

GLOSSARIUM  
MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

---

TOMUS III.

SIGLÆ BENEDICTINORUM ·

- ] Præponitur vocabulis de novo additis.
- ☞ Præponitur explicationibus quibus aut apertius Cangii sententia explanatur, aut emendatur opinio.
- [ ] Includuntur quæ in ipsum textum Cangii inserta sunt.

SIGLÆ EDITIONIS DIDOTIANÆ :

- \* Additamenta CARPENTERII separatim posita.
- [\*] Additamenta CARPENTERII Cangiano textui inserta.
- \*\* Voces novæ quæ in hac editione accesserunt.
- [\*\*] Additamenta Editoris suis locis inserta.  
Iis quæ sunt Adelungii subjectum ADEL.

SIGLÆ NOSTRÆ EDITIONIS :

- \* Additamenta Editoris suis locis inserta.  
Iis quæ sunt Diefenbachi subjectum DIEF.

# GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

CONDITUM A CAROLO DU FRESNE

## DOMINO DU CANGE

AUCTUM

A MONACHIS ORDINIS S. BENEDICTI

CUM SUPPLEMENTIS INTEGRIS

### D. P. CARPENTERII

ADELUNGII, ALIORUM, SUISQUE

DIGESSIT

### G. A. L. HENSCHEL

SEQUUNTUR

GLOSSARIUM GALLICUM, TABULÆ, INDICES AUCTORUM ET RERUM, DISSERTATIONES

*EDITIO NOVA aucta pluribus verbis aliorum scriptorum*

A

Léopold FAVRE

Membre de la Société de l'Histoire de France et correspondant de la Société des Antiquaires de France.

---

TOMUS TERTIUS



NIORT

L. FAVRE, IMPRIMEUR-ÉDITEUR

1884

TOUS DROITS RÉSERVÉS



217217

STANFORD UNIVERSITY LIBRARY

# GLOSSARIUM

AD SCRIPTORES

## MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

### D

#### D

**D.** LITERA numeralis quæ 500. denotat. Unde versus :

Littera D. velut A quingentos significabit.

Seu, ut legit Ugutio :

Alpha D. compar duo sic tria nomina prodat. *al. portat.*

Eidem literæ si recta linea superaddatur, quingenta millia significat.

**D.** In superscriptione cantilenæ, ut *deprimatur, demonstrat.* Notkerus Balbulus Opusculo, *Quid singulæ literæ in superscriptione significant cantilenæ.* Vide A.

† **D.** nonnumquam pro **B.** scriptum. Sic a Græco Δι; factum est Latinum *Bis*, et a voce *Duellum* vocem *Bellum* ortam arbitrantur. Mutatur in **T.** non semel, ut *Set* pro *Sed*, aut vicissim, quod Aragonensibus præsertim familiare est, ut *Dada* et *Data*. **D.** etiam non raro transit in **Z.** ut *Zabulus* pro *Diabolus* apud Cyprianum, *Zarrhytus* pro *Diarhytus* in Itinerario Antonini. Apud veteres proclivis est in nominibus propriis mutatio literæ **D** in **Th**, maxime apud Germanos, et littere **G** in **D**, ut observat Mabill. num. 5. Præfat. in part. 2. sæc. 4. SS. Benedict. pag. xi. In compositis mutatur in **N. P.** et **S.** ut *Annitor*, *Appareo*, *Assideo*, pro *Adnitor*, *Ad-*

III

#### DAB

*pareo, Adsideo.* Rariores sunt aliæ commutationes apud Latinos.

† **D.** inversum sic  $\bar{d}$ . pro *Depositus* legitur apud Mabillonium in Supplem. Diplomaticæ pag. 113. ubi refert hanc inscriptionem in Romano cœmeterio ante quatuor annos, dum scribebat, repertam.

ANIME INNOCENTI  
GAUDENTIAE

QUE VIXIT AN. V. M. VII. D. XXI. IN  
PACE MERCURIUS PATER FILIAE  $\bar{d}$  VI. ID.  
NOVEMBRIS, URSO ET POLEMIO COSS.

Quales literæ inversæ nonnumquam in Romanis inscriptionibus occurrunt ut apud Fabretum pag. 566. Inscript. cap. VIII.

**DA**, pro *De*, præpositione, occurrit non semel in Chartis Longobardicis in Bulario Casinensi tom. 2. pag. 14. 54. 67. etc.

1. \* **DABER.** [Tonsor, rasor. DIEF.]

2. \* **DABER.** [Gemma in medio oraculi et interp. loque-la, ns, ira, adulatio. DIEF.]

† **DABILIS**, pro *Dandus*, in Concilio Pisano apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 271 : *Nunquid non sunt Dabiles aliæ viæ rationabiles pro habendo unionem Ecclesiæ sanctæ?*

\* Charta Richardi abb. S. Germ. Prat.

#### DAC

ann. 1372. ex Tabul ejusdem monast. : *Attendens præposituram meam de Anthogniaco.... esse ac fuisse de mensa seu sella mea, eamque Dabilem ad firmam majorem vel minorem, secundum temporum varietatem, non tantum religiosis, sed etiam secularibus personis, etc.*

\* **DABIN.** [Oraculum. DIEF.]

† **DACA.** Vide *Dagger.*

\* **DACERIA**, Ædes, in quibus *daciæ* seu tributa et vectigalia pro mercibus et mercium transvectione inferuntur, idem quod *Doana*. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 16. pag. 121 : *A quibus Duganis seu Daceriis portare debeant fidem authenticam de rebus exoneratis, cum declaratione cui spectent.* Vide *Data* 1.

† **DACHBRAND.** Leges et Consuet. Furenenses in Archivo S. Audomari : *Domnus Comes retinet sibi ad justificandum per curiam suam... combustionem de die factam, id est, Dachbrand.* Belgis *Dach*, Dies, et *Brandt*, Combustio. Vide *Daghrant*.

**DACIA**, **DACIO**, **DACITUM.** Vide *Data*.

**DACRA**, vel **DACRUM**, consistit ex 10. coriis ; decem vero *Dacra*, vel *Dacræ*, conficiunt unum lastum coriorum. Ita *Dacrum chirothecarum* consistit ex 10. paribus *chirothecarum* : *Dacrum* vero *ferrorem equorum*, ex 20. ferris. Hæc *Fleta* lib. 2. cap. 12. § 3. Statuta *Gildæ*

Berwicensis cap. 43: *In dimidio quartario pellium, et dimidio Dacra coriorum, et duobus petris lanæ.* Teloneum urbis S. Audomari, in Tabular. S. Bertini: *De Dacra pellium hutorum 2. den.... de Dacra de pellibus salis, etc.* [Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 47, verso: *Joduinus pro una virga xvf. den. et feramenta iv. carruchis... et mandare penturas hostiarum, et gis, et haspas, et unam Dacram de ferris.*]

\*\* DACORA. Chart. Margar. Comit. Flandr. ann. 1252. ap. Lappenb. Init. Hanseat. Fœder. pag. 56: *Dacora culium unum denariunt et quicquid est plus vel minus Dacora, quilibet cutis debet obolum.*

\*\* DICORA, DECARA. Alia Chart. ejusd. ann. 1262. ib. pag. 81: *De Dicora coriorum 2. den. de dimidia 1. den. sed si minus sit quam dimidia Decara, etc.*

\* Ex pertinere videtur vox *Dagone* ex Lit. remiss. ann. 1873. in Reg. 105. Charthoph. reg. ch. 184: *Guillaume Chaudespois bourgeois... estoit ailez querre environ deux cens pesant de Dagones de porc pour mettre en œuvre.*

\* DACRYANUS, Epithetum est, quod idem sonat atque Lacrymans, flens, a Gr. δακρῶν, lacrymor, fleo; non vero nomen proprium, ut quidam putarunt; sic Ludov. Blesius scriptor asceticus *Dacryanus* appellatur. Consule *Cave* Script. Eccles. sæc. 8. pag. 424. edit. Genev. ann. 1705.

\* DACTILICI, Hæretici, de quibus Florus in Opusc. adv. Amalar. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 648: *Oro, quid commoverunt Euchitæ, Græco vocabulo ab orando nuncupati? quid Dactilici a digito?... Bona est oratio, et tamen primi ob nimium orationis excessum repulsi: bonum est et silentium, sed ob nimiam silendi superstitionem, ita ut digitum labiis opponerent, secundi abjecti sunt.*

† DACUSATA, Ornata. Papias, a *Dacus* civitate de qua idem Scriptor, in Bituric. MS. habet *Hornata*. [\* Vide *Decussare*.]

† DADA, pro *Data* sæpius apud Arragonenses.

DAEA. Charta ann. 1220. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 110. v: *Et juraverunt sequi Potestatem vel Consules secundum quod alii cives civitatis Tarvisi facient: et quod facient collat, (collectam) milites, et Dadeam, quandocunq; facient, et eodem modo.* [Est pro *Datea*, quod idem est ac *Dacia*, Tributum, pensatio. Vide *Data*.]

\* Charta ann. 1190. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 191: *Quod spiritualis persona episcopi, et spirituales personæ canonicorum Genetensium non teneantur facere aliquam collectam, seu Dadeam, seu expeditionem vel publicum communi Tarvisi.*

DADSISA. Indiculus superstitionum et paganiarum, ex Concilio Liptinensi ann. 743: *De sacrilegio ad sepulcra mortuorum. De sacrilegio super defunctos, id est, Dadsisas.* Quo vocabulo, ni fallor, intelliguntur *dapes*, seu convivia quæ fiebant super sepulcris mortuorum. Vide *Convivium*. [\* *Nænas* interpretatur *Grimmus* Mythol. Germ. pag. 628.]

DADUS. Vide *Decius*.

DAE, *Striæ*. Ita Papias MS. Editus vero, *Dahæ*, *Scotiæ*. An pro *Deæ*? [\* Papias in cod. 7609: *Dahe, sociæ gni*. Glossar. in God. reg. 7644: *Dahe, Scithie gens*.]

DÆMON, DÆMONTUM, quid apud Græcos significarit, non disquiro: id cons-

tat apud Christianos, hac voce semper intellectos spiritus immundos et malignos, hominumque inimicos, vexatores et seductores, et quicquid occursaculo- rum et terriaculamentorum, sive noctu, sive interdiu, nobis adversatur, obsistit, et perturbationi est. In qua significatione accipitur ab Apuleio lib. de Virtutibus herbarum cap. 10. ubi de Artemisia: *Fugat et Dæmonia in domo posita, etc.* Et cap. 19. § 6: *Si infans contristatus fuerit, herba aristolochia suffumigabis infantem, hilarum facit et convalescit infans, fugato Dæmonio.* [\* Conf. Δαίμωνια in Glossar. med. Græc.]

\* Hinc nostri *Dæmonie* vocabant quidquid alicui adversum est. Le Roman de Robert le Diable MS.:

Or oyez moult grant Dæmonie  
Que li senesciaus respondi  
De chou que il le semondra.

Neque aliter accipi videtur

DÆMON MERIDIANUS, apud Gregorium Turon. lib. 4. de Miracul. S. Martini cap. 36: *Cum de cultura rediret, subito inter manus delapsa comitantium terræ corrui, ligataque lingua, nullum verbum ex ore potens proferre, obmutuit. Interea accedentibus accolis, ac dicentibus eam Meridiani Dæmonis incursum pati, ligamina herbarum, atque incantationum verba proferebant, etc.* Mox addit, adhibito oleo de sepulcro S. Martini, sermone reddito, nequitiæ dolo perempto, convaluisse. Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. cap. 27: *Una de Sororibus, cum graviter ab infestatione Meridiani Dæmonis nimiam fatigationem sustineret, et corpore tremebunda nullatenus se erigere posset, etc.* Miracula S. Jovini Abb.: *Erant duo pueri in via publica circa meridiem foris stantes, qui valido impulsu turbine graviter infirmati, quasi insanire cœperunt, et parentum suorum neminem recognoscere valuerunt, ... qui meritis SS. Martini atque Jovini a Dæmonio Meridiano sunt liberati.* Ex prædictis eruit vir apprime doctus Joan. Mabillonius, incursum dæmonii meridiani, esse subitam quamdam et apertam morbi violenti incursionem, qua quis sensuum mentive facultate privatur, sic dictum, quod a dæmone imprimi crederetur, tum quod summo die proveniret. Pro quovis diaboli impulsu ac suasu videtur sumere Gregorius in Vita S. Basilii Junioris num. 15: *Χλευαζόμενος ὄντο τοῦ ἔκαστωντος αὐτοῦ μεσημβρινοῦ δαίμονος.* Pachymeres lib. 11. cap. 8. de quodam agyrta, qui desperatione adactus, laqueo se suspenderat: *Καὶ μεσημβρινὸν ἐπέσω δαυμόνιον τι ἐπιπηδᾷ... καὶ ἐπ' οὐχίας ἀνάμεινος βρόχον, διασπῶννχε.* Ex Psalmo 90. v. 6: *A sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incurso et Dæmonio meridiano.* Vide quæ in hunc locum habent Genebrardus et alii Commentatores, et infra *Incurso* et *Immisio* 2. Evagrius de octo cogitationibus ait, ἀκρίβειαν εὐμ esse δαίμονα, ὃς μεσημβρινὸς καλεῖται, τῶν δαυμόνων βαρύτερον. [\* Vide *Graff*. Thesaur. Ling. Franc. tom. 5. col. 359.]

\* DÆMON MARINUS in Vita S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 7. lin. 44.

DÆMONIACUS, Dæmone correptus, energumenus. Agobardus in Epist. ad Bartholomæum: *Ita ut caderent quidam modo epilepticorum, vel eorum quos Dæmoniacos vulgus putat vel nominat. Rogerus Hovedenus: Quidam civis... factus est energumenus, id est, Dæmoniacus.* Occurrit passim, apud D. Gregor. lib. 1. Dial. cap. 10. Gelasium I. PP. Epist. 9.

in Lege Longob. lib. 1. tit. 19. § 15. lib. 2. tit. 1. § 3. [\* Rothar. 328. 180.] Δαίμωνιαρος, apud Nicetam in Isaacio Angelo: *Ὁ ἔγων δαίμονα ὃ ἐνοικον τὸν διάβολον ἔχων,* apud Chrysostom. Κατεχόμενος ὄντο δαίμωνος, apud Strabon. Δαίμωνιοφθρητος ὃ δαίμωνιῶδης, apud Epiphanium, etc.

DÆMONIACI dicti præterea Epileptici. Gariopontus lib. 1. cap. 6: *Epilepsiae genera, duo sunt, unum est, in quo subito cadunt nescientes, et contractionem manuum pedumque patiuntur, et cervicis tremorem. Aliud, in quo spumant et stertunt, nec contrahuntur membra, cum ceciderint quos vulgus Dæmoniacos dicit.* Et cap. 7. de iisdem Epilepticis: *Qui cum tremore totius corporis tenentur, a Dæmonibus teneri dicuntur.* [\* Vide *Forcellinum*.]

DÆMONIACI ADVECATICII, apud Amulionem Lugd. in Epist. ad Theoboldum, i. a dæmone vexati: qui χειμαζόμενοι dicuntur, Areptitii qui malo spiritu agitantur, vexantur, *Tribulantur*, in Epistola Niceti Episc. Trevirensis ad Chlodowindan. *Qui Dæmonio infestantur*, in Concil. Arausicano I. cap. 14. et Arelatensi II. cap. 39. Concilium Ancyranum cap. 16: *Τοὺς ἀλογουσαμένους καὶ λεπρούς ὄντας, ἤτοι λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζόμενους εὐχέσθαι.* Ubi Isidorus Mercator: *Placuit inter eos orare qui tempestate jactantur, qui a nobis Energumeni appellantur.* Quo loco Cellotus lib. 6. Hierarch. cap. 19. § 1. *Χειμαζόμενους* censet esse *penitentes*, qui extra Ecclesiam stabant pluviae et hiemi obnoxii, in quos tempestates et aeris injuriae omnes depiunt. Cujusmodi erant οἱ προσκλιόντες, qui ἔξω τῆς πόλης τοῦ εὐκταρίου stabant, cum ἀπροδόντες ἐτ ὑποκλιόντες ἐνδοτι τῆς πόλης, ἐν τῷ νάρθηκι consistenter, ut est apud Gregorium Thaumaturgum Can 11.

† DÆMONIATUS, Eadem notione. Miracula B. Simonis Erem. April. tom. 2. pag. 826: *Erat a dæmone vexata, et opera faciebat, ut faciunt Dæmoniatæ.*

\* Nostris *Dæmoniacle*, *Insanus*, demens. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. Charthoph. reg. ch. 120: *Pierre Nagot a est le plus du temps, et par especial en temps d'esté, fol et Dæmoniacle, et s'est plusieurs foyz voulu noyer... et pour cause de ses folies... il fu prins... et porté en une abbaye nommée S. Sever... en laquelle abbaye l'on maine les Dæmoniacles.*

\* DÆMONIALITAS, *Deablie*, in Glossar. Gal. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† DÆMONICOLA, Cultor dæmonum. *Dæmonicola civitas*, apud S. Augustinum de Civit. Dei lib. 18. cap. 4. Idem Conf. lib. cap. 2: *Offendere superbos Dæmonicolas.*

DÆMONIOSUS, Idem qui *Dæmoniacus*, apud Julium Africanum lib. 8. Hist. Apost. pag. 97. Bedam in Vita S. Cuthberti Episcopi n. 23. in Vita S. Altmanni Episc. Pataviensis pag. 50. [\* in Miracul. S. Apri cap. 1.] apud Ordericum Vitalem pag. 400. etc.

\* DÆMONITIONES, *Superstitiones*, ex Glossar. vet. ap. Maium Classic. Auctor. tom. 6. pag. 519. Ita etiam in cod. reg. 7644.

DÆMONIZARE, Dæmonio corripere, dæmoniacus fieri, in Miraculis S. Pelini Mart. apud Ughell. tom. 9. pag. 37. [\* Græcis Δαίμωνίζουαι. Vide Henr. Stephan. Thesaur. Ling. Græc. edit. Didot. tom. 2. col. 856.]

† DÆMULUS, *Ejusdem artis emulor*. Papias. [\* in cod. reg. 7609. et 7644. est *Demulus*, ortum ex *Aemulus*.]

DAERIA. Fleta lib. 2. cap. 82. § 3: *Seu*

casei Butiri, vel Daeriz. Cap. 87. de Ca-seatrice: *Androchia pudica esse debet... et laboriosa in officio Daeriz.* Vide *Androchia*. Habent Campani nostri ac Lotharingi vocem *Dayer*, sed alia notione. Ita enim appellant, ut auctor est Jacobus *Bourgoing*, de Origine et usu vulgarium vocum pag. 27. conventus serotinos quos mulierculæ pensa agentes sub vesperum facere solent, quos Belgæ nostri *Series* vocant. [Vide *Dayeria*.]

\* **DAFERNON** exponit *Stephanus*, quod est saganum: et est samag, gummi. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **DAGA, DAGARIUM, DAGARIUS.** Vide *Dagger*.

**DAGASCALCI.** [Servi seu operarii diurni a Teutonico *Dag* vel *Tag*, dies, et *Salc* Saxon. *Servus*.] [\* Homines obnoxie quidem conditionis, sed ut *Cereariorum* libertati proxima. Conf. Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 302. num. 2.] Charta Henrici IV. Imper. ann. 1065. pro Abb. S. Maximini Trevir.: *Præbendarii autem... vel qui foris ad curtes, Dagascalci vel piscatores, aut pistores dicuntur, nulli Advocato vel Hunoni subiaceant, sed tantum Abbati, sicut cereales, vel censuales pro quibuscumque rebus respondeant.* Alia Henrici III. Imp. ann. 1056. apud Zyllesium habet *Dagescalci*. Alia Henrici IV. Imper. ann. 1116. apud eundem: *Præbendarii etiam sive mansionarii fratrum circa Monasterium infra milliarem unum e vicinis manentes, sive Dagescalci, aut Cerearii foris ubique per villas positi, nullius Advocati vel Hunonis placitum... respiciant.*

† **DAGEN**, Operæ, Schiltero in Glossario Teutonico, ex Diplomate Sigismundi Imp. ann. 1417. pro Monasterio Lucelensi: *Cum piscatione, molendinis, Dagen, hortis, lignis, sylvis, nemoribus, etc.* [\* Leg. fort. *Hagen*, quæ vox sepe, et locum sepibus cinctum significat.]

**DAGEWARDUS.** [Operarius, servus inferior *Fiscalino*, ut recte Schilterus.] Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege Familiæ cap. 13: *Si quis Fisgilinus homo eafamiliarum aliquam magnam vel parvam ad injustitiam patruerit, ad bannum Episcopi 5. solidos, ut Dagewardus, vadetur, et 5. solidos componat ei cui iniquitas facta est.* Infra cap. 16: *Si Fisgilinus homo Dagewardam accepit, ut filii qui inde nascantur, securum peiorem manum vivant: similiter si Dagewardus Fisgilinam mulierem accepit.* Rursum cap. 22: *Si quis Fiscali viro justitiam suam infringere voluerit, id est, ad Dagewardum, vel ad censum injustum, Fiscalis vir cum septem proximis suis non mercede conductis justitiam sibi innatam obtineat, et si ex patris parte vituperetur, ex eadem parte duæ cognatorum suorum et tertia ex matre assumatur.* [\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 319. num. 31.]

† **DAGGA**, ut mox *Dagger*. *Habens sicam vel Daggam ad latus*, in Chronico Cornelii *Zantfliet*, apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 357.

**DAGGER, DAGGERIUS, DAGGERIUM** Pugio, sica, Anglis *Dagger*, Hispanis *Daga*, Gallis *Dague*, Cambro-Britannis *Dager* et *Dagr*. [Kilianus: *Dagge, Daggas, Pugio, Sica, Dolch.*] Catholicon Armoricum: *Dac, Gall. Dague, Lat. Pugio, ou c'est badelaire.* Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 23: *Habeat equum, habergeon, capitium e ferro, ense, et cultellum qui dicitur *Dagger*... Habeat arcum et sagittas et *Daggerium*, et *cultellum*.* Thomas Walsinghamus pag. 252: *Mox extracto*

*cultello, quem *Dagger* vulgo dicimus, ictum Militi minabatur.* Alibi: *Extracto cultello *Daggardo* ejus cerebrum perforavit.* Henr. Knyghton in Edw. III: *Habentes cultellos, quos *Daggeres* vulgariter dicunt.* Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace* pag. 730: *Longum *Daggerum* suum extraxit, et in pefatum N. insultum fecit.* Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Harnois compleits de fine armurerie,  
Trez, arbalestres, Dague de Praguerie.

Alibi:

A son costé chascun la Courtie Dague.

Rursum:

A leur costé l'espée longue et large,  
La courtie Dague pour son homme aborder.

Vide *Monstrelletum* 1. vol. cap. 94. pag. 143. Chron. Flandr. pag. 232. Joinvill. in S. Ludovico pag. 105. etc. Vocem a Dacis, quasi eorum propria fuerint arma, quidam deducunt, vel ab Hebræo *Dacach*, *Acuere*.

† **DAGA**, Eadem notione. Concilium II. Pisanum pag. 159: *Nec *Dagas* seu *cultellos* ferant ultra longitudinem palmi unius, præter *Palefranarios*, cum *Dominos* comitabuntur.* Rursum occurrit in Synodo Taracon. ann. 1591. *Daga argentea*, apud Th. *Madox* in Formulari Anglic. pag. 431. bis.

\* **DAGHA**, Pugio, sica, ensis, Ital. *Daga*, nostris *Dague*. Annal. Estens. ad ann. 1395. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 920: *Confoditur pugnionibus, videlicet *Daghis* et ensibus in omnibus partibus corporis.* *Dague* vero, pro Contumelia, maledicto, metaphoricò sensu, quatenus, nimirum conviciis vindicandis *Dagha* seu ensis adhibetur: vel quod veluti *Dagha*, convicium pungit. Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 131: *Et pour ce qu'il sembla audit Touse qu'il deist ce par maniere de raffarde ou moquerie, lui dist, je te prie, ne me baille point de *Dague*, j'en ai assez d'une.*

† **DAGARIUM**, apud Rymer. tom. 10. pag. 508. col. 1: *Deferentis sive non deferentis gladios, *Dagaria*, etc.*

† **DAGARIUS**, apud eumd. tom. 12. pag. 533. col. 1.

† **DAGA**, non semel in Philippide Guillelmi Britonici, et in Statutis Arelat. e MS. D. Brunet. fol. 21. verso.

† **DIGA** sive magnus *cultellus*, in Hist. Translationis S. Appollinaris, tom. 5. Julii pag. 384.

† **DAGUIFICARE**, *Dagis* confodere. Chronicon Siciliæ inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 41: *Rogero de Lauria, viro utique strenuo et sollicito ad manutenuendum Siculos et *Daguificandos* hostes.*

**DAGHBRANT**, Incendium quod interdum excitatur, ex Fland. *dag*, dies, et *brant*, incendium. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Majores cause, ut sunt *Raptus* mulierum, berof, mordad, *Daghbrant*, a *Choremannis* in Curia de Arkes audientes, sed earum emenda per francos homines Ecclesiæ judicabuntur.* [Vide *Dachbrand*.]

**DAGLA**. Charta Adalberonis I. Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 309: *Statuimus quoque ad usus fratrum, in prædicto sancto loco militantium, quandam *Daglam* in finibus villæ nostræ sitam, nomine *Purnedo*, ubi etiam miliones plurimi B. Arnulphi copiant, atque commanentes eandem supradictam *Daglam* legitima sanctione custodiunt ac procurant.*

\* *Prædium rusticum, ut videtur, vel Vallis.* Vide *Dayla*.

† **DAGNIFICARE**, *Damnum inferre.* Chartularium S. Vandreg. tom. 1. pag. 178: *Nec licebit mihi fide media, nec meis hæredibus prædictum Johannem nec suos hæredes a prædictis IX. solidis et prædictis IX. denariis de cætero molestare, *Dagnificare*, nec gravare in foro seculari vel ecclesiastico... Actum an. D. M. CC. LX. Vide *Damnificare*.*

\* **DAGUA**, ut supra *Dagha*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 55: *Poncius secum deferens unam *Daguam* et ense, etc.* Monstra ann. 1151: *Claudius *Jornandi* habet... unam *Daguam*, etc.*

† **DAGUBITA**. Agnelli Lib. Pontific. de S. Neone: *Demum infra Episcopum *Ursianæ Ecclesiæ*, quæ vocatur *Quinque *Dagubitas** a fundamentis construxit, et usque ad effectum perduxit.* In quem locum eruditissimus Muratorius: *Dagubita* idem fere, ut arbitrator, significat ac *Accubita* Scriptoribus corruptæ Latinitatis, et ἀκούσιτον apud Auctores corruptæ Græcitatibus. Est autem *Accubita*, ut suo loco dictum est, *Locus editor ad quem accumbimus, seu Mensa ad quam accumbunt convivæ.*

† **DAGUIFICARE**. Vide in *Dagger*.

**DAGUS**. Gloss. Gr. Lat. Editum et MS. ἐπιστάλιον, *subsellium, Dagus*. [\* F. *Sagma*, ex Vulc. in Castigat. ad utrumque Glossar. Vide Martin. Lex. in hac voce.] Meursius censet esse Gallicum, *Dais*, scilicet tapetem, qui sellæ insternitur. At Galli ita vocant umbellam quæ Throno Regio interponitur: unde legendum *supersellium* videretur: cuius quidem vocis *Dais* meminit Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 93. ubi de Abbate recens electo: *Solus in Refectorio prandebit supremus, habens vastellum, Priore prandente ad magnam mensam: quam *Dais* vulgariter appellamus.* Galli etiamnum *Dais* appellant umbraculum quod capiti seditis aut prandentis vel cœnantis superponitur. Proinde si ad *vastellum* referatur, idem significaverit, tametsi vocis notio plane incerta sit ipsis etiam Anglis. Si ad *mensam*, quod vox quæ videtur suadere, non facilius est divinare quid hoc loco sonet.

Putaverim tamen *vastellum* ipsum esse nostrum *Dais*, sicque appellatum ex Anglo Saxonico *vatel, tegulum, tegmen*, umbraculum. Alii melius divinent. Cæterum hæc verba, *habens vastellum*, etc. absunt in Conciliis Anglic. tom. 2. ubi eadem recitantur, de modo constituendi Abbatis exempti cap. ult. sub ann. 1235. Ejusmodi umbraculum, sic describit Menander Protector. in legat. pag. 131: Τελεσις οἱ καθέρας χρυσης, ἐνθά-  
ναι αὐτοῦ ἐκ δύο λίθων ὑρασματων σκευασθει-  
σης αὐτῶ, ὡστερ καλύθη τινός. Nostri porro olim *Dois*, pro *Dais* dixere. Le Roman de *Garin* MS:

Quand fu la Cort des Chevaliers de pris,  
Li mengiers fu apprestez et garnis,  
L'eu demandent, au mangier sont assis,  
Au plus haut Dois sist li Rois Anseis  
De joustee lui sa moullier au cler vis.

¶ Vocis etymon [\* forte a voce Germanica *Dach*. ADEL.] quidam ducunt a Gallico *Ass*, *Assis*, tabula, ita ut primum scriptum fuerit *d'ais*, ex assibus, quoniam alias umbellæ compingebantur tabulis, quibus annexebantur panni pretiosiores ad ornamentum. Huic etymo non favet antiquus scribendi modus *Dois*: quare Menagius a *Dossium* vel *Dossum*, quod pro *Dorsum* scripserint

veteres Glossatores, putat esse arcessendum; observatque similimodo olim a nostris dictum fuisse *Ders*, *Derselet*, a *Dorsum* scilicet ac *Dorsiletum*. Ordo Henrici II. Fr. Regis pag. 321. Ceremonialis Godefridi: *Contre la cheminée de ladite chambre y avoit un riche Ders, tout couvert, pentes, fonds et dossier de broderie à personage. Et pag. 335: Le Roy se vint mettre à table sur un haut Ders, fait et préparé en la grande salle du logis Archiepiscopal, sous un grand Ders: le fond duquel étoit tout d'or. Et pag. 312: Ledit seigneur se mit à genoux sur un grand drap de pié et deux carreaux, sous un grand Derselet de velours cramoiis. Vide Dasium.*

† *DAHÆ*. Vide *Dae*.

**DAIENUS**, Judex, Judæis Hispanicis sic dictus. Vitalis Episcopus Oscensis: *Inter Judæos vero est Daien, id est, Judex, ad cognoscendum de omnibus causis magnis, parvis, et minimis constitutus. Huc forte spectant quæ habent Notæ veteres ad Itinerarium Burdeg. de verbis Gallicis: Rhodanum, violentum: nam Rho, nimium, Dan, judicem, hoc et Gallice, hoc et Hebraice dicitur.* Glossæ Basilicæ: Δάν, ὄνομα μεγάλης ἀρχῆς κατὰ Πέρσας: οὗτως εὔρον ἐν τῷ Μαρτυρίῳ τῆς ἀγίας Σιῶν.

**DAILUS**. Vide *Dayla*.

**DAIS**. Vide *Dagus*.

† **DALERUS** vel **THALERUS**, a Saxonico *Dal*, vel Germanico *Thal*, Vallis. Nummus argenteus uncialis sic dictus, inquit Killianus, quod ex vallibus materia ejus argenti defodiatur: sed potius ex montibus juxta Martinium: qui *Dalerum* vocat etiam *Joachimicum* a villa Joachimica, *Jocheimsthal*, in Saxonia, ubi illa moneta cusa est. Germani *Thaler* appellant et *Reichsdaler*, Nostri *Richedale*. Tres valet libras, ut Scutum nostrum argenteum. In nova Gallia Christ. tom. 3. col. 786. narratur Godefridum II. Abbatem Veteris-Campi ann. 1585. Captivum, pro libertate recuperanda pendere 6000. *Dalerorum* coactum fuisse. Petrus a Beek de Ecclesiis Aquisgran. pag. 25. in-4°. *Posebat siquidem quinquaginta Dalerorum millia.* Et infra: *Volentes nolentes illius petitioni assentiri coacti sex viginti Dalerorum millia, una cum, etc.* Legitur alibi non semel apud Scriptores Germanos. Vide *Dalrus*.

† **DALEINUS**. Vide *Delphinus*.

\* **DALHA**, **DALLIS**, **Falz**, Gall. *Faux*, proprie est falcis pars ferrea, nostris alias *Dail*, *Daille*; et *Dart*; unde *Daliare* et *Dalliare*, falcare, Gall. *Faucher*, et *Dalliator*, falcator, vulgo *Faucheur*. Lit. remiss. ann. 1465. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 2: *Ostendendo quoddam pratium quibusdam falcatoribus, qui herbam dicti prati... falcare seu Dalliare debebant... Quandam includem ferream, supra quam dicti homines falcatores, seu Dalliatores eorum falces sive Dalhas aptare consueverunt.* Leudæ major. Carcass. MSS.: *Item pro carga de Dallibus, iij. sol. Turon.* Ubi versio Gallica ann. 1544: *Item pour chacune charge de Dailles pour faucher, etc.* Lit. remiss. ann. 1306. in Reg. 76. ch. 84: *Impositum fuit Francisco Parrarani... prata dictæ bovariae Daliasse seu Daliari fecisse sua auctoritate propria. Après ils rencontrerent ledit Rondeau ainsi qu'il venoit d'un sien pré avec ung Dail à son col, in Lit. ann. 1473. ex Reg. 204. ch. 45. Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 353: *Le suppliant d'une faux ou Daille frappa icellui Pierre environ le genoil près du pomel de la jambe.* Rursum aliæ ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 458:*

*Jehan des Ouches, qui portoit un Dart à faucher appareillé et emolu de nouvel, etc. Deux faulx ou Dartz, desquels les dessus-ditz avoient faulché ladite herbe estant audit pré, in aliis ann. 1481. ex Reg. 200. ch. 1. Neque alio sensu intelligenda videtur vox *Daux*, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. ch. 1003: *Jehan Passarieu dist au fils du suppliant qu'il lui avoit desrobé ung Daux ou faugibe. Dauxe vero, pro Gousse, in aliis ann. 1382. ex Reg. 122. ch. 39: Jehan Planquiele demanda une Dauxe d'ail pour dauxer son pain.* Vide *Dayla*.*

\* **DALIA**, *La povereta*, in Glossar. Lat. Ital. MS. [\*] Isidor. Origin. lib. 7. cap. 6. sect. 56.]

\* **DALIARE**, **DALLIARE**, **DALLIS**. Vide supra in *Dalha*.

\* **DALIVUM**, **DALIVUS**. Vide infra *Davus* 2.

\* **DALMASINUS**, Fructus species, prunum Damascenum, nostris *Damas*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 53. ex Cod. reg. 4624: *Si aliqua persona... portaverit... castaneas, pira, poma, Dalmasinos, persica, ficcus, amigdola, et quoscunque alios fructus, etc.* Vide *Damascena*.

† 1. **DALMATA**, *Vestis Sacerdotalis candida cum clavis purpureis*. Gloss. Isid. Vide mox *Dalmatica*.

\* 2. **DALMATA**. Hist. Franc. Sfortiæ ad ann. 1453. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 639: *Georgius Dalmata, cui a multa cæsarie cognomen erat. Et ad ann. 1461. col. 725: Georgius Dalmata, qui a pelta, quam vulgo targetam dicunt, cognominabatur, etc.*

**DALMATICA**, Vestis sic dicta, quod in Dalmatia primum sit reperta, ut habent Isidorus lib. 19. Orig. cap. 23. Alcuinus lib. 3. cap. 11. et alii. Usum autem Dalmaticarum in Ecclesiam primum in vexit S. Silvester PP. cum antea colobis uterentur Sacerdotes, veste scilicet sic dicta, quæ manicis carebat. [Longe ante Silvestrum Pontius in Vita S. Cypriani scribit: *Et cum se Dalmatica exspoliasset* (Cyprianus) et *Diaconibus tradidisset, in linea stetit.*] Sed cum nuditas brachiorum a plerisque culparetur, Dalmaticarum a B. Silvestro usus inductus est, ut ait idem Alcuinus, a quo dicitur esse vestimentum in modum *Crucis*, habens in sinistra sui parte *fimbrias*, dextra iis carente: *inconsultile, et cum largis manicis*. His consentit Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico, ubi de Diaconis: *Stolam etiam super humerum sinistrum ferre, et indui Dalmatica in solennibus, id est tunica amplis manicis*. Dalmaticam vero in modum crucis factam docet præterea Missa Antiqua a Matthia Illyrico edita. Bruno Signiensis de Vestimentis Episcoporum: *Dalmatica magis ad ornatum, quam ad significationem pertinere videtur, quæ etiam post alia indumenta inventa esse probatur. Fimbriæ tamen quæ in Dalmatica a sinistro latere pendent, hujus vitæ impedimenta, et superfluitates, et sollicitudines significare possunt, quæ quoniam in altera vita non sunt, merito neque fimbriæ in dextro latere ponuntur, etc.* Robertus de Flamesbure Canonicus S. Victoris in Pœnitentiali: *Dalmatica etiam qua utuntur Levitæ, latitudine sui idem significat quod casula, caritatem; per duas lineas coccineas, quibus ipsa ante et retro a summo usque deorsum decoratur, utriusque testamentum, prædicatio Dei et proximi dilectio figuratur. Duodecim fimbriæ linearum utrimque 12. ramos caritatis exprimunt, quos Apos-*

*tolus enumerat, dicens, Caritas patiens est, benigna est, etc. Tertia linea quæ est inter duas, et tribus fimbriis ante et retro insignitur, caritatem fide S. Trinitatis condecoratam demonstrat. Per fimbrias in sinistro latere sollicitudo activæ vitæ circa plurima intelligitur. Dextrum latens, quod caret fimbriis, contemplatio cælestium sine multitudine perturbationum significatur. Fimbriarum Dalmaticæ neminit Theodulfus Aurelian. in Parænesi ad Episcopos pag. 298:*

*Candida ut extensis nitat Dalmatica rugis, Fimbria neve erret huic sine lege levis.*

Neque alia est fimbria Dalmaticæ, a clavis purpureis. Glossæ Arabicæ-Lat.: *Dalmata, vestis sacerdotalis candida cum clavis purpureis.* Epiphanius: Δαλματικά, εἶν' ὄν κολοβίωνα ἐκ πλατσύμων διὰ πορφύρας ἀλοργουπέτε κατασκευασμένας. Vide Amalar. lib. 2. de Eccl. offic. cap. 21. Rhabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 7. 20. Walafrid. Strab. lib. de Reb. Eccl. cap. 24. Petr. Dam. lib. de Dominus vobiscum cap. 17. Hug. a S. Victore lib. 1. de Sacram. cap. 53. in Speculo Eccl. cap. 6. Honor. August. lib. 1. cap. 211. Innocent. III. lib. 1. Myster. Missæ cap. 40. 56. Jacob. Vitric. in Hist. Occident. cap. 35. etc.

Dalmaticam propriam Episcoporum vestem fuisse docent laudati Scriptorum. Zacharias PP. in Epist. ad Austroberthum Episc. Viennens. apud Jo. a Bosco: *Dalmaticam usibus vestris misimus, ut quia Ecclesia vestra ab hac sede doctrinam fidei percepit, et morem habitus sacerdotalis, ab illa etiam percipiat decorem honoris.* Hanc sub planeta poni solitam scribit Joannes Diacon. in Vita S. Gregorii Magni lib. 4. cap. 83. 84.

Fuit etiam *Dalmatica* Diaconorum vestis propria, uti supra innuimus. Amalarius in Eclogis de Officio Missæ: *Diaconi retro stant, qui et ministrantes sunt in sancto altari, et Dalmaticas portant, quas solebat militaris usus portare.* Herbertus lib. 2. de Miracul. cap. 9: *Subdiacones tunice pretiosæ, Diacones Dalmaticæ fulgidæ decorabant, ipsosque Presbyteros planetæ olivæ insigniter adornabant.* Dalmatica tamen Diaconi non utebantur, nisi in majoribus festivitibus, ut est in Concilio Saleguntadiensi cap. 2. et apud Gillebertum Lunicensem Episcopum. Porro Silvestri PP. institutio fuit, ut *Diaconi Dalmatica uterentur in Ecclesia, et pallio linostimo læva eorum tegetetur*, ut auctor est Anastasius pag. 13. Diaconis vero videtur tribuere Ammianus lib. 14: *Pectoralem tuniculam sine manicis tectam.* Unde diversa illa fuerit a Dalmatica manicata, quam *Chirodatam* vocat Capitolinus, nostrique Diaconis adscribit.

\* Diaconorum vestis fuit quotidiana, præterquam diebus jejuniis, uti etiam nunc mos est. Consuet. monast. S. Emæram. Ratispon. art. 21. ex Bibl. S. Germ. Prat. cod. 1074. 3: *Dalmaticis tempore prandii et cœnæ utantur diacones, videlicet quando ad Sextam refectur; tempore jejuniorum planetis et casulis.* *Damaticle*, in Invent. eccl. Camerac. ann. 1371. *Tuniques, Domatiques*, in Charta dotat. capellæ de Blainvilla ann. 1335. ex Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 175.

Sed maxime Diaconorum Ecclesiæ Romanæ fuit *Dalmatica*, cum cæteris non nisi ex indulto summi Pontificis hac uti fas esset, qui eam interdum transmittabant, ut habet Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 113. Idem lib. 4. Dialog. cap. 41.



ubi Paschasio Diacono Ecclesie Romanæ *Dalmaticam* adscribit. Cyprianus in Vita S. Cesarii Arelatensis: *Speciali quodam privilegio pallii usum ei permisit, et Diaconos ejus perinde, ut Romanæ Ecclesie Diaconos, Dalmaticis uti voluit.* [\* Johanne XVI. PP. ann. 996. Abbatibus Selsensibus concessit cum sandaliis et Dalmatica missarum officia celebrare. Idem privilegium indultum Abbatibus Murbacensibus et aliis. Vide Alsatiam Diplomaticam num. 174. 346. sqq.] Jacobus Cardinalis de Coronat. Bonifacii VIII. PP. lib. 1. cap. 8:

Nos Levitarum cuneus, nos illa Senatus  
Dalmaticas vestita togas.

*Cappa dalmatica*, in libello de Fundat. Monast. Bigaugiensis pag. 255.

*Dalmaticis* etiam indutos Reges ac Imperatores in præcipuis solennitatibus, eorumque inaugurationibus, palam est: ex iis præsertim quæ habet Hartmannus Maurus lib. de Coronatione Caroli V. qui inter solennia illa instrumenta quibus induuntur, recenset *Dalmaticam albam holosericam pretiosis margaritis gemmisque distinctam, auream stolam margaritis quoque adornatam, cappam holosericam violacei coloris cui aurum in modum aquilæ intextum est, et amiculum rubei coloris contextum pari modo mayna aurea aquila.* Petrus Rex Aragon. in Chronico, quod ipse conscripsit, lib. 2. cap. 9. ubi de sua Coronatione: *E lendema mati, que fon diumenge, nos som appareillats hora del sol exit ab nostra Dalmatica, e ab aquall arreament quis pertany a Rey pendre Coronacio.* Et lib. 3. cap. 16. de solenni in urbe Majorica processu: *E lo diumenge der lo matinos isquem de la Sacristia de la Seu, vestits e appareillats in sede Majestatis, ço es ab una camisa Romana d'un drap de seda primvert ab alcuns fullatges sens tos obres, et apres una Dalmatica de drap vermell historiat, ab obres d'aur, e ab fullatges, etc.* Adde cap. 33. et Raym. Montanerium cap. 296.

† *DALMATIUM*, Hist. Mediani Monast. pag. 242: *Casulæ tres de pallio, capæ ix. Dalmatia quatuor de pallio.*

† *DALMUTIA*, Instrum. ann. 1532. ex Archivo Rhedon.: *Cum cappis absque Dalmatiis se congregaverunt in Ecclesia.*

*DALMATIGATUS*, *Dalmatica* indutus apud Lampridium in Commodo.

*DELMATICA*, in Gloss. Gr. Lat. Δελματική, idem quod *Dalmatica*: nam *Dalmatia*, pro *Dalmatia*, occurrit non semel in Nummis apud Aurel. Victorem in Augusto, Claudio, etc.

\* *DALPHINALIS*, *DALPHINALITER*. Vide infra *Delphinus*.

† *DALPHINUS*. Vide *Delphinus*.

† *DALRUS*, ut *Dalerus*. Wernerus Titiensis in Præfatione ad Annal. Nove-sienses: *Post rescissam unionem nos cœgit, quatenus Conventui corporis Christi ultra 4000. Dalros pro tam brevi cohabitatione unionis tempore numerarem.*

*DALTINI*, Scurrae, velites, seu servi a pedibus Hibernis, apud Stanihurstium libro 1. de Reb. Hibern. et Jac. Waræum in Antiquit. Hibern. cap. 12.

*DALUM*, Ælfricus in Gloss. Sax. cap. de Navibus: *Dalum*, Lytel se gel, i. parvum velum. Papias et Ugutio: *Dalum*, minimum velum ad proram fixum. Inde fortean velum, quod Throno Regio superponitur, *Dais* appellatur nostri. [Legendum est *Dolon* ex Isidoro lib. 19. Orig. cap. 3: *Dolon*, Minimum velum ad proram defixum. Græcis quoque δόλων.

Procopius lib. 1. de Bello Vandal. cap. 17: *Χαλάσαντας τὰ μεγάλα ἱστία τοῖς μικροῖς (ἢ δὴ δόλωνας καλοῦσιν) ἔπεισται.* Hesychius: *Δόλωνας, μικροὶ ἱστοί*, etc. Livius: *Dolonibus erectis altum pelere intendit.* [\* Glossar. MS. et codices Isidori habent *Dalum*.]

† *DALUS*, Ticio. Papias in MS. Bituricensi. [\* Δάλος.]

2. *DALUS*, Alia notione. Vide *Dayla*.

† *DAMACIUS*, Bombycinus pannus operis Damasceni, Gall. *Damas*. Inventar. Eccl. Aniciens. ann. 1444: *Item alter tassellus operatus ad modo Damacii cum lapidibus modici valoris.* Vide *Dameus*.

*DAMADARIUS*, Hebdomadarius. Charta Corbeiensis vetus MS. de Mensa Dom. Abbatis: *In illa firma in qua serviunt Damadarii de coquina, etc.* Alibi: *Hoc totum debent præparare et administrare Damadarii de coquina ad fenestram resectorii.* Vide *Hebdomadarius*.

*DAMALIO*, ex Gr. δάμαλις, Juvencia. Lampridius in Alexandro Severo: *Ne quis suminatam occideret, ne quis lactantem, ne quis vaccam, ne quis Damlionem.*

*DAMARICIUS*. Vide *Canis*.

† *DAMASCENA*, Pruni species, Gall. *Damas*, a *Damasco* oppido, unde prius *asportata est, dicta*. Isid. lib. 17. Orig. cap. 7. Plinius lib. 15. cap. 13: *In peregrinis arboribus dicta sunt Damascena, a Syriæ Damasco cognominata.*

† *DAMASCUS*, ut *Damacius*. *Damascus albus*, in Apparatu bellico Caroli VIII. Regis Fr. in Italiam, apud Marten. Itinerarii tom. 2. pag. 398.

\* *DAMASQUINUM*. [Gallice *Damas*: « Una casula de *Damasquino* parvonato cum amitu, stolla alba, manipulo ac cingulo. (Invent. Calixt. III. an. 1458. in archiv. Romano.) »]

\* *DAMASTICUS* PANNUS, *Damascenus*, Gall. *Damas*. Comput. MS. ann. 1472. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Johanni de Oupelines, pro una ulna panni Damastici albi figurati, ... i. w. lib. iij. sol.* Vide *Damacius*.

\* *DAMATA*, *Fama* volatile. Glossar. Lat. Ital. MS.

† *DAMAYSELLA*, ut *Domicella*, Gall. *Damoiselle*, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 158.

† *DAMEIGIUM*, Idem, ut puto, quod *Damnium* 2. Chartularium S. Vandreg. tom. 2. pag. 1240: *Pechiam terræ... sitam inter masuram Sibile de Puteo ex una parte, et ex altera juxta masuram Emeline Gripe, et aboutat ad kaminum Domini Regis ad unum caput, et ad aliud ad Dameigium nostrum.*

*DAMEUS*, *Damascenus*. *Vestimenta Damea* in Testamento Bertichramni Episc. Genom. Locum vide in *Paricula*.

† *DAMICELLA*, ut *Domicella*, in Vita S. Francisci de Paula. *Damisella*, in Hist. Dalph. tom. 2. pag. 278.

† *DAMITUM*, i. pro *Samitum*, Pannus holosericus. Testamentum Hug. Ayce-lini Cardinal. Ostiens. ann. 1297: *Item Ecclesie Claromont. legamus paramenta seu indumenta nostra de Damito viridi.* Vide *Exametum*. [\* Chart. Lusit. ann. 1145. ap. S. Rosa de Viterbo Elucid. tom. 1. pag. 344: *Uno manto de grecisco, et alio de Examit; tres cappas una de ciclaton et alia mudbage et alia de uno Damit.* Idem fortasse quod *Dimitum*, Δαμιτόν, Pannus duplici filo textus.]

† *DAMIUM*. Gloss. Lat. Græc. S. Germani Paris.: *Damium*, θυσία, ὑπαθριον γινόμενον. Festus: *Damium, Sacrificium, quod fiebat in operto, in honorem Bonæ deæ, quod minime esset δημόσιον, id est,*

*publicum, Dea quippe ipsa Δαμία et Sacerdos Δαμίας appellatur.* Hinc monet Scaliger, ita dictum, quod pro populo fieret: est ergo a δᾶμος Dorice pro δᾶμος, Populus. Vide Vossium Orat. Institut. lib. 4.

*DAMMA*, Emissarium, cataractæ claustrum, quo mare excluditur, vel admittitur. Theutonibus *Dam*: unde locorum nomina, *Amster-dam*, *Roter-dam*, etc. Ordinatio Marisci Ramesiensis: *Non liceat alicui de cætero facere Dammas, aut fordas, aut alia impedimenta in ali-quibus landeis, watergangeis, fossatis, sive aquaguis, etc.*

\* *DAMNABILIS*, Exitialis. Conc. Tricass. ann. 878. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 303: *Qui etiam ab hominibus suis sacramentum Damnable et damnandum blanditiis et terroribus tyrannice contra divina et humana jura extorsit.* Dicitur de pœna crimini inflicta, apud Giabr. Rodulph. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 57: *Protinus domino ultore affuit illius vindex, qui inceptor extiterat fraternæ discordiæ. Multatus enim illico Damnabili cæcitate, etc.* Vide in *Damnabilitas*.

*DAMNABILITAS*, Κατάκρισις, ἐξορία, in Gloss. Lat. Gr. Condemnatio, exilium. Ita *Damnatio perpetua*, pro perpetua deportatione, in leg. 1. Cod. Th. de Falsa mon. (9. 21.) *Damnabili injuria ductus*, apud Trebellium Pollionem. *Damnabilis cohibentia*, in lib. 8. Cod. Th. de appellat. (11. 30.)

† *DAMNABILITER*, *Damnose*, apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 70. et alibi.

\* *DAMNACIUS*, *Damnoscus*, exitiosus. Vita S. Bern. de Monte-Jovis tom. 2. Jun. pag. 1075. col. 2: *Quam (imaginem) longe post demones circumdantes, in idololatricam statuam profanaverunt, dantes in ea Damnacii ægritudinum remedia deceptis concurrentibus ad eam. Damnant, in Charta ann. 1297. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 137: *Et où il li seroit mains Damnant à mot.**

\* *DAMNAMENTUM*, *Damnium*, incommodum, nostris alias *Damage*. Consuet. Normam. cap. 8. part. 1. ex Cod. reg. 4651: *Ex irrogatione vero injuriis justitiantibus est, quando talem alicui injuriam intulerit, ex qua membrorum sequitur Damnantum. Ou préjudice et Damage de nous, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 494. Vita J. C. MSS.:*

Qui est li rols ki si manache,  
Qui nos fera si grant Damage?

† *DAMNARE*, *Damnium* inferre, nocere. Radulphus *Coggeshale* in Chronico P. S. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 568: *Videns denique Saladinus quod nihil proficeret, nec sic quidem posse Dammare civitatem, cepit cum suis circumire et infra civitatis perstruere, querendo locum ubi machinas suas sine timore Christianorum posset erigere, etc.*

\* Nostris alias *Damaiger* et *Dampnier*. Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 515: *Et pour ce que les dictes lettres originales..... sont Damagées et empires, etc.* Libert. villæ de Perrusses ann. 1347. ibid. tom. 7. pag. 33. art. 10: *Et restabliront le dommaige au Dampnié. Domager*, eodem significatu, in Lit. ann. 1372. tom. laudato Ordin. pag. 606.

† *DAMNATICUS*, Ad metalla damnatus. Acta S. Cæcilie Virg. et Mart. : *Cæcilia dixit: Miror ut non intelligas figuras fictiles, gypseas, ligneas atque lapideas, vel cujuscumque metalli Deos esse non*

posse, quas araneæ texunt, et aves sterco-  
rant, in quorum capitibus solent ciconiæ  
nidos insruere, quas Dammatici faciunt.  
Nam ad omne metallum pro criminibus  
Damnati mittuntur. Ergo a Damnatis  
initium accipientes, quomodo possunt Dii  
vel æstimari vel credi?

† **DAMNATILIA** et **DAMNATITIA** MEM-  
BRA dicuntur in Miraculis S. Maioli  
Abb. quæ paralyti laborant. Similiter  
Damnatio linguæ pro Lingua eodem  
morbo impedita, ibidem.

**DAMNATIO**, Damnum, Gall. *Damage*  
et *damage*. Epist. Caroli Martelli ad  
Episcopos: *Ut ei nemo aliquam contra-  
rietatem vel Damnationem adversus eum  
facere præsumat*. Matth. Paris ann. 1267:  
*Ne roberias vel Damnationes facerent*.  
*Damage*, in Legib. Normanicis Willelmi  
Nothi cap. 38. Vide *Ecommunicatio*, et  
*Ægid. Menagium in Originibus Ital. in  
Dammagio*.

† **DAMNATITIUS**, *Dedititius*. Gl. Isid.  
Κατάδικος, in Gloss. Lat. Gr. ubi etiam  
*Damnatio*, κατάδικον, κατάδικον. Con-  
stantiensis: *Damnativus, Dedititius*. Di-  
cebatur autem Dedititius, qui a Judice  
creditori addicebatur et debebatur ob  
debita, cum non esset solvendo, ut apud  
eum serviret. Hic in Gl. dicitur, ἔκδοτος  
εἰς χόλασιν, κατάδικος, ἐκδεδόμενος,  
ἵνα δὲ κατάδικος ἀσθενῶν. Ἀγώγιμος  
appella-  
bantur, qui Judicium sententia damnati  
in creditoris domum abducebantur.  
Alii fuere *Dedititii* de quibus infra  
*Datitius*.

† **DAMNATUS**, Detentus in purgatorio.  
Visio Wetini inter Acta SS. Benedict.  
sæc. 4. part. 1. pag. 266: *Circumibat  
maximus fluvius igneus, in quo innume-  
rabilis multitudo Damnatorum penaliter  
inclusa tenebatur, etc.*

† **DAMNIETAS**. Vide *Damnitas*.

**DAMNIFICARE**, Damnum inferre.  
Pseudo-Ovidius de *Vetula*:

Damnificansque hostem numeris quibus operat illas.

Utuntur præterea Jacobus de Vitriaco  
lib. 3. Cæsarius Heisterb. Will. Brito  
lib. 4. 5. 6. 10. Philippid. et alii. [*Dam-  
nificari*, Damnum pati, in Consuetud.  
MSS. Augustæ Auscorum ann. 1301.  
art. 92.]

† **DAMPNIFICATIO**, **DAMPNIFICATIO**, ut  
*Damnitas*. Transactio Rogerii Siciliæ  
Regis de quadam lite, apud Rocch.  
Pirrum Sicil. Sacra pag. 394: *De terris  
autem Flomariæ ordinatum est sic: Quod  
quantacumque homines Episcopi habeant,  
remaneant apud eos absque Damnifica-  
tione, in perpetuum teneant et cognos-  
cant ea tanquam ab Episcopo*. Composi-  
tio Universitatis villæ de Mari cum  
Procuratore Monasterii Silvæ Regalis  
ann. 1321. ex Schedis D. de Mazaugues:  
*Ipsi possint facere levatam piscium semel  
in septimana sine Dampnificatione retium  
piscatorum*.

† **DAMPNIFICATUS**, Damnum passus,  
cui damnum factum est seu illatum.  
Statuta Massil. lib. 1. cap. 53. § 7: *Ad-  
dentes huic capitulo, quod totius defectus  
farinæ debeat reddi, ut, dictum est, Dam-  
nificatæ personæ. Damnificata persona  
rursum legitur hac notione ejusd. lib.  
cap. 41. 54. et lib. 5. cap. 19. § 24. Vide  
Dampnificare*.

**DAMPNITAS**, Idem quod *Damnatio*, dam-  
num. Vetus Notitia apud Franc. Mariam  
in Mathilde Comitissa: *Ulla Damnitas,  
aut intentionem, vel molestiam deveniat*

per aliquid ingenium, etc. Charta Caroli  
M. apud Perardum pag. 13: *Neque Mo-  
nachii aliquam molestiam neque Damni-  
tatem inferre præsumant*. Occurrit præ-  
terea in Capitulari Radelchisi Principis  
Beneventani cap. 3. 8. 20. apud Ughel-  
lum tom. 3. pag. 301. etc. apud Gregor.  
VII. PP. lib. 1. Ep. 18. etc. [et in Addi-  
tamentis ad Chronicon Casauriense ann.  
1028. apud Murator. tom. 2. part. 2.  
col. 998.]

**DAMNIETAS**, Eadem notione, apud  
Marculfum lib. 1. Formul. 32. lib. 2.  
Form. 18. et in Legib. Longob. lib. 2.  
tit. 29. § 1. 6. tit. 55. § 17. [\*\* Liutpr. 19.  
(4, 1.) 17. (6, 64.) Rach. 4.]

1. **DAMNUM**, Multa Judicis sententia  
irrogata. Charta Sancio Lascarensis  
Episcopi ann. 1001. apud Marcam: *Si  
forte his duellum vel aliqua divisio adve-  
nerit, Damnum eis concessit*. Alia apud  
eundem: *Liberaverunt totum proprium  
honorem S. Mariæ de tot carrei, et de toto  
Damno, et de tot carnal, etc.*

2. **DAMNUM**, quod nostri *Danger* vo-  
cant, id est, Procinctum, seu territorium,  
in quo si qua ob commissâ crimina,  
irrogantur multæ, ex Dominorum sunt:  
maxime vero usurpatur pro animalibus  
damnum facientibus in alterius prædio.  
Leges Rotharis Regis Longob. tit. 105.  
§ 30. [\*\* 348.]: *Si quis peculium de Damno  
suo ad clausuram minaverit, etc. Mox:  
Habeat ille id peculium qui in Damno  
invenit*. Leges Luitprandi tit. 61. [\*\* 85.  
(6, 32.)]: *Si quis caballum in Damnum  
suum invenit, etc. Magna Charta de  
Libertatibus Angliæ: Exceptis averiis  
in alieno Damno inventis*. Reg. Majestat.  
lib. 4. cap. 23. § 2: *Si quis Latronem in  
Damno suo invenit cum furto*. Leges  
Burgor. Scotiorum cap. 126. § 4: *Si quis  
invenit in Damno suo aucas, gallinas,  
aut capros, etc. Bracton lib. 3. tract. de  
Corona cap. 37. § 9: Dicere enim poterit  
captor, quod juste cepit averia sua, quia  
invenit in Damno suo, et secundum con-  
suetudinem regni imparcavit illa*. Fleta  
lib. 2. cap. 49. § 1: *Possunt enim captio-  
nes advocari, eo quod dicit poterit quod  
averia captâ fuerunt in loco certo in  
Damno suo, vel in prato, vel alibi in suo  
separati*. Monasticum Anglic. tom. 2.  
pag. 862: *Animalia in Damnis ditorum  
fratrum inventa*. [Chartularium Montis  
sancti Michaelis articulo de Messeria:  
*Messorius si coperit aliquam bestiam in  
Damno cujuslibet hominis S. Michaelis  
de Genesio, debet eam reddere homini in  
cujus Damno eam cepit, et homo debet  
Messorio unum Turonense dare*.] *Bestes  
trouvées prinsees en Damage*, in Con-  
suetud. Hesdinensi art. 32. Vide *Dan-  
gerium*.

\* Vel *Loca sub damno interdicta*. Lit.  
remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph.  
reg. ch. 413: *Lequel Tassin avoit mené  
vaches et autres bestes es Dangiers de la  
mère de l'exposant, sans sa licence*. Aliæ  
ann. 1373. in Reg. 104. ch. 306: *En la-  
dite terre et ou Dangier dudit sire trouva  
certaines bestes desdits habitans. Iceelles  
bestes se bouterent en un Dangier ou pas-  
turage defendu, in aliis ann. 1406. ex  
Reg. 161. ch. 173. Hinc *Sergent dange-  
reux*, qui ejusmodi delicta prohibet et  
a delinquentibus multas exigit, vel eos  
judici defert. Lit. remiss. ann. 1403. in  
Reg. 158. ch. 60: *Esquels bois nous avons  
droit de Dangier, c'est assavoir que toutes  
et quantesfoiz que aucunes bestes sont  
trouvées esdis bois, elles sont confisquées  
à nous..... Robert le Fort nostre sergent  
Dangereux advisa de loing icelles brebis,  
etc. Unde *Dammager* dicebatur appari-**

tor, qui animal in damno deprehensum  
pignerabatur. Lit. remiss. ann. 1412. in  
Reg. 167. ch. 137: *Come Estienne Lucat  
sergent de Macies, ou baillage de Mascon,  
eust prins et Dommagé une jument.....  
laquelle il vouloit mettre en toit*.

\* 3. **DAMNUM**, Sumtus, impensæ, Gall.  
*Depens*. Chronicon S. Trudonis apud  
Acher. Spicil. tom. 7. pag. 388: *Cumque  
altero die sedens* (Herimannus Metensis  
Episc.) *in cella Abbatis de negotiis suis  
strenue ageret, prandiumque ingens ex  
Damno nostro paratum interea expecta-  
ret. . . . Excepto autem Damno quod de  
magnifice sibi parato servitio afflictæ Ec-  
clesiæ nostræ, duos ei Herimannus (Abbas)  
equos transmisit, pro quibus molendinum  
de Stades in vadio positum fuit*.

\* **DAMPNATICIUS**, pro *Damnandus*, in  
Act. S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 876.  
col. 2: *Venientes ad carcerem, cum  
Sossio Dampnaticio in confabulatione  
junguntur*.

† **DAMPNIFICARE**, ut *Damnificare*, *Dam-  
num inferre*. Charta anni 1272. ex Ar-  
chivo Monasterii de Bono Nuntio Roto-  
mag.: *Et si forte contigerit, quod dein-  
ceps dicti Religiosi Dampnificati fuerint  
super hoc. . . nos tenebimur. . . illud  
eisdem penitus et plenarie resarcire*. Ta-  
bularium B. Mariæ Piperacensis; *Ecce-  
sia valde Dampnificata*, id est, Cui  
magnum damnum illatum est. Charta  
Guidonis Archiep. Bituric. ann. 1279.  
apud Thomasserium in Bituric. 116:  
*Ita quod læsus inutilis fiat, vel quod  
propter ictus predictos non apparentes  
moriatur vel corporaliter Dampnificetur*,  
hoc est, damnum patiatur. Occurrit  
alibi.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg.  
7657: *Damnetiar, Prov. Dampnificare,  
vindicare*.

† **DAMPNIFICATIO**. Vide *Damnificatio*.

\* **DAMUGULA**. [Capra agrestis, DIF.]

† **DAMUS**, Dama masculus, apud *Ma-  
dox* in Formulari Anglic. pag. 304. et  
apud Rymer. tom. 1. pag. 557. col. 1.  
Vide *Darnus*.

\* **DANAFIL**, Tubæ species. Instr. ann.  
1347. tom. 1. Probat. Hist. geneal. do-  
mus reg. Portug. pag. 262: *Ipsa univer-  
sitas Villæ-franchæ more solito congre-  
gata. . . ad sonum tubæ sive Danafil, etc.*

\* **DANAMARCA**, **DANNAMARCA**, *Dania*,  
Gall. *Danemarc*; unde *Danimarches*,  
Dani. Glab. Radulph. tom. 10. Collect.  
Histor. Franc. pag. 14: *Mortuo rege  
Adalrado, in regno scilicet illorum, qui  
Danimarches cognominantur, etc.* Ibid.  
pag. 155: *Infinita multitudo Nortman-  
norum ex Dannamarca, etc.* Et pag. 156:  
*Rex vero Canotus de Danamarca paga-  
nus, etc.*

† **DANANTBRAS**, pro *Davantbras* vel  
*Devantbras*, Brachiale ferreum, Gall.  
*Brassart*. Ducentos arcus, duodecim lori-  
cas, octo paria *Danantbras*, seu paria de  
gantelez, apud Rymer. tom. 8. pag. 754.  
col. 1.

**DANEGLDUM**, Tributum Anglis indi-  
ctum, ob pacandos, vel vi propulsandos  
*Danos*, Angliam sæpius incurrentes.  
Joan. Bromptonus: *Danegeld est talle-  
gium datum Danis, id est, 3. den. de qua-  
libet bovata terræ*. Leges Edwardi Con-  
fess. cap. 11: *Danegeldi redditio propter  
piratas primitus statuta est. Patriam  
enim infestantes, vastationi ejus pro posse  
insistebant. Ad eorum quidem insolentiam  
reprimendam statutum est Danegeldum  
annuatim reddi, scilicet 12. denarios ex  
unaquaque hida totius patriæ, ad condu-  
cendos eos qui piratarum irruptioni resis-*

tendo obviarent. Vide Leges Henrici I. cap. 15. Ab hac pensatione exempta est Ecclesia Anglic. ut in iisdem Edwardi Legibus narratur, quæ videntur esse recentioris Scriptoris, et forte Henrici de Knyghton lib. 2. apud quem ea reperiuntur pag. 2357. nisi ille ab alio hauserit.

Tunc vero primum indictum est, cum Swanus Danorum Rex Britannie insulam, quam magna ex parte occupaverat, vastaret et spoliaret, Ethelredo regnante, ut est apud Joannem Sarisber. lib. 8. Policratici cap. 21. Henricus Huntingdon. lib. 5. pag. 357: *Edelredi Regis an. 13. primum statuerunt Angli consilio infausto Siricii Archiepiscopi, quod ipsi censum Dacis persolverent, quatenus a rapinis et cæde cessarent, et dederunt eis decem mille libras.*

At quod ex necessitate, et Danicarum incursionum occasione indictum est miseris Anglis tributum, propulsis postmodum et intra proprios limites sese continentibus Danis, continuatum est. *Hoc autem malum, inquit idem Scriptor, usque in hodiernum diem duravit, et diu, nisi Dei pietas subveniat, durabit. Regibus namque nostris modo persolvimus ex consuetudine, quod Dacis persolvebatur ex ineffabili terrore.*

Sed onus Anglis gravissimum ab eorum cervicibus auferre, illudque relaxare primus aggressus est S. Edwardus. *Ferunt enim, verba sunt Ingulfii pag. 897. Regem sanctissimum, cum dictum Danigeld cubicularii sui collectum in Regis cameram intulissent, et ad videndum tanti thesauri cumulum ipsum adduxissent, ad primum aspectum exhorruisse, protestantem se demonem super acervum pecuniæ saltantem, et nimio gaudio exultantem prospexisse. Unde pristinis possessoribus jussit statim reddere, et de tam fera exactione ne iota unum voluit retinere; quin in perpetuum remisit, anno scilicet 38. ex quo tempore Regis Ethelredi patris sui Swanus Rex Danorum suo exercitui illud solvi singulis annis imperavit. Similia narrant Ælfrædus in Vita S. Edwardi. cap. 7. n. 23. et Bromptonus pag. 942.*

At Willelmo Notho Angliam obtinente, rursus Anglis eadem pensatio indicta servata, Danegeldi appellatione, licet Dani cæterique maris prædones Septentrionales incursus suos cohiberent. Cum ergo diu solvisset terra sub ejusdem Regis Imperio, noluit hoc ut annuum solvi, quod fuerat urgente necessitate bellicæ tempestatis exactum; nec tamen omnino propter inopinatos casus dimitti. Raro igitur temporibus ejus, vel successorum ipsius solum est, hoc est cum ab exteris gentibus bella vel opinionæ bellorum ingruebant. Ita liber Scaccarii lib. 1. cap. 11.

Præterea exsolutum sub Willelmo Juniore cum Normanniam invasit, fratre suo Roberto in expeditionem Hierosolymitanam profecto, tradit Knighton loco citato. Henrico I. denique regnante, Danegeldum inter Jura Regia recensetur in ejusdem Regis Legibus cap. 10. quod fortassis ejusmodi pensationem populis indicere solius esset Regis, vel potius quod ad Regium fiscum deferretur: *Hæc sunt jura quæ Rex Angliæ solus et super omnes homines habet in terra sua, commoda pacis et securitatis institutione, retenta, infractio pacis per manum vel breve datæ, Danegeldum, placitum brevium, etc.* Atque inde forte Danegeldum Regis vocitatur in aliquot Chartis illo regnante descriptis tom. 1.

Monastici Anglic. pag. 111. et tom. 2. pag. 206. 207. in quibus terræ concessæ dicuntur liberæ et quietæ ab omni sæculari exactione et omni re quæ ad Regem pertinet, *excepto Danegeldo Regis.* Henrico etiam imperante illud obtinuisse in Anglia docet adhuc caput. 16. earumdem Legum: *Danigildum, quod aliquando Ringe manus (alias Yngeman, Spelmannus legit Ingilman) dabatur, id est, 12. den. de unaquaque hyda per annum, si ad terminos non solvatur, wyta emendetur.* Refert etiam Ranulfus Cestrensis lib. 7. cap. 17. Henricum in redemptionem peccatorum suorum visisse circa ann. regni sui 30. septem annis Danicum tributum relaxatum.

Sed longe religiosior fuit Henrici successor Stephanus Rex: nam in die Coronationis suæ inter alia vovit, quod *Danegeldum, id est, duos solidos ad hidam, quos antecessores sui accipere solebant, singulis annis in æternum condonaret, ut auctor est Henricus Huntingdon. lib. 8. pag. 387. a quo hausit quæ habet in hanc rem Bromptonus. Nulla deinceps mentio occurrit Danegeldi apud Scriptores. Vide Analecta Seldeni lib. 2. cap. 6. [Vocis origo Saxonice gild, Solutio. Vide Gildum.]*

DANELAGA. Vide Lex Danorum.

1. DANGERIUM, seu Danger, vocant nostri, quidquid juri stricto, atque adeo confiscationi obnoxium est: ita ut res dicatur esse in Dangerio domini feudalis, quæ, nisi quod de ea statutum est adimpleatur, confiscari possit. Ita fiefs de Danger vocant Consuetudines aliquot municipales, Trecentis art. 37. Calvimontensis art. 56. Barrensis art. 1. etc. ejusmodi feuda, quæ a vassallis adiri non possunt, nisi post præstitum Domino hominum: alioquin in commissum cadunt. Historia foundationis Abbatie Pipwellensis in agro Northampton: *Nec audebant Abbates eidem resistere, quia aut pro denariis, aut pro bladis semper fuerunt Abbates in Dangerio dicti Officialis.* Charta Philippi Regis Fr. ann. 1288: *Poterunt suas sagenas ponere et retia essiccanda in sicca terra, sine Dangerio Garennariorum,..... salvo in prædictis omnibus Dangerio traversi de Archis, quod retinemus.* [Charta pro Monialibus Belli-prati ann. 1270. apud Miræum tom. 1. pag. 418. col. 2: *Nec militi vel successoribus meis aliquid in eis dominium vel Daugerium (Dangerium) dereliqui; sed omnia ipsi libera et quietam omnibus decrevi temporibus permanere.*] Philippus Mouskes in Chilperico:

Et si ont les pois quitement,  
Si ont les balances sans trecier,  
La signorie et le Dangier.

In Carolo Magno:

Tous les avoit à Dangier,  
K'il ne pooit sans eus mangier.

Vide Domigerium.

\* Quicquid confiscationi obnoxium est sive ratione feudi, sive ex conductione. Charta ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 492: *Cum accepissent quemdam locum, seu plateam, vel Dangerium, sitos super fluvium Essonæ,.... ad molendinum ad molam construendum. Ventes, reliefs, Dangiers, chambrellage et droitures, in Ch. Joan. abb. Corb. ann. 1359. ex Chartul. ejusd. monast. fol. 272. v. Hinc Estre en danger de quelqu'un, significat alicui obligatum et devinctum esse. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 149. ch. 297: *Quant vint à paier l'escoi, Maronnat dist à l'exposant qu'il paiait pour lui; le quel**

lui respondi qu'il n'en feroit rien, et qu'il n'estoit point en son Danger, par quoi il deust paier pour lui. Vide infra in Domigerium.

2. DANGERIUM, in re forestaria, dicitur Jus quod Rex habet in forestis et silvis Normanniæ, in quibus proprietarii cæsionem facere non possunt inconsulto Rege, aut illius Officialibus, sub commissi pœna, quam Danger vocant. Regestum Cameræ Computor. Paris.: *Tiers et Danger sont, que toutes les forets de Normandie, qui ne sont du tresfond du Roy, desquelles les tresfondiers n'ont speciale exemption par chartre et usage, sont tenus à tiers et Danger du Roy; est à sçavoir qu'iceux tresfondiers ne peuvent faire vente ordinaire ni exploiter en leurs tresfonds sans licence du Roy, qu'il ne perdent toute la vente, laquelle pour ce est forfaitte.* In Charta 17. Jul. ann. 1471: *De noble homme de Guillaume de Casenove dit Coulomp Escuyer Vice admiral de France, Maistre Enquesteur et Examineur des Eaux et forests du Roy.* Dangerium dicitur esse decima acrarum silvæ: verbi gratia in 30. acris silvæ seu bosci, Tertium et Dangerium 13. acras conficiunt: 10. pro Tertio et 3. pro Dangerio, quæ et decima dicitur: *C'est à sçavoir pour le tiers, des [dix] acres: et pour le Dangier ou disme, 8. acres.* Quæ verba infra rursus repetuntur. Hinc Tertium et Dangerium, in Charta Ludovici Hutini pro Normannis ann. 1315. art. 9. 10. etc. Vide Tertium et Domigerium.

\* Inquisit. ann. 1258. in Reg. Olim parlam. Paris. fol. 7: *Item utrum comes Ebroicensis vendebat sua nemora, sine tertio et Dangerio.* Arrest. ann. 1269. ibid. fol. 168: *Judicatum est quod Johannes de Nevilla miles non potest vendere boscos suos de Nevilla, sine licentia et Dangerio regis.* Reg. Cam. Comput. ex Bibl. reg. sign. 8406. fol. 102. v. *Dangeria vero (sunt) quando bosci non possunt vendi sine licentia regis, et tunc ibi habet decimum denarium.* Ch. ann. 1470. ex Cod. reg. 9849. 4. fol. 158. r. *Quant ung boys à tiers et dangier est vendu par le tresfondier tout ensemble, tant sa part comme la part du roy, le roy prent le tiers sur toute la somme de la vendue avec la disme ou Dangier de deux souz pour livre v. g. sur le pris de 60. souz Tournois l'acre ou l'arpent, ou le totage d'icelle vente, le roy y prent 20. souz Tournois pour son tiers, et le Dangier ou disme sur le totage, qui monte pour lesdiz 60. souz Tour. six souz Tour.* Consule quæ de jure Tertii et Dangerii scripsit Lud. Greard cum Instrumentis et observationibus Lud. Froland. Unde *Sergent dangerieux* dicitur, qui jus illud regium curat et servat, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 346: *Jehan de Grosmenil sergent Dangerieux de nos foretz, etc.* Vide Glossar. Jur. Gall. et in Tertium 4.

\* 3. DANGERIUM MARITAGIORUM, Mulcta servis irrogata, qui invito domino nuptias inibant. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 211. v. *Servicia vavassorum, Dangeria maritagiorum, justitia parva, etc.* Vide Forismaritagium.

\* 4. DANGERIUM, Incommodum, difficultas, mora, contentio, nostris Dangier, eodem sensu. Charta Ingeranni de Marign. pro fundat. eccl. colleg. Escoiar. ann. 1310. in Reg. Phil. Pulc. ex Cod. reg. 9607. 3. ch. 63: *Concedo tam ipsis quam aliis personis collegii liberum molere,.... et id facere absque Dangierio*

vel exactione qualibet tenebitur in futurum molendinarius molendini. Testam. Aymari de Rossillione ann. 1364. ex Cod. reg. 6008. fol. 127. v. : *Emantur, ... calia, missale et alii libri necessarii in dicta capella, et omne ornamentum altaris, taliter quod servitor dictæ capellæ possit et valeat ibidem celebrare sine dongeras* (1. *Dangerio*) alterius personæ. Gesta Ludov. Pii. cap. 16. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 152 : *Et leur commandement que se la roine fesoit Dangier, que il la sachassent à force hors de l'esglise.* Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Charthoph. reg. ch. 247 : *Lesquelz suppliants dirent aux dites femmes folles que elles allassent coucher avec eulz ; lesquelles en firent un pou de Dangier ; et sur ce orent un pou de paroles dangereuses. Comme le tavernier faisoit Dangier ou difficulté de ce faire, in aliis ann. 1370. ex Reg. 102. ch. 83. Hinc *Dangereux*, Difficilis, morosus. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 136. ch. 159 : *Laquelle femme, quant elle aperceut que ledit prestre son maître venoit, fiat la Dangereuse et s'escria faintement, etc. Cause dangereuse, Implicata, quæ difficultatem habet, in Lit. ann. 1388. ex vol. 8. Arestor. parlam. Paris. : Comme iceulz particuliers ayant une tres grosse et Dangereuse cause en nostre parlement. *Dangereux* denique, Morbo obnoxius, unde quis in periculo versatur. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 145. ch. 173 : *L'un d'iceulz coups, par cas de meschief et d'aventure, chey sur l'ueil dudit Thomas, lequel il avoit un pou Dangereux et malade.* Aliæ ann. 1453. in Reg. 182. ch. 83 : *Iceului Recullet se refroidi tant, que une maladie appellée apopleisie, dont il estoit Dangereux, enferme et souvent malade, le print.***

\* 5. **DANGERIUM**, nostris *Dangier*, Angustia, claustra itineris vel montium, vulgo *Détroit, défilé*. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 135. Charthoph. reg. ch. 262 : *Comme la ville de Muande soit située près des fins et mettes de nostre royaume, es destrois et Dangiez des contes de Foiz et d'Arminhac.*

**DANGIO**. Vide *Dunjo*.

† **DANGELDUM**. Vide *Danegeldum*.

\* **DANIMARCHES**, Dani. Vide supra *Danamarca*.

\* **DANIO**, Piscis genus, Provincialibus. Vide infra *Glaucus*.

† **DANJO**. Vide *Dunjo*.

† **DANISTA**. Vide *Darnus*.

\* **DANITARI**, si tamen certa est lectio, f. pro *Morari*, nutricari. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad ann. 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 347. r. : *Oliverius socius prioris frequenter venabatur et ibat ad perdecies cum rethe et falcone, et habebat tunc quoddam instrumentum in quo Danitatur falcones, quod nobis displicuit, pro eo quod erat ita in publico et propter scandalum. Leg. forte *Domantar*.*

\* **DANNAMARCA**, Dania. Vide supra *Danamarca*.

\* **DANRATA**, Merces quævis, Gall. *Denrées*. Stat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. in unum collecta fol. 101. r. : *In eventum quo... transgredi edicta ejusdem civitatis in exercitio ministeriorum prædictorum, prout in pondere panis aut mercatura Danratarum reprobatarum, tenebuntur adire præpositum de Velleyo, vel capitulum, et prosequi justitiam super querelis suis, ita quod si panes et Danratæ hujusmodi invenirentur defectivæ, executio earum... competet nobis seu dicto præposito. Danrée vero Modus agri, f. unde redditur unus denarius census, in*

Testam. Th. de *Failly* ann. 1473. ex Bibl. reg. : *A legué, donné et devisé huit faulciées et deux Danrées de prey. Vide infra *Denariata prati et terræ*.*

**DANSARÉ**, Gallis *Danser*, Saltare : Cambro Britannis *Dawnsio* idem sonat. † **DANSATOR**, Gall. *Danseur*, Saltator. Hist. Monasterii S. Laurentii Leodiensis pag. 1118 : *Venerunt Dansatores Aquigrani, deinde Trajectum. Mimi sunt et circulatores.*

† **DANSATRIX**, Saltatrix, Gall. *Danseuse*, in Chr. Cornelii *Zantfiet*, apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 309.

† **DANTI**, pro *Deatri*, ut conjecto. Præceptum Caroli Simplicis ann. 919. apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 275 : *Et insuper areas... intra muros Turonicæ urbis sitas cum muros et posterula, habentes in circuitu a porta Aurelianensi usque ad arenas perticas nonaginta sex Dantos. Vide *Deatri*.*

\* **DANTULDS**, Qui male et ridiculam ob causam dona largitur. Vita S. Walthei abb. tom. 1. Aug. pag. 259. col. 2 : *Qui (prælati) cum de obscuris parentibus genuinam trahant originem, donis medianibus, militum et procerum sibi mundinantur consanguinitatis claritatem ;... qui tertium gradum cognationis vel quartum computant, aut concedunt Dantulo, centesimum genu numerare nesciunt.*

\* **DANUMARCHIA**, Dania, vulgo *Danemarc*, in Vita S. Gerem. tom. 6. Sept. pag. 704. col. 1. Vide supra *Danamarca*.

\* **DANUS**, *Usurier*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Darnus*.

† **DANZA**, Hispanis *Saltatio*, Gallis *Danse*. Legitur in Concilio Tolet. anni 182.

† **DAPAR**, f. *Procuratio* seu Convivium, vel certa præstatio loco convivii, a Latino *Dapes*, Largior et opiparus ciborum apparatus, unde *Dapnare victum alicui*, apud Plautum. Testament. Manigundis Langobardæ pro erectione puellaris Monasterii Cairati ann. 20. Luitprandi et Heldeprandi Regum, apud Mabill. tom. 2. Annal. Bened. pag. 705. col. 1 : *Dare debet Dapar sanctæ Ticinensis Ecclesiæ, et debet et facere dare et consignare Abbatissa, quæ pro tempore præordinata erat, ad domum ipsius sanctæ Mediolanensis Ecclesiæ Antistitis, per ante dictas ferias de Domini Nativitate. Et si Dapar ipsius Mediolanensis Ecclesiæ Antistitis alia superimposita facta fuerit, quam supra judicavit : tunc volo et judico, ut habeat potestatem, commendationem et consecrationem in quaalem Episcopum ipsa Abbatissa, quæ pro tempore præordinata erat, cum ipsa munera, qualiter superius judicavit, alia superimposita eis da nulla par non fiat. Sed et hæc obscura. [\*] Da par pro de parte. Chart. Manigundis suspecta Muratorio Antiquit. Italic. tom. 2. col. 239. c.]*

\* **DAPARE**, *Edere, manducare, maniar*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Dapere*.

**DAPAX**, **DAPATICUS**, **DAPTICUS**. Ugutio, et ex eo Joan. de Janua : *Dapax, loquax et facundus ex cibo. Dapaticus, et Dapticus, i. manifestus, aptus, et largus, dapsilis, munificus. Dapaticæ, id est, magnifice, large, dapsiliter. Vide Festum.*

\* **DAPER**, *Che da manzare*. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **DAPERE**, a *Dapes*, Epulari. Gloss. Lat. Gr. : *Dapet, εὐωγείτα.*

\* **DAPES**, Bona, facultates Ermold. Nigel. de Gest. Ludov. Pii lib. 2. vers.

485. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 35 :

Divisitque Dapes, necnon partitur honorem  
In sobolem propriam Cæsar amore patris.

Idem lib. 3. vers. 617. ibid. pag. 50 :

Cæsar ei vitam tribuit, tributique salutem,  
Et miserans proprias cessit habere Dapes.

\* **DAPHARDUM**, perperam, ni fallor, pro *Caphardum*, capituli tegumenti species. Vide in hac voce. Protocol. de reformat. eccl. tom. 1. Conc. Constant. part. 10. pag. 603 : *Officiales curiæ, ut scriptores, abbreviatores, procuratores, advocati... incendant induti Daphardis, ut antiquitus consueverunt.*

**DAPIFER**, Idem qui *Senescallus*. Chronicon Moriniacense lib. 2 : *Willelmus Dapifer, qui et Senescallus appellatur. Leges Henrici I. Regis Anglor. cap. 41 : Qui residens est ad domum suam, summoniri debet de quolibet placito cum testibus, et si domi est, eidem dicatur, vel Dapifero, vel denique familiæ suæ libere denuntietur. Dapifer vel minister manerit, cap. 92. Vide Seldenum de Titulis honorar. 2. part. pag. 656. 695. 840. et infra in *Senescallus*. [\*] Murator. Antiquit. Ital. tom. 1. col. 119. C. et infra *Drossartus*.]*

† **DAPIFER**, Officialis Monasterii idem qui alias *Refectuarium*, modo *Depositarius* vel *Cellerarius*. Fol. xxiii. Tabularii Virzionensis post Humbaldum Abbatem subscribitur Monachi plures, inter quos *Rainaldus Monachus Dapifer*. Onomasticum vetus : *Dapifer, ατροφόρος.*

† **DAPIFERA**, in Necrologio Lareshamensi pag. 34. *Vindemiarum Litterar. Schannati : Agnetis Dapifera, etc.* **DAPIFERIA**, Dapiferi dignitas, in Charta ann. 1318. apud Isaacum Pontanum lib. 7. *Rec. Danicar. [Dapiferia et Senescallia Franciæ, in Edicto Philippi cognomento Pulcri ann. 1309.]*

**DAPIFERATUS**, Eadem notione, apud Hugonem de Cleeriis, Robertum de Monte et Nicolaum Trivetum ann. 1164. *Levoldum Northovium in Chron. Marciano ann. 1307. et alios.*

**DAPIFERATIO**, Idem quod *Dapiferia*. Tabular. S. Remigii Remensis : *Hæc sunt feoda quæ tenet in manu sua, Dapiferationem, terram de Conduo, etc.*

**DAPIFICUS**, Condimentarius, seu potius *Cocus*, qui *dapes* parat aut conficit. Matth. Paris ann. 1258 : *Dapificos suos, Cocos, et Pincernas, etc.*

† **DAPISCIDA**, a *Dape* et *Cædo*, Sector mensarius, Gall. *Ecuier tranchant. Philippum Wentworth Militem unum Dapiscidarum nostrorum, in Indentura treugarum Scolia ann. 1457. apud Rymerum, tom. 11. pag. 397. col. 2. Rursus occurrit ejusdem tom. pag. 834. col. 2.*

**DAPOCLEORIUM**, Papias MS. : *Dapocleorium, Faldistorium. Vide *Cliothe-drum*.*

† **DAPSIBILITER**, ut *Dapsiliter*, Laute, large, liberaliter. Vita S. Droctovei tom. 2. Martii pag. 40 : *Avaritiam omnino vitabat et Dapsibiliter miserorum inopiæ subveniebat.*

**DAPSILIS**, Vox Latinis cognita. Glossar. Lat. MS. Regium Cod. 1013. et Papias : *Dapsilis, Largus, profusus, vel qui satis erogat escas. [\*] erogat dapes, in cod. reg. 7609.]* Joan. de Janua : *Dapsilis, largus, præcipue in cibis. Ebrardus Bethun. :*

Dapsilis est dapibus, aliis rebus quoque largus.

Gloss. S. Benedicti ; *Largus, δαψιλής*, Glossæ aliæ : *Dapsilis δαψιλής*. Fortunatus de Vita S. Medardi cap. 7 : *Erat enim*

*frugalitate laudabilis... Dapsilis in pauperum recreatione, etc. Ordericus Vitalis lib. 4: Hic non Dapsilis, sed prodigus erat. Occurrit in Notis Tyronis, et alibi passim.*

**DAPSILITAS**, Liberalitas. Ordericus Vital. lib. 12: *Quem pro affabilitate sua et Dapsilitate oppido dilexerunt.* [Vita S. Genulphi Episc. tom. 2. Jan. pag. 84. n. 17: *O Serve Dei inclyte, o mi care Domine, obsecro Dapsilitatem tuam magnificentiam, ut declines in domum meam.*] Matth. Paris ann. 1248: *Qui omnes Milites circumdegentes Dapsilitatis et hospitalitatis multiplicatis honoribus superaverat.* Ann. 1249: *Nec tamen hospitium ejus Dapsilitatis alicujus inde suscepit incrementum.* Vide pag. 251. d. 535. f. Vitam S. Adelheid. cap. 8. Henricum Huntingdon. lib. 8. Stephanium ad Saxonem Grammaticum pag. 177. [Anonymum in Vita S. Gerardi Abb. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 270.]

† **DAPSILITER**, ut **Dapsiliter**. Large, Liberaliter. Chronicon Fontanell. apud Acherium Spicil. tom. 3. pag. 259: *Eum satis honorifice suscepit, necessaria Dapsiliter indulisit.* Sueton. in Vespasiano *Dapsile dixit eadem notione.* Vide **Dapsiliter**.

† **DAPTICUS**. Vide **Dapax**.

† **DARAMARE** vel **Daraniare bellum** Spelmanno in **Adramire**, idem est quod **Denunciare**, **Proferri**. Vide **Adramire**.

\* Hinc, ut videtur, **Darement**, **Denuntiatio**, in Charta Margari. comit. Fland. ann. 1387. ex Suppl. ad Miræum pag. 436. col. 1: *Et de ce ont joys et assez payiblement avant les Darement, guerre et commotion qu'ils ont esté à nostredit pays de Flandre.*

\* **DARASTUÆ**. Vide infra **Dauretæ**.

\* **DARBUS**, Animalis genus frugibus infestum. Comput. ann. 1480. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 342. col. 1: *Item solverunt pro litteris monitoriis a curia domini officialis impetratis... contra mures, Darbos, et talpas, et alia animalia fera dampnum inferencia in fructibus excretis in campis et sigillo, iij. solidos, iij. den.* Vide infra in **Excommunicatio**.

† **DARDA**, ut **Dardus** infra. Memoriale Potestatum Regiensium ad annum 1284. apud Murator. tom. 8. col. 1165: *Quod audiens iste insanus, statim cum cultro suo, sive cum Darda percussit Episcopum et perforavit corpus ejus.*

† **DARDANA PUGNA**, Ludi genus. Vide **Senio**.

**DARDANARII**, Sephasiarum, Pantopolæ qui nostris, **Regratarii**. [Qui merces, maximeque annonam emunt, ut postea carius vendant et iniquius.] Gl. Lat. Græc.: *Dardanarius*, Παντοπόλης, παντομέτοβλος, σποτακπής. Gloss. Græc. Lat.: Μετάβολος, *Dardanarius*, cociator, arillator. Alibi: Παλιγκάπηλης, *Dardanarius*. Vide **Cujacium** lib. 10. **Observ.** cap. 19. et **Turnebum** lib. 9. **Advers.** cap. 7. [Leges Municip. Mechlin. tit. II. art. XVII: *Dardanarii qui annonæ pretium intendunt, in cratæ tradendæ a Suprema ad portam Neptuni, quam Neccariam vocant; atque ita eliminandus est sine ulla relaxatione pœnæ in æternum exilium.* In hujusmodi homines invehitur S. Ambrosii. Offic. 3. 6. Vide **Lexicon**, **Martinii**.]

† **DARDANUS** Equus, Subniger, **Brunus**. Vide **Brunicus**.

**DARDIARI**, Milites qui **dardos** gestant, apud Albertinum **Mussatum** lib. 5. de **Gestis** **Italicorum** rubrica 2.

**DARDUS**, Jaculum, **Gallis** **Dard**. [Italici et Hisp. **Dardo**.] **Cambro-Britannici** **Dar**, est quercus, robur, **Dart**, telum, jacu-

lum. **Abbo** lib. 1. de **Bellis** **Parisiac.** vers. 89:

At turris nocturna gemit Dardis terebrata.

Infra vers. 608:

... Dardumque ferens castella petivit  
Illorum.

Lib. 2. vers. 213:

Scuta tonant, Dardique volant.

[Hist. Dalph. tom. 2. pag. 510. in **Conventionibus** ann. 1345. de armis ad **guer-**  
**ram** necessariis: **Platæ cervelleriæ** cc. **gorgeriæ** cc. **CLXXX. pavesii**, cc. **lanceæ**, **cccc. Dardi**.] **Guill. Guiart.** ann. 1303:

La veissie au remuer,  
Lances brandir et Dars ruer,  
Qui trapercent coton et bourre.

**Henri de Gauchi** in versione MS. libri de **Regimine** **Principum**: *La terce chose est con leur doit apenre à traire sajetes, à lancier des Dars, et ferir de lances.* **Mox**: *Et sachies qu'à bien jeter une lance, ou un Dard, on le doit bransler, et puis jeter rudement.* In **vibrandis** **Dardis**, seu **jaculis** maxime **industrii** **fuere** **Genuenses**, eoque nomine **commendantur** non **semel** in **Chronico** **Bertrandi** **Guesclini** **MS.**:

Et vint mille Genoïis, qui vont tous Dars lançant.

Alibi:

Vinrent li Genevois desus giennes seans,  
Qui lancerent de Dars ainsi que Payens.

**Octavianus de S. Gelais** in **Viridario** **honoris**:

Becs de faulcons, Dardes Portingaloises.

[\*\* De etymo **consule** **Murator.** **Antiq.** **Ital.** tom. 2. col. 1195. c.] **Vide** **Darda**.

\* **Interdum** **Ensis** **brevis**, **pugio**, **sica**, **Ital.** **Dardo**, **Gall.** **Darde**. **Lit.** **remiss.** **ann.** 1376. in **Reg.** 109. **Chartoph.** **reg.** **ch.** 170: *Præfatus Pillardus eundem exponentem cum gladio invasit;... quod videns dictus exponens ad sui defensionem quandam Dardam, quam in manu sua tenebat, opposuit; et finaliter dimissis per eos hinc inde gladio et Darda præfati exponens et Johannes Pillardus se ad invicem acceperunt.... Præfatus exponens vim vi repellendo eundem Pillardum solo ictu dicta daga percussit. Exponens portans in zona sua unum bazalardum et in manu sua unam Dardam pictam de viridi, in aliis ann. 1383. ex **Reg.** 123. **ch.** 55. **Aliæ** **ann.** 1381. in **Reg.** 120. **ch.** 137: *Armez d'une cote de fer, d'une espée, d'une taloche et d'une Darde ou demi-glaive, etc.* **Rursum** **aliæ** **ann.** 1391. in **Reg.** 142. **ch.** 329: *Le suppliant en soy defendant mist audevant dudit Martin ladite lance ou Darde, dont il fu ataint et navré. Comme les compaignons eussent joué de la Darde, le Clerc gaga de geter en cinq gées ou à cinq foiz une Darde ou dart, in aliis denique **Lit.** **ann.** 1394. ex **Reg.** 146. **ch.** 488. **Dardille**, diminut. a **Darde**, in **Lit.** **remiss.** **ann.** 1454. ex **Reg.** 191. **ch.** 12: *Le suppliant getta icelle Dardille,.... laquelle chey sur le front d'icelui Poupart, qui la tira sitost, etc.* **Hinc****

\* **DARDEIARE**, **Gall.** **Darder**, **Ital.** **Dardeggiare**, **Darda** seu **jaculo** **ferire**. **Instr.** **ann.** 1218. inter **Probat.** **tom.** 1. **Histor.** **Nem.** **pag.** 60. **col.** 1: *Bertrandus inpiavit trossam erbæ in terra, et dictus Stephanus sedens super erbam cecidit cum ea in terra: tunc apredentes lanceas quas ferebant, ceperunt inter se Dardeiare cum eis.*

\* **DARDENA** **CORDA**, **Funis** **palea**,

**junco** aut **cortice** **ex** **Dardania** aut **Monte** **Libano** **contextus**, unde **vulgo** **Corde** **de** **Liban** **dicitur**. **Leudæ** **minut.** **Carcass.** **MSS.**: *Item de duodena cordarum Dardanarum, i. den.* **Haud** **scio** **an** **ejusdem** **originis** **sit** **vox** **Darcidoine**, **vel** **an** **non** **sit** **scripta** **pro** **Carcidoine** **aut** **Calcidoine**, in **Lit.** **remiss.** **ann.** 1396. ex **Reg.** 151. **Chartoph.** **reg.** **ch.** 138: *Le suppliant print à faire un petit de verriere en la chambre de frere Jehan de Bousac, evesque de Darcidoine, en la ville de Bourges.* **Rursum** **infra** **occurrit**.

† **DARE**, **Statuere**. **Leges** **Ludovici** **Augusti** **e** **Codice** **Ambrosiano** **apud** **Murator.** **tom.** 1. **part.** 2. **cap.** 128. **col.** 1: *Quomodo Ludovicus Imp. Dedit quomodo Missi et Comites de Ecclesiasticis, etc.*

\* **DARE** **CONTRA**, **Obsistere**, **vel** **etiam** **oppugnare**, in **aliquem** **irruere**, **Gall.** *S'opposer, attaquer, courir sus.* **Inst.** **ann.** 1384. inter **Probat.** **tom.** 3. **Hist.** **Nem.** **pag.** 65. **col.** 1: *Venit duæ (Bituricensis) cum gentibus armorum ad partes, pro destruendo patriam et gubernando, offero me habere a comite Fuzi ducentas lanceas et plures, et eidem mandare ad impediendum et Dandum contra genes armorum dicti domini ducis.*

\* **DARE** **FAMAM**, **Rumorem** **disseminare**, **fama** **vulgare**, **Gall.** *Faire courir un bruit.* **Ital.** *Dare voce.* **Epist.** **scripta** **vicario** **et** **concilio** **Massil.** **ex** **Tabul.** **S. Vict.**: *Bene quingenti vel circa de inimicis debebant dormire in castro de Varaginibus; si fuerunt ibi vel non, adhuc nescio; licet Darent famam, quando se congregabant, quod volebant venire ad civitatem istam (Massiliæ.)* **Vide** **Famare**.

\* **DARGHETTA**, **DARGUETTA**. [Minor targa: « Salvatori de Valencia victori... pro factura pangesiorum et Darguettarum. (Arch. Vatic. mand. camer. 1458. f. 81.) — « (Eidem) pro pavesia, Darghettis et aliis rebus. (Ibid. f. 64.) »]

\* **DARIUS**, **perperam** **pro** **Decius**, **taxillus**, **Gall.** **Dé.** **Stat.** **crimin.** **Saonæ** **cap.** 37. **pag.** 79: *Et quia interdum in civitate Saonæ et districtu se reducunt personæ malæ et suspectæ, ut puta ludentes cum falsis Dariis, etc.*

**DARNUS**, **Fœnerator**. **Papias**: **Danus**, (δάνος) **ferus**, **lucrum**, **Græcæ**, **quod** **rustice** **Darnus**, **sive** **fœnerator** [vel **fenus** **dicitur**. **Excerpta** **Pithæana**: **Danus**, **Fœnerator**, **Danista**. **Hinc** **corrigendæ** **Glossæ** **Isidor.** **ubi** **perperam**, **Damus**, **Fœnerator**: **quod** **non** **vidit** **Grævius** **vir** **alioquin** **oculatusissimus.**] **Cambro** **Britannici** **Darn** **est** **pars**, **portio**: **Darnio**, in **partes** **et** **frusta** **dissecare**. **Ita** **etiam** **in** **Catholico** **Armoric.** **Arvernus**, **Dearne**, **Darne**, **eadem** **notione**; **unde** **Darne** **de** **saumon**, **portio** **salmonis**.

† **DARRUS**, ut **Dardus**. **Locum** **vide** **in** **Buchseu**.

\* **DARSENA**, **DARSINA**, **DARSINALE**, **Portus** **interior**, **Ital.** **Darsena**. **Convent.** **Saonæ** **pag.** 60: *Cum his diebus præteritis comparuissent Vincentius Brexianus et Petrus Vincentius Rocheta, oratores civitatis nostræ Saonæ, et exposuissent Darsenam dictæ civitatis continue impleri;... qui cum hodie retulissent nullam salubriorem formam reperuisse ad habendam pecuniam pro dicta Darsina reparanda, etc.* **Stat.** **crimin.** **ejusd.** **cap.** 20. **pag.** 32: *Si aliquis raubarum vel deprædationem violentem commiserit... in aliqua strata publica dicti communis, seu super modulo in portu aut rippa portus, vel Darsinali retro modulum, etc.*

\* **DARTUS**, ut **Dardus**, **Jaculum**, **telum**. **Charta** **ann.** 1335. ex **Cod.** **reg.** 5956. **A.** **fol.** 1. vº: *Armaturas etiam in dictis ga-*

leis infrascriptas habebunt, ... lanceas ccl. Dartos v°. Vide supra *Darda*.

† **DASGASTALDUS**, Procurator. Testamentum Bertichramni Episc. Cenom. ann. 615. inter Acta SS. Jun. tom. 1. pag. 725: *Dasgastaldi qui voluerint ex ipsis cum ipso Abbate consistere vel Basilicæ deservire, de rebus sanctæ Basilicæ dicentur*. Vide *Gastaldus*. [\*\* Apud Breg. pag. 113: (Libertini) *sub defensione S. Petri perseverent et Dasgustaldus. Qui voluerint ex ipsis, etc. dotentur.*]

\* **DASIA**, Una figura. Glossar. Lat. Ital. MS: *Dasia, densitas spiritus, signum vocalis aspiratæ, in Amalth. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613: Dasian, flatilis, a dando, id est ostendendo flatum habere.* [\*\* Δασεία.]

† **DASIUM**, Mensa ceteris excelsior in refectorio S. Germani Paris. sic olim, ut puto, dicta, quod supra esset umbraculum, Gal. *Dais*, unde nomen. Veteres hujusce Monasterii Consuetudines, apud Marten. de antiquis Monachorum ritibus pag. 109. ubi de Collatione ante Completorium: *Conventus ascendet ad mensas, sed non sedebunt quousque Prior sederit ad Dasium, et sederit super sedem. Si vero Abbas fuerit ad Collationem, Conventus non erit superius ad mensas, sed stabunt inferius donec Abbas transierit, et sederit ad Dasium supradictum.... Primo versus dicto lectionis, quidam juvenis pulsabit uno ictu campanam quæ pendet super petram elemosinæ, et tunc surgent quatuor, aut quinque, vel plures, et accipient modellos vitreos, vel argenteos, et implebunt eos vino. Et cum impleti fuerint, juvenis pulsabit campanam supradictam; et tunc ibunt illi quatuor ordinate, unus iuxta alium, versus Dasium, et illis inclinatis coram primo gradu ascensus Dasii, Cantor incipiet: Benedicite, etc... Tale debet esse luminare in refectorio per totam hyemem, dum bibi Conventus... Refectorarius debet accendere ad Dasium duos cereos, et in unaquaque tabula inferius tres cereos. Postea dabunt illi, qui modellos tenent, bibere Priori et Conventui, unicuique in ordine suo. Scheda de Officio defunctorum inter Probat. Hist. ejusd. Monasterii San-German. pag. CLXIX: *Postmodum in prandio, panis, vinum, generale cum piciantia, si venerit, debet ad Dasium reponi per triginta dies et pauperibus erogari*. Idem sunt, si bene conjecto et prioris loci *Petra elemosinæ*, et hujus posterioris *Dasium*, ideo f. sic dictum, quod vel esset extrema pars illius mensæ excelsioris *Dasium* appellatæ, vel locus quidam peculiaris ipsi mensæ proximus, ubi cibus pauperibus destinatus ponebatur, usque dum hisdem distribueretur, finitis prandio vel cœna. Vide *Deis* et *Dagus*.*

\* Cujus usus, cibus pauperibus post cœnam vel prandium erogandos apponendi super abbatibus mensam, mentio fit in Chron. Casaur. laudato in *Centenarium* 3.

1. **DATA**, DATIO, DACIA, DACIO. Tributum, pensatio, vectigal: nostris *Daca*. Ejusmodi autem tributis nomina indita, quod primitus gratuita essent, et ultro Dominis darentur, et pensarentur. Glossæ vet.: *Data, δάρα*. Græcis *δαρυς*. Præceptum Pandulfi Principis Capuæ apud Camillum Peregrinum in Hist. Langob.: *Ut faciant illi suorumque æredum tibi qui supra Adelmundo, tuisque æredibus omne servitium et imperatorem et Dationem, hoste et data, quæ est pensio publica*. Præceptum Roberti II. Principis Capuæ ann. 1128. apud

Angelum a Nuce pag. 521: *Concedimus... scilicet trecentos Tarenos quos singulis annis accipiebamus ab hominibus de Casa Genzana pro Data*. Adde Petrum Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 96. Charta Alexandri Comitis Cupersanensis ann. 1102. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 364: *Data, vel angaria, aut adjutorium, quod ex nostræ gentis consuetudine Collecta vocatur, vobis non auferet, etc. Data vel clamæ*, in Statutis Delphinalibus pag. 37. [ubi *Data* pro speciali tributo litigantibus imposito sumitur. Cum enim aliqua de re disceptabant in Curia Dalphinali, tum *Datas* vulgo duorum assium pro libra rei litigiosæ solvere cogebantur, medietatem scilicet ante, alteram medietatem post latum iudicium. Si vero ante sententiam Judicis lis amice componebatur, *Data* erat solummodo sex denariorum pro libra, uti nos docent Privilegia urbi Ebreduo concessa: *Dicti Civis non teneantur sportulas sive Datam dare in Curia de aliqua causa, nisi tunc demum cum libello dato lis fuerit contestata, vel responso facta sine libello; et tunc teneantur dare medietatem sportularum, in fine vero causæ aliam medietatem. Ante responsionem vero, si partes discedant a lite, teneantur quælibet dare Curie sex denarios pro libra ratione sportularum*. Has *datas* sustulit Humbertus II. Vide Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 374.] *Tributum annuum Datam* dixit Sidonius lib. 5. Ep. 13. id est, vectigal quotannis et sæpius persolvere.

- † **DACIUM**, apud Rymer. tom. 8. pag. 234. tom. 12. pag. 283. Marten. Anecd. tom. 2. col. 905. et 906. [\*\* Chart. Carol. IV. Imper. ann. 1354. ap. Guden. in Cod. Diplom. tom. 3. pag. 379.]

**DATIUM**, Ital. *Datio*. Sanutus lib. 2. part. 2. cap. 4: *Tributa aut Dacia et commercia*. Vide Hist. Cortusior. lib. 3. cap. 14. lib. 7. cap. 7. 18. Joan. Villaneum lib. 1. cap. 28. [Bullam Bonifacii IX. PP. ann. 1396. apud Illust. Fontaninum in Append. Antiq. Hortæ pag. 438.] [\*\* Constit. Henric. VII. Imperat. ann. 1811. ap. Pertz. tom. Leg. 2. pag. 518. lin. 30. Chart. Comit. Oetting. ann. 1359. in Alsat. Diplom. tom. 2. pag. 226.] etc.

† Pro Pretio rei emtæ sumitur ab Anonymo in Chronico Parmensi ad ann. 1281. apud Murator. tom. 9. col. 795: *Item eodem tempore et anno fuit carum tempus, ita quod sextarium frumenti vendebatur VI. solidos imperiales, et starium speltæ II. solidos imperiales. Et tunc fuit ordinatum per Commune Parmæ, quod Datium solveretur ducentibus blavam de alieno Episcopatu, XVI. imperiales de stario frumenti, et VIII. imperiales de stario cujuslibet alterius bladi... Et etiam fuit ordinatum, quod quilibet habens valimentum CCC. librarum mutuaret Communi XX. solidos imperiales pro dicto Datio solvendo, et ut melius bladum haberent pro subsidio populi Parmæ.*

**DATIA**, Albertinus Mussatus lib. 12. de Gest. Italic. post Henricum VII. pag. 86: *Populo communes Dacie, exactionesque et mutua publica et privata subjiciebantur*. Utitur etiam Thomas Archid. in Hist. Salonitana cap. 35. Hist. Cortusior. lib. 3. cap. 14. [Regimina Paduæ ann. 1291. Chronicon Veronense ann. 1325. et Philip. Aug. in Privilegio ann. 1278. apud Miræum tom. 1. pag. 437. col. 1.] etc.

**DACIA**, Petr. de Vineis lib. 5. Epist. 113. [Charta Alberti Ducis Austriæ pro Cœnobio S. Crucis Viennæ ann. 1286. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag.

267: *Ad nullas teneantur collectas, contributiones, Dacias sive steurras.*]

**DATIVA**, Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 609: *Omnes angariæ, perangariæ, collectæ, tagliæ, Dativæ, contributiones exercituum, etc.* Utitur Leo X. PP. apud Illust. Fontaninum in Appendice Antiquit. Hortæ pag. 493. et 494.

**DATIARIUS**, Qui *Dativas* colligit, Telenarius, in Charta Henrici Imp. ann. 1311. pro Monast. de Aqua frigida in Italia, [et in Bulla Calixti Papæ ann. 1456. in Bullario Carmelitano pag. 245. col. 2.]

**DATIO**, Eadem notione. Gloss. Lat. Græc.: *Datio, δάτω*. Synodus Romana sub Eugenio II. PP. ann. 826. cap. 26: *Nulli liceat Episcoporum a subjecto Sacerdote, vel aliquo quolibet loco et piis locis Dationes ultra Statuta Patrum exigere*. Charta Ottonis I. Imp. apud Baron. ann. 982. n. 7: *Nec non et censum et pensionem, et cæteras Dationes quæ annuatim in Palatium Regis Longobardorum inferri solebant de Tuscia*. Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 34: *Ut nullam Dationem vel censum inde exigeret*. [\*\* Benedicti Chron. ap. Pertz. tom. Scriptor. 3. pag. 699. lin. 12. Chart. ann. 990. ap. Marin. Pap. Diplom. pag. 255: *De ceterum autem frugium nulla Datione tribuatis*. Vide Murator. Antiquit. Italic. tom. 2. col. 75. c.] Pactum inter Venetos et Hierosolymitanos Barones apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25: *Venetici... de nulla penitus causa aliquam Dationem persolvere debent, nisi solum quando veniunt, aut exeunt cum suis navibus Peregrinos portantes*. Occurrit ibi non semel. Vide Italiam Sacram tom. 1. pag. 107.

Sic etiam appellabant Dalmatæ et Croati dona seu xenia, quæ bis quotannis dabantur Banis, Comitibus, et Castellanis, scilicet diebus Nativitatis Domini et Paschatis, ut auctor est Joan. Lucius lib. 6. de Regn. Dalm. cap. 1.

**DATICUM**, Chronicon Farsensis Monasterii pag. 657: *Similiter hominum nostrorum sine Datico, herbatico, scatico, aut glandatico, etc.* Vide *Daticus* suo loco.

**DACITUM**, Conventiones Communis Januensium et Imperatoris Græcor. ann. 1261. in Hist. Gallo-Byzantina: *Nec exigi faciet ab aliqua persona aliquod novum commercium, Dacitum, seu exactionem, etc.* [Alterum locum vide in *Bullatura*.]

† **DACITA**, Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ann. 1158: *In mercationibus suis solvant innumeratas Dacitas*. Occurrit rursus in Annal. ejusdem urbis per Ogerium Panem lib. 4. ad ann. 1205. et in Statutis Massil. lib. 1. cap. 44: *Quod nemo teneatur bis Dacitam præstare pro eodem avere*. Occurrit ibi non semel, et alibi.

**DACITARI**, Idem quod *Talliari*. Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalonensib. pag. 233: *Sedensque pro tribunali de dactis et Clericorum collectis judicavit, ac clericis honeste ac clericiliter viventes non debere Dacitari, nec bonorum suorum occasione collectari..... pronuntiavit*. Vide *Datiare* suo loco.

2. **DATA**, Donatio, cesso, in Chartis Italicis apud Georg. Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 117. 119. [Litteræ anni 1361. ex Chartophylacio Regio Regest. 91. Ch. 221: *Ita tamen quod morte alterius ipsorum proventa, ad alios fratres ac eorum quemlibet natos et nascituros ac ipsorum liberos masculos in matrimonio*

procreandos, ut præfertur, gradatim et successive tota Data, prout se comportat et superius continetur, deveniat consequenter.]

3. DATA, seu DATUM, Anni, mensis, dieique et loci Diplomati seu Chartæ adscripta notatio. Suidas et Glossæ Basilicæ: *Δατὸν παρὰ Ῥωμαίους σημασία τῆς ἡμέρας, καὶ τοῦ καιροῦ, ὅτε τις ἐκ πόλεως, ἢ ἐκ τινὸς τόπου ἀποσταλῆ.* Notæ Magnonis: DAT. Data. Concilium Lugdunense III. can. 2: *Dies Datarum, et pretia constituta.... ibidem inserantur.* [\**Usque in diem Dattæ præsentium litterarum, in chart. ann. 1307. Alsat. Diplom. tom. 2. pag. 85.*]

DATARE, Annum et diem literis adscribere. Subscriptio Chartæ apud Hugonem Flaviniac. in Chr. pag. 270. 271: *Ego frater Milo Datavi in mense Maio, etc.* Alia ibidem Achari Lingonensis Episcopi Diplomati apposita: *Ego Wilhelmus Levita indignus ad vicem Rotherii Archicancellarii hanc scripturam scripsi et Datavi 6. Idus Julii, etc.* Vide Perardum in Chartis Burgundicis pag. 8. 9. 11. 12. 14. etc. [et supra Data 1.]

DATUM. Chartæ Regis Chlodovei III. apud Mabillonium tom. 4. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 617. 618. 619. sic clauduntur, *Datum sub die, etc.* [Instrumentum XI. sæculi in Archivo S. Victoris Massil.: *Litterarum paginulis pro obfirmatione inseratur. Antiquitas valebat Datum, nec tamen incartatum.... modernis temporibus obscriptionem facimus, cum aliquid donamus.* Gerardus de Arvernâ in Epistola nuncupatoria ad Ivonem Abb. Cluniac. in Chronicon Cluniac. ann. 1282. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1189: *Verum præsens Opusculum in novem particulas est divisum. Prima enim pars continet historiam ab Adam ad Noe.... Porro octava et nona particula carent Data; id est, nullam præferunt inscriptionem notis chronologicis distinctam atque determinatam. In quibusdam Chartis simul occurrunt Datum et Actum, v. g. in Placito Pipini pro Dionysianis Monachis: *Data nono Kalendas Octobris anno XVII. regni nostri. Actum in ipso Monasterio Sancti Dionysii: quæ duo non sunt confundenda. Data seu Datum tempus confecti diplomatis; Actum rem transactam significat: quorum alterum alteri indifferenter præponitur aut subjicitur. Utriusque formulæ exempla in Pippino Rege invenies. Aliud tamen significare possunt Actum et Datum; nempe ut Actum tempus confecti instrumenti denotet, Datum concessi, cum scilicet instrumentum in manus impetrantis tradebatur, ut in Pontificum Romanorum litteris sæpe. Ejus rei luculentum exstat argumentum in Diplomate Gerbergæ Reginæ apud Marlotum Metropol. Rem. tom. 1. pag. 607. quod est Actum IV. Idus Februarii anno Incarnationis Dominicæ DCCGG. LXVIII. Datum prid. Idus Februarii manu Domine Reginæ, et susceptum a Domino Abbate Hugone. Ubi Actum biduo Datum præcedit. Mabillonii observatio est lib. 2. de Re Diplom. cap. 26. n. x.**

\* Pro genio scribarum ridiculæ interdum occurrunt hujusmodi notationes, qualis est ista quæ legitur tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 487: *Anno ab incarnatione Domini MXC.V. quo stellæ de celo spissim, quasi pluvia, cadere visæ sunt.*

DATARUM, Idem quod Data. Suggestio Dioscori Diaconi inter Epistolas Hormisdæ PP.: *Subscriptio ab eodem*

facta est libello conveniens, similiter et Datarium, cujus exemplaria et Græce et Latine Apostolatui vestro direximus. Hormisdæ Epist. 62: *Datarium quoque litteris vestris adjungite, ne vobis portitoris tarditas possit adscribi.* Amalarius lib. 4. cap. 48. apud Mabillonium: *Videlicet ut eodem Datario quo accidit, si non potest persolvi, crastino reddatur plenarium solenne.* [Petrus Diaconus Opusculo de Viris Illust. Casinensibus cap. XXVI: *Quomodo regula terminorum Hebræorum ex cursu solis invenitur ad feriam uniuscujusque diei invenendam. De quatuor temporibus, in quibus Dataris solstitia veraciter esse debeant, ubi æquinoctia veraciter credantur esse.*]

† DATARUM, Eadem notione. *Facta electione prescripto mense, ipsiusque Dataro regnante Francorum Rege Rodberto, ann. MIV. trabeationis Dominicæ, in Archivo S. Victoris Massil. n. 918.*

† DATARIUM, Necrologium, ubi Data seu tempus obitus annotatur. Necrolog. MS. FF. Minorum Silvanect.: VII. Id. Aug... *Dedit Conventui LIX. scutos, ut orarent Fratres pro ea, et ut in Datario poneretur.* Occurrit ead. notione in Tabulario S. Martialis Lemovicensis.

† DATARIUS, Primus Cancellariæ Romanæ minister, Prælati semper, interdum Cardinalis, sic dictus a litteris expeditis, quibus vulgo addit Datum Romæ, etc. [\**Prodaturius hodie dicitur, cujus vices interdum agit Subdaturius.*]

DATARIA, Officium vel Officina Dataris Romani.

DATA. Charta Rogerii I. Regis Siciliae apud Ughell. tom. 9. pag. 45: *Concedimus... villanos 80. denarios nostros qui reddant singulis annis in duabus Datis 40. Michalatos, et centum Miliarienses.* Id est, ut loquimur, in duobus paiemens, vel in duobus dates. [\**Vide Data 1.*]

Hujus autem vocis origo inde manavit, quod Imperatorum Constitutionibus, quæ Præfectis Prætorio, aut aliis Magistratibus in provincias mittebantur, dies quo datæ essent iis a quibus perferebantur annotaretur. Hinc crebro in Constitutionibus iisdem hæc verba leguntur, *Data tali die, Accepta tali die.* Verbi gratia in Epistola Anastasii ad Hormisdam PP.: *Data quinto Kl. Januariæ Constantinopoli Senatore V. C. Consule. Accepta pridie Idus Maii Florentio V. C. Consule.* Vide Baron. ann. 314. n. 72. 319. n. 30. 331. n. 23. Jacobum Gotofred. in Prolegom. ad Cod. Theod. cap. 9. [et Mabillonium lib. 2. de Re Diplomatica cap. 25. et seqq. ubi varias Datarum seu notarum Chronologicarum species, quæ litteris Ecclesiasticis, regiis et privatis pro temporum ratione appositæ sunt, fuse recenset et accurate.]

\* DATALUS, Dactylus, palmæ fructus, Gall. *Date*, Ital. *Dattero*, in Convent. Saonæ ann. 1526. Vide *Dates* et mox *Datilis*.

\* DATAN. [Sepius citatur in sententiis excommunicationis latis adversus chartarum futuros violatores. Confer exempla sub verbo EXCOMMUNICATIO relata: « Si quis homo aut ullus de heredibus nostris contra carta ista ire aut inquietare aut tollere voluerit domino Deo et sancto Petro et sancta Fide, cum Datan et Abiron et cum Juda Scarioht sit particeps in infernum. (Cartular. Conchar. Ruthen. an. 1081. p. 110.) »]

\* DATATIM, [Scambievolmente, invicem dando, ut *Ludere datatim*, quemadmodum qui pila lusitant, quæ vicissim mittitur, et remittitur. *Plaut. Curc. 2. 3.*

17. Tum isti, qui ludunt *Datatim*, servi scurrarum in via. † 2. Transferitur et ad obscenum sensum. *Enn.* (corrige *Nævius*) de meretrice loquens, apud *Isid.* 1. *Orig.* 26. quasi in foro pila Ludens *Datatim* dat se, et communem facit. *Pompon.* apud *Non.* 2. 213. *Datatim* in lecto ludere. *Adde Afran. ibid.*]

† DATES, Palmæ fructus, Gall. *Dattes*. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. e Chartophylacio ejusd. Episc.: *Res quæ non debent paagium: figue, amigdale, risus, Dates, castanæ, etc.*

DATI, qui alias Oblati, et Donati in Monasteriis. Concilium Senonense ann. 1269. can. 6: *Sane intelligimus quod Templarii et alii Religiosi privilegio exemptionis gaudentes de Regno Franciæ, hospites suos qui Dati Ordinum eorum, seu Oblati dicuntur, vel qui aliquem censum modicum eis solvunt, per se ac conservatores a Sede Apostolica deputatos, privilegiorum præteatu defendunt, etc.* Vide Concil. Later. ann. 1215. cap. 57. et Oblati.

† DATIA, DATIARIUS, DATICUM. Vide *Data 1.*

\* DATIARE, *Datias*, seu tributa legitime exigere. Statuta Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiqu. Ital. med. ævi col. 553: *Item statuiimus ut potestas et consules... faciant jurare omnes homines de civitate Pistorii, et de suo districtu, quem districtum civitas Pistoria Datia, quod non portant, etc.* Vide in *Data 1.*

\* DATICUS, COLLECTA DATICA, Tributum seu vectigal, quod a *Datitiis* vel victis exigitur. Instr. quo Januenses Carolo VI. reg. Franc. se dederunt ann. 1396. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1957: *In cives vel districtuales ipsius (civitatis Januæ) non imponet nec imponi faciet (rex) per se vel per alios aliquam collectam Daticam seu anaxiam, realem seu personalem.* Vide *Datitii*.

\* DATILIS, Dactylus, palmæ fructus, Gall. *Date*, Hisp. *Datil*. Leudæ major. Carcass. Mss.: *Item pro cargua de Datilibus, 18. den.* Versio Gall. ann. 1544: *D'une charge de Datils, etc.* Vide supra *Datalus*.

† DATIGUS. Vide *Datitii*.

† DATIM, *Per manus*. Papias. Videtur esse pro *Datatim*, quod usurpat Plautus.

DATIORA, Ugutio: *A Do, pluraliter Datoria, orum, quoddam instrumentum fabrilis, vulgo forceps.*

\* DATITIA, Tributum, vectigal, pensitatio, idem quod *Data 1.* Vide in hac voce. Inquisit. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom.: *Recipiebat dicitur Adam banna, tallias et Datitias et salaria integre, sine aliqua diminutione.* *Deanne*, eodem sensu, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1298. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 41: *Les cens des tanneurs, les bontez, le Deanne, c'est assavoir cens, aventures et autres deniers de rente.* Vide in *Datitii*.

DATITII, Gregorius M. lib. 1. Epist. 73: *Ita ut non parva loca patrimoni ejus propriis nudata cultoribus largitis Datitorum habitatoribus restauraverit.* Quo loco *Datitios*, dedititios interpretatur *Dadinus Altaserra*. Glossæ *Isidori*: *Datitius, Latimum non est, sed deditius. Si barbarus dedat se Romanis, deditius is est.* Papias: *Daticius, Dedititius, pro filiis datus, qui victus hosti se tradit.* [Gloss. Sangerman. num. 501: *Datici, Hostes qui victi tradunt se in servitute.*] Concessa igitur nudata cultoribus loca *Datitii*, qui ea colerent. Sed hoc sensu sententia non omnino constat, nisi largitis *Datitorum habitatoribus*

idem valeat, ac ex *Datiis*: vel *Datiio- rum habitatores* fuerint incolæ prædiorum concessorum ad colendum, quæ *Datiis* appellata fuerint.

**DATIVA**, *Donativa*, in Gloss. Isid. [Vide *Data* 1.]

**DATIUM**. Vide *Data* 1.

\* **DATIUS**, Tessera, taxillus, Ital. et Hisp. *Dado*. Vita B. Guil. Erem. tom. 4. Mail pag. 200. col. 2: *In quadam domo carreræ de Dadieros, sic dicta quia Datii in ea fiebant, etc.* Vide *Decius*.

**DATIVUS**, de moneta quæ in usu, commercio et conversatione est. *Denarii Constantienses vel Hallenses usuales et Dativi*, in Charta Caroli IV. Imper. ann. 1351. descripta in Chronico Constantiensi pag. 626. [Debent dari quinque solidi *Dativorum denariorum*, apud Leibnizium Script. Brunsvic. tom. 2. pag. 474.] [\* 12. sol. et 6. den. monetæ *Turicensis, quæ tunc Dativa exciterit*, in chart. ann. 1238. ap. Herrgott. Hist. Geneal. Habsburg. tom. 2. pag. 253.]

† **DATIVUS JUDEX**, Idem qui Jurisconsultus *Datus*, Delegatus, cui litis cognitio, vel pronuntiatio, vel etiam utrumque commissum est. [\* Judex ordinarius, quem *Dativum* appellabant, quia non a civitate eligebatur, sed ab imperatore designabatur. Vide Savin. Hist. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 113.] In Placito anni 999. quod suis Annalibus inserit Mabill. tom. 4. pag. 129. et seqq. *Lætus* quidam indiscriminatum dicitur *Dativus* vel *Datus Judex*: alii quoque ibi memorantur *Dativi judices*, ut et in Notitia anni 1005. apud Ill. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 895. et 896. necnon in veteri judicio apud D. *Le Blanc* in Dissert. Hist. de Monetis pag. 90.

† **DATIVUS TUTOR**, Qui testamento datus est, apud Ulpianum; *Dativos* tamen et testamentarios tutores distinguit. Sed de his consulti Jurisperiti.

\* **DATIVUS PRIORATUS**. Vide infra *Prioratus*.

**DATORES**. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 15: *Si qua mulier Datores habuerit, sit vir sub dote sua usque ad 7. annos: et si habuerit tres noctes de septimo anno, totius substantiæ ejus medietatem in divortio eorum mulier habebit.*

\* Fidejussores, sponsores, nostris alias *Datours*. Charta ann. 1270. in Chartul. S. Petri de Monte: *Et se li davant dis Jacques ne tenoit ces convenances davant dittes, Simonnes Kalons, Buevelas li Lons, Simonas Abelonne les tenroient comme droits Datours.* Vide *Deyta*.

1. **DATUM**. Ordo Romanus: *Et bibent de Dato Presbyteri.* Id est, de vino quod conceditur Presbytero. Ceremoniale Cencii Camerarii: *Capellani tale Presbyterium, et taliter Datum accipiunt, quale in die Paschæ superius nominatum recipiunt.*

† 2. **DATUM**, Statutum, decretum. Radulphus de Gestis Friderici I. Imp. apud Murator. tom. 6. col. 1184: *Et statuit (Legatus Papæ) ut omnia Data quæ facta erant, vel excide fierent a Frederico Imperatore, donec non haberet pacem cum Ecclesia, vacua essent et irrita.* Vide *Dare*, et *Data* 1.

\* **DATURA**, Donum. Marbodius Ms. ex Bibl. S. Albini Andegav. ubi de Milone ejusd. monast. abb.:

Et multo plura nobis foret illa Datura,  
Et foret invidius, sed mors sibi sustulit ictus.

Hæc in editis desiderantur.

**DAVATA TERRÆ**, Agri portio, apud præscos Scotos, quæ continet 4. aratra

terræ, quorum unumquodque trahitur 8. bobus. Alii 4. aratra duplicia intelligunt quæ sunt 8. simplicia. Scotis one *dauvaht of land*. Leges Baronum, seu Quoniam Attachiamta cap. 23: *Ita scilicet quod ille Husbandus octavam partem unius Davatæ tenerit.*

Interdum pro Baronia, seu districtu, sumitur. Statuta Davidis Regis Scotiæ cap. 48: *Non fiet taxatio juxta numerum Davatarum, seu Baroniarum, sed secundum verum valorem bonorum.*

† **DAUBATURA**, ab Anglico *to Dawb*, Parieti arenatum inducere, Parietem calce arenaque perpolire, Gall. *Enduire*. Thomas *Madox* Formul. Anglic. pag. 145: *Prædictus Willelmus Skrene et hæredes sui, in principio termini, reparabunt et emendabunt omnes domos manerii prædicti... tam in coopertura tegularum, quam in coopertura straminis, et etiam in Daubatura domorum manerii prædicti.*

\* **DAVENTRENSES DENARII**, Ex Daventria, Gall. *Deventer*. Charta fundat. abbat. Postul. ann. 1173. inter Instr. tom. 5. Gall. Christ. col. 410: *Quartam quoque partem decimæ in Bladele et agros de quibus duodecim solidi et quatuor denarii Daventrenses solvuntur.*

\* **DAUGERIUM**. Vide *Dangerium*.

1. **DAVID**, Ægyptiis est Archimandrita, aut quivis Monasterii Præfectus. Atque inde cum aliquem cum systaticis sive formatis mittunt, ipse Præfectus Monasterii iis subscribit nomen, *Ille David illius loci*. Hujus præscis moris vestigia habentur in Decreto Gratiani de Formatis, in quarum fine *David* ponitur. Ita Scaliger. [\* Dist. 73. c. 2. ubi corr. Rom. sensum plane diversum restituerunt.]

† 2. **DAVID**, Psalterium Davidis dicitur. Vita SS. Patrum cap. 10. pag. 820. tom. 8. Bibl. PP. Ascet. edit. 1661: *Scripturas omnes didicimus, ex corde David consummavimus; id est, Psalterium memoriter recitavimus.*

\* **DAVIT**, pro Dedit, in Charta ex Tabul. Ruæ: *Davit Jacobus Sanglet jornale de sua terra in marisco de Mareguinæ terra sancto Spiritu crucifixo de Ruæ.*

\* **DAVITICUM**, Psalterium Davidis. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 474. col. 2: *Palmodia inquit emanavit, usque dum cuncta Davitica ex more finiret.* Vide *David* 2.

† **DAUNUS**, ἄφρων. Gloss. Lat. Græc. MSS. S. Germani a Pratis, Insiapiens, demens. [\* Vide infra *Davus* 2.]

† **DAURA** est *Elleborus*; alii *aurum foliatum* intelligunt. Roch. le Baillif, in Dictionario Spagyrico.

\* **DAURATURA**. [Ital. *Doratura*, *Dorure*: « Pro auro et manufactura per eum positus in *Dauratura* duorum anellorum portæ cameræ S. D. N. papæ. (Mandat. Secret. Camer. Apost. an. 1460-62, f. 24.) »]

\* **DAURERIUS**, f. pro *Danrerius*, *Danraturum* seu quarumvis mercium venditor. Stat. Astæ collat. 17. cap. 61. pag. 61. rº: *Marzarri et Daurerii pro quotibet malo pondere seu mala mensura, per eos facto vel facta, in rebus et mercibus, quas vendent vel ement, solvant pro pœna libras duas Astenses.* Vide supra *Danrata*.

\* **DAURETÆ**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Histor. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthheim* pag. 662. col. 2: *Dauretæ sunt cortices, qui exoriantur de arboribus, quas vulgariter appellamus Lovete; et de corticibus istis dabit mansus quinque fasciculos.* Quæ vox varie infra scribitur, sed eodem sensu. Pag. 663. col. 2: *Ducit de fimo*

*suo carras quinque, Durascuras v. ligna, etc.* Pag. 665. col. 1: *In Rhumerahheim mansus xxx. solvunt.... Durascunas similiter cl.* Pag. 666. col. 1: *Claudii perlicas iv. Duratuas v.* Pag. 667. col. 1: *Ducit etiam de Calburne de anno modios decem, Durastuvas iv.* Denique pag. 167. col. 1: *Gardos tres, Darastuvas lo-vete quinque.*

\* 1. **DAVUS**, δόσις. Leg. *Datus*, δόσις, vel *datus*, pro *datio*, δόσις, in Castigat. ad utrumque Glossar. ex Vulc.

\* 2. **DAVUS**, ἄφρων. leg. *Dalivus*, ut et *Dalivum*, pro *Daunum*, ἄφρων, ex iisd. Castigat. Consule Scaliger. ad Festum in *Dalivum*. Vide *Daumus*.

† **DAYERIA**, *DAYRI*. Anglis vel *DAIRI*, Cella lactaria, Gall. *Laiterie* seu locus ubi butyrum caseusque conficiuntur. Antiquit. Ambrosden. pag. 580. ad ann. 1425: *Et de LVI. sol. VIII. den. receptis de Johanne Yve pro firma novi clausi juxta Gravenhull per annum. Et de xxxv. sol. VI. den. receptis de Dayeria de Breche, etc.* Ibid. pag. 548. ad ann. 1407: *Compotus Henrici Deyc et Johanne usoris suæ de omnibus exitibus et proventibus de Dayri Domini Prioris de Burnestre apud clausum suum de le Brech, etc.* Vide Kennetti Glossarium ad Calcem earumdem Antiq. et supra *Daeria*.

\* **DAYG**. Vita S. Dega tom. 8. Aug. pag. 659. col. 1: *Tunc Mocteus spiritu prophético ait: Igne Spiritus sancti puer ille multum ardebit, ideoque non immerito Dayg vocabitur; hoc enim nomen Scotica lingua magnam flammam sonat.*

**DAYLA**, *DAILUS*, *DALUS*. Charta Henrici III. Regis Angliæ tom. 2. Monastici Anglic. pag. 211: *Et totam Daylam marisci tam de Rossa quam de prato.* Charta Simonis Comitis Northampton. tom. 1. pag. 680: *Et in eadem villa terram trium carrucarum, et tres Dalos prati, et unum hulmum.* In alia, *Daios*, scribitur. *Dale*, Anglis est *vallis*, vel *fossa*. Ita Hector Boethius in Descript. Scotiæ pag. 6. [Derivatur a veteri Teutonico *Dal*, quod idem significat.] In Consuetud. Britanniæ art. 698. et Claromontensi art. 221. *Dalle*, vel *Dale* sumitur pro fossa, in quam educuntur sordes. Ad hic *Dalus* et *Dayla* videntur usurpari pro modo prati aut agri, nisi pro falcatione usurpetur: nam Occitanis, *Daila*, *Dalha*, est falcare; *Dailhayre*, falcator; *Dalho*, falx qua fœnum secatur. In veteri Charta apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 112: *Pratum ad falces 30.* [\* Vide supra *Dalha*.]

† **DAYNA**, *Dama*, Ital. *Daino*, Gall. *Daim*. Nicolaus Specialis de Rebus Siculis lib. 1. cap. 11: *Quis occasione venationis inhibita, ut eorum auferrent substantiam, cervorum, dorcadum et Daynarum pelliculas in eorum mapalibus clanculum submittebat?* Vide

\* **DAYNUS**, ut *Dayna*, *Dama*, ab Ital. *Daino*. Inventar. ann. 1389. in Annal. Mediol. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 808: *Fermalium unum auri ad unum Daynum album, cum uno breve ad literas dicenti Plus haulit.*

† **DAYRI**. Vide *Dayeria*.

**DAYWORKE**. Vide *Dies* 3. initio.

\* 1. **DE**, cum accusativo, in Epist. Sigeberti reg. ad S. Desider. tom. 1. Febr. pag. 232. col. 1: *De id vero scripsistis ut quam prospere nos divina pietas degere permittebat, vobis insinuare deberemus... De conditiones vero vestras, unde injunxistis, taliter, Christo adjuvante, ad effectum produximus, ut vestra fuit injunctio.*

\* 2. **DE**, pro Ab. Leg. Lusitan. sub Alph. rege tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus



reg. Portug. pag. 11: *Si aliquis comprehensus de infidelibus mortuus erit, propter quod non vult esse infidelis, etc.*

\* **DEABBATUS**, Vide infra *Deablatus*.

† **DEABLAGIUM**, ut *Bladagium*, Jus percipiendi partem *bladorum* demessorum, Gallicè *Champart*. Charta Emmæ de Vitreio ex Archivis Majoris-Monasterii: *Quando erum uxor Hugonis de Alcia, de propriis denariis meis comparavi de Willelmo de Astilleio medietatem Deablagii de Chartra cum pratis ad illud pertinentibus, et filio meo Joanni tenenda, jure hæreditario tradidi. Hæc concessi Monachis Vitrei, etc.* Vide *Debladare* post *Bladum*.

\* Vel Præstatio quævis ex *blado*. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot.: *Concessit.... quod ipsi (monachi Tironenses) et sui conversi, donati, servitores et ceteri homines sub ipso monasterio et ejus membris manentes..... a Deablagiis, boissellagiis, molturis..... in perpetuum liberi sint et immunes. Chartul. ejusd. eccl.: Sicut episcopus habet quædam jura apud se retenta ab initio sine comite, ita comes habet aliqua sine episcopo, sicut est Deablagium et buffetariam, quæ non de antiquo jure, sed de nova impositione processerunt. Vide supra *Bladeria*.*

\* **DEABLATUS**, Ablatus, etiam in ordine judiciario. Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 347: *Una cum rebus contentiosis in casu novitatis, ad manum nostram tamquam superiorem positus, locisque Deablatis realiter et de facto resaisitis. Deabbatis mendose, pro Deablatis, ibid. pag. 569. Lit. ann. 1380. tom. 6. earumd. Ordin. pag. 598: Loca Deablatis (l. Deablata) si quæ sint, realiter et de facto primitus et ante omnia resaisiri faciant. Occurrit præterea in aliis ann. 1402. ibid. tom. 8. pag. 554.*

\* **DEABUTI**, Abuti, vastare. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 66. col. 2: *Absque eo quod essent, confluerent ut tochini tochinantes et forefacientes seu alias Deabutentes. Hinc Abuti, Desauter, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.*

\* **DEACCINGERE**, Discingere. Chron. S. Ferdin. reg. tom. 7. pag. 316. col. 2: *Ipse rex suscepto gladio ab altari, manu propria se accinxit cingulo militari, et mater sua regina nobilis ensis cingulum Deaccinxit.*

\*\* **DEACUTUS**, Exacutus. Virgil. Grammat. pag. 135: *Sensus acumen aliquantula licet parte reperies Deacutum.*

\* 1. **DEADVOARE**, Professionem clientelarem abnuere. Vide supra in *Advocare* 4.

\* 2. **DEADVOARE**, Abdicare aliquem, improbare, Gall. *Desavouer*. Pactum inter episc. et commum. Belvac. ann. 1276. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Si malefactor in præmissis eis (majori et paribus) obedire non vellet, illum propter hoc congeare non poterunt, sed ipsum poterunt Deadvoare de sua communia. Charta ann. 1380. ex Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 154: Dicitur abbas quam cito præmissa ad ejus notitiam deveniant, ipsas gentes suas Deadvoaverat et increpaverat. Desadvouer Dieu, Deum ejurare, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 998: *Icellui Louau Deadvoava Dieu par deus ou trois fois. Vide infra *Disadvoare* 1.**

**DEADVOARE**, Denegare, inficiari, *Desavouer*. Bracton. lib. 2. cap. 5. § 9: *Si donationes et chartas Deadvocaverit. Dominum Deadvocare, eidem lib. 2. cap. 35. Adde Fletam lib. 1. cap. 15. § 4. De-*

*savouer Seigneur, dominum non agnoscere, apud Petrum de Fontanis cap. 13. § 15. in Consuetudine Meldensi art. 185. Britannica art. 142. Bituricensi tit. 5. art. 29. et aliis.*

\* Liber nig. episcopat. Carnot. ad ann. 1289: *Præfato domino episcopo emendavit alte et basse omnia, quæ sibi forisfecerat occasione Deadvocationis... Item dictus miles... asseruit quod nunquam dictum episcopum Deadvocavit, nec in posterum Deadvocabit; imo confessus fuit ea, de quibus inter dictum episcopum et ipsum contentio vertebatur. Ubi Deadvocatio est, Professionis clientelaris denegatio. Vide supra in *Advocare* 4. et mox*

† **DEADVOCATIO**, ut *Advocatio* apud Anglos, Jus præsentandi ad beneficium vacans. Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. pro Normannis apud D. Brussel de Usu feudorum tom. 2. pag. VI. ad calcem: *Omnes Patroni Abbatiarum, qui habent terras in regno Angliæ, Deadvocationem vel antiquam teneuram vel possessionem, habeant eorum custodiam cum vacaverint, sicuti habere debent.*

\* **DEADVOUARE**, DEAVOARE, Dominum non agnoscere, professionem clientelarem denegare. Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 710: *Dux Athenarum... et ejus mater... conquerebantur, videlicet de pluribus hominibus et feminibus comitatus de Brenna, qui se a dicto comite et ejus consortibus Deadvouaverant et Deadvouabant, et se burgenses nostros de jurata Trencensi advouabant. Alia Alfonsi comit. Pictav. ann. 1270. in Reg. 64. ch. 312: *Feudum sancti Justi cum suis pertinentiis, quod Hugo de Alegre Deadvouaverat a nobis, ipso asserente quod de nostro feudo non movebat. Arest. parlam. Paris. ann. 1390. quo judicatur marchionatum Salucliarum de Dalphino Viennensi movere se dependere, ex Cod. reg. 6015: *De suo marchionatu fidem et homagium dicto comiti (Sabaudia) præstiterat et fecerat (marchio Salucliarum) et sic ipsum ulterius Deavoare non poterat, nec alteri de hoc fidem facere. Vide supra in *Advocare* 4. et infra *Disadvoare* 2.***

† **DEADIFICARE**, A vera pietate revocare, dimovere. Dicta B. Ægidii in Actis SS. April. tom. 3. pag. 230: *Beatus ille quem nulla res a celo inferius Deadificabit, et quem omnia quæ videbit et audiet vel sciet edificabunt, et de omnibus studebit eligere utilitatem suam.*

**DEAFORRESTARE**, [Silvam in pascua vel culturam redigere.] Vide *Foresta*.

**DEALBARE**, Liber niger Scaccarii cap. *De officio Clericorum Camerariorum*, apud Spelmanum: *Memorandum vero, quæ de firma blanca semper fieri solet tallia, paulo brevior est: quia facto essato per quod firma Dealbatur, prima illa confringitur, et apposita sibi tallia combustionis. Eodem lib. fol. 17: *Per hanc taleam combustionis Dealbatur firma Vicecomit. Et cap. Quod aliter de firmis, aliter de custod. respond. Fol. 22: *Soluta hoc termino a Vicecomite firma, de qua examen (per combustionem) facta est, etc. Deinde facta detractione per combustionem, sicut supra dictum est, eadem Dealbatur. Et mox: Similiter quod solum fuit termino Paschæ et Dealbatur. Rursum: Sicut quæ in Thesaurio solvuntur Dealbata per combustionem. Hic hæret Spelmanus: tametsi ut et Somnerus hæc verba ad Dealbationem monetarum referri conjiciat. Sed quid commune habet Dealbatio firmæ cum monetæ dealbatione? In Fleta lib. 5. cap. 22. § 9. Dealbare rursum reperio: *Si contra mentem judicaverit, tunc falsum reddit****

*judicium, quamvis Dealbatum, et quo casu tenebitur ex malefacto, male pronuntiando, etc.*

☞ An non dici posset *Dealbare* idem esse quod *Declarare* liberatum ære alieno? Notionem hanc pati videntur loca citata, neque longius accessita videretur metaphora.

\* Dicitur de prædio seu *firma*, cujus census annualis non annona, sed argento, hoc est, numerata pecunia exsolvitur. Vide *Firma alba* in *Firma* 3.

\* **DEALBATI**. Ita nuncupabatur ex vestibus albis societas quædam hominum, quæ pacem publicis precibus precabatur per Italiam religiose ambulando ann. 1399. Vide *Annal. Bonincontrii* apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 79. et 80. Vide supra *Bianchi*.

**DEALBATIO** dicitur de monetâ, quæ priusquam signetur, ab artificibus monetariis nativo colori restituitur: *Blanchissage*, nostris. Matthæus Paris ann. 1248: *Pondus veteris monetæ præ pondere novæ dabatur trutinatum, et præterea pro opere fabrilis, id est monetationis, quam vulgariter Dealbationem vocabant, pro qualibet libra, 13. denarii solvebantur.*

**DEALBATORES**, recensentur inter artifices, qui a publicis muneribus excusantur, in leg. 1. de Excusat. artif. lib. 10. (64.) Ubi Cujacius *Dealbatores* ab *Albinis* ibidem memoratis distinguit, quod *Albini* parietes dealbant, hi alia quælibet. Gloss. Lat. Gr.: *Dealbat, λευκαίνει.*

\* 1. **DEALBATURA**. [Gallicè *Blanchissage*: « pro muntatura dicte lane, sive Dealbatura cum alumine. (Archiv. Vatic. Thesauraria secreta, an. 1451. f. 71.) »]

\* 2. **DEALBATURA**. [Gallicè *action de blanchir, de badigeonner*: « Pro... mercede incollaturæ et Dealbaturæ 180. passuum parietum et circuitum turris noviter factæ pro introitu palatii apostolici. (Archiv. Vatic. Ed. publ. 1460-1464. f. 199.) »]

\* **DEALBATUS**, Alba seu *chrismale* baptisatorum vel confirmatorum, sive oblatio, quæ pro benedictione *albarum* fiebat, nostris, *Aubé*. Charta ann. 1173. in Chartul. Cluniac.: *Capellanus habere debet confessiones, escerpas, baptisteria, reconciliationes mulierum, decimas militum, les Aubes, suas missas privatas, etc.* Alla Rob. Cabillon. episc. ann. 1188. ibid.: *Capellanus habere debet confessiones, ... decimas militum Dealbatos, etc.* Vide supra *Albata* 1.

**DEALTAS**; pro *Deitas*, seu *Divinitas*, occurrit non semel in Conflictu Arnobii junioris cum Serapione lib. 1. et apud Luciferum Calaritan. lib. 1. pro S. Athanasio pag. 79.

\* **DEAMBULACRUM**, Porticus, Gall. *Galerie*. Chron. Jac. Malvecii apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 784: *Sub ipso monte ab australi parte in planicie miro saxorum opere atrium edidit, Deambulacrum ab eo ad arcem super saxæas columnas statuens. Vide *Deambulatorium*.*

† **DEAMBULATIONES STERCORUM**, Latrinæ seu loca alia quævis ad exonerandum ventrem. Vita S. Batildis Reginæ num. 11: *Ita humilitatis magnæ fortiter exhibebat exemplum, ut ipsa quoque in coquina ministraret sororibus, et munditias vilissimas, etiam Deambulationes stercorum ipsa mundaret.*

\* Vel potius Culinæ emissaria, quibus stercora seu sordes emittuntur et purgantur. *Deambuler*, a Lat. *Deambulare*, in Pœnit. Adami Ms. cap. 6: *Adam a la parole de Eve sa compaigne se leva du lieu triste, ou il s'estoit mis pour plourer,*

et *Deambula par sept jours toute la terre d'environ eulz.*

**DEAMBULATOR.** Vide *Ambulator.*

**DEAMBULATORIUM.** Quod proprie dicitur *Lobium*, quod fit iuxta domos ad spatiandum. Joan. de Janua. Occurrit apud Capitolinum in Gordiano III. *Deambulatoria Claustrorum*, apud Guibertum Abbat. de Combustione Monasterii Gemblac. ann. 1137. *Deambulatoria Ecclesiarum*, porticus Ecclesie corpus ambientes. Vita S. Geraldii Abbat. Grandis-Silvæ n. 12: *Purgavit templum, composuit sedilibus, et ornavit desuper columnalia cum basibus, chorum purgavit et cryptam, et Deambulatoria aptavit, inibi locatis decenter altariis.* Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 3: *Deambulatoria siquidem rursum per totum in circuitu ipsius Ecclesie fecit, in quibus et altaria quinque nobiliter construxit atque sacrauit. Vide in Nebula [et in Destraria.]*

**DEAMBULACRUM,** eidem Januensi.

\* **DEAMPUNCTUARE,** Deturbare, dejicere, nostris *Despointer.* Instr. ann. 1397. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 598: *Et ex vestro toto statu deiciemini et Deampunctuabimini.* Lit. ann. 1408. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 419: *Et iceulz officiers muer ou changer de lieu en autre, ou despointer etc.* Vide infra *Depunctare* et *Desapunctare.*

\* **DEANA,** pro *Dea*, in vet. Inscript. apud Montefalc. Diar. Ital. pag. 223. **BASEM CUM PAVIMENTO MARMORATO DEANÆ DD.** [\* Pro *Diana.* Vide *Forcellin.*]

† **DEANGILERE,** An Confiscare et unde? Chartular. Vedastinum notatum V. pag. 144: *Rex Francorum Ludovicus filius Ludovici Regis cognomento Grossi... cum gravi stomacatione missis nuntiis et propriis dispositis clientibus bona nostra Deangilevit et bannivit.*

**DEANTEA,** pro *Antea*, quomodo Galli dicunt *Devant*, in Epist. 77. inter Francicas. [De *ante* eodem intellectu, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 179.]

† **DEARESTARE,** Quod *arrestatum* erat seu retentum relaxare, liberare. Litteræ Philippi Regis Franc. pro Mercatoribus Rotomag. apud Rymer. tom. 2. pag. 127: *Fecissetis Dearestari penitus, ut credimus, mercimonia prædicta. Occurrit ejusdem tom. pag. 285. et tom. 3. pag. 667. Vide Arrestare.*

† **DEARESTATIO** et *Deliberatio Benedicti et Edwardi sociorumque suorum*, apud eundem Rymerum tom. 3. pag. 809.

† **DEARESTATUS,** Qui post delictum non est comprehensus, liber. Charta anni 1250. apud Miræum tom. 2. pag. 1231. col. 2: *Qui fecerint forefactum vel delictum, recederent de terra nostra prædicta Dearrestati, hoc est, antequam capeantur.*

**DEARRESTARE,** *DESARESTARE,* Impedimentum tollere, liberare. Arest. ann. 1344. 17. Maii in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: *Bona sua omnia curia nostra prædicta Dearrestavit et liberavit.* Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 164: *Respondit dictus Raymundus, quod ea quæ arrestaverat (bajulus) ipse Desarestabat.*

† **DEARGENTARE,** Obducere argento. *Crucifixum Deargentavit*, in Chartul. S. Martialis Lemovic. *Deargentata arma*, apud Orosium 3. 22. *Deargentata columna*, apud Augustinum Epist. 23. ad Bonifacium. *Columnæ deargentatæ*, Psalm. 67. 14.

\* **DEARGENTASSERE.** [Obsolet. verbum futuri infiniti modi, pro, argento spoliaturum. *Lucil.* apud *Non.* 2. 218.

*Depeculassere aliqua sperans me, ac deargentassere.]*

\* **DEARTUARE,** *Desmembrer*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Gloss. Lat. Gr.: *Deartuo*, ἀρτῶρῶ. [\* Vide *Forcellin.*]

† **DEASSECURARE,** Alicujus securitatem perturbare damnum inferendo, aliisve injuriis eum, violata fide, lacescendo. Statuta Eccl. Leodiensis ann. 1287. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 853: *Excommunicatos denunciamus omnes laicos et alios quoscumque qui Clericos Deassecuraverint, maxime coram suo Judice, volentes facere justitiæ complementum, nisi infra octo dies eosdem assecurerint, et a præmissis destiterint.* Ibid. col. 886: *Item altam (constitutionem) quæ scripta est sub titulo, De Vita et honestate Clericorum, in qua excommunicantur et excommunicati denuntiantur omnes laici, et omnes quicumque in Clericos Deassecuraverunt, etc. mitigamus in hunc modum, quod penam excommunicationis in eis latam revocamus, ita tamen quod si qui fuerint laici vel alii qui Clericos Deassecuraverint, nec eos postea assecuraverint, Nos et alii Judices competentes procedemus, prout de jure fuerit faciendum.* Charta Caroli IV. Imp. pro Ecclesia Camerac. ann. 1377. apud Miræum tom. 2. pag. 1245. col. 1: *Prædictos quoque Præpositum, Decanum, Capitulum et Ecclesiam, ac villas et subditos eorumdem, in corporibus et rebus Deassecurant pariter et diffidant, ac multas alias injurias intolerabiles ipsis inferunt et inferri procurant.* Ibid. pag. 1246. col. 1: *Qui præfatos Præpositum, Decanum, Capitulum et Ecclesiam, aut villas vel subditos, familiares et servitores eorumdem Deassecuraverint vel diffidaverint, etc.* Ibid.: *Necnon impeditores, turbatores, molestatores, occupatores. . . . Deassecuratores aut diffidatores, ac alios offensores, etc. Vide Assecurare.*

† **DEASTRICOLA,** Vox probrosa in Catholicos Sanctorum cultores. Hist. Martyrum Gorcomiensium inter Acta SS. Julii tom. 2. pag. 784: *Ah veterane proditor, inquietus, nimium tibi tuisque sociis proditoribus ac Deastricolis indulgetur.*

† **DEAUCTORIZARE,** Exauctorare, in Onomastico ad calcem tom. 6. SS. Mail.

† **DEAURARE.** Gloss. Græco-Lat.: *Χρῶσω, Auro, in auro, Deauro.* Legitur apud Tertul. de Idolol. cap. 8. et in Cod. Theod. leg. 1. de Fabricens. (10, 22.)

† **DEAURARI,** ut *Deauratores.* Consuetud. Lemovic. art. 42: *Aurifabri sive Deaurarii et escampsores annulos, monilia, zonas et garlandas argenteas postquam emerunt, etc.* Versio Gallica *Aurifabros et Deaurarios reddit* uno *Orfevres* vocabulo.

**DEAURATORES,** recensentur inter opifices, qui jure immunitatis gaudent in leg. 1. C. de Excusat. artific. lib. 10. (64.) Ubi Cujacius, alios esse ait *Deauratores*, alios *Aurifices*, *Χρῶστές* et *Χρῶσθῶτες* in veteribus Glossis.

**DEAURATURA,** *Auratura, Dorure.* Capitula Caroli Calvi tit. 31. § 24. [\* Edict. Pistens. ann. 864.]: *Illud vero aurum quod coctum quidem fuerit, sed non tantum, ut ex eo Deauratura fieri possit, etc.* [Notitia Ecclesiarum et prædiorum Abbatie Stabulensis apud Miræum Diplom. tom. 1. pag. 686. col. 2: *Hoc opus fecit Abbas Wibaldus, in quo sunt argenti meri LX. marcæ, in Deauratura sunt auri meri IV. marcæ.]*

\* [Pro *Deauratura* dicti ensis (dati per ss. d. n. papam in nocte nativitat

Domini.) Mandat. Camer. apost. arch. vatic. an. 1439-48, f. 24.]

\* **DEBACCHARE,** Depopulari, Gall. *Ravager.* Vita S. Hugon. Monachi inter Acta SS. Bened. sæc. 5. pag. 94: *Paganorum quoque infestationes, quæ olim patriam Debacchaverant, omni ex parte sedata erant.* Hinc

\* **DEBACCHATIO,** Immanitas, furens impetus. Chron. Wil. Godel. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 261. in Nota: *Lugere habes... tam variis injuriis peregrinos illo (ad S. Sepulcrum) occulte euntes affici et affligi, quam etiam sævissimis Debacchationibus trucidari.*

† **DEBACCHATUS,** Ebrius. Vita S. Catharinæ Sen. n. 200. April. tom. 3. pag. 902: *Continue Dormiens et in similitudinem Debacchati, qui non potest a somno surgere.*

**DEBACULARE,** valde *Baculare*, Ugu-

tionis. † **DEBANNIRE,** Interdictum tollere. Charta Alexandri Leodiensis Episc. de Godefrido Namurci Comite ann. 1131. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 711: *Insuper ubicumque facultates Ecclesie minus rationabiliter moleste detinentur, absque alterius successoris nostri requisitione, liceat locum ei interdiceri, et post restitutionem invasoris similiter Debannire.* Vide *Bannus Episcopi.*

\* **DEBARBARE,** Præcidere. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 154: *Levatorium super Barcharum pontem causa palos fictos (fixos) in aqua Debarbandi levatur.*

\* **DEBARIARE,** *Barris* seu repagulis dividere. Reg. feudor. Aquit. sign. JJ. rub. ex Cam. Comput. Paris. fol. 25. vº: *Ex parte quam tenebant in molendinis de la Barie, sicut est illud Debariata, inter terram hominum de Bernos ex omnibus partibus.* Vide *Barrare* 1.

**DEBARONIZARE.** Vide *Barones in Alemannia.*

† **DEBARRARE,** Repagula tollere. Locum vide in *Barrare.*

\* **DEBASTARI,** pro *Devastari.* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Ne ex omissione conficiendi inventarium seu repertorium de bonis et rebus dictorum pupillorum, et quæ olim fuerint dicti nobilis Joannis de Gorsolis, quondam patris eorumdem pupillorum, jurium hæreditarium eisdem pupillis pertinentibus et expectantibus, ut dixerunt, valeant deperiri seu Debastari, nec de negligentia reprehendi, etc.*

† **DEBATABILIS,** Contentiosus, de quo litigatur. Occurrit apud Rymerum tom. 12. pag. 467. col. 2. Ibid. pag. 475: *Terras Debatabiles ibidem adjacentes.*

\* **DEBATARE,** a Gall. *Debattre*, Contendere. Reg. arestor. parlam. Paris. ad ann. 1386. ex Cod. reg. 9832. 2. fol. 170. vº: *In contrarium prædicto magistro Petro Debatante, quod ex eo quo dictus Alanus sustinuerat, functus erat posse suo.*

**DEBATUM,** Controversia, ex Gallico, *Debat*, in Charta Alani Ducis Britannie ann. 1087. [et aliis passim.]

\* 1. **DEBATUM,** f. *Agger*, moles aquis opposita, Gall. *Chaussée, digue*, certis in locis *Batte*. Libert. Marolog. ann. 1366. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 676. art. 7: *Quod dicti consules... habeant instituire, eligere et nominare annuatim... inspectores et regardatores marcelli, triperie, piscarie, murum, fustarum et Debatorum.*

\* 2. **DEBATUS,** Accusatus, f. pro *Delatus*, in Charta ann. 1378. ex Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 48: *Cum Egidius Garnerii de Lunello, burgensis regius Aqua-*

*rum mortuorum, sit præventus et Debatus in curia regia coram nobis de morte Petri de Vabris, etc.*

**DEBELLARE**, Bellum inferre. Utitur Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 17. Gloss. Lat. Gr. : *Debellat*, ἐπολεμῆι, καταπολεμῆι. [Ogerio Pani lib. 4. Annal. Genuens. ann. 1219. *Debellare* etiam est Bellum inferre seu Præliari, Latinis autem Expugnare, Superare, et interdum, ut Livio, Bello finem imponere.]

**DEBELLARE**, Duello cum aliquo certare. Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 28 : *Si... aliquem appellant de roboria, vel occisione hominis, aut aliquo alio malefacto, per quod Duellum possit oriri, bene licet eis... in curia D. Regis vel alia aliqua Curia defendentem Debellare, per interpositam personam.* Occurrit dicto capite non semel, et in Observantiis Regni Aragon. lib. 8. tit. de Proditorib. § 3.

† **DEBELLATIO**, Clades, Gall. *Defaite*. Sallas Malaspinae Rerum Sicularum lib. 3. apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 272 : *Hos enim belli aut Debellationis instantis felicitas deglutisset eventus.* Loquitur de expugnatione urbis Beneventanæ, ubi victricibus Gallorum armis nihil supererat quod opponeretur.

† **DEBELLIO**, Eadem notione, ibid. pag. 244 : *Ex hac itaque Debellione quamplurima Gebellinorum fuerunt corda concussa.*

† **DEBELLUM**, Bellum vel pugna. Glossar. Sangerman. num. 501.

\* **DEBELLARI**, pro Debellare, in Epist. Joan. VIII. PP. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 193 : *Græcorum navigia in mari Ismaelitarum victoriosissime straverunt phalanges, et eos... Debellati sunt.*

\* **DEBELŪS**, [Locus pascendo non aptus, non pecoralis, a de præposit., seu particula privativa, et *bela*, oves, ut dixeret veteres Latini, teste Varrone. *Tabula alimentaria Vellejas*, quæ vulgo *Trajani* dicitur, col. 3. lin. 3. Fundos Avegam, Veccium (cum) *Debelis*. *Ead.* col. 4. l. 39. Fundum Metlianum cum casis, silvis, meridibus, et *Debelis*. *Ead.* col. 7. l. 37. Saltus Avegam, Veccium, *Debelos* cum figlinis. *Petr. de Lama in not. ad eand.* p. 36. varias aliorum refert de hujus vocis significatione sententias : nos vero cum *Barpt.* *Borghesio* sentimus, qui supra allatam interpretationem nobiscum per litteras communicavit.]

**DEBENDUS**, pro *Debitus*. Ennodius Dict. 6 : *Superbi sumus, si nostris Debendum credimus instituitis.* Idem lib. 1. Epist. 16 : *Salutationem Debendam restituentis.* Lib. 2. Epist. 5 : *Salutationis Debendam obsequium solvens.* Utitur et lib. 3. Epist. 25. lib. 4. Epist. 30.

\* **DEBERE**, Posse, jus et facultatem habere. Vita S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 474. col. 2 : *Intra semetipsum meditari cepit illuc venire, ut Christum ibi prædicare deberet.* Et pag. 475. col. 1 : *Pontifici possessiones concedere Deberet, et eorum pontifex esse Debuisset.* Pactum inter reg. et episc. Vivar. ann. 1307. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 294 : *Portare Debebit episcopus arma nostra regia et eis uti in vexillis et sigillis.*

† **DEBERIUM**, Debitum, Gall. *Devoir*. Instrum. anni 1302. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 301 : *Quantum ad homagium, fidelitatem vel quodcumque aliud novum Deberium.* Vide *Deverium*.

\* Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus in eodem loco de Flamar. totum emolumentum, jus et Deberium pincernæ sive tabernæ et macelli, etc.*

\* **DEBETUM**, ex mutatione *u* in *b*, pro *Devetum*, Interdictum, prohibitio, *Debet*

etiam vulgari sermone. Charta Occitana ann. 1298. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 13 : *Viginti solidos in Debeto annui redditus, id est quod nulli licet vinum in dicto loco vendere mense Maii, nisi domino loci; quod valere potest in reddito viginti solidos domino.* Alia ann. 1327. in Reg. 64. ch. 557 : *Habere consuevimus in dicta villa Marmande quoddam bannum vini, vocatum Debet, tale videlicet, quod in certo anni tempore per spatium viginti octo dierum continue durante, nullus alius nisi nos... infra decos dictæ villæ audebat vel poterat vendere vina ad tabernam.* Vide *Bannum vini*.

\* **DEBIBO**, [idem quod *bibo*. *Solin.* 7. ad fin. *Esse* duo flumina, quorum alterum si ovillum pecus debibat, pullum fieri, etc.]

1. **DEBILIS PERSONA**, Infirmi ordinis. Decreto Childeberti Regis cap. 7 : *Si Francus fuerit, ad nostram præsentiam dirigatur; et si Debiliior persona fuerit, in loco pendatur.* Apud J.C. *Debiles personæ* dicuntur, qui infirmitate, aut morbo aliquo perpetuo laborant, in leg. 2. C. de Curat. fur. (5. 70.) *Personæ miserabiles*, leg. 3. C. Quando Imp. inter pup. (3. 14.) *Senes*, apud Capitolinum in Gordianis. Gloss. Græco-Lat. : *Debilis*, ἐμπαθής, ἀχρηστος.

\* 2. **DEBILIS**, Detritus, Gall. *Usé*. Instr. ann. 1392. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 169. col. 1 : *A dicto magistro Eustachio, pro alio capucio dicti mantelli Debili, v. sol. Turon... De una cotardia... folrata minutis variis Debilibus et antiquis, etc.*

**DEBILES SOLIDI**, non justis ponderis, in leg. 2. Cod. Th. de Ponderatorib. (12. 7.)

**DEBILITARE**, Mutilare : **DEBILITATUS**, membro aliquo mulctatus iudicis sententia, vel alio quovis modo. Lactantius de Mortibus Persecutor. num. 36 : *Occidit Dei servos vetuit, Debilitari jussit.* Commodianus Instr. 71 :

Inspicite tales, sed certe Debilitatos,  
Transigere sese qui non possunt, date subinde,  
A Domino vobis spondeo dari quadruplum.

Lex Burgund. tit. 55. § 3. 4 : *Ingenuus... manus incisione damnetur. Si vero Debilitatem suam redimere voluerit, medietaem pretii sui solvat. Equus Debilitatus, ibid. tit. 73. § 2. Debilitatis reus, in Lege Alamannor. tit. 70. § 3. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 18 : *Debilitatio et cæsis emendetur per 50. sol. denariorum.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 674 : *Aliis quoque pluribus... Debilitatio membrorum inflicta est ex sententia Curia.* Infra : *Multos... Debilitatis membris mancos aut loripedes... reddidit.* Charta ann. 1345 : *Si eidem membrum abstulerit, vel ipsum Debilitaverit, solvat, etc.* Utitur S. Augustinus Epist. 158. Capitula Theodori Cantuar. cap. 23. Edit. Jac. Petiti : *Qui per rixam ictu Debilem, vel deformem hominem fecerit, etc.* Vide Legem Salicam tit. 31. qui inscribitur *De debilitatibus*, Concilium apud Theodonis villam ann. 821. cap. 1. Odonem Cluniac. in Vita S. Geraldii lib. 4. cap. 7. Probat. Historiæ Bressensis pag. 106. etc.*

**DEBILITARE**, Infirmare, inutilem reddere. Gloss. Lat. Gr. : *Debilitat*, ἀχρηστοποιεῖ, παραλύει. Lex 142. Cod. Th. de Decurion. (12. 1.) : *Ne paucorum absentia Debilitet, quod a majore parte ordinis salubriter fuerit constitutum.*

\* **DEBILITATOR**, pro *Debiliior*, in Epist. Gausl. Bitur. archiep. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 496.

† **DEBINARE**, Metas figere. Vide post *Bonna*.

† **DEBITA**, Debitio, Debitum. Instrum. anni 1163. ex Archivo Civitatis Massil. : *Et si Debita non esset soluta tam cito, quæ esset requisita, dicto Communi Massiliæ, debet habere potestatem vendere, cui placuerit, dictos gaudios.* Pro speciali debito seu pensatione Episcopo solvenda sumitur in Indice MS. Beneficiorum Eccl. et Dioc. Constantiensis et Musæo D. de Cangé : Rectores debent *Pro crismate xx. den.* Item *pro Debita solvunt sex solidos.* Fol. 5 : *Item solvit octo solidos pro capa Episcopi. Item decem solidos pro Debita.* Et fol. 44 : *Rector solvit pro circata tres solidos, et pro Debita quinque solidos.* Quis sit ille census non satis intelligitur nisi forte idem sit quod *Synodaticum*. In recensione Gallica MS. redditum Abbatiae S. Vandregesili *Droit de Debita*, est Jus percipiendi tributi et mercibus particulatim venditis, sic dictum a nostro *Debiter*, Merces singulatim vendere : sed istud nullo modo convenit Rectoribus.

\* *Desdebter*, Sua nomina expdire, in Poem. *du Riche et du Ladre* MS. :

Qui donne aumosne, il se Desdebte ;  
Car aumosne est et dons et debte.

† **DEBITABILIS**, ut mox *Debitalis*. Porci *Debitabiles*, apud Stephanot. in Fragmentis Hist. tom. 3.

\* **DEBITALE**, Debitum, pensatio. Charta ann. 1324. ex schedis meis : *In omnibus et singulis bonis... dominis, baroniis, censibus, redditualibus, Debitabilibus, servitutibus, homatgiis, etc.* Alia pro eccl. Anciens. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 336 : *Acquisiverunt redditus, census annuos et Debitalia in feodis et retrofeodis... quorum reddituum, censuum et Debitaliorum, etc.* Vide *Debitalis*.

**DEBITALIS**, Idem quod *Sensualis*. *Sex gallinas Debitales seu censuales*, in Tabulario Brivatensi, non semel. Charta Guillelmi Comitis Arvernorum ann. 1209 : *Mille etiam solidos Claromontenses Debitales persolvendos assignavit in terra de Limania, quam dederat in dotem Petronillæ uxori. Et si hoc Debitale in villis istis reperiri non poterit, de reliqua terra suppleatur. [Decem libræ Podsienses Debitales, in Anecd. Marten. tom. 1. pag. 897. Duo sextaria frumenti Debitalia, apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 365.]*

\* **DEBITE**, Gall. *Duement*, Ut par est. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1258 : *Racemi etiam maturari non potuerunt Debite, ideoque vina fuerunt viridia nimis.*

\* **DEBITIO**, Pensatio quævis, quam ex debito et jure quis præstare tenetur. Charta Anselmi milif. dom. de Buisiaco ann. 1260. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 461 : *Quittavit quicquid juris habet vel habere potest ratione homagii, servitii, eschentia seu Debitiois.* Vide infra *Debitum* 2.

† **DEBITIS**. Litteræ quæ etiam *Debita Regalia* dictæ sunt in Edicto Philippi VI. Franc. Regis ann. 1338. in Cancellaria regia vel regii Judicis concedebantur olim creditoribus, ut possent debitores suos ad solvendum compellere, cum eorum obligatio sigillo dumtaxat ecclesiastico muniebatur. [\* *Leg. Debita Regalia*, ut ex Lit. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 365. art. 12. emendat doctus Editor. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 155 : *Comme... Robert Aqueuauz eust baillé à Simon Blassel nostre sergent un Debitis de nostre bailli d'Amiens ou de son lieu-*

tenant, pour justicier et contraindre plusieurs personnes qu'il disoit à lui estre tenues et obligées, etc. Vide Glossar. Jur. Gall.] De hujusmodi Litteris sic Auctor Glossarioli in Arresta Joannis le Cog : Debitis, litterarum genus, quæ hodie vocantur *Lettres de committimus*, quarum fit mentio q. 52. Notandum autem est, quod per litteras regias de *Debitis* vocatas, etiam fit executio de eo quod debetur, et in illis litteris ita solet apparitori scribi : *Nous te mandons et commandons par ces presentes, que toutes les dettes bonnes et loyales cogneues ou prouvées suffisamment par lettres, témoins, instrumens, confession de parties, ou autres loyaux enseignemens, qui te apperront être deuz à tel N. tu lui fasse payer tantôt, incontinent et sans delay, en contrainant à ce les debtieurs et chacun d'eux, par la prise, levée, vendue et exploitation de leurs biens, meubles et héritages, detention, arrest et emprisonnement de leur corps, si mestier est, et à ce s'en sont obligés.* Item inhibitorium est, ne generales litteræ in forma *Debitis* per Senescallos et Judices regios de cætero concedantur, sed a Rege, vel ejus Cancellaria, ut fuit pronunciatum in hoc Senatu 1533. die 15. Jul. Archiepiscopus tamen Remensis generales concedit has litteras ; et fuit in Senatu dictum ann. 1418. die 6. April. propter ejus supremam dignitatem. Item Judicibus ad quos causæ cognitio pertinet, appositio dirigi debet, ut invenio statutum per Carolum VIII. ann. 1490. prout est in stilo Parlamenti videre in Rubr. de rescript. versic. inhibitorium. Et ideo dictæ litteræ non attribuunt novam jurisdictionem ; sed opposent etiam coram suis Judicibus assignari debent, ut fuit etiam judicatum in Senatu pro illustri Domina Claudia Matre Regis ann. 1530. die 1. Decemb. quia omnes causæ in regno debent terminari et finire apud illos Judices in partibus qui de jure aut consuetudine, vel privilegio illarum cognitionem habent, §. 1. Rubr. de causis, ubi scripsi in concordia. Appellatio tamen veniet directo ad Parlamentum ratione harum litterarum, etiam si emittatur a Præposito, vel alio mediato, ut fuit pulchre pronunciatum ann. 1526. die 10. Maii, et videbatur aliud Arrestum latum ann. 1522. die 10. Julii. Hujusmodi litterarum usus apud nos abolevit.

\* **DEBITOLIUM.** *Vendere ad debitolum*, Singulatim dividere, vulgo *Vendre en détail*, apud Labbeum tom. 12. Conc. pag. 805.

**DEBITOSUS.** Lex Ripuar. tit. 67. §. 1 : *Si quis moriens Debitosus, etc.* Ita MS. ubi alii *Debiturus* et *Debitor*.

† **1. DEBITUM.** Honorarium debitum. Litteræ Caroli Franc. Regis primogeniti ann. 1357. Ordinatum tom. 3. pag. 211 : *Senescallus Pertragoricensis et Caturcensis... assisias suas de cetero bis anno quolibet... tenere debeat... in quibus appellationum cause dicte ville et honorum ejusdem emergentes... sine Debito debeant terminari.* [\* leg. fine.]

**DEBITA.** Tributa quæ debentur, crebro in Cod. Theod. leg. 15. 19. 31. 34. de annona, (11. 1.) et alibi. Ita

**DEBITORES.** pro tributorum debitoribus, in leg. 7. 16. eodem Cod. de Exactionibus (11. 7.)

IN DEBITO PONI pro se vel pro alio, per legem, in Statutis Venetorum ann. 1242. lib. 1. cap. 52. est obligari pro se vel pro alio. Vide lib. 6. cap. 15.

\* **2. DEBITUM.** Tributum, pensitatio quævis, quam ex debito et jure quis

præstare tenetur, nostris *Debite* et *Debitement*. Charta Rob. vicecom. Cabilon. ex Chartul. S. Marcelli Cabilon. : *Reddidi Deo et S. Marcello... hominem quemdam, Gunterium nomine, qui mihi persolvebat Debita et recepta propter se salvandum.* Alia ann. 1259. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 160. v. col. 1 : *Et retient l'église toutes ses rentes et toutes ses Debités, si comme ele les a eues jusques au jour dui.* Charta Guill. episc. Lingon. ann. 1358. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 502 : *Item oppressoient nos diz ventiers les marchans estrainges, amens ou vendans sel en nostre dite ville, en exigent excessivement les Debités acoustumées pour les chevaux, chers et cherrettes.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinatum reg. Franc. pag. 178. Froissart. vol. 2. cap. 84 : *Sitost que le roy fut party de Paris, les communes s'armerent et emeurent et occirent tous ceux qui avoient assis les gabelles et Debitemens. Devoir septenaire, Pensitatio, quæ septimo quolibet anno solvitur, in Ch. Ludov. XI. ann. 1478. Vide supra Debitum.*

\* **3. DEBITUM.** Gall. *Débet*, Summa, quæ expensis rationibus reliqua est. Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordinatum reg. Franc. pag. 585 : *De dictis 1500. libris Turonensibus superius contentis, fit mentio in Debitis Tholosæ.*

\* **4. DEBITUM ANIMÆ,** Preces et elemosynæ, quæ pro anima defuncti offeruntur. Charta Phil. I. reg. Franc. ann. 1106. in Chartul. Maurigniac. ch. 5 : *Qui autem in domo sua viam universæ carnis ingressus fuerit, obsequium et omne Debitum animæ, quasi frater monachus a præfatis confratribus monachis, Deo volente, receperit, etc.*

\* **5. DEBITUM,** Officium ; hinc *Debitum facere*, Officio fungi. Gall. *Faire son devoir*. Testam. Alph. III. reg. ann. 1271. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 56 : *Rogo reginam Beatricem uxorem meam... pro Debito, quod habet mecum, etc.* Gualt. Hemingford. de Gestis Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1297. pag. 127 : *Non expedit, domine comes, ulterius protelare negocium, et thesaurum regis nostri in vanum expendere ; sed ascendamus et faciamus Debitum nostrum, ut tenemur adstricti.*

† **DEBITUS,** Debitor, obligatus. Sermo S. Humilitatis Abbatissæ, inter Acta SS. Maii tom. 7. pag. 835 : *O misera ego peccatrix, quantum sum Debita meo Jesu Christo.*

**DEBLADARE,** [Metere blada.] Vide post *Bladum*.

\* **DEBLADARE,** Quod ad blada proprie pertinet, de pratis etiam dicitur, in Charta ann. 1272. ex Chartul. Pontiniac. ch. 107 : *Dictæ communitates, post quartum folium, poterunt mittere animalia sua ad depascendum ibidem : similiter in pratis ipsorum de dicto loco, postquam fuerint Debladata.* Vide in *Bladum* et mox *Debladire*.

\* **DEBLADATIO,** Messis, bladorum collectio, nostris *Desblé* et *Desbleure*. Charta Odon. archiep. Rotomag. ann. 1255. ex Cod. reg. 1245. fol. 167. r. : *Eas (terras) debladabit, licet usque ad plenam Debladationem firmæ suæ terminus non duraret.* Alia ann. 1281. ex Tabul. Carnot. : *Jam prædicti Guillelmus et ejus uxor terras prædictas cum Debladatione earumdem, prout sunt imbladate, dimittunt et quittant.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 46 : *Comme en la Desblée et moissons derrenement escheus, le suppliant eust cueilli*

certain grain, appelé millet. Alia ann. 1394. in Reg. 146. ch. 10 : *Vous promet que ceste Desbleure faite, je me departiray de mon frere. Le suppliant gouverna et exploita leadiz héritages et la Desbleure de ceste presente année leva et exploita à son profit, in aliis ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 390. Vide in *Bladum*.*

\* **DEBLADIRE,** *Blada* metere, secare, in Charta ann. 1283. ex Chartul. S. Mariani Autiss. fol. 60. *Desblaver*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 385 : *Comme le suppliant pour icelles terres Desblaver et Despoiller en la messon,... eust envoyé faussilleurs pour faussillier son blef.* Vide *Debladare* in *Bladum*.

\* Aliud vero est *Desblaer* et *Desblaver*, Purgare scilicet, exportare, expedire ; unde *Desblavement*, ipsa purgatio et exportatio. Charta ann. 1311. in Reg. 48. ch. 8 : *Item que tout le droit que nous avons et poons avoir de Desblaver et de oster tous les empeschemens qui se feroient, tant es voieries, comme es chemins de laditte ville de Vailli ;... tout ce qui sera trouvé au Desblavement des chemins, etc.* Alia ann. 1363. in Reg. B. ejusd. Chartoph. ch. 12 : *Ichis chevaliers a promis et creanté... en nostre main à icelle rente warandir, delivrer, defendre et Desblaer envers tous.*

**DEBODINARE,** [Metas figere.] Vide *Bodinare* post *Bonna*.

\* **DEBONARE,** *Bonnas*, seu metas figere. Charta ann. 1265. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 145. r. : *Ita tamen quod prædictæ maceria, granigia, domus thesaurariæ et dicti Helyæ, cum furno et porprio prædictis, et alia loca quæ de mandato prædicti domini episcopi a viris discretis Hugone Lingonensi, magistro Petro Tornodorensi archidiaconis... debent Debonari, habeant eandem franchisiam et immunitatem, quas et aliud claustrum nostrum.* Vide in *Bonna* 2. et mox *Debornare*.

\* **DEBORNARE,** Eodem intellectu. Charta sub Rob. reg. Franc. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Lemovic. Mss. part. 2. pag. 271 : *Robertus de Sadran concessit (S. Petro Vostensi) vineas suas de Vaurelia, sicuti sunt terminatæ vel Debornatæ.*

† **DEBOTARE** ARCAM, Illam aperire seris effractis. Consuetudines Brageiaci art. 98 : *Si quis domos de nocte perforatus fuerit, et aliquid de dicta domo furatus fuerit, aut qui archas seu huchas Debotaverit, aut falsas claves, quæ dicuntur Contra-claves tenuerit... furca suspendatur.* Gallus Interpres habet : *Qui aura rompu les serrures des coffres.*

\* **DEBOTARE,** a Gallico *Debouter*, Actorem actione sua submovere, vox forensis. Arest. parlam. Paris. laudatum, post Bonav. *Des Periers*, a la *Monoye* in Glossar. Burgund. : *Dicta curia Debotavit et Debotat dictum Colinum.* Quam vocem, quasi ocreas detrahare, Gall. *Debottier* sonaret, cum cavillatus esset Colinus S. Amb. Bituric. abbas, non Vindocinensis, ut vult Menagius in Observat. ad Ling. Gall. part. 1. cap. 106. occasio fuit ut dehinc aresta Gallico idiomate pronuntiarentur, rege jubente Francisco I. Nostris *Debouter*, pro *Repellere*, vulgo *Repousser*. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 260 : *Jehan de Goulencourt esmeu, tant dudit coup comme de la blessure de son cousin, qu'il tenoit estre mort, et Deboutant force par force, etc.* Unde *Deboutement*, *Repulsus*, in aliis ann. 1457. ex Reg. 183. ch. 243 : *Pour le repulsement et*

*Deboutement de noz ennemis les Anglois, etc.*

\* **DEBOYNARE**, Bonnas seu limites tollere, alio transferre, nostris alias *Deboener*. Libert. Brianz. ann. 1343. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 730. art. 25: *Voluit et concessit, quod sindici seu consules dictarum universitatum Deboynare, restringere et ampliari possint in dicta baillivia, ut eis conveniens videbitur expedire, vias, pategia et nemora.* Charta ann. 1316. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 8518. fol. 227. vº: *Li religieuz (d'Auberive) sunt en saisine... de mettre bones en la ville et ou foinage de S. Loup, et de Deboener, toutes fois que partie contre autre le requiert.*

† **DEBOYSCHATUS**, Scalptus, delineatus, f. a Gallico *Ebauché*, quod juxta Nicotum est ab Occitano *Bauch*, Stultus, rudis. Hoc translatum ad opera rudi dumtaxat manu delineata et parum polita. Testam. Beatrice de Albo-reya Vicecomitissæ Narbonæ ann. 1367. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1524: *Item legamus conventui Sororum Minoritarum de Asiliano unum salinum argenti, in quo quidem salino est Deboyschatus unus dracho ermantatus, cum signis sive armis nostris.* Vide *Debuzare*.

\* **DEBRACARE**, *Deschauer braies*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Debraccare, ouster braies*, in altero.

† **DEBRANDANARE**, Brandonem seu impedimentum tollere. Vide in *Brando*, Velum.

**DEBRIATUS**, Inebriatus, ingurgitatus, et per metaphoram, repletus. Auctor Breviloqui: *Debriare, inebriare.* Gerbertus Epist. 81: *Frontemque falsissimo poculo Debratam expurgans.* Leo Ost. lib. 3. Chr. Casin. cap. 45.: *Militis diabolico furore Debrati pecuniam de Secretario abstractam ad Principem deferunt.* Ibidem: *Theodinus diabolico Debratus veneno.* Alanus lib. 4. Anticlaudianii pag. 60:

Flos viola perfundit eum, rosa Debrat auras  
Affines, narisque thymi salatur odore.

Ita Codex MS. Utuntur præterea Regula Magistri cap. 27. Gordianus Monach. in Vita S. Placidi cap. 1. Galbertus in Vita Caroli Com. Fland. num. 47. Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 57. 72. 75. 98. Baldricus Noviom. lib. 2. Chron. Camer. cap. 22. Vita S. Paterni cap. 13. Rodericus Toletan. Archiepisc. in Hist. Arabum cap. 6. Joan. Buschius in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 28. 55. Brompton. pag. 1085. etc.

*Debriare, et Debriatum*, interdum in bonam partem usurpantur. Lambertus Ardensis pag. 170: *Spiritus sancti Debriatum et perfusus gratia.* Chronicon Fontanellense cap. 1: *Barbaricas ac indomabiles eorum mentes nectare evangelicæ doctrinæ Debrabat.* Hincmarus in Ferculo Salomonis:

Agnus, fons vitæ, proprio non sanguine potans,  
Semper more suo Debrat atque regat.

Epitaph. Venerab. Bedæ:

Daque Sophiæ illum Debrari fonte, etc.

Adde Vitam S. Luciani Bellovac. n. 10. Baldricum lib. 2. Chronici Camerac. cap. 39. Ingelramum Scholast. in Præfat. ad Vitam S. Richarii, Ordericum Vital. lib. 4. pag. 530. lib. 12. pag. 846. Vitam S. Paterni in Prologo. Vitam S. Leufredi cap. 5. Vitam Alcuini n. 10. etc. Ita D. Hilarius et Rufinus Presb. in Psalm. 64. *Inebriari* vocem in bonam partem usurpari annotant. [\*] Liudprand. Antapod.

III

lib. 1. cap. 6: *Adelbertus itaque proludii hujusmodi non solum gnarus, verum etiam Debriatum, etc.*

**DEBRIATIO**. Vita S. Isidori Episcopi Hispalensis in Prologo: *Ditior emines Debriatione divina, quam felicitate terrena.* Braulius Cæsaraugustan. in eodem S. Isidoro: *Tanta Debriatione scientiarum claruit præditus, ut, etc.*

\* **DEBRIGARE**, Briga seu molestia liberare, expedire, Ital. *Disbrigare*. Charta ann. 1324. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 109: *Thesaurarius prædictus promisit... ipsum magistrum Guillelmum et suos totaliter Debrigare, usque ad summam prædictam duntaxat.* Vide infra *Disbrigare*.

\* **DEBRUCIO**. [Insania. DIF.]

† **DEBVERIUM**, Gallice *Devoir*, Debitum, pensitatio. Charta Guidonis Episc. Lingon. ann. 1250. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 109: *Concedimus præfatæ Vicariæ... pro portione sua congrua, bona jura et Deberia quæ sequuntur.* Vide *Deberium* et *Deverium*.

\* **DEBUXARE**, Delineare, ut interpretantur docti Editores ad vit. S. Avurtii tom. 3. Sept. pag. 56. col. 1: *Omnibus his delegatis Debuxataque ecclesie, et triplicem pecuniam quantitatemque ejus sacris literis inditam suscipiens archidiaconus, etc.*

† **DECACHINNARE**, *Deridere*, apud Papiam.

† **DECACHORDUS**, Δεκάχορδος, Intentus decem fidibus. *Psalterium Decachordum* occurrit in Psalmis et in Statutis Synodal. Guidonis Episc. Helenensis cap. 3. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 595.

**DECADE**, æ, pro *Decas*. Utitur Hieronymus in cap. 41. Ezechiel.

† **DECADENTIA**, Ruina, lapsus, Gall. *Decadence*. Chronicon Beccense pag. 19: *Omnia maneria et molendina, quæ invenit in magna Decadentia, et ruina, studiose reparavit.* *Decadentia* superius in voce *Avaluacio*, accipitur pro imminutione monetæ seu ejus minori valore. Gall. *Dechet*.

† **DECADIVUS**, Decidiuus. *Lacrymæ trementes Decadivæ ponderæ*, apud vet. Poetam in Pervigilio Veneris v. 17. ut feliciter restituit Lernutius.

† **DECECARE**, Cæcitatem auferre, illuminare. Acta SS. April. tom. 2. pag. 856: *Contigit interdum etiam aliquem Theologum nondum Dececatum sublimia scire, dicere ac trutinare, sed nondum secundum Spiritum sapere.*

† **DECALANTICARE**, Calanticam detrahere, apud Martinium.

**DECALANZARE**, Papiæ, *Cantare cum lætitia*.

1. **DECALCARE**, Calce oblinere, seu potius dealbare. Glossæ Isidori: *Decalcare, dealbare*. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013: *Dealbare, Decalcare, opus tectorium.* [Festus habet, *Decalcatum, Calcelitum*; Papias vero *Decalceatum, de calce albatum*. Glossæ apud Grævium in Isidorianas: Κοινῶ, *Decalco, albo*.]

\* 2. **DECALCARE**, Conculcare, pedibus proterere. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 24. col. 1: *Penuncellos regios... amovendo et ad terram prostrando et cum pedibus Decalcando, etc.*

\* **DECALESCERE**, Refrigescere. Gloss. Lat. Græc.: *Decalesco, ἐκθερμαίνωμαι*. Charta Adelberti Mogunt. archiep. ann. 1123. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 661: *Et ne Decalescente rigore, regulam et institutionem unquam prævaricarentur, etc.*

† **DECALICATOR**, Calicum exhaustor. Gloss. Lat. Græc.: *Decalicator, Καταβότης*.

† **DECALICATUM**. Vide *Decalcare*.

\* **DECALIGARE**, *Decalcare, Dealbare*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide *Decalcare* 1.

**DECALVARE**, Tondere, ad cutem caput radere. Gloss. Gr. Lat. MS.: *Φαλακροῦμαι, Decalvor. Psilotro Decalvare*, apud Vegetium lib. 2. de Re veterin. cap. 48. Drogo Cardinalis Ostiensis de Sacramento Dominicæ Passionis pag. 64: *Et calvaries qui fuerat locus superbiæ, spoliatus capillorum gloria... Decalvatus est superbiæ vertea.* Statuta Ordinis de *Sempringham*: *Ad Pascha, et ad festum S. Mariæ Magdalenæ, et ad festum Omnium SS. ad minus Decalvantur sorores.* [Vulg. Interpres 1. Cor. 11. 5. et 6: *Unum enim est ac si Decalvetur. Nam si non velatur mulier tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi, aut Decalvari, velet caput suum.*] Sed proprie

**DECALVATIO**, pro Pœna, vel ignominia et injuria per abscissionem capillorum illata usurpatur apud Scriptores. Quippe, ut ait Constantinus African. lib. 2. Pantehn. cap. 16: *Capilli caput custodiunt, honestant, et defendunt; quibus si careat, maxima est inhonestas.* Appendix Cod. Theodos. Constit. 14. ubi de Episcopis in Africa vexatis: *Alios ad solam divini cultus injuriam, avulso capillorum parte fœdatos, etc.* Fuit autem pœna vulgaris qua in fontes sæviant Gothi, Hispani, et Franci. Jo. Biclariensis in Chronico: *Primum verberibus interrogatus, deinde turpiter Decalvatus, post hæc dextra amputata, etc.* Lucas Tudensis: *Noluit Princeps eos mortis sententia perdere, sed tantum Decalvationis derisione eos præcepit onustos ferro ad præsens sustinere vindictam.* Infra: *Incentores seditiomum ejus Decalvatis capitibus, abrasi barbis, pedibusque nudatis, etc.* Concilium Toletan. VI. cap. 17: *Detonsus aut turpiter Decalvatus.* Emerit. can. 15: *Turpi Decalvatione maneat emendatus.* Historia Wambæ Regis: *Nulla mortis super eos illata sententia, Decalvationis tantum, ut præcipitur, sustinere vindictam.* Monachus Sangalli in Carolo M. lib. 1. cap. 10: *Deposito et Decalvato ignavissimo Francorum Rege Childerico.* Vita S. Leodegarii cap. 14: *Condemnatum ab ipsa Synodo calvaria accepta in capite expulsum segregant ab ipsa Congregatione.* Petrus Damian. lib. 1. Epist. 10: *Publice virgine cæsus, et sub inhoneste ludibrio turpiter asserritur Decalvatus.* Tradit auctor Vitæ S. Bavonis cap. 10: *Decalvationem pœnam fuisse latronum: Rogo ut propter scelus in te commissum corpus meum flagellis cædas, caputque meum more latronum Decalves.* Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 682: *Sincipite scalciati sunt ut fures, occipite autem prolucas nutriunt comas ut meretrices.* [Anonymus Combesianus in Porphyrog. num. 5: Καὶ ὁμῶν Ἱερμυκῆριον δέτρας καὶ κορυβείας οὕτως ὑπερορία παρέπεψεν.] Vide Libros sacros, præterea Leges Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 7. tit. 2. § 7. tit. 4. § 6. lib. 3. tit. 3. § 8. 9. tit. 6. § 2. lib. 5. tit. 4. § 11. lib. 6. tit. 2. § 3. tit. 4. § 3. tit. 5. § 11. lib. 9. tit. 2. § 9. lib. 12. tit. 2. § 14. tit. 3. § 3. 5. 6. Leg. Longob. lib. 1. tit. 17. § 5. tit. 25. § 55. [\*] Liutpr. 141. (6. 88.) 79. (6. 26.)] Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 49. 50. lib. 7. cap. 335. [\*] 433.] capitul. ann. 809. cap. 11. Addit. 4. Ludov. Imper. § 1. Nicolaum I. PP. in Resp. ad Bulg. cap. 58. Adamum Bremens. cap. 159. Regulam S. Fructuosi cap. 16. Vitam S. Fulgentii Episc. Rusp.

3

n. 20. Concil. Tolet. XVI. cap. 2. 3. Lindembrog. ad Paul. Warnefrid. lib. 6. cap. 20. et infra in *Depilare*, supra *Capillus*, *Crines*. [\*\* Glossar. med. Græcit. voce Κουπέριον Grim. Antiq. Jur. German. pag. 702. et 704.]

† **DECALVARE**, Caput amputare. Nicolaus Specialis de Rebus Siculis lib. 1. cap. 28: *Quumque per pharum Messanenſium terribilis Scutis navigaret* (Carolus I. Rex Siciliae) *nuntiatum est illi, quod si litora Siciliae attingeret, Carolum Principem filium ejus, quem habebant in vinculis, illico Decalvarent. Rex impietatem Sculorum metuens, ne dilectum filium perderet, in Calabriam declinavit.*

† **DECAMBIARE**, pro *Cambiare*, Permutare, in Charta anni 1064. apud Miræum tom. 1. pag. 156.

† **DECAMBIUS**, ut *Decambium*, in Tabul. S. Medardi Suess.

**DECAMBIUM**, pro *Cambium*, semel ac iterum in Charta Odonis Episcopi Bellocensis, in Tabul. Abb. Frigidî montis fol. 238.

\* **DECAMPARTARE**. [«Nec debet aliquis compelli ad emendum campartum suum neque *Decampartandum* blada sua dum tempus affuerit ullo modo. (Bibl. Sc. Chart. 1878. 232. Aurigny, ann. 1820.)»]

† **DECANA**, post *Decanus* 5.

\* **DECANARIA**, Officium *decani* seu iudicis minoris, qui per *decaniam* jus dicebat. Stat. Montis-reg. pag. 65: *Item statuerunt et ordinauerunt, quod nulla persona possit exercere officium Decanarie, nec esse decanus, nisi fuerit electus et deputatus per dominos vicarium, syndicum et gubernatores. Vide infra Decanus 3.*

1. **DECANATUS**. Regestum Castrî Lidi in Andibus fol. 24: *In omni terra Castro Lidi, cuiuscumque terra sit, homines aubani sunt Comitibus, et incendium, et raptus, et mors hominum, et falsa mensura, et falsa moneta, et dimidius Decanatus, et ubicumque latro inueniatur, Comitibus redditur, et pecunia feneratoris Comitibus est, et thesaurus, ubicumque inueniatur, et pedagium.*

† 2. **DECANATUS**, Officium seu Dignitas *Decani* suis variis notionibus. Quandoque Districtus *Decani* ruralis. Quandoque etiam Prædium, ut exemplis ostenditur infra post *Decanus* 6.

\* 3. **DECANATUS**, Prioratus præcipui, apud Cluniacenses. Lit. Bonif. PP. VIII. ann. 1294. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Voluimus insuper ut prioratus prædicti (de Leuno in Sanguine terro Ambianensis, de Nogento Robrodi et de Gacicura Carnotensis, de Gaya Trecensis, de Vergayo Eduensis, de Vendopera, de Mosterelo et de Marnissa Lingonensis, de Turribus super Maternam Remensis, de Carennaco Caturcensis, de Moiraco Agennensis, de Rocennaco Petragoricensis et de S. Cosma Constantiensis diocesis) appellentur et habeantur de cetero Decanatus.*

\* **DECANERIA**, Domus *Decani*, Gall. *Doyenné*. Charta ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 47. col. 2: *Item ordinavit idem commissarius, quod quædam androna, quæ est prope portale Decanerie foras, muretur et impleatur lapidum. Nisi idem sit quod Decanicum, carcer ecclesiasticus.*

† **DECANIA**. Vide in *Decanus* 1. 3. 4. 5. 6.

**DECANICUM**, [vel ut alii legunt *Decanica*.] Carcer Ecclesiasticus. *Carcer canonicus disciplinae*, in Concilio Coloniensi ann. 1260. cap. 1. 2. Julianus Antecessor Constit. 73: *Executor autem iudicium constitutus in Decanicis Ecclesia-*

*rum recludatur, pœnas competentes luiturus. Totidem habentur lib. 5. Capitul. Caroli M. cap. 225. [\*\* 378.] ubi Novella Justiniani 79. cap. 3. habet ἐν τοῖς καλουμένοις δεκανικοῖς. Concilium Lambethense ann. 1261: Quilibet Episcopus in suo Episcopatu habeat unum vel duos carceres, ... pro Clericis flagitiosos deprehensos in crimine, vel convictis, iuxta censuram canonicam detinendis. Vide Carcer, Diaconicum et Descriptionem S. Sophiae num. 84. [\*\* Glossar. med. Græcit. voce Δεκανικόν et H. Stephani Thesaur. voce Δεκανικόν.]*

† **DECANIZARE**, *Decani* dignitate frui. Charta Lisiardi Episc. Suess. e Chartulario Nantholii fol. 21: *Data Suggestione anno ab Incarnatione Domini mxxxi. Ansculpho et Theobaldo, Petro, Eballo archidiaconizantibus, Bernardo Decanizante.*

† 1. **DECANTARE**, Recitare. S. Bernardus in Epistola ad Guidonem Abbatem de Tribus Fontibus: *Pro penitentia tibi injungimus septem Psalmos penitentiales quotidie usque ad Pascha, septies prosternendo te, Decantare.* Petrus Damiani in Vita Domini Loricati ait, eum *Centum annorum penitentiam peregrisse, qui Psalterium cum disciplina Decantat.* Visio Wettini inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. pag. 226: *Illo ergo sic prostrato, caperunt prædicti fratres tam septem penitentiae psalmos, quam ceteros tante anxietati aptos, qui sibi ad memoriam occurrerant, pro eo Decantare.* Rursum occurrit in iisdem Actis SS. Benedict. sæc. 6. part. 1. pag. 27. 109. et part. 2. pag. 116. Vide *Cantare* 2.

† 2. **DECANTARE** ECCLESIAM, Ecclesiam administrare, vel debitum in illa officium peragere. Statuta Synod. Eccl. Biterrensis ann. 1368. num. 27: *Quod nullus Curatus vel Secundarius Ecclesiam audeat Decantare, nisi esset annexa Ecclesie curata.* Moretus Antiqui. Navarre pag. 403. ex Archivo S. Joannis: *Quod si habuerit de mea radice et de mea progenie qui possit de post meos dies honorata tenere illa Abbatia et Decantare illa supradicta Ecclesia teneant... et Decantent illam per in sæcula.* Testamentum Guilielmi Domini Montispeulani filii Mathildis Ducissæ pridie Non. Novemb. ann. 1202. ex Schedis Peirescians, nunc Præsidis de Mazaugues: *Et volo quod heres meus... teneat alium Capellanum in ipsa Ecclesia, cui in victu provideat, et quemdam Diaconum, et alium Subdiaconum, et unum Clericum, et unum Scobolerium, qui omnes Decantent Ecclesiam et serviant.* Vide *Cantare* 1.

† 3. **DECANTARE**, Valde cantare. Vide *Discantus*.

**DECANUMMUS** et **PENTANUMMUS**, inter signa terminorum, apud Agrimensores pag. 272.

1. **DECANUS**. **DECANI**, qui decem præsent militibus, δεκανάρχη Theophylacto Bulgarie Archiepiscopo Epist. 18. Gloss. Græco-Lat.: Δέκαρχος, *Decanus*. Vegetius lib. 2. de Re milit. cap. 8: *Erant Decani 10. militibus præpositi, qui nunc Caput contubernii vocantur.* Vincentius Belvacensis lib. 30. cap. 73: *Est etiam statutum Chingis-Cam illius primi, quod per Milenarios, Centenarios, ac Decanos, eorum exercitus debeat ordinari.* Thwroczius in Chronico Hungar. parte 2. cap. 2: *Centurionesque ac Decanos more solito constituerunt.* Agunt de Decanis militibus, Isidorus lib. 3. Orig. cap. 3. Modestus de Vocab. rei milit. Rufus in Legibus militarij. etc.

**DECANIA**, Manipulus decem militum, cui præest *Decanus*; δεκαρχία, Leoni in

Tacticis cap. 4. § 3. 6. Gloss. Lat. Gr.: *Decuria*, δεκανία, δεκάς, καὶ φαρτία. *Decurionatus*, δεκαδάρχια. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 4: *Si Decanus relinquens Decaniam suam de hoste ad domum suam refugerit, etc.*

**DECANI**, cum *Mensoribus*, *Lampadariis*, et *Cursoribus* junguntur in f. ult. Cod. de Divers. offic. (12, 59.) militabantque in Palatio, nec alii sunt a *Decanis*, quos δεδούχους fuisse ait Cedrenus pag. 170. S. Ambros. lib. 5. Epist. 35: *Nuntiatum est, quod ad Basilicam Portianam de Palatio Decanos mittebant.* Joann. Chrysost. in Epist. ad Heb. cap. 7. Hom. 13: Καὶ τῶν λεγομένων Δεκανῶν τὸ πῶν ἐπέχοντες ἐν τοῖς βασιλείαις εἰσι. In Synodo ad Quercum objectum eidem Chrysostomo quod *Decanos* contra Severianum concitasset, apud Phot. Cod. 59. Marcus Diac. in Vita S. Porphyrii Episc. Gazensis n. 59: *Nos accersit Cubicularius Amantium per duos Decanos, ut iremus in Palatium.* Basilii Diaconi supplicatio in Concilio Ephesino part 1. cap. 30. § 3: Κακῶς ἐν τυπτόμενοι παρὰ τοῦ ὄχλου τῶν δεκανῶν, ἀπηγόμεθα ἐν τῷ δεκανικῷ. Corippus lib. 3. de Laudib. Justiniani vers. 157:

... Jusaque regentis

Acciti proceres omnes, scholaeque palati est

Jussa suis astare locis; jamque ordine certo

Turba Decanorum, Cursorum, in rebus Agen-

[tum, etc.

Ita porro dieti videntur quod ex *Decanis* militaris custodiæ ad id muneris proveherentur: de iis est titulus in Codice Th. et Justin. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. in Δεκανοῖς et Παδούχοις.]

2. **DECANUS**. **DECANI**, quibus incumbat cura humanorum corporum Constantinopoli, ut docent Novellæ Justiniani 43. et 59. ubi de eorum numero, et lex Cod. de Sacrosanct. Eccl. (1. 2.) Hi in civitatibus corpus conficiebant, ex variis Corporibus et Collegiis conflatum: unde *Collegiati* appellantur in l. un. C. de Collegiat. et Cartoprat. lib. 11. (18.) Gloss. Basilic.: Δεκανοί, κολετεῖστοι, συνημμένοι, Δεκανοί, οἱ συναγόμενοι. Dicuntur et *Copiatæ* in Cod. Justiniano.

3. **DECANUS**. **DECANI**, Minores iudices, qui per *Decanias* jus dicebant. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccles. c. ult.: *Decuriones, vel Decani, qui sub ipsis Vicariis (pagorum) quædam minora exercent, minoribus presbyteris titulorum possunt comparari.* Hincmarus Epist. 4: *Comites et Vicarii, vel etiam Decani plurima placita constituent.* Vide *Cathwiphum* in Epist. ad Carolum M. Legem Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 26. lib. 9. tit. 2. § 1. 4. Legem Longob. lib. 1. tit. 25. § 50. 79. lib. 2. tit. 38. § 2. [\*\* Liutpr. 44. 84. (6, 15, 31.) De Longobardorum Decanis vide Murator. Antiquit. Ital. tom. 1. col. 516. sqq. Savinius Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 4. § 84. not. a. de Anglosaxonum eundem § 82. et de Francorum § 81. Conf. Eichhorn. Histor. Jur. German. § 23. et 74.]

\* Charta Ottonis II. Imper. ann. 978. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 998: *Nemo etiam comes, viccomes, sculdassio, gastaldius, Decanus publicæ, et imperialis aut regie partis infra muros Cremonenses, vel foris circa civitatem per quinque miliaria placitum teneat.* Alia Joan. de Castell. dom. de S. Hilario, ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 361: *Item Decanus villæ per dictos habitantes eligetur seu per saniores partem eorundem; ... debetque dictus Decanus in dicta villa adornamenta facere, gagia*

capere, et nullus præter ipsum. Ubi apparitoris officium describitur, quo sensu occurrit non semel, a Germ. et Fland. Dienst, officium, servitium. Charta præpositi de Marisiaco ann. 1318. in Reg. 56. ch. 288: *Feismes asavoir, dire et senesfer par nos Doians et sergens establis de par nous à ce faire, etc.* Pactum inter Joan. de Joinvilla dom. de Valle color. et habitad. ejusd. loci ann. 1330. in Reg. 66. ch. 501: *Item que il n'aura que dous Doyens en laditte ville, qui soient creu sur les diz habitans, ... sauf tant que les sergens que les bonnes gens de laditte ville estiront pour garder les bois de ladite ville, seront creu, ainsi comme on a accoustumé.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 181. ch. 231: *Ung appellé Estienne, lors maire de Waxancourt au ban d'Espinal, pria et requist le suppliant qu'il feust son Doyen.* Vide infra *Dienstmannus* et *Decanus* 6.

Ita porro apud Anglo-Saxones Centuriæ (hundredos vocant) in denas *Decurias* partitæ erant. *Decuriæ* ex decem viris constabant, quorum singuli uniuscujusque sistendi fidejussores erant, et si quis eorum aliquid dedisset damni, id omne reliqui resarcire debebant. Qui *Decuriis* præerant, seu novem aliis, *Decuriones*, *Saxonice* *Þeotungman* dicebantur. [\* Centuriæ vel decem friborgis præerat *Decanus*, quem *tienheofod* dicebant.] De hac partitione Angliæ agunt copiose *Leges Edwardi Confess.* cap. 32. et *Leges Henrici I.* cap. 6. et 8. Porro ex Decreto *Aluredi Regis*, quisquis liberæ erat conditionis, in Centuriam aliquam, et in decemvirale Collegium adscribi tenebatur. De minoribus negotiis judicabant *Decuriones*; si quæ res esset difficilior, ad Centuriam referebant. Hos etiam *Decanos Friorgi* vocitant *Leges Edwardi Confessoris*.

DECANIA, Pars Centuriæ, constans decem familiis, cui præerat *Decanus*. *Leges Henrici I. Regis Angl.* cap. 6: *Centuriæ in Decanias vel Decimas... distinguuntur.* Adde cap. 8. et *Leges Wisigoth.* lib. 9. tit. 3. § 4. Vide *Decenna*, *Friorgh*, *Hundredus*.

4. DECANUS ECCLESIAE CATHEDRALIS. *Leges Alfonsinæ* seu *Partidæ*, 1. part. tit. 5. lege 4: *Decan es el primero persona, el mayor en algunas Iglesias Cathedralas, a fuera del Obispo, etc.* *Gervasius Doroberniensis* in *Episcopis Cantuariens.* in *Egelnotho*: *Erant tunc temporis Cantuariensis Ecclesie Monachi, quasi Canonici Cathedralas, Monachorum quidem habitum gerentes, sed regulam non adeo plane observantes... Præpositum suum Decanum vocabant, quem nos post adventum Lanfranci Priorem appellamus.* Idem in *Ceolnotho*: *Estuabat enim animo quid in tali faceret articulo, cum non videret Monachos nisi 5. ubi cum Decanus esset, quem nos Priorem vocamus, etc.* *Radulfus de Diceto* in *Henrico II*: *Quam in Ecclesiis Cathedralibus, ubi Canonici divinis mancipantur obsequiis, Decani sibi vendicant dignitatem; hanc si Monachorum Conveniunt in Episcopali sede præmineat, sibi jure possunt vindicare Priores.* *Concilium Arvernense* sub *Urbano II.* et *Londoniense* ann. 1127. apud *Continuatorem Florentii Wigorn.*: *Nulus in Decanum nisi Presbyter, nullus in Archidiaconum nisi Diaconus constituitur.* *Concilium Coloniense* ann. 1260. cap. 9: *Consistente autem penes Decanos Ecclesiarum, potestate, lege, ac gubernatione canonicæ disciplinæ exercenda, etc.* *Constitutiones Odonis Legati* in *Cypro* ann. 1248. cap. 9: *Statuimus ut in Nico-*

*siensi Ecclesia de cætero sit dignitas Decanatus, percipiatque Decanus quantum duo Canonici, et habeat curam animarum personarum Canonicozum et Clericorum Ecclesie memoratæ; jurisdictionem tamen aliquam contentiosam non habebit. Sitque major persona post Archiepiscopum, tam in Capitulo quam in Choro, vigiletque circa bonum et honestum statum tam spirituum quam temporalium omnium Ecclesie supradictæ.* In quibusdam Ecclesiis *Decani* dignitatis suæ possessionem ineunt superpellicio induti, gladio cincti, pera instructi, calcaribus aureis pedes revincti, cum accipere super pugno. Vide *Historiam Ecclesie S. Aniani Aureliani*. pag. 92. 111. et in *Probat.* pag. 50. Quale autem sit officium *Decani*, vide *Statuta Ecclesiarum Leichfeldensis et Londinensis*, in *Monastico Anglic.* tom. 3. pag. 241. 243. 247. 335. 336. 347. [\* Plurima ecclesiarum Germanicarum ap. *Würdtweinum*, quæ indices demonstrant.]

\* Non solum *Cathedrales* ecclesie decanos suos habebant. *Dean*, in *Charta* ann. 1262. ex *Chartul. Latiniac.* fol. 183. *Deiens de l'eglise S. Maclø le Bar sur Aube*, in *Ch.* ann. 1250. ex *Chartul. Campan.* fol. 90. v. *Charta* ann. 1325. in *Lib. nig.* 2. S. *Vulfr.* *Abbavil.* fol. 114. r: *Disoit lidis Jehan de Friencort... que decair devoient li dit Dien et capitels de le complainte qu'il avoient faite.* *M<sup>r</sup> Jacques d'Andelaincourt* *grantz Dienz de Laignres*, in *Ch.* ann. 1350. ex *Chartul. S. Benigni Divion.*

*Episcopus Londonicensis* dicitur *Cantuariensis Archiepiscopi Decanus*, in *Provinciali Cantuar.* lib. 5. tit. 15. Ubi *Lindwodus* observat *Archiepiscopum Cantuariensem* in *Collegio Episcoporum*, *Episcopos Londonicensem Decanum*, *Wintoniensem Cancellarium*, *Lincolniensem Vicecancellarium*, *Sarisberiensem Præceterem*, *Wigorniensem Capellanum*, denique *Roffensem Cruciferarium* habere.

SUBDECANUS, Dignitas in Ecclesia Carnotensi, quæ in *Charta Calixti PP.* in *Tabulario ejusdem Ecclesie* Ch. 2. post *Decanum* et *Præceterem*; et ante *Succeterem* recensetur. Obtinet etiam in Ecclesia S. Pauli *Londinensis*, de cujus officio, vide *Statuta ejusd. Ecclesie* in *Monastico Anglic.* tom. 3. pag. 337.

DECANUS SCHOLARUM, Dignitas Ecclesiastica, qui *Scholis* præerat. *Charta Hugonis Episc.* *Suession.* ann. 1100: *In Ecclesia BB. Martyrum Gervasii et Protasii assignata est prædictæ Ecclesie S. Joannis (de Vineis) in perpetuum Præbenda eodem ordine, quo solet præbenda Decanæ Scholarum, etc.* [\* De *Decanis Facultatum* vide *Savin. Histor. Jur. Roman.* mediis temporibus tom. 1. cap. 21.]

DECANUS EPISCOPI, Idem qui vulgo *Decanus ruralis*, aut *Christianitatis*, in *Legibus Edwardi Confess.* cap. 31. [*Christianorum*, in *Charta Stephani Episc.* *Tornac.* ann. 1192. apud *Miræum* tom. 2. pag. 1202.] Ita autem appellatur, quod is ab Episcopo constitueretur, ut est in *Charta Petri Archiep.* *Senonensis* ann. 1201. apud *Jacobum Petitem* post *Pœnit.* *Theodori* pag. 721. *Concilium Lateranense* sub *Alexandro III.* can. 15: *Quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, et pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem jurisdictionem exercent, etc.* *Inquisitiones synodales* cap. 69. apud *Reginonem* lib. 2. cap. 5: *Si in unaquaque Parochia De-*

cani sunt per villas constituti, viri veraces et Deum timentes, etc. *Innocentius III.* cap. 7. de *Offic. Archidiaconi*: *Archipresbyteri autem, qui a pluribus Decani nuncupantur, ejus (Archidiaconi) jurisdictioni se noverint subiacere.*

\* *Decanus publicæ sedis*, eadem notione, in *Ch.* ann. 1097. tom. 1. *Hist. Trevir.* *Joan. Nic. ab. Honthetm* pag. 449. col. 2. *Decani Christianitatum*, in *Pontif. Senon.* Ms. ubi de consecrat. *chrismat.*

DECANIA, Decanorum Christianitatis jurisdictio et territorium. *Hincmarus* ann. 12. *Episcopus*: *Et semper de Kalendis in Kalendis mensium, quando Presbyteri de Decaniis simul conveniunt, conlationem de pœnitentibus suis habeant, etc.* *Capit. Caroli C.* tit. 5. § 3: *Qui autem (Presbyteri) longius ab urbe commanent, statuunt Episcopi loca convenientia per Decanias, sicut constituti sunt Archipresbyteri, etc.* Vide *Leges Edwardi Confess.* cap. 32. \* [DECANUS RURALIS. *Gall. Curé de campagne*: « Dedimus... parochialem ecclesiam de Crociaco... salvo tamen in omnibus jure tam episcopi, tam archidiaconi, quam *Decani ruralis*. (*Cart. N. D. Paris.* I. 143. an. 1212.) »]

5. DECANUS, in *Monasteriis*, qui decem *Monachis*, seu *Decaniis* *Monachorum* præerat. *Δέκαρχος*, in *Vita S. Alexandr.* *Acemeti Abbat.* cap. 7. *Regula S. Benedicti* cap. 21: *Si major fuerit congregatio, eligantur de ipsis Fratres boni testimonii et sanctæ conversationis, et constituantur Decani, qui sollicitudinem gerant super Decanias suas, in omnibus secundum mandata Dei, et præcepta Abbatis sui. Qui Decani tales eligantur, in quibus securus Abbas partitur onera sua; et non eligantur per ordinem, sed secundum vitæ meritum et sapientiæ doctrinam.* De ejusmodi *Decanis* agunt præterea *S. Isidorus* in *Regula* cap. 14. *S. Fructuosus* in *Regula* cap. 12. *Magister* in *Regula* cap. 11. *S. Augustinus* lib. 1. de *Morib. Eccl.* *Cathol.* cap. 31. *S. Hieron.* *Epist.* 22. *Cassian.* lib. 4. *Instit.* cap. 7. et 10. *Adelbertus Abbas Heidenheimensis* in *Relat.* pag. 365. *Supplex libellus Monachorum Fuld.* *Carolo M.* porrectus § 11. apud *Browerum* lib. 3. *Antiq. Fuld.* *Chronicon Casinense* non uno loco, *Concil. Moguntiac.* ann. 813. cap. 21. *Itinerarium S. Willibaldi* num. 25. *Fulbertus Carnot.* *Epist.* 21. etc. Vide *Haeftenum* lib. 3. *Disquisit. Monast.* tract. 6. *disq.* 4. 5. 6.

DECANI SENIORES, MAJORES, Qui decanis istis præerant. *Capitula Lud. Pii* Add. 1. cap. 55: *Ut senior Decanus reliquis Decanis præponatur, et Abbate vel Præposito præserte locum proprium teneat.* De *Decano* isto majore cap. seq.: *Ut Præpositus, Decanus, Cellarius, de eorum ministerio, nisi causa utilitatis aut necessitatis, non removeantur.* De ejusmodi *Decanis* majoribus intelligendus *Continuator Aimoini* lib. 5. cap. 42: *Robertus Comes cupiditate magis ductus, quam de cura animarum sollicitus, Abbatiam S. Germani accepit, seque Abbatem vocitari fecit, statuens Decanos qui curam haberent Monachorum.* Et *petrus Diac.* lib. 4. *Chron. Casinensis* cap. 45: *Demum ab Odesio Abbate Monasterii hujus Decanus ordinatur.* Cap. 77: *Mallen Decanus esse Casinensis, quam Cluniacensis Abbas.* Adde cap. 52. *Chronicon Abbatie Trudon.* lib. 8: *Bozo Decanus, quia sic tum in illo veteri ordine appellabatur, qui modo in isto Prior vocatur.* Vide *Êckehardum Jun.* de *Casib. S. Galli* cap.

1. pag. 42. et Vadian. de Monasteriis Germaniæ pag. 32.

FORIS DECANUS in Monasteriis, cujus munus describitur in Tabulario Monasterii S. Theofredi in Diocesi Aniciensi, quod scilicet versatur circa res exteriores.

DECANA, in Monasteriis puellaribus, apud Rudolfum in Vita S. Llobæ cap. 3. et in Actis S. Forannani Abbatis Waldodorensis n. 15.

\* *Doyennesse*, in Charta ann. 1444. ex Reg. 177. Chartoph. reg. ch. 2: *L'abbesse, Doyennesse et chapitre de l'église de S. Pierre de Remiremont*. Vide in Decanus 5.

DECANIA, Decani Monachici dignitas. Adelbert. Abbas Heidenheimensis pag. 365: *Decania quoque, in qua rigor correctionis esse deberet, cuiquam levissimo timidissimoque tradebatur*.

DECANUS OPERIS, vel OPERARIORUM, in Monasteriis, operis Monasticis præfectus. Eckhardus Junior de Casib. S. Galli cap. 3: *Cum alias in nullo esset utilis... a Salomone operariorum positus est Decanus*. Bertholdus Monachus de Abbatib. S. Galli: *Post hunc electus est... Waltherus Decanus operis, et tenuit ipsam Abbatiam, etc.* Horum, ni fallor, mentio est apud Petrum Venerabil. lib. 1. Epist. 23: *Quia brevem ferramentorum et rerum Monasterii Abbas non habet, eum vel superbum vel negligentem dicitis: et quare alio in loco legitur, Decani tales eligantur, in quibus securus Abbas partiatur onera sua? etc.* Vide Operarius.

6. DECANUS. DECANI, Procuratores villarum itidem dicuntur in Monasteriis, apud Udalicum lib. 1. Consuetud. Ciuniac. cap. 46. et lib. 3. cap. 5. ubi ita: *Ejus autem (Prioris Majoris) suffraganei ad temporalia sunt illi fratres, qui sunt villarum provisors, et quos pro more nostro Decanos appellamus, etc.* Quæ verba hausit a Bernardo Mon. in iisd. Consuetud. MSS. cap. 3. [Hoc etiam nomine nuncupati sunt Villici seu Coloni, qui Monachorum villas et prædia tenebant. Codex MSS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 72. verso col. 1: *Wala-teus Decanus ejusdem villæ solvit inter utrasque festivitates porcellos 11. et fol. 123. col. 1: Regenulfus Colonus et Decanus... habet de terra arabili bunaria VIII.*] Villæ ipsæ, seu Obedientiæ, quibus præstant.

DECANLE ibidem dicuntur, et in Statutis Clun. in Bibl. Clun. pag. 1473. eaque appellatio pro cellis, prædiis, et Grangis monasticis maxime in Hispania obtinuit. [Acta consecrationis Ecclesiæ Gissonensis ann. 1099. in Appendice Marcæ Hispan. col. 1210: *Et insuper donamus nos ipsam Decaniam de Balagario usque ad castrum de Puig alt: quod ascendit de rivo meritario, et vadit in latus usque ad episcopatum Ausonensem.*] Charta Ferdinandi Garcie Regis, apud Antonium de Yopez in Chronico Ord. S. Bened. tom. 1: *Damus vobis Monasterium proprium fundatum in honore S. Vincentii, etc... et insuper damus vobis illud cum suis Decaniis, scilicet Monasterium fundatum in honore S. Matetis, quod est inter villa Alara et Eveia, etc.* Alia Sanctii Regis Navarræ æræ 1214. apud eundem tom. 3: *Dono vobis libertatem et concedo, ut ab hac die inantea nullus homo sit ausus domus vestras, vel Deganas, vel cabanas, quas modo in regno meo habetis... molestare, intrare, frangere... præsumat. Infra: Et domos vestras, et Deganas, et collazos, atque*

omnia quæcumque nunc possidetis, etc. Charta alia æræ 1153. tom. 4: *Iste Prior ordinavit familias, et Decanias, unquamque suo servitio congruam, ad honorem et excellentiam Clericorum, intra tam dignam desertivum aulam, etc.* Alia Bermundi II. Reg. æræ 1035. apud eundem tom. 5. pag. 439: *Et omnes hereditates, quas testavit amica nostra Domina Teresa ad Palumbario quæ in Ambas mixtas, etiam Decanias et Ecclesias, quas fuisse ædificatas et factas, cum ganato et homines de Palumbario. Mox: Mandat jussio nostra, ut ibi serviat, sicut et sancto Laurentio, cum omnes suas cuñtiones, et Deganas cunctas, alteras Deganas quæ sunt in Bubalo, in Liria, etc.* Adde pag. 444. b. 468. b. Sandovalium in Episcopis Pampilon. fol. 35. 74. Codex Irminonis Abb. Sangerman. f. 45. col. 1: *Habet in Villamill mansum indominicatum cum casa et aliis casticis sufficienter. Habet ibi culturas inter majores et minores inter totas tres, Decanias XXI. habentes bunnar. CCCCLVI. quæ possunt seminari de modis frumenti MD. Et f. 123. col. 1: De Decanaria Regenulfi. Regenulfus colonus et Decanus... habet de terra arabili bunaria VIII.] Paulo alia notione intelligendum Baraterius lib. de Feudis tit. 4. § penult.: *Si quis pro villaria, et, ut ita dicam, pro Decania, vel aliis quibuscumque angariis... feodum acceperit. Ubi Decania species est Beneficii laici, seu villicaturæ, ab Ecclesia dependentis; dicitur etiam**

DECANATUS, Eadem notione. Charta Hugonis Abb. B. Dionysii ann. 1230. ex Tabul. ejusd. Mon.: *Simon filius defuncti Girardi, dicti Decani, quondam servientis Monasterii S. Dionysii recognovit, quod venerabilis Odo ejusdem Monasterii Abbas concesserat dicto Simoni de mera gratia Decanatum, quem præfatus Girardus pater quondam ipsius Simonis tenuerat, hoc modo videlicet quod idem Simon eundem Decanatum teneret, et haberet, quamdiu Abbati B. Dionysii, quicumque fuerit, videbitur quod bene ac fideliter serviat Monasterio, et residentiam faciat in terra Monasterii apud S. Dionysium. Etiam idem Simon recognovit coram nobis, quod in prædicto Decanatu nihil hæreditario jure reclamaret, fide data in manu nostra firmavit. Alia ann. 1332. ibid.: *Recognoverunt se vendidisse Ecclesiæ S. Dionysii in Franciam totum Sergentiam suam de Morenciaco villa quæ vocatur Decanatus pro 40. libris Paris. etc.**

\*\* DECANI VILATICI et VILLARUM passim in Polypt. Irminonis. Guerardo sunt: *Ministri rurales, præpositi culturæ villæ vel definitæ alicujus agrorum quantitatis, operas laboresque rusticorum dirigentes, ac jurisdictionem quandam inferiorem exercentes in colonos aliosque agrorum cultores. Decania, Certa quantitas agrorum excolendorum, jurisdictioni decani subjecta. Decanus junior, ap. Irminon. Brev. 9. sect. 58. et 210. Guerard. pag. 85. et 105. Uti apud Longobardos decani et saltarii juncti solent, ita Decanus et forestarius, ap. Irminon. Brev. 13. sect. 99. pag. 149. Vide Cancian. Barbar. Leg. tom. 4. pag. 219. Capitulum de villis cap. 10. et supra in Decanus 3.*

DECANUS CLAUSTRI, quidam Hermannus subscribit compositioni factæ pro Abbacia S. Basilii diocesis Basiensis ann. 1230. tom. 8. Spicilegii Acheriani.

\* 7. DECANUS, Idem qui Præfectus, Reg. Olim parlam. Paris. ad ann. 1302: *Jacobus de Tornodoro præfectus vigiliarum, seu Decanus excubiæ urbis Seno-*

nensis, etc. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 237: *L'humble supplication... de Robinet le Keux, joene homme, boucher demourant à Soissons, contenant que comme en icellui mestier de boucherie soit accoustumé chascun an eslire un certain officier, appellé le Doyen dudit mestier,.... comme audit office soit nécessité aucunesfois faire plusieurs ou aucunes escriptures, etc.* Vide Caput excubiæ in Caput 3.

DECAPELLARE, Capellum Cardinali auferre, Cardinalem degradare. Chronicon incerti auctoris editum a Catello ann. 1303: *Complicibus et consentaneis Columnensibus, ex quibus duos olim Decapellaverat Cardinales.* [Chronicon Francisci Pipini lib. 4. cap. 41: *Bouffacius VIII. duos Cardinales Romanos, Jacobum et Petrum de Columna Decapellavit ac deposuit, privans eos omni Cardinalatus titulo, commodo et honore.*] Vide Galerius.

\*\* DECAPENTA, Quindecim. Ruodlieb fr. 3. vers. 81. 124. 194.

1. DECAPILLARE, Capillos per ludibrium tondere. Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 78: *Neque servientes ejusdem Episcopi Decapillari, aut barbas eorum abradi præceperit, etc.* Vide Decalvare et Discapellare. [\* Decapillare et Decalvare pro pœna ap. Ekkehard. IV. de Cas. S. Galli cap. 10. Pertz. pag. 123. lin. 23.]

\* 2. DECAPILLARE, pro Decapitare, caput amputare, in Glossar. apud Freher. ad calcem tom. 1. Script. Rer. Germ. edit. Struvii. Pro Capillos vellere, in Stat. Palav. lib. 2. cap. 18. pag. 88: *Et idem in eo qui Decapillaverit seu sgrafignaverit aliquem.* Vide Capillare in Capulare.

DECAPITARE, Caput amputare, capite plectere. Fulco lib. 2. Gestor. viæ Hierosolymit.:

Quos tamen egressos contra fas Decapitantes, Expavescent reliquos.

Tidericus Langenius in Saxonia:

Quæ captivabat, in Verle Decapitabat.

Adde Will. Armoricum in Philippo August. ann. 1194. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 92. [Rolandinum Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 4. cap. 15. Instrum. anni 1302. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 99. col. 1. Historiam Cortusiorum apud Murator. tom. 12. col. 789.] [\* Vitam S. Adalberti ap. Pertz. tom. 3. Script. 4. pag. 589. 594.] etc. Ἀποκεφαλίζειν, in Synopsi Basil. lib. 60. tit. 1. cap. 25. Quæ vox interdum nude pro occidere usurpatur. Origines CP. de Crispo, quem calore balnei extinctum scribit Sidonius: Ὁν λέγουσιν ἀποκεφαλίσθηναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς. Infra de Arcadio S. Irenes Diacono: Ἐκτελέθει ἀποκεφαλίσθην, Flagris cæsus vel occisus est.

DECAPITARE, Culmen domus vel ædis diruere. Charta K. domus Hospitalis Jerusalem Custodis in Tabular. Eccl. Carnotensis n. 28: *Et quod domus quædam quam ædificaveramus Carnoti in figuram et formam capellæ, Decapitaretur, et reduceretur in formam quadratam et alios usus transferretur.*

† DECAPITATIO, Capitis obtruncatio, apud Bernardum de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 253. et Murator. tom. 12. col. 1081.

\* DECAPITARE PANNUM, Quod in panno caput appellatur, abscidere, ut in eo vitium esse monstratur. Stat. pro arte parat. pannor. Carcass. renovata ann. 1466. ex Reg. 201. Chartoph. reg.



ch. 121: *Item quod nullus poterit seu debet aliquid pannum Decapitatum sartire, aut reaptare, cum sigillo, aut sine sigillo... Panni in quibus reperiretur contrarium fuisse factum, Decapitabuntur.*

\* **DECAPITATUS GREX**, Capite seu pastore orbatus. Episc. encycl. monach. Floriac. ann. 1004. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 442: *Deum omnipotentem placate orationem hostiis, ut dignetur sua gratia gregem Decapitatum et pio patre orbatum consolari.*

† **DECAPROTI**, Δεκαπρωτος, Decemprimi Tullio. Arcad. lib. 18. § 3: *Decaproti et Icosaproti tributa exigentes, et corporale ministerium gerunt, et pro omnibus defunctorum fiscalia detrimenta resarciunt.* Vide *Decemprimus*, et Glossar. mediæ Græcit.

† **DECAPROTIA**, Δεκαπρωτεία. Decemviratus in leg. 1. 8. ult. D. de Munerib. (50. 4.)

**DECAPULARE**, [Cædere, frangere, radere.] Vide *Capulare*.

\* **DECAPULATUS**, [Decies multiplicatus. DIES.]

**DECARCERARE**, Petrus Damiani lib. 1. Epist. 9: *Hac igitur difficultate convictus, Episcopale Decarceravit officium; id est, deseruit.*

† **DECARCONES**, Tribuni Romæ tempore Johannis XII. Papæ. Blondus Decad. 2. lib. 2. apud Macros in Hierolex.: *Romæ enim duo Consules ex nobilitate quotannis tunc fiebant, qui ad vetusti Consulatus exemplar summæ rerum præessent, et Præfectus item ex nobilitate creatus, populo jus dicebat. Ex plebe autem creati singulis annis duodecim, quibus Decarconibus erat appellatio, Senatus vicem in conciliis et deliberationibus obtinebant. Melius scriberetur: Decarchontes a Græco δέκα decem et ἀρχων, Magistratus.*

† **DECARDO**, *Occupatio*, Gloss. Isid. in quibus etiam, *Distario*, *Occupatio*, pro quibus Grævius censet legendum, *Distentio*, *Occupatio*, et sic Papias: *Distendi negotiis pro distrahi. Vide Distario.*

\*\* **DECARA**. Vide *Dacra*.

† **DECARE**, *Donare*. Glossar. Sangerman. n. 501. Forte est pro *Decimare*, a Græco δέκα. Sed ibidem est pro *Dicare*, ubi sic: *Decare, Dedicare, Consecrare.*

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Decatum, devotatum, secretum.* Rectius infra: *Decata, Deo devota vel sacrata.*

† **DECARGARE**, Exonerare, Gall. *Decharger*. Litteræ Ludovici X. Regis Franc. ann. 1315. in Chartular. Autisiod. fol. 46: *Mercatores quicumque cum suis mercaturis absque aliquo impedimento possint de cetero transire Rotomagum... et insuper vna apud Rotomagum in cellariis Decargare.* Vide *Carga*.

**DECARGYRUM**, Δεκαργυρον, Monetæ majoris species, eademque cum ea quæ *Majorina* dicta, ex l. 2. Cod. Th. Si quis pecun. conflav. (9. 23.) Sic autem appellata, quod decem argenteis minutoribus æstimaretur, proindeque sexta argenti libræ pars esset: quippe, ut est in l. 1. eod. Cod. de Expens. ludor. (15. 9.) *argenti libra una in argenteos sexaginta dividebatur.*

† **DECARIARE**, Vehere, Carro deducere. *Inducere et Decariare omnia mercimonia et mercandisas et bona sua*, apud Rymer. tom. 11. pag. 2. col. 1. Vide *Cariare*.

\* Vel potius *Decarjare*, ut *Decargare*, Exonerare.

**DECARNARE**, Carnem a cute recidere, resecare, separare, apud Apicium lib. 7. cap. 9.

\* Unde nostris *Decarner*, nude, pro *Resecare*, vulgo *Couper*, *tailler*. Lit. ann. 1387. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 199: *Wautier baillast une forces à cousturier que il tenoit à l'exposant pour garder, et tandiz que ledit Wautier se jouoit à ladite fille, ledit exposant par jeu et esbatement se prist à Decarner la robe dudit Wautier.*

\* **DECARNATUS**, Macilentus, grandimacie torridus, Gall. *Decharné*. Joan. de Cardalhaco Orat. in exequiis Clem. VI. PP. et exaltat. Innoc. ejus success.: *Dum quadam die irat juvenis per iter suum quærendo mortem, obviavit cuidam figuræ valde nigre et deformi aspectu, vultu macillento, decolorato corio et corpore Decarnato, etc.*

† **DECARPERE**, pro *Decerpere*. *Decarpere glandem*, Varroni de Re Rustica lib. 1.

**DECASSARE**, Refellere. Stephanus Africanus Presb. in Vita S. Amatoris num. 18: *Et his dictis Sacerdotis suavissima verba Decassans, respondit.*

**DECASTELLARE**. [Castellum et munitiones destruere. Ricardus de S. Germano in Chronico: *Rediens ad Monasterium, illud tantum Decastellavit reliquis sibi castellis retentis.*] Vide *Incastellare*.

\* **DECASURA**, Decessio, imminutio, Gall. *Déchet*. Charta ann. 1255. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 963: *Item si de sorprians senescalliæ post decessum patris nostri inter nos et dictum Oliverium aliqua contentio de cætero oriatur, hinc inde concessum est, quod per legitimum patriæ testimonium, sine Decasura feodi terminatur, et cui libet nostrum remanebit, quod dictum testimonium declarabit.*

† **DECASUS**, Ruina, decessio, imminutio, Gall. *Dechet*. In tantam ruinam et paupertatem et Decasum multiformiter eventam et collapsam, apud Rymerum tom. 12. pag. 258. col. 1. *Prosternationes et Decasus domorum*, ejusd. tom. pag. 368. col. 1.

\* Charta ann. 1266. in Reg. S. Lud. ex Chartoph. reg. fol. 14. rº: *Quæ assignantur.... prædictis pro Decasu terminalis de Marsano.* Comput. MS. ann. 1332. ecll. S. Vulfr. Abbavill. fol. 2. vº: *Item pro Decasu pro toto anno, 1. sextar. 11. boistelli.* Vide infra *Decatum*.

\* **DECATERE**, Cadere, dicitur cum actor actione sua in jure submovetur, nostris alias *Decair*, nunc *Décheoir*, être débouté. *Decair devotent.... de le complainte qui avoient faite*, in Ch. ann. 1325. ex Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavill. fol. 114. rº. Placit. ann. 844. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 467. et 468: *Et ipse Teutpert diceret quod verum non erat ut de auctorem cecidimus... Et sicut ipse Teutpald dicit, wadia dedi de ipso Bruningo auctorem, et nobis exinde auctor fuit; et non Decatevimus de auctorem... Et Decaterunt de auctorem iste Teutperto cum filio suo Adalberto. Et postquam de ipso auctorem, sicut wadia dedit, recideret, etc.*

† **DECATERNA**, Pars decima tertia. Hist. Andaginensis Monasterii apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 922: *Si quem rebellem Advocatus ad justitiam compellebat, Decaternam suam accipiebat.*

**DECATIA**, Decima mercium, quæ vice tributis exsolvitur, ex Græc. δέκατη, usurpato non semel eadem notione Scripturibus Græcis veteribus vocabulo. Charta Rogerii Regis Sicil. ann. 1197: *Præterea Decatias et alia jura mercatorum, quæ Salernitani in Alecandrium prius persolvere soliti erant,.... reduci faciemus.* Lexic.

Gr. MS. Reg. Cod. 2062: Δεκατης και δεκατηλογος, δ τελωνης. *Decatiarum exactor.* [Polluci, δεκατηλογος et δεκατωνης.] Vide *Hesygium*, et Not. ad *Cinnamum* pag. 437.

\* **DECATUM**, Decessio, imminutio, Gall. *Dechet*. Charta ann. 1338. in Tabul. Flamar.: *Fructus earundem (terrarum) habeat, levat et percipiat.... ejus nomine, et suos facere possit, absque Decato quocumque.* Vide *Dechetum*.

\* **DECEDERE**, Ordinatum collocare, Gall. *Ranger*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 260. col. 1: *Solvit, dicto mandato, tribus puerulis, qui Decesserunt tegulos portatos ad provisionem cohuperturæ turris Sarracinæ, etc.*

† **DECE**, pro *Decem*, in Charta ann. 692. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. XII.

**DECEMBRICA LIBERTAS**. Vide *Kalendæ*.

\* **DECEMBRIS**. Reg. *Olim parlam.* Paris. ad ann. 1309. fol. 118. vº: *Item ubi debitor est bonæ opinionis et famæ, et quantitas debiti est modica, videlicet de Decembris et citra, ad probandum solutionem talis debiti, sufficit vobis unus testis idoneus, cum juramento debitoris.* Leg. *Decem libris*, nisi sit vox composita ex *Decem* et *libra*. Vide *mo Decemdiem*.

\* **DECENDIUM**, ut *Decendium*, Spatium decem dierum. Epist. Rob. prior. Celsin. ann. 1409. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1114: *Item, pendente toto Decendio, cum ambassiatores Petri de Luna jam recessissent, etc.* Bulla Bened. PP. XIII. ann. 1405. ibid. col. 692: *Quoniam eorum salvus conductus infra Decendium expirabat, etc.*

**DECENPRIMUS**. Gloss. Gr. Lat.: Δεκαπρωτος, *Decemprimus*. Gloss. Lat. Gr.: *Decumviri*, δεκαπρωτοι. *Decuriones*, δέκαπρωτοι. Ita autem dicti Decemviri civitatum, *Decaproti* Jurisconsulti, et Ciceroni pro Roscio. *Decemprimi nobilitum civitatum*, apud Firmicum lib. 3. cap. 7. *Maximarum civitatum Decemprimi iuridici*, cap. 12. *Popularium civitatum Principes vel Decemprimi*, ibidem. *Decemprimi Scholarum*, in leg. 10. Codicis Theod. de Domest. et protect. (6. 24.) qui in singulis Scholis domesticorum et protectorum, post Primitivum, ex decem sequentibus erant, et ad eum gradum temporis prolificitate pervenerant, quem *Decemprimatum* vocat lex 7. et 8. Cod. Th. eod. tit.

**DECENPRIMI CURIALES**, Decuriones. Appendix Cod. Theod. Constit. 9: *Ut per singulos binæ libræ auri inferendæ ærario nostro a Decemprimis curialibus exigantur.* [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. roman. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 24.]

† **DECENA**, ut *Decima*, Gall. *Dime*. Charta Pontii Glandatensis Episc. ann. 1095. inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Chr. col. 195: *Possidebat.... Decenam in Castellana et unum mansum in Rocacusa, et Decenam in Alonso, et Decenam in Thoramina cum tertia parte de Menaria.*

2. **DECENA**, *DEGENNA*, Bracton lib. 3. tract. 2. cap. 10. § 1. dicitur *Decuria*, seu *Decemvirale Collegium*, cui præerat *Decanus Friborgi*, de quo egimus supra. *Decima* vocatur in Legibus Inæ cap. antepenult.: *Dicimus de ignotis pecoribus, ut nemo habeat sine testimonio Hundredi vel Decimæ.* Et in legibus Kanuti Regis cap. 40: *Volumus, ut omnis homo liber in hundredo (i. Centuria) et in Decima positus sit, etc.* Adde Leges Henrici I. cap. 6. *Decennalis numerus*, in iisdem Legibus Henrici I. Vide *Ingulphum* pag. 870. et infra in *Friborga*.

**DECENNARIUS.** Vetus Inquisitio apud W. Dugdalem in Antiquit. Warwicensis provinciae cap. 65: *Item illi, qui tenuerunt dimidiam virgatam terrae, vel nocatam terrae, vel cotagium de bondagii tenura, solebant esse bedelthm manerii et Decennarium.*

**DECENNARIUM.** Qui ex decenario numero, seu ex decenna sunt, in Charta Edw. I. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 511. masculus autem in Lege Decennae ante 12. ann. non admittebantur. Vide Statutum 2. Westmonast. cap. 48. Bractonum lib. 3. tr. 2. cap. 10. 11. et Fletam lib. 1. cap. 27. § 2. 4. 11. lib. 2. cap. 52. § 2. 5. 7. 47. 48. [Thomam Madox Formul. Angl. pag. 225.]

**DECENDIUM.** Spatium decem dierum, [Graec. δεκάμερον.] Fridericus Imp. lib. 1. Constit. Sicul. tit. 39. cap. 1: *Ut tam magister iustitiarum, quam alii inferiores iudices, intra Decendum, postquam renuntiatum est, pronuntiant a renuntiationis tempore numerandum.* Will. Heda: *Nota autem quod ista tria castra, quae data sunt Comitissae ab Imperatore pro morte Comitissae mariti ejus, et tribus induciis, quas fecerat Imperatori, sita sunt in Lucensi Episcopatu, quorum unum vocatur Decendum, propter 10. dierum inducias, alterum autem dicitur Octodium propter 8. dierum inducias, quas Rex tribuit Comitissae. Utuntur Innocentius III. PP. lib. 13. Ep. 50. et Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 40. Eadem ratione Novendium dixerunt veteres, luctum novem dierum, qui, ut auctor est Donatus, Parentalia concludebat.*

† **DECENNA.** Vide *Decena* 2.

† **DECENNALIS,** ut Decennis. *Decennale bellum,* Ammiano lib. 15. cap. 12. Gloss. Lat. Gr.: *Decenalis, δεκαετής.* Hinc *Decennalia.* Treb. Pollio in Salonino cap. 3: *Decennalia Romae ab eodem (Gallieno) celebrata et post Decennalia Gothi ab eo victi.* Id est, annus decimus imperii festus et sacer. *Decennalis oblitio* seu Præsumptio evocati testamenti post decem annos absque novo assensu, Leg. Si quis Cod. Theod. de testamentis et Codicillis lib. 4. tit. 4.

† **DECENNARIUM.** Vide in *Decena* 2.

**DECENNIO,** Decania. Paulus in Vita S. Hilari Abbat. Galeatensis n. 7: *Et missa apparitione cum quater Decennio-nibus militum, suis aspectibus eum jussit adstare.*

† **DECENNITAS,** ut Decennium, in Prologo S. Cyrilli de ratione Paschæ inter Anecdota Muratorii tom. 3. pag. 111.

**DECENS TUNICA.** Vide *Epidecen*.

\* **DECENSARE,** Censu ex prædio debitos percipere, vel solvere. Charta Philippi Rom. reg. ann. 1208. tom. 2. Hist. Leod. pag. 590: *In civitate Leodiensi si quis hæreditatem aliquam acquisiverit, et eam in pace et sine calumnia per annum unum et diem tenuit et Decensavit illam; de cætero in quieta pace possidere debet.*

**DECENTARIUS.** Isidorus, et Papias: *Decentarius, promptus, paratus, ingeniosus.* [Constantiensis addit: *Exercitatus, copiosus, abundans.* MS. Ecclesiae Bituric.: *Decentaurus male, Paratus, exercitatus, copiosus, optimus.* Alii dixere *Dicentarius,* de quo infra.]

**DECENTRIX,** *Navis compta, a decens dicitur.* Jo. de Janua et Breviloq.

**DECENTUM,** ita dictus quidam organorum musicorum concentus, forte ex Anglico et Gallico *Decent,* decorus, de-  
\* **Regula Ordinis de Sempringham** 717: *In Monasterio officium Clericorum Missis et horis teneant. Organum Decentum, Fausetum, et Pipeth*

*omnino in divino Officio omnibus nostris utriusque sexus prohibemus.*

\* Vel *Decentus,* Cantus ecclesiastici species, idem atque *Discantus.* V. in hac voce.

† **DECENUM,** Idem quod *Decatia* seu Decima mercium, quæ vice tributi exsolvitur. Bartholom. lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230: *Miserat litteras suas domino Bajulo in ultramarinis partibus constituto, continentes quod ab hominibus Janue et de districtu dicitum Cathaniæ acciperet, scilicet Decenum, sicut ab aliis hominibus, qui eacinde privilegiati non erant.*

\* **DECENUM,** Pars centuriæ, constans decem familiis, idem quod *Decania.* Vide in *Decanus* 3. Stat. Cadubr. lib. 1. cap. 73: *Quod aliquis centenarius, vel marici de silva, vel decenii, vel aliquis alius non audeant, nec possint, nec debeant aliquas collectas imponere, nec aliquid addere ultra id, quod positum erit per consilium in suo Decentario, regulatu vel Deceno.* Hinc

\* **DECENUM,** Qui deceno præest, caput familiæ, in Correct. eorumd. Stat. cap. 34: *Ad hoc ut comitatus Cadubrii animalibus repleatur, statuimus quod quolibet caput seu Decenum habitantium in Cadubrio, nutrire et tenere debeat in domo quadraginta capita ovium seu pecudum, computatis masculis et feminis ad minus.*

\* **DECERPMA,** pro *Decima.* Reg. Olim parlam. Paris. ad ann. 1256. fol. 3: *In-questa facta utrum pecunia, quæ dicitur reddita Petro quondam episcopo Morinensi, fuit reddita pro Decerpma perceptis nomine regalium, tempore quo vacavit ecclesia Morinensis.*

† **DECEPTARE,** Decipere, fallere. Gloss. Lat. Gr.: *Deceptat, ἀπατῶ.*

† **DECEPTATIO,** pro *Disceptatio,* apud Rymer. tom. 8. pag. 393.

† **DECEPTIOSUS,** Fraudulentus, apud Ennodium lib. 1. Epist. 7.

\* **Nostris Deceptif.** Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 249: *Combien que feu Simon Bradieu fu marié en femme, dont il devoit estre content, neantmoins par ses sollicitations Déceptives, il emmena folier par le pais Hubinette seur de l'exposant. Unde Déceptivement, fraudulenter, in aliis ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 67: *Frauduleusement et Déceptivement, etc.* A voce *Décepte* et *Décevement,* Deceptio, fallacia. Lit. ann. 1337. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 190: *Plusieurs fautes fraudes et Déceptes, etc.* Thomas Brisoul, par son mauvais engin et fault Décevement, avoir fortraite Aisete, femme de Pierre Picart, d'avecques son dit mari et menée jouer hors du pais, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 35. *Déceperes,* Deceptor, in Poem. de Cleomades MS.:*

Encor soit il et bias et gens,  
C'est un Déceperes de gens.

\* **DECEPTORIOUS,** Fallax, decipiens, Gall. *Décevant,* apud Glabr. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 18.

† **DECEPTUS,** Destitutus. Vita S. Nicetii, tom. 4. April. pag. 100: *Omnium membrorum vigore Deceptus, sicut corde cæcus venerat, ita oculis cæcatus stabat.*

† **DECERMINA** sunt quæ decerpuntur purgandi causa, Festo. Tralate Apuleius Met. 1. dixit, *Decermina fortunæ.*

† **DECERNARE,** pro *Decernere* in Litteris Johannis Franc. Reg. ann. 1356. apud D. Secousse. Ordinat. tom. 3. pag. 55.

\* **DECERNENTIA,** Terminus, limes, quo

ager ab alio discernitur. Charta ann. 1131. apud Lamium inter notas ad Hist. Sicul. Bonincont. tom. 2. pag. 335: *Præ-nominatas itaque res cum earum finibus atque Decernentiis, et cum omnibus earum accessionibus.... vendimus.*

**DECERTARE,** Curam adhibere, contendere. Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 78. et lib. 1. Capit. cap. 74: *Monachi ut cantum Romanum pleniter et ordinabiliter per nocturnale vel gradale Officium peragant, secundum quod beatæ memoræ genitor noster Pippinus Rex Decertavit ut fieret, etc.* Galli dicerent, *s'efforça.*

**DECERVIGARE,** Decollare, caput amputare, cervicem præcidere. Sidonius lib. 1. Epist. 9: *Quos humari non succincta prohibuerat Decervicatis liquere cadaveribus.*

**DECESSIO,** Successio. Gloss. Lat. Gr.: *Decessiones, διαδοχαι.* Lex Ripuar. tit. 3: *Si quis feminam Ripuariam interfecerit... si iste homo pauper fuerit, ut insimul solvere non possit, per tres Decessiones filiorum solvat.*

\* **DECESSIRE** se, Possessionem abdicare, dimittere, Gall. *Se Désaisir,* in Charta ann. 1242. ex Chartul. Carnot. pro *Disaisire.* Vide in hac voce.

**DECESSOR,** Cui quis in Magistratu succedit, qui ante alium obiit dignitatem aliquam, vulgo *Prædecessor,* in Cod. Th. leg. 1. de Distrahend. pign. (11, 9.) leg. 3. de Oper. Publ. (15, 1.) leg. ult. de Patrocin. vicor. (11, 24.) et apud Ulp. leg. 4. D. de Off. Procons. (1, 16) [Ulus est hac voce Tacitus in Vita Agricolæ. Cassiodor. lib. 4. Variar. Epist. 44. sic *Decessore* a *Prædecessore* distinguit, ut hic quemlibet, ille solum designet proximum in aliquo munere antecessorem.]

\* *Décheoir* Magistratu seu officio decedere, in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 480: *Desquelz diez eschevins chascun an au jour S. Thomas apostole en Déchint chuintq.*

\* **DECESSORES,** διακατοχοι. Glossar. Lat. Gr. Leg. *Detentores* ex Vulc. in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **DECESSORIUM,** Decessus, exitus, Gall. *Issue.* Charta ann. 1068. apud Ughell. tom. 1. Ital. Sacr. edit. ann. 1717. col. 585: *Cum omnibus aquis et antidatis et Decessorii suis liberis et espeditis omni tempore intrandi et exendi, etc. Déchet et Déchés, pro Déces, obitus, in Testam. ann. 1274. ex Chartul. Vallis N. D.: *Je lais à l'eglise du Val N. D. xl. sols de Paris... à prendre suer mon héritage ou travers de Coudun,.... après mon Déchet.* Charta ann. 1302. ex Chartul. Corb. fol. 101: *Si voel je (Bernard chevalier Sire de Moreoul) et ordenne que ledite contesse ait pour son mariage, apres mon Déchés, tel don et tel devis, comme j'ai fait à laditte Marie ma fille.* Vide *Exitus.**

† **DECESSUS,** Defunctus, Gall. *Decédé.* Acta S. Francisci de Paula, tom. 1. April. pag. 192: *Credimus Sanctitatem vestram esse bene informatam de bona vita, conversatione præfati benedicti Patris... nuper decessi in Conventu civitatis Turon. Priscianus ex Coelio, Custodibus Decessis, hoc est, profectus.*

\* **DECEVISSET,** pro *Decessisset* in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613: *Decessisset, pedem retraxisset.* Nostris *Déceverer, Décevrer, Désevrer et Dessevrer,* pro Separare, divellere, disjungere: unde *Dessevraille, Dessevranché, Dessevrée, Dessevrément,* sejunctio, distractio, divortium, et *Désevrance,* clades, strages. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. *Abdigare, Déceverer.* Vita. S. Ludov. edit. reg. pag. 350: *Frere Legier,.... qui*

estoit mesel et estoit en une meson, Dessevré des autres. Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 132: *Escommeniez et Dessevré de la compagnie de sainte eglise. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 450: Depuis par le consentement desdis conjoins et d'aucuns leurs amis, furent Décevré et separez li un de l'autre. Il puet bien avenir que un mariages est Dessevré par sainte eglise Dessevré; et si ne sont pas les enfans batars, que il orent devant le Dessevré; mes se la fame eut enfans puis le Dessevré, il sont batart; et ne pourquant cheste maniere de Dessevrance, etc. apud Bellomaner. MS. cap. 18. Lit. remiss. in Reg. 127. ch. 59. ann. 1385: Le suppliant fery ledit Perrin du trenchant de son coustel sur l'oreille, duquel cop il lui Dessevré ladite oreille de la teste. Poema inscriptum la Mapemonde MS. cap. 30:*

Puisque biens et maus sont contraires,  
Entre deux convient un moyen  
Pour dessevrer le mal du bien.

Guill. Guiart. ad ann. 1249:

Sont mors à cette Dessevrance  
Deus amirans de grant puissance.

Sermo Roberti de Sainceriaux de morte S. Ludov.:

Mors, moult parfus vilaine, quant tu n'i pris garde,  
Gil qui tant biens faisoit, tu l'ocesis sans faille; ...  
Par vos ot la roine moult dure Dessevraille.

Vide infra Dissire et Seperalitas.

\* **DECHARCHARE**, Gall. *Décharger*, Exonerare. Comput. MS. ann. 1244: *Pro doliis charchandis et Decharchandis, xvij. sol. vj. den.* Charta Thomæ abb. S. Germ. Prat. ann. 1249. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 467: *Qui vero moram fecerit, nullo emptore præserte, vel Decharchaverit, panem totum amittet.* Vide *Dechargiare*.

\* **DECHARGIAMENTUM**, Area in littore onerandarum atque exonerandarum navium caum, Gall. *Port, quay*. Acta capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1342. fol. 79. r. col. 2. ex Cam. Comput. Paris.: *Hoc salvo et excepto, quod idem Lancelotus non possit per se vel per alium in dictis terra et brotello facere aliquod arrivagium, Dechargiamentum, vel aliquid aliud.* *Desquarquage*, Tributum, quod propter vini aliarumque mercium exonerationem persolvitur. Charta scabinorum Duacens. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 154: *Les proufis et emolomens... dou Desquarquage et criaige des vins.*

† **DECHARGIARE**, Exonerare, Gall. *Decharger*. Edictum Philippi Aug. ann. 1207. Ordinat. Reg. tom. 2. pag. 413: *Nullus nisi manens fuerit apud Rothomagum poterit Dechargiare vinum in celario vel in domo apud Rothomagum propter illud revendendum.*

† **DECHEIUM**, a Gallico *Dechet*, Decessio, imminutio. Computus Gueti ann. 1261. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 1. pag. 471. col. 1: *Pro Financis gueti colligendis XL. sol. Pro Decheio et defectu gueti c. sol.* Computus alter ann. 1202. apud eundem. tom. 2. ad calcem pag. CXLIX. col. 2: *De Decheio de XIII.*

*den. usque ad S. Johannem C. s. IIII. s. minus. Ibid. pag. CLXXI. col. 1: De Decheio Præposituræ IIII. lib. Et pag. CXIII. col. 2. De Decheio bancheorum XVIII. lib. et XII. s. et VIII. d.*

\* **DECHI**, DECI, Tributum, quod pro custodia agrorum, vel metarum positione exigebatur, simul et mulctæ, quæ ob delicta in agris commissa imponebatur, taxatio et exactio, nostris *Dex*; quod a consilibus exerceretur ejusmodi jurisdictio intra præscriptos decos seu limites, sic appellata. Vide *Dextri*. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 319: *Item repertum est quod nos habebamus soli et in solidum Decos territorii de la Mota, qui Deci communiter venduntur 60. solidos Caturcenses.... Item tertiam partem aliorum Decorum dictæ villæ, quæ communiter venditur quatuor lib. decem solidi. Caturc. reliquæ vero duæ partes sunt consulum.* Confirm. libert. castri de Caslucio ann. 1327. in Reg. 64. ch. 586: *Item bajulus vel ejus locum tenens et consules annis singulis eligent quatuor deguaris seu coterios ad levandum Decos, more solito levare consuetos, de quibus Decis medietas erit domini nostri regis, etc.* Pariag. inter reg. et monast. Obasin. ann. 1329. in Reg. 66. ch. 484: *Item coti sive Dechi terræ propriæ dictorum religiosorum, quam habent inter dicta duo flumina, et eorum emendæ sive emolumenta ad dom. regem et dictos religiosos communiter pertinebunt.* Privil. Petræ assisiæ ann. 1341. in Reg. 74. ch. 647: *Item quod gardagium, sive Dex, sive messegaria dictæ bastiæ ad ipsos consules et universitatem prædictam... applicentur.* Libert. villæ de Gleolla ann. 1350. in Reg. 81. ch. 124: *Dicti consules possint cognoscere de bannis sive Decis, si debeantur aut committantur per aliquas personas.* Aliæ ann. 1368. pro Villanova in Ruth. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 397. art. 13: *Comme il aient la connoissance des Dex et bans; c'est assavoir de ceulx qui font dommage es vignes, biez, vergiers, terres, prez, et les emolimens et amendes qui en ysteront, etc.* Adde tom. 6. earundem Ordinat. pag. 695. art. 7. et tom. 9. pag. 559. art. 15. Vide supra *Cotus* 1. et infra *Deguaris*.

† **DECHIFFRARE**, a Gallico *Dechiffre*, Exaratas notis occultis litteras explicare. *Materiam Dechiffrare per minutum*, Menoto in Sermon. Quadragesim. fol. 139. verso, est Argumentum aliquid accuratius et particulatim exponere. Vide *Cifra*.

† **DECHRISTIANATUS**, Ex sacro factus profanus. Epistola, ut videtur, tempore Gregorii VII. scripta, inter Anecd. Marten. tom. 1. cap. 237: *Alii in lapidibus et tigna profanorum, ut asserunt, contactu Dechristianata, scopis animadvertentes, etc.*

† **DECI**, Limites, Termini. Statuta Edwardi I. Regis Angl. apud Rymerum tom. 2. pag. 260: *Novertis quod nos habitatoribus villæ nostræ de Valentia Agensis Diocesis, infra Decos seu terminos dictæ bastiæ, concedimus libertates, etc.* Consuetud. MSS. Tolos. ex Bibl. Abbat. de Crozat fol. 19: *Termini Decorum mesegariæ, sive Dex villæ Tholosæ protenduntur et sunt, scilicet a Tholosæ usque ad Ecclesiam S. Michaelis.* Vide *Dextri*.

\* **DECIBARE**. [Cibum auferre. DIF.] **DECIBILIS**, Quem decet aliquid, vel qui decet. Jo. de Janua.

\* Vita S. Dunstani tom. 4. Maii pag. 357. col. 1: *Ceteras Deo Decibiles laudes spiritu pervigili ex divinis imbutioribus didicerat.*

**DECIBILITER**, Decenter. Joan. Diacon. lib. 4. de Vita S. Greg. M. cap. 84: *Mento a confinio maxillarum Decibiliter prominente.*

**DECIDERE** et **DECIDI**, Occumbere, mori, occidi. Eulogius lib. 2. cap. 2: *Qui eum imitatio Decisi sunt.* Cap. 8: *Priusquam virgines beatæ Deciderent (Forte Deciderentur.) Decisus, occisus, obtruncatus, apud eundem lib. 2. cap. 2. 4. 8. Ita Decisio, mors, martyrium, eidem lib. 2. cap. 1. in Apologetico.*

**DECIDERE**, DECISUS TERMINUS, DECISIO, voces Agrimensorum, de quibus Rigaltius in Glossis.

† **DECIDIUM**, Damnum, ruina, Gall. *Dechet, Perte*. Post guerrarum ærumnas et *Decidia*, apud Rymerum tom. 10. pag. 168. col. 1. Seneca Ep. 30. dixit, *Fortiter ferre Decidium sui.*

† **DECIDUES**, *Degidiosus, ignabus*, in Gloss. Sangern. n. 501. Lege, *Desidiuus, Desidiosus, ignavus.*

† **DECIES QUADRATUM**, Quadragesima. Jacobus Cardin. in Vita S. Cælestini Papæ:

... En decies quadrato subdere corpus  
Menti jussit amor, divino fonte relabens,  
Taliter ut spretis, quæ gustus organa mulcent  
Omnibus, ipse cibum viridis plantagine caulis  
Sumeret, haud coctis foliis, sed stipite crudis.

1. **DECIMA**, Idem quod *Decena* 2. Vide in hac voce. Ugutio: *Decima, societas decem virorum.*

\* 2. **DECIMA**, Præstatio pecuniaria ex agris, idem quod *Agrarium*. Charta Drocon. de Melioto ann. 1292. ex Chartul. Pontinac. pag. 202: *Petebamus ab ipsis religiosis sex denarios annui redditus pro singulis arpentis, tam terrarum quam vinearum suarum... Quem, inquam, redditum extra censum et gardam, Decimam nominabamus.* Alia Bern. abb. Cassin. ann. 1273: *De quolibet vino, sive vino vinearum sive vitium, quæ arboribus substantantur, de cætero Casinensi monasterio... solvant Decimam, nomine terratici.*

\* 3. **DECIMA**, Tributum seu vectigalis species ex mercibus aqua advectis ad rationem decimæ percepta. Charta Raym. comit. S. Egid. ann. 1164. in Chartul. Cluniac.: *In omnibus consuetudinibus quas de ratibus, quæ per aquam veniunt, accipere solent, quæ sunt decimæ et gubernacula et transversaria, et in remo, quem de unoquoque navigio descendente per aquam antiquitus haberet.*

**DECIMÆ**, in veteri Testamento quæ fuerint, omnes norunt: sed quando in nova Lege Sacerdotibus dari cœperint, non omnino constat. Non desunt quippe qui non multo ante Caroli Mag. tempora id accidisse volunt, atque in his Paulus Sarpus auctor Historiæ Concilii Tridentini, in Tractatu Italico de *Materie beneficii*, quod omnino falsum esse arguit saltem Constitutio generalis Chlotarii Regis cap. 11. et Concilium Matisconense II. ann. 585. cap. 5. ex quibus longe antea id obtinuisse colligimus: *Leges divinæ, ut est in eo Concilio, consulentes Sacerdotibus ac Ministris Ecclesiarum, pro hæreditatis portione omni populo præceperunt Decimas fructuum suorum locis sacris præstare, ut nullo labore impediti, horis legitimis spiritalibus possint vacare ministeriis. Quas leges Christianorum congeries longis temporibus custodiunt intemeratas. Nunc autem paulatim prævaricatores legum pæne Christiani omnes ostenduntur, dum ea quæ divinitus sancita sunt, adimplere negligunt. Unde statuimus et decernimus ut mos antiquus a fidelibus reparetur, et Decimas Ecclesiasticis famulantibus cere-*

monius populus omnis inferat, quas Sacerdotes aut in pauperum usum, aut in captivorum redemptionem prerogantes, suis orationibus pacem populo ac salutem impetrent. Extat præterea Epistola Episcoporum Turonensis provinciae ad plebem missa, post Synodum actam ann. 567. qua hortantur, ut unusquisque ad exemplum Abrahæ Decimas offerat de suis mancipiis, etc. adeo ut liceat subodorari tum primum ejusmodi inductas decimas. Adde Penitentiale Theodori cap. 13. Hæc observasse sufficiat: qui enim plurat volet, consulat Baronium ann. 57. n. 74. et seqq. Seldenum, et alios qui de Decimis tractatus integros edidere. Tantum moneo Decimas Ecclesiasticas in tres partes dividas, quarum prima ad ornamentum Ecclesiæ, altera ad pauperes, tertia ad Sacerdotes spectabat. Vide Capitulare ann. 779. cap. 7. Capitulare Episcoporum ann. 801. cap. 7. [Glossarium Juris Gallici D. de Lauriere ad vocem *Dimes*.] etc.

☞ Monasteria quod spectat, Decimarum iis concessarum nono Ecclesiæ sæculo exemplum habemus apud Mabilonium lib. 6. de Re Diplom. in Præcepto Caroli Crassi, quo confirmat restitutionem Monachorum in cœnobio S. Apri, ubi sic legitur: *Statuimus quoque, quod in Privilegio decretum est, ut ex cunctis reliquis villis beati Apri medietas Decimæ frugum vel animalium a porta Monasterii detur: ex Breviario vero et Monte-Barro vel Barrico, tam de dominici vineis, quam de beneficiis Monasterio Decimæ dantur.* Hic usus deinceps frequentior.

Decimarum aliæ sunt personales, aliæ reales. Personales sunt, quæ debentur ex negotiatione, artificio, scientia, militia, et hujusmodi, quæ potius respiciunt ipsam personam, quam rem ipsam. Ita Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccl. lib. 1. tit. 3. Adde lib. 3. tit. 16. pag. 245. *Decimæ conlaborationum*, in Capitulis Caroli C. tit. 41. cap. 11. Aliæ sunt

DECIMÆ REALES AC PRÆDIALES, in eodem Provinciali, ibidem, quæ de frugibus terræ et animalium nutrimine persolvuntur, de quibus Lex Longob. lib. 3. tit. 3. § 5. [Ludov. Pii 83.] et Speculum Saxon. lib. 2. art. 48. [Memorantur Decimæ prædiales, in Indice MS. Beneficiorum Eccl. et Diœc. Constantiensis fol. 12. verso, et in Concilio Salmant. ann. 1335. cap. 5. inter Hispanica tom. 3. pag. 587. etc.]

\* DECIMA ALMATÆ, an Decima, quæ ecclesiæ debetur, atque ideo *Almata* pro *Alma*, id est sancta, nuncupata? Vide supra *Almus*. Et quidem hic a *Tertia*, quæ significatur agrarium, distinguitur. Vide *Tertia* 4. Charta Guill. episc. Cabilon. ann. 1233. in Chartul. Cluniac. cb. 390: *Addidi etiam quod illa tertia racemorum, quæ sibi de dictis vineis debetur, insimul decimetur; et ne fraus in solutione decimarum ferret a cultoribus vinearum, voluit et præcepit ut decimam recipiant quandoque voluerint, antequam perveniat ad Decimam almatam.* Vide mox *Decima sanctualis*.

\* DECIMA ANNALIS, Præstationis species episcopo a curionibus quolibet anno exsolvenda. Stat. synod. eccl. Avenion. ann. 1366. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 575: *Quilibet vestrum, etiam antequam recedat, solvat synodalem et cathedralicam et etiam Decimam annalem.*

\* DECIMA ARATRI COMITIS, Ex agris qui aratro comitis coluntur. Bulla Alex. III. PP. in Chartul. S. Nicas. Mellet.:

Apud Valles pro Decima aratri comitis, decem solidos. Charta Phil. Aug. ann. 1195. ibid.: *Concessit etiam secundam decimam, post primam decimationem, de domestica carruca sua de Vallis.*

\* DECIMA BIENNIALIS, Per biennium imposita. Charta ann. 1365. in Chartul. S. Joan. de Jardo: *Executor et collector Decimæ biennialis noviter per dominum nostrum Papam impositæ.*

\* DECIMA CAUSARUM, CLAMORUM, Pars decima emolumentorum, quæ ex causis et clamoribus seu litibus proveniunt. Pactum ann. 1441. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 264. col. 1: *Procuratores regii... asserebant domino nostro regi pertinere emolumentum Decimarum causarum, quæ ventilabantur in Curia ordinaria dictæ civitatis Nemausi, et quod dictæ Decimæ actenus levari consueverant, et dari ad firmam. Decimas et emolumenta occasione dictionum clamorum etc. in Lit. ann. 1405. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 705.*

DECIMÆ DOMINICÆ, Quæ domini seu Regis sunt, et quæ Ecclesiis, Monasteriis, vel Capellis Regiis, vice dotis, aut oblationis conferuntur. Vide Constitut. Chlotarii Regis ann. 560. tom. 1. Concil. Gall. et Conc. Meldense can. 75.

† DECIMÆ FRANCORUM, Quæ, si bene coniecto, a Francis seu ingenius hominibus exsolvebantur. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 2005: *In Ecclesia S. Georgii decem solidos et Decimam Francorum.* Simili modo dictæ videntur ibidem

† DECIMÆ HOMINUM, Quas scilicet Homines clientes et subditi ex prædiis a se tentis exsolvere tenebantur: *In Basler Decimam Hominum Gaufridi de Baillo. Rursus ibidem: Ecclesiam de Wateville cum omnibus Decimis domini et hominum in agris, pratis, piscationibus. Neque absimili ratione legitur ibid. pag. 2006: In Watevilla duas partes Decimarum Rusticorum.*

\* DECIMA GRANGIARUM quæ sit, explicatur in Charta fundat. Blancæ-landæ ann. 1154. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 242: *In Popevilla et Varevilla Decimam grangiarum, videlicet cum ad illas currus attulerit garbas sive quadriga, vel quocumque modo afferantur et undecumque, novem in grangis computentur, decima canonicis reddatur.*

\* DECIMA JACTATA, f. Ad auctionem locata. Charta ann. 1316. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 4. r.: *Item confirmavit donationem... Decimæ jactatæ de terris arabilibus, etc. Alia ann. 1317. ex Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 6. r.: Item placet domino regi, quod Robinus de Gandovillari armiger... Decimam jactatam de terris arabilibus... modo percipiat super redditus et emolumenta carniceriarum... Aurelianensis. Vide Jactus 4.*

\* DECIMA INDUSTRIALIS, Quæ et Personalis, Ea nempe, quæ ex negotiatione et artificio debetur. Charta ann. 1400. inter Access. ad Hist. Cassin. part. 2. pag. 507. col. 2: *Item dixerunt quod omnes habitatores dicti castri Luci tenentur singulis annis Decimas personales seu Industriales dare præposito.*

† DECIMA LITIUM, apud Romanos erat Pœna temere litigantium, leg. 2. cod. Hermogen. de Calumniatoribus, §. Hæc autem Instit. de pœna temere litigantium. *Homo litigiosus est terribilis in sua civitate, inquit Sapiens.*

DECIMÆ MILITARES, in Charta ann. 1204. in Chronologia Episcoporum Lodovensium, eadem videntur quæ *infeudatæ*, vulgo *Dimes infeodées*, quæ a

Militibus, seu Laicis nobilibus possidentur. Quarum quidem originem quidam Carolo Martello adscribunt, quem damnatum volunt, quod primus beneficia Ecclesiastica Militibus distribuerit. Sed hanc fabulam docte ventilavit Baronius ann. 741. Chronicon Senoniense lib. 3. cap. 17. de Carolo Calvo idem habet quod alii de Martello. Sed de Decimarum militarum origine potior videtur Arnoldi Lubec. lib. 3. cap. 18. sententia, cujus hæc sunt: *Scimus autem Decimas et oblationes a Deo Sacerdotibus et Levitis primitus deputatas. Sed cum tempore Christianitatis ab adversariis infestarentur Ecclesiæ, easdem Decimas præpotentes et nobiles viri ab Ecclesiis in beneficio stabili acceperunt, ut ipsi defensores Ecclesiarum fierent, quæ per se obtinere non valerent. His consona habet Crantzius in Metropoli lib. 1. cap. 2. Vide præterea Petrum Blesensem Epist. 82. et Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 575. [Ut ut est de origine harumque Decimarum infeudatarum, usus apud nos invaluit, ut eæ quæ antiquiores sunt Concilio Lateranensi anni 1179. sub Alexandro III. ubi fuerunt prohibitæ, subsistant, recentiores vero aboleantur; sed illæ omnes censentur anteriores hoc Concilio, quarum origo probari non potest esse posterior.] Vide *Abbas-Miles*.*

DECIMÆ DE MILITIA. Vide Concilium Trosleianum ann. 909. cap. 6.

\* DECIMAM TENERE IN MILITIA, Ea scilicet ratione, qua miles decimam potest obtinere, hoc est jure feudi. Charta Odon. abb. Major. monast. ex Tabul. ejusd.: *Decimam quoque quamdam, quam in militia tenent de fratre suo Roberto de Angulis, post decessum suum in eleemosynam ecclesiæ S. Frombaldi et nobis libere et quiete possidendam concesserunt.*

\* DECIMÆ MILITUM, Aliæ a Decimis militaribus; ita videntur appellari oblationes, quæ a novis militibus ecclesiæ fiebant. Charta Rob. Cabilon. episc. ann. 1188. in Chartul. Cluniac.: *Capellanus habere debet confessiones, eschepas, baptisteria, reconciliationes mulierum, Decimas militum, dealbatos, redditus de duellis, etc.*

DECIMÆ MINUTÆ, vulgo *Menuës dimes*. Charta anni 1104. ex Tabulario Molismensi: *Duasque partes minutæ Decimæ et fevi et in Purificatione B. Mariæ omnes candelas, totamque magnam Decimam, cum Decimam carrucarum mearum. Tabular. S. Crucis Talemondensis fol. 3: Dedi etiam... minutam Decimam duarum parrochiarum, sancti videlicet Vincentii de Jardis, et S. Hilarii de Foresta: hoc est, Decimam de lana, de lino, de canaba, de agnis, de porcellis, de vitulis. [Ludov. Pii 83.] Tam in grossa decima quam Minuta, in chart. ann. 1271. Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 469.]*

\* DECIMÆ MIXTÆ, Eadem quæ Reales; quod ex diversis animalibus rebusve solvantur, sic dictæ. Arest. ann. 1416. 8. Aug. in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: *Quod dicti habitantes (Cenomanenses) modicæ devotionis erant, nec Decimas personales, ac parum de mixtis et prædialibus solvebant.*

\* DECIMA MONETÆ, Quæ ex monetæ emolumento provenit. Vide *Monetarium*. Charta Henr. I. reg. Franc. ex Chartul. S. Magl. Paris. ch. 4: *Concedimus eis decimas omnium redibitionum ad nos pertinentium de marino portu Musterioli castri, excepta Decima monetæ, quæ quondam concessa est S. Austrobertæ.*

† DECIMÆ et NONÆ, interdum ex iisdem prædiis collectæ. Vide *Nona* 2.

DECIMÆ NUMERATÆ. Charta ann. 1206. ex Tabul. Ecclesiæ Carnotensis num. 49 : *In iis tamen omnibus omnem iustitiam, vendas de duabus bovatis terræ, Decimam de residuo terræ, Decimam et campipartem annuato gravicæ Canonicoꝝ ibi præsentium in campo numeratas idem Capitulum salvas in integrum habebit.*

\* Quæ numerari debebant ab hominibus institutis, ut mergites in agris pro decima aut campiparte ex officio numerarent. Chartul. Carnot. ch. 306 : *Item apud Meinviler medietatem Decimæ numeratæ... De numeratione autem talis est conditio inter nos et illos qui excolunt terram, quod ille, qui primo vult sibi numerari, querit numeratorem, semel tamen, nec oportet quod amplius queratur; et numerator poterit numerare, si voluerit, in quolibet campo et capere decimam suam ibidem in capite numeri. Præter hoc et dono totam Decimam in terra patrimonii mei numeratam. Vide infra Numeragium et Numeratores.*

† DECIMAM PANIS ET VINI Cotiensibus Sanctimonialibus annis 1155. 1171. indulget Ludovicus Junior, quotiens *Compendii, Vermeriæ, Bistisiaci, sive etiam in foresta fuerit.* Alia quoque deinceps iisdem Virginibus bona contulit cum uxore Adela, quæ Philippus Aug. in Litteris ann. 1183. indultis recenset et confirmat, quibus etiam *Decimam panis et vini, quod expendimus, inquit, apud Petramfontem in domo nostra, quando ibi erimus, adjicit.* Præterea iisdem Monialibus S. Johannis de Cusia totam panis et vini Decimam Castrici Cauciaci Ludovicus Hutinus confert in Præcepto, quod est *Actum apud villam Colli-Resiti anno Dom. MCCCXV. mense Novembri.* Hæc Mabillonius lib. 4. de Re Diplom. num. 44. Charta ann. 1163. ex Archivio Episcopatus Massil. : *In Massilia vero superioris et inferioris villæ Decimarum panis et vini et carnis dimidiam partem Episcopi et dimidiam Canonicoꝝ esse cognovimus.*

DECIMÆ PAROCHIANÆ, in Concilio Meldensi cap. 75. Presbyteri *Parochianas Decimas accipiant, et populi necessitatibus debite invigilent.* Vide Provinciale Cantuariensis Eccles. lib. 3. tit. 16. pag. 243. ubi quomodo decimæ Curionibus persolvantur, pluribus agit. De earum divisione vide Chrodogangum Episcop. Metens. in Regula Canonicoꝝ. cap. 75.

DECIMA PAUPERUM, Pars tertia Decimarum Ecclesiasticarum, pauperibus primitus addicta. Charta Birgeri Ducis Sueonum ann. 1252 : *Mandamus quatenus tertiam partem de Decimis quæ Pauperum vulgariter appellantur... Upsaliensi Ecclesiæ, benivole, integre, et fideliter annis singulis de cætero in perpetuum exsolvatis.* Alia alterius Birgeri ann. 1299 : *Propter suggestiones quorundam tertiam partem Decimarum, quæ olim consuevit Decima pauperum appellari, etc. Chronicon Upsaliense num. 11 : Hic etiam de mansione Biscopullum cum Ecclesia Cullum, et decimis Archiepiscopilibus, atque Decimis pauperum provenientibus de parochia Cullum ordinavit præbendam in Ecclesia, etc. Occurrit præterea in Chartis Jacobi Archiep. Upsaliensis ann. 1280. et Erici et Waldemari Ducum ann. 1307. et alii apud Joan. Schefferum. Ejusmodi erant apud Hebræos decimæ, quas pauperibus recondebant, et quas Græcò sermone*

πρωτοδεδάκ; appellatas scribit S. Hieronymus in cap. 45. Ezechielis.

\* DECIMA PERSONALIS, Eadem quæ supra *Industrialis.* Charta ann. 1288. ex Tabul. archiep. Auxit. : *Promiserunt et convenerunt dare decimam de agnis, caseis... et Decimam personalem... ita videlicet quod fabri, sabaterii,ultores... solvat quilibet eorum per annum duodecim denarios.*

† DECIMA PLENA. Index MS. beneficiorum Eccles. et Dioc. Constantiensis fol. 15. e Musæo D. de Cange : *Rector solvit pro Decima plena quinquaginta solidos.*

\* DECIMA PRORECTA, Eadem fortassis quæ supra *Jactata*; nisi sit Decima decimæ. Vide *Prodecima.* Reg. feudor. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 66. rº. in Charta ann. 1405 : *Item Decimam prorectam dictarum terrarum dicti harbergamenti... super quam decimam capit rector de Cloayco unum præbendarium frumenti.*

\* DECIMA RACEMORUM, seu vini, in Charta Joan. ducis Bitur. ann. 1402. ex Reg. Cam. Comput. Paris. ab ann. 1360. ad 1416. fol. 186. vº. : *Donamus... medietatem decimæ et juris decimæ bladurum, racemorum seu vini.*

DECIMÆ SALADINÆ, dicuntur quæ in Concilio Parisiensi ann. 1288. Philippo Aug. Franc. Rege procurante, contra Saladinum, qui maximam Terræ Sanctæ partem pervaserat, et Guidonem Regem funditus deleverat, omnibus omnium bonis imposita est, in subsidium Christianorum regionum illarum : *quod quidem (verba sunt veteris Chronici) in grandem perniciem versum est. Nam plures qui Decimationes, Salahadinus nominatas, exigebant, violentius Ecclesiis gravabant, et infeliciter postea cessit Decimatio : eoque res deducta, ut Philippus hujusmodi decimas a subditis suis extorqueri inhiiberit, Diplomate ann. 1189. quod ex Tabulario Ecclesiæ Bellovacensis eruit Louvetus tom. 2. Hist. Bellov. pag. 309. et 311. ubi ejusdem Regis Diploma aliud profert, quod earum Institutionem continet, ut et Rigordus ann. 1188. de qua decima consulendi etiam Hovedenus pag. 641. Math. Paris, Neubrigensis, et alii ad ann. 1188.*

† DECIMÆ SALICÆ. Donatio Anselmi Abbat. Laureshamensis apud Tolnerum in Probat. Hist. Palatinæ pag. 17 : *Dux vero partes omnium Decimarum ad Ecclesiam Turde aspicientium sunt in manu Præpositi præter Salicas Decimas, quæ respiciunt Laurenssem Portarium.* [\* Chart. ann. 1153. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 1058. *Decima de terra Salica, ibid. pag. 1094. in chart. ann. 1226. Vide Halthausil Glossar. German. voce Sal-Zehenden col. 1583.*]

\* Eadem atque *Dominicales*, quæ nimirum prædii domino pensantur. Vide in *Lex et Salicus.*

DECIMATIONES SALICÆ. Charta Henrici II. Imp. ann. 1208. apud Nicol. Zyllesium : *De Ecclesiis vero et de omnibus per totam Abbatiam Salicis Decimationibus, nulli omnino beneficium aliquod concedi permittimus, etc.* Charta Conradi Imp. ann. 1026 : *Relictis videlicet illis et specialiter delegatis quibusdam curtibus et villis ac Ecclesiis omnibus ubicunque in S. Maximini prædio jacentibus, cum cunctis Salicis Decimationibus, unde necessaria tantummodo suis deberent procurare fratribus, etc.* In alia Henrici III. Imp. ann. 1044. ibid. : *Insuper omnes S. Maximini Ecclesias cum Decimis et Deci-*

*mationibus, et omnes Salicas Decimationes, quas in usus hospitum, peregrinorum ac pauperum destinamus. Alia ejusdem Henrici ann. 1056 : Omnes Ecclesiæ et Salicæ Decimationes tam in agris quam in vineis, sive in silvis, etc.* [\* Alia Otton. I. ann. 956. in Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 3 : *Dominicales, quas vulgo Salicas vocant, Decimationes, quoniam, essent nostræ regales, etc.*]

\* DECIMA SANCTUALIS, Quæ sanctuario seu ecclesiæ vel altari debetur. Charta ann. 1323. in Chartul. eccl. Lingon. Cod. reg. 5188. fol. 199. vº. : *Et hoc pro quadam pecia vineæ liberæ ab omni servitute seu onere, excepta Decima sanctuali.*

\* DECIMA SOMMATICA, Quæ ex cella vinaria, vel ex equis sarcinalibus exigitur. Vide in *Sagma.* Charta Rainaldi archiep. Rem. ann. 1137. inter Probat. tom. I. Annal. Præmonstr. col. 205 : *Ecclesiam vestram... ab omni Decima sommatica atque ab omni exactione liberam facimus.*

\* DECIMA SPIRITUALIS, Ea quæ ecclesiæ debetur. Charta Bern. abb. Casin. ann. 1273 : *De aliis vero victualis et olivis solvant eidem vestario integraliter Decimam spiritualem, ut matriæ ecclesiæ. Ubi distinguitur ab ea, quæ nomine terratici eidem monasterio solvebatur.*

\* DECIMA TALLIACIA, Quæ nomine talliæ exigebatur. Charta ann. 1228. ex Tabul. Major. monast. : *Dedi monachis B. Nicolai de Sabolio... Decimam talliaciam vinearum mearum de Sabolio. Vide infra Tallia 8.*

\* DECIMÆ SEQUELA, Jus exigendi decimam ex agris alterius territorii, cum a suis hominibus coluntur. Charta ann. 1295. in Chartul. Pontiniac. pag. 264 : *Cum discordia mota esset... super sequela Decimæ quam nos dicti decanus et capitulum habere asserimus... in villa et territorio de Soeilliaco, cum ibi terræ coluntur ab aliquibus in parrochia et decimaria finibusque decimaræ nostræ de Venussia commorantibus. Vide Secta 4.*

\* DECIMÆ TRACTUS. Vide *Tractus* 3. DECIMA DECIMÆ. Vetus Scheda de Urbis, subjecta Decretis Regum Hungariæ : *Et quoties Rex habuit Decimas partes hujusmodi minerarum, (auri, argenti et cupri) toties divisit et dedit Archiepiscopo Strigoniensi unam partem, et vocabatur ista datio Decima Decimæ.* Charta Waldemari Regis Daniæ ann. 1240. apud Pontanum lib. 9. Rerum Danicar. : *Mandamus universis et singulis Militibus, Castrensibus, et vassallis et feudatariis, sive terram nostram, quæ Libera dicitur, sive quamcumque aliam terram jure feudali vel quocunque alio titulo detineant, ut ex illis Decimas Decimarum persolvere Episcopo Revaliensi non omitterent, etc.* Vide *Redecima* [et *Cario*.]

DECIMALE SUBSIDIUM proventuum Ecclesiasticorum a Sede Apostolica concessum Philippo Regi Francor. de quo Gesta Guillelmi Majoris Episc. Andegav. cap. 49. Idem concessum a Prælati Franciæ pro redemptione Joannis Regis ann. 1358. uti docent Litteræ Caroli Delphini 24. Mart. 1358. descriptæ in Regesto Memorabilium Cameræ signato C. Vide Froissart. 1. vol. cap. 155. Quæ vero ratione ejusmodi Decimæ ab Ecclesiasticis exigentur, licet percipere ex aliquot Diplomatis, quæ ex Charthophylacio Regio eruiunt.

Ex 12. Regesto Charthophylaci Regii Ch. 159 : *Philippus D. G. Francor. Rex, dilectis et fidelibus nostris Archiepiscopo Remensi, Suesionensi, Catalaunensi,*

Laudunensi, Cameracensi, Tornacensi, Morinensi, Atrebatensi, Ambianensi, Noviomensi, Silvanectensi, et Belvacensi Episcopo Remensis provincie Suffraganeis, Abbatibus, Decanis, Prioribus, Capitulo cæterisque personis Ecclesiasticis civitatis, diocesis et provincie Remensis in convocacione faciendâ per dictum Remensem Archiepiscopum congregatis, Salutem et dilectionem. Considerantes gravia personarum pericula et importabilia onera expensarum, quæ dilecti et fideles subditi regni nostri a longis retroactis temporibus ratione guerræ nostræ Flandriæ sustinuisse conspicimus, ac sollicitè quærentes vias et modos, per quos, illo juvante cujus est superborum colla deprimere, inimicorum nostrorum Flandrensium superba rebellio compescatur, et sedato guerrarum discrimine, pacis amœnitas et quietis tranquillitas regno regnique subditis omni adversitate propulsata parentur, post multarum revolutiones viarum, tandem in hac via, tanquam expeditiori et commodiori negotio quod incumbit, nostra sollicitudo quiescit, ut universos Prælatos, et personas Ecclesiasticas religiosas et sæculares, Duces, Barones, et quoscunque nobiles regni ejusdem requirere deberemus, ut de singulis quingentis librarum redditus, quas in regno ipso habeat, de uno homine equite armato, et ignobiles de sex hominibus armatis peditibus pro quibuslibet centum focis subsidium nobis faciant ista vice. Aperta igitur via hujusmodi, Ducibus, Comitibus, Baronibus, et cæteris Nobilibus regni nostri, et eis ex parte nostra requisitis ut iuxta modum hujusmodi præstent, et consentiant præstari dictum subsidium a subditis eorumdem, una fuit eorum voluntas, una ab eis data est responsio, quod illud subsidium libenti nobis præstabunt animo, et a sibi subditis præstari unanimiter consenserunt, credentes quod vos et aliæ personæ Ecclesiasticæ prædictæ simile nobis subsidium faciatis. Nos igitur spem gerentes de vobis indubiam, quod sicut ex suscepto curæ pastoralis officio plus cæteris illa debitis requirere quæ sunt pacis, scilicet regni pacem, quæ ex dicto non mediocriter dependet subsidio, cæteris impensius et ferventius procurare velitis: Dilectionem vestram attente requirimus, et affectuose rogamus, quatenus hujusmodi subsidium in tam urgente necessitate, in tam miserabilis expeditione negotii præstetis liberaliter, et ut a vestris præstetur subditis nostrum nedum assensum, sed illud quod opportunum fuerit auxilium præbeat, credentes dilectis et fidelibus nostris Magistro Petro de Latilliaco Canonico Parisiensi Clerico, et Jo. Choiselli Domino de Plezeio Militi nostris, vel eorum alteri super iis quæ circa hæc ex parte nostra vobis duxerint exponenda, et exposita per eum grato complectis affectu. Data Parisiis die 12. April. an. Dom. 1304.

Ex eod. Regesto Ch. 166: Philippus D. G. Franc. Rex, dilecto et fideli Episcopo Cameracensi, salutem et dilectionem. Attendentes vestram non latere notitiam, quæ, quanta et quam gravia Nos oportet iis temporibus pro nostri defensione regni expensarum onera sustinere, vos requirimus et rogamus attente, quatenus illam Decimalem gratuitam subventionem, quam vobis guerræ nostræ præsentis negotio generose noviter concessistis, et quam generosius acceptabile duximus reputandum, sic diligenter et celeriter procurare, exigere, et levare curetis, quod nobis seu gentibus nostris infra instans festum Nat. B. Joan. Bapt. juxta concessionis prædictæ tenorem integre et indeficienter

valeat applicari in negotio prædicto, prout ordinatum fore dinoscitur, committenda, quodque nostro in hac parte præposito nostro fraudati, nullove preteactu nostri periculoso defectu subjacentes, vobis de prompta exhibitione, sicut de concessione gratia subventionis hujusmodi teneamur ad uberes retributionis debite actiones. Actum Paris. die 8. Junii an. 1304.

Ex eodem Regesto Ch. 188: Philippus D. G. Francor. Rex, dilecto et fideli nostro Episcopo Belvacensi, salutem et dilectionem. Ad vestram jam potuit pervenisse notitiam, quod nos personæ propriæ non parentes in prosecutione guerræ nostræ Flandrensis insistimus, et jam positi nostris e vicino inimicis, sumus ei Dei nostrorum adjutorio fidelium indigentes: ideoque vobis ex abundantis necessitatis hujusmodi articulum duximus exhibendum, vos de accedendo ad nos et nostrum exercitum secundum status vestri debitum et modum, quo tenemini in hoc casu absque dilatione quaque apud Atrebatum, vel ubi circaam per modum submus, submonentes et expresse citantes partes illas fuerimotionis simplicis, quam retrobanni, quod ratione nostræ expositionis personæ et necessitatis prædictæ vobis districte et firmiter intimamus. Est tamen intentionis nostræ, quod si subventionem decennalem inter gentes nostras vobiscum vel vestris nunciis prolocutam solveritis vel \* in prompta solvere voluntatis, ut erga nostros subditos diligenter et fideliter procurare solvi, submonitio prædicta ad servitium dicti exercitus nullatenus vos coartet. Dat. Atrebat. die 27. Julii an. Dom. 1304.

In eodem Regesto Ch. 187. describitur Charta ejusdem Regis ad Episcopos Regni data 27. Julii ann. 1304. ex qua sequentia delibavimus: Ad cujus etiam complementum cogitantes nuper vobiscum, sive cum Missis vestris, tractari per \* nostrates aliquas facientes Decimas aliquas requisivimus a vobis et a vestris subditis, quod vos ad hoc jam induxisse credimus pro causa communi \* opere in tam periculosa necessitate, a qua non possunt nec debent se aliqui sæculares vel Ecclesiastici aliquid excusare, etc. Et ex Charta alia ejusdem Regis ad Tolosanum Episcop. 26. Augusti ann. 1304. Ch. 189: Sane cum non credamus a vestra memoria excidisse, quod vos et Ecclesiasticæ personæ vobis subditæ duas nobis liberaliter concessistis Decimas pro defensione necessaria regni nostri, quarum unam jam dicuntur solvissse, etc. Infra: Cumque bonæ memoriæ Benedictus PP. Undecimus decimam duorum annorum ab omnibus personis Ecclesiasticis regni nostri exemptis nobis concessit ad hoc terminis constitutis exsolvendam, etc. Hisce addenda quæ habentur in Spicilegio Acheriano tom. 13. pag. 347. 354. 355.

DECIMALES ECCLESIE, in Chronico Corbeisæ novæ: Dominus Ludovicus Rex die dedicationis Hemele in dotem altaris obtulit: tradidit etiam Hemmetorp Abbatiam, Visbike decimas, Cum Decimalibus Ecclesiis in Episcopatu Asnabruggi. [\* Vide infra in Ecclesia.]

\* DECIMALIS TERRA, Quæ decimæ obnoxia est, in Charta ann. 1212. ex Chartul. S. Evertii Aurel.

\* DECIMALIS RES, Ad decimam fructuum partem locata. Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620: Si vero res fuerit emphiteotica, vel fictualis, vel Decimalis, etc.

† DECIMAGIUM, Territorium ubi percipiuntur decimæ. Charta anni 1251. in

Tabulario S. Nicasii Remensis: Cum discordia verteteret de limitatione Decimagii. Chartularium S. Martini Pontis-sar.: Infra metas parrochiæ seu Decimagii S. Audoeni. Charta Visitationis Fratrum Militiæ Templi ann. 1303. e secundo Chartulario S. Quintini in Insula pag. 170: Habebimus etiam perpetuo illam partem quam percipiebant in Decimatio, etc.

\* Dismage, in Ch. ann. 1369. ex Chartul. 21. Corb. fol. 317. vº.: Le moitié de toutes les dismes de tous les prés, qui sont en tout le Dismage de laditte ville de Vers, qui sont à disme. Pro jure vero percipiendi decimam, occurrit eadem vox in Charta Phil. abb. Hasnon. ann. 1316. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 175: Avons vendu bien et loiaument... tous nos terrages et Dismages... senz rien degueir ne retenir par devers nous. Ut et Desmerie, in Ch. ann. 1416. ex Reg. feud. Comit. Pictav. in Cam. Comput. Paris. fol. 325. vº.: La disme ou Desmerie des blez et charnaige du lieu de Genoilhe et en toute la paroisse dudit lieu, tant en blez lyez et desliez, ... et autres choses Desmales et appartenans à disme. Dimée, pro ipsa decima, in Ch. Simon. dom. Castivil. ann. 1257. ex Bibl. reg.

DECIMARE, Decimam bonorum suorum impertiri. Edgarus Angliæ Rex Orat. ad Antistites, apud Seldeum ad Eadmerum: Proavis meus, ut scitis, totam terram suam Ecclesiis et Monasteriis Decimavit.

DECIMARE, Decimam levare. Vide Perardum in Burgundicis pag. 535. [\* Chart. ann. 1309. in Gud. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 736.]

DECIMARE, Decimam persolvere, in Speculo Saxon. lib. 2. art. 48. § 3.

DECIMARIA, Prædium, ager, in quo percipitur fructuum decima. Charta Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1131: Et decimam a via quæ Rameruco veniens... extenditur usque ad Decimariam de Ormes. Alia ann. 1238. in Regesto Tolosano Camera Comput. Paris. fol. 43: Sive in alodio, vel in territorio, aut in Decimariis ejusdem Castri, etc. Alia ann. 1246. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 23. Ch. 95: Super eo quod dicebamur nos debere percipere medietatem decimæ in Decimaria eorumdem. Vide lib. 13. Ch. 12. et Tabular. Brivatense Ch. 304. Concilium Insulanum ann. 1288. can. 15: Item statuimus quod aliquis bladum de Decimaria alicujus Ecclesiæ intra aliam Decimariam transferre non audeat, quousque fuerit decimatum. Si quis vero contrarium fecerit, rectam decimam, scilicet decimam partem integraliter Ecclesiæ, de cujus Decimaria bladum extraxerit, intra octo dies solvere teneatur. [Occurrit eadem notione in Historia Dalphin. tom. 1. pag. 29. col. 1. et pag. 30. col. 2. in Tabulario S. Albini Andegav. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 426. Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 866. in Charta anni 1256. et pag. 905. in Charta anni 1339.] Desmerie, in Consuetud. Solensi tit. 17. art. 8. Dimerie, in Consuet. de Valançay art. 3. Bituricensi art. 16. 18. Marchensi art. 332. Deymari, Occitanis.

DECIMARIA, Jus percipiendi decimam ad aliquem pertinens. Tabularium S. Mariæ Longipontis in diocesi Paris.: Donavit duas partes de Decimaria ipsius Ecclesiæ, hoc est... de annona, de vino, de lino, de cannaba, de ovis, de porcis, de vitulis et de omnibus aliis rebus. [Chartular. S. Petri de Domina fol. 63: Octavam partem Decimariæ de Thedesio

accepit D. Hugo Prior in quatgeria. Ibid. fol. 64: D. Hugo Prior de Domina accepit a quodam Milite nomine Aynardo octavam partem Decimariæ de Tedesio in vadio per centum solidos.] Vide veterem Consuet. Bituricensem editam a Thomasserio cap. 87.

† DECIMARIUM, ut *Decimarium* et *Decimaria* prima notione. Charta ann. 1304. ex Archivo D. Marchionis de Flammarens: In omnibus illis viginti contatis terre, que teneri dicebantur ab eodem Domino Petro in Decimario S. Martini. Transactio Abbatem inter et Monachos Crassenses ann. 1351. ex Libro viridi fol. 53: Habet Conventus dicti Monasterii... quosdam redditus, iura et provenus, et jurisdictiones... in terminio seu Decimario Castri de Leziniano diocesis Narbonensis.

DECIMARIUM, Rustici, qui terrarum seu aliarum rerum Decimas dominis vel Presbyteris persolvunt, Beneharnensibus Desmers dicti. Vide Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 31. num. 1.

DECIMARIUM, Qui decimas, vel suo, vel domini, aut alterius nomine, exigunt, in Concilio Burdegalensi ann. 1255. can. 18. 23. 24. et Coprinaciensi ann. 1260. can. 18. (Charta anni 1229. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 123: Decimarius congregat decimam S. Antonini et tascam simul.) Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 17: Quicquid scilicet habebant in tota decima, vel in Cimiterio de Elz, vel Decimarii habebant ab eis. Desmarii dicuntur fol. 16. Ibidem fol. 18: Et quia manutenebat Decimarios invasores Cimiterii ipsius, etc. Infra: Quicquid habebat pater meus in tota decima de Elz... et quidquid habebat in Decimariis vel Decimarii ab eo, etc. Rursum fol. 19. v.: Pater noster Sicher fuerat Decimarius de Ecclesia Euz, quia tenebat decimam, ut Laicus a Laicis, et partem terræ de Sanctuario. Fol. 22: Ego Constantinus Decimarius de decima Ecclesie de Elz... habebam in decima de Elz feudum, ut colligerent quartam partem ex ipsa decima ubicumque extenderetur decima de omnibus rebus, de pane, de vino, de lana, de agris, et de omnibus aliis, de quibus decima datur. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: Similiter nec aliquis ex auctuariis vel Decimariis S. Hilarii ultra prædictam viam, in parte scilicet Occidentali aliquid ex decimis requirere audeat. Charta ann. 1174. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Sistaric.: Præterea concessit et decimas in hortis, et vineis, et Decimarius et bestia ejus debent vivere de communi, et Decimarius debet jurare se decimas fideliter colligere. Cujusmodi decimariorum, seu quibus decimæ competunt, passim habetur mentio in Tabulario Abbatie Dalonensis in Lemovicibus, pag. 3. 12. 27. etc.

DECIMATA VINI, apud Anastasium in Hadriano: Ut Decimatas vini duas penantes per unamquamque Decimatam libras 60. Gregorius Mag. lib. 1. Epist. 41. lib. 10. Epist. 30. et lib. 12. Epist. 30. Decimatas vini etiam habet; [ut et Gregorius Monachus non semel in Chronico Farfensi, apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 385. Decimata tyranæ, infra in Tyzana.]

\* Mensuræ vinarie species videtur, ut et inter Censuræ eccl. Rom. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 886: Præstantes bisant. ij. auri solid. et vini Decimatas numero lxxx, in præsentia missi Paracellarii. Ibid. col. 885: Vini megaricos centum.

† DECIMATIO, Decima seu illius perceptio. Instrum. ann. 1173. in Historia Mediani Monasterii pag. 305: Contulit Ecclesie Belli-prati in perpetuum omnem Decimationem grangie suæ de Oblesis sub censu duorum solidorum. Charta Brzezal Ducis Bohemorum apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 56: Ad hæc in Brunensi provincia Decimationem frumenti, ac decem nummos, et villam Obucherii, et Decimam telonii, quod Brog vulgo appellatur, in summe Olzava donavi. [\*] Henric. I. Imp. Convent. ann. 922. cap. 8. Otton. M. ann. 952. cap. 10. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 17. et 28.]

DECIMATOR, Idem forte qui Decimarius, vel qui jus habet exigendi decimam in agris, Dismier, in Consuetud. Arvernensi cap. 17. art. 18. et Marchensi art. 96. Constitutio Chlotarii Regis cap. 11: Agraria, pascuaria, vel decimas porcorum, Ecclesie... concedimus: ita ut actor, aut Decimator in rebus Ecclesie nullus accedat. Qui scilicet decimas Regias expectabat. [Litteræ ann. 1402. apud Georg. Christianum tom. 2. Rer. Moguntiac. pag. 886: Nostris et dicte nostre Præpositure reddituariis, censuariis, pensionariis, arrendatoriis, Decimatoribus, colonis, incolis et subditis... intinamur, etc.] Vide Guillelmum de Podio-Laurentii cap. 6. Speculum Saxonie lib. 2. art. 48. § 3. 9. 13. et Perardum in Burgundicis pag. 585.

\* Sergent dismier, in Ch. ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 343. v. col. 1: Et se il avenoit chose par aventure, que li sergens terragierres et li Dismierres ne soient au descharger les gerbes, on croira lou deschargeour par son sairement.

DECIMATURA, Idem quod Decimaria, in Charta ann. 1157. in Hist. Vastinensi pag. 199.

† DECIMATUS, ut *Decimatum*, Territorium ex quo decimæ colliguntur. Charta anni 1290. ex Archivo Episcopatus Meldensis: Item in Decimatu de la Venne unum arpentum terræ, sex partibus minus.

\* Charta Steph. Noviom. episc. ann. 1190. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 5. fol. 92. v. col. 1: Quicquid infra Decimatum habetis de Brancort; ... et quicquid infra terminos Decimatus de Montbren possidetis.

1. DECIMANUS, seu DECUMANUS LIMES, Maximus limes inter agros, qui ab Oriente in Occidentem per transversum dirigitur: qui quia formam X. efficit, Decumanus est appellatus. Ager enim bene divisus figuram denarii numeri efficit. Nam Cardio dicitur alius limes in agris qui a Septentrione directus est. Ugutio et Joan. de Janua, ex Festo et Isidoro lib. 15. cap. 14. Vide Gromaticos. Charta Aystulfi Regis Longobard. ann. 753. apud Ughellum tom. 2. Ital. sacr. pag. 105: Et paludes Gromulenses usque in litem Decimanum, qui percurrit inter Gavanum et villam Ulianam, ... et de via Decimanense habeatis communiter usque in fossatum finale cum Decimanense, et Ulianense secundum eorum coherentias, etc.

† 2. DECIMANUS, Obnoxius decimæ, qui decimas debet exsolvere. RATHERIUS Veron. Episc. de Contemptu Canonum parte 1. apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 165: Et cum de oblationibus et decimis fidelium vivere tabernaculi custodes debeant Domini, hoc est Ecclesie Clerici, si nescit Episcopus quot Decimani, quot mansi, quot modia tritici, quot congia vini tantis vel tantis sufficiunt Clericis ad victum utique et tegumentum, nonne convincitur aut non esse Pastor, aut certe

insipiens existere, etc. Latinis Decumanus dicebatur exactor decimarum vel Publicanus qui Decimas conducebat ab aratoribus exigendas.

† DECIMARE, DECIMARIA, DECIMARIUM, DECIMATA, etc. Vide in *Decimæ*.

\* DECIMATOR, Item videtur qui Decimas in monasteriis. Stat. Cisterc. ann. 1352. ex Cod. Hardenhous.: Nullus fiat Decimator, nisi legerit et responderit in parvis scholis, ut fuit hactenus consuetum. Vide Decanus 5. et in Decena 2. Exstat alia notione supra in *Decimæ*.

1. DECIMUM, pro Decima. Majus Chartul. S. Victoris Massil. fol. 91: Donaverunt totum Decimum de omni terra, quæ habet vel habebit Ecclesia sancti Stephani.

† 2. DECIMUM, Idem quod Decatia, de quo verbo actum supra. Charta Caroli M. apud Doubletum pag. 708. 709: Nullum telloneum, neque exclusaticum, neque Decimum, neque barganicum, etc. Et mox: In nullo modo, nullo telloneo, nullo exclusatico, ... neque Decimum exigere nec exactare non debeatis. Vide Notas nostras ad Cinnamum.

† DECIMUM FORUM, Eadem, ut puto, notione. Charta Boleslai Ducis Bohemie pro Monast. Breunoviensi ann. 993. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pro 50: Super hæc apposui Decimum forum, Decimum denarium ex omni iudicio in his civitatibus Slanen, Plzen, Lithomerzicych.

† DECIMI MANSUS, An Mansus decimæ obnoxius, vel Decima unius mansi? Charta anni 1031. ex Archivo sancti Victoris Massil. Armar. ForoJul. Dioc. n. 176: Donamus unum Mansum Decimi pro redemptione anime patris mei.

† DECIMA Italis, Decas. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 936. de B. Michelina: Unus homo pro qualibet Decina fumantium cujuslibet universitatis. Vide Decena 2.

\* Testam. ann. 1342. tom. 2. Hist. Cassin. pag. 563. col. 1: Item (relinquo) de cera Decimas duas, tam pro cereis quam pro quatuor tortiis.

† DECINERARE, Incendio delere, concremare. Scriban. in Polit. pag. 57: Quot nemora paucarum horarum flamma Decineravit?

† DECINERATUS, Redactus in cineres. Tertull. adv. Valent.: Ipse quoque, Decineratis omnibus, in nihilum finietur.

† DECINERESCERE IGNI, eidem Tertulliano Apolog. cap. 48.

† DECIOSI, a Deciduo, dicuntur mures ob parvitatem corporis dum nascuntur. Papias.

\* DECISIO, Aquæductus, canalis quo aquæ elabuntur. Arest. parlam. Paris. in Chartul. Compend. fol. 153. r.: Quod bonæ memoriæ rex Ludovicus fecit ibi fieri unam Decisionem pro bono infirmorum domus Dei, per quam aqua, quæ fuit per dictam domum, redit ad aquam Ysaræ.

\* DECISIVE, Minutatim. Charta ann. 1321. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 70: Unicuique liceat tales pannos vendere in grosso vel Decisive, vlgaliter à detaill.

† DECISOR, Arbitrator, qui de lite decidit. Charta Everardi Episc. Tornac. pro Abbat. Thosana ann. 1177. apud Miræum tom. 2. pag. 1319. col. 1: Igitur æ venerabilis Domini et Coepiscopi nostri Desiderii Morinensis arbitrator, quem et nos et ipsi communiter elegimus Decisorem. Decisor litis, apud Th. Madox Formul. Angl. pag. 22.

† DECIMUM, καλόν, ἀγαθόν, Bonum. Janus Laurenberg, in Supplemento Antiquarii. In Glossis Lat. Græc. Sangerman.

habetur *Detium*; sed retinendum *Decium* a *Decere*: quia quod bonum est, decet. **DECIUS**, Talus, Taxillus, Gallis *Dé*. Ebrardus in *Græcismo* cap. 9:

Est talus, Decius: talus, postrema pedis pars.

Et cap. 19:

Cum bene respondet Decius, compello jocose, Compello tumidum cur sic agit impetuose.

Ubi Metullinus, *Je l'envis*. Edictum S. Ludovici Regis. Fr. apud Nangium: *Scholas etiam Deciorum prohibemus omnino, ita ut tenentes eas districte puniantur. Fabrica vero Deciorum prohibeatur ubique*. Jacobus de Vitriaco in Hist. Occident. cap. 10: *Ea quæ turpiter in Ecclesiis lucrabantur, in tabernis et ludis Deciorum, in Comessionibus... turpius expendebant*. Summula Raymundi de Vita et honestate Clericorum:

... Nec sunt hi lutores veterum Ludorum, velut est aleæ, globi, Deciorum.

Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Cum Decius sit sex laterum, sex et numerorum Simplicitas, tribus in Decis sunt octo decemque, Quorum non nisi tres possunt Decis superesse, etc.

Occurrit præterea [in Statutis Massil. lib. 5. cap. 10.] apud Gervasium Doro-berni. pag. 1522. Guillel. Neubrigensem lib. 3. cap. 23. in Vita B. Joan. Montis-mirabilis, in Statutis Synod. Odonis Episcop. Paris. in Synodo Bajocensi ann. 1300. cap. 38. et in Epist. Jo. Episc. Acconensis ad Honorium III. PP. tom. 8. Spicilegii Acheriani, et in Præceptis Synodalibus Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. pag. 231. in Statut. Ordin. Præmonstrat. dist. 4. cap. 15. decis. 5. cap. 11. etc.

**DEYCIERS** appellabant nostri *Deciorum* artifices 1. Regest. Artificum Paris f. 225. 226: *Deyciers, assavoir faiseurs de Dez à tables, et d'eschecs d'or et d'yvoire, etc.* [*Deyciers* infra Carpenterio.]

De vocis etymo variæ sunt sententiæ, Turnebus ad Orat. Ciceronis pag. 125. Edit. 1576. existimat ejusmodi nostrates tesseræ *Datos* appellari, quod qui in scrupis calculum promoverat, *Dare* dicebatur. Ovidius:

Tu male jactato, tu male jacta Dato.

Et Ausonius:

Narrantem fido per singula puncta recursu, Quæ Data per longas, quæ revocata moras.

Albertus Acarisius a digitis *Dados* dictos vult: *Dadi sono*, tali da Latini *detti*, con cui si giuoca a trargli con le mani, *detti Dadi da diti che piu s'adoprano in tal giuoco, che ne gli altri*; Certe *Dez*, etiamnum digitalia appellamus. Alii putant vocem esse puram putam Gallicam: quippe Cambrobritanis etiam hodie *Dis*, est cubus, alea, tessera.

Ego vero longe aliter sentio, si recte vel male, aliorum esto iudicium. Quippe ludum Deciorum dictum puto ex veteri Gallico, *Jus de Dé*, id est, iudicium Dei, seu sortes per tesseræ aleatorias jactæ: unde postmodum *Jeu de Dé* effectum; vix enim *jeu a jocus* deduxerim: nam cum id nominis solis fere taxillorum vel chartarum ludis tribuatur, in quibus ut plurimum damnum, vel lucrum sorte decernitur, admodum probabile est ita appellatas aleas, et alearum sortes, atque inde cæteros quos dicimus ludos. Porro *Juis*, iudicia Dei appellari in voce *Juisium* pluribus ostendimus: *Dé* autem pro Deo usurpatum docemur ex vet. Poëtis nostratibus. Le Roman de Huës de Tabarie MS.:

Che dit li Rois, Par le grant Dé.

Le Roman de Thibaud de Mailly MS.:

Ains scai à escient qu'ils auront plus bouté, Que n'en ot S. Thomas, qui fut occis pour Dé.

Le Chariot de Nismes:

Bonne chanson plest vous à escouter, Del meilleur homme qui ains creust en Dé, C'est de Guillaume le Marquis au cort nez.

Philippus Mouskes MS.:

Et a son fil a remandé Qu'il ot par la grace de Dé, etc.

Sed et crebrius *Dex*, et *Diex*, pro *Deus* usurpatum reperire est, unde efformata vox *Decius*.

Menagius in suo Dictionario Etymologiarum Gall. improbata Cangii nostri conjectura, Turnebi sententiam amplectitur, laudatque alteram Domini de Caseneuve, quæ fere eodem redit, ab adverbio *Datatum* nostrum *Dez* derivando, ex eo quod sibi *datatum* taxillos præbeant, qui iis ludunt. Plautus in Curculione:

Tum isti qui ludunt *Datatum*, servi scurrarum in via, Et *Datores* et factores omnes subdam sub solum.

Major est *Dati* quam *Datatum* cum vocabulo *Dez* analogia.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Decius, Dez pour jouer*. Aliud Provinc. Lat. Cod. 7657: *Dat, Prov. Decius, tallus, taxillus, tevera. Deicier, Deciorum opifex*, in Lib. 1. Statut. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 225. vº: *Quiconques veult estre Deictor a Paris, c'est assavoir faiseur de dez à table et à eschès d'or et d'yvoire, de cor et de toute autre maniere d'estoffe et de mestail, estre le puet. Deciorum ludum seu aleatorum sub annuo censu tenebat carnifex Tornacensis, ut discimus ex Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 309. bis: Pierre Damaulx exécuteur de justice et Jacques du Rosoy chirurgien, qui avoient pris à cense la secque table, brellengh et jeu de Dees de la ville de Tournay, etc. Vide infra in *Ludus* et *Ribaldi*.*

**DADUS**, Eadem notione, Italis et Hispanis *Dado*, Gallis *Dé*, Occitanis *Dat*. Constitutiones Neapol. lib. 3. tit. 57: *Qui ad Dados sic ex quadam consuetudine ludunt. Mox: Qui aleas et Dados tenent, ut ea prædictis ludentibus accommodent, inter infames habentur*. Vide Ægidii Menagii et Octavii Ferrarii Origines lingue Italice.

\* 1. **DECLAMARE**, Proclamare, promulgare, publico banno edicere. Charta ann. 1218. in Chartul. Cluniac: *Conquestus est prior et conventus quod Simon dominus Sinemuri et servientes ejus gravaverunt homines ecclesie Marciniacensis... In villa Marciniacensi Declamare fecerunt bannum ex parte domini Sinemuri.*

\* 2. **DECLAMARE**, Rem promulgatam contrario banno interdiceret. Charta an. circ. 1219. tom. 1. Probat. Histor. Britan. col. 841: *Et sicut fecit clamari sine consensu episcopi faciet Declamari, etc.* Hinc

\* **DECLAMARE MONETAM**, Illius usum prohibere, vulgo *Décier*, et *monetarum declamatio*, apud G. Pegin. tract. 2. opuscul. super *Confiteor* part. 3. cap. 2. edit. Paris. ann. 1614. in 8.

**DECLAMATIO**, pro *Clamatio*, Vocatio in jus, calumnia, rei repetitio. Occurrit apud Baldricum in Chronico Camerac. lib. 1. cap. 85. et in Decreto S. Ladislai Regis Hungar. lib. 3. cap. 9. Vide *Clamare*.

† **DECLARARE**, Illuminare. Gall. *Eclairer*. Virtutes B. Ambrosii Senens. inter Acta SS. Martii tom. 3. pag. 213: *Sic induxit ad divinæ voluntatis in iudiciis suis conformitatem, sic divinis verbis Declaravit cor ejus*. Acta S. Franciscæ Rom. Martii tom. 2. pag. 188: *Movisti tenebras, et in luce nos Declarasti*. Papiæ in voce *Eliquate*, *Declarare*, idem est quod *Eliquare*.

\* **DECLARARE REGULAM**, Eam interpretari et ad usum modernos accommodare. Chron. Jordani apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1020: *Qui (apostatæ) statum communitatis damabant et declarationes regulæ... li dogmatizabant quod nullus summus pontifex regulam beati Francisci Declarare potuit*. Vide mox *Declarator*.

**DECLARARI**, apud Gromaticos, dicuntur fines confusi, cum ad veram limitum signorumque finalium auctoritatem per Agrimensores redintegrantur. Rigalt.

\* **DECLARATIO MULTÆ**, Ejusdem exactio. Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 629: *Contrarium facientes per pœnarum et multarum impositiones et earum Declarationes et alias, prout per conservatores dictæ burgesiæ est habitus fieri consuetum, ad desistendum ab his compellendo*.

\* **DECLARATOR**, Explicator, interpret. Charta Phil. Pulc. ann. 1307. inter Instr. Hist. Lugdun. pag. 48. col. 2: *De dicta compositione custodienda et fideliter observanda, salvis declarationibus per dictos Declaratores faciendis, correctionibus, mutationibus seu emendationibus supradictis*. Vide supra *Declarare*.

\* **DECLINAMENTUM**. Virgil. Grammat. pag. 23: *Verum ego sicut nequam et cetera Declinamenta per omnes casus unam tantum habere declinationem*.

\* **DECLINARE**, Limitibus territorium definire. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Item dixit, quod corsoria, quæ sunt infra dictos confines, fuerunt designata et Declinata per curiam Arelatis*. Sed leg. forte *Declarata* vel *Delineata*.

† **DECLINARE VELUM**, est illud Dimittere, Contrahere apud Rymerum tom. 8. pag. 273. col. 2.

**DECLINATIO**, Gradus, descensus. *Descente*. Gesta Innocentii III. PP. pag. 149: *In Declinatione Basilicæ B. Petri, coram innumera multitudine, ipsam excommunicavit*.

† **DECLINATORIA EXCEPTIO**, Præscriptio juris depellens actorem petitione sua. Vox juris Gallici *Declinatoire*. Legitur in Procuratione Guillelmi de Paris ann. 1482. ex Archivo B. Mariæ de Bono Nuntio Rotomagensi.

\* **DECLINATORIUM**, Series notarum cantus per descensum, seu neuma cantus descendendo. Breviar. Biter. MS. xv. sæc. ad diem Paschæ ex Bibl. reg.: *Resp. Hæc dies, vers. et sine Declinatorio, et per omnes Horas similiter*.

† **DECLINIS**, f. pro *Declivis*, Inclinatorius. Instrum. anni 1063. apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 18: *Viccomes nihil prorsus respondebat sed Declinem vultu gerens, etc.*

† **DECLIVARE**, *Incurvare*. Papias in MS. Bituricensi. Forte leg. *Declinare*.

† **DECLIVIOSITAS**, Declivitas. Nicolaus de Jamsilla in Gestis Friderici II. Imp. apud Murator. tom. 8. cap. 550: *Ex loci montuositate et passuum angustia et Decliviositate defendi*.

**DECLIVITAS**. Liber de Disciplina Scholæ falso Boëtio adscriptus, in Proce-



mio: *Ingenii Declivitas, animarumque tenacitas, etc.*

\* **DECLIVUM**, Declivitas, Gall. *Déclin.* Charta Richardæ imper. ann. 880. inter Instr. tom. 1. Hist. Lothar. col. 316: *Inde ad rivulum fontis, de fonte per Declivum ad Alba espine, etc.*

**DECLUDERE**, *Bellicare*. Ita Ugutio. [Litteræ Ludovici Regis Jerusalem et Siciliæ ann. 1402. tom. 1. Collect. Ampliss. Marten. col. 1565: *Et inde potius prospera quam adversa succedant, et dolosis astutiis demus repulsam, et calumniantium Decludamus voluntates.* Legendum *Deludamus*, vel *Decludamus*, idem est quod *Ocelludamus*.]

**DECLUERE**, *Decorari*. Glossæ Isidor. Vide *Cluis*. Apud Papiam, *Decluere*, est *Decorare*. [In MS. Eccl. Bituric. *Decluere*, *Decorari*, et *Decluptus*, *Pelle exutus*. Hinc emendandæ Isidori Glossæ, ubi pro *Decorari* legendum *Decorari* vel *Decorari*. Vide in hac voce. *Deglubere* dixit Suetonius eadem notione, dum narrat, Presidentibus tributo onerandas provincias suadentibus rescripsisse Tiberium, *Boni pastoris esse tondere pecus, non Deglubere*. Sic *Deglubta menas*, apud Plautum, *Mas Degluptus*, apud Marcell. Emp. Vide *Decorare* 1.

\* **DECLUSATUS**, *Ornato*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. pro *Decusatus*. Vide *Decussare* et *Decluere*.

\* **DECOCIO**, Coctio, coctura, Gall. *Cuisson*. Lit. ann. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 288: *Ut ipsi habitatores (Andusiæ) possint... levare... pro Decocione cujuslibet sectan (sextarii) bladi infra dictam villam, xij. den. Turon.*

**DECOCIO**, *Apozima, elixatura*. In Glossis MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. Occurrit passim apud Medicos.

† **1. DECOGNOSCERE**, Obedientiam cæteraque officia Dominis debita denegare, Gall. *Méconnoître*. Obertus lib. 2. Annal. Genuensium apud Murator. tom. 6. col. 327: *Etenim per plebia nostra ricæ et factiones semper tempore litis civilis aderant. Cogitantes forci in cives quandoque consurgere, et Dominos terrarum jam incipiebant Decognoscere.*

\* **2. DECOGNOSCERE**, Denegare, inficari. Charta ann. 1199. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 119. r. col. 1: *Filius prædicti Adæ Renerus, cognomento Grehes, eam elemosinam Decognovit et calumpniatus est. Decognoitre, pro Méconnoître, non agnoscere, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 189. Alienam vestem induere ut alium quis mentiatur, sonat in aliis ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 254: *Colin le Roux vesti la houpebande du suppliant et dist que pour soy Desconnoistre, il avoit prins ladite houpebande. Decognoisant de raison, in aliis ann. 1378. ex Reg. 14. ch. 248. id est, a ratione aversus. Decognoisance vero ingrati animi vitium significat, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 173: *L'exposant qui voit leur Desconnoissance et ingratitude de ce qu'il avoit fait de bonne foy.* Apud Bello-manner. Ms. cap. 24. *Desconnoissance* est singularum partium enumeratio, seu libellus, quo res singulatim indicantur.**

† **DECOLARE**, ut *Colare*. Papias: *Defæcare, Decolare, a fæce purgare.*

**1. DECOLLARE**. Idem quod *Decervicare*, caput amputare, securi cædere. Gl. Lat. MS. Regium: *Decollat, decapitat, plectit*. Gloss. Lat. Græc.: *Decollo, ἀποκεφαλίζω. Decollat, ἀποκεφαλίζει, ἐκτραχίζει.* Gloss. Gr. Lat.: *Τραχηλοκοπῶ, Decollo. Τραχηλοκοπία, Decollatio.* Alibi: *Ἀποτέμνω κεφαλήν, Decollo.* Speculum Saxonicum lib.

2. art. 39. § 1: *Annonam qui noctis tempore furatus fuerit, suspendetur; et in die, Decolletur.* Adde lib. 3. art. 1. § 2. Utuntur præterea Suetonius in Caligula cap. 32. Seneca lib. 3. Controvers. Aurelius Victor in Didio Juliano, etc. S. Hieronymus lib. 2. adversus Jovinianum cap. 17. Epist. 61. cap. 15. [Vetus Interpretis Bibliorum sacrorum non semel.] etc. Notandum porro Græculos ævi posterioris vocem ἀποκεφαλίζειν, non semper pro *Decollare*, sed interdum pro *occidere*, aut *cædere* usurpasse. Origines CP. a Lambecio et Combeisio editæ de Crispo Constantini M. filio, quem constat *veneni frigore extinctum*, ex Sidonio lib. 5. Epist. 8: *Ὁν λέγουσιν ἀποκεφαλίσθηναι ὑπὸ τοῦ πατρὸς.* Et de Arcadio sanctæ Irenes Diacono: *Σκντάλαις ἀποκεφαλίσθη, Fustuario occisus est.* Hodie *Decollatio*, ut et olim apud Græcos, nobillior et nobilium pœna censetur. Xenophon. lib. 2. Anab.: *Ἀπομηθέντες τὰς κεφαλὰς, ὅπερ κάλλιστον θανάτων ἔδδεικται εἶναι.* [Vide Petrum Fabrum lib. 1. Semest. cap. 4.]

**DECOLLARE**, Vox fori Aragonensis, cum animal in loco defenso capitur, et occiditur a domino loci defensi. Martinus Didaci *Daux* Justitia Aragon. in Observantiis Regni Aragon. lib. 8. de Generalib. privileg. Regni Aragon. § 36: *Item quod dicitur de area ad aream, intellexerunt quidam, ut etiam aream primam possent transcendere villam totam, et ex alia parte villæ pascere;... et intelligitur de area ad aream, et de sole ad solem; nam de nocte non possunt, ut prædicitur, inibi remanere, quin fiat Decollatio, imo debent redire sua ganata ad aream villæ vel prope qualibet die, etc.* Et lib. 7. tit. de Pascuis § 5: *Si vedalarii viderint oves in vetato, et antequam ipsi eas capiant, extraxerint inde, non possunt aliquam Decollare extra vetatum. Vide Defensum, Vetatum.*

**DECOLLATI SOTULARES**. Concilium Salmuriense ann. 1276. cap. 5: *Nec insuper Canonici ipsi regulares Decollatos aut nodatos habeant sotulares, nisi tres nodos ad minus habeant in quolibet sotulari.*

\* **2. DECOLLARE**, Vitigare, corrumpere, deonestare; f. pro *Decolorare*. Vide in hac voce. Chron. Anglic. Th. Otterbourne pag. 68: *Veruntamen, ne causam justam Decollaret temeritas, etc.*

\* **DECOLLATUS**. A parte colli seu superiore plus æquo apertus, Gall. *Décolleté*. Stat. synod. eccl. Castr. ann. 1358. part. 2. cap. 1. ex Cod. reg. 1592. A: *Pannis rubeis aut viridibus, et manticis Decollatis, nec notanter brevisus... non utantur clerici.* Alia eccl. Tornac. ann. 1366. cap. 17. art. 16. pag. 52: *Nec utantur sotularibus plurimum Decollatis.* Vide in *Decollare* 1.

**DECOLORARE**, *Fuscare*, Joanni de Janua, Infamia notare, Deonestare: *Ex Decolor*, voce Latinis nota, apud quos, ut ait Donatus ad 8. Æneid. dicitur qui ex optimo colore, et splendido in sordidum aspectum convertitur. [Nolite me considerare quod fusca sim, quia Decoloravit me sol, in Canticis Cant. 1. 5.] Occurrit in lege 19. C. de Episc. et Cleric. (1. 3.) leg. 44. C. Th. eod. (16. 2.) in Nov. Martiani de Matrimonio. Senat. apud S. Cyprian. in Præfat. ad tractat. de Cardinalibus operib. Christi, S. Augustin. Epist. 5. 67. 159. lib. de Unico Bapt. part. 16. in Gestis Collat. Carthag. part. 1. cap. 5. part. 3. cap. 29. apud S. Ambrosium Epist. 4. 19. S. Zenon. Veronens. Sermon. de Pudicitia, Gelasium

PP. in Epist. ad Episcopos Orient. Lampridium in Severo, etc.

**DECOLORARE**, Coloribus ac pictura adumbrare. Burchardus Monachus de Casib. S. Galli cap. 2: *In sinistra vero parte dormitionem S. Joannis cum Decolorasset, sibi etiam inibi altare ædificavit.*

**DECOLOROSUS**, Decolor, qui colorem amisit, apud Adamnanum lib. 3. de Vita S. Columbani.

\* **DECOMERE**, idem quod *Comere*, parare, apud Mabill. tom. 1. Itiner. Ital. pag. 10. ex Cod. Ms. Evang. Vercel.:

Argentum postquam fulvo Decompsit et auro.

Vide *Decomptor*.

**DECOMITARE**, [Comitis dignitatem auferre.] Vide *Barones* in Alemannia.

† **DECOMPTOR**, Qui comit, seu Comam componit et exornat. S. Prosper Præfat. in Respons. ad Capitula Gallorum init.: *Contra inimicos gratiæ Christi et liberi arbitrii Decomptores; id est, Liberum arbitrium nimium ornantes et extollentes, metaphora ducta ab iis qui nimiam curam dant capillis componendis.*

\* **DECONCILIO**. [Adimo, aufero, quemadmodum concilio usurpatur pro adicere alicui. *Plaut. Fragm. apud Fest. in Persibus.* Nihil *Deconciliares* illi.]

\* **DECONDUCERE**, Deducere. Laudes domus Aurix Januens. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1177: *Exstant apud concives nostros peræque nobilium majorum domus, quæque ad unum modo cognomen conjunctionis gratia a diversorum nimio numero Deconductæ sunt.*

\* **DECONSTARE**, Constare, Gall. *Couter*. Lit. Phil. Pulc. ann. 1313: *Merces eorum et panis marchati occasione et prætextu marchæ prædictæ Deconstiterunt de caballo seu de capitali, etc.* Vide *Decostare*.

\* **DECONTOR**. [Idem quod cunctor. *Apul. 10. Met. post init.* Unde potissimum caperet exordium, *Decontatur*. *Id. 7. ibid.* Dum in ista necis meæ *Decontor* electione.]

**DE CONTRA**, Juxta, Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 34: *Finita vero locutione, statim debent qui De contra sedent, in ea parte in qua sedet conventus sessum ire.* Papias: *De contra video, usu dicitur, non ratione.*

\*\* **DECONTUS**. Epistola ann. 1337. in Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1039: *Ut dictis suis Judeis in territorio ibidem, de debitis eorum jam dudum Decontis satisfiat.*

\* **DECONTRAHERE**, Contrahere, revocare. Laudes domus Aurix Januens. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1179: *Qui (Stephanus) cum annonæ caritate nostra civitas opprimeretur, et magni vir animi lucrificare plurimum potuisset, ad vile pretium Decontraicit et venumdedit sine lucro.*

\* **DECONVALLIS**. [Magna Vallis. *DIEF.*]

\* **DECOQTIO**, ut supra *Decoccio*. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 45. col. 2: *Pro Decoqtione panis dictæ caritatis et aliis laboribus impensis, etc.*

\* **DECORABILIS**, Decorus. Vita S. Beatharii tom. 1. Aug. pag. 170. col. 1: *Litteris enim decertissime erat eruditus, urbanitate Decorabili ornatus ac sublimatus.*

† **DECORAMEN**, Ornatus, apud Silium Ital.

† **DECORAMENTA** MATRONALIA, Ornata

menta apud Tertullianum de Cultu fem. cap. 12.

\* **DECORAMENTUM**, Decus, ornamentum, Gall. *Embellissement, Decorement*, in Lit. Ludov. XI. reg. Franc. ann. 1474. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 326. col. 1. Pactum inter reg. episc. et consules Caturc. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 487: *Poterunt dicti consules statuere super ipsis, quæ concernent Decoramentum et mundificationem civitatis.*

† **DECORATIO**, Ornatus apud S. Augustinum. *Decorations pontificales* in Bulla Pauli III. Papæ, Maceriarum Insulæ-Barbaræ tom. 1. pag. 261.

\* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Sequuntur ornamenta et paramenta altaris et vestimenta sacerdotalia, et alia ad Decorationem dictæ sacræ capellæ ordinata.*

**DECORATOR**, Fullo, Gloss. MS. Regio Cod. 1013. et Isidori. Papias: *Fullo, lavandarius, Decorator.*

† **DECORATIUM LIGNUM**, Lignum, ut arbitror, mensura, quam Gallice *Corde* nuncupamus, dimensum. Statuta vetera MSS. Capituli Senon. cap. de Archidiacono: *Item pro igne qui fit in medio claustris in crastino Nativit. Domini ad Matutinas, debet septem mensuras ligni grossi Decorati.*

\* Nisi legendum putes *Decorticati*, quod satis placet.

**DECOREA**. Vide *Decuria*.

1. **DECORIANE**, Loris cædere, Gallis *Escorcher*. Gl. Lat. MS. Regium: *Degluit*, (leg. *Degluvit*) *Decoravit*. Gl. Gr. Lat.: *Ἐκδύρω, Decorio. Ἐκδύρω, Decorio, deglubo. Ἀποδύρω, Discorio, degluvo.* Martyrologium Gellonense, de S. Bartholomæo: *Ad ultimum in Albano majoris Armeniæ urbe vivens a barbaris Decoratur.* Lex Ripuar. tit. 76. cap. 6: *Corio cum capite Decoriato.* Ita præferre Cod. MS. monet Baluz. ubi alii habent *Decorticato*. Otto de S. Blasio cap. 59: *Et quemdam læssæ Majestatis convictum pelle exutum Decoriauit.* Decreta S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. cap. 26: *Si quis fornicatur cum ancilla alterius, sciat se reum esse criminis, et pro eodem crimine Decoriar. Si vero secundo cum eadem fornicatus fuerit, iterum Decorietur et depletur.* Vide *Excoriare* [et *Discoriare*.]

\* 2. **DECORIANE**, Nudare, spoliare. Bened. abb. Petroburg. de gestis Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 2. pag. 391: *Beati Martialis feretrum Decoriauit, et alia monasterii illius vasa aurea et argentea asportavit.* (Gaufridus comes Britannic.)

\* **DECORITER**. [Ornate, decore, pulcre. Apud. 5. Met. Crinium globos *Decoriter* impeditos. Id. 11. *ibid.* Palla ad ultimas oras *Decoriter* fluctuabat.]

\* **DECOROSITAS**, Pulchritudo, decus. Vita S. Nivardi episc. Rem. tom. 1. Sept. pag. 278. col. 2: *Implevit gratia Christi pectus infantis, et dum ornamentis scientiæ Decorositate mirabili se illustrare contendit, etc.*

**DECOROSUS**, *Εὐπρεπής, Pulcher, Decens*, in Gloss. Gr. Lat. Papias et Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013: *Decorosus, Decoratus.* [\*\* *Vitium decorosum*, apud Virgil. Grammat. pag. 62. Apud Senecam Ep. 93. reposuit e codicibus Gronovius.]

**DECORPORARE**, Avellere, detorquere, quasi a corpore separare. Vita S. Castrensis Episc. cap. 1: *Quo pacto mentes fidelium a tramine sanctæ fidei Decorporare valuisse.*

**DECORRIGIARE**, et **EXCORRIGIARE**, *Corrigiam solvere*, Ugutioni.

**DECORTICARE**, Corticem auferre, nostris *Escorcher*. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀπολεπίω, Decortico*. Gl. Lat. Græc.: *Decorticat, λεπίται δένδρον.* Hinc arbores *Decorticare*. Lex Salica tit. 28. § 10: *Si quis miliarium, [Eccard. Melarium] aut pirarium Decorticaaverit.* Charta Henrici Imp. ann. 1014. apud Ughellum in Episc. Novariensib.: *Castra dirupta, domus eversæ, vineæ incisæ, arbores Decorticatæ, etc.* Statuta Provinciæ: *Si quis arbores.... eradicaaverit, vel insciderit vel Excorticaaverit, etc.* Fori Beneharnenses, Rubr. de *Boscages*: *Qui Escorcherà quasso, o tassin, etc. Les arbres Cerner, in Stabilimentis S. Ludov. lib. 1. cap. 26.*

**DECORTICARE CABALLUM**, in Lege Salica tit. 68. § 1: *Si quis caballum alienum sine consensu possessoris Decorticaaverit, etc.* Titulus habet, *de caballo Excorticato*. Sic etiam habetur vox *Excorticare*, eadem notione in Lege Ripuar. tit. 86. et in Edicto Rotharis Reg. Longob. tit. 105. § 15. 16. [\*\* 340. 441.] At Bigonius ad dictum tit. 68. Legis Salicæ monet in aliquot Codd. MSS. haberi *Decotaverit*, id est, caudam abstulerit, aut *Curtaverit*. Ita ut *Decorticare* perperam scriptum sit pro *decurtare*: nam et *curtatos caballos* dici supra observatum, quibus cauda decisa est.

† **DECOSTAMENTUM**, Expensa, sumtus, Gall. *Coust, Depense*. Charta Officialis Claromont. ann. 1354. apud Baluz. Hist. Geneal. Arvernæ tom. 2. pag. 319: *Quousque eidem Domino Amedeo... de prædictis decem milibus dictorum florenorum dicti auri erit et fuerit plenarie et integre satisfactum, ac omnia univaria et singula damna, Decostamenta, interesse et expensas.* Chartular. Æduense in Instrumento emptionis ann. 1329: *Resarcire ipsorum venditorum... omnes expensas et damna, Detestamenta et interesse, misias atque deperdita sive sumptus.* Legendum *Decostamenta* pro *Detestamenta*. Vide *Custus*.

† **DECOSTARE**, Constare, Gall. *Couter*. Informationes Civitatis Massil. de passagio transmarino, ex MS. San-German.: *Item Decostabit navis cum suo fornimento, et apparatus, et cordis, quinque millia lib. Turon. parvorum.* Pluries occurrit ibi. Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1316.: *Tantum defalcetur, quantum Decostant emptiones prædictæ.* Inquisitio ann. 1323. in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 41. col. 2: *Postmodum ab ipsis hominibus recuperari fecit in duplo, seu duplex pretium quam Decostiterant, sic opprimendo subditos suos.* Computum ann. 1324. ejusd. Hist. pag. 132. col. 1: *Decostat qualibet teysia LX. sol.* Occurrit rursus apud Rymerm tom. 3. pag. 684. col. 2. et in Transactione inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex Libro viridi fol. 53.

† **DECOTARE**, Caudam auferre. Vide *Decorticare caballum*.

\* Aliud sonat Gallicum *Descoter*, per costas nempe vulnerare, percutere, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 36: *Iceului Jehan saicha un coutel et en Descota lidiz Massins par le corps, tellement que trois jours apres la mort s'en ensuy.* Vide supra *Costatus*.

† **DECOSTAMENTUM**, ut *Decostamentum*. Charta Johannis Bohemii ann. 1409. apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 413: *Resarcire... omnia et singula dampna, sumptus, missiones, Decoustamenta, interesse et expensas.*

† **DECOUSTARE**, ut *Decostare*. Quolibet

*pede Decoustante XII. den.* in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 1. Vide *Custus*.

**DECREDERE**, Non credere, fidem derogare, *Décroire, Mécroire*, in Statutis S. Ludovici lib. 1. cap. 54. 66. S. Bernardus Epist. 289: *Intervenit Andreas, cui in nullo Decredere possumus.* Iterum Epist. 291. [et lib. 3. de Consideratione.] Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 2: *Cui nullo modo ex fide possemus promissa Decredere, nec ex affectione preces quantumcumque gravissimas obaudire.*

**DISCREDERE**, Eadem notione. Commo-dianus Instruct. 1:

... Quod Discredunt inscia corda.

Instruct. 25:

Ergo si quis ea Discredit esse futura.

Addere Instructionem 29. 65. Hincmarus Laudunensis Episcopus: *Domnus Rex... qui priori die dixerat se mihi nihil ex sua parte Discredere, minatus est, etc.* Sanctus Bernardus Epist. 158: *Multi se audivisse nunc perhibent, quibus Discredendum non est.* Utuntur non semel Scriptores, [\*\* Virgil. Grammat. pag. 25. 59. 63. Jul. Valer. de reb. Alex. lib. 3. cap. 58.] Beda in Ep. Apologetica pag. 2. Alfredus Rievallensis, Fulbertus Carnotensis Epist. 4. Sugerius apud Doubletum pag. 875. Simeon Dunelmensis lib. 4. de Dunelm. Ecclesia cap. 6. Baldricus Dolensis in Translat. capitis S. Valentini n. 2. Vita S. Deicoli Abbat. Lutrensis n. 15. Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 86. RATHERICUS Veron. in Apoget. pag. 231. Orderic. Vital. pag. 370. 739. Ermenricus de Mirac. S. Othmari cap. 21. etc.

† **DECREPITAS**, Senectus decrepita, in Vita S. Bibiani Sancton. Episc. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 761. et in Laudibus Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 96.

\* *Décrepité*, nostris olim, pro *Décrepitudine*, infirmitas, languor. Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 46: *Iceulle Jaquette.... avoit tenue depuis six ans ença en grant maladie et Décrepité une femme... par leurs sorceries.*

† **DECRESCERE**, Eleganter dixit Tertullian. de Pœnitent. cap. 11: *Ad occursum majoris cujusque persone Decrescentes*, id est, Corpus inclinantes, generationis testandæ gratia.

† **DECRET**, *δογματικὴ, συλλογικὴ, Decernit*, in Supplemento Antiquarii.

\* Glossar. Lat. Gr.: *Decret, δογματικὴ, συλλογικὴ.*

**DECRETA**, Jurisconsultis, dicuntur quæ Princeps causa cognita et parte utraque audita pronuntiat. Glossæ Basilic.: *Δέκρετον, ἀπόφασις βασιλέως καὶ ἀρχόντος.* At sequiori ævo obtinuit, ut Summorum Pontificum Edicta et Statuta propria appellatione *Decreta* appellarentur. Papias: *Decreta, Instituta proprie Papæ sunt, præcepta vero Regum.* Ejusmodi vero *Decreta Decretalium regulas, et regulas præsulum Romanorum, quibus in omnibus Ecclesiasticis judiciis utimur*, vocat Leo IV. PP. in Epist. ad Episcopos Britannicæ cap. 6. Nicolaus I. in Epist. 6. ad Photium: *Decretalia autem quæ a sanctis Pontificibus primæ Sedis Romanæ Ecclesiæ sunt instituta, cujus auctoritate atque sanctione omnes Synodi et sancta Concilia roborantur, et stabilitatem sumunt, etc.* Adde Concilium Romanum ann. 863. cap. 5. De auctoritate vero Decretorum Summorum Pontificum, multa habent præterea idem Nicolaus I. PP. Epist. 42. Concilium Romanum ann. 1074. cap. 3. Bernaldus Presbyter Constantiensis

lib. de Reconciliat. lapsorum pag. 259. 260. etc.

Decreta ista Pontificia, atque adeo Conciliorum Canones præcipuos, in unum corpus sub certis titulis rederegino, Burchardus Wormaciensis, Anselmus Lucensis, et Ivo Carnotensis: deinde Gratianus, qui sub Eugenio PP. III. vixit, cujus Compilatio, quod ab Ecclesia recepta sit, prima dici solet, de qua copiose egit vir doctissimus Stephanus Baluzius in Præfatione ad Antonii Augustini Dialogos de Emendatione ejusdem Gratiani.

Exhinc, aliam Decretalium Collectionem aggressus est Bernardus Circa, Papiensis Præpositus, mox Faventinus Episcopus, et sub iisdem fere titulis, quibus Gregoriana Collectio hodie constat, redegit. Hanc ipse *Breviarium Extravaganantium*, alii postea *Primum Collectionem Decretalium* appellarunt. In ea exstant Alexandri III. Lucii III. et aliorum ad Cælestinum III. rescripta.

*Secundum Collectionem* Bernardum imitati confecere Gilbertus atque Alanus, quibus nomen præripuit Jo. Galensis Volaterranus, qui post 12. a prima Compilatione annos, eorundem Pontificum Rescripta collegit, itemque Cælestini III.

*Tertiam Collectionem* incæperat Bernardus Major Compostellanus Archidiaconus ex Registris Innocentii III. eaque aliquando *Romana Compilatio* dicta est. Sed offensi Romani quod usu iudiciorum minus recepta referret, ab eodem Innocentio impetrarunt, ut Pontificia auctoritate aliqua Collectio ederetur. Cui rei Petrus Beneventanus Notarius præfectus est anno ejusdem Pontificis duodecimo. Tunc primum publica auctoritate facta Collectio Juris Pontificii est, cum superiores omnes Collectiones privata auctoritate exaratæ essent.

*Quartæ Collectioni* causam præbuit Concilium Lateranense, in quo idem Innocentius capita 71. edidit, sed et illo iniquissimi spatio post tertiam Collectionem aliquot ediderat Constitutiones. Ita duplex exstat Editio, altera Canonum ejus tantum Concilii continens, altera alias quoque Constitutiones. Has quatuor veteres Collectiones edidit Antonius Augustinus, Ilerdensis Episcopus, et notis illustravit.

*Quinta Collectio* Honorii III. Constitutiones habet a Tancredo Bononiensi Archidiacono collectas sub ipsius Pontificis nomine. Hanc edidit Innocentius Cironus. Vide Anton. August. ad Collect. Decret. Francisc. Florentem in Præfat. ad lib. 1. Decretal. Gregor. IX. Cæsarem Egassium Bulaum in Hist. Universitat. Parisiensis tom. 3. pag. 98. [et Petrum Coustant in Præfatione tom. 1. Epistolarum Rom. Pontificum.]

DECRETISTA, Qui studet in Decretis. Jo. de Janua. Utitur Cæsarius lib. 11. cap. 46: *Magistri Decretistæ*, qui Professores Juris Canonici, in Charta ann. 1228. apud Catellum in Hist. Tolos. pag. 334. Otto de S. Blasio cap. 47: *Decretistas quoque de multis inutilibus et lectionem gravantibus concordantiis reprehendit*. [Occurrit semel et iterum in Statutis Academiae Paris. apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 383. et 385. *Decretorum Doctor* appellatur in Concilio Toletano anni 1326. etc.] [*Decretalista* in Statut. Univers. Bonon. lib. 1. pag. 19. rubr. de Statut. Iidem sunt *Canonistæ*. Vide Savinii Histor. Jur. Roman. med. temp. cap. 22. § 191.]

\* *Discretistre*, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2:

Tout plaideur, tout Discretistre,  
Tout avocat et tout legistre, etc.

† **DECRETALE**, Constitutio, Statutum, Decretum. Charta XI. sæculi ex Archivio S. Victoris Massil. armar. Forojul. n. 10: *Cernentes Decretale omnino irrumpi non debere paternum, maximeque Ecclesiasticum, etc. Decretale præcum*, quo scilicet preces Deo fundendæ decernuntur ab Episcopis, apud Baluzium tom. 1. Capitul. col. 199. Vide alia notione in *Decretum*.

† **DECRETALES**, Epistolæ summorum Pontificum *Decreta* complectentes, seu responsa iis, qui aliqua de re illos consulunt. De his Gelasius PP. in Synodo Rom. anni 494: *Item Decretales Epistolæ quas beatissimi Papæ pro diversorum Patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendæ sunt*. Prima Decretalis quæ ad nos pervenerit, Epistola Siricii est ad Himerium Episcop. Tarracensem: aliæ omnes, quas Isidorus impostor noni sæculi Siricii prædecessoribus affinxit, spurias esse et supposititias agnoscunt hodie eruditi omnes. De earum suppositione consule, si velis, D. Petrum Coustant in Præfatione tom. 1. Epistol. Rom. Pontif. nn. 153. et seqq. Vide *Decreta*.

\* **DECRETALIS MONACHUS**, Litibus prosequendis præfectus, ni fallor; vel Juris canonici professor. Serm. anonymi Ms. ex Bibl. Selincurt. ord. Præmonstr. dioc. Ambian.: *Beatus Benedictus instituit tres magistros aliorum in suo ordine, scilicet abbatem, priorem et procuratorem rerum temporalium: sed modo diabolus de novo substituit quartum, scilicet monachum Decretalem, qui dilapidat bona totius domus et perturbat omnes fratres*. Vide mox *Decretista*. *Decretalle*, Fustis genus vocarunt nostri. Lit. remiss. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 11: *Icellui Regnaut avoit feru d'un baton, appellé Decretalle, ledit Nicolas parmi la teste si grand coup, que ledit Nicolas estoit cheu à terre*.

† **DECRETALITER**, juxta Patrum Decreta et sacros Canones. Occurrit apud Acherium Spicil. tom. 2. pag. 176.

† **DECRETARE**, Decernere. Passio S. Medici Martyris tom. 5. Junii pag. 8: *Quid decretasti circa salutem tuam amice? Insuper Decreto firmare in Onomastico ad calcem. tom. 1. SS. Mail, Gall. Decret. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 399. col. 1. in Ordinatione anni 1340: *Faciatis Decretari qualiter super ipsis supplicationibus stant litteræ opportuna*. Ibid. pag. 397. col. 2: *In audientia litterarum Decretandis supplicationibus ac litteris sigillandis, et perceptio juris sigilli, modum et formam servare bebeat* (Cancellarius) *infrascriptas*. Et infra: *Item, dictis supplicationibus admissis vel Decretatis, dictus Cancellarius inter Notarios proportionaliter distribuatur, sicut decet*.*

† **DECRETATIO SUPER LITTERIS**, Eadem notione ibidem.

\* **DECRETATA PAPYRUS**, Notata, signata, ut fides ei adhibeatur, ex *Decreto* principis vel juridice inscripta. Charta an. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 95: *Notum fieri volumus universis nos reperisse in recognitionibus dalphinibus... per dominum Guigonem Borelli commissarium in hac parte ab excellentia dalphinali specialiter deputatum, receptis... in quadam papiru desuper Decretata, recognitiones universitatibus ac singularium personarum de Podiis (S. Petri.)*

† **DECRETIO**, *Decretum vel Dispositio*. Papias MS. Bituric.

† **DECRETISTA**, DECRETORUM DOCTOR. Vide post *Decreta*.

\* **DECRETOR**, Judex, arbiter. Glab. Rodulph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 7: *Romanorum principem, imperatorum Decretorem, datoremque legum, atque ordinatorem pontificum, etc.*

\* **DECRETORII DIES**. Vide infra in *Dies* 5.

**DECRETUM**, Epistola Cleri et populi Ecclesiæ Episcopalis missa ad Metropolitanum et Episcopos diocesanos Metropolitanis, qua eum, quem in Episcopum elegerunt, ab iis ordinari et consecrari postulant. Τῆς χειροτονίας τὸ ψήφισμα, Palladio in Vita Chrysostomi pag. 39. Edit. Emerici Bigotii. Istiusmodi Epistolæ formula exstat in Ordine Romano, hoc lemmate: *Decretum quod Clerus et populus firmare debet de electo Episcopo*. Aliæ complusculæ habentur in Diurno Romano cap. 2. tit. 2. 3. 4. cap. 3. tit. 1. apud Sirmondum ad calcem tom. 2. Concil. Gall. pag. 647. et seqq. et tom. 3. pag. 480. apud Petrum Priorem S. Joan. Senon. Epist. 3. Usserium Armachanum in Epist. Hibernicis Epist. 25. 33. 40. in Probat. Histor. Cabilonensis tom. 2. pag. 78. Gul. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 354. etc. Adde Anastasium in Conone PP. et Ordericum Vital. lib. 10. pag. 776.

DECRETALE vero in Diurno Romano cap. 3. tit. 3 appellatur Epistola cleri et populi ad Papam, vel ad Metropolitanam, qua rogatur, ut electus consecratur Episcopus.

Per *decretum* vero fieri dicitur Episcopus qui a Clero et plebe legitime electus est, et postea a Metropolitanano et Episcoporum consensu publice decernitur Episcopus, viso electionis decreto, ab omnibus rite subscripto. Ita in Epistolis Symmachi I. PP. 5. et ad Cæsarium Arelat. in Concilio Arvern. can. 2. Aurelian. IV. can. 5. Aurelian. V. can. 11. Suession. II. act. 1. 3. etc. Gregorius Turon. de Vita S. Maurilii Episc. Andegav. MS. cap. 13. de ejusdem Sancti electione: *Ideoque in unum non valebant venire Decretum*. Infra: *Mox pari Mente ac voto in unam venere sententiam*. Vide Liberatum Diac. cap. 20. Epistolam synod. Concilii Tricassini ann. 867. Epist. Cleri Senonensis tom. 2. Concil. Gall. Gregorium M. lib. 2. Epist. 19. lib. 7. Ind. 2. Epist. 51. 52. 89. Joannem VIII. PP. Epist. 231. Lambertum in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 7. veterem Schedam de Episcoporum ordinat. editam post Capitularia Baluziana pag. 1372. eundem Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. pag. 161. et Notas nostras ad Cinnamum. [*¶ Glossar. med. Græcit voce Πρῆξις.*]

**DECRIMINARE**, In crimen vocare, accusare. Rotharis Rex Longob. tit. 4. Legis suæ § 3: *Si quis uxorem suam Decriminaverit... quasi adulterasset, etc.* [*¶ Grimoald. cap. 7. Murator. legit incriminaverit.*]

† **DECRUSARE**, [*¶ DECRUSTARE.*] Johan. Iperius in Chronico S. Bertini ad ann. 1148. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 644: *Ecclesiæ thesauri distrahuntur, ciboria, feretra ceteraque jocalia auro et argento Decrusantur*. Lege *Decrustantur*, id est, evelluntur incrustationes auri, nisi forte mavis a Græco χρυσός, Aurum, effectum esse *Decrusare* vocabulum. [*¶ Adalberti Miracul. S. Heinrici cap. 4. ap. Pertz. vol. Script. 4. pag. 812: Quidam edituus... furtis cepit assuescere*

et in ipsa ecclesia quæque poterat clanculo decrustabat.]

† **DECTURA**, Vide in *Directum* 3.

† **DECTUS**, pro *Deccus* vel *Decus*, Terminus, limes. Pactum ann. 1410. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 561. art. 25: *Quatuor consules, pro nunc existentes in villa Lautrici, utantur eorum officio consulatus, et illud exercent in dicta villa Lautrici et ejus Dectis et pertinentiis solitis et consuetis. Vide Deci.*

† **DECUBARE**, *Vigilare*, Ugotioni; ἐκκοῦρειν, Græcis. Wallones etiam nunc dicunt *Découcher*, pro *de lecto surgere*. Gloss. Lat. Gr.: *Decubis*, μνηστήρ, ἀπόκοτος. Vide *Excubiæ*.

\* Lit. remiss. ann. 1872. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 136: *Ouquel hostel ledit chappellain demoura et coucha celle nuit; et quant il fust lendemain Descouché, etc.* Aliæ ann. 1400. in Reg. 156. ch. 298: *Trouverent ledit Merigot, qui encore estoit couchié ou lit, et sa mère qui estoit Descouchée. Descoucher* præterea, pro Tempore e lecto surgendi, apud Christ. Pisan. Histor. Caroli V. part. 1. cap. 16: *L'heure de son Descoucher à matin estoit réglément comme de six à sept heures.* Lit. remiss. ann. 1878. in Reg. 113. ch. 69: *Au Descoucher au matin ledit Mathieu se feust complaint de ses dix deniers, qui ostez lui estoient.*

† **DECUBIÆ**, Joan. de Janua: *Decubiæ, vigiliæ, vel quod vulgo dicitur Palææ mulieris, unde dicitur. Hæc jacet in Decubiis, et dicitur a Decumbo, vel a Decubo, quod est jacere in partu, vel in infirmitate.* Ugotio MS. habet: *Vigiliæ, quæ vulgo dicuntur Palææ mulieris: ubi forte palæ, idem valet quod pallidæ, cujusmodi esse solent illæ quæ vigiliis gravantur.* [Miracula S. Amalbergæ tom. 3. Julii pag. 107: *Quod si convalescerit infans et annihilaretur illius carnis inflatio, veniret mater, quam cito surgeret a Decubiis, ut B. virginis Amalbergæ filium suum cum oblationibus immolaret.*]

† **DECUBIS**, μνηστήρ, ἀπόκοτος, Procus, Adulter, in Supplemento Antiquarii.

† **DECUCULLARE**, Cucullum seu vestem monasticam deponere. Hist. Mediani Monasterii pag. 179. e Richerii Chronico Senon. lib. 1. cap. 17: *Monachi omnes in modico tempore sunt Decucullati, et ita male adunati, dispersi sunt.*

† **DECUDES**, *Decuriones*, Glossar. Sangerm. num. 501. et Laurent. in Amalthea ex Glossis Legendum *Decures* ut apud Festum.

† **DECUDIA**, ἐρεοςία, Nugæ, Irritamenta, in Supplemento Antiquarii.

† **DECULARE**, Papiæ, *Decurtare*, quasi culum abscindere.

† **DECULCA**, *Valde occulta*. Glossar. Sangerman. n. 501. Legendum *Deculta* pro *Deoculta*. Festus habet, *Decultant, Valde occultantur. Decultare* dictum est, ut *Occultare* ab *Occulo*.

† **DECULPARE**, Culpam eluere, vel a se aut ab aliquo amoliri, Gallis *Déculper*. Consuetudines Lorriaci: *Contra petitionem impetentis per solam manum suam se Deculpabit.*

\* Libert. castri Mailliaci ann. 1239. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 717. art. 25: *Si cui impositum fuerit quod in arena mea in planum venatus fuerit, solo juramento se Deculpabit.* Vide infra *Descolpare*.

† **DECULTUS**. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 39. § 3: *Si requirere neglexerit, quod per fraudem Decultum est, etc.* [\* 59. (6, 6.) Murrator. per fraudem tultum est.] In Margine scribitur, abla-

tum, vice glossematis. [Mallm *Occultum. Vide Deculca.*]

† **DECUM**, Vox efficta a Gallico *Digue*, Moles, agger. Menotus Sermon. Quadragesim. fol. 148: *Nunquam riparia fuit tam magna sicut est aqua luxurie excecans omnes. Nonne sunt ultra pontes et Deca?* Vide *Diccus*.

1. **DECUMANI**, in Ecclesia Mediolanensi, quos modo *Capellanos titulares* vocant, ut auctor est Joan. Puricellus in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 375. 376. quæ quidem *Decumanorum* nomenclatura tum primum legitur circa annum 1000. *Canonici Decumani*, in libro cui titulus *Flos Florum*, fol. 86. pag. 2: *Ipsæ beatus Simplicianus 24. Canonicos Decimianos (leg. Decumanos) in Ecclesia majori ordinavit.* Unde licet colligere eosdem esse quos nostri *Canonicos Vicarios*, de quibus suo loco diximus, appellant. Charta Galdini Archiep. Mediolan. apud Ughellum tom. 4. pag. 221: *Sedes autem et stadia Sacerdotum vel Diaconorum ad vos solos spectare decernimus, adeo ut in ipsis sedibus vobis presentibus nulli Decumanorum sine vestra jussione sedere liceat: nec ad stadia, cum Missam cantant, per medium Chorum ante vos transeant, sed more solito post sedes vestras ad altare ascendant. Canonici Decumanorum, in Charta ann. 1200. apud eundem pag. 1163. 1171. Decumanorum Eccles. Mediolanensis crebra est mentio in veteribus Tabulis apud eundem Puricellum pag. 359. 360. 369. 375. 413. 425. 541. etc.*

† 2. **DECUMANUS**, Fluctus vehementior sic nude dictus, quod ut habet Festus, *Fluctus decumanus, seu decimus fieri maximus dicitur.* Tertull. de Pallio cap. 2: *Sic et maris fides infamis, dum et flabris æque mutantibus, de tranquillo probrum, de flustris temperatum, et extemplo de Decumanis inquietat.* Item lib. de anima cap. 52: *Vis est illa navigiis, cum longe a Caphareis sanis, nullis depugnata turbinibus, nullis quassata Decumanis, adulante flatu, labente cursu, lætante comitatu, intestino repente percusu, cum tota securitate desidunt.*

† **DECUMANUS LIMES**. Vide *Decimanus*.

\* **DECUMBERE**, pro *Decurrere*, ut legitur in Dipl. Henr. V. imper. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imperat. Leon. Urbev. pag. 192. Aliud Henr. VI. ann. 1187. ibid. pag. 197: *Concedimus ut in sæpedito flumine Arni et in omnibus aliis aquis, quæ sive per allodium, sive juxta allodium monasterii Decumbunt, quælibet utilia sibi ædificia construant.*

† **DECUMBITIO**, vel *DISCUMBITIO*, pro morte vel sepultura, vel etiam requie quæ defunctorum animæ potitur, non semel occurrit in Vita MS. S. Winvaloei e Bibl. Landevenecensi; unde dictum suspicor *Decumbitio feodi* vel alterius rei datæ, pro Feodo plane *amortisato*, vel Re ita Ecclesiæ concessa, ut inde nihil sibi reserret, qui illam donat. Charta Gradloni Regis Britonum apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 17: *Volo illi dare.... tribum Petran, xxx. villas in Dicumbitione æterna... et omnem plebem Teleruc, excepto Lanleobon, in Dicumbitione æterna.... Crauzon in æternam hæreditatem, Avalpren in Dicumbitionem æternam, Lanloë-qued in æternam Decumbitionem.* Et col. 80. in Charta Alani Ducis pro Johanne Abbate: *Donat decimas vini.... præfato S. Guingaloeo ejusque Abbati Johanni in Dicumbitione et hæreditate perpetua pro stabilitate*

regni et pro redemptioe animæ suæ. Tabularium Kemperleg.: *Dedi Monasterio S. Crucis..... in Decumbitione æterna, etc.* Vide *Dicambitio* et *Dicombitum*.

\* In locis ex Hist. Britan. laudatis idem sonat quod *Manus mortua*. Vide in hac voce.

† **DECUNA**, pro *Decima*. Charta Fundationis Cellæ S. Theobaldi in Annal. Bened. tom. 5. pag. 663. col. 1: *Sint libera omni Decuna, terragio, impositione et onere, quæ mihi debentur.*

† **DECUNATIO**, pro *Decimatio*, in Charta anni 1152. apud Thomasserium in Biturig. pag. 703.

\* **DECUNDUS**, an *Decimus*? Chartul. magn. S. Vict. Massil. fol. 108. vº: *Spatula una, et emina Decunda, et pannos.* Vide *Decuna*.

† **DECURARE**, Nimum curare. Stephanus Episc. in Vita S. Guillelmi Firmati, tom. 3. April. pag. 358: *Quare filia Decuras transitoria? Quare res quævis retinere volatiles?*

† **DECURES**. Vide *Decudes*.

1. **DECURIA**, Idem quod *Decena* 2. Vide supra.

2. **DECURIA**, Nota X. seu incisio quæ in arboribus fieri solet, cum terminorum vicem obtinent. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 6. § 1: *In arboribus... faciat tres Decurias, quæ vocantur Characteres.* Lex Bajwar. tit. 11. cap. 3. § 2: *Si hæc signa defuerint, tunc in arboribus notas, quas Decoreas vocant, convenit observare.* Quæ totidem verbis habentur in Lege Wisig. lib. 10. tit. 3. § 3. At in Lege Bajuwar. Edit. Heroldi cap. 15. tit. 3. § 2. sic habetur: *Si hæc signa defuerint, tunc in arborum notis, quas Decorticas vocant, convenit observare, etc.* [Baluz. habet *Decoreas*, tit. 11. cap. 3. § 2.] Papinian. Respons. tit. 39: *Aut arbores terminales quæ Decoreas accipiunt; al. Decurias.* [Præceptum Caroli Calvi inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 30: *Terminat prædictus alodis de una parte ad molinos Gualampadi, qui sunt serti in ripa Urbione, ubi signa supraposita atque Decurias... et sic vadit ad illicem, ubi factæ sunt Decurias.] Decussum et Decum vocant Gromatici Auctor incertus: *Terminus si Decum X. habuerit quadrifinium exponet.* Innocentius habet, *Decus et plumbum et quaternarios et calcem. Petreæ Decussatæ, lapis Decussatus*, apud Siculum Flaccum. *Decussa* eadem notione non semel habetur in Charta edita a Mabillonio lib. 6. de Re Diplomat. pag. 464. Vide *Dextri*. [\* Vide Grimmii Antiquit. Juris German. pag. 545. et 596.]*

3. **DECURIA**, Δέξακ, *Decuriæ pellium tintoriarum triginta*, in Epistola Valeriani apud Pollionem in Claudio, sunt fasciuli decem pelibus constantes. Vide *Dacra*.

† **DECURIALES**, Qui erant ex decuriis urbis Romæ, et acta omnia et monumenta servabant, præcipue sententias judiciorum, etc. Vide Henric. Valesium ad lib. 5. Socrat. cap. 18. [*Decurialis*, Tertulliano, ad Decuriam pertinens. *Decurialis numerus* lib. de Anima cap. 37.] [\* Vide Savin. Tractat. jur. roman. tom. 2. § 88. not. d. Ἀποδοκόςτιος, *Decurionalis*, in Gloss. Græc. Lat.]

† **DECURIANUM**, *Decuria*, *Decenna*. Charta Raymundi Comitis Tolosani ann. 1236. in Regesto Tolosano pag. 51. cap. fortericiam de Lugano emit: *Vel in allodio, vel in territorio, aut Decuriano de Luganno, scilicet homines et feminas, domos et casales, etc.*

**DECURIARE.** Gloss. Lat. Gr. : *Decuriat et decimat, δεκατεύει, δεκατοί.*

**DECURIARE,** In ordinem redigere. Charta Edgari Regis Angl. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 243: *Si vero crimen... loci Procurator commiserit, agatur rationabiliter de eo, quod de Regis agitur Præposito, ut videlicet, reo rite decuriato, ac justo ordine depulso, ille qui dignus sit Christi designetur.* Alanus de Planctu Naturæ: *Organicorum quoque artificum Decuriata pluralitas prædicti hominis decorabat incessum; id est, ordinata.*

\* **DECURIATUS,** a corte deputatus. Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **DECURIO,** βουλευτής, in Glossar. Lat. Gr. *Decurio, consiliarius,* in Cod. reg. *Decurionalis, βουλευτικός,* in fisdem Gloss. [\*\* Vide Savin. Histor. Jur. rom. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 7. et 8.]

† **DECURIONATUS,** δεκαδάρης, *Decurio,* in Supplemento Antiquarii.

\* Gloss. Lat. Gr. : *Decurionatus, δεκαδάρης, βουλία.*

\* **DECURIONES,** Viri devotione insignes. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 13. pag. 25: *Ea verisimiliter intentione domos præfatas sic prope dictum manerium (palatium) situari constituit, ut futuri Decuriones, viz. viri devoti, etc.*

\* **DECURIONES DEI,** apud Tertull. lib. 2. ad Nat. cap. 8. *cujusque municipii, quibus honor intra muros suos terminatur, idem, quos Deos municipales vocat Minucius initio Octavii, et qui Dei topici dicuntur apud Servium ad lib. 7. Æneid. v. 47.*

† **DECURIUS,** Equus major, idem qui infra *Dextrarius.* Vide *Canes franci* in voce *Canis.*

\* **DECURRENS,** Tignum aut palus, vel Canalis ligneus, per quem aqua decurrit. Descript. patrim. S. Petri ex Cod. reg. 4189. fol. 41. r. : *Item quilibet de valle Petracchiæ... debent portare Decurrentes et alia lignamina oportuna pro fortificatione et reparatione dictæ rochæ.*

**DECURRENTES.** Vide in *Missus* 2.

\* **DECURRENTIA,** Profluens aquæ cursus, Ital. *Corrente,* Gall. *Courant d'eau,* fluvius vel rivus. Charta ann. 1210. apud Ughell. tom. 1. Ital. Sacr. edit. ann. 1717. col. 555: *Cum omnibus possessionibus suis infra istas Decurrentias, scilicet a flumine Potentini usque ad flumicellum, quod vadit sub montem Zari, et a flumicello extenditur in Montem acutum.*

† **DECURTARE JURA,** Ea imminuere, confringere, violare, in Charta ann. 1275. apud D. Secousse tom. 8. Ordin. pag. 63. Alias *Decurtare* proprie mutilare, ut apud Plinium, *Radices breves ac velut Decurtatæ.*

\* **DECURVATUS,** [Idem quod *curvatus.* Non. 2. 92. Bura dicitur pars aratri posterior *Decurvata.*]

† 1. **DECUS,** DECUSA. Vide *Decuria* 2.

\* 2. **DECUS,** Terminus, limes, vel tributus genus. Vide supra *Dechi* et *Deci.*

† **DECURSARE.** Vide *Decussare.*

**DECUSATIM,** Honorabiliter, apte, in Gloss. MSS. S. Germani Paris. Cod. 524.

**DECUSSARE,** in Breviloquo, *Adornare, venustare, inde Decussatus, ornatus.* Gl. MSS. : *Decuso, orno.* Papias: *Decusata, ornata.* Alibi: *Decussare, honorare.* Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis n. 4: *Juxta ordinem situm Metensem opulentissimam urbem video non mediocriter Decussatam, cui tantum Divinitas consulere dignata est, ut, etc.* Odo Cluniac. lib. 1. de Vita S. Gerardi cap. 12: *Cum unumquodque membrum sua pulcritudo comp-*

*sisset, collum tamen ita candidulum, et quasi ad normam videndi Decusatum habebat, ut vix aliud tam gratiosum vidisse te putares.* Baldricus Dolensis in Prologo MS. ad Vitam B. Hugonis Archiep. Rotomagensis: *Nulla Decusata sculptura vel politura, etc.* [Acta S. Mail tom. 6. pag. 749. de S. Carauo Mart. : *Unde immensas divinæ pietatis referentes odas, quæ mirabiliter ac indesinenter suos Decussat sanctos prodigiis.* Continuator Bollandi *Decussare* reddit in decuplum augere, a *Decussis,* decem asses, quod etymon non arripit; *Decussare* enim vel *Decussare* a voce *Decus* derivatur, ut habet Johan. de Janua; qui addit, etiam a *de* et verbo *cusare* posse deduci. Non magis placet interpretatio Mabillonii *Decussare* reddentis per *Includere,* in excerpto Epist. Odonis Archiep. Cantuar. quod exhibet in Actis SS. Bened. sæc. 4. part. 1. pag. 725. nota b. ubi sic habetur: *Itaque tantæ tamque dignæ affinitatis delectatus vicinitate, et editore eas (S. Wilfridi reliquias) entheca Decussare, et excerptis de libro vitæ hujus flosculis novo operæ pretium duxi carmine venustare;* hic enim ut alibi *Decussare* ornare est, ac sequenti correspondet verbo *Venustare.*] Abbo lib. 2. de Bell. Parisiac. vers. 608:

... Decussata tuos gemmis nisi zona  
Nulla fovet lumbos, etc.

Ubi Glossa ejusdem Abbonis, *Decorata.* Henricus Rosla in Herlingsberga:

Incedit primus regali matre creatus,  
Regalem decorans meritis regalibus ortum,  
Quando Decussatur, sibi conveniunt genus et mos.

Epist. Joannis XII. PP. ad Adalberonem Archiep. Remensem: *Monasterium Monachorum religione Decussatum.* Utuntur Saxo Grammat. lib. 3. Petrus Damian. lib. 2. Ep. 2. Vita S. Heldradi Abbat. Novalic. n. 2. Tietfridus Epternac. lib. 2. cap. 6. et alibi, et alii.

**DECUSSATIM,** Decenter. Frodoardus in Benedicto PP.:

Electumque Decussatim splendore venusto  
Affectum repetunt.

† **DECUSSATUS LAPIS.** Vide *Decuria* 2.

**DECUSSIO.** Rogerus Hovedenus pag. 785: *Clerici vero vestri per Cardinalem commotione præmissa ad resignandos redditus quos interim perceperint, cum restrictione cogentur, nisi aut auctoritate Romanæ Ecclesiæ, aut Decussione 6. mensium iuxta Lateranense Concilium, excepto tempore suspensionis, poterunt se tueri.* Ubi forte legendum *Decursione.*

† **DECUSSUM.** Vide *Decuria* 2.

\* **DECUSTARE,** Constare, Gall. *Couter.* Stat. Mss. eccl. S. Petri Insul. ann. 1988. ex Tabul. ejusd.: *Quod canonici mutuo de vinis suis domibus existentibus poterunt bibere, scilicet vinum pro vino, sive pro pretio quod Decustabit, sive de quo invicem erunt concordæ, et non alias.* Vide supra *Deconstare.* Hinc

\* **DECUSTUS,** Expensa, sumptus, Gall. *Coust.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 151. col. 2: *Habuit tam pro Decustu dictarum intorticiarum, quam pro cera per ipsum in dictis intorticiis posita, etc.* Vide *Decostamentum.*

† **DEDAMNARE,** Sententiam damnationis rescindere. Tertull. de Pudicitia cap. 15: *Qui sceleris manifestum Dedamnavit.* Vide in *Rigaltium.*

\* **DEDAMNIFICARE,** Damnum reparare, *Dédommager.* Charta ann. 1319. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 27. r. : *Do-*

*minus rex obligavit se ad Dedamnificandum et salvandum indempnem dominum Galcherum de Castellione.*

† **DEDAMPNIFICARE,** Occurrit apud Rymerum tom. 2. pag. 358. et tom. 10. pag. 382. Hinc

\* **DEDAMPNIFICATIO,** Damni restitutio, Gall. *Dédommagement.* Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 117: *Si propter defectum dictæ publicationis aliqua pars dampnum incurrerit, nos ad ipsius in hujusmodi Dedampnificationem contra te faciemus efficaciter habere recursum.* Vide infra *Disdampnificare.*

† **DEDANS,** pro *Dedens.* Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 1:

Meluit angustæ certamen inire palæstræ,  
Normalis sese Dedans sub regimine vitæ.

Ibidem cap. 7:

Dapsilis ast cunctis, Dedans hermania vitæ,  
Pauperibus largas præbebat sedulus escas.

**DEDASCULUS,** pro *Didasculus,* διδάσκαλος. Althelmus de Laude Virginum:

Porro confictum gessit Dedasculus idem  
Contra bis senos certantes arte Magistrus.

**DEDBANNA.** Leges Henrici I. cap. 85: *Qui ad occidendum aliquem innoxium redbanna, vel Dedbanna fuerit convictus, noxæ componat inde solus.* Voces confectæ ex Saxon. *dæd b a n a,* homicidii auctor et factor, ex *dæ d,* factum, et *b a n a,* homicidia, vel homicidium. *Ræd b a n a,* maleficii, vel homicidii consiliarius et suasor, ex *ræd* consilium, et *b a n a,* homicidium.

Cl. Scriptor Schilterus per vocem *Bana* crimen quodvis hic intelligit, additque se nescire quo auctore Cangius interpretationem suam confirmet; Cangii sponsor locuples Somnerus qui *Bana* reddit *Interfactor, homicidia.*

**DEDECOROSUS,** Turpis, infamis. Salvianus lib. 6. de Gubern. Dei: *Dum inter turpia ac Dedecorosa ridemus, scelera committimus.* Lex 13. Codicis Th. de Hæret. (16, 5.): *Qui docere se dicunt, quod aut nescire, aut dediscere sit Dedecorosum.* Utitur etiam Aurelius Victor in Maximiano. Vide *Decorosus.*

**DEDECOROSE,** apud eundem Aurelium Victor. in Nerone.

**DEDECUS CURLÆ.** Liber de multis judicialiis in Præpositura Bituricensis editus a Thomassero, cap. 1: *Et est assavoir que le Prevost de Bourges ne paye nulle amende de sentence qu'il donne contre aucune personne; car il est Juge Royal, et pour ce ne doit nulle amende, et n'y a que Dedecus Curia.*

† **DEDICA** POSSESSIO. f. pro *Dedicata,* ut sit Clericorum propria. Canones Hibern. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 4. *Nemini Clericorum auferrî debet locus quem anni circulo inhabitaverit, super quem Ecclesiam, id (id est) domum suam ædificaverat. Sed ut possessio Levitica Dedita sibi procul dubio habeatur sempiterna. In hac Synodo judicatum est. In quocumque loco Sacerdos ædificaverit Ecclesiam suam, id (id est) domum suam in uno anno hereditas ejus erit sempiterna.* [\*F. pro *Dedita.*] [\*An de *dica*?]

1. **DEDICARE,** Incipere. S. Cyprianus Epist. 38. de Lectore: *Hoc die auspiciatus est, dum Deditat Lectionem.* Commodianus Instr. 53:

Ille parat dona, ille pro victoria latus  
Suscipit, et proprium satellem Deditat esse.

Gesta Constantini M.: *Palatium usque ad perfectum fecit, quem non Dedicavit;*

i. inceptit. Vox etiam Tertulliano familiaris.

2. **DEDICARE.** Gilbertus Lunicensis Episcopus de usu Ecclesiastico: *Dedicat etiam Pontifex atrium, templum, altare, tabulam altaris. Dedicare enim est locum Deo offerre, benedicere, et sanctificare.* [Etiam Latinis Dedicare Consecrare est. Cic. pro Archia cap. 8: *Smyrnæi delubrum Homero Dedicaverunt.* Gl. Lat. Græc.: *Dedicat, καθιστοι, ἀριστοι, ἀποστοι.*]  
 † 3. **DEDICARE,** Celebrare. Donatio S. Rudesindi pro Monasterio S. Salvatoris de Cella-nova, inter Concil. Hisp. tom. 8. pag. 181. col. 2: *Festa vero S. Archangeli Michaëlis Dedicetur sæpe in memoriam filii mei.* Epistola Balduini Imp. Constantinop. de ejusd. urbis expugnatione per Latinos ann. 1204: *Hæc est quæ Christum solis Dedicat honore picturis.*

**DEDICATIO,** Festum Dedicacionis Ecclesiarum. Gloss. Lat. MS. Regium: *Dedicaciones, Encœnia.* Seu potius dies festus Sancti cujuspiam Ecclesiæ vicinæ patroni, qui non ipsorum duntaxat vicinorum, sed etiam vicinorum pagensium concursu celebrari solet: unde Regiis olim securitatum privilegiis munitus legitur. Leges Edwardi Confess. cap. 8: *Ad Dedicaciones, ad Synodos, ad Capitula venientibus... sit summa pax.* Ibidem: *In Parochiis, in quibus Dedicacionis dies observatur.* Vide Consuetudinem Insulanam art. 29. De populorum concursu ad annuas dedicationem festivitates, sic Gregorius Mag. Homil. 14. in Evang.: *Certe sic ubi populus nundinas celebraret, si ad alicujus Ecclesiæ dedicationem denunciata solennitate concurreret, festinarem omnes simul inveniri, et interesse unusquisque satageret, etc.* Vita S. Popponis Abbatis num. 44: *Ac deinde eundem Encœniorum diem ex concursu populi ulterius celebrem decrevit. Unde etiam usque in præsens, undecumque a populis, ad præscriptum diem accurrendi mos inolevit.* [\*] Vide Glossar. med. Græcic. voc. Έρχαλvia et Έθροπιεiv, col. 342. 500. et Append. 63. B.]

\* Pro festo dedicationis *Dédication* dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 153: *Le jour de la Dédication saint Denys, qui fut le xiiii<sup>e</sup>.* (rectius infra in Ch. 180. xxiv<sup>e</sup>.) *jour de Fevrier. Ducation,* eadem acceptione, in Charta ann. 1305. ex Reg. 13. ch. 41: *L'an de grace mil trois cent et cinc le jeudi apres la Ducation S. Denis.* Vila J. C. Ms.:

Ce fu lor Dédication  
 Qui fu el temple Salemon.

\* Pro festo Sancti *Dedicasse* et *Ducasse* usurparunt. Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 114: *Comme le jour de la feste Notre Dame my-Aoust, l'exposant feust alez esbâtre en la ville d'Enquery à une feste, que l'en appelle au pays (Boulleinois) quaquermesse ou Dédicasse, etc.* Aliæ ann. 1396. in Reg. 150. ch. 282: *L'exposant, qui demouroit lors en la ville de Valenciennes, s'aloit esbâtre ou moustier ou estoit la Ducasse ou feste, appellée saint Vast.*

In ejusmodi vero dedicationibus solennes epulas usu celebratas docemur ex Sidonio lib. 4. Epist. atque inde postmodum dedicationis vocabulum in malam partem tractum est, ac pro commessatione publica sumptum, quod qui ad ejusmodi festa in vicis ire solent, non tam pietatis, quam commensationibus et ludicris indulgendi causa eo confluant: hinc etiamnum apud inferiores Gallos, *faire la Ducace*, est genio

et ebrietati indulgere. Gregor. Mag. lib. 9. Epist. 71: *Et quia boves solent (Angli) in sacrificio dæmonum multos occidere, debet his etiam hac de re aliqua solennitas immutari, ut die Dedicacionis, vel Natalitio sanctorum Martyrum, quorum illic reliquæ ponuntur, tabernacula sibi circa easdem Ecclesias, quæ ex fanis commutatae sunt, de ramis arborum faciant, et religiosis conviviis solennitatem celebrent, etc.* Adde eundem lib. 1. Epist. 52. 54. et Joannem Diaconum lib. 2. Vitæ ejusdem Gregorii cap. 37. Ejusmodi paganorum convivia et epulas ad anniversaria sacrorum suorum solennia attingit Gregorius Turon. in Vita B. Maurilii Episcopi Andegavensis MS. cap. 20. Neque alia notione *Dedicacionem* usurpavit Cæsarius Heysterbach. lib. 12. cap. 41: *Miles quidam erat nomine Rungigerus, sic totus deditus vino, ut diversarum villarum Dedicaciones, tantum propter bona vina frequentaret. Quas quidem commensationes attingit etiam Paulin. Nat. 9:*

Sed rursus redeamus in atria, conspice rursus  
 Impositas longis duplicato tegmine cellas  
 Porticibus, metanda bonis habitacula digne,  
 Quos huc ad Sancti justum Felicis honorem  
 Duxerit orandi studium, non cura bibendi.

Idem Infra:

Verum utinam sanis agerent hæc gaudia votis,  
 Nec sua liminibus miscerent pocula sanctis.

Sane Antisthenes εὐροῖν, γαστριμαργίας ἀποροῖν vocitavit. S. August. Ep. 56: *Voluptuaria sabbatorum convivia.* Et Sidonius lib. 1. Ep. 2. *Luxum sabbatarium* dixit, quod festiuis diebus in conviviis publicis privatisque major esset luxus, ut observat Sirmondus ad hunc locum. Sed ejusmodi convivia abrogavit Romana Synodus sub Eugenio III. cap. 35. et Concilium Cabilonense cap. 19. interdixit etiam Edgarus Rex in Canonibus Saxonis cap. 28. Anniversarios porro Dedicacionis Basilicarum dies celebratos ex veteri consuetudine, docent Felix PP. IV. in Epist. apud Burchardum lib. 3. cap. 58. et Sozomen. lib. 2. cap. 25. Vide quæ observavimus de Ædis Sophianæ encœniis.

¶ In Ecclesiarum Dedicacionibus id potissimum cavebatur ne in iis aliqua sepulta jacerent corpora defunctorum, adeo ut e tumulo eruerentur, post Dedicacionem iterum humanda, si quæ in iis, quamvis multo ante, sepulta fuissent. Charta ann. 1230. tom. 2. Hist. Meldensis inter Instrum. pag. 126: *Cujus (Dom. Hugonis de Oysi) corpus sepultum fuerat in hac Ecclesia ante majus altare, antequam dedicaretur, et requieverat per quadraginta et unum annos, quando extractum ab Ecclesia pro Dedicacione faciendâ, sicut decet, et celebrata Dedicacione reportatum fuit in Ecclesiam, et ab Episcopis superius nominatis subhumatum.*

\* Ritus observandi in ecclesiarum solemnibus dedicationibus pluribus describuntur in Reg. visitat. Odonis archiep. Rotomag. ab. ann. 1248. ad ann. 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 197. r<sup>o</sup>: *In dedicatione ecclesiæ, imprimis fiat tentorium ante portas ecclesiæ ubi reponantur reliquæ, ymagines et Corpus Domini: fiant ibi vigiliæ in honore Dei et reliquiarum, nocte præcedente diem dedicationis. Ipsa nocte remaneat ecclesia omnino vacua; et si qua corpora sunt in ea sepulta, amoveantur; non pulsetur in adventu archiepiscopi; duodecim candelæ ponantur infra per xij. cruces; quærat crisma et oleum sanctum et duæ patenæ calcium: item incensum grossum et minu-*

tum, et duo thuribula vel saltem unum: item ponatur cupa plena aquæ ante fores ecclesiæ et alia infra: item fiat crux de sabulo a dextro cornu altaris usque ad sinistrum versus portam: item a sinistro juata altare usque ad dextrum versus portam: item in quolibet brachio crucis ponantur cineres per viginti quatuor loca: item quatuor scabellæ et carrelli ubi archiepiscopus recumbat in letaniis: item scala per quam possit attingere ad cruces: item scutella plena cineris et altera salis et potus vini: item mantilia ad extergenda altaria: item pro quolibet altari benedicendo coopertura lineæ: item pro quolibet altari benedicendo quinque cruces: item stupæ et palæ lignæ ad removendum ignem et vasa ad mittendum eundem: item duo cerei qui præcedant archiepiscopum: item reliquæ ad ponendum in altaribus: item calx et sabulum ad liniendum altaria, et cæmentarius sit paratus: item fontes sint mundi et vacui: item parati sint duo diaconi induti albis, quorum unus serviet archiepiscopo, alter includetur in ecclesia: item provideatur quod ecclesia possit libere circumiri: item aqua parata sit pro manibus et ignis pro thuribulis: item vasa ad portandum aquam et scutellæ ad jactandum: item fiat aspersorium de ysopo.

\* Sine licentia vero regia vel domini terræ non dedicabantur ecclesiæ: quæ interea asyli privilegio non gaudebant, neque in iis defunctorum corpora sepelire solitum erat. Hæc docent nos Literæ Caroli V. ann. 1368. ex Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 300: *Charles, etc. Scavoir faisons... nous avoir oye la supplication des maire, eschevins et communauté de la ville d'Aumalle, contenant que comme environ quatre ans a, l'église de ladite ville eust esté dédiée et sacrée, qui oncques ne l'avoit esté, et y pouvoit on prendre malfauteurs, ne n'y enterroit on aucunes personnes paravant icelle dedication, combien que en ladite eglise fussent faitz tous autres sacremens; laquelle dedication fu faite par la promotion et pourchas du curé d'icelle eglise, qui pour le temps estoit, donnant à entendre ausdiz supplians, que puisque en ladite ville avoit commune, celle dedication se pouvoit bien faire sans aucune licence: et de fait y amena un évesque commissaire de nostre tres cher cousin Philippe d'Alençon évesque de Rouen, sans le sceu desdiz supplians, qui ladite eglise benist et sacra, selon ce qu'il est accoustumé à faire en tel cas: et pour ce que lesdiz supplians, adjoutans soy et créance à leurdit curé, le souffrirent, il sont à present poursuis par les officiers de nostre tres chiere dame la royne Blanche, et en sont en procès à Neufchastel, auquel ressort il sont en douaire; et encore se doutent qu'il ne peussent être poursuis pour ce mesmes fait par nos officiers au temps à venir, pour ce que plusieurs tiennent que à nous appartient la cognoissance de ce, mesmelement que nostredite dame n'en est que douairiere, et la chose regarde héritage et propriété... Pourquoy nous... à iceulz supplians remettons... toute peine, offense, amende et finance, en quoy il pourroient pour ce estre encouruz envers nous, etc.* Vide Encœnia.

\* **DEDICATIO,** Actio qua quis ecclesiæ vel hospitalis servitio se devovet et consecrat, cujus formula exstat inter Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 9. r<sup>o</sup>.

1. **DEDICERE,** Contradicere, negare. Sugerius in Ludov. VI. cap. 15: *Quod si quid horum vestrates aut Dedicerint aut dicere dissimulantes noluerint, etc.*

Reg. Majest. lib. 3. cap. 8. § 10: *Sed si sigillum atiquod Dedicatur, et per collationem probari poterit.* Statuta Willelmi Regis Scotiae cap. 29: *Potest bene warrantiam illam Dedicere.* Consuetudines Terneramundæ ann. 1233. cap. 18. apud Lindanum lib. 1. Tener. cap. 9: *Si vero aliquis ea quæ a Scabinis iudicio, vel testimonio fuerint affirmata, Dederit; unicuique Scabinorum qui Dediti fuerint, 60. sol. persolvat.* Eadem habentur in Libertatibus MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228. [et in Charta Philippi Aug. ann. 1194. pro atrebatensibus.] Adde Fletam lib. 1. cap. 31. § 2. cap. 38. § 1. lib. 2. cap. 44. § 4. cap. 50. § 1. et Perardum in Burgundicis pag. 266. [Anonymum in Carmine tom. 5. Annal. Bened. pag. 652. col. 2. et alios.]

DEDICERE, Fori Oscenses Jacobi I. Regis Arag. fol. 36: *Dicat... quod ille quem reptaverat, non meretur malum de facto illo unde ipsum reptaverat, et Dedicat se ter, et sic alius sit salvus.*

2. DEDICERE, Devulgare. Glossæ MSS. ad Conc. Antioch. cap. 4: *Dedicerint, devulgarint.*

\* 3. DEDICERE, Denegare, Gall. *Dénier, refuser.* Chron. Joan. Whethamst. pag. 378: *Suggesterunt utique ipsi sibi, decere regem largum esse et liberalem, nemini- que quicquam Dedicere, qui vellet ab ipso aliquid per viam supplicationis humiliter postulare.*

\* 4. DEDICERE, Idem quod *Diffidare* et *Contradicere*, Germ. *Absagen.* Conföder. Otton. IV. Imper. inter et Marchion. Brandenb. ann. 1212. ap. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 221: *Promisit regi Daciæ suisque fautoribus Dedicere.*

DEDICTUM, Gaufrerus Monachus de Rebus gestis in causa Gisleberti Porretani: *Ergo sicut Rex, inquam, vestrum dictum et Deditum habetis.* Gall. dicunt, *Vous avez vostre dit et vostre Dedit.*

\* DEDIGNANTIA, *Desdignance*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide infra *Desdignosus*.

DEDIGNARE, Respuere, dignari. Lex Alemann. tit. 41: *Et Deditnet eum audire, et spernit eum.* Ita Edit. Heroldi. Ubi *Deditnetur*, in aliis Edit.

† DEDIGNATIO, Indignatio. Acta SS. Martii tom. 1. pag. 412. de B. Petro a Castro novo Mart.: *Servis servilem incutientes timorem, minantes eis rerum deprædationem, Regum ac Principum Deditnationem intonantes, etc.*

DEDIGNE, Indigne. Chron. Nangii ann. 1280: *Rex Franciæ ferens graviter Deditne, quod, etc.*

DEDILIGERE, ab amicitia discedere, *Cesser d'aimer.* Stephanus Tornac. Ep. 71: *Confido quia quem dilexistis privatus, non Deditigetis promotus.* [Petri Blesensis Epist. apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 435: *Quem semel dilexit, via Deditigit.*]

† DEDITI. Vide *Deditui*.

DEDITITI, Οι μετά τὸ ληφθῆναι, τῆ τῶν νικησάντων πολεμίων ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες, in Gloss. Lat. Græc. Speculum Saxonie. lib. 3. art. 44. § 2: *Et ex his qui juri derogabant suo, Dedititiurum conditioni subiciebantur.* In leg. 16. Cod. Th. de Tironib. (7, 13.) *Dedititii* fœderatis junguntur: *Præcipue sane eorum servos, quos militia armata detentat, Fœderatorum nihilominus et Dedititiurum.* Ubi *Dedititii* sunt, qui ultro ex gentibus ad Romana castra transibant, nullo ad id icto fœdere et eorum copiis sese adjungebant, et, ut loquitur Ammian. lib. 20: *Gentiles, qui relicti laribus suis ad Romanos transibant.* Vide *Datitii*.

† DEDITUI, Rustici qui educandis apibus præsertim occupabantur, quique in speluncis habitare consueverant; unde Saxonica lingua *Gothsekin*, quasi *Cotsethi* seu *Cotarii*, inquit Ludewig. utpote qui in *Cotis*, id est tuguriis sederent. Ex eorum mellificis Domini feudales census aliquem percipere solebant, unde in Privilegio Theodorici Landgravi Thuringiæ ann. 1296. Monasterio Dobirucensi conceduntur *mellificiorum jura et eorum redditores qui Deditui dicuntur*, apud eumd. Ludewig. tom. 1. pag. 168. Et pag. 165. in Privilegio ann. 1296: *Debitores mellificiorum, qui vulgo Dediti appellantur, et eorum mellificiorum jura vendidimus.* Ibid. pag. 171. in Privilegio anni 1297: *Donavimus mellificia et eorum solutores, qui Deditui nuncupantur.* Privilegium anni 1276. ibid. pag. 112: *Nos Henricus Dei gratia Misnensis Marchio recognoscimus... quod inter Dominum Abbatem et Conventum in Dobirug ex una et dom. Johan. de Sunnewalde ex parte altera, pro duabus villis Boren novo et Boren antiquo contentio verteretur, idemque Johannes affirmaret, quod cum rustici dictarum villarum sui essent Dediti, non possent bona sua præter ipsius voluntatem et consensum vel vendere aut quomodolibet alienare, aliter prædicto Dom. Abbate contrarium asserente; Nos de consensu tam ejusdem Dom. Abbatis, quam præfati Johannis per interlocutoriam sive sententiam requisivimus a subscriptis Bodone et Otlone, etc. qui omnes communiter affirmabant, quod prædicti rustici prædictarum villarum, non obstante, quod essent Dediti prædicti Johannis bona sua præhabita possent vendere, dare, aut quocumque modo alienationis alienare, nec esset necesse suum consensum vel voluntatem requirere, super eo adjicientes, quod idem Johannes nullum iudicium vel jurisdictionem habere deberet in eosdem; sed si pro melle, quod sibi debetur, repetendo seu petendo, aliquid actionis habuerit contra ipsos, illud prosequi debet coram præfato Domino Abbate justitia mediante. Hæc fusiora quidem, sed ad notitiam conditionis Deditorum haud inutilia.*

\* DEDITUS, Casu et fortuito oblat. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 321: *Supplicantes memorati... vocati ad quærendum et effodendum vaissellam argenteam, jocalia atque bona supradicta, ... ipsi maligno spiritu temptati, credentes bona talia... quasi de aventagio et Dedita existere, quædam de dicta vaissella... clam ceperrunt.*

DEDOCERE, Goffridus Vindocin. lib. 3. Ep. 12: *Annuum pecuniam extorquere Dedocuit.*

\* DEDUCATUS, pro *Deductus*, in Sca. car. S. Mich. apud Rotomag. ann. 1230. ex Reg. S. Justii Cam. Comput. Paris. fol. 23. v. col. 1.

\* DEDUCCIO. [Deductio: « in *Deductionem* majoris summe pro servitiis factis de arte sua galeis s. d. n. pape. (Arhiv. Vatic. Mandat. camer. apostol. ann. 1456. f. 207.)]

† 1. DEDUCERE, Gall. *Déduire*, Enarrare, exponere. Charta Henrici IV. Regis Angl. ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 425: *Ad aures quarundam nobilium personarum, tanquam invidiæ facibus succensi, susurratorie Deducerunt, quod præfatus Magister Petrus de nobis quemdam annum censum pro termino vitæ suæ, ad finem quod matrimonium hujusmodi debitum sortiri posset effectum.* Vide *Deductio* 1.

\* 2. DEDUCERE, Peragere. Divisio ju-

risdict. villæ Chableiarum in Chartul. Camp. fol. 258. v: *Si vero ibi fuerit duellum, duellum Deducit coram præposito, etc.*

† DEDUCERE SACRAMENTUM. Capitulare Pippini Regis ann. 793. art. 29. apud Baluz. tom. 1. Capitul. col. 548: *Et talis sit ipse Advocatus, liber homo, bonæ opinionis laicus aut Clericus, qui sacramentum pro causa Ecclesiæ, quam peregerit, Deducere possit juxta qualitatem substantiæ, sicut lex illorum habet.* Capitula excerpta ex Lege Langobard. apud eumd. Baluz. tom. 2. col. 837. art. 25: *Singulis Episcopis, Abbatibus, Abbatissis duos concedimus Advocatos habere, unum qui causam procurat, alium qui sacramentum Deducat.* [\* Vide Grimm. Antiquit. Jur. Germ. pag. 893.]

\* 3. DEDUCERE, f. pro *Dedicere*, Contradicere, negare, vel Declarare. Charta H. episc. Matiscon. ann. 1234. in Chartul. Cluniac.: *Hugo de Petra Campi ecclesiæ Cluniacensi in capitulo et Petro Barnesse merciam clamavit super morte dicti Johannis Barnesse, patris ejusdem Petri, et Deducit ac negavit quod ipsum Johannem non inquirebat persequendo, sed fortuito invenit.*

† DEDUCERE SE, Sese gerere, Gall. *Se conduire.* Barthii Glossar. ex Anonymi Hist. Palæst. cap. 19: *Sic itaque robuste et prospere Deducebat se Tancredus donec Antiochia esset capta.* Cap. 11: *Ipsique Christiani nequiter Deducebant se, quia palatia urbis sternebant et ardebant.*

\* Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 97: *Potavit ultra mensuram vinum, seque calefecit et movit inordinate, et alias se Deducit circa mulieres.* Galli eodem sensu dicimus, *se démener auprès des femmes.*

† 1. DEDUCTIO, Narratio, expositio, Gall. *Deduction, Narré.* Delegatio Basiliensis Synodi pro Roberto de Rupecula Abbate contra Ludovicum Badati, inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Chr. col. 241: *De et super nonnullis pecudibus, summis et bonis mobilibus, rebusque aliis in Deductionem processus latus exprimentis.* Vide *Deducere* 1.

2. DEDUCTIO, Animi oblectatio, ex Gallico, *Déduit.* Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 52. de Judicib.: *Si a litigantibus aut impetrantibus esculenta et poculenta, seu injectas, aut Deductionem recepisse... probentur.* Guill. de Baldensel in Hodæp.: *Vidi psittacos mirabiliter instructos, gestibus suis homines mirabiliter ad Deductionem provocantes.* Joan. de Beka: *Quam (historiam) vestræ reverentiæ pro quotidiana Deductione transmittimus.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Deductus, déduit.* Eodem nomine appellatur id omne, quod *Deductui* inservit, in Lit. remiss. ann. 1470. ex Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 293: *Serfs, biches, sengliers, et autres Déduiz et gibiers, etc.* Vide infra *Deportare* 2.

DEDUCTUS, Eadem notione, in Inquisitionibus de forisfacturis forestar. § 13. *Locum habes, in Trista. Le Reclus de Moliens in suo Miserere:*

Chil qui ruyent les Deduis faire,  
Sunt chil qui quereut les Deduis.

DEDUCTIOR PAULO NUMERUS, Minor, in leg. 11. Cod. Th. de Medicis. (13, 3.)

DEDUCTORIUM. Sic appellat Paschasius Lilybitanus Episcop. in Epist. ad Leonem PP. Canalem, per quem effluunt aquæ fontium baptismalium: *In cjuj baptisterio nocte SS. Paschali, baptizandi hora, cum nullus canalis, nulla sit fistula, nec aqua omnino vicina, fons ex se reple-*

tur, paucisque qui fuerint, consecratis, cum Deductorium nullum habeat, ut venerat aqua, ex sese discedit. Cloaca dicitur Gregorio M. Homil. 17. in Evang. [Palladius lib. 12. cap. 6. sect. de Castanea: *Locus Deductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo, germen exinguat.*]

DEDUCTUS. Vide *Deductio* 2.

\* DEELMANNI, bonorum peræquatores, a Belgico *Deel*, pars, portio, et *Mann*, homo. Vide *Sanderum* tom. 1. fol. 192.

† DEEQUITARE, Equo dejicere. Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 677: *Hungari cum eorum arcibus circumdantes in momento omnes Theotonicos ipsos Deequitarunt ab equis, et cum ensibus ferientes in illos, octo ex dictis Theotonicis occiderunt in campo.*

\* DEESIS. [Deesis, obsecratio, vel obtestatio, qua Deos oramus, aut homines. Cic. (Dejot. 3.) Per dexteram istam tuam ego obtestor, etc.]

† DEESTIMARE, Non æstimare, non existimare, non putare. Oratio Ratbodi Noviom. Episc. de Annunciatione ann. 1081. in antiquo Lectionario S. Eligii ejusd. urbis Monasterii num. 3. pag. 29: *Quicumque igitur hac Conceptione se redemptos non Deestimant.*

DEFABRICARE, Destruere. Epistola synodalis Concilii Duziaci. I: *Parvulus Episcopus... altare S. Mariæ Laudunensis Ecclesiæ pulcre satis ornavit, quod iste Defabricavit.*

\* Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 700: *Murum civitatis... cum cultellis et securibus Defabricari cœperunt, etc.*

\* DEFACERE, DEFFACERE, Abolere, abrogare, nostris alias *Defaire*. Testam. Rog. I. comit. Carcass. ann. 1202. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 21: *Sicut scriptum est, sic habeat firmitatem ista scriptura. Ego Rogerius non hoc Defaciam. Ubi Desfaciam edidit D. Vaissete tom. 2. Hist. Occit. col. 160. Charta ann. 1203. in Chartul. Campan. fol. 301. v. col. 1: Nos reddemus eidem (Theobaldo) litteras suas, per quas Defacit communionem S. Memmii. Alia Hugon. ducis Burg. ann. 1208. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 12. v. : *Libenter tollam illam communionem et Defaciam. Lit. Caroli regent. ann. 1859. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 20. v. : Deffaçons et abolissons toute note et tache, que il pourroient avoir encouru de fait ou autrement. Deffaie vero, pro damnum restituere, emendare, etiam dixerunt. Charta prior. et monach. Luxov. ann. 1266. ex Chartul. Campan. fol. 403: Nos vos mandames que an ne nos a riens Deffait ne rendu de quanque avons ot an covant, ne deffossés, qui sont antores par nostre moster de Liacu. Alia Theob. comit. Campan. ann. 1281. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 550: *Et se li dux par aventure encontre ses lettres lor forfaisoit riens,.... ge le requeroie le duc qu'il le deffest; et se il ne le voloit Deffaie, se (je) le feroie deffaie en bonne foy. Vide Diffacere.***

† DE FACILI, Facile, in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1338. apud Rolandinum Patavin. lib. 12. de Factis in Marchia Tarvisina cap. 1.

† DEFÆCATIO, Purgatio. *Defæcatio carnis*, apud Tertull. de Anima cap. 27. *Defæcatio senectutis*, apud Pacianum Patrensi ad Penitentiam inter Concilia Hisp. tom. 2. pag. 97.

\* DEFAISIUM. Vide infra *Diffasium*.

\* DEFALCAMENTUM, De summa decessio, deductio. Charta ann. 1338: *Nec non et in Defalcamento et solutione debiti superius dicti et expensarum factarum per ipsum clericum. Vide Defalcatio* 1.

† DEFALCARE, Hisp. *Defalcar*, Ital. *Difalcare*, Gall. *Defalquer*. Deducere, subtrahere. Testam. Woltheri apud Ludewig. tom. 2. pag. 255: *De qua quidem zala dabit prædictus Vicarius Celerario Resensi pro decima modium hordei, quem Defalcabit de decima Arnaldi.* Charta Henrici IV. Duc. Siles. ann. 1288. apud eumd. Ludewig. tom. 5. pag. 432: *Ipsiusque proventus multiplicent, non Defalcant.* Charta Philippi Arbosii Episc. Tornac. ann. 1366. pro Ecclesia S. Martini Cortraci apud Miræum tom. 2. pag. 1242. col. 2: *Deficientes in præmissis privati sint lucro distributionum, quas lucrati fuissent in dictis Vesperis et Missis alta voce celebrandis remanendo, et tantumdem de suo amittant, quod eis deficientibus Defalcetur de his quæ proximo lucrati erunt, vel lucrabuntur in Ecclesia prædicta.* Rursum occurrit supra in *Decostare*, apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 328. Rymerum tom. 8. pag. 238. etc. *Defalcare* Columello est *Falce* secare. A *falce* igitur deductum vocabulum, unde etiam dictam volunt legem *Falcidiæ* eo quod *falcem* injiceret legatis.

† 1. DEFALCATIO, Detractio, deductio. Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 718. de S. Wernhero puero: *Tota pecunia absque ulla Defalcatione.* Statuta Joannis Episcopi Leodiensis ann. 1287. inter Anecdota Marteniana tom. 4. col. 880: *Item, committimus Decanis, quod inquirent de Ecclesiis Defalcatis, et nobis referant, quod Ecclesiæ sunt Defalcate, et per quos et in quibus: et nos omnes Defalcationes Ecclesiarum minus legitime factas revocamus, et præcipimus sub pena excommunicationis omnibus qui bona Ecclesiarum habent per Defalcationem minus legitime factam, quod ea Ecclesiis a quibus sunt Defalcata restituant, et de rebus satisfaciunt eidem infra quatuor menses a tempore præsentis Concilii: alioquin omnes dicta bona sic Defalcata detinentes, si sint personæ Ecclesiasticæ vel Religiosæ suspendimus a divinis; si laicæ sint, eas excommunicamus.* Hoc in loco Defalcatio est Usurpatio rerum Ecclesiæ ratione debiti.

\* 2. DEFALCATIO, Feni sectio, in Chartul. Crisenon. fol. 71.

\* DEFALCATURA, Diminutio, substractio. Lit. official. Paris. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 428: *Et quando sacus, in quo hujusmodi bumbucinum positum fuerat et ponderatum, debuit ponderari pro faciendâ Defalcaturam, Gallice rabat, ut moris est, etc.*

\* DEFALLENTIA, Defectus, apud Menag. in Observat. ad Ling. Gall. tit. 2. pag. 99.

\* DEFALSARE, defraudare. Charta Renati comit. Prov. ann. 1467: *Quapropter, quia præsidia principum faciendâ maxime venerandis ecclesiis, sic sunt exhibenda et observanda præstantius, ut exsolvatur eis integre debitum, nec Defalsetur in aliqua cujusvis malignitatis astutia.*

DEFALTA, Defectus, Eremodicium: ex Gallico, *Defaut*, vel Anglico *Defalte*: vox Practicis frequens. Habetur in Regiam Majest. lib. 1. cap. 8. § 11. cap. 12. § 7. in Quoniam Altach. § 4. apud Bractonum, [Glanvill. lib. 1. cap. 8.] et Practicos Anglos passim. Vide *Defauta*.

† DEFALTUM, Eadem notione apud Rymer. tom. 15. pag. 249. col. 1.

DEFALTA, Negligentia, in Vitis Abbatum S. Albani pag. 93.

DEFAMARE, Convitari, famam auferre. Joan. de Janua. [Publice Defamatus, apud Rymerum tom. 2. pag. 932. Vox nota Gellio.] [\* Vide infra *Diffamatio*.]

† DEFANARE, Profanare. *Spatiosa Defanata*, apud Arnobium.

† DEFARINATUM, Semen in farinam cumminutum, Tertulliano lib. adv. Valent. cap. 31.

† DEFAUCIO, Aversio, Oppositio. Vide *Faucio*.

\* DEFAULTARIUS, Qui deficientes divino officio, seu absentes a choro notat. Stat. eccl. Rotomag. ann. 1361. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1531: *Eorum (capellanorum) Defaularii eos in defectu ponant, ac si in dicto officio non fuissent, et eisdem Defaulariis sub eorum juramento et pœna perjurii districte præcipimus, ut quotiescumque aliquem viderint, ut supra dictum est, recedentem, ipsi statim cum in defectu apponant.*

\* DEFAUTA, DEFFAUTA, Vadimonium desertum, non obitum, simul et multa ob id exsolvenda, Gall. *Défaut*. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 27. v. col. 1: *Quando domina petit dotadium suum, reus non habebit nisi unam essoniam; et post Defautam citabitur reus ad assisiam, et si venerit, dabit Defautam, et faciet dotadium; si non venerit, rex faciet.* Scacar. Abrinc. ann. 1236. ex Cod. reg. 4651: *In placito de debito vel catallo, si una Deffauta attingatur contra debitorem vel demandatorem, postquam super hoc fuerint in curia, perditur querela, secus si ante. Vide Defalta et Defectus 4.*

\*\* DEFECCARE, A fœce purgare, vacuum facere. Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 606:

*Defecat nimium prodigus exsta sopor.*

Vide *Defecatio* et *Forcellinum in Defæco*.

† DEFECIT, Morbi genus, Languor, forte phtisis. Vita S. Johannis Hispani, tom. 5. Junii pag. 144: *Eo in loco tanti fervoris, tantique regularis districtiois extitissis refertur, ut præ nimio jejuniarum exercitio abstinentiarumque frequentia, gravem in se morbum pectoris, qui Defecit a Medicis vocatur, conciperet.*

\*\* DEFECCARE, Culpa in se admittere. Henrici IV. Imperat. Constit. de pace ann. 1083. ap. Pertz. leg. tom. 2. pag. 56: *Si alio modo vel pugno sive fuste vel lapide percutiendo Defectaverit, detondeatur et excoriatur.* Vide *Defectus* 2.

DEFECTARIUS. Vide *Derectarius*.

† DEFECTIO, Animi desponsio. Barthii Glossarium ex Baldrick Hist. Palæst.: *Defectionem obsessorum.* Vide *Defectus* 1.

DEFECTIVA FEBRIS, Intermittens, apud Cælium Aurelian. lib. 2. Auctor. cap. 10.

† 1. DEFECTIVUS dicitur Judex vel feudalis dominus, qui vassallo jus sibi fieri postulanti vel plane denegat, vel curiæ suæ placita differt, ultra quam leges feudales permittant. Charta Phil. V. ann. 1220. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 2: *Cum per judicium curiæ.... dictum fuisset comitissam Attrebatensem et ipsius justitarios domine de Auxcio fuisse Defectivos in jure sibi faciendâ, et ipsam dominam a dicto juris defectu legitime appellasset, etc.* Vide *Defectus* 3. et infra *Deficere* 3.

\* DEFFECTIVUS, Qui fidem seu pro-



missa non servat. Lit. Phil. Pulc. ann. 1313. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 11. col. 2: *Flandrenses omnes qui fuerint sic vel erunt inhobedientes et Defectivi dictam pacem tenere, ad eam tenendam faceremus compelli.* Vide Defectus 5.

\* 2. DEFECTIVUS, Vitiosus, depravatus, Gall. *Défectueux*. Stat. MSS. eccl. Tull. collecta ann. 1497. fol. 101. r°: *Ita quod si panes et danratæ hujusmodi invenirentur Defective, executio earum... competet nobis seu dicto præposito. Defectif, Mancus cui aliquid deficit, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 151: Et aussi ait icellui Raoulin navré et decoppé Jaquemart d'Amerval escuier, telement et si inhumainement qu'il en est Defectif d'oye. Défaurre vero, pro Défaillir, Deficere. Charta ann. 1292. ex Tabul. S. Joan. Laudun.: Nous promettons... pour chascune semaine en laquelle nous défaurriers ou paiement de ladite rente,.... dis sous de Parisis avecques la rente, qui deseur est expressée.*

1. DEFECTUS, Defecta prædicia, in Cod. Th. leg. 3. de Censitorib. (13, 11.) *Defectæ domus, in leg. 3. de Indulg. debit. (11, 28.) Maisons Defaites, destructæ. Viri fenei ac Defecti, in eadem lege, Gens de paille, uti vulgo loquimur. Defectio prædiorum, in leg. 12. Cod. Just. de Annona et tribut. (10, 16.) Abandonnement. Decretum Synodi Sardiæ. in Fragment. S. Hilarii pag. 35: Oramus etiam, ut præcipias tot Episcopos qui Armino detinentur, inter quos plurimi, qui ætate et paupertate Defecti sunt, ad suam provinciam remeare. Vide Afantica.*

2. DEFECTUS, Transgressio legis, statuti, in primis Statutis Roberti I. Regis Scotiæ cap. 12. § 5. Charta Libertatum oppidi de S. Paladio in Biturigib. ann. 1279: *Dicti homines solvent de clamore 20. den. Paris. de Defectu 5. solidorum Parisiensium tantummodo, et nihil ultra.*

3. DEFECTUS JUSTITIÆ dicitur, cum iudex, vel feudalis dominus, vassallo jus sibi fieri postulanti, vel plane denegat, vel Curia suæ placita differt ultra quam Leges feudales permittant. Ita Philippus Bellomanerius MS. cap. 61. cujus quidem delicti cognitio ad Regem nude spectat. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 59: *Defectus justitiæ, ac violenta recti detentio primo, secundo, ac tertio secundum legem requisiti, commune Regis placitum est super omnes.* Adde cap. 33. Vel certe ad dominum superiorem. [\* Vide Glanvillam lib. 6. cap. 5. 6. et lib. 12.] Quippe ex Legibus feudibus si vassallus dominum suum de Defectu Justitiæ in Curia domini superioris appellaret, et in Curiam domini sui jus ab eo recepturus remitteretur, ab illo pro arbitrio emenda multabatur. Si e contra dominus in justitia facienda defecisse convictus esset, jurisdictionem et Curiam, quam habebat in vassallum, amittebat, multabaturque graviore emenda erga dominum superiorem, qui exinde sub-vassallo jus dicebat. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 52: *Quant li Sires vee le Jugement de sa Court, il ne tendra jamais rien de lui, ains tendra de celui qui sera par dessus son Seigneur.* Petr. Fontanus cap. 18: *Se aucuns Sires est appellé de son homme de Defaut de droit, et il est atains, il pert l'omage, et pert aussi respons en Cort.* Charta Philippi Aug. Regis Franc. ann. 1214. in Tabulario Burguliens. fol. 101: *Quod Prior haberet justitiam de hominibus de Coldris, et aliis de suo tenemento, donec Curia sua abjuretur pro*

*Defectu juris: et tunc veniant ad Nonancourt partes ad faciendum jus et capiendum, etc.* Arrestum ann. 1224. apud Belforestum in Hist. Franc.: *Joannes de Nigella e contrario respondebat, quod ad Curiam Comitissæ nullo modo reverti volebat, quia ipsa Defecerat et de Jure et de Defectu juris illam appellaverat ad Curiam D. Regis, ubi paratus erat eam convincere de Defectu juris.* Ita Judicatum Arrestis Parlamenti ann. 1309. et 1311. quibus appellans de defectu justitiæ exemptus fuit a jurisdictione Comitissæ Atrebatensis, et ab omni hominio et fidelitate absolutus, dictusque vassallus domini superioris. Et altero O. SS. ann. 1279. idem judicatum fuit contra Regem Angliæ pro domino de Gmel. Regestum homagiorum Nobillium Aquitanorum ann. 1273. fol. 44: *Bernardus Jordani de la Reer Miles.... dixit per juramentum suum quod multotiens requisivit dominam Constantiam, ut faceret sibi jus, et quod non faciebat; et ei Deficiebat in Justitia: dixit quod extunc nolebat esse de Curia del Sere, imo renunciabat omnino, et de hoc habebat Curia in testimonium.* Vide Stylum Parlamenti cap. 26. part. 4. et 5.

Exstat in Regesto Parlamenti signato Olim, fol. 127. Charta Phil. Regis Fr. mensis Jun. ann. 1286. confirmata mense Mart. ann. 1302. et a Philippo M. mense Martio ann. 1316. quo Regi Angliæ ad vitam concedit, ut neque ipse, nec illius Senescalli in terris, quas in Francia possidebat, ullam emendam incurere possit ratione appellationum ab illius vassallis factarum ad Curiam Regiam, *super iniquo, pravo, et falso judicio, vel Defectu juris, seu quocunque alio modo, si super his aliquo casu succumbant, vel convincantur.* Quod si ex appellantis in eadem Curia succumbant, permittit Officialibus Regis Angliæ, ut multas et mendas, in quas ii incurrerint, possint exigere, etc.

Sed priusquam dominus de defectu justitiæ convinceretur, debebat vassallus appellans de defectu, duobus ejusdem feudi Paribus comitatus, per tres dies et tres quindenas dominum de recto sibi faciendo interpellare; quod quidem inter vassallos nobiles obtinebat; nam ignobilibus seu iis qui tenebant in villenagium, aliæ erant non adeo solennes formulæ, ut observare est ex eodem Bellomanerio cap. 62. et 67. ubi hanc materiam pluribus exsequitur. [\* Vide Glanvill. lib. 12. cap. 7. sqq.] Judicium igitur de defectu justitiæ agitabatur in Curia domini superioris, coram feudi Paribus. Will. Brito lib. 6. Philipp.:

Jus tamen est, et tu ractum esse fateberis, ut qui Sunt mihi subjecti, subeant examina nostri  
Prima fori: qui si Defecero, quod absit,  
Judicio Parium tuac me tractabo meorum.

Vide Raguellum verbo *Deni de Justice*.

† 4. DEFECTUS, Vadimonium desertum, Gall. *Défaut de comparoir*. Consuetud. Brageriaci art. 79: *Item ad hoc ut dictus creditor gaudere possit de dicto Defectu contra suum debitorem.... oportet necessario, quod personaliter citetur, et ei legatur et exprimat dictum instrumentum et contenta in eo, et quod ei assignetur per dictam citationem certa dies, et per spatium octo dierum ad minus.... si alias dicta citatio facta fuerit, dictus creditor de dicta citatione et Defectu minime gaudere possit.* Cod. Legum Normann. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 7. pag. 320: *Nec tamen ex Defectu facto post visionem in hujusmodi querela ab-*

*sens vel Deficiens tenetur saisinam amittere.*

† 5. DEFECTUS, Quo quis non stat promissis Stipulationes annis 1247. apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 191: *Nos vero dictus Humbertus... damus dicto Raynaudo fidejussores et obsides.... qui ad Defectum nostrum promiserunt.... tamdiu tenere ostagia.... donec de dicto Defectu præfuto Raynaudo.... plene fuerit satisfactum.*

† 6. DEFECTUS, Mors, Obitus, in Glossario Gasp. Barthii ex Baldrici Hist. Palæst.

† DEFECTUS EXTUS, id est Hæresis, cum nullus est hæres. Vide *Exitus*.

DEFECTUS SERVITI, Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 231: *Se le Seigneur fait semondre ses homes par le Banier, ou par trois de ses homes, d'aler en Court, et ils ne vieignent, ils sont Defaillis dou service, se ils ne sont essoignés, et que ils facent assavoir leur essoignes as trois homes, ou à Banier. Se il vont en la Court par la semonce dessusdite, celui qui se partira de la Court dou Seigneur sans congié, tant comme elle se tenra à celle fois, sera Defaillant de service, etc.*

DEFECTUM RECUPERARE, Requiere quod deest. Chart. Albert. Landgr. Thur. ann. 1280. ap. Haultaus. Glossar. Germ. col. 394. voce *Sich Erholen: Incolæ... villæ Crowelo jure civili et sententiis cum civibus Ysenacensibus gaudentes penitus eisdem, Defectum suum in jure et sententiis, Recuperent apud illos.* Vide Eichhorn. Hist. Jur. Germ. § 258. not. c.

DEFECTUS VERBORUM, Vitium, impedimentum Juris. *Appellum Ceciliæ... nullatur pro Defectu Verborum appellum faciendum, in Abbrev. Placit. Edw. I. ann. 22. Staff. rot. sibi. pag. 290.*

DEFEDARE, pro *Diffidare*, in veteri Charta apud Beslium pag. 393: *Constravit se Hugo, et Defedavit Comitem de se, etc.* Vide *Faida*.

† DEFELUS, Bernhardus de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 277: *Corpus ejus cathaspasmetur cum argento vivo occiso, cum oleo adjuncta aristologia longa et Defela.* [\* F. Foliis spoliatus, Gall. *Effeüllé*.]

1. DEFENDERE, Prohibere, vetare, Gall. *Défendre*. Leges Edw. Confess. cap. 37: *Usurarios Defendit quoque Rex Edwardus, ne remanent in Regno.* Usos etiam hac voce notione ista constat piscos Latinos: occurrit enim in Fragmento Legis Agrariæ apud Gruterum 202. Claudium Quadrigrarium, Ciceron. lib. 3. Offic. Vegetium lib. 4. cap. 10. et alios.

DEFENSIO, Inhibitio, in Lege Longobard. lib. 3. tit. 4. § 3. [\* Car. M. 14.] et in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 130. [\* 201. Vide *Defensa* 3.]

2. DEFENDERE, Sibi defendere locum, agrum, Usurpare, sibi asserere, apud Aggenum, Siculum Flacum, et Frontinum, in leg. 3. Cod. Th. de Maternis bon. (8, 18.) et in Concilio Braccar. ann. 563. can. 21.

DEFENDERE, Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 11. § 1: *Quod si canonem constitutum singulis annis implere neglexerit, terram dominus pro suo jure Defendat; quia culpa sua beneficium quod fuerat consecutus, amittat, quia placitum non implisse convincitur.* Ubi terras defendat, videtur sumptum ex Novella 7. cap. 3. § Quia vero, versic. Scire autem. Quo loco vetus Interpres utitur verbo *Defendere*, pro quo Julianus Antecessor reponit *prædia abstrahere*.

DEFENDERE, Domesdei, in Monastico

Anglic. tom. 3. pag. 307 : *Canonici S. Pauli tenuerunt Brenes tempore Regis Edwardi, et se Defendit pro octo hidis. Hæ hidæ geldaverunt et geldant cum Mortelake manerio Archiepiscopi, et ibi sunt computatæ.*

DEFENDERE SE PER PATRIAM. Vide *Patria*.

DEFENDERE SE PER CORPUS SUUM, i. per duellum, apud Bractonum lib. 3. tract. de Corona cap. 26. cap. 32. § 4. et alibi, ut et Practicos cæteros, et Scriptores Anglicos passim.

DEFENDERE, Conservare, sibi reservare. Capitulare 2. ann. 813. cap. 10 : *Unusquisque Comes de herba in suo Comitatu Defendat, ad opus illius hostis, etc. Vide Defensæ 3.*

\* DEFENDERE STALLUM SUUM dicitur Canonicus, qui muneri suo impar non est. Charta ann. 1331. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 625 : *Dictus Johannes et heredes sui in perpetuum præsentent idoneum et aptum canonicum ad stallum suum Deffendendum et ad officium prædictum exequendum.* Sed leg. forsan *Desserviendum*. Vide *Deservire 1.*

† 3. DEFENDERE, Vindicare, punire. Tertull. lib. 1. adv. Marc. cap. 26 : *Cur enim prohibet admitti, quod non Defendit admissum ?* Recurrit sæpius eadem notione apud eundem Tertullianum, ut et apud vet. Interpretem Irenæi. Vide *Defensæ 1.*

\* 4. DEFENDERE, Denegare, abnuere. Charta convent. inter Henr. reg. Angl. et Rob. comit. Fland. in Lib. nig. Sca-car. pag. 10 : *Nec naves Defendentur eis, si eas convenienter conducere voluerint.*

† DEFENDICULUM, Munitio, qua quis se vel sua defendat et tœatur. Acta SS. April. tom. 2. pag. 718. de S. Wernhero puero : *Pateatque hoc multis maniciis et compedibus ferreis magnis, cereis imaginibus et similitudinibus, et pugilum Defendiculis.* Charta Caroli IV. Imp. Rom. ann. 1367. apud P. Benoit Hist. Tull. in Probat. pag. xxxvii : *Turribus et propugnaculis, ac aliis munimentis fortificare valeant et munire, ac circa ipsam novas fossatas etiam in viis publicis facere, novas barras construere, et alia Defendicula possint erigere, ac fossatas, barras et Defendicula factas et facta, etc.* Vide *Defensæ 4.*

\* DEFENERAVIT, Ditavit, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

† 1. DEFENSÆ, Ultio. Tertull. lib. 2. adv. Marc. cap. 18 : *Incredibile videretur a Deo expectare Defensam, edicendam postea per Prophetam : Mihi Defensæ, et ego defendam, dicit Dominus.* Pro quo vetus Interpres Rom. 12. 19 : *Mihi vindicta et ego retribuam.* Vide *Defendere 3.*

2. DEFENSÆ, Tuitio, auxilium, Defensæ, in Historia Cortusior. lib. 1. cap. 6. 10. et alibi non semel. [Chartular. S. Vandreg. : *Je devant dite Eve ai renu-chié à tout privilege, et à toute aide, et à toute Defesse de droit et delai de court laie et de court de chrestienté... fait en l'an de grace m. cc. lxxx.* et v. Ubi Defesse est pro Defensæ, ut infra *Defessum* pro *Defensum*.]

3. DEFENSÆ, dicitur ager, pratium, vel silva, ubi aut pascua seu animalia immittere, aut aliud quidpiam agere, quod iis noceat, non licet. Glossar. Græco-Lat. : *Defensæ, λήιον ἐκδιχηθέν.* Ubi λήιον, est seges, seu ager consitus. Ita in Consuetudine Normanniæ art. 8 : [Terres sont aucun tems en Deffens et en autres sont communes.] Toutes terres cultivées et ensemencées sont en Deffens, de quoy les bestes peuvent legerement tollir

les fruits. [Vuides terres sont en Deffens depuis la mi Mars jusqu'à la saincte Croix en Septembre. En autre tems elles sont communes.] Deffens, vel Deffais, in Consuetudine Andegavensi art. 171. 172. Deffois, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. art. 143. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 12 : *Qui autem signum quod propter Defensionem ponitur, aut injustum iter excindendum, vel pascendum, vel campum Defendendum... reciderit, etc.* Honorius IV. PP. in Statutis pro Regno Neapol. ann. 1285. apud Rainald. n. 46 : *Prohibemus ne quisquam pro animali silvestri extra Defensam vel limites Defensæ invento... puniatur.* Henric. Knyghton. ann. 1352 : *Idem Dux fecit instaurare prædictum parcum de feris Defensæ Leistrecensis.* Idem ann. 1390 : *Dux Lancastriæ fecit magnam convocationem Magnatum regni ad venandum apud Leycestriam in foresta et Defensæ, et in omnibus parvis suis ibidem.* Occurrit præterea in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 219. in Vitis Abbat. S. Albani pag. 93. apud Beslium in Comitib. Pictav. pag. 475. tom. 4. Gall. Christ. pag. 889. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 807. etc. Vide Leges Scanicas Andr. Suenonis lib. 10. cap. 12. [Hickesii Thesaur. Linguarum Septentr. pag. 163.]

DEFENSIO. Charta Will. Ducis Aquitanor. apud Beslium : *Fratribus Cænobii S. Cypriani concedimus Defensionem in aqua Chinni, secundum consuetudinem meam : et de cætero nemo sit qui audeat piscari... sine licentia Abbatis, etc.* [Vide *Defensio 3.*]

† DEFFENCIO. Statuta Arelat. MSS. art. 35 : *De Deffencionibus pasturarum. Item statuimus, quod quilibet qui fuerit inventus in Deffencionibus, suis bladis, vel vineis, vel pasturarum, vel memorum, vel pratorum, etc.*

† DEFENSIA, vel DEFFENSUM. Consuetudines MSS. Augustæ Auscorum ann. 1301. art. 54 : *Exceptis piscariis et stagnis, columberis, claperiis et Deffensis.* Ibid. art. 35. habetur, *Devesiis.*

DEFENSUM. Eadem notione. Charta anni 1218. in Tabulario Prioratus Belli-loci in Normannia pag. 162 : *Decimæ dictæ forestæ de pratellis, scilicet essartorum et omnium venditionum tam majorum quam minorum quocunque modo factarum et herbagiorum, Defensorum et omnium rerum et proventuum ad dictam forestam pertinentium.* Monast. Anglic. tom. 2. pag. 114 : *Si ego meos porcos in parco meo, vel in aliquo alio Defensio posuero.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. fol. 169 : *Habet in foresta Andeliaci grossum merremium ad domum suam faciendam... et tigna extra Defensæ.* [Charta Henrici Regis Angl. ann. 1155. pro Normanniæ incolis apud D. Brussel pro Feudorum usu tom. 2. pag. iv. ad calcem : *Nulla riparia Defendatur de cetero; nisi illæ quæ fuerint in Defensio, tempore Henrici (I.) Regis avi nostri, et per eadem loca et eosdem terminos, qui esse consueverunt tempore suo.* Occurrit in Charta xi. sæculi ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Forojul. num. 76. Charta Gaufridi Comitis Castrodun. ann. 1202. Charta alterius Gaufridi Comitis Castri-celsi, ex Archivo Majoris Monasterii, Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 32. Chartulario SS. Trinit. Cadom. fol. 43. v. etc. Vide *Devensum*.]

FORESTÆ ET SILVÆ DEFENSÆ dicuntur, quod iis frui nulli liceat, nisi quibus usagi aut aliud ejusmodi competat, aut in quibus venari, nisi domino, non

licet. Bois de Deffens, vel de garde et Deffense, in Consuet. Norman. art. 85. Nivern. cap. 17. art. 4. Bois Deffensables, in Andegav. art. 182. Genom. art. 200. Vastani art. 18. Bituric. cap. 10. art. 12. 13. 14. in Lothar. tit. 15. art. 7. Bois Vetez dits vulgairément Bedats, vetitæ silvæ, seu defensæ, in Consuetud. Aquensi cap. 11. art. 12. 18. 20. Charta ann. 1190. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 83 : *Sed Vetitum præfati nemoris et custodia ad Comitem spectant. Viæ Vetatæ, in Charta Ricardi Regis Angliæ apud Sammarthanos in Archiepiscopis Turonensibus. Capitul. 5. ann. 819. cap. 22. lib. 4. Capitul. cap. 65. et Lex Longobardorum lib. 3. tit. 35. [\*\* Ludov. P. 49.] : De forestibus nostris, ut ubicunque fuerint, diligentissime inquirentur, quomodo salvæ sint et Defensæ. Silvæ Custoditæ, in Concil. Suesion. II. ann. 853. cap. 6. Capitulare de Villis cap. 36. Ut silvæ, vel forestes nostræ bene sint Custoditæ. Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 114 : *Si ego meos porcos in parco meo, vel in haya, vel in aliquo alio Defensio posuero.* Charta ann. 1118. apud Ughellum in Episc. Bovinensib. : *Si in die capti fuerint cum lignis de ipsa silva Defensæ, ad iudicium ipsius et Præpositi judicentur.* [\*\* Notitia de Casa Vicecom. in Picton. circa ann. 1110. post Irmi-non. pag. 378 : *Fera seu venatio in terra S. Nicholai ab aliquo suorum hominum infra Defensio, si ictu ferri vel justæ fortuitu comprehensa fuerit, monachorum erit.*] Domesdei in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 306 : *Memorandum quod boscu de Naffoke debet esse in Defensio, dum durat pannagium, videlicet a festo Michaelis usque ad festum S. Martini, ita quod aliena animalia cujuscunque generis domestica non debent teneri vel pasci in eodem sine licentia Firmariorum, per finem faciendum in eodem. Nemus in Defensum ponere, et ab ipsius usagio arceri, apud Perardum in Burgundicis pag. 139. Regestum Philippi Aug. Herouvallianum fol. 173 : *Haya Lire, et Haia de Aubenas inter cheminum Perre et semiam Decani, et usque ad haiam Catorum sunt Defensio. Spissa Bosci Arnaldi et Defensio Cellarii sunt Defensio, etc. Buissa à Conins Defensables, in Consuetud. Andegavensi art. 32. 33. Gareennes Defendus, in Consuet. de Menetou art. 23. Arvern. cap. 28. art. 22. de Tremblevy art. 8.***

PRATA DEFENSÆ, in quibus pascua et animalia immittere non licet a 15. Martii ad festum S. Crucis, ut est in Consuetud. Normanniæ, art. 82. Prez Defensables, in Consuetud. S. Aniani art. 3. Vastani art. 15. Cabrisii art. 6. Bituric. cap. 10. art. 10. Burbonensi art. 525. Arvern. cap. 28. art. 6. Lotharingæ tit. 15. art. 5. Marchensi art. 354. Juliodun. cap. 19. art. 1. Pictav. art. 196. Santon. art. 15. Aurelian. art. 147. Turon. art. 202. Lineriarum in Biturig. art. 20. Lezaici in Biturig. art. 10. de Nançay art. 22. etc. Lex Wisigoth. lib. 8. tit. 3. § 12 : *Qui in pratium in tempore quo Defenditur, pecora immiserit. Petrus Diaconus lib. 4. Chron. Casin. cap. 20 : Exceptis silvis, et cultis terris, et pratris Defensis.*

HERBÆ DEFENSÆ. Capitulare ann. 779. cap. 17. Capitula Caroli Mag. lib. 5. cap. 139. [\*\* 201.] et Lex Longob. lib. 3. tit. 4. § 3. [\*\* Car. M. 14.] : *Nemo herbam alterius tempore Defensionis tollere præsumat, nisi vel in hostem pergendo, aut Missus noster sit.* Adde Capitulare 2. ann. 813. cap. 10. Vide *Hospitalitas*.

VINÆ DEFENSÆ, Vignes et jardins

sont Defensables en tout temps, in Consuetud. S. Aniani art. 4. Bituric. cap. 10. art. 9. Burbonensi art. 526. et Pictavensi art. 194.

VENATIO DEFENSA, Chasse Defensable à grosses bestes, in Consuetud. Andegav. art. 36. Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. art. 148.

PRÆDIA DEFENSA, Heritages Defensables clos à fossez et haies, in Consuetud. Turon. art. 202. 208. S. Aniani art. 1. Bituric. cap. 1. art. 7. Norman. art. 89. Sellensi art. 1.

MARE DEFENSUM, seu Palus. Vetus Charta apud Sammarthanos in Abbatibus Vallis S. Stephani Santon. diocesis Dederunt et furnum, et in saltibus parochiæ ad calefactionem furni necessaria, excepto Defenso mari circumjacente. Supra stagnum et palus dicitur quod hic mare appellatur.

AQUÆ DEFENSÆ. Quoniam Attachiamta cap. 87. § 1: Omnes aquæ, in quibus capiuntur salmones, ponuntur in Defenso ad capiendum salmones a die Nativitatis vel Assumptionis B. Mariæ Virginis, usque ad festum S. Martini.

DEFENSA, DEFESA, generatim pro loco pascuo, vel prato Defenso, non semel in Chartis Hispanicis. Hispanis Dehesa, Coto, locus prohibitus. Charta Garcie Fernandi Comitis æræ 1010. apud Antonium de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 1: Illo ganato Ecclesiæ S. Petri talem foro habeat sicut de illis de illas villas ad pascendum per omnes terminos et in fontes, in paludibus, Defensas etiam, et in molinaris, fluminibus, etc. Infra: Si non habuerit, carreta directa, licentiam damus pergat per Devesas, per terras laboratas, per vineas, et limites frangere, etc. Alia Alfonsi Regis Castellæ æræ 1115. ibid.: Fontibus, vallibus, montibus, in Defesis, paludibus, pratis, etc. Alia Alfonsi VIII. æræ 1227. ibid.: Cum collocis et solaribus, cum pratis, pascuis, aquis, nemoribus et Defesis, cum montibus, etc. Alia Fernandi I. Regis Castellæ æræ 1100: Pratis, paludibus, Defesis, ligneis. Adde eundem Yopez tom. 5. pag. 444. b. et Michaëlem del Molino in Repertorio pag. 164. v. Vide Devezum.

DEFENDUDA, DEFFENDUTA, Provincialibus Devedudes. Charta ann. 1242. ex Archivo Montis-rivi: Exceptis bladis, vineis et Deffendudis. Transactio ann. 1317. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: Nec etiam in terris laboratis tempore quo bladarentur, vel si signatæ fuerint pro Denffendutis; si vero avere hominum et domini dicti castri possit libere pascere, sicut in alio territorio.

DEVENDUDA. Charta Curia Arelat. ann. 1225. de Corsoriis e MS. D. Brunet fol. 86: Juxta istud Corsorium non possunt Hozpitalerii... facere Devendudam in palude vel garriga. Statuta Massil. lib. 5. cap. 19. § 20: Item, si qua avis alicujus venatoris seu venantis equitantis transvolabit, et transvolando in vineam vel devensum, aut Devendudam intrabit, liceat illi venatori vel ejus scutifero, vel alii quem secum haberet ille venator, intrare sine equo et equitante... causa... recuperandi dictam avem, et hoc sine pœna banni.

DEFFESIUM, Idem quod Defensum. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1309. in 2. Regest. ejusdem Regis num. 85. ex Tabulario Regio: In loco etiam prædicto et extra, mercaturas et denariatas suas vendere poterunt, consueta solvendo de-veria, Deffesiaque de caniculis in suis possessionibus facere, et in Defenso tenere, prout alias fieri consuevit: et qui

in dictis defensis venati fuerint, sicut de eo constiterit, emendis multabuntur. Vide Boulare, et Vetatum.

\* 4. DEFENSA, Munio, arx, propugnaculum, Gall. Deffense. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 335: Item quod dictus Girinus... venit apud Guiorgium, ad locum qui dicitur à la Frayti, ubi pro tuitione et defensione villæ Guiorgii quædam bastida seu Defensa... posita. Vide Defendiculum, Defensaria et Defensorium.

DEFENSABILIS DOMUS, Munita. Maison de Deffense, apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 173. Gesta Consul. Andegav. cap. 11. n. 3: Habentes singuli domos Defensabiles. [Ibid. cap. 7. n. 3: Isti domum Defensabilem habebant. Madox Formul. Anglic. pag. 118: Contra ventum et pluviam Defensabilia facere ædificia.] [\* Propugnacula et alia munimenta Defensabilia, in Chart. ann. 1331. ap. Guden. in Cod. Diplom. vol. 2. pag. 1045.] Naves Defensabiles, armis et militibus instructæ, munitæ, apud Knygthonum pag. 2424. [Homines Defensabiles, apud Rymerum tom. 4. pag. 781. col. 2. Gallice, Hommes de Deffense. Homines Defensales, apud eumd. Rymer. tom. 3. pag. 1012.] Le Roman du Renard MS.:

Ne le garra, ne clef ne serre,  
Ne mur, ne fosse Defensabile.

Joannes de Condato MS.:

N'a fortteresse ne Defens.

† DEFENSACULUM, Defensio, propugnaculum, munimen. Peregrinus in MS. Speculo virginum: Maria Virgo est justis ne ruant Defensaculum. Vita S. Leonis Papæ IX. April. tom. 2. pag. 662: Universa plebs muros ascendit, quasi ob capiendæ civitatis Defensaculum. Vita S. Marculfi tom. 1. Maii pag. 77. Sed iste vir sanctus his Defensaculis circumseptus extiterat. Aug. in Psalm. 67. n. 21: Umbra porro ista Defensaculum intelligitur ab æstu concupiscentiarum carnalium. Chronic. S. Petri Vivi apud Acher. Spicil. tom. 2. pag. 758: In vitem, quæ ad defendendum in eadem Ecclesia est, ascendit, et ostium post se clausit, in quo Defensaculo jam se miserant aliqui de nostris. Vide Plecta.

† DEFENSALIS. Vide Defensabilis.  
† DEFENSARLA, Munitio vel Arx. Nova. Gall. Christ. tom. 2. col. 126. ex Donatione Gaufrici Vicecomitis: In pago Biturigo, in vicaria Fabriacense, in Defensaria ipsius civitatis, in villa cujus vocabulum est Colangiacus. Data mense Febr. ann. xx. regnante Karolo Rege. Chartularium S. Sulpitii Bituric. fol. 35: Auvarnus Subdiaconus cedit ad Basilicam S. Sulpitii res proprietatis sue, quæ sunt sitæ in pago Biturigo in vicaria Cortonica in Defensaria ipsam civitatem in villa Nantua. Vide Defensa 4.

† DEFENSATA, SILVA, Eadem quæ Defensa, in Legibus Luitprandi. Vide Defensa 3.

\* DEFENSATOR, Qui et Defensor, Tribunus plebis, cujus munia describuntur in Defensor 2. Placit. ann. 927. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 19. col. 2: Ut auctor vel Defensor Fredeloni de castro Andusiense in ejus præsentia facimus plancturiam... Precamur vos domne Fredelo, actor vel densator (i. defensor) cum judices vestros vel ceterasque personas possessio nostra per hanc occasionem non rumpat... Unde laudamus te, vir laudabilis, Defensor Fredelo, nec non et vos honorati, quæ (qui) curas

publicas agilis assidue, ut istam plancturiam firmare faciatis.

† DEFENSATRIX, Quæ defendit. Legitur apud Miræum Diplom. Belg. tom. 1. pag. 665. col. 2. Baluzium Hist. Geneal. Arvern. tom. 2. pag. 342. Rymerum tom. 16. pag. 320. col. 1. etc.

† DEFENSIBILIS. Vide Defensabilis.  
1. DEFENSIO, Asylum, immunitas. Suggestio Germani Ep. tom. 1. Epist. Rom. Pontif. in Hormisda: Et nisi misericordia Dei et Defensio S. Marci Basilicæ eruisset eos de manibus eorum, ibi perierant.

DEFENSUM, Eadem notione, vel potius septum Ecclesiæ. Charta ann. 1066. apud Joffredum in Nicia: Donamus ad ipsam Ecclesiam... et hortos duos qui sunt juxta pratam Arnaldi, cum ipso Defenso qui dicitur Altare.

\* 2. DEFENSIO, Protectio. Defensio sacri Palatii, in Lege Longob. lib. 1. tit. 2. § 9. [\* Aist. 8. adde 10.] Defensio et mundeburdis Ecclesiarum, in Formulis veteribus cap. 13. Defensio Sacerdotalis, in Concil. Toletano V. cap. 72. Defensio Religionis, in leg. 27. Cod. Th. de Episcop. (16, 2.) Charta Edw. I. Reg. Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatibus Anglicanis tom. 3. pag. 425: Dedi etiam eis omnes Ecclesias non vacantes totius Defensionis mæx, in quibus jus advocacionis habeam, etc.

† 3. DEFENSIO, forte Idem quod Defensa 3. seu Locus defensus. Charta Raymundi Berengarii ann. 1179. inter Instrum. tom. 1. novæ Gall. Christ. pag. 67. col. 2. A: Concedo in perpetuum Priori et Dominabus de Arta-cella quidquid habeo, vel habere debeo in villa de Cabassa et in territorio ejus, in dominiis, castellanis, terris cultis et incultis, vineis, pratis, pascuis, usaticis, justitiis, et Defensionibus, et quidquid ibi pro me habetur aliquo modo, etc. Vide in Defensa 3.

† 4. DEFENSIO, Inhibitio. Vide Defendere 1.

\* DEFENSIVA, Munitio. Gall. Deffense. Tract. MSS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 98: Palatium cum turre circumdatum ab arboribus et postea a fosso pleno aqua, pluvia, opere macanico (mechanico) est factum; et habet duas Defensivas... arbores sunt prima Defensiva; secunda Defensiva, est fossum aqua plenum. Vide supra Defensa 4.

† DEFENSIVA ARMA, Quibus quis sese defendit ac tegit. Gall. Armes Defensives, apud Rymerum tom. 8. pag. 331. col. 2.

DEFENSIVÆ. Radulfus de Diceto ann. 1153: Defensivæ locorum seu Vicecomites locis statuentur statutis. Et ann. 1198: In Marchia principales Defensivæ locorum prope munitionem illam... ad pugnam accincti concurrerunt hostiliter. Sic porro his locis vocantur Vicecomites, quibus locorum seu Comitatum vel provincialium cura commissa erat, quo vim et injuriam propulsarent, latrocinia compescerent, pacem publicam custodirent, et ab omni injuria regios subditos conservarent.

1. DEFENSOR, Advocatus, in Cod. Th. leg. 2. de Postulando (2, 10.) leg. 3. de Dilation. (2, 7.) apud Symmachum lib. 8. Ep. 17. lib. 9. Ep. 28. lib. 10. Ep. 32. etc. Vide Advocatus.

2. DEFENSOR, Tutor, in Lege Longob. lib. 1. tit. 30. § 13. [\* Ludov. Pii 17.] in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 22. et in Cod. Theod. leg. 3. et ult. de Tutor. (3, 17.) leg. 1. de Adm. et peric. tutor. (3, 19.) leg. 1. de Denuntiatio. (2, 4.)

DEFENSORES CIVITATUM, Syndici, qui suscipiunt negotia civitatum, in Formula defensoris civitatis, apud Senatore lib. 7. Ep. 11. Apud Ammianum lib. 25. *Silvanus Causarum defensor* dicitur, qui in Chronico Alexandri *πολιτευόμενος*, id est, *Decurio*. Vide leg. 7. et 18. D. de Munerib. et Honorib. (50, 4.) Sed et

DEFENSORES CIVITATUM dicti, ut olim Tribuni plebis, qui eligebantur civium decretis, in civitatibus quæ civium frequentia celebres erant, ut essent qui disciplinam invigilarent, plebem et Decuriones ab omni insolentia compescerent, naucleros et mercatores tuerentur, tributa curarent, injurias patientium querelas exciperent, et alia ejusmodi quæ habentur in tit. Cod. Justinian. (1, 55.) et Theod. (1, 11.) Defensoribus civitatum, de quibus agunt præterea Desiderius Cadurcensis Episcop. Ep. 16. Marculfus lib. 2. form. 27. Formulæ veteres cap. 53. 54. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 26. lib. 12. tit. 1. § 2. Edictum Theoderici Regis cap. 53. Capitula Caroli Mag. lib. 5. cap. 234. [\*] 387. e Julian. Nov.] Epistola Severi Episcopi apud Baron. ann. 418. num. 41. Symmach. lib. 1. Epist. 65. lib. 9. Ep. 35. Vide Cujac. in Paratit. et lib. 8. Obs. cap. 14. et Juretum ad Symmach. lib. 9. Epist. 35. [\*] Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. § 23.]

DEFENSORES ECCLESiarUM, quorum Institutum a Patribus Africanis manavit, qui ab Imperatoribus facultatem sibi dari petierunt, in Concilio Carthag. quod habitum est ann. 407. *constituendi Defensores scholasticos qui in actu erant, vel in munere defensionis causarum, ut more Sacerdotum provinciarum, iidem ipsi qui defensionem Ecclesiarum susciperent, haberent facultatem pro negotiis Ecclesiarum, quoties necessitas flagitaret, vel ad obsistendum obrepentibus, vel ad necessaria suggerenda, ingredi judicium secretaria*. Ita Codex Canon. Afric. cap. 97. Ex quibus patet Ecclesias Africanas antea suos Defensores habuisse, sed ex ordine Ecclesiastico. Adde leg. 38. Cod. Th. de Episcopis, (16, 2.) et leg. 7. de Denuntiati. (2, 4.) Vide *Advocatus*.

Erant et Ecclesiarum Defensores interdum ex ordine Ecclesiastico, uti diximus. In Conc. CP. sub Agapeto PP. art. 2: *Ἰωάννης ὁ θεοσεβέστατος προσβύτερος καὶ ἐκκλησιολόγος τῆς ἀνωτάτης μεγάλης ἐκκλησίας*. De Defensoribus Ecclesiarum ex Clericorum ordine, agunt præterea Concil. Milevit. II. cap. 16. Concil. Afric. cap. 42. 64. Codex Can. Eccles. Afric. cap. 75. 97. Epist. Gelasii I. cap. 3. Hormisd. Epist. 25. sub fin. Gregor. Magnus lib. 1. Dial. cap. 10. lib. 1. Epist. 25. 26. lib. 2. Ind. 11. Epist. 54. lib. 7. Ind. 1. Epist. 4. Ind. 2. Epist. 39. lib. 12. Epist. 30. Anastasius in Vitis PP. pag. 72. Gregor. Turon. de Vitis Patrum cap. 6. [Vita Aldrici Episc. Cenoman. num. 8.] etc.

DEFENSORES ROMANÆ ECCLESIE, ex ordine pariter Clericali, quorum munus erat pauperum potissimum et Ecclesiarum defensionem et utilitatibus invigilare, et ut legata ad pias causas relicta in eleemosynam pauperibus distribuere, ut est in formula Defensoris constituendi apud Gregorium M. lib. 4. Epist. 25. lib. 7. Epist. 66. lib. 11. Epist. 21. et Senator. lib. 9. Epist. 15.

Mittebantur etiam a Summo Pontifice in provincias, ut implorantibus Apostolicæ Sedis auxilium adessent. Ita idem Gregor. M. lib. 1. Dial. cap. 4. lib. 2.

Ind. 11. Epist. 86. lib. 4. Epist. 4. lib. 7. Ind. 2. Epist. 66. 67. lib. 9. Epist. 32. lib. 10. Ep. 47. lib. 11. Epist. 52. Joan. Diac. lib. 2. Vitæ ejusd. Greg. cap. 53. Curabant præterea Patrimonia Romanæ Ecclesiæ in diversis provinciis constituta, ut est apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 10. Epist. 17. Ind. 2. Ep. 24. lib. 8. Ep. 39. et Senatore lib. 3. Ep. 45. Acta S. Sebastiani num. 68. de Caio PP.: *Tranquillinum fecit Presbyterum: S. Sebastianum autem, qui ad multorum profectum sub specie militiæ latebat, Defensorem Ecclesiæ instituit, cæteros vero subdiaconos fecit*. Meminit Tuti Romanæ Ecclesiæ Defensoris, Felix III. PP. in Epist. ad Zenonem Imp. et in alia ad Monachos urbis CP. quem ait a se creatum de provectoribus intra Ecclesiam Clericis, nempe Romanam: nam de aliarum civitatum Clericis non deligebantur, ut est apud Gregor. M. lib. 4. Epist. 25. Excogitatum istud muneris genus a Patribus Africanis, uti jam observatum, par est credere, ex Concilio Charthag. IV. cap. 9: *Propter afflictionem pauperum, quorum molestiis sine intermissione fatigatur Ecclesia, ut Defensores eis adversus potentias divitum, cum Episcoporum provisione delegentur*.

Horum numerum Romæ ad septem auxit idem Gregor. M. eosque septem regionibus assignavit, ut ipse testatur lib. 7. Ind. 1. Epist. 17. ubi de eorum officio ac privilegiis agit, ut et ordo Romanus, in quo Defensores Regionarii dicuntur, ut et in Epist. 22. Pauli PP. in Ep. 3. Stephani III. PP. etc. Joan. Diac. in Vita ejusd. Greg. lib. 2. cap. 20: *Septem ex Defensoribus honore regionario decorandos indicit*. Adde Anastasium in S. Hadriano PP. pag. 110. [et Morinum de sacris Ordinat. part. 3. exercit. 16. cap. 6. 7. 8.]

Primus Defensor, qui Primicerius Defensorum, in ordine primus ex septem Defensoribus Ecclesiæ Romanæ apud Gregor. M. lib. 7. Ind. 1. Ep. 17. in Epistolis Pauli PP. 23. 24. apud Anastasium pag. 65. tom. 4. Histor. Franc. pag. 733. 757. etc. qui scilicet ad primatus gradum pervenit: Græcis *Ἡπρωτεύδικος*, de qua dignitate multa Gretzerus; Meursius, Goarus, et alii congererunt.

SUBDEFENSOR, qui a Defensore ad vires suas agendas interdum delegabatur. Gregorius VII. PP. lib. 6. Ep. 8: *Oilardo quoque Subdefensori prædictæ possessionis*.

DEFENSORES SENATUS, in leg. 2. et 3. Cod. Th. de Prædiis Senator. (6, 3.)

DEFENSORES, in militia Græcanica, qui *Cursores* subsequebantur, ut eos defenderent, si ab hostibus ingruentibus aut cladem paterentur, aut propellerentur. Ita Glossæ Basilic. Leo in Tacitic. cap. 7. § 37. 41. cap. 12. § 78. et Mauricius laudatus a Rigaltio in Glossario.

DEFENSOR NAVIUM. Sexta Synodus Act. 3. et 9: *Ἀναστάσιος διάκονος καὶ νοτάριος πλοιεύδικος*. Vetus Interpres Defensorem navium vertit.

DEFENSOR et rector mercadantiæ civitatis Placentiæ, in Chronico Parmensi ad ann. 1290. apud Murator. tom. 9. col. 819. A.

DEFENSORIA, Dignitas Defensoris civitatis in Chronico Parmensi ad annum 1308.

DEFENSORIUM, Munitio. Bernteni Chron. Marienrod. apud Leibnit. tom. 2. Script. Brunsv. pag. 449: *Præterea cum villa Wenthusen totaliter esset deleta præter Capellam, erecti ibidem juxta cæmeterium forte Defensorium cingens*

ipsum cum fossato simul cum cæmeterio et Ecclesia, et villulam circumdedit grandis sepe.

DEFENSUM, Prohibitio quævis, Defensio. Statutum S. Ludovici ann. 1255. cap. 21: *Defensum autem bladi vel vini, aut mercium aliarum non extrahendarum de terra, sine causa urgente non faciant* Ballivi. Vide Defensio 3. [et Defensio 1.]

DEFERULARE, Ferula de mensa auferre. Vita S. Ottonis Episc. Bambergensis lib. 2. cap. 11: *Mensa illorum nunquam disarmatur, nunquam Deferculatur*.

\*DEFERIATA, pro DEFERRIATA, Actio captivos e vinculis eximendi. Italis Scarcerazione, Gall. *Délivrance*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 169: *Addimus quod aliquis custos alicujus carceris... non possit nec debeat... auferre vel accipere aliquid alicui detento... ultra quam xij bononinos in prima die pro inferiata vel intratura et Deferiata, nec aliqua alia de causa a dicta die in antea nisi vj denarios pro qualibet die*. [FR.]

DEFERRARE, Gall. *Defferrer*, Equo soleas eximere. Vita S. Bernardi Tironiensis, tom. 2. April. pag. 243: *Omnia omnibus sua faciebat communia, et etiam ut hospitem equos ferraret, suos aliquotiens Deferrabat*.

DEFERRE, a Gall. *Deferer*, Avoir de la Deference, Revereri, honorem deferre. Chronicon Trivetti apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 567: *Muros cum turribus evertit... Templo tantum et turri David Detulit*. Id est, pepercit honoris ergo. Charta Edw. II. Regis Angliæ ann. 1323. ad Ballivos portus Doverriæ, apud Rymerum tom. 3. pag. 1012. col. 2: *Et quia, in quantum poterimus bono modo, vobis parcere volumus et Deferre, gratum habemus, etc.*

DEFERTUS, pro Delatus, in Gestis Regum Francor. cap. 11. Vide Ferto.

DEFESA. Vide Defensio 3.

DEFESANTIA, vox Practicorum Anglicorum, de facto quod infectum redditur, vulgo *Defeisance*, ex Gallico *Desfaire*. Vide Difficere. In Charta feodi, seu libro Anglico *Justice of peace*, pag. 164. habetur *Indentura Defesantiæ inter partes*, etc. Adde pag. 168. 169. etc.

\*DEFESIUM, Sub banno positum, quo frui nulli licet, nisi cui competit, puta Vivarium, Gall. *Défés, Deffaix et Deffey*. Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 349. re. col. 2: *Item Defesum et piscarium, quæ habebamus in aqua de Jauzi, centum solidos annui redditus æstimata*. Alia Radulfi vicecom. Bellim. ann. 1237. ex Tabul. Cartus. B. M. de parco: *Monachi Cartusienses habeant nemus mortuum ad usum dictæ granariæ, exceptis parvis meis et meum Défés de Montmejen. Plus les grains, broyes, Deffeges et appartenances... situés en la riviere de Cher, in Decreto ann. 1538. ex Tabul. castri de Chiffé in Turon. Vide Defensio 3. et infra Deffaia et Deffesum.*

\*DEFESSUM, eadem notione, in Charta Alvar. Diaz ann. 1107. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 391: *Donamus quantum ad illum monasterium pertinet... videlicet in omnibus exitibus in Evas tertio parte, et in Defessis in duplo Tajac*.

DEFESTUCARE, per festucam tradere. Charta Henrici I. Ducis Brabantie pro Cœnobio Bruxellensi S. Jacobi in Monte frigido ann. 1201. apud Miræum tom. 1. pag. 727. col. 1: *Terram in Rusbruc a censu annuo, ab omni jure suo et ab*

omni exactione liberam mihi resignavit et Defestucavit. Vide Festuca.

\* Nude pro Dimittere. Charta Theodor. comit. Fland. ex Chartul. Episc. Gandav. fol. 70: *Galterus omnem contra S. Bavonem injustitiam suam deposuit et Defestucavit.*

† DEFESUM. Vide Defensa 3.

DEFETARII. Ita libros Consuetudinum appellabant Siculi, ut auctor est Hugo Falcandus in Hist. de Calamitat. Siciliae pag. 664.

\* Greg. Grimaldi Hist. leg. et magistr. regni Neapolit. lib. 4. cap. 1: *Queste consuetudini (feudali) specialmente del nostro regno e della Sicilia, furono raccolte in certi libri, Defetarii corrottamente appellati, i quali libri, dicesi, che da Rugiero nel palagio reale conservavansi.*

\* DEFFACERE. Vide supra Defacere.

\* DEFFACTUS, Tritus, Gall. Broyé. Charta ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 177. col. 2: *Quod consules seu vintennarii sequentur molendina olivarum, tempore quo olive erunt Deffactæ; et iuxta quantitatem olei quam quilibet habebit, indicetur sibi vintenum in pecunia,.... et quisque tenebiturolvere et portare partem sibi tangentem de dicto vinteno olei,.... infra quindenam, post dictum oleum Deffactum.* Vide infra Diffacere.

\* DEFFAIA, Silva defensa, ubi nec pasceri nec cadere cuiquam licet, nisi ex concessione domini, nostris alias Defay et Deffois. Charta Rob. comit. Alenc. in Reg. forest. Alenc. etc. ex Cam. Comput. Paris. fol. 22. r.º: *Concedo (monachis de Persania) usagium suum ad omnia et singula loca predicta,.... tam in hais, parchis, quam in deffais et defensis antiquis et novis.* Alia Amair. Comit. Montisf. ann. 1229. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 100: *Concessit in escambium dominis Wallium Sarnaii defensum suum, quod dicitur le Defay de planeto.* Charta ann. 1363. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 316: *Exceptis defensis nemorum, qui vocantur Gallice Deffois.* Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. ch. 464: *Trois charetes chargées attelées de buefs trespassans parmi certaines terres labourées et cultivées, et en lieu de Deffois, ou il n'avoit point de chemin.* Deffois, in Stabilim. S. Ludov. cap. 150. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 231. Sic etiam legendum videtur, pro Desfois, in Cantil. 26. reg. Navar. tom. 2. pag. 58. et pro Deffroy, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 182. ch. 127. Vide Defensa 3. et mox

\* DEFFAISIA, Eadem notione. Charta ann. 1209. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 364: *A nemoribus S. Albini usque ad dictos locos, et usque a Deffaisis de tailis, vocatis Malespineta.* Vide infra Defensetum.

\* DEFFALCARE, Deducere, subtrahere. Charta ann. 1489. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 51. col. 1: *Dicta summa vj. lib. Turon. in vestris allocabitur compotis et de vestra, per quos pertinuerit, Deffalcabitur recepta.* Defalquer, pro Supprimer, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 37: *Pierre Bequin accusé d'avoir été complice au grenetier, qui lors estoit dudit grenier, d'avoir Deffalqué de grant quantité de sel vendu audit grenier, grant partie dudit sel.... Item d'avoir vendu à leur profit ledit sel ainsi Deffalqué senz gabeler.* Vide Defalcare.

\* DEFFAMARE, Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Defamar, Prov. Def-*

*famare, diffamare, inficere.* Vide Defamare et Diffamare.

\* DEFFAUTA. Vide supra Defauta.

\* DEFFEGLI, Prov. Veterum, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* DEFFECTIVUS. Vide supra Defectivus.

† DEFFENCIU, DEFFENDUDA, DEFFENDUTA. Vide Defensa 3.

\* DEFFENDERE. Vide Defendere 4.

† DEFFENSA, Præsidium, Gall. Defense. Visitatio castrorum anni 1347. in Hist. Delphin. tom. 1. pag. 68. col. 1: *Item, quod portate, per quod ingreditur burgum, ad Deffensam poni faciat sumptibus dictæ ville.*

\* DEFFENSATIVUS, Ad defensionem aptus. Joan. de Cardalho serm. in Epiph. Dom.: *Tertio dico quod isti Magi obtulerunt munus hostilitatum, Deffensativum; quod designatur cum dicitur, arma et equos.* Vide infra Deffensivum.

\* DEFFENSETUM, ut supra Deffaia. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Interrogatus qualiter scit quod homines Arelati visi fuerint boscairare in dicto territorio; dixit quod vidit ibi Stephanum Gaillardum, qui faciebat insidii ligna in Deffenseto, quod est ad caput illius cravi, et habebat ibi quampures incisores.* Vide infra Deffesum.

\* DEFFENSIVUM, Id quo ad defensionem suam quis utitur, Gall. Arme defensive. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 76: *Cum dictus Bernardus gladium vel aliud Deffensivum non haberet,.... accessit ad domum suam et gladio balasardo accepto,.... dictum Guillelmum tribus vel quatuor ictibus de dicto balasardo percussit.* Vide supra Defensativus. Deffementem vero, pro Deffense, protectio, patrocinium. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Deffementem, patrocinium.* Vita J. C. MS.:

Que bien sachies, si je voloie  
Ne mort, ne passion n'aurioie,  
J'aurioie assez Deffementem  
Angeles, arcangeles plus de cent.

Unde Deffenderres et Defenderres, Defensor, protector, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 189. et 190.

\* DEFFERRATUS, dicitur de animali soleis exempto. Charta Alfonsi comit. Pictav. pro Villafranca ann. 1256. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 46: *De asino ferrato, sex denarios; de Defferato, unum denarium.* Defferres appellantur veteres soleæ ferreæ, in Ordin. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 54. vº: *Item mareschaux ij. qui auront en toutes choses autaut comme les escuiers,.... et la Defferre sera le Roy.* Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. ch. 101: *L'exposant trouva en son chemin un sac, ou il avoit environ neuf frans.... le prist et mist en son saing, et quant Pierre Benon qui estoit avecques lui, lui demanda que c'estoit, ledit exposant respondi que c'estoit une Defferre.* Deffreier vero, vel Deffrayer, sumptus suppeditare, legendum puto in Ordin. ann. 1361. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 536. art. 11: *Le maréchal dudit duché (de Bourgogne) sera ordonné et commis pour recevoir les gens d'armes et leurs monstres, et pour les faire Defferer en la maniere qu'il a esté gardé et accoutumé de faire.* Vide supra Defferare.

DEFFESIUM. Vide post Defensa 3.

\* DEFFESUM, Idem quod supra Defensetum. Charta Alfonsi reg. Castel. ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 493: *Concedo villam quam vocant Fornellos,.... cum nemoribus et Deffesis, et cum omnibus aliis directuris et pertinen-*

tiis suis jure hereditario in perpetuum habendas.

† DEFFIDARE. Vide Diffidare.

\* DEFFRAHERE, DEFFRAYARE, Sump-tus suppeditare. Gall. Deffrayer, Deffraïtier, in Reg. Corb. 18. sign. Habacuc ad ann. 1511. fol. 122. vº. Comput. ann. 1482. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 19. col. 1: *Item solverunt Johanni Boneti, hostellario trium regum pro Deffrahendo dictum Comte, et expensis factis per eum in suo diversorio, x. solidos Turon.* Alius ann. 1495. ibid. pag. 62. col. 1: *Alia expensa facta per dictos dominos consules, Deffrayando dominum Narbonensem archiepiscopum, accedentem pro ambaxiatore apud dominum nostrum regem pro negociis patriæ.*

\* DEFFRACTUS. Vide infra Deffructus.

\* DEFFIBULARE, Fibulam detrahere, vestem exuere. Hugo de Cleeris de Senescallia Franciæ: *Cum vero primum venerit ferculum, Comes se Defibulans, e scamno surget.* Ibidem: *Pallium, quo in Curia affibulatus erit.* Gallo-Belgæ etiamnum Affuler, et Defuler, alii Affubler dicitur, cum pileus capiti aptatur, aut detrahitur.

\* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 22: *Lesquelz iz sauerent en eulz Deffulant et disant aux bonnes gens qui là estoient, à Dieu vous comment. Desaffubler, in Poem. Roberti Diaboli MS.:*

De son mantiel se Désaffuble  
Tout sainglement en pur le corps.

Vide Diffibulare.

1. DEFIGERE, Destruere, Desfaire. Vita S. Mederici cap. 13: *Interim venturus Pontem Carantonis, audivit quod quidam fur nocte furatus esset, et Defecisset pontem.*

\* 2. DEFIGERE, Cessare. Acta S. Abund. tom. 5. Sept. pag. 300. col. 2: *Jubeat ergo clementia vestra ut Deficiant (Deos insultare) aut thura et libamina ponant Diis nostris.*

\* 3. DEFIGERE IN JUSTITIA dicitur Judex vel feudalis dominus, cum vasallo jus sibi fieri postulanti vel plane denegat, vel curiæ suæ placita differt, ultra quam leges feudales permittant. Reg. feudor. Aquit. sign. JJ. rub. fol. 39. rº. ex Cam. Comput. Paris.: *Dixit etiam per juramentum suum (Bernardus Jordani de la Beer) quod multociens requisivit dominam Constantiam ut faceret sibi jus, et quia non faciebat et ei Deficiebat in justitia, dixit quod eaturus volebat esse de curia del Sere, immo renuntiabat omnino, et de hoc habebat curiam in testimonium.* V. Defectivus 1. et defectus 3.

\* DEFICIENS, Declivis. Tract. MS. de re milit. et mach. bellic. cap. 1: *Oportet quod locus in quo est exercitus, sit circumdatus a ripis aut flumine.... causa.... aquandi equos, et Deficiens dictus locus ex ripis una parte.*

\* DEFIDERE, Diffidere. Virgil. Grammat. pag. 29: *Quorum opinioni nec multum Defidimus, nec nimium faverem.*

† DEFIDIARE. Vide Diffidare.

\* DEFIERI, Abrogari. Charta Hugon. ducis Burg. ann. 1208. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 12. vº: *Libenter tollam illam communionem et defaciam, si jus de sua curia dictaverit, quod defieri debeant et tolli.* Vide supra Defacere.

DEFIGERE, in sortilegiis. Vide Vultivoli.

† DEFIGURARE, a Gallico Defigurer, Deformare, fœdare. Menotus Serm. Qua-

dragesim. f. 1. vº: *Omnes immunditie et lutum... non possunt corpus vestrum tantum maculare et Desfigurare, quantum peccata animam vestram. Vide Diffigurare.*

\* **DEFINIMENTUM**, Pactum, conventum, quo controversia definitur terminaturque. Charta ann. 1114: *Hæc est carta de placito et Definito, quod fecerunt Bernardus Atonis vicecomes et uxor ejus Cecilia et filii eorum Rogerius et Raimundus cum Lupato de Biterris etc. Vide infra Definitio.*

\* **DEFINIS**. [Qui habet fines; hinc derivatur definitus, cui nempe dati sunt fines. Legitur in Not. Tir. p. 57. Finis, infinis, adfinitis, confinis, Definis.]

\* **DEFINISCERE**, Dimittere, deserere. Charta sub Philip. I. reg. Fr. ex Bibl. reg. cot. 17: *Ego Ugo Adalberti garpisco et evacuo et pacifico tibi Raimundo Johanni... campo uno... et cum hac scriptura prædito campo Definisco et garpisco vobis ab integrum, sine vestro enganno. Vide infra Diffinire. Hinc*

\* **DEFINITIO**, Rei alicujus cessio, abdicatio. Narratio vexat. illatar. ab Aimer. vicecom. Narbon. archiep. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 80: *Dolens et coactus prædictas lesdas diffinivi injuste, cum leges dicant irritam esse Definitionem factam ab expoliato, nisi prius postestative revestiat. Defnaille, Finis, in Bestiario MS:*

Qui bien commenche et bien défine,  
C'est vérité et saine et fine,  
En toutes ouvrennes en doit  
Estre loés, qui que il soit.  
L'oeuvre de boine commenchaille,  
Qui ara boine Defnaille.

**DEFINITIO TONI**, Modulatio vocis seu Cantus Gregorianus. [\* Malim de neumate seu jubilo interpretari.] Bernardi Ordo Cluniac. part. 2. cap. 15: *Sic omnes Horæ absque versu, Deus in adiutorium, inchoantur, cum venia tamen et antiphonis, quarum nulla cum Definitione toni finitur.*

**DEFINITOR**, DIFFINITOR, Visitor. Offic. Monasticum, de quo Gregorius IX. PP. in Constit. pro Benedictinis, pag. 887. apud Brolium: *Omnes vero Abbates et Priores annis singulis ad Capitulum venientes, diffinitiones, si quæ factæ fuerint, in suo reditu habeant bis in anno in suis Capitulis, et visitationis tempore nihilominus recitandas. Vide Nomasticum Cisterc. pag. 807. [Apud Augustinianos, Benedictinos Congregationum recens institutarum et reformatarum et alios, Definitor appellatur Superiores novem electi tempore Capituli generalis, penes quos præcipua est totius Capituli potestas sive ad electiones Superiorum, sive ad statuenda et definienda quæcumque monasticam spectant disciplinam. In quibusdam aliis Ordinibus Definitor dicuntur Superioris Assessores, seu Consultores etiam extra tempus Capituli generalis.]*

**DEFITERI**, Negare, abnuere. Papias.

\* **DEFIXIONES**, Species sortilegii. Vide Vultivo.

\* **DEFILAMMO**. [Extinguo. Apul. 5. Met. sub fin. Pharetram expilet, et sagittas dearmet, arcum denodet, lædam Deflammet.]

† **1. DEFLARE**, Quidquid in buccam venit effundere. S. Ambrosius Epist. ad Sabinum: *Nobis autem quibus curæ est senilem sermonem familiari usu ad unguem distinguere, et lento quodam figere gradu, aptius videtur propriam manum nostro affigere stylo, ut non tam Deflare aliquid videamur, quam abscondere, ne-*

*que alterum scribentem erubescamus. Sed ipsi nobis conscii, sine ullo arbitro, non solum auribus, sed etiam oculis, ea ponderemus, quæ scribimus. Deflare cibum Plinio, In eum flare.*

\* **2. DEFLARE**, Includere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Deflat, includit.*

\* **DEFLECTERE**. [Declinare, Deformare. Dief.]

\* **DEFLETIO**. [Fletus. Juvenc. 4. 122. Adveniet jam tunc tristis Defletio terris.]

† **1. DEFLORE**, Devirginare: Glossæ Puteani: *Restoratio, Desloratio. Eadem: Delibatio, restoratio, ilibatio. Ugutio: Cum virgo devirginatur, Defloratur, et flos virginitalis aufertur. Carmen MS. ex Codice Brenensi:*

Virginitas flos est, et virginis aurea dos est.

Martianus Capella lib. 7:

Aurora exoriens roseis spectabit ocellis  
Floris resecl præmia.

Leges Hoeli Boni Regis Walliæ sub ann. 940. cap. 13: *Si viro datur puella ætatem habens, dicatque vir illam ab alio Defloratam percipisse, etc. Adde cap. 25. Libertates Bellavillæ ann. 1233: Si quis puellam pro vim Defloraverit, debet eam ducere uxorem, vel ad Consilium Burgensium maritare. Concilium Arelatense ann. 1267. can. 12: Qui violenter virginem Defloraverunt, etc. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Arag. fol. 33: Si incontinenti post violentiam dixerit, se in silva aut in eremo ab aliquo defloratam, etc. Magnum Chron. Belgic. ann. 1284: Prædictum Episcopum super Defloratione virginum, ac aliis factis enormibus clam accusaverunt. Defloratio mulierum, in Consuetudinibus Tolosæ. Defloratores, in veteri Consuetud. Normanniæ cap. 10: Les Deflorateurs violentement des vierges. Vide Statuta Odonis Episcopi Parisiensis cap. 6. § 4. [Gellius, ut edit Aldus, Futurum gaudii fructum spes tibi jam Deflorabit. Livius in editione ejusd. Aldi et aliis: Gloria victoriæ Deflorata. Id est, flore seu honore spoliata; sed in quibusdam editionibus habetur Præflorata ut et Præfloravit apud Gellium.]*

† **2. DEFLORE**, Flores legere. Notkerus Balbulus lib. de Interpretibus Divin. Scriptur. apud Bernardum. Pez tom. 1. Anecd. part. 1. col. 2: *Quod si excerptum Paterii, quod de libris B. Gregorii per ordinem singulorum librorum Deflorando confecit, unquam reperire poteris. Gerardus de Arvernia Epist. nuncupatoria ad Ivonem Abb. Cluniac. in Chronic. Cluniac. ann. 1282: Ut vobis Monachorum speculo inchoata succincte perstringerem, et inde utilia quæque brevi compendio Deflorem.*

† **DEFLORE**, Ead. notione. Codex MS. XIII. sæc. inscriptus *Liber Deflorationum Patrum*. Alia notione sumitur in *Deflorare* 1.

† **DEFLORE**, Idem MS. in Præfatione: *Quicumque autem has Defloratiunculas legere aut forte scribere voluerit.*

\* **3. DEFLORE**, Floribus ornare. Andr. Floriac. in Vita MS. S. Gauzlini archiep. Bituric. lib. 1: *Translationis quoque seriem Giraldus haud spernendæ scientiæ fulgor, elegiaco Defloravit pentametro. Sigebert. in Chron. ad ann. 1008: Burchardus... magnum illud canonum volumen editit scripturarum sententiis undique compilatis Defloratum.*

\* **4. DEFLORE**, Pascere, vel prata falcere. Charta ann. 1389. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 2. pag. 471: *Quod dictum*

*commune Ficecchii teneretur et deberet permittere dicta communia S. Crucis et Castri Franchi tenere et possidere dictas pasturas et eis uti et frui locis, et Deflorare, etc. Occurrit rursus ibid. pag. 473.*

† **DEFEDERATUS**, Rebellis, fedifragus. Sugerius in Vita Ludovici Grossi apud Duchesium tom. 4. pag. 308: *Confederatus igitur (Hugo Puteolensis) regni Defederatis, videlicet Palatino Comiti Theobaldo, et egregio Regi Anglorum Henrico, cum dominum Regem Ludovicum in Flandriam pro regni negotiis profecturum accepisset, collecto quantumcumque equitum et peditum potuit exercitu, Puteolum castrum restituere deliberat, adjacentem pagum aut eversum iri, aut sibi subicere maturat. Ibid. pag. 284: Quo siquidem tempore inter venerabilem B. Dionysii Adam Abbatem et Burchardum nobilem virum dominum Momoriacensem accidit quasdam contentiones pro quibusdam consuetudinibus emeruisse, quæ in tantam ebullierunt irrationis molestiam, ut rupto hominio, inter Defederatos armis, bello, incendiis concertaretur.*

† **DEFOLARE**, Lædere, percutere. Charta Philippi Augusti ann. 1194. pro Attrebatensibus: *Qui alium per capillos ad terram traxerit, vel pedibus Defolaverit, undecim libras et dimidiam perdet, unde Nos decem libras habebimus, Castellanus decem solidos, traginatus quindecim, Homines civitatis quinque. Nostris olim Affolere erat Leviter lædere, vulnerare, ut dictum est in Affolare. La bataille des sept arts MS.:*

Aristote fieri Percien,  
Nostre haut Baron ancien,  
Qu'elle fist à terre voler,  
Du cheval le voit Defouler.

\* Vel potius Conculcare, pedibus proterere, a veteri Gallico *Défouler*, eodem significatio. Serm. MSS. ex Cod. S. Vict. Paris. 14. sæc. serm. 7: *Une partie de la semence chai lez la voie, et cele semence si fut mouit Defolée de cels, qui aloient de lez la voie et demarchiée. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 222: Pour laquelle chose ledit Loys se retourna devers ledit Charlot et par grant maualent lui défoula ses jambes et marcha sur les piés. Le Roman d'Alexandre MS. part. 1:*

Mes il voit son seingneur ledement demener,  
Et à piés de chevaux ledement Défouler.

Sed et pro Contemnere, despiciere, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 483: *Lesquelz compaignons se prindrent à Défouler, vitupérer et ledengier de paroles le suppliant.*

**DEFOLCARE**, Thomas Walsingham. pag. 137: *Persecutor noster... damnosis injuriis quot et quantis nos et nostra jura vulnerat et Defolcat? Forte defalcat, de-trahit.*

**DEFOLIARE**, Folia decutere, ἀποφυλλίζειν, in Gloss. Græc. Lat.

† **DEFOMARE**, Circumsecare, dolare. Glossæ Gr. Lat.: Ἀποπελεκίζω, *Defomo, Dedolo*. [\* In utroque Glossar. edito: Ἀποπελεκίζω, *Deforus, dedolo*. Vide Salmas. ad Plinium pag. 181.] Festus: *Defomitatum, a fomitis succisum, quibus confoveri erat solitum. Unde mendose apud Papiam: Deformicata arbor desectis astulis. Legendum enim Deformitata arbor, hoc est fomitis seu assulis succisa.*

**DEFORAS**, DEFORS, Forinsecus, extrinsecus, *Par de hors, deforo, Occitanis; Deffore* in Consuet. Solensis tit. 2. art. 5. *Defors* in Charta Willelmi Arverni ann. 1178. apud Justellum in Probat. Hist.

Turenens. pag. 85. Le Roman du Renard MS. :

Pour ce que grans estoit les cors,  
Remaindre l'estuet par Defors.

\* *Defueurs*, in Libert. villæ de Braoux ann. 1331. tom. 4. Ordin. reg. Fr. pag. 336. art. 13. Hispan. *Defuera*, eodem significato.

DEFORAS. Vetus inscriptio: *Recognitum est ex tabula ænea quæ fixa est Romæ in Capitolio ad aram gentis Julæ Deforas podio sinistro.*

DEFORIS. [Vet. Interpres Gen. 7. 16: *Inclusit eum Dominus Deforis*. Matth. 23. 25: *Mundatis quod Deforis est.*] Admonitio sancti Fausti: *Et testes contra eum non aliunde Deforis, sed intus de ipsa proferentur.* Idem forte Faustus Regiensis: *Si evadere pericula non Deforis ingruentia, sed intus concepta desideras, etc.* Metellus in Quirinalib. :

Nec Deforis quispiam remansit uspiam.

Visiones Flotildæ: *Vidit... B. Remigium et S. Martinum Deforis eisdem crucibus obviantes.* Octavius Horatianus lib. 4. Rerum medicar. : *De argilla Deforis linis.* Constantinus African. lib. 7. de Morbor. cognit. cap. 22: *Deforis est superponenda res dissolutiva.* Beda in Vita S. Cuthberti: *Murus ipse Deforis altior longitudine stantis hominis.* Occurrit ann. 563. cap. 18. apud Ordericum pag. 535. etiam in Concilio Braccaren. et alibi passim.

† DEFORCIAMENTUM, DEFORCIARE. Vide *Difforciare*.

\* DEFORIS, Ultra, Gall. *Outre, de plus*. Stat. crimin. Saonæ cap. 43. pag. 99: *Infra ipsum tempus actor probationes suas facere teneatur, quo elapso magistratus infra dies decem teneatur sub pœna sindicamenti diffinire, nulla Deforis dilatione data.* Vide alia notione in *Deforas*.

\* DEFORMA. [Dicuntur exta, quæ dantur calida: a *formus*, calidus. *Fest. in Forma.*]

\* DEFORMARE. Acta S. Gaugerici tom. 2. Aug. pag. 684. col. 2: *Aliquando vero historiam typice tractans, memoriali exitu Deformabat.* Id est, ut interpretantur docti Editores, ita tractabat, ut narrationem historice primo propositam, formandis deinde moribus accommodaret.

† DEFORMATUS, Scriptus. Rembertus in Vita S. Anscarii n. 18: *Præfati servi Dei cum certo suæ legationis experimento, et cum litteris regia manu more ipsorum Deformatis, ad serenissimum reversi sunt Augustum.*

† DEFORMICATUS. Vide *Defomare*.

† DEFORMIS. Gibbosus. Capitula General. MSS. S. Victoris Massil. : *Statuimus, quod nullus de cetero alicubi accipiat in Monachum... claudus, surdus, monoculus, Deformis aliter gibbosus.*

† DEFORMOSUS, pro *Deformis*. Vita S. Vincentii Ferrerii, April. tom. 1. pag. 503: *Adolescens autem cernens feminam Deformosissimam, utpote quæ erat decrepita, etc.*

\* *Défourmé*, Contumeliosa vox, quæ apud Leodienses fortassis spurium significat. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 68: *Cellui Jehan dist audit escuier de Véveschié de Liege: si tous les Défourmez de Liege l'avoient dit, si auroient ilz failly de dire la vérité; et pour ce que ces mox, tous les fourmez (sic) de Liege, selon l'entendement et commun langage du pais, estoient et sont très-injurieux et contre l'onneur dudit escuier et de sa mere et parens, etc.*

† DEFORTHARE SE, Manus alicujus effugere. Inquisitiones factæ per Magi-

strum Ricardum auctoritate Philippi Regis Franc. de Libertatibus Monasterii Beccensis: *Viccomes Pontis Audomari invenit eum a dimidia leuca parochiæ Becci et voluit eum ducere ad prisonem Regis, et ipse noluit ire, immo Deforthavit se et fugiit usque ad portam Becci, et ibi dictus Viccomes arestavit eum, et ceptus fuit, et positus in prisonem dictorum Religiosorum.* Vide *Difforciare*.

DEFORTIARE, DEFORTIATIO, etc. Vide *Difforciare*.

† DEFORTIFICARE, Mœnia diruere.

*D. Carolus fecit Defortificari partem dicte ville, apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. col. 559.*

† DEFORZARE, Eodem intellectu. Chronicon Parmense ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 865: *Guastalla (oppidum) vero venit ad mandata dicti Defensoris, et per eum accepta fuit et spanata de foveis, et disquarnita et Deforzata in totum circumquaque; et multæ aliæ terræ destructæ fuerunt et derobatæ.*

DEFOSARE, Devorare, faucibus haurire. Etherius et Beatus lib. 1. adversus Elipandum Toletanum Archiep.: *Lupus... solus in tenebris ambulat ululando, et oves quæ ingressæ sunt sub pastore, Defosat et spargit.* Lib. 2. de Dracone: *Hunc agnum se fingit, quo agnum secum Defoset.* Rursum: *Præsentibus pastoribus oves Christi Defosare non possunt.*

† DEFOSSA FORESTRÆ. Charta fundationis Monasterii de Bosco Ratherii prope Turones Ordin. Grandimont. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 752: *Deditus etiam et concessimus Fratribus supradictis... per totam forestam nostram de Brussennaio usagium suum: ita quod dicti Fratres in dictis forestis et in omnibus defossis earumdem factis vel faciendis a nobis vel successoribus nostris indifferenter capiant et explectent quidquid ad usum et ædificationem ipsorum... viderint expedire.* In hunc locum Editores in Onomastico ad calcem tom. 4. *Defossa foresta*, videtur esse Cæsiones, Cæsursæ, Gall. *Coupees*. Sed puto legendum *Defensis* pro *Defossis*, hincque licentiam dari Grandimontensibus capiendi ligna in omnibus forestis tam liberis, quam *Defensis*, id est, quorum *usagium* non est licitum, nisi iis quibus hoc *usagium* singulari privilegio indultum est. Vide *Defensa* 3.

DEFOSSUS, Pœna apud recentiores recepta maxime in feminis. Consuetudines Arkenenses ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Si concubina ei fuerit, et particeps extiterit in crimine (furti,) viva fodietur, nisi prægnata sit, quia tunc servatur, etc.* Tabular. Campaniæ Thuan. ch. 24. ann. 1212: *Cum discordia esset de quibusdam hominibus suspensis, et de quadam femina Interrata, qui capti fuerant in burgo nostro S. Dionisii, etc.* Nota sunt, quæ de Vestalium supplicio habent Scriptores. Vide veterem Consuetud. Turon. tit. ult. art. 8. [\*\*] et Grimmii Antiqui. Juris German. pag. 694.]

DEFOVENTUM, Κεφάλαια, παρά θησιονῶ, Sors, in Supplemento Antiquarii.

\* Ita et Glossar. Lat. Gr. ubi Vulcanius emendat: παρά τῶ Ἡσιοδῶ.

\* DEFRACTA, ἀποκαμύσα, in Gloss. Lat. Gr. Sed leg. ex castigat. *Defecta*. Cod. Sangerm.: Ἀποκαμύων, lassus, defectus.

DEFRAGIARE, Papiæ, *Devulgare*. [Edito, *Defragare*, MS. Bituric. *Defraglare* et *Deflagrare*.] [\*\*] Glossar. in cod. reg. 7644: *Deflagrari, Devulgari.*

DEFRAGLASCERE, Odorem amittere. Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 420:

Potio quam primum fuerit confecta bibenda est,  
Ne Defraglascet, vim minuente mora.

\* DEFRANGERE, Perfringere, reprimerere. Epist. Soldani ad Pisan. inter notas Lamii ad Hist. Sicul. Bonincont. pag. 215: *Et si aliquis vestrum alienam nequitiam in se habuerit, hoc Defrangite et castigate.* *Déprimer*, eodem significato, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 485.

† DEFRAUDARE SCRIPTURAS, Adulterare, corrumpere truncando aut mutando verba, vel ea in pravam sensum detorquendo. Libellus Episcoporum Italiæ contra Elipandum in Concil. Hisp. tom. 3. pag. 98: *Defraudare etenim sacram non veremini Scripturam, parvipendentes Magistri Gentium prohibitionem dicentis: Nolite adulterare verbum Dei.*

\* DEFRAUDATUS, Oneratus, oppressus, Gall. *Surchargé*. Correct. statut. Cadubr. cap. 134: *Et si viderit (vicarius) aliquem Defraudatum in hujusmodi Livellorum exactionibus, eo quod æquitatem excedant, juris remediis inhæbeat et eis succurrat.*

† DEFRENS, a *Frendere*, Arvum quod detonderi vel demetiri solet. Gloss. apud Martinium: *Defrens*, ἀρούρα, θειραμός, ἀρούρα θειραβέστα. Supplem. Antiquarii: *Defrensa*, ἀρούρα τετραπέσηνη. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.: *Defrens*, ἀρούρα, θειραμός, i. Arvum, *Messis*. Festus: *Defrensam, Detritam atque detonsam*. Papias: *Defresum, Detritum, unde adhuc Fresca faba dicitur, quæ obtrita frangitur.*

† DEFRESUS, Vide *Defrens*.

† DEFRETUM, pro *Defrutum*, quod habent Celsus, Nonius, etc. Vinum coctum, Gall. *Vin doux, cuit, du raisiné*. Papias in MS. Bituric: *Defretum, Vinum coquendo defraudatum... Defruta, Quod aruit, unde et Defretum*. Gloss. Sangerman. MS. n. 501: *Defretum, Vinum coquendo defrutatum... Defretum dictum eo quod coquendo areseat, minusve faciat*. Isid. lib. 20. cap. 3: *Defrutum dictum est, quod defrutatur, et quasi fraudem patiatur.*

\* DEFRIGARE. [Abstergere. DIEF.]

\* DEFRICTUM VINUM vocatur *sapa*, ut in libro antiquo. Ita Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. Castigat. ad utrumque Glossar.: *Defructum sapa, passura*, ἔψμα. Sic in MS. Latina desunt in edito, ubi ἔψμα. Sed leg. *Defrutum*. Vide *Defretum*.

† DEFRIGERE, contrario sensu, Incallescere, Gall. *S'échauffer, Chasser le froid*. *Defrigens se ipsum in sole dicebat*, etc. in Bibl. Ascet. PP. tom. 3. pag. 236.

\* DEFROCARE, Froco exuere, Gall. *Défroquer*. Charta ann. 1252: *In dominum Amalricum et socios suos impinxerunt, Defrocaverunt dominum Amalricum bis.* Vide *Decucillare*.

DEFRONDARE, Frondes avellere: *Defrondere, frondes amittere*. Ugutio. Vide *Defoliare*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Defrondare, Esbranchier. Défrachir*, pro extirpare, evellere, vulgo *Défricher, arracher*, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 2: *Pendant que le suppliant Défrachissoit lesdites seches plantes de halos, pour y planter des nouvelles, etc.*

† DEFRACTARE, Usufructu privare. Vide Vossium de Vitiis Sermonis ad vocem *Usufructuare*. Vide *Defrustare*.

DEFRACTATUS, Marcidus. Nalgodus

in Vita S. Maioli Abb. Cluniac. Maii tom. 2. pag. 664: *Dies illuxerat, et minister de pulmento sollicitus invenit morulas penitus Deffructatas et imminutas, ita ut omnino parari non possent. Vide Deffretum.*

\* **DEFRUCTUM.** Vide supra in *Deffricum.*

\* **DEFRUCTUS, DEFFRUCTUS.** Ita vocabant epulas vel dapes, quas dare clericis solebant ii, sive ecclesiastici sive laici, quibus honoris causa præcæta fuerat antiphona *De fructu ad vespas natalitii Domini, quæ solemniori ritu cantabatur.* Concil. Narbon. ann. 1551. can. 47: *Parochis prohibemus, ne posthac ad comessationes, quas Deffructus appellant, ullo modo parochianos suos admittant.* Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 339. col. 2: *Item solverunt die xvi. Januarii dicti anni lxxix. amore Dei, pro Deffructu natalis, dari solito conventui fratrum Prædicatorum dictæ civitatis Nemausi, v. sol. Turon. Item dicta die, pro simili Deffructu, solverunt conventui fratrum Carmelitarum, amore Dei, v. sol. Turon.* Alius ann. 1393. ibid. pag. 125. col. 1: *Die xiiii. Decembris, quæ fuit die nativitatibus Domini, domini consules ierunt ad sermonem in domo Prædicatorum, et fratres dicti conventus fecerunt eis, sive uni ex ipsis dominis consulibus, dicere De fructu, in vespas: et ideo dicti domini consules ordinaverunt eis dare pro pitancia duos agnos.* Vide Mercur. Franc. ann. 1726. mens. Febr. pag. 218. et ann. 1727. mens. Maii pag. 925.

\* **DEFRUGARE SEGETEM,** Nimia fœtura exinanire agros, terram extenuare. Turneb. lib. 14. cap. 2. Verbum fictum a *De et Fruge.*

\* **DEFRUO.** [Doleo, Consumo. DIF.]

**DEFRUSTARE,** Frustatim, pro frusta excerpere. Ammianus lib. 31: *Sed semel obsoleti coloris tunica, collo inserta, non ante deponitur, aut mutatur, quam diuturna carie in pannulos fluxerit Deffrustata.* Sidon. lib. 9. Epist. 11: *Quæsitum volumen invenio, produco, lectico, excerpo, maxima ex magnis capita Deffrustans.* Alii legunt *Deffructans*, ut *Deffructare* sit, fructus decerpere.

† **DEFRUTARIA,** Vasa Deffruto conficiendo accommodata. Martinius et Amalthea.

**DEFUGA,** Desertor, refuga. Prudentius lib. Peristeph. Hymn. 1:

..... Ire ad aram jusserrat  
Idolis litare nigris, esse Christi Defugas.

*Curiæ vel Collegii Defugæ,* in leg. ult. Cod. Th. de His qui condit. propr. (12, 19.) *Defugere originem,* lege 13. de Decurion. (12, 1.) Vide *Refuga.*

\* *Deffuir* nostris, pro *Fuir*, fugere. Pactum inter Car. comit. et capitul. Carnot. ann. 1306: *Quant il (les coupables) s'en seront foiz après le forban, ou quant il auront pris le fet sur eux, en eus Deffuiant, etc.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 117: *Bertran Chambercal estoit tenuis everser ledit chevalier (de Canillac) en plusteurs sommes de grain et d'argent... ledit Bertran n'en vouloit faire satisfaction; mais se Deffuioit et demupoit.* Aliæ ann. 1398. in Reg. 154. ch. 165: *Pour ledit cas s'est Deffuis et absentez le suppliant. Deffouir,* in Lit. ann. 1379. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 615. *Deffouquier,* eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1446. ex Reg. 176. ch. 460: *Lesquelles bestes s'estoient Deffouquiés ou separées des autres, et demourées aux champs comme espaves.*

\* **DEFUGO.** [Idem quod *Fugo. Theod. Priscian.* 1. 4. Capillos locis propriis *Defugabis*, si, etc.]

† 1. **DEFUNCTIO,** est a debito liberatio: inde *Defunctus, liberatus. Secundo idem est quod Mortuus.* Vocabul. Juris utriusque. [\*\* Vide Forcellinum.]

† 2. **DEFUNCTIO,** Quod datur Parocho, cum quis vita fungitur. Conventus Episcoporum apud Gissonam ann. 1099. Concil. Hisp. tom. 3. pag. 310. col. 2: *Confirmamus Ecclesiæ prænotatæ omnes suas decimas, et primitias, et universas oblationes, et Defunctiones, et cæmeterios.* Similis locus habetur Marcæ Hispan. pag. 1058. qui et memoratur in Annal. Bened. tom. 4. pag. 387. Vide *Mortuarium.*

\* 3. **DEFUNCTIO,** Mors, obitus. Bulla Alex. PP. III. ann. 1179: *Et si in die Defunctionis alicujus, servitium suum habuerit, helemosina, sicut dictum est, per medium dividi debeat.* Charta Godofridi episc. Lingon. ex Cod. reg. 9612. A. B. N.: *Rainerius abbas ita suscepit Odonem ducem Divionensem ejusque uxorem ac filium in beneficiis domus Albæripæ, ut tantum fieret pro unoquoque eorum in obitu ipsorum, quantum pro Defunctione unius monachi ejusdem domus.* Alia ann. 1220. in Chartul. Thehol. ex Cod. reg. 5649. fol. 10. vº: *Emelina de Marla cognomento Billuarde, concessit ecclesiæ Theholiensi omnia immobilia et mobilia sua, tempore Defunctionis suæ.*

† **DEFUNCTORUM JUDICIUM,** Eadem notione. Epist. Gregorii IX. Papæ ad M. Cenoman. Episcopum ann. 1228. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 948: *Conjuratores autem hujusmodi se reputant obligatos ad excommunicatos minime devitandos, nec compellendos quantumcumque tempore in excommunicatione persisterint indurati, et ad tertiam partem Judicii Defunctorum Ecclesiis parochialibus non reddendam, laudabilem consuetudinem pietate fidelium nequiter infringendo, et ad alia multa teneri se credunt, quæ vergunt in periculum animarum.*

\* **DEFUNGERE.** [Ab officio cessare. DIF.]

**DEFUSTARE,** Fuste, vel baculo, cædere, fustigare. Gloss. Lat. Græc.: *Defustat, εὐλοκορεῖ.* Gloss. Græc. Lat.: *Εὐλοκορεῖ, τὸ τῆρω ξύλῳ, Defusto, fustigo.* In MS. pro *fustigo*, est *fustuo*: unde *Fustuarium supplicium.*

\* **DEGA,** Moles aquis opposita, agger, ripa, Gall. *Digue, écluse,* Transact. ann. 1515. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Damna maxima præberi in capiendo aquam dictorum vallatorum, et ripas seu Degas illorum frangendo et rumpendo.* Et infra: *Quod non audeant seu præsumant dictam Degam vallatorum seu ripas illorum frangere, cavare, etc.* Vide infra *Degania* 2.

\* **DEGAGIARE,** Pignori capere, vel pignus auferre et retinere. Charta S. Ludov. ann. 1255. in Reg. Cam. Comput. Paris. ab ann. 1421. ad 1436. fol. 63. vº: *Et si homines canonicorum (Locharum) non fecerint hoc quod facere super istis debuerint, per mandatum nostrum erunt Degagiati.* Vide infra *Desgagium* et *Disvadare* in *Vadium.*

**DEGAGUS,** Species retis quo capiuntur pisces, apud Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 37. [Derivatur ab Hebræo *Doug*, per reduplicationem *Dagag*, Piscari.]

**DEGALEARE,** Galeam spoliare. Ugutio. \* **DEGANARE,** Permutare, unde *Deganum*, Permutatio, in Chartis Lucensibus et apud notarios ejusdem civitatis,

quibus etiam nunc familiaris est hæc formula: *Titulo permutationis et Deganæ,* teste Muratorio tom. 1. Antiq. Ital. medii ævi col. 136. Vide infra *Viganum.*

**DEGANCIA,** [Species vasis seu dolii.] Vita sancti Eparchii apud Labbeum tom. 2. Biblioth.: *Quidam homo dives... Deganciam vini ad festa solennia B. Confessoris direxerat ad pauperum refectonem.*

† 1. **DEGANIA,** pro *Decania.* Concil. Compostell. ann. 1056. can. 1: *Ipsi Episcopi duos vel tres Præpositos electos habeant cum sensu cæterorum Clericorum, qui curam Diocesium Deganiarum procurant.* Vide *Decania* in *Decanus* 4.

\* 2. **DEGANIA,** ut supra *Dega.* Charta Alph. VII. reg. ann. 1169. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 107: *Cum omni hæreditate sua, cum montibus et fontibus, et Deganiis et molendinis.* Vide *Degora.*

**DEGANNARE,** Idem quod *Ingannare,* Fallere, decipere. Epistola PP. Liudtefrido Comiti scripta, tom. 3. Hist. Francor.: *Te tuamque conjugem auctoritate S. Spiritus Domini nostri a corpore et sanguine D. N. Jesu Christi separamus, et a consortio Christianitatis, donec prædictam feminam Garellindam, loco unde Degannastis, restituatis.* Agitur de Monacha a Monasterio fraudulentissima suasionem abstracta. Vide *Engannare*, post *Ingenium.*

† **DEGANUS,** pro *Decanus,* Qui præest decem familiis, apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 60. col. 2. Vide *Decanus* 1.

\* **DEGARIRE,** Cavere ab evictione, possessionem asserere, defendere, Gall. *Garantir.* Reg. feudor. Aquit. ann. 1278. ex Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 10. rº: *Petrus frater dicti Bernardi Beraudi juratus dixit et recognovit illud idem, quod dicitur Bernardus Beraudi; tamen dixit quod dicitur Bernardus frater suus debet eidem Degarire omnes res supradictas.* Ibid. fol. 42. vº: *Reymundus Arn. de Puy... tenet a domino rege et duce duo casalia;... et ista duo casalia debet Degarire dominus S. Albini, de cujus hereditate habent illa pro parte partida vel divisa, et alia duo in parochia de Brocars; et ista debet ei Degarire dominus de Brocars, de cujus hereditate tenet ea de parte partida.* Vide in *Warantus.*

\* **DEGARIUS.** Vide infra *Deguarium.*

\* **DEGATGIARE,** Rem oppigneratam redimere, Gall. *Dégager.* Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Quam cito gatgiatus de suo cumino, jeta seu tallia satisfecerit cuminatoribus seu levatoribus prædictorum, ipso facto sit Degatgiatus.* Vide *Disvadare* in *Vadium.*

† **DEGENER,** Nothus, spurius, Gall. *Batard,* in Lexico Philosoph. Goclenii et in antiquis quibusdam Chronicis.

**DEGENERARE,** Depravare, animos avocare, *Debauchere.* Historia Wambæ Regis: *Diverso fraudis argumento fidem populorum Degenerans, etc.*

† **DEGENIARE,** Formæ gratia fraudare. Cassiod. lib. 5: *Usurpatione Degeniare aliquid.*

**DEGENIATUS.** Vide *Geniatus.*

† **DEGERA.** Vide *Degora* et *Dugalia.*

\* **DEGERARE, DEJERARE,** Perjurare, promissis juramento firmatis non stare. Ordinat. ann. 1363. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 622. art. 11: *Et si reperiretur ipsos Degerare,.... debite puniantur.* Charta ann. 1368. ex Tabul. S. Victor.



Massil.: *Raymundum hortati sumus ut ab ipsis excessibus omnino cessaret, quod solemniter se facturum sæpe juravit, et sæpius Degeravit veniendo contra jurata.* Alia ann. 1186. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 43: *Et dum juramenti sui fideique constantiam expectaverimus, Dejeravit.* Stat. Montis-reg. pag. 180: *Statutum est quod quicumque inventus fuerit Dejerasse vel Dejerare, possit et debeat condemnari in libras sex, si de perjurio fuerit convictus.*

\* **DEGERIUS.** Vide infra *Dequarius.*

**DEGINA,** Græce, *Morsus, Latine.* Ita Papias et Ugutio. Sed legendum *Dagma*, [ut in MS. Bitur.] ex Græco δῆγμα.

† **DEGLAFIDE.** Vide *Degrathides.*

† **DEGLOBARE,** ut mox *Deglubare*, in Vita MS. S. Wenwaloei fol. 102.

\* Chron. Bald. diaconi tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 60: *Boni pastoris esse tendere pecus, non Deglobare.* Vide mox *Deglubare.*

\* **DEGLOMERARE,** Glomerata fila evolvere, Gall. *Devider.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Deglomerare, Desmuceler.*

† **DEGLUBARE,** pro *Deglubere*, Pellem detrahere. Tertull. de Pallio cap. 3: *Mercurium Deglubasse ovesulam.* Alii legunt *Diglubasse.* [\* Vide Forcellinum.]

\* Agob. episc. Lugdun. Epist. 6. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 365: *Ne quilibet Christianus carnes a Judæis immolatas et Deglubatas emeret.* [\* Vide S. Rosa de Viterbo in Supplement. Elucidar. voce *Degolador.*]

† **DEGLUVERE,** pro eodem *Deglubere.* Hinc corrigendum Glossarium Sangerman. MS. n. 501. ubi *Dequptus, Pelle exustus, id est, clite expoliatus;* a *Deglubare* enim legendum *Degluptus*, sicque cetera sunt emendanda: *Degluptus, Pelle exustus, id est, cute expoliatus.* Vide *Decoriare.*

\* **DEGLUERE,** Eadem notione. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Degluit, decoravit.* *Desglainer* vero, metaphorice pro *Occidere, gulam quasi spicam secare,* in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 251: *Icellui Savoye porta le cousteau à la gorge du suppliant et jura en disant: Par le cap de Dieu je te Desglainerai.*

† **DEGNATUS,** ab Italico *Degnare,* Gratum et acceptum habere: *Hignare.* Cortusiorum lib. 1. apud Murator. tom. 12. col. 937: *Offerebat enim populo pacem cum Januensibus a nobilibus Degnatam.*

\* **DEGNIGRATIO,** Infamia, contumelia, vituperium, Gall. *Dénigrement, deshonneur.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 71: *Johannes Buffeti..... protulit quamplurima verba injuriosa et ignomeniosa ad Degnigationem generis et famæ dicti Durandi suorumque parentum et amicorum.*

**DEGORA.** Jus Vicentin. lib. 1: *Aquarum ductus, sive canales, lectos aquarum, ac Degoras aperiri, perfodi secundum quod melius fuerit visum, etc.* [\* Idem videtur quod supra *Dega.*]

\* **DEGOT,** vox vernacula, Stillicidium. Gall. *Gouttiere.* Charta ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 1: *Cohoperiatur (domus) tali tecto, quod procedat a merletis, et lo Degot veniat in carreria.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Degotar.* Prov. *Stillare, distillare.* Vide *Degutorium.*

**DEGRADARE,** De gradu in quo quis est, remove, [Gall. *Degrader.*] Chronicon Fredegarii cap. 82: *Cognito more Gothorum, quem de Regibus Degradandis*

habebant. Ditmarus lib. 2. pag. 23: *Everhardus Dux, Regi diu infidelis, Degradatus est.* Regula S. Benedicti: *Exceptis iis quos Abbas Degradaverit certis ex causis.* Regula S. Pachomii cap. 92: *Degradabunt eum in ultimum gradum, donec corrigatur.* [Addit. ad Capitulum. apud Baluz. tom. 1. col. 1176. n. 107: *Præcipimus ut non Degradetur provincia sed apud semetipsam habeat judices Episcopos. Et quicumque causam habuerit, a suis judicibus judicetur, et non ab alienis, id est, a suæ justis judicibus provinciarum, et non ab externis, ni fuerit appellatum.*]

**DEGRADARE,** Beneficia Militibus auferre. Charta Caroli Calvi Regis Franc. ex Tabulario S. Cyrici Nivern.: *Dumque memoramus, quam fideliter Milites ejusdem loci nobiscum contra hostes nostros solatia præbuerunt, et simul se nobiscum tradiderunt periculo, placuit nobis auctores atque electos ejusdem sedis monere, ut nullus eorum præsumat aliquem illum, aut ullum de hæredibus ipsorum Degradare, et beneficia tollere, nisi prius in causis palatinis fuerit adductus, et criminali mutatione damnatus.*

**DEGRADATIO,** Pœna Ecclesiastica, qua quis suo gradu privatur. Apud antiquos, Clericum degradare, nihil aliud erat quam deponere, vel suspendere ab officio: nunc usus Ecclesiasticus paulo aliter invaluit. Distingunt enim Canonistæ a Depositione Degradationem, cum Depositione longe gravior sit *Degradatio*, qua scilicet reus Clericus ablati ordinis insignibus ab Episcopo coram judice sæculari, cui postmodum traditur, titulo Clericali privatur. Priori notione usurpant Concilium Eliberit. cap. 20. Concil. Bracar. I. cap. 4. Aurelian. IV. cap. 7. Concil. Cabilon. cap. 20. Constit. 2. Appendix Cod. Theod. etc. Ildofonsus Toletanus in Chronico: *Per Synodum ab Archiepiscopali dignitate Degradatus est. Degradatio Sacerdotii,* apud Gregorium M. lib. 9. Epist. 32. Vide Baron. ann. 57. num. 22. Filescum de Sacra Episc. auctorit. cap. 8. § 2. et Morinum lib. 2. Exercit. cap. 11.

Degradatis Episcopis disruptum vestimentum Sacerdotale, colligitur ex Vita S. Leodegarii cap. 14: *Factum est ut Episcoporum consilio Leodegarii Disrumpere (Hebroinis) vestimentum, et ultra non præsumeret offerre sacrificium.* Acta S. Theodardi Narbonensis Episcopi: *Truncatis in conspectu omnium, ac penitus scissis Episcopalibus indumentis, baculisque super eorum capita confractis, nec non annulis singulorum ab eorum digitis dedecore cum magno avulsis, ab omni ordine Clericatus penitus dejecti sunt ac depositi.* Adde Gregorium Turon. lib. 5. Hist. cap. 19. Liber cui titulus Διοπτρα, seu Disputatio animæ et corporis.

Ἐσαυτῶς νόμον ἔχουσιν ἐπὶ τῆς ἐκκλησίας,  
Ἀρχιερεῖς, ἐπίσκοποι, σὺν τοῖς Μητροπο-  
λίταις,  
Καὶ ὅταν πᾶσις ἱερεὺς εἰς ἔγκλημά τι μέγα,  
Ἐν πρώτοις τοῦτω αἴρουσι τὴν τρολὴν τῆς  
[ἀξίας,  
Καὶ οὕτως αὐθις σχίζουσι τοὺς χιτωνίσκους,  
[οἴμοι,  
Καὶ οὕτω τότε τὸν αὐτὸν ὡς μὴ πατᾶν κο-  
[λάειν.

Degradabantur Presbyteri rei, antequam judici sæculari traderentur secundum criminis qualitatem puniendi, quod nuper etiam obtinuit. Capitulare 1. ann. 809. cap. 21: *Si Presbyter Chrisma de-*

derit, ab Episcopo Degradatur, et postmodum a judice manum perdat, etc.

Alias porro ceremonias in degradatione Clericorum et Presbyterorum fieri solitas quis legere potest, in Concilio Tolet. IV. cap. 27. Lemovicensi ann. 1081. sess. 2. in Pontificali Romano, apud Luitprandum lib. 6. cap. ult. in cap. 27. de Verbor. signif. cap. 1. de Hæret. et cap. 2. de Pœnis, apud Joannem a Leydis lib. 31. cap. 43. Gallandum lib. de Franco alodio pag. 346. [Phil. Limborch. in Regesto Inquisit. Tholos. pag. 276. ubi refert singularem degradationis formam, et ab ea quæ in Pontificali Romano præscribitur, multum absimilem.]

\* Degradationis ceremoniæ ita describuntur in Pontif. Ms. eccl. Elnens.: *Est et notandum quod si clericus, secundum præmissam formam sententialiter depositus, incorrigibilis appareat, debet excommunicari. Et si postmodum in profundis malorum veniens contempserit, tunc cum ecclesia non habeat ultra quid faciat, debet illum Degradare et curiæ seculari relinquere. Quæ Degradatio fit hoc modo. Nam ipse degradandus indumentis sacerdotalibus, si sacerdos sit, indutus; vel diaconalibus, si sit diaconus; et sic de reliquis ordinibus et indumentis. Episcopus quasi equeundo sententiam depositionis in illum prolatam dudum, præsentem seculari judice, cui degradandus debet relinquere, publice abradit cum vitro, vel alio hujusmodi loca manuum illius, quæ in collatione ordinum inuncta fuerunt, et etiam tonsuram, si vellet; et consequenter seriatiim et sigillatim detrahit omnia insignia sive sacra ornamenta, quæ in ordinum susceptione recepit; et demum exiit illum habitu clericali et induit laicali, dicens publice judici seculari præsentem ut illum propter scelera sua sic depositum, degradatum, spoliatum et exanoratum (lib. exauctoratum) in suum, si velit, recipiat forum... Et talis Degradatio solemniter depositio vocatur.*

Degradationis Militaris ritum apud Aragonenses describit Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 16. de degradatione Militis: *Cum perventum fuerit ad ejus depositionem, ipsemel cingat sibi ense; quo facto, Princeps terræ, accepto cultello, in posteriori parte, id est, supra renes, scindat ensis corrigium omnino, de qua est accinctus, ita ut corrigia incisa, ensis per se cadat in terram; et sic ille, qui ante Miles erat, pravis suis meritis exigentibus, de Militia, qua prius decoratus extiterat, perpetuo sit depositus et damnatus.* [\* Abbreviat. Placit. sub Edward. II. Reg. Angl. Lond. 34. 55. pag. 351: *Per breve regis mittitur hic processus iudicii redditus contra Andream de Hartecla, comitem Karlioli, qui fuit adherens Roberto de Brus... Por quoi agarde ceste courte que vous soyez Degradé et que vous perdez noun de counte por vous et por vôtres heirs à tous jours et que vous soit deteint de l'espeie et que vôtres esperouns dorres soient coupés des talons.... Post Degradacionem faciam dederunt iudicium contra ipsum in hæc verba: ... soietz treisné, pendu et décolé, etc.]*

**DEGRADATUM.** Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 47: *Dominus Hugo Garner habet suum Degradatum in molendino Domini Susæ, pro motagio quod Dominus Susæ capit ad sua molendina reparanda; id est forte, demolitiones, cum scilicet molendinum de novo instauratur.*

\* Legendum prorsus videtur *Degrantum*. Vide infra *Degrinare* et *Degrantum*.

† **DEGRADERE**, Gall. *Degrader*, Labe-factare, evertere. Charta Caroli M. apud Doubletum Hist. San-Dionys. pag. 714: *Obsecramus autem Successores nostros et ejusdem loci Abbates et rectores, et obtestamur per sanctam et individuum Trinitatem, et per diem iudicii tremendum, ut prædictas res, quas nos pro reverentia tantorum Sanctorum, seu remedio animæ nostræ, vel stabilitate regni, nostra auctoritate munivimus, Degradere non præsumat.*

† **DEGRÆ**, *Præcepta, statuta*. Papias in MS. Bituricensi. In Glossario Sangerman. MS. num. 501. habetur, *Degræ* pro *Degræ*. Forte utrobique legendum *Degræta*.

\* **DEGRANA**, Grana excussa, quæ ex spicis cadunt. Reg. feudor. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 66. r.: *In qua quidem terrageria... ego dictus Johannes de Foresta capio tertiam partem grani dicatorum terragiorum et omnes paleas, Degranas, scobas et spitas.* (leg. spicas).

\* **DEGRANAGIUM**. Vide infra in *Degrantum*.

\* **DEGRANARE**, Granum ex infundibulo remove. Pactum inter Arn. de Villanova dom. de Transio et homines ejusd. castri ann. 1288. ex Tabul. D. Venciæ: *Postquam posuerint dicti homines bladum suum in entremuya, quod monerius non possit remove dictum bladum de dicta entremuya, nec eos Degranare pro alio. Desgrenar, eodem significatu, in Charta ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb.: Soubz umbre dudit desgren, ceulx à qui lesdits religieux le avoient otroié, Desgrenoient lesdits habitants; c'est assavoir quant lesdits habitants avoient mis leur blé en corbellon pour le mettre en le tremuye et à mouture, ceulx qui avoient le Desgren leur ostoient dudit corbellon, et y mettoient et faisoient metre le leur. Hinc*

\* **DEGRANATURA**, Jus granum suum ante alios molendi, absque ulla pensatione pro ejusdem molutura. Charta Hugon. dom. Berziaci ann. 1215. in Chartul. Cluniac.: *Pro custodia et defensione alius (leg. illius) molendini Degranaturam meam ibi habeo.* Vide infra *Desagranamentum*.

\* **DEGRANUM**, *DESGRANUM*, Eodem intellectu, nostris *Desgrain* et *Desgren*. Charta ann. 1197. in Chartul. Lehun. ch. 20: *Johannes miles de Hapelincurte habet in molendinis de Lehons apud Pontem Degranum, cujuscumque sit frumentum, post illud quod inveniet in trimodia, et pro Degrano illo quod habet dictus Johannes in molendinis de Lehons apud Pontem, prior Lehani et monachi de jure possunt et debent la hardine accipere ad usus suos ubique in omnibus aquis domini Johannis, ubicumque voluerint, pro calciata reficienda et pro ponte reficiendo.* Infra ch. 34. legitur *Degranaigium*. Alia ann. 1348. ibid. ch. 105: *Avoit esté ordené sur les moulins de l'yawe de Pons, que mi devanchiers et leurs successeurs seigneurs de medite maison de Hayplaincourt avoient delà en avant le Desgren asdis moulins, après che que il trouveroient en le tremuye, et pour chel Desgren, etc.* Charta Phil. abb. de Cultura ann. 1224. ex Cod. reg. 9612. A. B. M.: *Si autem abbas vel loco suo aliquis.... manebit in principatu manerio de Chaneio, habebit Desgranum in molendino dicti Pagani de Borneio.* Alia ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 203: *Ledit*

*Henri moudra son blé à Desgrain après celui de la tremuie franchement, sans payer mouture.* Chartul. sign. *Ezechie* Corb. ad ann. 1415. fol. 11. r. *Et si ara ledit fermier le Desgrein et franc-molu aux mollins de Sailli l'yaueres. Desgren et franc-molu du molin de Dompierre,* in Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1514. fol. 218. v. *Desguerain*, eodem intellectu, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1308. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 839. r. col. 1: *Le franc moudre de l'ostel et le Desguerain, pristé sexante soultz.* Vide supra *Degrinare*.

† **DEGRAPHIDES**, *Cælatura*. Papias et Glossar. Sangerman. n. 501. Male in Bituricensi, *Degralfide*.

† 1. **DEGRAVARE**, Notione contraria nativæ, a Gallico *Décharger*, Expensas resarcire, Restituere, Compensare, Gall. *Dedommager*. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 69. col. 2. in Instrumento ann. 1300: *De expensis quas idem Dom. Dalphinus fecerit in juvamine supradicto, de suis propriis denariis eundem Dalphinum (Episcopus Valent.) debeat Degravare.*

\* 2. **DEGRAVARE**, Sublevare, liberare, Gall. *Décharger, diminuer*. Acta capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1347. fol. 139. v. ex Cam. Comput. Paris.: *Quia custos necessario habet librare omnes capellos et clericos servitores S. Stephani, absque eo quod eos possit dimittere, ordinamus quod ipse Degravetur de subventionis prædicta, in tantum quantum alii personæ Degravantur.* An inde *Faire ses Degras*, pro Ventrem exonerare, tom. 2. Fabul. pag. 120:

Quand il n'a sa femme trovée,  
Cuide qu'elle soit relevée  
Pissier et faire ses Degras.

† **DEGRE**. Vide *Degræ*.

\* **DEGREDARE**, ut *Degradure*, De gradu in quo quis est, remove. Stat. Placent. fol. 88. v.: *Item in casu quo clericus est actualiter et realiter Degredatus, sudicis laici jurisdictioni subiaceat, cum sit privatus omni privilegio clericati.* Vide supra *Degradatio*.

† **DEGREGATUS**, Errans a grege. Vita S. Genovefæ, Januarii tom. 1. pag. 144: *Dum Degregata ob pastum forte pecora sollicitè vestigarent.*

\* **DEGRI**, *Ægri*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7618.

\* **DEGROSSARE**, Luculentius scribere, in formam publicam instrumentum redigere, Gall. *Grossoier*. Stat. comitat. Venaiss. sub. Clem. PP. VII. cap. 11. ex Cod. reg. 4660. A.: *Notarii... acta inter partes eorum manibus descripta ordinent et Degrossent seu alias in formam radi-gant publicam.* Vide *Ingrossare* 1. Hinc

\* **DEGROSSATIO**, Eadem notione. Stat. Avenion. lib. 2. rubr. 9. art. 49. pag. 232: *Item quia notarii in Degrossatione terminorum omittunt ponere annum in mutatione cuiusque mensis, etc.* Vide *Grossa* 2.

\* **DEGRUMOR**, [In rectum dirigere: a gruma, quæ dicitur a Non. 1. 316. esse mensura quædam, qua flexæ viæ ad lineam diriguntur, ut est agrimensorum. *Enn. ibid.* *Degrumari* ferrum. *Lucil. ibid.* viamque *Vis Degrumari*, ut castris mensor facit olim.]

**DEGUADIARE**, *Guadium frangere*, Joanni de Janua, *Dégager*. [Tabularium Majoris-Monasterii: *Robertus Comes de Moretonio dedit S. Martino, pro anima Regis Willelmi fratris sui et Mathildis Reginae et Mathildis uxoris suæ, medieta-tem Ecclesie de Legrevilla, quam ipse Comes Deguadiaverat per ccc. solidos.*] Vide *Disuadiare* post *Vadium*.

\* **DEGUARIUS**, *DEGUERIUS*, Custos agrorum, hortorum, vinearum; *decurum* etiam, unde nomen, seu mulctarum ob commissas in iis delicta impositarum, allorumve tributorum exactor; *Degan*, in Consuet. Sollens. tit. 5. art. 1. et 4. tit. 6. art. 1. et 2. tit. 7. art. 1. et 2. Vide supra *Dechi*. Confirm. libert. castri de Caslucio ann. 1327. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 586: *Item bajulus vel ejus locumtenens et consules annis singulis eligent quatuor Deguarios seu coterios ad levandum decos, more solito levare consuetos.* Charta ann. 1314. in Reg. 50. ch. 145: *Petrus de Baro et sui successores habeant et habere possint suum bajulum et Deguerium pro suis juribus dicatorum locorum levandis et custodiendis.* Alia ann. 1320. in Reg. 60. ch. 117: *Item quod judices, bajuli, bannerii seu Deguerii, et alii ad jurisdictionem prædictam regendam necessarij, etc.* Alia denique ann. 1404. in Reg. 159. ch. 297: *Item quod servientes et Deguerii dicti paragiij erunt communes inter dominum nostrum regem et abbatem et conventum prædictos.* Vide supra in *Coterius*.

\* Eiusdem originis est, a voce nimirum *Dechi*, limites, *Dégüter*, pro metas figere, et *Déguement*, ipsarum positio. Pactum inter abb. de Fonteneio et Gaufr. de Charni ann. 1343. in Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 59: *Par dehors lesquelz murs à l'envirom, bonnes seront mises joignans esdiz murs, qui Déguieront et confineront ladite justice, seront lesdiz bois par-maintenant Déguiez es despens communs de nous parties dessus dites, afin de perpétuel confinement et Déguement.* Aliud inter ducem Burg. et episc. Augustod. ann. 1387. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 109. col. 1: *Nous (duc) avions tout droit de y saisir, brandonner, séeller, penonceller, borner et Déguier fonds d'héritage.*

\* **DEGARIUS**, *DEGERIUS*, Eadem notione. Libert. Mirabelli in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 564: *Item quod dicti Consules pro hiis (fructibus) custodiendis possint instituere Degarios.* Charta ann. 1322. in Reg. 61. ch. 140: *Item consules, qui nunc sunt de Scura, suos Degerios infra pertinentias de Rosueiras cum armis miserunt.* Libert. Petrar. assisæ ann. 1341. in Reg. 74. ch. 647: *Item quod dicti consules... possint imponere taillias, et compellere rebelles.... ad solvendum per suos messegarios sive Degerios, sic et in tantum, quod si dictis messegariis seu Degeriis in levandis collectis.... fieret injuria, dictus sic injurians puniatur.*

† **DEGUASTARE**, *Devastare*, destruere. Acta S. Franciscæ Rom. tom. 2. Martii pag. 149. \*: *Sicut facit columbus non domesticus, qui suum nidum in altum ponit, ut a transeuntibus non Deguastetur.*

\* *Dégaster*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 72: *Guillaume de Bougey, bouvier et garde d'une charue de certain nombre de buefs, avoit fait champoier et Dégaster en grant partie l'erbe desdites fauchées de pré.* Haud scio an ita legendum pro *Dégaser*, quod bis occurrit in aliis Lit. ann. 1388. ex Reg. 132. ch. 209: *Je ne vous vueil point Dégaser, ne faire vilenie.* *Desgucher* vero, pro *Cedere*, auferere, vulgo *S'enfuir*, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1276: *Se j'avoye mon arbaleste, je te feroye bien Desgucher.*

\* **DEGUASTARE VENTREM**, Abortum facere, fetum destruere. Stat. eccl. Reat. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1510: *Excommunicamus et anathemati-*

zamus omnes et singulas mulieres procurantes sibi vel alteri abortum, vel quocumque modo Deguantantes ventres suos sive alienos, et qui hoc fieri fecerint, vel dederint huic facinori auxilium, consilium et favorem. Hinc

\* DEGUASTATIO VENTRIS, Abortio, recensetur inter casus reservatos, ibid. col. 1514.

† DEGUAZIARE, ut Deguadiare, Pignus liberare, Gall. Degager. Anno ab Incarnatione Dom. 1082. Goffredus filius Guinganoi ingaziavit Ulrico Monacho et ceteris Monachis S. Florentii terram quam habebat dominicam in parochia de Carseton... ne ad usuram eis inguaziatio illa reputetur. Cumque ad novem annos ventum fuerit, si ipse terram Deguaziavit, sua propria erit, in Tabulario S. Florentii.

\* DEGUERIUS, Vide supra Deguarus. † DEGUEYRA, Charta ann. circiter 1068. ex Majori Chartulario S. Victoris Massil. fol. 91: Quod teneantur et debeant decimam porquetorum, etiamsi numerum decem seu Degueyra non esset, vel numerus infra decem post Degueyram seu Degueyras non reperirentur.

\* Déguoir, pro Detrahere, diminueri, in Charta Phil. abb. S. Petri Hasnon. ann. 1316. ex Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 175: Avons vendu bien et loiaument.... tous nos terrages et dimages,.... senz riens Déguoir ne retenir par devers nous. Infra: Senz rien Déchair des pourfiz de toutes les choses devant dites vendues.

\* DEGUISATUS, Personatus, aliena veste et specie indutus, a Gall. Déguisé. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 371: Cum quaedam mulier antiqua matrimonium contraheret cum uno homine, quorum ambo fuerant conjugati, ipse Petrus una cum quibusdam juvenibus, more solito Deguisati unum ludum facerent, qui communiter vocatur charivari. Déguisé vero dicitur de eo, quod a veteri modo alienum est in Ordinat. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 372. art. 194: Et qui voudra avoir robes Deguisées, autres que la commune et ancienne guise, etc.

DEGULATOR, Gluto, gulosus, Ugutioni. Gloss. MS. Reg. Cod. 1013: Degulator, quod gula sit deditus. [Eadem habet Isid. Orig. l. 10. Apul. Apol. pag. 322: Omnia in paucis annis sic Degulator studiose in ventrem condidit, et omnimodis collurcationibus dilapidavit. Nonius dixit Degulare simili notione, et Plautus, Degulatum patrimonium.]

† DEGUNERE, Degustare, apud Festum: sic et in Glossis Philoxeni: Degunere, ἀπογεύσασθαι, συγγεύσαι, et in Glossis Lat. Gr. Sangerman.: Degunere, ἀπογεύσασθαι, Degustare. Ubique legendum Degumiare ab antiqua voce Gumia, Gulo, lurco. Vide Etymologicon Vossii.

† DEGUPTUS, Vide Degluere.

† DEGUS, Arvernus Anciensiibus Deguius, Nullus. Chartularium S. Illidii Claromontensis: Degus homo vivens.

\* DEGUTADUS, Declivis, ut videtur. Charta ann. 1054. ex Tabul. S. Vict. Massil.: Et insuper usque in choronomontis, et sicut est Degutada ipsa terra. Nisi idem sit quod terminis circumscriptus, Gall. Borné, alias Deguié. Vide supra in Deguarus.

† DEGUTORIUM, Torrens vel cloaca, Gall. Egout. Vita S. Catuodi in Chartulario S. Crucis Kemperlegiensis fol. 82. vº: Ubi cadit prædictum flumen Ectell in mare, scilicet in Degutorio quod cadit in prædicto flumine.

DEGUTTARE, Matthæus Paris ann. 1153: Nec minori tormento vexabantur,

qui veribus transfusi, ad ignem assati Deguttabantur a dæmonibus ex metallis liquefactis. Id est, quibus guttatim infundebantur metalla liquefacta.

DEHABERE, Carere, Gall. Cesser à avoir. Æthicus in Cosmogr. de Tiberi: Insula vero quam facit intra urbis portum et Ostiam civitatem, tantæ viriditatis amœnitatisque est, ut neque æstivis mensibus, neque hiemalibus pasturæ admirabiles herbas Dehabeat. Arnobius junior in Conflictu cum Serapione: Semel animus contentione attonitus, etiam cum integer lectus fuerit, non Dehabebit quot ingerat, etc. Interpres Palladii in Appendice Hist. Lausiaca cap. 13: Maxime sic Dehabet, et egentiores sunt. Petrus Damian. lib. 8. Epist. ult.: Sed esto, quia Judith divitis causamini vobis copiam Dehaberi, etc. Vide Chronicon Abbatie Trudonensis lib. 4. pag. 384. Vitam S. Adalberti Egmundani cap. 15. etc. Miracul. S. Rictrudis lib. 2. cap. 4. num. 42: Sed ne in seculo Dehabere contingeret, etc. id est, egere.

† DEHABITATUS, Non habitatus. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 615: Terra quæ vocatur Schiaca regalis domini, sed Dehabitata.

DEHÆRITARE, Exhæredare, spoliare, de propriis hæreditatibus pellere, Desheriter. Henricus Huntindonsensis de Contemptu mundi cap. 3: Omnem vim sapientie suæ convertit ad simplices Deheritandos.

DISHÆREDITARE, Eadem notione, in Statutis Venetorum anni 1242. lib. 4. cap. 36. Desherance, defectus hæredis, in Consuetudine Britannie art. 595. Normannie art. 146. etc. Deshæritare, in Testamento Ælfrædi Reg. Angl. post ejus vitam pag. 194.

\* DEHOERE, Aucire, Prov. Occidere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† DEHOMINARE, De statu hominis dejectere. Epistola Hugonis Metelli ad S. Bernardum, inter ejus Opera tom. 1. col. 379. Edit. 1690: Quos sapor stygius infecerat, immo fetor Acheruntis defecerat, et Dehominaverat, gustu nectareo reformati sunt. Remigius Autissiod. in Psal. 11: Non solum ab his qui se Dehominaverunt adorando opera manuum suarum.

DEHONESTARE, Probro afficere. Gloss. Lat. Gr.: Dehonestat, ἀτιμάζει. Gloss. Gr. Lat.: Ἀτιμία, Dehonestamentum, Dehonestatio; ἀτιμία, Dehonesto. Papias: Dehonorare, Dehonestare. Alibi: Dehonestare, conviciari, contaminare. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. § 1: Si quis filius Ducis tam superbus vel stultus fuerit, ut patrem suum Dehonestare voluerit, etc. [Capitula Ludovici Pii ann. 822. cap. 4: Si quis Episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo Dehonestaverit, decem quadragesimas cum subditis annis peniteat, et Presbyteri occisi triplicem compositionem componat. Non sinatis (Episcopos) Dehonestare sive opprimere, in Capitulis Caroli C. ann. 858. cap. 7. Rursum occurrit cap. 12. Charta anni 295. apud Baluzium tom. 2. Capitulum in Appendice col. 1531. dicitur Acta xiv. Kal. Martii anno tertio quo Karolus Rex per insidos Francos Dehonestatus est. Anno 923. fuerat regno destitutus.] Anastasius in Hist. Eccl.: Petrum vero magistrum Dehonestationibus submitteus. Ubi Theophanes: Πέτρον ἀτιμίαις περιβαλοῦσα. Audradus Modicus in Revelat. cap. 9: Scias te sequenti anno... ab inimicis tuis Dehonestandum, ut vivus eva-

das. Vide Concilium Viennense ann. 892. can. 2. [et Bodonem in Chronico Clusin. apud Leibnitium tom. 2. Scrip-tor. Brunsvic. pag. 364.] [\* Exstat apud Livium, Suetonium, alios. Consule Forcellinum. Dehonestatio parentum, ap. Hraban. Maur. de reverent. fil. cap. 2.] Vide Dehonorare.

DEINHONESTARE, Tabularium Brivatense: Datum fidei istum commissum 5. Id. Octob. ann. 5. quod Franci Deinhonestaverunt Regem suum Karolum, et contra legem elegerunt Radulfum sibi in Regem.

\* Nostris alias Ahonter et Ahontir. Joinvil. in S. Ludov. edit. Cang. pag. 39: S'ils bruslent nos chaz chateiz, nous sommes ars et bruslez: et si nous laissons nos gardes, nous sommes Ahontez. Ubi edit. reg. pag. 44. Honnis. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 185. Chartoph. reg. ch. 399: Lesqueiz habitans prendrent icelle femme pour vereconder et Ahontir icellu prestre. Deshonesté, probro affectus, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 280. ubi Aimoin. lib. 4. cap. 10. ibid. pag. 122. Dehonestamento dignus. Dehonté vero, dicitur de eo quem pudet, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 167. ch. 71: Le suppliant... Dehonté et maladvisé mussa icelle tasse en un moncel de boa.

\* DEHONESTAS, Dehonestamentum, Gall. Deshonneur. Memor. D. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1263. fol. 53. vº: In vituperium, et diffamationem et Dehonestatem camera, etc. Gloss. Gr. Lat. reg.: Ἀτιμία, Dehonestas.

DEHONORARE, Eadem notione qua Dehonestare: ἀτιμάζειν. Capitula Caroli C. tit. 5. § 3. [\* ap. Tolos. ann. 844]: Ne ministri illorum Presbyteros Dehonorarent. Adde tit. 8. § 6. tit. 26. § 10. tit. 34. § 3. [\* Convent. ap. Marsnam ann. 851. in Basil. S. Castor. ann. 860. ap. Pistas ann. 869.] tit. 42. [\* tit. 43. Capit. excerpt. cap. 1. ap. Carisiac. ann. 877.] leg. 8. Cod. Th. de Fide test. (11, 39.) etc.

DISHONORARE, in Lege Aleman. tit. 35. § 1. Odo Comes Campanie apud Fulbertum Carnot. Epist. 96: Magis eligere honoratus mori, quam vivere Dishonoratus. [Statuta Widonis Anciensiis Episc. ad pacem conciliandam, inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Chr. col. 226: Nullus præsumere audeat neque aliqua mala consuetudine Dishonorare.]

† DEHONORARIUS, Inhonestus. Tertull. Apol. cap. 39: Si quod arce genus est, non Dehonoraria summa, quas redemptæ religionis congregatur.

DEHONORATIO, Ἀτιμία. Jonas Episcopus Aurelianensis in Præf. ad Opusc. de Instit. Regia: Quantum... genitorem dilexeritis..... ejusque Dehonoratorem ægre tuleritis. Et cap. 9: Nec alterius injuriam aut Dehonoratorem contra fas meditentur. Utuntur Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 20. Anastasius in Hist. Eccl. pag. 60. Capitula Caroli C. tit. 19. [\* Capitulum. miss. per Hincmarum ann. 856.] Concil. Duziacense l. part. 4. cap. 4. 6. Baldricus lib. 1. Chron. Camer. cap. 32. Fulbertus Epist. 96. etc. Desonorare, Desonorare, passim in Usaticis Barcinonensibus MSS.

DESINHONORANTIA, Eadem notione, sed activa, qua quis alium dehonorat, in Capitulum Caroli C. tit. 16. § 7. [\* De Carisiac. ann. 856.]

INHONORARE, Eadem notione dixit Tertullianus de Fuga in persecutione: Inhonores illum. Inhonorabilis, apud eundem. Vetus Interpres Epist. S.

Ignatii ad Philadelph. : Ἀναστάσιος ἀν-  
 τὸν, *Inhonoraverunt ipsos*. Utuntur præ-  
 terea Anastasius in Hist. Eccl. pag. 169.  
 Fulbertus Epist. 99. etc.

\* **DEHORESARE**, Exire, foras ire, Gall.  
*Aller dehors*. Statuta universit. Aquens.  
 ann. 1489. pag. 30 : *Ne occasionem ha-*  
*beant vagandi, discurrendi et Dehore-*  
*sandi*.

**DEHOSPITARE**, Locum hospitibus, seu  
 incolis spoliare. Sugerius de Adminis-  
 tratione sua cap. 15 : *Villas omnino rap-*  
*itis Dehospitatas rehospitari fecimus*.  
 Vide *Hospes*.

† **DEHOSPITARI**, Hospitari. Gloss. Lat.  
 Græc. MSS. Bibl. Sangerman. : *Dehospi-*  
*tor*, ἐπιχορῆσαι.

† **DEICERE**, pro *Deficere*, ut *Abicere*  
 pro *Abjicere*, pluries occurrit in Instru-  
 mentis ævi medi.

**DEICOLE**, Monachi. Martinus Epis-  
 cop. in Epist. ad Mironem Regem Gal-  
 licæ, de Vitæ honestæ formula, in Spi-  
 cilegio Acheriano tom. 10. pag. 626 :  
*Quia non illa ardua et perfecta, quæ a*  
*paucis et peregregiis Deicolis patrantur,*  
*instituit, etc.*

† **DEICUS**, Divinus. *Deica virtus*, in  
 Vita S. Ursuari, tom. 2. April. pag. 568.

\* **DEIDATIO**, Concessio ecclesie facta.  
 Charta ann. 1368. tom. 2. Hist. Trevir.  
 Joan. Nic. ab *Honthem* pag. 248. col. 1 :  
*Obventiones receipt, ac de et ex exactio-*  
*nibus autumnalibus et aliis Deidationibus*  
*officiorum ecclesie Coloniensis*.

\* **DEI DONO**, Eadem formula, quæ *Dei*  
*Gratia*, in Charta ann. 962. apud Gui-  
 chen. Bibl. Sebus. pag. 1 : *Ego Bertha*  
*Dono Dei regina, etc.*

**DEJEJUNARE**, Jejunium, ut vocant,  
 infringere, solvere. Regula Magistri  
 cap. 28 : *Dejejunatum jam fratrem non*  
*vellet taberna suscipere*. Hinc nostris  
*Dejeuner*, pro jentaculo, quod qui jent-  
 tant, primum jejunium gradum infringant.  
 Gloss. Gr. Lat. : Ἀφρατικός, *Janto*,  
 i. *gusto ante prandium; ἀφρατικός, jan-*  
*taculum, i. primus cibus quo jejunium*  
*solvitur*. Sed et inde vox *Disner*, pro  
*prandere*, deducitur, abbreviata ex *Des-*  
*jeuner*. Itali *desinare* dicunt. Papias :  
*Santare, Disnare dicitur vulgo*. Quippe  
 veteres non prandebant, sed cenabant  
 tantum, ut ex Scriptoribus constat, quos  
 laudat Savaro ad Sidon. lib. 6. Epist.  
 12. Ita jejunium solvere, Græci ἀπονη-  
 στίζειν dicunt : unde legendum in can.  
 90. Synodi in Trullo, ἀπονηστίζεσθαι pro  
 ἀνονηστίζεσθαι, ut est in Edit. Paris.  
 Balsam. Exstat Dionysii Alexandrini  
 Epistola ad Basilidem inscripta, περί  
 τοῦ ποτῶν ὡραν τοῦ ἁγίου σαββάτου ἐπιρω-  
 κούσης τῆς ἁγίας κυριακῆς ἡρῆ ἡμᾶς ἀπονη-  
 στίζεσθαι τῇ νυκτί. Tabula Paschalis apud  
 Gruterum pag. 140. Ἀπονηστίζεσθαι δὲ δεῖ  
 οὐ ἂν ἐνπέση κυριακῆ. Vide Salmas. ad  
 Hist. Aug. pag. 419. 420. et Seldenum ad  
 Eutyrium I. Edit. pag. 176.

\* **Desjeunement**, eadem notione, in  
 Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164.  
 Chartoph. reg. ch. 356 : *Le suppliant et*  
*aucuns des autres distrent plusieurs excu-*  
*sations, en disant qu'ilz ne pourroient*  
*estre au Desjeunement*. Adjeuner vero,  
 pro Cibo abstinere, in aliis Lit. ann.  
 1474. ex Reg. 195. ch. 1433 : *Le Mercredi*  
*premier jour de Karesme, icelle jeune*  
*filie..... se Adjeuna et ne vult menger*  
*que une fois,..... tellement que acause de*  
*ce que elle estoit foible, Adjeunée et es-*  
*meue, etc.*

\* **DEJERARE**. Vide supra *Degerare*.

**DEIFERI**, Apostoli, Θεοφόροι, in Epis-  
 tola Ludovici II. Imp. ad Basilium Imp.  
 CP. apud Baron. Præsertim vero id epi-

theti attributum S. Ignatio. Anastasius  
 ad Act. I. VIII. Synodi : *Tradunt Græci*  
*quod parvulus quem Dominus advocatum*  
*statuit in medio, dicens, Nisi conversi*  
*fuertis, et efficiamini sicut hic parvulus,*  
*etc. iste Ignatius fuit, idcirco hunc Deife-*  
*rum nuncupant, etc.* Vide eruditissimum  
 et amicissimum Joannem Baptist. Cote-  
 lerium ad Epist. ejusd. Ignatii ad Ephe-  
 sios pag. 442.

† **DEIFICARE**, Deum facere. Johanni de  
 Janua, ut Græcis Θεοποιεῖν Deos facere,  
 seu eorum imagines fabricari, vel in  
 Divos referre.

\* **DEIFICIUM**, Divinum, faciens divi-  
 num. Papias et Laur. in Amalth. Vide  
*Deificus* et *Martin*. Lex.

**DEIFICUS**, Divinus. Optatus lib. 1 :  
*Omnium interrogatio supra scripta mani-*  
*facta est, nullas scripturas Deificas, vel*  
*inventas, vel corruptas, vel incensas fuisse*.  
 Acta Passionis S. Felicis Episcopi Tub-  
 zocensis : *Exiit Edictum eorumdem Cæ-*  
*sarum..... ut libros Deificos extorquerent*  
*de manibus Christianorum*. Habetur ibi  
 non semel. [Epistola Concilii Franco-  
 ford. inter Hispanica tom. 3. pag. 106 :  
*Adjunctis : In professione Nicæni sym-*  
*boli non invenimus dictum, in Christo*  
*duas naturas et tres substantias, et homo*  
*deificus et Deus humanatus.]\*\* Henric.*  
 II. Imperat. Chart. fundat. episcop.  
 Bamberg. ann. 1007 : *Deificis obtempe-*  
*rando intendentes suasionibus.]*

† **DEIFORMIS**, Conformis Divinæ vol-  
 untati. Vita S. Godelevæ. Julii tom. 2.  
 pag. 428 : *Ignita et Deiformia casti cordis*  
*ejus desideria*. Possint intelligi *Deside-*  
*ria cordis a Deo formata*.

† **DEJIGERE**, Scriptoribus Christianis  
 est, Tentare, pervertere. Cassianus de  
 Spiritu vanæ gloriæ cap. 7 : *Quem non*  
*poterit per honorem Dejigere, humilitate*  
*supplantat*. Utitur Tertullianus.

**DEI GRATIA**, Occurrit passim in veteri-  
 bus Tabulis hæc formula quam non  
 modo Reges et Principes, sed et quivis  
 fere alii seu Laici seu Ecclesiastici  
 ordinis titulis suis honorariis præpo-  
 nebant.

\* Quod aliquot exemplis firmare pla-  
 cet, iis tamen omissis, quæ reges vel  
 principes spectant. Philippus Præmons-  
 tratensis ecclesie *Dei gratia* abbas in-  
 scribitur, in Charta ann. 1161. ex Char-  
 tul. Thenol. Cod. reg. 5649. fol. 8. r.  
 Herveus *Dei gratia* decanus Autissiodo-  
 rensis, in Ch. ann. 1191. tom. 1. Tract.  
 novi dipl. pag. 380. Nicolaus et Jacobus  
 Divionenses decani eodem titulo utun-  
 tur in Ch. ann. 1187. et 1207. ex Chartul.  
 Buxer. part. 8. ch. 1. part. 20. ch. 3. Vide  
 Tract. dipl. jam laudatum tom. 4. pag.  
 614. Inter laicos vero, Hugo castri S.  
 Mauræ *Dei gratia* dominus intitulatur,  
 in Charta ante ann. 1080. ex Hist. Sabol.  
 pag. 252. Ita et Radulphus dominus de  
 Marla in Ch. ann. 1164. ex laudato  
 Chartul. Thenol. fol. 18. r. : *Isnardus*  
*de Antravenis Dei gratia potestas Arela-*  
*tensis*, in Ch. ann. 1221. apud Murator.  
 tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 395.  
*Dominus Rainertus Zeno altissimus Dei*  
*gratia Venetiarum dux*, in Ch. ann.  
 1257. ibid. col. 408. *Jou Gui chevalier sire*  
*de Caumont par la grace de Dieu, etc.* in  
 Charta ann. 1229. ex Reg. 198. Chartoph.  
 reg. ch. 441. Testam. ann. 1462 : *Ego*  
*Arnaldus de Villanova, Dei gratia armo-*  
*rum miles, baro castri de Trantiis, etc.*

[\*\* Thomæ Capuani Dictator Epistol.  
 ap. Hahn. tom. 1. pag. 284 : *Mediocrates*  
*personæ vel minores non debent de se*  
*dicere Dei gratia... Electus autem aliquis*  
*in episcopum vel magnum abbatem potest*

*de se dicere Dei Gratia, electus autem in*  
*Romanum pontificem non dicit, etc.* Vide  
 Heumann. de re Diplom. Carol. M.  
 § 23.]

**DEI ET APOSTOLICÆ SEDIS GRATIA**  
 EPISCOPO sine indidem inscripserunt  
 Episcopi, seu quod a summis Pontifici-  
 bus confirmaretur eorum electio, seu  
 quod Sedes Apostolica Principium ac  
 fons sit omnium Episcoporum. Conci-  
 lium Roman. ann. 883. cap. 3 : *Cum sede*  
*Apostolica unde eos principium Episco-*  
*patus sumpsisse manifestum est*. In Ta-  
 bulario Lingonensis Ecclesie Joannes  
 Episcopus *Dei et Apostolicæ Sedis Gratia*,  
 ann. 1328. ut alias similes Chartas omit-  
 tam, [inter quas nullam antiquiorem  
 novimus litteris Eberhardi Bambergens-  
 is Episcopi ad Eugenium III. in qui-  
 bus se dicit Episcopum *Divina et Aposto-*  
*lica miseratione*. Verumtamen paulo  
 ante illum rem attigerat Gofridus Vin-  
 docinensis Abbas libro 2. Epist. 27.  
 Episcopum Carnutensem monens, ne  
 brachia erigat contra Apostolicæ Sedis  
 benignitatem, quæ vos inquit, et nos  
 creavit, non nostris meritis, sed sua gra-  
 tia. Nihilominus triginta circiter annos  
 post hunc Abbatem ab hac formula  
 multum abhorruisse videtur Guillelmus  
 Aptensis Episcopus : hic enim in Charta  
 anni 1160. tom. 1. novæ Gall. Christ. col.  
 1. ait : *Ego Guillelmus solius Dei gratia*  
*Aptensis Episcopus* : quam loquendi ra-  
 tionem ideo fortassis affectat, quo suo  
 tempore cœpisset *Apostolicæ Sedis Gra-*  
*tia* memorari. Vide Thomassin *Disci-*  
*plinam Eccl. de Benef. part. 4. lib. 1.*  
 cap. 22. et Mabillonium de Re Diplom.  
 lib. 2. cap. 2. num. 10.]\*\* *Adelboldus,*  
*Dei solummodo Gratia S. Trajectensis*  
*ecclesie præsul*, in Charta ann. 1021. ap.  
 Pffeffing. ad Vitriar. tom. 1. pag. 895.  
 ubi fuse de hac formula agitur.] In  
 Chartophylacio Regio scrinio Vallois 2.  
 Ch. 85. habetur Diploma Fulconis de  
 Villars ann. 1316. in quo se *Dei et Sedis*  
*Apostolicæ providentia sanctæ domus*  
*Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani*  
*Magistrum humilem et pauperum Christi*  
*Custodem* inscribit.

\* Ita et abbates, atque il potissimum,  
 qui Romanæ sedi nullo medio subjecti  
 erant. Charta ann. 1320. in Reg. 60.  
 Chartoph. reg. ch. 96 : *Nos frater Nico-*  
*laus Dei et Apostolicæ sedis gratia humi-*  
*lis abbas regalis monasterii Trenorchien-*  
*sis, ordinis S. Benedicti, Cabilonensis*  
*diocesis, ad Romanam dumtaxat ecclesiam*  
*pertinentis, etc.* Vide Tract. novum de re  
 diplom. tom. 5. pag. 588.

**DEI JUDICIUM**. Vide *Judicium Dei*.

**DEILQUOUS**, Θεολβος, Gregorii Na-  
 zianzeni Episcopi ἐπίθετον, apud Petr.  
 Damian. lib. 1. Epist. 9.

\* **DEIMPARARE**, Cedere, rem occupa-  
 tam dimittere. Gall. *Désemperer*. Char-  
 tul. S. Joan. Angeriæ. fol. 38. v. : *Cum*  
*promisissent sua fide, quod nunquam*  
*ultra reimpararent hæc quæ Deimparave-*  
*rant, exceptis quæ sibi annuebat sæpefatus*  
*abbas. Vide Desamparare.*

\* **DEINBRIGARE**, Briga seu molestia  
 liberare, expedire. Charta Yoland. de  
 Lezignaco comit. March. et Engolism.  
 ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch.  
 175 : *Promittimus ipsos et successores suos*  
*ab omni impedimento, inquietatione, per-*  
*turbatione, inbrigatione,.... immunes fa-*  
*cere, Deinbrigare et deffendere*. Vide  
 supra *Debrigare*.

**DEINDE**, pro *Deinceps*, apud Victorem  
 Scotti cap. 20. et in l. ult. C. Th. de Ca-  
 non. frum. U. R. (14, 15.)

† **DEINFLATUS**, Tenuatus, imminutus

tumore, Gall. *Desenflé*. Vita S. Philippi Archiep. Bitur. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1969 : *Invenit eam sanātam, stantem supra pedes, licet debilem et erectam, et vidit eam Desnflātam, et cessavit fluxus.*

† **DEINHONESTARE**. Vide *Dehonestare*.

**DEINITIO**, *Denuo*. Papias.

**DEINSTAURARE**. Vide *Instaurare*.

\* **DEINTEGRO**. [Rursus. DIF.]

† **DEINTER**, ex *De* et *Inter*, Gall. *D'en-tre*. S. Bernard. in Vita S. Malachiae Episc. : *Venenatum et timidum animal, quod bufonem vocant, visum est reptans exire Deinter vocata mulieris.*

**DEINTRO CLAVEM**. Pactus Legis Salicæ tit. 7. § 3 : *Si quis accipitrem Deintro clavem repositum furaverit*. Ubi Lex Salica : *Si quis acceptorem intra clavem repositum, etc.* Tit. 12. § 4 : *Si quis vero supra 5. denarios furaverit Deintro clavem, etc.* Lex Salica tit. 9. § 1 : *Si quis unum vas apertum Deintro clave, aut sub tecto furaverit, etc.* Galli dicunt, *Enfermé sous la clef*. Consuetudines Arkarum in Tabul. S. Bertini : *Ille in cuius domo res furtim ablatæ inventæ fuerint positæ in loco obserato, furti reus erit.*

**DEINTUS**, *Intra*, *De*, *dedans*, *De dedans*. Pactus Legis Salicæ tit. 8. § 1 : *Si quis pomarium..... Deintus curte, aut latus curte furaverit*. Innocentius de Casis literar. : *Super arcam memoriam Deintus seclanea parte, etc.*

† **DEINVESTIRE SE**, Alicujus rei possessionem dimittere. Charta Bernardi de Turre ann. 1257. apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 511 : *De nominatis rebus venditis præfatus Alterius venditor coram me dicto Bernardo Domino de Turre se Deinvestiens, dictum emptorem corporaliter investivit.*

\* **DEIPARTRIX**. Vide Glossar. med. Græc. voce *Θεοτόκος*, col. 491.

**DEIPASSIANI**. Vide *Patrispassiani*.

**DEIRATUS**, *Θεοχλωτος*, in Gloss. Græco-Lat.

**DEIS**, Genus mensæ in Monasteriis. Vitæ Abbatum S. Albani : *Priore prædente ad magnam mensam, quam Deis appellamus. Additamenta ad Matth. Paris. pag. 148 : Et sciendum quod non permittitur ciphus cum pede in Refectorio, nisi tantum in majori mensa, quam Deis appellamus. Mensa forte illa, cui ut honoratori umbraulum, quod *Dais* dicimus, imminet, quomodo Regum ac Procero mensæ tegi solent, ac etiam, ni fallor, Abbatum in Refectoriis Monasticis. Vide *Dagus* [et *Dasiyūm*].*

† **DEITA**. Vide *Deyta*.

**DEITAS**, *Divinitas*. S. Augustinus lib. 7. de Civit. Dei cap. 1 : *Hanc divinitatem, vel, ut sic dixerim, Deitatem, (nam et hoc verbo uti jam nostros non piget, ut e Græco expressius transferant id quod illi Θεότητα appellant), etc.*

\* **DEITURA**, *Debitum*, *pensatio*, *ius* quod quis habet in re aliqua, Gall. *Droit*. Ordin. ann. 1863. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 623. art. 16 : *Quod nullus nobilis vel alius quicumque serviens in guerra seu provisione præsentis cum armis, cujuscumque status fuerit, teneatur solvere Deituras, seu ea quæ deberia vocantur, constabulario, marescallo, etc.* Vide in *Directum* 3.

† **DEJUBERE**, *Jubere*, *præcipere*. Charta ann. 840. tom. 2. Hist. Eccl. Meldensis pag. 4 : *Unumque alteri in quibuscumque indiguerit auxilium et subsidium recte conferre Dejubemus.*

**DEJUDICARE**, pro *Dijudicare*. Capitulare Saxonum ann. 797. cap. 4 : *Et si tunc inde rediens se pacificare et justifi-*

*tiā facere renuerit, et iterum pro ista causa ad paldium fuerit convocatus et Dejudicatus, etc.*

\* Nostris *Déjugier*, eodem sensu ; sic enim lego pro *Délugier*, in Præf. ad capitula Consuet. Norman. ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 44. r. col. 1 : *Pour ce que nostre entention est à esclerier en cette oeuvre, au miez que nous pourrons, les droiz et les establissementz de Normandie, parquoy les contens et les dissensions des queeles seront par droit finées et Délugiées, etc.*

**DEIVIDUS**, Qui Deum videt. Petrus Blesensis Serm. 18 : *Secundum Hierarchiam Dionysii duo sunt genera fidelium in Ecclesia, primum quod dicitur Deividum, alterum quod appellatur Pedissequum. Deividus dicimus ministros Ecclesie, quibus credita sunt eloquia Dei, quibus dictum est, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei... Pedissequos vero dicimus populum multitudinis, qui sedet secus pedes Deividi, ut audiat Legem ex ore ejus, etc.* Adde Sermonem 10.

\* **DEJUNGO**, [disjunctio]. Cic. *Univers.* 5. Ut eadem sint ea, quæ dejuncta fuerunt Plaut. *Asin.* 3. 8. 75. *Dejungere amantes*. *Inscript.* apud Grut. 1008. 2. Si quis hac transeat juncto *Dejunctove* jumento.]

\* **DEJURARE**, *Ejurare*. Chart. Ernest. Duc. Brunsw. ann. 1335. in Leibnit. *Script.* tom. 2. pag. 515 : *Post emendam judicium reus dabit consulis unam marcam, et ad unum annum civitatem postponet et Dejurabit, non intraturus nisi per amicitiam consulum et læti.* Vide *Halttaus*. Glossar. Germ. voce *Ausschweren*.

**DEJURIUM**, *Jusjurandum*, in Glossis MSS.

**DEJUSTIFICARE**. Notitia antiqua apud Loisellum in Hist. Bellovac. pag. 248 : *Dans ic medietatem Vicecomitis et dimidias leges de forensibus hominibus, ita ut minister Episcopi et minister Comitibus justificent reos, et leges æqualiter dividant: neminem vero hospitem non servum mansionarium nec Dejustificabit Comes aut minister ejus, nisi fuerit latro.* Vide *Justificare*.

**DEJWERCA**, *Modus agri*. Charta Edwardi II. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 643 : *Donationem... quam fecit eidem Abbati et Conventui de 7. Dejwercis terræ, cum pertinentiis, in qua terra continetur quoddam fossatum, etc.*

\* *Dejwercis* editum ex eadem Charta inter *Probat.* tom. 1. *Annal. Præmonstr.* col. 195.

**DEJUXTA**, pro *Juxta*. Fortunatus in Vita S. Germani Paris. Episcopi cap. 25 : *Dejuxta Monasterio B. Silvestri in Terno-derinse.* Ebrardus Betun. in *Græcismo* cap. 20 :

Supra, vel contra, *Dejuxta* dat super ista.

Nostris olim *De jouxte* dicebant eadem notione.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Dejosta, Prov. Juxta.*

\* **DEIZARE**, *Deum imitari*, *deum se gerere*. *Rudlieb* fr. 2. vers. 146 :

Nonne *Deizare* nobis merito videare,  
Indulgens sponte peccantibus absque penite.

† **DELA**, pro *Tela*. Excerpta Joannis a Bayono de Abbatibus Medianis in Hist. ejus Monasterii pag. 256 : *Conjuratio Principum in extremo ejus vite termino moliebatur cum eo, ut dicitur, novam Delam ; hoc est, Consilium inibat, Gall. *Tramoit un dessin.**

\* **DELACENTIVA**, *Tributi genus*, *idem*, *ut videtur, quod Pontaticum*. Vide in hac

voce. Charta ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 165 : *Cum omni jure piscariæ et Delacentivæ seu pontanagio et portu in ripparia.*

\* **DELACERARE**, *Frangere*, *rumpere*. Gall. *Rompere, briser*. Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 858 : *Præfatus exponens seras ditorum carcerum Delaceratas et fractas invenit.*

\* **DELAMATUS**, an *Lama* seu *lamina* cujusvis speciei coopertus ? Inventar. S. Capellæ Paris. an. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7 : *Item unum sceptrum Delamatum. Item septem alæ angelorum deauratæ.* Vide *Lama* 3.

\* **DELAMINARE**, *Laminam auferre*. *Annales Augustani* ad ann. 1084. ap. Pertz. tom. *Script.* 3. pag. 131 : *Wigaldus ornamenta ecclesiastica... comminuit, altaris S. Mariæ tabulam Delaminavit.*

\* **DELANIARE FESTUM**, *Chorem rumpere*, Gall. *Rompere une danse*. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 213 : *Plures habitantes... ducentes festum suum, ut moris est... unus vocatus Noe festum ditorum habitantium de Valle dirupisset seu Delaniavisset, etc.* *Délasser*, pro affligere, mœrore conficere, nisi legendum sit *Désoler*, in aliis Lit. ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 245 : *Ainsi que ledit Tarville se Délassoit et menoit grant dueil pour la mort de son maistre, etc.*

† **DELANTERE**, *Hispanis Delantera*, *Prima acies in prælio*, Gall. *Avant-Garde*. Charta Petri Regis Castellæ de primo bello Regibus Angliæ concessio anno 1366. apud Rymerum tom. 6. pag. 532. col. 1 : *Ad Guerram quam nos habebimus... iidem Reges et eorum primogeniti habeant primum bellum, sive Delanterre.*

\* Cujusvis rei pars anterior et facies, in *Diction. Académ. Hisp.* unde *Prima acies* in prælio *Delanterre* dicitur.

**DELAPIDARE**, *Lapidibus obruere*, *καταλάειν*, in Gloss. Gr. Lat. [*Delapidata* Festo, *Lapide strata*. Hinc *Delapidata via*, apud Aigradum in Vita S. Ansberti Episc. Rotomag. inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 1061. num. 45.]

\* **DELAPATIO**, *Præstatio pro frumenti molitura*, vel *ius piscariæ*. Charta Guili. episc. Catalaun. ann. 1221. apud Egid. *Bry* in Hist. Comit. Pertic. lib. 3. pag. 224 : *Damus molendinos, cum omni jure molendinariæ Delapationis.* Vide supra *De granatura*.

† **DELATARE**, pro *Deferre*, Gall. *Deferer, Accuser, Denoncer*. Acta SS. Mail tom. 6. pag. 661. de S. Julio Martyre : *Delatat quidem virum Præsidi, incusat autem fidem.*

† **DELATIO**, *Villicus, Actor*, *Auctarium* Glossarum Isidori, ubi *Janssonius, Malim Delator*.

† **DELATIO MITRÆ**, dicitur de jure mitram deferendi Episcopis vel Abbatibus competente, in Bulla Pauli III. Pape de Sæcularizatione Conventus Insulæ Barbaræ ann. 1549. in Marceriis ejusdem Monasterii tom. 1. pag. 261.

\* **DELATIO ARMORUM**, vulgo *Port d'armes*, *Jus supremi domini*, quo de delictis in hanc rem commissis cognoscit et judicat iudex regius. Lit. ann. 1340. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 605 : *Per arrestum ipsius curiæ dictum fuit, quod dicti religiosi de Delatione armorum, de fractione salvæguardiæ et de punitione suorum curialium immediate sub ressorto dicti senescalli remanerent.* Vide *Portatio armorum*.

**DELATOR**, *Explorator, speculator*, qui rem quam vidit, defert, *Espion*. Gloss. Lat. Græc. : *Delator, καταγγελλεύς, ἐνδεί-*

πης. Isidor. lib. 10. *Delator, dictus, eo quod delegat quod latebat.* Matth. Westmonaster. ann. 870: *Jussit commilitones ad arma convolare, asserens dignum pro fide pariter pugnare et patria, ne desertores militiæ esse, et Delatores populi probarentur.* Respexit forte ad illud 2. Machab. cap. 4: *Simon autem prædictus pecuniarum et patriæ Delator.* Ubi Papias *Delatorem*, accusatorem esse ait. Certe delatorem pro speculatore usurpat Gregorius in Vita S. Basilii Junioris n. 2. de eodem Sancto invento a Magistriani in quodam Asiæ monte: *Καὶ Δηλάτορα τοῦτοις δόξαντα εἶναι, ὡς εἶχον τῶν ἑπῶν καταπρήσαντες σύνεσχον αὐτόν.* Et num. 3: *Καλῶς ἄρα λέγουσι περὶ σου, ὅτι Δηλάτωρ εἶ, καὶ ἤλθε καταστοχασάσθαι τὸ τῶν Ῥωμαίων στρατεύμα.*

**DELATURA.** Accusatio, dissidium, calumnia. Jo. de Janua: *Delatura dicitur accusatio, vel proditio, detractio, deportatio.* Eccles. cap. 28. apud Carolum M. lib. 4. de Imag. cap. 5: *Homo iracundus incendit litem, et vir peccator turbabit amicos, et in medium pacem habentium immittet Delaturam.* Ubi vulgata versio habet, *inimicitiam.* Ita *Delatura* accipitur in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 64. nempe pro accusatione vel calumnia et actione: *In quibusdam locis juramenti vel antejuramenti multa est distantia, sicut in Delatura, et pluribus aliis.* Quippe in delatura, seu actione, requiritur *antejuramentum*, id est, *juramentum de calumnia*, quod ab actore præsertim exigebatur, qui, si succumbebat, *delaturam*, seu calumniæ pœnam incurrebat. Adde Chartam Aleman. 89. Goldasti.

Scio *Delaturam* vulgo a viris doctis *pretium quod delatori est constitutum*, definiri: qua quidem notione usurpat in Legibus Inæ Regis Westsaxiæ § 20. apud Bromptonum, ubi *pecunia indicationis* esse dicitur quo loco Editio Saxonica § 17. habet *meld feoh*, id est, Lambardo interprete, *indicii merces.* [\*] Vide Grimm. Antiquit. Jur. German. pag. 655.]

At in Lege Salica an vox *Delatura*, quæ omnibus ferme titulis occurrit, idem sonet, video ambigi. Ita autem ibi invenitur hæc sententia, ut qui rem aliquam, verbi gratia, furatus fuerit, *tot denarium, qui faciunt solidos tantos, culpabilis judicetur, excepto capitali et Delatura.* Id est, præter capitale et delaturam. Ubi vetus Glossa *Delaturam*, *fredo* interpretatur. Sed prorsus diversum esse *fredum* a *Delatura*, ostendit Factus Legis Salicæ tit. 14: *Si puella quæ trahitur, in verbo Regis fuerit, propter fredum 2500. denarios cogatur (raptor) persolvere, excepto capitali et Delatura.* Et lex Angliorum tit. 7. § 2: *Qui scrofas sex cum verre... furatus est, in triplum componat, et Delaturam sol. 7. et in freda totidem.* Adde § 3. Alii, ut Cujacius, Bignonius, et Wendelinus, *Delaturam*, pro eo quod interest propter *dilationem* et moram, interpretantur, hæc forte nixi ratione, quod *Dilatatura* perpetuo scribatur in Editionibus Legis Salicæ Pithœi et Lindenbrogii, ubi in Pacto Legis Salicæ *Delatura* semper habetur. Cui quidem conjecturæ favet Lex Ripuaria Edit. Heroldi tit. 35. § 3. quæ pro *Delatura*, uti habet Lindenbrogiana, *Dilationem* præferat: *Et ille qui intertaviit, furtum et Dilationem ab eo requirat, qui solvere cepit.* At § 4. *Capitale et Delatura* habentur.

Quidam denique existimant *Delatura* scribendum, atque hisce locis sumptus

in causæ prosecutione, et in *Delatione* vel actione factos hocce vocabulo significari, quos reus possessori refundere tenetur: ita ut *Delatura* sit vel delatio, vel actio calumniæ qua quis rem suam repetit. Deinde *dilator* pro *delator* habet etiam Gloss. Lat. Gr.: *Dilator, μνηστής, ἄγγελος*, quod Græci recentiores *δηλάτωρ* dixerunt, ut est apud Meursium. Ita *discriptio, distractio, dilictio, divirginat*, et alia hujusmodi in eodem Glossario. Vide *Deceptionem* Chlotarii § 12. et *Legem Ripuar.* tit. 17. § 1. 3. tit. 35. § 4. etc.

**DE LATURA.** In Capitulari de Villis cap. 42. inter utensilia rustica recensetur: sed legendum *Dolatura*, ut sit Gallicum, *Doloire, dolabra.*

**DE LATUS.** Ad latus, juxta, *A costé. De latus se, De latus casa, de latus monte*, passim apud Agrimensores. Vide *Latus.*

\* **DE LAVARE.** Abluere, diluere, Gall. *Laver, délayer.* Hist. transl. S. Andr. Hispell. tom. 1. Jun. pag. 368. col. 2: *Quæ quidem sacra ossa fuerunt recondita, Delavata, et postmodum reposita in capsâ nucæ.* Alex. Iatrosoph. MS. lib. 2. Passion. cap. 6: *Hæc potio potest Delavare et expellere per ventrem corruptos cibos.*

**DE LAVATUS.** Non lavatus. Capitula Caroli Cal. tit. 29. § 1. [\*] Synod. Pist. ann. 882.]: *Quando solemus reverti ad mansiones nostras detonsi et Delavati, cum drappis et calciamentis depannatis, etc.* Id est, minime tonsi et lavati.

\* *Deslavé*, eodem sensu, in Lit. ann. 1400. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 378. art. 11: *Li agnelin Deslavé, sont de la costume de laine Deslavée.*

\* **DELCATA.** [Mensura in Cartular. Conchar. Ruthen. p. 408, an. 1076, ex documento Pampiloniæ scripto: «Una Delcata et galeta, non de carne.»]

\* **DELECTABILITER.** Jucunde, grate, Gall. *Avec plaisir.* Charta ann. 1006. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 8: *Cujus preces Delectabiliter auditas, sicut justum est, suscepimus tam libenter implendas.*

\* **DELECTUM**, pro Delictum, in Charta Joan. de Castell. comit. Blesens. ann. 1265. ex Chartul. S. Joan. Carnot.: *Si vero contingerit, quod aliquis hominum commorantium vel commoratorum in aliquo ditorum locorum immunitum appellationis fuerit de aliquo maleficio seu Delecto, seu causa pecuniarum, propter quod seu propter quam dari contingat gadium duelli, etc.*

**DELEGALITER.** [\* Legitime.] Otto de S. Blasio cap. 21: *Liberosque suos omnes literis apprimere erudiri faciens, eos facultatibus redditum, excellentiis dignitatibus sortias provincias Delegaliter sublimavit.* [\*] i. e. suo nomine delegatos.]

1. **DELEGARE.** Dare, concedere. Gloss. Lat. Gr.: *Delegat, ἀποσυνιστᾶ, ἐγγυσιπέσει, ἀποτάσσει.* Veteres Formulæ Pithœi cap. 38: *Et quod pariter in conjugium positi laboravimus, condonare et Delegare ingenus relaxare valeas* Acta Episcoporum. Cœnoman. pag. 78: *Legibus Delegatum, et absque ulla contradictione pacifice possidendum regendum dereliquit.* Adde pag. 92. Vide *Mediator.*

2. **DELEGARE.** Statuere, deligere. Præfat. ad Chartul. Agani ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Quadam dolositate concepta, non vi, sed strophoso ludo Delegat capere (urbem Lucensem).*

\* **DELEGATOR.** DELEGATIO, DELEGARE. Vide *Salamannus.*

\* **DELEGATUS** Judex. Vide in *Judez.* **DELEGATORIA.** Mandatum Principis, quo quid alicui faciendum delegatur,

præcipitur. Glossæ veteres: *Delegatorias, ἐπαγγαί.* Exstant *Delegatariorum* formulæ, apud Senatorem lib. 11. Epist. 33. 35. In Codice Th. leg. 16. de Exact. (11. 7.) *Delegatorie* dicuntur principis Epistolæ, quibus provinciæ jubentur species præbere: *Delegatores*, qui provident annonæ militari. V. Cujac. ad Nov. 130. et Gloss. Cod. Th.

† **DELEGERARE.** An pro *Delegare*? Acta Dedicacionis Ecclesiæ Monasterii Cuxanensis ann. 958. in Appendice Marcæ Hisp. col. 868: *Cunctipolenti Regi gubernanti sive præsidenti in arce poli, qui principio ex nihilo verboque creans omnia seduleque gubernans, sceprum regimen perpetim affatimque ineffabiliter possidens, trophæa verba Delegerans, quatuor postmodum climata bipertito orbe diffuso, Apostolos suos binos ubique exercitatione prædicationis ingerens, etc.*

† **DELENIFICUS.** f. *Placidus*, in Onomastico ad calcem tom. 2. SS. Julii. Ausonius Epist. 17: *Quam mellea res sit oratio, quam Delenifica.* Hac notione usi sunt Plautus Mil. 2. 2. 37. et Symmach. lib. 3. Epist. 6. et lib. 7. Epist. 27.

\* **DELENTIALIS.** Monetæ Bohemæ minoris species. Charta ann. 1386. apud Pezium tom. 6. Anecd. part. 3. pag. 76. col. 1: *Ex tunc quilibet ditorum hominum de area sua nobis pro Berna dare debet unum grossum, et duos parvos Delentiales.*

**DELENTINATIO.** Συνεχής ὑπέρθεσις, in Gloss. MS. Gr. Lat. Edifium habet, *Adloncinatio, continuatio, lege Adlentinatio.* Vide *Adlentare.*

\* **DELEQUATA.** Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 447. col. 1: *Filomena puella... cum pateretur gravissime infirmitate quadam, vulgariter detta delle quate, quarum septem illi supervenerant in uno oculo, ita ut pupilla et lux oculi esset ita cooperta et offuscata, ut nihil videret.... dato sibi cingulo quodam et in oculo sic cæco... apposito.... sic fugerunt et cessaverunt illo instanti præfatæ septem Delequatæ, et clarus et mundus remansit oculus.* Ubi docti Editores hæc fortassis mendose descripta esse monent, quamvis rursus occurrant in testimoniis ipsius Filomenæ et matris ejusdem: *disparuerunt dictæ Delequatæ, et Deliquaverunt se dictæ Delequatæ et disparuerunt.* Ex quibus videntur epiphora, aiunt illi, sive fluxu acris humoris in oculum, ortæque inde maculæ denotari. Quibus si quid addere licet, hæ maculæ ita forte nuncupantur, quod molles sint et tenues: quod significatu *Délicat* usurpamus. Vide infra *Délicatus* 2.

\* **DELERE.** Reprobare, rejicere. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1215: *Papa Innocentius concilium generale Romæ celebravit in octabis omnium Sanctorum.... ibique confirmavit aliquos libros, et aliquos Delevit.* *Desliener*, pro denegare, detrectare, Gall. *Refuser*, ut videtur, in Stat. pro molendinariis ex Lib. 1. Statut. super artif. Paris. in Cam. Comput. fol. 21. r.: *Ly musnier de grant pont ne peuent Desliener nulluy, et se il le fait et by Deslienez s'en plaint au sergent, qui est garde des musniers de grant pont de par le chapitre Nostre Dame de Paris, il est à vj. den. d'amende, avec le dommage que il rend au deslienez.* Id est, cuius frumentum molere renuit. [\*] Depping. leg. *Deslieuer.* Idem est quod mox *Delocare*, Gall. *Faire perdre son rang à quelqu'un.*

† **DELERUS.** pro *Delirus*, apud Papiam in MS. Bituric. Item: *Delerat, Errat.* *Delirat* vero *Vanum* esse significat. In edito legitur, *Delirus* et *Delirat.*

\* **DELESTAGIUM**, Præstatio seu tributum, quod pro saburra navium, vulgo *Lestage* dicta, exigitur. Privil. Rupellæ ann. 1483. inter Observat. ad Carolum VIII. pag. 384 : *Quæ privilegia et dona barragii, baptisagii, balisagii, Delestagii in prædictis, cæteraque contenta privilegiis firma et inviolabilia esse per omnia perpetuo decernimus. Vide Lestagium in Lasta 2.*

† **DELETERIUM**, Noxium, Mortiferum. Medicina Salernit. pag. 122. Edit. 1622 : *Totum corpus ita ab injuriis securum facit (Theriace) ut nec a Deleterio quopiam possit interfici. Laurent. in Amalthea : Deleteria, Medicamenta frigida, noxia, mortifera.*

**DELETITIA CHARTA**, Quæ ob vetustate deletis literis legi vix potest. S. Augustinus lib. 3. Contra Crescon. cap. 27 : *Sciebam illa Deletitia fuisse.*

\* **DELETURA**, Delatio, quæ ex vetustate procedit. Charta Caroli IV. ann. 1325. in Chartul. Regalis-loci ch. 60 : *Attendentes quod per Deleturam (literæ) possent imposterum deperire, etc. Vide Deletitia Charta.*

† **DELETUS**, pro *Delectus*. Sine Deletu personarum bis habetur in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil. Gallice dicitur, *Sans acception de personne.*

† **DELFIGA**. Vide *Delphica*.  
† 1. **DELIBERARE**, Liberare, redimere, Gall. *Delivrer*. Gesta Consulium Andegav. cap. 11. n. 8 : *Ebrordus qui turrim custodiebat, audiens Sulpicium Deliberatum, etc. Charta Petri Domini Graciac. ann. 1246. apud Thomasserium in Biturig. pag. 88 : Si forte contigerit, quod aliquis eorum in dicta libertate existentium captus fuerit, et extra terram nostram ductus propter factum seu debitum nostrum... tenemur eos requirere et Deliberare propriis sumptibus. Liber de Compositione castris Ambasiæ apud Acherium Spicil. tom. 10. pag. 530 : Carolus Calvus cum magno exercitu pergens, Persas devicit, Saracenos fugavit, urbem regiam cum regno Græciæ Deliberavit. Occurrit in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1256. et alibi.*

2. **DELIBERARE**, [Dare, tradere in manus, Gall. *Livrer, Delivrer*. Bernardi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 13 : *Ipse capit curam de scutellis, quas fratres habent ad rasuram, ipse invenit eas atque servat, et ad rasuram Deliberat fratribus, ut mos est. Instrum. anni 1267. in Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 260 : Teneor tradere et Deliberare Domino meo Abbati ; etc. Tradere et Deliberare, in Regesto 87. Chartophylacii Regii. Occurrit apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. col. 404. et apud alios.] Vide *Liberare*.*

\* 3. **DELIBERARE**, Expedire, absolvere. Conc. Duziac. I. part. 2. cap. 33 : *Hincmarus autem respondit, quia febris illum tangebatur, et statim se inde vellet Deliberare, ut sanguinem posset minuere. Delivrer, eodem significatu, apud Joinvill. in Hist. S. Ludov. edit. reg. pag. 14 : Demandoit (S. Louis) de sa bouche : a yl ci nullui qui ait partie ? Et cil se levotint qui partie avoient ; et lors il disoit : taisiez vous touz et en vous Deliverra l'un après l'autre. Occurrit præterea in Ordinat. reg. Franc. tom. 3. pag. 94. et tom. 5. pag. 375. *Delivrer*, pro *Servire*, famulari, simul et pro *Tradere*, in Vita J. C. MS. ubi de discipulis suis loquitur :*

Bien m'ont servi et Délivré,  
Fors Judas le maleuré,  
Qui me trai et vergonda,  
Et as felons me Délivra.

\* *Mettre au délivre* vero, pro *Restituere*, in Lit. remiss. ann. 1890. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 275 : *Le Prevost de Ligny envoya plusieurs fois pardevers ledit chapitre (de Toul) et leurs gens, les requérant qu'ils Meissent au délivre lesditz hommes et biens, et lui en feissent rendue ou récréance. Legitur etiam in Ordinat. reg. Franc. tom. 5. pag. 558. et tom. 7. pag. 628. *Délivré*, Alacer, promptus, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 238 : *Le suppliant, qui est jeune et Délivré de sa personne, etc.**

\* 4. **DELIBERARE**, Exportare, evacuare, Gall. *Vuider*. Stat. ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 15. col. 1 : *Si tempore quo emptor dimiteret venditionem (memorum) ipse plus de venditione Deliberaverat vel explectaverat, etc. Vide infra Deliberatio 4.*

\* 5. **DELIBERARE NUNDINES**, Nundinas indicere, Gall. *Ouvrir une foire*. Charta Hugon. comit. Trec. ann. 1114. ex Tabul. Dervensi : *Dedi etiam... in nundinibus Barrensibus omnes reditus, quos ventas vocant, eorumque cæterorumque animalium quæ ibi vendentur, ab illo die quo nundines Deliberatæ fuerint, etc.*

† 1. **DELIBERARI**. Consuetudines antiquiores Fontanelli fol. 95 : *Famuli qui Deliberantur per fenestram et quæ debent habere per diem. Forte legendum : Famuli quibus Deliberantur per fenestram ea, etc. Vide Deliberare 2.*

† 2. **DELIBERARI**, Formari, adaptari, disponi. Tert. Apol. cap. 9 : *Nobis vero homicidio semel interdicto, etiam conceptum utero, dum adhuc sanguis in hominem Deliberatur, dissolvere non licet. Et lib. 4. adv. Marc. cap. 21 : Non decem mensium cruciatu Deliberatus.*

\* **DELIBERATE**, Consulto, Gall. *De propos délibéré*. Stat. S. Flori Mss. fol. 48 : *Decimus nonus (casus) est contra facientes commentum, scripturas seu libellos ex certa scientia et Deliberate... contra ea, quæ in constitutione continentur prædicta. Delivrement, pro Libere, sine impedimento, in Stat. ann. 1372. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 485 : Puissent aiter et venir Delivrement, tant à pié comme à cheval.*

† 1. **DELIBERATIO**, Liberatio, restitutio in libertatem, Gall. *Delivrance*. Gasp. Barthii Gloss. ex Hist. Palæst. Roberti Monachi lib. 2. cap. 1 : *Vir iste cum prædives esset, omnia sua vendidit, et viam Deliberationis S. Sepulcri arripuit. Lib. 5. cap. 6 : Nostra omnium una sit intentio, S. Sepulcri Deliberatio. Occurrit hac notione apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 617.*

† 2. **DELIBERATIO**, Traditio, Gall. *Delivrance*. Chartularium Aptense fol. 44 : *Faciám Deliberationem et gratuitam donationem omnipotentem Deo et S. Mariæ sedis Aptensis ex quodam honore, quem huc usque possedi. Regestum magnorum dierum Campaniæ, apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 1. pag. 233 : Nec ad Deliberationem dictæ hæreditatis procedat absque mandato Domini Regis speciali. Vide *Liberare*.*

† 2. **DELIBERATIO**, Intentatio, minæ. Tert. lib. de Patientia cap. 8 : *Ipsam animam, ipsunque corpus in sæculo isto expositum omnibus ad injuriam gerimus, ejusque injuriæ patientiam subimus, minorum Deliberatione lædemur ?*

\* 4. **DELIBERATIO**, Silvæ evacuatio, exportatio in re forestaria, Gall. *Vuidange*. Charta Math. de Montemor. ann. 1230. ex Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. fol. 355. r. col. 2 : *Ha-*

*bebit ista pars bosci sectam, viam et exitum, et deliberationem in alia. Vide supra Deliberare 4.*

\* 5 **DELIBERATIO**, Dilatio, mora, procrastinatio, Gall. *Delay*, alias *Délibération*. Charta Hugon. de Montef. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 61 : *Dicto Hugoni boscus tradetur et arbores ad natale Domini ad hospitandum se... et pelram et quarellum, sine Deliberatione. Pactum inter Car. comit. et capitul. Carnot. ann. 1306 : Se la prise ou la sesine ne dépend pas de leur fet, quant il n'auront pas faite la prise, ne la saisine, ne commandée à faire, il auroit Délibération de sis jours, etc. Hinc*

\* **DELIBERE**, Statim, sine mora. Charta Matfr. episc. Biter. ann. 1092. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 132 : *Quod ipse Petrus Rodgerius habeat et teneat ipsam sacristiam in vita sua, quamdiu tenere voluerit optime et honorate, sicut nunc habet totam... et post mortem suam Delibere revertat ad ipsos canonicos vel clericos sancti Nazarii communiter in dominio.*

**DELIBERIUM**. Gloss. Lat. Gr. : *Consilium et Deliberium Συμβουλία, γνώμη.*

† **DELIBERUM**, Simili notione. Testamentum Guifredi Comitiss Cerritanensis ann. 1085. apud Achertum Spicil. tom. 6. pag. 435 : *Insuper relinquo uxori meæ alodem meum... cum terminibus suis, simul cum ipsa Ecclesia et sibi pertinentibus omnibus, ad Deliberum ut faciat inde quod voluerit. Hoc est ad voluntatem, ad libitum, Gall. A son gré, selon son bon plaisir.*

**DELIBRARE**, Librum, seu corticem ab arbore avellere. Διαλεπίειν δένδρον, in Gloss. Græco-Lat. [Apud Festum : *Delibrare, Aquam sulco derivare ; quod dici Martinius autumat, quia, sulcus dum fit, terra quasi delibratur seu decorticatur. Columel. Corticem Delubratum adjicit.]*

**DELICANTIA**, Ciborum sapor delicatus : *Delicatesse*. Processus de Vita S. Thomæ Aquin. num. 58 : *Nunquam curabat de Delicantia et singularitate ciborum.*

**DELICARE**, *Delirare*, in Gloss. Lat. MS. Regio Cod. 1013.

\* **DELICATIO**, f. pro *Dedicatio*, votum. Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 553. col. 2 : *Vade ad matronam illam, proprio eam vocans nomine, quod videlicet nomen usque tunc vir ille nescierat, quia mutatum ab infantibus annis ex quadam Delicatione (al. devotione) vocabulum, vero nomini in baptisate dato, præjudicaverat.*

1. **DELICATUS**, *Deliciosus*, Familiaris, qui in deliciis domini est. [Vide post *Deliciosus*.]

\* 2. **DELICATUS**, Subtilis, tenuis, Gall. *Fin*. Arest. ann. 1321. 9. Maii in vol. 1. arestor. parlam. Paris. : *Item duo paria linteaminum magnorum Delicatorum de tela Rhemensis, ad parandum lectos dominarum in earum relevatione.*

**DELICIA**. Charta Philippi Augusti Regis Francorum ann. 1208. pro Episcopo Magalonensi in 30. Regesto Tabularii Ch. 145 : *Hoc est, in mari piscationes suas et ubicumque in Melgoriensi Comitatu, et Magalonensi Episcopatu, portus, qui dicitur Gradus, aperiat, in omnibus redditibus, qui inde proveniunt, medietatem, et in stagno similiter piscationes suas, pulmentum, Delicias et cepes, si alicubi in stagno Magalonensis Ecclesia eas facere voluerit. Ubi quod Delicias hæc Charta vocat, stacha videtur appellari in alia ann. 1278. apud Gariellum in*

Episcopis Magalon. num. 286 : *Super jurisdictione de Corone, super lesda et stacha, quas Bajulus et lesdarii de latis percipiabant, et percipere conabantur ibi ratione stagni, maris, et plagie atque gradus, etc.* Est autem *staca*, idem quod fustis, paxillus, uti in hac voce docemus, *Delicia* autem idem quod *licia*, nostris *lice* sonat. Vide *Licia*.

☞ Festo, *Delicia* est Tignum quod a culmine ad tegulas angulares infimas versus fastigium collocatur, unde Tectum *Deliciatum*, et tegulæ *Deliciares* : ut inde aqua deliquet, ait Hadr. Jun. Sed mavult Martinus, quia aquam deliquat, id est, effundit; vel quod inde delicia-tur aqua.

† 1. **DELICIARI**, Epulari. S. Bernard. Serm. 1. de S. Victore Confess. : *Hi ut reficiantur, isti ut Delicientur.* Vide *Delitiari*.

\* 2. **DELICIARI**, Delectari. Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 607. col. 2 : *In hunc hortum, regio cultu et manu consutum, regina mundi supernis comitata proceribus ac virginibus ad Deliciandum progrediens, etc.* *Déliter*, pro *Delecter*. Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 369 : *Pour ce que pure conscience seurt touz les biens de l'ame Délite les regarz de Dieu, etc.* Charta ann. 1344. ex Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 270 : *Nous Béatrix dame de Faluy et d'Ailli sur Somme et Jehans de Pinkegny chevaliers, sires de laditte ville d'Ailli et de Hornoy en Vimeu, Salut. En le gloire du nom de Dieu nous esteeschons et en affluence de goie multepiaule nous Délitons. Coses qui appartiennent à Délit, Voluptuarie, in Cons. Petri de Font. cap. 35. art. 33.*

\* **DELICIO**, [Proprie est deorsum trahere : a *lacio*, traho, duco. Sumitur autem pro allicere, illicere, *Allettare*. *Titin.* apud Non. 4. 112. Parasitus, qui illum sciat *Delicere*.]

\* **DELICIOSITAS**, Luxus, deliciae. Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 577. col. 2 : *Item in Francia erat quidam princeps... qui priusquam videret prædictam ancillam Christi, mundanus erat, carnalis, pomposus et delicatissimus. Cujus quidem principis per ejusdem ancillæ medium et adjectorium... conversa fuit... Deliciositas in duram et austeram asperitatem.*

**DELICIOSUS**. Gloss. Lat. MS. Regium : *Nutritius, Deliciosus, vernaculus.* Lex Bajuvar. tit. 3. cap. 15. § 1 : *Nunquam evadat, quamvis Deliciosus sit apud Dominum suum.* Lex Longob. lib. 3. tit. 16. [\*\* Rach. 9. (8.)] : *Sunt aliqui pravi homines qui submitunt in palatium, ad nostrum secretum descendunt, ut per Deliciosos aut per ostiarios, vel per alios homines captiose, aut absconse, investigare possint, quidquid nos agimus.* Nicolaus I. PP. Epist. 17 : *Missoque etiam... sanctissimos Episcopos Deliciosos nostros pro eo vestræ caritati direximus.* Adde Epist. 19. 23. Anastasius in S. Hadriano PP. pag. 104 : *Gulfardus religiosus Abbas, et Consiliarius, seu Albinus Deliciosus ipsius Regis, etc.* Occurrit præterea in Narratione Adventiæ Episcopi de Valdradæ adulterio, apud Joannem VIII. PP. Epist. 72. 217. 277. etc.

**DELICATUS**, Eodem significato. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Sequebatur Perpetua lucido incessu, ut matrona Christi, ut Dei Delicata.* Vetus Inscriptio Bergomi in æde Cathedrali : **ATESTIA**. I. D. L. **ATESTIÆ**. **TERTIÆ**. **PATRON**. **BENEMERENTI**. **ET**. **CAPITONI**. **BINETÆ**. **ET**. **MARTIÆ**. **ET**. **PRIMUL**. **DELICATIS**. **ET**. **TELMIO**. **CELERI**. **AMICO**. **CARISSIMO**. **ET**. **ATESTIA**. **EGNA-**

**TIÆ**. *Delicatos* vocabant Latini τὰ παλαιοῦς, τοὺς ἐπιμαγεύου, qui et *Delicia* Ciceroni pro Cælio, Suetonio in Aug. cap. 88. et in veteribus Inscript. eidem Suetonio in Vespasiano cap. 7. Spartiano in Adriano, et aliquot aliis.

\* **Dilectus**, carus, familiaris. Vide quæ de *Deliciosis* et *Delicatis* disserit Muratorius tom. 1. Ant. Ital. med. ævi col. 129. *Deliciae* vero, *Deliciarum* cupidus et sectator, apud Boet. lib. 2. Consolat. Ms. :

Cilz qui se sent bienheureux,  
Est volentiers Délicieux,  
Et personne Délicieuse  
Se courrouse de pou de chose.

**DELICIUS**, Papiæ, *Puer in deliciis matris nutritus.* [Glossar. Sangerman. MS. n. 501 : *Delicius, Per* (Puer) *in deliciis amatus a domino.*] Vide *Litium*.

**DELICTOR**, pro *Peccator*. *Commodianus Instr.* 52 :

Refugium Regis pete, si Delictor fuisti.

Usurpat etiam S. Cyprianus Epist. 59. *Delictor vel forefactor*, in Charta Odonis Dom. Hamensis ann. 1227.

\* **DELICTUM SPINÆ DORSI**, Sodomitium peccatum. Chron. Ms. Mich. de Audars laudatum a Borello v. Espine : *Joannes Pelabini, mercator divitiis affluens de hæresi Albigensium suspectus, et de Delicto spinæ dorsii accusatus, a Bertrando vicario Tolosæ incarceratur et inquisitori fidei traditur. De supra dictis criminibus convictus, ad flammam ut hæreticus et sodomius condemnatur, et sententia condemnationis executioni mandatur apud plateam de Salinis juxta pillorium.*

† **DELICTUS**, *Verruculator*. Papias in MS. Bituric. [\*\* *Verruculatus*, in cod. reg. 7609.]

† **DELICUUM**, ut *Delictum*. Gloss. Lat. Gr. : *Delicuum* πάλαια.

† **DELIGARE**, pro *Delegare*, Tradere. Diploma Conradi II. Imp. ann. 1027. apud Illustr. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 286 : *Et in prædicto Comitatu terram de Ortelles, quam Joannes cum suis consortibus in jam dicto Monasterio per cartulam Deligavit.* Vide *Delegare*.

† **DELIMARE**, Joanni de Janua, *Valde liminare, vel limen auferre; in alia etiam significatione eodem verbo utimur, ut iste vult Delimare vicinos suos, i. destruere, quasi omnino de limo, i. mundo auferre.*

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Delimat, præcepit.*

\* **DELIMATIO**, Collisus, Gall. *Frottement*. Vita B. Goberti tom. 4. Aug. pag. 383. col. 1 : *Ascendit et in equum, qui adeo erat maceratus, ut potius videretur assereus quam carneus. Ex ejus utroque latere pili ceciderant pro assidua temonis Delimatio.*

† **DELIMATOR**, Διαρρητής. Glossæ Cyriilli. Qui abradit lima.

† **DELIMINARE**, ut *Eliminare*, Extra limen ejicere. Catholicon in Amalthea : *Deliminare, Limen auferre.* Privilegium S. Martini Papæ circiter annum 651. pro Monasterio Blandiniensi juxta Gandavum apud Miræum tom. 1. pag. 338 : *Privilegium auctoritatis nostræ expetierit de quodam Cænobio, quod ipse, Delimitatis Gentilium spurcitiis, fundo tenus extruxisse dignoscitur.*

† **DELIMINATUS**, alia notione, Determinatus, Limitibus conscriptus, Privilegium Fernandi Gonzales Comitis Castellæ pro Monasterio S. Sebastiani inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 175. col. 2 : *Omnia determinata, quæ continentur a*

*parte Ecclesiæ vestræ, cuncta ad integro Delimitata; jure perenni Ecclesiæ vestræ concedimus.* Melius legeretur *Delimitata*.

**DELIMITARE**, Valde limitare, Ugu-tioni, Conlimitare. Frontinus de Agro-rum qualitate : *In longitudinem Delimitatum, per strigas, appellatur.* Idem : *Decumanorum et Cardinum Delimitatio per rationem arcarum, vel riparum, etc.* [Guidonis Hist. Palæst. *Delimitandis Castris.* Hoc est, Castris in certos fines redigendis, ut explicat Barthius in Glossario, apud Ludewig. tom. 3. Reliq. MSS.]

**DELIMPIDARE**, [Clarificare, Lauren-tio in Amalthea.] Vide *Limpidare*.

**DELINDERE**. Vide *Elitigare*.

**DELINQUENTIA**, Delictum. Utitur Pas-chasius Ratbertus in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiensis lib. 1. cap. 28. [Char-tularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 154 : *Si eux ou autre de par eux alloient de riens encontre ladite vente... ou à qui-conques cette lettre apportera tous coust et damages, qu'eux soutiendroient par défaut de la garantie et Delinganche.*]

† **DELIQUID**, pro *Deliquit*, apud Th. Madox in Formul. Anglic. pag. 175. ut in aliis Instrumentis, *Velud* pro *Velut*.

**DELIQUIO**, *Obliquo*, Papias. [\*\* Vide *Forcellinum in Deliquium.*]

\* **DELIRUS**, *Cil qui reide.* *Deliramentum, Reiderie.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide infra *Enare*.

**DELITIARI**, [Epulari. Gesta Abbatum Lobiensium apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 614 : *Ne alius, unde alii ingurgitentur, esurientibus; et alius, unde alii Delitiarentur, egentibus; ordinis tenor, quem non nisi æqualitate constat durare posse, solveretur.*] Amedæus Lausannensis Episcopus. Homil. 1 : *Ipsa virgo virginum vernans in floribus, et in fructuum suavitate Delitans, etc.* [Vide *Deliciari*.]

1. **DELITIGARE**, [ut *Litigare*, Disputare. Epistola Abbatis S. Sepulcri ad Innocentium III. PP. apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 415 : *Cum vero esset tanta perturbatio, vidi alium militem qui abstracto cultello ac tumido Delitigans ore, prout mihi videbatur, prædicto Roberto et aliis Monachis, qui Abbatem suum Walterum accusare volebant, gravissime minabatur.* Alia notione pro *Judicari* videlicet, seu extra litem poni, accipitur] in voce *Elitigare*.

\* 2. **DELITIGARE**, Deblaterare, effutire. Mirac. S. Germ. Autiss. episc. tom. 7. Jul. pag. 287. col. 1 : *Et quæ antea inflatis buccis, tumido ore insana verba Delitigare consueverat; deinceps verbere superno duriter et lene correpta, suavia et dulcia verba fari addidit.*

\* **DELITOR**. [Qui delinit, h. e. delet, tollit, obliterat. Accius in *Atreo*, apud Priscian. 9. sub fin. Epularum fictor, scelerum fratris *Delitor*.]

**DELITUS**. Vide *Litium* : [ubi adnotatur *Columnis Delitiis*, mendose scriptum pro *Columnis de litiis*. Vide *Delicius*.]

† **DELLIONES**, τυράννοι, Tyranni. Sup-plem. Antiquarii. Legendum *Duelliones*. Vide *Duellio*.

\* Ita et Gloss. Lat. Gr. ubi leg. ex Cas-tigat. ad utrumque Glossar. : *Duelliones*, διακατάρατοι ἀνοσιώτοι, τυράννοι, καὶ τυράννιδες, Vulc. *Duelliones*, ἀνάρτατοι, ἀκαθοσίωτοι. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 298. 322.

\* **DELMANUM**, pro *Domanium*. Charta Odon. de Garlandia ann. 1239. in Char-tul. parvo episc. Paris. fol. 144 : *In quo feodo sunt plura retrofeoda et Delmania :*



quæ Delmania tenent Nicolaus de Rostignaco et Johannes de Roseris, dictus Bocicaut, milites. Vide Delmanium.

† DELMATICA. Vide Dalmatica.

DELOCARE. Charta Odonis Borelli de Curtalano in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis num. 72: *Si autem aliquis accusabitur de molita forisfecisse, purget se sola manu coram Majore terræ, et sit quietus: quod si noluerit, aut non poterit, reddat duplicem moltam tantum. Molendinarius tamen jurabit, quod non Delocabit eos, nec scienter injuste tractabit.* Id est, e domo sua exire coget ad iudicium subeundum. [Chartularium S. Martini Pontisar. ex Charta Anselmi Domini de Insula ann. 1208: *Serviens Monachorum S. Martini Delocabit omnes homines de Monovilla.* Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman.: *Deloco, Eicio, desolo, amando de loco, ἐκτοκῶ.* Gall. *Deloger.*]

\* E loco amovere, Gall. *Faire perdre son rang à quelqu'un.* Hunc esse sensum Chartæ a Cangio laudatæ, ex eo maxime patet, quod ibi sermo est de iis, qui ad molendinum bannalem molere tenentur, quique multa plectuntur alibi molentes, nisi per diem et noctem ad molendinum domini expectaverint, ut habetur in prædicta Charta. [\*\* Quam integram exhibet Guerdardus in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. pag. 39. Vide in *Delere et Distlocare.*]

DELONGARE. [Depellere, Gall. *Eloigner*, Procul ablegare, amandare. Chronicon Pisanum de Captione Hierusalem et Majoricarum, apud Murator. tom. 6. col. 102: *Sicque factum est, ut Christianorum castellis a Paganorum manganis quam plurimis confractis; et ab urbis mænibus Christianorum virtute Delongatis, Saraceni manganis se tuendo muros refecerent, et Christianorum exercitum via timerent.*] Vide *Dilongare.*

DELONGARIS. Luithprandus in Legatione cap. 35: *Delongaris enim, sub cuius manu navium est omnis potestas... curam tui aget.* Legendum ibi indubie *Drungaris* aut *Drungarius*. [\*\* *Delongaris*, δελονγάρης τῆς πλοῦς, scribit idem Liutpr. in Antapod. lib. 3. cap. 26. et o. *Delongaris tis plods*, lib. 6. cap. 10.] Andreas Dandulus in Chron. MS. ann. 804: *Hic Imperator factus misit pro Romano, qui Delongarii fungebatur officio.* Vide *Drangarius* post *Drungus*.

DELPHICA, Abacus, mensa, in qua vasa variana reponuntur, δελφικὴ apud Lucianum in Lexiphane. Martialis lib. 12. Epigr. 67:

Argentum atque aurum non simplex Delphica portat.

Vetus interp. Juvenal. Sat. 3: *Ornamentum abaci quod nos Delphicam dicimus.* Hinc emendandum Gl. Lat. Gr.: *Deluca, μενεστέρων.* Legendum enim *Delvica*, vel *Delphica*, pridem monuerunt Wowerenus ad Petron. et Meurs. in Gloss. Vide præterea quæ de hac voce commentatur Salmasius ad Spartianum pag. 150.

DELPHICUM, Eadem notione. Hesi-chius: δελφικόν, τρίποδα. Ita porro Triclinium in Majori Palatio Constantinopolitano appellatum, in quo Imperator epulari consueverat, de quo Victor Tun-nensis in Chr.: *Vitalianus CPoli intra Palatium, loco, quem Delphicum Græco vocabulo dicunt, Justiniani Patricii factione dicitur interfectus fuisse.* Vim vocis et originem diserite indicat Procopius lib. 1. de Bello Vandal. cap. 21. a Del-phica nempe, seu abaco ministratorio. Ἀποστρέφω nomine indigitat istud Mag-ni Palatii Triclinium Anna Comn. lib.

14. Alex. pag. 498. Vide Notas nostras ad eandem.

† DELPHINA, vel DALPHINA, Uxor Delphini, vel Delphinatus Domina. Vide *Delphinus*.

DELPHINI, Ministerii Ecclesiæ accen-sentur, a Gregorio M. lib. 1. Epist. 66: *Ministertia Ecclesiæ, ... id est, in argento calices duos, coronas cum Delphinis duo, et de aliis coronis lilios, etc.* Anastasius in S. Silvestro: *Farum ex auro puris-simo, quod pendet sub fastigio cum Del-phinis 50. quæ pensant cum catena sua libras 30. coronas 4. cum Delphinis 20. ex auro purissimo.* Infra: *Pharus cantharus cum Delphinis 50... pharum cantharum cum Delphinis 50. coronam auream cum Delphinis 50.* In S. Hilario: *Turrem argenteam cum Delphinis pens. etc.* Vetus Charta Cornutianensis, edita a Suaresio: *Pharum cantharum argenteum cum ca-tenis et Delphinis 17. coronas argenteas 4. cum catenulis suis, et Delphinis 8.* Ubi *Delphini* sunt ornamenta majorum λυγροσύγων.

DELPHINUS, apud nostros dignitatis species, qua donantur vulgo Comites Viennenses, quod complures ex iis qui primo Comitatum Viennensem posse-dere, hoc nomine appellarentur, adeo ut Joannes Raynaudus et Henricus Rosentallus, *Delphinatum* inter Ducatus, Marchionatus, Comitatus, Princi-patus, Vicecomitatus, et Baronias posuerint. [In Historia Dalphinatus tom. 1. pag. 3. laudatur Charta anni 1140. in qua hæc leguntur: *Guigo Comes qui vocatur Dalphinus.* Hic Guigo primus omnium Dalphini seu Delphini cogno-mento donatus legitur. Unde illud as-sumserit, non constat. Sed verisimile est cognomentum hoc adeo suis pla-cuisse posteris, ut illud sibi in honoris titulum erexerint. Quidam existimavere propter Delphinum depictum in scutiis gentilitiis Comitum Viennensium, ipsos Delphinos fuisse appellatos; verum longe ante Guigonem VII. qui primus hujusmodi insigne suo addidit sigillo, Comites Viennenses Delphini vocaban-tur. Vide Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 378. Charta ann. 1230. pro Roberto Ar-chiepisc. Lugdunensi inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 29: *Nos Dalphinus Viennensis et Albonensis Co-mes notum facimus universis præsentibus et futuris, etc.*] In Charta ann. 1285. apud Duchesium in horum Comitum Stemmata, mentio fit *Andræe quondam Delphini Viennensis, et Albonis Comitit.* Exhinc leguntur complures alii, in quibus Humbertus, Joannes, Guigo, et Humbertus alter eadem dignitate do-nantur: quorum postremus hanc cum universa Provincia, cui imperabat, in Regiam familiam transmisit, hac condi-tione, ut primogenitus Regis Delphi-nus Viennensis appellaretur, quod no-tum. [\* Hic cum nonnullis errat Cangio; si quidem primus, in cuius gratiam abdicavit Humbertus, secundus erat Philippi regis filius, cui in compensa-tionem Delphinatus, quo ex ulteriori dispositione privatus fuerat, alia con-cessit rex domania Literis ann. 1345. ex Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 470: *Comme... nous avions aagée nostre très chier filz Philippe duc d'Orliens et emancipé de nostre puissance paternelle, et tant pour sa provision et panaige (sic) comme en récompensation de la Dalphine de Vienne et autre terre, qui de nostre aageest et par disposition et ordonnance de nous, devoient venir souz certaines convenan-ces audit Philippe, li avions donné et baillé*

héritablement pour li, ses hoirs et ses successeurs la duchée d'Orliens, les con-tées de Valois et de Beaumont le Rogier, etc. Denique ubi Humberti cessio locum habuit, Delphinatu potitus est Carolus primogenitus Joannis ducis Normanniæ. Consule *Valbonnais*, tom. 2. Hist. Delph. pag. 601. et seqq.] Vide præterea Virum eruditissimum Dion. Salvagnium Bois-sium lib. de Usu Feudor. cap. 1. extremo. [His addam haberi apud Ry-merum tom. 5. pag. 10. Litteras Ed-wardi III. Anglæ Regis ann. 1338. ad Imperatorem Ludovicum, quibus petit ab Imperatore, ut Imberto seu Hum-berto Delphino Viennensi nomen et titulus Regis, aliaque ad Regiam digni-tatem spectantia concedantur; quod nunquam fuit.]

† Præter Comites Viennenses fue-runt etiam alii qui Delphini cognomento donarentur, Comites videlicet Arvernæ. Appellationis hujus originem inquirat et elucidat eruditus Scriptor Historiæ Del-phinalis tom. 2. pag. 378. eamque refert ad annum 1167. ex quo Arverni Comites, hac in re Viennensium æmuli, Delphini titulo gloriari cœperunt. Passim me-morantur in Chartis *Delphini et Delphi-natus Arvernæ*, ut videre est apud Ba-luzium in Hist. Geneal. Arvernæ. Hic Dalphinatus concessit in ditionem Lu-dovici II. Ducis Borbonii per Annam uxorem suam ex Dalphinati Comitum Arvernorum familia oriundam.

\* DALPHINALIS HOMO, Qui et *Dalphi-naliter* tenere dicitur, Delphini vassal-lus. Arest. parlam. Paris. ann. 1390. quo judicatur marchionatum Saluciarum de Delphino Viennensi movere seu depen-dere, ex Cod. reg. 6015: *Erat publica et notoria vox et fama in partibus Dalphi-natus nostri predicti ac Pedemontis, Lombardiæ et aliis circumvicinis, quod dictus marchionatus (Saluciarum) cum suis pertinentiis fuerat et erat de fide et homagio dicti nostri Dalphinatus, et quod a nobis Dalphinatiter tenebatur et teneri debebat in fide et homagio... Fredericus comes fuerat et erat dicti genitoris nostri et noster Dalphinialis homo, ligius et vas-sallus de pluribus terris.*

† DELPHINETUS, Arvernæ Dalphini filius. Testamentum Roberti III. Comitis Claromontensis ann. 1302. apud Ba-luzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 304: *Ipsium enim filium nostrum Johannem alias dictum Delphinatum heredem nobis instituimus in castris nostris Vodabulæ et de Breone.*

\* DELPUESTARE, *Honnir*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* DELTA, Margo, ni fallor, a forma literæ Græcæ sit nuncupata. Stat. Mu-tin. rubr. 184. pag. 34. rº: *Ordinamus quod puteus muratus, qui est in medio burgi Albareti, debeat reaptari cum Delta et aliis necessariis ad extrahendam aquam de eo.*

DELTI-CUS, Isidoro in Gloss. *Literatus, Doctor.* [Sic dictus a Græco δέλτος, Liber, vel ab Hebræo *Deleth*, Pagina, quod Litterati toti sint in libris vel paginis evolvendis.]

DELUBRICARE, *Labi*, in Gloss. MS. Regio; vel in loco lubrico titubare, ca-dere. [Papias: *Delubricatum, Dilaceratum.*]

† DELUBRIS, Prophanus, ut arbitror, a *Delubrum*, Ædes ubi idolum erat, sic dictus. Chartarium Auxitanæ Ecclesiæ ex Epistola Odonis Levitæ ad Garsum Archipræsulem: *Non statim voce erumpat me Delubrem clamitans esse sacrile-*

gum, qui audeam aliquid contra Dei licentiam usurpare consilium.

† **DELUBRUM**, Fons Baptismalis. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, Mail tom. 5. pag. 337\*: *Apud Delubrum ac sacrum fontem*. Ibid. pag. 353\*: *Investigaturam se spondit Senis de hoc diligentius in libro sacri Delubri cathedralis Ecclesiæ*. Delubrum a deluendo sicut Pollubrum a Proluendo dictum censet Isid. lib. 15. Orig. cap. 4. his verbis: *Delubra veteres dicebant Templâ fontes habentia, quibus ante ingressum Diluebantur. Ipsa nunc sunt Edes cum sacris fontibus, in quibus fideles regenerati purificantur*.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Delubrum, Locus ubi pueri habent baptismum*.

**DELUCA**. Vide Delphica.

\* **DELUCRUM**, Jactura, damnum, decessio Gall. *Perte, déchet*. Fœdus inter Joan. Galeat. Vicecom. Mediol. et Venetos ann. 1380. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 319: *Item quod dominus duæ et commune Venetiarum contribuere et solvere teneantur et debeant tertium Delucris seu perditæ omnium victualium*.

\* **DELUCTATIO**. [Luctatio. Translate. Capell. 5. p. 139. loquitur Rhetorica. Et viribus gloriam Deluctationis annexa.]

\* **DELUDERE**, Contumelia afficere. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 16: *Eandem relictam ipsi rei et sui complices pluries requisiverunt, ut ad pacem faciendam de morte sui mariti prædicti consentire vellet, ... alioquin ipsam Deluderent; quæ relictâ... respondit se hoc facere non posse. Item quod dicti rei... præfatam relictam præter et contra ejus voluntatem, vi et violentia illuserunt ea et abusi fuerunt, ipsamque infortiaverunt et carnaliter cognoverunt. Vide Deludium. A Lat. Deludere, Desjougler, pro vulgari se moquer, legitur in vet. Poem. Ms. ex Bibl. Coislin.:*

Li lechieres fu Desjougler,  
Et par la sale fu luez.

\* Sic a verbo Deridere, eodem significato, nostri *Dérider* et *Dériser* dixerunt. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. ch. 8: *Icellui Simon en Dérissant et eschernissant ledit Jehan Avignon, etc.* Aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 91: *Le suppliant, qui estoit sourt et ydiot, croiant que sa femme se moquoit et Dérisoit de lui, etc.* Denique aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 160: *Pour ce que laditte femme vit que ledit Perier, qui estoit son serviteur, la Desrisoit, etc.*

\* **DELUDIFICO**. [Illudo, irrideo, decipio. Plaut. Rud. 1. 2. 59. Deludificavit me ille homo indignis modis.]

**DELUDIUM**, Derisio, contumelia, ludibrium Gloss. Lat. Græc.: *Delusit, δειπαιζεν*. S. Eulogius lib. 3. Memorial. SS. cap. 7: *Dum in nos hujuscemodi irrisionibus insultarent, et hoc Deludio nostram pene consummatam cladibus fatigaret miseriam*.

\* **DELUMBE**, Debiliter. Glaber Rodulph. Hist. lib. 5. cap. 1. tom. 10. Collect. Hist. Franc. pag. 56: *Unum igitur ei erat... inter oratum frequenter spuere, ac Delumbe salivam emittere*. [\* Pers. Sat. 1. vers. 104.]

\* **DELUSCERE**, Atapir, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. pro Delitescere, ut videtur; nisi ita dictum putes quasi sit luci subtrahere.

† **DELUSATIO**, Fraus, Dolus, a Deludendo. Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1966: *Quotiescumque dicti homines aut sui hæredes alibi molitum*

*ire voluerint, per molturam suam prædixam reddendam est eis licitum moliri absque Delusatione et adulteratione molendi supradicti*.

† **DEMA**, Corpus, ab indeclinabili δέμας, quod idem est apud Poetas Græcos. Wolstanus in Vita S. Ethelwoldi Episc. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 633:

Signipotens in ea pausat quoque demate Swithun,  
Qui precibus cunctum sublevat hunc populum.

\* **DEMACTARE**. [Occidere. DIEF.]

**DEMAGIS**, Vehementer. Papias. [\* Nonio 2, 229.]

† **DEMAINUM**, ut *Domanium*, Gall. *Domaine*. Charta ann. 1210. ex Chartulario Campaniæ apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 692: *Vendidi etiam eidem Domini Comitissæ advocatiam ejusdem villæ, et quidquid habebam inter Mesum Demainum ipsius villæ. Illud tamen mihi retinui, etc.* Vide *Demanium*.

\* **DEMANALIS**, Ad *demanium* seu *dominium* spectans, Gall. *Domania*. Charta ann. 1377. ex Cam. Comput. Aquens.: *Disposuimus, ut debemus, jura omnia dictorum locorum fiscalio more facere, sicut alia jura Demanalia, pertractari*. Hinc nostri *Demaines* appellabant barones præcipuosque regionis alicujus proceres, quod multa *domania* possiderent, vel quod a potentiore principe tenerent *domania* sua vel feuda: unde et *Demanois* adjective dixerunt, pro nobili et primario. Le Roman des Loherancs:

A lui se tienent li Demoine et li per.

Alibi:

Leans avoit meint riche pongneur,  
Comtes et princes, Demoines, vavassors,  
Qui de Girbert tenoient lor anors.

Ibidem:

Poignant ensemble tuit li meillor François,  
Là veist on un estor Demanois.

Li Lucidaire MS:

Ne duc, ne prince, ne contor,  
Ne Demaine, ne vavassor.

Rursum:

Tos ses barons apelés,  
Sea demaines et ses casés.

Poema laudatum a Seldeno in Tit. honor. pag. 627:

Sage, e prince, duc, e contor,  
Baron, Demaine, vavassor.

Chron. Ms. Bertr. Guescl.:

Vers le pont de l'Ussac chevauchent Demenois.

Ibidem:

De là ne partira de l'an, ne de semaine,  
S'aura à son vouloir le bon chastel Demaine.

*Déménier*, dominii possessor, prædii dominus, in Charta ann. 1312. ex Tabul. episc. Carnot.: *L'évesque ne puet pas bonnement faire ceste demande en l'absence de celui qui est Déménier, lequel en est en poursuite pardevers Mgr. le Conte*. Occurrit præterea vox *Déménier*, in Sat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 235. art. 48. et in alio ann. 1402. tom. 8. pag. 530. art. 46. Vide *Demanium* et infra *Dominicum* 3.

† **DEMANCATA TERRÆ** in Foresio, Tantum terræ spatium, ut in eo seminari possit unus *Demancus* frumenti. Est autem

† **DEMANCUS**, Mensura frumentaria eadem, quæ infra *Demencus*.

\* **DEMANCHIATA**, Gall. *Déménchée* et *Déménchie*. Modus agri, in quo seminari potest unus *Demancus*; quæ mensura est ponderis 64. librarum. Vide *Demen-*

*cus*. Terrear. S. Mauri. in Foresio ad ann. 1472: *In quadam Demanchiata terræ etc.* Charta admort. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item une terre contenant une Déménchie de terre ou environ*. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 169. ch. 93: *Ung champ contenant entour neuf Déménchées de terre joustes les terres du lieu de Vernet*. Vide *Demancata* et infra *Demencus*.

1. **DEMANDA**, *Demandæ* Exactiones, quæ sub nomine gratuita præstationis exigebantur; *Coactæ petitiones*, in Charta Theodorici Comitissæ Flandr. ann. 1147. in Tabulario S. Bertini. Diploma Philippi Aug. Regis Franc. ann. 1202: *Si nos fecerimus Demandam vel talliam in Christianis vel judæis de Senescallia Andegavensi, Turon. et Cenoman. illa Demanda et tallia levabitur per manum prædicti Senescalli, etc.* Aliud ad ann. 1204. pro Oppido Niortensi in Pictonibus: *Præterea nos et hæredes nostri habemus Demandam nostram in tota Communia Niortensi, et Guillelmus Cocus (cui Niortum erat oppigneratum) Demandam illam levabit per manum Senescalli Pictavensis ad opus nostrum*. Aliud Theobaldi C. Campaniæ ann. 1229: *Liberi erunt ab omni tallia, tolta, et Demanda, a custodia villæ, turris et gabiolæ, et a quacunque alia exactione*. [Tabularium Meldense fol. 65: *Universis præsentibus litteras inspecturis Magister A. Archidiaconus de Bria Meld. salutem. Notum facimus quod nos pro novitate nostra et pro debito cujusdam domus, quam emeramus pecuniis a Reverendo Patre P. Dei gratia Meld. Episcopo, licentiam faciendi Demandam in nostro Archidiaconatu, quam nobis liberaliter concessit, et Demandam quam faciemus, de ipsius licentia speciali faciemus. Actum ann. Domini M. CC. XXXII. mense Decembri. Et in Charta ann. 1201. inter Instrum. Hist. ejusdem Eccl. Meld. tom. 2. pag. 87: *Archidiaconi nullam in suis Archidiaconatibus Demandam facient, nisi Episcopo assensum præbente*.] Vetus Charta in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 205: *Tenendam libere, et quiete ab omni sæculari servitio et Demanda*. Vide tom. 3. pag. 186. Will. Thorn. ann. 1269. Probat. Histor. Monmorenciæ pag. 75. [De *Lauriere* tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 258. Martenium tom. 1. Anecd. col. 953.] et infra in voce *Questa*.*

† 2. **DEMANDA**, Vox forensis, Gall. *Demande, Requête, Petitio*, Libellus supplex, postulatio. Decretum summæ Curie in Archivo Casti Nannet.: *Curia nostra dictum de Rohan ab omnibus aliis Demandis, requestis, finibus et conclusionibus per Procuratorem nostrum generallem factis et captis absolvit*. Regest. Parlamenti ann. 1379. apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 165: *Dictus insuper avunculus noster causam vel actionem non haberet faciendi Demandas et conclusiones, etc.* Ibid. pag. 598. in Regesto Parlamenti ann. 1408: *Ostenso Demandæ in scriptis non erat introducta, nisi ad instructionem seu certiorationem Defensorum, an cedere vel contendere vellent. Demanda articulata, ibid. pag. 237. Controversia seu Demanda, in Confirmatione transactionis ann. 1463. ex Archivo Præsidis de Mazaugues. Hist. fundationis Monasterii Cælestinorum Suesion. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 604: *Incepimus processum Parisius in curia Parlamenti ann. Dom. 1400. in quo petivimus ea quæ in Demanda, quam ipsi curiæ proposuimus in hujus initio proces-**

❖ **DEMANDAMEN**, in Ruodlieb fr. 2. vers. 132. fr. 16. vers. 54.

❖ **DEMANDAMENTUM**, Petitio juridica, actio, Practicis nostris *Demanda*. Charta ann. 1103: *Guirpinus et solvimus cum hac carta omnia hæc suprascripta Demandamenta, sicut in hac carta reipsa sunt et legi possunt*. Alia ann. 1162. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 589: *Super omnibus et singulis quæstionibus et rancunis, seu Demandamentis, quas vel quæ qualitercumque vel etiam quocumque modo contra nos facitis vel intemptare proponitis, etc.* Charta ann. 1269. in Reg. feudor. senescall. Carcass. etc. fol. 313: *Episcopus et capitulum Nemaus. quittaverunt domino regi omne jus, Demandamentum, actionem seu petitionem, et quidquid juris habere debebant in feudo castro- rum*. Vide *Demanda* 2. et mox *Demandare* 6.

1. **DEMANDARE**, Poscere, vel mandare, Gall. *Demander*. Rodericus Toletan. lib. 2. de Reb. Hispan. cap. 9: *Per Legatos pacifice Demandavit, ut... recederet a finibus alienis, etc.*

**DEMANDARE**, Mandare, remandare. Monachus Gall. Sangall. lib. 2. de Carolo M. cap. 19: *Si Carolus consilium meum dignaretur, non ad tantas me deponeret injurias. Ego nihil illi Demando, dicite ei quid me agentem inveneritis. Infra: Nihil aliud ei Demando, nisi quod facio, etc.*

¶ 2. **DEMANDARE SUPPLICIO**, Morte punire. Charta Henrici VII. Angl. Regis ann. 1492. apud Rymerum tom. 12. pag. 486. col. 2: *Auctoritatem damus... eorum quemlibet juxta eorum demerita castigandi et puniendi, ultimoque supplicio Demandandi*. Similia leguntur infra, et rursum ejusdem tom. pag. 724. col. 2. Vide *Demandum*.

¶ 3. **DEMANDARE**, Citare, vocare, arcescere, Gall. *Mander*, *Citer*. Charta Wilhelmi Domini Montispessulani ann. 1103. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 727. col. 1: *Et vicarius non Demandabit eum per se vel per alium, nec expectabit eum in placitis Montispessulani*. Charta Johan. Reg. Angl. in Libro nigro Scaccarii pag. 383: *Viccomes Herefordiæ, in cujus Balliva hoc fecerat, Demandari fecit eum in comitatu suo tanquam malefactorem*.

¶ 4. **DEMANDARE**, Notum facere se non compariturum coram Judice. Litteræ P. de Corbollo ad M. Archiepiscopum Senon. adversus Stephanum de Vetolio coram se judice ab Archiepiscopo delegato comparere detrectantem, in Tabulario S. Clodoaldi: *Cum enim diem utrique parti assignavissem, idem Stephanus non venit, Canonici enim Demandaverat et non michi. Postea ipsum auctoritate vestra bis citavi*. Vide *Contra-mandare* et *Demandare* 7.

❖ 5. **DEMANDARE**, Sub nomine gratuita præstationis exigere. Charta ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495: *Dimitto . . . totas cavalgadas, quas Demandabam in hominibus supra scriptæ villæ S. Tiberii, et totas justitias et totas financias, quas Demandabam in hominibus et mulieribus in eadem villa commorantibus et in toto ejus terminio*. Alia Phil. Belvac. episc. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 100. v. col. 2: *Omnes prædictæ villæ redditus, demandæ vel exactiones, quæ sive per potentiam sive preces, aut per amorem factæ fuerint inter ecclesiam S. Germani et prædictum militem communiter dividuntur, nec alter sine altero Demandare*

vel requirere poterit, aut per se aut per servientem suum. Vide *Demanda* 1.

❖ 6. **DEMANDARE**, Actionem seu petitionem intendere, aliquid in jure repetere, Practicis nostris, *Former une demande*. Charta ann. 1196. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 169: *Bernardus prædictus comes Convenarum faciebat demandamentum jam dicto Jordano de Insula ad Casteras . . . Item dictus Jordanus Demandabat prædicto Bernardo totum illud castellum, quod vocatur sanctus Thomas*. Alia ann. 1224. ex Chartul. Campan. fol. 350. col. 1: *Jacobus et Girardus filius et hæredes eorum nichil inde a me poterunt Demandare, quantum pertinet ad duas partes quas habebam*. Hinc *Demandans*, vulgo *Demandeur*, in Instr. ann. 1416. tom. 10. Ordin. reg. Fr. p. 398: *Agentes et Demandantes ex una parte, etc.* V. sup. *Demandamentum*.

❖ 7. **DEMANDARE**, Differre, procrastinare, Gall. *Accorder des délais*. Charta Hugon. abb. S. Germ. Prat. in Chartul. Guill. itidem abb. fol. 108. v. col. 2: *Die igitur judicii multis casibus Demandata et prolongata, postremo ad festum S. Benedicti v. Idus Julii statuta est*. Alia Rob. ducis Burg. ann. 1284. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 56. col. 1: *Nos procurabimus per nos et amicos nostros quod dicta sententia in instanti parlamento Penthecostes, nisi Demandatum fuerit; et si fuerit Demandatum, in proximo parlamento subsequenti feretur*. [❖ Pertinet hæc ad *Demandare* 4.]

❖ 8. **DEMANDARE**, Prius jussum posteriore revocare, vulgo *Contremander*, alias *Demander*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4130: *Abrogare, demander*. Lit. Phil. V. ad archiep. Rem. ann. 1318. in Reg. 55. Chartoph. reg. fol. 37. v. *Nos ex certis et legitimis causis nolentes quod ipsum Concilium teneatur ad præsens, requirimus vos quatenus illud, visis presentibus celeriter Demandetis, donec vobis aliud super hoc duxerimus intimandum*.

❖ 9. **DEMANDARE COMMENDAM**, Protectionem alicujus, et ob id debitam præstationem abnuere vel denegare. Charta Joan. comit. Cabilon. ann. 1236. in Chartul. Cluniac. *Dicti homines debent mihi vel mandato meo (propter commendam et custodiam eorum) reddere singulis annis apud Cluniacum c. panellos avenæ infra octabas S. Michaelis. Possunt vero homines prædictæ commendæ Demandare commendam istam dicto comiti de anno in annum, ita tamen quod demandatio fiat in presentia, quando ipsi homines reddent commendam. Et tunc, si Demandare voluerint commendam, tenentur reddere litteras suas prædicto comiti vel ejus mandato. Et similiter dictus comes, quando voluerit hominibus præfatis commendam Demandare. Vide supra *Commenda* 4. et *Deadvouare*.*

¶ 1. **DEMANDATIO**, Postulatio, Gall. *Demande*. Concilium incerti loci inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 149: *Idem et de his qui ab Episcopis hæreticis, schismaticis, vel nominatim excommunicatis, vel aliis Episcopis sunt ordinati præter suorum Demandationem Prælatorum*. [❖ *Mandatum*.]

¶ 2. **DEMANDATIO**, Species tributi. Charta Philippi Regis Franc. de Consuetudinibus Lorriaci ann. 1187. ex Archiv. Archiepiscopi Senon.: *Nullus hominum ville illius debet Demandationem Preposito Stamparum*. Altera Charta ejusdem Regis ann. 1201. pro Incolis oppidi de Clariaco apud Stephanotium

tom. 18. Fragm. Hist. MSS. pag. 177: *Si aliquis de Clariaco duxerit sal vel vinum Aurelianis, pro quadriga unum denarium dabit tantum. Nullus hominum Clariaci debet Demandationem Preposito Stampio, nec Preposito Piveriis, nec in toto Gasineto*. Vide *Demanda* 1.

❖ 3. **DEMANDATIO**, Ipsa protectionis detrectatio vel repudiatio. Vide supra in *Demandare* 9.

❖ 4. **DEMANDATIO**, Dilatio, procrastinatio, Gall. *Delay*. Charta Math. de Montemor. ann. 1200. in Chartul. S. Dion. pag. 304. col. 1: *Hæc autem assemblatio postquam ab alterutra parte submonita fuerit ultra tres justas Demandationes, nisi de consensu partium differri aut prorogari non poterit, etc.* Vide supra *Demandare* 7.

¶ **DEMANDATOR**, Hisp. *Demandador*, Gall. *Demandeur*, Petitor, Actor in litigiis. Vide locum in *Riedra*.

❖ *Demendierres*, in Stabil. S. Ludov. cap. 1. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 108. Vide supra *Demandare* 6.

¶ **DEMANDIMENTUM**, Genus præstationis, ut supra *Demanda* 1. Transactio ann. 1144. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 138: *Terre quas habent Fratres Militiæ de Baides sunt libere ab omni Demandimento*. [❖ Vide supra *Demandare* 5.]

**DEMANDUCARE**, Corrodere in Gloss. Arabico-Lat. [Gallis, *Demanger*, Prurire.]

¶ **DEMANDUM**, Mulcta ob crimen vel delictum imposita. Charta Henrici VII. Angl. Regis ann. 1494. de Pardonatione pro Archiepiscopo Dubliniensi, apud Rymerum tom. 12. pag. 556. col. 1: *Unde punitio caderet in Demandum debitum, seu in finem et redemptionem, aut in alias penas pecuniarias aut imprisonmenta. Eadem habentur tom. 13. pag. 242. col. 1. Vide *Demandare* 2. et *Finis*.*

❖ **DEMANERE**, Decedere, declinare, Gall. *S'écarter*. Charta ann. 1283. tom. 3. Cod. Ital. Diplom. col. 1505: *Prædicti nobiles videntur discessisse et Demansisse a fide, et amore servitutis ac devotionis. Desmarcher et Desmarchier, nostris, pro Recedere, se ranger, reculer*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 126: *Icellui Nicaise s'avança vers l'exposant pour le férier du coustel: mais ledit exposant Desmarcha. Alie ann. 1401. in Reg. 156. ch. 113: De fait l'eust tué ou navré villainement, s'il ne se feust Desmarchiez et trait arriere*.

**DEMANICARE**, Manicas auferre, spoliare, [vel f. Manus abscondere.] Greg. Turonensis lib. 7. Hist. cap. 15: *Quos quoque, sive pistores, vel quoscumque de hoc itinere regressos esse cognovit, cæcos, spoliatosque, ac Demanicatos reliquit*. Vide lib. 9. cap. 8.

**DEMANIUM**, pro *Dominium*, Callis olim, Anglis etiamnum *Demaine*. Alexander Abbas Celesin. de Vita Rogerii Regis Sicilia lib. 3. cap. 14: *Mandaturus illis, qui castro ejus præerant, ut et ipsi Regis super se quantocius suscipiant Demanium*. Rogerus Hovedenus in Ric. II: *Episcopus illud (manerium) deberet habere in Demanio*. Occurrit passim in Constitut. Siculis, et apud Scriptores ævi medi. Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Fissent au Roy ce qui leur fut possible,  
En lui offrant la ville et leurs Demaines.

A libi:

Car tout estoit soumis à son Demaine.

**DEMANIUS.** Vide *Domanium* et *Dominicus*.

**DEMANUTENERE**, id est, *Non manutene- re*, Tutelam abjicere, et protectionem alicujus. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 107: *Quod si filii Senioribus patris sunt aliquid forfecerint, pater cogat filios suos, ut illam forfacturam ipsis Senioribus redirigant et emendent, et ipse emendet pro eis. Quod si facere noluerint, exheredet filios suos omnino, et Demanutenat eos sine engan.* Vide *Manutenere*.

**DEMARCHUS**, Δημαρχος, Præcipuus Magistratus Neapoleos in Italia, apud Spartianum in Adriano, et Strabonem lib. 5. Vide *Magister militum*.

**DEMARCHUS**, Comes. Præceptum Caroli Simplicis pro Monaster. S. Dionysii, in ejusdem Ecclesiæ Tabulario: *Quod Robertus noster dilectus fidelis ac Demarchus ad nostram accedens excellentiam, deprecatus est, etc.*

† **DEMARCUS**, in Annal. Benedict. tom. 3. pag. 709. col. 2: *Hugo dux Francorum gratia Dei omnipotentis, necnon et Demarcus. Notum fieri cupimus, etc.*

† **DEMARITIO**, Partitio seu Divisio, si bene coniecto, a *de* et *Maritare*, Copulare. Præceptum Carlomanni Majoris domus pro Monasterio Stabulens. apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 2. col. 20: *In ea scilicet ratione, ut quamdiu ipse Anglinus advixerit, ipsas res usualiter excolere debeat; et si nepos suus nomine Gotbaldus illum superstes fuerit, ipsius Unadelino absque prejudicio et per precaria vel consensum ipsius Monachis, prædicto Unadelino tenere vel excolere debeat sine ulla Demaritione tantum ista superius denominata, totum et ad integrum trado et dono ad ipsius Monasteria.*

**DEMAS**, dis, Vinculum, Papiæ, ex Græc. δέμα.

\* **DEMEACULUM**. [Descensus in loca subterranea. Apul. 6. *Met. sub init.* Proserpinæ nuptiarum *Demeacula*.]

† **DEMEI**, Dimidius, Gall. *Demi*. Chartularium S. Martialis Lemovic.: *In crastino reperi XIII. marcas et Demei auri.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Demiach, Prov. semis, dimidius.*

† **DEMELLUS**, Mensura annonaria. Index MS. Beneficiorum Eccl. et Dioc. Constant. fol. 7. vº: *Rector habet manerium, et inde tenetur annuatim reddere tres Demellos frumenti ad mensuram Constant. Thesaurario Ecclesie supradicte. Ibid. fol. 8: Et pro quatuor acris terre redduntur annuatim decem quarta et tres Demelli frumenti. Belgæ Walones dicti etiamnum Modium vocant *Mel*, Gall. *Boisseau*.*

\* Charta Phil. V. ann. 1320. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 63. rº: *Item tres Demellos seu Demiaus frumenti et unum denarium super Droetum Guemeis. . . . Item tres Demellos sive Demiaus frumenti super Colinum Gauterii. Item unum boissellum frumenti, etc.* Alia ann. 1326. in Reg. 64. ch. 448: *Cing Demiaus de froment, un denier sus Gieffroy Menart, un Demiaus de froment sus Pierre Choisset. A boissello itaque distinguendus Demellus qui a Lat. Dimidius originem habere videtur. Vide infra Demencius.*

**DEMEMBRARE**, Membra corporis auferre, discerpere. Hincmarus Remensis in Epist. ad Adrian. PP. in Concilio Duziac. I: *Et jam plus quam duo sunt anni, ex quo præfatus Trisingus suprascriptum Livalfulm volens occidere, Demembravit.* Hildebert. Cenomanensis Ep. 67: *A quodam fratre Decani captus est, et aliorum auxilio... Demembratus, de*

*quibus cum mihi frater abscissus lacrimabilem deponeret clamorem, addidit... suggestionem et consilio ipsius membrorum se abscissione imminutum, quorum violentia ipse tentus fuit et abscissus.* Adde Ep. 10. ejusdem Hildeberti ex iis, quæ editæ sunt tom. 10. Spicilegii Acheriani. Occurrit præterea apud Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 82. [et apud Rolandinum Patavin. de factis in Marchia Tarvisina lib. 3. cap. 12 et lib. 5. cap. 22.]

**DISMEMBRARE**, Eadem notione. Capitula Caroli C. tit. 39. cap. ult. [\*\* ap. Carisiac. ann. 873.]: *Non est æquum, ut ibi (juxta Ecclesiam) homines ad mortem judicentur, et Dismembrantur, et flagellentur.* Consuetudo Tornacensis tit. de Criminibus art. 15: *Si aicum navré, Dismembré, ou blessé estoit jugé et tenu pour affolé ou defiguré, etc.* Adde art. 22. et Fletam lib. 1. cap. 16. § 7. [et Vitam Caroli Boni Comitiss. Flandriæ n. 26. Martii tom. 1. pag. 185.]

† **DEMEMBRARE**, Gall. *Démembrer*, figurato sensu, Avellere, disjungere, separare. Regestum Parlamenti ann. 1348. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 770: *Dicebat insuper dicta Comitissa, quod cum dictum castrum ac stagnum essent membra dicti Comitatus Alvernæ, Demembrari seu dividi non poterant a dicto Comitatu.*

\* Libert. villæ de Caslucio ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 287. art. 9: *Promittimus... quod dictus locus et ejus jura atque membra... de mensa seu patrimonio proprio domini mei regis... nullatenus, quacumque ratione, Demembrabitur.* Occurrit rursum ibid. pag. 327. art. 14. et 398. art. 20.

† **DEMEMBRATIO**, Eadem figurata notione, Separatio, divisio, partitio, Gall. *Démembrement*. Litteræ Capituli Moguntini pro Conventu S. Albani, tom. 2. Rer. Mogunt. pag. 762: *Ad hæc ut ex donatione hujusmodi nobis facta, Ecclesia vestra nullius Demembracionis sentiat detrimentum... liberaliter promittimus, etc.* Litteræ Rodulphi Rom. Regis ann. 1274. in Dissert. Hist. de Comitatu Comacini Edit. 1709. Append. pag. 28: *Sine Demembratione imperii, etc.* Occurrit rursum apud Rymerum tom. 2. pag. 415. \* Charta Phil. Pulc. ann. 1318. in Reg. 181. Chartoph. reg.: *Usagium ad boscum siccum, ad branchias seu ramos virides, sine Demembratione arboris.* Quæ ita Gallice redduntur in alia ann. 1387. ibid. ch. 221: *Usaige a bois sec, à branches ou ramseaulx vers, sanz Desmembrance d'arbres.*

† **DISMEMBRATIO**, Eodem intellectu. Litteræ Philippi VI. Franc. Regis ann. 1340: *Absque Dismembratione, divisione seu diminutione aequaliter facienda, etc.* *Dismembratio jurisdictionis*, in Conventione ann. 1389. ex Schedis de Mazaugues.

**DISMEMBRATOR**, Expilator, distractor bonorum. Cæsarius Heisterb. lib. 8. cap. 69: *Cui (Archiepiscopo) cum post mortem multi detraherent, dicentes eum Ecclesiarum fuisse Dismembratorem, et civium suorum eccæzkatorem.*

† **DEMEMOR**, Immemor. Præfatio Tabularii A. Gemeticensis Monasterii: *Mundana sollicitudinis status instabilis, memoria Dememor, et labor labilis, etc.*

\* **DEMEMORARE**, Immemoratum præmittere, Gall. *Ne pas faire mémoire*. Laudes domus Auriæ Januens. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1179: *Præterea itemque Dominicum ipsum non Dememorabimus, Stephano parente ortum*

*Innocentii pontificis maximi capitaneum invictum armis.* Vide *Dememor*.

\* **DEMENCIUS**, ut *Demencus*, Mensuræ annonariæ species, quæ 64. libras appendit. *Dictus confitens tenetur solvere Demencium ordeï*, in Declarat. ann. 1474. ex Terrearario S. Maurit. in Foresio. Vide supra *Demanchiata*.

**DEMENCUS**, Annonariæ mensuræ species, ex Latino forte *demensus*. Charta Arnaldi Archiepisc. Lugdunensis ann. 1212. apud Joannem Mariam *de la Mure* in Hist. Ecclesiast. Lugdun. pag. 320: *Hospitali S. Joannis dedit id, quod habebat apud Fuazin, scilicet unum Demencum siliginis, et 5. denarios, etc.* [In provincia Forensi *Demencus*, patrio idiomate *le dement* valet duos *Cartonos*: *Cartonus* autem siliginis est circiter 32. librarum, ut me monuit D. Aubret Advocatus Dombensis Clarissimus et Historiographus.]

† **DEMENEIUM**, ut *Domanium*. Instrumentum anni 1317. ex Archivo Veterisvillæ: *Cum contentio veteretur inter Monachos Veterisvillæ et Alanum de Monteferrandi Armigerum super petitione decimarum naporum crescentium in feodis et Demeneio dicti Alani.* Vide *Demanium*.

† **DEMENIA**, Eodem intellectu. Liber niger Scaccarii pag. 232: *Teneo ego in meam Dementiam.*

† **DEMENIUM**, Eadem notione. Tabularium Majoris-monasterii: *Ego Petrus de S. Hilario filius Hascolfi de S. Jacobo, testifcor ipsum patrem meum dedisse Ecclesie S. Martini de Saccio totam decimam omnium Dementiorum per totam terram suam de Anglia.*

\* **DEMENEURA**, Proprietas, domanium, nostris etiam *Démeneure*. Charta Renerii dom. Nogeniti ann. 1206. in Chartul. Lingon. fol. 141. rº. ex Cod. reg. 5188: *Accepi de episcopo Lingonensi in feodo et in casamento imperpetuum quicquid habeo vel habere potero, tam in Deme-neura quam in acquisitione mea.* Alia ann. 1214. ibid. fol. 168. rº: *Ita erit quod homines de Nulleio, qui venerunt manere apud Lusetum, tenebunt tenementum suum apud Nulleium ac si essent apud Nulleium sive Deme-neura dominorum ejusdem villæ. Pour tenir et avoir en leur Démeneure, in Charta ann. 1255. ibid. fol. 171. rº. Vide *Domicum* 8.*

**DEMENTARE**, *Furiosum, dementem facere*, Jo. de Janua. Ita Actor. cap. 8. Gloss. Lat. Græc.: *Dementat, ἐπίσθηον ἰδιουκός.* [Statuta Ordinis Vallis-Caulium ann. 1262. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1666: *Si Prior Priorem aliquem Dementaverit vel proprium vel hospitem, pœnam levioris culpæ solvere teneatur.* Hoc est, Si ad iracundiam provocaverit.] Priscis Francis, *Dementer*. Le Chastellain de Coucy, Cant. 11:

Tant ne me say Dementer ne complaindre.

Alius Poeta:

Où elle se Demente d'amours.

Le Roman de Roncevaux MS.:

Li Cuens Renaus s'est forment Dementez.

\* *Se plaindre, se lamenter*, Queri, lugere, lamentari. Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 397: *Laquele Emmelot se comença moult à Dementer, à pleindre et à doulouser, et avoit moult d'angoisse.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 280: *Après souper il se complainy et Démenta d'acheter vin en la ville de Fîmes à ladite Marguerite.* Alia ann. 1408. in Reg. 163. ch. 2: *Esquelles estuves icelle Martinette... se feust*

*Démentée du chapperon sa fille, que elle avoit perdu.* Vide *Dementire* 1.

**DEMENTARE**, Insanire. Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 7: *Ita semper Dementabat, Nicomediam studens Urbi Romæ coæquare.* Vide mox *Dementire* 1.

† **DEMENTATIO**, Iracundia, si bene coniecto. Fredegarius in Chronico num. 68: *Istamque victoriam, quam Winidi contra Francos meruerunt, non tantum Sclavinorum fortitudo obtinuit, quantum Dementatio Austrasiorum, dum se cernebant cum Dagoberto odium incurrisse, et assidue expoliarentur.*

**DEMENTATUS**, Mente alienatus. Hincmarus de Divortio Lotharii: *Alii autem potu, alii autem cibo a sortiaris Dementati sunt.* Occurrit præterea apud Anastas. Bibl. in Vita S. Joan. Eleemos. n. 78. et Baldricum in Chr. Camer. lib. 2. cap. 5.

**DEMENTATOR**, Qui mentes hominum pervertit. Epist. Fr. Joan. de Monte Corvino Ord. Fratrum Minor. apud Waddingum ann. 1305. 10: *Sed essem magnus explorator et Dementator hominum.*

**DEMENTATIM**, Usque ad dementiam. Histor. Translationis S. Guthlaci n. 8: *Arnoldum pestifera passio diutino intolerabili languore, scilicet capitis vertigine, Dementatim torquebat.*

\* **DEMENTARI**, Desciscere a se, a consuetudo more deflectere, Gall. *Se démentir.* Vita S. Taurini tom. 2. Aug. pag. 639. col. 1: *Alioquin vulgari fama, qua nunc certatim celebratur, paululum dehiscente, et magnificentia illius in dubium veniret, et pietas devotorum Dementaretur.*

1. **DEMENTIRE**, Insanire. Tertullian. lib. de Anima: *Cum Dementit homo, Dementit anima, non peregrinante, sed compatiante tunc animo.* Utitur etiam adversus Gentes, ut et Lactant. in libris Institut. Apuleius in Apolog. Martian. Capella lib. 8. Saxo Grammat. lib. 7. Hist. etc.

2. **DEMENTIRE**, Mendacii arguere, Gall. *Démentir*, in Charta ann. 1187. tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 201. et 202. Vide Leges maris Oloronenses art. 12. et ibi Cleiracum.

\* **DEMENTITIO**, Mendacii exprobratio, Gall. *Démentit*, alias *Desmementement* et *Desmentissement*. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 482: *Inter se multiplicata fuerunt verba injuriosa et inhonesta, ita quod per utrumque fuit Dementitio subsequata.* Alia ann. 1357. in Reg. 89. ch. 171: *Après plusieurs Desmantementz d'une partie et d'autre, etc. Icellui Valois desmentit ledit Robinet, pour lequel Desmementement, etc. in aliis ann. 1379. ex Reg. 115. ch. 96. Denique alia ann. 1446. in Reg. 178. ch. 69: *Le suppliant pour aidier à venger... son oncle de certaines villennies, aittaines, Desmentissement et autres injures, etc. Desmentoisson, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. ch. 213: *Icellui de Piz fu moult indignez et respondi qu'elle mentoit et son mary aussi; ausquelles Desmentoissons survint ledit Tassar, qui dist audit de Piz... qu'il n'estoit mie tailliez de desmentir sondit frere ne sa femme.* Si clerico autem vel monacho fiebat ejusmodi exprobratio, reverentia causa addebatur: *Excepte chapellenie.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 115. ch. 70: *Lequel Courdant courroucié lui (à frere Richart) respondi telles paroles: vous y mentez, excepte chapellenie.* Vide infra *Dimentiri*.**

**DEMENTITIUM**, Gloss. MS. Sangermanense: *Dementitium, ἐντροπή.* Gloss.

Gr. Lat.: *Ἐντροπή, Reverentia, Verecundia.*

\* **DEMENTUS**, ut supra *Demellus* vel *Demencius*, quomodo etiam forte legendum est, mensuræ annonariæ species. Charta ann. 1319. ex Tabul. Savigniacensi: *Unum Dementum frumenti pro chachauderi, etc.*

\* **DEMEO**, [Deorsum meo, descendo. Apul. 6. Met. Ad Tartarum Manesque Demear. Id. 10. ibid. Corpus candidum, quod cælo Demeat. Capell. 2. p. 38. Sphæræ ad solarem circulum Demeantes.]

\*\* **DEMERCATUS**, Ekkehard. IV. Casus S. Galli cap. 3. Pertz. pag. 109: *Ymoni.... cum incudem noviter sub terra repertam sibi dari peteret, feminam Demercato dorso validam inferri jusserat. Pinguî dorso interpretatur Arxius: an de mercato?*

\* 1. **DEMERERE**, malo sensu, Peccare. Gall. *Démériter*. Bartol. in Digest. lib. 31. leg. 77. § 25. scribit *meruisse eum, quem non appareat Demeruisse.* Gloss. Lat. Gr. *Demereor, περιποιεῖμαι. Demereor, ἀναλαμβάνω.* Vide *Demeritum*.

\* 2. **DEMERERE**, **DEMERERI**, Rem possessam abdicare, dimittere, re vel officio privari. Charta ann. 1203. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 11. vº: *Omnia feoda quæ comes (Gelriæ) a duce (Lotharingiæ) tenet, ipse comes Demeruit et in manu ducis libere remanebunt; feoda quoque quæ a rege tenet comes, similiter Demeruit et dux ea de manu regis recipiet.* Alia ann. 1274. fol. 36. vº: *Quicumque de magistris talem (bannitum) ad officium direxerit, amittet et Demerebitur officium suum per annum continuum.*

\* 3. **DEMERERE**, Mereri. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 379: *Ipse Johannes in infirmitate sua dicebat, et dicit quamplurimes, quod bene Demeruerat hæc sibi facta fuisse.* Galli diceremus, *Il avoit bien mérité.*

\* **DEMERITE**, Male, pessime, apud J. B. Helmont. pag. 467. A. B. Theatr. Sympathet.: *Demerite de Deo sentire.*

**DEMERITUM**, Peccatum, culpa, Gallis, *Demerite*. Magister Rogerius de Destructione Hungariæ cap. 10: *Meritis et Demeritis personarum non discussis.* [Occurrit apud Murator. tom. 12. col. 495. et alibi non semel.]

† **DEMESSIO**, Messis, in Epistola Capreoli Episc. ad Vitalem, inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 136.

\* **DEMETERE**, [Incidere. DIEF.]

† **DEMEURA** LONGUA, Gallis, *Longue demeure*, Mora diuturna, longum tempus. Decretum Philippi III. Franc. Regis, ann. 1282. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Chr. col. 146. et 147: *Usus communis est notorius et approbatus a tanto tempore, de cujus contrario memoria non existit, in terra Arvernæ et in locis vicinis, quod bonæ villæ habent et possunt habere prædicta (jura et privilegia) per longam Demeuram et per longam sufferentiam, licet super hoc non habeant concessionem ab aliquo seu litteris vel sigillum.*

† **DEMICULUS**, σκυπιον μικρόν. Scyphulus. Supplem. Antiquarii et Glossar. Græc. Lat. Sangermanense. Ad hæc Martinus: *An quo aliquid demitur e cratero?*

1. **DEMINORATIO**, [Imminutio, damnum, detrimentum. Charta Caroli Calvi ann. 848. inter Instrum. novæ Hist. Occitan. tom. 1. col. 95: *Ea omnia supradicta absque ulla inquietudine aut Deminoratione sempiternis temporibus*

*possidere valeant.*] Vide [*Diminorare* et] *Minorare*.

\* 2. **DEMINORATIO**, Contemptio. Epist. Hadriani I. PP. ann. 774. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 546: *Et non tibi placeat.... ut in tantum despectum atque humilitatis Deminorationem stincta Dei ecclesia Romana... veniat.*

† **DEMIONUS VINI**, apud Lugdunenses duas quartas continet, et quarta sex pintas. Vox videtur ibrida ex Gallico *Demi*, dimidius, et Lat. *Onus*, Gall. *Charge*.

\* Minoris est capacitatis *Demion*, dimidius nempe sextarius, seu *chopinæ* dimidia pars, Gall. *Demi-settier*, in Lit. remiss. ann. 1452. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 240: *L'un d'eulx dist qu'il failloit avoir Demion de vin, et le suppliant dist que ce seroit peu et qu'il en convenoit avoir chopine.* Alia ann. 1482. in Reg. 206. ch. 813: *Une chopine et ung Demyon d'estain, etc.*

\* **DEMISTADIUM**, f. pro *Domanium*, vel saltem eadem notione. Vide in hac voce. Charta Joan. ducis Brabant. ann. 1284. inter Probat. Annal. Præmonstr. tom. 1. col. 616: *Cum omnibus libertatibus, Demistadiis et instrumentis, et cum omnibus immunitatibus, justitiis, etc.* Vide *Donnicatus in Dominicum* 3.

\* **DEMMONERIT**, **DEMMONTA**, f. pro *Denunciaverit* et *Denunciata*, ut suspicatus est doctus Editor, in Lit. Henr. reg. Angl. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 643. art. 2.

**DEMOGRAMMATEUS**, Δημογραμματεός, Plebis scriba, in leg. 4. C. de Tabular. lib. 10. tit. 71.

\* **DEMOLERE**, Molere, Gall. *Moudre*. Charta ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 329: *Duo molendina venti... in quibus gentes dicti loci de Carcassona blada eorum Demolebant.*

† **DEMOLIRE**, pro *Demoliri*, legitur apud Esdras lib. 3. cap. 1. v. 55. Supplem. Antiquarii: *Demolit, καταρσεν, Demolitur, Diruit.*

\* **DEMOLIRI**, Tabescere, deperire. Aimoin. in Translat. SS. Georg. Aurel. et Nathal. Sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 48: *Dum apud Barcinonem castrum morantes (ut sic eorum verbis eloquar) diutino quasi languore Demolirentur, etc.*

\* **DEMOLITIES**, Rudera, ruinæ, Gall. *Démolitions*. Comput. ann. 1473. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item pro amovendo et asportando Demolities et immunditias muri, etc.*

\* **DEMOLITIO**, Acta S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 875. col. 1: *Numerianus igitur augustus, cum ex Parthicæ regionis Demolitione reverteretur, etc.* Id est, ut notant docti Editores, ex bello Persico.

**DEMONACHARE**, [Monachi statu deicere.] Vide in *Monachus*.

\* **DEMONEO**, [Dissuadere, moneo, ne facias: a de et moneo. Not. Tir. p. 88. Monet, Demonet.]

\*\* **DEMONIUM**, pro *Demanium*, apud Thietmar. lib. 5. cap. 22.

\* **DEMONSTRAMEN**, Exhibitio, demonstratio. Chartul. S. Sergii inter Probat. Hist. Sabol. pag. 354: *Cartarum Demonstramine, tam presentibus quam futuris intimavimus ventionem, quam Gaufridus de Jarziaco fecit cum monachis S. Sergii, etc.* [\*] *Demonstratio cartarum sæpe apud Anglos.*

† **DEMONSTRATIO**, Species exactionis. Charta anni 1122. pro Monasterio S. Bertini, apud Miræum tom. 1. pag. 84. col. 1: *Terram quam B. Bertinus infra ministerium de Merck possidet... a comitatu et omnimoda consuetudine, necnon ab*

omni prorsus exactione liberam fecisse... præter decimam et fossatum: sic tamen ut de eodem fossato Demonstratio illa, quæ vulgo Besene vocatur nullatenus exigatur. Vide Besenagium.

**DEMORARE**, Regere. Chronicon Novallense lib. 6: Demoravit Abbatiam suam 10. annos cum omni moderatione æqua.

**DEMORARI**, unde nostri Demeurer. Lex 3. Cod. Th. de Liberali causa (4, 8.): Si in libertate esset per annos sedecim Demoratus.

\* Demourer, nostris pro Statu immobili, vulgo Repos. Le Roman du Riche et du Laadre MS:

Et tes seoirs et tes esters,  
Tes départirs, tes Demourers  
Soient tempré sans mespison.

\* **DEMORTIVUM PRÆDIUM** dici videtur illud, quod in manu mortua tenetur, oneribus, quibus alia obnoxia sunt, exemptum. [\* Caducum, fisco vindicatum.] Charta Ottonis III. ann. 1000. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 577: Noscatur omnium nostrorum fidei industria... qualiter Heribertus Coloniensis archiepiscopus... nostram humiliter exorando aggressus est clementiam, quatenus prædicia et terram sive Demortivum, sive nostro pertinentem imperio, Raimbaldo... imperiali largiri dignaremur præcepto. Cujus itaque petitionis nostræ benignitatis animum præbentes, totam terram et prædicia, seu Demortiva, quæ videntur in jam prænomminatis locis et finibus... ei, prout juste et legaliter posuimus, imperiali concedimus paginam. Vide Admortizatio.

**DEMOSMATUS**. Vide Froccus post Fraustum.

\* Leg. Desmontatus, Obstirpatus, runcatus. Vide infra in Fosca.

† **DEMOTIVUS LAPSUS**, est quando quis morte retina obruitur. [\* repentina?] Rochus le Baillif in Dictionariolo Spagyrico.

\* **DEMOVERE**, Avertere, avocare, Gall. Détourner. Memor. G. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1404. fol. 32. rº: Ad S. Clodoaldum domini mei ex parte Cameræ iverant pro Demovendo dictum dom. ducem (Bituricensis) a receptione dactorum thesaurariorum. Demouvoir vero, rixam sedare, contentionem componere. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 210: Le suppliant et autres dessus nommez, qui virent et oirent ladite noise, se avancèrent pour la Desmouvoir seulement. Lesquelz furent Desmeuz et dessemblez par les compaignons à ce presens, in aliis Lit. ann. 1410. ex Reg. 165. ch. 78. Vide Movita.

† **DEMPNITAS**, ut supra Damnitatis, Damnum. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280: Injuncti nobis officii cura sollicitat, commissa præterita nos impellunt, ut tam præsentis innovatione statuti quam debitarum adjectione penarum, nostris atque Conseranensis Ecclesiæ Dempnitatibus consulamus, ne nos qui alios in sua justitia fovere tenemur, jus nostrum improvide negligere videamur. Agitur de damnis Ecclesiæ resarcendis.

† **DEMPNOSUS**, Damnosus, in Constitutionibus MSS. Cluniac.

† **DEMPNITAS**. Hist. MS. Gemeticensis pag. 70: Quos loci propinquitas, habitus et Dempnitas... nobis reddunt et omnibus excellenter amabiles. [\* Ornatus, Gall. Embélissement.]

**DEMSTERS**, ita dicuntur duo Judices in insula Mannia, qui de litibus ibidem emergentibus cognoscunt. A Saxon. de-

nia, quod judicem, consulem, interdum ducem exercitus significat. Spelmannus.

† **DEMULCIA**, ἐκλογὴ ἀπὸ πολλῶν, Electio, Delectus. Supplem. Antiquarii. Martinus: Demultiā, ἐκλογὴ ἀπὸ πολλῶν, Collectio e multis. Gloss. Lat. Gr. S. Germani a Pratis: Demultiā, ἐκλογὴ πολλῶν, Electio e pluribus.

† **DEMULGATAM**, Estimatio, in Glossis ad calcem veteris Collectionis Canonum ex Bibl. DD. Chauvelin Custodis sigillorum regionum.

\* **DEMULTARE**. Passio SS. Seraphiæ et Sabinae n. 4: Dimitte illam nefandam, quæ maleficiis te expulsa Demultavit a Deorum cultura. Sed videtur legendum Demutavit.

\* **DEMULUS**, Ejusdem artis emulatur in Glossario Sangerman. num. 501. f. legendum Æmulus.

† **DEMUNDINAT**, omnibus notum facit. Gloss. Isid. Sed melius infra in Denundinare.

† **DEMUNERARE**, Munerare, δωροδοκεῖν. Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

\* **DEMUNIRE URBEM**, Ex munita facere infirmam, apud Petrum Blesensem Serm. 33.

\* **DEMURARE HOSTIUM**, Januam muro oclusam aperire, Gall. Démurer. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 458: Hostium dicti monasterii seris ac forti pariete bene firmatum et obstrusum... Demurarunt et aperuerunt.

† **DEMUSARE**. Papias et Glossar. Sangerman. n. 501: Demusso, Dissimulo. Gloss. aliud Lat. Græc. Sangerman.: Demusso, ἀπονεστεῖω, ἀποκωπῶ, Dormito, sileo.

\* Nostris Démurger, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 117: Bertrun Chambercal estoit tenus envers ledit chevalier (de Canillac) en plusieurs sommes de grain et d'argent... ledit Bertran n'en vouloit faire satisfaction; mais se deffuyoit et Démuçoit. Démusser vero, pro Latere, occultare, vulgo Cacher, in aliis Lit. ann. 1358. ex Reg. 86. ch. 308: Lequel Colart et sa fame n'osent encore demourer audit pays sur leurs heritages pour iceulz faire labourer et coultiver; mais convient qu'ils se Démussent et tapissent à grant misere et pauvreté par boys et autres lieux divers.

\* **DEMUTATIO**, Translatio. Vita S. Wilfr. tom. 3. April. pag. 311. col. 2: Deus... quorumdam bene religiosorum mentes in considerationem tantæ rei excitat, atque ad Demutationem illius effectum effectumque ministrat.

**DENA**, DENNA, Modus agri, aut terræ, vel potius silvæ portio, apud Anglos. Domesdei apud Spelmannum: De silva 8. Denæ parvæ, et 3. magnæ. Alibi: De silva Regis habet Wad tantum, quod reddit 16. denar. per annum, et dimidiam Denam. Rursum: Et una parva Dena silvæ. Ibidem: Et 3. Dena de silva reddunt triginta porcos. Will. Thorn. ann. 826: Dederunt Abbati terram 20. aratorum... et 13. Dennes glandes portantes. Spelmannus et Somnerus, Denam, locum Silvestrem, asperum et incultum, porcisque pascendis accommodum denotare censent, a d e n, quod Saxonibus speluncam, caveam, ferarum latibulum, interdum et vallem sonat. Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 1. pag. 4. 6. [\* et Rectitudines Personarum ed. Leo. pag. 91.]

\* **DENAIRE**, vox vulgaris, Denarius. Pactum inter reg. Robert. comit. Prov. et Phil. de Sabaud. eorumque vassallos

ann. 1325: Quousque satisfecerint de damnis illatis usque ad ultimum Denaire.

† **DENAIRADA**. Vide Denariata.

† **DENANTE**, Coram, in conspectu, Gall. Devant, En présence, Hisp. Delante. Lib. Goth. f. 87. apud Moretum Antiq. Navarra pag. 403: Facio testamentum de illa mea villa quæ vocatur Ortulo, cum sua Ecclesia S. Stephani, Denante illo, et Denante toto Conventu de illa Cella, et Denante totos illos meos mesquinos.

\* **DENANUM**. Vide infra in Panis 2.

† 1. **DENARATA**, ut Denariata, apud Thom. Madox Formul. Anglic. pag. 227. Sic Denarate minute et grosse, Gall. Grosses et menues Denrées, in Charta Hugonis Comitum Registetenensis ann. 1233. de Maceriis supra Mosam et Musæo D. de Cange.

\* 2. **DENARATA**, DENARIATA VINI, id est quantum vini pretio unius denarii emi potest. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 211: Et talis sit mensura quod ille qui vendit vinum habeat quartarolam et quartam quartarole, et mediam quartarolam, et ad dictas mensuras bullatas vendat volenti emere in tanta quantitate, et nichilominus habeat sacum pro una denarata (denariata Codd. 60, 62), et qui cum eo sacum non venderit puniatur in C. sol. bon. [Fr.]

† **DENARIALE PRÆCEPTUM**, quo servus manumittitur per Denarium præsentem Rege. Exstat hujusmodi Præceptum inter Formulas Lindenbrogii.

\* Monetariis Denarial, vulgatius Dénéral, est specimen monetæ fabricandæ. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 212: Jehan du Solier, lieutenant du maistre particulier de ladite monnoye de Rouen, trabuchoit des deniers blancs à un Denarial, etc.

**DENARIALIS**, DENARIATUS, [Manumissus per Denarium præsentem Rege.] Vide Manumissio per Denarium.

**DENARIATA**, DENERATA, DENAIRADA, Pretium rei per denarios, Derrata, Italis, Denrée, Gallis. Miracula S. Ursmari n. 23: Et deduxerunt absque damno vini unius Deneratæ. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 37. § 2: Præcipit etiam dominus Rex, quod nullus extraneus mercator... vendat in Denariatis, sed in grosso. Denariatæ redditus, tom. 1. Monast. Angl. pag. 501. tom. 2. pag. 95. Vide Probat. Hist. Limburgens. pag. 9. Hinc nostris Denrée. Le Roman du Renard MS.:

Et j'ay bien mengié sept Denrées  
De nouvel miel en fresches rées.

Le Roman de Garin MS.:

Qu'il n'y perdirent vaillant une Denrée.

Alibi:

Qui prend l'avoir, mal me donra Denrée.

Testamentum Joannæ de Burgundia, Reginae Fr. Philippi Magni uxoris, 27. August. ann. 1319: Et donra l'en à chacun povre, que y sera, deux deniers, ou deux Denrées de pain. Adenerer, Rem venditam in denarios convertere, in Consuet. Blesensi art. 39. et Insulensi art. 31. Saxe Insulensis art. 10. Vide Adærare.

**DENARIATUS**, in Legib. Edw. Confess. cap. 10. Denariatus et Denariata terræ vineæ, Modus agri ad valorem annum unius denarii. Tabularium Priorat. Lewensis in Anglia: Sibylla Barthelot tenet unam acram et 5. Denariatus terræ in eodem tenemento. Ibidem: Tenent dimidiam rodam et 3. Denariatus terræ in fine boreali messuagii. [Vetus Charta

apud Thomam Blount in Nomolexico : *Sciunt quod ego Willielmus filius Philippi de Colewal dedi... Egidio de la Berne de Hereford pro quadam summa pecuniæ... octo Denariatos annui redditus.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 501 : *Duas acras terræ et dimidium, et duas Denariatas, et duas gallinas annui redditus, ... duas solidatas, et septem Denariatas redditus cum pertinentiis in eadem tenura, ... novem solidatas, et duas Denariatas, et unam obolatam, et 9. gallinas.* Regestum Constabul. ann. 1208. fol. 91 : *Item retinuit sibi et successoribus suis unam Denaratam terræ ad mensuram Agennensem ad opus construendi ibi domum.* Ex qua sane Charta Denarata terræ, videtur fuisse agri modus certus ac definitus. Ex aliis vero, *Denariata terræ* non solum *acra* minor fuit, sed et dimidium *rodæ*, quod *acra* pars octava est, plures etiam *Denariatas* complexa est. Charta ann. 1309. in Regesto 2. Philippi Pulcri n. 121. ex Tabul. Regio : *Nous avons eu et receu dudit Simon cent soudées et douze Denrées de terre en fief, etc.*

\* *Une piece de terre contenant vingt Denrées*, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1386.

† DENARIATA MILITIS. Modus agri unius denarii redditus ad Militem pertinentis. Vide Librum nigrum Scaccarii pag. 58. et ibi notam Editoris.

DENARIATA VINEÆ. [Donatio Bernardi Monachi facta Moisiacensi Monasterio circa ann. 1050 : *Dono ad ipsum locum ipsam hereditatem... duodecim Denariatas de vinea et duas capitmansuras.*] Tabul. Cadurcensis Eccl. : *Damus duas Denaradas de vinea in pignore per 12. solid.* Vetus Charta apud Dominicum lib. de Alodio pag. 216 : *Cum omnes vineas, quæ ad ipsum pertinent, excepto 4. Denariadas, quæ dimittit Hugonis, etc.* Adde Historiam Abb. Condomensis pag. 463. 464. 480. 490. Vide *Libra terræ*.

† DINAIRADA DE VINEA, apud Thomasserium in Biturigibus pag. 541.

† DINERATA DE VINEA, in Ch. Eccl. Auxitanæ.

\* DENARIATA PRATI, Modus agri certus ac definitus, f. unde unus denarius census redditur. Charta pro eccl. Trec. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 553 : *Item pro medietate trium Denariatarum prati in loco dicto les Rebours. Dix Denrées de pré tenant à Mons. l'evesque de Troye*, in Lit. ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 424. Vide supra *Danrata*.

† DENARIATA PANIS, Panis pretii unius denarii. Statuta Massil. lib. 2. cap. 34 : *De calafatis et magistris ascie quantum debeant accipere per pan e bourre... in mane singulis diebus... unam Denariatam panis et pro gustando in eodem die unam abolatam panis tantum.* Testamentum Roberti II. Comitis Claromontis ann. 1281. apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 278 : *Legamus Denariatam panis vel unum denarium.* Antiquæ Recogn. de Alba ripa, Regest. Probus fol. LXII : *Ricardus Paners est homo ligius Comitis, et tenet de eo domum suam in castro, et tenet de eo II. Denariatas panis in furno de burgo, prima die qua incipit furnus coquere post Natale.* [\* Cum sex Denariatis panis speltacei urna vini, in chart. ann. 1274. ap. Guden. Codic. Diplom. tom. 2. pag. 959.] Memorantur rursus *Denariatas panis* in Tabulario Bethuniensi fol. 55. v. in Chartulario Kemperlegiensi, etc. Hincque corrigenda Historia MS. Becensis n. 14. pag. 565. ubi male, ni fallor, legitur, *Denariata panis. Denarata panum,*

apud Miræum tom. 2. pag. 1154. et Marten. Anecd. tom. 1. col. 432. [\* Vide in *Denerata Cere.*]

\* Charta Ludov. comit. Clarim. dom. Borbon. ann. 1315. ex Bibl. reg. : *Soit baillé par les vicaires dessusdits deux Denrées de pain et une peinte de vin pur à chacun à la mesure de Paris ou l'entour.*

† DENARIATA VINI. Polyptychum a Schannato laudatum in Hist. Fuld. pag. 32 : *Singuli xx. Denariatas vini.*

\* Charta Odon. episc. Paris. ann. 1199. ex Chartul. ejusd. fol. 51 : *Si vinum venditum fuerit in villa ad tabernam, serviens episcopi tradet mensuras, et pro eis habebit Denariatam vini a tabernario.*

DENERATA CERÆ, in Chron. Besuensi pag. 540. in Charta ann. 1061. apud Jac. Petitem post Pœnitent. Theod. pag. 665. Capitul. Caroli Calvi tit. 31. § 20. [\* Edict. Pistense ann. 864 : *Illi qui panem coctum aut carnem per Deneratas, aut vinum per sextaria vendunt, 1. denariorum pretio.* [\* Mensurabiles panes dicuntur eodem loco.] Charta Franconis regnante Lothar. in Tab. Eccl. Cadurcensis : *Et dono censum quatuor Denaradas de Cera S. Stephano.* Miracula S. Richarii lib. 2. cap. 13 : *Cum portiuncula cere, quæ Denarii pretio appensa est.* Concilium Islebonense cap. 9 : *De singulis domibus cere Denerata vel idem valens, ad illuminandam Ecclesiam altari offeratur.* [\* Libram cere et Denariatam in Chart. ann. 1250. in Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 125. ubi ut alibi in nonnullis locis pondus esse videtur.] Occurrit etiam in Testamento Joannis Episcopi Ticinensis ann. 922. [in Codice MS. Irminonis Abb. S. Germani f. 98. v.] [\* Brev. 19. sect. 51.]

† DENERENDA CERÆ, pro *Denerata*, in MS. S. Huberti apud Marten. Itinerarii tom. 2. pag. 144.

\* DENARIATA CARNIUM, in Lit. archiepisc. de Kusla ann. 1342.

\* DENARIATA PASTÆ, Eadem notione. *Denrées de paste*, in Stat. pro pistoribus Atrebat. ann. 1355. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 168. unde male editum *Denrées de paste*, tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 511. art. 13.

\* DENARIATA OVORUM, in Chart. ann. 1319. in Alsat. Diplom. tom. 2. pag. 124. num. 911.

DENARIATA, Merces quævis, quomodo *Denrées* etiamnum dicimus. Charta ann. 1309. in 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. num. 85. ex Tabulario Regio : *In loco etiam prædicto et extra mercaturas et Denariatas suas vendere poterunt, consueta solvendo devertia, etc.* Infra : *Qui vero aliquas mercaturas seu Denariatas in dicta villa venditas ad aliam mensuram quam signo nostro signatam mensurare præsumperit, etc.* [Præceptum] ejusd. Reg. ann. 1303. apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 379 : *Ad omnes Denariatas et mercaturas capiantur pacifice et ponantur, cum parvi seu simplices Turonenses et Parisienses, qui modo duduntur.* Ibid. pag. 532 : *Venditores Denariatatarum, in Litt. ejusd. Regis ann. 1313. Ch. Philippi VI. Fr. Reg. ann. 1331. ex Chartul. Bonæ-vallis : Licet essent et fuissent pro tempus sufficiens in possessione... cognoscendi de falsis Denariatis. Vide Denarata.]*

† DENARIATA, Pondus, ut videtur, unius denarii. Consuetud. Tolos. rubrica de emptione num. x : *Usus et consuetudo est Tolosæ, quod quilibet venditor usitatus unius ponderis debet tenere certum pondus, scilicet quintale, et medium quin-*

*tale, et libram et mediam libram, et cartaronum et medium cartaronum, Denariatam et etiam obolatam.*

\* 1. DENARIETAS, ut *Denariata*, Merces quævis. LIBERT. villæ Ayriaci ann. 1328. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 311. art. 13 : *Volumus quod quilibet burgensis vel habitator dictæ villæ possit vel debeat vendere vinum suum in hospicio suo et omnes Denarietas, tam de die quam de nocte, omnibus horis.* Hinc *Denrener*, pro *Negotiari*, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 110 : *Thevenin et Henry se sont aliez et acompaignez par bonne et vraye affinité et en leauté de marchandise, pour faire et Denrener au prouffit commun leurdit mestier ensemble.*

\* 2. DENARIETAS, Denarius. Charta Archembaldi episc. Catalaun. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 530 : *Item in loco, dicto Orgeval, duodecim Denarietates et Pictavenses cum septem virgis terræ arabilis.*

DENARISMUS, Proportio ad denarium : *δυναρισμός*, apud Epiphanium. Ad *Denarismum vel uncias teneri*, in leg. 107. Cod. Th. de Decurion. (12. 1.) et *Denarismo vel uncias obnoxius*, leg. 123. eod. tit. dicebatur, qui pro modo prædiorum vel agrorum *denarios vel uncias* (auri vel argenti incertum) Principi pensabat.

† DENARIUS, a dando (decem) dictus, quia pro decem nummis imputatur, Isidoro lib. 14. cap. 24. Primum Denarium decem asses valuisse notum est omnibus, deinde sexdecim, postea duodecim. Gloss. Sangerman. MS. num. 501 : *Denarius habet siliquas (siliquas) decem et octo.* Denarius Romanus pendebat siliquas 24. ex Pitisco, quem consule. Denarius in Lege Alaman. tit. 6. § 3. est quarta pars tremissis et duodecima solidi : *Saiga autem est quarta pars tremissis, hoc est, Denarius unus. Duæ saigæ duo Denarii dicuntur. Tremissus est tertia pars solidi, et sunt Denarii quatuor.* Vide Legem Ripuar. tit. 96. § 12. et Capitul. lib. 3. cap. 30.

† DENARIUS et Nummus prosmicue sumuntur in duabus Chartis Cluniacensibus sub S. Maiolo datis de eadem re. In priori quæ est num. 234. habetur : *Ita ut duodecim Denarios singulis annis in vestitura Monachis persolvamus; in posteriori vero n. 459 : Ita ut duodecim Nummos, etc.* Testamentum XII. sæculi : *Dat tres solidos et unum Nummum; hoc est Denarium.*

\* DENARIORUM LIBRA. Charta ann. 996. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 335. col. 1 : *Ut omni anno mihi dentur... duæ Denariorum libræ ante Domini Natale.* Vide in *Libra 3.* [\* Denariorum Marca, in Chart. Ravensburgensi ann. 1312. ap. Würdtwein. Subsid. Diplom. tom. 6. pag. 121. etc.]

\* AD DENARIOS ALICUJUS, Ejus sumptibus. Charta ann. 1284. in Chartul. Thenol. fol. 14. v. : *Dicebamus quod quotienscumque terræ existentes infra fines parrochiarum dictarum villarum de Bomont et de novavilla de Bomont excolebantur ab habitantibus in dicta villa de S. Petri monte... cum carrucis, seu equis vel animalibus ipsorum habitantium... vel ad Denarios eorumdem, etc.* [\* Charta qua Willelm. Comes Holland. se hominem ligium profitetur Johannis regis Angliæ ap. Rymer. tom. 1. pag. 54 : *Veniam ad ipsum in Angliam... ad defendendum terram suam, pro posse meo, ad Denarios Suos.* Infra : *Viginti et quinque milites et militam de terra mea usque in Angliam, ad custum*

meum, et a die, quo applicuerint in Angliam, servient domino regi, ad Denarios Ipsius.]

DENARIUS FRANCIGUS, Nummus argenteus, cujus mentio in Lege Salica tit. 1. § 1. 2. tit. 2. § 1. 2. et alibi passim, ex qua quadraginta denarios solidum aureum Francicum æquasse docemur, quos ad 13. reduxerunt Pipinus et Carolus Magn. Vetus Agrimensor de Ponderibus: *Iuxta Gallos, vigesima pars uncie Denarius est, et 12. Denarii solidum reddunt.* Charta ann. 849. apud Perardum pag. 146: *Fisco auri Denarios tres componet.* Vide *Solidus*, et *Wendelinum* in Glossario Salico. [\*\* De Anglosaxonum Denariis, quorum tempore quatuor, Normannorum vero quinque solidum efficiebant vide Phillips. de Jur. Anglosaxon. not. 286. et Lappenb. Hist. Angl. tom. 1. pag. 627. not. 1.]

DENARIUS ÆREI vel ÆRIS. Aurelianus Imp. apud Pollionem: *Philippeos minutulos quinquagenos, æris Denarios centum.* Hujusmodi denariorum sex millia solidum conficiebant. Senator lib. 1. Epist. 10: *Sex millia Denariorum solidum esse voluerunt.* Hesych.: *Τὸ λεπτόν, (denarius) ἑξακισχίλιον τάλάντων, id est, solidi.* Vide legem ult. Cod. Theod. de Suariis (14. 4.), et Novellam Theodosii et Valentiniiani 25. De *Denariis* æreis inferioris ætatis, sic Eadmerus libro de Similitudinibus S. Anselmi cap. 90: *Tria cuique bono insunt Denario, quæ cuique bono inesse debent Monacho. Denarius quippe bonus puro ex ære, recto pondere, monetæque legitima debet constare, etc.*

DENARIUS sumitur etiam pro minutione moneta, uti apud nos hodie, et minimo nummo, apud Cassian. lib. 4. de Instit. Cœnob. cap. 14: *Præter duo paxamacia, quæ tribus vic Denariis ibidem distrahantur.* Apud Macrob. denarii in lusu puerorum ponuntur; et quæ apud Marcum cap. 12. *λεπτά δὲ δὶο δὶο Denarii, δὲο δὶο δὶο* Lucæ cap. 10. Ambrosio duo æra appellantur; unde conficitur ejusmodi denarios ex æreis fuisse. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 569: *Patris tui satellites regale sic servant ærarium, ut vix unum tuis clientibus inde possit dare Denarium.*

\*\* De variis Denariorum speciebus et eorum pretio agit Cangius in voce *Moneta*, Murator. Dissert. 23. Antiquit. Ital. med. ævi, Savin. in Append. 1. tom. 3. Histor. Jur. roman. med. temp.

TERTIUS DENARIUS, [dicebatur Tertia pars emolumentorum et causis apud Comites provinciarum actis provenientium. Dux partes Regis, tertia pars erat Comitum, ex regio tamen privilegio, non cuivis Comiti concessio. Litteræ Edwardi III. Regis Angl. pro Eubulone le Strangle ex uxore sua Comiti Lincoln. apud Kennetum Antiq. Ambrosden. ad ann. 1331: *Concessimus... custodiam et wardam castri nostri de Lincoln. cum balliva ibidem et viginti libratas annui redditus cum pertin. pro Tertio Denario Comitatus Lincoln.* Pactum Joannem Ducem Silesiæ inter et Regem Bohemiæ ann. 1330. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 552: *Et si nos prædictam civitatem Lubin infra quadriennium continum exsolvere poterimus, in hujusmodi exsolutionis subsidium, ipse Rex Tertium Denarium, nobis dare tenetur.*] Vide *Advocatus*, et *Comes de tertio denario.*

DENARIUS DEI, Qui datur in arrham emptionis. Dicitur autem *Denarius Dei*, quod in pios usus, non in venditoris commodum convertatur: [ ut habet

Bulla Leonis X. ann. 1519. in Archivo Ecclesiæ Macloviensis. Statuta Arelatens. MSS. art. 191: *Denarius Dei, qui daretur in contractibus in honore Dei et candeles S. Trophimi, distribuatur.*] *Denier à Dieu*, in Consuetudine Insulensi art. 50. 80. 81. 92. 160: Statuta Gildæ Scoticæ cap. 22. § 4: *Si quis emerit haec, vel alia mercimonia, et dederit Denarium Dei, vel aliquod argentum in arrhis.* [Statuta Massil. lib. 3. cap. 6: *Postmodum palmata, vel Denarius Dei, vel arrhæ factæ seu datæ inde fuerint, contractus ille, sive venditio ex tunc rata et firma habeatur, quantum ad eos inde contrahentes et eorum hæredes, ac si res ipsa fuerit ipsi emptori tradita, et pretium inde numeratum venditori.* Rursum fit mentio de *Arrha sive, ut vulgo dicitur, Denario Dei*, in Statutis Avenion. lib. 1. rubr. 66. art. 1. Stobæus cap. 42. refert ex Theophrasti libris, Thuriacos cum venditionem contrahebant exiguum nummum tradidisse tribus proximis vicinis memoriae et testimonii causa. Discimus ex causa in Senatu Parisiensi 1. die Aprilis ann. 1386. acta, Denarium Dei in manus Scribæ a licitatoribus et emptoribus traditum fuisse.] [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Gottes-Pfennig*, col. 743. Dicitur *Denarius S. Spiritus*, in codice Lubecensi primo Hachil cap. 72: *Si quis Denarium S. Spiritus super contractu vel mercatione quamcumque excellentem vel mediocri erogaverit, idem est ac si mercipotum exhibuerit vel dederit.* Inde in Statut. Ripensib. antiq. cap. 79. et novis cap. 66. ap. Westphal. Monument. Cimbric. tom. 4. col. 2006. et 2015.]

DENARIUS APPENSUS CHARTÆ. Vetus Notitia ex Tabulario S. Laudi Andegav. fol. 84: *Omniibus... notum sit, quod Raherus Augardis filius, ipse et mater sua dederunt Ecclesiæ S. Laudi terram quandam, quæ est trans rivulum iuxta domum Chalopini, et facientes donum super altare posuerunt, accepta a Canonice caritate, quam decuit. Postea vero Raherus partem prædictæ terræ, Canonice nescientibus, Chalopino tradidit. 4. Denarios census ab eo accepturus. Quod ubi cum eis contendere voluit, scilicet vis Ecclesiæ recognoscens, 4. Denarios, quos injuste acceperat, in manu Normanni Decani in Claustro S. Laudi, reddidit videntibus Canonice... Denarius autem, qui huic Cartulæ dependet in testimonium, unus est ex illis. 4. quos Raherum, reddidisse præmissum est. Vide Louvetum tom. 2. Hist. Bellovac. pag. 213. et in verbo *Investitura*.*

\* DENARIUS PERFORATUS in rei alicujus memoria et testimonium asservati. Chartul. S. Petri Belvac. ch. 64: *Lanscelinus... duos quoque solidos denariorum, et dimidium, quos eodem die de prædictis villis habuerat, ecclesiæ B. Petri remisit, et eosdem Denarios perforari et perforatos in sacrario B. Petri recondi et reservari rogavit, ut posteris essent in testimonium redditionis.* [\*\* Alio sensu vide in *Monetæ Perforatæ*.]

QUATUOR DENARIOS super re, quam ut suam vindicabat, ponebat is coram iudicibus, qui furto sibi ablatam contendeat, de quo rito agunt Stabilimenta S. Ludovici lib. 2. cap. 12. 17.

SERVUS PER DENARIUM MANUMISSUS. Vide *Manumissio per denarium*.

\* DENARIORUM QUATUOR super caput impositio, servitutis erat professio. Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. Ch. 159: *Stephanus Gambacanis de Ferraria... abnegavit se esse servum S. Mar-*

tini, et de hoc arramivit bellum contra nos. Intra terminum autem, quo bellum fieri debebat, recognovit se male egisse; venit in capitulum Majoris monasterii et dedit recognitionem suam, scilicet secundum consuetudinem impositum super caput suum quatuor Denarios, et per illos tradidit se sancto Martino et monachis ejus. Vide *Manumissio per denarium*. Eadem ratione rei possessæ abdicatio ejusdemque alteri, præsertim ecclesiæ cessio significabatur. Charta circa finem 11. sæc. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1. pag. vj.: *Hæc suprascripta de silva confirmavit Jordanus filius ejus domno Fulcherio abbati et monasterio Stirpensi... ponens super capud suum quatuor Denarios.*

\* DENARIO capiti exulis occisi supposito ab interfectore, ex consuetudine Atrebatensi poena reus absolvitur. Vide supra *Bannire in Bannum 1*.

DENARIUS ET CANDELA CARITATIS, inter oblationes, quæ Sacerdotibus fiunt, recensentur in Charta Manassis Episcopi Lingonensis ann. 1185. apud P. Roverium in Reomao pag. 218.

† DENARIUS PRO CRUCIBUS Kalendarum Maii. Vide *Crucis*.

\* DENARIUS DATI A NUBENTIBUS IN FORIBUS ecclesiæ. Pactum inter decan. et paroch. S. Germ. ann. 1224. ex Chartul. episc. Paris. fol. 41. vº: *Item de Denariis, qui dantur a nubentibus in foribus ecclesiæ, habebunt decanus et ejus successores medietatem, et presbyter parochialis aliam medietatem.*

\* DENARIUS QUI DANTUR IN CONFSSIONIBUS memorantur, in Charta Barthol. episc. Paris. ex Chartul. ejusd. ann. 1224. fol. 41. Vide supra *Confessio 4*.

† DENARIUS ALBUS. Chronicon Cornelli Zantstet apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 472: *Nihilominus eodem anno (1450.) modius speltæ mensuræ Leodiensis vix vendebatur pro septem albis Denariis Flandriæ, dictis Aydans, quorum viginti vix valent unum florenum Rhenensem.* Vide *Albus* et in *Moneta*.

\* Charta ann. 1211. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 6. fol. 103. vº. col. 2: *Prædictæ dominæ cji. Denarios albos concessit quoad viveret annuatim, et post decessum ipsius hæredibus suis duos solidos ejusdem monetæ.*

\*\* DENARIUS ALLIGATI. Ordinatio Præpos. ad S. Sever. Erford. ann. 1121. ap. Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 50: *In festo S. Mariæ unicuique phaltinam unam quæ valeat 30. Denarios et in fine illius duos Denarios Alligatos.* Ubi Gudenus hæc habet: *Hæc interpretari licet de modico pecuniæ seu Denariis, qui in phaltinam, et in fine illius, subintellecto inferne, sive in phaltinæ sutura, secundum mirabiles veterum mores alligari poterant. Et ex obsoleta isthac consuetudine derivari reor, quod etiamnum Bambergæ canonicis et vicariis summæ ædis, cuilibet bini distribuantur denarii, involuti linteolo filoque consuti.*

\*\* DENARIUS AGNORUM, Nummi vice agnorum præstationis exsoluti. Charta Wetflar. ann. 1261. ap. Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 700: *Novem denarii in festo Penthecostes qui dicuntur Agnorum Denarii, duos denarios in Cathedra Petri qui dicuntur Piscium Denarii.*

\* DENARIUS S. ANDRÆ dictus, qui ad S. Andream de Villanova prope Avenionem pro mercibus extra regnum exportandis solvebatur. Inquisit. ann. 1385. in Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 133: *Revam et Denarium sancti Andree, trac-*



*tam et alia jura regia de talibus exsolvi consueta non solvendo.*

\*\* DENARII AREALES, Census pro singulis areis advocato persolutus. Chart. Sigfrid. Episc. Hildes. ann. 1289. ap. Haltaus. in voce *Vogt-Schillinge*: *In casis hortorum advocatiam et Denarios Areales habebimus, sicut in aliis areis ibi sitis. Denarii censuales supra dicuntur.*

\* DENARIUS AUREUS. Charta ann. 1071. in Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 94: *Uxor sua Agathes, quæ pro hoc habuit unum Denarium aureum.* Alia A. abb. S. Medardi Suess. ann. 1205. ex Chartul. Campan. fol. 251. col. 2: *Dicti milites et eorum hæredes imperpetuum ecclesiæ nostræ singulis annis... xl. solidos Proviensium monetæ et unum Denarium auri reddent.* Charta Adalber. Leod. episc. ann. 1124 in Chartul. Cluniac. ch. 401: *Unum aureum Denarium Leodiensis monetæ in Pascha ipsi fratres persolvant.* Alia Joan. ducis Lothar. ann. 1283. in Suppl. ad Miræum pag. 189. col. 1: *Chaucun an un Denier d'or, qui doit valoir trois sous Liegeois. Vide in Moneta.*

\*\* DENARII BANNALES. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Bann-Pfennige*, col. 2195.

\*\* DENARII BONI apud Ansegis. lib. 4. cap. 110. in Edict. Pistens. cap. 21. etc. Vide *Denarii meri*.

DENARIUS CALEFACTUS, fronti impressus eorum, qui denarios bonos et bene pensantes rejiciebant. Capitula Caroli C. tit. 28. [\*\* Edict. in Carisiac. ann. 861.]: *Habeat missus reipublicæ in civitatibus, et in mercatis, Denarium sic affectatum, et deprehensum in fronte Denario calefacto salvis venis taliter coquat, ut ipse homo et cæteri castigentur, et homo non pereat, et videntibus castigationis signum ostendat.*

\*\* DENARII DE CARNE. Conrad. Archiep. Mogunt. Ordinatio Scholastica ann. 1189. in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 294: *De quibus (scolaribus, magister) non vult habere curam vestiendi, dummodo sunt adulti Denarios omnes de Carne magister recipiet, et de pisce. Reflectiones, porcos de nativitate et Denarios qui dantur ad supplementum panis magister retineat. Alios vero Denarios de vestibus scholares recipient.*

\*\* DENARII CENSUALES. Vide *Denarii Areales*.

\*\* DENARIUS CERÆ pro *Denariata Cere* in Chart. Murbac. ann. 801. in Alsac. Diplom. tom. 1. pag. 60.

DENARIUS COMPLICATUS ex voto ad *Tumbam Sancti oblati*, apud Radulfum in Miraculis S. Richardi Episcopi Ciestrensis num. 4.

\* DENARII CONSOLATIONUM. Vide supra *Consolatio* 3.

\* DENARIUS CRUENTUS, SANGUINOLENTUS, Mulcta, quæ ob effusum sanguinem exigitur. Jura advocatiæ eccl. Aquilej. ann. 1202. inter Monum. ejusd. cap. 66. col. 648: *Cruentum Denarium habebat (advocatus) a patriarcha, quem similiter dividebat.* Charta Ottonis IV. imper. ann. 1210. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1561: *Ducatum Forijulii, cum omni jure et pertinentiis suis, et sanguinolentum Denarium, scilicet feritas, plagas, vulnera, homicidia... sibi et successoribus ejus (patriarchæ Aquilejensis) in perpetuum... confirmamus.* [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Blutig*. col. 176.]

\* DENARIUS DOMINICALIS, Qui parochus qualibet die dominica pensatur. Arest.

ann. 1407. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. ad 23. Jun.: *Cum habitantes patriæ Andegaviæ... ratione sepulchrorum et funeralium... ad solvendum qualibet die Dominica cujuslibet anni suo curato unum denarium Turonensem... fuissent condemnati; et deinde eo quod supradicti habitantes dictum Denarium Dominicalem solvere recusaverant, etc.* Vide *Denarius de Palma*.

\*\* DENARII ELEMOSINARES. Vide *Denarii de Carne*. *Denarii Elemosinares non spectantes ad mensam, dicuntur in chart. ann. 1190. ibid. pag. 298.*

† DENARIUS FEODI, quem quis percipit annuatim ratione feodi. *Willelmus Faber sex solidos currentis monetæ ad med. XLæ. Ad Natale Domini tres capones et tres denarios. Ad Pascha LX. ova et tres Denarios Feodi, in quadam veteri Charta.*

\* DENARIUS FOCORUM, Census qui pro singulis focus seu domibus quotannis a domino feudali exigitur; nisi sit præstatio sive census species, Dominica prima Quadragesimæ exsolvenda. Vide infra *Dies focorum*. Charta ann. 1309. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 321. rº. col. 2: *Petebant etiam sibi restitui Denarios focorum episcopo Claromontensi consueto persolvi per dictum regaliatorem perceptos.* Vide *Foagium* I.

† DENARIUS FORTIS, cujus materia purior erat. Tales erant *Denarii Parisienses*, quocirca etiam *Regales* appellati. Vide *Moneta fortis*.

DENARIUS FRANCICUS. Vide supra. DENARIUS FRISONICUS, in Addit. ad Leg. Frison. tit. 3. § 44.

\* DENARIUS GROSSUS ARGENTI. Charta ann. 1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 273: *Item unum Denarium grossum argenti cugni beati Ludovici, quod dant... pro quadam boria.* Vide in *Moneta*.

\*\* DENARII IMPERIALES in Henric. VII. Imperat. Edicto de *Moneta Italiæ* ann. 1311. ap. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 517.

\*\* DENARII LEVES, in Charta ann. 1237. in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 545. Vide *Moneta Debilis*.

\* DENARIUS LUCOSUS, Qui presbytero pro administratione Sacramentorum in extremis offertur. Pactum inter monachos S. Crucis Burdegal. et presbyt. eccl. paroch. S. Mich. ann. 1316. ex Tabul. ejusd. monast.: *Assignarunt eidem vicario... illos Denarios, qui Lucos vulgariter in dicta ecclesia appellantur, videlicet pro labore administrationis sanctæ Eucharistiæ et Extremæ unctionis, quos de jure, vel laudabili et pia consuetudine in dicta ecclesia est præstare hactenus consuetum. De nummo etiam, qui lucosus vulgariter appellatur, partes præfate taliter convenerunt, ut illum solus percipiat capellanus, in Charta Guil. archiep. Burdegal. ann. 1225. ex eod. Tabul. Vide *Denaria Sacramentorum*.*

† DENARIUS MASCULUS, Idem qui fortis. *Annal. Bened. tom. 5. pag. 13. ad ann. 1063: Statutum est ut Loratorii homines pro multa decem libras Denariorum Turonensium Masculorum, id est, fortium Hugoni persolverent.*

DENARIUS MERI et bene pensantes, in lege Longob. lib. 3. tit. 28. [\*\* Ludov. Pii 26. e Capitul. ejusd. Baluz. ann. 819. Pertz. ann. 817. cap. 18.] et in Capitulis Caroli C. tit. 28. [\*\* Edict. in Carisiac. ann. 861.] tit. 31. [\*\* Edict. Pistens. ann. 864.] § 8. 10. Synodus Francoford. cap. 5: *De Denariis, si mero sunt argento, et pleniter pensantes.* In Visione S. Baronti n. 13: *Solidus bene pensatus, pro bene pensans: Et sic per singulos menses*

*in anni circulo in unumquemque mensem unum solidum in manu pauperis mitte bene pensatum.* Vide *Merus*.

DENARIUS MIXTUS opponitur *Mero*, in Capitulis Caroli C. tit. 31. § 13.

\*\* DENARII NUMERALES. Vide *Denarii Ponderis*.

† DENARIUS DE PALMA. Charta Prioris S. Fromondi in Chartulario ejusdem loci pag. penult. Gaufrido Clerico conceditur Vicaria S. Fromondi: *Donando et victum suum honorabiliter nobiscum, et xl. sol. usualis monetæ ad se vestiendum... et Denarium de Palma, et præbendam suo palefrido.* Ejusdem Vicariæ redditus ibidem recensentur in Litteris Episcopi Constantiensis iisdem fere verbis: *habebit cum eis victum suum competentem, et ad vestes sibi emendas xl. sol. Andegav... et Denarium singulis diebus Dominicis ecclesiastica consuetudine offerendum... et palafrido suo necessaria.* Erat itaque *Denarius de Palma* ille, qui singulis diebus Dominicis a fidelibus offerbatur. Cur autem dictus *de Palma*, non conficito: nisi forte sic dictus fuerit, quod in manum seu palmam traderetur. [\*\* Vide supra *Denarius Dominicalis*.]

\*\* DENARIUS AD SUPPLEMENTUM PANIS. Vide *Denarii de Carne*.

† DENARIUS PARATARIUM, in Codice MS. reddituum Episcopatus Autissiod. ii sunt, quos exsolvere debebant Ecclesiarum ruralium Presbyteri, cum diecesim suam visitabat Episcopus. Vide *Paratæ*.

\* DENARIUS PARATUS, id est, Numeratus. Charta ann. 1288. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 507: *Pro hujusmodi quidem libertate... præfacti burgenes nobis dederunt centum talenta, et quatuor talenta Denariorum Brandenburgensium paratorum, Vide *Paratus* 2.*

DENARIUS PARIISIENSIS, in Charta Philippi I. Regis Franc. ann. 1060. apud Doubletum in Hist. Sandionysiana cap. 12. Vide *Moneta*, [ubi variæ Denariorum species indicantur.]

\* DENARIUS PARIISIENSIS qui in ecclesia Autissiodorensi appellabatur, docent Statuta ann. 1553. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 219. col. 1: *Item quilibet canonicus volens lucrari Denarium, vocatum Parisiensem, qui est affectus residentibus solum, in festis Purificationis et Magdalenes cujuslibet anni, debet residere per tres menses cum uno die ad minus.*

DENARII PASCHALES, qui dicti fuerint colligere licet ex Alexandro III. PP. in Appendice ad Concilium Lateranense III. part. 2. cap. 9: *Et inter cætera Denarios Chrismati ab eis pro voluntate vestra in salutis vestre periculum extorquere præsumitis: hujusmodi exactionem, ut eam liberius videamini exigere, quandoque consuetudinem Episcopalem, quandoque Synodalia, quandoque Denarios Paschales appellantes.* Vide *Synodaticum*.

DENIERS DE PELICES, in Aresto ann. 1344. in Probat. Hist. Ecclesiæ S. Aniani Aurelian. pag. 105. Vide *Pellicia*.

\* DENARII PENTECOSTALES, Qui ad festum Pentecostes solvebantur. Bulla Innoc. III. PP. ann. 1214. ad Guil. episc. Autiss.: *Tres (matricularios) ordinasti... illis certis redditibus ab ecclesiis de Vermentone et Batriaci, et Denariis Pentecostalibus de Varziaco percipiendis de voluntate et assensu Autissiodorensis capituli assignatis.* Vide infra *Nummi Pentecostales* in *Nummus*.

\*\* DENARIUS PISCIIUM. Vide *Denarii Agnorum* et *Denarii de Carne*.

\* DENARII dicti *Placita Natales* et *Pas-*

*chaë*, quod iis temporibus ex pacto solvebantur. Charta ann. 1811. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 129: *Derrachief luj. Deniers, que l'en dit les plaiz de Noel et de Pasques, que plusieurs personnes doivent par an pour raison de sept pieces de vignes.*

† DENARIUS E POESA. Vide *Pogesia*.

‡ DENARIUS appellati *Les poissons de morz*, in Charta Ludov. comit. Nivern. ann. 1812. ex Reg. 48. Chartoph. reg. 3: *Item Deniers deus à Cone, appelez les poissons de morz, priez diez sols Tournois de rente chascun an; et sont paie chascun an le jour des brandons.*

DENARIUS PONDERIS, et DENARIUS NUMERALES, in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 46. § 2. 3. 4. 5. 6. Statutum Edwardi I. Regis Angliæ, de Compositione mensurarum, apud Spelmannum: *Denarius Angliæ, qui nominatur Sterlingus; rotundus, sine tonsura, ponderabit 32. grana frumenti in medio spice, et 80. denarii faciunt unciam, et 12. uncie faciunt libram.*

\* DENARIUS PRÆSENTIARUM, Qui præsentibus divino officio distribuuntur. Vide supra *Consolatio 3.*

\*\* DENARIUS REGALES, Censu regalis, fisco regio præstandus. Privileg. Comit. Holsat. in Staphorsti Histor. Eccles. Hamburg. pag. 616: *Isti nobiles venderunt... duas partes decimæ cum omni iudicio majori, videlicet colli et manus, et minori, videlicet aliorum excessuum, et nihilominus cum Denariis Regalibus, qui vulgariter Königs-fennige appellantur.* Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Königszins*, col. 1116.

\* DENARIUS RHEDARIUS, qui ex rhedis seu aratris percipiuntur. Chron. Danic. ad ann. 1249. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 30: *Rez Ericus contulit totam Daniam ad Denarios rhedarios sive arratreleff, et veniens in Scaniam idem petens et fugatus est a rusticis cum multa strage suorum.*

† DENARIA SACRAMENTORUM, f. iidem denarii, qui singulis offerebantur Dominicis, ideoque *Sacramentorum dicti*, quod tempore sacrosancti Missæ sacrificii pro excellentia interdum nude appellati *Sacramentum*, a fidelibus offeruntur. Annal. Bened. tom. 4. pag. 466. n. 80. ad annum 1045. ex Charta Oderici Vindocin. Abb. pro Goffrido Presbytero, cui Maziaci Ecclesiæ Presbyteratum tenendum concedit, sicut prius habuerat: *Baptisterium totum, benedictionem viri et mulieris, offerendam quoque femine tempore purificationis ad Missam venientis, confessiones omnes, infirmorum visitationes, et agenda mortuorum; præterea Denaria Sacramentorum, et de signis sonandis.* Erit forte qui tria hæc postrema referat ad Defunctos, adeo ut *Agenda mortuorum* sint Oblationes pro funeribus faciendis, *Denaria Sacramentorum* pro Missis Defunctorum celebrandis, et *signa sonanda* Fructus ad Curionem redeuntes, cum campanæ pulsantur pro mortuis. Vel forte brevius *Denaria Sacramentorum* sunt omnes fidelium oblationes Presbyteris Sacramenta quævis administrantibus faciendæ.

\*\* DENARIUS SANCTI SPIRITUS. Vide *Denarius Dei*.

\* DENARIUS SANGUINOLENTUS. Vide supra *Denarius Cruentus*.

† DENARIUS SECRETALIS, qui sacerdoti datur, ut inter Missæ secreta pro offerente oret. Charta ann. 1327. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 449: *Unam etiam ecclesia nostra portionem habebit in Denariis secretalibus, quos*

*ipsis præbendariis ad manus dari contigerit, antequam aliquibus sacerdotalibus ad Missam spectantibus induantur.*

\* DENARIUS SENATUS, iidem qui Romani, ni fallor. Charta ann. 1198. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 443: *Et si ego Ricardus per me et meos nepotes omnia supradicta attendere noluero, vobis vestrisque successoribus penam centum librarum Denariorum Senatus componere promitto.* Alia ann. 1284. apud Cencium inter Censu eccl. Rom.: *Confessus est se recepisse ab eodem triginta libras Denariorum Senatus.* Vide supra *Augustarius*.

† DENARIUS STRELOIQUE, pro *Denarius Sterlingus*. Charta Caroli Reg. Fr. ann. 1324. qua confirmat Chartam Henrici Reg. Angl. in Hist. Harcur. tom. 8. pag. 40: *Habuerunt tres marcas argenti et dimidiam et viginti octo Denarios Streloique.* Vide *Esterlingus*.

\*\* DENARIUS SYNODALES, Præstationes Archidiacono vel ei qui synodo præsidebat debitæ. Charta civitat. Montis Heresburg. ann. 1229. ap. Fürstenberg. Monument. Paderborn. pag. 97: *Archidiaconum... cum omni jure admisimus, duabus tamen articulis non de jure sed de benignitate et gratia archidiaconi exceptis, quod nec Denarios vel obulos Synodales persolvemus, et quod, etc.* Alia ann. 1247. ibid. pag. 99: *Præpositus ejusdem loci nomine abbatis et conventus Corbegensis Denarios Synodales tantum de habitatoribus Montis colliget annuatim... de quibus Synodalibus Denariis præpositus idem sex solidos graves archidiacono... persolvat.*

\* DENARIUS, dictus *Tourne*, Qui, ut opinor, in pretii supplementum vel in tornum seu compensationem solvitur, Gall. *Denier de retour*. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 589: *Jehan de Lilliers dist au suppliant et audit Gillet son compaignon que il paioient tout l'escot;... et lors respondi ledit suppliant que il n'y estoit pas tenuz, mais volentiers paioient le Denier tourne, se il y estoit.* Vide infra *Tornare 2.*

\*\* DENARIUS DE VESTIBUS. Vide *Denarii de Carne*. In Willegis. Archiep. Moguntin. chart. ann. 976. ap. eundem Guden. tom. 1. Cod. Diplom. pag. 356. dicuntur *Denarii ad vestitum pertinentes*.

\* DENARIUS DE VICECOMITATIBUS, Qui vicecomiti seu viario debentur. Charta Rob. comit. Augi. ann. 1059. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 14: *Item in Ulterioris-portu et in Augo oppido decimam Denariorum de vicecomitatibus.* Vide in *Vicecomes*.

\* DENARIUS VINI, ut supra *Denariata vini*. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 20: *Ipsi Johanni portati fuerunt Denarius vini, panis et nuces.*

\*\* DENARIUS VOTIVALES. Chart. Senat. Middenwald. ann. 1394. in Gerck. Fragm. March. part. 2. pag. 87: *Presbyter autem dictæ capellæ omnes oblaciones et Denarios Votivales et jus parochiæ contingentia ipso præposito... debeat præsentare.*

\* DENARIUS dicti *Waris*, id est, Boni, legitimi. Charta ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 391: *La somme de six vins et douze livres Parisis de Deniers Waris.* Alia ann. 1393. in Reg. 145. ch. 500: *La somme de cent francs royaux, frans Deniers et Waris.* Vide *Vara 4.*

DENARIUS S. PETRI, Pecunia, quæ ab Anglis quotannis Sedi Romanæ pensabatur, in Legibus Saxonice Kanuti cap. 9. et Henrici I. cap. 11. et in Canonibus Saxonice Edgari Reg. cap. 54. r o m

*feoh*, i. e. nummus Romanus; *Romescot*, in Legibus Edwardi Confess. cap. 10. et apud alios; *Le Denier S. Pere*, in Legibus Guillelmi Nothi vernaculis cap. 18. *Denarii, quos Romæ ad S. Petrum debemus*, inquit Kanutus apud Radulfum de Diceto ann. 1081: *Census B. Petri in Anglia*, apud Hugonem Flaviniac. ann. 1101.

\* Inventar. MS. ann. 1366: *Salvo per omnia Denario B. Petri, videlicet mille marchas sterlingorum annuatim percipiat (ecclesia Romana) in festo B. Michaelis v. et in Pascha v. marchas; vj. pro regno Angliæ et iij. pro regno Hiberniæ.* Vide Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 827.

Hujus pensitationis auctorem Inam West-Saxonum faciunt Angli, Rob. de Monte Offam Mercie Regem. ann. 1116: *Hic est Offa Rex, qui dedit Vicario B. Petri Romanæ urbis Pontifici redditum statutum, quod vocatur Romescot, de singulis domibus regni sui in æternum.* Quod alii Inæ et Offæ, Will. Malmesburiensis lib. 2. Hist. cap. 2. et Bromptonus Ethelwolfo Regi tribuunt: *Postea Romam abiit, et contulit Deo et B. Petro singulis annis de qualibet domo totius Angliæ unum denarium, qui hodie Denarius S. Petri vulgariter appellatur, et ipsomet ob devotionem, quam erga Deum gesserat, purum denarium obtulit puramente.* Rem conciliat Polyd. Virgil. qui a tribus istis Regibus Denarium S. Petri vicissim concessum, eamque pensitationem, sua etiamnum ætate, hoc est, sub Henr. VIII. obtinuisse scribit. Exigebatur igitur in singulas domos. At Legibus Edw. cap. 10. et Guill. Nothi cap. 18. ab iis tantum, qui habent 30. *denariatas vivæ pecuniæ in domo sua.*

A Denarii B. Petri pensitatione nemo fere erat immunis. Vitæ Offæ II. Regis, de Ecclesia S. Albani: *Quæ tanta libertate privilegiata refulget, ut ab Apostolica consuetudine et redditu, qui Romescot dicitur Anglice, Denarius S. Petri Latine, cum neque Rex, neque Archiepiscopus, vel Episcopus, vel Prior, aut quilibet de Regno, ab illius solutione sit immunis: ipsa quidem Ecclesia, quæ Basilica S. Petri dicitur, sola quæta est.* Eadem habet Matthæus Westmonasteriensis ann. 704. [Chartularium SS. Trinit. Cado-mensis fol. 56: *Unusquisque qui habet feminam debet dare unum Denarium S. Petri, et qui non habet unum obolum præter francalanos.*]

Denarius S. Petro summonebatur in festo Apostolorum Petri et Pauli, et colligebatur in festo Vinculorum S. Petri, ut est in Canonibus Edgari cap. 54. in Legibus Kanuti cap. 9. Edwardi Regis cap. 10. et Henrici I. cap. 11. in Concilio Ænhamensi ann. 1009. cap. 11. etc. Colligebatur vero a Prælatibus ipsis, ut liquet ex Innocent. III. lib. 16. Ep. 173.

Non tamen in tributum, licet ita appelletur a Malmesbur. lib. 2. cap. 2. sed in eleemosynam pensitabatur: unde Regis Eleemosyna nuncupatur in Legibus Edwardi cap. 10. *Eleemosyna S. Petri*, in Charta Paschalis PP. apud Eadm. lib. 5. Hist. Novor. pag. 113. Ita Joannes Rex Angliæ apud Innocentium III. lib. 16. Epist. 131. Matth. Paris ann. 1213. [et Acher. Spicil. tom. 8. pag. 554.] in Charta, qua Regnum Angliæ Sedi Apostolicæ subdit, Denarium S. Petri a tributo distinguit: *Ad iudicium autem hujus nostræ perpetuæ obligationis et concessionis, volumus et stabilimus, ut de propriis et specialibus redditibus nostris*

*prædictorum regnorum pro omni servitio et consuetudine, quæ pro ipsis facere debemus, salvis per omnia Denariis B. Petri, Ecclesia Romana mille marcas esterlingorum percipiatur annuatim, etc.*

At quod gratuito primitus dabatur, postmodum Ecclesiastici patrimonii vicem obtinuit, *Censusque Ecclesiæ* dictum est, ad cuius solutionem etiam adhibita censuræ Ecclesiasticæ, ut est apud Innocentium III. lib. 16. Epist. 173. et in Chronico Aulæ regni cap. 9. sed tantum apertam summam, scilicet 200. lib. 26. sol. ab Episcopis colligendam hic census redactus est. Vide Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1171. Adde eundem pag. 50.

Illius porro pensationis annuæ pars una in usus Romani Pontificis, altera in usus fratrum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quæ vocatur *Schola Anglorum*, deferrebat, ut habet Epistola Alexandri II. PP. ad Willelm. Nothum apud Baron. ann. 1068. n. 2. Vide Lanfrancum Epist. 7. Ordericum Vital. lib. 3. pag. 465. Will. Malmesbur. pag. 75. Spelmannum in *Romescot*, Jo. Foxum lib. 4. pag. 371. Edit. 2. et infra in *Romescot*.

*Denarius S. Petri* non modo exactus in Anglia, sed et in cæteris ferme regnis;

In Gallia enim pensatum, auctor est Gregorius VII. PP. lib. 8. Epist. ult.: *Dicendum est autem omnibus Gallis, et per veram obedientiam præcipiendum, ut unaquæque domus saltem unum Denarium annuatim solvant B. Petro, si eum recognoscunt Patrem et Pastorem suum more antiquo.* Vide supra in voce *Census*.

In Polonia. Chronicon Aulæ Regiæ cap. 9: *Hoc anno (1320.) Lokotto Dux Sandomeriæ a Sede Apostolica obtinuit Coronam regalem Poloniæ, incæpitque statim Denarium S. Petri de unoquoque capite humano Sedi Apostolicæ decimaliter solvere, qui antea longo tempore denegatus fuerat, ut dicitur, de facto, non de jure. Verumtamen quia Duces Silesiæ hunc dare decimalem Denarium denegant Apostolico, ipsorum dominia usque hodie stant sub Ecclesiastico interdicto.* Adde cap. 83. Epistola MS. Ducis Silesiæ hæredis regni Poloniæ ad Joannem PP. ann. 1323. ex Bibl. Regiæ: *Denarium vero sancti Petri, licet modo insolito exigatur, ipsum tamen ego et fratres mei in signum obedientiæ, quæ sanctissimæ paternitati vestræ et Apostolicæ Sedi immediate nos recognoscimus esse subjectos, in omnibus terris et districtibus nostris solvi dudum mandavimus, etc.* Charta alia ibidem: *Super solutione census, qui Denarius Beati Petri nuncupatur in partibus Poloniæ, etc.* Vide Dittmarum lib. 6. et Gregor. VII. lib. 2. Epist. 7.

Inventar. MS. ann. 1366: *Dux litteræ... diversis sigillis sigillatæ, continentes financiam per cives et incolæ Culmensis ac Pomeraniæ Wratislaviensis diocesis de Denario B. Petri pro arrearagiis ecclesiæ Romanæ debitam... et constituerunt procuratores suos dicti incolæ et cives, qui jurarent in animas eorum perpetuis temporibus solvere præfatum Denarium B. Petri Cameræ Apostolicæ in Quadragesima... Item transcriptum unius Instrumenti vij. sigillis sigillatum super solutione census, qui Denarius P. Petri nuncupatur, in partibus Poloniæ, videlicet in civitate et diocesi Culmensi et terra Pomeraniæ illius diocesis, quæ cessaverat solvere dictum censum per aliquos annos. Anno 1335.*

In Bohemia. Carolus IV. Imper. in Vita sua: *Processi cum ipso versus Ave-*

*nionem ad PP. Benedictum XII. ad concordandum cum eo de Denario S. Petri, qui datur in diocesi Wratislaviensi.*

\* In Lusitania etiam pensatum, docet Bulla Alex. PP. III. ann. 1179. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 8: *Ad indicium autem quod præscriptum regnum (Portugaliæ) beati Petri juris existat, pro amplioris reverentiæ argumento, statuisti duas marchas auri annis singulis nobis nostrisque successoribus persolvendas.* Qua vero de causa istud regnum B. Petri juris existere ibi dicitur, declarat Cencius in lib. cens. eccl. Rom. ex Cod. reg. 4188: *Adefonsus dux Portugaliensis de tota terra sua, quam nunc habet et in futurum, Deo propitio, poterit adipisci, iij. uncias: procedente vero tempore, ab Alexandro III. regio vocabulo insignitis idem Adefonsus, præscriptas iij. uncias in duas marchas auri purissimi post Lateranense Concilium augmentavit.*

\* DENARIUS S. PETRI etiam vocabatur census annuus, qui ecclesiæ S. Petri Corbeiensis solvebatur ab ejusdem hominibus. Charta ann. 1344. ex Chartul. 21. Corb.: *Comme descors fust meu.... pour cause de unze livres Parisus ou environ de chens, cascun an deus avardits religieuz à le cause de leur dite ville de Wailly vers Arras.... à deux termes: est assavoir le moitié au Dimanche prochain apres la Trinité, et l'autre moitié le Dimanche apres la Toussains, et lesquels deniers sont appellés les Deniers saint Pierre, etc.*

DENARRARE, Placitare, causam suam coram iudice exponere, *Plaidere*, occurrit in veteri Notitia anni 1103. in Tabulario Monast. Fiscanens. fol. 58. Vide *Narrator*.

\* DENNARATIO, Lis intentata, causæ expositio et discussio. Chartul. eccl. Andegav. in Hist. Sabol. pag. 51: *Unde nos quidem adversus ipsum Bertæium ad Denarrationem in domo nostra de Daulcis convenimus: et probata et audita utriusque partis ratione, cum iudicium inde proferre præpararemus, etc.* Charta ann. 1101. in Chartul. S. Cornet. Compend. fol. 137. v. col. 2: *Compendiensi ecclesiæ canonici quotquot de familia S. Cornetii in regione mea mansionem habebant, a mea advocacione liberos esse denarraverunt. Huic autem Denarrationi interfuerunt Rainerus, etc.* Vide *Narratio* 1.

† DENARRATOR, Patronus, tutor. Seherus Abbas Calmosiacensis de primordiis ejusdem Monasterii, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1164: *Testes autem fidejussores ac Denarratores idonei hujus donationis hui liberi homines extiterunt Widricus, etc.*

DENASATUS, Absque naso, in Chronico Montis Sereni pag. 95. Hugo *Plagon* in Versione Gallica Will. Tyrri lib. 2. cap. 23: *Nares habens mutilas, vertit renillees.*

NASI ABSCESSIO, inter poenas receptas apud Occidentales, ut constat ex lege Wisigoth. lib. 12. tit. 3. § 4. et Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 61. [\*] Carol. M. cap. 44.] Capitul. Caroli M: ad Leg. Sall. tit. 3. cap. 7. ex Capitulari Pippini Regis ann. 744. cap. 22. Capitul. ann. 779. cap. 23. ex lib. 5. Capitul. cap. 135. [\*] 206.] addit. 4. cap. 142. etc. Vide præterea Leges Canuti Anglo-Sax. cap. 27. 50. Novell. 134. cap. 13. Novell. Leon. 32. 34. Harmenopol. lib. 6. tit. 1. § 14. 25. 27. tit. 3. § 3. 4. 6. 9. 10. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 201. etc. Huc pertinet proverbium, in veteri Poemate MS. de *Garin de Loherans*:

Qui son Nez cope, il deserte son vis.

Sed et ista ex Legibus Scaniæ lib. 5. cap. 23. apud Andream Suenonis Archiepisc. Lundensem: *In membrorum abscissione refert, quod membrum fuerit amputatum. Quorum enim amputatio majorem generat deformitatem, amplio-rem requirit etiam emendationem. Unde cum amputatio Nasi plurimum hominem dedecet et deformet, statutum est, ut homicidio emendatione debeat adequari.*

\* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 73. ex Cod. reg. 4659: *Si aliquis produxerit falsum testem, vel nisus fuerit, quamvis ad effectum non perduxerit, scienter, amittat Nasum cum labro usque ad dentes.*

*Nares sibi invicem præcidere* jubentur adjutores eorum qui conspirationes fecerunt, in Capitul. 4. Caroli M. ann. 805. cap. 10. et in Capitul. Ludovici Pii ann. 824. cap. 6. apud Holstenium.

DENATA. Diploma Joannæ Comitissæ Flandriæ et Hannon. pro Monasterio apud Buzelin. in Gallô-Fland. lib. 2. cap. 30: *Vendidit Ecclesiæ prælibatæ... 50. capones, centum solidos in Denatis, dimidium bonarium prati, etc. An in Denaratas?*

DENATICATUS, Absque natibus. Papias: *Depygis, Denaticata, sine natibus: nam pyga extrema pars corporis.*

† DENATIUM, Medicina pro agris denascentibus seu moribundis. Tertull. Apolog. cap. 23: *Æsculapius demorituris scordii et Denatii et asclepiadoti subministratur.* Denasci pro Mori dixere Varro, et Cassius Hemina apud Nonium. [\*] *Thanatio* legunt alii. Vide *Forcellinum* in *Asclepiodoton*.

\* DENATURARE, Naturam destruere, evertere. Acta varia ad Conc. Basil. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 454: *Unde putando evitare illo modo mortalia peccata publica, inciditur in majus malum, quam est illud quod vitatur, quia natura humana Denaturatur.*

\* DENCMANNI, dicuntur in Charta emptionis ann. 1252. ap. Guden. in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 950. Testes memores rerum gestarum præter iudicem et scabinos adhibiti: *Renuntiarunt coram domino Roine, etc.* (sequuntur duodecim viri). Et ad amplio-rem prædictorum cautelam, ad petitionem etiam utriusque partis acta sunt hæc sub testimonio D. Gerardi de Lumirs Sculteti, D. Wilhelmi Advocati, iudicum Aquensium, Conradi, etc. Scabinorum Aquensium. Et ad majorem prædictorum certitudinem Dencmanni sunt adhibiti, utrimque rogati (sequuntur octo virorum nomina) et alii quam plures cives Aquenses.

† DENCONESA, ut infra *Diaconia*, Colatio elemosynarum, etc. Epitome Constitutionum Ecclesiæ Valentiniæ tom. 4. Concl. Hispan. pag. 166. col. 1.: *Pro laudemis spectantibus ad administrationes duplarum et anniversariorum et Denconesa, non possit fieri gratia ultra tertiam partem.* Ibidem pag. 169: *In evidentem utilitatem administrationis pauperum elemosynæ dictæ Denconesa.*

DENDROPHORI, Corpora et Collegia conficiebant in civitatibus, quæ frequentia hominum multiplicari expedire ait Constantinus Imper. in leg. 1. C. Th. de Centonariis et Dendrophoriis (14, 8.), in qua junguntur *Centonariis* et *Fabris*: sed quæ eorum fuerit ars, non omnino constat, tametsi videntur fuisse occupati rei militari. Nam Centonarii creduntur fuisse *centonarum*, vel tentoriorum confectores, *Fabri*, τεχνίται, in Gloss. ferrarii et tignarii: unde *Dendrophoros*

conjectare est eos fuisse qui tentorium ligna et arbores conficiebant: nisi fuerint qui ligna, arbores, et materias ligneas ad ædificia construenda vendebant, quod quidam opinati sunt. [Vide in *Centonariis*.] Neque promptius est definire, qui proprie dicantur.

**DENDROPHORI**, in lege 20. Cod. Theod. de Paganis (16, 10.), in qua accensentur iis qui ritus gentilios colebant: ubi Jacobus Gothofredus, ut et Salmasius ad Spartianum censent ita appellatos, quod arbores stirpitibus excisas per urbem humeris ferrent in honorem alicujus Dei, ex Artemidoro lib. 2. cap. 42: Χορεύειν δὴ τῷ Θεῷ, ἢ τυρσοφορεῖν ἢ δροφορεῖν, ἢ ἄλλο τι τῶν κχαριστιμῶνων τῷ Θεῷ πράττειν πᾶσι πονηρῶν, πλὴν δούλων. Quam quidem δροφοφορίαν sic expressit Commodianus:

Egregios proceros, curram servare Cybellæ,  
Quam traheret conducta manus Megalensis actis,  
Arboris excissæ truncum portare per urbem.

Scaliger lib. 3. Ep. 205. dictos putat Dendrophoros a Silvano Dendrophoro, cujus mentio est in vet. Inscriptionibus, intexto in vexillis illorum Corporatorum. Vide Oct. Ferrarium in Origin. Linguae Italicae voce *Mazo*, [Reinesium Epist. 69. pag. 618. et Sponium Miscell. pag. 56.]

**DENECTARE**, Devastare, apud Erchempertum in Hist. Ducum Benevent. cap. 18.

† **DENEGELDUM**. Vide *Danegeldum*.

**DENELAGA**. Vide *Lex Danorum*.

\* **DENERADA**, Exactio pecuniaria, vel quæ ex mercibus percipitur. Chartul. S. Ursini Bitur. ch. 27: Nullus homo infra cruce, quæ sunt in circuitu ecclesiæ, quæ erat in honore sancti Ursini, levatæ et signatæ, unam Deneradam apprehendat, et nullum forisfactum faciat. [\* Pistensis synodus, anni 864. cap. 20: Qui panem et carnem per Deneradas... vendunt. (p. 24.)]

† **DENERATA**, DENERENDA. Vide *Deneriata*.

† **DENESIUM**, pro *Devesium*, Locus defensus, in quo cuique non licet agere quod vult, v. g. fruges colligere, venari, etc. Statuta Synodal. Ecclesiæ Biterrensis ann. 1368. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 631: Idemque volumus de banno fructuum, piscationum et venationum in Denesis et in terminis constituto: alioquin pœnis propter hoc laicis impositis hujus constitutionis auctoritate volumus subjacere. Vide *Defensa* 3. et *Devezium*.

\* **DENIARE**, Denegare, Gall. *Dénier*. Præcept. Pipini reg. ann. 755. apud Felib. inter Probat. Hist. S. Dion. pag. 25: Congrua vel oportuna beneficia eis non Deniare, etc.

† **DENIDOR**, Malus odor, in Amalthea ex Isidoro. Infra *Dinidor*.

\* **DENIGRARE**, Detergere, Gall. *Débarbouiller*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Denigrare, desnoirir*.

**DENIZATIO**, vox fori Anglici, a *Denizen*, quasi *deins née*, inquit Cokus ad Littletonem sect. 198. hoc est, intra (regni fines) natus: cum quis alienigena Diploma a Rege obtinet, quod tanquam in regno natus, in omnibus tractetur et reputetur, habeatur, teneatur, et gubernetur tanquam *ligius Regis*, in curiis audiatur ut *Anglus*, et quod non repellatur per illam exceptionem quod sit alienigena, etc. Vide Rastallum in *Denizen*.

**DENNA**. Vide *Dena*.

† **DENOBILITARE SE**, A virtute majorum degenerare. Boncompagnus de Obsidione Anconæ cap. 19: *Licet eorum*

plurimi sint filii nobilium, in hoc se maxime Denobilitarunt, quia captorum catervis cupiunt aggregari.

\* **DENODARE**, Frangere, pedem vel brachium laxare, Gall. *Rompre, distoquer*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 621: *Dictus Colinus... cecidit per gradus eisdem, taliter quod ab ipsorum summitate graduum cecidit per ipsos gradus, et cadendo collo ejus Denodato sive fracto, statim expiravit. Desnouer*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1386. ex Reg. 129. ch. 186: *Icellui François... recouvra un autre cop sur l'espaule d'icellui exposant, dont il lui Desnoua le bras*. Rursum aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 282: *Par cas d'aventure icellui Quoquem se Desnoua l'espaule*. Vide infra *Dislocare* 1.

† **DENOMBMENTUM**, Gall. *Denombrement*, Idem quod *Denominatio*, *Reconnaissance*. Inventarium Piquet n. 17. cap. 41. de Vouta fol. 37: *Si tenore presentis denominationis seu Denumbramenti plus Denominaverit seu Denombraverit, quam sibi non debeat, possit detrahere plus denominata seu Denumbrata, etc.*

\* **Arest**. ann. 1396. in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 50. vº: *Non obstante quod particulariter nobis fidem et homagium de dicto reddito non fecisset, seu quod de ipso Denombrementum nobis non tradidisset. Dénomment*, eadem notione, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 483: *Es quier Dénomments soit exprimé ledit fié ou fiez, le lieu et chastellenie ou ils sieent, etc.* Ubi paulo ante *Dénombrement*. Vide infra *Denumbramentum*.

† **DENOMINAMENTUM** verificatum in Camera Computorum, in Chartulario Gemmeticensi tom. 1. [\* Vide infra *Es-croa*.]

\* **DENOMINARE**, Concedere alicui, nomine illius appellato. Charta ann. 1335. tom. 4. Sept. pag. 728. col. 2: *Ulterius sciendum quod sæpe dictus abbas et ejus conventus pro omnibus illorum successoribus, cum bono consilio et voluntate mihi Denominarint et confirmarint altare S. Stephani, in illorum ecclesia situm. Vide alia notione in Denombrementum.*

† **DENOMINATI**, Testes ad jurandum ab accusatore electi. Vide *Juramentum* ad lin. *Qui porro a reis*.

1. **DENOMINATIO**, Professio feudalitatis, qua scilicet quis feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo iuribus ac oneribus descriptionem domino ex debito offert. Occurrit in [Charta anni 1239. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 100. C.] Charta ann. 1387. et in Regesto Parlam. B. fol. 74. verso. *Nommée*, in Consuet. Montargensi cap. 1. art. 75. Aurelian. cap. 1. art. 73. Burbonensi art. 381. 382. Arvernenis cap. 22. art. 49. et Marchensi art. 188. *Dénombrement*, in aliis passim. [\* Vide *Haltans*. Glossar. German. voce *Die Lehen Benennen*, col. 131.]

2. **DENOMINATIO**, Proprietas, dominium. Charta Loth. reg. ann. 955. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 617: *Præsens patris nostri decretum nostra regali auctoritate corroboramus... sub fratrum Denominatione et potestate jure hereditario. Vide supra Denominare.*

\* **DENONCIATIO**, DENONCIATURA, Parricidii seu proxenitæ officium vel præmium, qui *Denonciateur* appellatur, in Lit. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 335: *Plusieurs bouchers, varletz bouchers, marchans et autres facteurs et Denonciateurs d'iceulx marchans et*

*bouchers, etc.* Sentent. ann. 1199. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 709: *Dicebant mercatores salis de Mutina, quod non debebant dare assazatoribus ferrariensibus aliquid pro assazatura vel Denonciatura;... sive pro assazatura sive pro Denonciatione, etc.*

\* **DENOTARE**, Ex notis transcribere, instrumentum, notarii more, perficere. Charta ann. 1228. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 143. col. 2: *Quæ concordia et convenientia per manus Nicolai notarii de Manupplello in scriptis fuit redacta, et ab ipso in hunc modum Denotata, etc.*

† 1. **DENS**, an Decanus, Hisp. *Dean*? Privilegium Ordonii II. Regis pro Monasterio S. Martini Compostellani, Concil. Hisp. tom. 3. pag. 172: *Vestriarius Dens confirmat; Eddoromus Presbyter confirmat... Cresconius Dens confirmat; Muninus Didaci Dens confirmat; Ramirus Dens confirmat.*

2. **DENS**. DENTES ANGULARES, in Lege Frison. Add. tit. 3. § 37.

DENTES MOLARES, in eadem Lege Fris. § 38. Μύλοι, in Gloss. S. Benedicti, [Græcis γοφιοι.] Vide Isidor. lib. 11. Orig. cap. 1.

DENTES MAXILLARES, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 7. § 6. [\* Roth. 52.] Γύφοι, in Gloss. S. Bened. Vide Gorreum et Medicos.

DENTES QUI IN RISU APPARENT, ibidem, [\* Roth. 51.] Γελαστοί Græcis, unde *Gelasinos* appellat Sussannæus in Vocabulario.]

† DENTES TOMEI, eidem Sussannæo, Antiores in mediatullo sunt constituti; a Græco scilicet τῶςτ, Incisores.

DENTES EQUINI. Albertus Stadenis ann. 1036: *Pulli etiam æquorum Dentes majores, quos Equinos vulgo appellant, quosque non nisi caballis concedit natura, in ipso partu protulerunt.*

DENTIS EVULSIO, AMISSIO, Pœna olim recepta. Dithmarus lib. 8. initio: *Quicumque post Septuagesimam carnem manducasse invenitur, abscissis Dentibus graviter punitur*, apud Polonos. Consuetudines MSS. Solemniaci in Arvernis: *Si aliquis intraverit de die ortum vel vineam alicujus... et inde extrahat fructus, aut solvat 7. solidos Podiens. aut amittat Dentem, et sit in optionem ejus delinquentis solvere dictam pœnam, aut amittere dentem.*

\* Idem occurrit in Libert. Montisfer. ann. 1291. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154. et Viennæ ann. 1361. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 432. art. 30. Fabulam, quantumvis insulsam, accipe ex Annal. Victor. Mss. descriptam ad ann. 1187: *Ab illo autem tempore, quo crux Domini capta est a Turcis, infantes postea nati non nisi xx. vel xxij. dentes habent, cum ante hoc tempus xxx. vel vel xxxij. habere solerent.*

DENTIBUS LITERAS SCINDERE. Chronicon Montis Sereni ann. 1214: *Papa motus ejus instantia, et causa cognita jussit ut literas datas Dentibus scinderet, quod literis cassatis fieri solet.*

† DE DENTIBUS ET NARIBUS. Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 781: *Item de sanguine fluenti et cognito supra oculos vel infra, si cum sola manu vel pugno, sine alio instrumento, postquam de Dentibus et naribus, et etiam tunc si enormis fuerit læsio subsecuta, si clamor factus fuerit, septem solidos dabit malefactor Domino pro emenda, et passo injuriam satisfaciens ad regardum Consulum. Vide Hist. Dalph. pag. 32. Edit. Paris.*

\* 3. **DENS**, Clavus ligneus aut ferreus,

Gall. *Chevillæ*. Lit. remiss. ann. 1882. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 946: *Ad habendum Dentes seu cavillas pro hercia ibidem accessisse*. Vide infra *Dentellus*.

\* **DENS**, Angulus, cornu, Gall. *Pointe*, ut videtur. Charta ann. 1259. in Chartul. Buxer. part. 14. ch. 7: *Nemus dou Boichart . . . prout se ingerit a Denle rupis de Bues descendendo usque ad vadum de Noa*.

\* **DENSATOR**, pro *Defensor* vel *Defensor*, ut etiam legitur in Charta ann. 927. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 19. col. 2.

† **DENSESCERE**, *Densari*, densum fieri, Gall. *se condenser*, apud Guibertum lib. 1. de Vita sua cap. 21. [\*\*] et in Adson. Miracul. S. Mansueti cap. 11.]

**DENSENTUM**, Locus densus in silva. Ebrardus in Græcismo cap. 11:

*Densatum proprie, quod fit densum, liquet esse, Luci Densetum dicas, ubi cornis opacum.*

**DENTALES**, *Aures aratri, quibus latior sulcus redditur*. Papias.

\* **DENTALE**, *Sep de chérie*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Leudæ minor. Carcass. Mss.: *Item de saumata Dentalium, 1. den*. Nostris *Dental*. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 916: *Icellui Michiel print ung Dental d'arrire en sa main, etc.*

\* **DENTALIA**, *Lo ferro do cavare li denti*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Dentaria*.

\* **DENTARE**. [Dentes acquirere. DIEF.] **DENTARIA**, *Ferrum unde Medici dentes tollunt*, Ugutioni. Apud Jo. de Janua et in Catholico Armorico *Dentana* scribitur, *Fer ou instrument pour traire dent*. Gloss. Græc. Latin.: 'Οδοντάρα, *forfex dentaria*.

\* **DENTARPAGA**. [Instrumentum, quo dentes evelluntur. Varro apud Non. 2. 237. Hic bipensiles forcipes *Dentarpagæ*.]

† **DENTATA**, *Morsus*, Gall. *Morsure*, *Coup de dent*. Miracula S. Zita, April. tom. 3. pag. 525: *Lupus ipsi mulieri dedit ses Dentatas*.

\* **DENTE**. Vide infra *Dentrix*.

\* **DENTELLUS**, diminut. a *Dens*, Clavus ligneus vel ferreus, munitionis species, crates dentata. Charta ann. 1125. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 437: *De ædificio vallis unde comes conqueritur, iudicatum est ut Dentelli destruantur et ipsum scadafale, et ædificium ipsum de cætero altius non fiat*. Vide *Denticium*.

\* **DENTER**, f. pro *Linter*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Denter, petite nef aque*.

† **DENTERSIS**, Epistola Johanni Presbytero seu Regi Abissinorum perperam adscripta in MS. Corbeiensi: *Singulis annis visitamus corpus S. Danielis Prophetæ in Babilone deserta, et omnes armati sunt prope (propter) Tiros et serpentes qui vocantur Denterses*.

† **DENTEX**, συνόδους, φάγρος, *Pagrus piscis*, in Supplemento Antiquarii. Vide *Dentrix*.

† **DENTICARE**, *Dentes imprimere vel movere*. Papias.

† **DENTICIUM**, *Occa*, crates dentata, Gall. *Herse*. Acta S. Hoarvei MSS.: *Ruriculus perficeret, jugera seminaret, atque cum asino, Denticio cooperiret*.

† **DENTICULUM**, *Actarium*, στομωμάτιον. Sic Gloss. apud Martinium.

† **DENTICULUS**, diminut. *Dentis*. Apul. Apol.: *Quæ, malum, ratio est, linguam mundam et lotam, vocem contra spurcam et tetram possidere? viperæ ritu niveo Denticulo atrum venenum inspirare?*

**DENTIDUCUM**, Instrumentum quo dentes avelluntur. Erasistratus apud Cælium Aurelian. lib. 2. Chron. cap. 4. ait *plumbeum odontagogum*, (ὀδονταγωγόν) quod nos *Dentiducum* dicere poterimus, apud Delphos in Apollinis templo ostentationis causa propositum, quo demonstratur oportere eos dentes auferri, qui sint faciles, vel mobilitate laxati, vel quibus sufficiat plumbei ferramenti conamen ad summum. Locus insignis pro iis qui dentium morbo laborant. *Dentariam* ab Ugutione appellari supra observavimus.

\* **DENTIFRAGUS**. [Dentatus. DIEF.] \* **DENTILLUM**. Charta ann. 1333. ex Bibl. reg. cot. 2: *Ad alium locum ejusdem insulæ, ubi sunt Dentilla gissi in pariete, in quo erat etiam baculus seu astella dicti domini archiepiscopi appositus*.

\* **DENTILUS**, *Denticulus*, ut suspicantur docti editores, ad vitam S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 955. col. 1: *Non meministi . . . nec usquam vel nodulum in stylis, aut Dentilum reperisse in scapis, qui huic integro mensi pubem illius floculi pollicetur*. Flores enim, aiunt illi, e scapis acuminati prodeunt instar parvorum dentium.

**DENTIVA**, *Gingivæ* quibus dentes hærent. Chronic. Windesemense lib. 2. cap. 68: *Anterioribus quibusdam excussis dentibus, Dentivisque collisis*. Legendum forte *gingivis*.

\* **DENTOSITAS**. [Plenitudo dencium. DIEF.]

\* **DENTRITA**. [Pro capillis decerpendis. DIEF.]

**DENTRIX**, *Carminarium*, Gallis, *un Serin*. Occurrit apud Cantipratanum.

Est etiam nomen piscis apud Isidorum lib. 12. cap. 6: *Dentrix pro multitudine et granditate dentium dictus*. De eo forte intelligenda Charta Henrici VI. Regis Angl. pro Monasterio Ramseleensi: *Et sint quieti a quibuscunque pristinæ caponum, gallinarum, pullorum, columbarum, Dentricum, et anguillarum, ac omnium aliorum piscium recentium*. Ubi *Dentrix*, ni fallor, appellatur, quod nostris dicitur *Mellens*; nam multos habet dentes et acutos.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Dentrix, luz*. Tract. Ms. ex Cod. reg. 6838. C. cap. 71: *Nobis Dento sive Dente, verus est scarus*.

\*\* **DENUATIO**, *Privatio*. Brachylog. lib. 4. tit. 8. § 6: *Non liceat præssidi ante clericum punire, quam a proprio episcopo clericatus honore fuerit denudatus; quod si episcopus viderit acta sibi non juste constituisse, liceat ei differre gradus Denudationem sub legitima cautela, etc.*

\* **DENUMERAMENTUM**, ut supra *Denombramentum*, *Professio* feudalis, qua scilicet quis feudalem prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo iuribus ac oneribus descriptionem domino capitali ex debito offert. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 268: *Littera homagii facti per Johannem de Vergio militem, senescallum Burgundiæ domino regi, ratione domanii et feudorum in littera declaratorum per modum Denumeramenti*. Vide supra *Adveutum*.

\* **DENUNCIA**, *DENUNTI*, *Denunciatio*, Ital. *Denunzia*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 6. ex Cod. reg. 4620: *Quilibet alius accusans seu denuncians, et probans Denunciam seu accusam, etc. Exemplum accusæ vel Denuntia seu inquisitionis, in Stat. Montis-reg. pag. 147. Stat. Verceil. lib. 1. pag. 16. r°: Teneantur consules et credentiarum statim post decem dies post*

*requisitionem seu Denunciam, etc.* Adde *Correct. Statut. Cadubrii* cap. 77. et *Stat. Placent. fol. 92. v°*.

**DENUNDINARE**, *Propalare*, divulgare, quod faciunt qui in nundinis merces suas palam exponunt. Gloss. Isidori: *Denundinat, omnibus notum facit*. Ita enim Gloss. Arabico-Lat. [Sic et Constantiensis: *Denundinat, divulgat, omnibus notum facit*.]

**DENUNTIATIO** *novi operis per jactum lapilli*, apud Rollandinum in Summa Notariæ cap. 6. extremo. [\*\*] *JC. Nuntiatio novi operis*. De jactu lapilli (Dig. fr. 20. § 1. Qu. vi aut cl. 43. 24.) etiam mediis temporibus usitato vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 181. et Medem. in *Zeitschrift für Archivwissenschaft*, tom. 1. pag. 318. sqq.]

\*\* **DENUNTIATIONIS** LITTERÆ, ap. Mar. Mercat. pag. 74.

**DENUNTIATORES**. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 38. § 1: *Denuntiationes autem pro nobis, vel contra Curiam nostram factas, quas in posterum Denuntiatoris nomine non expresse recipi prohibemus, per iudices ante factos discuti volumus, etc.*

**DENUNTIATORES REGIONUM URBS**, habent Inscriptiones veteres Gruter. 250. 254. 4.

† **DENUS**, *Nomen pecuniæ, unde nummus denarius est*. Papias.

\* **DENYMPHALES FERIE**, in quibus non licebat aquas inducere agris. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [\*\*] *Scribendum Denicales* e Glossar. in cod. reg. 7644. ubi hæc habentur: *Gloss. Denicalibus feras apud paganos erant et ea eferie quando aquam non licebat inducere agris paratis ob honore nimfarum*. Vide *Forcellinum* in *Denymphalis* et *Denicales ferie*.]

\* **DEOBLERIUS OPERATUS**, *Mantile* opere vario distinctum, Gall. *Serviette ouvrée*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 83: *Furax fuerunt unam mapam et duos Deoblerios operatos*. Charta ann. 1322. in Reg. 64. ch. 209: *Et si devoit avoir blancs Doubliers et blanches touailles*. Vide *Duplarium* 2.

† **DEOBLIGATUS**, *Absolutus*. Monetis Serm. Quadragesimal. fol. 147. recto: *Tu et Confessor tuus qui consulit tibi, quod transmutas votum, vaditis ad omnes diabolos; unde si indulgentiam haberes B. Petri, non esses Deobligatus, quia reditio voti est de jure divino*.

\* **DEOCCUPARE**, *Rem* occupatam dimittere. Lit. Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 196. col. 2: *Barnabas restituit et Deoccupavit Seratium Mantuanum, quod Rosengarte dicitur*.

**DEODA**, *id est divina*. Papias.

**DEODANDA**, appellantur bruta omnia et inanimata, quorum impetu vita hominis tollitur: verbi gratia equus calcitrans, bos corruptus, trabis aut domus casus vel ruina, navis in flumine fracta, etc. Cum enim lege Mosis bos homicida lapidibus obruendus esset, Anglis placuit, ut eorum pretium in pios usus erogaretur, et Deo donaretur. Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 5. n. 8: *Item batelli de quibus tales submersi fuerint, apprehentur, et alia quæ sunt causa mortis alicujus; et sunt Deodanda pro Rege, ut si submersus fuerit quis in aqua dulci, et non in mari (ubi nec navis, nec mærenium, si navis fracta fuerit, erit Deodanda) quia omnia ista erunt dominorum, si vivant, sicut eorum catalla; nec sunt Deodanda ex infortunio in mari, nec*

*vrecum, nec etiam murdrum de occisis in mari.* Quod dicit pro Rege, exponere videtur Fleta lib. 1. cap. 25. § 9. pro anima Regis et omnium fidelium defunctorum. Adde eundem Bractonum d. libro et trac. cap. 15. § 6. Monast. Anglic. tom. 1. pag. 977. Willelm. Stanfordium lib. 1. Placit. Coronæ cap. 12. Cowellum lib. 4. tit. 8. § 1. et Rastallum verbo *Deo dande*.

**DEODICATA**, *Sacrata*, Sanctimonialis, quæ Deo continentis et integritatis votum vovit. Capitulare Haitonis Episc. Basileensis cap. 16: *Ut mulieres ad altare non accedant, nec ipsæ Deodicate in nullo ministerio altaris intermiscantur.* S. Cyprianus Ep. 62: *Quod si ex fide se Deo dicaverint, pudice et caste sine ulla fabula perseverent.* Idem de Disciplin. et habitu Virg.: *Ut quæ se Christo dicaverint, et a carnali concupiscentia recedentes, tam carne quam mente Deo se voverint.* Sanctus Hieronymus Epist. 15: *Et tunicam fusciorum, quam a matre impetrare non poterat, induta, pro negotiationis auspicio se repente Domino consecravit.* Et lib. 1. advers. Jovinianum cap. 7: *Virgines, quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ sunt, quam incestæ.* Vide Conc. Eliberit. cap. 27. leg. 1. Cod. Th. de Raptu vel matrim. Sanctimonial. (9, 25.) et leg. 12. de Scænicis eod. Cod. (15, 7.) Acta S. Marci Mart. num. 3. Vitam S. Præjecti n. 4. etc.

**DEO SACRATA.** Vetus Inscriptio Mediolani ad D. Protasii:

Clara genus, censu pollens, et mater egentum,  
Virgo sacrata Deo Manlia Dædalia.

Vide Vitam S. Austrebertæ n. 11. *Deo dicata virginitas*, apud S. Fulgentium Epist. 3. ad Probam de Virginitate. *Virgo Deo dedita*, apud Gennadium de Scriptor. Eccles. in Paulo Presbytero. *Deo vota*, quomodo Sanctimoniales aliquot subscribunt Chartam Munie Abbatissæ ann. 922. apud Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 4. pag. ult. in alia Christianæ filie Bermundi II. Regis tom. 5. pag. 426. *Virgo sacra*, apud S. August. Epist. 103. *Sacrata virgo*, in leg. 2. Cod. Theod. de Raptu vel matrim. (9, 25.) Historia S. Clementis PP.: *Cum et Domitillam virginem, neptem Domitiani Principis, sponsam Aureliani, credentem Christo, sacro velamine ad integritatis perseverantiam consecraret.* Hist. S. Apollinaris Mart.: *Filia vero ejus consecrata est Deo, et permansit virgo.*

Ejusmodi porro devotas virgines [quas ἱεράς παρθένους vocat Sozomenus lib. 6. cap. 19. παρθένους ἐκκλησιαστικὰς lib. 8. cap. 24.] præ cæteris graphice describit Libellus precum Marcellini et Faustini Presbyteror.: *Sed et apud Palæstinam in Eleutheropoli est sacra virgo Christi, nomine Hermione, generosis quidem edita natalibus, sed fide et sanctimonia multum facta generosior, ipsam virginitatem condecorans contemptu rerum secularium, et humanæ gloriæ, ad quam plerique affectant, etiam qui se sæculo et concupiscentiæ carnis abrenuntiassent gloriantur. Hæc in quantum castimoniam corporis sacro rigore custodit, in tantum animæ puritatem casta piæ fidei observatione conservat, non hæreticis, non prævaricatoribus communicans.* [Vide *Devotæ*.]

**DEO DICATI**, Ordinibus sacris initiati, Monachi, etc. Lucifer Calaritanus, lib. Moriendum esse, etc.: *Dicatos Deo homines torques, interficis, etc.* Et infra: *Tu contra Deo dignaris interficere dicatos.*

† **DEOFUGYLE**, Quod offertur diabolo. Vide *Godgildum*.

**DEO GRATIAS**, Salutationis formula veteribus Christianis etiam usitata, ut testatur S. Augustinus in Psal. 132. et Epist. 77. Regula S. Benedicti cap. 66. Ostiario præcipit: *Mox ut aliquis pulsaverit, aut pauper clamaverit, Deo gratias respondeat, aut Benedicat.* [Papias: *Deo gratias, interjectio computatur, sicut proh dolor! proh nefas!*]

† **DEOLERARE**, Olera auferre. Vide *Olerare*.

**DEONANDI**. Guibertus lib. 2. de Vita sua cap. 5: *Et ecce mane quodam, dum adhuc medie sopitus clausis oculis cubitaret, quæ dæmones instar religiosorum illorum, quos Deonandos vulgo appellant, scamno quod ejus subsidebat lectulo, insederent. Mox Circumcelliones, et laicas personas. [extermum genus hominum et incognitam gentem] vocat. Ubi vir doctissimus D. Lucas Acherius non improbabili conjectura putat Deonandos esse, quos vulgo Donatos et Oblatos in Monasteriis vocabantur. Vide Donati.*

† **Mabillonio** non placet Acherii conjectura, quod Guibertus, inquit in Præfatione ad Acta SS. Benedicti. sæc. 6. part. 2. n. 92. eos Religiosos vocet, et religioso habitu indutos exhibeat, nudipedes ac gyrovagos, quod Donatis illis competere non videtur. At quoniam fuerint ejusmodi Religiosi, (melius dixerit Circumcelliones) ne quidem audeat conijcere, donec lux major affulgeat. Hadrianus Valesius in Notitia Galliarum pag. 170. a Deonanto pagi Leodicensis oppido sic dictos conijcit, hincque vocem *Dianre* pro *Diabole* a nostris vult usurpatam; quam alii verecundis tribuunt non sinitur turpe diaboli nomen pronuntiarum.

**DEONARII**, Hæreticorum secta ex Manichæis seu Paulicianis. Historia Vezeliensis lib. 4. pag. 644: *Eo tempore deprehensi sunt apud Vezeliacum quidam hæretici, qui dicuntur Deonarii, seu Populicani.* Et mox: *Convicti sunt quod solam divinitatis essentiam ore confitentur, omnia penitus Ecclesiæ Catholicæ Sacramenta evacuarent.* II forte quos *Deistas* dicimus, qui omni religione posthabita, solum Deum colunt. Vide *Populicani*.

\* **DEONERARE**. [Vituperare. DIF.]

† **DEOPERIRE**, Detegere, declarare, Gall. *Decouvrir*. Vita Venerab. Odæ, tom. 2. April. pag. 774: *Ire perrexit patri et matri secretum Deoperire.* Occurrit alibi.

† **DEPERTUS**, Discoptertus, detectus, Gall. *Decouvert*. Miracula S. Wulfranni, Martii tom. 3. pag. 158: *Pictacium illud quod absconderat, Depertum ore tulit.*

† **DEORDINATIO**, Pravi mores, dissoluta vivendi ratio, licentia, Gall. *Desordre, Dereglement, Libertinage*. Memoriale Potestatum Regensium ad annum 1265. apud Murator. tom. 8. col. 1124: *Sic vigiliis, jejuniis et orationibus, ac aliis bonis operibus fuit (Clemens IV. Papa) quod multas quas Ecclesia tunc sustinebat, Deordinationes Deus suis meritis creditur extinxisse.* Statuta MSS. Ecclesiæ Audomarensis: *Scandala, Deordinationes et mala occasione Episcopi Fatuorum et suorum evenerint. Ubiur Laurentius Bizinius in Diario Belli Hussitici, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 129. [\*\* Pro malo ordine, perturbatione, est in chart. Conrad. Archiep. Mogunt. ann. 1427. in Guden. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 163.]*

**DEORNATUS**, *Depravatus*, in Gloss. MSS. ad Concilium Carthag. can. 14. [Forte melius legeretur *Deordinatus*.]

\* **DEORSUM**, Foris, Gall. *Dehors*. Sca-

car. Paschæ apud Falesiam ann. 1214. ex Cod. reg. 4651: *Terra vero quæ se aquitat per se et per servitia Deorsum maturas, non est borgagium.*

\* **DEORSUM PLANTARI**, id est, Inverso capite, supplicii genus. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 124. ex Cod. reg. 4621: *Assassinus... trahatur ad caudam multi sive asini usque ad locum justitiæ, et ibidem plantetur Deorsum, ita quod moriatur.* Ibid. cap. 126: *Capite plantetur, ita quod moriatur.*

\*\* **DEOSULATE**, ap. Virgil. *Grammat.* pag. 72.

† **DEOSULATORIUM**, apud Rymerum tom. 8. pag. 428. col. 1. idem quod aliis *Osculatorium*, id est, Tabula quæ in Missis solemnioribus osculanda deferretur in signum pacis, hincque dicta nostris, *La paix*. Occurrit rursus in Testamento Rotherani Episc. Eborac. ann. 1498. in Libro nigro Scaccarii pag. 673. \* **DEOSTO**, Vox contumeliosa. Chart. Alphons. II. Lusit. Reg. ann. 1218. apud S. Rosa de Viterbo tom. 1. pag. 360. voce *Dehonestar*: *Si aliquis Dehonestaverit atiquem quantos Deostos et dixerit, tantos tres solidos ei pectet, etc.*

\*\* **DEO-VOTA**, Vide *Deodicata* et S. Rosa de Viterbo *Elucid.* tom. 1. pag. 362. sqq.

**DEPACTARE**, Carolus IV. Imp. de Vita sua pag. 104: *Rex autem Cracoviæ et Bulco Dux malignum fraudulenter conflaverunt consilium, qualiter Joannem Regem et Carolum in eorum reditu de Prussia possent capere, et post multas calumnias usque ad extremum denarium Depactare.* Ubi *Depactare* videtur esse nostrum *Depaqueter*, vel *Dévaliser*, [Spoliare: quod confirmatur ex Diplomatario Ludovici Duc. Brandenburgici, apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 7. pag. 87: *Volentes etiam sibi, si bona sua dicto castro pertinentia nostri nomine Depactata fuerint, cum paribus bonis, hostibus et adversariis nostris pertinentibus, recompensam facere parem.* Et ex Chronico Episcoporum Merseburgensium apud eumd. Ludewig. tom. 4. pag. 408: *Ipse Episcopus quemdam avunculum suum dictum, Heinricum de Harras, tunc inopem et egentem sibi assumpsit, et de toto suo dominio potentem fecit. Qui more esurientis canis et saturari cupientis, statim omnes tam Clericos quam Monachos et Ecclesiæ suæ laicos sine misericordia Depactavit, et postea castrum Harborg pro octingentis marcis, Episcopo sciente et consentiente, obligavit.]*

† **DEPACTATIO**, Spoliatio, in mox laudato Ludovici Duc. Brandenburg. Diplomatario. *De cc. marcis argenti Stendalensis ex Depactionibus vel captivorum depecuniationibus, aut ex aliis modis quibuscumque nobis evenientibus, satisfecimus integraliter.*

† **DEPACTIGARE**, ut *Depactare*, in mox citato Chronico Episc. Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. pag. 423: *Unumquemque pro levi et aliquando nulla culpa seu causa exactionavit et Depactavit, et Depactandorum et exactionandorum delatores specialiter et terrime fovebat et dilexit.*

**DEPACTIRE**, Pacisci, depascisci, pactione transigere. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 2. § 10: *Et post causæ initium renuentes judicium, de inchoato præsumpsit inter se Depactire negotio.*

\* Constant. imper. in leg. 1. Cod. Theod. de raptu virginum vel viduarum (9, 24.): *Si quis nihil cum parentibus puellæ ante Depectus, etc. Alii codices habent, Depactus. Vide Depectio.*

DEPACTUM, Pactum, conventum, apud Floardardum, idem quod

DEPACTIO, *Pacis confederatio*, in Glos-  
sis Arabico-Lat. [Papias habet: *Depec-  
tio, Pacis confederatio.*]

\* Charta ann. 1183. in Hist. Gerbored.  
pag. 337: *Ut autem hæc Depactio facta,...*  
*rata et firma habeatur, etc.*

DEPAGARE. Gloss. Arabico-Lat.: *De-  
pago, deflecto, a pagando dicitur, vel  
transigo, a paciscendo.* Glossæ Isidori:  
*Depago, deflecto, vel transigo.* Vox con-  
ficta a *pagare*, *Paier*: *pagare* vero a  
*pacitare*: unde legendum videtur,  
*Depago, depacto, a pagando dictum, vel  
transigo, etc.*

1. **DEPALARE**, Palis vineam instruere,  
vitibus palos jungere. Hermas in Pasto-  
rali lib. 1. cap. 5: *Eique assignavit vi-  
neam, præcipiens ut vitibus jungeret pa-  
los... cumque Depalasset vineam illam, et  
animadvertisset eam herbis prepletam, etc.*  
Occurrit ibi pluries. Apud Tertullianum  
in Apologetico, *Depalare civitatem*, est  
palis cingere.

2. **DEPALARE**, Manifestare. Gloss.  
Arabico-Lat.: *Depalo, Devolvere, manifeste.*  
Gloss. Isid. et Papias: *Depalata mani-  
festata.* [Tertul. adversus Hermogenem:  
*Depalans quodammodo mundo.* [Constan-  
tinus Presbyter de Vita S. Germani  
cap. 16: *Virtutum suarum ostenta Depa-  
lavit.* Stephanus Africanus Presbyter in  
Vita S. Amatoris num. 7: *Votorumque  
suorum desideria Depalantes.* [Eodem  
intellectu dixit Plautus Bacchid. 4. 9:

Periisse suavius est,  
Quam illud flagitium vulgo Dispallescere.]

† **DEPALATOR DIVINÆ DISCIPLINÆ**  
S. Paulus a Tertulliano lib. 5. adv.  
Marcionem.

† **DEPALLIO**, Pallium exuere: Ter-  
tull. de Pallio: *Græcatim Depallari ma-  
gis quam amiciri.*

**DEPALLIARE**. Vide *Detunicare*.

**DEPANARE**, **DEPANATUS**. Papias: *Depa-  
nare, dilaniare, de panno rapere.* Isidor.  
in Gloss.: *Depanare, dilacerare.* Joan. de  
Janua: *Depanare, dilacerare, vel pannos  
auferre, expoliare, denudare.* Capitula  
Caroli C. tit. 29. [\*\* Synod. Pistens.  
ann. 862. cap. 1.] *Sicut quando solemus  
de istis frequentibus itinibus reverti ad  
mansiones nostras detonsi, et delavati,  
cum drappis et calciamentis Depanna-  
tis, tunc nos rescimus et reparamus.* Id  
est, *laceratis*: nos diceremus, *des sou-  
liers deschirez.* [Abbo Sangerman. Serm.  
5. apud Acherum Spicil. tom. 9. pag.  
109: *Quidnam sunt isti rapaces lupi, qui  
sine cessatione persequentes devorant et  
Depannant?* Peregrinus in MS. Speculo  
Virginum lib. 12: *Servum peccati licet  
trabea redimitum ignorat et abjicit; justus  
autem aridum licet deformem et Depan-  
natum amat et assumit.*] Le Roman de la  
Conqueste d'Outremer, apud Falcetum:

Là poussiés voir tant viés dras Depannés,  
Et tant grande barbe, et tant ciés burpés.

Gariopontus lib. 1. cap. 17: *Frigidus  
humor capitis similiter dentem vitiat,  
commovendo, pertundendo, frangendo,  
privando, Depannando.*

\* **Dépané**, Lacerata et pannosa veste  
indutus, vulgo *Déguenillé*. Vita S. Lu-  
dov. edit. reg. pag. 349: *Com il venoient  
délivrés des prisons des mescreanz, nus et  
espanez, etc.* Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:

Aval la vile vit un homme,  
Nus fu, despris et Dépané.

Le Roman d'Alexandre Ms. part. 1:

Et la broigne du dos dérouté et Despané.

\* **Guienné**, eodem significatione, in Charta  
ann. 1384. tom. 2. Probat. Hist. Brit.  
col. 484: *Le Vendredy prouchain ensui-  
vant vint et arriva à ladite métairie un  
homme assez Guienné, vestu d'une hope-  
lande et d'une houë de burel, etc. Loqueté,  
eadem acceptione, in Lit. remiss. ann.  
1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 419:  
*Un petit homme vestu d'une robe de pers  
Loqueté,...* ne scuit onques icellui sup-  
pliant que ledit homme Loqueté devint.*

† **DEPANNIE**, *Inops, sine panis*, apud  
Laurentium in Amalthea.

**DEPARARE**, Vestimenta, seu paramenta  
exuere, deponere, uti *parare* Italice est  
*induere*, in Inquisitione de vita et mo-  
ribus B. Joannis Episcopi Vicentini.

\* **DEPASTORGIUM**, Ager pascuus, ma-  
xime pecudum. Terrear. Ms. Bellijoc.  
fol. 429. rº: *Tam in domibus, terris, pra-  
tis... pascuis, Depastorgiis, quam aliis  
possessoribus, etc. Vide Pastorgagium.*

**DEPAUPERARE**, *Pauperem facere, vel  
a paupertate remove*, Ugutioni. Alanus  
in Planctu naturæ:

Nam timor aggreditur mentem, pariterque cupido  
Concahit, et totam mentis Depauperat urbem.

[Charta ann. 1404. ex Schedis D. Lan-  
celot: *Est eadem Ecclesia (Vivariensis)  
in redditibus, fructibus et emolumentis  
adeo Depauperata et diminuta, quod, etc.*  
Rolandinus Patav. lib. 7. de Factis in  
Marchia Tarvisina cap. 13: *Depauperati  
sunt prorsus et quasi compulsi ad men-  
dicandum.* Hoc verbo usus est Varro,  
apud quem: *Domum Depauperare  
sumptum.*] Vide *Pauperare*.

† **DEPAUPERATIO**, Egestas, inopia, ho-  
norum spoliatio. *Et ipsi hactenus ex nos-  
tra Depauperatione ditati*, apud Matth.  
Westmonaster. in Floribus Hist. Britan.  
*Depauperatio spirituum*, id est, Defec-  
tus, Debilitas, apud Medicos.

† **DEPEGIARE**, *Cedere, discerpere*,  
Gall. *Mettre en piéce*. Chronic. Cornelii  
*Zantfliet* apud Marten. tom. 5. Ampliss.  
Collect. col. 392: *Jacobus dictus Baddu  
in quatuor portiones apud Trajectum ex-  
titit Depeciatus et exenteratus, Helias de  
Flemelia in agro decollatus.* Vide *Pecia*.

**DEPECTIO**, pro *Depactio*, Pactio, pac-  
tum, turpis pactio. Ita usurpat lex 1.  
Cod. Th. de Abolit. (9, 37.) et lex 1. de  
Postulando. (2, 10.) Vide Cujac. lib. 2.  
Obs. cap. 15. supra in *Depactire*, [\*\* et  
Marin. Pap. Diplom. num. 78. lin. 14.]

\* **DEPECTIRE**. Vide supra *Depactire*.

**DEPECUATIO**, Pecudum spoliatio, pec-  
udum abactus. Charta Henrici Comitiss  
Palatini ann. 1271. in Metropoli Salis-  
burgensi tom. 1. pag. 166: *Super diver-  
sis dissensionum articulis, damnis, incen-  
diis, rapinis, captivationibus, Depecua-  
tionibus, homicidiis, etc.* [\*\* Confer *Depe-  
cuniare*.]

† **DEPECUNIARE**, Pecunia spoliare.  
Chronicon Salzburg. apud Raimundum  
Duellium Miscell. lib. 2. pag. 130: *Eo-  
dem anno (1408.) incepit guerra inter  
Hainricum Ducem Bavarix filium Fride-  
rici Ducis et Cives Lantzhuetenses....  
Idem Dux Cives in prandio cepit et De-  
pecuniavit.* Vita S. Trudberti, April. tom.  
8. pag. 438: *Magna satis exactione Depe-  
cunavit homines et colonos.* [\*\* Pecunia  
persoluta seu promissa captivos redi-  
mere. Charta ann. 1271. in Guden. Cod.  
Diplom. tom. 1. pag. 737: *De captivis est  
taliter diffinitum, quod hi qui ex utraque  
parte adhuc habentur captivi... absolventi  
et inducendi sunt... Hi autem qui De-  
pecuniati sunt, pecuniam suam persol-  
vent, quemadmodum promiserunt. Confer  
Depretiare.]*

† **DEPECUNIATIO**, Exactio pecuniae.  
Diplomatarium Ludovici Ducis Bran-  
denburg. apud Ludewig. tom. 6. Reliq.  
MSS. pag. 76: *Judeos exemptos esse volu-  
mus et solutos a quocumque specie exac-  
tionis, Depecuniationis seu precarie.* Vide  
alium locum in *Depactio*.

**DEPECZATUS**, [In *pecias* seu frustra  
divisus, scissus.] Vide *Pecia*.

† **DEPELATA**, *Manifestata*, in quibusd.  
edit. Gl. Isid. Melius *Depalata*, ut supra  
in *Depalare*.

**DEPELLICULARI**, apud Papiam, *Deci-  
pere, a pelliciendo dictum.*

† **DEPENDENTIA**, Gall. *Dependence*,  
Appendix, accessio. Acta SS. Junii tom.  
3. pag. 548. de B. Petro Gambacurta:  
*Ut causam et causas beatificationis hujus-  
modi cum omnibus et singulis inciden-  
tiis, emergentiis, Dependentiis annexis,  
etc.* Occurrit etiam in Charta Henrici IV.  
Regis Angl. ann. 1405. apud Rymerum  
tom. 8. pag. 403. col. 1.

† **DEPENDERE**. Gall. *Dependre*, Rem  
suspendam demittere, suspensum homi-  
nem solvere. Acta SS. Junii tom. 4. pag.  
928. de S. Lanfranco: *Ipsum de furca  
Dependat, et cuncta ejus vincula resol-  
vens, ad nos eum cum festinatione perdu-  
xit.* Rursum occurrit in Vita S. Jacobi  
Eremitæ, inter Acta SS. Benedictin.  
sæc. 4. part. 2. pag. 148.

\* **DEPENDITUM**, Sumptus, impensa,  
Gall. *Dépens*. Charta ann. 1406: *Sump-  
tus, missiones, Dependita et expensas, etc.*  
Unde *Dépendre*, pro *Dépenser*, sumptum  
facere, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordi-  
nat. reg. Franc. pag. 649. art. 18. et  
alibi passim.

\* **DEPENNARE**, *Avi pennas avellere*,  
demere. Acta S. Domin. tom. 1. Aug.  
pag. 588. col. 2: *At ille (Dominicus) cœ-  
pit eum (passerem) festine Depennare, etc.*

\* **DEPENNATUS**, [Pennis, seu alas ha-  
bens. Translate. Varr. apud Fulgent. de  
prisco serm. n. 11. Deum *Depennato* at-  
tollam orationis eloquio. Al. leg. *Depin-  
nato, eod. sensu.*]

\* **DEPENSARE**, *Reputare*. Gall. *Penser*.  
Mirac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 499.  
col. 2: *Tuto... cœcatus corpore, sed illu-  
minatus mente,...* nequamquam valde *De-  
pensans privatum se lumine, quod sibi  
commune esset cum muscis, etc.*

† **DEPENSERERE**. Chartular. S. Vandre-  
gesili tom. 1. pag. 932: *Sit vero tractu  
temporis idem Vicarius aut quilibet ejus  
futurus successor in Ecclesia memorata  
aliquas grossas decimas... satagant vin-  
dicare, et eos Religiosos supra illis deci-  
mis molestare, ex tunc Depenscere quind.  
libr. Turron. eidem Vicario et ejus cui-  
bet successor per beatam ordinationem  
reddenda ab ipsis Religiosis tresdecim  
libræ detraherentur, quousque a petitione  
dictarum decimarum cessaverit omnino.  
Hunc locum existimo sic legendum:  
*Ex tunc de pensione quindecim librarum  
Turron. etc.**

\* **DEPERDA**, Damnum, jactura, Gall.  
*Perte*. Sentent. arbitr. ann. 1500: *Præ-  
tactu quorum dictus Lamberti dictos pa-  
reros dicti martineti de Reveniers in  
causam traxerit... ad sibi emendandum  
dampnum, interesse et Deperdam per  
eosdem facta.* Vide infra *Depertum*.

† **DEPERDITUM**, non semel, neque  
adeo male, legitur pro Damnum apud  
Scriptores ætatis inferioris. Vide *Deper-  
titum*.

\* **DEPERITUS**, passiva acceptione,  
Destructus, deterior factus, Gall. *Dépéri*.  
Placit. ann. 927. inter Probat. tom. 1.  
Hist. Nem. pag. 19. col. 2: *Quod si stru-  
menta cartarum per turbis hostium, aut*

fures, vel incendium, aut per quodcumque ingenium genera naufragiorum destructas vel Deperitas, etc. Charta ann. 1400: Videns quod dicta molendina erant Deperita, et quod plus prodebat dicto domino nostro Dalphino dicta decem sestaria frumenti, etc.

\* **DE PER SE**, Se ipso agente, auctore, Gall. *De soy même*. Mirac. S. Nicetæ tom. 4. Sept. pag. 8. col. 1: Ipsa quidem (mulier) De per se necessaria corpori exercere non poterat; sed continuo adiutorio adstantium indigebat, . . . quæ De per se descendens de lecto cum clamore iucundo curcurrit. Steph. de Infestura Ms. de Bello inter Sixtum IV. PP. et reg. Ferdin. ann. 1482: Videntes igitur cives quod nihil esset, cupientes eorum indemnitati providere, De per se multi statuerunt segetes, quæ in campis erant, ad urbem trituras portare.

**DEPERSONARE**. Vide *Dispersionare*.

† **DEPERTIGO**. Vide *Depetigo*.

† **DEPERTITUM**, pro *Deperditum*, Damnum. Chartular. B. Magdalensæ de Castro duno fol. 42: Percipient quoadusque super dictis damnis et Depertitis eisdem esset plenarie satisfactum, quæ dampna et Depertita per sacramentum dicti Abbatris poterunt declarari. Charta de fidei servitio Odonis de Dolis ann. 1209. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1195: Si autem de his conventionibus deficerem, concedo ut quicquid ad me pertinere debet de prædicto Castro-Meliandi, et toto feodo quod est de feodo domini Regis, sit mihi in Depertitum erga dominum Regem.

\* **DEPERTUM**, ut supra *Deperda*, nostris alias *Depert*. Charta ann. 1321. in Chartul. Campan. fol. 49. v. ex Cod. reg. 5998: Conservabimus indemnes prædictos Blancham comitissam et Theobaldum comitem natum ejus de omnibus dampnis et Depertis. Aliud Chartul. ex Cam. Comput. Paris. ad ann. 1147. fol. 251. v. col. 2: Et toutes ces choses et ces convenances ai je fianciés à tenir à celui Girart et à ses hoirs, et touz les damages et touz les Déperts que Girart ou si hoir i aueroient, je leur sui tenu à rendre et à restorer. Lit. Phil. VI. ann. 1345. in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: Est réservé à eux de demander le demourant de leur Déperts et dommage sur lesdits malfaicteurs. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 118: Le suppliant regarda que icelle ferme avoit pris à trop grant pris, par lequel estoit moult perdans, et que pour iceulx Déperts il ne pourroit bonnement paier. Adde Ordinat. reg. Franc. tom. 7. pag. 547. Vide *Deperitum*.

† **DEPESCARE**, a Gallico *Dépecer*, in frustra dividere, frustatim concidere. Ordinatio Humberti II. ann. 1340. in Hist. Dalph. tom. 2. pag. 394. col. 1: Nec carnes crudas seu coctas scindant vel Depescant, aut truncent. Glossar. apud Martinium: *Depesco*, διαρίκω.

\* **Delere**, lacerare, alias *Dépecier* et *Dépechier*. Charta ann. 1306. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 329. v. col. 2: Otroua que le non de lui et dudit Guillaume son pere soit Dépeciez et effaciez par devers les trésoriers nostre seigneur le Roi. Vita J. C. MS.:

Tant prirent (poissons) ne porent sachier,  
Lor rois covint à Dépechier.

\* *Dépecier un jugement*, iudicium rescindere, in Stat. ann. 1260. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 92. art. 8. *Despecier un marchie*, a pactione recedere, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 391. *Despecier la*

*noisæ*, rixam sedare, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 248. *Acquittier de l'interest et Despechier de tous dons*, Liberare, in Ch. ann. 1459. ex Chartul. 23. Corb.

\* Unde *Dépecheur de commune*, Communis violator, in Charta Gallica Joan. comit. Pontiv. pro communia Abbavil. ann. 1184. in Lib. albo domus publ. ejusd. urbis fol. 1. v. : Il est estauli que nusles marcheans venans à Abbeville mespregne à destourber dedens le banlieue, . . . se meismes chil bourgeois aront peuu prendre lui ou ses choses, il feront justiche, tant de lui que de ses choses, tant comme de Dépecheur de commuigne. Ubi textus Lat. tanquam de violatore communis. *Despeeschement* vero Expeditionem significare videtur in Ch. Joan. comit. Catalaun. ann. 1232. ex Terrear. comit. Clarimont: Adechertes chil qui demeurent en le maison de Vinchent Rous iront en men Despeeschement, si comme il ont accoustumé.

† **DEPETIGO**, ut *Impetigo*, Gall. *Dartra*. *Gratelle*. Nonius: *Petico*, Genus morbi. Lucil. lib. 30.

Illuvies, Scabies, oculos huic denique petigo  
Conscandere.

Melius scripsisset Nonius: *Depetigo*, Genus morbi. Deinde ex Lucilio:

Illuvies, scabies, oculos huic Deque petigo.

Per tmesim figuram Lucilio frequentem que interposita. Cato de Re Rust. cap. 157: *Depetigini porcæ brassicam imponito, sanum faciet*. Alii habent: *Petigini*, non male. Sed hinc corrigendæ Glossæ Cyrilli et Sangermanenses MSS. in quibus perperam, *Depertigo*, λέπρα, λέπριν.

† **DEPETIGIOSUS**, λεπρός, i. Scaber. Gloss. Sangerman. laudatæ; Cyrilli vero: *Depetigiosus*, λεπρός, Leprosus, *Depetigiosus*, et *Depetigosus*.

\* **DEPETO**. [Idem quod peto, vel valde peto. Tertull. 4. advers. Marcion. 20. Non *Depetunt* ab alio, quod meminissent petendum sibi a Creatore. Alii leg. *Peterent*. Not. Tir. p. 39. *Depetit*.]

**DEPETULARI**, *Petulans fieri*, in Gl. MS. Regio.

† **DEPICATUS**, Denigratus quasi pice. Vita sancti Dunstani, Maii tom. 4. pag. 348: *Projecerunt in lutulenta palustrium loca. . . Vix ipse e palude fluminis quasi Depicatus surrexit*.

\* **DEPICUS**, pro *Defixus*, ni fallor. Pontiv. MS. Senon. ad usum eccl. Paris. ubi de consecratione episcopi: *Comprovinciales ipsum electum deducant oblaturum duos magnos panes, duos potos vini, duas torchias cum pecunia in torchiis Depicta pro electi voluntate*. Eadem rursum leguntur infra in benedictione abbatis.

\* **DEPIGA**, Vacca. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Depigis*, esreine, et dicitur *Depiga*, vache.

\* **DEPIGERE**, Contemnere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Depigit*, contemnit, aspernatur. Vide *Despitus*.

1. **DEPILARE**, Decalvare, ad dedecus radere: injuriæ species, in Speculo Saxonico lib. 3. tit. 37. § 1. Est etiam pœnæ genus, Hungaris familiare, quod occurrit in Decretis S. Stephani Regis Hungar. lib. 2. cap. 8. 26. S. Ladislai R. Hung. lib. 2. cap. 11. lib. 3. cap. 26. Gloss. Lat. Græc.: *Depilat*, παρίκει. *Depilatus est*, ἐπαρίκει. [*Depilare barbam*, in Anonymi Hist. Sicula, apud Murator. tom. 8. col. 749.] Vide *Decalvatio*, et

Olaum Borrichium de Variis linguæ Latinæ ætatib. pag. 82.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Depilare*, cheveler, f. pro *Décheveler* vel *Echeveler*.

2. **DEPILARE**, pro *Excerptere* ex alienis scriptis, apud Petrum Blesensem. [Papias: *Depilare*, *Exstirpare*, *devastare*. *Depilor te illam rem*. Vide Lexicon Martini.]

† **DEPISCI**, *Pacisci*. Gloss. Sangerman. num. 501. Lege *Depacisci* ut apud Cicronem et Terentium.

**DEPITARE**, Discerpere, in *petias* mittere, Gallis *Depiecer*, *Mettre en pieces*. Lambertus Ardensis pag. 161: *Quo (urso) adducto, et coram populo demonstrato, et canibus ablatrato, et fere usque ad interneconem discerpio et Depitato, etc.* Etiamnum dicimus: *se Depiter et se mettre en pieces*. [Charta anni 1293. apud Stephanotium tom. 3. Antig. Pictav. MSS. pag. 946: *Quant au Depies de membre, esmutiler, especier, essoreiller, seigner, estortpacier, etc.*]

\* **DEPLANARE**. Gloss. Gr. Lat. Ἐπιπλαῖω, *Deplano*, exæquo. Glaber Rodolph. lib. 1. apud Duchesn. tom. 4. Hist. Franc. pag. 6: *Alius quoque Sarracenorum eorumdem cultro Deplanans ligni hastulam, posuit incunctorum pedem super viri Dei codicem, Biblam videlicet, etc.* Utuntur Lactant. lib. 4. et Veget. lib. 2. cap. 19.

† **DEPLANCTUS**, Planctus, querimonia, Gallis *Plainte*. Legitur in Epistola 407. S. Bernardi ad Abbatem Belli-loci.

**DE PLANO**, Compendiose. Vetus Inscriptio 408. 1: *Ut et ipsi sint, cum quibus munera decurionatus ut paucis jam onerosa honeste De plano compartiamur. De plano judicare*, citra ambages et processus: Formula, quæ occurrit passim apud Juriscons.

\* **DEPLASMARE**, *Diformare*, valde *formare*, in Gloss. MSS.

\* **DEPLECTERE**, Plectere, punire, vexare. Steph. de Infestura MS. ubi de Innocent. VIII: *Ubi aliqua domus feni reperiebatur, absque ulla licentia ac si ipsorum esset, examorabatur; et sic cives Romani et habitantes in urbe, tam ab inimicis quam a defensoribus nostris, Deplectebantur omni die*.

\* **DEPLENDERE**, *De pleno deducere*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

† **DEPLERE**, Exhaurire, apud Statium, Columellam et S. Paulinum Epist. 49. n. 2. unde Epist. 5. n. 16. per translationem ait: *Neque enim difficile levissimari, quam facile Depleturi sint levioris culturæ laborem, quos in vineam suam Christus elegit*, ubi laborem *Deplere* idem sonat quod labore perfungi. Papias: *Deplexit*, *Transvexit*: pro quo lubentius legerem, *Deplevit*, hoc est, fudit seu liquorem ex uno vase in aliud transfudit.

\* *Temps dépléable* inde appellarunt nostri tempus, quo vitium adminicula ex vineis asportantur. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 426: *Comme le suppliant se feust en l'année dérainement passée, ou temps Dépléables, transportés en certaines vignes assises ou territoire de Montfort l'Amaury, et en icelles eust prins furtivement certaine quantité d'eschallas, etc.*

1. **DEPLICARE**, Isidorus in Gloss. : *Decedere*, *devitare*, ut *applicare*, est *ad-movere*.

2. **DEPLICARE**, *Explicare*, ex Gall. *Despicer*. Miracula Sanctæ Genovefæ n. 30: *Cujus pedes tanta erant contractione natibus complicati, ut nulla possent arte*



*Deplicari.* Et n. 35 : *Manus plicavit sæpius, et Deplicavit.* [ *Vexillum Deplicatum*, in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2108. et 2109. Gall. *Drapeau vel Enseigne déployée.* ]

\* *Desploier*, ubi *Déliier*, Solvere, in Vita J. C. MS. ubi de Joanne Bapt :

Qui chi doit venir après moi,  
Qui par a si grant poesté,  
Que je vos di par vérité  
Ne sui dignes de Desploier  
La corrois de son cauchier.

\* **DEPLORATA FEMINA**, pro Deforata, ut videtur. Chron. Angl. Th. *Ottobourne* pag. 5 : *Nec minus Deploratas prodit* (Gagates lapis) *feminas per micuram.*

† **DEPLOROSUS**, Gall. *Deplorable*, Lamentabilis. *Schisma Deplorosum*, in Litteris Regis Franc. ann. 1394. ad Clementem Papam, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 115.

† **DEPLUMARE**, Gall. *Plumer*, Avi plumas avellere, demere. Utitur Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum, apud Murator. tom. 8. col. 601. Metaphorice sumitur pro *Vastare*, apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1153 : *Deplumare castrum flamma et ferro.* Pro *Spoliare* in Opusculo Gualvani de la Flamma apud Murator. tom. 12. col. 1021 : *Et sic undique Deplumatus fuit qui aliorum plumis elatus volare consueverat.*

† **DEPLUMATARIUS**. Vide *Diplomatarius*.

† **DEPOCULARE**, *Deprehendi*. Gloss. Sangerman. MS. n. 501.

† **DEPOLLARE**, Gall. *Depouiller*. Papias : *Depollat, Dispollat, detrahit, sed proprie ad parum redigit.*

**DEPOMPARE**. Ugutio : *A pompa, pompus, as, superbiore, gloriari.* Unde *Josephus* in 20. *In gentem nostram prompta malignitate pompabat. Et inde Pompator, qui aliquid superbe vel pompose agit. Et compos. Depompo, as, id est, vituperare, detestari, etc.* S. Hieronym. in Rufinum lib. 1. cap. ult. : *Prætermitto, quæ contra me loquens, propositum tuum deturpasti, quæ in Depompationem omnium Christianorum et verbis et opere feceris.* Vide *Pompare*. Vetus Interpres Concilii VI. Oecumenici art. 12 : *Dum redarguisset atque Depompasset pravam ejus impietatem.* Ubi Græc. Edit. *Ἐπιταύρα τὴν μοχθηρὰν τοῦτου δυσσεβείαν.* Vide Gloss. med. Græcit. in *πομπεύειν*, [et *Onomast.* tom. 4. SS. Julii.]

\* *Dialog. creatur. dial. 51* : *Herodius per aerem spaciabatur volans; sed milvus post ipsum sibilare cepit eumque Depompare, id est vituperare, dicens, etc.* Et dial. 105 : *Inveniens quemdam dominum Depompantem, id est vituperantem, servos suos, etc.*

\* **DEPOMPATIO**. [Spoliatio ornamentorum : et translate opprobrium. *Hieronym.* 1. *advers. Rufin.* n. 31. In *Depompationem Christianorum.*]

† 1. **DEPONERE**, Gall. *Deposer*, Testari. Instrumentum appellationis *Guillemi Bruieri* ann. 1481. ex *Archivis B. M. de Bello-prato Rotomag.* : *Testes ipsius de Paris ignoranter Deponunt, quidquid Deponere nituntur.* In *Glossar. Barthii* : *Deponere, Concludere, Definire*, ex *Gauterio* de *Bellis Antiochenis*.

\* *Acta MSS. capit. Carnot.* ad ann. 1389 : *Johannes Daviau civis Carnotensis, nuper receptor ordinarius regis apud Carnotum, Deponit se tempore officii sui recepisse jura regalìa.*

\* 2. **DEPONERE**, Ponere, statuere, definire. *Libert. Figiaci* ann. 1318. tom. 7.

*Ordinat. reg. Franc.* pag. 667. art. 39 : *Et quemadmodum in præmissis statum communem prædictæ villæ Deposuimus, etc. Despondre, Exponere, in Poem. dicto Li Lusidaires :*

Por Despondre sainte Escriiture  
Mist Diex en lui et sens et cure.

*Le Roman de Robert le Diable MS. :*

L'emperere en la fin Despont  
Chou que chascun dist et espont.

*Ibidem :*

Li senescaus lors li respont,  
Et ses paroles li Despont.

\* 3. **DEPONERE ALICUI**, Commendare. *Vita S. Lietberti* tom. 4. Jun. pag. 597. col. 1 : *Sed qui regit orbem terrarum in æquitate, Cameracensis ecclesiæ precibus attendens, quibus ei suum Deponebat die noctuque pontifical, in hoc tanto mortis discrimine cum suis omnibus eum conservavit incolumem.*

\* 4. **DEPONERE VOTUM**, Solemni ratione illud emittere, castitatem vovere. *Charta Joan. episc. Camerac.* pro fundat. hospiti. S. Joan. Bapt. Bruxell. ann. 1211. ex *Cod. reg. 10197.* 2. fol. 15. r. : *Tunc demum si..... unicoloriter placuerit, seculo et propriis ac propriæ voluntati renunciet, votum continentiæ sub stola in manu sacerdotis Deponat.*

\* 5. **DEPONERE**, Ponere, in aleam dare. *Ruodlieb* fr. 2. vers. 211 :

Is mihi Deposuit, sibi me Deponere nil vult,  
Et dat quæ posuit, pisa quod nou una remansit.

*Vers. 220 :*

Quæ deponebant, mihi mox donare volebant.

*Conf. Virgil. Eclog. 3. vers. 33.*

\* 6. **DEPONERE ALLELUIA**. Vide *Alleluia Clausum* in *Alleluia 1.* et *Haltaus. Calendar. med. sævi part. 2. § 7.* *In sabbato proximo ante dominicam Circumdederunt quando Deponitur Alleluia*, in chart. ann. 1274. ap. *Würdtwein. Subsid. Diplom.* tom. 10. pag. 33.

\* **DEPONI AD TERRAM**, Dicitur de moribundum, qui cineri superponebatur. *Origo B. M. de Voto* inter *Instr.* tom. 11. Gall. *Christ.* col. 229 : *In qua (infirmate) fuit omnino de vita desperatus, et ad terram Depositus, ut jam moriturus, datis reliquiis sanctorum ejusdem ecclesiæ carioribus, quas in sua capella gestabat.*

**DEPONTANUS**, Ugutioni, qui ad tam gravem devenit ætatem et vitam, ut magis prosit ei de ponte se projicere, quam vivere : quod faciebant, inquit ille, in aliquibus provinciis. [Festus : *Depontani, Senes appellabantur, qui sexagenarii de ponte dejiciebantur*, hoc est, inquit *Martinius*, Suffragio privabantur, quod de ponte ferri solebat.]

**DEPOPULARE**, Populo, seu incolis spoliare. *Gregorius Turon.* lib. 4. *Hist.* cap. 36 : *Pestilentia hanc urbem clade vehementissima Depopulavit. Barbarica Depopulatio*, in l. ult. *Cod. Theod.* de *Infirm.* his, quæ sub *barb.* (15, 14.) *Depopulator Judæorum*, in *leg. 14. eod. Cod.* de *Judæis.* (16, 8.)

\* *Depopuler*, eodem significatu, in *Lit. Phil. comit. Fland.* ann. 1447. ex *Tabul. Audomar.* : *Et par ce est laditte ville fort Depopulée.* Sensu vero, quo *Latinum Depopulari*, legitur in *Charta* ann. 1480. ex *Reg. 207.* *Chartoph. reg. ch. 252* : *Le temporel et patrimoine de l'église de Lengres a esté comme du tout destruit et Depopulé.*

1. **DEPORTARE**, [DESPORTARE.] Favere

allicui, Gall. *Supporter quelqu'un.* *Charta Henrici Comitis Campaniæ* pro *Communæ Meldensis* institutione ann. 1179. in *Tabulario Campaniæ* *Thuano* fol. 289 : *Ad hoc statuti homines juraverunt, quod neminem propter amorem vel cognitionem Deportaverint, neminem propter inimicitiam læserint; sed rectum judicium per omnia fecerint.* [Chartular. *Divion.* fol. 4 : *Ad hoc homines statuti jurabunt, quod neminem propter amorem seu propter odium Desportabunt seu gravabunt, et quod rectum judicium facient.*] Vide *Chartam Communæ Suessionensis* tom. 11. *Spicilegii Acheriani* pag. 344. et *Valliacci* ann. 1187. tom. 13. ejusdem *Spicilegii* pag. 325.

\* *Nostris Déporter*, eodem intellectu. *Gesta Ludov. Pii* cap. 13. tom. 6. *Collect. Histor. Franc.* pag. 148 : *Le conte Asinaire Déporterent, pour ce que il estoit de leur lignage. Aseuario vero tanquam qui eos affinitate sanguinis tangeret, pepercerunt*, in *Vita* ejusd. imper. *ibid.* pag. 106. *Stat. ann. circ. 1362.* tom. 4. *Ordinat. reg. Fr.* pag. 410. art. 1 : *Aussi au pouvre comme au riche, sanz nul Déporter. Sanz Deport*, in altero ann. 1379. *ibid.* pag. 445. art. 11. *Emport*, eodem sensu, in *Lit.* ann. 1381. *ibid.* pag. 336. art. 6. et *Emportement*, in aliis ann. 1360. pag. 361. Vide *infra* *Deportatio* 4.

2. **DEPORTARE**, Tolerare, sufferre, pati. *Annales Francor. S. Nazarii* tom. 2. *Hist. Fr.* ann. 786 : *Rex vero, quia erat mitissimus atque sapientissimus,.... moderantissime illud Deportavit.* Vide *Monastic. Anglic.* tom. 2. pag. 521.

\* *Charta Hugon. milit. de Beeloy* ann. 1223 : *Alter vero de servitio quod ei debeo, quamdiu ero in illo servitio, me debet Deportare.* Quo sensu *Déporter* legitur in *Mandat.* ann. 1304. tom. 1. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 413. art. 4 : *Et quant aus taillables de haut et de bas à volenté, vous Déporterez se il plaist à leurs seigneurs, et ensi vous Déportez et souffrez de tous ceus qui sont mendians et laboureurs de braz.* *Lit.* ann. 1374. *ibid.* tom. 6. pag. 515 : *Les receveurs pour Déporter et attendre ceuls qui nous estoient tenuz acaveu desdiz aides, etc. Déporter* præterea usurparunt, pro *Oblectari*, recreare, vulgo *Se divertir, se réjouir.* Unde *Glossar. Provinc.* *Lat.* ex *Cod. reg. 7657* : *Deportar, Prov. Spatiari, deambulare.* *Vitæ Patrum MS. :*

Pour déduire, pour Déporter  
Et pour son cors reconforter,  
Porter faisoit faucons muirs  
O lui et mener deux levriers.

*Le Roman de Robert le Diable MS. :*

La touse de petit jouvent  
Va à la fenestre souvent  
Pour Déporter et pour déduire.

\* *Hinc Prendre en déport.* *Jocose* et *ridendo dictum accipere*, in *Lit.* *remiss.* ann. 1478. ex *Reg. 205.* *Chartoph. reg. ch. 28* : *Icellui Voulpete commença à dire au suppliant, tu ne prens pas ceci en Déport, ne à jeu.* Vide *Disportus*.

† 1. **DEPORTATIO**, Relegatio, Gall. *Bannissement*, apud *Ulpianum* et *Juriconsultos*. *Pluries* occurrit in *Instrumento* anni 1270. apud *Stephanotium* tom. 3. *Antiquit. Pictav.* *MSS.* fol. 888. 889. et 891.

† 2. **DEPORTATIO**, Idem quod *mox Deportus*, in *Indice MS. Beneficiorum Eccl. et Dioc. Constantiensis* fol. 67. v. et in *Chartulario S. Vandregesili* tom. 1. pag. 752.

\* 3. **DEPORTATIO**, *Transvectio*, *vec-*

tura, Gall. *Transport*. Chartul. Buxer. part. 10. ch. 7 : *Robertus... recognovit... quod nullum jus habebat in Deportatione tertiarum de Pantie*.

\* 4. **DEPORTATIO**, Gratia, favor, studium, Gall. *Support, protection*. Sacram. fidelit. Olivarii de Terminis ann. 1241. in Reg. feudor. senescal. Carcass. etc. fol. 405. v. : *Nec Deportationem, nec confederationem cum inimicis ejus habeo, etc.* Vide supra *Deportare* 1.

**DEPORTUS**, Jus caduci in Beneficiis Ecclesiasticis, quando vacant, quod ad Episcopum aut Archidiaconum spectat, seu *Annata*, et *reditus* primi anni Beneficii Ecclesiastici vacantis, de quo jure multa Chopinus lib. 1. de Sacra Polit. tit. 8. art. 16. lib. 3. tit. 3. art. 4. 5. 6. 7. Raguellus in voce *Deport*, et Innocentius Cironus in Paratitul. Decret. lib. 5. cap. 12. Vide nuperam Conciliorum Ecclesie Rotomagensis Collectionem pag. 323. [et Hist. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 228.]

In Chartulario S. Vandregesili tom. 1. fol. 341. habetur Instrumentum anni 1397. quo notum fit, Abbatem et Monachos ejusdem Monasterii consuevisse *Percipere, habere, colligere et levare in supradicta Ecclesia parochiali (S. Vandregesili) omnes fructus, obventiones et emolumenta quæcumque obvenientia in eadem parochiali Ecclesia per quadraginta dierum spatium commune sequentium, dum et quotiens ipsam Ecclesiam vacare contigit parochialem, quovis modo vacaverit ; et hoc percipere consueverunt præfati Religiosi per modum Deportus, et mediantibus hiis ipsi Religiosi tenentur et sunt affecti in eadem parochiali Ecclesia, pendente termino dictarum quadraginta dierum, facere deservire in divinis. Idem jus habent iidem Monachi in parocia de Rensecone, ut patet ex laudato Chartulario fol. 343.*

† **DEPOSITARE**, Deponere, Gall. *Deposer, Mettre en Deposit*. Acta B. Thomassi, tom. 3. Martii pag. 604 : *Mandavit clavem capse Depositare penes... Julianum Archipresbyterum præsentari*. Fr. Leonardus in Additionibus ad Vitam S. Antonini, tom. 1. Maii pag. 336 : *Repertum fuit fuisse drappos per duos fures Depositatos penes quosdam*. Appendix ad Vitam B. Augustini Novelli, Maii tom. 4. pag. 625 : *Ut eas apportaret et conduceret in dictam majorem Ecclesiam ibique Depositaret*. Occurrit rursus apud Muratorium tom. 9. col. 54.

\* **DEPOSITARIA**, Officium apud moniales, quod ita describitur in Regula sororum Fontis-Ebraldi cap. 30 : *Ad Depositariam (pertinet) tenere comptum, scribere et receptam facere de omni auro, argento, telis, pannis conventui vestro datis, emptis, aut quomodolibet alias spectantibus, quæ reponi in deposito debent*.

† **DEPOSITARIUS**, Custos depositi, apud Ulpianum, et in plerisque etiamnum Monasteriis.

\* Stat. MSS. eccl. S. Laurent. Rom. : *Item voluerunt quod ille, qui pecunias levabit de tribus in tribus mensibus, aliis duobus sociis suis legale et bonum comptum de receptis et datis reddere teneatur, et id quod supererit dicto Depositario sive constructori tradere teneatur*. Apud Benedictinos, maxime Congregationis S. Mauri, *Depositarius mensam et res quotidiani usus sub cellerario curat*.

1. **DEPOSITIO**, Pœna Ecclesiastica, qua rei Clerici et suo gradu ejiciuntur, mitior degradatione. Vita Ludovici Pii ann. 818 : *Episcopus porro hac constrictos*

*immanitate ab Episcopis reliquis Depositos, Monasteriis mancipavit*. Regiam Majest. lib. 2. cap. 13. § 14. de servo Clerico : *Et si judicio reddi debeat, Depo-nendus est, vel degradandus, antequam reddatur*. Vide Gualterum in Tabulis Siculis pag. 40. 41. etc. et supra *Degradatio post Degradare*.

2. **DEPOSITIO**, Dies obitus, quo mortuus terræ mandatur, in terram deponitur, vel quo quis vitam deponit : cuius appellationis causam fuse explicat S. Ambrosius Serm. 70. Vetus Inscript. Eboræ apud Resendum : *Depositio Pauli, famulus Dei vixit annos L. et uno, requievit in pace D. III. Id. Martias era DLXXXII. Hariulfus lib. 4. Chron. Centul. cap. 21 : Angeltrannus, qui patri succedebat, in die Depositionis ejusdem patris sui jam dictam villam Sancto contradidit*. In Charta donationis, quæ sequitur : *Quod pater meus, Comes scilicet Hugo, adhuc vivens, sed diem mortis extremum trahens, pro suo remedio animæ villam... S. Richario tradidit*. Passim in Martyrologio, quod D. Hieronymi titulo circumferitur, et aliis. Hinc

**DEPOSITIO**, pro die obitus anniversario. Joannes Episcopus Abrincensis de Offic. Eccl. : *Sunt quædam Ecclesie, in quibus exceptis Depositionibus solum per Kalendas mensium Missæ festive celebrantur Mortuorum*. Occurrit mox rursus.

Proprie autem usurpat hæc vox de festo sancti Joannis Evangelistæ, quod vulgo appellatur *Depositio*, quia locum sepulture vivus intravit, et ita seipsum deposuit. Ita Durandus lib. 7. cap. 1. n. 19.

**DEPOSITUS**, Mortuus, vel certe humo mandatus. Inscriptio Romæ : *Hic jacet... Deposita III Kalend. Decemb. Alia Mediolani : C. Celio bene merenti, qui vixit annos P. M. XXXV. et Depositus est XIV. Kal. Novembres, etc.* Passim in Monumentis Christianis apud Gruterum pag. 832. 3. 1051. 1. 2. 9. 1052. 9. 10. 1054. 1. Sirmondum in Epitaph. Ennodii, et aliorum, in Notis ad Epist. ejusdem Ennodii lib. 6. Epist. 6. ad Epigr. 8. 79. etc. apud Laurent. Schraderum in Monument. Ital. pag. 91. 6. Ughellum tom. 4. pag. 596. tom. 5. pag. 287. 284. etc. [Gualterum in Tabulis Siculis pag. 40. 41. etc.]

\* 3. **DEPOSITIO**, an pro Translatione alicujus sancti interdum accipitur, disquirunt docti Hagiographi tom. 5. Jun. Act. SS. pag. 409. quos consule.

\* 4. **DEPOSITIO**, Emporium, ubi jure privilegii vectores per aliquot dies *merces deponere* et venales habere cogebantur. Vide *Stapula* 1. Privileg. Civit. Stettin. ann. 1283. ap. Haltaus. Glossar. German. col. 1417. voce *Niederlage* : *Omnia bona qualiacumque fuerint, quæ de partibus superioribus Oderam descendendo, vel de partibus inferioribus Oderam ascendendo ad ipsam nostram civitatem Stettin ducuntur, ipsa in civitate debent deponi et servare ibidem Depositionem*. Plura apud Haltausium l. 1.

\* **DEPOSITOR**, Qui depositum alicui credit. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 30. ex Cod. reg. 4659 : *Compellatur a curia depositarius ad submitionem Depositoris tenere ostagium donec, ut dictum est, depositum restituerit memoratum : ostagium autem teneat in qua parochia Depositor elegerit*.

† **DEPOSITORIUM**, *Repositorium*, παράθεμα. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

\* **DEPOSITUM**, Arca in qua pecunia deponitur, vel locus ubi alia quævis bona deposita asservantur, præcipue in

monasteriis. Reg. visitat. Odonis archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 406 : *Habebant (moniales monasterii Villaris) in Deposito seu thesauro, solutis debitis omnibus quæ debebant, vj. libras*. Vide supra *Depositaria*.

† **DEPOSITUS**. Vide *Depositio* 2.

† **DEPOSSIDERE**, Gall. *Deposeder*, Aliquem rei alicujus, v. g. beneficii si Clericus sit, possessione privare, depellere. Statuta Ecclesie Nannetensis ann. 1389. art. 9 : *Si demum in talibus nefariis actibus animis induratis perseverare non abhorruerint, privandos et Depossidendos fore declaramus*.

1. **DEPOST**, Pone, post, *Derriere*. Acta Proconsularia Marcellini PP. ann. 303 : *Aliud nescio, nisi quia Depost orcam eam (lucernam argenteam) jecit*. Acta Martyrii S. Theodoriti : *Introducto ergo Theodorito, legatis de post manibus, etc.* Utuntur præterea Stephanus Tornac. Epist. 134. Nizo Abb. in Vita S. Basini Archiep. Trevir. n. 2. 17. etc. Henricus Aquilonipolensis in Lubeca cap. 10. [Vide Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 137.]

\* 2. **DEPOST**, Exinde, postea, Gall. *Depuis*. Vita S. Godelevæ tom. 2. Jul. pag. 431. col. 1 : *Certa Depost tamen compertum experientia didicimus*. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. reg. Franc. fol. 146. r. ex Bibl. reg. : *Præterea deponit quod deponit ipse fecit plura alia veagia ad Britanniam*. Chron. Joan. Whethamst. pag. 367 : *Sicque ipsi adierunt et proposuerunt in omni parlamento Depost per septem annorum spatium infra regnum tento, etc.*

\* **DEPOSTARE**, *Devehere*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Depostat, devehit*. Sed leg. videtur *Deportat*.

\* **DEPOSITIO**, pro *Depositio*, in Inscript. Gudii CCCLXV. 1.

\* **DEPOSITUS**, Versus cantici *Magnificat*, ad cuius cantum pluries aliquando repetitum, episcopus stultorum ludicræ dignitatis insignia, a recens electo suscipienda, adjunctis quibusdam ludis, deponerat ; unde *Ludus Deposuit* appellabatur. Hujus ritus non veneranda, sed ridenda antiquitas constat ex Statuto Odonis episc. Paris. contra festum fatuorum ann. 1198. in Chartul. ejusd. fol. 49. v. : *Statuimus etiam ne dominus festi cum processione vel cantu ad ecclesiam adducatur, vel ad domum suam ab ecclesia reducat... Deposuit quinque ad plus dicitur loco suo*. Stat. capit. S. Petri Insul. 13. Jul. ann. 1531. ex Reg. K. act. capitular. ejusd. eccl. : *Nos de canus et capitulum ecclesie collegiatæ S. Petri Insulensis per singulos et per juramentum, durantibus capitulis generalibus, capitulariter congregati, pro comperto habentes scandala et ludibria, quæ sub Fautuitatis prætextu per beneficiatos et habituos dictæ nostræ ecclesie a vigilia usque ad completas octavas Epiphaniæ fieri et exerceri consueverunt, in ecclesie et status ecclesiastici dedecus, vilipendium et contemptum redundare, matura deliberatione præmissa, statuimus et ordinamus, quod deinceps nullus nominetur, assumatur et creetur prælatus follorum, nec ludus, quem Deposuit vocant, in dicta vigilia, aut alio quocumque tempore, ludatur, exerceatur aut fiat*. Eadem ceremonia, non minus fortassis ridicule, adhibita etiam cum piæ alicujus societatis præfectus, in signum dimissi officii baculum patroni ejusdem, ut vocant, deponerat ; quod didicimus ex Stat. ann. circiter 200. Hospit. S. Jacobi Paris. : *Après le dîner on porte le baton au cueur,*

et là est le trésorier, qui chante et fait le Deposuit. Stat. synod. ann. 1642. Petri de Broc episc. Autiss. : Pendant que les batons de confrérie seront exposés pour être enchéris, l'on ne chantera Magnificat, et n'appliquera-t-on point ces versets Deposuit et Suscepit à la délivrance d'iceux ; ains on chantera quelque antienne et répons avec l'oraison propre en l'honneur du Saint, duquel on célèbre la feste. Vide Mercur. Franc. ann. 1783. mens. Aug. pag. 1764.

† **DEPOTIOR**, μετριοξότερος. Gloss. Lat. Gr. Sanger. Est quasi a Depotus, Inebriatus, ex De et potus.

\* **DEPRECIDERE**, Præcidere, Gall. Couper. Stat. crimin. Saonæ cap. 29. pag. 58 : Si autem ex proposito vel dolose ferro percusserit, ultra prædicta, manus ei Depræcidatur.

† **DEPRÆDICATIO**, pro Deprædatio. Ecclesiarum depressio et Deprædicatio, apud Rymerum tom. 1. pag. 777. col. 2.

\* **DEPRÆSENTARE**, Vicem, auctoritatem alicujus obtinere, referre, Gall. Représenter. Charta ann. 1486. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 364 : Datum et actum Coloniae... nobis abbatissa et virginibus, conventum Depræsentantibus... congregatis. Eadem rursus occurrunt col. 366.

\* **DEPRÆSENTARI**, SENTENTIA, Rem aperte exponere, ut de ea quis judicare possit. Vita S. Emmer. tom. 6. Sep. pag. 477. col. 2 : Mitte quemvis prudentem tecum pariter, ut Depræsentetur in conspectu tanti pontificis hac de re sententia, et ibi normaliter dijudicet.

\* **DEPRECANSATIO**, Tributum, quod exigitur quasi Depræcando. Charta ann. 1558. apud Ludewig. tom. 9. Reliquiar. MSS. pag. 546 : Nolentes insuper ipsos Judeos, donec a prædictis consulibus pro præfata pecunia liberati fuerint et soluti, per nos aut officiales nostros exactionibus seu Depræcansationibus quibuscumque quomodolibet aggravari. Vide Depræcatura et Precaria 2. [\* Vide Demanda, Petitio, Bede, etc.]

† **DEPRECARI**, Per precariam seu charitam prædium aliquod ecclesiasticum ad vitam sub annuo censu possidere. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 62. v. col. 1 : Has xi. donationes Depræcata est Ermenberga et solvit inde solidos ii. ad luminaria S. Germani. Ibid. col. 2 : Et pro hac donatione Depræcata est duas donationes supra scriptas. Donat inde denar. iiii. Vide Precaria, et mox Depræcarius.

\* Nostri Deprier dixerunt, pro Precari, supplicare. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 566 : Le suppliant se feust trait par devers ledit curé... en lui Depriant que de ors-en-avant se voulsist deporter de plus aiter ne fréquenter avecque elle (sa femme.) Aliæ ann. 1412. in Reg. 166. ch. 260 : Les aucunes Deprierent au suppliant qu'il leur voulsist donner des pommes, etc.

† **DEPRECARIUS**, Qui precario tenet prædium ecclesiasticum. Testamentum Brunonis Archiep. Colon. apud Leibnizium Script. Brunsvic. tom. 1. pag. 290 : Prædium præterea quod Wodilo Depræcario nostro dedit. Folquini Codex MS. in Archivo S. Audomari : Veniunt de melle sextarii vi. Item de bunariis vi. veniunt pisces quanti possunt. De terra censali in Colonia a Depræcariis veniunt de formatiis pensæ LX. Vide Depræcari, et Depræcatura.

† **DEPRECATORIE** EPISTOLÆ. Vetus Codex Canonum ex Bibl. Regia in Concilio Antioch. cap. 8 : Presbyteri, qui in agris

Canonicas Epistolas dare non possunt, ad solos tantum vicinos Episcopos literas destinabunt. Ubi Glossa interlinearis, litteras simplices. Et ad marg. : Id est, Depræcatorias, non formatas.

**DEPRECATORIA** EPISTOLA, [\* LEGATIO.] qua quis rogat, precatur. Liber MS. Miraculorum SS. Floriani et Florentii : Et quia tunc præsens Abbas non aderat, obnixæ deprecatus est Fratres, ut ex nomine Abbatis ac ipsorum, Depræcatoriam Epistolam præfato Episcopo, a quo in pœnitentiam missus fuerat, transcriberent, quatenus eum in propria parochia misericorditer reciperet. [\* Vita Burchardi Episcop. cap. 3. ap. Pertz. Scriptor. tom. 4. pag. 884. Depræcatoria Legatio, in P. Damian. Vita S. Romualdi cap. 65. ibid. pag. 854. Verba Depræcatoria, in Vulgat. Maccab. 1, 10, 24.]

† **DEPRECATURA**, Idem quod Precaria, vel Precatura. Charta Angilranni Comitis Pontivi apud Hariulfum lib. 4. cap. 21 : Sub excommunicatione interdixit, ne aliquis amplius in illa villa, neque per vim, neque per Depræcaturam, neque per advocaturam de omissis consuetudinibus amplius aliquod expeteret. Vide Precaria et Præstaria.

† **DEPRECIARE**, Pretio minuere, Gallis, Dépriser. Papias : Depretiare, de pretio auferre, deprimere, vilificare. Tertullianus Apologet. cap. 45 : Sic et Epicurus omnem cruciatum doloremque Depreciat, modicum quidem contemptibilem pronuntians, etc. Et de Spectac. cap. 23 : Amant, quos multiant, Depreciant, quos probant. Fortunatus lib. 5. Poem. in Epist. ad Syagrium : De compendio cogitans, ne utilitate pretii Depretiaretur, tibi merces captivi, etc. Matthæus Vindocinensis in Tobia :

Te mediante ratum Depretiatur opus.

Alibi :

Alterius pretium Depretiare studet.

Egidius Corboliensis MS. lib. 3. extremo de Virtutibus antidotorum :

Sed perversa tui lex est et regula moris,  
Ut quod scire nequis, id Depreciare labores.

Utuntur præterea Cyprianus de Ascens. Christi, et in Symbol. Sidonius lib. 1. Epist. 7. lib. 2. Epist. 10. et Carm. 22. Marius Mercator, pag. 75. Ambrosius de Bono Mort. Will. Malmesbur. in Vita S. Aldelmi cap. 10. Julianus Antecess. Nov. 57. Halitgarius cap. 4. Petr. Damian. lib. 4. Epist. 17. etc.

**DEPRETIATUS**, Dictus, inquit idem Papias ex Isidoro lib. 10. quod non sit aliquo pretio dignus. Gloss. Lat. Gr. Depretiati, ἐλαττωθέντες. Gloss. Ælfrici : Depretiatus, wurðleas. Paulinus Carm. 14 :

Namque ubi corporeæ curatur gloria pompæ,  
Vilescit pretio Depretiatus homo.

Vide Pretiare.

**DEPRETIARE**, alia notione accipitur in Canonibus Hibern. lib. 41. cap. 22 : Filius adlatus, servus est ejusdem (Ecclesiæ) nisi Depretiatur. Id est, filius projectus, et allatus ad Ecclesiam, ejusdem servus est, nisi dato pretio redimatur. Confer Depecuniare.

\* **DEPRENDERE**, pro Deprehendere, Recipere quod cuiuspiam per vim ablatum est. Charta ann. 1303. apud Lam. in Dellec. erudit. inter not. ad Hodepor. Charit. part. 1. pag. 131 : Inter aliquas singulares personas Vulterranæ civitatis vel ejus districtus, nulla præsentia seu Deprehendi licentia, de cætero concedi-

tur vel concedetur. Deprehendi, in alia ibid. pag. 134.

† **DEPRISUS**. Charta Retroci Comitis Perticensis ann. 1186 : Volumus insuper... quod ipsi et sui homines a pedagis, traversibus, Deprisibus, et quibusvis consuetudinibus... liberi sint et immunes. Scitum quid sit Depris, apud Parisienses, cum quis prædium emere volens, dominum feudalem convenit, et cum eo de laudimiis paciscitur, et de pretio quidpiam sibi condonari obtinet.

\* Exactionis seu corvate species. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot. : Et aliis quibuscumque nominibus vocentur consuetudinibus... et exactionibus secularibus... et horum omnium Deprisibus, una cum suis equis... liberi sint et immunes. Vide infra Desprettium.

\* **DEPRIVARE**, Aliquem e suo gradu dejicere, officio vel dignitate privare, apud Hicces. in Præf. Thes. Septemtr. pag. xlvij. ubi de Wilhel. Lloyd episc. Norwic. : Cum ecclesiæ Anglicanæ magno damno gregisq; sui gravissimo dolore diocesi sua Deprivatus. Ibidem accipi videtur hæc eadem vox pro eo cui angusta res est. Depriver vero, Alicujus familiaritate abstinere, in Consolat. Boetii MS. lib. 1 :

Pour ce m'a Déprivé le roy,  
Ne me voit, ne ne me regarde.

† **DEPRIVATIO**, pro Privatio, Depositio. De translatione Roffensis Episcopi ad sedem Londoniensem per Deprivationem Edmundi Bonner, apud Rymer. tom. 15. pag. 222. Non semel occurrit ibi et pag. 253.

† **DEPROMERE**, Cantare, apud Papiam. Hinc in Officio Dominicæ Palmaram : Cui puerile decus prompsit Hosanna pium, id est, Cantavit.

\* **DEPROMITTERE**, Promissa non servare. Vita S. Eustasii abb. Luxov. Sæc. 2. Bened. art. 12. pag. 117 : Cogentibus ergo cunctis Agrestibus simulate pacem postulat, quod postea actis Depromisit.

† **DEPROPERUS**, Valde Properus, et probrosus. Vide Gothofred. ad l. 13. Cod. Th. de Re milit. (7, 1.)

† **DEPROPIIUS**, Contrarius. Liber Diurnus cap. 2. tit. 9 : Si præter hæc aliud agere præsumsero, eris mihi in illa die terribilis iudicii Deproprius, etc.

† **DEPROPRIARE**, Extra proprietatem ponere. Matthæus Vindocinensis in Tobia :

Sic tria Depropriant proprium, divina potestas  
Claudens cuncta, jugum mortis, avara lues.

**DESPPROPRIAMENTUM**. Statuta Ordinis Hospital. S. Joannis Hierosol. tit. 1 : Quod Fratres quolibet anno conficiant Desppropriamentum. Adde tit. 3. § 5. tit. 4. § 16. 17. tit. 12. § 10. Quale autem illud sit, sic exponitur tit. 19. de Verbor. signific. § 34 : Desppropriamentum est veluti privati abdicatio, cum Fratres id declarant, quod in supellectili ac re domestica et familiari habent. [Hinc liquet, mea quidem sententia, Desppropriamentum non tam esse abdicacionem peculii, quam ejus declarationem : qua notione sumuntur Gallicæ voces Deprier et Depry Chartularii Gemeticensis tom. 1. fol. 10 : Quand nos vins ou autres boissons de nostre creu, maisons et provisions passent traversant la riviere de Seine, ou entrent en ladite ville de Rouen, nous sommes quittes pour Deprier à la Vicomé en affermant le nombre desdits vins et autres provisions, et après ledit Depry, pouvons passer franchement sans pour ce payer

aucun peage, acquit ou tribut. Deprier Declarare est, Depry Declaratio.]

\* **DE PROXIMO**, Brevi, intra proximos dies, Gall. Dans peu. Steph. de Infestura MS. de Bello inter Sixtum IV. PP. et reg. Ferdin. ann. 1482: Accedentes (cives Romani) gratam habuerunt audientiam et pollicitationes infinitas promissitque pontifex se provisurum opportune De proximo.

\* **DEPTALIS**, VINUM DEPTALE, in Chartul. Celsinian. ch. 249: Breve pro pœnitentia Pontii et pro anima redimenda, quando laxavit... denarios sexdecim et unum modium de vino Deptale. AN Debitum, vel censuale?

\* **DEPTELIUM**, La piaga navale fictra. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **DEPTIVUM**, Diptychum. Papias: Dep-tivum, duæ tabulæ, pten enim Græca tabula dicitur. [Hinc Deptica, pro Tabulis pugillaribus eburneis Leg. 1. Cod. Theod. de expensis ludorum. (15, 9.) Vide Diptycha.]

† **DEPTUS**, Secutus, Papias; f. quod Adeptus sit idem qui Assecutus.

† **DEPUBIS**, Porcus sugens. Gloss. Isid. Festus: Depubem porcum lactantem, qui prohibitus sit pubes fieri.

\* Hinc emendandum Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: Depupis, porcel qui tete.

1. **DEPUBLICARE**, Deperdere. Additio ad Legem Frison. cap. 8: Si... quodlibet animal fugiens dominum suum ab alio fuerit receptum, et querenti domino negatum, et iterum Depublicatum, reddat aut ipsum, quod suscepit, aut aliud simile, etc.

\* 2. **DEPUBLICARE**, Publicare, nostris alias *Dépulier*. Edictum Caroli M. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 25: Et si mala est fama, Depublicetur ab omnibus, non per invidiam, neque per alicujus mala persuasionem, sed ex veritate proferendum. Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Après ma mort, la Dépulle  
En tous le liex qui te serra.

† **DEPUBLICATIO**, Publica declaratio. Vita S. Goaris, Julii tom. 2. pag. 336: Melius fuerat antea absconsa confessio, quam ista principalis Depublicatio.

\* **DEPUDESCERE**, Gloss. Gr. Lat.: Ἀπερθερωθῆναι, Depudescere, Derubescere. Depudo, ἀπαναίσθησθαι.

† **DEPUDICARE**, Stuprare, Pudicitiam auferre. Onomast. apud Martinium: διαφθερω.

† **DEPUGIS**, Καταπύγος, καταπύγων, Cynædus. Suppl. Antiquarii Papias: Depygis, Denaticata sine natibus; nam Pyga extrema pars corporis. Vox nota Horatio.

† **DEPULPARE**, Macie conficere, tenuare, pulpam detrabere, Gall. *Decharner*. Gloss. Lat. Gr. Sangerman.: *Depulpo*, ἀποσκαρῶ.

\* **DEPULSARE**, Vide *Pulsare campanas*.

\* **DEPUNCTAMENTUM**, Abdicatio, cessio rei possessæ. Arest. ann. 1368. 17. Mail in vol. 5. arestor. parlam. Paris.: Ipsos (defensores) præsentī lite durante sine alio Depunctamento seu novatione per modum provisionis aut aliter custodiri, etc. Hinc

\* **DEPUNCTARE**, DEPUNCTUARE, Rei alicujus dominio et possessione exuere, privare, ab officio remove, nostris etiam *Dépointier*. Arest. ann. 1354. 23. Jun. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: Ipsum Beguin de possessione et saisina ac statu suis, in quibus fuerat et erat pacifice, Depunctaverant sine iudicio, sine lege. Aliud ann. 1347. 19. Jan. ibid. vol. 2:

Dominus de sancto Venantio, Franciæ marescallus, de dicta sua possessione et saisina Depunctuatus fuerat. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1447: En déchargeant et Dépoinçant soigneusement, si mestier est, ceux qui de présent sont en la loy de nostre ditte ville (de S. Omer.) Lit. ann. 1359. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 357: Que très grant destorbier leur seroit et empechement de leur vivre, les Despointier dudit fait. Despointier et Despointier, in Lit. ann. 1370. tom. 5. earum. Ordinat. pag. 373. et ann. 1379. tom. 6. pag. 436. Vide infra *Desapunctare*.

\* **DEPUPIS**, Vide supra *Depubis*.  
\* **DEPURARE**, Purum reddere, perpur-gare, Gall. *Dépurer*. Arnauld. in Rosar. MS. lib. 1. cap. 1: Verum tali continua sublimatione Depurat. Joan. de Cardal-haco serm. in Assumpt. B. M.: Et tunc feditas nostra et turpitudō Depurabitur et mundificabitur.

\* **DEPUTARE**, [Amputare. DIF.]

**DEPUTATI**. Gloss. Lat. Græc.: *Deputatus*, καταρχηδεις, ἀπονεμηθεεις. *Deputatio*, ἀπονεμησις, ἀποκληρωσις. *Deputantur*, ἀνα-φέρονται, ἀπονεμονται. *Fabricis et aliis ope-ribus publicis Deputati*, in 1. 8. C. de Servis fugit. (6, 1.) Ὀπλοποιοι, qui num-meri cujusque arma procurabant, *Fab-ricenses*. Peculiari vero appellatione *Deputati* dicti, quod essent ἐν τοῖς ἀριθμοῖς συγκαταλεγόμενοι, ut est in Nov. Just. 85. § 2. et annonas de publico sumerent, perinde ac milites ipsi; unde *Statuti numerorum* vocantur a Juliano Antecess. Const. 79. § 2. Glossæ Basil.: Λειτουργοι, δικοτάται, ἀφορισμένοι. Totidem verbis Suidas in Etymologico. Sic legendum in Græca Inscriptione apud Jac. Spou-nton tom. 3. Itiner. pag. 105: ΑΥΡ. ΦΛΑΒΩΝΗΝ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΝ ΕΚΑΤΟΝ-ΤΑΡΧΟΝ ΔΕΠΟΤΑΤΟΝ ΠΡΕΙΜΗΠΕΙΑ-ΠΙΟΝ, etc. Perperam enim Editi ΔΕΣΠΩ-ΤΑΤΟΝ. Ejusmodi igitur sunt, qui in Notitia Imperii dicuntur *Deputati scholæ Agentium in rebus*, et *Deputati Domes-ticorum*, et *Deputati Equitum et pedi-tum*. Vide Jac. Gothofredum in Paratit. ad tit. de Re militari lib. 7. Cod. Th.

**DEPUTATI** dicti postmodum sequiore Græcia, selecti quidam ex singulis ordi-nibus viri aliquot alacres, ex iis potis-simum, qui minus locupletēs erant, qui vulneratos in prælio reficiebant, aut collapsos ab equis erigebant, aut labo-rantes e certamine asportabant. De iis copiose Rigaltius in Glossar. ex Mau-ricii et Leonis Tacticis. [Vide *Scribo-nes*.]

**DEPUTATI**, in Ecclesia Græcānica, quorum ministerium erat, Patriarcha procedente, e via populum abigere. Ordo M. Ecclesiæ: Ὁ Δεποτάτος περιπαθῶν ἐμπροσθεν τοῦ Ἀρχιερέως, καθαρίζει τὸν λαὸν ἀπὸ τῆν στράταν. Eadem habet Catalogus Official. M. Ecclesiæ apud Goarum in Euchologio Græco, ubi *Deputati* et *Ce-roferarii* ordinatio refertur, quasi idem fuerit ministerium. *Deputati* meminit Cantacuzenus lib. 1. cap. 41. et Codinus de Offic. Vide Meursium. [Et Cang. Glossar. med. Græcic. col. 280.]

† **DEPUTATIA**, **DEPUTATUS**, us. Legatio, Gall. *Deputation*. Utrumque legitur apud Rymerum tom. 14. pag. 452. col. 1.

\* **DEPUTATUS**, a Gallico *Député*, Le-gatus, missus, cui res examinanda com-mittitur. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: Et ipse iuit cum præ-dictis Deputatis. Infra: Respiciuntur per homines Deputatos per curiam Arelatis. Vide *Deputatia*.

\* **DEPUVERE**, [Cædere. Lucilius.]

† **DEPYGIS**, Vide *Depugis*.

† **DEQARCHARE**, Exonerare, Gall. *Décharger*. Charta Thomæ Abb. S. Ger-mani Paris ann. 1249. in Libro Anivers. B. fol. 217: Forensis panem vendere non poterit nisi solum transeundo, excepto prædicto die fori: qui vero moram fecerit nullo emptore præsentē, vel *Deqarchave-rit*, panem totum amittet.

\* **DEQUASSARE**, Vita MS. S. Amatoris Episcopi: Et his dictis Sacerdotis suavis-sima verba *Dequassans*, respondit, etc. id est, expendens.

† **DEQUITATIO**, Redemptio, Gallice *Rachat*. Synodus Mechlaniensis ann. 1574. in Anecdotis Martenianis tom. 4. col. 458: Item, concluderunt Domini, quod ad petitionem partium poterunt permit-tere redemptionem et *Dequitationem* par-vorum censuum usque ad sex scutiferos seu duodecim grossos, certo tempore præ-fixo, intra quod hujusmodi *Dequitatio* fieri permittatur, et denario ad minus vigesimo quarto; quodque denarii capi-tales provenientes ex hujusmodi redemp-tionibus applicentur in emptionem alto-rum reddituum hereditariorum.

† **DEQUUS**, Dictus. Diploma Childerici II. Regis Franc. in Hist. Mediani Mo-nasterii pag. 13. et apud *Laguille* in Probat. Hist. Alsat. pag. 3. col. 2. [\*\*] Al-sat. Diplom. tabul. 1. Schœpflin. legit de quas, quem secutus est Brequinius num. 172.] Memorati homines qui in ipsas *Dequas villas commanere videntur*, totum et ad integrum ipsius *Valedio* Ab-bate omnes fonctiones reddere debeant. Eadem habentur in Actis SS. Julii tom. 3. pag. 212. de S. Hildulfo.

\* **DERAISNARE**, **DERAISNIA**, Vide infra *Desrainare*.

† **DERAMARE**, E ramis fructus excu-tere, vel Ramos excindere. Bertramus in Vita S. Francæ, April. tom. 3. pag. 398: Hic cum arborem quamdam conscen-disset et eam *Deramaret*, subito eo caput elevante globus rizerorum super illius oculos descendit. Verum alia notione sumi-tur apud Spelmannum in voce *Adhramire*, ubi sic:

† **DERANARE** *Monachum* dictum cen-seo pro *Deramare*, quasi a professione seu voto revocare. *Bellum Derantare*, item pro *Deramare*, id est, Denuntiare, profiteri: sed hoc compositum cum *De* articulo infinitivi modi apud Anglo-Normannos; illud cum *de* vel *des* præ-positione a vel *abs* significanti et priva-tionis vim habenti. Sic ille. Vide *Adhramire*.

† **DERARAT**, *Torpet*, frigidum est. Gloss. Isid.

† **DERATA**, Vox Italica, Cibaria, Res venales consueti usus, Gall. *Dentrée*. Chronicon Parmense ad ann. 1300. apud Murator. tom. 9. col. 842: Et satis bona ubertas et *Derata erat* de omnibus victua-libus. Vide *Denariata*.

\* **DERATIONARE**, [DERATIOCNARE, Li-gigare, causam suam rationibus com-probare, Rem aliquam rationibus sibi vindicare, Crimen a se amoliri. Judicium Ludovici VII. Francorum Regis ann. 1171. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 248: *Adjudicavimus vobis per iudicium curiæ nostræ possessionem et saisinam totius querele; donec eam Jocerannus Derationaverit in curia nos-tra*. Chartular. S. Vandregesili tom. 2. pag. 2062: *Quidquid in terris vel in bosco Monachi Derationare apud Chitreium potuerint, quiete et pacifice eis habendum permiserunt*. Miracula S. Rictrudis num. 13. Mail tom. 3. pag. 94: Dicebat apud se, jam totum *Derationavi*, quia ille non in-

venturus, qui contra me audeat ferre sententiam. Vita B. Lanfranci n. 31. Maii tom. 6. pag. 841: Cui Lanfrancus in faciem restitit, et coram omnibus testimonio antiquorum Anglorum, qui periti erant legum patriæ, Deratiocinatus est libertatem terræ suæ. Vide Desrainare] et Ratio.

† DIRATIONARE, Rationibus sibi vindicare, apud Th. Madox in Formular. Anglic. pag. 369: Ego Ricardus filius Geri quietam clamavi de me et de hereditibus meis Willelmo de Burleia totam illam dimidiam hidam terræ in Burleia, quam prædictus Willelmus Dirationavit de Geri patre meo.

† DIRATIONATIO, Eadem notione, apud eundem Madox Formul. Anglic. pag. 295: Præcepto, quod Monachi de Bordesleia habeant rectas divisas suas, sicut fuerunt tempore Regis H. avi mei... et quod vos eos juste adjuvetis ad hanc Dirationationem faciendam.

† DIRATIONARI, Liber niger Scaccarii pag. 110: Hugo de Draybon 11. Milites et tertium negat, qui nondum Dirationatur.

† DIRATIONARE SE, Crimen a se amoliri. Hist. Beccensis MS. fol. 360. num. 3: Si quis extraneus... ira subita aliquem infra parochiam Becci percussit, si caput ille retentus fuerit, Dirationabit se in die in curia Abbatis, aut secundum curiæ ipsius iudicium emendabitur.

† DIRATIONARI, Rationibus sibi vindicare. Eadem Hist. fol. 235. n. 3: Ego Willelmus Rothomag. Archiep. concedo et confirmo, ut Ecclesia S. Mariæ Becci iure hæreditario possident Ecclesiam S. Mariæ de Ermentrudis villa, sicut Willelmus Abbas ejusd. loci et Monachi Dirationati sunt in Capitulo.

† DIRATIOCIARIÆ PER DUELLUM, Rem sibi per duellum asserere. Epistola Galerani Comitis Mellenti ad Eugenium Papan III. Hist. Harcur. tom. 8. pag. 44: Item Richardus Broc et Robertus Presbyter filius Feroni hereditatem suam de villa S. Sansonis, quam per Duellum Diratiociniaverunt, Radulphus de S. Sansone prædictis fratribus vendiderunt triginta et sex libras.

† DISRAINARE. Chartular. S. Vicentii Cenoman. fol. 156: Sed tantum venerunt cum eis ad placitum coram Roberto de Juliaco et filius ejus, et Disrainiaverunt, quod non debebant dare talliam de illa censiva nec adjutorium.

† DISRAISNARE. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 87: Sciendum est quod Johanna Abbatisa S. Trin. Cad. anno ab Incarn. 1188. Disrainavit domum, quæ fuerat Wiguenni Britonis adversus Evainum et Benedictum, qui faciebant se de parentela illius in curia Domini Regis, in plenaria assisa. Vide Deresnare suo loco.

† DISRAISNARE SESE PER JURAMENTUM, apud Lobinellum in Hist. Britan. tom. 2. col. 324.

† DURATIONARE. Charta anni 1195. ex Tabulario S. Richarii: Abbas Gaufridus per belli victoriam Durationaverat.

\* DERAUBARE, Furari, expilare, raudam, id est, vestem eripere, Gall. Derober. Mirac. MSS. Urbani V. PP.: Vidit quemdam hominem cum armis accedentem velociter passum erga ipsam, timens ne ipsam Deraubaret, quia erat in bono statu de raubis suis. Vide Derobare.

† DERAZELLARE, Navi vehere, f. a voce nautica Rader, Vadum petere. Extractum computi anni 1821. in Hist. Delphin. tom. 2. pag. 160. col. 1: Et pro tota dicta fusta quando fuit ante domum

Domini de Lugduno in Sagona Derazellanda, atteranda et in domo Domini reponenda. Ibid. eadem notione legitur Inrazellare, quod vide suo loco.

† DERBERAT, R. interrumpit. Glossar. Sangern. MS. num. 501.

\* DERBIO, Piscis genus. Vide infra Glaucus.

DERBIOSUS. Octavianus Horatian. lib. 1. Rer. Medicar. cap. 10: Derbiosos oculos, quos nos impetiginosos dicimus, asperitatum vitii laborantes, sic curare consuevimus.

DEREMENTUM. Charta Stephani Comitis sacri Cæsaris ann. 1290: Item super eo, quod nos dicebamus, quod justitia Dereamenti boum in terra dicti Odonis ad nos pertinere debebat: dicto Odone dicente pluribus rationibus, quod cum in terra sua haberet omnem jurisdictionem altam et bassam, casus iste sicut ceteri casus, in terra sua emergentes, ad se pertinere debebat. Infra: Ordinatam insuper extitit super justitia Dereamenti boum, quod dicto Odoni... remanebit. Ubi justitia Dereamenti boum dici videtur, de bobus, qui extra agri dominici limites aliquid de alieno agro arant et usurpant. Nostri Derens et Deraiement etiamnum dicunt, ex Gallico Raie, Sulcus.

De bobus vastitatem in agris vel silvis efficientibus intelligendam puto vocem Dereamenti, eamque deducendam a Teutonico Derien, Deren, vel Daron, Nocere. Kilianus: Deren, Deyren, Nocere, officere, obesse, urgere. Dere, Deyre, Nocumentum, offensa, noxa, displicentia. Vide Glossarium Schilteri et infra Vastum facere.

DERECTARIUS, Qui fores effringit furandi animo. Gloss. Lat. Gr.: Derectarius, ὁ εἰς τὰς ἀλλοτρίας ἐνεκεν τοῦ κλέψαι εἰσερχόμενος οἰκίας. Derectarius, ὄρειπαλοκής, ἐπεισιπητής, κατάρτος. Ex quibus idem Gloss. emendat Cujacius lib. 10. Observ. cap. 34. Defectarii, lib. de Off. Procons. εἰσιπηθῆσῶνες, ubi legit Derectarii. Glossæ Basilic.: Οἱ τοιχωρυχοί, καὶ οἱ σάκκουε ἀναγκύλλοντες, καὶ οἱ δερετάρτοι, ἤγουν κλέπται. Derectarios quasi Directarios appellari censent viri docti ejusmodi fures, voce ducta a Dirigere, quod est Effringere, uti notat Festus. Apud Basilium in Epist. δερετάρτοι furibus junguntur. Vide eundem Cujac. lib. 10. Obser. cap. 27. et Ægid. Menagium in Amoenitatib. Juris pag. 299. 2. Edit.

DERECTUM, In rectum vadens: Directum vero, in latere rectum. Papias.

DEREFALE, vel deorfald, vox Saxonica apud Ælfredum, pro vivario cervino, seu sæpimento, quo includuntur damæ: a deorn, cervus, fera, et falt, stabulum. Vide Parcus.

DERELECTORIA VIRGA. Tabularium S. Aniani Aurelianens.: Ut vero istud firmius sit, virgam, quam vocant vulgo Derelictoriam, signum quidem traditionis, super altare publice impono. Ubi Virga Derelictoria videtur illa esse, qua utebantur vulgo in investituris, seu traditionibus rerum, quas Ecclesiis derelinquebant, et quam ad id in manus donatorum aut restituentium Canonici vel Monachi tradebant. Vide Investitura per baculum.

\* DERELICTA, Vidua, nostris Déguerpie. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 112: Ja pieça à un certain jour Robin le Vasseur vout oster un baston à la Déguerpie de feu Robin Cornart, les deux enfans d'icelle Déguerpie se prinrent audit Robin le Vasseur, etc. Vide Relicta.

\* DEREMONDARE, Purgare, emundare. Stat. Mutin. rubr. 205. pag. 38. v.: Canales Clari de ramo venientes per quos molendina macinantur, debeant deradi et Deremondari usque ad fontes in quibus oriuntur.

DERENUS, Moneta, quæ eadem, ni fallor, ac Tarenus Joan. XXII. PP. tom. 4. part. 2. Epist. secret. pag. 89. apud Rainaldum ann. 1323. num. 9: Soldanus debet habere ab Armenis tributum consuetum anno quolibet, quod est 12. centena millium Derenorum per annum, quorum Derenorum singuli quatuor computantur pro Byzantio albo de Cypro. Vide Tarenus.

\* DERERAGIUM, DERERAGIUM, Debitum, quod in jure Reliquum dicitur, Gall. Arrérage: unde Estre en derriere dicebant, pro Fœnoribus obligari. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1447: Ausquelles causes laditte ville (de S. Omer) est à present moult fort endeté et en derriere. Charta ann. 1325. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 395: Concessit Guirardo Lineyo... viginti solidos Tholos. obliarum, et plus si sunt, cum dominationibus, et omnia Dereragia dictarum obliarum, etc. Pluries ibi, ut et Dereragia. Vide Averagium.

DERESCIAT. Capitulare Caroli M. ann. 802. cap. 96. apud Baluzium: Si quis autem post hoc in perjurio probatus fuerit, manum dextra semper Deresciat: tamen hæreditate propria priuenter usque ad nostrum iudicium. Ubi forte leg. dextram se perdere sciât.

\* DERESNARE, Litigare, causam suam rationibus comprobare, alias nostris Déraisnier. Seacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 29. r. col. 2: In essonia de via curiæ, sufficit quod essoniatior dicat sine garanto, quod paratus est Deresnare ad esgardum curiæ. Pactum inter Ingeran. Codic. et Nicol. Camerac. episc. ann. 1264: Reconnoist lidis evesques que en pain, s'il est menres qu'il ne doie, ... et en autres choses semblant, nous atons tel droiture comme nous devons avoir, c'est-à-dire, le siste de livrement ou le tiert, se Déraisnier le poons par droict. Aliud sonat Desrainier, eligere scilicet, in Poemat. Roberti Diaboli MS.:

Quant l'emperere ot Desrainié  
Le camp, u furent araisnié  
Li Sarasin si laidement.

Desrainable vero, pro Déraisonnable, rationi contrarius, in Libert. Novi castri ann. 1256. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 365. art. 19.

\* DERESNATIO, DERESNATOR, DERESNIA. Vide infra Deresnare.

DERETRO, pro Retro, ab ante, Derriere. Baruch cap. 6. v. 5: Visa turba Deretro.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Detras, Prov. retro, Deretro.

DERITTUM, DERICTUM. Vide Directum 3.

† DERIVARE, Originem ducere ab aliquo. Chronicon Danduli apud Murator. tom. 12. col. 475: Carolus de Durachio... qui a Carolo Duca Andegavensi filio Regis Francorum per descendentem lineam Derivavit.

\* DERIVATA, DERRIVA, Deflectio, declinatio, Gall. Derive. Stat. Taurini MSS. ann. 1360. cap. 68. ex Cod. reg. 4622. A.: De molendinis non faciendis a Derriva Durix usque ad vadum... Item quod nullum molendinum, nec paratorium, aut batanderium fiat a Derivata Durix usque ad Padum.

\* DERIVATIM, Purchardi Gesta Witigowonis ap. Pertz. Scriptor. tom. 4.

pag. 622: *Cum totius fons sapientiae videatur derivatum e vestri cordium fluentis emanare. Deductim, ap. Diomedem 2. pag. 168.*

† **DERIVERE**, Dinumerare, in MS. Ecclesiae Bituricensis.

**DEROBARE**, Furari, expilare, *Robam*, id est, vestem eripere, ex Gallico, *Dérober*. Sanutus lib. 3. part. 13. cap. 10: *In insula vero descendentes, Derobato uno casali, rediere.* Occurrit apud Michaellem Madium de Barbizanis in Hist. cap. 17. Jo. Lucium de Regno Dalmat. ex veter. Chartis pag. 175. 183. [Julianum Cardinalem in Epist. ad Eugenium IV. PP. Murator. tom. 8. col. 439. 443. tom. 12. col. 421. 491. *Deraubatus*, in Litteris ann. 1333. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordin. Reg. pag. 239. Vide *Desrobare*.]

**DISROBARE**, apud Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 45. lib. 5. Epist. 48. 62. 78. [Nicolaum de Jamsilla de Gestis Frederici II. Imperat. inter Scriptores Italicos Muratorii tom. 8. col. 500.] Vide *Robare*.

† **DERUBARE**, apud Parisium de Cereta in Chronico Veronensi ad annum 1236.

† **DERUPARE**, Eadem notione. Bonincontrus in Actis SS. Junii tom. 4. pag. 765. laudatus, ubi de Sanguine S. Joannis Bapt.: *Tu cogitasti eam (terram) Derupare, ut maneat inhabitata.*

† **DEROBARIA**, Furtum, Ital. *Ruberia*, in Diplomate Jacobi Insulani Cardinalis, apud Illust. Fontaninum in Appendice Antiquit. Hortæ pag. 463.

† **DERROBATIO**, in Litteris ann. 1337. ex Archivo S. Victoris Massil.

† **DEROBATIO HOSPITIORUM**, in Arresto Parlamenti Paris. ann. 1335. inter Probat. Annal. Tolos. D. la Faille tom. 1. pag. 89.

† **DISROBATIO**. Epistola Roberti Regis Calabriae ad Barchinenses, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 70: *Receptimus vestras litteras continentes Disrobationem cujusdam kokæ Bernardi Garrigæ civis Majoricarum, factam ut asserit per quosdam piratas regni nostri Siciliae. Legitur etiam in Instrumento ann. 1332. ex Archivo S. Victoris Massil.*

\* **DEROBATOR**, Expilator, prædator, Gall. *Pilleur*. Chron. Estense ad ann. 1299. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 346: *Invenerunt gentes dicti domini Maffæi, quæ derobabant campum;... alia pars cucurrit ad campum, et occidebant, vulnerabant et capiebant inimicos Derobatores.* Vide *Derobare*.

\* **DEROCARE**, **DERROCARE**, Diruere, evertere, dejicere, arborem extirpare, nostris alias *Desrocher*, Ital. *Dirrocare*, Hispan. *Derrocar*. Annal. Cæsenat. ad ann. 1294. apud Murator. tom. 14. Script. Ital. col. 1109: *Malatestinus tunc potestas Cæsenæ Derocavit omnes quas potuit fortificias.* Et col. 1113: *Gallassius capitaneus Cæsenæ cum vicario ecclesie Ravenatis obsederunt castrum cum manganis, Derocando domus.* Chron. Bergom. ad ann. 1404. ibid. tom. 16. col. 949: *Caverunt ipsam turrim circumcirca et ipsam dirui et Derocari fecerunt.* Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 65: *Eis imponebatur, quod... multas arbores Derrocando sibi non licitas, et eas in usus suos convertendo, etc.* Vita SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 65. v. col. 2: *Li Tyebre crut tant que il aloit souz les murs de Rome et puisours maisons Desrocha.* Vide *Derochatura*, *Derucare*, *Dirrocare* et *Derupare*.

\* **DEROCHARE**, E rupe dejicere, præcipitem dare, dejicere, detrudere, nostris etiam *Desroquer*. Stat. Vallis Se-

rian. cap. 41. ex Cod. reg. 4619. fol. 113. r.: *Non sit aliqua persona quæ audeat... portare... aliquas carnes Derochatas, vel aliquo alio casu fortuito mortuas... ad becharium.* Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 18: *Lesquelz compaignons firent response qu'ilz alloient querir une fille amoureuse avecques les ciers du palais, et pour Desroquer les escoliers, s'ilz les trouvoient.*

† **DEROCHATURA**, a Gall. *Roche*, Druptio, abscissio rupis. Extractum comput. anni 1336. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 325. col. 1: *Pro fractura rupis super qua dictum castrum est edificatum, et pro Derochatura rupis ante turrim, licet nondum sit aplanata, etc.* Delphinates etiamnunc dicunt *Derocher* de quacunque ruina et prolapsione.

\* **DERODERE**, alluere, Gall. *Baigner, couler contre*. Charta ann. 828. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 555: *Incipit possessio fluvii Ligerici a farinario cujusdam Dromedamii, et decurrit per ripam sancti Hilarii usquedum cujusdam Mortosii nomine vici Derodendo fines Ligeris alveo non modico invehitur. Deroder les terres, eas ad cultum redigere, in Hist. Tornac. lib. 4. pag. 52. et 53. quo sensu *Désadnarder* et *Dessenarder* usurpatum occurrit in Ch. ann. 1455. ex Chartul. Latiniac.: *Sont tenus aussi lesdits preneurs... de deffricher, Désadnarder et labourer toutes lesdites terres, et icelles deffrichées les tenir delà en avant en bon et suffisant labour sans les essayer. Deffricher et Dessenarder lesdites terres, in alia ann. 1485. ibid. Desriequir, eadem notione, apud Math. de Couciaco in Hist. Car. VII. pag. 546: *Desriequir et essarter leurs terres, vignes et jardinages.* Vide *Derocinare*.**

† **DEROGAMEN**, Derogatio, Gall. *Dérogation*, Actio qua præcedens statutum, v. g. testamentum imminuit vel aboletur. Privileg. Sigismundi Imp. ann. 1431. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 1. pag. 458: *Divini cultus et ecclesiastici juris notabile Derogamen votis detraherentur fidelium et procassarentur testamenta multorum, etc.*

**DEROGARE**, Detrahere. Papias: *Deruere, Derogare, detrahere, vituperare.* Alibi: *Detractare, Derogare, dedignari, temnere.* Concilium Emeritense cap. 17: *Nullus subjectus decedentem detrahat Episcopum, nullus de eodem Deroget, nec malum quicquam loquatur.* Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 789: *Stephanus quoque Blesensis Comes pene ab omnibus Derogabatur, et indesinenter verecundabatur.* Passio SS. Seraphiæ et Sabinæ num. 2: *Quid tibi ipsa Derogas, aut quare temetipsam vilem reddis?* Utitur non semel Ruffinus in S. Hieronymum, et in Apologia pro Origene, ut et Symmachus, Sidonius, et alii.

1. **DEROGATIO**, Contumelia. Facundus Herimianensis lib. 7. cap. 7. pag. 506: *Et post modica Episcopo Edessæ Derogans, dicit: Hic nostræ civitatis tyrannus, etc.* Hesso Scholasticus: *Ut omne os adversariorum obstrueret, et vocem Derogationibus omnibus auferret.* Concilium Lemovicense ann. 1031. sess. 1: *Exeat in medium, et libere dicat, ut aut doceat, aut doceatur, et Derogatio confundatur de fraternitate Ecclesie.* Idem Ordericus lib. 11: *Ne aliqua sibi Derogationis occasio oriretur.* Et eodem lib.: *Ibique legalitatis et futuræ Derogationis immemor.* Adde pag. 834. Vita S. Waldetrudis n. 6: *Hujusmodi irrisionibus ac Derogationibus fatigatus, etc.* Infra: *Derogationes, irrisiones, contumelias, etc.*

**DEROGATOR**, Detractor. Anastasius Bibl. in Præfat. ad VIII. Synod.: *Quod Patriarcha Ignatius Derogator esset ejusdem sanctæ memoriæ Methodii, et idcirco quasi parricida foret habendus, fama crebrescit.* Concilium Remense ann. 1049: *Gebuinus Laudunensis Episcopus et Hugo de Braina Castello, qui inter ejus Derogatores quasi signiferi extiterunt, eodem anno ignominiosa morte vitam finierunt.* Adde Historiam mortis S. Leonis IX. PP. n. 1. [Sidonius lib. 3. Epist. 18: *Importunus petendi, Derogator negati, æmulator accepti.* Et Epist. seq.: *De cæteris studii nostri Derogatoribus, etc.*]

2. **DEROGATIO**. [f. Pars a toto distracta.] Charta Abbonis Patricii pro fundatione Monast. Novalicensis, ex Tabul. Ecclesie Gratiapol. fol. 51. 52: *Et illud mihi in hunc testamento meum addere placuit, ut dum et dominos patruus meus Semforianus condam Episcopatum Wapicense in suam habuit gubernationem, et devotione sua, ut medietate Derogationes portionis ipsius in valle Segucia ad ipsa Ecclesia per sua esturmenta delegare voluit, etc.* Infra: *Ipsi cartam donationis de medietate locello nostro commune Derogationes in valle Sigusina ad jam dicta Ecclesia sanctæ Mariæ Wapicense quod scripserat, dum et lex hoc prohibet, et postea ipse de ipso onos Episcopato a malis hominibus ejectus fuit, et ipsa portio Derogationis ad ipsa Ecclesia Wapicense nunquam fuit tradita nec recepta, ideoque, etc.*

† **DEROGATORIUS**, Derogans, Qui imminuit legis, vel cujusvis statuti præcedentis auctoritatem. *Derogatoriarum Derogatoria*, voces in Cancellaria Romana notissimæ. Vide, si vis, Bullam Pii IV. PP. inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Christ. col. 108. Bullam Pauli III. apud Miræum tom. 2. pag. 1055. col. 1. Bullarium Carmelit. pag. 238. col. 1. etc.

† **DEROGATORIE**, apud Marten. tom. 1. Collect. Vet. Script. in 4. part. 2. pag. 243.

† **DEROR**, Septimus annus remissionis. Papias.

\* **DEROTARE**, Auferre, extrahere, nostris alias *Desroter*. Inquisit. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 60. col. 2: *Requisitus si Bertrandus Derotavit erbam de bestia Stephani Chautardi? Dixit quod non, sed voluit eam.* Ubi forte legendum *Derocavit*, id est, ad terram dejecit. Vide supra *Derochare*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 280: *Le suppliant aidoit à Desroter un chariot d'une mare ou raaque ou il estoit.* Hinc *Desroi*, Damnum, clades, vulgatus *Desarrois*. Mirac. B. M. MSS. lib. 1:

Un archier ot près de l'image,  
Qui grant Desroi et grant damage  
Faisoit souvent à char de fors.

\* **DEROTICUM**. Bulla Agapiti II. PP. ann. 951. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 425: *Stabilimus ut nulla qualibet persona monachi vestri monasteriis consentientibus injuste ad Deroticum aut ad... deportare laicalis persona præsumatur.* Locus mancus.

\* 1. **DERRATA**, Pretium rei per denarios, ut supra *Denariata*, vox Italica. Charta ann. 1125. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1140: *Botacci per omnem annum dant iv. staria annonæ et iv. panes, et ij. Derratæ de carne et vinum.* Vide *Derata*.

\* 2. **DERRATA**, Italica etiam Rei alicujus portio. Stat. Montis-reg. pag. 137:

Quod illa persona, quæ convenitur pro restitutione dotium fienda, teneatur in solutam dare... et pannos de dorso ad usum solitum talis mulieris dotis recuperantis, de quibus Derratum talis creditor recipere teneatur.

\* **DERRERAGIUM**. Vide supra *Dereragium*.

\* **DERRIVA**. Vide supra *Derivata*.

\* **DERROCARE**. Vide supra *Derocare*.

† **DERSES**, est fumus sive vapor, ex quo arbores crescunt. Roch. le Baillif in Diction. Spagy.

† **DERUBARE**, **DERUPARE**. Vide *Derobare*.

\* **DERUCARE**, Diruere, evertere, ut supra *Derocare*. Chron. Bergom. ad. ann. 1493. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 947: *Die dicto diruinavit et penitus Derucavit turris illorum de Grumello, etc.*

**DERUERE**, Evertere. Papias: *Deruere, Derogare, Detrahere, Vituperare*. Perperam *Dermere*, in MS. Gloss. Lat. Græc.: *Deruit, κατέσβεψεν, ἀνατρέπει*. Alibi: *Diruit, κατέσβεψεν*.

† **DERVESUM**, f. pro *Devesium* vel *Devesum*, ut Cangius legit in *Cascina*. Locus defensus, v. g. silva in qua non licet omnibus ligna cædere, animalia pasceri, venari, etc. Charta Ademari de Muro-veteri ann. 1191. apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 205: *Nemoribus, garricis, cascivis, Dervesis, mansis et mansuris, vineis, etc. si Dervesis, non Devesis, legendum, f. Dervesum idem erit quod infra Dervum, Silva. Vide Devesium et Defensa 3.*

† **DERUGINARE**, *Rubiginem auferre, Eruginare*. Laurent. in *Amalthea* ex Catholico.

\* **DERUINARE**, Eadem notione, ibid. ad ann. 1386. col. 857: *Ante festum Nativitatis Domini projecta et Deruinata fuerunt castra de Calepio, etc.* Occurrit rursus supra in *Derucare*.

† **DERUNCINARE**, Runcare herbas, evellere. Onomast. apud Martinium: *Deruncino, ἐξοτανίζω*. Alibi, *Deruncinare* est Runcina secare, levigare, Gall. *Raboter*: unde metaphoricè apud Plautum: *Legide Deruncinavit militem*.

† **DERUPARE**. Vide in *Derobare*.

\* **DERUSCARE**, Cortice spoliare, ut videtur. Chron. Modoet. apud eumd. Murator. tom. 12. col. 1143: *Porro recedentes inde permixtae gentes, dimiserunt... terram Modoetiae personis et omnibus bonis vacuum et quasi ruinatam, stantem sicut siccam arborem Deruscata, non ferens fructum. Et col. 1147: Dimissa est ab illis, qui erant pro Romana Ecclesia, sicut arbor Deruscata... faciam cito quod illa terra fiet arbor cooperta de bona rusca, ferens fructum.*

† **DERVUM**, vel **DERVUS**, Mabilonio Silva, unde *Dervense* Monasterium, in Vita Bercharii Abb. inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 881. et seqq. Armoricis *Derw*, Quercus, plural. *Derwen*.

\* Quercetum, a Celtico *Derw*, quercus, unde nostris *Dervée*, pro *Chêne*. Charta ann. 1326. in Reg. donor. Car. IV. et Phil. VI. ex Cam. Comput. Paris. fol. 18. vº: *Item Guillaume Bonin leissa cinq soulz sur une Dervée.*

**DERZON**. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 30: *Si quis sepem alienam ruperit, i. e. Derzon, componat, etc. Zaun*, Germanis est sepes. Editio Heroldi tit. 101. § 42. habet *Iderzon*, [hæcque genuina lectio est; *Iderzon* autem vel *Ederzaun*, ut habet Schilterus in fictitia voce *Derzon*, componitur ex *Ider*, *Eter*, et *Zaun*; est-que *Etter*, ut prosequitur idem Auctor

intergerinum quid, murus, paries vel sepimentum, quo villa vel curia ab altera separatur et definitur.] [\* Glossar. Longob. in Cod. Cavensi: *Iderzon, Sepes aliena*. In Cod. romano *Iderzon*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 154. voce *Etar*, et Schmeller. Glossar. Saxon. voce *Edor*.]

† **DESACERDOTARE**, Sacerdotem seu Episcopum deponere. Vide Admonitionem D. Dionysii Sammarthani ad calcem tom. 1. novæ Gall. Christianæ.

† **DESACRARE**, apud Statium est Sacrare simpliciter:

Quercus erat, Triviae quam Desacraverat ipsa.

Haud scio unde Martinus habeat: *Desacro, quod sacrum erat, profanum facio*.

\* **DESADVANTAGIUM**, a Gallico *Désavantage*, Detrimentum, incommodum. Pactum inter Car. VIII. reg. Franc. et Ferdin. reg. Hisp. ann. 1493. inter Observat. ad Hist. Car. VIII. pag. 686: *Quod nunquam faciemus aliquid quod sit in damnum, Desadvantagium et præjudicium dicti christianissimæ Francorum regis, etc.*

\* **DESADVOYARE**, Denegare, inficiari, Gall. *Désavouer*. Charta Phil. Pulcri ann. 1307. in Hist. Lugd. pag. 47. col. 1: *Et quod capitulum Lugdunense aliquam partem haberet in eadem, quod in hoc non consentiunt, sed Desadvoyant eosdem et in omnibus quantum possunt contradicunt*. Vide supra *Deadvocare*.

**DESAFFIDARE**. [A fiducia data recedere.] Vide *Affidare*.

**DES AFFILIARE**, Exhæredare. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Osca ann. 1247. fol. 24: *His rationibus pater potest Desaffiliare filium suum, si viderit patrem, vel sciverit illum captivum, et non traxerit eum de captivitate, etc.* Adde Observantias Regni Aragon. lib. 2. tit. 1. § 1. Vide *Adfiliare*.

**DESAFORAMENTUM** dicitur, quidquid fit contra foros, id est leges municipales, seu libertatem indultam Civitatibus, ac Civibus oppidi alicujus. Charta Alfonsi II. Reg. Portugalliae tom. 4. Monarch. Lusitan. Brandaonis pag. 268: *Et hoc accordavi cum meis privatiss, quod ista decreta sunt grande meum Desaforamentum, et de mea Curia, et de illis, qui post me regnaverint*. Charta alia tom. 5. pag. 302: *Quod prædicta petitio... vertebatur in damnum et Desaforamentum regni mei, et periculum animæ meæ*. Vide *Forus*.

**DESAFORARE**, Extra forum ponere. [\* Academ. Hispanic. *Desaforar*, Privilegia vel exemptiones abrogare, eis privare.] Dicebatur autem *desaforari* reus, qui coram alio, quam proprio ac competente iudice citabatur: ut *Aforari*, qui suo reddebatur iudici. Michaël del Molino in Repertorio: *Item quod dictus Justitia ad querelam partis dicentis se esse Desaforatam, in omni casu civili et criminali posset (præsertim firmando de directo coram eo contra Desaforantem, et partem contrariam) inhibere, nedum inferioribus iudiciis... ne procederent in processu, vel executione aliqua, reali vel personali, contra querelantem, dicentem se Desaforatam; et taliter processum impedire, quod si opus esset aliquazirium caperet, vel quoslibet executores, donec Justitia Aragonum declararet posse procedi, vel debere supersederi, et sic fore processum aforamentum vel Desaforamentum*. Charta Silonis Regis Oveti et Praviæ in Hispania ann. 777. apud Sandovallium, et Bivarium ad Dextrum: *Et habes magnam de vos compassionem,*

quod tanta mala sufferatis inter istos biathanatos Saracenos, qui non contenti mittere super vos tam Desaforatos vectigales, quotidie quærant vos ad mortem. Id est extraordinarios.

**DESAGMARE**, *Sagma*, seu sarcinam deponere. Petrus Damianus in Vita S. Odilonis Abb. Cluniac. cap. 21. de mulo: *Qui tandem a naufragio protractus educitur, ad perscrutandum, utrum res, et maxime libri perierint, Desagmatur*. Vide *Sagma*.

\* **DESAGRANAMENTUM**, Jus granum suum ante alios molendi, absque ulla pensatione pro ejusdem molitura. Charta ann. 1250. in Hist. MS. Mont. major: *Et si nostrum monasterium vellet molere in dicto molendino S. Michaelis, habeat præ aliis Desagranamentum*. Vide supra *Degrantura* et *Degrantum*.

† **DESAISINA**, Gall. *Dessaisissement*, Amissio rei alicujus, restitutio rei captæ. Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia concessæ per Comitem Sabaudie ann. 1291. in Historia Delphin. pag. 32. col. 2. edit. Paris.: *Item, si quis aliquam saisinam fieri fecerit, debet pro saisina sex denarios Viennenses, pro Desaisina sex denarios*.

† **DESAISIRE**, Gall. *Dessaisir, Lever la saisie*. Bona capta dimittere. Ibidem pag. 30. col. 1: *Item, si quis... fecerit saisiri aliquid pro suo debito, illud quod saisitum fuerit, non debet Desaisiri, nisi vocata prius parte quæ saisiri fecit*. Vide *Saisire*.

† **DESAMNENTIA**, Discordia, Gall. *Discorde, Dissention*. Parvum Chartular. S. Victoris Massil. fol. 103: *Notum sit omnibus, quod controversia seu Desamnentia erat inter, etc. Hisp. Desamar, Amare desinere, cessare*.

**DESAMPARARE**, [Cedere, Rem occupatam dimittere, Practitis nostris *Desemparer, Déquerpir*. Statuta Massil. lib. 4. cap. 15: *Si forte marinarius aliquis infra viagium (quod) inceperat, aufugerit vel navem Desampararet, nisi justo impedimento hoc faceret... loquerium quod inde habuerit... reddere teneatur*. Parvum Chartular. S. Victoris Massil. fol. 130: *Omnia alia prædictæ Ecclesiæ Desamparo*. Ibid. ex Charta anni 1227: *Totum tibi dicto Priori et tuæ Ecclesiæ Desamparo*. Testam. anni 1286. Histor. Delphin. tom. 2. pag. 62. col. 1: *Et ex tunc ut ex nunc cedo, finio, Desamparo dictum castrum de Sancta Galla, et filiam meam dictorum Dominam et Procuratricem constituo ut in rem suam*. Occurrit alibi pluries.] Vide *Amparare*.

† **DESAMPARATIO**, Abdicatio, cessio rei possessæ. Statuta Massil. lib. 3. cap. 30. § 17: *Illud instrumentum tempore dictæ Desamparationis debeat restitui prædicto deserenti dictam possessionem*. Sententia arbitralis anni 1497: *Desamparationes de ipsis proprietatibus fiendis*.

\* Charta ann. 1095. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 337: *Si quis vero homo aut femina aut aliqua persona contra istam scripturam et definitionem, Desamparationem, absolutionem, etc.*

\* **DESAMPERARE**, Deserere, Gall. *Abandonner*. Mirac. Mess. Urbani PP. V. Medici vero eum (ægrum) Desamperaverant et judicaverant pro mortuo.

\* **DESANARE**, Decedere, mori, Hispan. *Dessainar*. Testam. Raym. Trencavelli ann. 1154. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 551: *Et si Desanabat de Rogerio meo filio infante legitimo de uxore, lotus honor, qui mihi venit pro Rogerio meo fratre, remaneat Cæciliæ meæ filie. Beders et Bedeirez et totus honor, qui*

*mihī venit pro meo patre, ita ut ego teneo, vel homo pro me, remaneat meae filiae minori; et de qualicumque harum duarum sororum Desanaret sine infante, omnes praedicti honores revertantur aliae sorori vel ejus haeredibus: et si de Rogerio Desanaret, mariti harum duarum sororum jurent inter se vitam et membra et suos honores. Aliud Sicardi vicecom. Lautric. ann. 1287. ibid. tom. 4. col. 83: Et dicimus specialiter... quod si a te (Bertrando filio meo) in vita nostra Desanaret, sive moreris absque haerede legitimo ex te descendente, quod dicta donatio ad Philippum fratrem tuum devolvatur; et si de dicto Philippo, modo praedicto, Desanaret, Guihoto filio nostro, fratri tuo totaliter devolvatur. Vox, ut patet, in substitutionibus usurpata, ut a verbo mori, quod mali ominis putabant, abstinerent, quae idem valet atque nostrum Gallicum; s'il venoit faute de, etc. si quid huic humanitus accidit, etc. Vide Desvenire.*

† **DESANNATIO**, Subsannatio, *μυκτηρισμός*. Gloss. Lat. Graec. Sangerm.

\* **DESANNO**, [Idem ac subsanno. Porphy. ad illud Horat. 1. Sat. 6. 5. Naso suspendis adunco; haec habet. Quod vulgo dicunt Desannas, id est per fastidium quoddam rides.]

\* **DESAPERE**, Delirare. Glossar. vetus ex Cod. reg. 7641: *Desapit, delirat*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Dessenner, Prov. enare, delirare, furire*.

**DESAPODERARE**, Potestatem dimittere, *Dissaisire*. Charta Gastonis Vicecomitis Beneh. ann. 1000: *Possis tamen defendere et juvare de castris et terris praedictis, non tangendo seu accipiendo redditus ipsorum locorum, nec Desapoderando de castris illis, quod pro nobis illa tenerent, quousque esset de ipsis debitis et injuriis plenarie satisfactum*.

\* *Desapoderar*, Academ. Hispan. in Diction. Aliquem a possessione depellere, dejicere, revocare concessam alicui facultatem. Vide *Dispotestare*.

† **DESAPROPRIATUS**, Gall. *Desaproprié*, Exutus rei alicujus dominio, depositus. Chartular. Aduense in Decreto Curiae Paris. ann. 1446: *De qua (gaudencia) sicut dictum est per dictos Cousinoti et Varmeni Desapropriatus seu expulsus fuerat*.

\* **DESAPUNCTARE**, Aliquem ab officio, vel alia qualibet re amovere, nostris etiam *Desapointer*; unde *Desapointement*, ipsa expulsio. Arest. ann. 1402. 22. April. in vol. 9. arestor. parlam. Paris.: *Quod a statu suo amotus extitit et Desapunctatus eo inaudito*. Hist. Caroli VI. reg. Franc. ad ann. 1490. pag. 79: *Lesquelles choses vinrent à la cognoissance du roy, dont il fut très desplaisant, et dit qu'il n'y scavoit remede, sinon de le Desapointer*. Messire Jean Herpedenne le sceut, et fit savoir au duc de Berry comme on le vouloit Desapointer du gouvernement qu'il avoit... Mais il vint à sa cognoissance que le duc de Berry très impatiemment portoit son Desapointement dudit gouvernement. Vide supra *Depunctare*. Aliud vero sonat *Desapointer*, Vestem scilicet exuere, vulgo *Deshabiller*, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 293: *Ainsi que icellui Jehannin Emery bastard se Desapointoit et mettoit jus sa robe, etc.*

\* **DESARESTARE**. Vide supra *Dearrestare*.

\* **DESARTERE**, pro Desistere, in Charta ann. 1252: *Eisdem responsum dedimus quod nos a dicto opere Desarteremus aliquamdiu, donec ipsi potuissent ostendere*

*jura seu rationes, per quae nos deberemus desistere ab opere antedicto*.

\* **DESAVENANS** FIODATIO, Illegitima, minime conveniens; cum scilicet census ex feudo percipiendus, feudi ipsius valore longe inferior est. Assis. Abrinc. ann. 1236. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 31. r. col. 1: *Mulier dedit tertiam partem terrae suae cuidam pro servitio suo; postea feodavit ei duas partes pro uno denario vel pro duobus de redditu: postea contraxit matrimonium cum ea, illa autem sine prole decedit, frater ejus impetrat breve de proximioris haerede... In casu praedicto, si frater cepisset redditum, non posset conqueri de fondatione Desavenanti*.

\* *Désavenant*, pro *Malhonnete, indecent, Inhonestus*, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 301: *Il eschivoit touz gievus Désavenanz, et se retiroit de toutes deshonnestez et de toutes laidures*.

\* *Désavant*, Devius, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 375: *Pour laquelle cause paroles se murent entre le suppliant d'une part et Drouet Ferrant d'autre, Désavans de leur sens et bon mémoire par leur trop grant potation. Vide infra Deviare*.

† **DESAVENANS** MARITAGIUM, Impar, minime conveniens. Vide *Maritagium desavenans*.

\* **DESAVOUARE**, Denegare, inficiari. Lit. procurat. ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb. fol. 193. v: *Dantes dictis procuratoribus nostris... potestatem... advouandi, Desavouandi causam nostram de hominibus nostris et ecclesiae nostrae praedictam. Déséveuzer vero, pro Excusare se, in Epist. ann. 1367. tom. 3. Dissert. D. Le Heuf pag. 413: Et pour ce que vous ne vous puissiez mie Déséveuzer que vous ne vous puissiez estre pardevant l'un des trois, je vous doing terme de la S. Michiel prochain venant jusques à un an... Et ne vous Déséveuzez mie que je ne sois assez gentils homs pour vous combattre, etc. Vide supra *Desadvouare*.*

† **DESAYSIRE**, ut supra *Desaisire*. Vide *Saisire*.

**DESBARATUM** GANATUM, seu pecus, in Foris Aragon, *id est, sine domino inventum*, inquit Michaël del Molino in Repertorio Foror. Aragon. in voce *Bajulus*: ex Hisp. *Desbarato*.

\* **DESBENDARE**, Zonam solvere. Formulæ Mss. ex Cod. reg. 7657. fol. 28. v: *Quamdam sclavam... per brachia accepit, dicendo sibi quod permitteret se cognosci carnaliter per eundem; quæ cum suæ voluntati libidinosæ consentire penitus recusaret, ipsam talem per vim et violentiam ad capillos accepit et Desbendavit, ipsamque in terram prostravit animo et intentione adulterandi cum ea*.

\* **DESBOZARE**, f. *Æquare, complanare*, Hisp. *Desbozar*. Stat. Placent. lib. 4. fol. 40. r: *Omnes viæ magnæ et parvæ districtus Placentiæ, per quas consuevit iri et carezari, et quæ sunt interpositæ et imbozite seu guastæ, Desbozentur et reapententur per homines villarum et locorum, in quorum territoris sunt illæ viæ magnæ vel parvæ*.

1. **DESCA**. Statuta provincialia Walteri Gray Archiep. Cantuar. ann. 1250. et 1252: *Cum Descis et scamnis et aliis ornamentis. Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 370: In Claustro habeat quilibet Frater Capellanus et litteratus certam sedem et distinctam, et batelum, vel Descam. Occitanis Descos est corbis, Desquet, corbula, Italis vero mensam, in qua edulia ponuntur, sonat, unde Ægidius Menagius a discus derivat. Est etiam iisdem,*

*scamnum, sedes, banco: qua notione hic accipitur, ita ut pro batelum, bancelum legatur: Bancelle enim appellamus bancum, in quo sedemus. [Legendum Barelum, Gall. Bureau. Vide Barelus.]*

\* *Desquet*, vasis seu corbis genus, quo in vindemiis utuntur. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 88: *Le suppliant en allant parmi ladite vigne trouva les paniers, vulgairement appelez Desquetz selon le langage du pais (d'Angennois) plains de raisins*.

\* 2. **DESCA**, Hostiæ consecratæ particula. Ordinar. Ms. eccl. Veron. ann. 1060. ad fer. 6. hebdom. sanctæ: *Tunc episcopus surgat a sede sua et vadat ante altare, et dicat: Oremus. Præceptis salutaribus moniti... Pater noster... sequitur, Libera nos... Cum autem dixerint Amen; sumit sacerdos Descam, et ponit in calice nihil dicens*.

† **DESCANTARE**. Vide *Discantus*.

† **DESCARGA**, Acceptilatio, liberatio, Gall. *Décharge*. Litteræ ann. 1356. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 104: *Nec poterunt dicti quatuor Thesaurarii generales habere Descargam sufficientem, nisi illam haberent de mandato dictorum viginti quatuor, seu majoris partis ex ipsis. Vide Descargia*.

† **DESCARGADOIRA** SAGOMA. Vide in *Sagoma*.

**DESCARGUARE**. Vide *Discargare*.

† **DESCARKAGIUM**, Tributum pro mercibus exonerandis, Gall. *Droit de décharge*. Vide *Caablus*.

\* **DESCARLATUM**, Coccineus, Gall. *d'Escarlade*. Testam. ann. 1500. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 6: *Dedit atque erogavit Katherine Brachete nepti suæ suam tunicam luteam et Descarlatam. Vide Scarlatum*.

\* **DESCALVALGATIO**, pro *Decalvatio*, Crines, capilli. Usatici Barcinon. Mss. cap. 8: *Qui vero per barbam (aliquem accepit) viginti (solidos), pro Descalvationem quadraginta solidos (emendet). Vide Decalvare*.

\* **DESCAZARE**, A casa seu domo ejicere. Academ. Hisp. in Diction. *Descasar*. Conjuges sejungere. Vide *Casare* 2. Chron. Bergom. ad ann. 1393. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 862: *Pars Guelpha de Valle Seriana superiori Descazaverunt homines partis Gibellinæ habitantes in loco de Clusonio*.

† **DESCENDENTES**, Gall. *Descendants*, Posterii. Occurrit supra in voce *Collatores* 2. et apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 397.

† 1. **DESCENDENTIA**, Descensus, declivitas collis, clivus, Gall. *Descente*. Charta anni 1212. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 103: *Dedit... tres arpennos terræ, vineæ congruentes, sibi invicem distantes, sitos in Descendentia montis apud S. Medardum*.

\* 2. **DESCENDENTIA**, Summa, quæ expensis rationibus reliqua est, Gall. *Débet. Descendentia a computo*, in Memor. D. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1364. fol. 82. r.

† 1. **DESCENDERE**, active, Demittere, pro activo Gallico *Descendre*. Miracula B. Raymundi Lullii, Junii tom. 5. pag. 689: *Dictum corpus a dicto suo sepulchro Descenderunt, et sua processione solenni illud detulerunt in sacramentum*.

\* 2. **DESCENDERE**, Lit. ann. 1361. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 214: *Officiarii et ministri nostri... tam populares quam nobiles, variis afficere flagellis Descenderunt. f. pro Intenderunt, aut quid simile*.

\* 3. **DESCENDERE**, Deponere, exone-



rare, Gall. *Décharger*. Stat. pro reformat. regni Navar. ann. 1522. in Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 442. r. : *Fiant decem tabulæ carniceriarum, videlicet in quolibet vico quinque tabulæ, et subitis dictam cooperituram quod Descendant piscamina, quæ ad villam Pamplonensem venerint, et quod ibidem vendantur.*

\* 4. **DESCENDERE**, Dependere, eadem notione qua in re feudaria *Movere*, Gall. *Mouvoir*, dicitur. Charta ann. 1329. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Honheim pag. 118. col. 1 : *Nos Johannes de Orreo scabinus Trevirensis et Loretta conjuges, notum facimus universis, quod bona nostra infrascripta Descendant in feudum ab ecclesia, videlicet officium pincernatus, etc.*

\* **DESCENDUA**, Successio, hæreditas quæ a progenitoribus obvenit, nostris etiam *Descendue*. Arest. ann. 1279. in Reg. 2. *Olim* parlam. Paris. fol. 48. r. : *Quæ (bona) ex Descendua seu successione patris sui et aliorum progenitorum suorum ad se pertinere dicebat (comes Glocestriæ.) Pactum ann. 1254. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1826 : Pour escheison de la Descendue, que cil cuens leur demandot par raison de la contesse sa fame, qui fut fille dou roi de Navarre. Charta Phil. Pulc. ann. 1302. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 208. v. col. 2 : *Ordensons... que la terre et la Descendue, qui ausdiz enfanz est venue par le décès de leur mere, et celle qui leur venra par la Descendue douidit Oudart leur pere, etc. Descendue ou succession, in alia ann. 1304. ibid. fol. 252. v. col. 1. Descendement, eadem notione, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 340 : *Cil Roberz disoit que il n'avoit pas eue partie du royaume, qui li estoit eschaue du Descendement de son frere. Bellomaner. Ms. cap. 14 : Descendement, si est quant hiretagues deschent de pere aus enfans, ou de aïol aus enfans de ses enfans. Vide Descendentes et infra Descensus 4.***

\* **DESCENIMENT**, Vox vulgaris ab Hispan. *Descennir*, Discingere. Constit. Mss. Petri III. reg. Aragon. ann. 1350 : *Quidam abusus in civitate Dertuse inolevit, quod mercatores et alii bladum et alia vidualia inde extrahere volentes, prohibentur virtute prohibitionis, quæ Desceniment vulgariter nuncupatur... Ordinamus quoad... non liceat dictam prohibitionem seu Desceniment facere in futurum.*

† **DESCENSIBILIS**, *Descendere consuetus*, in Barthii Glossario ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot.

\* **DESCENSIVE**, Successive, ex ordine. Charta ann. 1318. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 1 : *Exhibebant diversa instrumenta... de quadraginta duobus annis et de triginta quinque, et ita postea de aliis quibus Descensive.*

1. **DESCENSUS**, Hospitationes, quomodo nostri etiamnum dicunt, *Descentes*. Concilium Budense ann. 1279. cap. 14 : *Cum suas dioceses vel parochias visitant, vel ex aliis causis ad Ecclesias ipsas declinant, gravibus et importabilibus fere Descensibus... aggravant et molestant, etc.* [Charta ann. 1192. ex Tabulario S. Florentii : *Cum esset contentio inter Episcopum Redonensem et Abbatem et Monachos S. Florentii super Descensu et procuratione Episcopali in Ecclesia de Iseo... compositione facta statutum est, quod Prior et Capellanus de Iseo singulis annis pro Descensu et procuratione episcopali reddent x. solidos Andegavenses.]*

\* Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 320 : *Domum nostram sive cohutam de Novoburgo, in qua placita nostra tenentur, ... donamus : re-tento tamen in domo seu cohuta prædicta... Descensu vicecomitis nostri Pontis archæ.*

† **DESCENSUS DOMINI**, Simili notione. Archivum Majoris Monasterii : *Ego Donaldus Aletensis Episcopus dono Monachis S. Martini tertiam partem reddituum ad Ecclesiam S. Maclovii de Montlou per-venientium et fevum quoque Brientii quod reddit de mangerio XVIII. denarios, et Descensum Domini, et maritagium, redemptionem etiam corporis, et emptionem terræ, et equitatem cum Domino suo : quæ Aldronius Bussellus dederat antequam Monachus esset.*

2. **DESCENSUS**, apud Anastasium in Historia Ecclesiastica, ubi Theophanes ann. 5. Leonis Isauri *κατάβασις* habet, Latinis *Confessio*, seu locus sub altari, ubi recondebantur Sanctorum reliquiæ, et in quem gradibus patebat aditus. Vide *Confessio*.

3. **DESCENSUS**, Aquæductus, rivulus. Tabular. S. Albini Andegav. : *Donans... Descensum unum, quem habebat in rivulo, qui appellatur ducto, cum omni consuetudine, etc. Alibi : Quemdam suum Descensum piscatorium Walterio Abbati et Monachis S. Albini vendidit. Vide Montea.*

\* 4. **DESCENSUS**, ut supra *Descendua*. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1237 : *Ut hæreditatem, quæ sibi debebatur ex Descensu cujusdam fratris sui nuper defuncti... obtineret, etc.*

† **DESCHARGA**, Tributum pro mercibus exonerandis perceptum. Litteræ anni 1275. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 61 : *Quod consuetudines et usagia que dicta Maria et vir suus ejus nomine habent in castro seu villa predictis et pertinentis, in pedagis, ledis ac usagiis, leda panis et salis, Deschargis, candebegs, giota bladi, codorsonibus liquorum, etc. Vide Descarkagium.*

† **DESCHARGAGIUM**, Exoneratio, Gall. *Décharge*. Officium *chargagii* et *Deschargagii* vinorum recensetur inter officia domanii Regis in urbe Lauduno ann. 1360. ex Memoriali D. Camera Comput. Paris. fol. 57. v.

† **DESCHARGIA**, Gall. *Décharge*, *Lettre de Décharge*, Acceptilatio, Liberatio. Epistola Joannis de Monasterio ad Petrum et Guntherum Præceptores suos, apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 2. col. 1402 : *Non dicam, meam enim professionem non respiciat, denarium numerum infinitum sub nescio quarumdam involucre litterarum, quas Deschargias vocant absorptum nequiter optimo Regi tuo et ablatum, gravi quidem facientium jactura. Vide Discarga.*

† **DESCHARGIARE**, Gall. *Décharger*, Exonerare, ut et

† **DESCHARGIATIO**, Gall. *Décharge*, Exoneratio, occurrunt in Obituario S. Geraldii Lemovic. fol. 7. et 24. Vide *Dischargiare* et *Dischargiare*.

\* **DESCIDERE**, pro *Decidere*, Gall. *Décider*, *juger*, in Charta ann. 1451. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 278. col. 2 : *Per quod consilium Desciduntur et Descidi est consuetum omnes cause civiles et criminales pendentes in eadem curia.*

1. **DESCIRE**, *Nescire*, oblivioni tradere. Joannes de Janua. [Papias : *Descio*, *Fatisco*, minus sapio. *Descivit*, *Separavit*, *aperuit*, *deseruit*. Hoc postremum *Descivit* est a *Desciscere*.]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Descire, dediscere, oblivisci, Descenbrar*, Prov.

\* 2. **DESCIRE**, *Desciscere*. Chron. Bald. diac. tom. 2. Monum. Sacr. antiq. pag. 119 : *Gregorius Papa... Italiam et totam Hesperiam ab ejus jure Descire facit et vectigalia interdicat.*

\* **DESCISCO**, [Ignoro, desipio, minus sapio. DIEF.]

\* **DESCLAVARE**, Clave aperire, Ital. *Dischiavare*, Stat. Montis-reg. pag. 31 : *Nisi justo remanserit impedimento, semper ire (debet) cum notario, qui tenet librum communis, ad clavandum et Desclavandum coffinum communis.*

† **DESCLEDARE**, Locum cledis seu cratibus clausum aperire, Crates amovere, tollere. Regest. Tolos. ann. 1248. fol. 89 : *Dum prædicta paxeria... fuerit Descledata quod debent et possunt piscare ubicumque voluerint. Vide Cledare in Cleia.*

† **DESCOBLADA**, Caro, seu frustum carnis sine adipe, Occitanis alias *Escoblada*. Charta ann. 1177. ex Archiv. S. Victoris Massil. : *Corroadas vero et Descobladas secundum attestationem testium a XL. annis accipiat. Charta anni 1233. ex parvo Chartulario ejusd. S. Victoris fol. 142 : *Serviunt supradictæ Ecclesiæ unam eminam civatæ et unum panem et unam Descobladam porci et VI. denarios regales. Vide Descoblada.**

\* Hinc emendandum Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Desclobada*, Prov. *Dislunba*.

† **DESCOLATADA**, Species vestis. Capitulum Generale S. Victoris Massil. ann. 1506 : *Nullus Religiosus portet vestes vulgariter dictas Descolatadas cum coletio alto, quod cooperiat omnia alia indumenta.*

† **DESCOLATUS OCULUS**, a Gallico *Decouler*, Effluere, Oculus ex quo humor effluit. Miracula B. Simonis Erem. tom. 2. Aprilis pag. 331 : *Erant in totum Descolati (oculi) et unquam videre non poterat.*

\* **DESCOLPARE**, Culpam eluere, vel a se aut ab aliquo amoliri, Ital. *Discolpare*, Hispan. *Disculpar*, nostris *Disculper*, alias *Descoulper*. Chron. Bergom. ad ann. 1408. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 946 : *Qui duo accusaverunt infrascriptos, dicendo quod Assandrinus et Superleo prædicti debebant dare sibi auxilium et favorem ad faciendum intratam in dictis borgetis, et postea Descolpaverunt, etc. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 276 : *Icellui Thomas ou lit de la maladie, dont il mouru, les en Descoulpa et descharga, et en acoulpa et charga du tout ledit Couvreur et son filz. Désencuser, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 90. Aliæ ann. 1408. in Reg. 165. ch. 364 : *Se Jehan de Maillol... vuelt dire que j'ay fait ledit fait, ... je l'en combatray... et l'en feray desdire, ou tel chose qu'il devra souffrire, et m'en devra l'en tenir pour bien Descensusé. Hinc Descouppable, innocens, insons ; Descolpe et Descoulpe, excusatio, criminis defensio. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 91. ch. 438 : *Lequel Enguerrans se disoit et sentoit purs, innocens et Descouppables des faire dessusdiz. Charta ann. 1269. inter Probat. tom. 2. Hist. Burgund. pag. 33. col. 1 : *De laquele peingne, se li duc la voloit demander, et il meist raisons, qui ne fussient rainaables ; et se lidit Jahans voloit demander lesdites issues, et li duc meist Descolpes, qui ne fussient regnaables, il s'en doit suffrir. Alia Phil. V. ann. 1316. ex Reg. 55. fol. 30 : *Nous******

*lui acordasmes* (a Robert d'Artois comite de Beaumont) *lui oir en ses bonnes defenses et en ses Descoulpes*. Vide supra *Deculpare*.

\* **DESCOMBATUD**. Vide infra *Discumbatud*.

**DESCRIBERE**, Censum per capita imponere, eumque exæquatim in libros censuales referre : *Descriptores* vero dicti, qui tributa exigebant. Greg. Turon. lib. 9. Hist. cap. 80 : *Childebertus Rex Descriptores in Pictavos... jussit abire... ut scilicet populus censum, quem tempore patris reddiderat, facta ratione innovaturæ reddere deberet, cum populis tributariam functionem infligere vellent, dicentes, quia librum præ manibus haberent, qualiter sub anteriorum Regum tempore dissolvissent, respondimus nos, dicentes : descriptam urbem Turonicam Chlotarii Regis tempore, manifestum est, librique illi ad Regis presentiam venerunt. Idem Gregorius Turon. in Vita S. Aridii : Quodam tempore accidit, ut populis tributa vel census a Regibus fuisent descripta, quæ conditio universis urbibus, per Gallias constituta, summopere est adhibita. Infra : Adficiensque Rex, ut libros ipsos, quibus Inscriptus pro gravi Censu populus regni ejus tenebatur afflictus, etc. Apud Fortunat. lib. 10. tit. Poematis 14. sic concipitur : Versus facti super mensa in villæ S. Martini, ante Descriptores.*

**DESCRIPTIO**, Indictio, contributio, uti definitur in leg. 173. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) Διαιρησις, in Nov. 119. Capit. Caroli M. lib. 6. tit. 107. [\* 109.] : *Possessiones ad religiosa loca pertinentes, nullam Descriptionem agnoscant, nisi ad constitutionem viarum, vel pontium. Gesta Regum Fr. cap. 84 : Childericus autem Rex, Descriptiones novas et graves per consilium Fredegundis in cuncto regno suo fieri jussit. Vita S. Sulp. Pii Ep. Bitur. num. 27 : Velociter insuetus aboletur census, Descriptio rescinditur impia. Ch. Adelæ Comitissæ Carnotensis ann. 1109. in Tab. Abb. Bonæval. : Descriptionem pecuniæ, quæ consuetudinarie tallia nominatur, in burgo Bonævallensi fieri præceperam. Vide leg. 1. C. de Apoch. (10, 22.)*

Descriptiones etiam dictæ Recensiones prædiorum, supellectilis Ecclesiæ, librorum ac veterum chartarum, regio nomine factæ : quod probat Mabillonius de Re Diplomatica lib. 1. cap. 2. n. 3. Vide etiam n. 4. ubi de quibusdam Episcoporum atque Abbatum Descriptionibus. [\* Ut iterum per Descriptionem mansas æque tripertirent regnum Francorum, in Annal. Xantens. ad ann. 843.]

**DESCRIPTOR**, in Gloss. Arabico-Lat. dictus, qui populum per centurias et tribus dividit.

\* **DESCRIPTIO CAUSARUM**, Index seu libellus, in quo causæ judicandæ ex ordine recensentur, Gall. *Role*. Reg. 54. Chartoph. reg. ann. 1316. fol. 1. v<sup>o</sup> : *Item officium Descriptionis causarum Constanciensium et etiam Bajocensium concessum est magistro Nicholao de Lucerna*.

† **DESCROBARE**, De scrobe eruere. Laurent. in Amalthea. Item Inserere, includere. Gall. *Enchasser*. Tertul. de Resurrect. carnis, cap. 7 : *Gemmas operosissimo Descrobare auro*.

\* **DESCROBARE**, Pluteus, Anglis *Desk*. Chron. Joan. Wethamst. pag. 530 : *Et circa nudam facturam domus istius expendisse fertur, deducta vitriacione, curatione positioneque Descorum, ultra*

*summam centum quinquaginta librarum. Vide Desca 1.*

† **DESDICERE**. Vide *Dedicere 1*.

† **DESDINOSUS**, ab Italico *Disdegnoso*, Fastidiosus, Gall. *Dédaigneux*. Barel. serm. in feria 2. hebdom. 2. Quadrag. : *Deus in testamento veteri erat Desdinusus et volebat omnia pulcra. Vide supra Deditantia*.

† **DESDOBLATA**, ut *Descoblata*, si bene coniecto. Libertates Calmæ ann. 1209. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 19 : *Præterea qui Desdoblatas servire soliti fuerant, ulterius non serviant*.

\* **DESEBREL**, DEZEBREL, vox Occitanica. Charta homag. ann. 1020. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 174 : *Ego Petrus suprascriptus de ipsum castrum suprascriptum non Desebrel Berengarium suprascriptum neque filium, etc. Dezebre*, in Charta ann. 1064. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1129. Alia ann. 1066. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 21 : *De ista hora in antea non Desebrel Guifredum archiepiscopum de civitate Narbona, etc. Id est, ex dicto castro et civitate non ejiciam*.

**DESECUS**, pro *Secus*. *Desecus aqua* apud Innoc. Agrimens. pag. 226.

† **DESEIRE**, pro *Desinere*, ut opinor. Scriptura Monasterii del Pino, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 167. col. 2 : *Descendit de Remessar et discurret Santaylam et Deseit ad illum portum de Porrarium*.

**DESEMBARGATUS**, apud Martin. Didaci *Dauæ* Justitiam Aragon. l. 6. Observantiar. cap. de Interpretat. qualiter, etc. § 9 : *Et habent promittere, si iudex cognoverit vel voluerit, quod pro illa pena dabunt bona Desembargata, etc. Id est, ut mox exponitur, desobligata, ex Hisp. Desembargado, solutus, nulli obligatus*.

\* Ab Hispan. *Desembargar*, a sequestro liberare, solvere ; quo etiam sensu *Désempêcher* diximus. Lit. ann. 1389. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 284 : *Loppier lieutenant général... tout empeschement mis en ses biens, Désempêche et met à dé-livrance*.

**DESEMEL**, Simul et semel. Victorinus Afer de Principio diei : *Ideo mundum universum suo apice Desemel inluminare non potuit, imo non debuit, ne Deus de finita esse adjudicaretur*.

† **DESEMPARARE**. Rem possessam dimittere. Vide *Desemparare* et *Amparare*.

\* **Cedere**, Gall. *Déséparer*. Stat. Montispeess. ann. 1204 : *Si quis extraneus, pro quolibet honore homo alterius fuerit et in Montempessulanum venerit pro estagna, deinde liber est ab eo homine, dum tamen honorem, pro quo fuerit homo, domino Desemparet*. Charta ann. 1380. ex Tabul. Flamar. : *Et titulo donationis Desemparaverit, solverit in perpetuum, quittaverit hospitium suum. Déséparer vero, pro Destruere, evertere, in Lit. remiss. ann. 1364. ex Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 238 : Comme le baillie de Meleun eust mandé à tous nos sergens que lesdiz moustier de Praeles et maison feissent Déséparer, abatre et arraser... et meissent en tel estat que jamais n'y peust avoir fort, etc. Stat. ann. 1367. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 16 : *Feront abatre quant au fort et Déséparer, etc. Hinc**

\* **DESEMPARATIO**, Abdicatio, rei possessæ cessio. Charta ann. 1475. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 280 : *Has autem remissionem, cessionem, renunciationem, resignationem et Desemparationem præmissas per dictum magnifi-*

*cum dominium de Stogis, etc. Vide supra Desamparatio*.

\* **DESENIARIUS**, ut *Decennarius*, Qui urbis decuriæ præest, Gall. *Dizainier*. Stat. ann. 1381. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 47. col. 2 : *Item ordinavit dictus commissarius, quod quilibet Desenarius per desenariam suam et in custodia sua faciat portare lapides et merletos de lapidibus minute, bene et sufficienter. Vide Decena 2*.

† **DESENGRANARE**, [Gallis *Engrener*, Moletrinae granum infundere, unde secundum analogiam linguæ *Desengranare* videtur idem esse, quod Moletrinae granum non infundere, vel jam infusum detrahere. Vide an hæc convenient loco citato in *Cupa octavatis*. [\* Vide supra *Degransare*].

\* **DESENTIRE**, Abdicare, nuntium remittere, Gall. *Renoncer*. Stat. Petri archiep. Narbon. contra Albig. ann. 1234. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 370 : *Mandamus quod omnia pignora capta, vel pecunia extorta ab illis probis hominibus de burgo, qui noluerunt aliis præstare juramentum, nec Desentire consulationi eorum, vel ad quistam dare, restituentur eidem*.

\* **DESEPARADUS**, pro *Desemparatus*, in Chartul. Celsinian. ch. 279 : *Filii Petroni filiique Rainaldi habent ipsam apendariam... Deseparadam*. Vide supra *Desemparare*.

\* **DESEPELIRE**, Exhumare, Gall. *Déterrer*. Vita S. Glodes. tom. 6. Jul. pag. 205. col. 2 : *Peracta quoque præfata ecclesia, Desepelire eam de loco, ubi antea jacebat, etc.*

\* **DESERARE**, [Separare, obscurum facere. DIEF.]

† **DESERARIUS MILES**, f. pro *Destrarius*. Vide *Carrocium* lin. *Carroci* inventionem, etc.

1. **DESERTARE**, Dissipare, vastare, desertum facere. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 3 : *Si quis Desertaverit, aut culmen egerit, quod sæpe contingit, aut incendio tradiderit... restituit dissipata, vel incensa. Capitulare 1. Caroli M. ann. 802. cap. 16 : Ut beneficium Domini Imperatoris Desertare nemo audeat, proprium suum exinde construere*.

\* Ital. *Disertare*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 153 : *Item quod idem reus cameras, latebras et alia loca ipsius domus indagando et cum magno impetu et violentia Desertando, etc. Nostris Désertier et Désertir, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1348. in Reg. 77. ch. 394 : Les buesfs et vaches de Bernart Restourt, qui gastoient et Désertoient le boys. Le Roman d'Alexandre MS. part. 1 :*

Et li hauberc li a deront et Désertis.

2. **DESERTARE**, Deserere, quomodo *Deserter* dicimus. Capitul. 1. ann. 805. cap. 11. et lib. 1. Capit. cap. 106 : *De propriis servis vel ancillis, ut non supra modum in Monasteria sumantur, ne Desertentur villæ. [\* ap. Ansegis. et villa non sint desolatæ.] Deserti agri, Desertum prædium, in Cod. Theod.*

\* *Être désert*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. : *Cuidant que l'asseurement donné devant autre juge que les nôtres ne vaulsist, ne sortist aucun effect fors jusques à 40 jours, et iceulz 40 jours passez, feust Désert et de nulle valeur*.

\* **DESERTITUDO**, Desertio, derelictio, Gall. *Abandonnement, délaissement. Désertacion*, in Instr. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 483. Chartul.

eccles. colleg. de Leproso : *Monachi de Landesio persolvent annuatim capitulo de Leproso octo sextarios frumenti, quamdiu erunt molendina ; et si contingat alterum destrui et ad Desertitudinem redigi, reddent tantum quatuor sextarios eidem capitulo.*

\* **DESERTUM**. IN DESERTO, Dicitur de agro incolto, in Obitu. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 229. r. : *Item super tres operatas vineæ vel circa in Deserto sitas in eodem finagio. Désertine, pro Désert, desertum, solitudo, in Bestiar. MS. ubi de Phœnice :*

De la Désertine s'envole  
En la chité de Leopole.

† 1. **DESERVIRE**, Fungi aliquo munere, Gall. *Desservir*. Hinc locutiones illæ in Instrumentis fiunt : *Deservire Ecclesiam, vel Ecclesiæ, Deservire in divinis, pro Parœciam administrare, vel Ratione beneficii ecclesiastici debitum munus obire, officium persolvere.* [\*\* *Deservire feudo, Consuetudine de eo servitia prestare. Carol. IV. Imper. chart. ann. 1377. ap. Haltaus. voce Verdienen, col. 1842 : Feudum et bona feudalia ad masculos duntaxat heredes et successores legitimos feudorum, ut ad debitum Deserviatu eisdem, successione debita devolvi... debeant. Conf. eund. Haltaus. voce Vermannen, col. 1873.] [\* *Deserveur de fief, qui feudi servitia alterius nomine exhibet, in Stat. ann. 1315. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 558 : Es quez cas nous bailherons au seigneur dou fé Deserveur souffisant, qui gouverneroit cette chose, qui avenue nous seroit, en la maniere que cita de qui elle nous seroit avenue, la gouverneroit.]**

† **DESERVITIO**, Servitium, ministerium, functio. Siricius Papa Epist. ad Himerium : *Quibus (Sacerdotibus Leviticis) etiam expleto Deservitionis suæ tempore, etc.*

\* 2. **DESERVIRE**, Mereri, a veteri Gallico *Deservir* et *Desservir*, nunc *Mériter*. Charta Alberti ducis Brunsvic. ann. 1277. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 22 : *Burmester eorum auctoritate et ex parte consulum et burgensium habebit judicare super omne pretium Deservitum.* Eadem rursus leguntur infra pag. 54. et 64. [\*\* Germ. *Verdienen*. Ruodlieb. fr. 1. vers. 5 :

Nil Deservisse potuit, putat ut meruisse.

Vers. 62 :

Deservire domi quod nil valet emolumentii.

Vide fr. 1. vers. 90. fr. 2. vers. 25. fr. 3. vers. 276. fr. 10. vers. 44.] Charta ann. 1312. ex Tabul. episc. Carnot. : *Item d'un vallet, appelé Guiot Breton, qui fut pendu à Chartres ; trouvé est que il l'avoit bien Desservi. Déservir, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 176 : Pour ces chouses et autres bonnes œuvres Desservi li rois Loys l'amour et la grace Nostre Seignour. Occurrit etiam in Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 20. Hinc *Déserte* et *Desserte*, meritum, præmium. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 157 : *Dieu a fait main biau miracle pour li (S. Louis) par ses Désertes.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 152 : *Jaquet par courage ceuroucié et de volenté désraisonnable et sanz Desserte, donna une grant buffe du poing audit Gilet.* Aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 25 : *Il leur sembloit que le sénéchal de ladite eglise avoit mal païé leur salaire ou Desserte.* Testam. ann. 1382. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 392 : *Item à Jehan de Mellan, lequel demeure**

*avecques moy, en outre ses Désertes, cent sols une fois paiez.* Occurrit præterea in Consil. Petri de Pont. cap. 33. art. 51. tom. 1. et 3. Ordin. reg. Franc. pag. 566. art. 22. et 389. art. 28. etc.

\* **DESERVITURA**, Servitium, functio, in Reformat. cleri Leod. ann. 1446. apud Labbeum. Vide *Deservitio*.

† **DESESIARE SE**, Gall. *Se Dessaisir*, Rem aliquam possessam alteri dimittere. Chartular. S. Martini Pontisar. ex Charta anni 1254 : *De quibus xxx. sol. se Desesiavit in manibus Drogonis Abbatis.*

† **DESESIRE**, ut *Saisire*, Gall. *Saisir*, Regiam manum injicere in rem aliquam. Satuta Ludovici Regis Franc. ann. 1154. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 439 : *Quia vero nemo sine culpa, vel causa, privandus est jure suo, Ballivis nostris et aliis prædictis omnibus inhihemus, ne Desesiant aliquem sine causæ cognitione, vel nostro speciali mandato. Vide Saisire.*

† **DESESIARE SE**, ut *Desesiare se*. Chartul. S. Martini Pontisar. in Charta ann. 1222 : *Guillelmus Presbyter de Boleio se de jure suo in manu nostra Desesivit.* Occurrit rursus in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 83. in Charta Joannis Comitis Carnot. ann. 1234. ex Archivis Monasterii Bonæ-vallis, etc.

† **DESEXIRE SE**, Eadem notione. Non *Desesiemus nos unquam de dominio quod in vobis habemus*, apud Acherium Spicil. tom. 10. pag. 170.

\* **DESEVARE**, Torrere, Gall. *Brûler*. Libert. villæ de Granata ann. 1291. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 22. art. 25 : *Et si culpa furnerii panis Desevabatur, quod emendet panem ad cognitionem consulum dictæ villæ.* Si tamen legendum non est *Desiccabatur*.

† **DESFILATUS**. Vide *Disfilatus*.

\* **DESFACERE**. Vide supra *Defacere*.

\* **DESFODRATUS**, Non pellitus. Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v. : *Et si fuerit sine fodra seu Desfodratus, etc.* Vide *Foderatus*.

\* **DESGAGIUM**, Mulcta, quæ ob vastationem in agris, hortisve factam exigitur ; unde *Desgaiger*, hanc percipere seu propter eam aliquod pignori capere. Charta Aymer. vicecom. de Rupecavardi ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311 : *Concedimus quod de tribus solidis, qui levantur de emenda seu Desgagio ex maleficiis seu forefactis ortorum, vinearum, etc. Si vero talis sit forefaciens qui non habeat unde solvat dictum Desgagium et dampnum emendet, notatur in pillorio.* Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 181. ch. 26 : *Se je vous y treuve une autrefois (en dommage) je vous Desgaigerai et le vous ferai réparer.* Vide supra *Degagiare* et *Disvadiare* infra in *Vadium*.

\* **DESGOMBRARE**, Purgare, mundare, Ital. *Disgombare*, Gall. *Décombrer*. Stat. Mutin. rubr. 23. pag. 4 : *Domum, casamentum de terra, luto et putredine (faciat) remondari et Desgombare.* Vide infra *Disgombare*.

\* **DESGRANUM**. Vide supra in *Degratum*.

\* **DESGRURARE**, Tinctoriis nostris *Descruer*, Lixiviam facere, Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 151. col. 2 : *Johanni Audeberti draperio, pro una canna panni Desgrurati, habita pro luctis factis die beati Ludovici, xxiij. gross.*

† **DESGUARNIRE CASTRUM**, Illud præsidio seu defensoribus nudare, Gall. *Dégarnir*, *Tirer la garnison*. Bartholomæus 1. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1224 : *Quum homines illius loci eis temere occurrissent ad præliandum cum eis,*

*relicto castro Desguarnito, quidam de Alecandria ex improviso per quemdam tramitem transierunt ad castrum, et ipsum ingredientiem, antequam Burgenses se recolligere possent, ceperunt et penitus concremarunt.*

† **DESHÆREDITARE**, Gall. *Desheriter*. Vide *Dehæreditare*.

\* **DESHEREDARE**, Exhæredare spoliare. Charta Phil. Pulc. ann. 1311. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 37 : *Prius oportet dictam dominam de dicto reddito Desheredari... Faciatis adesse recepturos adicta domina Desheredationem de reddito supradicta. Deshoirer, eodem sensu, in Ch. ann. 1331. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1356 : *Laquelle dame ne pouvoit par sa disposition Deshoirer son principal heir dudit maner par la coutume.* Unde *estre du tout Deshers*, Bonis spoliari, fortunis deturbari, in Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 79. quomodo etiam legendum in aliis Lit. ann. 1371. ibid. tom. 5. pag. 384.*

† **DESHOMENAGIUM**, ut *Deshominamentum*. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 134. col. 2. in Litteris Joannis Dalphini ann. 1317 : *Acto quod in commissionibus seu aperturis rerum feudaliū, census seu emphiteuseum dict. D. Guillelmus et ejus successores, nec etiam in Deshomenagio nihil percipere debeant, nisi, etc.* Et tom. 2. pag. 495. col. 1. in Donatione Humberti Dalphini ann. 1344 : *Censibus, fructibus, redditibus, talliis, manumortuis, Deshomenagiis, decimis, angariis, parangariis, pedagiis, leudis, corvatis, pratis, etc.*

† **DESHOMENAGIUM**, Eadem notione. Donatio anni 1317. in eadem Historia pag. 65. col. 1. edit. Paris. : *Item, quod si ex causa Deshomeniti, vel legati, vel donationis, vel aliquo quovis justo titulo, aliqua de bonis rebus et juribus hominum et subditorum dicti D. Raymundi Medullionis in dicta Baronia... ad ipsum pervenerint, etc.*

**DESHOMINAMENTUM**, Manus mortuæ, seu hominis manus mortuæ ad dominum devoluta successio, uti vocem hanc interpretatur vir clarissimus, ac eruditissimus Dionys. Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. cap. 32. et 97. Charta ann. 1361. ab eodem descripta : *Item reductus ad memoriam idem dominus testatur se olim vendidisse et remisisse omnibus suis mandamentorum Morgiarum, Podii-Bosonis et Pipeti Deshominamenta quæcunque, quæ percipiebat, et percipere consueverat ab eisdem, etc.*

† **DESICUT**, Sicut, velut, Gall. *De meme que, Comme*. *Desicut stgna forestæ antiquitus posita demonstrabant*, apud Th. Madox Formul. Angl. pag. 302. Liber niger Scaccarii pag. 40 : *Barones sui prænominati Desicut devenerunt ligii homines domini Regis, etc.*

\* Ita quoque legendum in Lit. ann. circ. 1145. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 417. pro *Desic*, ut ex nota abbreviationis litteræ c superposita in Reg. Chartoph. reg. colligitur.

† **DESIDENTIA**, ut *Desidia*, Gall. *Nonchalance. Paresse*. Statuta Eccl. Ebroic. ann. 1576 : *Scimus in residentia Curatorum potius requiri personæ industriam et diligentiam, quam corporis in eodem loco Desidentiam, et inertiam, atque inter residentes numerandos potius qui absentes corpore, spiritu et assidua speculatione gregi invigilant.* Litteræ Philippi Pulcri Fr. Regis ann. 1303. apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. pag. 380 : *Cum per desidentiam, negligentiam et defectum quorundam, etc.*

† **DESIDERABILIS**, Cupidus. Felix in

Appendice ad libellum S. Isidori de Viris illust. Eccl.: *Nisi enim in subditis docendis operosa virtutis in profectu eorum Desiderabiles, in servitute Dei ferventes, in desiderio decoris Domini strenui.*

† **DESIDERABILITER** CUPERE, hoc est, ardentem, in Processu de Vita sancti Thomæ Aquin. Martii tom. 1. pag. 688.

**DESIDERARE.** Decret. Colomani Regis Hungar.: *Si duo Comes pro causa aliqua Desiderant, in supra dicta Symodo ventilentur. i. contendunt ad se pertinere.*

\* *Disirer*, eadem acceptione, in Stat. ann. 1403. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 629. art. 2. Vide mox *Desiderate*.

**DESIDERARE,** Velle. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 5: *Insuper etiam illis firmiter præceperunt, ne cuiquam unquam illud amplius dicerent, nisi statim mori Desiderarent.* Pag. 6: *Nisi omnes ipsos mori Desideraret.* Formula loquendi vulgaris.

**DESIDERATA.** Gloss. Lat. Gr.: *Desiderate*, λειτουργία, τελετή. Ubi mendum est manifestum, in quo tollendo viri docti insudarunt. Sed potior videtur Scaligeri et Casauboni conjectura, qui *Desiderata* legendum censent, eamque vocem pertinere ad ritus Christianorum, quia λειτουργία vox nusquam usurpata legitur a Scriptoribus paganis in suis mysteriis. Quamobrem *Desiderata* esse censent initiationem in Christianismo, veluti Baptismum, et quodvis Sacramentorum, antonomastice vero SS. Eucharistiam, de quo Sacramento verbum *desiderare* præsertim usurpant Tertull. ad uxorem l. 2. cap. 4. 6. S. Ambrosius de Fratre suo, et de Sacramentis l. 4. et S. Eligius Hom. 8. S. Zeno Veron. Episc. Invitat. 8. ad Fontem: *Eia quid statis, Fratres? vestram quos per fidem genitilis unda concepit, per Sacramenta jam parturit, ad Desiderata quantocius festinate.* Vide Description. nostram ædis Sophiæ num. 61. et Gothofred. ad l. 1. Cod. Th. de Scænicis. (15. 7.)

\* *Desirriers*, eodem sensu, Preces scilicet et officia pia et religiosa. Charta ann. 1344. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 270: *Nous Beatrix dame de Faluy et d'Ailly sur Somme et Jehans de Pinkegny chevaliers sires de ladite ville d'Ailly et de Hornoy en Vimeu, salut.... Comme nous veons nos submis offrir à nostre Seigneur leurs Desirriers en esprit d'umilité et dévotion, etc.*

\* **DESIDERATE,** Ultro, voluntarie. Sent. adv. Florent. ann. 1311. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 3. pag. 203: *Scienter et Desiderate eisdem Briacensibus sic in sua duricia et pertinacia commorantibus præbuerunt consilium, auxilium et favorem.* Vide supra *Desiderare*.

\* **DESIDERATUM,** Gall. *Desiré*, Monetæ species. Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 513: *Une paire de solers, que le suppliant vendi à Cambray quatre Desirez.*

\* **DESIDERIARIA.** [Taberna. DIF.]

\* **DESIDERIUM,** Actio in iure, qua quis rem velut ad se pertinentem repetit. *Desieuries*, in Consil. Petri de Font. cap. 15. art. 58. Charta ann. 1392. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 192: *Idemque procurator a toto suo Desiderio repellatur, ipsique defensores admittantur ad facta proponenda et proposita probanda, absolvanturque ab impetitione ipsius.* Vide *Desiderare*.

† **DESIDIABULA,** Loca ad desidiam apta. Lexicon Martinii.

**DESIDLE,** Delectationes. Matth. Silvatic.

† **DESIDIUM,** Desidia, inertia, Gall.

*Nonchalance, Paresse.* Legitur in Vit. S. Udalrici, tom. 2. Julii pag. 130.

**DESIDIUS,** Deses, ignavus. Gl. Lat. Gr.: *Desidius*, δῆλωπος. Gloss. Isid.: *Desidius, ignavus, piger.*

\* Nostris vero *Disetel* et *Disiteux*, Pauper, inops, egenus. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 178: *Le suppliant, sa femme et enfant, qui estoient ainsi que nuz ou petitement vestuz et Disiteux, etc. Se vos i estes poure, ne Disetels, il vos donra volentiers de ses viandes et de son avoir, apud Villehard. paragr. 72. A Latino vero Otium, vulgo *Oisiveté*, et otiosus, *Oisif*, nostri alias dixerunt *Wiseuse* et *Wiseus*. Laur. Vital in Itin. MS. Caroli Austr. ex museo D. Godefredi Insul.: *Pour éviter Wiseuse et par maniere de passetemps employer le temps à écrire quelque chose à la récréation des auditeurs.* Guignevil. in Peregr. hum. gen. MS.:*

Ausi li homs qui Wiseus est,  
Et riens ne fait, en péril est, etc.

† **DESIDUUS,** in Actis SS. Julii tom. 3. pag. 128. ubi de S. Canuto. Papias: *Desidius, Diuturnus.* Vide *Desidius*.

\* 1. **DESIGNAMENTUM,** Probabilitas, verisimilitudo. Judic. ann. circ. 1075. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 388: *Ego Silvester (Redon. episc.) humilis servorum Dei servus hujusce designamenta designationis designo: hujus videlicet affirmatione affirmo, etc.*

\* 2. **DESIGNAMENTUM,** Terminus, limes designatus. Charta ann. 1204. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 213: *Reservato in me Uberto vicecomite Bononiæ potestati ponere terminos inferius a strata in illis Designamenti, et per illa que superius continentur.* Vide *Signum* 3.

\* **DESIGNARE** ALICUI, Apud aliquem deponere, Gall. *Consigner*. Testam. Guill. milit. de Castro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1940: *Et alium (desterium) secundum meliorem relinquo fratribus de Hospitali S. Joannis de ultra mare, Designandum præceptori S. Sepulcri de Verona, qui ipsum equum mittere debeat commendatori generali dicti ordinis ultra mare.* [\*\* Assignare. Chart. ann. 1277. in Guden. Syllog. pag. 265: *Quandocumque nos vel fratres nostri dicto conventui comparaverimus et Designaverimus... 4. libras Hallens. vel plures... pro illo censu Designato, bona nostra prehabita absolventur.* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Beweisen*, col. 162.]

\* **DESIGNATIVE,** Nominatim. Charta Caroli VI. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 18: *Redditus cæterasque res et bona sua, que Designative secuntur.*

\* **DESIGNUM,** Designatio, descriptio, exemplar. Ital. *Designazione*, Gall. *Dessein*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 29: *Dictæ naves in bello marino sunt præliabiles contra hostes tuos, prout facile in Designo cernitur.* Et cap. 40: *Cum suo naspo possunt pondera altius elevari et facile declinari ad beneplacitum operantis, prout in Designo cernitur.* *Designé*, figuris ornatus, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 290: *Tous trois estoient en habiz Designez, si comme jeunes gens ont accoustumé de faire sur Caresmeprenant.* Vide infra *Disignum*.

**DESILLARE,** pro *Desigillare*, Sigillum auferre. Adrianus Præpos. Malbod. in Hist. Translat. S. Aldegondis n. 3: *Ad vetus feretrum accesserunt, et cum tremore nimio et reverentia Desillari jusserunt.*

\* A Gallico *Dessailier*, *Desillare* effixerunt, pro *Desceller*. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 49: *Le suppliant et une baisselle ou chamberiere dudit hostel Dessaillerent et ouvrirrent ledit escrin.* Vide infra *Desstgillare*.

\* **DESIMBOGARE,** in Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 933. Vide infra *Imbogare*.

**DESINARE.** Vide *Dismare*.

**DESINATOR.** Gloss. Lat. Gr.: *Desinator*, ἀποθητος. Quid si *Destitutus* legendum?

**DESINHONORANTIA.** Vide *Dehonorare*.

† **DESIPERE,** Alieno sapore inficere, priori amisso. Tertull. de Pudicitia sic refert verba S. Pauli ad Corinthios: *Non scitis quod modicum fermentum totam Desipiat conspersionem.*

**DESIPES,** apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 11. *infrunitos* interpreta Petr. Pithæus, qui alia exemplaria *Desides* præferre ait pag. 298. a *Desipere*.

**DESIRUM.** Papias: *Desirum, prosperum bonum.* Ex Gallico *Desir*, ut videtur, quod idem est ac *desiderium*, quia prospera tantum desiderantur. [\*\* *Dextrum*.]

† **DESISTANTIA,** Gall. *Desistement*. Discessio, qua quis desistit seu desiscit ab aliquo. Chr. Sicilia inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 62. ex Henrici VII. Imp. Sententia in Robertum Regem: *Odia, dolos, fraudes pro fidelitate retribuens, ex Desistantiæ et ingratiudinis vitio calcaneum præsumpsit rebellionis erigere.*

† **DESISTENTIA,** Cessatio. Epistola anni 1299. ad Edwardum I. Angl. Regem apud Rymerum tom. 2. pag. 859: *Ab omni hostili invasione... desistemus, et ipsam Desistentiam seu sufferentiam per litteras patentes... approbavimus.*

**DESISTERE,** pro *Deficere*. Justus Episcopus Urgelitanus in Præfat. ad Cantica Cantorum: *Itaque quia sic accidit, ut, membranis Desistentibus, mimutioribus literis eandem scripturam in paribus quaternionibus suscipere, nec studiose fabrefactis lateralibus ambiretur, etc.*

† **DESITISCERE,** Contemnere, Papias, Gloss. Sangerman. n. 501. et Amalthea ex vet. Glossis.

**DESITUATA,** Papiæ, *Delinita forma*.

**DESLIAGE.** Usatica MS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Il est une coutume, que l'on appelle Desliage, que l'on doit prendre le plus prouchain Vendredi après ou devant la S. Audrieu à la volenté des Vicomtes, et ce qui adont vendra à col se aquitera par 4. den. et aux sergens 1. den. à carete par 16. den. et aux Sergens 1. den. pour chascune charette à un cheval, 1. den. etc.*

† **DESLIGARE,** Gall. *Déliier*, Solvere. Habetur apud Rymerum t. 8. p. 327. col. 2.

\* *Desloier*, sejungere, dissociare, vulgo *Désunir*, *séparer*, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 208: *Laquelle femme confessa à son mary que ledit Tymonnier la maintenoit et qu'il avoit eu sa compaignie plusieurs fois, et qu'elle n'y pouvoit résister ne soy Desloier de sa compaignie, etc.* Vide *Disligare*.

\* [Item alii libri in papiro *Desligati* in volumine mediocri. (Invent. Calixt. III. « an. 1458. in archiv. Vaticano. »)]

† **DESLOGIARE,** Gall. *Déloger*, *Decamper*, E loco migrare, apud Lobinellum in Hist. Britan. tom. 2. col. 563.

\* **DESMA,** Potestas ligandi et solvendi, a Græco δέμα, Vinculum, ligamen. Friedegodus in Vita S. Wilfridi num. 9:

Petrus ab altithrono donatus Desmole Jesu, Dissicit ignava torquentia lora senectae, Suscipit elisus justum spiramina aetis, Uipote caelestes retinens pro munere claves.

† **DESMANDARE** TREUGAS, Inducias tollere, illis nuntium remittere. Pactum inter Jacobum Reg. Aragonum et Raymondum Comitem Provinciae ann. 1241. ex Schedis Peirescanis: *Ater alteri post Desmandare treugas, ita tamen quod post Desmandationem ipsam treugæ prædictæ firmæ durent... per sex menses continuos.*

† **DESMANT**. Charta Communiæ Suesion. apud Perardum pag. 337: *Si quis Majorem Desmant per juratos emendabit. Eadem habentur in Chartulario Divionensi. Desmant f. idem est, quod Demenit, Mendacium exprobrat. Gallice dicemur: Si quelqu'un Dement, etc.*

\* **DESMESURA**, Diminutio, vel injusta petitio. Charta ann. 1229. ex Cod. reg. 4659: *Promittimus dispensatorum aquæ et aquam prædictam ab omni violentia salvatorum et ob omni Desmesura seu injuria defensuros. Unde Desmesurals justæ, de minoribus mensuris intelligendum puto. Vide supra Amessura.*

† **DESMESURALS** JUSTÆ DE VINO PURO, in Consuetudinibus MSS. Festivitatibus Monasterii Solemniacensis, eadem videntur quæ Majores, a Gallico *Demesuré*, Immodicus, enormis. Vide *Desmesura*.

† **DESMILITARE**, A militia removere. Paschalis I. Papa Epist. ad Petronacium Ravennæ Episcopum, apud Murator. tom. 2. pag. 220. (iv.) col. 1: *Si militati fuerint, eos discingi et Desmilitari juvenum vestrae venerandæ redituros parti. Vide Dismilitare.*

\* **DESMONTATUS**, Hispan. *Desmontado*, Obstripatus, runcatus. Vide infra in *Fosca*.

\* **DESNODARE**, Dissolvere, enodare, explicare, Ital. *Disnodare*, Gall. *Dénouer*. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. cod. 361: *Collana seu girlanda una Desnodata, munita perlis... Capelletus unus auri Desnodatus. Vide infra Disnodare.*

**DESOCIARE**, Separare, quasi a socio avellere. Utitur Petrus Blesensis Serm. 83. [\* Vide infra *Dissortes*.]

† **DESOLANUS**, *Subsolano*. Gloss. Isid. Subsolanus idem est quod sub sole positus, ut norunt omnes.

† **DESOLARE**, De solo ejicere. Vide *Delocare*.

† **DESOLATIARI**, *Desolari*. Barthii Glossarium ex Fulcherio Carnotensi.

† **DESOLATIO**, Desolatio, apud Raddulfum Cadomensem in Gestis Tancredi, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 141.

\* **DESOLLARE**, Solea percutere vel proterere. Charta commun. Atrebat. ann. 1194. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 249: *Qui atium per capillos ad terram tragniaverit, vel pedibus Desollaverit undecim libras et dimidium perdet.*

\* **DESOLUTUS**, pro Dissolutus, Gall. *Dissous*. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. cap. 8. edit. Hearn. pag. 16: *Nuper ad parlamentum, modo tamen Desolutum per regis exitum, etc.*

**DESOR**, *Dissimilis sorte*, Papiæ. [Melius Gloss. San-German. num. 501. et MS. Bituric.: *Desors*, *Dissimili sorte*.]

† **DESORDINARE**, Gall. *Désordonner*, Perturbare. De memoratis Epistolis de truncando et præposterando atque Desordinando collegisti, apud Hincmarum tom. 2. pag. 416.

\* **DESORDO**, Confusio, Gall. *Désordre*, Ital. *Disordine*. Tract. MS. de Re milit.

et mach. bellic. cap. 1: *Dux exercitus castramentari debet in locis montuosis, si potest, ut videre possit si hostes sunt in ordine aut in Desordine. Vide Desordinare.*

† **DESORS**. Vide *Desor*.  
† **DESPALARE**, Divellere. Gloss. Lat. Græc.: *Despalat*, διασπά.

**DESPARARE**, Auferre, tollere. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 31: *Si Monterius vel ejus nunciis nunciaverit et, qui in monte cepos paravit, vel laqueos, quod eos solvat, quoniam ipse cum suis equis et canibus vult venari, et is, qui paravit, neglexerit eos Desparare, quodcumque damnum equis vel canibus Monterii per ipsos laqueos sequutum fuerit, etc.*

† 1. **DESPECTARE**, Frequenter aspicere, Sine spe fieri. Papias.

\* 2. **DESPECTARE**, Desuper intendere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

\* **DESPECTATOR**, [Contemptor. Tertull. 2. ad Uxor. 8. Despectatores divina sententiarum.]

**DESPECTIO**, **DESPECTUS**. In Pacto Legis Salicæ titulus 59. est: *De Despectionibus. Ubi § 1: Si quis ad mallum venire Despezerit. At in Lege Salica titulus concipitur: De eo, qui ad mallum venire contempserit. Ita Despectio, est contumacia, contemptus judicii. Charta Ludovici VII. ann. 1141. pro Bituricensis: Præpositus urbis præscriptæ, sve Vigorius aliquem hominem ad se mandabat, et dicebat: Mandavi te ad me, et contempstisti venire, fac mihi rectum de Despectu. Infra: Pro Despectu aliquo nullum duellum faciat, sicut antea solebat. [Ludovicus VIII. in Confirmatione ejus Chartæ ann. 1224: Si quis de Despectu fuerit accusatus, per unum planum sacramentum transeat sine duello.] Statuta MSS. Talemelliarum Paris: Les 6. deniers du talemellier, et les 8. deniers du varlet d'amende prôn li maîtres de ceux qui cognoissent, aussi-bien que de ceux qui nient, pour la raison de ce que en la justice n'a point de Despit, ne plus n'en peut-il lever d'amende.*

**DESPECTUS LITTERARUM REGIARUM**, Criminis ac delicti in Regiam majestatem species, in Capitul. 1. ann. 819. cap. 16. in Capitul. 5. ejusdem ann. cap. 12. et lib. 4. Capitul. cap. 80. 55. quod *Contemptus brevium regiorum* appellatur in Legib. Henrici I. Regis Angl. cap. 13. Adde Leges populares Tassilonis Regis Bajwar. cap. 24.

\* **DESPECTRIX**, [Quæ contemnit. Tertull. Anim. 23. Virtus Despectrix mundi.]

\* **DESPECTUOSE**, Irato animo; nostris etiam alias *Despiteusement*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 293: *Raimundinus ex hoc non modicum indignatus... multum Despectuose respondit dicto bajulo... Cum dictus bajulus videret, quod ipsum volebant interficere, etc.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 137. ch. 77: *Teilhal lui respondi moult Dépiteusement, que maugré qu'il en eust, il fevoit paistre ses beufs en une sente, qui estoit touchant audit champ. Despiteusement, in aliis ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 232: *Despiteusement et malgracieusement, eadem notione, in Lit. ann. 1457. ex Reg. 139. ch. 180. Vide infra Despitare.**

† 1. **DESPECTUOSUS**, Abjectus, in Vita S. Godelevæ, tom. 2. Julii pag. 405.

\* 2. **DESPECTUOSUS**. Concil. Armenor. ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 367: *Nunquam hæc audivimus nec vidimus, quod pueri geniti a peccatoribus parentibus, puniantur pro peccato parentum, non dando eis carac-*

terem baptismi: quod est valde falsum et Despectuosum, et contra prophetam dicentem: *filii non portabit iniquitatem patris sui. Ubi f. leg. Dispendiosum. Vide in hac voce.*

**DESPENDERE**, Gallis *Dependre*, *Despenser*. Auctor Græcismi:

Qui plus Despendit quam lucri summa rependit, Non admiretur, si paupertate gravetur.

Vide *Dispensa*.

\* **DESPENSA**, **DESPENSIA**, Penaria, promptuarium, Gall. *Dépense*. Hist. fundat. monast. Cælestin. Suesion. apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 608: *Dispensam et coquinam suis ornatas mensis et decentibus vasis... complevit. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 370: In Dispensia dictæ Johannæ dictus reus cepit tres ciphos argenteos. Dispense prætere appellatur potus species domesticis destinata, posca, vulgo *Piquette*. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. ch. 211: *Depuis en rapportant le marc ou genne de leurditte vendenge... prindrent du vin qui s'en alloit par dessus lesdites tynes, pour mettre en leur petit vin ou Dispense, que l'on a acoustumé faire ou pais pour pourres gens et laboureurs de vignes. Aliæ ann. 1457. in Reg. 139. ch. 225: Le suppliant requist à icellui Poncellet lui aidier à cueillir les neffles, appelées au pais (Laonnois) mesles, pour faire des Despenses et breuvraiges pour le boire et user de son menage, comme les mesnaigiers dudit pais ont acoustumé de faire chacun an. Adde tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 718. Vide *Dispensa* 2.**

\* **DESPENSETA**. [Gallice *Dépense*, lieu où l'on reçoit et où l'on distribue les objets en nature: « Parvum dispensatorium seu Despensetam. (Cart. Magal. ap. Rev. soc. sav. 1873. p. 416.) »]

\* **DESPERABILITER**, Desperanter. Mirac. S. Bert. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 119: *Itaque comperientes cunctos se undique secus fugam molientes, Desperabiliter ruperunt ad orientalem plagam, etc.*

**DESPERANTIA**, pro *Desperatio*, in Concil. Wormaciensi ann. 868. cap. 80: *His ita peractis, si prænitentia fructus in eis conspiciatur, corporis et sanguinis Domini N. J. C. participes fiant, ut Desperantiæ non indurentur caligine.*

\* *Désespérance*, in Lit. ann. 1340. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 544. art. 10: *Posé encore que par Désespérance il se noiaist ou pendist, etc.*

1. **DESPERATUS**, Διάδοχος, in Gloss. Lat. Græc.

† 2. **DESPERATUS**, De cujus animæ salute nulla spes est. Codex Legum Normann. cap. 21. apud Ludewig. tom. 7. pag. 194: *De catalis eorum qui de se sunt homicide, et eorum qui excommunicati vel Desperati moriuntur... Desperati autem moriuntur qui per octo dies vel amplius gravi egritudine et periculosa oppressi communionem et confessionem sibi oblatam recusant ac differunt, et in hoc moriuntur.*

\* *Despers*, eodem sensu, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:

A Châtres fu che truis uns clers Orgellous, veules et Despers.

\* 3. **DESPERATUS**, Perditus sicarius. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 124. ex Cod. reg. 4621: *Si quis, undecumque sit, aliquem offendi fecerit... per aliquem vel aliquos, qui assassini, malandrini seu Desperati appellarentur, si talis offensus*

*moriatur, talis offendi faciens poena capiti moriatur.*

\* **DESPEZARE**, De re ponderata detrachere, pondere minuere. Charta abb. de Conchis in Ruthen. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 471: *Tantumdem ponderis de farina reddere (molinerius) teneantur, hoc salvo, quod si... de aliquo pro molendo debeat Despezari, illud inde deducatur, iuxta ordinationem per consules super hoc faciendam.*

† **DESPICABILIS**, Contemnendus, in Epistola Xysti II. Papæ ad Episcopos Hispaniæ.

† **DESPICABILITER**, Contemtim, in Instrumento anni 1131. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 487. et alibi.

† **1. DESPICARE**, **DESPICARE**, Despicere, contemnere, in Statuto Bartholomæi Biterr. Episc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 664: *Abnegent, renegent, blasphemant, Despicient, etc.* Memoriale Testamentum Regiensium ad ann. 1276: *Scientialem florem et pontificalem dignitatem quadam stoliditate Despicavit. Vide Despitare et Despicare.*

\* **2. DESPICARE** **BLADUM**, E spica educere, separare, Ital. *Dispiccare*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Despicari, battre gerbes, vel regarder*. Charta ann. 1484. ex Tabul. Auxit.: *Accomodare domos vel areas pro Despicando bladum*. Stat. ann. 1476. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 333. col. 1: *Quoad animalia rossatina pro bladis Despicandis in territorio Nemausi existentia, urgente necessitate ad Despicandum dicta blada, et Despicatis bladis exigatur poena*. Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 153: *Existentibus (supplicante et ejus uxore) in quodam solo sive area Despicando fabbas, etc.*

\* **DESPICARI**, [Spicas spargere. DIER.]

\* **DESPICCARE**, Charta ann. 1202. tom. 3. Probat. Hist. Brit. col. 1768: *Quantum terræ mare permittit Despicari circa præfatam insulam*. Perperam pro *Despicari*. Vide in *Minih.*

† **DESPIGNERATIO**, Gall. *Degagement*, Redemptio rei oppigneratæ. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 64: *Convenientia hujus impignerationis et Despignerationis facta est coram istis testibus. Vide Despignerare.*

† **DESPINA**, Δεσπινα Græca, Dominatrix. Papias. [\* Pro *Despæna*.]

\* **DESPINARE**, *Ouster espine*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Despinos*, vox Gallica, qua otiosus excitatur, in Lit. remiss. ann. 1876. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 65: *L'un frapant et ferant l'autre de la main sur la teste quant il musoit, en disant un tel mot, Despinos, Despinos par jeu et par esbatement.*

† **DESPITARE**, ut supra *Despicare*, Despicere. Statuta Ecclesiæ Trecentis ann. 1427: *Si quis vero Deum negaverit vel Despitaverit pro prima vice duos dies, pro secunda quatuor in pane et aqua jejunare compelletur; pro tertia autem in scala, ut moris est, reponetur*. Statuta Eccl. Meldens. ann. 1493. inter Instrum. Hist. ejusd. Eccl. tom. 2. pag. 625: *Qui de Deo vel sacratissima Virgine ejus Genitrice Maria aut alio quovis Sancto, eos renegando, Despitando, malgreando, aut alias execrabilius blasphemans verba protulerit, etc.* V. *Despitus*.

\* *Despiter nostris*, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 272: *Le suppliant dist que lui Perrinot et autres avoient autrefois Despité ou sanglanté Dieu et sa mere. Se dé-*

*pititer* vero dicimus, pro Indignari, stomachari; unde *Dépitéaire*, et *Députaire*, Ad iracundiam pronus, vel Perfidus, proditor. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1.

Devant ert frans et déboûaire,  
Or est cuivers et Dépitéaire.

Le Roman d'Alexandre Ms. part. 2:

Et que point n'a trouvé le vielhart Députaire:  
Mes sage et bien parlant pour plus que raison faire.

Le Roman de Robert le Diable Ms.:

A felons tient et Députaires.

Bestiarius Ms. ubi de vulpe:

Tant est traître et Députaire.

Vide supra *Despectuose*.

**DESPITUS**, Despectus, contemnendus: *Despito*, Italis. Fleta lib. 4. cap. 5. § 4: *Ballivi et servientes Regis populum sibi subditi gravare consueverunt, ponendo in assisis et juratis homines languidos, et Despitos, perpetuo vel temporali langore detentos. Despiret*, Contemnere. Vetus Poema MS. cui titulus, *Le Despirement du corps*:

On ne puet trop le cors Despire.

Le Caton en Roman MS.:

Ichil n'a gueres de savoir,  
Qui le grain Despit pour la paille.

Alibi:

Un menour de toi ne Despire.

Id est, minore non despicias. Hinc vox nostris familiaris, *Despiter quelqu'un*, despicere, contemnere, nihili facere.

\* Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 1: *Vous ne devez pas Despire ne mesprendre la cause de ma complainte. Contemptus*, redditur Gallice *Désespoir*, in Stat. eccl. Turon. ann. 1896. cap. 67. ex Cod. reg. 1237.

\* **DESPLÈARE**, a Gallico *Déplier*, Explicare. Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 136: *Ad dictum locum dictus exponens (dominus Malibecci) accessit cum suo vaxillo Despleato seu patenti, cum proposito interficiendi dictum præceptorem (de Vallibus.) Vide Despliare.*

† **DESPLEDESCERE**, Obscurari. S. Paulin. Ep. 39. sub finem: *Ne... rubiginem insipientiæ nostræ colligatis, qua Desplendescat nitor cordis vestri.*

\* **DESPICIBILIS**, Ingratus, molestus, Gall. *Déplaisant*. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1367: *Ejusque obitus (Egidii Alvarii) fuit multum toti ecclesiæ dampnosus et præfato Urbano Papæ Despicibilis et honerosus. Vide infra Despicibilis.*

\* **DESPONSALE**, Quod pro desponsatione sacerdoti datur. Charta ann. 1250. ex Chartul. S. Mart. Pontisarr.: *Hæc terra non solvit decimam aut campipartem aut oblationes aut Desponsalia.*

\* Dicitur de qualibet re cuius possessionem quis adipiscitur. Charta ann. 1244. in Chartul. Montis S. Mart. part. 4. fol. 87. rº: *Præterea sciendum est, quod quandocumque aliquis abbas de novo fuerit institutus in ecclesia dicti Montis S. Martini, tenebitur dictam domum cum giardino a dictis Johanne dicto Beduin et Johanne de Dulleto, aut ab illis, qui successerint in eorum præbendas, Desponsare et tradere utrique eorum duodecim denarios pro jure Desponsationis illius, et mediantibus tantummodo censu et jure Desponsationis prædictis, absque omni alia exactione et foragis, nos et nostri successores tenemur portare garandiam perpetuam de dicta domo et giardino prædicto.*

**DESPOLIARE**, Spoliare, Gall. *Despoiller*. Gloss. Latino-Græc.: *Despoliat*, ἀποδύει, σκυλεύει. Glossar. Græc. Lat.: Ἀπέκδυσις, *Despoliatio*. S. Fulgentius Epist. 3: *Virgo, quæ ornatum corporeæ vestis affectat, animam suam virtutum splendore Despoliat*. Lex Bajwar. tit. 3. cap. 14. § 2: *Si autem aliquis tam præsumptuosus fuerit, ut peregrinis necesse voluerit, et fecerit, aut Despoliaverit, vel læserit, etc.* Adam Bremensis cap. 102: *Et tunc cum exercitu veniens, Episcopatum, quasi non suum, Despoliavit*. Vita B. Godefridi Cappenbergensis:

Num debeho pati, plures ut Despoliat,  
Ob mala quæ tulerant, limina nostra terant?

Occurrit præterea in Vita S. Altmanni Episcopi Pataviensis, in Capitulis Caroli M. lib. 5. cap. 212. [22 364.] apud Gregorium VII. PP. lib. 3. Epist. 3. præterea apud Nonium in *Fama*, etc. [Verum et apud Ciceronem ipsum Attic. 7. 9. *Cum ferret litteras vulneratus et Despoliatus est*. Cæsarem quoque de Bello Gall. 2. 31. *Armis Despoliare*. Ibid. 5. 6. *Despoliare nobilitate*. Quamobrem hinc amandari potuisset verbum *Despoliare* politioribus Latinis notum, ut et sequens *Dispoliare*: quod simili modo Tullius usurpat Verr. 4. 20: *Ut etiam una cum cæteris Siculis Dispoliaretur*. Lactant. 6. 11: *Hominis se appellatione Dispoliat*.]

**DISPOLIARE**. Gloss. Lat. MS. Regium: *Dispoliat, nudat*. Vetus Interpres Epistolæ S. Barnabæ cap. 8: *Et observant quasi in simplicitate ambulantes, quem Dispolient*. Paulin. Epist. 5: *Si Dispoliatus corpore, non inveniatur nudus ab opere*. Et Epist. 10: *Dispoliatio priorum parentum*. Prudentius contra Unionistas:

Sed fortasse velis patriæ pietatis honore  
Dispoliare Deum.

Gelasius I. PP. Opusc. contra Pelagianos: *Si ista despicunt, semetipsos sanctificatione Dispolient*. Adde Trebell. Politionem in Zenobia, Fragmentum Petronii pag. 6. Concilium apud S. Macram ann. 881. cap. 8. etc. *Dispoliatio, dispoliator*, in Cod. Th. leg. 6. de Sepulcr. violat. (9. 17.) et leg. 28. de Episc. (16. 2.) [*Despoliatio carnis*, apud Tertullianum de Resurr. carn. cap. 7.]

**DISPOLIUM**, Spolium, Gallis *Despouille*. Vetus Notitia Monasterii S. Juniani in Pictone. ann. 884: *Quod ipse Agnaldus venisset super homines in sua forcia ex villa Cavadado, et exforciasset, et eos batuisset injuste et eorum Dispolia distracta et alias res... exportassent*. Vide *Spolium*.

† **DESPONSALIA**, Desponsatio, Gall. *Fiançailles*. Acta Passionis JESU-CHRISTI in Codice MS. S. Vedasti Atrebat.: *Veritatem loquimur, etenim in Desponsalia Mariæ interfuimus*.

† **DESPONSARE** **CASTRUM**, si bene connecto, Illud sibi vindicare, ut sponsus sponsam. Fragmenta Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 625. col. 1. init.: *Item, die XII. Maii (1348.) apud Crimiacum Dom. noster Dalphinus Desponsavit castrum Miribelli, promittens ipsum nunquam reddere Domino Bellijoci*. Vide *Desponsale*.

**DESPONSIO**, Desperatio, apud Cælium Aurelian. lib. 3. Chron. cap. 18.

† **DESPORTARE**, Vide *Deportare*.

**DESPOTUS**, Dignitas in aula Constantinopolitana, ex Græco Δεσπότης, Dominus: quam quidem appellationem Imperatores ipsi ambierunt, cum in nummis suis, non βασιλεύς sed δεσπότης

titulum describi curarent, ut potissimum observare est in Alexii et Manuel. Comnen. nummis aureis, quorum ectypum exhibuimus in Notis ad Alexiadem. *Michalicius Despotus*, in Chartis ann. 1267. 1294. et 1315. in Hist. nostra Gallo-Byzantina pag. 16. 35. 81. *Despotus Rasciae* in Decretis Alberti Regis Hungariae ann. 1499. [*Despota Serviae*, apud Robertum Creighton in Histor. Concilii Florent. Sect. 3. cap. 2. Vox *Despota* pluries occurrit ibidem Sect. 6. cap. 11.] Hac porro *despota* dignitate donatos praesertim Imperatorum filios et consanguineos ex Scripturis Byzantinis colligitur: at quando primum usurpari solita, diximus in Notis ad Cinnamum pag. 468. [Vide *Macros* in Hierolexico] <sup>[\*\*]</sup> et Glossar. med. Graecit. voce *Δεσπότης*, col. 283.]

Hoc etiam nomine designatur Otto III. Imper. ab Arnolpho in Vita S. Ramouldi Abb. S. Emmerami num. 18: *Accessit ad eum Despoton quidam Symmista ejus, nomine Heribertus, tunc forte Capellanus, postea vero Coloniensis Episcopus. Is ex consulto ad eum dicit: Domine non oportet vos indignari contra virum Dei. Ad hac Imperator inflit, etc.*

DISPOSITUS ROMANIAE, in Aresto ann. 1400. apud Duchesium in Probat. Histor. Castillon. pag. 138.

\* **DESPRETIUM**, apud Parisienses *Dépris*, Pretium pro *laudimtis*, de quo qui praedium acquirere vult cum domino feudali pasciscitur, et de eo quidpiam sibi condonari obtinet. Vide *Deprius*. Charta ann. 1215. in Cod. reg. 4659: *Guillelmus Malvicinus (dixit) se et praedecessores suos hujusmodi usatica, videlicet lesdam panis, et omnes alias lesdas et Despretium et pedagia... percipisse. Hinc Dépris, pro quovis de solvenda pecunia pacto. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 40: Après que le suppliant ot paie ou Déprié au tavernier... Appoincement et paiement ou Dépris de douze bretons en avoit esté fait. Desroier, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 469: Lesquelz compaignons Desroierent et paierent leur escot.*

\* **DESPROPRIAMENTUM**. Vide *Depropriare*.

\* **DESPUNCTORES**, *Desponctores*, *Debitorum expositores*. Papias.

† **DESRAINARE**, ut *Derationare*, Ratio-nibus adductis crimen a se amoliri, etc. Codex Legum Normann. apud Ludewig. tom. 7. pag. 165: *Si quod negatur non offerat Desrainare, emendabit. Si vero Desrainare obtulerit, inspectio loci assignetur, in quo non potuit capere nec debuit hec praedicta.*

\* Loco *Desrainare* et *Desraisina*, lego *Derainare* et *Deraisina* in cap. 9. eorum. Consuet. ex Cod. reg. 4651. Hinc

\* **DERESNATIO**, **DERESNIA** et **DERESNATOR**, ibid. cap. 19. part. 2: *Notandum est quod si Deresnator verba dimiserit et mutaverit quae ei in Deresnacione fuerint escheriata, ejus Deresnia reprobatur. Vide supra Deresnare.*

† Est ergo, ut apud eund. Ludewig. pag. 403. dicitur

† **DESRASINA**, vel **DESERESINA**, *Lex quaedam in Normannia constituta, per quam in simplicibus querelis insecutus factum, quod a parte adversa objicitur se non fecisse declarat... unde est quod homo Desresinat id quod proponitur ab adverso, id est, derationat aut demonstrat extra rationem vel sine ratione, et sic per Deresinam irritat quod contra ipsum proponitur ab adverso. Ibid. pag. 294: Si vero*

*in non scire eorum receptionis maleficium redigatur, per legem Desresine, si justiciarius eos ulterius super hoc voluerit impetere, poterunt se purgare. Et pag. 299: Est enim Desresina super injuria, a querulo exposita coram justiciario purgatio per sacramentum querelati et coadjutorum suorum in curia facienda. Item pag. 268: Non enim ducendi sunt ad Desrainnam, si defuerint, sed ex testimonio assistentium debet submonitio recordari.*

† **DESRAINATIO**, eadem notione, ibid. pag. 261: *Quod in placitis enim factum est, si negatum fuerit, per Desrainationem penitus poterit irritari.*

† **DESRASINIA**, Idem, ibidem pag. 247.

† **DESRASNARE**, ut *Desrainare*. Ibidem pag. 299: *Habito autem consilio debet factum negare, quo accusatus est, et offerre illud Desrenare in hac forma: Istam lesionem tibi non feci, et iste qui super hoc testem se constituit, nec vidit nec audivit, quod paratus sum Deresnare. Le Roman de Flore MS.:*

Mais tant de respit me donnez,  
Que je me soie Desresniez,  
Qui ge sui et de quel pais  
Et quel affaire j'ai et quai.

† **DESRORARE**, *Furari robam*, Gall. *Derobere*. Idem Codex Leg. Normann. cap. 2. pag. 151: *Bonum jus habuerit de eo qui eum Desrobavit, cum propter hoc suspensus fuerit. Guillelmi Archiepisc. Tyriensis continuata Hist. Belli sacri Gallico idiomate: Grant partie de marcheans et d'autres gens, qui estoient eschapés des Sarrazins et s'en aloient par mer, chairent es mains des corsaires Desrobeors; id est Piratae qui Desrobant in mari. Vide *Derobare*.*

\* **DESSA**, Idem videtur quod supra *Deffaia*, Silva defensa, seu in quo venari non omnibus licet, f. pro *Deffa*. Charta ann. 1321. ex Tabul. Flamar.: *Nos Reginaldus de Ponte dominus Brageyriaci... damus et concedimus... Petro Raimundo et Arnaldo Bermondi Dessam et garenam cuculorum, leporum et perdicum in toto repayrio seu tenemento de la Bermondia.*

† **DESSAISINA**, Gall. *Dessaisissement*, Abdicatio, derelictio vel amissio alicujus rei possessae. Charta Henrici Regis Angliae ann. 1155. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 111. ad calcem: *Recognitiones de nova Dessaisina de morte antecessoris non capiantur nisi in suis Comitatuibus.*

† **DESSAISINATIO**, Dejectio de possessione. Codex Legum Normann. cap. 9. apud Ludewig. lom. 7. pag. 166: *Nisi pro breve nove Dessaisinationis, vel legem apparentem saisinam vel jus suum probare obtulerit.*

\* **DESSASIONARE**, **DESSASIONARE**, Gall. *Dessaisonner*, alias *Essaisonner*, Praescriptam colendi agros rationem mutare. Charta ann. 1276. Petri abb. Fossat.: *Manasserus prior prioratus de S. Arnulpho in Aquilina recognovit se concessisse et tradidisse ad firmam... terras arabiles (dicti prioratus) sub conventionibus... istis, videlicet quod... dictas terras non poterit Dessasionare. Reg. visitat. Odonis archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad ann. 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 167. rº: Terras nobis restituit in eo statu in quo recipiet eas, videlicet gacheratas et binatas, nec eas poterit Dessasionare. Vide supra *Dirroiare*.*

\* **DESSERARE**, *Laxare*, remittere, Gall. *Desserer*. Lit. remiss. ann. 1442. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 185: *Gaillardus Borii, qui suam balistam habebat onerata quodam rallone, dictam suam balis-*

*tam Desseravit, et cum dicto rallone corpus dicti Bartas omnino perforavit. Débailleur, eadem acceptioe, apud Guiart. ad ann. 1241:*

Gascons dars et lances Débaillent.

**DESSESIARE**, Possessione exuere. Vide in *Saisire*.

\* **DESSESIONARE**. Vide supra *Dessasionare*.

\* **DESSIDENS**, pro *Dissidens*, in Mirac. S. Veroli tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 375: *Inter Dissidentes componere, etc.*

\* **DESSIGILLARE**, Signum vel sigillum dissolvere, eximere notam, nostris alias *Dessaigrier*. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 396: *Dictus Ludovicus cepit ipsum saccum et alienis sigillis antea sigillatum Dessigillavit. Aliæ ann. 1383. in Reg. 122. ch. 328: Comme Gile Tartaron, marchant des boys du comte de Flandres en ses forez de Hedin, eust desplaqué et Dessaigrié en la vente et taille desdittes forez plusieurs chaines et autres arbres, qui avoient esté plaqué et signez au saing et marque de nostredit cousin, etc. Vide infra *Dissigillare*.*

**DESTA**, Papiæ, *Degustata*.

\* **DESTALLARE**. Vide supra in *Baulare*.

**DESTARE**, *Valde stare*, in Gloss. Arabico-Lat. Italis *Destare* est Somno excitare, expergefacerere; *Destarsi*, Expergisci.

† **DESTARIUM**, *Mensura* eadem, ut puto, quæ *Sextarium*. Bulla Nicolai IV. Papæ, Collect. Ampliss. tom. 2. col. 1302: *In Archiepiscopatu Viennensi Ecclesia Romanensis debet annuatim pro censu unum Destarium amygdalarum, quod geminatum facit mediocre saumam.*

\* **DESTEGLARE**, **DESTEGLIARE**, Italis *Distagliare*, Dividere, intersecare. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar.: *Canapa aspalmata sive Desteglata solvat pro quolibet rubo lib. 1. Canepa grossa non laborata, videlicet Desteglata et non pectenata solvat pro quolibet rubo sol. 15. Destergir, distribuere, partiri, ut videtur, in Ch. Valteri abb. S. Humberti Maricol. ann. 1304. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 75. rº: Et s'il avenoit que aucun enportassent et kariaissent le iterage... es terres deseurdittes Destergies et départies par nous, etc.*

\* **DESTELARE**, f. *Assulas*, in quibusdam locis *Esteles* dictas, cedere. Inquisit. forestæ Britol. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 137. rº. col. 2: *Forestarius... non consuevit aliquem capere, nisi consequutus esset eum antequam Destelasset, nisi esset merrerum de vendâ. Vide supra Astula 1.*

† **DESTENTUS**, mendose pro *Districtus*, Territorium. Vide locum in *Baugium*.

† **DESTERIUS**, Equus major, idem qui *Dextrarius* infra. Vide locum in *Claponus*.

\* **DESTERMINARE**, *Exterminare*, abolerere, Ital. *Disterninare*. Tabul. Cassin.: *Et si quista carta destruere aut Desterninare eam boluerit, istumet Deus nomen suum de libro bitæ et carnes ejus disrupt botatilibus cæli. Vide *Disterninare*.*

\* **DESTERNERE**, *Stratum jumentis auferre*. Vita S. Patern. tom. 3. Jul. pag. 299. col. 1: *Depositis oneribus Destraverunt camelos, et laverunt pedes eorum, hominemque hospitio receperunt.*

† **DESTICO**, *Sirepo*, Sonum edo, ut so-rex. Verbum fictum ab Auctore *Philomelæ*, forte a sono. Lexicon Martinii.

† **DESTINA**, Vitruvio, Vinculum quo ædificium continetur, seu Columna qua sustinetur. Papiæ in MS. Bituric.: *Des-*

*tinæ, Furcæ, Domus Fulcra.* Hinc idem Papias corrigendus in Lexico Martini et in Amalthea, ubi *Furiz* perperam legitur pro *Furcæ*. Arnob. lib. 3: *Non post Theutim Ægyptium, aut post Atlantem, ut quidam ferunt, gestatorem bajulum, tibicinem illum ac Destinam cæli.* Corripus de Laudibus Justinii 1. 17:

Et Thomas Lybica nutantis Destina terræ.

Beda lib. 3. cap. 17: *Unde factum est, ut acclinis Destinae quæ extrinsecus Ecclesie pro munimine erat apposita, spiritum vitæ exhalaret ultimum.* In hunc locum observat Bollandi Continuator Heuschenius *Destina* in Vitruviana architectura rectarum pilarum formam habuisse, in Gothica autem insistere basi longius procurrenti, et subinde fornicatas esse ut inter ipsam et parietem possit transiri, atque adeo etiam ocululus instar cellulæ excavatus haberi. Hinc pro conclavi privato vel etiam sacello usurpatur in Vita S. Vandregesili, Julii tom. 5. pag. 277: *Monstrabantur in Destina ipsius Basilicæ et grabata et sedes, ubi Pontifex B. Audoenus et S. Confessor Christi Philibertus.... consedere soliti erant.* Chronicon Fontanelleense apud Acher. Spicil. tom. 3. pag. 198: *Monstrantur usque hodie lecta eorumdem Christi militum, ac pretiosi Philiberti Gemeticensis Cænobii Patris, in Destina quadam iuxta Basilicam almi Confessoris Amantii.* Osbernus in Vita S. Dunstani, tom. 4. Maii pag. 363: *Cui etiam adhaerentem cellam, sive Destinam, sive spelæum, sive alio quolibet nomine rectius nominari potest (non enim invenio qua illud appellatione quam proxime vocem, cum non tam humani habitaculi, quam formam gerat sepulchri) propriis laboribus fabricavit.* Destina a *Distinare* forte derivari ait Henschenius: potius cum Fabro deduci crediderim ad obsoleto verbo *Stinare* vel *Stenare*, quod a *Stare* est, ut censet Vossius, vel ut Becmanus docet, a στένω, Robur.

\* **DESTINAMENTUM**, Legatum. Vide *Destinare* 3.

1. **DESTINARE**, Legare, mittere, deputare. Joan. de Janua. Gloss. Lat. Gr.: *Destinare, ἀποστέλλειν*, sic legendum. Sidonius lib. 1. Epist. 7: *Captus Destinatusque pervenit Romam.* Vide Savaronem.

† 2. **DESTINARE**, Oppugnare, aggredi. Tertull. adv. Judæos cap. 9: *Scilicet vagitu ad arma esset convocaturus infans, et signum belli non tuba, sed crepitacillo daturus: nec ex equo vel de muro, sed de nutricis et gerulæ suæ dorso sive collo hostem Destinaturus.* Et adv. Valent. cap. 1: *Quos nunc Destinamus hæreticos.*

3. **DESTINARE**, Testamento legare: *Destinamentum*, legatum. Forus Jaccæ in Aragonia: *Quod homines de Jacca de bonis, quæ eis Deus dederit, si habeant infantem, sive non, possint ordinare de bonis suis, et hæreditatibus, sicut eis placuerit.... si autem non Destinaverint, remaneant res eorum magis propinquis, etc.... si Destinamentum fecerit, etc.*

**DESTINATIO**, Testamentum, dispositio bonorum. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 124: *Hugo ad obitum veniens, suam fecit Destinationem apud Dominam: videlicet dedit Deo et sanctis Apostolis, etc.*

\* 4. **DESTINARE**, Decernere, statuere. Comput. ann. 1408. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 194. col. 1: *Gentes armorum fuerunt in præsentia patria, propter quod fuit Destinatum, quod fierent excubiz in turri magna.*

\* 5. **DESTINARE**, Accidere. Vita S. Ber-

tell. tom. 3. Sept. pag. 449. col. 2: *Reversus itaque Bertellinus, oppressionem illam peccati sui causa credens Destinasse, etc.*

**DESTIPULARI**, Promissum pactum denegare, in Glossis MSS. Regis Cod. 1701.

**DESTITUDO**, *Destructio*, in Glossis Isidori, [ad quas Grævius: *Lege Desertio et hic et apud Constantiensem Episcopum.* Nam *Destituere* Duces dicuntur milites apud optimos Scriptores, qui eos deserunt. Hinc Papias: *Destituere, Deserere.* Et Constantiensis: *Destitutus, Desolatus.* Idem: *Desolatus, Destitutus, Nudus, Egenus, Desolari* dicuntur, qui ab omnibus deserunt. Justin. lib. 7: *Victusque jam ac Desolatus in regnum refugit.*]

\* **DESTITUTIO**, Statutum vel decretum legi et rationi contrarium. Conc. apud Rofiacum ann. 1257. cap. 1. ex Cod. reg. 1590: *Cum milites et thiranni et fere omnes layci... clericis opido infesti et peccatis exigentibus fere per omnes regiones milites et barones, rustici et burgenses constitutiones, imo verius Destitutiones... machinationes alias varias et diversas... facere præsumpserint et præsumunt, etc.*

\* **DESTORCERE**, Italis *Distorcere*, Distorcere. Charta ann. 1083. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 352: *Duabus vicibus arbore pecto ponendo et Destorcendo. Détordre*, in Poem. Alex. Ms. part. 1:

Emenidus le pleure et en Détort ses dois,  
Belement le gregette et en dist mos corais.

\* 1. **DESTORNARE** ICTUM, Gall. *Détourner un coup*, Ictum repellere, excludere. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Charthoph. reg. ch. 128: *Præfatus Johannes dictum Giletum percussisset de quodam magno baculo... nisi quidam, vocatus Galuys, ictum Destornasset. Détémir, pro Retenir, retinere, in aliis Lit. ann. 1475. ex Reg. 195. ch. 1437: Laquelle (trayne) ainst qu'il cuidoit frapper Détémist ledit coup.*

\* 2. **DESTORNARE** FERAM, Illam adigere in certa cubilia, vulgo *Détourner*, vox venatoribus nota. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 257: *Pro eo quod quemdam leporem, quem dictus abbas prosequebatur, ad libitum ipsius abbatis non Destornaverat, de pugno et etiam de quodam baculo... verberaverat.*

\* **DESTORSARE**, Sarcinam solvere, relaxare, Italis, *Sciogliere il fardello, il bagaglio*, Gall. *Défaire la malle*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 276: *Et dicimus quod nullus qui stat ad portas circle custodiendas debeat Destorsare, seu disligare malam seu torsam alicui mercatori per dictas portas transeunti.* [FR.]

**DESTRE**. Vide *Dextræ*.

\* **DESTRALAGIUM**, Lenocinium, quod dextras dando quis paciscitur. Gloss. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Destralage, Prov. lenocinium.* Formulæ Mss. ex eod. Cod. fol. 90. vº: *Culpa et defectu delatæ prædictæ se lenocinium seu Destralagium in præmissis committendo.* Hinc

\* 1. **DESTRALIS**, Quæ lenocinium exercet. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 116. ex Cod. reg. 4659: *Statuimus quod publicæ meretrices et rufianæ seu Destrales in contracta seu vicinia honestarum personarum nullatenus commorentur.* *Destral, Prov. conciliatrix, lena, leno, agagula, lenunculus*, in Glossar. jam jam laudato.

\* 2. **DESTRALIS**, Securis. Tabul. Casin. 1111. *Destrales, e 11. feras, etc.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657:

*Destral, Prov. Dextralis, qua arbores scinduntur, securis.* Vide infra *Dextralis*.

**DESTRALES**. Vide *Dextrarii*.

**DESTRARE**. Vide *Dextrare*.

† 1. **DESTRARIA**, Porticus Ecclesie. Joannes de Monasterio in Epistola, ubi describit Monasterium Caroliloci apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 2. col. 1388: *In cujus quidem Ecclesie introitu ampla spatioria platea præposita, porticus est trium Destrariorum seu deambulatoriorum.* Vide *Deambulatorium*.

\* 2. **DESTRARIA**, Equa major. Stat. Vercell. lib. 1. pag. 18. vº: *Et prædicta intelligantur de equis et armis, destrario vel Destraria de armis.* Vide *Dextrarii*.

† **DESTRARIUS**, **DESTRERIUS**. Vide *Dextrarii*.

\* **DESTRATIO**, Mensura, quæ dextris fit, *Destrator*, qui ita ex officio mensurat. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 16: *Si super terminatione vel Destratione dubium fuerit, Destratores sine pretio terminare et Destrare iterum teneantur.* Vide *Dextrare* 3. et *Dextri*.

\* **DESTRERIA**. Vide infra *Destreria*.

† **DESTRIS**. Vide *Dextri*.

**DESTRICARE**, seu potius *Destrigare*, Isidoro in Glossis, *Consummare*. Infra: *Distrigare, Consummare*. Ubi Cerda: *Destrigan equi, quando faciunt finem stallandi, hoc est, urinam mittendi.* Occitani *Destriga*, pro *Divertir, Detourner* dicunt: *Destriga*, pro *Employer son loisir à quelque chose*.

**DESTRICUS**, **DESTRINGERE**. Vide *Distringere*.

\* **DESTRICUS**, Poëna, mulcta a iudice imposita, nostris alias *Destriz* et *Destroiz*. Charta Archembaldi præpos. Vindoc. ex Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 17: *Homo vero meus multuram monachis restituit, mihi vero, forisfacto emendato, legem et Destrictum persolvat.* Charta Ludov. VII. ann. 1141. apud Fleureau in Hist. Bles. pag. 108: *De sanguine effuso, anserem vivum; de Destricto, gallinam nummorum duorum.* Ubi *Destrictus*, de rixa intelligendus videtur, ut et *Destrict* in Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 604: *Desquiez Destrict ou controverston... les juges ordinaires, soubz qui lesdictes parties demourront, auront la cognoissance entièrement.* Alia Alex. abb. Gemmet. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *De singulis clamoribus justitiam præpositi præctatis vj. denarios habebit, quod usus terræ vocat Destriz.* Lib. niger episcopat. Carnot.: *Simon de Espinceriis miles habet in majoria de Espinceriis citationes, les Destroiz, medietatem ad forragines, etc.* Vide in *Distringere* 3.

\* **DESTRUERE**, Debilitare, male multare. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et dixit quod totum Destruerunt dictum Guillelmum... verberando.*

\* **DESTRUS**, Modus agri ad mensuram, *Dextrus* dictam, æstimatus. Lit. Car. V. ann. 1375. pro amortizato. bonor. a Card. Alban. emptor. in Reg. 109. Charthoph. reg. ch. 401: *Item in quadam petia terræ campi unam quarteriatam continente et xx. duos Destres terræ... Item in quadam petia terræ campi continente unam quarteriatam terræ, minus quatuor Destres... Item emit dictus cardinalis... quandam petiam terræ vineatam... continentem novem quarteriatas terræ et tres quarternos, minus uno Destro.* Vide *Dextri*.

† **DESTURBIUM**, ab obsoleto Gallico *Destourbier*, Impedimentum. *Impedimentum, molestiam, Desturbium*, apud



Rymerum tom. 9. pag. 393. col. 1. Vide *Disturbium*.

\* *Destorbier et empêchement*, in Lit. ann. 1359. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 357. et alibi passim. *Destorber et Destourber*, pro *Détourner, empêcher, troubler*. Avertere, impedire, inturbare. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 62 : *Il li avoient Destourbé sa chace, et leur fist les testes coper*. Et pag. 133 : *Pour son doumage Destourber, etc.* Le Roman du Rou, ibid. in Glossar. :

Toute la terre fu mise en cheliveté,  
N'i a roi ne baron qui l'i ait Destorbé.

Vide *Disturbare*.

† **DES VASSALLARE**, Vassallum a loco deturbare. Vide *Vassi*.

**DESUB**, pro *Sub* : Galli *Dessous* dicunt. [\* Gall. *de dessous*, vox Latinis non ignota.] Passio SS. Perpetuae et Felicitatis : *Desub ipsa scala*. Pactus Legis Salicæ tit. 9. § 2 : *Desub tecto*. Lex Longob. lib. 2. tit. 41. § 2. [\* Liutpr. 26. (4, 8.)] *Desub quo, etc.* § 12. *Desub uno, etc.* S. Gregor. M. lib. 8. Epist. 20 : *Desub decessoribus ejus*. *Desub isto cælo*, in Concilio Duziac. I. part. 1. cap. 6. et apud Hincmarum Rem. in Quaterionib. *Desub gamba*, apud Vegetium lib. 3. Art. veterin. cap. 22. Occurrit in Regula S. Bened. cap. 58. apud Agrimensores, et alios.

**DESUBITARE**, vox formata ex *Desubito*, quæ occurrit apud Diomedem lib. 1. Art. Grammat. Donatum, et alios pro *De repente*. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 4 : *Nihilominus etiam si artes fuerit largitus, eandem crebra eversione Desubitat*. Leges Alvre di Regis West-Sax. cap. 26 : *Si canis hominem Desubitet, aut mordet tactus, in prima cupa reddantur 6. sol. etc.* Sax. Edit. cap. 23. habet. gif hund man toslite. Id est, si canis hominem momorderit. At in Bromptoni Editione et versione, canis duplici modo hominem lacessit, primo *Desubitans*, secundo *mordens tacitus*. Hic vero *Desubitare*, est, cum canis latratu continuo hominem lacessit, adeo ut nesciat, quo se vertat, demumque morsibus lacerat. Manet etiamnum vocis notio apud nostrates Picardos, qui *Faire Soubiter, et Desoubiter quelqu'un*, usurpant, cum eum continuis et repetitis contumeliis ad iram et furorem adigunt. Vide *Subitare*. [\* De improvise occupare, Gall. *Surprendre*.]

\* **DESUBTER**, **DESUBTUS**, ut supra *Desub*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Desubter, desubter, de Dessoubz*. Terrear. S. Maur. in Foresio ann. 1472 : *In et super quadam sua camera, quam tenet in turri rotunda viridarii Desubtus cameram Claudii de Chengiac*. Unde *Mettre à son dessous*, pro Aliquem opprimere, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 470 : *Lesquelz eussent icellui Guillaume par telle maniere accueilli et mis à son Dessous, que pour avoir secours ne sot trouver autre remede que de crier*. A son dessousbz, cum quis alteri prævalet, in aliis Lit. ann. 1460. ex Reg. 189. ch. 485 : *Icellui Pierrequin dist... que s'il pouvoit trouver ou rencontrer ledit Colin à son Dessoubz, qu'il le rueroit jus et affoleroit*. Dessouz, Pars corporis inferior, tergum. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 68 : *Icellui Pierre lors non estant en bonne disposition de raison... monstra audit Rochet son Dessouz tout nu, en lui disant que autrement ne seroit paiez*.

**DESVENIRE**, [Decedere, mori. Testamentum Ranimiri Regis Aragoniæ æræ

1099. apud Martinezum in Hist. Pinna-tensi lib. 2. cap. 38 : *Et si Desvenerit de eo, et lacaverit filium, teneat ipse ejus filius eas per manum de Sanctio filio meo in sua fidelitate*. Idem videtur quod *Mesevenire*, quomodo diceremus : *Et s'il Mesevenoit de lui, etc.*

\* **DESVIATORIUM**, Canalis, per quem aqua a consueto cursu deflectere possit. Stat. Saluciar. collat. 5. cap. 139 : *Statutum est quod quilibet molinarius in suo molendino... habeat suum Desviatorium ad dividendam aquam, ita quod si voluerit adaptare suum molendinum, vel aliud suum ingenium, quod alia molendina seu ingenia non cessent molere*. *Destournée*, eodem significatu, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 321 : *Jehan Pigasse avoit fait aucunes destrousses et excluses (rectius infra : excluses et Destournées) dedans le pré d'iceulz Crosmanas, pour oster l'eau de leur pré*.

† **DESULTOR**, ζεύξιπος, μεταβάτης. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. Sed hæc ad mediæ Græcitatiss Glossarium potius quam ad mediæ Latinitatis ; vocem enim *Desultor* usurpavit Livius eodem intellectu, scil. pro eo qui ex uno in alium equum transiit : quem etiam ἀμφίπουν Græci dixere.

\* **DESULTRIX VIRTUS**, Instabilis et parum firma, apud Tertull. adv. Valentin. lib. extremo.

† 1. **DESUPER ESSE**, Superesse, superabundare. Habetur in Statutis Humberti Belli-joci, apud Acherium t. 9. Spicil. p. 185.

\* 2. **DESUPER ESSE**, Supereminere. Charta Reginaldi comit. Bolon. ann. 1208. in Chartul. Campan. fol. 195. r° : *Si autem ipsi duo (arbitri) non potuerint concordare, dominus rex Franciæ erit Desuper, et quod inde nobis dederit, ratum habebimus et inconcussum*. A son dessus, Loco et tempore opportuno, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 117. Chartoph. reg. ch. 83 : *Icellui Michelet dist de mauvais et felon courage que se il trouvoit ledit Baudet à son Dessus, il le tueroit*. Vide supra in *Desubter*.

**DESUPERIUS**, Inferius, *Dessous*. Gregor. Turon. lib. 6. Hist. : *In Gallicia quoque novæ res actæ sunt, quæ Desuperius memorabuntur*. Alias *inferius*.

**DESURSUS**, Ex alto, *D'en haut*. Pseudo-Ovidius lib. 3. de Vetula :

... Sed liber spiritus ipsum  
Evolet ad Dominum, qui Desursum dedit illum.

**DESUSCEPTA**, Cautio de suscepta pecunia, seu scriptum, quo accipiens rem debitam a se susceptam sibi que a debitore traditam fatetur, quodque penes dantem remanet pro securitate solutionis. Ἀπόδειξις τῶν χρῶν, *Desuscepta*, veteri Interpreti Novellæ 72. Ἀπόδειξις ἀποληπτικῆ, Scholiastæ Harmenopuli lib. 2. tit. 2. § 7. et J.C. Græcis. Vox autem formata a susceptoribus tributorum, de quibus est titulus 72. in Cod. lib. 10. qui ejusmodi *Desuscepta* seu apochas tradebant tributaris pro fide susceptionis tributi ac vectigalis. Gregorius M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 49 : *Res autem quæ apud eum inventæ sunt, in cimeliarchio Ecclesiæ tuæ servare omnibus modis studebis ; de quibus etiam secundum rerum inventarum paginam Desusceptum te facere volumus, et in scrinium Ecclesiæ tuæ transmittere*. Sed et Clericis ejus, si tamen illic aliqui præsentés sint, a pari aliud facere *Desusceptum* te convenit, in quo tua fraternitas fateatur, qui *Desusceptum* de eisdem rebus in scrinio nostro

emiserat, quatenus dum necesse fuerit, competenti personæ res omnes possint sine detrimento restitui. Idem lib. 3. Epist. 16 : *Omnium autem rerum ipsarum non solum Desuscepta eos, qui eas tradunt, percipere volumus, sed etiam a te notitias earum subtiliter retineri, etc.* Vide eundem lib. 8. Epist. 11. 44. lib. 10. Ep. 45. lib. 11. Ep. 33. Anastasius in S. Agathone : *Hic ultra consuetudinem Arcarius Ecclesiæ Romanæ efficitur... emittens Desuscepta per Nomenclatorem manu sua umbrata*.

\* 1. **DETA**, pro *Dieta*, Vitæ institutum. Gualter. Hemingford. de gestis Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1294. pag. 57 : *Omnia in necessitate debent esse communia, et omnes unam et similem Detam paciemur*.  
† 2. **DETA** vel **DETUM**, Debitum, Gall. *Dette*. Instrumentum anni 1350. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. pag. 479 : *Quod dicti Consules possint cognoscere de banis sive Detis, si debeantur, aut committantur per aliquas personas, antequam fiat executio pro Detis*. [\* Legendum *Decis* pro *Detis*. Vide supra *Dechi*.]

† **DETAILLUM**, a Gallico *Detail*, Emtio vel venditio quæ fit particulatim. Sententia pro foragio contra Burgenses Compendienses in Tabulario S. Cornelii : *Religiosos jus habere percipiendi... de qualibet pecia vini magna et parva... ad Detaillum seu brocam venditi duo sextaria vini... et pari modo de qualibet pecia vendita in grosso unum sextarium vini*. Vide *Broca*.

† **DETALE**, Eadem notione. Consuetud. Brageriaci art. 74 : *Item permissum non est in villa Brageriaci et in barris ejusdem vendere pannos, neque sal a Detailh*.

† **DETAILLIUM**, occurrit supra in *Bravragium*.

\* Gall. *Detail*. Arest. parlam. Paris. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 499 : *Boulengarii panem conficientes et vendentes ad Detaillium in villa nostra Paris. etc.* Unde *Détaillier*, qui singularitatem vendit, in Lit. ejusd. ann. ibid. pag. 577. art. 5 : *Aucun marchand regratier ou Détaillier, etc. Détaillieur*, ut vulgo effertur, infra art. 9. Hinc etiam *Détaillerie* dicitur vectigal, quod ex mercibus ea ratione venditis percipitur, in Chartul. Latiniac. fol. 246. v° : *La Détaillerie et le tonlieu des chausses, xiiij. livres*.

† **DETAILLUM**, in Statutis Massil. lib. 3. cap. 13. § 1 : *Nisi forsitan eosdem canabactos venderet ad minutum vel Detaillum*.

† **DETECTUS** agitur modo, id est, probatio fit tironum. Gl. Isid. Lege *Delectus agitur modo* ; *Probari* enim veteribus proprie dicebantur tirones, qui in dilectu legebantur milites. Vide *Grævium*.

\* 1. **DETEGERE**, Contegere, operire, Gall. *Couvrir*. Joan. de Cardalho serm. in festo S. Nic. : *Habent equi camizias et coperturas scutorum incisionumque curiositate depictas ; pauperes vix habent petascola, cum quibus sua Detegant pudibunda*.

\* 2. **DETEGERE**, Decernere, declarare. Charta Injoranni abb. Resbac. ann. 1318. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 61. v° : *Verum quia dictus Johannes Brieren per bigamiam vel alias in pristinam potest recidere servitutum, in illo eventu, ubi recideret in pristinam servitutum per bigamiam vel alias, manumittimus et liberum esse ab omni jugo et onere servitutis ex nunc Detegimus*.

† **DETEMPERATUS**, Qui amplius non est consueta temperie. Acta SS. Junii tom. 5. pag. 496. de BB. Salome et Judith : *Delicatissimi dudum corporis ejus*

serenissima complexione *Detemperata*, lepra respargitur.

† **DETENTACIO**, Tentacio, molitio, vexatio. Gall. *Entreprise*. Litteræ anni 1268. tom. 2. *Rer. Mogunt.* pag. 480: *Ceterum ne injuriosa et tam enormis Detentacio prædicti Reynoldi apud heredes ejusdem, ipsis Decano et Capitulo in suis memoribus, occasionem in posterum suscitaret quæstionibus, volumus, ut contra ipsos, si post monitionem tuam legitimam de vexacione qualibet Capituli non desistant, severitatem sententiarum, quas in prædictum Reynoldum tulimus, districtius exequaris.*

\* **DETENTATIO**, Addictio, traditio, Gall. *Délivrance*. Libert. civit. Caturc. ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 312: *Item illi, qui res emunt ad inquantum vel substationem, tenebuntur incontinenti solvere quod promittunt, antequam Detentationem habeant de re emptâ.*

† **DETENTARE**, Detinere, reservare. Bartholomæus de Tolomæis in Vita B. Luchesi, April. tom. 3. pag. 604: *Præter hortolittum seu aqellum prædictum, quod ad subventionem pauperum magis quam ad sui sustentationem Detentabat, nihil aliud possidere cupiebat in terra.*

† **DETENTATOR**, ἐπιτετηγμένος, δουραστής, διατάτορας. Lexicon Martini. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. : Detentator, Possessor, Retentator, διατάτορας. Possessores et Detentatores, apud Rymerum tom. 1. pag. 876. col. 1.

† 1. **DETENTIO**, Hospitalitas, ut conjicio, quam quis benigne ab alio excipitur et *detinetur*. Passim occurrit in Necrologiis MSS. Corbeiensibus et aliis societatum instrumentis, in quibus promittunt sibi invicem *Anniversarium, societatem precum, Detentionem, et sustentationem* ei qui ex Monasterio aliquando fuerit non suo vitio egressus vel ejectus.

\* 2. **DETENTIO**, Possessio, occupatio, Gall. *Détention*. Stat. crimin. Saonæ cap. 48. pag. 99: *Et insuper illam personam, quæ dictam possessionem acceperit, condemnare debeat in decimam partem valimenti rerum acceptarum; nisi esset persona ad quam successio defuncti spectet, vel nisi esset nurus vel uxor defuncti, aut pater uxoris aut nurus, qui remaneret in Detentione pro iuribus suis.* Vide *Detentator*.

† **DETERESCERE**, Fieri deterius. Electio S. Maioli in Abbatem Cluniac. Spicil. Acher. tom. 6. pag. 419: *Ego Haymardus, ætate defatigatus, officii quoque corporis imminutus S. Petri Cluniac. Cœnobii Abba indignus... Clericum fratrem ac filium Monachis Maiotum eligimus et Abbatem esse decernimus, ne insolentia nostræ infirmitatis Ordo Deterescat.* Vide *Deteriorare*.

† **DETERIARE**, pro *Deteriorare*. Si prædicta moneta *Deteriaretur* pondere sive cursu, in Charta Massil. ann. 1229. IV. Idus Jan.

\* **DETERIÆ**. [Porcæ, id est macilentæ. Festus.]

**DETERIORARE**, Deteriorem facere, [Prædictis nostris *Deteriorer*.] S. Ambros. super Levit. ad Simplician. : *Facile corrumpitur et Deterioratur*. Utuntur Gregorius M. lib. 4. Epist. Lex 2. C. de Peric. et com. rei vendit. (4. 48.) Cæsar. Heisterb. lib. 4. cap. 59. [Henricus Comes Trencensis, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 873. Consuetudines Brageriaci art. 67.] etc.

† **DETERIORATIO**, Gall. *Deterioration*, Rei deductio in statum deteriorem. Occurrit in Consuetudinibus Brageriaci

articulo mox laudato, apud Thomam *Madox* Formul. Anglic. pag. 131. Rymerum tom. 4. pag. 468. col. 1. [\* Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 1841. voce *Verderbung*.]

† **DETERIORATUM MOLENDINUM**, in Litteris Hugonis Abb. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1096.

\* 1. **DETERMINARE**, pro *Determinare*, distinguere. Comœdia sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod. reg. 8163: *Sindonico vacat* (Hermonides) operi, mira prætextam gemmis auroque *Determinat arte*.

\* 2. **DETERMINARE**, Aliquem in album doctorum vel magistrorum, qui studiorum terminus est, referre, adscribere; qui recipiendi ritus una cum thesi tunc disputanda *Determinatio* appellatur, et *Determinator*, qui receptioni præsidebat et qui recipiebatur. Stat. colleg. Navar. ann. 1315. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 517. r. *Nullus habitum deferrat, nisi tabaldum seu housiam longam de bruneta antequam Determinaverit, et illi qui Determinaverint, capam habeant de perso*. Stat. universit. Tolos. ann. 1366. ex Cod. reg. 4222. fol. 84. vº: *Determinationes vero magistrorum fiant de mane, et tunc vacet tota facultas theologiz. Quibus resumtis et Determinationibus omnes theologi, tam bacallarii quam studentes, debeant interesse. Quæstiones vero et argumenta ad invicem magistri Determinantes communicent, ut eas dixerint et in forma*. Stat. S. Flori Mss. fol. 48. vº: *Decimus nonus (casus) est contra facientes commentum, scripturas seu libellos ex certa scientia et deliberate Determinantes in scolis seu prædicantes contra ea, quæ in constitutione continentur prædicta*. Stat. colleg. mag. Gervasii cap. 10. ex Cod. reg. 4354. A. fol. 28. vº: *Volo quod artisti pro Determinationibus eorum, vel licentiis, vel principiis adducant ad domum turbam sociorum, etc.* Stat. universit. Andegav. ann. 1410. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 500. art. 15: *Quod rector tenebitur a majori parte nacionum in congregatione generali et in collegio Determinationem prædictam semper concludere*. Vita S. Yvon. tom. 4. Maii pag. 586. col. 1: *Unde factum est, ut in artium liberalium eruditione super multos cœtaneos spatio breviori proficeret, et tandem in ipsidem ex discipulo et auditore magister et Determinator fieret*.

*Determiner*, pro *Terminare*, vulgo *Terminer*, *finir*, in Lit. remiss. ann. 1414. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 20: *Desqueles navreures icellui Jehan Détermina assez tost après vie par mort*.

† **DETERMINATOR**, Lector academicus, in Onomastico ad calcem tom. 4. SS. Maii. Vide *Determinare* 2.

**DETESSERARE**, Tesseris, seu ludo amittere pecuniam, in Speculo Saxonico lib. 2. art. 60. et 72.

† **DETESTABILITAS FAGINORIS**, Quod in facinore detestandum est et abominandum, apud Rymerum tom. 2. pag. 324.

† **DETESTAMENTUM**. Vide *Decostamentum*.

**DETESTARE**, pro *Testari*. Testamentum Riculfi Episc. Helen. ann. 915: *De his itaque rebus et de aliis per testamentum, quod Detestatum habeo, dono præfatæ Ecclesiæ, etc.* [Testam. Guillelmi Vicecomitis Agathensis, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 179: *Hic est brevis testamenti quem Detestavi vel ordinavi*.]

\* **DETESTATIO**, Testatio, declaratio. Stat. ann. 1476. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 332. col. 2: *Et ad Detestationem criminis seu dampni sic infe-*

*rendi, credatur unicuique dicta animalia, sic dampnum inferentia, reperienti, cum unico teste*.

\* **DETHRONARE**, De throno seu dignitate depellere, Gall. *Détroner*. Bonincont. Hist. Sicul. ad ann. 1135. apud Lamium pag. 136: *Innocentius postquam in Gallias adpulit, Claromonte synodum habuit, in qua Petrus Antipapa Dethronatus est*. Vide *Dethronizare*.

† **DETHRONIZARE**, De dignitate seu throno dejicere. Vita S. Maioli Abb. Cluniac. Maii tom. 7. pag. 689: *Perfunctus non longi tribunatus officio, præsto Dethronizatus assistit*.

\* 1. **DETINERE**, Sarta tecta tueri, Gall. *Entretenir*. Charta Gerardi præpos. S. Pet. Insul. ann. 1190. ex Chartul. sign. Decanus ch. 20: *Tectum et vitreas templi meum est Detinere, canonicorum est de novo reparare*.

\* 2. **DETINERE**, Tractare, Gall. *Traiter*, Epist. Soldani ad Pisan. apud Lam. inter notas ad Hist. Sicul. Bonincont. pag. 213: *Et ut sitis Detenti secundum quod scriptum est in cartulis vestris, quas a nobis habetis, ut per hoc provide sitis Detenti, et ita semper eritis Detenti quantum vos eritis in amicitia nostri regni*.

\* **DETIRPARE**, Exstirpare, Gall. *Abolir*. Stat. sabater. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 558: *Ut legalitas in eodem ministerio in dicto burgo observetur et fraus Detirpetur ac in futurum evitetur, etc.*

† **DETITULARE**, Titulum delere. Vide in *Titulare*.

† **DETIVM**. Vide *Decium*.

**DETIUS**. Vide *Decius*.

† **DETOURNARE**, Tornare, Plinio. Vide alia notione in *Torna*.

\* **DETORCUS**, (Detortus. *Cato* apud Priscian. 9. p. 871. *Putsch*. Marrucini vocantur, de Marso *Detorsum* nomen.)

† **DETORVUM**, Transversum. Consuetud. Lemovic. art. 72: *Ille qui faciet fieri parietem illum, faciet fieri communiter in terra vicini et sua, et poni faciet tantum Detortum in pariete ex una parte, quantum ex altera*. Gallica versio habet, *Autant de travers*.

\* **DETOURNARE**, A recta via deflectere, Gall. *Détourner*. Arest. ann. 1346. 28. Mart. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Cum scabini et habitantes banri archiepiscopi Rhemensis dicerent... se esse in possessione... veniendi, transeundi... ante portam de Vedula, necnon sedendi, requiescendi, Detournandi seu deviandi... super quadam tabula, sede seu stallo stante Rhemis, etc. Mesgetter nostri dixerunt, pro *Détourner*, a via declinare*. Lit. remiss. ann. 1332. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 20: *Comme l'exposant eust joué de son arbaestre, et parceque elle ne tint pas bien serré, ou que sa vire ne tenoit pas bien en coche, ou se Mesgetta pour le grand vent qui faisoit, etc.*

1. **DETRACTARE**, Equis in diversum actis reum discerpere: *Tirer à quatre chevaux*. Fleta lib. 1. cap. 37. § 2: *Apostatæ, sacrilegi, et hujusmodi, Detractari debent et comburi*. § 4. *Si inde convinctantur, Detractentur et suspendantur*.

† 2. **DETRACTARE**, Vox Italica, nostris *Detractor*, *Medire*, Famæ deträhere. Legitur in Actis S. Franciscæ Rom. n. 70. tom. 2. Mart. pag. 167.

\* Alias *Destraire* et *Détraire*, Ital. *Detrarre*. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 12: *Il commencerent à Détraire à li et à ses fais, qui estoient digne de loenge*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 289: *Icellui barbier avoit Destraït et deshonoré lui, sa femme et ses enfans*.

*Paroles détraheans, quæ famæ detrahunt, in aliis Lit. ann. 1370. ex Reg. 102. ch. 49: Pour aucunes paroles vituperables et Détrahens à l'onneur dudit Andrieu, etc.*

\* 3. **DETRACTARE** Se dicuntur, qui iuris exceptionibus renuntiant. Charta ann. 1336. inter Probat. domus de Chaban. pag. 67: *Super præmissis dicti homines se Detractant omni exceptioni doli mali, fori et omni actioni... renuntiantes, etc.*

\* **DETRACTATUS**, male tractatus, hanc notionem præbet Festus vocabulo *Detractare*, Italis, *maltrattato, malconcio*, Gall. *En très mauvais état*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 421: *Statuimus quod picture omnes Detraitate (lege detractate), que facte sunt et fuerunt in palatio comunis, etc.* [FR.]

† 1. **DETRACTUS**, *Excortatus*, Cui vivo capitis cutis abstracta est. Gasp. Barthii Gloss. ex Gauterio de Bellis Antiochenis.

\* 2. **DETRACTUS**, Subsidium ultimum quod reipublicæ datur a migrante ex bonis quæ secum auferit. Passim in Statut. German. Vide Mittermaier. Princip. Jur. German. § 111.

† **DETRADERE**, pro *Tradere*. Conventus Melodunensis ann. 1548. apud Baluzium Miscell. tom. 7. pag. 114: *Causa eadem est et auctoritas Detradendarum devolutionum, cognitio quoque possessorum Sacerdotiorum.*

**DETRAGIGO**. Gloss. Arabico-Lat.: *Detragigo, detraho. An detransigo?* [Amalthea habet, Detrago.]

\* **DETRAHINARE**, *DETRAINARE*, *Trahere*, Ital. *Trainare*, Gall. *Trainier*. Chron. Estense ad ann. 1288. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 340: *Marchio fecit eum Detrainari per totam civitatem Ferrariæ sine assidibus ad caudam quatuor asellorum usque ad furcas, et ibi fuit suspensus. Et col. 365: Fecerunt Detrahinari per totam civitatem Ferrariæ, et ibi suspendi ad furcas tanquam proditores. Etiam Detrahinari fecerunt usque dictum locum Maynardinum. Vide Trainare.*

**DETRANS**, pro *Trans*, apud Innocent. de Casis literarum.

\* **DETREMENTUM**, [Damnum, jactura, diminutio. DIF.]

**DETRICALE**, zona pendens in crinibus tricatis, et dicitur a *de*, quod est *deorsum*, et *trica*, quod est *coma*, quia pendet deorsum in trica. Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Et Detricale, armillas, adde monile.

**DETRICARE**, [Morari, remorari.] Vide *Tricare*.

\* **DETRICATIO**, Mora, dilatio. Acta S. Nicolai ex Cod. S. Germ. Prat.: *Benedicat eum Altissimus, qui sine Detricatione hac scripserit in melius. Nisi sit pro Detractione vel Detractatio. Et quidem a Latino Detrectare, Détrier, pro vulgari Refuser, dixerunt nostri. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 193: Et fist (l'Empereur Frédéric) par la force de ses baillis... que cil qui avoient fait hommage à l'église de Roume, des possessions que il tenoient de l'église, qu'il li Détrierent et li firent hommage. Ut ut est Détrianche, pro Mora, dilatio, et Détrier, pro Morari. Impedire, differre, legitur in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 447: *Que en che n'y aet nulle Détrianche ne excusanche. Et s'il advanoit que aucuns de cheaux qui vinent par devant lesdits esquevins fussent Détriers ou prolongiés, outre le terme contenu en la modification delle nouvelle loy, etc.* Stat. ann. 1355. tom.*

3. *Ordinat. reg. Franc. pag. 680. art. 3: Se plus en prennent ou Détrient les marchans ou les voituriers à délivrer lesdites lettres tous couz, fres et intérêts, qui par leur Détrierment seroient faiz, etc.* Vide *Tricare*.

**DETRIMENTABILIS**, Βλαβερός, in Gloss. Gr. Lat.

**DETRIMENTARI**, Detrimentum pati, in Constit. Justin. Imp. de Adscriptit. et Colonis: *Et ex hoc Detrimentari fundos et eorum functiones recedentibus agricolis, etc.*

† **DETRIMONIA**, *DETRIMONIUM*, Detrimentum. Charta Frederici II. Imper. inter Probat. Histor. Tolos. pag. xxxiii: *Hujus Præcepti auctoritas nullam patitur Detrimonia*. Mabill. in Annal. Bened. tom. 3. pag. 693, col. 1. legit *Detrimonium*.

\* **DETRITARE**, Triturare, molere. Charta ann. 1379. ex Cam. Comput. Aquens.: *Ibi tenentur facere Detritari eorum blada, cum habet ventum. Rursum: Et homines ipsi possunt facere Detritari sua blada ubi volunt.*

\* **DETRITIO**, Detrimentum. Chron. Ditm. episc. Mersburg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 124: *Aviculis insidiando sine Detritione frequentare occultius potuit.*

**DETRIUMPHARE**, Ἐκθριμψεύειν, in Gl. Gr. Lat.

\* **DETROUSSARE**, a Gallico *Détrousser*, Spoliare. Lit. remiss. ann. 1353. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Detroussavant ac etiam abstulerant malam unius dictionum commissariorum. Distroussavrent, ex iisdem Lit. in Leg. 82. Chartoph. reg. ch. 113.*

**DETRULLARE**, Diffundere, de trulla seu vase effundere. Aputius lib. 4. de Re culin. cap. 2: *Ubi coctum fuerit, levabis cum jure suo, et in patella alterius Detrullare convenit cum piperis granis integris.*

\* **DETUDES**, [Detunsos, deminutos. Festus, scil. ab obsoleto *tudo* pro *tundo*.]

\* **DETULARE**, [Declarescere. DIF.]

† **DETULENTES**, pro *Deferentes*, in Annal. Bened. tom. 4. pag. 112.

† **DETUMULATIO**, Exhumatio. Robertus Mon. in Vita S. Forannani, tom. 3. April. pag. 811: *Ut autem ejus corporis Detumulatio sacra seorsum in lava Monasterii fuit facta, etc.*

**DETUNICARE**, Palam facere, detegere, quasi tunica ablata nuditatem ostendere. Matth. Westmon. ann. 1240: *Et sic suas proprias prodiones manifeste toti mundo Detunicaverunt. Idem ann. 1249. Depalliare, eadem notione usurpat: Nulla voluerunt ratione latronum cætus Depalliare.*

**DETURBARE**. Vide *Disturbare*.

\* **DEVACUARE**. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Devacuatriades, Gallice Revanderes, a verbo Devacuatio*. Aliud ann. 1352. ex eod. Cod.: *Devacuare, Desvoindier, inde Devacuatrix.*

\* **DEVADIARE**, Rem oppigneratam redimere. Vide infra in *Vadio*.

\* **DEVALIDATIO**, Decessio, imminutio, Gall. *Déchet*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1499: *Item pro Devalidatione quorundam florenorum, ante festum navitatis Domini receptorum, aurifabro traditorum per manus Remondi Potier clientis ecclesiæ, vij. lib. xvij. sol.*

† **DEVALLARE**, *DEVALARE*, Gall. *Devaler*, Descendere, demittere. Vita SS. Voti et Felicis, Maii tom. 7. pag. 64: *Dedit eis unam speluncam quæ est sub Orolis facie... et inde Devallat contra illa serra de Trasillos. Eadem occurrunt apud Mo-*

retum Antiq. Navarræ pag. 300. Hist. Cortusiorum lib. 1. apud Murator. tom. 12. col. 795: *Ipsi autem sentientes sagittas, et jam vulnerati cadebant, et sic lanceas suas Devalare relaxabant. Vet. Rituale Ambian. art. de sepulturis ad antiphonam Hæc requies mea habet: Corpus sit Devalatum in suo sepulcro. Vocis etymon Vallis.*

† **DEVALIS**, *Prona vallis*, in Glossario Barthii ex Gauterio de Bellis Antioch.

\* **DEVANTAGIUM**, i. e. *Vürteil*, in vet. Glossar. Lat. Germ. apud Haltaus. col. 1995.

**DEVARICARE**, *Provehere, dissimilem reddere. Papias.*

\* **DEVASTARE**, Suppeditare, Gall. *Fournir*. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 26. col. 2: *Solvi Poncio Jordani pro media libra candelarum, quas Devastavit de mane, quando domini associaverunt dominum cardinalem d'Amiès in suo recessu.*

\* **DEVASTATOR**, Concilium Pistis, ann. 861. cap. 4. sub fine. *Ecclesiæ inimicus et regni Dei Devastator.* (p. 22. A.)

† **DEUBLIA**, *DUBLIA*, Præstatio obliarum seu tenuissimorum panum certis temporibus Dominis a subditis facienda, sæpe in aliquantum pecuniæ commutata, Gall. *Droit d'oublie*. Chartul. Prioratus S. Petri de Domina f. 60. v.º: *Massus de Malbure XIII. lib. de porco, Deublius (Deublias ut infra) VI. denar. et v. spallas et XI. denarios. Massus tertiariorum XI. lib. de porco, II. sol. de multone... et IX. denarios inter omnes spallas et sex denarios Dubliis. Massus meitariorum VIII. lib. de porco et VI. den. Deublias et IV. spallas et XII. den. et II. sol. de multone. Melius legeretur de obliis vel de obliis seu de ubliis, propositione ab ipsa voce separata. Vide *Oblia* post *Oblia*.*

† **DEVECIUM**, f. pro *Deverium*, ut infra. Instrum. Archivi Magni Prioratus S. Johannis Tolos.: *Recognovit se habuisse vendas et laudiam et alia Devecia usque in huc.*

† **DEVECTIO**, *Vectura*, Gall. *Voiture, Transport*. *Devectio et revectio frumenti sive farine*, in Charta Adelberti Archiep. Moguntini ann. 1135. Rerum Mogunt. tom. 2. pag. 583.

† **DEVENSURA**. Vide in *Defensa* 3.

† **DEVENIRE**, Gall. *Devenir*, Evadere, fieri. Regestum Campaniæ f. 54. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 1. pag. 124: *Gibuinus Devenit homo ligius Dorninæ Comitissæ. Chartular. S. Crucis Kemperleg.: Sæculo abrenuntians et Monachus S. Crucis Deveniens. Habetur iterum apud Rymerum tom. 1. pag. 245. col. 1. et pag. 159. col. 1. [\*\* Vide Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 1179. B.]*

\* Charta ann. 1258. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 537: *Nescivit quid Devenit dictus Alanus filius, etc.* Phrasis Gallica: *Il ne scut ce qu'étoit devenu, id est, quid illi factum est.*

† **DEVENSUM**, Idem quod *Defensum*, de quo supra in *Defensa* 3. Charta Barali de Baucio pro Monasterio S. Pontii ann. 1263: *Confirmamus vobis donationes... juris bosquerandi seu etiam lignerandi per totam terram nostram ad opus ædificiorum vestrorum et domorum et etiam cremandi... exceptis tamen Devensis et culturis nostris et hominum nostrorum. Occurrit rursus in Chartulario Aptensi et in Statutis Massil. lib. 5. cap. 19. § 5. et 20.*

\* **DEVENTITARE**, Eadem notione. Laudes domus Aurix Januens. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1180: *Pisa-*

num nomen, quod multos per annos antea cunctis nationibus valde formidolosum erat, in ultimum aliarum vilipendium civitatum Deventitavit.

† **DEVENTUS**, Eventus. Casus. Gall. *Evenement*; idem Adventus, Gall. *Arrivée*. Charta Alexandri Abbatis Mediani ann. 1263. in Historia ejus Monasterii pag. 330: *Conradus ipsam curiam a cunctis incursonibus et Deventibus... defendere tenetur*. Oratio Ferdinandi Vacecapitis Regis Castellæ Legati ad Ludovicum Ducem Andegav. ann. 1378. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 1504. E: *Juxta Vianam, quam tunc obsessam, nunc vero in Deventu nostro, duris et angustis tenebat obsidionibus coartatam.*

\* **DEVENUSTARE**, Vituperare, deformitatem alicui exprobrare. Dialog. creatur. Dial. 63: *Tunc ficedula, id est papafigo, ad eam (avem, scilicet corvum) accedens plurimum vituperabat, nec in pace ipsam dimittebat... Ficedula reversa cepit verba contumeliosa reciprocare eumque, ut prius, Devenustare. De quo corvus indignatus cupiens se vindicare, ficedulam totam decalvavit.*

† **DEVERIÆ**, Subductiones, declinationes, effugia, apud Marten. in Onomastico ad calcem tom. 5. Anecdotorum.

1. **DEVERIUM**, Debitum, pensitatio, Gall. *Devoir*. Vitalis Episcopus Oscensis: *Item percipit Ricus homo Deveria, hoc est, quædam personalia tributa, ut est panis et pullus, etc.* Joannes XXII. tom. 3. Epist. 1559: *Molendinum etiam de Jusseo, et cirmanagia, quæ præfati Vicecomes (Beneharnensis) et ejus uxor habebant in locis de... et quædam Deveria in locis eisdem, etc.* Infra: *Nec non quædam Casalia, terras, census, et Deveria.* [Confirmatio compositionis cum habitantibus castri de Leucata ann. 1318. ex Bibl. Colbert. Regest. 56: *Pro ipsis bonis in talliis et quistis communibus dicti castri et aliis Deveris, etc.* Occurrit apud Baluz. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 160. 314. 363. Martenium tom. 1. Anecd. col. 159. tom. 4. col. 800. 1009. etc. Vide *Deberium*.]

\* 2. **DEVERIUM**, Debitum a vassallo servitium, clientelaris professio. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 116: *Quod quidem homagium non debet durare nisi quousque præfati filii majores essent, et erga præfatum Dominum regem sua Deveria fecissent. De anno 1230. Ibid. fol. 119: *Faciendo tamen homagia aliaque Deveria consequentia et debita.**

\* 3. **DEVERIUM**, Officium, munus, nostris etiam *Devoir*. Arest. ann. 1402. 10. Dec. in vol. 9. arestor. parlam. Paris.: *Magister Henricus de suo Deverio faciendum summatus et requisitus, non curaverat.*

**DEVERSUM** [f. Inversum, Gall. *Devers.*] Monasticum Angl. tom. 1. pag. 850: *Debet... avrunatum unum, 8. pedibus longum, introrsus de Deverso lanceando propellere.*

† **DEVERSUS**, Gallica præpositio, *Devers*, Versus. Testament. Jacobi Regis Aragoniæ, apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 198: *Et ipsa sedendo sedilia Deversus qua partem dicti sigilli in orbitate ejusdem*. Bartholom. Scriba lib. 6. An. Genuens. ad ann. 1234: *Dedit vexillum militum quatuor compagnarum Deversus civitatem viro nobili Petro Vento.*

† **PER DEVERSUS**, **PER DEVERSUM**, Eadem notione, Gall. *Par Devers*. Charta S. Ludovici Reg. Franc. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1266. E: *Boscu autem qui est ultra prædictam aquam per Deversus Ebriocem, nobis remanet et hæredibus nostris.* Chartular. S. Vandre-

gisili tom. 1. pag. 1048: *Feodavi... unam pechiam terræ longam triginta sex pedibus et latam per Deversum vicum, etc.*

† **DEVES**, ut mox *Devesia*. Vide locum in *Paxeria* post *Paxera*.

**DEVESIA**, [DEVESUM, DEVESIUM, etc. Locus defensus, ut supra *Defensa* 3. Donatio ann. 1138. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 489: *Campos de Ecclesia et Devesa, etc.* Habebunt in eodem mansu jus pascendi, exceptis *Devesis et junqueria*, in Fragmentis MSS. Stephanotii tom. 8. pag. 243. Charta Curie Arelat. ann. 1225. e MS. D. Brunet fol. 84. vº. : *Qui... cognoscere debent, quid patuum, quid consorcium vel Devesum, quid privatum, quid publicum, quid ad communes usus in Cravi pascuis pertinent.* Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1351. apud D. de Lauriere tom. 2. Ordin. pag. 479: *Forestas, Devesas, seu nemora dictæ universitatis defendat et custodiat.* Inventar. Piquet num. 18. cap. 41. de Vouta fol. 31. vº. ex Archivo Principis de Rohan: *Item plus quoddam Devesium nemus et pratium.* Capitul. General. S. Victoris Massil. ann. 1288: *Statuimus quod neque Priores, neque Monachi habeant vel teneant canes venaticos vel aves, cujuscumque prætextu, nisi illi solum qui in suis Prioratibus habent certas garennas et Devesios, et tunc non per se, sed per homines laycos faciant venari garennas vel supradictos Devesios.* Instrum. anni 1032. ex Archivo ejusd. S. Victoris: *Dono ad Monachos Devesum in aqua, qui vocatur Welna.* Charta ann. 1304: *Et quod gentes D. Regis non audeant immittere bestiarum sua ad pascendum ultra dictos limites in Devesias hactenus consuetas usque terram Savartesii.* Vide *Devezium*.

\* *Dèvese*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 367: *Ouquel villaige de Dustrac (en Auvergne) a ung terrouer appellé la aste de Custrac et autres Dèveses ou pasturaiges... lesquelz... sont ordonnez... à faire paistre et herbager les beufs arans dudit villaige. Devois, in Recognit. burgi S. Andeoli.*

\* **DEVESPERE**. [Hora vesperarum. DIEF.]

\* **DEVESTIMENTUM**, Messis, fructuum vel segetum collectio, Gall. *Dépuille*. Charta ann. 1377. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxj: *Habito... devestimento partis dictæ terræ, non obstante quod nobilis R. de Albergia ut bajulus dicti prioratus, ut asserit, dictum Devestimentum habuerit, etc.*

† **DEVESTIRE SE**, Rei alicujus dominium abdicare, Practicis nostris, *se Devestir*. Litteræ Guillelmi de Dampetra ad Blancham Comitissam Campaniæ, Collect. Ampliss. tom. 1. col. 1140. E: *Ego reddo et concedo carissimæ Dominæ et matri meæ Vicecomitatum Trecesensem, et eandem de eo investio et me Devestio pro denariis, quos eidem assignaveram et debebam singulis annis.* Occurrit alibi non semel.

† **DEVESUM**. Vide *Devesia*.

† **DEVETARE**, Vetare, prohibere. Barthil Gloss. ex Hist. Palæst.: *Cumque vidisset Rex Cæsares contubernium Francorum tam prope civitatem hospitatum, doluit animo et jussit illis Devetari mercatum, nisi discederent a civitate.* Usus est Quintilianus, ut quidam volunt.

\* Nostris *Dévêr*, eodem sensu. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Dévêr, cohîbere. Dèveement, cohîbitto.* Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657: *Dévêdar, Prov. inhibare, vetare.* Bestiar. Ms.:

Mais la loy Dèvee et deffait, etc.

**DEVETATUS**, Interdictus, *vetatus*, prohibitus. Vetus Charta apud Catellum in Comitibus Tolos. lib. 1. cap. 16: *.... Et hoc edictum transgressus, sit maledictus et Devetatus a Divino officio.*

\* **DEVETATOR**, f. ab Italico *Disverre*, Evellere, qui arbores evellit. Stat. ant. Florent. lib. 2. cap. 77. ex Cod. reg. 4621: *Contra omnes incendiarios, depopulatores, devastatores, et Devetatores, incisores, omnes et singuli... teneantur elevare rumorem, sonare campanas, persequi et capere.*

\* **DEVETIA**. Charta ann. 1332. ex Reg. sign. Leopardus Cam. Comput. aquens.: *Item capita cum suis Devetiis omnium piscium regalium, qui in mare Thotoni per quoscumque capiuntur.* An partes piscium anteriores, vulgo de *devant*, veluti capiti appendices, intelligendæ?

**DEVETUM**, Interdictum, prohibitio, ex Gallico *Vêr*, *vetare*, *Dévêr*, devetare, seu potius exactio sub prætextu prohibitionis. Charta Conradi Imp. pro Pisanis Tyrum incolentibus ann. 1147: *Et ut de nulla re fiat eis Devetum, nec ab eis occasione alicujus Deveti aliquid possit extorqueri.* Infra: *Et ut nihil nomine superscriptarum rerum et concessionum aliqua occasione ab eis possit exigi, vel machinari per Devetum, vel aliqua arte vel ingenio, unde jus eorum lædatur.* Pactum inter Michaellem Palæologum Imp. CP. et Januenses ann. 1261: *Item promisit et convenit, quod non faciet de cetero communi Januz Devetum aliquid in toto dicto Imperio... de aliquibus mercationibus, victualibus, atque grano; sed ipsis mercationes, victualia, et granum... sine aliquo impedimento dactis, commercii, sive exactionis, etc.* Gallica versio habet *Devé*. Occurrit præterea in Conventionib. inter Ludovic. II. Regem Siciliæ et Arelatenses ann. 1381. art. 22. [et in aliis ann. 1385. e MS. D. Brunet fol. 7. Capitula de Officialibus Arelat. n. 3. ejusd. MS. fol. 95: *Non faciant aliquod interdictum sive Devetum de blado vel de sale.*]

**DEVÉZ**, ut mox *Devezium*. [Vox usque hodie usitata in comitatu Fuxiensi. Chartular. Aureliense: *Ego Fulcherius de Meiras et Bernardus donamus S. Johanni de Aurel... dimidietatem del Devex, qui est apud aquam Sparsam.*] Charta ann. 1245. ab Salvagnio Boissio allata pag. 323: *Quod possent uti et frui perpetuis temporibus pascuis... planis, et montanis et memoribus, excepto nostro Devex.*

**DEVÉZIUM**, **DEVESIUS**, Idem quod *Devensum*, de qua voce supra, quasi *Devetum*. Charta Simonis Comitis Montisfortis ann. 1211. in Regesto Carcassonsensi pro urbe Pezenacensi: *Furnum, homines, et feminas, et prædia urbana et suburbana... et insulas, et nemora, et venationes, et Devezia, et 4. taschas terrarum, et pascua, et paludes.* Alia Raimundi Comitis Tolosani ann. 1236. in Regesto Tolosano pag. 51: *Et barras, et alberetas, et rameries, et Devesios, et adempriva, etc.* [Vide *Devesium*.]

\* *Devet* nostris eadem notione. Vita J. C. Ms.:

Che fu li arbres voirement  
Que Dame Dieu parama tant,  
Qu'il mist Adam en son Devet,  
Que il n'eust del fruit goustet.

Charta ann. 1343. ex Chartul. S. Vincent. Laudun.: *Maintentions estre en saine de faire les vées et les Desvées par notre justice.* Quo loco *Desvée* videtur interdicti absolutio.

\* **DEVIALITAS**, Defectio a fide vel virtute. Bareleta in serm. de paucitate salvandorum: *Quia pauci sunt salvati... probatur quintupliciter*; 1<sup>o</sup>. ratione infidelitatis, 2<sup>o</sup>. ratione malignitatis, 3<sup>o</sup>. ratione Devialitatis.

† **DEVIAMENTUM**, Error. Acta S. Franciscæ Rom. Martii tom. 2. pag. 123. \*: *Si aliquod advenit Deviammentum, subito illud removet.*

**DEVIARE**, Exorbitare, extra viam ire, Joan. de Janua: *Desvéer*, nostris. Occurrit in Cod. Th. non semel, et in Visione S. Baronti num. 16. [apud Bern. de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 24. Obertum Cancellarium lib. 2. Annal. Genuens. Ludewig. tom. 5. pag. 463. Macrobius, Symmachus, etc.] Hinc *Dever*, dicitur pro *Delirare*, qui a recto mentis et judicii tramite abscedit. Le Roman de Garin MS. :

Au Roy Charboucle est venu la novele,  
Con il entend qu'à poi il ne Desve.

Alio loco :

Hernaud l'entend, le sans cuide Deaver.

Rursum :

Desvéé part, loiaument vos defi.

*Desverie*, Insania, apud Hugonem Plagonem in Versione MS. Guill. Tyrrii lib. 17. Idem Poeta :

Ses homs estoit, ce fu grant Desverie.

[\* Ita et *Derver* atque *Desvoier*. Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 10: *Estoient il si effrené et si Dervé, que il en navrerent maint jusques à l'efucation du sanc. Conseil. Petri de Font. cap. 32. art. 20: S'il n'est ne forsenés ne Dervés, li testamens ne fust nus.* Vita J. C. MS :

Sus est saillis comme Dervés,  
Pour un petit n'est foursenés.

Miracula B. M. V. Mss. lib. 1 :

Puis encai en frénéisie,  
Une Dervée malade.

Ibidem :

Theophylus li Desvoisés,  
Li durfeus, li fannoiés, etc.

Li Lusidaires :

Eles furent mult effrésés,  
Et courroient comme Dervées.

*Diervé*, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Par les maistres rues de Rome  
S'en court à loy de Diervé home.

*Marvoié*, eodem sensu, in Vit. Patrum Mss. :

Si s'en torne com Marvoisés,  
A une vile est avoisés.

*Deverlée*, insania in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Amentia, Deverlée.*] Hinc vox vulgaris, *Endesver*.

**DEVI ERRORES**, fide devii, in Cod. Th. Est etiam *Devier*, De vita decedere, migrare. *Devier sans issue*, apud Littletonem sect. 4. est mori absque liberis. Guillelmus *Guiart* de Ludovico VIII. Rege Franciæ :

Du Roy que mort mordant tria,  
Quant à Monpancier Devia, etc.

[Le Roman de S. *Leocade* MS. ubi de Clothario Monasterii S. Medardi Suess. fundatore :

Nostre mostier edifa  
Sor seint Maart quant Devia.]

**DEVIARE**, A via sua aliquem per vim

III

abducere. Charta Pontii Archiepise. Arelatensis ann. 1000. tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 429: *Si quis per viam, aut extra viam aliquam injuriam fecerit, et in veniendo aut in revertendo aut aliquid eis tulerit, aut eos Deviaverit, sit maledictus et excommunicatus, etc.*

\* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Pascebat et custodiebat per totam vallem... et non invenit unquam aliquem qui eum Deviaret.*

† **DEVIATIO**, Disciplinæ solutio, remissio, Gall. *Relachement*. Berthenii Chronicon Marienrod. apud Leibnitium Script. Brunsvic. tom. 2. pag. 434: *Primus videlicet status regularis observationis ab initio domus in Isenhagen et adeptio-nis hujus Monasterii per annos LXX. sub septem Abbatibus... Secundus status est Deviationis etiam per annos LXX. sub decem octo Abbatibus.*

† **DEVIATUS**, Devius, errans, dissolutus, *Mulieres dissolutas et Deviatas a via puritatis et honestatis*, in Vita B. Coletæ cap. 1. num. 10.

\* *Desvoyé*, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 377. art. 18: *Tenir en prison Desvoyé, qui ne soit sur rue publique et commune. Devoyer* vero, pro vulgari *se réjouir*, quasi animum a tristitia avocare. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 591: *Le suppliant et plusieurs autres séans sur des marriens ou gros bois... pour Devoyer et esbatre ensemble.*

\* **DEVIATORIUM**, Iter devium, Gall. *Chemin détourné*. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 80. ex Cod. reg. 4659: *Nec etiam extra civitatem habeat vel faciat aliquis fimatorium in ambarratiis, liciis, vallatis, in viis publicis vel Deviatoriis viarum publicarum.*

† **DEVIBLĒ**, Vigiliæ; vulgo *palez mulieris*. Gloss. Isid. Lege et vide *Decubie*.

\* **DEVIGILARE**, Evigilare, Ital. *Disvegliare*. Gloss. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Desvelhar, Prov. Devigliare, evigilare.*

\* **DEVIGINARE**, pro *Devirginare*, Silvestrem regionem proscindere, in arvo-rum formam redigere. Chart. antiq. ap. S. Rosa de Viterbo Elucid. tom. 1. pag. 374: *Frater meus, qui in illa habitat, de plantatura, quam ibi plantaverit, de terra etiam, quam Deviginaverit, quintam partem redat ipsis canonicis.*

\* **DEVIGLA**. Stat. Montis-reg. pag. 313: *Item pro qualibet dozana Deviglarum, solvat denarios tres.*

† **DEVILLARE**, Discedere de villa, ire, proficisci: *Licentiaque ab ipso Domino Cancellario petita et optenta, die illo Devillavit versus civitatem Londoniæ, apud Rymerum tom. 9. pag. 386. col. 1.*

\* **DEVINTUS**, Eventus, casus, ab Italico *Devenire*, accidere, evenire. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 56. pag. 113. v<sup>o</sup>: *Si vero socius, qui vadit laboratum, sine socii voluntate pecuniam societatis vel commendationis portaverit in Devintum, laudet magistratus.*

\* **DEVIOLARE**, Rescindere, irritum facere, violare. Charta ann. 1127. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 6. fol. 98. v<sup>o</sup>: *Sigilli nostri impressione sancire dignum duximus, et Deviolare (Concessionem) præsumentes anathemati perhenniter obligavimus. Vide mox Devocare 2.*

† **DEVIOLARE PUELLAM**, Violare, stuprare, in Capitulis additis ad Legem Alaman. § 42.

**DEVIRARE**. Alanus de Insulis in Planctu naturæ contra Sodomitas :

Cum Venus in Venerem pugnant illos facit illas,  
Cumque sui magica Devirat arte viros.

† **DEVIRATUS**, Effeminatus. Hugo Falcandus in Hist. Sicula, apud Muratorum tom. 7. col. 307: *Nec enim Regem sanum habuisse consilium... qui viros contemtibiles, imo Deviratos homines ad regimen regni putaverit posse sufficere.*

**DEVIRGINARE**, Διαπαρθεύειν, Devirginator, διαπαρθευτήρ. Glossar. Lat. MS. Regium: *Corrupit, Devirginavit*. Ita etiam Glossæ Isidori. Ugutio: *Deflorare, florem auferre. Virgo Devirginatur, defloratur, flos virginittatis aufertur*. Gloss. Lat. Græc.: *Devirginat, διαπαρθεύειν*. Gloss. Græc. Lat.: *Δεπαρθεύειν, Devirginata*. Gloss. Isonis Magistri: *Virginal, locus, in quo Devirginantur virgines*. Glossæ Biblicæ MS: *Tricæ dicuntur impedimenta pedum, quibus virginum pedes ligabantur, ne Devirginarentur in via*. Dudo lib. 1. de Act. Norm.: *Omnis puellarum sexus ab ipsis Devirginatur*. Liber promissionis Maleficii cap. 28. inter Statuta Veneta: *Si quis virginem aliquam per vim Devirginaverit, etc.* Utuntur vetus interpres Juvenal. Stat. 9. v. 71. Paulus JC. leg. fin. D. Offic. Præsid. Petronius Arbitr. Hieron. de Monogam. Epist. 25. Cæsarius lib. 2. cap. 25. etc. Vide *Catellum* in Comitib. Tolosan. pag. 218. *Seram virginittatis aperire, et corrumpere*, in Constit. Sicul. lib. 1. tit. 21.

† **DEVISA**. Vide *Divisa*.

† **DEVISAMENTUM**, Inscriptio, symbolum, Gall. *Devise*. Vide locum in *Colera*.

\* Nostris *Devise*, Gentilitia insignia, vulgo *Armes*. Froissart. vol. 4. cap. 114: *Et leurs gens vestus chascun de sa livrée en Devise*. Alanus Chartier in Poem. *La Dame sans mercy* :

Le noir portoit, et sans Devise.

Vide Dissert. 1. Cangii ad Hist. S. Ludov. et infra *Divisa* 7.

† **DEVISIA**, ut *Devesia*, in Litteris Johan. Franc. Regis ann. 1350. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. pag. 479: *Quod dicti Consules possunt et valeant metas seu bolas plantare in Devisiis et terris dictæ Universitatis.*

† **DEVITOR**, pro *Debitor*, in Charta anni 873. apud Mabill. Diplom. pag. 543. Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 124: *Quod eis debebat vel Devitor est homo.*

† 1. **DEVITUM**, pro *Debitum*, in eadem Charta.

† 2. **DEVITUM**, ut *Divisa*, Testamentum. Vide locum in *Parsiare*.

† **DEVIVUM**, Species vestis clericalis. Statuta Ecclesiæ Tutelensis ann. 1328. inter Anecdota Marteniana tom. 4. col. 798: *Monemus omnes et singulos Rectores, Presbyteros et alios Beneficiatos nostræ diocesis, maxime Religiosos, ne de cetero deferant redundellos, nisi Devivum longum in modum habitus.*

† **DE ULTRA**, Ultra, apud Bartholomæum lib. 6. Annal. Genuens. ann. 1325.

† **DEUM**, pro *Eum*, pluries ab antiquis scriptum observat probatque Baluzius in Notis ad libros Capitularium tom. 2. col. 124.

\* **DEUNCULUS**, diminut. a *Deus*, ficti numinis simulacrum. Acta S. Susan. tom. 2. Aug. pag. 632. col. 1: *Macedonius... cepit coarctare eam ad sacrificium, defrens Deunculum aureum Jovis, et mensam tripodam.*

\* **DEVOATIO**, Clientelaris professionis negatio. Vide supra in *Advocare* 4.

† 1. **DEVOCARE**. Papias editus: *Devoco, accuso*. MS. Bitur.: *Devoco, accuso, desuper voco, dedico*. Perperam, ni fallor, in Glossis Isid.: *Devoto, accuso.*

\* 2. **DEVOCARE IN IRRITUM**, Irritum

12

facere. Charta ann. 1190. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 118. r. col. 2: *Excommunicati sunt qui renuntiationem istam et Legati recognitionem deinceps voluerint Devocare in irritum*. Vide supra *Devolare*.

\* **DEVOCATUS**. Stat. Præmonst. Mss. dist. 3. cap. 1: *Si lector mensæ Devocatus benedictionem neglexerit, etc.* Fortassis pro *Denotatus*.

\* **DEVODUM**. [Ut *DEVOTUM*. « Tabula I. *Devodi*. (Thesaur. eccles. Clarom. mus. arch. dep. pag. 39. an. 980.) »]

\* **DEVOLATORES**, *Ambrones*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Pro *Devoratores*. Vide *Ambro*.

\* **DEVOLATORIUM**, *Dèveour*. in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

**DEVOLVERE**, Manifestare, propalare, revolvere. Gloss. Arabico-Lat.: *Depalo, Devolvere, manifeste*. Infra: *Devolvere, depalo*. Galli *Desveloper* dicunt.

† **DEVOLUTIO**, Gall. *Devolution*, Jus devolutum. Locum habet in quibusdam provinciis Bataviæ præsertim et Belgii, competitque liberis primi matrimonii, adeo ut superstes sive maritus sive uxor omnia utriusque conjugis bona immobilia iis primi matrimonii liberis servare teneatur, mobilibus duntaxat bonis ad alterius conjugii liberis pertinentibus. Stokmanni Tractatus de hac re consulendus. Charta Wenceslai Ducis Silesiæ pro Rege Bohemiæ ann. 1343. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 540: *Et possessiones nostras universas et singulas, quas pro nunc et ex successione seu Devolutione possidebimus*. Libellus Forensis ann. 1478. apud eundem Ludewig. tom. 6. pag. 76: *Hæc omnia uxori meæ filie prædictæ Ducissæ Devolutionis jure attinebant*. [Utroque loco *Devolutio* Successionem communem significat, quo sensu *Devolvere* de hæreditate sæpe usurpatum et apud Romanos J.C. et mediis temporibus, e. g. in chartis ann. 1276. 1278. et 1298. ap. Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 963. 968. et 977. De *Devolutionis Jure* vide Mittermaier. Princip. Jur. German. § 496. 498. not. 8.] *Devolutio* autem, in rebus beneficiis dicitur Collatio beneficii a Superiore præsertimque a summo Pontifice, cui jus devolutum est conferendi caducum beneficium.

**DEVOLUTORIUM**. Ugutio: *Girgillum, instrumentum ferreum, quod a nomine dicitur Devolutorium, quia vertendo in girum 7. fila involvuntur*. Filum enim a colo ducitur in fustum, a fuso in alabrum, vel transductorium, a girgillo in glomicellum, a glomicello in pannum, a panno in telam. Gallis un *Devidoir*.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Devolutorium, Develtuere*. Aliud Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Devolutorium, i. girgillus, Desvoutouere à fil.* Infra: *Devidouere*.

\* **DEVORANCIA**. [Cista de qua Cedit frumentum in mola, super molarem in molendino. DIER.]

**DEVOTÆ**, *Feminae* et *virgines*, quas *ἱεράς παρθένους* vocat *Sozomenus* lib. 6. cap. 19. *παρθένους ἐκκλησιαστικὰς*, lib. 8. cap. 24. quæ castitatem voverunt: *quæ se Deo voverunt*, ut est in Concilio Valentiniano sub Damaso cap. 2. cujus titulus sic concipitur: *Devota, si se maritaverit, etc. Deo devota*, in Epist. 2. Siricil. PP. adversus Jovinianum. *Virgines consecratæ, seu in proposito, sub devotione viventes*, in Concilio Aureliano. III. cap. 16. *Devotarum more induitæ*, in Concilio Barcinon. ann. 599. cap. 4. S. Ambrosius in Tract. ad Virginem devotam: *Ipsius*

(Del) *te devovisti esse sponsam, Devota Deo diceris, quid tibi cum hominibus secularibus, aut quem tractatum habes cum illis? Infra: Devovisti animam tuam ad destruenda omnia, quæ sunt hujus sæculi. Devota Deo puella*, apud Papiam lib. Responsor. tit. 10. Concil. Toletan. I. can. 16. et Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 215 [299]. *Devotam peccantem non recipendam in Ecclesia, nisi peccare desierit. Infra: Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad penitentiam, nisi adhuc vivente marito ipsa caste vivere cæperit, aut postquam ipse decesserit*. Ausonius, in Parental. Carm. 6: *Emilia virgo Devota*. Ibidem:

Crevit Devotæ virginittatis amor.

In Cataphronia:

Insula Devotæ quæ virginittatis amorem Parcaque anus coluit.

Vide Mart. Bracarensem in Collect. Canon. cap. 30. 31. Zonaram et Balsamonem ad can. 19. Concilii Nicæni, et ad can. 16. Concilii Calchedon. Gregor. Turon. de Vitis Patrum cap. 6. etc. supra *Deodicata*.

\* **DEVOTAMENTE**, vox Hispanica, Pie, devote. Hist. desponsat. Frid. III. imper. cum Eleon. Lusit. ann. 1451. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 615: *Quæ (imperatrix) cum cæteris personis Devotamente confessionem fecit*.

† **DEVOTAMENTUM**, Anathema, execratio. Tertull. adv. Gnosticos cap. 2: *Ut Devotamenta fierent universa ejus*.

1. **DEVOTARE**, idem valet ac *Deovere*, in Vita S. Othonis lib. 4. cap. 9. [et lib. 2. Mirac. S. Angilberti Abb. inter Acta SS. Bened. sæc. 4. part. 1. pag. 141.] Gloss. Lat. Græc.: *Devoto, ἐξιδωμι*. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀποστῆ, scelero, devoveo, Devoto*. Minutius Felix: *Asinus cum Iside religiose Devotatis*. i. Vota asinis perinde ac Isidi redditis. [Cicero ipse Paradox. 1. 3: *Quæ vis patrem Decium, quæ filium Devotavit, atque immisit in armatas hostium copias?*] Aldhelm. de Laude Virg. ubi de Balaam:

Vocibus humanis sontem testatur asella,  
Garrula quæ pridem bombos a fauce rubebat,  
Devotaturus populum, cum peregre vates  
Vellet, et insontem verborum sternere telis.

Id est, cum Propheta vellet suadere populo, ut asinæ vota sua exsolveret. [\* Quæ de Balaam notat Cangius, male ab ipso intellecta scribit Baile tom. 1. Resp. ad Quæst. Provinc. pag. 498. non injuria sane: neque enim Balaam populo suadere voluit ut asinæ vota sua exsolveret: sed illi insidebat cum ad Israelitas incantamentis ac maleficis irretiendos deducebatur; unde idem est *Devotare* apud Aldelm. atque *Devotare* 4. Incantamentis irretire.] Vide Miracula S. Eutropii Episc. Santon. n. 26. et quæ observat Olaus Borrichius lib. de Variis linguæ Latinæ ætatibus.

2. **DEVOTARE**. *Devoto*, in Gloss. Isid. est *accuso*. S. Hieronym. Ep. 10: *Consurgent proceres, et adversus epistolam meam turba Patricio Devotabit, me magnum, me seductorem clamitans*. [Vide *Devocare*.]

3. **DEVOTARE**. Cum sacramento spondere, affirmare. Acta SS. Valeriani et Tiburtii n. 14: *Tunc Maximus Devotabat se, dicens, Fulmineis ignibus consumar, si, etc.* Charta Alamann. Goldasti 85: *Optimates ejusdem Concilii apprehensis spatibus suis Devotaverunt se hæc ita affirmatos coram Regibus et Principibus usque ad sanguinis effusionem*.

4. **DEVOTARE**, Incantamentis ac maleficis irretire. Apuleius de Virtut. herbar. cap. 7: *Si quis Devotatus difixusque fuerit in suis nuptiis, etc.* Et cap. 84. § 5: *Si quis malevolus Devotaverit hominem*.

† 5. **DEVOTARE**, Fraudare votum, illud non reddere. Vita S. Trudperti, April. tom. 3. pag. 437: *Promissi transgressor effectus protinus experitur, quanti sit Sanctos Devotare periculi?*

† 5. **DEVOTARE**, Papiæ, *Per furorem maledicere, exprobrare*. Hoc intellectu Apuleius Met. 9: *Cuncta cæli numina dejerando mere devotasti*. Vita S. Wolfangi Episc. inter Acta SS. Bened. sæc. 5. pag. 328: *Devotando suppliciter suis maledictum oculis ingessit. Mox hujusmodi maledictione finita, etc.*

† **DEVOTATIO**, Imprecatio. Tortarius in Miraculis S. Benedicti cap. 7: *Qua de causa dolens illa, assiduas in ipsum Devotationes aggerabat*.

\* Collect. Mss. a D. Floro Lugdun. ex schedis D. Le Beuf: *Dictum domini Flori: Anathema est maledictio, Devotatio.... Hinc vulgo ductum est ut Devotatio dicatur; nam devotare se quemquam nemo fere dicit, nisi maledicens*.

† **DEVOTARIA**, *Devota*, religiosa, pia. Chronic. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 136: *Tertia Priorissa Corona cæli fuit soror Margaretha, magna Devotaria*.

1. **DEVOTIO**, Tributum, vel tributum illatio, vel devotio, quæ debetur in collatione tributorum: usurpatum non semel in Cod. Th. leg. 20. 22. 29. 32. 34. 35. de Annona, (11, 1.) leg. 7. de Divers. resc. (4, 2.) [Vide *Devotum*.]

\* 2. **DEVOTIO**, Debiti agnitio et confessio, in leg. ult. Cod. de Duobus reis stipul. et promitt. (8, 39.) Vide infra *Indevotio*.

† **DEVOTIONALIA**, Devotionis seu pietatis exercitia. Acta SS. April. tom. 2. pag. 279. de S. Lidwina: *Prefatus Petrus... frequentabat Ecclesiam ceterisque suis Devotionalibus, prout poterat, intendebat*.

**DEVOTIONES**, ἀφοσιώσεις, εὐχαί, ἐρωταί, in Glossis Lat. Græc. [Devotionibus, hoc est, operibus piis, insistere, in Vita vener. Turketuli Abb. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 504. Mox infra *Devotio*, pro Pietate sumitur, ut vox nostra *Devotion*.]

\* Barel. serm. in feria 4. hebdom. 1. Quadrage: *Ego dico quotidie talem Devotionem, tria Pater ad Trinitatem, septem Ave Maria ad reverentiam de septem gaudiis. Devotion*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg.: *Le jour de la feste N. D. en mi-aoust Symon Giraust et Perrin Coulommier allèrent en pelerinage à N. D. de Vregny avec Guillaume de la forest... Leur dévotion faite ils vinrent en une taverne audit Vregny*.

**DEVOTISSIMUS**, Καθωσιώτατος, Titulus honorarius concessus *Domesticis* et *Protectoribus*, in leg. 6. 8. 9. Cod. Th. de Domest. et Protector. (6, 24.) leg. un. de Præpos. labor. (6, 25.) item *Agentibus* in rebus. Collatio Carthagin. anno 411: *Astantibus viris Devotissimis Protectoribus Domesticis: adstantibus etiam viris Devotissimis Agentibus in rebus, etc.* [\* Vide Glossar. med. Græcit. voce Καθωσιώτατος, col. 540. et Marin. in Pap. Diplom. num. 75. not. 6. *Devotio*, Titulus honoris magistratibus superioribus concessus, in Coll. Leg. Mos. tit. 15. cap. 3. § 8. et Theodos. Cod. lib. 7. tit. 20. const. 1. et tit. 22. const. 2.]

† **DEVOTIZARE**, Vota et orationes ad

Deum et Sanctos facere. Johan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. Mail tom. 2. pag. 285: *Orta siquidem inmanissima tempestate, omnes mortis periculis involvuntur; et quia mare furens indevotum Devotizare compellit, hujus hi, hujus isti, illius illi, Sanctorum suffragia altisonis vocibus implorabant.*

† DEVOTUM, Votum, oblatio facta Ecclesiae. Privilegium Ferdinandi Gonzalez Principis Castellae pro Monasterio S. Aemiliani ann. 934: *Atque Devotionem census venerandae Basilicae B. Jacobi Apostoli... spondit. Eodem modo, cum tam dignum Devotum divulgata relatio nostris auribus innotesceret, visum fuit nobis, etc.*

† 1. DEVOTUS, Pius, Gall. *Devot.* Bis legitur in Translatione et Miraculis S. Cuthberti Episcopi cap. 25. ubi etiam habetur vox *Devotio* pro Pietas. Vide alio sensu in *Devotissimus*.

\* 2. DEVOTUS, Sanctus, cujus tutelae quis sese potissimum committit, vulgo *Patron.* Chron. Modoet. apud Murator tom. 12. Script. Ital. col. 1088: *Sapiens dux laudando Deum et sanctum Johannem Baptistam ejus Devotum, etc.*

\* 3. DEVOTUS, Laicus, qui se et bona sua monasterio devotebat. Charta ann. 1183. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. aevi col. 340: *Decernimus et volumus abbatem, monachos, conversos, Devotos ipsius monasterii Locedii, etc.* Vide *Donati* 2.

DEUPARIUS. Lambertus Ardensis pag. 258: *Paratores quoque, et Wallactores, et Deuparii, et Hiatores, cum convenientibus et necessariis armamentis, et instrumentis... operantur.* [\* Vide *Durpulum*.]

1. DEUS, Templum Dei allicujus. Lactantius de Mortib. Persecutor. num. 36: *Qui et sacrificia per omnes Deos facerent.* Ita et cap. 16.

\* *Dieu*, pro ipso altari ubi Dominicum Corpus asservatur, vel Liturgia sacra celebratur, in Ch. ann. 1314. ex Chartul. S. Maglor. ch. 41: *Unes veues que les gens saint Magloire doivent avoir faites en leur meson; par lesquelles Ven puet veoir Dieu en l'eglise dudit curé de saint Pere des Arsis.*

DEUS VULT, Clamor bellicus peregrinorum Hierosolimitanorum, seu nosrorum in bellis sacris militantium. Robert. Monach. lib. 1. Hist. Hierosol.: *Erit universis haec ex parte Dei una vociferatio, Deus vult, Deus vult.* [Veteri Gallico idiomate, *Deus le volt*, vel *Deu le volt*.] Vide *Dissertat.* 11. ad Joinvillam pag. 206. [Ruinartium in Vita Urbani II. Papae inter Opera posthuma Mabilonii tom. 3. pag. 224. et Barthium in Glossario.]

† DEI GRATIA. Vide supra.  
† DEI JUDICIUM. Vide *Judicium Dei*.  
† AD DEUM, Vale, Gall. *A Dieu*, in Processu de Vita S. Yvonis, Mail tom. 4. pag. 554.

† DEUM LAUDANTES. Vide *Lollardi*.  
\* DEO REGNANTE. [Occurrit saepius haec formula in cartulario Conchar. Ruthen.: « Facta carta ista in mense octubrio, feria V, domino Deo rege Regnante. (p. 110, an. 1031-1065). » — « Facta carta donacione ista sub die sabbato, in mense junio, Regnante domino Deo. (p. 426, XI. saec). »] Quia indicatur reges Neustris ab Occitanis non accipi.]

† 2. DEUS, a Gallico *Deux*, Duo. Chartular. S. Cornelii Compend. in Indice utensilium de Ruminiaco: *Deus pacletis et Deus wansbeisons et una broia.*

† DEUSE, vel DEUZE, Statuta Massil. lib. 3. cap. 14: *Omnes razorae, cum qui-*

*bus radetur, sint ligni de favo Deuze, vel ut habetur in MS. de favo vel Deuse, hoc est, de Ilice, Gall. d'yeuse, quare melius scriberetur d'Euse vel d'Euze.*

† DEUTERARIUS, Secundarius, a Graeco δευτερος, Secundus. Habetur in Vita S. Stephani Sabaitae, Julii tom. 3. pag. 574.

† DEUTERESIS, Graece δευτερωσιας, Leges secundariae seu traditiones hominum. Legitur apud Guibertum in Epistola de veritate corporis Domini cap. 4. Vide δευτερωσιας in Glossario mediae Graecit. *Deuteresis* in Glossario Schilteri Teutonico, et Cujacium ad Nov. 146.

† DEUTEROGAMIA. Apud Baluzium tom. 2. Capitularium in Appendice col. 1372. exstat *Ordo qualiter in S. Rom. Ecclesia Episcopus ordinatur*, ubi Electus interrogatur, *Si conjugem habuit ex alio viro, quae a Graecis dicitur Deuterogamia, a δευτερογαμεν, Secundo nubere.*

\* DEUTERONOMIUM, Secundaria lex, Liber Mosis, apud Laur. in Amalth. a Gr. δευτερος, secundus, et νόμος, lex. [\* *Deuteronomium* Novum Testamentum dicitur in S. Aldhelmi Septenario ap. Maium Classic. Auctor. tom. 5. pag. 505.]

† DEUTRUS, δευτερος, Secundus, apud Raimundum Duellium Miscellan. lib. 1. pag. 104.

DEVULGARE, idem quod *Depopulare*, Populo seu vulgo urbem aut locum spoliare. Papias: *Populari, vastare, praedari, Devulgare.* Est etiam apud eundem, *Devulgare, publicare.* Gloss. Lat. Graec.: *Devulgar, δημοσιεύει.* Gall. *Divulguer.*

DEX. Vide *Dextri*.  
† DEXIA, δεξιá, Prosperitas. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 15.

Non igitur ceptum dissolvit Dextia votum, Picria neve tulit, seu dissollogia rupit.

† 1. DEXTER, Rectus, aequus, integer, Gall. *Droit*, in moralibus. Epistola vetus de Ritibus, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 532: *Pergit vero (Sacerdos) ad dextrum cornu altaris, quia Dextram Christus semper egit vitam: Dextera enim vita acquiritur celestis gloria. Festus: Dextera auspicia, Prospera.*

\* 2. DEXTER. [Mensura: « Semodiata de vinea culta... in comitatu Arausico... consortes: per uno fronte Archimbaldus et Dextros XVI, et de alio fronte Lautardus et Dextros XVI, per uno latus Aldoardus et Dextros XX, et I, et de alio latus via puplica, et Dextros XX, et I. (Cartular. Conchar. Ruthen. p. 255, an. 1001). »]

† DEXTERA. Cum *Dextera armata conjurare*, in Lege Ripuariorum tit. 33. § 1. *Sacramentum confirmare*, ibid. tit. 66. § 1. Vide *Juramentum*.

DEXTERALIS, Qui ad dexteram est. Regio *Dexteralium Saxonum, Dexteralis Britannia, Sinistralis pars Sabrinæ*, apud Asserum de Aelfredi rebus gestis pag. 14. 15.

† DEXTERARIUS, Equus major et Cataphractus. *Dexterarius phaleratus*, in Hist. Cortusiorum apud Murator. tom. 12. col. 773. Vide *Dextrarii*.

† DEXTERI. Vide *Dextri*.

† DEXTIMUS. Dexter. Radulfus Cadom. de Gestis Tancredi, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 187: *Dextima sinistimæque turris solatiatum cessabat. Dextima pro Dextra Nonius habet ex Varone. Festus: Dextimum et sinistimum antiqui dicebant.*

\* Vita Ms. SS. Sixti et Sinicii episc. Remens. et Session.: *Successorum cives... asseverant patronum eorundem non si-*

*nistimum, sed Dextimum semper adstare debere.*

† DEXTRA, Genus mensurae. Vide *Dextri*.

† 1. DEXTRÆ, Brachialia. Vide *Dextrale*.

2. DEXTRÆ, Fœdera, pacta conventa, quae complicatis invicem dextris sanciebantur. [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Dextra, Trève, seurté.*] Lactantius de Mortibus Persecutor. n. 36: *In ipso freto fœdus fit, ac Dextræ copulantur.* Hesychius: δεξιás, συνθήκας, *Conspiratio, facta per Dextras*, in Capitulis ad Legem Salicam cap. 7. et in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. § 11. [\* Lothar. I. cap. 65.] et in Capitulis Caroli M. lib. 3. cap. 9. Hincmarus de Ordine Palatii cap. 30: *Si inter Marchisos in qualibet regni parte ad aliud tempus Dextræ datæ fuissent, quid mox post Dextras exactas agendum esset, utrum renovandæ, an finiendæ essent?*

DEXTRAS DARE, pro *Fœdus inire*, usurparunt non modo recentiores Scriptores, sed et veteres. Quippe, ut ait Aristophanis Scholiastes: Ἐθὸς ἐπὶ πιστεῖ, καὶ συνθήκας θεσπιας δεξιὰς δίδουσι ἀλλήλοις. Hesychius: δεξιά, αἱ γινόμεναι κατὰ συνθήκας ἐπαφαί τῶν δεξιῶν χειρῶν, εἰς σύμβολον τοῦ βέβαια ἔσσεσθαι. [Isidorus Orig. lib. 11. cap. 1: *Dextra vocatur a dando, ipsa enim pignus pacis datur, ipsa fidei testis atque salutis adhibetur, et hoc est illud apud Tullium: Fidem publicam jussu Senatus dedi, hoc est, Dextram. Unde et Apostolus dicit: Jacobus et Johannes Dextras dederunt mihi.*] Cujus moris vestigia etiam exstant apud Xenophontem, Taцитum, et alios. Statius lib. 1. Thebaid.:

Jam pariter coeant animorum in pignora Dextræ.

Claudianus in Rufinum lib. 1:

..... Sociat perituro fœdere Dextras.

Et lib. 2:

..... Tradisne tuas, Dux optime, Dextras?

Miscere Dextras, apud Tertullianum adversus Marcionem. Paulinus ad Cytherium Poem. 13:

Tunc ambo nexi ad invicem Dextras damus  
In osculo pacis sacrae.

*Dextras Dare et Accipere*, in Encomio Emmae Reginae pag. 171. *Dextris datis in pristinam concordiam redierunt*, apud Will. Gemeticensem lib. 6. cap. 2. Fredegarius cap. 87: *Omnes Primates et exercitus Dextras in invicem dantes, ut nullus Radulfo vitam concederet.* W. Tyrius lib. 19. cap. 16: *Super placitis conditionibus Dextram dedit. Dextras securitatis dare inter se invicem*, apud Floard. lib. 4. Hist. Rem. cap. 3. Quo sensu Witikindus l. 1. Gestor. Saxon.: *Dextris datis et acceptis, copiam viris fandi concessit. Dextras dare et Dextris fidem facere*, apud Gregor. Turon. de Glor. Confess. cap. 68. [In veritatis signum *Dextram dare in manu Comitum*, in Capitul. ann. 793. cap. 11.] *Dextra pacem promittere*, Ditmarus lib. 7. pag. 111: *Pacemque ejus supplex petii, quam cum Ekkihardus ex sua parte promitteret, et frater suus diu a me desideratus a Polonia veniens Dextera manu sua pacifica promitteret, uterque hanc non bene servavit.* Erchembertus in Hist. Longob. cap. 33: *Quo terrore percussis multi ad Augustalem clementiam confugientes, dari sibi petebant Dextras, quibus tunc solitam misericordiam denegat. Per Dextras conspirationem firmare*, in Capit. 2. et 4. ann. 805. cap. 10. in Capitul. ann. 824.

cap. 6. apud Holstenium Concilium Audomarense ann. 1099. cap. 5: *Hanc constitutam pacem per sacramentum vel Dextræ dationem in manu Episcopi sui confirmat. Dextram petere*, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 3. *Dextras petere*, in vet. Chronico de Roberto Rege ann. 1092. et in Chron. S. Vincentii de Vulturno lib. 3. pag. 695. Ita *Dextras datus* pro securitate usurpant Annales Francor. Bertiniani ann. 866. Albertus Aquens. lib. 3. cap. 11. l. 6. cap. 51. l. 9. cap. 28. Synodalia decreta Concilii Aenhamensis ann. 1009. cap. 1. etc. Adde Procopium lib. 2. Persic. cap. 13. etc. et vide Petr. Fabrum lib. 2. Semestr. cap. 22.

DEXTRAS DARE præterea dicebantur, qui aliorum potestati se committebant. *Dextras et obsides dederunt*, in Annal. Franc. ann. 779. et in Chronic. Moissiac. ann. 812. *Dextras dominis dare*, apud Walsinghamum pag. 332. Ita Palladius in Histor. Laus. cap. 26. *Θεῶν δεξίας δίδοναι*, dixit pro polliceri Deo, promittere. *Dextras amicitiae, auxilii*, dare, apud Sugerium in Ludov. VI. pag. 289. 313.

DEXTRARUM ABSCISSIONE mulctati monetam adulterantes, apud Matth. Paris ann. 1125. Vide Notas nostras ad Alexiadem. [\*\*] et Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 706.]

† 3. DEXTRE, Supplicii genus, in Chronico Parmensi apud Murator. tom. 9. col. 777: *Omnes alii vero mortui extiterant in dictis carceribus propter gravia tormenta... nam quotidie ponebantur ad cavalletos et ad Dextras in modum crucis pendentes.*

DEXTRALE, Ornamentum dextræ, armilla in dextro brachio gestari solita. Glossæ Isidor.: *Dextralia, Brachialia*. [Gravius pro *Dextralia* censet legendum *Dextræ*, quod idem Isid. Orig. lib. 19. cap. 31. dicat, *Dextras communes esse virorum ac feminarum: quia utriusque sexus Dextræ sunt ampla et ante manicam portantur, et possint ibi jungi clavo uno. Hinc] Papias: *Dextralia, Brachialia, genus ornamentum commune viris et feminis: ante manicas portantur cum clavo*. Glossar. Arabico-Lat.: *Dextralia, ampla erant ante manicam, ut possent sibi conjungere uno clavo*. Cæsarius Arelat. Homil. ad Sanctimoniales: *Ex ipsis (paradisi floribus) anulos et Dextralia, dum exercet opera bona, sibi componat*. Leontius Episcopus in Vita S. Joannis Eleemos. n. 10. ex Versione Anastasii Bibl.: *Veniens autem quibusdam indutis ornamentis aureis, et Dextralibus, et quærentibus eleemosynam, etc.* Vide Exod. cap. 35. num. 31. S. Augustinum Homil. 26. Gaudentium Brixiensem Episc. tract. 8. [Sarisher. 8. 20. Salmas. ad Hist. Aug. pag. 248.] Notas nostras ad Alexiadem pag. 261.*

DEXTRARIOLA, *Armilla*, apud Papiam. Occurrit Judith. 10. 3. [et in Vita S. Hathumodæ per Agium cap. 1. apud Bern. Pez Anecd. tom. 1. part. 3. col. 291.]

DEXTRALIS, Idem quod *Manuaria*. Joan. de Janua: *Dextralis dicitur securis dextræ habilis*. [Hausta sunt hæc ex Isidoro, apud quem lib. 19. Orig. cap. 19: *Hæc et dolabra, quod habeat duo labra; nam securis simplex est: Dextralis dextræ habilis*.] Victor Utic. l. 1. de Persecut. Vandal. statim initio: *Ubi forte venerabilis aulæ clausas repererunt portas, certatim ictibus Dextralium aditum reserabant, ut recte tunc diceretur: Quasi in silva lignorum securibus considere januas ejus in idipsum, etc.* A Victore

hausit pleraque ex his Petrus Diac. lib. 4. Chron. Casin. cap. 126. Vetus Interpres Homeri: *Ἡμιπέλεκυν, τὸ ἦμισον τοῦ πελεκέος, τὸ ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους ἔχον ἀκμήν, ὃ καὶ δεξιότατον καλοῦσι*. Vide Theophylactum Simoc. lib. 8. cap. 4. [*Falces Dextræ, seu securæ*, in Litteris anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 53. col. 1. *Dextræ etiamnum Provincialibus*.] Chronic. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 32: *E trova lo portals de la vila trencats, et feu hi dar gran colps de Dextral, etc.* [Vide *Dextrales* alia notione in *Dextrarii*.]

\* Nostris *Dextral* et *Dextræ*. Vita SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 45. v. col. 2: *Com uns vilains vausist arer le jour dou Dimanche, tantost li menges de la Dextral, etc.* Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 233: *Iceului varlet portoit en sa main une coignée ou Dextræ. Une coignée appellé Dextræ à copper bois*, in aliis ann. 1457. ex Reg. 189. ch. 161. Ejusdem originis videtur vox *Destrier*, qua mallei genus significatur, in Ch. ann. 1374. ex Tabul. S. Petri de Curte: *Prædictus vero Arnaldus (faber) promisit... ponere in ea (forgia) unum magnum ferri malleum, unum martellum, vocatum Destrier, ferri, unas tenalhas ferri et alia*. Vide supra *Dextræ* 2.

† DEXTRALIUS. Vide post *Dextrarii*.  
1. DEXTRARE, DESTRARÉ, Gall. *Adestrer*, A dextris ire vel incedere, tegere latus dextrum. Radulfus de Diceto ann. 1177. [\*\*] Pertz. vol. leg. 2. pag. 153.: *Recepto a nobis pacis osculo nos devote Dextravit, etc.* Mox: *Obviam venit, et Dextro latere nostro devote suscepto nos in Ecclesiam introducit*. Idem ann. 1193: *Ordinatis igitur quæ sunt in applausibus hujuscemodi, Dextravit Archiepiscopum Londoniensem Episcopum, sinistravit Wintoniensem*. Vita Urbani V. PP. pag. 176. de Carolo IV. Imp.: *Ac usque ob Basilicam B. Petri pedester equi Papæ frænum tenens ipsum Dextravit*. [Canonizatio S. Petri Cælestini, apud Murator. tom. 3. pag. 661. col. 1:]

Hic fræni diadema ferens, Dextratur habens Francorum a Rege illustri.]

[\*\*] Clement. V. PP. Ordo Coron. Imper. ann. 1312. ap. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 531: *Rex... Dextrandus est a senatoribus usque ad gradus predictos*. Vide *Addestrare*.] \* [« Baronibus super ipsum baldachinum portantibus (regem) et aliis equum regium *Dextrantibus*. (Diar. Burchard. ed. Thuasne II. 147. an. 1194.) »]

† 2. DEXTRARE, Aptare, Parare. Vita S. Godelevæ, Julii tom. 2. pag. 415. D: *Accurrit qui nuntiat esse Comitem. Dextrantur illico dextrarii... fit Heinfröor obvius venienti*.

† DEXTRARE EQUUM, Eum domare, fingere, Gall. *Dresser un cheval*. Vide locum in *Dextrarii*.

† 3. DEXTRARE, DESTRARÉ, Mensurare *Dextris*. Statuta Massil. lib. 3. cap. 31: *Si aliquis dederit ad acaptum aliquem fundum rusticum... et fundum illum... ei mensuraverit, seu cannaverit, sive Dextraverit, sive mensurari, vel cannari, seu Dextrari a quocumque alio fecerit, ipso domino ratum habente... non liceat dicto domino... dictum fundum... remensurare, seu recannare, vel iterum Dextrare*. Statuta Arelat. MSS. art. 71: *Dextratores terrarum et vinearum habeant 11. sol. pro singulis diebus, quibus Dextrabunt, et pro dictis 11. sol. teneantur Dextrare per totum districtum Arela-*

*tis et indifferenter sine delectu personarum.*

† DEXTRARIALE SERVICIUM, f. Præstatio *Dextrarii*, quem vasallus Domino debebat, si qua esset expeditio facienda. Diploma Bernhardi Ducis Silesiæ pro Nobilibus de Rusk ann. 1318. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 472: *Decem marcarum reditus cum dimidio fertone sitos in quarto decimo dimidio manso, in villa que Merico vocatur, prope civitatem Stregoniam, sine servicio Dextrarii seu servitio quod pro expeditionibus faciendis nos contingit, contulit*. De hujusmodi præstatione intelligendum aliud Diploma Bolkenis Ducis Silesiæ pro Monasterio Grissoviensi ann. 1326. apud eumd. Ludewig. pag. 515: *Domino Abbati et Conventui Monasterio in Gritzow tertiam partem unius Dextrarii, in quo nobis de bonis suis in Wirbena tenebantur servire*.

DEXTRARI, DEXTRALES, DESTRALES, majores et cataphracti, quibus utebantur potissimum in bellis et præliis. Willhelmus Neubrig. lib. 2. cap. 11: *Equo ejus militari, quem Dextrarium vocant, ablato, etc.* Chronic. Colmariense ann. 1298: *Habebant Dextrarios, id est, equos magnos, qui inter equos communes, quasi Bucephalus Alexandri, inter alios eminebant*. Brunetus in Thesaur. MS. part. 1. cap. 155: *Il y a chevaux de plusieurs manieres, à ce que li un sont Destrier grant pour le combat, li autre sont palefroy pour chevaucher à l'aise de son cors; li autres son roucis pour sommes porter, etc.* Consuetudo Andegav. art. 47. et Cenomanensis art. 55: *Est entendu Destrier, un grand cheval de guerre; Courrier, un cheval de lance*. [\*\*] Destrieri Joann. Villan. Ricchi e grossi cavalli, ut auctor est Murat. Antiq. Ital. tom. 2. col. 486. B.] [Genealogia Comitum Flandriæ, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 402: *Fugium Alemanni, fugit et ipse Otho Imperator eorum in palafido suo; suum enim Dextrarium, miræ probitatis magnique precii equum, occisum a quadam milite reliquit in acie*.] Radulfus de Diceto ann. 1198: *Dextrarii capti sunt ducenti, quorum septies 20. cooperati fuerunt ferro*. Knyghton ann. 1191: *Capti sunt... ducenti Dextrarii ferro communiti*. [\*\*] Abrev. Placit. Edw. 1. Hibern. rot. 86. pag. 234: *Duellum vadiatum... Willhelmus venit die constituto equus armatus armis militaribus, videlicet, cum Dextrario quooperto, lancea, scuto, etc.* Vide Convent. Brixiens. ann. 1158. cap. 4. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 107.] Occurrunt passim, apud Radevicum de Gest. Frider. lib. 3. cap. 26. 37. Fulcherium Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 3. Raymundum de Agiles pag. 162. Jacobum de Vitriaco lib. 3. pag. 1125. 1130. Petrum de Dusbürg. in Chronico Prussiæ cap. 54. 101. 239. Carolum IV. Imp. in Vita sua pag. 91. Thwroc. in Petro Rege Hung. cap. 38. Brompton. ann. 1173. Gregorium Decanum Bajocens. in Urbano IV. PP. [in Chronico Trivetti apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 611. et 614.] etc.

\*\* DEXTRARI PHALERATI, in Chart. ann. 1249. in Guden. Sylleg. pag. 602. *Dextrarii Fulerati*, in chart. ann. 1256. et 1298. in Lappend. Init. Fæder. Hansseat. pag. 74. et 739. Vide *Dextrarii*.

† DEXTRARI, in Epistola Alphonsi VIII. Regis Castellæ ad Innocentium III. PP. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 473.

DEXTRARI, apud Ottonem Morenam pag. 81. [in Historia Dalphin. tom. 1.



pag. 87. edit. Genev. et pag. 78. edit. Paris.]

DEXTRARI ARDENNENSES, quos prædicat Willel. Brito 1. 12. Phil. initio, ut Arabicos vetus Poem. MS. de Vulpe:

Deuss les Destriers Arabis,  
A leurs costez les hraus forbis.

Vide Notas ad Alexiadem.

DEXTRALES HISPANICI, apud Rigordum ann. 1201. quos *Asturcomes* quidam vocant, quod apud *Astures* Hispanicis potissimi habeantur. Ebrardus Betuniensis in Græcismo cap. 7.

Asturco Dextrarius est, Astur caput ejus:  
Nam prius Astur equum dextrandi reperit usum.

DEXTRARI DE PRETIO, apud Bromptonum pag. 1082. Vide *Equus*.

DEXTRALIUS. Arnoldus Lubecensis. lib. 5. cap. 3: *Vidit igitur principem ipsius castris in fervido equo, quem Dextralium dicunt, eninus venientem.*

DESTRALES, pro *Dextrales*, ut *Destra*, pro *Destra* in Gloss. Lat. Gr. Jo. Monachus Majoris-Monast. lib. 1. Hist. Gaudredi Ducis Norman.: *Tubæ multiplicis varia vox intonat, dant Destrates dissonos hinnitus, etc.* Sic etiam Gallis *Destriers* dicuntur. Le Roman de Garin MS.:

Envoies li vint Destriers sejozner,  
Et vint espées au pont d'or noiallez.

Alibi:

Li rend li pors cens Destriers sejozner.

DEXTRARI, in Epistola Alphonsi VIII. Regis Castellæ ad Innocentium III. Papam, inter Conc. Hisp. tom. 3. pag. 478.

DEXTRERII, apud Murator. tom. 6. col. 1045. tom. 8. col. 514. tom. 11. col. 68. tom. 12. col. 612.

DEXTRARI sic porro dicti, quod dextra ducerentur donec adesset tempus prælii. Ugotio: *Dextrarius dicitur, quia per dextram ducitur.* Joan. de Garlandia in Synonymis:

Estque manu Mannus, dextræ Dextrarius aptus.

Jacobus Cardin. lib. 2. de Coronatione Bonifacii VIII. PP. cap. 9:

Post ipsum quadratus equus detextus ad ante  
Cygneus ad Dextram vehitur.

Continuator Nangii MS.: *Et après venoient les grans chevaux et palefrois du Roy tres-richement ensellez, et les valets les menoient en Dextre sur autres rous-sins.* Le Roman de Garin:

En Destre meinant les auferrans de pris.

Compotus Hospitii Reginæ ann. 1330: *Lorrein, qui meine le grant cheval en Destre.* Hinc ejusmodi equos, qui dextra ducebantur, *σπερούς*, seu *σπερά* appellabant Byzantini sequiores, ut docent Codinus de Offic. cap. 5. num. 7. et Anna Comn. lib. 1. Alexiad. pag. 13. Παρόχους Evagrius lib. 6. cap. 4. 15. ut observat Henricus Valesius. Perperam igitur istud damnat etymon Laurent. Pignorius in Notis ad Mussatum: *Quasi, inquit, non asinus et bos Dextra ducerentur.*

Δεξιοί Scriptoribus Byzantinis dicuntur. Leo Grammaticus in Michaële pag. 469: *Καὶ ἀπελθὼν εἶπεν αὐτὸν ἐντετυλιγμένον ἐν τῷ σαγίματι τοῦ δεξιῶ ἵππου, οὐ ἤλανε. Illuc profectus, equi Dextralis, quo vehi solebat, sagulo involutum reperit.* [\*] Vide Glossar. med. Græcit. in Ἀδέσ-τρεια col. 25. 26. et in Δέξιος col. 279.]

DEXTRARIOLA. Vide *Dextralia*.

DEXTRATA et SINISTRATA PARS: esse

in *Dextrata*; esse in *sinistrata*; *Dextrata* et *ultrata regio*, voces Agrimensorum.

DEXTRATIO, Motus qui fit a sinistra ad dextram apud Solinum cap. 57.

DEXTRATOR, Agrimensor. Vide *Dextrare* 3.

DEXTRATUS MANU SUA, Idem qui *Jurans* sua manu, de quo in *Juramentum*. Formula 30. Sirmonica: *Ideo etenim, dum sic veritas comprobatur, veniens jam dictus ille adprehensam manum vel arma prædicti judicis, sicut mos est, apud homines duodecim manu sua tertia decima Dextratus vel conjuratus dicit, etc.*

DEXTRERIA, DESTRERIA, Navis species, forte quia agilis, ab Ital. *Destro*, dexter, agilis, sic nuncupata. Charta ann. 1388. ex Tabul. Massil.: *Item solvatis 140. florenos auri de Regina Johanni Arnaudi de Massilia pro gagiis suæ Destrerie armatz, ... missæ in Rodanum ad servitium dom. Papæ. Item pro pennonis sive vexillis armorum Massil. factis pro dicta Dextreria. . . . Item pro tribus quartarionis quintalis cepi ad unguendum seu expalmandum ipsam Dextreriam.* Mirac. Mss. Urbani V. PP.: *Navigans per mare in quadam Destreria, et diu fuit in plaja Romana.*

DEXTRERII. Vide *Dextrarii*.

DEXTRI. Papias: *Deatri dicuntur passus mensurandi apud quosdam.* [Quadratum est apud Massilienses constans quindecim palmis. Memoratur hæc mensura in Statutis ejusdem urbis lib. 1. cap. 52.] Florentius in Vita S. Felicis: *A loco illo usque ad castrum Thoringum habentur Dextri ducenti.* Tabular. Aganonis, seu Ecclesiæ Carnotensis: *Est autem ipsa area... habens in longum perticas 33. et in uno capite pert. 8. et Dextrum unum. In altro vero capite pert. 7. et Dextrum unum.* [\*] Vide Gerard. Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. pag. 178. § 163.] Tabularium Abbatie Conchensis in Ruthenis Ch. 339: *Consortes pro uno fronte Archimbaldus, et Dextros sexdecim: et de alio fronte Lautardus, et Dextros sexdecim, pro uno latius Aldoardus, et Dextros 21. et de alio latius via publica, et Dextros 21.* Formula Lindembrogiana 140: *Terra habet in longo Dextros tantos, et in lato Dextros tantos. Vetus Charta apud Ughellum tom. 1. part. 1. pag. 418: Et per longitudinem usque in Paternum, sint decem millia Dextri.* [\*] Adde Polypt. Irmin. Br. 9. sect. 247. 248. pag. 109.] Hinc emendanda Vita S. Memii Catalaunensis apud Bosquetum: *Per desertum ambulaverunt, et Dextros 40. millia quingentos pervenerunt, etc.* Perperam *dextras* editum.

DEXTRA tamen etiam habetur in Charta anni 979. ex Archivo S. Victoris Massil. n. 13. Armar. Avenion: *Condamina una quæ habet pro longo Dextras de ambos latius 238. et in quacunque fronte Dextras 130.*

DEXTRUM. Statuta Arelat. MSS. art. 82: *Item statuiimus, quod carne et alne et Dextrum de ferro in palatio Communis et caudentur (cudantur) et forme cayronorum et tegularum ibidem fiant... Dextrum quo mensurabitur et cayroni et tegule fiant secundum formam eorum, que erunt in palatio Communis.* Versio Gallica anni 1616. habet: *Seront faites et mises des cannes, aulnes, Arpents ou Dextras en l'hotel de ville, etc.* ubi *Arpenta Dextri* dicuntur, quod utantur *Dextris* ad arpenta mensuranda. Statuta Avenion.: *Canna, alna et Dextrum sint de ferro et sint clavata in muro Ecclesiæ S. Petri, etc.*

DEXTRES, Catalanis: Libellus Catalanicus MS. de *Batallia facienda: Lo camp do esser cayre, e deu aver de cascun cayre 25. Dextras, et cascun dels Destrés 25. deu aver 12. palms de cana de Barchinona, e deu esser ab pals en gir, e ab rests be enrestats, e clavats, e deu esser pla e equal, e no pedregos, ans si pere hy hales ne deu hom gitar. Dextras* in Consuetudine Hannoniæ cap. 103. ubi de Piscatone in fluviis: *Que aucuns ne tendent à la repentise du sacq de son compaignon à soissante Destrés prés.*

\* Nostris etiam *Dextre*. Charta ann. 1022. ex Tabul. Massil.: *Dono modo decem Dextros, qui sunt in loco qui dicitur Costa. Dono decem dextros vineæ in villa Cathedra, in alia ann. 1040. ex eod. Tabul. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 100: En lequal espace puet avoir six Dextros ou environ. Diestre, apud Monstrelet. 2. vol. fol. 76. v°.*

DEXTRORUM præsertim appellatione donantur Ecclesiarum atque adeo locorum, qui aliqua immunitate aut asylis jure gaudent, definita legibus circa eos spatia, quæ fere semper 30. passuum esse dicuntur. *Ὅροι σεπτότατοι*, apud Nilum lib. 2. Epist. 178. ὅροι παρόρησις, apud Theodor. Lector. lib. 2. ἀουλιὰ τῶν ὄρων, apud Cyrillum Scythopolitanum in S. Joanne Silentiario num. 4. Charta Rudesindi Dumiensis Episcopi æra 930. apud Antonium de Yezep in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 424: *Cum duabus in ea fundatis Ecclesiis, sanctum Petrum et S. Vincentium, cum earum ambitu Dextros.* Alia Bermundi II. Regis æræ 1030. ibid. pag. 439: *Et insuper intra ipsos Dextros non habeant licentiam ingrediendi in eis, non sagiones de Rege, non de Pontifice, etc.* Infra: *Et in ipsos Dextros de isto Monasterio, qui illos dirpuerit, peitet in duplo.* [Concil. Compostell. ann. 1031: *In omni Ecclesia infra LXXII. Dexteros nullus laicus vel mulier nec refugamus sortem habeant.*] Concilium Coyacense in diocesi Ovetensi ann. 1050. can. 9: *Intra etiam Dextros Ecclesiæ Laici uxorati non habitent, nec jura possideant.* Cap. 12: *Præcipimus, ut si quilibet homo pro quacunque culpa ad Ecclesiam confugerit, non sit ausus aliquis eum inde violenter abstrahere, nec persequi intra Dextros Ecclesiæ qui sunt triginta passus, etc.* Concilium Sanctægidianum ann. 1056. can. 2: *Ut nemo infra terminum triginta Dextrorum circa Ecclesias positum quicquam capere præsumat, etc.*

Ita 30. passus definiuntur extra ædium sacrarum ambitum, intra quos immunitas, seu pax Ecclesiæ, vel asylis jus constituitur, in Concilio Helenensi ann. 1027. Narbonensi ann. 1054. can. 11. Helenensi ann. 1065. et in Jure Christiano Danico cap. 8. apud Janum Dolmerum ejus interpretem. Tabularium Abbatie Conchensis in Ruthenis Ch. 33: *Promitto Deo et B. Petro, ad damnum alicujus 30. passus Ecclesiasticos circa hanc Ecclesiam B. Petri non infringam, neque aliqua persona pro mea voluntate, etc.* Ubi notandi passus Ecclesiastici. At in Decreto Nicolai II. PP. ann. 1059. majus spatium adscribitur majoribus Ecclesiis, hoc est, Cathedralibus: *De Confiniis Cœmisteriorum, sicut antiquitus a sanctis Patribus statutum est, statuiimus ita: ut major Ecclesia per circuitum 60. passus habeat; capellæ vero, sive minores Ecclesiæ 30. Qui autem confinium eorum infringere tentaverit, vel personam hominis, aut bona ejus inde*

abstraxerit, nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, et quod rapuerit reddat, excommunicatur. [Hujusce discrimini exemplum habemus in Charta Petri Senecensis Episc. pro Monasterio S. Victoris Massil. ann. 1089. inter Instrument. tom. 3. Gall. Christ. col. 197. et 198: Item confirmo ibi alias tres Ecclesias, quæ ibi sunt, videlicet S. Johannis et S. Petri Apostoli et S. Laurentii... et confirmo ibi in circuitu earum Ecclesiarum Cimiterium de LX. passibus ecclesiasticis... Item confirmo ibi Ecclesiam S. Petri de Bagarris, simul cum ipso Cimiterio de XXX. passibus... Item confirmo ibi ipsam Ecclesiam S. Martini de Alons cum suo Cimiterio in circuitu ipsius Ecclesie de XXX. passibus ecclesiasticis. Hic cernere est tribus Ecclesiis non Cathedralibus spatium LX. passuum attribui: majoris igitur Ecclesie nomine non solas Cathedralis intellexisse videtur Nicolaus II. in allato Decreto.] In Constitut. Honorii et Theodosii, edita a Sirmondio in Appendice. Cod. Theod. de cuius fide, ut et cæterarum hic editarum, subdubitant viri docti, ejusmodi Ecclesiarum immunitas, quinquaginta passibus ultra Basilicæ fores definitur. Quibus addenda, quæ habentur in Decretione Chlotarii II. Regis cap. 13: Nullus latronem, vel quemlibet culpabilem... de atrio Ecclesie extrahere præsumat. Quod si sunt Ecclesie, quibus atria clausa non sint, ab utraque parte parietum terræ spatium arpenis pro atrio observetur. Cur autem dextri, seu a legibus extra templa ipsa definita sint ævliacæ spatia, rationem prodit lex 4. Cod. Th. de His, qui ad Eccles. Confugiunt (9, 45.): Ne in ipso Dei templo et sacrosanctis altaribus confugiunt quemquam mane vel vespere cubare vel pernoctare liceat, ipsis hoc Clericis religionis causa vetantibus, ipsis, qui confugiunt, pietatis ratione servantibus.

Ut porro Dextri sumuntur pro Ecclesie exteriori parte, quæ immunitate et jure asyli gaudet: ita *Dex*, pro *Banleuca*, seu districtu urbis vel oppidi, qui eadem, qua urbes et oppida immunitate fruuntur, passim usurpant Occitani, voce pariter a *dextris* formata. Fori Beneharn. seu Morlan. art. 8: Et non debet exire bellum extra *Dex* villæ. Consuetudines Tolosæ part. 1: *Infra Dex* seu terminos Tolosæ. Occurrit ibi non semel, et in veteri Charta apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 382. Ita etiam hæc vox scribitur in Consuetudine Solensi tit. 29. art. 7. *Decis*, in Consuetud. Bayonensi tit. 4. art. 17. *Dec*, Goudelino, *Decæ*, in Charta vernac. Gastonis Vicecom. Beneharn. apud Marcam lib. 5. cap. 1. n. 4: Et toutes las autres heres-tats, qui sont dens los vestres *Decæ*. *Decium*, in Charta ann. 1369. pro Montalbano apud Galland. in lib. de Franco alodio pag. 189.

At Catellus in Historia Tolosana pag. 194. *Dex* terminos Tolosæ, seu urbium, a crucibus, quæ limitum vice sunt, appellatos putat, quod crux figuram decimi numeri, X. effingat, qui *Dex* Occitanis dicitur. Quod si ita est, multo probabilius videtur, si non a *Dextris*, certe a *Decussi*, qui et *Decus* dicitur Gromaticis, etymon accendendum. Nam lapidibus aut arboribus *decus* seu *decussis* appositus termini ac limitis vicem præstabat. [Huic etymo non parum suffragatur vox ipsa *Decus*, quæ eadem notione pluries occurrit in Consuetudinibus MSS. Augustæ Auscorum ann. 1301. Sic art. 46: Item consuetudo est ibidem,

quod si aliquis occidit injuste aliquem, quod si inveniatur in villa, vel intra Decos ville, interficiens prædictus possit a quocumque capi et ad dominum Comitem captus duci. Et art. 78: Item consuetudo est ibidem, quod porci non intrent prata neque casalia, neque vineas in aliquo tempore anni infra Decos civitatis prædicte. Rursum occurrit art. 79. et 85. Aliud de vocis origine conjicit D. de Lauriere in suo juris Gallici Glossario. Quemadmodum, inquit, *Banleuca* Andegavensis urbis aliæque Pictaviensis provincie Quintæ a Quinto milliario, Bituricensis Septenæ a Septimo milliario dictæ sunt, ita forte *Dex* a Decimo milliario dictum est. Alia refertur ibidem Brodelli conjectura ducta ex ejus Commentario ad articulum 86. Consuetudinis Paris. num. 28. Vide *Deci* suo loco, *Decuria*, et *Salvitas*.

**DEXTROCHERIUM**, Brachii dextri ornamentum, viris æque ac feminis commune. Ugutio: *Armilla, torquis, brachiale, Dextrocherium*. Alibi: *Brachiale, torquis in brachio, quod est Dextrocherium*. Mamotrectus: *Armilla, quæ dicitur Dextrocherium*. J. de Janua: *Dextrocherium, ornamentum dextræ, et est torques aureus*. Gloss. Ælfrici: *Dextrocherium, brad ear mbeah, i. manus armilla*. *Gammata Dextrocheria*, apud veterem Interpretem Juvenal. Sat. 9. v. 50. Capitulinus in Maximino Majore: *Pollice ita vasto, ut uxoris Dextrocherio uteretur pro annulo*. Trebellius in Quietio: *Viri in auro et argento, mulieres in reticulis et Dextrocheris*. Ambrosius Serm. 9. ubi S. Agnes sic loquitur: *Ornavit me inestimabili Dextrocherio Dextram meam*. Viris tribuit Lucifer Calartanus de Non parcendo in Deum delinquentibus: *Debemus tibi lupo parcere, debemus vereri regni tui diadema, in aurem etiam et Dextrocheria, debemus insignes, quas esse censes, vestes tuas honorare*. Arculfus de Locis sacris, brachialia et dextrocheria ut diversa ponit: *Ornata virgis ferreis, pendentes, brachialia, Dextrocheria, murenæ, monilia, anuli, etc.* Antoninus Monachus in Itinerario Hierosol.: *Pendent super brachia Dextrocheria, monilia, et anuli capitulares, cingula, balthei, etc.* Leo IX. PP. contra Leonem Achridanum cap. 36: *Sic manuum dignitas et maxima utilitas, quamvis componat insignem Imperii coronam, non tamen hanc sibi adaptat, et imponit, sed capiti, contenta suis armillis, Dextrocherio, et annulis*. Fortunatus lib. 8. Poem. 4:

*Dextæ armilla datur Calchedone jaspide mixta,  
Aut hyacyntho sudat honore manus.*

Χειρὶδες ἐμπάργαροι, apud Pachymer. lib. 8. Hist. cap. 12.

† **DEXTRUM**, Mensuræ genus. Vide *Dextri*.

† **DEXUM**, δεξιόν, *Dextrum*. Supplem. Antiquarii.

† **DEYMERIUS**, Qui *decimam* ex jure percipit et exigit, Hisp. *Dezmero*. Arest. parlam. Tolos. ann. 1287. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 85: *De petitione consulum de Gallico petentium, quod nullus Deymerius ponat manum in faciendi saumadas vindemiarum... Item de petitione eorumdem petentium... quod Deymerii percipiant decimam in vineis dictorum hominum*.

† **DEYTA**, Fidejussor, sponsor, Gall. *Caution, Répondant*. Charta Roberti Comitis Arvernici, apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 95: *Nos Robertus Alvernici Comes... constitimus nos Dey-*

*tam et principalem debitorem penes dictos Burgenses pro ipso, pro prædictis omnibus attendendis et firmis adimplendis*. Ibid. pag. 124. in Charta Eblonis Vicecomitis de Ventodoro: *Recognoscimus nos pro dictis mille libris solvendis terminis prædictis et assisia faciendâ, ut dictum est, posuisse in Deytam penes dictum Falconem carissimum avunculum nostrum B. Dominum de Turre nobilem Domocellum*. Pag. 281. in Charta Guillelmi de Hala Tenentis sigillum regium in Arvernia ann. 1288: *Gerardus de Mureto, etc. exsponsors, fidejussores, Deytæ seu principales debitores*. Ibidem: *Dicenti prius principales Debitores esse conveniendos quam Deytæ seu sponsors*. Item pag. 370. in Charta Ascelini de Machis ann. 1374: *Ad faciendum fieri dictæ Domine Margaritæ per cursum vitæ suæ assisiam, Deytam et responsionem a personis prædicta debentibus et debituris*. Pluries scribitur *Deita* pag. 134. et seq. in Charta anni 1285. Vox f. orta a Gallico *Deite*, *Æs alienum*; debitor enim est, qui spondet pro alio; unde Adagium: *Qui répond paye, Qui spondet, solvit*.

\* Alias *Deite*, *Deiteau* et *Detierres*, Charta Theob. comit. Barri ann. 1249. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 238. r. col. 2: *Je me suiz otriez pleges et Detes vers le roi de Navarre à la requeste le duc de Loherregne*. Arest. ann. 1290. in Reg. 2. *Olim parlam. Paris. fol. 87. r. Ce sont cil qui se sont establi plege, Deite et rendre pour Jehan de Chapes escuier*. Charta ann. 1294. ex Chartul. episc. Carnot.: *Lesquels pleiges se establirent principaux Deiteaus et vendeus. Detierres, in Stabilim. S. Ludov. cap. 68. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 162.*

\* **DEZEBRE**, DEZEBREI. Vide supra *Desebret*.

\* **DEZENA**, Decas, Gall. *Dizaine*. Leudæ mia. Carcass. MSS.: *Item pro sextario nucum et castaneorum, de quolibet xv. Dezenas*.

† **DEZMARIA**, ut *Decimaria* 2. seu Jus percipiendi decimam. Charta Stephani Episcopi Claromont. apud Baluzium Hist. Geneal. Arvern. tom. 2. pag. 43: *Damus etiam et alias duas Ecclesias... cum Dezmaris et baptisteriis et sepulturis*.

† **DFERHYRNESSE**, Mulctæ species apud Anglos. Vide *Caksite*.

† **DIA**, *Generosa*. Papias. [\*] Vide *Forcellin. in Dius.*] Forsan pro *Dea*. Statuta Canonorum Regularium sæc. XIII:

*Dic et ave Dia præ cunctis Virgo Maria.*

**DIABESTERIA**, *Tormenta*, Ugutioni, forte ex βασιανιστήριον.

**DIABLAGIUM**, [Jus percipiendi *Campipartem ex bladis demessis, Deablage* in Regesto censuum Carnot. fol. 1. et 2. Vide locum in *Debladare* post *Bladium* et ibi *Bladagia*, necnon suo loco *Deablagium*.]

\* **DIABOLARIS**, Meretrix, pro *Diobolaris*, quasi duorum obolorum. Castigat. in utrumque Glossar.: *Diobolaris, διόβολος*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Putan, Prov. Diobolaris, diobolaris, divola, divoltrix*. Vide *Diolares*.

† **DIABOLE**, διαβολή, Calumnia. Lexicon Martini post *Calcpionum*.

\* Hinc *Diabler*, Calumniari, alicujus famæ detrudere, nostris etiam nunc *Dire le diable de quelqu'un*. Lit. remiss. ann. 1446. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 482: *Jehan Demain dist au suppliant qu'il les avoit Diablez, et que le Diable y en avoit bien tant mis, ... lequel respondi*

que, sauve leur grace, il n'en avoit onques parlé.

\* **DIABOLICUM DICERE**, Nostris *Dire* *quelque diablerie*, Pessime loqui, aliquid malo dæmone dignum agere. Charta ann. 1218. ex Chartul. Campan. fol. 86: *Dixit Umfredus: Domine Hugo, timeo ne illi, qui sunt cum uxore mea, faciant illam dicere aliquid Diabolicum; et tunc venit quidam miles suus dicens ei: Ecce illi abducunt uxorem tuam; et cum ipse Umfredus insequeretur eam, dixit illi: Domina, non est hæc recta via ad hospitium tuum, redeas ad me. At illa submisso capite in aliam viam se convertit. Dyablie, nequitia, improbitas, in Vita J. C. MS.:*

Mais que li fist la Juerie ?  
Or oïés la grant Dyablie.

\* **Déabile**, vulgo *Diablerie*, dicitur de eo quod Diabolo auctore fit. Le Roman de Cléomades MS.

Tel capel sont plus avenant  
Que chil qui sont fait de beubant,  
Ne d'orguel, ne de gloutrenie,  
Chil sont capiel de Déabile.

\* **DIABOLIZARE**, *Dæmonio corripere*. Hepidanus in Vita S. Wiboradæ num. 12: *Non post multum temporis cepit Diabolizare.*

\* **DIABOLUS LIGATUS**, Veneficii species. Liber rotular. curiæ Manerii juxta insulam de Axholme in comit. Ebor. sub ann. 11. Eduardi III: *Robertus de Roderham, qui obtulit se versus Johannem de Iken de eo, quod non teneat conventionem inter eos factam: unde queritur quod certo die et anno apud Thorne convenit inter prædictum Robertum et Johannem, quod prædictus Johannes vendidit prædicto Roberto Diabolum ligatum in quodam ligamine pro iij. d. ob. et super prædictum Robertus tradidit prædicto Johanni quoddam obolum-carles (i. e. Earnest. money. Gall. Arrhes) per quod proprietates dicti Diaboli commoratur in persona dicti Roberti, ad habendam deliberationem dicti Diaboli infra quartam diem proxime sequentem. Ad quam diem idem Robertus venit ad præfatum Johannem et petit deliberationem dicti Diaboli, secundum conventionem inter eos factam. Idem Johannes prædictum Diabolum deliberare noluit, nec adhuc vult... ad grave dampnum ipsius Roberti l. sol. et inde producti sectam, etc. et prædictus Johannes venit, etc. et non dedit conventionem prædictam. Et quia videtur curiæ, quod tale placitum non jacet inter Christianos, ideo partes prædicti adjournantur usque in infernum ad audiendum judicium suum, et utraque pars in misericordia, etc. Diaules, nostris olim, pro *Diable*. Exposit. Haimon. seu Raimon. in Epist. ad Hebr. tom. 17. Comm. Acad. Inscr. pag. 726: *Li Diaules est vostre peires, et vos voloiz faire les desiers de vostre peire.**

\* **DIABROSIS**, *Corrosio*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 99: *Et ryxim faciat aut Diabrosim operetur.* A Græco *διά* et *βρόσκειν*, comedere.

† **DIACAMERON**, *Medicamentum ducens hominem de morte ad vitam*. Calep. ex Nicol. Onomast. med. Vide Martini conjecturas in hanc vocem.

\* **DIACATOCHI**, *Διακάτοχοι*, Bonorum detentatores, in leg. 1. Cod. Th. de Fiscis debitor. (10, 16.) Unde *Diacatocia* in leg. 7. Cod. Just. de Omni agro desert. (11, 59.) bonorum detentio. [\*] Adde Cod. Theod. lib. 5. tit. 13. const. 30.] Gloss.: *Διακάτοχή*, possessio, *διακάτοχος*,

possessor, detentator, retentator. Practici nostri vulgo ejusmodi Diacatochos, Detenteurs vocant.

\* **DIACIMINUS**, Italis *Diacimino*, *Diacyminum*, medicinalis compositio. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 363. et apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 809: *Opelanda una scariatæ granæ, laborata ubique ad Diaciminos perlarum minutarum*. Id est, ad Cumini florem efficta.

\* **DIACITRINUS**, *DIACEDRINUS*, *DIACETRINUS*, *διακίτρινος*, Citrini coloris intensioris. Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 2. cap. 27: *Et pavonum collis cum tergo et clunis mox florescere incipientibus, Tyria purpura, vel Diacedrina litra decoratis*. Epistola Basilii Macedon. Imp. ad Hadr. PP. in fine VIII. Synodi: *Transmisimus Sanctitati vestræ... vestimenta diaspra 3. Esophorin Dicitrinum cancellatum unum. Legendum Diacitrium, aut Diacetrinum*. Leo Ost. lib. 2. cap. 61: *Planetam Diacetrinam optimam*. Ita Codex MS. ubi editus *Getrinam* præfert, ut monet Angelus de Nuce. Lib. 3. cap. 20: *Planetam Diacitrinam magnam aureis listis undique decenter ornata*. [\*] Vide *Diacynthinus*.] *Διακίτριον* corticem citri melle conditi sua setate appellatum, ait Simeon Sethi de Cibor. facult. Ita forte *διακίτρινος* erit color ille, quem habent cortices citrei saccharo conditi, nostris, *Escorçe de citron*.

\* **DIACODIUM**, Potio ex papavere. Walbertus lib. 1. de Miracul. S. Waltrudis num. 35: *Vi Diacodii cæterarumque potionum vel confectionum expellere hujusce morbi genus non destitit*. [Vide *Diamoron*.]

\* **DIACON**, **DIACONES**, pro **Diaconus**, **Diaconi**: occurrit passim apud vet. Script.

\* **DIACONA**, **DIACONISSA**, Uxor Diaconi, seu cujus maritus in Diaconum promotus erat. Ex quo enim ad hunc dignitatis Ecclesiasticæ gradum ille pervenerat, abstinebat uxore, quæ honoris causa *Diaconissa* et *Diacona* appellabatur, quemadmodum Presbyteri, *Presbytera*, ut est in Concilio Turon. ann. 567. can. 14. et 20. Illa vero, si maritum mori contingeret, a secundis nuptiis abstinere tenebatur sub pena excommunicationis, quemadmodum Presbyteræ, uti cavetur in Conc. Rom. sub Greg. II. PP. cap. 2. 15. et Conc. Rom. sub Zacharia PP. cap. 5. Adde Capitula Caroli M. Add. 3. cap. 47. Atto Vercellensis Episc. Ep. 8: *Sunt etiam qui eas priscis temporibus Diaconas asseruere appellatas, quas nunc Abbatisas nominavimus, quod nobis minime congruere videtur*. Abbas namque Pater dicitur, etc. Infra: *Quo propter si hujus officii nomen nunc etiam quoquo modo perduraret, in his, quæ per mulieres adhuc dispensari videntur, illas Diaconas putarem, quæ etate senili devictæ, religiosam vitam cum castitate servantes, oblationes Sacerdotibus offerendas fideliter præparant, ad Ecclesiarum limina excubant, pavimenta deterunt*. Possumus quoque Presbyteras vel Diaconas illas existimare, quæ Presbyteris vel Diaconis ante ordinationem conjugio copulatae sunt, quas postea caste regere debent, etc. Vide *Diaconissa*.

\* **DIACONALE**, Vestis Diaconorum, ut *Subdiaconale* Subdiaconorum. Chronicon Abbatum Gemblacensium pag. 528: *Fecit tabulam argenteam ante altare S. Petri, ... capsas ex palliis 18. casulas 2. 10. Diaconalia, 2. Subdiaconalia 4. albas, etc.*

† **DIACONALE MINISTERIUM**, id est, Diaconi, Capitul. lib. 7. cap. 296.

† **DIACONATUS**, Dignitas Diaconi. Passim occurrit apud Scriptores Eccl. Vide *Diaconium*.

\* **DIACONIA**, Collatio eleemosynarum, quæ colligebantur et distribuabantur in pauperes Christianos, quemadmodum S. Paulus 2. ad Corinth. cap. 8. et 9. *διακονίαν* usurpat. Cassianus Collat. 18. cap. 7: *Cum Diaconiam nostris fratribus deferremus, id est, eleemosynas a fidelibus collatas*. Qua etiam notione accipi debere *Diaconiam* censent viri docti apud eundem Scriptorem Collat. 21. cap. 1. 8. et 9. quod alii pro ipsa economia et dispensatione Monasterii ibi intelligi putant; *Dispensationem* etenim Latina voce idem munus appellat lib. 5. cap. 40. Præterea

\* **DIACONIAE**, dicuntur loca, in quibus per Diaconos regionarios pauperes viduæ, pupilli, senes propriæ regionis alebantur: publicæ quodammodo pauperum hospitales domus, quæ oratoria et sacella adjuncta habebant, in quibus a Diacono egenis necessaria subministrabantur. Erant enim Diaconi isti, ut verbis utar Cujacii ad Nov. 3. *ἀγαπῶν* Ministri, id est, mensurarum, quæ apponebantur egenis, viduis, orphanis: quæ convivia agitabantur domi, non in templo, adhibitibus precibus divinis. Vide *Diaconites*.

Erant autem ejusmodi hospitales domus Romæ in regionibus omnibus, quarum usu præcipuo exolescente, ipsisque dirutis ædibus, *Diaconia* nomen ipsis sacellis et oratoriis mansit, a quibus earum præfecti, *Diaconi Cardinales urbis Romæ* postea dicti sunt. Anastasius in Stephano III. pag. 81: *Nam et foris muros hujus civitatis Romanæ secus Basilicam B. Petri Apostoli duo fecit Xenodochia, in quibus plura contulit bona, quæ et sociavit venerabilibus Diaconiis illic foris existentibus perenniter permanere, id est, Diaconia S. Dei genitricis, et B. Silvestri dux, etc.* In Hadriano I: *Hic coangelicus vir... constituit Diaconias tres foris portam Beatorum Apostolorum Principis... ubi et dona plurima mobilia atque immobilia pro remedio animæ suæ obtulit, et constituit, ut per unamquamque hebdomadam quintæ feriæ die cum psallentio a Diaconia... usque ad balneum pergerent, et ibidem dispensatione per ordinem pauperibus consolari, atque eleemosynam fieri. Infra: Idem egregius Præsul... Diaconias constituit, in quibus et multa bona fecit per suam sempiternam memoriam, concedens eis agros, vineas, oliveta, servos, ancillas, et peculia diversa atque res mobiles, ut de reditu eorum crebris exactionibus Diaconia proficientes, pauperes Christi reficerentur. De Diaconiis istis intelligendus etiam videtur Ado Viennensis in Chronico: *Symmachus Papa inter multa Ecclesiarum opera, quæ vel a fundamentis creavit, vel prisca renovavit, ad Beatum Petrum, et Beatum Paulum, et Beatum Laurentium pauperibus habitacula construxit.**

Clerici vero seu Diaconi, qui Diaconiis præerant, *Dispensatores Diaconiarum* interdum dicuntur, quod videlicet eleemosynam pauperibus distribuerent, quas *Diaconiarum* appellatione donari monuimus, uti habetur in Concilio Rom. ann. 595. Unde *Diaconiam exhibere* et *Diaconia exhibitionem*, dixit Gregorius M. PP. lib. 9. Epist. 24. Anastasius in Hadriano: *Item Diaconiam SS. Sergii et Bacchi ejusdem Diaconia dispensator, propter metum templi, quod situm super eam videbatur, evertens, etc.* Epitaphium Theodimi Subdiaconi Neapoli in Eccle-

sia S. Andreae, ad Nidum dicta: *Hic in pace membra sunt posita Theodimi Subdiacon. Reg. et Rect. Sce. Sed. Apost. et Disp. hujus Diacon. Beati Andreae. Pater Diaconiae*, in Ordine Romano statim initio. Ita etiam in Diurno Romano cap. 7. tit. 17: *Dispensator, qui fuerit in eadem venerabili Diaconia*.

Verum postmodum non ipsæ duntaxat domus hospitales *Diaconiae* nuncupatae, sed praesertim quæ ipsis adjuncta erant oratoria: de quibus intelligendus Anastasius, cum ait, vela Tyria, stauracina, vestes, coronas, seu pharos, vasa Ecclesiastica, et alia ejusmodi, quæ templa ipsa spectant, *Diaconis* elargitos summos Pontifices pag. 89. 110. 113. 117. 119. 130. 136. 137. etc. Meminit Synodus Romana sub Leone IV. PP. cap. 89. apud Holstenium. *Titulorum, vel Diaconiarum Ecclesiarum*.

Hæ porro *Diaconiae* Romæ præ cæteris recensentur ab Anastasio in Vitis PP. Edit. Reg.:

*Diaconia S. Mariæ*, pag. 81.  
*Diaconia S. Silvestri*, pag. 81.  
*Diaconia S. Mariæ in Adriano*, (al. Adriano) Extra Portam pag. 136. S. Petri hæ tres  
*Diaconia S. Mariæ in Diocletiano* ab Hadriano I. PP. caput Porticus, pag. 136. institutæ.  
 143.

*Diaconia S. Silvestri juxta Hospitale S. Gregorii*, pag. 114.

*Diaconia S. Hadriani Mart.* ab eodem Hadriano PP. instituta, pag. 117. 120. 130. b. 137. 162.

*Diaconia SS. Sergii et Bacchi*, pag. 119. 137.

*Diaconia S. Mariæ, quæ dicitur Antiqua*, pag. 81. 130. 139.

*Diaconia B. Archangehi*, pag. 130. 137. b.  
*Diaconia S. Theodori Mart.* pag. 130. b. 137. b. 162.

*Diaconia S. Georgii*, pag. 130. 162. 166.  
*Diaconia S. Mariæ in via Lata*, pag. 130. 136. b. 163.

*Diaconia S. Agathæ*, pag. 130. 137. 145.  
*Diaconia S. Mariæ, quæ dicitur Domnica*, pag. 133. d. 136.

*Diaconia S. Mariæ ad Cosmedin*, pag. 136. 143. 209.

*Diaconia S. Mariæ in Cyro*, pag. 130. 136. 163.

*Diaconia S. Lucie*, pag. 137. 165.

*Diaconia SS. Nerei et Achillei*, pag. 137.

*Diaconia S. Bonifacii*, pag. 137.

*Diaconia SS. Cosmæ et Damiani*, pag. 137.

*Diaconia S. Eustachii*, pag. 137.

*Diaconia B. Viti Martyris*, pag. 137.

*Diaconia S. Martini*, pag. 137.

*Diaconiae ad septem solia*, Baron. ann. 1084. n. 5. meminit. Sunt autem hodie 14. *Diaconiae*, quæ Cardinalibus *Diaconis* attribuantur. Vide Frisonum in Apparatu ad Galliam Purpuratam cap. 9.

Nec Romæ duntaxat *Diaconiae* extiterunt, sed et in provinciis ex instituto Gail PP. in cujus Epistola Decret. cap. 6. hæc leguntur: *Et regiones sicut in hac urbe fecimus, per singulas urbes, quæ populosa fuerint, Diaconibus dividantur.*

[Supposititia est hæc Epistola, unde alia quaerenda est institutio *Diaconiarum* in provinciis.] Testamentum B. Remigii apud Floodarum lib. 1. cap. 18. quo sanctam et venerabilem Ecclesiam Remorum hæredem instituit: *Simili modo sanctissima hæres mea, quæcunque tibi a propinquis et amicis meis in quocumque solo et territorio collata sunt, sicuti disposuero in Ptochiis, Cænobiis,*

*Martyriis, Diaconis, Xenodochiis, omnibusque Matriculis, sub tua ditione degen- tibus, etc.* Idem Testamentum, apud Miræum tom. 1. pag. 3. col. 1: *Ecclesiarum quam pro eodem signo infra urbem ædificavi, solidos duos. Diaconiae infra urbem quæ dicitur, ad Apostolos, solidos duos.*

*Diaconia B. Andreae* Neapoli meminit Epitaphium Theodimi Subdiaconi mox allatum, ut et Greg. M. PP. lib. 8. Ep. 20. Sed et Inscriptio Græca, quæ exstat in æde SS. Joannis et Pauli in eadem urbe: Θεόδωρος Ὑπατος καὶ Δουξ ἀπὸ θεμελίων τὸν ναὸν οἰκοδομήσας, καὶ τὴν Διακονίαν ἐκ νεῶν ἀνύσας ἐν ἰνδικτ. τετάρτῃ τῆς βασιλείας ἄσποντος (f. Ἄλεοντος) καὶ Κωνσταντίνου τῶν θεοφίλων καὶ τῶν βασιλέων σεμνῶς βιώσας ἐν πίστει καὶ τρόπῳ ἔκτω μηνὸς Ὀκτωβρίου ἐθάδε βιώσας Χριστῷ ἐτῆ 28'.

Joannes Diaconus in Agnello secundo Episcopo Neapolitano: *Hic construxit intus civitatem Neapolis Basilicam Sancto Januario Martyri, in cujus honore Diaconiam ejus nomine nuncupatam instituit, ac fratribus Christi cellulas ordinavit de redditibus Episcopi, etc.* De *Diaconia* Pisarensi agit idem Gregorius lib. 4. Epist. 24. Vide Diurnum Roman. cap. 7. tit. 17. 20. Porphyrogenitum in Basilico cap. 62. et Antonium Caracciolum in Sacris Eccles. Neapol. Monum. cap. 20. sect. 22. et Benedictum Falconem in Neapoli.

At, si Baronio fides, erant eæ tantum in locis, in quibus Ecclesia Romana patrmonia possidebat: quod firmatur ex Epistola Adriani PP. ad Carol. M. tom. 3. Hist. Franc. num. 86: *Emitit nobis Stephanus Neapolitanus Episcopus per suos apices Diaconiam juris sanctæ nostræ Ecclesiarum sibi concedi.*

*DIACONICÆ EPISTOLÆ*, apud Euseb. lib. 6. cap. 38. et Georgium Syncellum pag. 375.

*DIACONICUM*, Διακονικόν, Ecclesiarum Secretarium, sicut dictum, quod *Diaconorum* curæ incumbere. Glossæ MSS. ad Concil. Laodicense cap. 21. *In Diaconico, id est, sacrario.* Lex 90. Cod. Th. de Hæretic. (16. 5.): *Cuncti hæretici procul dubio noverint omnia sibi loca hujus urbis adimenda esse, sive sub Ecclesiarum nomine teneantur, sive quæ *Diaconica* appellantur, vel etiam *Decanica*.* Vide Vitam S. Auxentii Archimandritæ num. 3. Theos- terictum in Vita S. Nicetæ Hegumeni num. 18. et quæ observavimus in Descript. ædis S. Sophiæ n. 84. quibus addo, *Diaconicum* etiam Græcis vocari librum Ecclesiasticum, quo omnia, quæ ad *Diaconi* munus obeundum requiruntur in agenda re divina, et eorum singula officia uno veluti fasce continentur, ut monet Allatius, Dissert. 1. de Libr. Ecclesiast. Græcor. qui putat, illud idem esse quod Βιβλίον τῆς Διακονίας appellatur a Joanne Euchaitarum Episcopo. Dicuntur etiam *διακονικά*, preces quædam, quæ a *Diaconis* decantantur, et εἰρηναία, id est, *pacifica* vocantur, de quibus Liturgia Præsantificat. Vide *Decanicum*, [\*\* et Glossar. med. Græcit. col. 296.]

\* *DIACONILIS*, Ad officium *diaconi* spectans. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 894: *Cantatur episcopale, aut sacerdotale, sive *Diaconile* jussu archiepiscopi: Tenebræ factæ sunt cum suo versu. Et col. 895: Hac (oratione) finita sequitur responsum *Diaconile*: Erat quasi agnus innocens.*

\* *DIACONIOS*, Gervasio Tilberiensis cap. 6. Otiorum Imperialium, dicitur *Luna* in majori incremento, in circuli perfectione amphikirtos, etc. a Græco scilicet

διαγώνιος, quia luna in suo majori incremento quasi in duas partes, unam luculentem, alteram non apparentem, linea diagonali scinditur.

*DIACONISSA*, Uxor *Diaconi*, ut *Presbytera*, uxor *Presbyteri*, in Concilio Turon. II. can. 19. Vide *Diacona*.

*DIACONISSÆ ET DIACONÆ*, Mulieres, vitæ integritate et religione ac pietate insignes, quæ in sacris Ecclesiarum ministeriis ea obibant munia, quæ *Diaconi* ipsi salvo pudore, vel etiam absque offensionis nota peragere non poterant, in officiis præsertim, quæ mulieres spectabant, verbi gratia, si ad lavacra, id est baptismum procederet, si in iis nudari, si docendæ, et divino verbo instruendæ essent mulieres. De iis copiose satis egimus in Notis ad Alexiadem pag. 416. et seqq. et ut certum in Ecclesia ordinem olim confecerint. Has intelligit Sedulius in Præfat. ad Carmen Paschale: *Quis non optet et ambiat eximio Syncretices sacræ Virginis ac Dei ministræ placere judicio?* De eorum ministerio sic Atto Vercellensis Episcopus Epist. 8: *Sicut enim Presbyteræ dicebantur, prædicandi, jubendi, vel edocendi; ita sane *Diaconæ* ministrandi, vel baptizandi officium sumpserant quod nunc jam minime expedit. Nam in tanta parvitate ob parentum religionem infantulæ baptizantur, ut nulla eis verecundia, nullus baptizantibus voluptatis possit stimulus impedire. Unde jam statutum est, ut mulier baptizandi usum assumere non præsumat.* Bulla Benedicti IX. PP. ann. 1033. apud Ughellum tom. 1. pag. 121: *Sanctimoniales seu *Diaconissæ* omnes immunes sunt a laicali servitio, etc.* *Diaconissarum* Ecclesie CP. meminit Palladius in Vita Chrysostomi pag. 28. et 90. Edit. Emerici Bigotti. His addo, *Acephalos hæreticos dicitse, Paulum Apostolum in Epistolis suis præcipisse feminas *Diaconas* fieri debere, quia eas commemorat post *Diaconos*, apud Florentium Wigorn. [Vide Hierolexicon Macri.] [\*\* et Glossar. med. Græcit. col. 297. et Append. 57.]*

*DIACONISSA*, Abbatissa. Ita vocem hanc notione ista usurpat Abailardus Serm. in Natal. S. Stephani, et pag. 145: *Diaconissa, quam nunc Abbatissam nominant.* Quomodo etiam Græci aliquot Scriptores *διακόνους* Præfectas Monasteriorum appellarunt. Vita S. Nili junioris pag. 185: *Μία διάκονος ἡγουμένη μοναστηρίου.* Adde Vitam S. Eupraxiæ virg. n. 7. et 10. Synaxaria in S. Susanna 15. Decemb. Nomocanonem editum a Joan. Bapt. Cotelerio cap. 267. [et Glossarium mediæ Græcitatatis in Διακόνισσα.] [\*\* Vide locum Atton. Vercellensis in *Diacona*.]

\* Glossæ vett.: *Diaconissæ, mulieres vestimenta sacerdotalia parantes.* Consule Disquisitionem de *Diaconissis*, quam Joan. Pinius edidit ad caput tom. 1. mens. Sept. Act. SS.

\* *DIACONISTA*, *Diaconus*. Recens. census ad portam basilicæ S. Mariæ in Cosmedin apud Babill. in Mus. Ital. pag. 151: *Pro sustentatione Christi pauperum et omnium hic deservientium *Diaconistarum*.*

† *DIACONITA*, *Diaconus*, in Hierolexico Macri.

*DIACONITES*, Pauperes, qui in *diaconis* alebantur. [\* Vel *Ministri diaconiae*, qui videlicet sub *Diacono* alimenta atque eleemosynas pauperibus distribu- bant, ut opinatur Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 572.] Diurnus Romanus cap. 7. tit. 17: *Sed dispensator, qui pro tempore fuerit in eadem vene-*

rabili diaconia, pro remissione peccatorum nostrorum, omnes Diaconites et pauperes Christi, qui ibidem conveniunt, Kyrie eleison exclamare studeant. Vide Diaconia.

**DIACONIUM**, Dignitas Diaconi, quæ alias Diaconatus dicitur. Ita Cyprianus Epist. 49. Ennodius in Vita S. Epiphani. Ticinensis, etc.

**DIACONIUM**, Idem quod Diaconicon, Ecclesiæ Secretarium. Hadrianus I. PP. in Epist. Canon. Laodicens. can. 21: *Ut subdiaconi remoti sint a Diaconio, id est secretario, ne dominica vasa contingant.* Gregorius II. PP. in Epist. 2. ad Leonem Isaurum in VII. Synodo: *Pontifices, ubi quis peccarit... eum tanquam in carcerem in secretaria sacrorumque vasorum æraria conjiciunt, in Diaconia et Catechumenia ablegant.* Vide Descriptionem ædis S. Sophiæ post Silentiarium cap. 84.

**DIACONUS**, Dignitas Ecclesiastica. S. Cyprianus Epist. 65: *Meminisse autem Diaconi debent, quoniam Apostolos, id est, Episcopos et Præpositos Dominus elegit: Diaconos autem post ascensum Domini in caelos Apostoli sibi constituerunt Episcopatus sui, et Ecclesiæ suæ ministros.* Apud S. Ignatium in Epist. ad Trallianos, dicuntur etiam ministri Episcoporum. Clemens PP. lib. 2. Constit. Apost. cap. 4. Diaconos vocat Episcopi auditum, oculum, os, cor et animam.

Diaconorum officium præsertim erat, Evangelium legere ac recitare in sacris Liturgiis. Ita Clemens lib. 5. cap. 61. Sacramentar. Gregorii, Ordo Romanus, Amalarius lib. 2. de Eccl. offic. cap. 12. Canoness Saxonicæ Ælfrici ad Vulfinum Episc. can. 16. Lex Alemann. cap. 14. Regino ann. 870. Vide S. August. quæst. Ex utroque mixt. q. 101. Consecratam a Sacerdote Eucharistiam fidelibus porrigere. Ita Justinus Apol. 2. Cyprian. lib. de Lapsis, Isidor. lib. 2. de Eccl. offic. cap. 28. Canoness Ælfrici cap. 16. Alcuinus lib. de Divin. offic. cap. de Tonsura Clericor. Canoness Hibern. lib. 3. cap. 8. etc. Epistola ad Præsidium Diacon. de Cereò Paschali tom. 9. Operum S. Hieronymi, etc. quod vetitum Subdiaconis in Concilio Laodicens. can. 25. atque adeo ipsis Diaconis præsentis Presbytero, nisi id exigat necessitas in Concilio Carthag. IV. can. 48. et in Canonib. Hibern. lib. 3. cap. 8. ubi præsentis restituendum, pro præstante. In libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 42. Diaconus, non Eucharistiam, sed calicem communicantibus porrigit: *Singuli quique postquam de manu Sacerdotis corpus Domini sumpserint, divertant ad sinistram altaris, ibique ipsis Diaconus de calice ministrabit, ita ut ipse dextra manu calicem teneat et sinistram mento eorum supponat.* Ita etiam in Usibus antiquis Ord. Cisterc. cap. 103. Vita S. Amatoris Episcopi MS: *Accessit ad beatissimum Amatorem, tunc Diaconum, qui sacratissimum calicem in vitam eternam populis porrigebat.* Quidam volunt, olim obtulisse Diaconos ex S. Ambrosio lib. 1. Offic. cap. 41. ubi de S. Laurentio: *Experire certe, utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Domini sanguinis consecrationem.* Ubi consecratio Domini sanguinis accipi potest pro sanguine consecrato, quem fidelibus porrigebat, tametsi consecrationem olim præsumpsisse colligitur ex Concilio Arelatensi I. cap. 15. et Ancyrano cap. 11. in quibus offerre vetantur. Sed et plebes rexisse dicuntur in

Concilio Eliberit. can. 77. et apud Gregor. Turon. de Gloria confessor. cap. 30.

Eorum voce communis oratio indicebatur, ut est apud Anonymum Epist. 21. de celebrat. Paschæ tom. 9. Operum S. Hieronymi.

De cæteris officiis Diaconorum, vide Acta Apost. cap. 6. 7. 8. S. Ignat. Epist. 7. cap. 12. Clement. lib. 2. cap. 61. Dionys. lib. 3. Hierarch. Hieronym. iib. 14. in Ezechiel. cap. 48. Librum de 7. Ordin. Eccles. cap. de quinto Gradu Eccles. inter Opera Hieronymi tom. 9. Rabanum lib. 1. de Inst. Cleric. cap. 7. Gillebertum Lunicens. Episc. de Usu Ecclesiastico, Honor. Augustod. lib. 1. cap. 180. Ivonem Carnot. Serm. 2. de Reb. Eccles. Paul Warnefrid. lib. 5. de Gest. Longob. cap. 27. [Hierolexicon Macrorum fratrum,] etc.

A solo Episcopo manus Diacono imponitur, cum ordinatur, quia non ad Sacerdotium, sed ad Ministerium consecratur. Ita Concilium Carthag. IV. Sacrament. S. Gregorii, Canoness Hibern. lib. 3. can. 8. et Ordo Rom. quem ritum improbat Amalarius lib. 2. de Offic. Eccl. cap. 12.

Diaconi primum 7. numero instituti ab Apostolis πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἀδελφῶν, ut ait Africanus apud Syncellum pag. 328. Qui quidem numerus in omnibus Ecclesiis diu servatus est. Vide Concil. Neocæsar. cap. 14. Synodum Romanam sub Symmacho sub fin. Anastasium in S. Evaristo, Sozomen. lib. 8. cap. 19. Steph. Eduensem de Sacram. alf. cap. 7. Rabanum in Inst. Cleric. lib. 1. cap. 8. Baron. ann. 112. num. 9. etc.

Diaconi stabant in Conciliis ac concessibus Episcoporum. Ita Concilium Nicænum can. 14. Laodicens. can. 20. VI. Syn. can. 7. Concilium Arelat. II. can. 15. Trullan. cap. 7. Eliberitan. in Princip. Chrysost. Homil. 33. in Matth. Gregorius Magn. lib. 4. Epist. 40. lib. 9. Epist. 28. Anastas. in Martino, etc.

**DIACONUS CARDINALIS**, dictus, qui ad Ecclesiam aliquam *Diaconus incarminat*, apud Gregor. M. lib. 5. Epist. 11. Vide Legem Bajwar. tit. I. cap. 10. § 1. et in voce *Presbyter Cardinalis*, ex Paschali II.

Videtur præterea ita appellatus antiquior et primus Diaconorum Ecclesiæ, qui ad eam dignitatem evehebatur cum Episcopi, Cleri, ac populi consensu. Idem Gregor. M. lib. 1. Epist. 81. ait, Liberatum, qui Diaconi fungebatur officio in Ecclesia Calaritana, si ab Episcopo non factus est *Cardinalis*, cæteris Diaconis se præponere non posse. *Diaconus in Cardine constitutus in urbe Roma*, in Capit. ann. 806. cap. 33. et lib. 1. Capitul. cap. 133. Primitus autem in Ecclesia Romana unicus fuit, ut ex Synodo Romana sub Sylvestro PP. colligitur, qui et *Archidiaconus* et *Diaconus circumlustrator et perscrutator* vocabatur. Postea Diaconorum in Ecclesia Romana numerus auctus est, et ex septem quatuordecim primum, deinde 18. facti, qui omnes, ut ab aliis Diaconis, non Cardinalibus, differrent, *Diaconi Cardinales* vocati sunt, id est, Principales, qui præcipue Xenodochiorum et Diaconiarum ministri erant: qui ad certas Diaconias erant *incardinati*.

**DIACONI REGIONARI**, dicti in Ecclesia Romana, qui singularum Urbis regionum, quæ septem erant Diaconiis præficiantur. Anastasius in S. Evaristo: *Hic titulos in urbe Roma divisit Presbyteris, et septem Diaconos constituit,*

*qui custodirent Episcopum prædicantem propter styllum veritatis.* [In Euchiriano Catalogo, cujus antiquitas inde probatur, quod in Liberio Papa desinat, a Fabiano dicitur Roma divisa in septem Diaconias: quod si verum est non ad Evaristum referenda est *Diaconorum Regionariorum* institutio.] Ex Collegio Diaconorum Cardinalium erant. Ordo Romanus: *Observandum est, septem esse Regiones Ecclesiastici Ordinis urbis Romæ, et unamquamque regionem singulos habere Diaconos Regionarios: et uniuscujusque regionis Acolyti per manum Subdiaconi Regionarii Diacono regionis suæ officii causa subduntur. Quorum Diaconorum, si quando quispiam moritur, donec loco ejus subrogetur alius, illius regionis Acolyti Archidiacono obediunt.* [Vide Sozomenum lib. 7. cap. 19.] Vetus Ceremoniale apud Baron. ann. 1057. n. 22. ait 12. fuisse *Diaconos Regionarios*, eorumque munus, cantare Evangelium in Stationibus. Horum Diaconia ibidem describuntur.

**DIACONI PALATINI**, vel **BASILICI**, dicti 4. ex 18. Cardinalibus Diaconis, quod in Palatio et Basilica Lateranensi Papæ ministrarent, inquit Onufrius Panvinius. At Ceremoniale vetus, laudatum a Baronio ann. 1057. n. 22. duodecim Regionarios, et sex Palatinos Diaconos fuisse innuit. Palatinorum munus erat, Evangelium in Ecclesia Lateranensi, ut Subdiaconorum Palatinorum, Epistolas et Lectiones in eadem Ecclesia cantare. Eorum Diaconia perinde ibidem recensentur.

**DIACONI STATIONARI**. Horum munus perpetuum non erat, sed ad tempus. Ita porro appellabantur ii, qui Pontifici ad Stationem aliquam profecto ministrarent.

**DIACONI TESTIMONIALES**, qui Episcopum prædicantem custodiebant, [quique testes esse possent eorum, quæ ab ipso dicebantur ad populum, ut, si opus esset, eadem declararent iis, quorum intererat.] Vide *Syncellus*.

Inter *Diaconos testimoniales Syncellosve* numerandum puto Hiacinthum quemdam Alexandri III. PP. *Diaconem*, de quo fit mentio in Fragmento de Rebus Ludovici VII. Franc. Regis apud Duchesnum tom. 4. pag. 425: *Quod ut cognovit Alexander, misit ad Ludovicum Regem legatos, scilicet Bernardum Portuensem Episcopum et Hiacinthum Diaconem suum, qui Regis iram lenirent et familiare colloquium inirent.*

\* **DIACOPINA**, La confectio de lacte. Glossar. Lat. Ital. MS.

**DIACOPOSIS**, Molestia, angustia, ex Gr. διακόπσις a κόπος, Lasso, fatigo. Pelagius II. PP. in Epist. ad Gregor. Diaconum apud Jo. Diaconum lib. 1. Vitæ S. Gregorii PP. cap. 32: *Et super illam Diacoposin, vel unum Magistrum militum, et unum Ducem dignetur concedere, etc.* Petrus Damian. lib. 7. Epist. 3: *Et revera, qui peculatus crimen incurrit, in Diacoposin cogitur infercire, quod tulit.* Apud Baron. ann. 1064. n. 16. ubi eadem Epistola describitur, habetur *referre, pro infercire: sed videtur legendum inferre. Diacoposin*, in Glossis MSS. expunxit *divina ostensio*.

**DIACOPTUS**, ex Gr. διάκοπος, Intercisus, cælatus. Anastasius in Adriano: *Fecit crucem Diacopton.*

† **DIACOPUS**, διάκοπος, Scissura, vel Meatus in aggre intercisus, per quem rivus transmittitur in loca remotiora. Meminit Ulpianus l. pen. ff. de extraord. crim. (47, 11.)

\* **DIACOREGIUM**, *Lo Sterco de capre*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**DIACYNTHINUS**, Διακύνθινος, Iacynthini coloris intensioris. Leo Ost. lib. 3. Chronici Casinensis cap. 19 : *Planeta Diacynthina magna aureis listis undique decenter ornata.*

1. **DIADEMA**. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis : *Et inter me et illum grande erat Diadema, ita ut uterque ad invicem accedere non possemus.* Quo loco diadema legendum censet Holstenius, quæ vox Agrimensoribus nota est. Aliter tamen conjicit eruditus Possinus, quem consule.

\* 2. **DIADEMA**, pro ipso Rege qui diadema defert. Charta ann. 1357 : *Vir magnificus dom. Fulco de Agouto miles, . . . . congregato generali consilio Massiliæ, dixit et exposuit quod magnos et arduos habet tractatus pro parte dom. nostri Diadematis Jerusalem et Siciliæ.* Pluries ibi.

\* **DIADEMA REGNI**, Regis inauguratio, in qua capiti regio diadema imponitur. Annal. Bonincont. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 135 : *Anno salutis 1429. Carolus VII. rex Francorum, postquam fere septem regnasset annis, Diadema regni suscepit.* Et quidem ann. 1422. 21. Oct. regnum adeptus, 17. Jul. ann. 1429. Remis inauguratus est.

\*\* *Diadema*, Sequiorum sæculorum Græcis Fascia latior qua imperatoris pectus cingebatur. Vide Glossar. med. Græcit. col. 290. voce Διάδημα.

† **DIADEMALITER**, Cum diademate, in Actis SS. April. tom. 2. pag. 734. de S. Wernhero Mart.

\* **DIADEMARE**, Diadema imponere. Epitaph. Godefr. Bullion. apud Schelestr. tom. 2. Antiq. eccl. illust. pag. 566 :

Rex licet electus, rex noluit intululari,  
Nec Diademari ; sed sub Christo famulari.

Vide *Diadematzare*.

**DIADEMATIZARE**, Diadema imponere, in Vita MS. Caroli M. jussu Federici Imper. exarata, lib. 1. cap. 10.

\* **DIADOCHUS**, pro *Diadochus*, Gemma beryllo similis, apud Plin. lib. 37. cap. 10. Gr. διάδοχος, cujus usus erat in veneficiis. Process. Egid. *De Rayis* ann. 1440. ex Bibl. reg. fol. 159. v. : *Proposuerunt facere. . . . invocationem. . . . cum lapide vocato Diadocus, et cum ave cris-pata sive hupupata.*

**DIADOTÆ**, Διαδοταί, Diribitores, Divisores. Lex 28. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ (7, 4) : *Nulli omnino per præpositos pistorum, et Diadotas, nulla in specie præbeatur annona, etc.*

\* **DIADUMENUS**. [Idem quod diadematus, diademate ornatus, διαδούμενος : a διαδέω, cingo, redimio, corono. Plin. 34. 8. 19. n. 2. — 2. *Diadumenus* cognominatus est Antoninus R. imperator, filius Opilii Macrini, quia cum natus est, pelliculam in modum pilei habebat in capite, diademati similem ; vel, quod vero propius est, a nomine avi materni, ut narrat *Lamprid. in ejus Vita* 4. — 3. At in *Inscript. apud Maff. Mus. Ver.* 241. 2. appellatur M. Opelii Antoninus Diadumenianus, ut et in ejus nummis omnibus, ut probat *Eckhel. D. N. V. T. 7. p. 241.*]

† 1. **DIETA**, Iter unius diei. Vide *Dieta* 2.

2. **DIETA**, seu *DIETA*, Pastus, refectio. Passio S. Victoris Massil. :

Et modo nobiscum qui posses cingere discum,  
Ut decet athletam sumens cum Rege Dietam.

Fulbertus in Epist. 116 : *Unde quotidianam tua anima Dietam sumens, etc.* [Vita S. Albani inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. pag. 59 : *Pro cuius animæ remedio quædam sancto Martyri contulit prædica, unde hodieque Fratribus ministratur Dieta.* Concordia inter Hugonem et Conventum S. Benigni Divion. ex Chartario ejusdem Monasterii : *Dieta importat hæc quæ sequuntur, videlicet facere coquinam, generale et pictantiam, secundum quod in nostro refectorio fieri consuevit.*]

3. **DIETA**, Διαίτα, ἀίτια, [Gall. *Diette*.] Certa victus ratio ex Medicorum præceptis. Vide Henricum Stephanum de Abusu linguæ Græcæ pag. 100. et Goræum in Definit. medicis, et infra in *Dieticus*. [Hildebertus Cenoman. Serm. Synod. tom. 21. Bibl. PP. pag. 170. metaphorice : *Prima sane Dieta a malo abstinere.* Simili modo Gaufr. Autiss. lib. 2. in Cant. Cant. : *Prima Dieta est ad memoriam mortis incipere.* Hac voce nativo suo sensu Cicero ipse usus est ad Atticum : *Dieta curari incipio.*]

At Latinis Scriptoribus *Dieta* sumitur pro cœnaculo et loco, ubi cœnabatur. Gloss. Græc. Lat. : Διαίτα, τὸ σπεῖρον, *Dieta, cœnaculum.* Vide Plin. lib. 2. cap. 17. lib. 5. cap. 6. Sidon. lib. 2. Epist. 2. etc.

4. **DIETA**, Conventus apud Germanos celebrior, Gall. *Diette*. Vox derivata, si credimus Menagio, a superiori *Dieta*, Cœnaculum ; quod hujuscemodi Conventus ab antiquis Germanis celebrarentur in cœnaculis et conviviis. Sic de his Tacitus : *Sed et de reconciliandis invicem inimicis, et jungendis affinitatibus, et addiscendis Principibus : de pace denique et bello, plerumque in conviviis consultant ; tamquam nullo magis tempore, aut ad simplices cogitationes pateat animus, aut ad magnas incalescat. Gens non astuta nec callida, aperit adhuc secreta pectoris licentia loci. Ergo detecta et nuda omnium mens, postera die retractatur, et sua utriusque temporis ratio est. Deliberant dum fingere nesciunt : constituunt dum errare non possunt.* Jo. Iperii Chronicon S. Bertini, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 694 : *Rex indignans Ferrandum odio magno collegit, et Dietam super hoc eidem assignavit in Arkas villam prope S. Audomarum. . . . ubi die statuto Ferrandum coram Rege comparuit ; sed Rex Dietam prorogans, etc.* Occurrit apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 99. in Hist. Dalph. tom. 2. pag. 251. col. 2. et alibi non semel. [\* Vix unquam a Germanis latine aut vernacule scribentibus pro Comitibus imperii adhibita hæc vox fere semper designat Diem statutum ad juri standum vel aliud agendum. Etymon est *Dies*, Germ. *Tag*, und *Reichstag*, *Tagsatzung*, *Tagfahrt*, etc. Confer *Dieta*.] Quod autem in *Dietis* seu cœnaculis olim haberentur hi Cœtus Germanici, inde factum est, ut Διαίτη; in velt. Glossis reddatur, *Disceptor, Arbitr, Interventor, et Διατώ, Intervenio, Discepto.* Vide Glossar. mediæ Græcitat. [\* et Henric. Stephanum. Διαίτην σάπισσιμε memorent oratores Attici.]

\* 5. **DIETA**, Dies ad juri standum assignata, vadimonium. Gall. *Ajournement*. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 257 : *Dicebant insuper quod dictus abbas, jamdiu erat, contra ordinationes regias veniendo, Hugonem Clucheti presbyterum . . . . coram abbate de Ambruneyo extra regnum, virtute certorum privile-*

*giorum citari fecerat : ac Joannem de Mota, quem dictus Clucheti ad suam Dietam transmiserat, in itinere per quemdam scutiferum suum . . . . atrociter verberari, et procuratorem suum, cum aliis munimentis suis, sibi auferri fecerat.*

**DIETARE**, Gr. Διατρεσθαι, Victus ratione uti : unde Διατρητική, Medicinæ pars, quæ docet victus ordinandi artem. Constantin. Afric. lib. de Victus ratione : *Post accessionem, Dietentur modo prædicto.* Petr. Blesens. Epist. 101 : *Purgatur egrotus, antequam Dietetur.* Vide eundem Epist. 27.

**DIETARI**, Qui in diæta, seu cœnaculo, mensas ornare et mensis ministrare solent, in leg. 12. D. de Inst. et Instr. (33, 7.) Historia Translat. S. Sebastiani cap. 12 : *Erat namque ei inter prandendum familiare inopum, debiliusque, quos mensæ suæ Dietarios delegerat, curam agere.* Ἰπρότος τῶν διαταριῶν, apud Theophanem in Chronico pag. 122. qui διατάρχη; in Gloss. Gr. Lat. Vide Scylitzem in Michæale, [et Continuatorem Theophanis lib. 4. n. 35.]

**DIETARI** in re nautica, apud Ulpianum qui dicantur, vide apud Schefferum lib. 4. de Militia navali cap. 7.

† **DIAPHONIA**. Vide *Diaphonia*.

\* **DIAGMA**, perperam pro *Dragma*, vel potius Drachma, in Staf. Vercell. lib. 3. pag. 86. v.

**DIAGNATUS**, Cognatione proximus, valde agnatus ; id enim sonat vox *dia*. Jo. Sarisberiens. Epist. 59. pag. 129 : *Sed et ipse, ut vulgariter dici solet, Octaviani nepos est, et e vicino, ut rectius dixerim, Diagnatus, utpote sororis filius.*

**DIAGRAPHUM**, Descriptio census, capitatio, vel tributum, διάγραφον. Anastasius in S. Vitaliano PP. pag. 52 : *Et talem afflictionem posuit in populo . . . per Diagrapha, seu capita atque nauticationes per annos plurimos, quales a sæculo nunquam fuerunt.* Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 375. Διαγραφή, Descriptio. Procop. in Hist. arcana pag. 102. 1. Edit. : Συνομαίς τε γὰρ, καὶ ταῖς καλουμέναις ἐπιβολαῖς τε καὶ διαγραφαῖς οἱ τῶν χωρίων κύριοι, τῶν πολεμίων ἀναγκασθηκότων αὐτίκα μάλᾳ ἤλισκοντο. Infra : Τὰ δὲ τῶν διαγραφῶν τῆ δὲ πη ἔχει. ζημία; πολλαῖς ἄλλοις τε, καὶ ὑπὸ τούτοις χρόνοις ταύτοις περιβαλέσθαι τὰς πόλεις ἀνάγκη, etc. Διαγραφάριος, publicanus. Hesychius : Διαγραφάριος, ὁ ἀπακτῶν δημόσια. Vide *Descriptio*.

† **DIALABIS**. Vide *Dialapis*.

† **DIALAGIUM**, vel **DYALAGIUM**, vox mendosa pro *Hallagium*, Tributum quod exsolvitur pro licentia exponendi merces in *Halla*, seu foro tecto, Gallicè *Halle*. Arrestum Curie Parlamenti Paris. sub Philippo Franc. Rege in Tabulario Compendiensi : *Dictum locum esse situm in ipsorum territorio et undique circumdatum terra et aqua et justitia eorumdem, dicentes totam justitiam et utilitatem dicti loci ad ipsos pertinere, excepto de sale et Dyalagio piscium maris.* Vide *Halla*.

**DIALAPIS**, *Constitutum Imperatorum*, in Glossis Isidori. Papias habet *Dialabis, Constitutum Imperatorum, sive Diathete*. Ubi leg. forte *diatheticis*, ex Gr. διάθεσις. [In MS. Bituric. habetur *Diathete* : quam vocem puto retinendam, a Græca διαθήκη, Fœdus, pactum.] At *dialabis* videtur detortum ex *διαλαβή*, quæ quidem vox nescio an hac significatione reperitur apud Scriptorum : [Quare Pitheus mallet *Dialepsis*, διάληψις, Propositum ;

Scaliger vero *διτάτις*. Edictum, constitutio. [\*\* Forte pro compendium scripturæ pro *Divalis apeæ*, vel *Dialis*. Vide *Dibalis* et *Divalis*.]

\* **DIALE**, Tantum terræ, quantum quis per diem uno aratro arare potest, nostris *Journal*. Charlot. S. Joan. Angeriac. fol. 116. r. : *Ego Ramnulfus de Balodis dono Deo sancto Joanni Baptistæ ... tertiam partem trium piscaturarum et duo Dialis pratorum*. Vide infra Dies 3.

\* **DIALITER**, Unoquoque die, Gall. *Chaque jour*. Anonymi Leob. Chron. ad ann. 1205. apud Pezium tom. 1. Rer. Austr. col. 825 : *Menfridus Menfridoniam et alias civitates Siciliæ et Apuliæ communit et ad resistentiæ Dialiter se paravit*. Vide *Diatim*.

**DIALOGISTA**, [διδασκαλῆς] Disputator, qui disserit. Wicatus in Cassio : *Addens futurum se Sergium, si Dialogistam occidisset, Antoninum hoc nomine significans, qui tantum enituit in Philosophia, etc.*

**DIALOGIUM**, *Dualis sermo*, in Gloss. MSS.

\* **DIALUS**, Liber, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

**DIAMANTES**, Adamas, Adamantinus : *Diamante*, Italis, Gallis, *Diamant*, Græco-Barbar. διαμάντες. Gloss. MSS. ad Iatrosoph. *Diamantes, de adamante*. Doctrinale :

Ex as est atis : elephas gigasque dat antis,  
Et Diamas, adamas, etc.

Vide Meurs. [et Gloss. med. Græc.] in Διαμάντες, infra *Diamentum*. [\* a Pro pretio unius crucis de *Diamantibus*, ac pro valore unius casselle cum uno rubino et uno *Diamante*, cum certis perulis. ] (Mandat. camer. apostol. f. 101, an. 1458-60.)

\* **DIAMANTINUS COLOR**, in Actis S. Franciscæ Rom. Mart. tom. 2. pag. 107. \*D.

**DIAMARE**, pro *Deamare*. Gloss. Lat. MS. Regium Cod. 1013 : *Diamat, valde amat*. Abbo lib. 1. de Bello Paris. vers. 198 :

Valles diffugunt humiles, tumidi prius Alpes  
Arma simul Diamant.

Et lib. 2. vers. 58 :

Fallacesque fugam Diamant.

Ubi Glossator ipse Abbo : *Valde amat*.

\* **DIAMENTUM**, Adamas, Gall. *Diamant*. Necrolog. eccl. Paris. MS. : *Volo quod Diamentum vendatur plus offerenti. ... Diamentum accipit Eustachius pretio 400. scutorum auri, quolibet scuto valente 25. sol. 8. den. cujus pretii media pars data fuit ecclesiæ Paris. pro uno anniversario in choro perpetuis temporibus celebrando pro dictis Johanne archiepiscopo Remensi et ejus sorore. De quo se onerant decanus et capitulum Paris. per litteras datas die 4. mensis Maii 1481. Vide *Diamantes*.*

\* **DIAMEROS**, *Persona comica mitrata*. Gloss. Sanger. n. 501. Gr. διαμερός, vel διαμερός, Bipartitus. [\*\* An διαμειρος ?]

**DIAMETRUM**, Intertrimentum, *Dechet*. Harpocraton : Διαμετρον, τὸ ἕλλειπον ἀπὸ τοῦ δικαίως μετρηθέντος. Ita usurpat Codex Th. in leg. ult. de Navicul. (13, 5.) et leg. 5. de Naufrag. (18, 9.)

**DIAMICUS**, Valde amicus, familiaris. Willelmus Malmesburiensis in Vita S. Aldhelmi Episc. cap. 3 : *Non est narratus facile, quam efficax fuerit in exhortando Diamicos et discipulos, etc.*

\* *Desami*, eadem acceptione, in Lit.

remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. Charthoph. reg. ch. 183 : *Lesquelz dirent que ilz n'y prendroient ja amis ne Desami que il ne feust batu*. Hispan. *Desamado*, opposito sensu, amore ulterius non prosequutus, odio habitus.

\* **DIAMORON**. Isid. Orig. lib. 4. cap. 9. de remedio et medicaminibus : *Diamoron a succo mori nomen sumpsit, ex quo conficitur, sicut Diacodion, quia ex τῆς κωδίας, id est ex papavere fit, sicut Diaspermaton, quia ex seminibus componitur*. Vox *diamorum* Pharmacopolis nota est.

**DIANA**, **DIANUS**. Vita S. Cæsar. Arelat. apud Surium : *Dæmonium, quod rustici Dianum vocant*. Cum Diana equitare, sortilegii species. Fragmenta Capituli edita a Steph. Baluzio cap. 18 : *Illud etiam non omittendum, quod quædam sceleratæ mulieres retro post sahanam conversæ dæmonium illusionibus et phantasmatibus seductæ, credunt se et profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea et innumera multitudine mulierum equitare super quasdam bestias, et multa terrarum spatia intempestæ noctis silentio pertransire, ejusque jussionibus velut dominæ obedire, etc.* Adde Capitula Herardi Episcopi Turon. cap. 3.

Imaginariorum harum equitationum etiam meminerunt alii recentiores. Augerius II. Episc. Conseran. ann. 1280. in Statutis MSS. habet : *Nulla mulier se nocturnis equitare cum Diana dea paganorum, vel cum Herodiade seu Benzozia et innumera mulierum multitudine profleatur; hæc enim dæmoniaca est illuso. Eadem habent Patres Concilii Trevir. ann. 1310. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 257. ex quibus coniecto hanc muliercularum delirationem non multum absimilem fuisse nocturnis illis conventibus, quos Sabbats vocant, quibusque diabolus sub forma hirci præsidere aiunt, ibique servitia quæ sibi competunt, hoc est, turpissima a suis exigere. Nostræ sententiæ non parum patrocinatur Johannes Sarisburiensis lib. 2. Polycrat. cap. 17. ubi de hujusemodi deliriis : *Quale est, inquit, quod Nocticulum (lege Noctilucam) quamdam vel Herodiadem, vel præsidem noctis dominam concilia et conventus de nocte asserunt convocare, varia celebrari convivia, ministeriorum species diversis occupationibus exerceri, et nunc istos ad pœnam trahi pro meritis, nunc illos ad gloriam sublimari*. Vide *Dusus Fada*, [\*\* *Bensozia, Abundia*, et Grimm. Mythol. German. pag. 174. sqq.]*

\* Bulla Joan. XXII. PP. apud Ordor. Raynald. ad ann. 1317. num. 53 : *Divinationibus et sortilegiis se immiscuerunt perperam, Dianis nonnunquam utentes*. Acta S. Jacobi Mevan. tom. 4. Aug. pag. 730. col. 1 : *Impugnavit (Jacobus) errorem earum mulierum, quæ vadunt ad cursum cum Diana*. Ejusdem delirationis meminit eamque graphice describit, nisi quod Dianæ Habundam substituit. Le Roman de la Rose MS. :

Et les cinq sens aïnsi devoient  
Par les fantomes qu'ils reçoivent,  
Dont maintes gens par leur folies  
Quident estre par nuit estries,  
Errans aveeque dame Habonde,  
Et dient que par tout le monde  
Le tiers enfant de nascion  
Sont de ceste condicion ;  
Qu'ils vont trois fois en la semaine  
Si con destinée les mainne,  
Et par tous ces osties se boutent,  
Ne clos, ne barres ne redoutent,

Ains s'en entrent par les fondaces,  
Par charnières et par crevaces,  
Et se partent des cors les ames,  
Et vont avec les bonnes dames  
Par liex forains et par maisons.

Infra :

D'autre part que li tiers du monde  
Aille aïnsint avec dame Habonde,  
Si com folies vieilles le preuvent  
Par les visions qu'ils y treuvent.

Vide Hera 2. et infra Holda.

\* **DIANATICUS**, Dianæ cultui addictus. Sermo S. Max. Taurin. apud Murator. tom. 4. Anecd. edit. Patav. pag. 99 : *Cum maturius vigilaveris et videris saucium vino rusticum, scire debes quoniam, sicut dicunt, aut Dianaticus aut aruspex est; insanum enim numen insanum solet habere pontificem : talis enim sacerdos parat se vino ad plagas Dææ suæ, ut dum est ebrius, pœnam suam miser iste non sentiat. ... Nam ut paulisper describamus habitum vatis hujusce, est ei adulterinis crinibus hirsutum caput, nuda habens pectora, pallio crura semicincta, et more gladiatorum paratus ad pugnam ferrum gestat in manibus, nisi quod gladiatore peior est, quia ille adversus alterum dimicare cogitur, iste contra se pugnature compellitur.*

\* **DIANUNT**, διδασκ. *Dant*. Supplem. Antiquarii. [\*\* Ex Castigat. in utrumque Glossar. est pro *Danunt*, a *Dano*, is. Priorius in Gr. legit διδάσκειν.]

\* **DIANUS**. Vide *Diana*.

\* **DIAPANTON**, διὰ πάντων. [Per omnia, in omnibus. *Inscript.* apud Murat. 659. 1.]

\* **DIAPASON**, διὰ πᾶσῶν, per omnes, supple. chordas, Musicis nostris *Octave*. Martianus Capella lib. 9 : *Ex sonis qui et singulis et omnibus tropis rite conveniunt, symphoniz tres, quarum est prima διὰ τεσσάρων, quæ Latine Ex quatuor; alia symphonia quinaria est et dicitur διὰ πέντε, atque constat sonis quinque : tertia διὰ πᾶσῶν, quæ ex omnibus octo sonos recipit*. Vitruvius lib. 5. cap. 4 : *Concentus quos natura hominis modulari potest, Græceque συμφωνία dicuntur, sunt sex, Diatessaron, Diapente, Diapason, Diapason cum Diatessaron, Diapason cum Diapente, Disdiapason.*

\* **DIAPENDIUM**. [Electuarium valens ad pectus. *DIEF.*]

\* **DIAPENTE**, διὰ πέντε, *Potio Diapente*, Vegetio lib. 1. Mulom. 10. dicitur a numero specierum, scilicet myrrhæ, gentianæ, aristolochiæ longæ, baccarum lauri et eboris rasurarum, ex quibus simul mixtis conficitur; in Musica vero *Diapente* vocatur Mensura tribus constans tonis et dimidio, Gall. *Quinte*. Jac. Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. Papæ :

Concrepat inde chorus, duplicat sua vulnera pason.  
Ille tonus Romanus avet : clarum Diapente  
Ille canit : ferit ille gravem quartam diatessaron  
Lubricus in vocem, etc.

[\*\* Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 651 :

Sus super aqua levans monachordum jura canebat  
Altius, et falso sex Diapente sono.]

Vide *Diapason*.

\* **DIAPHONIA**, διαφωνία, Vocum discrepantia. Glossar. Sangerman. n. 501 : *Diafonia, id est, Voces discrepantes vel dissonæ*. Occurrit in Vita B. Notkeri Balbuli, tom. 1. April. pag. 582. Vide *Dulciana*.

\* **DIAPISTUS**. Leo Ost. lib. 2. Chron. Casin. cap. 44 : *Planetam Diapistim lictis aureis ornatam. Mox Tunicam ejusdem operis... cum mappula Diapistim*

*auro nihilominus decorata.* Lib. 3. cap. 73 : *Planetæ Diaspræ deauratæ* 5. et 3. sine auro, *diarodinæ deauratæ* 8. *Diapistæ* 2. et alia citrina. Lib. 3. cap. 20 : *Tunicam Diapistin cum urna amplissima, etc.* Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1023. in Bullario Casinensi : *Oloserica autem auro tacta, et planetam de pallio Dyopastin, adornatam optimis listis aureis, et orarium, etc.* [Hugonis Falcandi Histor. Sicula, apud Murator. tom. 7. col. 256 : *Hic Diapisti color subviridis intuentium oculis grato blanditur aspectu.*]

**DIAPRASIMUM**, Διαπράσιον, Malagma aut electuarium, confectum *prasio* seu *marubio* herba, vel certe ex arugine, quam vocant nostri *Verd de gris* : nam et ita πράσιον interpretatur Myrepsus. Lanfrancus Cantuar. Archiepisc. in Epist. 46 : *Omitto tibi Diaprasium magnum, quod ad hanc infirmitatem valde utile esse Medici perhibent, de quo in modum silvestris nucis tertia semper die accipias.*

DIAPRASIVM, Viridis coloris vividioris. Historia Episcoporum. Autis. cap. 44 : *Alterum pallium Diaprasii coloris.* Testamentum Riculfii Episc. Helen. 915 : *Ca-sulas Episcopales optimas tres, unam Diaprasium, etc.* Leg. *diaprasiam.*

DIAPRASINUS, Eadem notione. Flo-doard. lib. 3. Hist. Remens. cap. 21 : *Mittens ei quædam pretiosa ornamenta, casulam scilicet Diaprasinam, quam habebat unicam.*

† DIAPRETUS. Vide in *Diasprus.*

**DIAPSALMA**. Optatus lib. 4 : *Legimus quadragesimo nono Psalmo sub secundo Diapsalmate Spiritum S. dicitur, etc.* S. Hieron. in Epist. ad Marcell. 133. varias de vocis notione sententias refert : *Quidam, inquit, Diapsalma commutationem metri dixerunt esse, alii pausationem spiritus, nonnulli alterius sensus exordium : sunt qui rythmi distinctionem : et quia psalmi tunc temporis juncta voce ad organum canebantur, cujusdam musicæ varietatis existiment silentium.* Eadem ferme Isidor. lib. 6. Orig. cap. 19. S. Eucher. Lugdun. de variis vocabul. et Cassiod. in Psalmos. S. Augustin. in Psal. 4 : *Diapsalma, interpositum in psalmo silentium interpretatur.* Amalarius lib. 4. cap. 48 : *Unde et Diapsalma apud Hebræos de nonnullis interponitur, quod significat intervallum vocis distinguendæ.* S. Hilarius in Prologo ad Psalmos extremo : *In Diapsalma vero, quod interjectum plurimis psalmis est, cognoscendum est demutationem aut personæ, aut sensus sub conversione modi musici inchoari, etc.*

At Hieronymus nihil horum videtur : censet enim diapsalma vocem esse Hebraicam, quæ semper denotat, ita ut quibus illa connectitur, sempiterna esse confirmet. Solent enim Hebræi in fine librorum unum e tribus subnectere *Amen, Sela,* aut *Salom.* Quid sit *Amen,* notum, *Sela* idem est quod *Diapsalma* : *Salom,* pacem exprimit, unde et *Salomon* dicitur, id est, pacificus. Igitur, ait Hieronymus, ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei sequentis medium interponere, *Explicit, aut Feliciter,* aut aliquid istiusmodi ; ita etiam Hebræi, ut, quæ scripta sunt, roborentur, facere solent, ut dicant *Amen,* aut *In sempiternum* : aut scribenda commemorant, ut ponant, *Sela,* aut transacta feliciter protestantur, pacem in ultimo subnotantes. Sententiam suam Origenis verbis fulcit, additque, ut probet *Diapsalma* non esse sensus, aut rythmi immutationem, quandoque in Psalmorum fine, ut

in 8. et 23. contra in Psalmis multorum versuum non poni, ut in 36. 77. et 118.

Ejusdem vocis notiones Grammatici etiam recentiores proferunt, atque in iis Ugutio : *Volunt quidam esse Hebræum, quo significatur, Semper, videlicet ut illa, quibus hic interponitur, sempiterna esse confirmet. Quidam vero Græcum verbum esse existimant, quo significatur interruptio vocabuli psallendi. Alii volunt esse Græcum, et significare intervallum psallendi, ut psalma sit, quod psallitur, Diapsalma in psallendo silentium, ut quomodo sympsalma dicitur, vocis copulatio in cantando, sic Diapsalma disjunctio eorum, etc.* Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 10 :

Quod canitur. Psalma est : interpositum, Diapsalma ; Est in psallendo simpalsma inexto vocum. At quidam Diapsalma vocant exordia sensus Alterius : quidam, pausam spiraminis esse Sancti : sed quidam, quod sit mutatio metri Dicunt : ac quidam quod sit distinctio Rythmi.

Anonym. in Cod. Reg. 930 : Τὸ δὲ διάψαλμα, ἢ μεταβολὴν ἂν σημαίνει, νοήματος ἐναλλαγὴν, ἢ ἀντιβολὴν τινὰ τοῦ ψαλμοῦ, καὶ ὅτι... σὺν ἐν τῷ μεταξὺ τῆς ψαλμωδίας συμβαίνουσιν, ὡς ἐγγυνομένης τῆνικατὰ τῷ ψαλμῷδῷ καινοτέρως τινὸς παρὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐλλάμψεως καὶ μνήσεως. Τινὲς οὖν ἀντὶ τοῦ διαψάλματος τὸ ἀεὶ γράφουσιν ἐν ταῦτοις τοῖς διαλείμμασιν, ὡς ἂν ἐντεῦθεν δηλώσωσιν ἀδιάληπτον εἶναι τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν ἐπιπνίαν, κἄν ὁ λόγος ἐν διαλείμμασι ἢν ἀποσχινομένη τοῦ ψαλμοῦδου πρὸς τὴν τοῦ πνεύματος καινοτέραν ἐπιγίσησιν, καὶ τὸ μέλος διὰ τοῦτο κατασπινάροντος, καὶ ἀπλῶς εἰπείν, τὸ διάψαλμα οὐδὲν ἕνδον σημαίνει ὁλοσχερῶς, ἢ διαλείμμα ψαλμωδίας, etc. Alter Codex notat. 2062 : Διαψάλμα, ἢ προσώπου ἐναλλαγὴ, ἢ διὰ μονὰς μεταβολὴ ἢ μελῶν ὑπαλλαγὴ, ἢ διαψάλμα ἐστὶ μουσικοῦ μέλους, ἢ ρυθμοῦ τρόπος γενόμενος, ἢ διαφορίας ἐναλλαγὴ. Infra : Ἡ διαψάλμα ἐστὶ μεταξὺ τὰς ψαλμωδίας γινόμενη κατὰ τὸ ἀρῶν ὑπερπέσει, πρὸς ὑποδοχὴν τοῦ Θεοῦ ἐπεισκρινομένου \* νοήματος. Ἡ διαψάλμα ἐστὶ διδασκαλία τοῦ τῆς ψυχῆς κατὰ τὸ ἀπόρρητον γινόμενης περὶ τὸ νόημα τοῦτο προσσχῆς τὸ \* συνεσχίπτι τῆς μελωδίας περιποποῦσης, etc. Adde Gregor. Nyss. tract. 2. in Psal. cap. 10. [S. Maximum in Quæst. cap. 18.] Chron. Alexandr. pag. 202. col. 4. [\*] Vide Glossar. med. Græcic. col. 300. et Append. col. 58.]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Diapsalma, pause de pseume.*

\* **DIACYLON**, *Uno certo unguento.* Glossar. Lat. Ital. MS. *Diaculon*, in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 209 : *Certaine quantité de menues denrées d'espicerie, ... huiles d'olive, Diaculon, etc.* Hispan. *Diachylon.*

† **DIAR** seu **DROTINAR**, duodecim Præfecti cæteris eminentiores, quibus sacrorum et juris populo dicendi curam commiserat Odinus Sueonum Princeps. Ita Hicckes. Dissert. pag. 49. et Snor. Sturl. in Hist. Regum Septent. cap. 11.

† **DIARECTUS** **DIES**, *Malus pro antiphrasin,* in Vocabulario Sussanæi. [\* Perperam pro *Diarectus*, ut legitur apud Festum, ad quem vide notam Salmas. Nonius : *Diarecti dicti crucifixi, quasi ad diem erecti.* Vide Martin. et Lexic. crit. Parci.]

**DIARECTOR**. Concilia Africana sub Bonifacio PP. cap. 45 : *Rursus placuit, ut quoniam Hipponensium Diaretorum Ecclesiæ destituito non est diutius negligenda, etc.* Ubi forte legendum *Directorum* : qui enim *Diaretos* Hipponensium Ecclesiæ hic dicuntur, φροντισται τῆς

Ἐκκλησίας ἐν Ἰππῶνι, in Canonibus Græcæ Ecclesiæ Africanæ can. 78. appellantur.

**DIARHODINUS**, Color roseus intensior. Vide *Rhodinus.*

\* **DIARHODON** **ABBATIS**, Pulvis sic vocatus in Pharmacopels, quem *hepatis*, non *abbatis*, vult dici Hor. Augenius medic. Hæc ex animadversionibus D. Falconet.

**DIARIUM**, Diurnum cibarium vel obsonium : quotidianus et diurnus victus, quantum diei sufficit. Papias : *Salaria, Diaria, cotidiana cibaria.* Glossæ Isid. : *Diaria, cibus unius diei. Diaria, quotidiana salaria.* Gloss. Gr. Lat. : Ὀψόνιον, *Cibarium, Diarium.* Σιτίμετρον, *Opsonium, Diarium.* Ebrardus Betuniensis in Græcismo :

Sunt, quæ sufficiunt in luce Diaria sumptus.

[Testamentum S. Leodegarii ann. 671. apud Miræum Diplom. Belgic. tom. 1. pag. 385. col. 2 : *Quadragesima fratres quotidiana Diaria et stipendia omni tempore accipiant.*]

Vitæ Abbatum S. Albani : *Constituit quædam Diaria dari scriptoribus de Eleemosyna Fratrum et cellaria... ad edendum. Mox : Dietantque eorum, et Diaria sub certa quantitate... assignavit.* Rursum : *Pro tribus Diariis de reliquis mensæ Conventualis, ne scriptores in es-cis emendis impedirentur.* Liber Miraculorum S. Joannis Abbatis Reomaensis n. 7 : *Ubi ditissime tabescens, nil Diarii prorsus sument.* Petr. Damian. lib. 6. Epist. 2 : *Nam ubi diurno operi Diarium redditur, etc. Diaria servorum.* Satyrico, *Cibaria in diem ad eorum victum quotidianum.* Utuntur Ulpianus in leg. 21. de Adim. leg. (34. 4.) Julianus antecessor Nov. 115. cap. 23. etc. Vide Gl. Pitheci ad eundem et Meursium in *Diario.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Diarium, Expensæ sunt, quæ sunt in una die tantum.*

† **DIARODINUS**, ut *Diarhodinus.* Vide *Rhodinus.*

\* **DIARSICE**, Elate, a Gr. *diarsic*, elatio, ut notant docti Editores ad Acta S. Lupi tom. 7. Jul. pag. 81. col. 2 : *Hæc tantum, quæ procul dubio scimus, curavimus indicare : ne videamur gnaris loqui Diarsice vel Diarsicæ.*

† **DIAS**, Numerus binarius, a Græco δῖς, Bis. Abbo de Obsidione Lutetiæ a Normannis :

Mox monade necata obiit sævissima Dias.

Occurrit apud Martianum Capellam lib. 6. pag. 228. et lib. 7. pag. 238.

\* **DIASINTETIGUS**, [Pars grammaticæ de constructione. DIF.]

**DIASOPHISTA**, Medicus Sophistes, a Græco διασοφίζομαι, Sophistice ago. Actâ SS. Maii tom. 2. pag. 616. de S. Anthimo et sociis : *Quantique Medici et Archiatri et Diasophistæ ad te venerunt et nulla ratione curare potuerunt.*

**DIASOSTES**, Διασωστής, Ductor, conductor. Luithprandus in Legat. cap. 65 : *Civitate cum Diasosta meo egressus.* Supra cap. 57 : *Sicque minus, ut res poscebat, turbatus, diasōστη, id est, Ductori meo 50. aureorum res pretio dedi. Diasostæ exercitus, in Novell. Justin. apud Julian. Antecess. cap. 532. 537. ductores exercitus.* Vide Notas ad Alexiadem pag. 352. [et Glossarium mediæ Græcitatatis.]

† **DIASPERATUS**, **DIASPERUS**, MOX in *Diasprus.*

**DIASPRUS**, Panni pretiosioris species. Bulla Benedicti VIII. PP. ann. 1023. in Bullar. Casinensi : *Similiter et pluviale*



*Diasprum, cum listis auro textis VIII.* Synod. Act. 10: *Vestimenta Diaspra tria.* Hist. Episcoporum Autisiodor. cap. 64: *Quatuor paria indumentorum sacerdotium diversorum colorum, tam de examito, quam de Diaspro.* Chron. Casin. lib. 2. cap. 44. 76. 99: *Pluviale Diasprum cum Phrygiis aureis.* Cap. 80: *Planetam diaspram undique auro contextam.* Lib. 3. cap. 73: *Planetæ Diaspræ deauratæ quinque.* Innocent. III. PP. lib. 14. Epist. 72: *Ad hæc de cruce aurea, et Diaspro nobis ex parte tua... præsentatis, gratiarum tibi referimus actiones.* B. Odo-ricus apud Wadding. ann. 1807. n. 13: *Residens in throno eburneo tunicula et dalmatica indutus de Diaspro albo.* Casula de *Diaspro albo*, in Testamento Gerardi de Abbatibus villa ann. 1271. *Tunica de Diaspra alba*, in Charta Petri Episc. Paris. ann. 1218. apud Sammarth. Liber Anniversariorum Basilicæ, Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII. PP.: *Duas cruces de argento, unam de Diaspro, et unam de crystallo... paria, etc. tria paria candellaborum de argento, et unum de Diaspro... duo pluvialia de Diaspro et panno Barbarico.* [Dux sunt albæ de Diaspro, aliæ dux sunt de purpura in quodam Catalogo S. Martialis Lemov. ann. 1227.] Vide Necrolog. Eccles. Paris. 3. Nov. et Id. Aug. [Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 292. et novam Gall. Chr. tom. 3. col. 1124.]

† DIASPERUS. *Cappam de Diaspero aurisamito vel tartarisco aureo de sindone federatam*, apud Rocchum Pirrum in Sicilia Sacra pag. 399.

† DIASPRETUS. Notitia Ecclesiæ Di-niensi per Gassendum pag. 151: *Item duo pallia alba Diaspreti.*

† DIAPRETUS. Testamentum Johannis Gasqui Episc. Massil. ann. 1344. ex Archivio Episcopatus ejusdem urbis: *Lego duos pannos quasi virides Diapretos pro ornando altare.*

† DIASPRE. Inventarium ornamentorum Ecclesiæ ex Archivo S. Victoris Massil. n. 1100: *Dalmaticam et Floquetum de Diaspre rubeo.* Capitulum generale ejusdem S. Victoris ann. 1340: *Capam auream vel sericam de Diaspre paramentis vel aurificis paratam et ornatum.*

DIASPERATUS. Monastic. Anglic. tom. 3. pag. 314: *Sandalia cum caligis de rubeo sameto Diasperato, breudata cum imaginibus Regum in rotellis simplicibus.* Adde pag. 321. Vox etiam nostris nota. Le Roman. de Gaydon MS.:

Cuirie ot bonne, qui fu de cuir boilli,  
Cote à armer d'un Diaspre gaydi.

Infra, de equo:

D'un bon Diaspre fresé menument  
Estoit couvers mult acemeement.

Italis *Diaspro*, est jaspis: nostris *Diaspre*, variegatus, diversicolor instar *Jaspidis*: unde etiam vocis etymon. Ros-tangnus Berengerus Massil. Poeta Provincialis apud Joannem Nostradamum cap. 58:

Qu'alle a son cor plus dur que lou Diaspre.

\* Ea voce colorem intensissime album designari opinantur docti Editores in nota ad Vit. B. Vict. PP. III. tom. 5. Sept. pag. 416. col. 2. ex eo maxime quod Lexica Græco-barbara *Διασπρον* album reddant. Unde Macri in Hierol. *Diasprum* exponunt Dupluciter album.

† DIASTEMA, *διαστημα*, intervallum. Occurrit apud Sidonium lib. 3. Ep. 11. et Carm. 15. Vegetius lib. 1. cap. 22:

*Pridie, quam vena pulsetur, sustentetur levioribus et paucioribus cibis, ut per Diastema composito corpore sint, non turbato per indigestionem.* Vide Martianum Capellam lib. 9. pag. 321. [\*] Ruodlieb. fr. 8. vers. 46:

Quem (rhythum) per sistema vive Diastema dando  
Dum mirabiliter operatur, etc. [responsa,

† DIASTEMATIGUS, *διαστηματικός*, Divisus. Vox *Diastematica*, apud Martianum Capellam lib. 9. pag. 321.

† DIATAPSALON, mendose, ut reor, pro *Diatessaron*, Vox musica, Nostris *Quarte*, quæ constat duobus tonis et majori semitono. Hist. Canonizationis S. Edmundi Cantuar. Archlep. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1852: *Nam alii tono, alii semitono, alii Diapente, alii per Diatapsalon, alii vero usque ad diapason voces Salvatoris laudantium clementiam extollebant.* Vide *Diapason*.

† DIATESRON, pro *Diatessaron*. Vide locum in *Diapente*.

† DIATESSARON, *διὰ τεσσάρων*, Musicis *Quarta*, quæ duobus tonis constat et dimidio majori, Gall. *Quarte*. Vide *Diapason*.

† DIATESSARONICE, Secundum Quartam Musicorum. *Dum Gloria in excelsis Diatessaronice intenderetur*, in Actis SS. Gervasii et Protasii Junii tom. 3. pag. 835. A.

† DIATHECA, Græc. *Διαθήκη*, Testamentum, in veteribus Instrumentis non semel, verum et apud Martialem 12. epigr. 71. ubi tamen alii *Diatecta* legunt. Hinc corrigendum Glossar. Sangerman. n. 501. ubi: *Dicative, Testamenta*. Vide Turnebi Adversar. lib. 27. cap. 31. Hierolixicon Macri et infra *Diatychi*.

DIATIM, Quotidie, de die in diem, apud Isidorum in Gloss. et Album in Catholico. Ekeardus junior de Casib. S. Galli cap. 1: *Cum lineis vestibus Diatim introiit.* Utitur et Gerardus Abbas Silvæ Majoribus in S. Adelardo n. 53. et Matth. Paris ann. 1252. [Auctor Vitæ B. Deicoll apud Eccardum in Orig. Habsburgo-Austriac. pag. 162. et Chartarium Eccl. Auxitanæ cap. 48. Vide *Dietim*.]

DIATRETUS, Perforatus; cælatus, ex Græco *διὰ τρητος*. *Callix Diatretus*, in leg. 27. § 29. D. ad leg. Aquil. (9. 2.) Unde

DIATRETARI, *Διατρητάριοι*, Qui calices aut vasa cælant et perforant, in leg. 1. C. de Excusat. artif. (10, 66.) *Diatretarios, τούς τρητάριας τὰς μαργαρίτας*, interpretantur Græci, qui perforant margaritas.

DIATRITUS, pro *Diatretus*. Paulin. Epist. 12: *Totidem jamvis patrefactus (paries) a latere Confessoris, quæ a fronte ingressus sui foribus nova (Basilica) reserabatur, quasi Diatritam speciem ab utraque in utramque spectantibus præbet.* Ubi species est, quod *Face de bastiment* dicimus, uti a Vitruvio lib. 9. cap. 4. vox hæc usurpatur: *Species Diatritæ, nostris, Face à jour, percée de fenestres et de portes.*

DIATYCHI. Charta Garsisæ Regis Navarræ apud Sandovallium in Episc. Pampilon. pag. 42. sic clauditur: *Est autem data et Deo oblata se volventibus temporum recursibus, anni æræ millesimæ cum supputatione nonagesimæ, die vero secundæ, Idus Decembris, luna vero quarta diebus exactis Diatychi, regnante Domino Jesu Christo, etc.* Omisit hæc verba in versione Hispanica Sandovallius. An ex Græco *διὰ τυχης, feliciter*; vel potius hæc vox referenda ad, *est autem data et oblata διαθήκη*, i. e. *testamentum*, quomodo ejusmodi donationes vocabant.

DIATYPOSIS, Mandatum. Gloss. Gr. Lat.: *Διατύπη, ἡ διατύπωσις, Dispositio, Διατάξις. Constituo, dispono, statuo.* Gregorius M. lib. 8. Epist. 20: *Scriptisistis nobis, ut Dulcicio agenti vices nostras dicere deberemus, ne quid super Diatyposim auderet expendere.*

DIALIUM, *Διάλιον*, Atrium, domus. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 12:

Præterea Andræ garsiana Dialia sancti Ingressus, etc.

\*\* DIBALIS, Imperatorius. Vide *Divalis*. Chart. Longob. an. 750. ap. Brunett. Cod. Diplom. pag. 325: *Constantes hac die vindedissent et vindedi duppla vonis conditionibus secundum Dibal' cunstituta nobis Fandvini et Fuolfo sorticilla mea, etc.* Agitur ibi de *Dupli Stipulatione*, de qua vide JC. et Marin. in Pap. Diplom. num. 114. not. 1.

DIBELLIO. Vide *Duellio* 1.

\* DIBELLUM, *La seconda bataya*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Duellum* 1.

DIBLER, Anglis *Doubler*. Discus, patina, paropsis. Leges Burgor. Scotie. cap. 125: *Hæres habebit... discum, parapsidem, quod dicitur le Dibler, vel charge-rem.* Le Roman du Chevalier au Barizel MS.:

Qui ja n'emporterai denier,  
Ne pain ne el en mon Doublier.

Le Songeureux:

La nape aussi, ou le beau Doublier fin.

Chronicon MS. Abbatum Corbeiensium pag. 57: *Baillivus debet administrare hospitibus de religione panem et vinum in eadem forma, qua administrat Conventui, et melius detur eis facere, napes, touailles, Doubliers, bachins, cailliers, henas, voirres, kaves, virgatas, pos, justes, deux truites de fust, unum, in quo trahitur vinum de Conventu, et aliud, in quo mittitur vinum de Eleemosyna.* Vide *Duplarium* 2.

† DIBULATIO, *Designatio*. Papias. [\*] In Glossar. cod. reg. 764. ut ex Glossis: *Dilatatio, Designatio*.]

1. DICA, *Charta, a dicendo*. Ita Papias. Joannes de Janua: *Dica, Tabula vel cautio, vel Charta proprie, ubi continetur summa debiti, et nomina debitorum, vel debentium, et ponitur pro qualibet parte Chartæ, et dicitur a dico, cis.* [\*] Etymon fortasse Græcum *Δίχα*. Confer *Chartæ partitæ et divisæ* in *Chirographum*.] [Liber niger Scaccarii pag. 366: *Item thesaurarii domini Regis de marca faciunt de averio domini Regis Dicas et cyrographa contra custodes et clericum ponderis et cunei.*] Vide *Dicha*.

DICA, non tam pro Charta, vel scheda, in qua scribitur, quam pro *taleola*, nostris *Taille*, in qua rerum numerus annotatur, usurpatur a Thwrocio part. 1. Chr. cap. 24. de Siculis: *Hi nondum Scythicis literis obliiti, eisdem non encausti et papyri ministerio, sed in baculorum excisionis artificio, Dicarum ad instar, utuntur.* Vide Olauum Wormium in Fastis Danicis pag. 87. et 119. ubi ejusmodi baculos excisos representat. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 708: *Unde coacti Dicam per totam terram suam, quæ hactenus a malis consuetudinibus libera erat, fecerunt, et 60. libras Cenomanensium... Roberto dederunt.* Ubi *Dica* nihil aliud est quam tallia, seu exactio, vel præstatio, quæ inde nomen accepit, quod in *taleolas* referretur, ut suo loco monemus. Qua etiam notione accipitur in Decretis Hungaricis Ludovici Regis Hungariæ art. 3. et 4. et Matthiæ Reg.

ann. 1464. ubi *Dica* est exactio publica, *Dicator* exactor, et *Dicare* exigere. Liber Rubens Scaccarii Anglici fol. 30: *Et præter hoc debet Magister Marescalciæ habere Dicæ de donis et liberationibus, quæ fuerint de thesauro Regis, et de sua camera; et debet habere Dicæ contra omnes officiales Regis, ut testis per omnia.* Ubi *Dica*, est præstatio in taleam relata. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 748: *Institutum est etiam ut diligenter per Dicam notetur, quantum ex omni genere bladi, vel leguminis expendatur in semine. Supra: Dica illa dividatur in duo, et una pars deputabitur custodiæ hospitalis fratris, et altera Grangiario. Rursus: Per aliquem Fratrem fidelem Clericum vel laicum ad hoc assignatum excutiantur decimæ; et summa inde proveniens annotetur Dica inter fratres prædictum, et Grangiarium. Ibidem: Et singulas quarterias annotet per Dicam. Abbrev. Placit. Johann. reg. ann. 9. Hertf. rot. 5. pag. 58: *Foliot datus duas marcas et dimidiam et pacavit illas ad scaccarium per Dicam et tamen ponantur in summatione, quia non est allocata Dica.* Secunda Curia Generalis celebrata Barcinone ann. 1299. a Jacobo II. Regis Aragon. MS.: *Item quod omnis Dica, quam campor faciat, vel dicat alicui qualicumque ratione, quod inde teneatur sicut per depositum et comandam, et quod campor habeat scribere omnes Dicæ, quas faciat in capi-brevio majori suo jurato, et non aliis libris vel scripturis.* Curia Generalis celebrata ab Alphonso Rege in Villa Montis albi ann. 1333: *De quibus quantitibus dicti campores Dicæ faciant, ut eas tradant inquisitoribus.* Juriconsultis, *Dica*, est iudicium, actio, libellus, actionem continens.*

\* Glossar. Lat. Ital. MS.: *Dica, la carta del debito.*

\*\* DICE, Litteræ. Ruodlieb. fragm. 3. vers. 227:

Respondit: Vivit, valet et bene, vel tibi mist  
Istas litterulas, melius quibus ac mihi credas.  
Susceptaque Dica scilicet facit hanc recitare.  
Quam super ut legit, ait: arbitror hæc brevis  
[inquit, etc.]

\* 2. DICA, DIGHA, Oblata conditio, Gall. *Offre*. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 343: *Quod quicumque bona et iura immobilia... emere vellent... prout vellent dicerent et offerrent coram illis, qui ad recipiendum Dicæ seu oblationes hujusmodi... fuerant deputati, et factis in et præ dictis bonis per plures personas pluribus Dicis seu oblationibus, etc.* Alia ann. 1332. in Reg. 68. ch. 2: *Item quod tempore quo monetæ regis fuerunt venditæ, quod dictus Raymundus fecit quandam oblationem sive Dicham in moneta regia Tholosæ, et quidam Gerardus de Martello fecit quandam Dicham sive incheriam de quatuor libris pro miliari, etc.* Vide infra *Ditum*.

† DICABULUM, DICIBULUM, Nugæ, fabula puerilis, dicitur. Tertul. adv. Valent. cap. 20: *Puerilia Dicibula, in mari poma nasci, in arbore pisces.* Mart. Capella lib. 8. pag. 273: *Dicabulis cavillanibus saleque contenta.*

† DICAMBITIO, Permutatio, inquit Bollandi Continuator. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 411. de S. Nenno: *Calicem hunc aureum... in testimonium offero et in Dicambitione æterna promitto.* Lubens legerem *Dicumbitio*, eadem notione, qua supra *Decumbitio*. Vide in hac voce.

† DICARE. Vide *Dica* et *Dicus*.

† DICASTERIUM, Δικαστήριον, Forum iudiciale. Appendix ad vitam S. Henrici

Imp. Julii tom. 3. pag. 789: *Sequuntur deinde Domini status sæcularis, nobilitas aulica, tum D. Consiliarii, et reliqui ex diversis Dicasteriis suo ordine Officiales.* Occurrit et apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 219. et 222.

\* Congregatio iudicum. Vita S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 951. col. 2: *Cui (publicæ supplicationi) tum ipsi, tum singulorum ordinum regulares, et universa tribunalium Dicasteria interveniunt.*

† DICATICE. Vide *Diatheca*.

DICATIO, Laus, gloria. Lex 2. Cod. Th. de Famosis libellis (9, 34.): *Qui accusandi fiduciam gerit, oportet comprobare, nec occultare, quæ scierit: quoniam prædicabilis erit ad Dicationem publicam merito perventurus.*

DICATIO, Titulus honorarius. Gloss. Græc. Lat. Καθίστασις, Devotio, Dicitio, Majestas. Epist. Anulini Procos. Africae apud S. Augustinum Ep. 68: *Libellum sine signo obtulerunt Dicationi meæ.* Occurrit apud Senator. lib. 11. Epist. 7. et 9. in Epist. Constantini Magn. ad Ablavium, in Actis Concilii Arelat. I. in Collatione Carthag. I. cap. 10. 19. in Cod. Th. leg. 1. de Veteran. (7, 20.) leg. 1. 21. de Appellat. (11, 30.) etc. Vide *Salmasium* ad *Pollionem* pag. 289.

† DICATOR. Vide in *Dica*.

† DICATURA, Judicatus, officium iudicis. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280: *Nullus in sacro ordine constitutus... tabellionatus officio fungatur in curia sæculari... aut Dicaturas sæcularium Principum tenere præsumat.*

\* DICCARE, DICCATIO. Vide supra *Dicare*.

DICCUS, Flandris *Diic*, Gallis *Digue*, Agger, *Dicare*, *Dicare*, apud Ægidium de Roia ann. 1322. *Diicken*, aggerem extruere, agrum aquaticum terra complere. [Genealogia Comitum Flandriæ, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 414: *Eodem anno (1321) tanta fuit in mari tempestas et inundatio vehemens marinarum fluctuum, quod aggeres et Dici marinis fluctibus oppositi rupti sunt in multis locis.*] Ch. Joannæ Comitissæ Flandriæ ann. 1290. pro Marquettano Monasterio apud Buzelium: *Terram illam cum appendiciis, quæ versus mare jacet, ultra Dicum illum, qui fuit, et est ultra terram Andree... intra quam terram videlicet illa terra, quæ Calvekinscura dicitur, ad Diccandum in elemosynam dedissemus... Dedimus et concessimus... totam terram nondum Diccatum a loco, qui nomine ipsius Eccl. dicitur est, et quidquid Diccari potest, etc.* Charta ann. 1242. *Cum omnibus pertinentiis, scilicet Dico et jactu maris.* Salmas. de Hellen. a τῶρο; paries, murus, etymon accersit.

† JUS AD DICUM, Præstatio ad *Dicum* exsolvenda. Charta Wenemari Castellani Gandensis de Fundatione Abbatie Canoniorum in Burnehem circa ann. 1101. apud Miræum tom. 1. pag. 168. col. 2: *Ad usus Canoniorum ibidem Regularium omnes decimas de Martinesforthe ad Burnehem pertinentes, et unum mansum terræ inter Brocklant et Gestlant, præter Jus ad *Dicum*, necnon et unum sach ad turvos et ad silvam... dedi.*

† DIKA, ut *Diccus*. Concordia inter Episcopum Tornac. et Monachos S. Quintini de Insula ann. 1323. e secundo Chartulario ejusd. S. Quintini pag. 236: *Juxta quemdam polrum dictum Amelio supra Dikam et ripam alvei currentis Dedaim.... Deinde in novo polo de novo Dikato.... revertendo in Occident. ubi*

*tres Dikæ conveniunt. Rursum occurrit ibidem.*

\* DICARE, DICCARE, Molem fluctibus opponere, aggerem extruere, nostris alias *Diicer* et *Dieguer*, Flandris *Diicken*, a *Diik*, agger, Gallo-Fland. *Diicage*; unde *Diicwellinghe*, Aggeris destructio, in Ch. ann. 1293. ex Chartul. 2. Fland. ch. 18. in Cam. Comput. Insul.: *Li cuens devantdis nous a acquitté pour lui et pour ses hoirs de la calenge qui faite me fu, c'on appelle Diicwellinghe.* Charta Margar. comit. Fland. ann. 1269. in Suppl. ad Miræum pag. 602: *Et occasione hujusmodi vocabuli, Utdici, intelligere vellent abbas et conventus de Camberona omnes jactus maris, et quod Dicare possent et acquirere super mare ad libitum suum in officio memorato.* Alia ann. 1292. in Chartul. jam laudato ch. 22: *Cum incolæ ac possessores ejusdem terræ cepissent Diccare terram, et non possent consummare, ... ordinavimus Diccationem prædictæ terræ.* Rursum alia ann. 1303. *ibid.* ch. 20: *S'il avenoit c'on Diiccast dehors le diic, qui orendroit est de nouvel vers la mer... S'il avenoit que en aucun temps on fesist Diicage, c'on clame insetten ou utseten. Dikage,* in Charta ann. 1331. *ibid.* ch. 584: *Ceaux de la ville de Gand... disoient que chil de Leet-potre et de Hout-potre, nului excepté, doivent païer et contribuer avecques eaux tous cous, tous frés et tous despens que il feroient à les wateringhes et Dikages de leur Leet-potre.* Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 121: *Lesquelz marestz icellut Olivier avoit fait clorre, Dieguer et gaigner de la mer; ... lesquelles clostures et Diegueries avoient costé à faire et maintenir plus de mil livres.* Alia notione *Dicare*, videsis in *Dica* 1.

\* DICELLA, Genus ensis vel jaculi, quod bifariam cædit. Rhodig. ex Theone. Vox est Græcanica. Ita Car. de Aquino in Glossar. milit.

DICENTARIUS, Rhetor, orator. Gloss. Lat. Gr.: *Dicentarius*, ῥήτωρ, δικάωνος. In Gloss. Gr. Lat. Δέκτης. [Vide *Decentarius*.]

\* DICERE FABAS, *Dire feves*, nostris, Irrisoria et nugatoria loquendi ratio. Lit. remiss. ann. 1633. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 8: *Icellui suppliant leur diat: Beaux seigneurs, alez vostre chemin, je ne vous demande riens. Lesquelz Henry et sesdiz compaignons... distrent, si ferons nous malgré vostre, et si vous demandons et vous disons feves; et ledit suppliant respondi, je vous di pois, ou paroles semblables. Dire d'une fleutte, Fistula canere, in aliis Lit. ann. 1482. ex Reg. 207. ch. 133: *Le suppliant Disant d'une fleutte et regardant illec son bestail.**

\* DICERE ad INVICEM, Cum aliquo colloqui. Steph. de Infest. MS. ubi de Innoc. VIII. PP.: *Cum stetitset (imperator Turcarum) Coram pontifice aliqua ad invicem Dixerunt, mediante interprete, etc.*

\* DICERE, nude, Auctionari, liceri, Gall. *Mettre l'enchere*. Locus est infra in *Exita sub Exire* 2. Vide supra *Dica* 2.

\* DICERIAM, Dictum Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Paraula, Prov. verbum, Dicerium, famen.*

\* DICERTIO, Famulus honoratior quidam; an qui a consiliis vel a secretis? Ut ut est mendum hic suspicor. Charta Will. archiep. Rem. ann. 1197. in Suppl. ad Miræum col. 1: *Cum de equitaturis, quas solus cancellarius (ecclesie Tornac.) habere deberet, revocaretur in dubium, et*

diversi in parte ista diversa sentirent, via media incidentes statuimus magistrum Gisellinum cancellarium tribus Dicterionibus cum duobus servitibus et uno gartione esse debere contentum. Leg. forte Dissertoribus. Vide Dissertor.

† **DICHA**, pro *Dica*, Scheda vel Taleola, si bene conjecto: unde *Diche Cyregrapharium* eum existimo, qui curam habet in *Dica* notanti quæ sunt annotanda, ut *tallias* seu impositiones, etc. Charta Edwardi I. Regis Angl. ann. 1277. apud Rymerum tom. 2. pag. 83: *Cum nuper provideri fecerimus, quod Judæi regni nostri manerent in civitatibus et burgis nostris propriis, in quibus Diche Cyregrapharius Judæorum nostrorum esse consueverat.* [2 Vide supra *Dica* 2.]

**DICHONEUTON ÆS**, Διχώνευτον, Bis recoctum et conflatum, mixtura forte alterius metalli adulteratum, de quo in leg. 1. Cod. Th. de Conlacione æris, (11, 21.) ubi consulendus Jac. Gothofredus.

\* **DICIA**, *La rete*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **DICIBILIS**, Qui dici potest vel debet. Gl. Lat. Græc: *Dicibile*, λεκτόν, ῥητόν. Arnoldus lib. 2. Ligni vitæ de Scriptor. Eccl. littera G. apud Murator. tom. 6. col. 70: *Tres sermones qui sic incipiunt. I. Dicibilis sermo de indicibilis Verbo in verbis Dicibilibus II. In principio erat Verbum, etc.*

† **DICIBULUM**. Vide *Dicabulum*.  
\* **DICIMATIO**, pro *Decimatio*, Prædium, ager in quo percipitur fructuum decima. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 91: *Quicquid de Decimatione liberorum hominum vel barscalorum pertinere deberet ad eandem ecclesiam, hoc in arbitrio et potestate Attone episcopo posuerunt.* Vide *Decimæ*.

\* **DICIPULA**, pro *Decipula*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1552. ex Cod. reg. 4120: *Dicpula*, Louviere.

† **DICTORIUM**, Rostra. Gall. *Tribune aux harangues*. Acta SS. Martii tom. 3. pag. 244. de B. Ambrosio Sen.: *Unus ex Consiliariis dicti Consilii surgens in dicto Consilio ad Dictorium, super contentis in dicta præsentis proposita, dixit, etc.*

**DICTRINUS**. Vide *Diacitrinus*.  
**DICLUG**, vocabitur Antichristus, cujus numerus est DCLXVI. per litteras Græcas. Ita Papias MS. Editus habet *Didux*.

\* **DICO VOBIS**, Vox familiaris religionis seu prædicatoribus, quam irridet Bareleta Serm. in fer. 6. hebd. 1. Quadrag.: *Recipe medicorum, cætera notarium, Dico vobis religiosorum destruant mundum.*

† **DICOFRIT**, **DICOFRITUM**, Species operæ dominis præbendæ. Charta anni xvi. Ludovici Imp. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. cod. 24: *Trado tibi... villam... sitam in pago Venedia... sine renda, sine opere Dicofrit, difosot, et sine ulla re homini sub celo, nisi denarios vi. ad sanctam Leupherinam in monasterio Conoch pro anima mea, etc.* Infra: *Dereliquit ipsam terram... sine opere Dicofrit et diwohart, etc.* Tabular. Rothonense: *Emit particulam de terra sine renda, sine opere Dicofrit.* Alibi: *Facias inde quod volueris in Iuh, in Dicombito, in alode comparato, diost, Dicofrit, diwohart et sine ulla re.* Rursum alibi: *Cunmael et frater ejus Judhael vendiderunt Budwonto presbytero terram proprietatis suæ... in potestate, dominatione, in Iuh, in dicombito, in alode comparato, Dicofrito, etc.*

† **DICOGRAPHUS**, Διχογράφος, Causarum scriptor. Vox forensis.

† **DICOMBITUM**, ut supra *Decumbitio*. Tabularium Rothonense: *Drivinet dat Trebdecc cum mansis in alode et in Dicombito.* Alio in loco: *Ita ut faceret emptor quidquid illi placeret, licentia et Dicombito venditoris.* Vide *Dicofrit* et *Dicombitio*.

**DIGORA**. Vide *Dacra*.  
† **DICROTUM**, Δικροτον πλοϊον, *Bireme navigium*, a δις bis et κροτέω, pulso. Lexicon Martinii.

\* **DICTA**, Repetitio, iteratio, Gall. *Redite*. Judic. inter episc. Lingon. et ducem Burg. ann. 1153. inter Probat. tom. 1. Hist. Burgund. pag. 48. col. 2: *Dux non veniens (ad judicium) suum misit nunciium, qui inde eo solo excusabat dominum suum non venisse, quod tantas Dictas ferre non poterat. Nisi legendum putes Dietas.* Vide supra *Dietas* 5.

† **DICTALES** TABULÆ, In quibus dictabant seu componebant. Vide *Tabulæ dictales*.

† **DICTAMEN**, φωνή, in Glossis. Hinc *Ditamen rectæ rationis* sæpius dictum. Vide post *Dictare*.

\* **DICTANA**. [Sunt verba jocosa. DIEF.]

1. **DICTARE**, Scribere, orationem, epistolam componere. Britannico ad Juvenalis Sat. 8: *Dictare est aliquid docere in omni genere doctrinæ, quod alius excipiat: et Dictata, quæ traduntur in omni genere disciplinæ.* [Engelhusius in Vocabulario Saxonico MS. ut docet Eccardus in notis ad Prologum Pactus Legis Salicæ, *Dichten, Fingere, Dictare*. Teutonista: *Gedicht of lyet intigemeyn, Dictamen, Carmen, Poema, Dictatura, Fictio, Dichten, Dictare, Componere, Dictitare, Fingere, Confingere. Dichter, Dictator, Compositor, Confictor, Poeta.* Vocabularius Anonymi sæculo xv. impressus: *Prosator, ein Tichter on verssch, est Artifex faciens Dictamina neque metricis, neque rhythmicis legibus coartata.*] Marculfus in Epist. ad lib. 1. Formul: *Viros eloquentissimos, ac rhetores, et ad Dictandum peritos.* Candidus Monachus in Vita Egili Abbatis. Fuld: *Exercee temetipsum legendo, et aliquid utilitatis adde Dictando.* Petrus Damiani lib. 1. Epist. 15: *Contemplandi quidem atque Dictandi perferri otio.* Ursio Abbas in Actis S. Marcelli PP.: *Licet non deleter Dictandi studio.* Gaudentius Brixiensis Episc. in Epist. ad Benevolam: *Te quoque ea tempestate Magistrum memoris, oblitum salutaris fidei arbitrata, contra Catholicas Dictare Ecclesias compellebat.* Anselmus Cantuar. in Epist. ad Anselmum nepotem: *Dictare quotidie assuesce, et maxime in prosa: et ne multum ames difficile Dictare, sed plane et rationabiliter.* Anonymus Mon. Ratisponensis de sua fortuna part. 2: *Occurrit animo, ut in Dictamine me occuparem aliquo, quod sæpe expertus sum mentem lascivam cujuslibet scholasticæ instructi in nullo posse magis construngi, quam studio Dictandi.* [2 Continuat. Chronic. Herman. Januensis ap. Hahnium Collect. Monum. tom. 1. pag. 397: *Ego scriptor hujus libri illud quod sequitur, non proprio Dictamine, sed ex aliis chronicis diligenter sumpsit.*] Occurrit præterea, apud Domnizonem, Anonym. Hasenrietanum, laudatum a Gretsero in Episcopis Eystensibus. cap. 15. Willel. Britonem lib. 1. Phillip. pag. 95. Gregor. Turon. lib. 6. Hist. cap. 22. et alios passim. [Vide jam laudatum Eccardum loco citato.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Ditier, Dictare. Ditié, Dictamen. Diteur,*

*qui bien dite, dictator.* Ibid.: *Ditey, carmen.* Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 448: *Lequel Arnoulet tenoit en sa main un Dictié de la Vierge Marie, qu'il vouloit lire.* Le Roman de Robert le Diable MS:

Si com je traïs en mon Dictié,  
De lui out si très grant pitié, etc.

Le Roman du Riche homme et du Ladre MS.:

Chils qui tout seet et qui tout voit,  
Me doinst sa grace et me pourvoit  
De Diter che que j'ai empris;  
Car de Diter ne sui apris.

Vide *Dictitium*.

**DICTARE**, interdum est pronuntiare, ὑπαγορεύειν. Gloss. Lat. Gr.: *Dictat, ἀναδιδωσιν, ὑπαγορεύει.* Regula Pauli et Stephani in Concordia Regularum Mon.: *Juniores, et maxime, qui adhuc Psalms discere meditantur, per choras ex ordine et sine negligentia Dictent, ita ut ad eo loco, quo minores ignorant, hi juniores, qui jam Psalterium finierint, per ordinem sibi in Dictando succedant, ut omni tempore pronuntianti usus non desit.* Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 492.

† **DICTARE OPERAM**. Leges Rotharis [2 145.] apud Muratorum tom. 1. part. 2. pag. 25. col. 1: *Si quis magistrum Comacinum unum aut plures rogaverit aut conduxerit ad operam Dictandam, aut solatium diurnum præstandum inter suos servos, ad domum aut casam faciendam, etc.* Quem in locum Cl. Editor: *Operam Dictare* significare videtur præesse operariis, eisque normam tradere atque ordinem structionis... Sed nunquid pro *Dictare* legendum *Dietare operam*, hoc est, *Dietim* præstare operam?

\* 2. **DICTARE**. Bulla Lucii III. PP. ann. 1181. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 418: *A prato Bovini, sicut Dictat labium nemoris, quod dicitur Forest, usque ad viam ovium, ... ab eodem prato Bovini, sicut Dictat labium Chelme usque ad fontem Bellardiis.* Id est, prout jacet et distenditur ora nemoris, etc. Vide infra *Dissepare*.

**DICTATOR**, Scriptor. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀντιγραφεύς, Dictator, Rescriptor.* Alibi: *Ἐπιγραφεύς, Dictatura, Dictatum, Dictatus, Dictatio.* Ἐπαγορεύων, Dicto. Ἐπαγορεύων, Dictator. In MSS. Codd. Festi Breviarii Historiæ Romanæ, *Festi Dictatoris Breviarii* appellatur, uti monet Andr. Schottus in Notis ad Victorem. Forte quia erat *Magister Memorix*, qui Ἀντιγραφεύς τῆς μνήμης, Petro Patricio. Lucifer Calaritanus lib. Moriendum esse pro Dei Filio: *Quando ipse, cum sis, ut tibi videtur, peritus, habeasque Dictatorum designatum numerum, etc.* Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 12.

Dictator quidam, de quo metra protulit ista.

Epist. 16. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.: *Sed hæc unda irrigua et imperitum depromat sensum, et componit barbarum Dictatorem, qui potius apud Doderenum didicit gentium linguas discernere, quam cum bonæ memoriæ Parthenio obtinuisse rethorica dictione.* In Leg. 1. Cod. Th. de Legatis et decretis, (12, 12.) *Dictator* videtur sumi pro eo, qui alicui rei pro imperio suo intercedit: *Nullus igitur obsistat cætibz Dictator, nemo consiliis obloquatur.* [2 Nisi, quod satis placet, accipias pro Magistratu in provinciis Africanis constituto, qui hoc titulo gaudebat, teste Jac. Gothofredo ad hanc legem. Ita etiam Otto de Edilib. cap. 2. pag. 72. Eodem præterea nomine civita-

tes quædam donabant magistratus suos, apud Spartian. in Hadriano cap. 19.] Vide *Antigraphus*, et *Dictor*.

DICTATIO, Scriptum, oratio scripta, apud Senatorem lib. 6. Epist. 12. lib. 8. Epist. 13.

DICTATUM, in Gloss. Lat. Gr.: "Ἀμύλλα, καὶ ἀναδεδομένον τοῖς μαθηταῖς. Ita emendo. Ibidem: *Dictat*, ἀναδιδάσκω, ὑπαγορεύω. Gennadius laudat *Pomerii Dictatum de contemptu mundi*. Edidit P. Pithæus *Juliani Dictatum de Consiliariis*, post Collationem Legis Mosaicæ.

DICTATUS, apud Ordericum Vital. lib. 11. pag. 834. [Inscriptio veterum Formul. Andegav.: *Incipiunt Dictati seu veteres formulæ Andegavenses*. Occurrit iterum in Actis SS. Junii tom. 3. pag. 810. *Dictatus* quartæ declinationis, in Annal. Benedict. tom. 4. pag. 719. col. 1.]

DICTAMEN, Scribendi forma et modus, formula, stylus, prosa, oratio soluta. Ebrard. Betun. in Græcismo cap. 11:

Dictamen prosa est a metri lege solutum.

Auctor Mamotrecti in Sapient.: *Stylus, id est, Dictamen*. Innoc. III. PP. lib. 14. Epist. 137: *Litteris ipsis diligenter inspectis, ipsi rescriptis eas tam ex Dictamine, quod a stylo cancellaræ nostræ discrepabant omnino, falsas esse*. Idem in c. 2. de Falsar. in 3. Collect.: *Nam licet in stylo Dictaminis et forma scripturæ aliquantulum cœperimus dubitare*.

Petrus Damian. lib. 1. Epist. 15: *Diastis... quia... non deberem prorsus omittere, quin vos aliquando Dictaminibus visitarem*. Infra: *Et a Dictaminis, vel intimæ contemplationis intuitu mentis acumen obtundit*. Chron. Abbat. S. Trudonis lib. 8. pag. 440: *Pueros... non tamen Dictamen, quam metrum componere docuit*. [\*] Gaufrid. in Summa de arte dictandi, *Dictamen*, inquit, est orationum series perfectarum, nullis intercisa distantibus, nullis retrorum legibus obligata.

Hæc ex MSS. profert Hahnus l. 1. Vide Arxiom ad Ekkehard. IV. Casus S. Galli pag. 101. not. 38.] Laudatur a viris doctis *Liber Dictaminum Guillelmi de Mandagoto*, postmodum Cardinalis, in quo continentur formulæ, quibus pater filio, filius patri, avus nepoti, amicus, etc. scribere, vel etiam eum alloqui debeat.

Ejusdem sunt argumenti *Magistri Mathæi Dictamina*, seu *Ars dictatoria*, Liber de *Stylo Romani Dictaminis*, qui adscribitur Greg. VIII. PP. et alter *Magistri Transmundi de Arte dictandi*. [In Gualferbitanæ Bibliothecæ Codice membraneo, Eccardo teste in notis ad Prologum Pactus legis Salicæ, habentur *Benonis Misnensis Episcopi Rationes Dictandi proasate ex multorum gestis in unum collectæ*, in quo libello meminit quoque Benno *Dictaminum Alberici Monachi*. Verba ejus sunt: *Sic enim Alberici Monachi viri eloquentissimi librum vituperant, qui etsi plene per singula Dictaminis documenta non scriberet, in epistolis tamen scribendis et Dictandis privilegiis non injuria creditur cæteros excellere*. Idem Benno adducit *Agimulfi et Abbatis Samaritani scripta* ejusdem argumenti, in quibus tamen temeritatem et indisciplinatam doctrinæ novitatem culpatur. In ead. Bibl. Guelferb. exstat et *Henrici Francigenæ libellus de Arte dictandi*. Vide Annal. Bened. tom. 3. pag. 642. n. 50.] [\*] Hahnii Collect. Monument. præfat. tom. 1. num. V. quo volumine continetur *Thomæ Capuani Dictator Epistoliarum*. Ejusdem generis libri enumerantur in *Nouveau traité de Diplomatique* tom. 5. pag. 594. et in Hof-

mann, *Vermischte Beobachtungen*, tom. 4. pag. 1. sqq.]

DICTATI, Scribæ, Ἀντιγραφεῖς, pro Dictatores. Epistola Gregorii præfixa Notis Tironis et Senecæ in Codd. MSS.: *Per Dictatos suos scribendum curavit*. Vide Salmasium ad Vopiscum pag. 481. [et supra in *Dictare*.]

DICTATOR, Municipalis Magistratus, ita dictus in veteri Inscript. apud Gruter. pag. 214. Vide *Dictare*, *Dictores*, [\*] et Savin. *Histor. Jur. Roman. med. tempor. tom. 1. cap. 2. § 9. not. g.*

\* DICTATORIUM, *Lo logo da dire*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Dictorium*.

\* DICTATORIRE, Scribere, commentarium componere, meditari. Guibert. abb. Novig. in prolog. ad Abdiam proph. tom. 6. Annal. Bened. pag. 639. col. 2: *Eo plane tempore, quo animus Dictatoriens beati Osee librum meticulousissime jam aggredi conabatur, etc.* Vide *Dictare* 1. et *Dicturæ*.

DICTICA, pro *Dypticha*, Pugillaris liber. Glossa apud Gratian. c. 24. quæst. 2. cap. 6: *Dicticæ sunt tabulæ, a dico, dicitis*. Ugutio: *A dico, hæc Dicticæ, tabulæ manualis, quæ et pugillaris dicitur, et ephemeris: unde,*

Clerice, Dicticas lateri ne depresseris unquam.

In alio Gloss. MS.:

Clerice, Dictica Lateri sit semper amica, Nam sine Dictica vix retinebis ea.

Buschius in Chronico Windesemensi lib. 2. cap. 65: *Mandavit ut scriberet hæc verba in Dictica: Miserere mei Deus; et statim complanando, hæc delevit*. Ita legitur in Decreto Edit. Contii loco laudato, [\*] ubi Correct. Romani *Diptychis* ex ipso concilio quod ibi descriptum est emendaverunt.]

1. DICTIO, Scriptio rhetorica, seu vera, seu ficta, Declamatio, quæ publice et in consensu virorum eruditorum dicitur, recitatur. Gloss. Græc. Lat.: Μελέτη ῥητορική, Declamatio. Ennodius lib. 3. Epist. 15: *Ipsam quoque ad te Dictionem, qua commendatus es, destinavi, in qua non eloquentiam, sed vota cognoscas*. Idem Diction. 10: *Susceptorum secreta Dictionum ab audientibus non examinantur lingua, sed pectore*. Utitur etiam non semel, lib. 2. Epist. 10. 11. lib. 7. Epist. 31. lib. 8. Epist. 3. lib. 9. Epist. 12. Ejusmodi etiam sunt Dictiones illius complures, quæ inter ejus Opera leguntur. Vide Sidonium.

† 2. DICTIO, Ditio. Barthii Glossar. ex Hist. Palest. Raimundi Agilæi sæpius. Diploma Ludovici Germanici Regis pro Ecclesia Argentorat. apud Mabillonium in Supplem. Diplom. Charta XII: *Quas moderno tempore in quibuslibet pagis ac territoriis infra Dictionem imperii nostri juste ac legaliter possidet*.

DICTITIUM, Scriptum, Epistola, Diploma. Hariulfus lib. 3. Chronici cap. 3. Chronici Centul. cap. 30: *Hac stabilita conditione, Ingelardus Abbas, jam reversus, direxit Dictitia ipsi Episcopo, postulans, ut hæc conventio iterum firmaretur*. Idem lib. 4. cap. 22: *At ne posteritas succedentium Abbatum eadem perderet altaria, prudentissimus Gervinus, ab Episcopo obtinuit, inde fieri testamentaria Dictitia, quæ ita se habent, etc.* [\*] Vide supra *Dictare* 1.]

† DICTIO-AUDIENTIA, Obsequium, obedientia. S. Irenæus lib. 4. cap. 79: *Secundum Dicto-Audientiam non omnes Dei filii sunt*. Sic Plautus et Cicero dixerunt, *Audiens Dicto vel edicto*, pro eo qui obedit dicto seu edicto.

1. DICTORES, Arbitri selecti a partibus pro dirimendis controversiis, quorum dictis seu judiciis stant. Charta Episcopi et Capituli Cabilonensis ann. 1221. apud Sanjulianum in Cabilone: *Elegimus 12. Dictores, qui juramento præstito, nos super consuetudinibus et jure, quod unusquisque nostrum habeat apud Cabilonem, certificarent*. Vide Perardum in Burgundicis pag. 435. Sammarthanos in Gallia Christ. tom. 2. pag. 446. [et tom. 4. novæ edit. Instrum. col. 248. *Dictor mortis* apud Martenium Anecd. tom. 4. col. 3.] etc.

DICTATORES, Eadem notione, dixit Roger. Hovedenus pag. 742: *Rex autem Franciæ duos elegit Dictatores, et Rex Angliæ similiter duos, quorum arbitrio vel majoris partis, et alter Regum adversus alterum, vel aliquis hominum suorum inter se interperet, emendatio hinc inde fieret infra 40. dies*. Utitur etiam Rigordus ann. 1190. pag. 32. [Richardus Rex Angliæ in Charta anni 1195. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. xvi. ad calcem.] *Disceurs* in Chartis vernaculis. Charta Jacobi Episcopi Mentensis ann. 1251. apud Hieron. Vignarium in Hist. Alsat. pag. 140: *Nous Jakes par la gr. de D. Evesque de Metz, et Regnaudz nostre freire Cuens de Castres et Sire de Bittes, faisons cognoissant a toz ke nostre freires Maheus Duz de Loherengne que fuit, nous establi Disours et esgardours des treffons qu'il avoit entrepris à son tems de l'Eglise de Remiremont*. Alia ann. 1271. apud eundem: *Li quatre Chevalier Disour, etc.* pag. 100. 146.

\* Et quidem eo nomine designantur in Charta Phil. Aug. ann. 1214. ex Reg. ejusdem. part. 2. fol. 56. v. col. 2. qui *treugam* inter ipsum Philippum et Joannem reg. Angl. componere curabant. *Dictatores treugarum* nuncupantur, qui de violatione *treugarum* judicant, in Charta *treugarum* inter S. Ludov. Franc. et Henr. Angl. reges initarum ann. 1242. *Disour*, eodem sensu, in Ch. ann. 1286. ex Tabul. S. Petri Insul. *Arbitre, Disour, miseur et ordeneur pris dou consentement des parties*.

2. DICTORES, videntur præterea appellari actores, qui aliquem in jus vocant. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Oscæ ann. 1347: *Quicumque homo fuerit reptatus de domino, vel de toto Concilio ville, non tenetur se salvare ad dominum, nec totum Concilium, nisi tantum ad unum hominem, qui reptaverit eum, et quod respondeat ad illum Dictorem in illa forma, etc.*

1. DICTUM, Judicium, sive sententia arbitratorum, vel *Dictorum*. Willelmus Malmesbur. ann. 1263. pag. 384: *Protulit Dictum suum et sententiam solenniter pro Rege Angliæ*. Charta Manassis Aurelian. Episcopi, Arbitri electi, ann. 1214. in Tabul. Eccl. Autissiod. fol. 236: *Ego, inquam, taliter dictor electus... formo Dictum meum et profero in hunc modum*. Alia S. Ludovici ann. 1259: *Qui arbitri Dictum suum, seu arbitrium taliter protulerunt, etc.* [Littera de Præbendis Tornodorensibus conferendis ann. 1228. apud Acher. Spicil. tom. 8. pag. 230: *Nos vero de consensu utriusque partis Dictum nostrum pronunciamus in hunc modum*. Chartularium S. Vandregisili tom. 1. in Instrumento anni 1262: *Dictum suum et arbitrale sententiam inscriptam pertulerunt unanimiter coram nobis*. Litteræ Philippi Franc. Regis ann. 1277. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. pag. 59: *Super secundo Dicto a dictis fratribus prolato, seu ordinatione ab ip-*

sis secundo facta.] Hinc nostris, *Dicta Arrestorum, les Dictums des Arrests*, quia ita ut plurimum claudebantur: *Dictum fuit per arestrum Curiae, etc.* Vide Dissert. 2. ad Joinvillam pag. 143.

¶ 2. **DICTUM**, Pretium pro re venali indicatum, ut explicat D. de *Lauriere* tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 16. Litteræ Ludovici VII. cognomento Junioris ann. 1168. quibus reprobat quasdam consuetudines Aurelianenses num. 2: *Ab homine extraneo Aurelius rem suam ad vendendum afferente, propter oblationem et Dem suum tantum, non exigantem et consuetudo.* Pro Dem annotat doctiss. Editor. in Regesto Philippi Augusti haberi *Dictum*. Sic autem se habet verso Gallica: *Le homme estrange, et d'Orliens, offrant la soue chose à vendre, por s'offre, ne por son Dit tant seulement, ne soit demandée coutume.* [\* Vide supra *Dica* 2. et infra *Ditum*.]

¶ 3. **DICTUM**, Charta, seu Actus, vel Scriptura. Charta donationis Burgi de Bociaco factæ Monasterio Prulliaci in Turonia ann. 1096: *Per hoc vero Dictum dedit illi Abbas... et Monachi caritatem, id est, centum solidos.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Dich, Prov. Dictum, narratio.*

¶ 4. **DICTUM**, Narratio, Gall. *Rapport*. Litteræ Ludovici VIII. Franc. Regis ann. 1212. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 260: *Ipsi vero sicut in suarum continentur testimonio litterarum, et sicut ex Dictis, eorum accipimus, etc.*

\* 5. **DICTUM**, Testimonium, Gall. *Déposition*. Charta ann. 1224. ex Chartul. Maurig.: *Dies est assignata venerabili fratri episcopo Carnotensi contra abbatem et conventum Maurigniensi ad diem Jovis post Quasimodo, de dicendo in testes, et Dicta testium ex utraque parte productorum.*

\*\* **DICTURA**, Sententia, *phrasis*. Virgil. *Grammat.* pag. 58: *Omne verbum, quod non ad Dicturæ caput pertineret, conjunctivo semper modo ponebatur.*

¶ **DICTURIRE**, Dicere, cupere. Onomast.: *Dicturio, λείπει*. Macrobi. lib. 7. Saturn. cap. 1: *Fortiter a se facta semper Dicturiunt*. Rursum utitur cap. 3. [\* Vide supra *Dictaturire*.]

¶ **DICUBULUS**, *Dicens, loquens*. Glossar. Sangerman. num. 501.

¶ **DICUMBITIO**, *Vide Decumbitio*.

\* **DICUS**, Moles opposita fluctibus, agger, Gall. *Digue*, Flandris *Dijk*. Charta Philip. comit. Fland. pro Libert. franci et castell. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *Quicumque Dicum maris ruperit, dextrum amittet*. Alia Margar. comit. Fland. ann. 1269. in Suppl. ad Miræum pag. 602: *Nisi tempore factæ collationis habitata et dico omnino adhærens, quæ tantum commode inhabitari poterat vel adiri, etc. Vide *Dicuc* et supra *Dicare*.*

**DIDA**, *Nutrix*, μάμη, apud veterem Interpretem Moschionis de morbis mulier. c. 96. ex Gr. forte δίδω, quod idem sonat.

**DIDASCALARE**, *Magistrare, docere*. Ugutio.

**DIDASCALI**, Διδάσκαλοι, dicti *Majores* Judæorum et *sapientiores in Lege Moysis*, apud Rigordum ann. 1181.

**DIDASCALICUS**. Gloss. Lat. Græc.: *Doctissimus*, διδασκαλικός, ἔλλογιμότητος. Ennodius in Apologet. pro Synodo: *Videamus tamen, si placet, et illas Didascalici libelli vestri relegamus argutias*. Ubi tamen Sirmondus διδασκαλικός λόγους, *Disputationes accuratas et ad docendum idoneas*, interpretatur.

III

¶ **DIDASCALIAM**, διδασκαλίαν, Gymnasium. Vide *Magisteriale*.

\*\* **DIDASCALUS**. Quæ ejus dignitas fuerit in aula Byzantina vide in Glossar. med. Græc. voce Διδάσκαλος col. 904. inde vero Theophaniæ imperatricis tempore apud Germanos passim hoc nomen frequentabatur, ab iis præsertim qui in comitatu imperatorio debebant. Ita Bernardus episcopus Hildenesheimensis, *cujus fidei imperatrix dominum regem literis imbuendum moribusque instituendum commendaverat*, ut scribit Thangmarus in ejus vita ap. Pertz. vol. Script. 4. pag. 769. sibi hoc nomen tribuit in chart. ann. 1022. ibid. pag. 779: *Cum essem aulicus scriba doctus et beatæ memoriæ tertii Ottonis imperatoris Didascalus simul et primiscrinus*. In charta Willigisi Archiep. Magunt. ann. 976. in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 952. hæc leguntur: *Postquam Herwardus, domini nostri Ottonis, serenissimi imperatoris notarius et ecclesiæ, quæ est in Ascafenburc, Dydasculus, in metropoli Maguntiacâ jus scolares canonicos apud se in domo retinendi sine exceptione obtinuit, Alamarius dicti Dydascoli secundarius, auctoritate ipsius et mandato quandam scolarem canonicum, etc. ubi Ecclesiæ Didascalus videtur esse quem Scholasticum dicere solebant, quæ dignitas in collegiatis ecclesiis omnibus extitit. In notitia ann. 1452. ap. eundem Guden. tom. 2. pag. 575. contemptim ludimagistri et doctores umbratici ita nominantur: *Ne a Didascolis et ejus seculi scolis id inculcari posset, etc. Conf. Didascalicus.**

\* **DIDASCOLARE**, *Discipulare, magistrare, docere, Ensenhar*, *Prov. Glossar.* Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

¶ **DIDATIM**, *Divisim*. Gloss. Isidor. Est a *Didere*, *Dividere*.

**DIDEMARII**. Commodianus, de Simulacris Deorum:

Deludunt vos pauci scelerati,  
Extricare suam dum quaerunt vitam,  
Subornant alii esse sub mysterio, falsum  
Indissimulantes, concussi numine quodam,  
Majestatemque colunt, et se sub figura fatigant.  
Vidistis saepe Didemarios, quali fragore  
Lusorias ineant, dum furias fingere quaerunt,  
Aut cum dorsa sua allidunt parca bipenne,  
Cum doctrina sua servant quod cruce sanant.

Incertum, qui sint hi *Didemarii* falso- rum deorum Sacerdotes, ac cultores, nisi legendum sit *Dindymarii*, ut fuerint *Rheæ*, seu *Cibeles*, quam *Dindymen*, et Δινδυμήνην vocabant, cujus sacra in Dindymo monte Phrygiæ fiebant, famuli et Sacerdotes, non modo Galli, qui castri, sed et *Corybantæ* vocati, quod cum insaniam ac belluinam quamdam rabiem imitarentur, capita insanorum more projicerent, cujusmodi *Didemarii lusorios facere* indicantur a Commodiano.

\* Aliam circa vocis hujus originem, notione me conjecturam profert Jac. Gothofr. in Leg. 2. Cod. Th. de Collegiat. tit. 7. pag. 193. quasi *Vidumarii*. Hunc consule, si placet.

¶ **DIDENS**, *Firmus, robustus, ingens*. Papias. Vide

¶ **DIDONEUS**, *Vivax, valens*, apud eundem Papiam. Forte pro *Idoneus* littera d superaddita, ut in voce *Deum* pro eum. [\* Glossar. in cod. reg. 7644. ut ex Cicer.: *Didens, firmus, robustus, validus, idoneus, vivax, valens, magnis viribus, vehementi corpore*. Legendum videtur *vivens* aut *vigens*.]

\* **DIDIMARE**, [*Dividere, dubitare*. DIEF.]

**DIDRAGMARE**. Baldricus in Chronico Cameracensi lib. 3. cap. 98: *Aurum plurimum Didragmavit*, id est, per partes distribuit, per *Didragmas* dedit.

**DIECULUM**, Dies. S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanct. cap. 1. de Saracenorum jejunii: *Post expleta jejuniorum suorum tricena Diecula, in quibus gastrimargiæ crapulis, et fluxu libidinis.... propensius solito insistunt, etc.*

\* **DIEGEMA**, sive *Paraphrasis*, apud Alb. Torin. in libr. Joan. Damasceni de Febr. curatione.

\* **DIELE**, Asseres. Charta ann. 1322. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 100. col. 2: *Quod... ad nostram requisitionem asseres sive Diele ipsius pontis deponant, et necessitate cessante reponant.*

\* **DIENTSMANNUS**, **DINISMANNUS**, a Germ. *Dienst*, Officium, servitium, munus, et *Man*, homo, Vassallus, qui domino servitia prestare tenetur; idem qui apud Anglos *Drench*. Vide ibi. Charta Ulrici march. Tuscianæ ann. 1170. in Monum. eccl. Aquilej. cap. 63. col. 604: *Insuper præfati jugales donaverunt præfato altari Aquilejensis ecclesiæ.... ministeriales suos Dinismannos, videlicet Sifradum cum filiis.... Et major pars Dienismannorum et ministerialium illorum, feudum quod habebant a eupscripito marchione præsentem, et a domino patriarcha receperunt. Et col. 606: *Miserunt eum (patriarcham) per turrim et portam in terutam pro castro et omnibus possessionibus superius dictis... Et ibidem Arbo et Henricus de Attens juravere fidelitatem domino patriarchæ, sicut Dienismanni. Vassalli sunt Bernardo de Rubels, nec vills quidem seu obnoxiiæ conditionis, quos ipse et *Dinimannos* hic in annotatis vocat, nescio an ex Chartarum fide. Hinc, ipso etiam teste, vox *Desmans* et *Gismans*, qua hodieque familiæ quædam nuncupantur in ea Foro juliensis provinciæ parte, quæ *Carnæa* vocatur. Illorum denique conditionem nitide patefaciunt Chartæ a Joanne de Moravia patriarcha scriptæ ann. 1392. quas hic profert idem Bernardus: *Vassallos sive Germanos (leg. Gismanos) nostros in dicta gastaldia nostra habitantes declaramus immunes a quibuscumque speculationibus, explorationibus, itineribus, passuum custodiis, bellorum gravaminibus, personali militia, et aliis servitutibus rusticis dictæ nostræ provinciæ imponentis; remanente tamen servitio solitæ et debite equestri militiæ, ad requisitionem nostram nostrorumque successorum. Rursus ann. 1393: *Audivimus Russulinum de Luincis nomine suo et aliorum Gismanorum Carnææ se dolentem de capitaneis quarteriorum, qui volunt ad gravedines... et quia non sunt in numero suppositorum dictis capitaneis, sed vassalli in gastaldia nostra ad servitium equestri militiæ, etc. Vide infra *Dolesmanus*. [\* Vide *Ministerialis*.]****

**DIENNIUM**, *Biennium*. Ugutio et Joan. de Janua.

\* **DIENTSMANNUS**, Eisdem originis atque *Dienismannus*, Apparitor majoris et magistratus civilis minister, Flandris *Dienstman*. Charta Phil. comit. Fland. pro Libert. franci et castell. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *Item in nullius domum Dienstmannum mittent de omni eo, quod ad scabinatum pertinet, nisi per scabinos, et ille erit legitimus Dienstmannus. Alia Guid. comit. Fland. ann. 1287. ibid.: *Nous Guis cuens de Flandre et marchis de Namur, faisons savoir a tous ke comme debas et contents fust meus en-**

tre les keuriers dou tieroir de Furnes d'une part, et les mayeurs et les Dienstmansoudit tieroir d'autre part, de ce ke lidit mayeur et Dienstman pour le raison de leur maierie et de leur Dienstmanschepe disoient ke il n'estoient mie tail-laule, anchots estoient frans, et lidit keurier disoient le contraire... Nous et nos consaux, diligamment oies les raisons de l'une partie et de l'autre, disons pour raison et pour droit ke lidit mayeur et li Dienstman doivent paier taille, assise, etc. Vide supra Decanus 3.

\* **DIEPEMSELE**, Flandris Diep, Profundus. Comput. ann. 1302. ex Cam. Comput. Insul. : *Super Diepensele, scagham et ignem, xliij. lib. ix. sol.*

\* **DIERECTUS**. Vide supra *Diarectus*.

1. **DIES**. Ad diem, pro cottidie. Capitolinus in Macrino : *Non enim est quisquam in vita, qui non ad Diem quodcumque fecerit*. Galli dicentur par jour. [Dis pro Jour, Dies, ex nostris quidam dixere. Le Roman de Partonopex MS. :

Trois mois i fui et quinze Dis,  
Puis n'en gita l'Empereris.]

\* **Nostris Toudiz**, quasi omni die. Lit. ann. 1355. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 332 : *En persévérant Toudiz en leur parfaite loyauté, etc.*

2. **DIES**, Prælium, seu dies prælii, Gallis *Journée*, Italis *Giornata*. Will. Brito lib. 10. Philippid. :

Vexillum regale Die portavit in illo.

Ita etiam usurparunt Latini Scriptores. Lucanus lib. 7. v. 92 :

Testor Roma tamen Magnum, quo cuncta perirent,  
Accepisse Diem.

Florus lib. 2. cap. 6 : *Non fuit major sub Imperio Romano Dies, quam illa cum duo omnium et antea et postea Ducum maxim, ille Italia, hic Hispanæ victor, collatis cominus signis direxere actem*. Et lib. 4. *Cannensem Diem* vocat, quod alii Cannense prælium. Vide Casaub. ad Sueton. August. cap. 23.

3. **DIES**, Tantum terræ, quantum quis per diem uno aratro arare potest ; nostris, *Journal de terre* ; Anglis, in Chronico Will. Thorn. pag. 2203. *Dayworke*, i. quantum terræ arabilis unius diei culturæ sufficit ; ad verbum, diei opus. Papias : *Jugeries, unius Diei opus aratoris*. *Terra trium Dierum*, in Charta Dudonis Abbatis Dervensis in ejusdem Abbatiæ Tabulario. Charta Balduini Comitiss Guinensis ann. 1084. apud Duchesnium in Comitib. Guinens. pag. 25. 26 : *Terram 14. Dierum in villa Bissen-ghehem, et terram 30. Dierum apud Aitenghes, et apud Morlenghehem 20. et apud Suavecum 3. carrucatas terræ*. Occurrit in hac Charta crebrius, *Terra 3. 6. 33. etc. Dierum*. Ibidem : *Dedit terram, quæ jacet... et 8. Dies ad montem Campanis*. Rursum : 15. *Dies terræ, quam habebat ad Westoe*. Alio loco : *Dedit decimam... et 8. Dies, 4. tenet Fretemerus, et 4. Balduinus, etc.* Similia habet Charta Girardi Morinorum Episcopi apud Willelmum Andreensem eod. ann. 1084 : *Declaration des heritages appartenans au gainage des 10. maisons dépendans du Priaré de Belval, in Comitatu Vaudaniontis ann. 1566 : Item, une piece de terre contenant quatre Jours au ban dudit Velle*. Sic ibi passim. [Pluries etiam in Charta Girardi Tervanensis Episcopi ann. 1084. apud Miræum tom. I. pag. 355. col. 1.]

\* **Nostris etiam Jour**. Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 209 :

*Item une faisete que Jehans li Carons eut... et tient quarante et cinq vergues ; c'est es deux faisettes un Jour... Item deus Jours et demi et vint et deus vergues, qui furent l'oiselet.*

**DIES**, Eadem forte notione, in Charta Pipini Ducis, filii Anchisi, apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 112 : *Terram aratoriam indomincatam plusquam jugera ducenta : pratum etiam ad falces triginta et silvam minulam ad Dies nonaginta.*

\* Quo etiam sensu *Jour* legitur in Charta ann. 1374. ex Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 306 : *Item une maison assise à Reims devant le quers de la porte à Velle, un Jour de bois, un pré, etc.* Vide supra *Diale* et infra *Dieta* 5.

\*\* **DIES**, Opera unius diei. *Diem 1. facere quavis hebdomada*, et similia passim in Polyptycho Irminonis. Vide Guerrardi Indicem generalem.

4. **DIES**, pro festo. Annales Franc. ann. 802 : *Ipse Rex celebravit Diem S. Jo. Baptistæ, etc.* Ita Dani etiamnum hodie *Apostelsdage*, seu diem Apostolorum, *Suubryra Daghr*, diem septem fratrum mense Julio, *Juladaghr*, diem nativitatis Christi, *Stephandaghr*, diem S. Stephani, etc. in Calendario Runico, ab Oleo Wormio edito, vocant.

5. **DIES**, Victus diurnus, cotidianus. Commodianus Instr. 64 :

Nec enim dico, ut te in trivio tinnites,  
Cum pro Die tuo vigilas, sine fraude vivendo.

Item pro diei alimonio Regiæ familiæ præstando. Domesdei apud Spelmanum : *Et reddebat dimidiam Diem mellis, et consuetudines mellis*. Alibi : *Reddebat unam Diem de firma, et valebat 95. lib. 6. denar.* Ibidem : *Comitatus Oænesford reddit firmam 3. noctium, hoc est, 150. libr. Vide Firma, Convivium.*

\* 6. **DIES**, Consessus judicium, assisia ; quo sensu diximus *Les grands Jours de Troyes, etc.* Vide *Dies Magni*. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 73 : *Simon Quarre, demourant à Monestaul lez Aucerre, fist appeller le suppliant aux Jours du soir dudit jour ;... auxquelz Jours ledit suppliant ala.*

\* 7. **DIES**, Tempus, hora. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 163 : *Lesquelz se logerent en un cuit-gnet des bergeries, où il avoit un tas d'essaies à brebis, ouquel ilz furent en attendant que icelle Gilon venist, quant Jour seroit, affourrer icelles brebis.*

† **DIES ABSOLUTIONIS**. Vide in Absolutio.

\* **DIES ADORATUS**, Sanctæ Parasceves scilicet, quo Crux adoratur. Charta ann. circ. 1130. ex Chartul. Stirp. : *Item Die adorato piscatus fuit stagnum de Villaur : Unde domini stagni quæsierunt michi rectum. Le Vendredi adouré*, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 259.

\* **DIES ÆGRI** seu *Maledicti*, idem qui *Ægyptiaci*. Petr. Subesti de Cultu vineæ Dom. part. 3. cap. 4 : *Observatio Calendarum, mensis, dierum Ægyptiacorum, quos vulgus imperitius falso dicit Dies ægros seu maledictos, est superstitiosa et reprobata curiositas.*

**DIES ÆGYPTIACI**, qui in veteribus Calendaris, quæ a Bucherio in Canone Paschali, a Georgio Herwarto, et a Petro Lambecio lib. 4. Commentar. de Bibl. Cæsarea edita sunt, et in Victorino MS. et aliis notantur in quolibet mense. Ugutio : *In quolibet mense dicuntur duo dies mali Ægyptiaci, quia ab Ægyptiis fuerunt inventi. Ægyptii enim compe-*

*rientes, quod in aliqua hora dierum illorum non erat bonum sanguinare, id est, sanguinem minuere, ne aliquid opus inciperetur, illos Dies vocaverunt.* Petrus Comestor in Histor. Scholast. cap. 34. Exodi : *Dies Ægyptiaci dicuntur, quod in his passa est Ægyptus, quorum duos tantum in singulis mensibus notamus ad memoriam, cum plures forte fuerint. Nec est credendum, quod Ægyptii, licet astrorum periti, deprehenderint Dies hos in faustos in inchoatione operis, vel itineris, vel minutionis.* De his S. Augustinus in Ep. ad Galat. cap. 4 : *Plena sunt conventicula nostra hominibus, qui tempora rerum agendarum a Mathematicis accipiunt. Jam vero ne aliquid inchoetur, aut edificiorum, aut hujusmodi quorumlibet operum, Diebus, quos Ægyptiacos vocant, sæpe etiam nos movere non dubitant.* Decret. caus. 26. q. 7. c. 16 : *Non observetis dies, qui dicuntur Ægyptiaci, aut Calendas Januarii, etc.* Formula veteris Pœnitentialis, edita a Jac. Petito : *Item non debere servari dies Egiciaci (sic) ad minuendum sanguinem, vel aliquid faciendum.* Honorius Aug. lib. 2. de Imag. mundi cap. 108 : *Dies Ægyptiaci ideo dicuntur, quia ab Ægyptiis sunt inventi. Et quia Ægyptus dicitur Tenebræ, ipsi Tenebrosi inde nominantur, eo quod incautos ad tenebras mortis perducere affirmantur.* Durand. in Ration. lib. 8. cap. 4. n. 20 : *Illud autem notandum, quod in quolibet mense sunt Dies Ægyptiaci, id est, ab Ægyptiis deprehensi : in Ægypto enim erant quidam Astrologi, qui quasdam constellationes nocivas humanis actibus in illis diebus invenerunt, ideoque illas notas hominibus esse voluerunt : tamen illarum constellationum puncta scire propter errorem nostri computi non valemus : vel forte invenerunt Dies bene constellationes, et ideo eos in Calendario notaverunt, ut in illis diebus potius quam in aliis, actibus insistatur : quorum errorem ne Ecclesia sequi videatur, a talibus cavetur... Quotus autem sit Dies Ægyptiacus, a principio vel fine mensis his versibus continetur :*

Augurior declos, audito lumine elangor,  
Liquit olens Abies, coluit Colus, excute Gallum.

*In his versibus sunt 12. dictiones, 12. mensibus servientes : prima primo, secunda secundo, et sic per ordinem, sumpto initio a Januario : ita quod quota die erit prima litera primæ syllabæ alicujus istarum dictionum in alphabeto, totus erit Dies Ægyptiacus in illo mense, cui servit illa dictio, computando a mensis principio versus finem. Item quota erit prima litera secundæ syllabæ in alphabeto, totus erit dies Ægyptiacus in illo mense, cui servit illa dictio, verbi gratia, Augurior, est prima dictio, et servit primo mensi, scilicet Januario : au, est prima syllaba, et a, est prima litera ipsius syllabæ, et g, est septima in alphabeto : ergo dies prima Januarii est Ægyptiaca. Item g, est septima in alphabeto : ergo septimus dies Januarii numerando a fine versus principium, est Ægyptiacus, et sic in aliis, hoc observato, quod h. in hoc loco pro litera non ponatur. Quilibet autem præmissorum dierum propter unicum horam sui denominatur Ægyptiacus. Adde Martinum de Arles in lib. de Superstitionib. pag. 5. et Olaum Wormium lib. 1. Pastor. Danicor. cap. 24. 25. Willelmus Neubrigensis lib. 4. cap. 1 : *Richardus igitur primus, Londonis est consecratus a Balduino Cantuariensi Archiepiscopo tertio Nonas Septembris, qui dies ex prisca gentili superstitione Malus vel Ægypt-**

*tiacus dicitur, etc.* [Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280: *Dies quoque Egyptiaci, constellationes, lunationes, Kalendæ Januarii, initia mensium, dies, annus, cursus lunæ, solis et siderum, superstitione observari non debent, credendo videlicet in illis virtutem inesse; quoniam superiora non sunt causæ rerum et signa: sed nec in præmissis diebus seu temporibus mensæ cum epulis vel lampadibus in domibus sunt parandæ, vel per vicos et plateas cantores et chori ducendi. Nulla etiam tempora sunt fausta vel infausta existimanda, ut in eis nolit vel velit aliquid inchoare.* [Huc referenda videntur, quæ habet Petronius in Satyrico: *Altera (tabula) Lunæ cursum stellarumque septem imagines pictas, et qui dies boni, quique incommodi essent, distinguente bulla notabantur.* Habentur porro in Bibliotheca Thuana Cod. 615. *versus de diebus Egyptiacis.* Vide Hesychium in 'Απορράδες ἡμέραι: et infra in Sanguinare.

**DIES AMORIS**, [Dicta dies ad controversiam amice componendam. Charta Odonis de Vadarimonte Hist. Tull. pag. xcviij: *Nos vero controversiam... ægramente ferentes, litteris justitiæ a Domino Trevirensi nobis delegatis et auditis, Diem amoris Domino Duci et Romaricensi Abatissæ... denominavimus.*] Vide *Amor et Dies Marchiæ*.

† **DIES ANIMARUM**, Dies commemorationis fidelium defunctorum, Picardis, *Jour des ames*. Legitur in Breviario ann. 1555. Londinis edito, quod asservatur in Abbacia Benedictinarum Anglicarum suburbii Pontisarenis. Vide *Animæ*.

**DIES ANNALES** Vide *Festa annalia*.

**DIES ET ANNUS**. Vide *Annus et dies*.

**DIES APOSTOLICI**, Festa Apostolorum. Charta Philippi Comitis Flandr. ann. 1176. in Tabul. Monast. S. Bertini: *Ipsis tamen pro eo pateridum mittentibus, et hoc ter in hebdomada, et in omnibus Apostolicis Diebus, et in omnibus festis S. Mariæ, in quatuor diebus natalibus Domini, etc.*

\* **DIES APPENSAMENTI**, Vadimonii dilatio, Gall. *Délay*. Stat. ann. 1363. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 652. art. 6: *Si vero... Diem appensamenti petierit, non sibi tempus annuale ad habendum appensamentum tribuatur.* Vide supra *Appensamentum*.

† **DIES ATRI**, Papias: *Atri dies qui communes dicuntur.* Varroni lib. 5. de Lingua Lat.: *Dies postridie Kalendas, Nonas, Eidas appellati Atri, quod per eos dies novi inciperent.*

\* **DIES AVENANS**, vox fori Normannici. Assis. Falesiæ ann. 1236. inter Arest. Scacar. Norman. ex Cod. reg. 4651: *Si quis conveniatur de hæreditate et suum capitur, et ei reddatur in assistia, quamvis non dicat quod requisierit ante, tamen habebit Diem avenantem, quem nondum habuit. Diem evenantem, in ead. Assis. ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 29. v. col. 2.*

**DIES BARONUM**, quibus scilicet *Barones* convenire solent ad dijudicandas vassalorum lites, Parliamentum. Charta Philippi III. Regis Franc. ann. 1281. in Tabular. Ambian. Episcopat. fol. 76: *Promittens idem Dominus, quod in proximo venturo Parlamento ad Diem Baronum veniet, et specifiabit sigillatim, etc.* Alia Regis Philippi IV. anni 1289. in Regesto feodorum Ecclesiæ Lingon.: *Si quid enim ipsi cives velint petere ab Episcopo, adjournetis eundem ad Diem Baronum futuri proximo S. Martini hiemalis Parlamenti eisdem civibus respon-*

*surum.* In Responsis, factis a Rege Franciæ Regi et Reginæ Navarræ: *Des deus cens livres de rente de la Damoiselle de S. Cheron, l'en mait la besongne au Parlement, qui vient au Jour des Barons.* Vide *Parlamentum*.

**DIES BONI**, apud Sidonium lib. 5. Epist. 17. dies feriati esse dicuntur Savaroni. Sane festa majora etiamnum les *Bons jours* appellamus.

\* **Bon jour**, Dies Paschalis, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 218: *Comme en la sepmaine pe-neuse l'an 75. derrain passé, ledit Guil- lot... li dist et monstra comme il estoit bonne sepmaine et prée du Bon jour, et qu'il appartenoit un chascun estre à paiz.*

\* **DIES BURARUM**, *Jour des bures*, apud Lotharingos, Dominica prima Quadragesimæ. Vide supra *Buræ*.

**DIES CENSORIUS**, Dies supremi judicii, ἡμέρα καθ' ἣν ἀφελαι τις ἐμφανισαι ἐαυτὸν τῷ δικαστηρίῳ. Vide *Censor*. *Dies magnus*, in Epistola Caroli Mag. ad Elipandum: *In Die magno ante conspectum gloriæ suæ gloriosos stare concedat.* [Lib. 6. Capitularium cap. 328: *Quia ipse Dominus dicturus erit in remuneratione magni Diei: Hospes eram et suscepistis me, etc.* Et cap. 403. ex Imperatore Constantino refertur de accusationibus Episcoporum: *Hæ quidem accusationes tempus habent proprium, id est, Diem magni judicii, etc.*]

**DIES CINERUM**, Caput jejunii. Synodus Beneventana ann. 1091. cap. 4: *Nullus omnino laicus post Diem cineris et cilicii, qui Caput jejunii dicitur, carnibus vesci audeat.* Vide *Absolutio*, *Caput jejunii*.

**DIEM COLLIGERE**, Supplicatio facta Regi ann. 1235. in Concilio Remensi: *Nec reputet eum (Archiepiscopum Remensem) Dominus Rex in defectu, si non Colligat Diem coram ipso contra illos (accusatores), cum in nullo fuerit defectu erga eos, et cum ipsi sint excommunicati.* Infra: *Facta autem supplicatione modo prædicto, dixit Dominus Rex, quod super hoc haberet consilium, et super hoc assignabat diem ad crastinum quindena Assumptionis B. Mariæ apud Meledunum. Quo audito, Dominus Rex et dicti Episcopi cum præfatis nuntiis Capitularum, secesserunt in partem, et habito Concilio in hoc convenerunt, quod Diem illum Colligerent.* [\* Vide *Colligare*.] [\* Vadimonio stare, ut opinor.]

**DIES COMMUNES**, Festis opponuntur in l. un. Cod. Theod. de Imag. Imp. (15, 4.) [Vide supra *Dies atri*.]

**DIES CONSECRATI**, in Concilio Suesionensi ann. 853. cap. 7. et in Capitulari Caroli C. Compendiensi ann. 868. cap. 8. ubi vetatur *malla aut placita teneri, a quarta feria ante Nativitatem Domini usque post Consecratos Dies: eos nempe quatuor dies, quos in Natali Domini celebrari præcipiunt Capitularia Caroli M. lib. 2. cap. 85. et Concilium Moguntinum cap. 36.* Vide *Baron*. ann. 853. n. 29.

**DIES CONSUETUDINALES**, quibus nempe *consuetudines*, seu tributa, vel census exiguntur. Charta Aimonis Comitis Gebennensis ann. 1090. apud Guichenon. in Bibl. Sebus. pag. 325: *Concedo Ecclesiæ S. Eugendi... alodos illos, quos ab ingenis hominibus in potestate Seissiacensi Monachi præfate Ecclesiæ hactenus obtinuerunt, et amodo obtenturi sunt, ab illis videlicet ingenis, qui Dies Consuetudinales, quos esse 12. tradunt, et alia debita exceptis aratura boum in corvata et observatione placiti generalis consue-*

*tudinaliter mihi non debent.* Apud Græcos aliud sonat ἔθιμος ἡμέρα, quæ in Gloss. Lat. Gr. exponitur *Dies solennis*. ἑορτή.

**DIES ET CONSUL**, Dies diplomati ascriptus, vulgo *data*. Hincmarus Remensis in Ep. ad Adventum Episc. Metensem, de Episcoporum Consecrat. Opusc. 44: *Et completa Missa habeat Episcopus, qui eum ordinavit, literas manibus suis subscriptas, .... præferentes Diem et Consulem, etc.* Flodoard. lib. 3. cap. 11: *Porrexit literas canonicas... Diem præferentes et Consulem.* Vide S. Athanas. de Synodo Ariminensi pag. 871. Cujacium ad leg. 20. D. de Testam. et Noias ad Senatorem lib. 6. Epist. 1.

**DIES CORONÆ REGIS**. Vide *Guria Coronata*.

\* **DIES DECRETORII**, Qui vulgo *Critici* medicis, apud Auger. Ferrar. August. Niphum, Mich. Angel. Blondum, etc. ex D. Falconet.

\* **DIES DEVOTI**, Quibus piis exercitiis vacant fideles, feriati. Charta ann. 1334: *Item quod nulla persona bibat in taberna post quod pulsatum fuerit pro Ave Maria, nec tantum quantum celebrabuntur missæ in Diebus devotis et festiuis in dicto castro (de Grauleriis).*

\* **DIES EVENANS**. Vide supra *Dies Avenans*.

**DIES FACERE**. Formulæ vett. Pithœi cap. 71. in MS.: *Sicut reliqui servi nostri et vicinorum vestrorum Faciunt Dies tantas in unaquaque hebdomada facere debeant.* Id est, *employent tant de jours*, [Tot dies impendunt operibus tributariis. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 2. col. 2: *Ermengaudus tenet hospicium, solvit inde in anno pullum i. ova v. Facit in unaquaque ebdomada Dies 111.*] Ita in Lege Bajwar. tit. 14. § 6. Vide *Facere*.

**DIES FACERE**, Alia notione. Formula Pœnitentialis edita ex Cod. Thuana a viro doctissimo Jacobo Petito post Pœnitentiale Theodori pag. 349. de Interrogatione de 10. Præceptis Decalogi: *Item Facere Diem vel soles. Item si observet diem unam plus quam aliam ad seminandum, vel aliquid faciendum.*

**DIES FELICISSIMUS**, Dies Paschalis, quo pignus et arrabonem accepimus in vitam æternam. Commodianus Instruct. 75:

Congruit in Pascha, Die Felicissimo nostro, Latentur et illi, qui postulant subacta divina, etc.

† **DIES FELICISSIMUS NUPTIALIS**, in Appendice Marculfi form. 37. *Die Felicissimo Nuptiarum*, form. 5. inter Bignonianas, apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 455. et 498.

† **DIES FLORUM**, Palmarum dies festus, Gall. *Pâques fleuries*. Vide *Capitulivium*.

**DIEM FUNCTUS**, pro *Defunctus*, in Cod. Th. leg. 17. de Prætor. (6, 4.) et leg. 5. de sepulcr. violat. (9, 17.)

\* **DIES FOCORUM**, Dominica prima Quadragesimæ, quæ *focus* seu facibus accensus celebrabatur. Charta ann. 1251. in Chartul. Buxer. part. 7. ch. 17: *Qui (denarii) debent solvi annuatim dicto Johanni Mascharex apud Chambole in Die focorum.* Reg. episcop. Nivern. ann. 1287: *Idem dominus episcopus debet culibet carnifici, qui vendunt in burgo Comitum, duos stulos vini die Dominica focorum.* Chron. S. Mariani inter Probat. Hist. Autiss. pag. 262. col. 1: *Anno 1358. octavo die mensis Martii, capta fuit civitas Autissiodori ab Anglicis, videlicet*

*Die focorum ante auroram.* Et pag. 282. col. 2: *In sexta feria post focos, etc.* Vide supra in Brando 1. *Denarius focorum et infra Foci.*

\* **DIES FORENSIS**, Quo forum habetur, Gall. *Jour de marché.* Stat. sabater. Carcasson. ann. 1402. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 561. art. 10: *Si autem die Lunæ, quæ est Dies forensis in burgo Carcassonæ, tale festum vel talia festa veniebant, semel aut pluries, tosciensque quoscians illa dies Lunæ forensis interveniat, etc.* Vide mox *Dies Mercatalis.*

† **DIES GALLI**, Georg. Christian. *Reum Mogunt.* tom. 2. pag. 785. ex Chronico Sant-Albanensi: *Anno Domini MCCCLXI. Die Galli obiit honesta Domina Margareta, etc.* An. D. MCCCLXXXIV. *ultima Aprilis, obiit Americus de Ingelheim filius.*

† **DIES GROSSI CARNIUM**, *Dies parvi carniium, Dies grossi piscium, Dies parvi piscium.* Codex MS. consuetudinum et distributionum Ecclesiæ Coloniensis ex Bibl. Atrebat.: *Centum viginti et novem Dies grossi carniium ascendunt ad CXCIII. marcas . . . Dies parvi carniium ascendunt ad, etc. Dies grossi piscium ascendunt ad, etc. Dies parvi piscium ascendunt, etc.* Grossos dies eos intelligendos esse suspicor, quibus meridie et vespere, parvos vero quibus una dumtaxat vice carnis vescerentur vel piscibus; nisi mavis grossis diebus majorem, parvis vero minorem distributam fuisse carniium vel piscium quantitatem, nulla unius duplicisve sumtionis carniium vel piscium habita ratione. Vellem paulo fusius locum exhibuisset, qui excerpserit illum, et si res tanti fuisset, curassem eum secundo consulendum.

† **DIES HUMANUS**, Vanæ gloriæ. Johannes Abb. Mettensis in Vita S. Johannis Abb. Gorziensis, inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 397. n. 98: *Nam quamdiu foris erat, humani Diei latrocinia sollerter attendens, secreti sui, cujus Deo tantum mercedem servabat, sæculares arbitros esse cavebat. Diem hominis non desideravi.* Jerem. 17. 16. Et 1. Cor. 4. 9: *Mihi autem pro minimo est ut a vobis judicer, aut ab humano Die, hoc est, ab ullo homine.*

\* **DIES JEJUNALES**, Jejunio sacri. Vide infra *Jejunales Dies.*

\* **DIES INOFFICIATA**, Quæ habet proprium officium in ritu ecclesiastico. Stat. Odon. episc. Paris. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1421: *Si festum habens propriam missam supervenit in Die inofficiata, id est, habente proprium officium.*

\* **DIES JURIDICALIS**, Qui et *Juridicus*, in quo Jus dicitur. Stat. Vallis-ser. rubr. 33. ex Cod. reg. 4619: *Notarius præfati domini vicarii teneatur. . . describere in una vacheta dietim quoslibet dies feriatos, ut videri possint Dies utiles et Juridicales.* Stat. comitat. Venais. sub Clem. VII. PP. cap. 12. ex Cod. reg. 4660. A: *Notarii officia exercentes singulis Diebus Juridicis quibus curia tenebitur, etc.* [\*<sup>2</sup> Leg. juridicis. Vide Cod. Theod. const. 19. de Feriis. 2. 8.]

\* **DIES LAMENTATIONIS**, Sanctæ scilicet hebdomadæ, in quibus *Lamentationes* Jeremiæ decantantur in ecclesia. Stat. synod. eccl. Carcasson. ann. 1270. cap. 21. ex Cod. reg. 1613: *Diebus autem lamentationis et Dominicæ passionis in publicum non procedant (Judæi).*

**DIES LEGALES**, quibus *Lege* agere licet. Quoniam Attachiamta cap. 2: *Est autem summonitio certi diet, et loci exhibitio, partibus facta ad Diem legalem.*

*Est autem Dies legalis in prædictis placitis, quaterdenus, et unus Dies, sive 15. Dies.* Adde cap. 10. § 1. Et cap. 60: *Statutum est, quod quodlibet judicium bonum et legale, debet habere has conditiones, 1<sup>o</sup> quod Dies, in quo datur judicium, sit Legalis, et non festivus: 2<sup>o</sup> quod locus judicii sit legalis, etc.*

\* **DIES LEGIBILIS**, Quo in scholis publice legitur et docetur. Stat. ann. 1314. pro universit. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 43. v<sup>o</sup>: *Et si sit Dies legibilis, non legatur postea de tota die ordinarie nec extraordinarie.* Adde Stat. universit. Andegav. ann. 1410. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 498. art. 2.

† **DIES LEGITIMUS**, Isidoro lib. 5. Orig. cap. 30: *Viginti quatuor horarum est, usque dum dies et nox spatia sui cursus ab oriente usque ad alium orientalem solem cæli volubilitate concludat.*

**DIES LEGITIMUS** aperiendarum tabularum testamenti post mortem testatoris intra triduum vel quinque dies fuit, ut est apud Paulum lib. 4. Sentent. tit. 6. Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis: *Ut quando Dies legitimus post transitum meum advenerit, recognitis sigillis, inciso lino, (perperam ligno) ut legis decrevit auctoritas, etc.* Eadem habentur apud Marculf. lib. 2. form. 17.

**DIES LIGATI**, Feriati: opponuntur diebus legalibus. Speculum Saxonium lib. 2. art. 10. § 1: *Proscriptus licite Diebus feriatis vel ligatis arretetur, vel detineatur.* Art. 66. § 2: *Omnes etiam Dies feriales seu celebres ac ligati, ad pacem omnibus hominibus sunt constituti, et cum his in quilibet hebdomada 4. dies, videlicet quinta et 6. feria, Sabbatum et dies Dominicus, etc.*

† **DIES MAGNUS**, Dies extremi iudicii. Vide supra *Dies censorius.*

**DIES MAGNUS**, Festum Paschatis: *μᾶλιν ἡμέραν*, Joann. Evang. cap. 19. 31. in Concione, Petro Apostolo tributa, apud Clementem Alex. Strom. lib. 6. in Concil. Ancyr. can. 6. et apud Procopium lib. 2. de Bello Vandal. cap. 14. *Κυρια ἑορτῶν*, Pachymeri lib. 7. cap. 15. Tertullianus lib. 5. in Marcion.: *Dies observatis, et menses, et tempora, et annos, sabbatos, ut opinor, et cenas puras, et jejunia, et Dies magnos.* Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 71. et 136. novæ Editionis: *Qui penitentiam publicam gerunt, debent unum annum esse cum cilicio inter Audientes vel usque ad Magnum Diem, etc.* [hoc est, ad feriam quintam Cænæ Domini: qua reconciliabantur publice penitentes.] Vide Scaligerum in Prolegomenis ad libros de Emendat. temp. et Allatium de Dominic. et hebdom. Græcor. cap. 22. *Dies Magnus Cænæ*, in Capitulis Herardi Archiep. Turon. cap. 14.

**DIES MAGNI TRECENSES**: ita vocabant Assisis publicas et generales, quas Comites Campaniæ tenebant in urbe Trecensi, ad dirimendas et dijudicandas supremo iudicio majoris momenti controversias, et quæ per appellationem ab Assisis Balliviarum devolvebantur; præsertim vero lites Baronum Campaniæ, qui scilicet nullo medio pendebant a Comite. [Vide Cl. D. Brussel Tract. Gall. de Feudorum usu lib. 2. cap. 12.] Intererant autem hisse Assisis publicis ex ordine Militari ac nobilium iudices selecti, qui ter aut quater quotannis in eum finem coibant, et iudicia secundum Balliviarum ordinem exercebant, judiciario ordine servato, id est per *inquestas* et per *placitamenta*: quæ quidem iudicia, siquidem in casibus generalibus prolata essent, referebantur in Codicem

municipalium consuetudinum Campaniæ, ut colligi satis datur ex veteri Jure municipalium Campanorum, a Pithæo edito, ex hisce confiato.

Postquam vero Campania Regibus nostris accessit, missi identidem Trecas selecti pariter iudices ex ordine Ecclesiastico et Militari, quibus adjuncti sæpe sunt Barones ex ipso Campaniensi Comitatu, qui quidem vulgo indignantur *Magistri, tenentes magnos Dies Trecenses.* Eorum vero iudictio Curia Campaniæ appellatur in Assisis Campaniensibus ann. 1297. quarum Codex asservatur in Camera Computorum Paris: *Dominica de Nantolio Curiam Campaniæ supplicavit, quod arestum factum in Curia Campaniæ diebus Trecensibus, etc.* Et alibi f. 93: *Aresta atque consilia facta et expedita in Curia Campaniæ per venerabiles viros. . . Dies Trecenses pro domino Rege Franciæ tenentes.* Quod si lites et controversiæ agitentur, quæ Curiam Franciæ spectarent, ad eam remittebantur, ut ex sequenti iudicio patet: *Audita questione, mota in Curia Campaniæ inter Decanum Tullensem ex parte una, et Gaufridum de Danfale Armigerum, ratione quorundam attentatorum factorum, ut dicitur, per dominum Decanum contra dictum Armigerum post appellationem ad Curiam Franciæ, etc. quoniam ista cognitio ad Curiam Campaniæ non pertinet, dictum fuit rationibus hinc inde propositis, quod adeant Curiam Franciæ, super hoc sibi fiet justitiæ complementum.*

Sed et statutum fuit a Rege Philippo Pulcro, ut quotannis bis tenerentur *Dies Trecenses*, ut ex illius Edicto ann. 1302. pro Reformatione Regni docemur. Cui quidem Statuto occasionem præbuit Nobilium Campaniæ Regi facta postulatio ann. 1297. hisce concepta verbis: *Item, requierent li Gentilhomme, que on tiengne les jours de Troies deus fois l'an, et que on y envoit tels gens, qui puissent et doivent delivrer les bonnes gens selon la raison.*

De primæva *Magnorum dierum Trecensium* origine recte censuit, ni fallor, P. Pithæus, qui id juris Comitibus Campaniæ attributum scribit, ex dignitate Comitatus *Palatini*, qua donati erant, cum præessent supremis iudiciis a Regibus ad id delegati *Comites Palatini*, ac regiæ pæne simili auctoritate lites dirimerent, ut pluribus a nobis observatum in Dissertatione 14. ad Joinvillam.

**MAGNOS DIES** vocarunt etiam Reges nostri placita extraordinaria, quæ in Regni provinciis remotioribus cogebantur, delegatis ad ea tenenda selectis iudicibus, qui supremo iudicio lites dirimebant, et in reos, quos regionis longinquitas in perpetrands criminibus redderet audaciores, severius inquirebant: cujusmodi erant Missi Domini, qui a Regibus ad *justitias faciendas* in remotiores Regni partes mittebantur, sub altera Regum Franciæ stirpe. His conventibus, ut opinor, inditum nomen a Magnis Trecensibus diebus, quorum nomenclatura jam olim obtinuerat. Horum porro *Magnorum dierum*, in provinciis coactorum, mentio non semel occurrit in Actis Parlamenti Parisiensis, Pictavi scilicet et in Monteferrando in Arvernensi mense Sept. ann. 1454. in Ordin. Barbin. f. 15. in Monteferrando Stat. Ludov. XI. 25. Jul. 1481. in Reg. Ordin. Lud. fol. 302. Pictavi, Statuto Francisci I. 10. Aug. 1519. in Ordin. ejusd. Reg. f. 151. in Monteferrando, Allo Stat. 12. Maii ann. 1520. ibid. f. 380.



Turonibus, alio Stat. 21. Aug. ann. 1533. 2. vol. f. 307. Molini, alio Stat. 22. Jun. 1534. f. 326. Trevis, Stat. 2. Maii 1535. ibid. f. 374. Andegavi, Stat. 17. Jun. 1539. 3. vol. f. 182. Molini, Stat. 7. Jun. et 6. Jul. 1540. f. 228. Riomagi in Arvernis, Stat. 22. Jul. 1542. f. 548. rursum Riomagi. Stat. 19. Aug. 1546. 5. vol. fol. 303. Turonibus, Stat. 6. Jul. 1547. 1. Reg. Henr. II. fol. 24. Molini, Stat. 10. Jul. 1550. 2. vol. fol. 73. Omitto alios deinceps coactos, ne in immensum hocce excrescat opus.

Tantum moneo, Reges nostros interdum id privilegii indulsisse Regii sanguinis Principibus, ut Magnos iis perinde dies liceret cogere. Exstat quippe in Regesto Andegavensi Camera Comput. Paris. f. 76. Diploma Caroli V. Regis, quo Ludovico fratri Turonum et Andium Duci facultatem concedit suos Dies magnos tenendi, seu Lutetiæ Parisiorum, seu in qualibet Ducatum suorum civitate, quorum appellatio ad Parlamentum devolveretur. Eadem conditione simile indultum privilegium a Carolo VI. Aurelianensi Duci fratri in Virtutum Comitatu, quem Valentiniæ uxoris jure obtinebat, literis 6. Maii. 1403. in Regesto *Olim* descriptis fol. 175. Duci Burbonensi pro Ducatu Arverneni literis 3. Jan. 1433. descriptis in Regesto Parlamenti Pictaviensis fol. 117. et Claudii filii a Ludovico XII. pro Baronia Codiciacensi et Comitatu Suesionensi lit. mens. Sept. ann. 1509. descriptis in Regesto Ordinatio. Ludov. fol. 225.

\* Id concessum præterea legimus duci Bituriæ et Alvernæ in Invent. Chart. reg. ann. 1482. fol. 130: *Littera regis Caroli in forma Cartæ, per quam concessit dicto duci Bituriæ tenere suos ducatus Bituriæ et Alvernæ in parria et habere Magnos dies. De anno 1366.*

\* DIES MANUALIS, Opus manuum per diem, Gall. *Corvée*. Charta Henr. imper. ann. 1012. pro monast. Florin.: *Si abbas a Godefrido advocato rogatus fuerit ad castri firmationem, non alias, diem unum manuum in anno, et hunc non in temporibus feriandi, metendi, etc.*

DIES MARCHIÆ, Dies indictus et conductus Anglis et Scotis ad conveniendum invicem in *marchis* et limitibus utriusque Regni pro pace firmanda. Thomas Walsinghamus in Ricardo II. pag. 278: *Dux Lancastriæ... pro Die Marchiæ (prout moris est) tenenda inter Anglos et Scotos annis singulis, in partes concesserat boreales. Idem pag. 307: In ultimo quo dux Lancastriæ et ipsi conveniunt, ad Diem Marchiæ, conventum fuit inter eos pro commodo pacis, etc.* [\*\* Abbreviat. Placitor. Edward. 1. ann. 19. Glocestr. rot. 26. pag. 226: *Dicunt quod consuetudo Wallie diu obtenta talis est, quod in casibus ubi contentionem emergerunt inter magnates Wallie, qui tenent de rege in capite, quod antequam querela fiat in curia regis de prædictis contentionibus capi debet quidam dies amoris sive parliamenti, qui quidam dies vocatur Dies Marchiæ et ibi per vicinos et amicos communes, qui sunt quasi iusticiarii, debent hujusmodi querela proponi et per consuetudinem marchie emendari, etc.*]

\* DIES MERLATALIS, Quo mercatum seu forum habetur. Locus est infra in *Mercatalis*. Vide supra *Dies forensis*.

DIES MERCATILIS, quo Mercata seu nundinæ tenentur, Gallis, *Jour de Marché*. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonensis ann. 1082: *Et dono vobis in*

*ipsam meam leudam de Limos 3. puneias de sal in unoquoque die Mercatile.*

† DIES MERCORIS, Dies Mercurii. *Dies duos Mercoris et Veneris*, in Præcepto Zuendeboldi Regis ann. 898. Anecd. Marten. tom. 1. col. 58.

\* DIES MERCURINUS, Mercurii dies, in Stat. Cardin. de Fuxo ann. 1446. ex Cod. reg. 4660. A. fol. 21. v.: *Procurator fiscalis singulis Diebus Mercurinis et Sabbatinis, etc.* Lit. admort. ann. 1474. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 460: *Singulis septimanis perpetuis temporibus, diebus Dominicis, Mercurinis et Venerinis, etc.*

\* DIES NATURALIS, Spatium 24. horarum. Lit. Ludov. comit. Valentin. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 204: *Valeamus fortalitia dictorum castrorum ingredi, et vexilla nostra apponere in loco convenienti dictorum fortalitorum, et tenere patenter per unum Diem naturalem.*

DIES NEOPHYTORUM, qui inter Magnum Pascha, et Pascha clausum inter sunt, in quibus albis induuntur recens baptizati. S. Augustinus Epist. 119. cap. 17: *Ut quadraginta illi dies observentur, Ecclesie consuetudo roboravit, sicut octo Dies Neophytorum distinguantur a cæteris, id est, ut octavus primo concinat.*

DIES OPERABILIS, nostris *jour ouvrable*, in quo licet operari, *Travailler*. Vide *Seiso* post *Satio*.

† DIES OSANNE, in Charta Goscelmi de Bogno pro Monasterio S. Juliani, apud Stephanotium Antiquit. Pictav. MSS. tom. 3. pag. 696. Idem qui *Dies Palmarum*: quo Ecclesia canit: *Hosanna Filio David, etc.* Vide *Dominica Osanna*.

DIES PALMARUM. Vide *Dominica Palmarum*.

DIES PALUSTRES. Willelmus Tyrus lib. 21. cap. 25: *Sed naque ii, qui ibi juges et assidui videbantur, negligentia torpentes aliquid utilitatis operabantur, terebant otia, et palustres trahebant Dies.* Rexpexit istud Persii Sat. 5. vers. 60:

Tunc crassos transiisse dies, lucemque Palustrem.

Ubi Cornutus: *Obscuram propter nebulam, quæ de paludibus nascitur: sed hoc ad animi casitatem refertur.* Alii vitam non inertem modo, sed et crapulæ deditam intelligi putant. *Omnes enim ebriosi*, inquit S. Augustinus Serm. de Tempore 231. *tales sunt, quales paludes esse videntur, etc.* nisi potius pigros innuerit: nihil enim palude pigrius, quæ in eodem semper statu permanet, aquas suas nullibi evolvens ac egerens. Proinde huc spectant ista Senatoris lib. 10. Ep. 29. de podagrico humore: *Petit concavas lacunas, ubi palustri statione pigrescens, saxa perficit de liquore.* Vel denique faciunt, quod *ranæ*, quas *palustres* vocat Isidorus lib. 12. cap. 6. quæ in cœnosis aquis volutantur: *Grenouiller*, enim dicimus, de iis, qui perpetuis computationibus vacant. Aleyphron. in Epistolis piscatoriis et Amatoriis, l. 1: *Κρείττον γὰρ ἐπανάγειν ἐκ βοσπόρου καὶ Ἰπρόπόντιδος νεσπλουτον, ἢ καθήμενον, ἐπὶ ταῖς τῆς Ἀττικῆς ἐσχάτιας λιμνῶδες καὶ αὐχνηρον ἐρυγγάνειν.* Vide quæ ad Persium annotat Casaubon. et alii.

\* DIES PINGUES, nostris, *Jours gras*, Qui diem Cinerum præcedunt et in quibus carnum esui potationique ultro indulgent. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 462: *Die Mercurii sive Jovis ante Quadragesimam... Gallinam ceperant... pro comedendo in illis Diebus pinguibus.*

DIES PLACITABILIS, in quo placita fiunt, apud J. Fortescutum de *Laudib. Legum Angliæ* cap. 48.

DIES PLACITUS, Dies placiti dictus et præfinitus. Lex Ripuar. tit. 66: *Quod sacramentum in Die Placito non conjurasset. Dies placitus*, ibid. tit. 72. § 1.

† DIES PROFESSA, f. mendum, loco, *Profesta*, Gall. *Jour ouvrer*, in Anecd. Marten. tom. 1. col. 188.

\* DE PULCRA DIE, Quod dicimus *En plein jour*, de die. Acta MSS. Inquisit. Carcasson. ann. 1308. fol. 11. r.: *Cum ipse faceret transitum per Tarasconem, iivit ad domum Petri de Galache... Crastinum de pulcra Die recessit.* Ibid. infra: *De magna die.*

\* DIES REPETIBILIS. Quo de lege aut alia quæstione publice disputatur. Stat. universit. Andegav. tom. 8. Ordinatio. reg. Franc. pag. 243. art. 48: *Quod licentiatii et bachalarii hora nona et completorii legentes, a lectura hujusmodi cessabunt diebus repetibilibus... et aliis diebus quibus doctores repetent, seu licentiatii respondebunt, hora nona.* Vide infra *Repetitio*.

\* DIES SACRI vocabantur ii, quibus a bellis privatis abstinere præceptum erat, in Decret. Greg. IX. PP. Vide *Treva*.

DIES SANCTI, dicti dies Quadragesimæ. Vide Baron. ann. 519. n. 42. et Jacobum Gothofr. ad l. 2. Cod. Th. de Feriis.

DIES SANCTUS, dicitur *dies Dominicus*, apud Alcuinum lib. de Offic. divin. cap. de Die Sancto.

DIES SANGUINIS, quo *Bellonarii*, seu *Bellonæ servientes*, missione sanguinis sui *Bellonam* Deam placabant, 9. Kal. April. Vide Casaubonum ad Lampridium.

\* DIES SERVIENS, Gall. *Jour servant*, Dies liti dirimendæ et finiendæ assignata, in Consuet. Insul. art. 216. 217. Hannon. cap. 56. 61. etc. *Journée servante*, in Montens. cap. 58.

† DIES SIDERALES, quibus sidera moventur et a navigatione homines excluduntur. Papias.

DIES SOLIS, qui postmodum Dominicus. Tertullianus Apolog. cap. 16: *Æque si Diem Solis lætitiæ indulgemus.* Ita et lib. 1. ad Nation. cap. 13. Maximus Episcopus. Serm. in Pentecosten: *Dominicum diem ab hominibus sæculi diem Solis appellari scribit.* Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 15: *Ecce enim Dies Solis adest: sic enim barbaries diem Dominicum vocitare consuevit.* Vide l. 1. et 2. Cod. Th. de Feriis, (2. 8.) l. 1. et 3. de Execut. (8. 8.) l. 10. 13. de Exact. (11. 7.) l. 2. de Spectacul. (15. 5.) eod. Cod. Justinum Apol. 2. etc.

DIES TENERE, Festum seu Curiam celebrare, quod faciebant Reges, cum Curias suas solemnes aut *Coronatas* tenebant. Gregorius Turon. lib. 5. Hist. cap. 2: *Chilpericus... Toronis venit, ibique et Dies sanctos Paschæ tenuit.*

DIES TREUGARIUS. Charta Wolde-mari Ducis Juliiæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan.: *Et si medio tempore... alterum eorum mori contingat, nos sine voluntate unanimi, et consensu hæredum ipsorum, Diem Treugarium, aut sonam non inibimus seu faciemus.* Id est, treugam vel compositionem. Vide *Sona, Pax*.

DIES TINEARUM, vel MURIUM, in quibus superstitiosi vana quædam observant, aut faciunt, ne tineæ aut mures noceant frugibus et segetibus. S. Audoenus lib. 2. Vitæ S. Elig. cap. 15: *Nullus diem Jovis abque festivitibus*

sanctis, nec in Maio, nec ullo tempore in otio observet, neque Dies tinearum, vel murium, aut vel unum omnino diem, nisi tantum Dominicum. Vide Delirium lib. 3. part. 2. qu. 4. sect. 6.

\* DIES VIGINTI, A Natali ad octavam Epiphaniæ computandi, Præfinitum solvendi tempus. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 428: *La veille de xx. Jours, nommez les petits rois, etc.*

\* DIES VIRIDARIE, Gall. *Jours de la verderie*, Quibus viridarii seu custodes forestarum, eorum supremo judici quidquid ad forestas spectat, referunt. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 434: *Jehan de Vandosme, escuier, maistre et enqueteur de nos eaux et forests ès parties de Normandie... tenant les Jours de la verderie de la forest de S. Stuer, etc.* Vide in Viride 1.

† DIES VIRIDIUM, Feria quinta Majoris hebdomadæ, apud Haltausium in Calendario Germanico pag. 81.

DIES VITÆ, pro die obitus, seu ultimo vitæ. Spartianus in Adriano: *Itaque ut plerisque in Diem vitæ suæ dimensum sine dilatione restituerit.* S. Ambrosius Epist. 24: *Tu obtulisti quasi arbiter litis, ut soror in Diem vitæ suæ possideret partem prædii, post obitum ejus fratri cederet omnis possessio.*

DIES VOTORUM, Sponsaliorum et nuptiarum. Lex Longob. l. 2. tit. 4. § 3. [\* Liutpr. 102. (6, 49.): *Nulli sit licentia conjugii suæ de rebus suis dare amplius per qualemcumque ingenium, nisi quod ei in Die votorum in methio et morgonbac dederit.* Tit. 14. § 21. [\* Liutpr. 3. (1, 3.): *Quantum in Die votorum acceperint, quando ad maritum ambulaverint.* Vide [Baluzium in Notis ad Capitularia tom. 2. col. 993. et infra] *Votum, Nuptiæ.*

† DIES UTILES, a Judicibus reo concedendi ad vadimonii dilationem, in Statutis Massil. lib. 2. cap. 4: *Non detur reo vel ejus parti dilatio ultra spatium decem utilium Dierum, etc.* Idem sunt, ut puto, qui supra *Legales.*

\* Feriatis opponuntur, sic dicti quia in iis operari, litigare, suisque negotiis vacare licet. Stat. Vallis-ser. rubr. §4. ex Cod. reg. 4619: *Notarius præfati domini vicarii teneatur... describere in una vacheta diem quolibet dies feriatis, ut videri possint Dies utiles et juridicales in qualibet causa... Dies utiles et non feriati.* Vide supra *Dies servens.*

DIESCERE, Instar diei lucere. Glossæ Isidori: *Diescit, dies fit.* [Item: *Diet, nunc dies fit.*] Will. Brito lib. 12. Philip. de nocte cereis illuminata:

Tantis luminibus, tanto fulgore Diescens.

Utuntur sæpe Alanus, Galterus, Devoniensis, Petrus de Riga, et alii.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Diescere, Ajourner.* Vide supra *Adjornare 2.*

† 1. DIETA, Conventus. Vide *Dieta 4.*  
2. DIETA, Iter, quod una die conficitur, vel quodvis iter. Jo. de Janua: *Dieta, diei itineratio, unde Dietare, perendinare.* Breviloq.: *Continet autem Dieta legalis 20. miliaria Italica; Dieta vero vulgaris dicitur illa, quæ habetur secundum consuetudinem regionis.* Procopius lib. 1. Vandal. cap. 1: *Μίας δὲ ἡμέρας ὄδος ἐς δέκα καὶ διακοσίους διῆκει σταδίου, ἔσον Ἀθήνηθεν Μεγαράδες ἕναν.* Concilium Andegav. ann. 1365. cap. 3: *Sane quia nonnulli in nostra provincia Dietas diversimode in casibus præmissis nituntur computare, nos de communi consilio et*

*assensu hujus Concilii 12. leucas taxamus pro Dieta vulgari, vel etiam usuali, in dioecesi Turonensi et Andegavensi; in Britannia vero et Cenomannia decem leucas taxamus pro Dieta.* Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 46. et Fleta lib. 4. cap. 28. § 13: *Omnis rationabilis Dieta constat ex 20. miliaribus.* Ita etiam Gervasius Tilberiensis in Otiis Imperialibus apud Seldenum in Dissert. ad Fletam pag. 523. ex leg. 1. D. Si quis cautionib. (2, 11.) Brocardus in Descr. T. S.: *A Valania usque ad Antiochiam sunt 4. Dietæ.* Rodericus Tolet. lib. 8. de Reb. Hisp. cap. 1: *Diatis plus fastu regio festinatis, diæ præfixa venit Toletum.* Alanus in Anticlaudianus lib. 4. cap. 9:

Illic Saturnus spatium percarrit avaro  
Cursu, progressuque gravi, longaque Dieta.

Et lib. 6, cap. 4:

Tandem fessa, tremens, admirans virgo Dietam  
Exploit, etc.

[Alberici Chron. ann. 1221: *Tantumque ab illa parte processit, ut nonnisi per decem Dietas distet exercitus ejus ab Audas maxima et famosa civitate.* Vide Apparatum bellicum Caroli VIII. Reg. Fr. in Ital. apud Marten, Itinerarii 2. pag. 386. Chronicon Trivetti ad annum 1154. Vitam B. Coletæ tom. 1. SS. Martii pag. 590. Laudes Papiæ apud Murator tom. 11. col. 19.]

DIETA TERRÆ, Quantum terræ quis per diem peragrare potest. Tudebodus lib. 1. Hist. Hierosol. pag. 780: *Imperator permisit Boemundo 15. Dietas terræ in longitudinem Romanæ, et 8. in latitudinem.* Lib. 2: *Quod si libenter jurasset, ei 15. Dietas terræ in extensione ab Antiochia daret.*

3. DIETA, Cursus Ecclesiæ ordinarius, seu officium, quod quotidie celebrari solet in Matutinis horis. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 27: *Hæc sunt autem tempora, in quibus circumferendus est liber; quoties Dieta cantatur, ad singulas sessiones circumferatur. Beletus de Divinis officiis cap. 21: In noctibus istorum Dierum, qui solennes non sunt, psalmi duodecim, quos vulgus Dietam vocant, cum sex antiphonis canuntur, ac tres lectiones totidemque responsoria recitantur.* Acta Episcoporum. Cenoman. pag. 319. Tunc Episcopus: *Profer igitur si hodiernis interfuisti mysteriis. Respondit, Non. Pangamus ergo Domino Deo hymnos matutinales. Quibus inceptis, Heinrichus proficitur, se Dietam ignorare. Episcopus tamen volens omnino ejus reserare insipientiam, Dei genitricis solitos Psalmos canere cepit. Horum quoque nec versus noverat, nec seriem.* Adde Durandum lib. 5. cap. 3. n. 29.

\* Officium feræ vel pars ejusdem officii, seu Preces quæ diebus tantum jejuni recitantur. Ordinar. MS. S. Petri Aureæ-val.: *Per octabas hujus festivitatis (S. Joan. Bapt.) fiunt tres lectiones cum Dieta, et una antiphona super Dietam.* Dyée nuncupatur in Cæremon. MS. eccl. Brioc.: *Quant l'on fait la Dyée, c'est assavoir quant l'on fait la matine sur septmaine, comme en Caresme ou en l'Avent... l'on doit faire prostration, c'est assavoir que l'on doit estre tous à genoulz durant les Preces et Miserere à toutes les heures.*

† 4. DIETA, Diurnum spatium; Opera diurna, Gall. *Journée.* Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 781: *Et pro qualibet die, qua læsus propter læsionem illam operari non potuerit, dabit prædicto*

*læso sex denarios pro qualibet Dieta.* Salsimentum Comitatus Tolosæ art. 22. apud la Faille tom. 1. Annal. Tolos. Probat. pag. 16: *Item recognoverunt quod dominus Rex habet ex consuetudine in dicta villa de quolibet foco habente par boum duo jornalnia in terminis villæ, salvo victu bubulci (bubulci) ad ipsas Dietas.* Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 83: *Sello filius Unfridi unam acram in masuagio... facit duas Dietas cooperturæ.*

† 5. DIETA, ut Dies 3. seu Tantum terræ, quantum per diem uno aratro coli potest. Charta Elizabethæ de Castellione Comitissæ S. Pauli ann. 1220. apud Duchesium Histor. Bethun. lib. 3. probat. pag. 110: *Cum inter Guidonem et Hugonem filios meos ex una parte, et Matheum de Rollepote Militem et heredes suos ex altera, super duabus carrugiis CCGXX. Dietas quæ Jorneta dicuntur continentibus, et super quadam alia terra, quæ Baulesche dicitur, verteretur quæstio, etc.*

\* Charta ann. 1215. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Dedi etiam eis... Dietas trium falcatorum in nois meis de Fatgermont.* Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 91. r. col. 2: *xi<sup>ra</sup> Dietas terræ cultæ et xvij. Dietas en ries. Unum pratum unius Dietæ, in Ch. ann. 1398. ex Lib. sal. eccl. S. Thom. Argent. fol. 109. Vide supra *Diale.**

† 6. DIETA, Vitæ institutum, Gall. *Diette.* Vide *Dieta 3.*

† 7. DIETA, Pastus, refectio. Vide *Dieta 2.*

† 8. DIETA, Merces diurna. Constitutio Lud. Reg. Sicil. ann. 1352. e MS. D. Brunet. fol. 101: *Illud quod curie nostre debetur sub nomine salarii vel Diete.*

† 9. DIETA, Norma recte vivendi. Vide *Dieticus.*

\* 10. DIETA, Dies, spatium diurnum. Chron. Estense ad ann. 1345. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 424: *Quod sentiens dictus rex (Hungariæ) relicto omnibus, accessit cum suis in subsidium dictæ civitatis (Zaræ) ibique steterunt per multas Dietas, sperantes habere civitatem.*

† DIETA STRAMINIS ET PALEÆ, Tantum, si bene conjecto, straminis et paleæ, quantum conficitur uno die, cum frumentum flagellatur. Tabularium Gemeticense cap. 192. in Charta anni 1219: *Dimisi... unam Dietam straminis et paleæ in granchia illorum.*

1. DIETARE, Joan. de Janua *Perendinare*, Differre de die in diem, [commorari, subsidere, Gall. *Sejourner.*] Charta Ludovici VII. Reg. inter Sugerianas 22: *Ab hac itaque civitate, ubi per aliquot dies Dietavimus, scripsimus vobis, etc.* [Barthil Glossarium ex Hist. Palæst.: *Castorium pervenerunt et ibi solemnitatem Dominicæ Nativitatis celebraverunt, et per dies plurimos Dietaverunt.* Ibidem: *Dietavit in illa civitate exercitus Francorum per mensem unum et dies quatuor.* Vide *Dictare operam.*]

† 2. DIETARE, Iter agere, pergere, a *Dieta 2.* Iter unius diei. Gesta Ludovici VII. Franc. Regis apud Duchesium tom. 4. pag. 403: *Statim directo itinere cum suo exercitu versus partes regni Hierusalem Dietavit.*

1. DIETARIUM, Opus diei. Historia Translationis S. Sebastiani cap. 11: *Celebrem festivos gaudiis omnibus... ducentibus diem, iste solus solita cupiens explere exercitia, junctis bobus properat ad agrum, eæque cupiens Dietarium; Galli dicerent, voulant faire ou achever sa journée.*

2. **DIETARIUM**, Idem quod *Jornale*, *Jugerum*, modus agri. Charta ann. 1226. apud Joann. Carpentarium in Hist. Cameracensi: *Et tria Dietaria terre alodii de Lo, dies 3. Perperam editum Dietaria. Vide Dies 3.*

\* 3. **DIETARIUM**, Accepti et impensi diurni liber, Gall. *Journal*. Stat. colleg. de Marchia fol. 89. ex Bibl. reg.: *In ipso collegio habeatur manuale seu Dietarium commune, in quo scribantur omnes misis saltem extraordinariis, et omnes receptis.*

1. **DIETARIUS**, ut *Dietarium 2.* Charta Gerardi de Grimbergis anno 1167. apud Miræum in Donat. Belgic.: *De terra Amelrici 8. bunarii, et sororis hujus Clariæ unus bunarius. Sex Dietarii a Balduino de Eichen... de terra Theodorici de Inferno 9. Dietarii: terra tota de duobus Grisengem, excepto uno Dietario et uno bunario Ermengardis.*

2. **DIETARIUS**, Qui ad Officium Ecclesiasticum stata die deligitur: *Qui est de jour. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: Vesperis finiuntur a Dietario. Alibi: Per hebdomadariam vel Dietarium revestitum omnibus sacerdotalibus indumentis, etc.* [Vide *Zetarius* et Glossar. med. Græc. voce Διαιτάρχος.]

† **DIETARIUS MENSÆ**, Ad mensam quotidie admissus. Translatio S. Sebastiani num. 32: *Erat namque ei (Gisleberto Suessorum Comiti) inter prandendum familiare inopum debiliunque, quos mensæ suæ Dietarios delegerat, curam agere, eosque ex his quæ sibi ex industria subtraheret, pie refovere.*

† **DIETAS**, *Domus*. Glossar. Sangerman. n. 501. Est, nisi fallor, pro *Dietæ*, Cœnaculum. Vide *Dietæ 3.* et 4.

**DIETENUS**, Tota die, in Vita B. Mathildis Reginae 14. Martii.

**DIETICUS**, Johannes de Janua: *Dieticus, i. regularis, scilicet se de die in diem custodiens, sicut faciunt Claustrales. Mathæus Silvaticus: Dietici, Clerici regulares. Glossæ MSS.: Dieta, quod Latini Regulam dicunt, est observatio legis et vitæ.*

**DIETIM**, *Per singulos dies*, apud Johan. de Janua: *quotidie, de die in diem. Occurrit apud Herronem in Vita S. Godhardi-Episc. n. 23. Stephanum Juliacum in Vita B. Coletæ n. 84. in Vita S. Withburg. Virg. n. 1. [in Vita S. Scholasticæ cap. 1. n. 5. in Vita S. Drausii Episc. n. 1. in Concilio Dertusano ann. 1429. apud Acherium Spicil. tom. 2. pag. 757. et Martenium Anecd. tom. 4. col. 854.] Vide *Diatim*.*

\* **DIETUS**, [Major dies. DIEF.]  
\* **DIEWITZA**, Puella. Chron. Bohem. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 189: *Castrum ex opposito super forti cacumine montis contraxerunt (i. construxerunt) quod Diwin vocarunt suo nomine. Puellæ enim nominantur Diwitzæ, et ex nomine puellarum vocatum est castrum Diwin.*

\* **DIFALCARE**, **DIFALCARE**, **DISFALCARE**, Demere, deducere, Ital. *Difalcare*, Gall. *Défalquer*. Stat. Cadubr. cap. 17. pag. 56. rº: *De Difalcando quintum de pignoribus æstimatis. Affirmatum fuit quod Difalcari debeat et possit quintum de pignoribus quæ æstimabuntur per juratos, pro aliis rebus debendis, nihil Difalcari debeat. Difalcentur libræ quinque Imperiales de ipsa condemnatione, in Stat. Palavic. lib. 2. cap. 6. pag. 80. Vide *Defalcare*.*

\* **DIFAMARE**, *Vastare, spoliare*. Charta ann. 1252. ex Tabul. Narbon.: *Qui Durantes dixit dom. Amalrico, quod mona-*

*chi dicti monasterii (Fontisfrigidi) circa auroram hodie Difamaverant et ruperant cabanam, quam fecerant in dicto opere, et picones et palas... inde asportaverant.*

\* **DIFESUS**, *Che nega*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**DIFFACERE**, *Destruere*, Gall. *Défaire*; Italis *Disfare*. *Diffacere justitiam*: Capitula ad Legem Salicam cap. 2. Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 26. et Capit. Caroli C. tit. 31. [Vide *Edict. Pistens. ann. 864.*] cap. 18: *Juret, quod ipse eum ad justitiam cujuslibet Diffaciendam fugere non fecisset; id est fugiendam, vitandam. In Capit. Caroli C. legitur *Disfaciendam*. Eadem Capit. Caroli C. tit. 31. sub finem: *Expressse mandamus, ut quicumque istis temporibus castella et firmitates et haias sine nostro verbo fecerint, Kalendis Augusti tales firmitates Diffactas habeant.* [Baluzius legit *Disfactas*.] Charta *Diffacta*, Capitul. ad leg. Salic. cap. 7. Lex Longob. lib. 2. tit. 34. § 10. [Vide *Carol. M. 107.*] et Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 89: *Si vero non compareat Charta, sed ab illo, qui inservire vult, Diffacta sit; id est, lacerata. Facti Diffactio*, apud RATHERIUM Veronensem in qualitatibus conjectura pag. 216.*

**HOMINEM DIFFACERE**, *Judicio interveniente, reum membro aliquo mutilare, deformare. Défaire quelqu'un*, dicimus de reo, qui morte punitur. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 68. [Vide *Carol. M. 86.*]: *Nisi pro justitia et pacem faciendam hominem Diffecerit. Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 82: Se li Clerc fat chose, dont il doie estre pendus et Dessés.*

**DIFFACTIO**, *Mutilatio membrorum*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 64: *In furto, et murdro... et eis, quæ ad Diffactionem pertinent. Id est, criminibus, quæ capite aut membrorum mutilatione luuntur. Cap. 92: Qui murdrum (fecerit), si captiatur, debet reddi Justitiæ Regis, et talis, de quo justitia fieri possit, vel videlicet occisus, vel Diffactus. Rursum cap. 88: Nemo ipsius suum infantem reddere cogatur, quem voluntarie non occidit, nec emendatione pecuniali, nec Diffactione corporali. Adde cap. 80. 82. 92. 93. Leges vernaculæ Willelmi Nothi cap. 35: Si feme est jugée à mort, à Defaction des membres, etc.*

**DISFACERE**, *Idem quod Diffacere, Destruere*. Capitul. ann. 779. cap. 11: *Qui per odium, aut per malum ingenium, nisi pro justitia faciendâ hominem Diffecerit, honorem perdat, etc.* Hincmarus Opusc. 34: *Quod ille facit, alter Disfacit.* [Tabularium Rothonense: *Post tempus voluit Catweten istam elocutionem Disfacere, et venit in lege coram Scavinis.*]

\* **DIFFACERE OLIVAS**, *Eas triturare*. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 177. col. 2: *Item quod nulla persona... sit ausa olivas suas portare, nec Diffacere, vel fieri Diffacere ad aliquod molendinum, nisi ad molendinum dictæ civitatis. Vide supra *Defactus*.*

\* **DIFFALCARE**. Vide supra *Difalcare*.  
**DIFFALESCERE**, *Ξοππίσθηαι*, in Gloss. Gr. Lat. MSS. In Glossario edito, *ξοππίσθηαι*, est, *Dissipare, dispergere*. Gl. Isid.: *Diffitiscit, dissolvitur. Unde forte legendum Diffitiscere, pro Diffalescere, vel certe Diffatescere.* [Papias habet: *Diffitiscit, Dissolvitur, aut marcescit, languet, arescit. Simplex Fatiscit, dissolvitur exponit Servius ad 1. Georg. Neu pulvere victa Fatiscat; id est in pulverem Fatiscat, aut dissolvatur.*]

**DIFFAMARE**, *Vulgare*. Gloss. Græco-Lat.: *Διαφρημω, Difamo, devulgo, per vulgo*. Flodoard. lib. 4. Histor. Rem. cap.

50: *Cum hujus virtutis miraculum Diffamaremus. Anastas. Bibl. in Epist. ad Martin. Episc. Narniensem: Potui ei scribere ac innotescere omnia, quæ de ipso Diffamabantur. S. August. in Epist. ad Quodvultdeum: Epiphanius in doctrina Catholice fidei laudabiliter Diffamatus. Facundus Hermianens. lib. 1. cap. 6. de eod. Augustino: In Catholica doctrina sinceritate ac prudentia Diffamatus. Lib. 4. cap. 2: In doctrina Catholice fidei laudabiliter Diffamatus. Adde eundem Augustin. lib. 3. et lib. 22. de Civit. Dei, Tertullian. in Apolog. cap. 7. Apuleium, et alios.*

\* Epist. 1. ad Thessalonic. cap. 1. v. 8: *A vobis Diffamatus est sermo Domini. Ubi Remig. episc. Rem. Apostolum, ut parum sollicitum de proprietate verborum carpit, quasi Latine scripsisset S. Paulus. Græce ἐτίμηται.*

**DIFFAMARE** interdum in malam partem sumitur, ut apud Tacitum: *Probroso carne Diffamatus*, et in leg. Diffamari C. de Ingen. manu. (7. 14. const. 5.) Gervasius Remorum Archiepisc. in Epist. ad Nicolaum II. PP.: *De vestro adventu in nostram Galliam, quid animi habuerim vivente Rege, licet Diffamatus sim id noluisse, satis, in puto, significavi Paternitati vestræ.*

† **DIFFAMARE TESTES**, *Illorum testimonium infirmare. Notitia Judicii ann. 869. apud Baluz. tom. 2. Capitular. col. 1490: Sic me exvacuo ego Recosindus quod non possum Diffamare ipsos testes et ipsas scripturas, nec testes ampliores nec meliores ut legibus convincere possim, etc.*

\* **DIFFAMATIO**, *Contumelia, convicium; quo sensu Infamie usurpamus. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 36: Dictus Johannes... tot injurias, Diffamationes et villonias verbis et aliter dicto commissario fecit et intulit, etc. Diffablement, in Ch. ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 457: Ordinons que se aucune personne soy plaindoit de Diffablement, etc. Diffameur, obtractator, alienæ famæ violator, pro Diffamateur, in Lit. remiss. ann. 1364. ex Reg. 94. ch. 58: Lequel Alaie estoit hoqueleur, bateur, brigueux, tanseur et Diffameur de ses voisins et autres. Vide *Diffamia*.*

† **DIFFAMATORIUS LIBER**, Gall. *Libelle Diffamatoire*, apud Rymerum tom. 11. pag. 268. col. 1. et alibi.

\* **DIFFAMATUS**, *Præfatus*, in Act. S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 881. col. 2.

**DIFFAMIA**, *Damnium famæ, infamia. S. August. in Quæst. V. Testam.: Senatoribus fœnus Diffamia est. Diffamatio venerabilium nominum, et divulgata vituperatio defunctorum*, apud Facund. Hermianens. lib. 8. cap. 2.

\* **DIFFARDARE**, *Fardellos seu sarcinas auferre, spoliare*. Charta ann. 1390. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 83: *Gentes regias hostiliter capiendõ, interficiendo et Diffardando. Defardeler et Defardeler, nostris pro Débaltur, Sarcinas resolvete. Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 255. vº: Et seront creus les marchans et les conduiseurs de dire par leurs sermens ce qui sera es bales, sans Defardeler. Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 488. art. 3: Et avant qu'ilz (les draps) soient Defardelez, etc. Ita etiam legendum pro *Défardezer*, tom. 2. earumd. Ordinat. pag. 148. Vide infra *Fardellus*.*

† **DIFFARREARE**, *Matrimonium dissolvere, Diffarreatus, Cujus matrimonium dissolutum est, in Digesto.*

† **DIFFARREATIO**, *Dissolutio inter virum et fœminam*. Gloss. Isidor. Festus

habet: *Diffarreatio genus erat sacrificii, quo inter virum et mulierem fiebat dissolutio. Dicta Diffarreatio, quia fiebat farreo libo adhibito. Contrarium est Confarreatio: qua voce usi sunt Plinius Tacitusque.*

\* **DIFFASIMUM**, Sub banno positum, quo frui nulli licet, nisi cui jus competit, idem quod *Veveia*. Charta Guill. de Rupibus ann. 1209. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 356: *Et in omnibus nemoribus suis, tam in Diffasiis, quam usagiis percipere et habere omnia ligna ad sua necessaria. Non semel ibi. At inter Probat. Hist. Sabol. pag. 365. legitur Defasiis ex ead. Charta. Vide supra Defesium.*

\* **DIFFATUARE**. Infatuare. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fatuare, Diffatuare, Enfoler, Prov.*

\* **DIFFERAROLA**, Instrumentum ad equis soleas detrahendas. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. I. pag. 491: *Quum utile et utilitati publice credimus expedire propter milites equitantes et transeuntes tam civium quam forensium, ordinamus atque statuimus quod quilibet terra debeat habere a ferros et clavos necessarios illis ferris, et ferrarolam et Differarolam et punctirotulum et martellum. [FR.]*

**DIFFERENTER**, *Eminentior*, in Gloss. MSS. ad Concilium Ancyran. can. 4.

**DIFFERENTIOR**, *Præstantior*, διαφορικότερος. Utitur Interpres S. Irenæi lib. 2. Gloss. Isid. *Differentior, Eminentior. Vide Differre 1.*

\* Charta Rob. episc. Carnot. ann. 1160. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 335: *Quia vero prædictas moniales sub Differentiori regula volui coerceri, etc. Ubi leg. videtur, Districtiori.*

† **DIFFERENTIA**, Controversia, contentio, dissidium, Gall. *Different*. Carolus VII. Franc. Rex in Epistola ad Nicolaum V. Papam Spicil. Acher. tom. 7. pag. 257: *Beatissime Pater... Cum nuper Prælatos regni nostri in civitate nostra Rotomagensi congregari mandassemus, et super quibusdam Differentiis inter vestram Sanctitatem et Ecclesiam nostram Gallicanam concordandis, etc. Occurrit in altera epistola Christiæ Regis Dacis ad eundem Carolum Regem, Spicil. tom. 9. pag. 303. apud Rymerum tom. 12. pag. 32. col. 4. Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 106. Lobinellum in Glossario ad calcem Hist. Britann. Aremor. etc.*

\* Alias etiam *Differance*. Annal. Placent. ad ann. 1443. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 879: *Reverendi priores... venerunt Placentiam pro tollenda Differentia inter Fratres Observantiæ. Lit. remiss. ann. 1468. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 283: Se meut debat et Differance entre eula, etc.*

† **1. DIFFERRE**, Eminere. Glossæ apud Grævium in Notis ad Isidorianas: *Differre*, διαφέρω. Constantiensis *Difert*, inter alia exponit *Honorat*. [Reginon. Chronic. ad ann. 868: *Nec Difert ut omnis christiana religio de tanto pontifice doleat, et omnis ordo ecclesiasticus de prudentissimo papa ingemiscat; revera nos potius deflemus, etc. Pertuzis interpresat non dubium est, sed fortasse scriptum est pro non refert.*]

\* **2. DIFFERRE**, Commutare, Practicis nostris *Commuer*. Charta ann. 1225. in 1<sup>o</sup>. Lib. nig. S. Vulfran. Abbavil. fol. 8. v<sup>o</sup>.: *Tenebitur terragiane et grangiam invenire apud Rienviler, nisi capitulum volerit ei Differre de loco.*

\* **3. DIFFERRE**, Distare, abscedere, Gall. *s'Eloigner*. Acta Inquisit. Tolos.

ad ann. 1238. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 336: *Heretici consolati fuerunt et receperunt eundem testem in hunc modum: impositis in quodam banco manutergis albis, et desuper librum, quem vocabant textum, quæsierunt ab eodem teste Differente a libro aliquantulum, utrum volebat ordinationem Domini recipere.*

\*\* **DIFFESIO**, Sententia, forte quam interlocutoriam dicunt, pro *Diffisio*. Chart. Carol. IV. Imper. ann. 1358. de arbitris, ap. Sömmersb. Rer. Siles. tom. 1. pag. 806: *Tenebuntur et debebunt etiam dicti duces diffisioni seu Diffissioni predictorum in omnibus dictam causam concernentibus firmiter obedire.*

\* **DIFFESSIO NEGATIVA**, Negatio. Mirrac. S. Emmer. tom. 6. Sept. pag. 504. col. 2: *Quia indignos vos Dei judicastis gratia, ac omne bonum usque hodie a salute vestra negativa Diffessione repulistis, etc.*

**DIFFIBULARE**. Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Quod duplex tricitura Diffibulans, etc. Infra: Adulatores a voluntate vultum, ab animo verbum, ab intellectu loquelam, amplo discessionis intervallo Diffibulant. Ubi alii Cod. disjungunt. Carmen de Curia Romana:*

... Sic res Diffibulat omnes,  
Sic longas causas terminat ore brevi.

Vide Sidorium lib. 3. Epist. 3. et ibi Savaronem, et supra in *Affibulare*.

**DIFFICAX**, invenitur pro *Difficilis*, inquit Joan. de Janua: inde *Difficacia, Difficacitas*, eidem.

† **DIFFICERE**, pro *Deficere*. Statuta Arelat. MSS. art. 192: *Et mittat Deus super te iram suam, et Difficias ante inimicos tuos.*

\* **DIFFICILIS**. VULNUS DIFFICILE. Vide infra in *Vulnus*.

**DIFFICULTARE**, δυσκολαίωσεν, in Gloss. Gr. Lat. Difficilem se præbere. Magnum Chronicum Belgicum: *Qui diu hesitando, propter mercaturas negotiorum suorum, Difficultaverunt negotium.* [Littera patens ex parte Cardinalium, qua Petrum de Luna convocant ad Concilium Pisanum, Spicil. Acher. tom. 6. pag. 208: *Hæc enim convocatio ad locum et terminum antedictum, nullo valet colore Difficultari, impediri, etc. Ejusdem tom. pag. 261: Proposuerunt certas dubitationes ad Difficultandum congregationem Concilii et agendorum in eo.*]

† **DIFFIDAMENTUM**, DIFFIDANTIA. Vide *Diffidare*.

† **DIFFIDANTIARE**, *Fidantium* seu fidejussionem frangere. Vide *Affidantiare* post *Fidantia*.

**1. DIFFIDARE**, proprie est a fide, quam quis alicui debet, aut pollicitus est, per litteras aut epistolam deficere: nostris *Defier*. *Desafiar*, in Chron. Raimundi Montanerii cap. 158. et alibi. Utuntur passim Scriptores hoc significatu. [S. Bernardus Ep. 222.] Alexander Abbas Calesin. lib. 2. cap. 27. Gesta Philippi III. Reg. Franc. pag. 583. Gesta Innocent. III. PP. pag. 10. Levoldus Northow. in Chr. ann. 1303. 1344. 1356. Albert. Argentin. pag. 127. Monachus Vallis Sarnæi cap. 67. [Breviarium Hist. Pisanæ ann. 1172. Caffarus in Annal. Genuens. ann. 1162. Bartholomæus lib. 6. eorumd. Annal. 1235.] Jus feudale Saxon. cap. 41. § 3. Thwrocz. in Lud. Rege cap. 34. Nicol. de Cruza lib. 3. de Concord. Cathol. cap. 31. Concilium apud Pennam fidelem ann. 1302. cap. 14. Petr. de Vineis lib. 1. Epist. 21. lib. 3. Epist. 85. Vita Lietberti Episcopi Camerac. cap. 54. Gobe-

linus Persona in Cosmodromio pag. 241. Hist. Cortusiorum lib. 1. cap. 8. Concil. Noviomense ann. 1844. can. 3. Andegavense ann. 1865. cap. 26. etc. [*Defidiare* in Concil. Arand. ann. 1473. cap. xx. *Deffidare*, apud Rymerum tom. 6. pag. 218. col. 1. Le Roman de Flore MS. :

En ceste cort n'a Chevalier,  
S'il me voloit Desafier,  
Qu'il ne me trova armé  
Sor mon cheval enmi cel pré.]

Vide Leges Alfonsinas part. 7. tit. 11: *De los Desafiamientos*. [Haltaus. Glosar. German. col. 336. voce *Entsagen* et supra *Contradicere*.]

Illud imprimis notandum, quod *Diffidentia*, ut vocabant, per viros primarios, non vero per præcones, seu feciales, aut heraldos fiebant, ut videre est apud Villharduinum n. 112. in Chron. Flandr. cap. 74. [in Annalibus vet. Mutinens. ad ann. 1298.] etc. Sæpe etiam per Episcopos et Abbatem, ut colligitur ex Matth. Paris ann. 1233. pag. 263. ann. 1240. pag. 366. ex Chron. Flandr. vernac. cap. 19. Ægid. de Roya ann. 1269. Froissart. 1. vol. cap. 257. etc.

Fiebant etiam diffidationes plerumque scripto ad hostem misso: [quod scriptum *Diffidatorias litteras* vocant Telomon de Bello cum civitate Brunsvic. apud Leibnitium tom. 2. pag. 93. et Auctor. Chronici Episcoporum Merseburg. apud Ludew. Reliq. MSS. tom. 4. pag. 448. *Litteras Diffidentia* Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ad annum 1162.] Fori Oscæ ann. 1247. fol. 26: *Statuit Rex Petrus, quod magnates Aragonum et Infantiones, inter se guerram facientes, nisi post monitionem suam factam per nuntios, aut per chartas, id faciant, etc.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 91: *Episcopus Leodiensis... Electo Paderbornensi litteras Diffidationis direxit. Nicolaus de Cusa lib. 3. de Concord. cap. 81: Si Clericum etiam divina lege tu laicus capere propria auctoritate, aut male tractare prohiberis, quam credis virtutem tuæ fabricatis Diffidationis scdulæ inesse, ut tunc omnia jura divina et humana cessare, et mortua esse credas, quando litterulam præmittis? Vide Cartellus 1.*

\* Scripti hujusmodi exemplum profert Chartul. Godefr. dom. Asperimont. fol. 26. v<sup>o</sup>: *Messires Henry sires de Lavantgarde et vous Huguenin, Nous Joffrois sires d'Apremont vous faisons savoir que vosres peires nous ait rayuet et tenu nostre héritage, et vous encor le tenes oultre nostre volentei; pourquoy veullies savoir que nous vous empourchasserons le plus tost et le plus hattivement que nous porrons, et vous porterons damage au corp et à l'avoir au plusost que nous pourrons. Donné sor nostre seel le Venredy au vespres devant les bures l'un mil trois cens quarente et huit. Notæ omnibus sunt diffidationum literæ Francis I. reg. Franc. ad Carolum V. imper. quas idcirco hic omittendas censui; cum autem Imperatoris ad illas responsio non esset Gallice, ut opinor, nisi in Comment. du Bellay-edit. Lambert. pag. 88. hanc profero ex authentico descriptam a D. Delvaux ann. 1747: *Charles par la divine clémence E. Empereur des Romains, Roy des Allemaignes, des Espaignes, etc. à vous François par la grace de Dieu, Roy de France, fais savoir comme par Guienne vostre héralut, j'ai le huitieme de ce mois de Jung receu vostre cartel du xxviij. de Mars, lequel de plus loing que de Paris en ce lieu eust peu plusost venir, et ensuivant ce que de ma part fut dit à vostre-**

dit hérault, je vous répondz à ce que dictez, que en aucunes responses par moy faictes à vos ambassadeurs et héraultz envoyés devers moy pour bien de paix, me vuillant sans raison excuser, vous ay accusé, que je n'ay jamais veu hérault venant de vostre part, sinon cellui qui vint à Bourgos me intimer la guerre; et quant à moy, ne vous ayant en rien failli, je n'ai nul mestier de me excuser; mais vostre faulte est celle que vous accuse, et en ce que dictez que j'avoie vostre foy, vrai est, entendant de celle que vous avez donné par le traicté de Madril, selon qu'il appart par escriptures signées de vostre main, que retourneriez en ma puissance comme prisonnier de bonne guerre, en cas que n'accomplissiez ce que par ledit traicté m'avez promis: mais que j'aye dit, comme audit cartel dictez, que sur icelle et oultre vostre promesse vous estiez allé et party de mes mains et de ma puissance, ce sont motz que oncques ne diz; car jamais n'ay prétendu d'avoir vostre foy de non partir: mais bien celle de retourner en la forme traictée; et s'il l'eussiez ainsi fait, n'eussiez failly à vos enfans ny à l'acquit de vostre honneur: et à ce que pour défendre vostre dit honneur, lequel en ce cas seroit trop chargé contre vérité, vous avez bien voulu envoyer vostre cartel, par lequel dictez que encoires que tout homme gardé ne puisse avoir obligation de foy, et que cela vous fust excuse assez suffisante, ce nonobstant veuillant satisfaire à ung chascun et à vostre dit honneur, lequel dictez vouloir garder et que garderez, si Dieu plaist, jusques à la mort, me faictes entendre que si vous ay voulu ou veulz charger, non pas de vostre foy et délivrance seulement, mais que vous ayez fait chose que ung gentilhomme aymant son honneur ne doit faire, dictez que j'ay manty par la gorge et que astant de fois que le diray que mantiray, estant délibéré de défendre vostre honneur jusques au dernier bout de vostre vie; je vous respondz que ensuivant la forme traictée, vostre excuse d'avoir esté gardé, ne peut avoir lieu, et puisque tant peu exlîmez vostre honneur, ne m'est merveille que niez estre obligé d'accomplir vostre promesse; vos parolles ne suffisent pour satisfaire à vostre dit honneur; car j'ai dit et dirai sans mentir que vous avez fait laschement et meschamment de non avoir gardé la foy et promesse que j'ai de vous, selon ledit traicté de Madril, et en ce disant je ne vous charge des choses secretes ou non possibles de prouver, puisqu'il en appart par escriptures signées de vostre main, desquelles ne vous pouvez excuser ni les nier; et si vous voulez affermer le contraire, puis seulement en ce cas je vous tiens habilité pour combatre, je vous diz que pour le bien de Chrestienté et éviter effusion de sang et mettre par ce fin à ceste guerre, et pour défendre ma juste querelle, je maintiendrai ce que dit est de ma personne à la vostre estre véritable, et ne veulx user envers vous de tels motz que vous faictes, veu que vos euvres mesmes sont celles, sans ce que je, ne autre le die, qui vous desmantent, et aussi que chascun peut user de tels propos plus séheurement de loing que de prez; à ce que dictez que puis contre vérité vous ai voulu charger, doresnavant ne vous escripve aucune chose, mais que je vous assure le camp, et vous me pourterez les armes; il vous fault avoir patience que l'on die ce que vous faictes et que je vous escripve ceste response, par laquelle je vous dis que je accepte de vous livrer le camp, et suis content pour ma part le vous asseu-

rer par tous les moyens raisonnables que sur ce seront advisez; et à cest effect et pour plus prompt expedient, je vous nomme desmaintenant le lieu dudit combat sur la riviere qui passe entre Fontarabie et Andaya, en tel endroit et de la maniere que de commun consentement sera advisé plus séheur et plus convenable; et me semble que par raison ne le pouvez aucunement refuser, ne dire de non estre bien asseuré, puisque y fustes délivré en recevant vos enfans pour hostaiges et moyennant vostre foy paravant baillée pour vostre retour, comme dit est, et veu aussi que sur la mesme riviere fiastes vostre personne et celles de vos enfans, pouvez bien fier la vostre seulle, puisque je y mettrai la mienne, et que nonobstant la situation dudit lieu, se trouvera bon moyen qu'il n'y aura avantage plus à l'ung que à l'autre; et à l'effect que dessus et pour appoincter sur l'élection des armes, que je prétends me appartenir et non à vous, et afin qu'il n'y ait longueur ne dilacion en la conclusion, pourrons envoyer sur ledit lieu gentilhommes de chascun costé avec suffisant pouvoir d'avisier et conclure tant de la séheurté egale dudit camp, que de l'élection desdites armes, jour dudit combat et du surplus touchant à ce cas. Et si deans quarente jours après la présentation de ceste, ne me respondrez et ne me advisez de vostre intention sur ce, l'on pourra bien veoir que le délay du combat sera vostre, que vous sera imputé et adjoinct avec la faulte de non avoir accompli ce que promistes à Madril; et quant à ce que protestez que si aprez vostre déclaration en autres lieux je diz ou escripze parolles qui soient contre vostre honneur, que la honte ou délay du combat en sera mienne, veu que venant audit combat est la fin de toutes escriptures, vostre dite protestation est chose bien excusée, car ce n'est à vous me garder que ne die vérité, encoires qui vous griefve, et aussi je suis bien séheur que pour raison ne puis recevoir honte du délay du combat, puisque tout le monde peut congnoistre l'affection que j'ai d'en veoir l'effect. Donné à Monson en mon royaume d'Aragon le xxviii<sup>e</sup> jour dudit mois de Jung l'an mil cinq cens vingt-huit.

Formam aliam diffidationis, haud omnino obviam, observo in Poemate vernaculo, cui titulus *Le Roman de Girin*:

Dist à Girbert, Mult me tenez por vil,  
Il prit deux pens del peligon bermln,  
Envers Girbert les rua et jali.  
Puis li a dit, Girbert je vos Deffi.

Occurrit non semel eadem diffidationis species in eodem Poemate. Præ cæteris vero formam diffidamenti ita descripsit Jacobus I. Rex Aragon. in *Foris Oscæ* ann. 1247. fol. 26: *Nullus miles, sive Infantio, præsumat aliquem capere aut mactare, aut castrum alicujus per vim capere, aut per furtum, nisi prius ipsum Diffidaverit coram tribus Militibus, qui non sint vassalli alicujus eorum, qui se Diffidaverint, cum induciis decem dierum: et forma ista apud Burgenses et omnes alios firmiter observetur, ut quisque eorum super probatione Diffidamenti cum tribus sibi consimilibus se Diffidet. Quicumque vero super præmissis non servaverit formam istam Diffidamenti, sit traditor manifestus: nisi forte super rixa aliqua, repentino casu contingeret homicidium perpetrari, aut super aliquo pignore aut assultu. Adde lib. 6. *Observantiarum fori Aragon*. lib. 6. tit. de forma diffidamenti. Nefas autem existimabant, hostem impetere, nulla Diffidatione prævia;*

qui contra ageret, pro proditore habebatur. Turpinus in *Carolo M.* cap. 17: *Talis erat inter eos institutio, quod... si aliquis treugam datam ante Diffidantiam frangeret, statim interficeretur.* Auctor *Hist. Hierosol.* ann. 1177. de *Friderico I.* qui *Saladinum* diffidaverat: *Et quia Imperialis majestas neminem citra defectionem impetit, sed hostibus suis bella semper indicit, destinatus ab Imperatore ad Saladinum nuntius, ut vel Christianorum universitati, quam læsit, satisfaciat in plenum, vel diffiduciat se præparet ad bellum.* *Martinus IV.* PP. lib. 2. *Epist. Cur.* 45. apud *Raynald.* ann. 1288. n. 21: *Nulla Diffidatione præmissa (quod multorum judicio proditoris notam non effugit) hostiliter impetendo.* *Chronicon Australe* ann. 1278: *Austriam ingreditur,.... quamvis (quod dictu nefas est) nunquam litteras Diffidentis Regi Romanorum præmississet.* *Willelm. Malmesb.* loco citato: *Iniquum id visum multis, quia suspitione nulla rancoris ab eis ante festum abscesserat, nec modo more majorum amicitiam suam eis interdixerat, quod diffidiare dicunt.* Apud *Mich. del Molino* in *Repertorio*: *Diffidamento non procedente legitimo et forali, regulariter nullus potest in Aragonia alium damnificare, capere, aut occidere, vel castrum ejus per vim et forciam occupare: alias incurrit pœnam traditionis.* *Willharduinus* n. 112: *Et bien vos mandent il, que il ne feroient ne vos, ne altrui mal, tant que il ne aussent Deffié, que il ne firent onques trahison, ne en lor terre n'est-il mie acostumé, que il le facent.* *Froissart.* 2. vol. cap. 134: *Car si guerre il lui vouloit faire, il est bien si noble et avisé, qu'il l'eust fait avant Deffier.* *Constitutio Friderici II.* *Francoford.* ann. 1234. apud *Albericum*: *Item statuimus, ut nullus in persona, vel in rebus alicui damnum inferat, nisi prius eum, cui damnum inferre voluerit, ad minus trium dierum et noctium spatio Diffidaverit, et tunc uterque pacem ab altero per prædictum terminum habebit, alioquin per sententiam proscribatur.* *Idem præscribitur Constitutione Friderici I.* ann. 1187. apud *Conradum Uspergensem.* *Alia vero Caroli IV. Imp.* apud *Leveldum Nortowium* in *Chronico Marcano* ann. 1356. cavetur etiam, ne *Diffidationes fiant in locis, ubi ii, quibus bellum indicitur, domicilia non obtinent, aut ea continenter non habitant.* *Froissart.* 1. vol. cap. 35. auctor est, imperante *Ludovico Bavaro*, hanc *Friderici* invectam perinde legem de diffidationibus: *Et fut là endroit renouvelé un jugement et statut et affermé, qui avoit esté fait à la Cour de l'Empereur le temps passé, qui estoit tel, que qui vouloit autrui grever, ou porter damage, il le devoit Deffier suffisament, trois jours devant son fait; et qui autrement le faisoit, il devoit estre rattaché de mauvais et vilain fait.* *Vide Raim. Montanerium* cap. 216. *Observantiæ Regni Aragon.* lib. 6. de *Privileg. Militum* § 22: *Juxta cartam pacis, nullus sine Diffidamento alteri dare debet damnum; attamen nec villanus Infantionem, nec e contra tenentur se Diffidare, si alter alterius interfecerit consanguineum, quia dictus forus habet eum pro Diffidato, dum tamen manifestum homicidium existat; alias si esset dubium, esset ibi necessaria Diffidatio, et si alius jus offerret, recipere tur ejus firma, et esset pendente hoc dubio assecurandus, juxta Regni usum. Si tamen sine diffidamento in dictis casibus Infantio villanum, vel e contra interfecerit, non punietur pœna capitali, si possit*

*dictum homicidium probari. Infantiones autem inter se semper tenentur se Diffidare, nisi pro morte patris vel exheredatione, secundum usum.*

\* Certe eo die, quo *literæ diffidationis* significabantur, hosti damnum inferre prohibitum erat. Lit. remiss. ann. 1369. in Reg. 100. Chartoph. Reg. ch. 287: *Aucunes personnes leur dirent qu'il ne pouvoient par la coustume du pais déffier et porter dommage tout en un jour.*

† CLERICOS DIFFIDARI vetat Concilium Terraconense anni 1320. num. 60. superioris alterius Concilii ann. 1323. celebrati Constitutionem hac de re confirmando: *Quoniam in secundo Concilio Terraconæ VIII. Cal. Feb. ann. MCCCXIII. prædecessorum nostrorum, qui condemnauerint Diffidari Prælatos, et personas Ecclesiasticas, vestigijs inherebant, sacro approbante Concilio, statutimus, ut si quis deinceps cujuscumque status vel conditionis existens diffidaverit aut provocaverit publice vel occulte Archiepiscopum, aut Episcopum, vel eorum Officiales, vel Prælatum, aut Religiosum, vel alium Clericum beneficiatum in sacris ordinibus constitutum... ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.* Hanc constitutionem ut eluderent potentes quidam laici, Ecclesiasticorum bona, nullo prævio *diffidamento*, invadebant: quam calliditatem anathemate ferit Concilium IV. Terraconense haud diu post celebratum. Hujus constitutionem si vis, consule inter Anecdota Marteniana tom. 4. col. 319.

DIFFIDIARE, Eadem notione. Willelmus Malmesbur. lib. 2. Hist. Novellæ: *Nec modo more majorum amicitiam suam interdixerat, quod diffidiare dicunt.* Ægidius Parisiensis MS. lib. 3. Karolini:

Diffidiare Ducem, Martemque edicit habendum.

† DISFIDIARE, Annales veteres Mutinensium ad ann. 1298. apud Murator. tom. 11. col. 74: *Eo tempore Marchio Etensis misit dominum Ludovicum de Petrezanis equitem et armigerum probum ad Disfidandum Commune Bononiæ, et misit quantum battaliæ.*

DIFFIDENTIA, Gall. *Defiance*, [vel *Desi*, Provocatio.] apud Baldric. Noviom. lib. 3. cap. 74. Gaufr. Malaterram lib. 3. cap. 31. Ægid. de Roya ann. 1296. [in Actis SS. Junii tom. 4. pag. 602.] etc.

† DIFFIDENTIA, apud Caffarum in Annal. Genuens. ad annum 1162.

† DIFFIDATIO, Eodem significato, in Charta translationis Ecclesiæ Collegiatae Ruremundum e Monte S. Odilæ, in Actis SS. Maii tom. 2. pag. 317. in Concil. Hisp. tom. 3. pag. 528. apud Murator. tom. 12. col. 489.

\* DIFFITARE, in Confœder. civitat. imper. ann. 1285. in Gudén. Syllog. pag. 480.

† DIFFITATIO, in Charta ann. 1361. e Regesto 90. Chartophylacii Regii Ch. 608.

\* DEFIDARE, in Constitut. Henric. Imper. ann. 1230. art. 9. Pertz. Leg. vol. 2. pag. 267.

† DEFFIAMENTUM, apud Rymerum tom. 6. pag. 218.

DIFFIDUCIARE, ut *Diffidare*. Ivo Carnot. Epist. 22: *Me Diffiduciasis, et bona Episcopalis domus diripienda adversariis nostris exposuistis.* Utuntur Matthæus Paris, Conradus Uspensensis anno 1177. [Arturus Dux Britannia in Homagio ad Philippum Regem Franc. ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 1. pag. 328.] Gualterus in Vita S. Caroli Comit. Flandr. n. 54. etc.

DIFFIDUCIA. Epistola Livonis Regis Armeniæ in Gestis Innocentii III. PP. pag. 127: *Sine Diffiducia facta contra nos dentes acuerunt, etc.* Plura de diffidationibus vide apud eundem Molinum loco cit.

\* DIFFIDARE AD OS, Aliquem coram ad certamen evocare, Gall. *Déffier en face*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 188: *Cum Droco dictus de Fieffes miles Petrum de Bays ad ejus os Diffidasset, etc.* Vide in hac voce.

\* 2. DIFFIDARE, Declarare aliquem a fide, quam debebat, defecisse. Sent. contra Florent. ann. 1313. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Scul. Bonincont. part. 3. pag. 222: *Tanquam rebelles et proditores imperii et læsæ majestatis crimine reos de toto Romano imperio exbannimus et Diffidamus.* Unde *Diffidamentum*, Ipsa declaratio, ibid. pag. 224: *Ab hujusmodi tamen sententiis, condemnationibus, Diffidamentis et bannimentis, etc.* [\*\* Formula vulgaris in Constitutionibus Imperatorum, e. g. Frider. II. ann. 1230. art. 5. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 244. ann. 1232. ibid. pag. 488. lin. 2. ann. 1312. pag. 536. lin. 11. *Diffidatio*, ann. 1313. ibid. pag. 548. lin. 49.]

\* DIFFIDATIO, Damnum quodvis. Charta Engelb. episc. Leod. ann. 1361. inter Instr. tom. 5. Gall. Christ. col. 392: *Capitulum singularesque canonici ecclesiæ S. Petri montis Odilæ, nostræ diocesis, auditui nostro researunt, quod dicta eorum ecclesia in loco deserto... situata, ac illius canonici... per malignorum prædonum sive raptorum... incursum... deprædationes, nocturnos egressus, rapinas, Diffidationes et invasiones corporum et honorum, etc.* *Deffiaille*, eadem, ut videtur, notione, in Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 306: *Feust bonnes paiz et accort traitiez entre nous et Eddowart d'Angleterre, et que ledit Jehan apres les Deffiailles et ennemistié, qui depuis ont esté meue et continuées, etc.* Alia notione, vide in *Diffidare*, nempe pro Ad pugnam provocazione, quo significato *Deffiaille* et *Defiance* a nostris usurpantur. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 268: *Après lesdites Deffiailles... le suppliant feust alé en la compaignie d'iceulz Triquebuef, et comme leur ami et complice en icellui cas se feust armé, etc.* Charta Joan. reg. ann. 1361. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 29. vº: *Nous avons entendu que aucuns nobles et autres de nostre royaume disent estre privilégiés ou accoustumés de user de Defficiences et de guerres les uns contre les autres.*

\* DIFFIDATOR, Qui ad certamen evocat. Conc. Terracon. ann. 1282. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 279: *Decernimus excommunicationis sententiæ subjacere, et per ipsum diocesanum aut rectorem loci illius, ubi ipse Diffidator fuerit, excommunicatus, ab omnibus evitetur.*

† 1. DIFFIDATUS, Desperatus, expes vitæ, cui nulla superest vivendi fides. Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ, tom. 5. Maii pag. 397: *Infirmate gravi laborans... Diffidatus est.* Acta B. Thomassi Camald. n. 15. Martii tom. 2. pag. 590: *A quinque medicis fuerat de salute Diffidatus.* Vide alia notione in *Diffidare*.

\* 2. DIFFIDATUS, Rixarum amans, qui alterius querelam pretio ductus suscipit, nostris alias *Déffieur*. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII: *Misum fuit proclama per urbem... quod*

*omnes malefactores, homicidæ et Diffidati pro quibuscumque criminibus reverterentur ad urbem, et ita factum fuit copia ditorum Diffidatorum et facinorosorum pariter per urbem ambulantium armatarum.* Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 445: *Gens qui porsivent de jour en jour les tavernes, joveurs de fauz deis, mancheurs, Déffieurs, harballeurs de gens pour argent ou autrement, etc.* *Déffaé* vero, Infidelis, a fide Christiana alienus, in Poem. de l'Ordene de Chevalere:

Puis a demandé le conduit  
Parmi la terre Déffaé,  
Salehadins li a juré.

Infra appellatur *Païennie*.

† DIFFIDENTIA, DIFFIDUCIARE, etc. Vide *Diffidare*.

\* DIFFIDIUM, a Gallico *Déffi*, Scheda provocatoria. Stat. pro universit. Aurel. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 67. vº: *Sunt nonnulli... qui alios studentes diffidant, bellum sibi, ac si essent principes, barones vel milites, indicendo, vel per alium seu alios Diffidium sibi mittunt.* Vide supra in *Diffidare*.

DIFFIGURARE, Figuram auferre, delere, deformare, Gallis, *Déffigurer* *quelqu'un*. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 41. [\*\* Roth. 346.] *Si quis caballum alienum apprehenderit, ipsumque Diffiguraverit aut circinaverit, etc.*

\* Eadem notione nostri dixerunt *Déffacer*, et *Déffacier*, Vultum alicui lacerare, vulgo *Dévisager*. Lit. remiss. ann. 1463. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 168: *Le suppliant donna ung coup à icelle femme environ la teste... laquelle lui vint courrir au visaige lui cuidant Déffacer.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 184. ch. 122: *Icellui Robinet... frappa à revers de son espée Pierre Roussel et lui fendit le visage entre le nez et la bouche, tellement qu'il en est à jamais comme tout Déffacié.*

\* DIFFIGUUM, Difficultas, f. pro *Diffugium*, effugium, Gall. *Subterfuge*. Testam. Aymari comit. Valent. ann. 1377. ex Cod. reg. 6008. fol. 9. rº: *Et si per eum... possessum aliquid seu saisitum in præjudicium partis alterius vel utriusque, etiam illud sine dilatione et Diffigo restituitur et emendatur.*

\* DIFFINIMENTUM, Cessio, quæ fit per compositionem. Charta ann. 1103. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 361: *Hæc est Carta de diffinimento et guirpimento, quod Raymundus Guillelmi episcopus Nemausensis et frater ejus Bernardus Guillelmi fecerunt domino suo, scilicet Guillelmo Montispessulani.* Vide *Finis* 1.

\* DIFFINIO, [Definio. Concil. Roto-mag. ann. 1063: *Fides vestra, quam... communi assensu... Diffinistis.* p. 49. B.]

DIFFINIRE, [Dimittere, quasi per compositionem.] Vide *Finis* 2.

\* DIFFINITAS, ut *Diffinitamentum*. Charta Paldulfi princ. Capuæ ann. 1024. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 38. col. 2: *Per legalem Diffinitatem hoc concessimus.*

\* DIFFINITIVUS, pro *Definitivus*. Charta Caroli IV. imper. ann. 1356. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et si per Diffinitivam sententiam... apparuerit declaratum et sententiarum fuerit.*

† DIFFINITOR, in Bullario Carmel. pag. 460. col. 1. Idem qui supra *Definitor*.

† DIFFINITORIATUS, Officium *Definitoris*, in eo Bullar. ibid.

DIFFIRMARE, Recludere, aperire, Gall. *Defermer*. Miracula S. Aigulfi cap. 6

*Armarius Diffirmavit, et tres calices cum patenis inde rapiens, refirmato armario, etc.* Vide *Firmare*, Gall. *Fermer*.

\* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 172: *Comme l'exposant meu de convoitise par jeunesse et temptation de l'ennemi eust Déffermé l'uis d'une chambre.*

† **DIFFITATIO**. Vide in *Diffidare*.

† **DIFFITESCERE**. Vide *Diffalescere*.

\* **DIFFLATIO**, Inflatio, tumor, Gall. *Enflure*. Lit. remiss. ann. 1330. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1114: *Phisici et surgici prædicti non invenerunt... dicti corporis aliquam membri seu ossium, aut cranei sive testi, vel miringarum, sive telæ cerebri Difflationem.*

\* **DIFFLATUS**. Præcept. Caroli IV. imper. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 132: *Item Oosteappel supra dunas Difflatas viginti quinque centenas atque quadraginta septem metatas. An vento expositas? Vide Deflare.*

\* **DIFFLORARE**, Devirginare, flore vel honore spoliare. Charta ann. 1384. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 67. col. 2: *Virgines et alias mulieres maritatas in dicto loco de Ledenone Difflorando. Vide Deflorare 1.*

† **DIFFLUXIM**, Diffluendo. Miracula S. Gengulphi, tom. 2. Maii pag. 655: *Cæpit enim salutaris illa potio igneum in me furorem debellando... extra medullas et ossa Diffluxim propellere.*

**DIFFODERE**, Effodere, Gallis, *Défouir*. Joan. de Janua, *est diversis modis fodere*. Leges Ethelredi Regis Angli. cap. 10: *Si quis furem innoxiare velit... adeat triplex ordalium. Si mundus sit in ordalio, Diffodiat cognatum suum, si vero sit immundus jaceat ipse fur ubi jacebat, et alius reddat.* Saxonicum habet n i m e u p p, id est, tollit, cognatum nempe furti accusatum et suspectum, occisum scilicet et sepultum, uti censet Somnerus. [22 Concil. Wanetung. 19.]

\* **DIFFOLRARE**, Vestem pelitio, quo ornatur, spoliare. Comput. ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 169. col. 1: *Pro altero mantello panni de livido, solrato pelibus variis, qui fuit Diffolratius, et pannus venditus pretio sivo. sol. Vide Fodratura.*

**DIFFORCIARE**, [DIFFORCIARE.] Per vim et contra jus auferre, detinere. Tabular. Fiscanense f. 57: *Et partem nemoris de Brunnesburt, quantum idem Johannes Deforcicubat prædictæ Ecclesie.* [Index MS. beneficiorum Eccl. et Dioc. Constant. f. 41: *Rector alterius portionis dicti loci, quam sibi Difforciauit Rex, asserens jus præsentandi ad ipsam portionem sibi debere pertinere.* Chartular. SS. Trinit. Cadomensis f. 45. verso: *Ista villa habebat undredum, sed in tempore verræ Difforciauit fuit.* Scacarium S. Michaelis apud Falesiam ann. 1211. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 840. col. 1: *Guillelmus de Sagi petit saisinam cujusdam decime... quam Hugo ei Deforciat.* Chronicon Trivetti ad ann. 1297. in Litteris Johannis Reg. Scotiæ ad Edwardum Angli. Regem: *Terram Scotiæ, quæ est de feodo suo, contra eum muniendo... et Defortiantium eum de feodo suo.* Rymer. tom. 2. pag. 719. habet: *Ad feodum suum Deforciantium; et ibid. eisd. litteræ Gallicæ: Por son fé li Deforcer. Madæ Formul. Anglic. pag. 228: Hæc est finalis concordia facta... inter Johannem Doughy de Coventre querentem, et Rogerum de Penne et Editham uxorem ejus Deforciantes de tribus mesuagiis cum pertinentiis in Conventre... Prædicti Rogerus et Editha recogno-*

*verunt prædicta mesuagia cum pertinentiis suis esse jus ipsius Johannis.* Vide Kennetti Glossarium ad calcem Antiquit. Ambrosden.]

\* Nostris *Défforcer*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 350: *Le suppliant volt prendre ses tarelles et eschielle, icellui Jaquet... les lui Défforca et contretint.*

**DIFFORCIARE RECTUM**, Rectitudines, Judicia, in Legibus Alfredi et Godwini cap. 4. Edwardi Confessor. cap. 3. et Henrici I. cap. 23. 33. 57. 59. 61. 66. 74. 83. 87. *Deforce Justice*, in Legibus Normannicis Willelmi Nothi cap. 45. dicitur is, qui contra rectum agit, vel dominus feudi, qui jus et rectum, seu justitiam facere renuit, quando ab eo petitur. Tum vero vassallus ad superiorem dominum potest provocare. Math. Paris ann. 1164: *Si quisquam de Proceribus regni Difforciauerit Archiepiscopo vel Archidiacono de se suisque justitiam exhibere, dominus Rex debet eos justitiare: et si forte aliquis Difforciauerit D. Regi rectitudinem suam, etc.* Vide *Defectus justitiæ*.

† **DEFORCIARE SERVITIUM**, Illud denegare. Liber niger Scaccarii pag. 51: *Comes Gloucestre in Gloucestre debet servitium duorum militum, quod fecit usque ad extremum exercitum Walliæ, sed postea Deforciauit.* Infra ter occurrit *Difforciare* eodem intellectu.

**DEFORCIARE DOTE MULLERIS**, Dene-gare, auferre. Math. Paris ann. 1236: *Quicumque Deforciauerit eis dotem suam de tenementis, de quibus viri earum obierunt saisiti, et ipsi de injusto Deforciamiento convicti fuerint, etc.* Anno 1244: *Super portione, quæ eum contingit de hereditate, quam prædictus David Deforciauit ipsi Driffno.* Regiam Majest. lib. 2. cap. 16. § 54: *Si vero hæres dotem suam Deforciauit mulieri, etc.* Vide lib. 2. cap. 63. § 10. Leges Burgor. Scotiæ. cap. 135. Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 4. Bractonum lib. 4. tract. 2. cap. 1. § 2. 8. Fletam lib. 5. cap. 11. tom. 2. Monastici Angli. pag. 231. etc.

**PLACITUM MULLERIS DISFORCIATÆ**, in Regesto Parlam. sub ann. 1258. fol. 12.

**DEFORCIATORES MULLERUM**, in Legibus Malcolm III. Regis Scotiæ cap. 11. et in Regiam Majest. lib. 4. cap. 25.

**DEFORCIAMENTUM**, in Statutis Willelmi Regis Scotiæ cap. 4. et in Regiam Majest. lib. 1. cap. 6. § 1. cap. 9. § 1.

**DEFORCIATIO**, in Legibus Burgorum Scotiorum cap. 135. § 1. [Litteræ Hugonis de Plessset Militis apud Kennetum Antiquit. Ambrosden. pag. 293. ad annum 1279: *Justitarius, Vicecomes, vel Ballivus nos et hæredes et assignatos nostros distringere possint per bona nostra mobilia et immobilia, et hominum nostrorum et Difforciationem (i. e. ablata bona) tenere, quousque dicto Johanni et hæredibus sive suis assignatis plenarie fuerit satisfactum.*]

† **DISFORCIATIO**, in Legibus Normann. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 7. pag. 336.

\* **DIFFORCIUM**, Occupatio contra rectum, injusta detentio. Judicium ann. 1290. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 132: *Ricardus attornatus... renunciavit præsentationi, quam dictus Miles fecerat in patronatu prædicto, et Difforcium emendavit, quod dictus Miles fecerat in eodem.* Vide *Difforciare rectum*.

**DEFORCER**, apud Littletonem sect. 614. Charta Joan. Regis Angli. apud Henricum Knyghtonem: *Et la terre de Scoce, laquelle est de son féé... est habe-*

*lere pour la terre défendre encontre lui, et pour son féé lui Deforciere.* Britannis Armoricis, *difforch*, idem valet quod *Abscedo, discedo*: *Desforchidigæz*, Separatio, divorcium. [Chartularium S. Vandreg. tom. 1. pag. 1166. in Instrumento anni 1302: *Lesdis Religieux disoient que à tort leur Defforchoient lesdis Chevalier et Escuier la presentation à icelle Eglise, et en eussent lesdis Religieux pris brief vers eux.*]

† **DIFORMATIO**, Disciplinæ monasticæ solutio, remissio, Gall. *Relachement*. Epitaphium Guillelmi a Mandrescheidt Stabulensis et Prumiensis Abbatis, apud Marten. Itiner. 2. pag. 152: *Inter ceteras præclare a se, dum in vivis ageret, res gestas, in primis memoratu dignæ sunt, quod Diformationem quæ Monasteria invaserat, purgavit.*

\* Nostris *Difformer*, pro *Défigurer*, *rendre Difforme*, *Deformare*. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 86: *Lequel Jehan Bourgeois estoit de très-mauvaise et dampnable vie, comme allant par les tavernes, et publiquement se Difformant, comme aler tout nu en chemise et sans chapperon, et puis prendre vieilles armeures, comme vieilles cotes de fer et de vieilles cappelines qu'il mettoit sur sa teste, et faisoit porter sur lui vieilles savates, vieilles ferrailles, vieilles peaux pourries et puans, en disant que c'estoit le trésor Millegroux, et de fait alloit par ladite ville de Tours paré des choses dessus dites, en criant veez cy Millegroux.*

**DIFFORTUNIUM**, *Infortunium*, Adversa fortuna, in Vita Balduini Lutzeburg. Archiep. Trevir. lib. 1. n. 6. [Utitur etiam Dionysius Cartusianus.]

\* *Déffortune* etiam nostris, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 138: *Combien que le suppliant ait fait ledit coup contre sa volenté et par grant Déffortune, etc.*

\* **DIFFRAMITTERE**, Possessione exuere, quasi extra mittere. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. sævi col. 440: *Item quod omnes inframissiones et tenetæ datæ per dominos Ugolinum et Thomasiu de Corrigia, potestates Ferrariæ et Ravennæ, de novo datæ occasione averis et prædæ, etc. Difframittantur, reddantur et restituantur omnibus, sine aliqua quæstione.*

\* **DIFFUGIA**, Judiciorum anfractus, tricæ, nostris *Chicaneæ*, alias *Diffuges*. Charta ann. 1150. ex Tabul. Montismajor.: *Tandem vero cum jam illius perplexis Diffugiis ejusque verbositate et sinuosa volubilitate curia esset fatigata.* Lit. ann. 1372. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 721: *Quant l'on les veult contraindre ou exécuter d'aucune chose, appellent ès assises du bailli de Vermendois, quérans Diffuges et dillacions irraisonnables pour fouir à justice.* Vide *Difflugium*.

† **DIFFLUGIUM**, *Asylum*, *refugium*, Barthius in Glossario, ex Roberti Monachi Hist. Palæst.: *Tanta quippe erat Turcorum instantia, et unus ita impellebat alium, quod nusquam erat cuiquam pro ullo commodo Diffugium.* Libentius interpretaretur *Effugium*, *Fugæ locus*, Gall. *Moien d'échapper*. Pro Prætextu, Gall. *Prætexte*, accipitur apud Rymerum tom. 3. pag. 373. col. 1: *Prædictis causis et aliis multis Diffugiis pro parte dictorum Bernardi et Audæ, sicut intelleximus, super iis allegatis. Diffugium notum est Tacito vocabulum, sed notione paulo diversa usurpatum, scilicet pro Fuga dispersa, Gallice Fuite çà et là. Turba-*

vere consilium, inquit Hist. lib. 1. cap. 39. proximatorum Diffugia. In poenarum aeternarum Diffugio laborare, in Vita S. Senorinae, April. tom. 3. pag. 75. hoc est, Laborare timore supplicii aeterni, ad illud vitandum et effugiendum.

**DIFFUNCTIO, DIFFUNCTUS.** Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 70. § 16: *Mulieres, quæ fornicantur, et pariter suos extinguunt, et eas, quæ secum agunt, ut utero conceptum excutiant, antequam Diffunctio (MSS. Diffuncon) usque ad exitum vitæ remouetur ab Ecclesia, nunc clementius, Diffunctus decem annis pœnitentat.* Quæ mendo non carent. [Wilkins: *antiqua Diffinitio... nunc clementius diffinitur.*]

**DIFFUTARE, Disputare,** in Gloss. MS. Regio Cod. 1013.

† **DIFORMARE.** Vide Deplasmare.

† **DIFOSOT,** Species corvæ vel pensationis. Tabularium Rothomense: *Hæthoiam femina vendit Conuoioni aliquas terras in luh, in alode, dicombito, sine redemptione unquam, dicofrit, Difosot, diwoharch et sine ulla re.* Vide *Dicofrit.*

† **DIFRAX, Διφράξωπος.** Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS. Janus in Supplemento Antiquarii explicat *Biceps.* Eustathio *διφράξωπος αἰγός,* idem sunt, quod ἀμφιμαλλός, quorum pars interior similis est exteriori, Gall. *à deux envers, à deux faces.* A facie, *Difax* melius quam *Difrax* legeretur. Vide *Bifax.*

† **DIGÅ.** Vide *Dagger.*

\* **DIGAMMOS,** dicitur de litera *v.* cum idem sonat atque Digamma, in novo Tract. diplom. tom. 3. pag. 186.

† **DIGAMUS.** *Secundæ uxoris vir,* in Glossario Sangerman. MS. num. 501. Vide *Bigami.*

† **1. DIGENUS,** pro *Decanus,* Gall. *Doyen.* *Decanus autem claustrensis, et Digenus forensis cum Camerario,* in Consuetud. Monasterii S. Pauli Romæ apud Marten. de antiqua Ecclesiæ Disciplina pag. 348.

\* **2. DIGENUS,** Duplicis generis. Ruodlieb. fr. 13. vers 16:

Rubeta fundiola, truta Digena, rufa vel alba.

**DIGER.** Lex Salica tit. 61: *Ut pro medietate quantum de compositione Diger est, aut quantum Lex iudicat, illi tres solvant.* Codex Regius, uti monet Bignonius, pro *Diger est,* habet *dederit,* forte, inquit, pro *dedisset.* Sed videtur legendum *Digens est,* pro *indigens:* agitur enim eo capite de homicida, qui non habet, unde totam legem implere valeat: quod enim ei deest de mulcta aut compositione, a parentibus persolvitur.

† **Diger** vel *Deger* vox Germanica apud Saxones restat, pro *Sufficienter,* quantum satis est, usitata. Locutio itaque illa: *Quantum pro compositione Deger est* idem significat ac *Quantum pro compositione sufficientis est.* Ita censet Eccardus, apud quem videre potes varias hujus vocis in diversis MSS. lectiones. Vox *Diger* rursus occurrit in loco non minus intricato, apud Mabill. de Re Diplom. lib. 6. Charta xi. in Placito videlicet Theoderici Regis ann. 680. ubi sic legere est: *De anno triginta et uno semper tenuissint et possedissint, nec eis Diger numquam fuisset, nec alius exinde non redidit, nisi edoneo sacramento.* An hic conveniat Eccardi interpretatio videat lector oculatus.

\* **DIGERERE,** [Explicare, ordinare, evacuare. DIEF.]

**DIGERIES,** Digestio, evacuatio, Joanni de Janua. Glossæ Manuscriptæ: *Digeres, διατάξις.* Occurrit in leg. 4. Cod. Th.

de Suariis (14, 4.) Utitur etiam Macrobius lib. 1. Saturn. in Præfat. [*Digestio* pro expositione per ordinem, clara et distincta sumitur in Epistola Sergii II. Papæ ann. 844. apud Miræum tom. 1. pag. 647. col. 2. qua notione vulgo accipitur verbum *Digerere,* non tamen *Digestio.*]

† **DIGESTIM ALIQUID SCRIBERE,** hoc est, ordinate apud Prudent. Peristeph. lib. 2.

**DIGESTUM.** Ita vocant JC. Pandectarum librum. Ugutio: *Digestum, quidam liber legalis sic dictus propter legalia præcepta, id est, excellenter Digesta: unde Digestalis, qui pertinet ad digesta.* *Digestum* est quaecumque scriptum. Tertullianus lib. 4. adversus Marcionem, *Lucæ Digestum, illius Evangelium* vocat. Eidem lib. de Anima *Digerere,* est conscribere. Glossæ veteres: *Digestis, Conscriptis. Digesta, Descripta.* In litteras *Digerere,* apud Trebellium in Claudio. Ita *Digerere,* pro *Exprimere,* in Cod. Th. leg. 2. de Senator. (6, 2.) leg. 4. de Conlat. transl. (11, 22.) et alibi. Cujacius ad tit. de Excusat.: *Digesta dicimus, quæ æconomiam illam habent, et intelligimus Digesta, suisque titulis apte distincta, sicut Digesta, responsa Modestini.* Glossæ Nomicæ MSS.: *Διγέστων, διατυπωμάτων.* [Supp. Antiq.: *Digestum, διάλογος,* Disputatio.]

**DIGETISTA,** Eidem Ugutioni, *Qui docet digesta, vel docetur. Maître de Digeste,* in veteri Gloss. Lat. Gall. Gualterus Mapezius, qui floruit sub Henrico II. Angl. Rege, de Extremo iudicii die:

Cogitate divites, qui vel quales estis,  
Quid in hoc iudicio facere poteritis.  
Tunc non erit aliquis locus hic Digetistis.  
Idem erit Deus hic iudex, auctor, testis,  
Judicabit iudices iudex generalis.

\* **DIGHA,** Pugio, sica, Gall. *Dague.* Stat. capit. S. Petri Insul. ex Reg. H. ejusd. eccl. fol. 340: *Quia nos decanus et capitulum ecclesiæ Insulensis, nonnullos nobis subditos, contra honestatem ecclesiastici status, cum cultellis oblongis et Dighis quotidie incedere præsumant.... Mandamus ne amodo quicumque præsumant deferre sub vestibus aut alias cultellos oblongos, Dighas sive quæcumque alia arma.* Vide supra *Dagha.*

**DIGITABULUM.** Gloss. Lat. Gr. *Digitale et Digitabulum, δακτυλόβρα,* id est, digitorum involucrem. Joan. de Janua: *Digitabulum, instrumentum, in quo digitus intromittitur, quod et Digitale dicitur.* Apud Varron. lib. 1. de Re rust. cap. 55. *Digitale* occurrit, ubi Scaliger ex MSS. *Digitabulum* reponendum scribit. Gloss. Lat. Gall. *Digitabulum, Deel à mettre ou doy pour queudre.* Occitanus *Didal.*

**DIGITALE,** Theca, in modum digiti confecta. Gloss. Gr. Lat.: *δακτυλόβρα, Digitale.* Acta Inventionis S. Stephani Episcopi Calatini, in Sanctuario Capuano, ubi de articulo digiti manus benedictæ, qui in Ecclesia Calatina asseruatur: *Custodiebatur autem in sacratio sub Digitali argenteo modulo.* Vide *Digitabulum.*

\* *Doittier,* in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 476: *Le suppliant print furtivement.... aucuns anneaux ou verges d'argent, estans en ung Doittier.*

\* **DIGITALIS,** Anulus. Ruodlieb. fragm. 8. vers. 67:

Ludendo proprium cito perdebat Digitalem,  
Quem trahit a digito, jaciebat eique rotando.

Adde vers. 63. et fragm. 3. vers. 382.

† **DIGITAMENTUM.** Papias: *Digitam-*

*mentis, id est, Libris pontificalibus.* Melius *Indigitamentis;* Indigitamenta quippe sunt Libri Pontificum, in quibus indigitabantur nomina indigetum seu falsorum Deorum. Servius in 1. Georg.: *Nomina Numinum in Indigitamentis inveniuntur, id est, in libris pontificalibus, qui et nomina Deorum et rationem ipsorum nominum continent.* Omissione secundi in perperam factum est *Indigitamentis.*

† **DIGITARE,** ut *Indigitare.* Gloss. Lat. Gr. Sangerman.: *Digitare, δακτυλοδεκτείν.* *Digito* monstrare.

\* **DIGITARIUM,** ut *Digitabulum,* Gall. *Dé,* alias *Déaul* et *Del.* Mirac. S. Hyacinthi tom. 3. Aug. pag. 370. col. 2: *Puer quatuor annorum... casu Digitarium, alias naperstek, deglutivit.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Theca, Gallice Deis et Déaul, id quod mulier habet in digito.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg.: *Il prit sa sainture et sa tasse, en laquelle avoit.... un Del a queuldre.* *Doictée* vero quantum digitis capi potest, in Chartul. Latinac. fol. 241. v: *Quiconques vent seel audit Laigny à destuil, il doit par chacune sepmaine de l'an au jour de Vendredy deux Doictées de seel.*

**DIGITELLUS,** qui et *Auricularis,* Ugutioni.

**DIGITLÆ,** Bulengero, Virgulæ aureæ vel argentæ, digitis similes. Anastasius in Valentino II. PP. pag. 163: *Murenas, in quo pendent hyacinthinæ 13. Digitæ aureæ novem pendent in filo aureo.*

**DIGITUS,** Papiæ et Agrimensoribus, *Minima pars agrestium mensurarum, habet ordei 4. grana.*

\* Eadem notione accipi videtur, *Doys,* in Stat. Confrat. S. Pauli Paris. ann. 1332. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1123: *Item audit siege a quinze poures souffisamment pelez, qui sont les premiers assis et servis, à un Doys des plus riches hommes.*

**DIGITUS AQUÆ,** est sexta-decima pars pedis. Ita Frontinus lib. de Aqueductib.: *Aquarum moduli aut ad Digitorum, aut ad unciarum mensuram instituti sunt.... Est autem Digitus, ut convenit, sexta decima pars pedis.* Vide leg. 3. D. de Servit. rust. (8, 3.)

**DIGITUS IMPUDICUS,** in Legib. Angliorum et Werinorum tit. 5. § 8. Verpus Catullus:

Ostendit Digitum, sed impudicum.

[\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Det, Provinc. Digitus salutaris, a salutando; impudicus, tercius; anularis qui et medicinalis.*] [\* Vide Isidor. Origin. lib. 11. cap. 1. sect. 70. et 71.] Idem qui

**DIGITUS MEDIANUS,** in Lege Bojoar. tit. 3. cap. 1. tit. 4. § 9. Longob. lib. 1. tit. 7. § 13. [\* Roth. 65.] et in Legib. Aelfredi Regis cap. 40. Idem etiam qui

**DIGITUS MEDICUS, ET MEDIUS,** in Lege Saxon. cap. 1. § 13.

\* *Medicinalis,* apud Macrobi. lib. 7. Saturnal. cap. 13: *Cur sibi communis assensus anulum in Digito, qui minimo vicinus est, quem etiam Medicinalem vocant, et manu præcipue sinistra gestandum esse persuasit.* Acta S. Arnulfi tom. 3. Aug. pag. 256. col. 2. *Contigit ut... in manu vulneratus duos amitteret digitos, medium et Medicum.* *Doiz mire,* in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 470: *Laquelle Nichole... quant ele s'esveilla ele se trouva si perdue en toutes les parties de son cors, que ele n'en sentoît riens, fors sanz plus en deux doiz de la main destre, c'est*



asavoir en celui que l'en apele Mire, et en celui que l'en apele le moten ou le lonc. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 178. Charthoph. reg. ch. 215: *Diceit cop fut blé-ci ledit Pierre au Doy medicinal de sa main dextre. Le petit Doigt nommé le médecin,* apud Monstrel. 1. vol. cap. 106.

\* DIGITUS INDICIALIS, Index. Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 588. col. 2: *Tam diu (Dæmon) stans permansit, donec Digitus Indicialis usque ad juncturam manus totus crematus est.*

\* DIGITUS NUMERANS, Index, apud Fortunat. in vita S. Med. tom. 2. Jun. pag. 78. col. 2:

Inclusos Digito morbos Numerante tenebat,  
Nec poterat ducto pollice fila dare.

DIGITUS SALUTARIS, Index, Suetonio, et Pollioni, quo salutabant.

\*\* DIGITUS AURIGULARIS. Isidor. Origin. lib. 11. cap. 1. sect. 71: *Quintus Auricularis pro eo quod eo aurem scalpinus.* Richeris Histor. lib. 2. cap. 59: *Deroldus toxicum inter Auricularem ac salutarem occultatum, ejus cibo sumendo respersit.* Vide *Digitellus*.

DIGITUS, Liber digito scriptus. Rhabertus de Casib. S. Galli cap. 11: *Præ omnibus autem scriptorum Digiti efferuntur, etc.* Ekeardus: *Cum omnis orbis cialpinos Sintrammi Digitos miretur.*

† DIGITI ABCISSIO, Truncatio, vel *Excussio*, qui mulctanda, pluribus dicitur in Lege Aleman. cap. 65. in Additamentis ad eandem Legem apud Baluzium tom. 1. Capitular. col. 86. in Lege Bajar. tit. 3. cap. 1. tit. 4. et 5. in Capitularibus Caroli M. ex Lege Salica tit. 31. Ibidem tit. 22. solidorum 15. mulcta plectitur homo ingenuus, qui *femineæ ingenæ manum aut Digitem strincerit.*

DIGITO ET LINGUA PROMITTERE. Jus feudale Saxon. cap. 18. § 3: *Illi promittere tenentur Digito et lingua ratihibitionem in lucro et damno.* Cap. 28. § 4: *Bona vassalli si conferat alteri dominus, Digito vel lingua sibi promittat eadem tutari; id est, solenni promissione et scripto. Digito cautionem præstare, Speculum Saxonicum lib. 2. art. 15. § 1:*

*Qui coram judicio causam inchoaverit, pro qua ipsum varendam præstare oportet, et Digito cautionem præstare pro eo, ne unquam aliquis de cætero eundem impetari in dicta causa. Mox: Carere manu dextra, cum qua varendam promittebat. Huc etiam pertinet Charta Liemari Archiepisc. Bremensis ann. 1088: Aderat Comes F. Advocatus Ecclesiæ, qui chirothecam traditionis, sacris reliquiis impositam, ut mos est, abstulit, et ab ipso Gerardo per Digitorum extensionem promissionem confirmationis accepit. Alia: Chirothecam abstulit, et confirmationem Digito, ut mos est Saxonibus, fecit. Regestum Bigorrensis Comitatus ex Camera Comput. Paris.: Et vestivit eam cum Digito suo. Huc etiam forte pertinet vetus Charta sub Philippo I. Rege Franc. apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 90: Et sexteyralitium, et lumbos, et quintalem... ita dedit ad Bernardum, et ad infantes suos in Digito ad feudum: propter hoc fuit Bernardus homo de prædicto Gotofredo, etc. Vide quæ ex Boncompagni Arte Dictaminum damus in voce *Chirographum*, [\*\*] et Halt. Glossar. Germ. col. 459. voce *Finger*.]*

DIGITI MUTILATIO, inter pœnas a Lege statutas. Vide Walsingham. pag. 124.

† DIGLADIABILE ODIRUM, Crudele, infestum. Willelmus Malmesburg. in Vita S. Wulstani Episcopi Vigorn. Januari tom. 2. pag. 244: *In cujusdam Ecclesiæ*

*dedicatione sermonem fecerat ad populum, in quo multa de ceteris, plura de pace dixerat; quo commoti nonnulli, qui Digladiabili dissidebant odio, offensas utrimque donavere.*

\* DIGLADIABILE DISCIDUM, id est, inextricabile, in Hist. Translat. S. Corneli tom. 4. Sept. pag. 183. col. 2.

† DIGLADIARI, Gladio transfigi. Cardinalis Aragonius in Vita Alexandri III. Papæ, apud Murator. tom. 3. pag. 469. col. 1: *Et quia præ nimia locorum angustia pars nostra nec fugere poterat nec reluctari, pariter comprehensi sunt universi tanquam greges in ovile unum. Quid plura? Sævæ Digladiati sunt a sævitia Turcorum, Arabum, et multis ac variis divitiis exspoliati.*

\* DIGLADIATIO LINGUÆ, Convivium, maledictum, quomodo dicitur *Un coup de langue.* Chartul. Cartus. Abbavil. ad ann. 1403: *Multis jurgis et linguæ Digladiationibus indultum est.*

\* DIGLEMA, La varagine, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† DIGLUBARE. Vide *Declubare*.

1. DIGMA, Specimen rei, *Eschantillon*, *Monstra*, in leg. 9. Cod. Th. de Suariis. (14. 4.) *Indicium et Proba*, apud Ammianum lib. 21. extremo. Harpocration, et ex eo Moschopolus lib. 1. Περὶ σχεδῶν, Pag. 80: *Δείγμα κυρίως τὸ δείκνυμενον ἀπ' ἐκάστου τῶν πορευόμενων, καὶ ὁ τόπος εἰς ὃν τὸ δείγμα ἐκποικίτετο.* In portu scilicet Atheniensium, cujus loci meminit Æneas in Tactic. cap. 30. et Polyænus lib. 6. pag. 428.

2. DIGMA, Papiæ, et Ugutoni, *Urina*, ex Græc. δειγμα, *Indicium, signum*, quod urina denotet febris qualitatem et intensionem. Alias δειγμα, sumitur pro armorum insigni. Vide *Notas nostras ad Cinnamum pag. 451. Joanni de Janua, Digma, est Dignitas, decus, gloria.*

† DIGNABILIS, Dignans, dignum habens, apud Marculfum lib. 2. formul. 42. et 44.

DIGNABILITER, Cum dignitate, in Epist. 44. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.

DIGNANTER, pro *Animo benigno*. Utuntur Vopiscus in Tacito, Sidon. lib. 4. Epist. 7. lib. 7. Epist. 16. Symmachus lib. 5. Epist. 65. et aliquot alii e paulo recentioribus.

\* [« Regia Dignanter adimpleat dignitas. (Nantolii, 21 oct. 877, mus. arch. dep. pag. 24.) »]

\* DIGNARE, Dignum reddere, Ital. *Degnare*. Sent. adv. Florent. ann. 1311. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonnincont. part. 3. pag. 102: *Et ad hæc per salutaria monumenta eos inducerent et Dignarent directionibus opportunis.*

1. DIGNATIO, Misericordia, liberalitas, humanitas: vox frequens Tertulliano et Cypriano. S. Zeno Invitat. 5. ad Fontem: *O admirabilis et vere divina sacrosancta Dignatio, ut quæ parturit, non gemit; qui renascitur, plorare non novit.* Lex ult. Cod. Th. de Privileg. eorum, qui in sacro Palat. (6. 35): *Quæ, dum in palatio constituti sunt, aut Dignatione nostra quæsierunt, etc.* Supra, *donis nostris.* Vide Juretum ad Symmach. lib. 9. Epist. 63.

2. DIGNATIO, Gloss. Gr. Lat.: Ἀξίωσις, hæc Dignatio, hæc dignitas, honos, meritum, stipendium. Gloss. Lat. Gr.: Dignatio, ἄξις. Qua notione vocem hanc usurpant Tacitus non uno loco, Cicero ad Attic. Epist. 10. lib. 10. Curtius, Seneca, Justinus, et alii. Vide Festum. Est præterea titulus honorarius, in Episto-

lis S. Augustini, Ruricii, Arnulfi Lexov. et aliorum frequens. Willelm. Brito lib. 6. Philippidos:

Audiat et nostris placide sermonibus aurem  
Inclinare velit Dignatio vestra benignam.

\* DIGNATIVE, Benigne, humaniter. Chron. Joan. Vitodurani in Thes. Hist. Helvet. pag. 8: *De gratia minus præcogitata et sperata sibi tam Dignative in sui absentia collata.* Vide *Dignatio* 1. et *Dignativus*.

DIGNATIVUS, Benignus. Vita S. Carthaci Episcopi num. 2: *De miraculis vero, quæ Deus per eum, Dignativa sua bonitate, dignatus est mundo ostendere, etc.* [S. Bernard. lib. 5. de Considerat. cap. 8: *Dignativa unitas, qua limus noster a Dei verbo in unam assumptus est personam.*]

DIGNERIUM, Pastus, procuratio, prandium, ex Gallico *Digner*, seu, uti effertur in Usaticis MSS. Vicecomitatus Aquæ Rotomag. *Digner: Il doit à icellui Dîmence à le Viconté de l'Eauë de Rouën à Digner 4. pains de Convent, 4. pichiers de vin en pos tous neufs, etc.* Charta Adami Meldensis Episcopi ann. 1239. ex Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 82: *Item cum nos Episcopus Dignerius seu prandium, quod habebamus singulis annis super hospites nostros de Berciaco, habere volumus, etc.*

DISNERIUM. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1275. in Tabulario S. Germani Præsentis: *Volumus quod dicti Religiosi nunc et in perpetuum liberi sint et immunes a quodam Disnerio seu prandio, in quo ipsi in domo sua villæ de Montedin Præposito nostro de Castroforti annuatim tenentur.* [Jac. Bouillard in Hist. Sangerman. legit *Dinerium*.] Vide *Dignare, Dejejunare*.

† DISNARIUM. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 1178. in Instrumento anni 1224: *Afferentes bladum et capones habebunt Disnarium suum.*

DIGNIFICARE, Dignum censere. Capit. Caroli C. [\*\*] Synod. Metens. ann. 859.] tit. 24. § 8: *Et quemcunque illorum recta ratio Dignificaverit, digne honore suo fruatur.*

1. DIGNITAS, in Ecclesiasticis beneficiis, dicitur, quando beneficium habet administrationem rerum Ecclesiasticarum cum jurisdictione: vel ex eo, quod habet nomen dignitatis cum prærogativa in Choro et Capitulo; denique quando Constitutio vel Consuetudo Ecclesiæ habet, quod beneficium habeatur et reputetur pro dignitate. Ita Archidiaconus de Consuetudinibus cap. 1. lib. 6. [Singularis est locutio in Annal. Bened. tom. 4. pag. 259. ad annum 1018. ubi Abbas S. Martialis Odoricus dicitur, adfuisse ordinationi Amalfredi in S. Eparchii Abbatem electi, *Stipatus Dignitate Monachorum*, hoc est, si bene conjecto, a Monachis Dignitate aut virtute conspicuus, nisi mavis Dignitatem hic pro ambitu sumi vel comitatu.]

2. DIGNITAS, Titulus honorarius, quo compellantur Reges. Vide *Beslium* in Comitibus Pictav. pag. 257. et *Casaubonum* ad *Pollionem* pag. 463. 1. Edit.

† 3. DIGNITAS, Jus, privilegium. Chartularium S. Magdalenæ Castrodun. fol. 1. in Charta Theobaldi Comititis de Juramentis: *Ne alicui liceret exhibere Sancta ad sacramenta facienda in villa Castriduni, præter Ministris præfate Ecclesiæ... omnibus duellis vel sacramentis, que in curia eorum... insumpta vel arramissa fuissent... Ne autem alicui deinceps præfatam Dignitatem illius Ecclesiæ infrin-*

gere vel imminuere auderet, hanc cartam fieri et sigilli mei auctoritate confirmari precept. Charta Willelmi Angliæ Regis et Mathildis Reginae pro Monasterio SS. Trinit. Cadom. in Chartulario ejusdem: Præterea constituerunt quandam feriam ante portam S. Trinitatis in Octavis Pentecosten, et concesserunt omnes Dignitates suas totius villæ, quandiu feria duraret, in consuetudinibus et in theloniis, sicuti feria Prati habebat. Hujusce concessio nis vi etiamnum quotannis omnes Abbatia Officiales et ministri solemniter et splendida equitatione, præeuntibus tubicinibus Abbatissæ nomine in totius nrbis eunt possessionem; atque ipsius Monasterii gentilitia insignia ad omnes urbis portas affigunt, inde nisi post tri dum non amovenda. Interim Monasterii clientes militum more ante fores excubant armati. Hoc idem privilegium concessum est Monachis S. Stephani ab iisdem Fundatoribus: quod pari ratione observari debet in nundinis ad Festum S. Michaelis. Simili quoque prærogativa gaudet Monasterium S. Cornelii Compendense.

\* 4. **DIGNITAS**, pro ipso duce vel Præfecto, in Glossar. milit. Car. de Aquino ex Veget. lib. 3: *In arduis expeditionibus, per capita militum, magis quam per Dignitates ab antiquis præbebantur annonæ.*

\* 5. **DIGNITAS**, Idem quod *Majestas*, imago et effigies alicujus Sancti. Charta ann. 1508. in Lib. rub. S. Vulfr. Abbat. fol. 197. rº: *Les bastonnier et confreres de S. Luc feront faire à leurs despens une armoire et repositoire, dont ils aront les clefs, pour mettre et enclorre dedens et oster toutefois que bon leur semblera la Dignité et sainte relique de Mons. S. Luc, aveucques autres Dignités et reliques... Leur accordons avoir une tablette pour mettre et poser icelles reliques et Dignités quatre fois chascun an.*

**DIGNITATIO**, Ἀξιωμα. Gloss. Gr. Lat. **DIGNITER**, Dignanter, honorifice, *Dignement*. Donnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 1:

Quem sancti Petri vice Digniter illa recepit.

Ordericus Vital. lib. 4. pag. 524: *Non video, qua lege Digniter præesse valeant.* **DIGNITOSUS**, In dignitate constitutus: *Dignitoso*, Danti. Gloss. Lat. Gr. *Dignitosus*, ἀξιωματικός. Occurrit in Fragmento Petronii pag. 42.

**DIGNITOSUS**, est etiam idem, quod *Dignus*, seu colendus. Aldhelm. de Laude Virgin. cap. 28: *Propter Dignitatem innocentiam palmam: id est, dignatione venerandam.* Vetus Interpres Chrysostomi super Matthæum: *Quando in illo sæculo caro infirma Dignitose animæ fuerit subjecta.* [Alcoran. Franciscan. pag. 11: *Felicitas æternalis ex stola Dignitosa, quia in gloria Sanctorum.*]

† **DIGNORARE**, Supplem. Antiquarii: *Dignorat*, ἀναπτύσσει, διαγινώσκει, *Explicat, Dignoscit.* Festus: *Dignorant*, Signa imponunt, ut fieri solet in pecoribus. Scil. ut Dignoscantur.

1. **DIGNOSCENTIA**, Cognito. Epist. Ludovici Pii ad Sicharium Archiep. Burdegal: *Ut... cuncta, quæ acta sunt, vestro utrorumque scripto notentur, atque per ipsum tuumque Missum nostræ Dignoscencie intimentur.* Codd. alii *Dignoscencie* habent ut et Capitul. ann. 824. cap. 4.

† 2. **DIGNOSCENTIA**, Forma, species, imago. Vita S. Leonis IV. Papæ April. tom. 2. pag. 650: *Cujus corporis accidentalem Dignoscenciam ita hactenus com-*

memorat, quasi præ oculis carnis adhuc habeat.

\* **DIGNUS** EST, Formula adhibita in Episcoporum electionibus. Vide locum ex Missali veter. Francor. in Glossar. med. Græcit. voce Ἄξιος, col. 92.

† **DIGREGARE**, Disjungere, dividere, quasi a grege separare. Unio Ecclesiasticarum Mensæ Episcopali facta a Petro III. Aptensi Episcopo iv. Non. Jul. ann. 1257. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Nos invitavit ad prædictam unionem faciendam... locorum vicinitas, sæva protervitas dominorum, tyrannica pravitas, sive importunitas, qua nituntur Digregare, tollere et dissolvere, quæ SS. Patres nostri gregaverunt.* Vide *Diagregare*.

† **DIGTUM**, Digitus, Gall. *Doigt*. distichon apud Bernard. Pez Præfat. in tom. 1. Anecd. pag. XLI:

Qui scribere nescit, nullum putat esse laborem;  
Nam trea Digta scribant, sed tota membra laborant.

Italicum *Dito*, Digitus habet in plurali, *le Dita*, Digi.

† **DIGURPITOR**, Qui dimittit rei alicujus possessionem, Gall. *qui déguerpit*. Charta ann. 1093. apud Stephanotium tom. 1. antiq. Occit. MSS. fol. 481: *In nomine Dni JESU. Ego Ermengardis Vicecomitissa Biterrensium et Carcassensium, et filius meus Bernardus, et uxor ejus Cæcilia, nos simul in unum Digurpitores sumus Domino Deo et SS. Apostolis ejus Petro et Paulo in Monasterio Caunensi... albergam quæ habemus in villa Recimiro.* Vide *Guerpire*.

**DIHORNO**, Ratherius Veronensis in Apologetico: *Post tanta enim, talia, tam fœda, tam turpia, tam incredibilia, et ipsi etiam ætati meæ contraria, quæ balsama Dihorno, et puto quod non adeo inlibenter audisti.* In Gloss. Græc. Lat. *Diurno*, est καθ' ἡμέραν. Vide *Horno*.

\* **DIJONUM**, a Gallico *Dijon*, Divio. Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 61. col. 2: *Deferabant litteras domini bayllivi de Dijono, per quas mandabatur eis providere de victualibus.*

**DIJUDICATUS**, Vide *Judicatus*.

† **DIKA**, DIKATUS. Vide *Diccus*.

\* **DIKTA**, pro *Dieta*, modus agri, in Testam. Bermundi domicelli de Thonaco ann. 1357. ex Tabul. Flamar: *Quatuor Dikta seu jormalia terræ.* Vide supra *Dies* 3. et *Dieta* 5.

† **DILANCINARE**, ut *Lancinare*, lacere, Gall. *Déchirer*. Prudentius in Hymno S. Vincentii v. 256: *Membra dilancinata interficit.*

**DILAPIDATA VIA**, Lapidibus strata, apud Columellam lib. 1. cap. 6. et Aigradum Mon. in Vita S. Ansberti Archiepiscopi Rotom. n. 46. Vide *Calceia*.

**DILARGUS**, in Gloss. Lat. MS. et Isidori: *Multum donans.* [Dilargiri frequenter occurrit eadem notione apud Latinos.]

† **DILATANA MEDIA**, Scripturæ genus. Vide *Scriptura*.

1. **DILATARE**, Differre, moram texere. Capitul. 1. ann. 809. cap. 33: *Ut nullus quislibet Missus noster, neque Comes, ... cuilibet justitiam Dilatate præsumat, etc.* Hincmarus Laudun. Episc.: *Quos cognitores suscepi, ne viderer velle causam Dilatate, ac Dilatione fallaciter tegere veritatem.* Lex Longob. lib. 2. tit. 21. § 27. [Lutpr. 128. (6, 75.):] *Si vero amplius Dilataverit ad fidejussores dandos componat, etc.* Adde tit. 40. § 3. tit. 41. § 1. tit. 52. § 5. etc. [Lutpr. 25. (4, 7) Carol. M. 51.] Capitula Caroli M. lib. 3.

cap. 53. etc. *Tempora Dilatari*, produci, in leg. 4. Cod. Th. de Denuntiatio. (2, 4.)

\* *Délayer*, eodem sensu, in Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 20. art. 3: *Dont les marchans dessusdiz... sont empeschiez et Délayers.* Unde *Délayment*, Dilatio, procrastinatio, in aliis Lit. ann. 1371. ibid. pag. 434. et *Dilatation* in Ch. ann. 1332. ex Chartul. Pontisar. Hinc

\* **DILATORIA EXCEPTIO**, Practicis nostris, *Exceptio dilatoire*. Stat. Vercel. lib. 1. pag. 24. vº: *Non obstante dicta vel alia exceptio Dilatoria vel declinatoria. Dilatoirement procéder*, id est, cum dilatioibus a jure vel pacto assignatis, in Lit. ann. 1358. tom. 3. Ordinatio. reg. Franc. pag. 658. art. 7.

2. **DILATARE** est etiam *Dilatari*, Lætari. Hermas in Pastoralibus lib. 2. cap. 5: *Non obscurabitur ab aliquo nequissimo spiritu, sed gaudens Dilatabitur.* Hinc nos, *Dilatator son cœur*. [Sic in Psal. 118. 32: *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum Dilatasti cor meum.* Et Psal. 4. 2: *In tribulatione Dilatasti mihi.*]

† **DILATATA**, Eluvio, exundatio, Gall. *Débordement*. Chronicon Parmense ad ann. 1294. apud Murator. tom. 9. col. 828: *Eodem anno (quo tanta fuit aquarum abundantia) burgus de Terentio et Ecclesie et domus omnes dicti burgi per Dilatatas maximas quæ ibi fuerunt, destructæ et Dilatate fuerunt de loco eorum longe satis et disruptæ. Dilatate fuerunt posset esse pro *Delatæ fuerunt*: saltem idem est intellectus.*

† **DILATATIO FIDEI CATHOLICÆ**, Propagatio, Gall. *Propagation*, in Bullario Carmel. pag. 343. col. 1. *Dilatatio justitiæ*, non semel in Capitularibus pro *Dilatatio*. Vide *Dilatate* 1.

**DILATATUS**, Dives factus. S. Ambrosius, seu quisvis auctor Actorum S. Sebastiani n. 4: *Erant enim non solum genere clarissimi viri, sed et facultatibus Dilatati.*

† **DILATIO**, ut *Dilatatio*, Propagatio. Charta Ruperti Comitum Palatini Rheni ann. 1356. qua confirmatur infeudatio oppidi *Plaven* ad regnum Boemias, apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 5. pag. 575: *Tantoque solertius de ipsius meditatur augmento, quanto ex suarum Dilatione propaginum, vel a membro nobili sacrum Romanum imperium non ambigitur laudabilius honorari.* Alias *Dilatatio*, Procrastinatio est, mora, cunctatio, et in litigiis vadimonii prolatio, Gall. *Delai*, pro quo *Dilacion* habetur in Litteris Johannis Franc. Regis ann. 1355. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio. pag. 47: *Vous mandons et commandons derechief estroitement que sans aucune Dilacion, etc.*

**DILATURA**, Vide *Delatura*.

\* **DILAVIUM**, Eluvio, exundatio. Libert. Briancz. ann. 1343. tom. 7. Ordinatio. reg. Franc. pag. 729. art. 21: *Quod cisiones hujusmodi sunt plurimum periculosæ propter Dilavia et rainas, etc.*

\* **DILE**, Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 671. col. 2: *Gardi sunt instrumenta torcularis, quæ appellantur pullen et Dile.* [Vide *Diele*, vox Germanica.]

† **DILECARE**, pro *Delegare*, Concedere. Formulæ Andegav. art. 1: *Incipit cessio. Tu dulcissima sponsa mea ad die felicissimo nuptiarum tibi per hanc cessione Dileco, adque transfundo, ut in tuæ jure hoc recepere debeas.*

\* **DILECHIMUS**. [Severus. Dief.]

**DILECTIO**, Vide *Caritas* 2.

**DILEMMATUS**, Marius Mercator lib.

Subnotation. cap. 6. pag. 14: *Rogo si simpliciter, et non Dilemmatus, tanquam ad Cressum et Pyrrhum Loacis... loqueris. Dilemmata interrogatio, quæ Dilemmate constat. Rufidus Palæstinus de Fide cap. 52: Cum nos interrogaverint, utrum Deus procreaverit filium, necne; et acceperint a nobis responsum. Procreavit: statim adjiciunt interrogationem hujusmodi, quam Græci Dilemmatam vocant: Inivis; an sponte? etc.*

† **DILESIDUS**, DILISIDUS, Vas, Fidejussor, Gallis *Caution*, Répondant, apud Lobinellum *Histor. Britan.* tom. 2. col. 70: *Dederunt supradicti venditores Dileidos filius Berran et Caranton. Factum in plebe Werran an. Domini DCCCLXVI.* Tabularium Rothonense: *Tutuoret vendidit Drevalloni campum juris sui in Conditâ plebe Rannac; et allegavit illi fidejussores sive Dilisidos in securitate istius campi Catlogen, Jarnithen, etc.* Idem Tabular: *Dedit seu allegavit fidejussores et Delisidos, etc.*

\* **DILIENTARE**, pro *Diligentare*, verbum effectum a *Diligens*. Chart. Langob. ann. 752. in Brunett. *Cod. Diplom.* Tusc. pag. 543: *Si de jam dicta pecunia exire voluero... aut ipsa pecunia non laborabo aut Dilientaro, pro eo quod ipsa pecunia demittere presumberso... tunc componere promitto, etc.*

† **DILIGARE**, Probare. Papias.

† **DILIGENTER**, Ex vera affectione. Barthius in Glossario ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnotensis.

† **DILIGENTIA** Beatorum Monachorum Armenii (f. Ammonii) et Honorii... quam breviter viro illustri Theophilo direxerunt. Sic inscribitur Professio fidei vetus, quam exhibet Mabill. *Analect.* tom. 4. pag. 177.

\* **DILIGENTIA**, REDARGUERE DE DILIGENTIA, Negligentiam, seu incuriam exprobrare. *Comput.* ann. 1357. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. fol. 11. vº: *Gal. eunti apud S. Richarium pro habendo plures actas et unam litteram facientem mentionem, quod domini mei non possunt redargui de Diligentia: et quod pars adversa tenet eos pro Diligentibus.*

\* **DILIGENTIUM**, Preces pro mortuis, sic dictæ quod ex dilectione, vel quod pro benefactoribus fundantur. Vide *Caritas* 2. Ordinar. eccl. Ambros. *Mediol.* ann. circ. 1190. ubi de Vigil. Nat. Dom. apud Murator. tom. 4. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 907: *Hora vero undecima ostiaris ebdomadarius, et alii duo minores sonant Diligentium... Postremo vadunt ad S. Michaelen in Domo, et eunte (subdiacono) super cimiteria cum septimanali ciendelario, ac dicente: Requiem æternam. Et illo respondet: Et lux perpetua luceat eis. Respondet subdiaconus: Animæ istorum requiescant in pace... Et sciendum est quia hoc Diligentium eodem modo fit in Epiphania, et eodem ordine.*

† **DILIGIATUS**, Extra Legem positus, de Lege, seu Legis patrocinio ejectus, alias *Ulagatus*. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 45: *Si quis Diligiatus legatem hominem accuset, funestam dicimus vocem ejus. Italis Diligiato, est vilis, spretus, cujusmodi sunt exleges, exules.* Vide Academicos Cruscianos et Pergaminum.

\* **DILIGIBILIS**, Amabilis, diligendus. Charta Hugon. M. ann. 937. tom. 9. *Collect. Histor. Franc.* pag. 721: *Tam domini Hugonis Francorum ducis, quam etiam Haduidis, ipsius amabilis et satis Diligibilis uxoris, etc.*

\* **DILIGIBILITAS**, Amabilitas. Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 541. col. 2:

*Placuit Altissimo pariter illi conferre multas condecentes gratias exterius in corpore, et gratissimam Diligibilitatem. Nostris Diliger, a Lat. Diligere, in Lit. Phil. VI. ann. 1346. ex Bibl. reg.: Nons mandons à touz que en fayssant les choses dessuadites voys (sic) obéissent à chacun de vous, Diligent et entendent.*

† **DILIMPIDARE**, Clarum et limpidum efficere, purgare. Acta S. Leonis II. Papæ Junii tom. 5. pag. 375: *Luna eclipsim pertulit. Post Cenam Domini nocte pæne tota in sanguineo vultu laboravit, et nisi post galli cantum cepit paulatim Dilimpidari et in suum reverti respectum.*

† **DILINGUA**, quasi *Bilingua*, Duorum lingua. Theodorici Placitum anni 680. apud Mabillon. *Diplom.* lib. 6. Charta XI: *Tam ipse (Amalaris) quam Hamedia sua Dilinguas eorum derecessint, scilicet ad jurandum villam, de qua litigium erat, a se possessam fuisse annos triginta et unum.*

† **DILISIDUS**. Vide *Dilesidus*. **DILITERE**, pro *Delitere*, apud Aldhelmum de Laude Virg. cap. 20:

Bestia Diluit, quæ pridem sævire solebat.

\* **DILLIGARE**, Solvere, Gall. *Délièr*. Charta ann. 1239. ex Chartul. S. Corn. *Compend.* fol. 144. rº. col. 2: *Recognovit... vendidisse bene et legitime Compendiensi ecclesie... garbas Dilligatas, et omne jus quod habebat... in grangia ecclesie prænominatae. Vide Disligare.*

† **DILONGARE**, Ugitio: *Longare, longum facere. Unde Dilongare, diversis modis, valde diversas partes longare. Delongare, valde longare.*

† **DILORICARE**, Valde loricare. Ugitio. [Latinus est Lorican seu vestem quamcumque exuere. Sic Tullio, *Deloricare tunicam*, Apuleio *Deloricare vestem*, *Diloricatis statim pannulis, etc.*]

† **DILORIS**, Vopiscus in Bonoso: *Interrulas Dilores duas. Quibus scilicet in-texta fila duo aurea, quæ videntur lora appellasse, ait Cujac. ad leg. 1. Cod. de Vestibus holoser. lib. 11. Vide Dissert. nostram de Nummis Imp. CP.*

† **DILUCEBRE**, Dilucide. Vita S. Celsi num. 12. Febr. pag. 403: *Longe lateque innotesci voluit Dilucebre.*

\* **DILUCULUM**, [Tempus matutinum. DIF.]

\* **DILUDIUM**, *Lo logo de zocho*. Glossarium Lat. Ital. Ms.

\* **DILUVII MAGISTER**, Qui aquis et eorum aggeribus præest, Gall. *Maitre du déluge*. Consuet. Genovef. Mss. ad ann. 1263. fol. 56. vº: *Laquele information fust fete diligamment par frere Baudoin mestre du Déluge et par Robert jadis clerc de la prévosté de Montelheri.*

† **DILUVIO**, Ablutio, expiatio. Diploma Roberti Regis Franc. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 108: *Expedit ita pro nostri nostrorumque erratus Diluvione commoveri, atque Sanctorum, etc.*

† **DIMACHÆ**, Milites duplici genere pugnæ habiles ut et equo et pedibus pugnare possent. Græcis Διμάχα. Vide Turnebum lib. 19. *Adversar.* cap. 32. et Martinium in Lexico.

† **DIMACHÆRI**, Qui duplici μάχα, seu gladio pugnati. De his vide Commentarios Trevoltianos mensis Maii ann. 1715. pag. 730. et 740.

† **DIMAGIUM**, DISMAGIUM, Perceptio Decimarum, vel ager unde percipiuntur, Gall. *Dimage*. Passim occurrit in Chartulario S. Martini Pontisarenensis.

\* **DIMEMBRARE**, *Atourneir pison*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1552. ex *Cod. reg.* 4120. Vide supra *Demembrare*.

† **DIMEMBRATIO**, Distractio, divisio partis a toto, Gall. *Demembrement*. Charta Henrici Ducis Silesiæ ann. 1318. qua renunciati juri suo in Marchiam Budissinensem, apud Ludewig. *Reliq. MSS.* tom. 5. pag. 536: *Ceterisque omnibus et singulis, juribus et pertinentiis universis ad ipsam terram, provinciam sive Marchiam Budissinensem de jure et consuetudine spectantibus, absque Dimembratione qualibet. Vide Demembratio.*

† **DIMENCHIATA TERRÆ**, Agri modus, vulgo *Dimanchée*. Constat quatuor cartonatis. Passim legitur in Terrariis Casæ-Dei.

† **DIMENSUM**, Demensum, mensura. Nova Gall. Chr. tom. 3. col. 384. col. 1. ubi de Martino I. Abb. S. Vedasti Atebat.: *Ludovicum Regem Francorum jubentem sibi apud eosdem instrui convivium, solito Dimenso contentum esse docuit.* Regibus olim, Principibus, Episcopis, aliisque debebantur convivia, quæ *Conradia*, *Procuraciones* dicebantur: horum occasione ne nimium vexarentur Ecclesiæ, ad certam duntaxat ferculorum, vini, panis, avenæ, etc. qualitatem quantitatque tenebantur; quod hic quidem *Dimensum* appellatur, Vide *Conredium*, *Procuratio*.

\* **DIMENTIRI**, DISMENTIRI, Mendacii arguere, Gall. *Démentir*, alias *Desmentir*. Charta ann. 1218. inter Probat. tom. 1. *Hist. Nem.* pag. 60. col. 1: *Villelmus de Vico audivit quod Bertrandus et Stephanus Dimentiebantur inter se. Stat. Ver-cell. lib. 4. pag. 116. vº: Et si quis Dimentitus dicat incontinenti alteri, tu mentiris; non solvat bannum ille secundus. Lit. remiss. ann. 1469. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 352: *Le suppliant respon-dit que plus ne le Desmentist et qu'il estoit homme marié, et estoit honte à lui de Desmentir ung homme estant en mariage.* Tanta erat inuptorum erga nuptos reverentia; cœlebs quippe erat, qui alterum mendacii arguebat. Unde *Ré-desmentir*, Mendacii redarguere, in aliis ann. 1372. ex Reg. 103. ch. 188: *Icellui Chienet desmentit ledit Adam; lequiel Adam, qui est gentilshoms... le Rédes-menti semblablement. Vide Dimentire* 2. et supra *Dementitio*.*

\* **DIMERIA**, Ager, unde percipitur decima. Terrear. Castil. *Dumbar*. ann. 1463: *In Dimeria de Montmerle, etc. Vide Dimagium.*

\* **DIMIARE**, f. pro *Dimidiare*, Dividere, in duas partes secare. Chartul. S. Petri Carnot. ch. 10: *Cum quindecim agripennis terræ qui per singulos sunt Dimiandi triginta ibidem hospitantibus.*

\* **DIMICULUS**, [Gladius, pugio. DIF.]

\* **DIMEDIA AVENA**, Præstatio dimidia, quæ ex avenis domino pensitari solet. Charta ann. 1283. in Chartul. Domus Dei Pontissar.: *Qui redditus tales sunt, videlicet tres Dimidiæ avenæ ad Natale Domini persolvendæ. Item ad ipsum terminum capo dimidius. Vide Avenagium* 1. et *Dimidium*.

\* **DIMIDIALIS**, Canonicus, qui dimidium fructum percipit, Gall. *Sémi-prebendé*. Charta Joan. VIII. PP. ex Tabul. S. Gauger. Camerac.: *Hæc autem omnia superius scripta ad sexaginta fratres et decem Dimidiales constituimus. Vide in Præbenda.*

† **DIMIDIARE**, Dividere, in duas partes secare. *Quid Dimidias mendacio Christum?* apud Tertull. de Carne Christi cap. 5. Sæpius apud Scriptores inferioris ævi. Sed et apud Ciceronem legitimus,

*Mensis Dimidiatus, Dimidiati versiculi, etc.* Vide Barthii Glossarium.

† **DIMIDIATIO**, Divisio, sectio. Tertull. adv. Marc. lib. 1. cap. 24: *Unde hæc Dimidiatio salutis.*

**DIMIDIETAS**, pro *Medietas*, in Chronic. Mauriniacensi lib. 2. pag. 372. [in Charta anni 1099. Tabularii Britannici Majoris Monasterii, et in Litteris anni 1306. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 5. pag. 263.]

† **DIMIDIUM**, Mensura frumentaria, quæ majoris continet medietatem. Index MS. beneficiorum Eccl. et Dioc. Constant. fol. 10. vº: *De redditu prædicto Presbytero debentur quinque Dimidia frumenti Constant.*

**DIMIDIUS**, Vox in re monetaria non antiqua; cum enim nummi speciei præponitur, non auget numerum, sed de eo *Dimidium* demendum docet. Verbi gratia, *quintus Dimidius solidus*, est quartus solidus cum dimidio, et ita de cæteris. Lex Rip. tit. 20: *Quinto Dimidio solido culpab. judicatur.* Tit. 24: *Tertio Dimidio solido culpab. judic. Tit. 34. § 3: Unusquisque octavo semisolido mulctetur.* Tit. 58. § 9: *Octavo Dimidio solido culpab. judicatur.* *Fœdus Alfredi et Godrici Regum cap. 4: Reddat 84. solid. cum Anglis et cum Danis tres Dimidias marcas.* Leges Ethelredi Regis cap. 16: *Reddat unusquisque 6. Dimidias marcas.* In Speculo Saxon: *Quartus Dimidius nummus.* Ita Græci τρίτον ἡμισόβλιον pro duobus obolis et semis, dicebant ἑξήσομον ἡμιστάλαντον, pro sex talentis cum dimidio, uti observatum a Casaubono ad Theophrasti Characteres. Vide Jac. Gothofredum ad leg. 4. Cod. Th. de Suariis (14, 4.), ubi de *Semidecima*, et infra in voce *Nondecem*. [\* Confer. J. Grimmii Grammat. German. tom. 2. pag. 950.]

† **DIMINICULUM**, Diminutio. Joan. Capgravius in Vita S. Ercowaldi, April. tom. 3. pag. 786: *Cum enim puer lectionem sine libro proferre cogeret, non solum quod magister ejus tradiderat, absque obstaculo atque Diminiculo reddidit, verum etiam, etc.*

**DIMINORARE**, Minorem facere, minuere, [Tertull. de Anima cap. 33: *Diminoratur illic ille.* Occurrit etiam] in Charta Caroli Simplicis apud Aimoinum lib. 5. Histor. cap. 42.

**DIMINORATIO**, in Chron. Farfensi pag. 667. tom. 4. Ughelli pag. 603. [in Charta anni 639. apud Miræum tom. 1. pag. 123. et in Præcepto ann. 828. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 83. Vulg. Interpres Eccl. 22. 3: *Confusio patris est de filio indiscipulato: filia autem in Deminorazione fiet.*] Vide *Minorare*.

\* **DIMINUARE**, Minuere. Lit. Caroli VI. ann. 1401. in Memor. F. Cam. Comput. Paris. fol. 91. vº: *Domus auctoritatem et potestatem... vadia officiorum, servitorum et aliorum Diminuandi vel augmentandi.*

\* **DIMINUCIO**, Vide infra *Diminuere*.

\* **DIMINUENTIA**, Diminutio. Charta ann. 1171. apud Corbinel. inter Probat. domus de Gondi pag. 43: *Item... sociis omnibus, qui perjuri erunt, addere et diminuerere de his, quæ superius scripta sunt, et secundum quod addiderint teneantur, et de ipsis Diminuentiis sint absoluti.*

\* **DIMINUERE**, Sanguinem detrahere, venam incidere, Gall. *Saigner*. Libert. Pontis-Urson. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 640. art. 26: *Si prætor aliquem mandaverit, dum ipse est in balneo, non ierit coram ipso, donec cum ipse voluerit exire; ... vel si Diminutus fuerit, coram prætor non ierit, donec Diminucionem impleverit.* Id est expleto illo tempore, quo quis

post sanguinis detractionem domi sedere solet. Vide *Minuere*.

† **DIMINUTE**, De verbo ad verbum. Et quod Hieronymus *Diminute Biblia translulisset*, in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 202.

\* Hanc interpretationem præstare nolum: ut ut est, *Diminute*, pro *Summatim*, breviter, legitur in Chron. Joan. Vitodur. in Thes. hist. Helvet. pag. 1: *Et si quando me contingat in prosecutione ipsarum aliquatiter exorbitare, ac metas plenæ meræque veritatis excedere, vel incaute, vel Diminute, vel superflue, seu præpostero procedere ordine, etc.*

† **DIMINUTOR**, Diminuens. *Infractores seu Diminutores hujus mæx elemosynæ*, apud Th. Madox Formul. Angl. pag. 240.

† **DIMINUTUS IN NATURALITATE**, Non satis sanus, apud Scholasticos. Goclenii Lexic. Philosoph.

1. **DIMISSIONE**, Morbi remissio, apud Cælium Aurelium lib. 1. Acutor. cap. 16.

† 2. **DIMISSIONE**, Locatio, Gall. *Bail à ferme*, apud Th. Madox Formul. Angl. pag. 148: *Præsentis Dimissionem in aliquo non obstante.* Agitur de locatione manerii per quinquaginta annos, quod non obstante *Dimissione* a locatore recuperari poterat quovis tempore, si conventiones minime servarentur.

\* **DIMISSIONE CARNIUM**, Tempus, quo a carnibus vescendis abstinetur. Charta Phil. II. reg. Rom. ann. 1208. tom. 2. Hist. Leod. pag. 389: *Octo diebus ante Dimissionem carniū, et octo post,.... ibit civis Leodiensis per civitatem libere, etc.*

† **DIMISSIONARIA**, Legatum. Vide *Dimittere*.

**DIMISSIONARIE LITTERÆ**, quas Synodus in Trullo can. 17. ἀπολυτικὰς vocat, et clerici ab Episcopis impetrabant, ut in alienam diocesim transirent, in ea manerent, aut ab aliis Episcopis ordinarentur. Gloss. Gr. Lat.: Ἀπολυτικὴ, *Dimissionaria*. Harum mentionem agunt Canones Concil. Afric. can. 106. Concilium Arelat. V. can. 7. Capitulare Pipini Regis Italiæ ann. 793. cap. 3. Lex Longob. lib. 3. tit. 1. § 23. tit. 2. § 1. 2. 3. [\* Pipin. 15. Carol. M. 6. 62.] Synodus Roman. ann. 826. can. 18. 21. Flodoardus lib. 3. Hist. Rem. cap. 23. pag. 485. cap. 25. pag. 510. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 51. Joannes VIII. Epist. 133. Formulæ vet. tom. 2. Concil. Gall. pag. 666. 668. 670. 673. et tom. 10. Spicileg. Acheriani pag. 639. Nomocanon editus a Joan. Bapt. Cotelerio can. 295. etc. Vide præterea Sirmundum ad Sardon. lib. 6. Epist. 8. Ferrarium de Antiq. Eccles. Epistol. lib. 1. cap. 8. Baronium ann. 142. num. 8. Carolum Labbeum ad Synops. Basil. pag. 199. 200. 201. etc.

† **DIMISSIONARIALES LITTERÆ**, in Concilio Hispal. ann. 1512.

† **DIMISSIONALIA**, in Limano anni 1591.

**DIMISSIONARIA**, Eadem notione interdum scribitur, ut lib. 3. Legis Longob. et alibi.

**DIMISSIONII LIBELLI**, Juris-consultis, qui et *Apostoli*, et dantur ab eo, a quo appellatum est, ad eum, qui appellatur. Vide tit. Digest. de Libelli. dimissionis.

**DIMITTERE**, Relinquere testamentum, legare, donare, usurpavit Lampridius, ut observavit Casaubonus. Hinc

**DIMISSIONARIA**, Legatum, seu donatio, in

Statutis Venetor. ann. 1248. lib. 1. cap. 39. lib. 4. cap. 2. 4. 5. etc.

† **DIMITUM**, Italis *Dimito*, Species panni crassioris. Hugonis Falcandi Hist. Sicul. apud Murator. tom. 7. col. 256: *Hinc enim videas (in officina pannorum) amita, Dimitaque et trimita minori peritia sumptuque perfici; hinc exhibitam uberius materiæ copia condensari.* [\* Pannus binis licis textus a Gr. δαγ, bis, et μίτς, licium, filum stamini implicatum.]

\* **DIMORA**. [Actio morandi: « Prandio peracto, post aliquam *Dimoram*, recesserunt mulieres. (Diar. Burchardi, p. 322. an. 1488.) »]

**DIMORARE**, Demorari, Gall. *Demeurer*, manere, morari. Vetus Chronic. Veronense apud Hieron. *d'alla Corte*, lib. 4. Histor. Veron. pag. 179: *Quumque in hac contentione diu Dimorant.* [Glossar. Sangerman. n. 501: *Dimorare, Deducere*; sed puto legendum *Dimovere*.] Vide *Demorari*.

**DIMOSSARIUM**, Δημοσιάριον, Municipium, burgus respectu castelli, seu burgus, qui castello imminet. Innocentius III. PP. lib. 16. Epist. 98: *Adjiciens (Archiep. Patracensis) conquerendo, quod per dictum Principem et homines suos sede propria, et castro, et Dimossario Patracensi, possessionibus et fructibus earum, fuerat spoliatus.* Iterum occurrit lib. 13. Epist. 165. Adde Rocchum Pirum tom. 2. Notitiæ Sicil. pag. 150. Δημοσιάρια, apud Constantinum Porphy. in Tacticis, est municeps: Ἐάν ζημιώσῃ τις στρατιώτην, ἢ δημοσιάριον, etc. Hinc patet leg. *Dimossarium*.

† **DIMUS**, *Bimus*. Gloss. Isid. et Papias.

† **DIMUTATIO**, pro *Demutatio*, in Instrumento anni 1152. apud Miræum tom. 2. pag. 1172.

† **DINARADA**, Vide *Denariata*.

\* **DINAMIDIUM**, DINAMIDIA, Medicamentum, ut virtutibus pollens, a Græco Δύναμις, de qua voce videndus Henric. Stephani Thesaur. Ling. Græc. tom. 2. col. 1708. edit. Didot. Richer. Histor. lib. 2. cap. 59: *Die quadam de Dinamidiarum differentiis disputatum est, tractatumque uberius quid efficiat farmaceutica quid vero cirurgica, quid etiam butanica.* Ibid. lib. 4. cap. 50: *Cum eum in arte peritissimum Dinamidia farmaceutica, butanica atque cirurgica non lateverit.*

\* **DINARADA**, Valor seu pretium unius denarii. Chartul. Celsin. ch. 689: *De unoquoque manso a Paschate 1. Dinarada de cera.* Vide *Denariata*.

\* **DINATA**, an Modus agri, pro *Denariata*? Vide supra in hac voce. Charta ann. 1345. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 533: *Item Arnaldi affera dicti loci (Montisfalconis) tenet feodum quatuor ortos, unum ayrale et mediam et unam Dinatam unius orti. Rursus occurrit ibid.*

\* **DINCHORU**, Flandris, Præstationis species. Charta ann. 1286. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 42. vº: *Et avoie avoec le tierch dou Dinchoru et le tierc des glines, etc.*

† **DINDIMUM**, vel potius **DINDYMMUM**, Mysterium, Templum. Vita S. Friderici Episc. tom. 4. Julii pag. 461: *Ineptas fabulas devitans, seniores non increpans, minores non contemnens, habens fidei Dindimum in conscientia bona.* Allusio est ad hæc Apostoli verba 1. Timoth. 3. 8: *Habentes mysterium fidei in conscientia bona.* Angelomus Præfat. in Genesis apud Bern. Pez tom. 1. Anecd. col. 46:

Hic Patriarcharum clarissima gesta leguntur, Mystica quæ nimium gravidis typicisque figuris Signantur Christi, nostræque et dona salutis. Hic sacra nam sacra cernuntur Dyndima legis Atque evangelica salpinx typica intonat orbi.

Papias : *Dyndyma, Mons est Phrygiæ, sacra Mystica, pluraliter declinatur.* Notus est mons Phrygiæ Cibellæ sacer *Dyndyma* nuncupatus; unde Virgilius :

O vere Phrygiæ, neque enim Phryges, ite per alta Dyndyma.

Ad quem versum aspexisse videtur Paulus Diaconus in Carmine de S. Scholastica scribens :

Appetit alta poli, tempusque dulcia sæcli,  
Dyndyma perpetuæ appetit alta poli.

Hoc est excelsa cœli tabernacula, Templum : qua etiam notione *Dyndyma* dixit Frigidus in Vita S. Wilfridi cap. 46. ubi narratur secundo Romam petiisse :

Transmissis tandem Jovialibus æque cavernis,  
Macarii penetrant rutilantia Dyndyma Petri.

Epitaphium Josceranni Abbat. Floriacensis apud Mabillonium tom. 5. Annal. pag. 459 :

Idus septenas, Aprilis apricæ tenebas  
Cum subit excelat Dyndyma celsa poli.

† **DINERIALIS**, Pretii unius denarii. Charta ann. 1130. in Appendice Marcæ Hisp. col. 1269 : *Per sensum sacrariæ donent annuatim unam candelam Dineralium predictæ Ecclesiæ.* Vide *Denerata cære* in *Denariata*.

† **DINERATA**. Vide *Denariata*.

† **DINERIUM**. Vide *Disnerium* in *Disnerium*.

\* **DINGHOF**. Vide *Curia Dominicales in Curia 1.* Locus iudicii, prædium cuius domino jus placiti competit, jus ipsum domini superioris. Chart. S. Gallens. ann. 1297. ap. Neugart. Cod. Alemann. tom. 2. pag. 946 : *Ut curia nostra in villa Kiltzarten venditio exponeret. Cumque... non appareret qui pro his offerret 120. marcas, proprietatem et dominium directum curiæ memoratæ conventionis tali, quæ vulgariter dicitur Dinchof, sitæ in villa Kiltzarten cum omnibus attinentiis suis... vendidimus et tradimus.* Vide Herrgott. Geneal. Habsburg. tom. 2. pag. 765. not. 2.

† **DINGNUS**, pro *Dignus*, ut *Stangnum* pro *stagnum*, legitur apud Thomam *Madox* in Formul. Angl. pag. 883.

† **DINIARE**, Denegare, Gallis *Denier*, *Refuser*. Charta Pippini Regis Franc. ann. 755. apud Felibianum in Hist. Sandionys. pag. xxv : *Maxima sollicitudo debet esse Princeps, ut ea quæ a Sacerdotibus Christi pro oportunitate Ecclesiarum Dei fuerint postulata sollerter perspicere et congrua vel oportuna eis beneficia eis non Deniare.*

**DINIDOR**, *Malus odor*, in Gloss. Isid. [Hinc corrigendus Papias in MS. Bituric. ubi male *Dinior*. *Dinidor* enim a *Nidor* dici manifestum est.]

\* **DINISMANNUS**. Vide supra *Dienismannus*.

† **DINOMILUS**, qui diu colloquitur, a Gr. *δην*, et *μύλω*, colloquor aut conversor, ut notant docti Editores ad Vit. S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 940. col. 2 : *Rosa angelum suum non modo custodem, sed et congerronem habuit amicissimum; imo pararium, symmistam, Dinomilum.*

**DINOSCENTIA**. Vide *Dignoscencia*.

† **DINOSIS**, *δένωσις*, Indignatio. Utitur Martian. Capella lib. 5.

\* **DINTELLUM**. Vide infra *Diutellum*.

† **DINTHIRE**, Picipare. Auctor Philomelæ v. 61 :

Velox mustelaque Dintirrit.

\* **DINUMERAMENTUM**, Professio feudalium, qua scilicet quis feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo iuribus ac oneribus descriptionem domino ex debito offert. Molinæus in Consuet. Paris. § 8. Glossar. in v. *Dénombrément* num. 6 : *Vassallus offert Dinumeramentum, patronus petit edi et ostendi sibi vetera Dinumeramenta et instrumenta feudi.* Vide supra *Dénombrémentum*.

† **DENUMERARE** IN SEMETIPSO. Tertullian Apol. cap. 1 : *Certe damnati (malefici) mærent : Dinumerant in semetipsis. Mentis malæ impetus vel fato vel astris imputant.* Huius locutionis interpretationem habemus Tertullianum ipsum lib. 1. ad Nationes cap. 1. ubi pro *Dinumerare* in semetipsis habet : *Exprobrant etenim quod erant in semetipsis. Dinumerare igitur in semetipsis idem est, quod facta quasi denumeratione facinorum sibi ea exprobrare.*

**DINUMIUM**, seu **DINUMMIUM**, Vectigal, quod fisco, vel reip. præstatur Alexandriæ pro mercibus, quæ importabantur, vel exportabantur, a præstationis quantitate et modo, ut videtur, appellatum, in l. un. Cod. de Alexand. Primat. lib. 11. (tit. 29. Theodos. Cod. 14, 27, 2.) Gloss. vet. : *Binio, δίνουμα, Biniones, δινάρια, nostris Double.*

\* **DIOCEA**, ut *Diocesis* Charta ann. 715. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 371 : *Ego Guntheram notarius in curte regia Senensis inquisibi de Diocæas illas et monasteria, de quibus intentio inter episcopum Senensis civitatis, necnon et Aretinæ ecclesiæ idemque episcopum vertebatur... Interrogavimus Smeris presbitero... de Cujus Diocæa esset, aut ad qualem episcopum habuisset secessionem.*

† **DIOCENSIS**, e diocesi. *Cum ergo moraretur in una suarum ædium Diocensium, in Vita S. Ansvini, t. 2. Martii p. 325. E.*

\* **DIOCESA**, pro *Diocesis*, in *Diocesianus*.

\* **DIOCESANUS**, Qui est e diocesi, Gall. *Diocésain*, idem qui *Parochianus*. Stat. synod. Guid. episc. Lexov. ann. 1321. ex Cod. reg. 4653 : *Doceant sæpe sacerdotes populum, nec permittant Diocesanos deferre infirmis sanctum Corpus Domini, nisi in necessitate, cum sacerdos fuerit absens vel infirmus.*

\* **DIOCESIANUS**, Episcopalis, ad *Diocesanum*, hoc est, qui diocesi præest, pertinens. Chartul. B. M. Graciac. : *Nos Philippus archiepiscopus Bituricensis venditionem hanc decimæ vini ratam et gratam habentes, auctoritate Diocesianâ confirmamus.* Charta Rob. episc. Lingon. ann. 1294. ex Chartul. Campan. fol. 206. col. 1 : *Salvo tamen nobis et successoribus nostris episcopis Lingonensibus jure Dyocesiano per omnia.* [\* Qui est e diocesi in Constantini Vita Adalber. II. cap. 15. Pertz. Scriptor. tom. 4. pag. 663 : *Cur videlicet in suis diocesi et Diocesianis ea quæ synodali ac per hoc spirituali falce resecaudi erant, non resecaudi?*]

† **DIOCESIANUS**, passim pro *Diocesis*.

† **DIUGLIS**, Qui docet, doctor. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

**DIOMITEA**, Levis armaturæ milites, qui ad persequendum hostem ipsa levitate habiles sunt, ἀπὸ τοῦ διομοῦ dicti, apud Capitolinum in Marco, et Ammianum lib. 27. Ita Turnebus lib. 25. Ad-

versar. cap. 18. Casaubonus ad Capitulum et Henricus Valesius ad Ammian. *Διομίται* apud Metaphrastem in Vita Athanasii, et in Epist. Eccl. Smyrnenis de Martyrio S. Polycarpi n. 7.

† **DIOTES**, Persecutor, in Onomastico ad calcem Actorum SS. Junii tom. 5. Est pro Græco *διώτης*.

**DIODUS**, Transitus, aditus, ex Gr. *διόδος*. Guillelmus Apuliensis lib. 2. de Gestis Normannorum, de urbe Barensi :

... Quem clausa negabat  
Undique septa mari, quod non est insula, terræ  
Exiguæ Diodus.

Scholias Gregorii Nazianzen Stel. 2. pag. 89 : *Διόδος ἐστὶν ἡ διὰ μέσου λόφων τινῶν ὁδὸς, ἔχουσα ἔξοδον εἰς τὸ κατανταρῆ ἢ εἰς ἔξοδον μὴ ἔχουσα εἰσοδόν.*

† **DIOCESANUS**, Proprius *Diocesis* Episcopus, Gall. *Eveque Diocésain*. Occurrit in Synodo Pergami ann. 1311. rubrica 11. apud Muratorium tom. 9. col. 547. Ludewig. Reliq. MSS. tom. 8. pag. 130. et alibi.

1. **DIOCESIS**, *Διοίκησις*, dicebatur plurimum provincialium præfectura. Balsamon in can. 9. Conc. Calchedon : *Διοίκησις δὲ ἐστὶν ἡ πολλὰς ἐπαρχίας ἔχουσα ἐκαστῆ.* Harum dioceseon mentio fit passim in Cod. Th. et Just. quæ interdum *Tractus* appellantur apud Marcellinum, in veteri Provinciarum Libello, edito a Schonhovie, et in Cod. Just. et Th. legibus, ab aliis indicatis. Quælibet vero *Diocesis*, quæ plures complectebatur provincias, suas habebat Metropoles. Regebantur singulæ a Comitibus et Vicariis: plures vero una et simul a Præfectis Prætorio. Sed cum de hisce Diocesebus viri docti hactenus ex instituto disseruerint, ad illos Lectorem amandamus. Consulat igitur, si est animus, Berterium lib. 1. Pith. cap. 2. et Jacob. Gothofredum ad leg. 13. Cod. Th. de Medicis, et in Topographia ejusdem Codicis part. 1. etc. Atque inde manavit, ut

**DIOCESIS** dicerentur potissimum provinciæ, quibus præerant Metropolitanæ, vel Archiepiscopi, ut in Concilio Calchedonensi can. 28. Anastasius in S. Dionysio PP. : *Hic Presbyteris Ecclesiis divisit, et Parochias, et Dioceses instituit.* Adde Baldricum Noviom. lib. 1. cap. 7. Hincmarus Remensis : *Non solum Diocesis, verum etiam Parochia mea inter duo regna sub duobus Regibus habetur divisa.* Gillebertus Lunicensis Episcopus de Usu Ecclesiastico, de Archiepiscopo : *Cujus Ecclesia subscribitur diocesis.* Abusive vero postmodum appellati Episcoporum districtus, qui proprio vocabulo *Parochiæ* passim nuncupantur.

2. **DIOCESIS**, Parochia. Guill. Brito in Vocabul. : *Diocesis proprie est baptismatis Ecclesiæ territorium et gubernatio.* Concilium Agath. can. 54. et Epaonense can. 8 : *Presbyter, dum Diocesim tenet, de his, quæ emerit, ad Ecclesiæ nomen scripturam faciat.* Concilium Aurelian. IV. cap. 33 : *Si quis in agro suo aut habet, aut postulat habere Diocesim, primum ei deputat sufficienter, et Clericos, qui ibidem sua officia impleant.* Capitula Caroli M. lib. 7. cap. 365. [\* 465.] : *Placuit, ut unusquisque Episcopus pro singulis annos cunctas Dioceses Parochiasque suas circuire non negligat.* Messianus in Vita S. Cæsarii Arelat. : *Venit ad agrum Ecclesiæ nostræ, ubi Dioceses sunt, qui succentriones vocantur.* Ita Diocesim pro Parochia curiana usurpant etiam Sidonius lib. 9. Epist. 16. Gregor. Turon. lib. 4. Hist. cap. 13. lib. 4. cap. 5. et lib. 7.

cap. 88. Concil. Toletanum. IV. can. 23. Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 49. [\*\* 67.] Charta Ludovici Pii apud Ughellum in Episcopis Veronensibus, etc. Vide File-sacum lib. de Parochiis cap. 1. *Diocesanæ Ecclesiæ*, parochiales, in Concilio Tarracoenensi sub Hormisda PP. cap. 7. 8. 18.

† **DIOECESIS LATERANA**. Paulus Bern-riensis in Vita S. Gregorii VII. PP. cap. 80: *Nam duo rustici non improbabili curiositate ducti, cum adventum novi Pontificis in Lateranam Diocesim comperissent, ad videndum eum mutuis cohortationibus instigati ad Ecclesiam properant: quo cum pervenissent, invenerunt eum juxta altare Missarum solemniter celebrantem.*

**DIOECETÆ**, *Administratores*, apud Anastasium in Hist. Eccl. Glossæ Basilic. : Διοικητής ἐστὶν ὁ ἐνταλαίθεις διοικεῖν τὰ τοῦ ἀπόντος πράγματα, λέγεται δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ διεκδικητής, καὶ ἐντολεύς, καὶ συνήγορος. *Diaceta Ergastanorum*, qui operariis et artificibus præerant, in leg. 5. Cod. de Episc. aud. (1. 4.) et in leg. 1. Cod. Th. de Alexand. pleb. Primat. (14, 27.)

**DIOECETÆ**, Διοικηταί, Publicani, collectores tributorum ac vectigalium, Leoni Nov. 61. Theophani in Chronico, Leonis Isauri ann. 24. Epist. Adriani PP. ad Carolum M. in Cod. Carolino 92: *Missi Græcorum duo Spatharii Imperatoris cum Diucitini, quod Latine Dispositor Siciliae dicitur, etc.* His præerat Μέγας διοικητής, cujus dignitatis mentio est apud Cantacuzenum lib. 3. cap. 14. pag. 393. et Codinum de Offic. Vide Jacobum Gothofr. ad leg. 1. Cod. Th. de Alexandrina plebis Primat. (14, 27.) [\*\* et Glossar. med. Græcit. col. 812. a. et Append. 59. c.]

**DIOGENES**. Willelmus Apuleiense lib. 2. de Gestis Norman. de Romano Diogene Imp. :

Diogenes cognomen erat, quia barba bifurcata.

Quasi διγενέος, qui mento est bipartito.

† **DIOGMITÆ**, iidem qui supra *Diocmitæ*.

**DIOMATUS**. Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1276: *Unam sindonem Franciscam Diomatam, unam sindonem cum friso magno, tres sindones Diomatas.*

\* **DIONARIUS**. [Qui denarium non valet et denarius qui gratia nummi honorem suum amittit. DIF.]

**DIOPRASIA**, pro *Diaprasia*. Vide locum in *Orodona*.

† **DIORISMA**, Definitio, Græc. διορισμός. Fridegodus in Vita S. Wilfridi, inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 723:

Ex hinc convallere nimis Diorismata fortis Athletæ, pereuntque mali sophismata civis.

\* **DIOTHANATUS**, Bis mortalis. Charta Roger. II. episc. Catalaun. ann. 1062. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 155: *Violentiam vero si quislibet illicita rapacitate ingesserit, excommunicationis gladio a catholice matris ecclesie corpore segregatus inter Diathanatos sortem miseræ infmitæ excipiet.* [\*\* leg. *Biathanatos*.]

**DIOTINUM SIGILLUM**. Charta Hecardi Comitis Augustod. apud Perardum in Burgundicis pag. 26: *Et sigillo Diotino... et sigillo de berillo, etc.* Forte *Dionychino*.

\* **DIOVOLARIS**. Vide supra *Diabolaris*. **DIPACATUS**. Concilium Vaugense ann. 1212: *Dicimus etiam vobis, quod si comes Fuxensis noluerit stare placito illi, et vos*

*postea non audieritis preces nostras pro eo, non erimus inde vobis Dipacati; id est, propterea pax inter nos rupta non erit.*

**DIPERTAGUS**. Vide *Dipagus* post *Diptycha*.

† **DIPLANGIUM**, Vas duplex. Dioscorus: διπλοῦν ἄγγειον. Priscian. lib. 1. cap. 19: *Amurca Diplangio cocta.* Vide Reinesium var. Lect. pag. 512.

\* **DIPLARE**. [Duplicare, geminare. DIF.]

† **DIPLE**, Signum in libris præsertim Ecclesiasticis ad distinctionem appositum. Vide Isidorum Orig. lib. 1. cap. 20.

\* De *Diple* sive *antilambda* pluribus agit Breneman. lib. 2. Hist. Pandect. cap. 3. pag. 117. etc. Glossar. Lat. Ital. MS.: *Dipla, La nota in testamenti.*

\* **DIPLODIATORIUS**. [Duplicator vestium. DIF.]

† **DIPLOIS**, Διπλοῖς, Læna duplicata, Gall. *Surtout doublé*. Psal. 108: *Operiantur sicut Diploide confusione sua.* Legitur Baruch 5. 2. in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 791. Concil. Hisp. tom. 4. col. 663. tom. 4. pag. 614. ubi hujuscemodi vestes Clericis prohibentur, quemadmodum et Monachis, in Statutis Cisterc. anni 1433. apud Marten. Anecd. tom. 4. col. 1585. ubi pro *Diploidem*, perperam legitur *Diploidorum*. *Virilis habitus* dicitur apud Leibnitium Scriptor. Brunsvic. tom. 2. pag. 909.

† **DIPLOIDUS**, Duplicatus. *Planeta Diploida*, in Testamento Everardi Comitum ann. 837. apud Miræum tom. 1. pag. 21. col. 2.

† **DIPLOMA**. Vide [\*\* Append. Glossar. med. Græcit. col. 60. et] mox

**DIPLOMATARIUS**. Glossar. MS. Regium Cod. 1018: *Deputatus, Duplicator*. Infra: *Diplomarius, duplicator*. Sed legendum *Diplomatarius*, ut apud Joan. de Janua: *Diploma, duplex locutio. Diplomus, duplicatus. Diplomatus, duplicator*. Perperam *Diplonia* et *Diplonarius* editum. [Gloss. Isid.: *Diplomatus, Duplicator*. Perperam Papias, *Diplomasarius*. Grævio videtur *Diplomatarius* fuisse, qui duplicem seu duplicatam chartam vendit, quali utebantur in diplomatibus, unde et nomen invenerunt, ut vinarius, olearius, librarius, pomarius, et hujus generis alia, qui vinum, oleum, libros, poma vendit.]

\* **DIPLOMATARIUS IMPERII GALLICI**, Qui scribendis regum nostrorum diplomatibus præfectus erat, comitis dignitate insignitus, idem proinde qui *Comes notariorum* inscribatur. Epitaph. quod exstat in ecclesia parochiali Pitiv. in Belsia: *Lod. Dion. Avarico Biturigium oriundo comitiva dignitate Diplomatariorum imperii Gallici primitus electorum dignissime ornato, etc. obiit viij. Id. Sept. cio. ci. xcviij.* Vide in *Comes 2.*

† **DIPLOMUM**, *Gubernatum*. Gloss. Isid. An legendum *Duplicatum* pro *Gubernatum*? Vide *Diplomatarius*.

\* **DIPLOMIA**. [Sedes que duplicatur. DIF.]

† **DIFLORA**, *Divisa vel separata*. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501. Minus male, ut videtur.

† **DIPLOSA**, *Divisa, separata*, apud Papiam.

† **DIPLOYTUM**, ut *Diplois*. Vide *Duploytum*.

\* **DIPLOMUM**. [Thabeta ex utraque parte pilosa. DIF.]

† **DIPODIA**, Papiæ est, *Tertia pars herici versus, quæ constat duobus extremis*

*pedibus, Dactylo et Spondæo*. Græcis διποδία, Bipes.

\* **DIPONDUS**. [Pondus duorum obulorum. DIF.]

† **DIPPUS**, pro *Oedippus*. Vide *Amara-tunta*.

**DIPTAGUS**. Vide *Diptycha* versus finem.

**DIPTERIUM**. Florus Magister in Exposit. Missæ: *Usus fuit antiquorum, sicut etiam Romana agit Ecclesia, ut statim recitarentur ex Dipteriis, id est, tabulis, nomina defunctorum.* Sed videtur legendum, *Diptychis*, nisi Græcum expresserit διπῆρα, membrana. Vide *Diptycha*.

† **DIPTICA**. Vide *Diptycha*.

**DIPTIRE**. Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 46: *Altare vero S. Mariæ et analogium evangelicum, ejusdem fratris nostri artificio in locis congruis deaurata, Hattonis sui de scriniis vestivit argento, et Diptivit, ut videre est, ex auro electo.* Goldastus hic putat legendum *gipsivit*, quod est, inquit, induxit et illevit, adducitque hunc locum ex Burchardo cap. 1. ad sententiam: *Othmari Ecclesiam crypta et fornicibus gypsi atque auri speciebus convenienter auctam, auro et coloribus ornaverat.* At Spelmanus a Saxonicis dippan, i. *Tingere, inficere*, deductum mavult, aut a Græco δῦπειν, quod est, *Tingere, mergere*.

**DIPTYCHA**, Græcis διπτύχα, Tabellæ plicatiles, geminas seu pendentes ac porrigentes. ἄθροον, διπτύχον γραμματίδιον, vel γραμματίειον, Herodoto, Polluci, et Hesychio; γραμματίειον διπτύχον, Libanio Epist. 914. *Bipatens pugillar*, Ausonio. Suidas et Hesychius: *Διπτύχα, δύο περιβόλαια, ἢ δύο ἐπιβόλας ἔχοντα, ὥστε τῶ μὲν ὑπεστράσθαι τὸ ἐπίπλου, τῶ δὲ ὑποβελήσθαι.* *Diptycha, quæ duabus constant tunicis seu operimentis, quorum alterum operimento subternatur, altero idem obtegatur.* [Gloss. Isid.: *Diptycha, Tabellæ quas ferimus.*] Papias: *Dipticæ dicuntur tabellæ, quibus corruptores suum inscribunt amorem.* Quod sumptum videtur ex Commentatore Juvenalis ad Sat. 9:

.... Et blandæ, assidæ, densæque tabellæ Sollicitant.

Ubi ille, *Blandis te epistolis et Diptychis sollicitent*. Sed hæc Criticorum filiis nota.

**DIPTYCHA CONSULUM**, *Quæstorum*, et majorum Magistratum, eorum nominibus inscripta, et imaginibus adornata, quæ ipsi ad amicos mittebant vice apophoreti, in Magistratus Initi et adepti symbolum. De his mentio est in leg. 15. Cod. Th. de Expens. ludor. (15, 9.) apud Themistium Orat. 6. pag. 166. Symmachum lib. 2. Epist. 81. 87. lib. 5. Ep. 56. et lib. 9. Epist. 109. Claudianum lib. 3. de Laudibus Stilicon. Sidonium lib. 8. Epist. 6. et Libanium, quos laudant Jacobus Gothofredus ad d. leg. 15. Juretus ad eundem Symmachum, et Alexander Wilhemius in Commentario de Diptycho Leodiensi cap. 1. et 7. ubi non Leodiensis duntaxat, sed et Bituricensis et Compendienses Diptychi figuræ representantur cum eorum imaginibus et inscriptionibus. Nos egregii alterius Diptychi Consularis, quod in Bibliotheca Regia asservatur, figuram perinde describendam curavimus, ad Syntagmatis de Nummis Imperatorum CPolitanorum illustrationem.

**DIPTYCHA ECCLESIASTICA**. Horum tria genera in Ecclesia Græca observant viri docti, primum *Episcoporum*, alte-

rum *vivorum*, tertium *mortuorum*: de quibus sigillatim dicendum.

DIPTYCHA EPISCOPORUM, (*Tabellæ Episcopales* quibusdam dicuntur) illa nuncupant, in quibus sanctorum Præsulum, vita functorum, qui Ecclesiam rexerant, nomina exarabantur, eorum præsertim, qui aliqua vitæ sanctitate inclauerant, quæ ad futurorum exemplum et meritorum memoriam inter Missarum solennia publice recitabantur. Georgius Alexandrinus in Vita S. Joan. Chrysostomi: Ἰαβεγγυζ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ Ἰωάννου τοῖς ἱεροῖς διπτύχοις ἐγράφει καλεῖσθαι, ὡς ἀειμνημονεῦσθαι παρὰ τοὺς. *Simul adhortatur ut Joannis nomen tabulis sacris juberet inscribi, tanquam digni Patri, cujus fama celebraretur.* Facundus Hermianensis lib. 4. cap. 1. de B. Cyrillo: *Rescribens quippe B. Attico, hujus Regiæ civitatis Episcopo, dicit: Legens literas a vestra Reverentia missas, cognovi nomen Joannis in sacris Diptychis scriptum.* Ubi Cyrillus habet ἐν ταῖς ἱεροῖς δέδοται. Idem postea κατάλογον τῶν ἐπισκόπων vocat, quia in Diptychis inscripta erant Episcoporum nomina. Idem lib. 11. cap. 1. de Eustachio Episcopo, qui Synodo Nicænæ interfuit: *Solenniter inter suos decessores ac successores ad sacrificia nominatur.* Collatio III. Carthaginensis cap. 290: *In Ecclesia sumus, in qua Cæcilianus Episcopatum gessit, et diem obiit. Ejus nomen ad altare recitamus, ejus memoriæ communicamus tanquam memoriæ fratris, etc.* Fortunatus lib. 10. Poem. 10. de S. Martino:

Nomina vestra legat Patriarchis atque Prophetis,  
Cui hodie in templo Diptychus editi ebur.

Adde Liberatum Diaconum cap. 16. Breviarium.

Eorum porro Antistitum, quorum nomina in ejusmodi sacra Diptycha referbantur post illorum excessum, quæ recitabatur in Liturgia memoria longe alia erat ab ea, quæ fiebat pro defunctis: cum Sacerdos, non pro iis oraret, sed deprecaretur, ut cælitibus adscriptos, cum cæteris Sanctis, qui ante consecrationem invocantur. Atque hinc initium sumpsit *Canonizationis* ritus, cujus vocabuli vis nulla alia est, quam quod summi Pontificis jussu et arbitrio, re prius diligenter expensa, virorum vitæ integritate et sanctitate insignium nomen in Canonem Missæ referretur, quod alias docuimus. Hadrianus II. PP. Epist. 9: *Dictum Apostolicæ recordationis Papam Nicolaum in Codicibus vel Diptychis Ecclesiarum vestrarum scribi, et nomen ejus inter sacra Missarum solennia in præterminis recitari faciatis.* Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobensium cap. 7: *Dixit etiam Episcopus supra nominatus (Adalbero Remensis) prædecessorum suorum ductam usque ad se consuetudinem, ut inter Missarum solennia, in ea speciali commemoratione defunctorum, quæ supra Diptycha dicitur, et in consecratione Dominici corporis solenniter agitur, cotidie in aures Presbyteri recitante silenter Subdiacono, omnium ipsius Sedis nomina scripto viritum recitentur Episcoporum.* Vide August. de Unitat. Eccl. cap. 7. Epist. 152. ad Donatum, Socratem lib. 6. cap. 10. lib. 7. cap. 40. Niceph. Gall. lib. 7. cap. 7. et 28. Anastas. PP. Epist. 2. cap. 3. Acta Concilii CP. Regulam Magistri cap. 93. extremo, Pachym. lib. 7. cap. 19. lib. 11. cap. 20. etc.

Quemadmodum igitur scribi in Diptychis, erat quodammodo inter Sanctos collocari; ita ex iis deleri, erat e memo-

ria hominum aboleri, et perpetua notari infamia: quod in hæreticis potissimum, aut schismaticis, vel etiam aliqua male actæ vitæ labe infectis, (quos Episcopi succedentes eadem vel hæresi, vel vitæ ratione infamati, contra jus in Diptycha retulerant) jubente summo Antistite, cujus id munus erat, contingebat. Anastasius in Agathone PP. pag. 55: *Deinde abstulerunt de Diptychis Ecclesiarum nomina Patriarcharum, vel de picturis Ecclesiarum, figuras eorum, aut in foribus, ubi esse poterant auferentes, id est, Cyri, Sergii, Pauli, Pyrrhi, Petri, per quos error orthodoxæ fidei pullulavit.* Justinianus in Edicto de Fide orth. de Theodoro Mopsuest. inter Acta Synodi Univers. : Ἀπέλειψαν ἐξ ἐκείνων τῶν ἱερῶν τῆς ἐκκλησίας διπτύχων τὴν τοῦτου προσήγοριαν. *Deleverunt e sacris Ecclesiis Diptychis ejus nomen.* Hincmarus Remensis Opusc. 17. ad Nicolaum PP: *Nunc autem in epistolis Sanctitatis vestræ... invenimus, ut Teotgaudum et Guntharium in Catalogo Episcoporum non recipimus, et Antiochenum Concilium, ut præmissimus, et melius ipsi scitis, de eo, qui post damnationem juxta præcedentem consuetudinem Episcopale præsumit ministerium, quod Ebonem fecisse non dubium est, rescribere mihi dignetur Apostolica vestra auctoritas, utrum eundem Ebonem inter Episcopos in sacris Diptychis in Ecclesia nostra nominare permittam, an ne de cætero in Episcoporum catalogo nominetur, prohibere debeam, etc.* Vide Concil. Calchedonense act. 14.

Interdum Ecclesiarum Præsules, vel hæretica labe infecti, vel odio aut malo affectu ducti Episcoporum orthodoxorum nomina eraserunt. Ita apud Victorium Tunnensem in Chron. Petrus Patriarcha Antiochenus hæreticus nomina *Proterii et Salafiarum* (decessorum) de *Ecclesiasticis Diptychis sustulit, et Dioscori et Helluri, qui Proterium interfecerat, scripsit.* Quæ quidem postmodum restituebantur ab orthodoxis Præsulibus, ut in Constantinopolitana Synodo decretum legimus act. 1. [Vide Glossar. med. Græc. voc. Ἀναφορά et Διπτύχα col. 73. et 314.]

DIPTYCHA VIVORUM dicta ea, in quibus exarabantur nomina summi Pontificis, Patriarcharum, Episcoporum, et eorum, qui Clero adscripti sunt: deinde Imperatorum, Augustarum, et aliorum, dignitate conspicuorum, qui eo tempore vivebant; postremo plebs ipsa et populus recensebatur. Chrysostomus in Liturgia: Ὁ διάκονος ὑποστὰ γυροῦσθαι τὴν ἁγίαν τράπεζαν, καὶ τὰ διπτύχα τῶν τε κεκοιμημένων καὶ ζώντων, ὡς βούλεται, μνημονεῖται. *Diaconus in circuitu sacram mensam thurificat, et defunctorum ac vivorum Diptycha, ut illi lubet, percurrit.* Gregoras lib. 5. Papæ simul cum aliis Patriarchis factam mentionem testatur, ut et Georgius Pachymeres lib. 5. Sanctus Maximus in Collatione cum Principibus in Secretario: *Verumtamen quid volumus per multa discurrere? inter sacras oblationes supra sanctam mensam post Pontifices et Sacerdotes et Diaconos, omnemque sacramentum Ordinem, cum laicis Imperatores memorantur, dicente Diacono: Et eorum, qui in fide dormierunt laicorum, Constantini, Constantis et cæterorum. Sic autem et vivorum memoriam facit Imperatorum post sacros omnes.* Concilium Vasense II. cap. 4: *Et hoc nobis justum visum est, ut nomen Domini Papæ, quicumque Sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur.* Micrologus cap. 18: *Sciendum est autem, quod*

*Romana auctoritas nomina vivorum fidelium internumerare permittit, ubi dicitur: Memento, Domine, famulorum famularumque, etc.* Leo Ost. lib. 2. cap. 78: *Cumque ad eum locum Canonis pervenisset, quo vivorum solent nomina recenseri.* Vide Liturgiam S. Marci S. Cyprianum Epist. 10. Concilium Calchedonense Act. 11. pag. 302. Edit. 1618. Suggestionem Germani et aliorum Episcop. post Epist. 39. Hormisdæ PP. Regulam Magistri cap. 93. etc.

Cur autem vivorum in sacris Liturgiis celebraretur memoria, docet Theodorus Antidori Episcopus in Expositione Missæ, ut subditorum scilicet erga superiores obedientia, et viventium in eadem fide ac mysteriis unio et commemoratio indicaretur. Relatio Joannis Episcopi CP. post Epist. 28. Hormisdæ PP: *Tantum ad satisfaciendum scriptum, ut venerabile nomen sanctæ recordationis Leonis, quondam urbis Romæ Archiepiscopi, in sacris Diptychis tempore consecrationis propter concordiam affigetur.*

Recitabantur et offerentium nomina, seu eorum commemoratio fiebat, ut est in Addit. 4. Ludovici Pii cap. 59. [81.] Innocentius I. Epist. ad Decentium cap. 2: *De nominibus vero recitandis, antequam preces Sacerdos faciat, atque eorum oblationes, quorum nomina recitanda sunt, sua oratione commendat, quam superfluum sit, et ipse pro tua prudentia recognoscis, ut cujus hostiam necdum Deo offeras, ejus ante nomen insinues, quamvis illi incognitum sit nihil. Prius ergo oblationes sunt commendandæ, ac tum nomina, quorum sunt oblationes, edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ ante præmittimus, ut ipsis mysteriis viam futuris precibus aperiamus.* Vide Capitulum. Aquisgranense ann. 789. cap. 53. et Capitulum. Francoford. ann. 794. cap. 49. Alcuinus de divin. Offic. ubi de Canone: *Cum dicitur, Memento, Domine, famulorum famularumque tuorum, et deinde subjungitur: Et omnium circumstantium, manifestum est, quod quasi quidam locus sit, ubi aliquibus specialiter nominatis, etiam cæterorum, qui assistunt in Ecclesia, commemoratio adjungatur. In quo loco liberum est Sacerdoti, quos desideraverit, peculiariter nominare, aut nominatum Deo commendare: aut certe illud ab antiquis est observatum, ut ibi offerentium nomina recitarentur. Prius enim oblationes commendandæ sunt, ac tunc eorum nomina, quorum sunt edicenda, ut inter sacra mysteria nominentur, non inter alia, quæ præmittimus.* Eadem habet auctor Exegeseos in Canonem Missæ (quem quidam Floro Lugdunensi adscribunt) pag. 20.

Tertium Diptychorum genus erat *mortuorum*, eorum nempe omnium, qui in fide obdormierant, pro quibus Deum orabant, quorum nomina recitabantur, non tamen omnium, sed eorum, quæ Sacerdoti a Diacono indicabantur. Liturgia S. Marci: Ὁ διάκονος, τὰ διπτύχα τῶν κεκοιμημένων, nempe, legit. Cui Sacerdos, se inclinans, apprecuatur, dicens: καὶ τούτων πάντων τὰς ψυχὰς ἀνάπαυσον δέσποτα κύριε ὁ θεὸς ἡμῶν ἐν ταῖς τῶν ἁγίων σου σκηναῖς, etc. *Et horum omnium animabus dona requiem dominator Domine Deus noster in sanctis tuis tabernaculis, etc.* Liturgia S. Chrysostomi supra laudata: Ὁ διάκονος τῶν τε κεκοιμημένων καὶ ζώντων, ὡς βούλεται, μνημονεῖται, ut illi lubet. Id porro pro dormitione alicujus oblationem vel deprecationem nomine ejus

in Ecclesia celebrare, vocat Cyprianus Epist. 66.

Hunc etiam usum amplexata est Romana Ecclesia, uti testatur Alcuinus: *Post illa verba, quibus dicitur: In somno pacis, usus fuit antiquorum, sicut etiam hodie Romana agit Ecclesia, ut statim recitarentur a Diptychis nomina defunctorum.* Alcuino consentit Florus Magister in Expositione Missæ, et Auctor Vitæ S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 1. cap. 1. Cumeanus lib. de mensura poenitentiarum cap. 13: *Diaconus obliviscens oblationem adferre, donec auferatur lintamen, quando recitantur nomina paupantium, similiter poeniteat.* Memoria vero illa, quæ agitur pro defunctis in sacrificio Missæ, fitque post divinæ hostiæ consecrationem, inscribitur apud Gregor. M. in libro Sacramentorum: *Super Diptycha; in Expositione Missæ: Oratio super Diptychos, atque in hæc verba concipitur: Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tuarum illi, qui nos præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in somno pacis. Ipsis, Domine, et omnibus in Christo quiescentibus, locum refrigerii, lucis, et pacis, ut indulgeas, deprecamur.* Quæ quidem oratio a Sacerdote, sacra faciente, inter ipsa Missæ solennia, recitatur post consecrationem, quam Missæ partem: τὸν καιρὸν τῶν διπτύχων, vocat Quinta Synodus œcumenica. At in Ecclesia Græca legebantur Diptycha a Diacono ad altare, ut ex prædictis plus satis constat; quibus lectis, Sacerdos sacra faciens adprecabatur iis, quorum nomina recitata fuerant, varie autem pro varia Diptychorum parte. Nam cum vivorum et defunctorum recitabantur nomina, Sacerdos pro iis Deum deprecabatur: cum vero Præsulum aut aliorum pietate et vitæ integritate illustrium virorum, tunc populus iis acclamabat, dicendo: *Gloria tibi, Domine.* Id docemur ex Synodo quinta laudata: Τῷ καιρῷ τῶν διπτύχων μετὰ πολλῆς τῆς ἡσυχίας, συνῆδραμον ἅπαν τὸ πλῆθος κύκλω τοῦ θυσιαστηρίου, καὶ ἡκροῶντο, καὶ μόνον ἐλέγθησαν αἱ προσηγορικαὶ τῶν εἰρημένων ἁγίων τεσσάρων συνόδων παρὰ τοῦ διακόνου, καὶ τῶν ἐν ὅσῃ μνήμῃ Ἀρχιεπισκόπων Εὐφρημίου, καὶ Μακεδονίου, καὶ Λέοντος, καὶ Ρωσῆ μεγάλης ἐκράξαν ἅπαντες, Δόξα σοι Κύριε. *Tempore Diptychorum currenrit omnis multitudo cum magno silentio circa altare, et audiebant: et cum solæ lectæ fuissent a Diacono appellationes prædictarum sanctorum 4. Synodorum, et sanctæ memoriæ Archiepiscoporum Euphemii et Macedonii et Leonis, voce magna universi clamaverunt: Gloria tibi, Domine.*

Verum non solum in Ecclesia tempore sacrosancti Missæ sacrificii, sed etiam in Capitulo ex Diptychis recitata fuisse defunctorum nomina discimus ex Statutis antiquis Ecclesiæ Parisiensis laudatis in Observationibus ad Librum Johannis Abrinc. pag. 100. ubi sic legere est: *Inde ad Capitulum progrediuntur, ubi gestis Sanctorum et Diptychis defunctorum perfectis, fiunt preces pro eorum requie.* Quo referri possunt ea quæ etiamnum post Primam Acolythus canit: *Commemoratio omnium fratrum, familiarium Ordinis nostri atque benefactorum nostrorum:* quibus Superior subdit, *Requiescant in pace,* ad quod Chorus respondet, *Amen.*

Porro ut damnatorum vel hæreticorum Episcoporum et Præsulum nomina de Diptychis debebantur, ita et Imperatorum, qui hæreseos labe infecti decesserant, ut in Gestis Concilii CP. in quo

deleta sunt de Diptychis Zenonis et Anastasii Augustorum nomina.

Statuit præterea Concilium Emeritense cap. 19. recitari inter Missæ solennia eorum nomina, a quibus Ecclesiæ constat esse constructas, vel qui iis quiddam contulerunt, siquidem adhuc essent in vivis, ante altare; si decesserant, cum defunctis suo in ordine. Atque inde Diptycha vocant quidam libros anniversarios, in quibus defunctorum, qui pro animæ suæ remedio Ecclesiis bona contulerunt, nomina describuntur, quæ vulgo *Obituaria*, et *Necrologia* nuncupantur. Hac notione Diptycha usurpavit Eckehardus junior de Casib. S. Galli cap. 5. pag. 62.

In Diptycha denique quatuor prima Concilia relata fuisse docent Acta Synodi CP. œcumenicæ, id est, eorum tituli.

Erant et alia Diptycha in Ecclesia, in quibus scilicet recens baptizatorum et susceptorum nomina exarabantur, quod et hodie in Ecclesia fit, diversa omnino a Diptychis vivorum, quæ inter Missarum officia a Diacono recitabantur, etsi in eo errore versatus sit Pachymeres in Paraphrasi Dionysii de Eccles. Hierarch. cap. 2. De ejusmodi Diptychis intelligendus Joannes Diaconus in Vita S. Pelagiæ.

Prædictis lubet hoc loco addere, quod habet Hieronymus Rubeus lib. 3. Hist. Ravennatis sub ann. 515. *Quantquam, inquit, Ecclesiarum Diptycha putantur fuisse tabulæ sacræ duæ, quarum in altera vivorum, in altera mortuorum Episcoporum, qui recitabantur in sacrificio Missæ, nomina describantur; non erit tamen fortassis absonum opinari, fuisse etiam quandoque vestem illam, qua supra ceteram induitur Sacerdos, cum missam celebrat: Casulam et Planetam appellat. In hanc sententiam adducit me, tum quod ea sit vestis duplex, anterior et posterior ex humeris delabens, tum quod inter sacras divorum reliquias, in Classensi sacratio, hujusmodi vestem repererim, vel antiquitate venerabilem, in qua talia inscripta sunt nomina.* Et alio loco: *Quam vero diximus in hac historia casulam, Diptychorum imaginem referentem, in sacratio Classense servari, ea e serico argenteo texta est, in cujus anteriori parte, intra duas lineas sursum ac deorsum recta deductas descripta opere Phrygio in circulis habet hæc nomina, Sigebertus Episcopus, Andreas Episcopus, etc. Transversum vero ab uno humero ad alterum intra duas item lineas minime rectas, sed arcus modo sursum flexos, eodem opere, hæc sunt, Concessus Episcopus, etc. In dorso, inter duas lineas item, sursum ac deorsum excurrentes, in medio, paulo supra locum, ubi sunt renes, in circulo manus est aperta, transversum locata; supra ipsam hæc, in circulo quodque suo, leguntur, Gabriel Angelus, S. Rusticus, Euprepus Episcopus, etc. Infra manum hæc sunt, Michael Angelus, Hescirmus, Petronius Episcopus, etc. In cornu transversum, sursum etiam sinuato, ita habetur, Zeno Episcopus, etc. Episcoporum aliorum nomina brevitate causa omisimus. De Diptychis sacris et profanis multa etiam congressit Rosweidus in Onomastico ad Vitas Patrum, ut et Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 12. et Steph. Baluzius ad Capitulum pag. 1129.*

DIPRAGUS, pro διπτύχον, Diptychum. Charta Rudesindi Dumensis Episcopi æræ 930. apud Antonium de Yezep in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5: *Dip-tagos argenteos imaginatos et deauratos,*

calices argenteos exauratos tres, etc. Charta alia ejusdem Rudesindi: *Ad usum Sanctuarii, cruces, Dipertagas, capas, calices, et coronas, etc.* Legendum, ut supra, *Diptyagos*.

DYPITITUS. Amalarius in Eclogis de Missa: *Hic orationes duæ dicuntur, una super Dypititos, altera post lectionem nominum.*

† DIQUE, Denique. Gloss. Isid. et Sangerman. MSS. n. 501. Videtur esse simplex abbreviatio.

† DIRADES, Inæqualia et aspera, apud Sussannæum in Vocabulario.

† DIRÆ, Collum superius, vel in angustum desinens prominentia, superciliumque, apud eumd. Sussann.

DIRARARE, Rarum, tenuem facere, apud Cælium Aureliam lib. 1. Acut. cap. 15.

DIRATIONARE, etc. Vide *Derationare*.

\* DIRECTA, Ludi genus. Stat. Pistor. lib. 5. rubr. 71: *Si vero luserit palam et in aperto ad aliquem ludum cartiarum, excepto ludo qui dicitur la Directa..... incidat poenam librarum quinque.* Vide alia notione in *Directum* 2.

DIRECTANEUS, DIRECTANEE, unico vocis tono, nulla modulatione dictus, aut pronuntiatu psalmus, hymnus, aut alius cantus Ecclesiasticus. Isidorus lib. 5. de Eccl. Offic. cap. 5: *Primitiva Ecclesia ita psallebat, ut modico flexu vocis faceret psallentem resonare, ita ut pronuntiantis vicinior esset quam canenti.* Joannes Sarisberiensis lib. 1. Policratici cap. 6. ubi de Musica: *Proinde quidam venerabilis vir circiter septingentarum monialium pater, hanc Monasteriis suis præscripsit legem, ut omnia earum cantica totius melicæ pronuntiationis exuant modos, et ut sola psalmorum et laudum sint significativa pronuntiatione contentæ. Suspecta equidem fuit sancto viro voluptati cognata mollities, eo quod voluptas parens libidinum est.* Regula S. Aureliani ad Virg. cap. 40: *Ad Lucernarium, Directaneus parvulus, id est, Regina terræ cantate Deo, etc.* Mox: *Quotidianis vero diebus ad Nocturnos inprimis Directaneus dicitur: Miserere mei Deus, etc.* Ibidem: *Hymnus vero, Ter hora trina volvitur, ad Lucernarium omni tempore, et festis et quotidianis diebus inprimis Directaneus.* Ita in Regula S. Benedicti cap. 17. S. Cæsarii Arelat. cap. 31. ejusdem Aureliani ad Monachos cap. ult. *de ordine psallendi, et Magistri cap. 55.* Adde Amalarium lib. 4. cap. 48. apud Mabilonium tom. 2. Analector. Kero Monachus in Gloss.: *Psalmi Derectanet, selmun in rithi.* Apud eumdem, *Recta, Reheta.* Amalarius loco citato: *Tertius autem psalmus sine modulatione antiphonæ in Directo dicitur, etc.* Statuta de Sempringham: *Lectiones matutinales de B. Maria legant, et Lectiones pro defunctis in Directo, non solenniter.*

\* Adde Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 840. sed videndum, num potius ita psalmi appellarentur, quod non alternatim, sed continuato progressu, atque una voce ab integro choro recitarentur, aut etiam canerentur. Philo in lib. de Vita contempti. de Therapeutis hæc habet: *Cantant hymnos in laudem Dei compositos, variis metrorum carminumque generibus, nunc ore uno, nunc alternis, etc.* En quam antiquus mos iste, et qualis forma psallendi a plis hominibus frequentaretur.

\* DIRECTARE. Virgil. Grammat. epit. 6. pag. 130: *Ita etiam littera ab ipsis ceræ characteribus usque ad quassorum compositionem hosce ordines Directat.*



**DIRECTARIUS.** Vide *Directarius*.

† **DIRECTATICUM,** **DIRECTICIUM,** **DIRECTIO.** Vide post *Directum* 3.

\* **DIRECTIM,** *Directe,* Gall. *Droit, directement.* Mirac. S. Bert. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 119: *Arreptoque itinere insubstibili cursu Directim tendebant ad munitiunculam.*

\* **DIRECTITAS,** *Domini* seu jus domini in territorium et census propter clientelam ex eo percipiendus, Gall. *Domaine direct.* Charta ann. 1489: *Anthonus Chat vendidit predictos census seu redditus, una cum omni fundalitate et Directitate eorumdem.* Alia ann. 1509. ex Chartul. Caunens: *Remittunt omnem jurisdictionem, imperium, Directitatem, dominium utile, ... retento solum patronatus ecclesie dicti loci jure, ... cum molenidini, iuxta Argenti duplicis ripariam siti, Directitate et ipsius feudi Directitate.* Vide *Domanium.*

\* **DIRECTIVA LITERA,** Epistola alicui inscripta. Annal. Placent. ad ann. 1461. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 908: *Franciscus Maleta ducalis commissarius applicuit Placentiam cum multis literis nobilibus et magnatibus Placentie Directivis.*

† 1. **DIRECTORIUM,** *Iter rectum.* Vide *Dirigere.*

2. **DIRECTORIUM,** *Abacus,* ministerium, ubi reponuntur vasa ad convivia, Gall. *Dressoir.* Chronicon Beccense ann. 1452: *Tabulas in aula, quae dicitur Misericordia, fecit renovare, et Directorium, et similiter in refectorio, quae prius erant vermium consumptae.* Vide *Dressorium.*

1. **DIRECTUM,** *Idem quod Rectum,* de qua voce infra, Jus. Praeceptum Rodulphi Regis Francie pro Monasterio Tutelensi: *Hoc autem contra jus regni fieri nemo impeat, quandoquidem excellentissimi Imperatores Directa sua, quoties causa exegerit, leguntur immutasse.* [\* *Directa* ex Praecepto Rodulphi regis, Ordinationes, statuta interpretor, quae reges, quandocumque res postulabat, immutabant.] Romualdus Salernitanus in Chronico MS. ann. 1120: *Willelmus Dux Apulie atque Calabriae devenit ligius hamo Papae Callisti factus per Directum contra omnes homines.*

**DIRECTUM FACERE,** etc. Jus facere. *Faire droit,* etc. Marculfi lib. 1. form. 21: *Jubemus... ut ille vir omnes causas suas, ubicumque prosequi, vel admallare deberet, ut unicuique pro ipso vel hominibus suis reputatis conditionis Directum faciat, etc.* Charta Caroli Mag. apud Meurissium in Episcopis Metensib. pag. 185: *Sed in eorum privatas audientias agentes ipsius Ecclesie unicuique de reputatis conditionibus Directum facerent, et ab aliis simulque perciperent veritatem.* Vetus Charta apud Rubeum lib. 5. Hist. Ravennatis: *Quia nullam scripturam inde habemus, nec ullum Directum inde reperire potuimus.* Querimonia Berengarii Vicecomitis Narbonensis adversus Guifredum Archiepisc. Narbon. ann. 1056: *Deinde conjux mea videns eum, rogavit restituere corpora sancta, et idem ipse ad Ecclesiam suam redire, Directumque nostrum supra modum accipere, neque audire voluit.* Infra: *Voluique ei affirmare Directum, et de me et de conjugis mea, et de omnes meos in iudicio sui diacessi Episcoporum, et Episcopi Arelato per decem millia solidos: qui renuit.* [Edictum Sancii Regis pro pace seu treuga servanda. Spicil. Acher. tom. 8. pag. 371: *Si infra quindecim dies damnum in posse dominorum suorum resarcire noluerint, aut Directum firmare;*

*deinde Vicarius accipiat pignora in personis propriis.* Appendix ad Formulas Marculfi form. 26: *Homo aliquis nomine ille, ita factus, apud arma sua super me venit, et colpus super me misit, et sic mihi Deus Directum dedit, ego ipsa de mea arma percussit, et talis colpus ei dedi pro quid ipse mortuus est.]*

\* **AD DIRECTUM HABERE,** *In jus vocare, juri stare.* Charta ann. 1157. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 566: *Exceptis meis hominibus, quos infra quadraginta dies ad Directum tibi habere potuero.* Frontoier, eodem sensu, in Cons. Pet. de Font. cap. 21. art. 32: *Kant plais est d'iretage, ne doit on mie contraindre l'averse partie de Droitoier u lieu, juske jour souffisant soit mis.* Endroitoier, ibid. cap. 15. art. 26. Stat. ann. 1398. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 98. art. 1: *Les ferrons et gens dudit mestier se doivent venir Droitoier devant lui (maistre) de ce que touche ledit mestier.*

**DIRECTA,** *Eadem notione,* in Epistola Leonis Regis Armeniae in Gestis Innocentii III. PP. pag. 127.

**DIRECTUM VERBUM.** Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 14: *Desistite ab hac intentione, verbum enim Directum non habemus.*

**DIRECTO ET RATIONI STARE,** in veteri Consuetudine Jaccae in Aragonia: nos dicimus, *Ester à droit.*

**DIRECTUM COMPLERE.** Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 9: *Pater vel mater qualicunque modo se habeat filius eorum non teneatur respondere pro illo, aut complere Directum, nisi in illis casibus, etc.*

**DIRECTIO,** *Idem quod Directum.* Concilium Narbonense ann. 1054. cap. 6: *Secundum modum culpae Directionem faciat per iudicium aquae frigidae, aut per exilium, sicut statutum est.*

**DRICUM,** vox formata ex *Directum,* eadem notione, unde nostri *Droit* dicunt. Capitula Caroli Mag. tom. 2. Histor. Franc. pag. 186: *Promitto ego, quod inantea fidelis sum domino Karolo piissimo Imperatori... sicut per Dricum debet esse homo domino suo.* Eadem formula veteri lingua Francica occurrit apud Nithardum lib. 3. ann. 842. in Foedere Ludovico inter et Carolum Reges: *Si cum hom per Dreit son fraadra saluar dist, etc.* Adde 2. Capitul. Caroli M. ann. 802. post cap. 33. Judicatum Caroli C. in Tabul. S. Dionysii ann. 22: *Et plus per Dricum et per legem, quam coloni, sicut manifestum est, fecissent.* Notitia velus apud Freherum in Orig. Palat. lib. 1: *Facta est inquisitio de Sueinheim, si per Dricum deberet attingere ad villam Hurseldomarcam.* Alia notitia apud Perardum pag. 35: *Et per lege et Dricto plus debet esse servus domno Ludovico, quam ingenuus.* [Vide *Dricum* suo loco et mox in *Directum* 3.]

2. **DIRECTUM,** *Rastallo dicitur,* cum res alicui contra jus ablata est, veluti per disseisnam, discontinuantiam, vel ejectionem, etc. Clamor quippe seu actio, qua eam repetit, vocatur *Directum.*

3. **DIRECTUM,** *Jus quod quis in re aliqua habet, quod sibi competit in suis bonis, redditus, praestatio, etc.* [Instrumentum ann. 968. in magno Chartulario S. Victoris Massil. fol. 7: *Recognoscetes quia nullum Directum habebant de ipsis campis et de ipsis vineis.*] Charta Oldegarii Episcopi Barcinonensis ann. 1128: *De omnibus Ecclesiasticis justitiis et Directis, quae ad vos pertinent.* Alia Ildefonsi Regis Aragon. aera 1250. in

Hist. Pinnatensi pag. 263: *Ecclesiam Vincentii de Valenita, cum omnibus Directis suis, quae modo habet, vel habere debet.* [Charta ann. 1378. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Massil. n. 662: *Abbas et Conventus dederunt sacristae 80. lib. singuales cum toto majori Directo pro votis quae sunt ad tumultum, etc.*]

**DERITTUM.** *Privilegium Ludovici Imper. datum Castrucio: Cum omnibus honoribus, Derittis, usibus, etc.*

† **DERITTUM.** *Privilegium Ferdinandi Siciliae Regis ann. 1462.* in Bullario Carmel. pag. 620: *Omnes et quascumque jnrisdictiones, actiones, jura earum, eorumque exactiones et Derittus, necnon dictum territorium, etc.*

**DIRECTUS.** Joannes XXII. PP. tom. 4. part. 2. Epistolarum secret. pag. 89: *Et ultra hoc debet habere medietatem Dirictus commercii Layacii, et Portellae, et medietatem Salinarum.*

† **DRICITUM,** *Eadem notione.* Instrum. ann. 1028. nov. Gall. Christ. tom. 1. pag. 49. col. 1: *Nos donamus et imitamus ista Ecclesia cum cimiterio, et mansum in qua Ecclesia est... cum Dricito nostro a Domino Deo, etc.* Rursum occurrit ibidem.

**DIRECTURA.** Charta Guidonis Regis Hierosol. ann. 1190. apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib.: *Ut per haec omnia loca liceat intrare et exire... sine ulla Directura, et terraria, vel anchoragio et absque omni exactione, etc.* Alia Philippi Regis Fr. ann. 1309. ex 2. Regesto ejusdem Regis n. 86. in Tabulario Regio: *Item septem Directuras, Directura qualibet unius sectarii avenae.* [Vide *Dirigere.*]

† **DRICITURA.** *Breviarium Historiae Pisanae ad ann. 1168.* apud Muratorum tom. 6. col. 181: *Rex Babyloniae... Pisanis donavit Dricituram, quam dare solebant in Babylone et Alexandria: sicque ibi sunt liberi; et donavit ipsis Pisanis multas possessiones et domos per totam terram suam.*

† **DECTURA.** Charta Heliae Abb. Floriac. ann. 1280: *Prior de Hampis pro bono pacis assignavit dicto Conventui... campipartem et decimam terrae la Caorsine pro XXXII. solidis Paris, et septem Decturas et dimidium pro LXVIII. solidis Parisi.*

† **DRETURA.** *Litterae Guillelmi Episcopi Paris. ann. 1234.* in Hist. San-German. pag. LVII. col. 1: *Quinguaaginta solidos percipiendos annuatim a Presbytero de Crona, quicunque fuerit, vel ejus nuncio, in censu suo de Crona in festo S. Remigii de primis denariis, et sexaginta solidos de primis denariis in Dreturis suis de Crona in crastino Natalis Domini, et de hiis observandis et de faciendo habere dictum redditum ab hospitibus suis terminis supra dictis. Liber anniversariorum et censuum S. Germani a Pratis fol. 44. vº: *Annivers. Hugonis Abb. de Flaicuria, de quatuor libris Paris. sitis apud Valentonem super undecim Dreturis et XXII. denariis, quos ibidem percipimus ad Natale Domini.* Ibid. fol. 60. vº: *Apud Clamart percipimus XXXVII. sol. cum VIII. denariis minuti censu in festo S. Remigii, cum IV. Dreturis et dimidia recipiendis ad Natale Domini.* Et fol. 75: *Undecim Dreturas, LXI. sestaria avenae, et III. sest. frumentis I. minellum minus et XXII. capones.* Item fol. 101. vº: *Cum una Droitura quae valet anno quolibet unum sextarium ordi, unum caponem et unam frassam.* Denique fol. 200: *Et vaut la Doiture uny septier d'avenne, et uny minot de froment, et deuz chapons seurenez.**

Passim occurrunt voces *Dretura* et *Droitura* in hoc anniversariorum libro: ubi observare est *Dreturas* omnes in speciebus semper, nunquam in pecunia fuisse exsolutas. Similiter in Charta Tabularii Portus Regii ann. 1263: *Valet Droitura integra unum sextarium avenæ, unum minotum frumenti ad mensuram Castrifortis et duos capones. Complemente de Droiture*, in Litteris ann. 1356. apud D. Secousse, tom. 3. Ordin. pag. 106.

† **DRETTURA**. *Salvo jure, Drettura et usatico Communis Massiliæ*, in Charta ann. 1233. ex Archivo Commenderiæ Arelat.

† **DREYtura**. Acquisitio anni 1337. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 348. col. 1: *Omne jus omnemque actionem, partem, Dreyturam, requisitionem et reclamationem, quod et quas dictus Dom. Guillelmus habet, etc.* Charta anni 1357. apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 362: *Quidquid juris, actionis, possessionis, proprietatis, Dreyturæ, deversi, etc.*

**DRICTURA, DRECTURA**. Pactum nuptiale Ermengardis filiæ Bernardi Atonis Vicecom. Biterrens. et Gaufridi filii Girardi de Rossillione 5. Id. Maii 1110: *Et si non habuero alium infantem, dono tibi totas meas DRICTURAS, ubicumque illas habeam et habere debeam.* Charta ann. 1232. in Magno Pastoralis Eccles. Paris.: *Recognoverunt, se vendidisse... tria sextaria avenæ, et unam Drecturam, et dimidiam Dreturam, et quartam partem cujusdam Dreituræ, quæ omnia sila sunt in parochia, etc.*

\* **DIRICTURA**, Præstatio, vectigal, Privilegium. Pisanis concessa a Conrado II. reg. Sicil. ann. 1269. apud Lamium tom. 3. Delic. erudit. pag. 273: *Nullum interdictum faciemus vel fieri faciemus,.... et nullam aliam Diricturam seu teloneum, etc.* Sed forte leg. *Drecturam*.

\* **DIRECHURA**, Eadem notione. Charta ann. 1307. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 130: *Item intendit probare quod homines, qui piscantur in stagno de Melgorio,.... dant Direchuram seu pulmentum certum omnium piscium et avium captarum in dicto stagno.* Infra: *Drechura*.

**DROITURA**, ex Gall. *Droiture*. Magnum Pastorale Eccles. Paris. ann. 1270: *Quinque solidos annui census, cum dimidia Droitura valente 4. sol. et 3. den. in censiva.* Necrolog. Eccl. Paris. 7. Kal. Febr.: *Item 3. Droituras, et quartam partem unius Droituræ debitas in Nativitate Domini quoque anno 3. Kal. Aug. Dedit 50. sol. in villa de Areinvilla, videlicet in 2. sextariis tam bladi, quam avenæ unam Droituram cum dimidia et octava parte unius.* [Vetus Poeta MS. e Bibl. Coislin.:

Cil s'en ala sans sa Droiture  
Pour le loier dont cil prist cure.]

† **DROICTURA DIMIDIA**, in Charta ann. 1234. ex Archivo Portus Regii.

**DIRECTATICUM, DIRECTATICUS**, Idem quod *Directum*, jus, quod quis habet in re aliqua. Ch. Ranimiri Arag. Regis apud Hieron. Blancam pag. 646: *Concedo vobis Castrum et villa... cum suis terminibus et Directaticis, eremis et populatis, et montibus, etc.* Alia Alfonsi I. Regis Aragon. pag. 789: *Et mittas illos clericos, poterosamente in illos alhobzes, et in totos illos Directaticos quos habuerunt in tempus de Moros ad unamquamque Ecclesiam, quæ sit in illos Castellos, etc.*

† **DIRECTICIUS**, Eadem significatione. Litteræ Alfonsi Regis Castellæ pro Cœnobio S. Joannis de Burgos, apud Ste-

phanotium Fragm. Histor. MSS. tom. 3.: *Facio cartam donationis Deo et Monasterio S. Joannis Ecclesie S. Roberti de Casa Dei, de Ecclesiis S. Petri de Cordioles cum omnibus Directiciis suis.* Ibid. legitur, *Monasterium S. Martini cum suis Directuris.*

† **DRETATICUS**. Charta ann. 1070. in Appendice Marcæ Hisp. col. 1158: *Vendo vobis omnes voces et Dretaticos, possessiones, etc.* Similia leguntur in altera ejusdem ann. Charta ibid. col. 1154: *Advenerunt ergo mihi prædicta omnia per vocem et Dretaticum vel hereditatem jam dicti patris mei, in Charta ann. 1070. ibid. col. 1160.*

4. **DIRECTUM**, Alia prorsus notione, in Lege Ripuar. tit. 36. § 11: *Bruniam bonam pro 12. sol. tribuat, helmum cum Directo pro 6. sol. tribuat.* Quid hoc loco *Directum* sonet, non facile est divinare, nisi sit apex galeæ, qui sursum ac in *Directum* erigitur.

† **DIRECTURA**. Vide *Directum* 3. et *Dirigere*.

1. **DIRECTUS**. Gregor. Turon. lib. 8. Hist. cap. 15: *Gaviso autem domino, Directus venit ad locum.* Phrasis Gallica: *Il vint Droit au lieu.* [Le Roman d'Athis MS.:

Au temple vindrent, si descendent,  
Leur Droitures à l'autel tendent.

Hoc est, recta pergunt ad altare, si bene connecto.] [\* Oblationes intelligo, quæ ad altare offeruntur.]

\* 2. **DIRECTUS**, Ad rectum revocatus, emendatus. Epist. episcop. regni Lothar. ann. 867. tom. 7. Collect. Hist. Franc. pag. 593: *Quem nos quoque procul dubio salubriter correctum atque Directum magis optamus retinere et habere principem, quam amittere vel deserere.*

\* **DIRIBERE, Dinumerare**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Dirivere*.

† **DIRIBITORIUM, Locus contubernii**. Gloss. Isid. Papias male: *Dirivitorium, Locus contubernii*. Locus ubi militibus recensitis stipendia diribebantur seu distribuebantur. Vim vocis non intellexit Glossar, aut forte scripsit, ut conjicit Grævius, *Locus campi Martii*: quod deinceps fuerit corruptum. *Diribitorium* memorant Sueton. Claud. cap. 18. Plin. 16. 40. Dio Cass. lib. 55. pag. 553. qui dedicationem ejus operis describit, quod ipse Latino nomine *δαιριβιτιώριον* appellat. Fuit autem *οίκος μέγιστος τῶν πῶντορε μιαν ὄραφην σὺντων, Domus omnium, quæ unquam uno culmine fuerunt, maxima*: quam Agrippa imperfectam reliquerat, Augustus autem absolvit et dedicavit. Vide *Torrentium* ad Suetonii locum laudatum, et *Pitiscum* in Lexico Antiquit. Rom.

† **DIRICTURA, DIRICTUS**. Vide *Directum* 3.

**DIRIGERE**, vox Agrimensorum: *Dirigere limites, Restituere, Reddresser les limites*; in Novella Theodosii, et Valentin. *Terminos dirigere*, apud Aggenum. *Fines dirigi* dicuntur in leg. 2. D. Fin. regund. (10, 1.) *Dirictura*, apud Innocentium de Casis literar. *Directoria*, Itinera recta, rectæ navigationes, viæ solennes, quæ mutari vetantur in leg. 3. Cod. Th. de Canone frument. urb. Romæ. (14, 15.)

† **DIRIGERE OBVIAM**, *Obviam mittere*. Fragmentum Histor. apud Duchesium tom. 4. pag. 94: *Dux ergo audiens imperiales ad versus se venire legiones, Dirigit ipse ex suis manum validam obviam illis itinere dierum sex.* Galli diceremus: *Il*

*détacha un corps de troupes de son armée, et l'envoia audevant, etc.*

† **DIRIGITUS**, pro *Directus*. Litteræ Philippi IV. Franc. Regis ann. 1302. in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1844: *Tale mandatum Dirigitum ex parte nostra non procedat ad sentiendam, (saisiendam) seu confiscanda prædicta bona.*

\* **DIRIMARE**, lisdem syllabis eodemque sono concludere, Gall. *Rimer*. Rolandin. in prol. ad Hist. Patav. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1049: *Forte non erit inutile, vel delectabile minus aliquibus, et præcipue literatis id, quod de modernorum injuriis et laboribus scriptum per Latinum invenient, quam quod de gestis nobilium antiquorum audiunt per vulgare, quod Dirimatam vulgo dicimus et Romanam.*

† **DIRIMERE, Diripere**. Barthius in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst.

† **DIRIVATORIUM**. Vide *Diribitorium*.

† **DIRIVERE, Dinumerare, Dirivores, Divisores, Dirivativa, Digesta, separata**. Papias in MS. Bitur. Editus habet: *Diruere et Dirivata*. Legendum est *Diribere, Diribitores, Diribita*, voces Latinis familiaribus pro *Distribuere, Distributor, Distributa*, scil. militibus stipendia.

**DIRMATIA**. Charta Kenulfi Regis Merclorum, qui floruit ann. 798. apud Spelmannum: *Culham, cum omnibus utilitatibus ad eam pertinentibus... videlicet pratis, pascuis, Dirmatisque, cursibus aquarum... in æternam largitus sum hereditatem.*

† **DIROCARE, Italis Diroccare, Diruere, destruere. Domus predictorum Dirocate fuerunt ubique, in Chronico Parnensi ad annum 1306. apud Murator. tom. 9. col. 858.**

**DIROCHEUM**, Gennadius in Cod. MS. Prudentii ex Bibliotheca Colbertina: *Prudentius vir secularis, litteratus, et eruditus composuit Dirocheum de toto veteri et novo Testamento, personis exceptis.* Ubi Aldus Manutius recte *Dittocheum* legit (*διτοχέον* enim præfert Gennadius editus,) atque, vocem formatam ex *διτός*, duplex, et *οχη*, cibus: quamquam fatetur in MSS. Prudentii Codicibus antiquissimis legi *Dirrocheum*, scriptorum, inquit, culpa: quod inde conjicit, quia inibi interpretatum est antiquis characteribus: *Duplex refectio*: quam interpretationem adstruit etiam Gloss. MSS. *Dirochium, Duplex refectio*, et Charta Æthelredi Regis Anglor. ann. 981. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 218: *Regum vero munimine deinceps ipse locus Domino protegente tueatur, ipsiusque loci Abbas Regi deserviens, gregem sibi commissum Dirocheo, id est, duplici pasto foveat.* Papias longe aliter apud Prudentium legit, ita enim ille in littera C.: *Chirocleus, quidam liber parvus, dictus, quod clausa manu possit teneri. Nam χεῖρ manus, κλειω, claudio dicitur Græce. Prudentius hunc fecit.* Sed reclamant vetusti Codices. Rursum in lit. D.: *Dirrocheus, duplex refectio interpretatur, de veteri scil. et novo Testamento: quem librum fecit Sedulius.* Eadem ferme habent Glossemata MSS. in libros contra Symmachum, nisi quod *Dirrocheum* præferunt, nihilque de Sedulio habent. Ita quem alii Prudentio, Papias Sedulio *Dirrochei* titulum adscribit, manifesto, ni fallor, errore, cum Sedulius *Paschale opus*, seu de *Miraculis Jesu Christi* tantum ediderit, non vero V. Testamentum attigerit. Vide, quæ de Sedulio annotat Sirmond. ad Ennodium lib. 1. Epist. 24. Vocis porro notionem allatam fulciunt versus antiqui, scripti in fronte Biblio-

rum, quæ fuere Ecclesiæ S. Stephani Metensis, de Bibliotheca seu Bibliorum Codice :

Eloquium, mores, studium componit, et actus, Estque cibus, potus, norma, via, arma, salus.

At Goldastus librum hunc non Prudentio Clementi sed Prudentio Amœno Hispano, alteri fere suppari, adscribit, legendumque ex Gifanii emendatione contendit pro *Dirocheum*, *Diptychum*. Vide Edit. Oper. Prudentii ann. 1613. pag. 139.

† **DIRODIMUS**, pro *Dirodinus* seu *Diarhodinus*, Roseus. Acta SS. Julii tom. 5. pag. 94. in Vita S. Ansegisi Abbatis : *De vestimentis vero, Dirodinum optimum unum, planetas, casulas quinque, cindadas duodecim coloris diversi.*

**DIRODINUS**, [Roseus.] Vide *Rhodinus*.

† **DIROGATORIUS**, pro *Derogatorius*, ut supra. *Modus Dirogatorius*, apud Rymer. tom. 14. pag. 782.

\* **DIROIARE**, A sulco disterminante recedere. Jura curiæ ducum Tusciæ ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92 : *Item si in Buminio a Torolla usque ad campum Anselmi aliquis Diroiaret, perdet rodium, et tres solidos dabit curiæ, nisi esset sepebandese venatorum. Destroyer vero nostris est præscriptam colendi agros rationem seu sulcos mutare. Reg. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1510. fol. 42. v. : Seront leaditz prendeurs tenus de labourer, bien et deument toutes les terres de ladite cense par droite solle et compture, sans les Desroyer, Dessoler ne descompter.* Vide supra *Dessasionare*.

\* **DIROTANUS**, ut *Diarhodinus*, Roseus color intensior. Charta ann. 893. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 540 : *Dedit etiam ad ipsum altare unum sacerdotale vestimentum auro ornatum, planetam scilicet ex Dirotano cum guttis, etc.* Vide *Rhodinus*.

† **DIROCHEUM**. Vide *Dirocheum*.

† **DIRRUIMENTUM**, Eversio, demolitio. Charta ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 202. col. 1 : *Dirruimenta faciendâ ad provisionem custodiæ dictæ civitatis et salvationem ipsius, fiant et faciunt cum consilio talium expertorum in talibus. Dirruer, a Lat. Diruere, Abatre, démolir, in Lit. Caroli V. reg. Franc. ann. 1366. ibid. pag. 295. col. 1 : Ils aient fait abatre et Dirruer touz les hostels, qui entour laditte cité touchoient au murs d'icelle.*

**DIRUBERE**, *Obstupere*, in Gloss. Arabico-Lat.

† **DIRUCTIO**, ἀποκατάστασις, *Restauratio, in integrum directio*. Supplem. Antiquarii.

\* Ita etiam Gloss. Lat. Gr. sed leg. ex Vulc. *destructio vel diruptio*.

† **DIRUMPERE** TERRAM, Eam colere, arare. Vide *Rumpere*.

**DIRUPARE**. Anonym. Barensis in Chronico ann. 1084 : *Bysantius Archiepiscopus Dirupavit Episcopum Barinum, et cepit laborare. Italis Dirupare, est præcipitare, de rupe dejicere, et neutri. pass. cadere de alto, vulgo etiam perniciem, exitium alicui parare. [Memoriale Potestatum Regiensium ad annum 1269. apud Murator. tom. 8. col. 1128 : *Castrum Pizegulum destructum fuit per Reginos, et Thoanum similiter fuit Derupatum. Ibid. ad annum 1271. col. 1133 : Obsederunt Savignanum et Montem Umbrarum et habuerunt eos et Dirupaverunt.*] [Vide supra *Derocare* et *Derochare*.]*

\* **DIRUPTATIO**, *Destructio, eversio*. Charta ann. 1216. ex Tabul. S. Crispini

in Cavea : *Cum quæstio verteretur... super quibusdam inventionibus aprum (l. apum), Diruptione murorum, eradicatione arborum, etc.*

\* **DIRUPTUS**, Procissus, recens cultus. Notitia vet. ex Tabul. Gellon. : *Amardus manso uno, cum curte et ortos... cum terra culta et inculta, tam Diruptas quam suburbanas... concedit S. Salvatore... ann. avij. Roberti regis. Vide Rumpere.*

**DIRWY**, vox Wallica, Mulcta, mulctatio, pœna pecuniaria, Boxhornio, in Lexico Wallico. Occurrit in Legibus Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 10. 25.

\* **DIS**, [Dives, diabolus. DIF.]

† **DISADVOARE**, Factum improbare, Gall. *Désavouer*. Charta ann. 1434. ex Tabul. archiep. Auxit. : *Procurator dicti domini comitis Astaraci Disavouabat quicquid factum fuerit. Vide supra Deadvoare 2.*

\* **DISADVOARE**, A professione clientelari præstita recedere, eam revocare. Arest. parlam. Paris. ann. 1454. inter Probat. Libert. Eccl. Gall. cap. 9. num. 5 : *Nihilominus prælibatus episcopus Nannetensis... plures ex hominibus et subditis ipsius Joannis Delbiest, et maxime Joannem Duchesne, ad se Disadvoandum a dicto domino de Thoaire, et novum advoamentum dicto dom. episcopo Nannetensi faciendum, et ab eo litteras et salvas-gardias accipiendum compellere nisus fuit. Vide supra Deadvoare.*

**DISADVOCARE**, Inficiari, non agnoscere. Gall. *Des-advouer* Radulfus de Hengham in Summa magna cap. 4 : *Et ipse reus dedit in pleno Comitatu ipsi petenti hujusmodi servitia petita, et ipsum Disadvocavit pro Domino.* [Charta Edwardi I. Regis Angl. ann. 1278. apud Rymerum tom. 2. pag. 117. col. 2 : *Si aliquis de familia prædicti Regis transgressionem vel forisfactum aliquod... fecerit, hoc prædicto Regi imputetur, dummodo ille Disadvocaverit.*]

**DISEQUARE**, Æquare. Vita S. Antidii Archiepisc. Vesontini cap. 7 : *Sed parvi pendentes cepta, primis certabant Dissquare ultima.*

\* Nostris vero *Désingal*, idem est atque Inæqualis, Hispanis etiam *Desigual*. Poema inscriptum *La Mappemonde* MS. cap. 14 :

Aussi c'on voit de la balance,  
Quant li brach ont ingal justanche,  
S'en l'un plus qu'en l'autre metés,  
La balance son droit taurrés :  
Car li brach seront Désingal,  
Li uns amont, l'autres aval.

† **DISAFFORESTARE**, Forestam seu silvam in pascua, vel terram cultam convertere. Charta Forestæ ann. 9. Henr. III. cap. 3. apud Spelmannum in *Afforestare* : *Omnes bosci qui fuerunt afforestati per Richardum avunculum nostrum, vel per Reg. Johann. patrem nostrum usque ad primam coronationem nostram statim Disafforestentur, nisi sit dominicus boscus noster. Vide Deafforestare in Foresta.*

† **DISAISIRE** SE, Possessionem dimittere, Gall. *Se dessaisir*. Occurrit in Chartulario sancti Vincentii Cenomanensis fol. 82. Vide *Desaisire*.

† **DISAISICERE**, Eadem notione, infra in *Saisire*.

† **DISALLOCARE**, Non allocare, Irritum habere, expensum improbare. Charta Henrici IV. Angl. Regis ann. 1401. apud Rymerum tom. 8. pag. 205. col. 2 : *Et si per alios Officiarios aut Ministros nostros factæ fuerint (talliæ) penitus Disallocari volumus. Et pag. 510.*

col. 2. in altera Charta ejusdem Regis ann. 1408 : *Litteræ patentes, talliæ, assignationes... Thesaurario et Baronibus nostris de Scaccario, omnino Disallocentur. Vide Allocare.*

† **DISARMARE**, Gall. *Desarmer*, Ital. *Disarmare*, Exarmare, Armis exuere. Habetur apud Bartholom. lib. 6. Annal. Januens. ad ann. 1242. bis Jacob. Auriam lib. 10. eorundem Annal. ad ann. 1282. Martenium Anecd. tom. 3. col. 79 : *Mensa eorum nunquam Disarmatur, nunquam deferulatur, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 406. ubi de S. Ottone.*

\* Dicitur quoque de navibus, quæ armamentis suis exuuntur, in Chron. And. Danduli ad ann. 1403. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 518.

† **DISAVOARE**, ut *Disadvocare* superioris. Onomast. ad calcem tom. 5. Anecd. Marten. : *Notum facimus... Filonem illum Carrerii... condemnatum... et a suis refertur Disavouatum.*

† **DISAURI**, Idem qui *Obryzarii*. Vide in *Obryzum*.

\* **DISAXIRE**, Obsignationem solvere. Vide in *Sacramentum*.

**DISBANNIRE**, *Disbandire*, Bannum revocare. *Lever le ban*. Charta Guillelmi Archiep. Narbonens. ann. 1250 : *Et aliqua, quæ per unam Curiam banniuntur, alteri non licet Disbannire. Alia ejusdem Archiepisc. : Si quod habet Disbandiat et desamparet quidquid bandiverat in operatoriis pontis. Ibidem : Item volumus, quod Ecclesiam S. Petri de Claro, Capellam, et res alias, ad dictam Ecclesiam pertinentes, idem Vicecomes Disbandiat, et Archiepiscopo disponendas relinquat.*

\* Charta ann. 1260. ex Chartul. Caunensi : *Determinavimus quod pro commisso hæresis dictæ Escure, medietas bonorum, quæ fuerunt Arnaldi de Caunis condam patris sui, commissæ est in manu dom. regis retinenda, et alia medietas, quam dom. Adam de Miliaco tenens locum dom. regis, ut dicitur, in hac terra vendidit dom. abbati, eidem abbati Disbandiendâ, donec cum causæ cognitione examinetur, si dom. rex in ea aliquid juris habeat ; cum, quando vos eam saisivistis, eam possideret dictus abbas. Determinavimus etiam quod illa bona, quæ Arnaldus Escarboti vir dictæ Escure habebat pro successione paterna vel materna, vel per emptionem... non de Escura prædicta, ea Disbandiatis abbati Caunensi, donec cum causæ cognitione fuerit determinatum, si dicta Escura in eis aliquid juris habeat per obligationem pecuniariæ dotis.*

\* **DISBANNARE**, Eodem intellectu. Charta Joan. Delph. Vien. ann. 1315. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 100 : *Concedimus in emphiteosim perpetuam... pascua... quod possint eisdem uti et frui... et ipsa inbannare, Disbannare, etc.*

\* **DISBENDARE**, a Gallico *Débander*, Laxare, remittere. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1167 : *Supplicans cum sua balista bendata, uno quoque rillono desuper posito, Disbendavit dictam balistam.*

\* **DISBONIARE**, *Bonnas* seu metas figere. Stat. Saluciar. collat. 3. cap. 88 : *Potestas faciat eas (vias) tenere apertas, et ad hoc, si expedierit, probi homines eligantur, qui eas Disbonient et atterminent. Vide supra Debonnare.*

† **DISBOSCATIO**, Exstirpatio bosci, seu silvæ conversio in terram cultam. Occurrit apud Thomam Blount in Nomolex. ad vocem *Assart*. Vide *Exartus*.

\* Nostris *Desbochier*, pro *Déraciner*,

eradicare. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 289: *Comme le suppliant eust Desbochiez et deffouiz deux grans fresnes, estans tous deux sur une choque en son jardin, etc.*

\* **DISBOTARE**, A loco remove, disrumpere, Gall. *Déboiter*. Charta ann. 1466: *Portas domorum suarum claudendo, aperiendo, sigillando, Disbotando, et si fuerit necesse, per vim aut alias ad terram ponendo, etc. Débruser un pont, Pontem rescindere, apud Rob. Avesbur. in Hist. Eduardi III. reg. Angl. pag. 125: Ceaux de la ville de seint Lée Débruserent le pont, et le roy le fit réfaire, et passa lendemayn.*

**DISBRIGARE**, [Italis, Molestia et lite liberare. Parvum Chartul. S. Victoris Massil. fol. 102: *Expediemus totum prædictum affare, et Disbrigabimus dictæ Universitati.* Privilegium anni 1895. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 1. pag. 328: *Promittimus etiam veraciter presentis scripti testimonio, prætaxata bona Disbrigare et auctoritate ab omnibus hominibus, qui dictam Ecclesiam impeterent, de isdem et ipsam penitus indemnem conservare.* Rursum occurrit apud eundem Ludewig. tom. 5. pag. 526.] Vide *Briga*.

\* **Expedit**, impedimentum remove. Charta ann. 1334. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 109: *Thesaurarius promissit nomine regio... ipsum magistrum Guillerum de Brolio et suos totaliter Disbrigare simpliciter et de plano.* Stat. Palavic. lib. 1. cap. 30. pag. 37: *Si debitor in dicto termino ea recuperare et Disbrigare non curat ipsa bona immobilia, etc.* Occurrit præterea in Stat. Astæ rubr. 5. pag. 7. et alibi. Vide supra *Debrigare*.

\*\* **DISBRIGATOR**, Germ. *Kriegscheider*, Compositor rixæ, e Gloss. ant. ap. Haltungs. col. 1132.

**DISBULLARE**, Idem quod *Dissigillare*, Bullam auferre. Charta ann. 1238. in Regesto Chartar. pro Hist. Gallo-Byzantina pag. 3: *Habebis potestatem... eandem sacrosanciam Coronam Disbullandi, et ostendendi Domino Ducis... Venetiz... et iterum ipsam bullandi, etc.* Vide *Bulla*.

\* **DISBURGESIARE**, *Burgesiare* seu jus civitatis ejurare. Charta Phil. III. ann. 1283. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 389: *Dimissimus majori et communitati villæ de Vernolio... sex denarios, quando aliquis intrat dictam burgesiare; et quatuor denarios, quando se Disburgesiare.*

\* **DISCALCIRE**, *Discalcare*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Descavsar, Prov. Discalcivre, excocereare.* Pro *excoccare*. Nostris *Deschaussoere* et *Deschaussoire*, Ligonis species. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. ch. 62: *L'exposant doubtant que ledit Guillaume le férist et villenast, bouta d'une Deschaussoere ledit Guillaume en la poitrine, et après le féry de laditte Deschaussoere parmi le costé.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 83: *Icellui Guillaume Charle tenant en ses mains un ferrement, appellé Deschaussoire, dont il labouroit, d'icelle Deschaussoire féry et frappa plusieurs cops ledit Naudin.* *Deschaussoere*, in aliis ann. 1457. ex Reg. 189. ch. 210.

**DISCALDATUS**, *Refrigeratus*. Anonym. [Nicolaus de Jamsilla Muratorio] de Gestis Frederici II. Imp.: *In prædicto loco S. Gervasii inter venationum solatia, et nemoris refrigeria Discaldati, aliquantulum ægotavit. Non tamen propter illam Discalcationem animus ejus ex vana virtute corporis languescerat, etc.* Adnotat eruditissimus Muratorius in

uno MS. legi *Discalciatus*, in altero *Discalcationem*, sibi tamen magis arridere *Discaldatus* et *Discaldatio* a particula privativa *Dis* et *Caldari*, Calere. Conciunt Cangio.]

**DISCALIGATUS**, *Discalceatus*. Th. Walsingham. pag. 248: *Dicentes, nequam debere Regem adire tales Discaligatos ribaldos, etc.* [\*\* *Discaligandum*, in Ruodlieb. fr. 13. vers. 90.]

† **DISCALZATUS**, A terra separatus. Translatio S. Philastrii, Julii tom. 4. pag. 394: *Arca marmorea, in qua repositum venerabile corpus S. Philastrii Episcopi Brixiz, reperta est subterranea et modo undique Discalzata, seu a terreno penitus separata. A calce dictus videtur Discalzatus, quasi a calce separatus. Italis Discalzare est Discalcare.*

**DISCANTUS**, **DISCANTARE**. Ugutio: *Decantare est valde cantare. Discantare et Excantare, id est, Descantare.* Gloss. Gr. Lat. Reg. Cod. 85: *Τετραπλα, Biscanto, facio tenorem.* Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 71. de Joan. XXII. PP.: *Item Prohibuit fieri cantum in Horis Canonicis, et in Missis cum Discantu, Triplis et Motetis vulgaribus.* Willebrandus ab Oldenborg. in Itiner. T. S. pag. 139: *Processionibus igitur in unum convenientibus hinc inde Discantari... vidimus.* Exstant in Bibliotheca Victorina opuscula aliquot de *Arte Discantandi*, vel *Discantus*, seu ejusmodi cantus Ecclesiastici, quem vulgo *Falsum burdonem* appellamus. [Obituarium MS. Ecclesiæ Morin. fol. 39. verso: *Solempnem Missam de B. Virgine decantandam... cum cantu Discantu et organis sonantibus.*] Joannes Molineus au *Chapelet des Dames*:

Tant pour ouir des oiseaux les Deschants.

Infra:

Pies, frions, linottes, et moissons,  
Là Deschantant par diverses façons.

Idem in Throno honoris:

Oiseaux des champs chantans chans et Deschants.

**DECANTARE**, Eadem ferme notione videtur usurpasse Albertus Stadenensis ann. 1053.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. Reg. 7684: *Discantare, deschanter. Discantus, deschant.* Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 223: *Comme dévotement il fit chanter la messe, et solempnement glorieuses vespres et matines et tout le service à chant et à Déchant, à ogre et à treble.* Stat. S. Capelle Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg.: *Subemus quod in omni missa, cujuscumque solemnitatis sit, semper officium, responsorium, alleluia, offertorium et post-communio Discantabuntur, et similiter Kyrie eleison, Gloria in excelsis, prosa, sanctus, agnus.* Stat. eccl. Paris. ann. 1408. ad calcem Necrol. MS. ejusd. eccl.: *Nec debet in cantu notulato regulariter immisceri Discantus, pueris exceptis, propter exercitationem suam.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Ki dont oist canter archangles,  
Descanter puceles et angles.

Et lib. 2:

En l'organer, et verbloier,  
Ou Deschanter, ou quintoiier,

Vide infra *Organisare*.

\*\* Statuta antiqua ecclesiæ Francofordensis in Würdtwein. Subsid. Diplom. tom. 1. pag. 66: *Discantus vel cantus lætitiæ a dominica in passione domini usque ad vigiliam paschæ inclu-*

sive hiis, cum sit tempus compassionis Christi nullus fiant, sed omnia dolose et humiliter quam alio tempore prosequantur.

† **DISCAPEDINATUS**, *Divisus, distractus*. Inscriptio arcus triumphalis erecti in honorem Marchionis Uxellensis Cabilonum urbem introeuntis apud Cussetum in Hist. ejusd. urbis pag. 769: *Auspicato isthoc adventas, Illustrissime Marchio, quando Discapedinata te civium vota indigetant, volnera civitatis serenifico voltu undequavorsum edulcaturum.* Simili notione verbum *Discapedinare* usurpavit Apuleius Floridorum lib. 1. ubi de Hyagni tibicine: *Primus, inquit, Hyagnis manus Discapedinavit in canendo, hoc est, diduxit, distraxit, ut capedo seu spatium aliquod intercederet, cum duas tibias simul applicavit ori, et alteram dextra, alteram sinistra moderaretur.*

**DISCAPIA**. Vetus Charta apud Baldric. Noviom. lib. 1. cap. 52: *Terras cultas et incultas, pervia uva, Discapia, prata, pascuca, etc.* Occurrit ibi adhuc semel: sed legendum conjunctim *Wadriscapia* ostendo in hac voce post *Waterscapum*.

**DISCAPILLARE**, *Capillos avellere, radere, vel disjicere, et miscere*: Gallis *Décheveler*, [Italis *Discapigliare*.] Lex Burgund. tit. 33. § 1: *Si qua mulier ingenua in domo sua a quocumque ingenuo, aut in via innocens Discapillata fuerit aut detracta, etc.* Capitula ad legem Alamannor. cap. 27. edit. nuperæ: *Aut qui eas Discapillaverit, 15. sol. componat.* Ekeardus Junior de Casibus S. Galli cap. 10. de Hadwiga Ducis Suevorum filia: *Jussit verberari et Magistro multa rogante, vix concessit non Decapillari.* Vide *Decalvare*.

† **DISCAPIRE**, ut infra *Discepere*, *Dividere, distrahere*, si recte puto: quod hic de eo dicitur qui *villare* quod ab Aniano Abbate precario tenebat, ipsi Abbati subtrahebat sibi que volebat asserere, quasi proprius et immunis ejus esset dominus ac possessor. Charta recognitionis ann. 801. in Probat. novæ Hist. Occitanæ tom. 1. col. 31: *Quomodo ego Pinaudus et parentes (MS. pares) mei Materindus et Fulgentius quod ipsas tascas et decimas, quod vobis (Abbat) Aniano exinde dare debuimus, ipsas vobis intendimus, et nihil vobis exinde dedimus per factos (MS. perfectos) vi. annos et insuper de ipso villare vobis cum (melius in MS. eum) Discapire voluimus, et in fraude de ipso fecimus (MS. fuimus), ac ipsas pro (melius in MS. sine) vestro commeatu illas habere voluimus; sicque me recognosco ego Pinaudus, quomodo ego et parentes (MS. pares) mei superscripti pro vestro beneficio antea et per (MS. pro) precaria nostra, quam vobis fecimus, eam antea habuimus, et ea que fecimus, veraciter me recognosco in vestrorum supradictorum judicio. Data recognitione sub die III. Non. Madias anno XXXIV. regnante domino nostro Imperatore Karolo Rege Francorum et Longobardorum.*

\* Nostris *Descharpir*, pro *Echaper, dégager, séparer*, Evadere, se expedire, separare. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 57: *Jehannin le Moyne se Descharpi et desrouta d'avec ledit Escalongne, qui le menoit de bonne foy.* Aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 509: *Le suppliant qui ne pouoit Descharpir d'icellui Mahiet, etc.* Rursum aliæ ann. 1473. in Reg. 195. ch. 827: *La femme de Jehan Boyleau se bouta entre le suppliant et Anthoine Cardinal cuidant les*

*Descharpir et garder de faire mal l'un à l'autre.*

† **DISCAPUM**, Charta Henrici V. Reg. Angl. apud Rymerum tom. 10. pag. 236. col. 2: *Cum ipsa vinea vel campello, et una discapo. Lege Wadiscapo, aquagio, aquæ ductu, et vide Waterscapum et paulo superius Viscapia.*

† **DISCARGA**, Acceptilatio, liberatio, Gall. *Décharge*. Deliberatio trium Statuum Occitaniae de Johanne Rege in carcere detento, apud D. La Faille Annal. Tolos. tom. 1. probat. pag. 95: *Nec poterunt dicti quatuor Thesaurarii habere Discargam sufficientem, nisi illam haberent de mandato dictorum viginti quatuor.* Vide *Deschargia*.

**DISCARGARE**, Onus deponere, exonerare, Gall. *Descharger*. Lex Salica tit. 29. § 21: *Si inde fœnum ad domum suam in carro duxerit, et Discargaverit.* § 24. *Si inde vinum in carro ad domum suam adduxerit et Discargaverit.* Ubi editio Heroldi tit. 27. § 11. *habet Discarraverit, [Baluzii tit. 29. § 21 et 24. Discarricaverit,] id est, de carro deposuerit.*

**DISCARGARE**, Eadem notione occurrit in Charta ann. 1141. apud Catellum in Comitibus Tolosanensis pag. 192. [in Charta anni 1165. ex Archivio Ecclesiae Massil. altera ann. 1164. ex Archivio Monasterii S. Victoris ejusd. urbis, et in Glossis Pithœi apud Baluzium tom. 2. Capitulum. pag. 691.]

\* Alias nostris *Descarchier*, ut legitur in Ch. ann. 1320. ex Chartul. 29. Corb.

\* **DISCARGATURA**, Exoneratio, Ital. *Discarcamento*, Gall. *Décharge*. Stat. Placent. lib. 6. fol. 81. v.º: *Item provisum est, quod portatores non possint accipere ab aliquo de Discargatura alicujus carri vini, videlicet si discargaverit desuper terram,.... ultra septem denarios.* Vide infra *Discargatura*.

\* **DISCARJATOR**, Gall. *Déchargeur*, Exonerator, in Charta ann. 1214. ex Chartul. Campan. fol. 188. v.º. *Discharjator*, in altero Campan. Chartul. fol. 40.

**DISCARICARE**, Idem quod *Discargare*, de carro onus deponere. Fortunatus in Vita S. Medardi Noviom. Epis. cap. 6: *Discaricantes, quæ tulerant, lacati pergunt itinera.* Occurrit etiam in veteri Charta Dalmatica anno 1292. apud Jo. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. cap. 9. [in Statutis Massil. lib. 1. cap. 51. § 3. lib. 4. cap. 90. lib. 6. cap. 45. etc.]

\* **DISCARIGARE**, Exonerare, Ital. *Discaricare*. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 32: *Omnis forensis, qui facit stationem in mercatis Ferrariz, et Discarigat suum havere, non solvat ripaticum, sed stazonaticum.* Vide *Discaricare*. Hinc

\* **DISCARIGATURA**, Exoneratio. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 94. r.º: *Exceptis portatoribus blavæ et vini, qui possint capere et habere... pro Discarigatura vini... denarios duos.* Vide supra *Discargatura*.

† **DISCARRARE**, DISCARRICARE. Vide *Discargare*.

\* **DISCATENARE**, Juncta disjungere. Mirac. S. Audoeni tom. 4. Aug. pag. 830. col. 1: *Ibi languidus de substratorio solotenus excussus, Discatenatis nervis, carne revulsa, arcitus cepit angustiari.* Italis, *Discatenare*, ex catenis solvere, Gall. *Décatiner*.

† **DISCAVALCATUS**, Ex equite pedes factus, Gall. *Demonté*, ab Italo *Discavalcare*, Ex equo dejicere. Regimina Paduæ ad annum 1325: *Ibi fuerunt vulnerati dominus Nicolaus de Carraria, et Obizo de Papafaris in faciebus, et dominus*

*Marsilius... Discavalcatus, et Paulus dente aliquantulum vulneratus.*

\* Nostris *Deschevaucher*, eodem significato. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 283: *Icellui Henriet non cuidant mesprendre de oster audit Juif le sien, pour ce qu'il n'avoit point de rouelle, Deschevaucha icellui Juif et print son cheval et la besace qui estoit derriere.* Aliæ ann. 1361. in Reg. 92. ch. 27: *Tantost après le suppliant eust esté pris et Deschevauchiez par lesdiz ennemis.* Ita quoque legendum, pro *Deschevacher*, in Stat. ann. 1308. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 460. art. 8.

\* **DISCAVEO**. [Diligenter caveo. *Plaut. Men. 2. 1. 24. Dictum facessas doctum, et Discaveas malo.*]

\* **DISCAZERNATUS**, Disjunctus, Gall. *Détaché*. Comput. ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Histor. Nem. pag. 170. col. 2: *Pro uno codice, absque glozis, Discazernato et sine postibus, aviti. sol. Turon.* Vide infra *Dischadernare*.

**DISCEDERE**, pro *Decedere*, mori, apud Fredegar. cap. 54. [Discessivit, pro *Dicesit*, recessit, legitur apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 770. ubi de exicidio urbis Acconis.]

**DISCESSUS**, Obitus, [Gall. *Decès*,] in gestis Dagoberti cap. 46. 84. 89. et alibi non semel.

\*\* **DISCESSIO**, Eadem significatione. Chart. ann. 773. in Neugart. Cod. Dipl. Alem. num. 54: *Et post nostram vero Discessionem estas res pro animas nostras ad ipsum monasterium sine ulla maritione revertantur.*

**DISCENS**, Discipulus. S. Columbanus Ep. 3: *Ecce quibus circumdamur diversitatibus, et quibus circumluimur ac si vorticum fragoribus, charissime Discens, etc.* Utitur alibi, sed locus non succurrit, ut et S. Irenæi Interpretis lib. 3. cap. 14. [imo Quintil. 3. 11. *Fatigare Discen-tem per ambages.*]

† **DISCENTIA**, Discendi actus. Tertull. de Anima 1. 23. et 24: *Discentias remissionentias esse.* Utitur et Cæl. Rhodig. 10. 16.

† **DISCEPERE**, Papias: *Discepit, Divisit. Disceptus, Divisus, Scrutatus, Expertus.* Vide *Discapire*.

\* **DISCEPOLUS**. [Discipulus: « Marcho de Florentia, fabro lignaminis in palatio apostolico... cum uno *Discepolo*. (Archiv. Vatic. mandat. camer. apostol. f. 61. an. 1462.) »]

† **DISCEPTIM**, σαφῶς, φανερώς, Manifeste, clare. Gl. Lat. Græc. Sangerman. MSS. Mallem *Discretim*, quo usus est, Apuleius, vel *Disertim*, pro *Diserte*.

† **DISCERE**, Docere. Jacobus Cardinal. S. Georgii in Vita S. Petri Coelestini, Maii tom. 4. pag. 444:

Tamen agnita dudum  
Commemorant veteris moris Discantque minores.

Vita S. Edwardi Regis Angliæ, Martii tom. 2. pag. 643: *Didicit eum Rex sanctus pater suus Deum præ omnibus timere.* Sidonius lib. 8. Epist. 6: *Per alias vias doctrinam illius, quo more citius homo Discit, inobservatus in spezi.*

**DISCEREURA**, ex Gallico *Deschirure*, Laceratio: *Deschirer*, Lacerare, quasi *Deschäurer*, Carnem avellere, lacerare. Inquesta anni 1270: *Retulit Curiz, quod ipsa domina habet ibidem justitiam de feudo terre usque ad duellum, et cognitiones mesleiarum sine sanguine et Disce-rea, etiamsi ibidem fuerit aliqua percussio, de qua mahamium, vel mors minime timeatur.* Vide Speculum Saxonicum lib. 1. art. 68. § 1.

\* *Descireure*, Plaga, vulnus, in Stat. bilim. S. Ludov. cap. 38. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 286: *Se ce est de trieve enfrainte, il doit monstrer sanc ou plaie, ou Descireure, ou chaple.*

**DISCERNENTES**, Lex Wisigothorum lib. 12. tit. 2. § 2. ubi disputationes de fide prohibentur: *Nullus antiquorum Patrum impugnationibus suis sacras definitiones irrumpat: nullus modernorum Discernentium congruentes fidei tractatus spernat.* Quo loco *Dicernentes* videntur dicti Sectarii, hæc appellacione donati hoc ævo in Hispania, atque ii forte, qui *διὰ πρὸς βουεῖ* dicuntur Theodoro Lectori lib. 1. Nicephoro Callisto lib. 6. cap. 29. lib. 18. cap. 45. Leontio Scholastico lib. 5. de sectis, et Codino in Origin. Constantinop. qui nempe contra Calchedonensem Synodum Eutyctis ac Dioscori partes tuebantur, itaque sese appellabant, quod ab ea Synodo se segregatos innuere vellent, quomodo vocem hanc usurpat Socrates lib. 5. cap. 5.

\* **DISCERNERE**, Decernere, statuere, nostris etiam *Discerner*, pro *Decerner*, *ordonner*. Charta Geraldii Trenorch. ann. 1334. inter Probat. Hist. ult. ejusd. monast. pag. 246: *Et primo declaramus et Discernimus dictum marescallum esse et esse debere dum et quando nobiscum fuerit, cambellatus seu senescallus hospitii nostri. Ordenons et Discernons par la teneur de ces présentes, in Lit. Caroli V. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 425.*

\* **DISCERNIBILIS**. [Qui discerni potest. *Augustin. Enchir. 90. Ut in effigie sua cujusque proprietates et Discernibiles similitudo servetur.*]

\* **DISCERNICULUM**, Ornamentum capitis virginalis ex auro. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Discrimen*.

\* **DISCERPERE**. [Sicut serpens. *DIEF.*]

\* **DISCERTATIO**, Contentio, controversia, Gall. *Contestation*, Tabul. Guemen.: *Dedi terram, quæ mihi contingit ex transactione post longam Discertationem.*

**DISCESSOR**, Decessor, prædecessor, vel certe qui decessit, et obiit. Vide *Canones Hibern. lib. 41. cap. 30.*

† **DISCESSUS**, DISCESSIO, Obitus, Gall. *Decès*. Vide *Discedere*.

\* **DISCHADERNARE**, Dissolvere, disjungere, Gall. *Décher, détacher*. Charta ann. 1327. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 115: *Hoc probabitur per primum rotulum suorum compotorum,.... in quo non sunt ducentæ libræ prædictæ, si bene inspiciatur liber primi anni, qui est quadratus et cooperatus de alluda, et se Dischadernat.* Vide supra *Discazernatus*.

† **DISCHARGIA**, Gall. *Décharge*, Acceptilatio, Liberatio. *Exoneracionem vel aliquam Dischargiam camporum thesauri nostri*, apud Rymerum tom. 13. pag. 461. col. 1. *Litteræ exoneracionis et Dischargii non fuerint levatæ*, ibidem.

† **DISCHARGIARE**, DISCHARGIARE, Exonerare, Gall. *Décharger*. Litteræ Philippi Franc. Reg. ann. 1207. pro Rothomagensibus, apud Duchesnum Hist. Norman. pag. 1063: *Prædicti cives... poterunt... eas (mercaturas) chargiare et Deschargiare, et portare et reportare ubicumque voluerint... Nullus nisi manens fuerit apud Rothomagum poterit Dischargiare vinum in cellarario vel in domo apud Rothomagum propter illud revenendum.* Vide *Discargare*.

† **DISCHARGIUM**. Vide *Dischargia*.

\* **DISCHARJATOR**. Vide supra *Discharjator*.

\* **DISCHUS**, pro *Discus*, in Stat. Placent. lib. 6. fol. 73. v.º.

**DISCIFER**, Dapifer, *Maitre d'hostel*, Senescallus. Gloss. Saxonice. Ælfrici: *Discifer*, vel *Discoforus*: disc-ven, i. Dapifer. [Vide *Discophorus*.]

**DISCINCTA**, Vestis absque cingulo, diffusata, suprema nempe, et quæ aliis superinduitur. Acta Martyrum Numidar. n. 7: *Vide, inquit, juvenem, inenarrabili et satis ampla magnitudine, cujus vestitus Discincta erat, in tantum candida luce, ut oculi in eum constanter intendere non possent.* Scriptor Passionis SS. Perpetuæ et Felicitatis pag. 33: *Ita revocatur et Discinctis induta, prior Perpetua jactata est.* Hinc

**DISCINCTATUS**, Discincta indutus, apud eundem: *Et exivit vir quidam... Discinctatus purpuram inter duos clavos per medium pectus.*

1. **DISCINGERE**, Dirimere, decidere lites. Vetus inscriptio:

Ter vice qui sacra Discinxit jurgia judex.

Occurrit passim hac notione apud Scriptores locis indicatis a Savarone ad Sidon. lib. 2. Epist. 7. Jureto ad Symmach. pag. 277. Jacobo Gothofredo in Gloss. ad Cod. Theod. et aliis.

2. **DISCINGERE**, Cingulo magistratus exuere, degradare. Synodalis Epistola Pseudo-Synodi Sardicis: *Duxit Concilium, ut Julium urbis Romæ... Discingeret atque damnaret.* Catalogus Pontificum Romanorum a Cuspiniano editus, in Pontiano PP.: *In eadem insula Discinctus est IV. Kal. Octob. et loco ejus ordinatus est Anteros.*

**DISCINCTUS**, Cingulo exutus. Glossar. Lat. Græc.: *Discinctus*, λωσιτώνος. Lex Salica tit. 61: *In camisa Discinctus et Discalciatus.* Vide *Cingulum*.

**DISCINGULARE**, *Sellam et sarcinam removere*, auctori Mamotrecti cap. 24. Genes.

1. **DISCIPLINA**, apud Monachos, est flagellatio, interdum virgæ ipsæ, quibus flagellantur. *Flagelli Disciplina*, in Regula S. Aureliani cap. 41. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MSS. cap. 33: *Si aliquis Disciplinam accipere debeat, erigens se super genua, modeste vestimenta sua exuat, deinde procumbens a cinctura deorsum eisdem vestimentis tectus remaneat, et sic jacens aut prorsus laceat, aut hoc solummodo dicat: Mea culpa, ego me emendabo. Sed neque alius interim loquatur, nisi forte aliquis de Prioribus pro eo intercedat usque ad jussionem Abbatis. Qui dum cessaverit, adjuvet illum fratrem ad induendum: qui indutus et erectus non se moveat, donec Abbas dicat: Ito sessum: et tunc inclinans erat in locum suum. Hoc etiam sciendum est, quod ille qui inferioris gradus est, non debet verberare superiorem, id est, Diaconus Sacerdotem, sed æqualis æqualem, vel superior inferiorem.* Leo Ostiensis lib. 3. cap. 22: *Statuit... ut per totius anni septas ferias pane tantum et aqua contenti essent, ac per singulas singuli Disciplinas data confessione reciperent.* Matth. Paris ann. 1252: *Vestibus igitur spoliatus... ferens in manu virgam, quam vulgariter Bateis appellamus, intravit capitulum et confitens culpam suam... singulis Fratribus Disciplinas nuda carne accepit.* Occurrit apud eundem ann. 1198. pag. 129. Cantiprat. lib. 2. cap. 16. num. 5. cap. 39. n. 2. Cæsarium lib. 1. cap. 22. 40. lib. 3. cap. 47. Petr. Damian. in Vita S. Romualdi n. 39. lib. 1. Ep. 19. lib. 6. Epist. 1. 27. Herimann. de Restaur. S. Martini Tornac. cap. 88. Vide S. Anselmum lib. 3. Ep. 50. et Joan. Morinum lib. 7. de Pœnitent. cap. 14. § 1. [Statuta

antiqua Ordinis Grandimont. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1236. 1237. 1238.] Eleemosynarii munus, ut est in MS. Corbeiensis de Mensa Abbat. *est providere Disciplinas, scilicet virgas de bouet et vimias de Kalre in capitulo.*

\* Eandem penam ab archiepiscopis in presbyteros sibi subditos animadversam legitimus in Reg. visitat. Odonis archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad ann. 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 274. v.: *In junctimus presbytero de Altifago, ... quod in kalenda sui decanatus unam in camisia et braccis acciperet Disciplinam, coram presbyteris illius decanatus existentibus in dicta kalenda, pro eo quod percusserat quemdam parrochianum suum de pugno in ecclesia sua predicta, et rixatus fuerat cum priore dicti loci.*

**DISCIPLINA** crebro etiam pro flagellatione, vel alia pœna, quæ ex decreto judicis indigitur, usurpatur in Legibus Wisigoth. lib. 3. tit. 3. § 4: *Adjutores vero raptoris, qui cum ipso fuerint, Disciplinam accipiant, sicut est in lege alia constitutum.* Lib. 4. tit. 5. § 1: *Verberandi sunt ante judicem quinquagenis flagellis, etc. Mox: Neque propter Disciplinam qua correpti sunt, infamiam poterint ullatenus sustinere.* Lib. 6. tit. 5. § 8: *... Si indiscreta Disciplina percussus fortasse mori de flagello contigerit.* Adde § 12. lib. 7. tit. 4. § 7. [Capitulare de Villis Caroli M. § 4. Excerpta ex Lege Longobard. apud Baluzium Capitul. tom. 1. col. 349. § 3.]

† **DISCIPLINA CONDIGNA**, sive in jejuniis, sive in castigatione, iis imponenda, qui Symbolum et Orationem dominicam discere negligunt, Capitul. lib. 5. cap. 161.

**DISCIPLINA CORPORALIS**, in Capitul. 5. ann. 803. cap. 1. [Capitul. lib. 3. cap. 66. lib. 4. cap. 35. Formulæ Bignonianis form. 22.] apud Marculfum lib. 2. Formul. 27. Chrodegangum in Regula Canonico-rum Metensium cap. 3. 4. 14. [Disciplina corporis, in Vita S. Pardulphi Abbatis inter Acta SS. Benedict. pag. 579. n. 16.] *Descepline de cors, in Stabilimentis S. Ludovici 1. 1. Vindicta corporalis, apud eundem Chrodegangum cap. ult. Disciplina hostilis, militaris, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 4. § 6.*

† **DISCIPLINA CORREPTIONIS**, in Capit. Pippini Regis Ital. ann. 793. cap. 31.

**DISCIPLINA DUCALIS**, in eadem Lege Bajwar. tit. 9. cap. 4. § 3. id est, compositio. Capitul. ann. 803: *De latronibus et Disciplina eorum.*

† **DISCIPLINA LEGITIMA**, Capitul. lib. 6. cap. 122.

**DISCIPLINA SÆCULARIS**. Capitul. 2. ann. 789. cap. 16: *Ut Disciplina Monachis regularis imponatur, non sæcularis, id est, non orbentur, nec mancationes alias habeant, nisi ex auctoritate regulæ.* Vide Capitulare triplex ann. 808. cap. 3. § 3. Legem Longob. lib. 1. tit. 9. § 27. lib. 2. tit. 13. § 3. [Carol. M. 101. Luitpr. 103. (6,50.)] Concil. Emeritense cap. 17. etc.

† **DISCIPLINAM IMPONERE** servis domini dicuntur in lege Bajwar. tit. 7. cap. 2. § 4. in Appendice ad Marculfum formula 16. *Impendere ad servos, formula 13. inter Bignonianas; hæc autem Disciplina mancipiorum a dominis imposita Disciplina supra dorsum vocatur ibidem formula 26.*

**DISCIPLINARE**, Castigare, corrigere, virgis cædere. Vita S. Genovefæ: *Disciplinat itaque misericorditer filios suos Pater misericordiarum.* Liber revelationis editus cum Joan. de S. Victore de

Utilitate tribulation. cap. 6: *Sæpius enim confessionem repetere, et pluries Disciplinari gaudebant.* Hist. Episcoporum Autisiod. cap. 54: *In Capitulo ejusdem Ecclesiæ, ubi fratres Disciplinantur, sepulturam habuit.* Statuta Ordinis de Sempringham: *Quæ autem fecerit, Disciplinetur in Capitulo, vel in pane et aqua pœniteat.* Vita S. Galberti Abbat. Pontisarenensis num. 10: *Ex nodosis corrigiis flagello confecto seipsum adeo dure Disciplinavit, etc.* [Guidonis Disciplina Farsensis cap. 16: *Non Disciplinatis Magister pueros in choro, si dominus Abbas affuerit aut Prior. Jejunate et Disciplinare, in brevi Histor. Ordinis Cartus. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 211.] Michael Scotus [vel Theobaldus Anguibertus Hibernus, ut Domino de la Monnoye in Menagianis tom. 3. pag. 105.] lib. Mensæ Philosophicæ cap. 18: *Quidam vir zelotypus uxorem suam, ad confessionem euntem, sequebatur, quam cum Sacerdos retro altare duceret ad Disciplinandum, hoc videns maritus ait, O Domine, tota tenera est, ego pro ipsa recipio disciplinam: quo flectente genua, dixit mulier: Percute fortiter, Domine, quia magna peccatrix sum.* Observa ritum rite abolitum, et qui vetatur apud Hadrianum I. PP. in Epit. Can. ex regulis SS. Patrum cap. 25: *Episcopos, Presbyter, Diaconos peccantes fideles Verberare non debeant.* [Vide Mabillonii Præfationem in Acta SS. Benedict. Sæc. 6. part. 1. n. 39. et seqq. ubi plura de disciplinarum usu ad redimendas pœnitentias canonicas excogitato, de ejusd. usus auctoritatibus, propugnatoribus et defensoribus, atque etiam impugnatoribus, etc.]*

† **DISCIPLINABILIS**, ad disciplinam pertinens, docilis. Vita S. Zita, April. tom. 3. pag. 499: *Inde quoque virorum peritissimorum olim Disciplinabilis mos exstitit, Sanctorum celebres vitas exquirere.* Bern. de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 223: *Animalia illa que humana arte et industria excubantur, Disciplinabiliora huius sunt, que secundum naturam sue speciei generantur.* Auctori ad Herennium, *Disciplinabilis scientia dicitur, quæ ex arte exponi potest et certa methodo.*

† **DISCIPLINALIS**, Eadem notione. *Disciplinales voluntates*, apud Cassiodorum 4. 33.

† **DISCIPLINALITER**, Ex disciplina. Joan. Sarisb. lib. 6. Pollicratici cap. 15: *Disciplinaliter eruditus populus.* Rodolphus Monachus in Vita Lieberti Camerac. Episc. Spicil. Acher. tom. 9. pag. 729: *Epulæ quidem carnis sufficienter apponebantur, sed panis et aqua Disciplinaliter sumebantur.* In Chronico Erfordiensis, inter Vindem. Litter. Frederici Schannat ad ann. 1138. *Disciplinaliter corrigere dicuntur Sacerdotes qui pœnitentes quosdam gravius delictis obnoxios flagellabant.*

\* **DISCIPLINARE**. Stat. Bened. ann. 1248. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 260: *Qui aliter fecerit, coram omnibus in capitulo recognoscat delictum, prioris iudicio Disciplinare puniendus.* Id est, flagellatione.

† **DISCIPLINARIA SCIENTIA**, Mathesis, Mathematica. Goclenii Lexicon Philosoph.

† **DISCIPLINATIO**, Flagellatio, apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 336: *Willelmus Abbas Monasterii exempti S. Albani domino Johanni Say Militi. Admittimus præhonoratam personam vestram... in consortium nostræ fraternæ*

cionis... in vigiliis, jejuniis, in inclinationibus, prostrationibus et Disciplinatio-nibus, etc. Utitur alicubi S. Augustinus pro eruditione seu institutione, uti dicitur in Fabri Thesaurio.

† DISCIPLINATORIA VIRGA, in Vita Galterii Abb. inter Acta SS. Bened. Sæc. 6. part. 2. pag. 821.

DISCIPLINATUS, Moribus bonis disciplinæ beneficio præditus. *Juvenis Disciplinatus*, apud Cæsarium lib. 1. Miracul. cap. 3. Chron. Montis-Sereni ann. 1205: *De commissorum sibi utilitate indeficiente sollicitus, moribus temperatus, quales Disciplinatos vocare consuevimus; quæ duo severitatis aliquid moribus ejus admiscuisse videbantur.* [Eccl. 10. 24. Vir prudens et Disciplinatus. Imit. J. C. lib. 1. cap. 25. num. 5: *Bene morigeratus et Disciplinatus.*] Utitur etiam Tertullianus, lib. de Fuga in persecutione. [Alcimus Avitus lib. 4. cap. 24.]

†† DISCIPLINATE. Ruodlieb. fragm. 5. vers. 81:

Discipline stans hoc audit ut omne, etc.

\* 2. DISCIPLINA, Prudentia, Gall. *Sagesse*. Sidon. Apollin. epist. 1. lib. 1: *C. Simmachi rotunditatem, C. Plinii Disciplinam maturitatemque vestigiis presumptuosius insequitur.* *Discipline*, Reprehensio, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 155: *Auquel doyen le prévost dist par maniere de Discipline et de réprehension: vey bel estat de prestre d'estre au soir de nuit en la tavernne.*

\* 3. DISCIPLINA, Præscriptio, jussus. Charta Conradi reg. ann. 963. tom. 9. Collect. Hist. Franc. pag. 700: *Eo vero tenore, ut nulli episcoporum sive abbatum, neque comitum, neque alicui contrariæ potestati aliquam Disciplinam sive servitutem per vim faciant.* Ubi Honor. Bouche tom. 1. Hist. Prov. pag. 804. edidit Fortiam, ut hic notatur.

\* DISCIPLINATI. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 451. col. 1: *Jacobus de Lagolpe de Viterbio, admodum rector hospitalis Disciplinatorum et Caritatis Viterbiensis, etc.* Ex eo fortassis sic dictum, quod pauperes in eo instituenterentur.

† DISCIPLINOSUS, Qui multos habet Discipulos, in Amalthea ex Catholico. Mellius f. *Discipulosus*.

DISCIPLINARE, Edocere, *Discipulati*, edocti, in Glossis Isid. [et apud Johan. de Janua.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7634: *Discipulare. Ensaigner disciple.*

1. DISCIPLULATUS, Officium, ministerium. Chronic. S. Michaelis Virdun.: *Hic igitur adhuc adolescentulus ab Abbate suo in Discipulatu Capellani constitutus, frequenter cum eo ad Palatium, et per plura locorum habuit comitatum.* [Gloss. Vet. *Discipulatus*, μαθησις, μαθήτευσις. Hac notione sumunt Zeno Veronens. Serm. de Præcepto, *Attende tibi: Unusquisque nostrum, in Discipulatum nos Verbi Dei mancipavimus.* Cassiod. 1. 5. Epist. 40. Tertull. de Præscrip. cap. 22. Ordericus Vitalis in Hist. Eccl. Carolus M. in Epist. ad Elipandum inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 111. et alii.]

\* Vita S. Idæ tom. 2. Sept. pag. 267. col. 2: *Quando prædictus Bilo necdum ad presbyterium promotus Hirntfeldensis ecclesiæ Discipulatum subierat, etc.* Ubi de ministerio custodis ecclesiæ sermo est, ut observant docti Editores.

\* 2. DISCIPLULATUS, Disciplina, institutio. Vita S. Adalh. abb. Corb. inter Act. SS. ord. S. Bened. part. 1. Sæc. 4. pag. 310. num. 33: *Ille* (Bernarius)

*Christi Discipulatus nobiscum habens formam, etc.*

\* DISCIPULUS, Minister, cui aliquod officium commissum est. Charta vet. Brabant. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 5. r.: *Dux Godefridus quinque molendinorum Discipulis et eorum successoribus consuetudinem, eam hactenus tenuerunt,.... donavit. Hæc est consuetudo anonæ, quatuor vasa sumuntur, quorum unum vicesimam quartam partem sextarii capit: duæ partes ducis sunt, tertia Discipulorum;... hoc ideo quia molares lapides molendinis ministrant.* Alia ann. 1336. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 119: *Arnaldus Tornabotis Discipulus juratus inquantus regii Carcassonæ voce tubæ præcedente præconizavit, etc.* Hinc *Disciple*, pro eo qui alterius est adjutor, puta apparitoris, vulgo *Recors*. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. ch. 534: *icellui Estienne dist auzdiz exposans, vous estes Disciples; car se vous ne feussiez, les gens de mons. de Bourgogne ne m'eussent peu mener en prison. Déciples, pro Disciple, in Vita J. C. MS. ubi de Joan. Bapt.:*

Ains sui Déciples à el roi,  
Qui chi doit venir après moi.

†† DISCIPULUS, Adjutor tabellionis. Vide Marin. Pap. Diplom. ad num. 75. not. 9.

DISCIRCULARE, A circuli rotunditate semovere. Will. Britto lib. 7. Philippidos:

Æqua superficies omni ex parte rotundo  
Orbiculata sinu, se non obliquat in ullum  
Divaricans cuneum; sed finibus ipsa suis se  
Limitat, ut nullus Discirculet angulus illam.

DISCLAMARE, Vide *Clamare*.

DISCLAUDERE, Quod clausum est, aperire: *Descloire*. Gloss. Ælfrici: *Discludo*, ic todæle, dividio. [†† *Awe-ga lucan, Discludere*, e Glossar. Cotton. ap. Bosworthum.] Leges Henrici I. Reg. Angliæ cap. 90: *Si quis puteum... Disclaudat, et aliquid incidat, etc.* Vide *Disclusum*.

DISCLAUSUS, Minime clausus, Gallis *Desclos*, *Defferré*. Curtillus *Disclausus*, in Legibus Inæ Reg. West-Saxon. cap. 42. Le Roman du Renard MS.:

La ou li palis iert Desclos,  
Avoit li vilain planté choz.

† DISCLEMARE, *Cledas* seu crates tollere. Vide *Cledare* post *Clea*.

† DISCLUSUM, *Divisum, dimatum*. Papias. Glossar. Sangerman. MS. num. 501: *Disclusus, Divisus, patens.* Vide *Disclaudere*.

† DISCOFERA, DISCOFORUS, Vide *Discophorus*.

DISCOLARE, Effluere, dimanare, Gall. *Découler*. Charta ann. 1180. apud Mariam Campum in Regesto part. 2. Histor. Eccl. Placentinæ n. 29: *Item de omnibus scolaturis rivis... quæ ex ipso rivo Discolantur, etc.*

\* DISCOLATORIUM, Officina fusoria, Ital. *Fucina*, Gall. *Forge*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 329: *Quod fornax, vel fornellus, vel fuxina, vel Discolatorium argenti vel metalli fiat infra terminos infrascriptos.* [FR.]

DISCOLATUS, Papias: *Coloni, sunt cultores advenæ... alienum agrum locatum colentes, ac debentes conditionem genitalem solo, propter agri culturam, sub dominio possessoris, pro eo quod Discolatus est fundus.* Ita etiam Codex MS. id est, in fallor, quia ager hactenus incultus manserat, nec cultorem habebat. [†† Pro

eo quod iis locatus est fundus, ex Isidori Origin. lib. 9. cap. 4. sect. 36.]

\* DISCOLOR, Decolor, cujus color vitatur. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7692: *Discolor, Décolorable.* Vide *Discolorare*. Hinc

DISCOLORARE, Glossæ MSS. ad Concil. Sardicense can. 17: *Infucata, Distincta, Discolorata.* Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Vestis autem ex serica lana contexta, multifario protecta colore, puellæ pelli serviebat in usum, quam Discolorando colorans alteritas, multiplici colore faciem alterabat.* [Senecæ, *Decoloratur id, cujus color vitatur, non mutatur.*]

\* DISCOLORATUS, Decoloratus, Gall. *Décoloré*. Mirac. MSS. Urbani PP. V.: *Habebat faciem... Discoloratam et ventrem inflatum, etc.*

† DISCOLUS, Græc. δίσκολος, Difficilis, morosus. Papias: *Discolus, Difficilis, aut moralis, indisciplinatus, a scolis dicitur; vel a colore et dis.* Gloss. Sangerman. MS. n. 501: *Discolus, Difficilis, moralis.* Pro moralis utrobique legendum morosus. Vox *Discolus* vel *Discolus* ea notione legitur Petr. 1. Epist. 2. 18. apud Acherium Spicil. tom. 7. pag. 601. Robertum Goulet in Compendio Jurium Universit. Paris. fol. 8. v. Ludew. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 198. in Bullario Carmel. pag. 252. col. 1. etc. [†† Conf. Schmeller. in Poet. Lat. sec. X. et XI. pag. 288.]

† DISCOMBRARE, *Combros* seu arbores concisas et viam occultentes auferre, apud Valesium in Notitia Galliarum pag. 100. col. 2. Vide *Combr*.

\* Hinc nostris *Descomberer*, pro *Purgare, mundare*, in Chartul. sign. *Ezé-chiel* Corb. ad ann. 1415. fol. 18. r. et metaphorice pro *Liberare*, Gall. *Décharger*. Charta Beatr. ducis. Burg. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris.: *Jehans de Conde de Cambrai... nos pria mout que nos vos prissiens que vos li feissiez à rendre xxxiiij. livres et xij. sols d'Artisiens, que madame ma mere et vostre li devoit de joiax qu'ele avoit eux achetez de lui: sire nos le vos priames que vos por Dieu en Descomberissiez l'ame de li.* Lou *Descomberroit* et li seroit sole et quite, in Ch. ann. 1255. ex Chartul. Monast. fol. 1. *Descomberer* vero, Controversiam dirimere, in Charta ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 420: *Tous les eschevins doyent demourer par l'espace de demi an résidément à Liège, pour Descomberer et faire loy à tous ceaux, qui le requieront.* Vide infra *Disgombare*.

DISCOMMUNICANTES, Qui cum cæteris fidelibus non communicant, nec oblationes una cum iis offerunt. Concilium Arelat. II. sub Siricio PP. cap. 10: *De his, qui in persecutione prævaricati sunt... Synodus Nicæna statuit, ut 5. annos inter Catechumenos exigant, et duos inter Discommunicantes, ita ut communionem inter Penitentes non præsumant.* Ubi Synodus Nic. cap. 11: *Δύο δὲ ἔτη χωρίς προσφορὰς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν προσευχῶν.* Id est, duos annos sine oblatione participes erunt orationum cum plebe.

\* DISCOMPENDIUM, Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Paraula, Prov. verbum, dicierum, famen, compendium, Discompendium.*

† DISCOMPUTARE, Subducere, detrahere, Gal. *Decompter, Rabatre, Défalquer*. Charta Hugonis de Aqua ann. 1293. in Chartul. S. Vandregisili tom. 1. fol. 805: *Tenentur Discomputare et detrahere annis singulis duodecim solidos,*

*tres capones et tres gallinas. Altera Charta ejusd. anni ibidem fol. 275: Ego Johannes Serredieu... vendidi... viris Religiosis Abbati et conventui S. Vandregisili pro XL. lib. Turon. de quibus tenui me prae manibus pro pagatus, et quos Discomputavi dictis Religiosis de septies XX. et XV. lib. Turon. in quibus ego dictus Johannes dictis Religiosis tenebar. Hist. Monasterii S. Laurentii Leod. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1140: Nec propter tempestatem quae cecidit anno 1459. propter quam Monasterium habuit bene in damnis 1200. modios speltæ, ipsi nihil voluit Discomputare, nec aliquam gratiam facere.*

\* **DISCONCILIATI**, Discordes, dissidentes. Vita S. Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 331: Aut Concilium illud fuit, ubi conciliati venerunt et Disconciliati recesserunt, cum ibi discordes reconciliari debuerint, aut canonica destructione mulctari.

† **DISCONFECTURA**. Vide *Disconficere*.

**DISCONFICERE**, ex Gallico *Desconfire*, Hostes conficere, debellare, prosternere. Gauderius de bellis Antiochenis pag. 462: *Alios etenim milites post Disconfectos dirigunt, qui fugitivos expoliant, etc.* Fulcherius Magister Templi in Epist. ad Lud. VII. Reg. Franc.: *In multitudine gentium confisi et plurimum resistentes, nostros sustinuerunt et Disconfecerunt.* Alia Epist. ejusdem: *Disconfectus a nostris paulo ante Noradinus transiit Euphratem.* [Chronicon Cremonense apud Muratorium tom. 7. col. 639: *Militiam Placentinorum iuxta Montile inter Pontevicum Disconfecit, et ex ipsis milites multos captos Cremonam duxit.*]

† **DISCONFICERE**, in altero Chronico Sicardi Episc. Cremon. tom. laudati col. 618: *Veronenses Mantuanos Disconfecerunt, ex eis innumeram multitudinem captivantes.*

**DISCONFECTURA**, Clades. Gauderius de bellis Antiochen. pag. 459: *In fugam et Disconfecturam impulit.*

\* *Desconvenue*, eodem significato, in Poem. Alex. MS. part. 1.:

Duel ot Eménidus de sa Desconvenue,  
Quant voit son neveu mort desus l'herbe menue.

**DISCONFITURA**, apud Matth. Paris ann. 1232. *Desconfiture*, apud Practicos nostros dicitur de debitore, qui non est solvendo, cujus res mobiles Judicis auctoritate distrahitur creditores, in Consuet. Paris. art. 179. Camerac. tit. 23. art. 2. tit. 25. art. 39. Meldensi art. 117. Turon. art. 220. Silvanectensi art. ult. et aliis. Vide Brodeum in Consuet. Paris. art. 179.

† **DISCONFICTA**. Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1232: *De inceptione sturmi in plaza Communis inter Rughieros et Malagutios, et Disconficta Marchionis Cavalcabovis. In MCCXXXII. anno... in plaza Communis fuit magnam prælium inter partem Rugheriorum et partem Malaguciorum, et in die Sabbathi XVI. exeunte Octobri Disconfictus fuit Marchio Cavalcabos Bonacursio de Palude.* Legitur iterum ibid. ad ann. 1268.

† **DISCONFICTUS**, ut *Disconfectus*, Prostratus, in Memoriali Potestatum Regiensium ad ann. 1220. et mox in *Disconficta*.

† **DISCONFITTUS**, Eadem notione, in Regiminibus Paduæ ad ann. 1320.

† **DISCONFITUS**, apud Bartholom. Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230.

† **DISCONSOLATUS**, Carens solatio, in

Miraculis S. Maioli Abb. Cluniac. Maii tom. 2. pag. 697.

**DISCONSUTUS**, Dissutus, Gallis *Descousu*. Capitula Ludovici Imp. Addit. 1. cap. 61: *Ut Monachi cappas Disconsutas, præter villosas, non habeant.* Ubi Haftenus *Disconsutas cappas* antrosum apertas interpretatur.

\* **DISCONTINUATIO**, a Gall. *Discontinuation*, Cessatio. Arest. ann. 1343. 1. Dec. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Dictus cantor per suam sententiam pronunciat dictos conjuges fecisse interruptionem et Discontinuationem in processu prædicto.*

**DISCONVENIRE**, Non convenire, *Disconvenir*. Frontinus de Limit. agror.: *Si Disconvenit, ad jus ordinarium pertinebit.* Hygenus: *Ex hujusmodi causis tam frequenter Disconvenit.*

\* Utitur Horat. lib. 1. epist. 1. v. 99. et epist. 14. v. 18. Nostris *Desconvenable*, Inconveniens. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 350: *Laquelle Raouille dist au suppliant qu'il estoit un mauvais loudier, avec plusieurs autres paroles Desconvenables et contre l'onneur dudit suppliant.*

**DISCOOPERATORES**, pro *Discooperiores*, Exploratores. Gallis *Descouvreurs*. Henr. Knyghton. ann. 1339: *Eodem die capti sunt quidam Discooperatores Francorum.* Infra: *Quidam de nostris Discooperatoribus capti sunt, inter quos Miles quidam, etc.*

\* *Descouvreurs*, apud Guill. Guiart. ad ann. 1269:

Descouvreurs les tentes lessent  
Pour savoir quel lieu en l'ille a.

**DISCOOPERIRE**, Detegere, Gallis, *Descouvrir*. Bromptonus: *Vultus capiti abscessi Discooperiatur.* Idem: *Vultus habens Discooperitum.*

† **DISCOOPERIRE**, Explorare. Lanfrancus Pigrolus lib. 7. Annal. Genuens. ad ann. 1266: *Quibus visis a dicto Admirato, se cum suis galeis in Scheria recollegit, et Discooperiens inimicos, qui manu armato... ventebant, etc.* Jacobus Auria lib. 10. eorundem Annal. ad ann. 1232: *Præmittentes galeas duas ad Discooperiendum portum Farezæ, cognoverunt ibi adesse stolium Pisanorum.* Apud Rymer. tom. 13. pag. 41: *Ad Discooperiendum insulas, patrias et provincias.*

† **DISCOOPERIRE PAREM SUUM**, Conscium prodere, indicare, in Capitul. Caroli C. ann. 865. tit. 37. cap. 1: *Nullus de his quæ consideraverint, suum parem Discooperiat vel prodit.*

† **DISCOOPERIENS AGER**, Idem qui in cultus. Vide *Cooperius mansus* et *Absus*.

\* **DISCOPARE**, Dividere; quo sensu *Coupper* dicimus. Charta fundat. abbat. Aquilar. ann. 892. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 104: *De summo vado Carrero usque in fundus calice antiquo, et itineres Discopantes et fontes aperientes.* *Descauper*, pro *Detrahere*, imminuere, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2:

Car sainte église édifierent,  
Et de tous biens tant i donnerent,  
Que lor enfant, après lor vie,  
Pesance en ont, duel et envie,  
E de lor dons si se Descaupent,  
Que qu' au qu'il poent les récaupent.

**DISCOPHORUS**, Eadem notione, qua *Discifer*, *Dapifer*, *Maitre d'hôtel*, apud Ælfricum, et Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 9. Joan. de Janua: *Discophorus, Discum ferens.* In Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis cap. 1. n. 4. S. Sebastianus dicitur *Discophorus Domini*: forte

inquit Bollandus, quod sanctos aut pauperes aluerit. Apud sanctum Hieronymum, Abacuc Propheta *Discophorus* appellatur, ex eo, quod habetur Danielis cap. 14: *Quum vero ad Abacuc venerat, et de Judæa ad Chaldeam, raptum Discophorum lectitabat.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Discoforus, portant escuele.*

**DISCOFERÆ**, in Monasteriis Sanctimonialium, dicuntur ministræ mensarum, quæ *discos ferunt*. S. Cæsarius Arelatensis Episcopus ad Oratoriam Abbatissam: *Æqualia cibaria, potionisque communes exhibeant Discoferæ vel pincernæ.* His addo, quæ habet auctor Græcismi de notione vocis *discus*:

Est discus ludus, discus quoque regia mensa,  
Rursum scutella tibi sit, discus quoque mappa.

**Discus**:

Discus scutellam, mensam notat atque mapellam.

**DISCUM**, Δίσκον et Δισκάριον, vocant Græci, Vas sacrum, in quo hostiam consecrandam et consecratam ponunt Presbyteri, quod nostris *Patena* dicitur. Sed Græcorum *discus* lancis profundioris figuram habet. Liturgia S. Chrysostomi: *Ὁ δὲ διάκονος ἐντρέπεται τὰ ἱερά, τὸν μὲν ἕγιον δίσκον ἐν τῷ μέρει τῷ ἀριστερῷ, τὸ δὲ ποτήριον ἐν τῷ δεξιῷ.* Joan. Damascen. in Synodica ad Theophil. Imp.: *Ἴδε τὰ ἱερά αὐτοῦ ἀναθηματα, τὰς ἱεράς ἐνδύτας, τὰ ἱερά σκεύη. Ψηλάφησον καὶ ἴδε τὸν μέγιστον αὐτοῦ δίσκον, εἰς ὃν περ ἐγκανστικὸς καλλιέργημασιν ὁ μυστικὸς τοῦ Χριστοῦ δεῖπνος, μετὰ τὸν δωδέκα Ἀποστόλων ἐγκεκλόατρο.* Chron. Alexandr. pag. 892: *Τὰ τίμια ῥιπίδια, δισκάρια, καὶ ποτήρια, καὶ ἄλλα ἱερά σκεύη.* Hinc Δισκοκάλυμμα, operculum disci, velum, quo sacer discus operitur. Anonym. in Descript. S. Sophiæ: *Δισκοκάλυμματα ὀλόχρυσά διὰ μαργαριταρίων.* [Hinc etiam *δισκοποτήριον*, in Vita S. Nili Junioris pag. 140. apud Anonymum Combesianum in Lacapeno num. 44. et apud Nicetam in Murtzuphlo n. 3. Vide Glossarium mediæ Græc. col. 315.]

**DISCOPULARE**, Canum Venaticorum copulas solvere, ut in prædam irruant: Galli dicunt *Descoupler*, *Lascher les chiens sur un lievre*. Rigordus ann. 1179: *Venatores Discopulatis canibus insecuti sunt aprum.* Matth. Paris ann. 1239: *Legistarum magnam catervam apud se Rex retinuit, quasi venator canes venaticos, super Electores Prælatorum Discopulandos.* Vita S. Kentigerni Episcopi Glascuens. cap. 6: *Accito milite venatum perrexit: Discopulatis canibus, et sociis per loca diversa dispersis, etc.* Vide *Cupla*.

† **DISCORDALE**, Διχονοητικός, *Discorditer*. Suppl. Antiquarii. Mallem *Discordate*.

\* Occurrit etiam in Gloss. Lat. Gr. ubi *Discordate* emendat Vulcanius.

\* **DISCORDARE**. [Absonè canere, ap. Dief. Sub *Absonare*.]

\* **DISCORDATOR**, Discors. B. de Amoribus in Speculo sacerdot. MS. cap. 26:

Non Discordator fratrum, non improperator.

*Discordable*, pro *Contentieux*, Litigiosus, in Charta ann. 1318. ex Chartul. S. Nic. Mellet.: *Ont esté en bonne saisine et paisible de exercer toute maniere de justice au lieu contentieux.* Infra: *au lieu Descordable.* *Articles Descordez*, de quibus scilicet disputatur, in Stat. ann. 1364. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 512. Vide *Discordiosus*.

† **DISCORDIOSUS**, *Discors*. Sidonius



lib. 9. Epist. 3: *Statuta regnorum denuo per conditiones Discordiosas ancipitia redduntur.*

DISCORDIOSE. Facundus Hermianensis lib. 10. cap. 2: *Et quod crudeliter et Discordiose fecerunt, emendare aliquando dignentur.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Discordiose, Discorditer, Descordément.*

† DISCORIARE. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.: *Discorio, Deglubo, ἀποδέρω. Vide Decoriare.*

† DISCORPORATUS, Dissolutus. *Corpus Discorporatum dissolutum declaramus*, apud Rymerum tom. 15. pag. 244. col. 1.

\* DISCORSORIUM, DISCURSORIUM, Fossatum, aquarum ductus, Ital. *Fossato*, Gall. *Fossé*. Stat. Bonon. ann. 1250-57. tom. II. pag. 576: *Cum hoc sit quod aque non habent aliquod Discorsorium per terram bagni, ita quod laboreria penitus amittuntur, que sunt in terris, statumque et ordinamque quod unum fossatum debeat incipi et fieri in terra bagni, et alibi; tom. II. pag. 581: De Discorsoriis et clavibus sub terris faciendis, etc. [FR.]*

\* DISCORTURARE, Dissuere, Gall. *Découdre*. Charta ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 87. col. 2: *Qua tuncia exinde per dictos probos et juratos, ad fines ut melius mensurari possent, Discorturata, etc. f. pro Discorturata. Vide supra Cordurare.*

DISCRASIS, seu DISCRASIA, Intemperies, *δυσκράσια*. *Discrasis et Discrasia capitis*, non semel in Chronicon Windingem. lib. 2. cap. 38. 46. et *Discrasiatum* cap. 32. 55. [*Discrasia stomachi statim vomere cogebatur*, in Vita S. Lidwinæ, April. tom. 2. pag. 309. *Discrasiatum*, in Anecd. Marten. tom. 2. col. 1826. *Discrasia febrilis*, ejusd. tom. col. 88. *Discrasiatum*, eadem notione in *Chororarium*.]

\* DISCREBILIS, [Qui discerni potest. *Jul. Val. res gest. Alex. M.* (edente A. Maio) 3. 42. *Acuta quædam vox, sed enim Discrebilis, et intelligenda.*]

DISCREDERE. Vide *Decredere*.

† DISGREPANS, *Remotus, sejunctus*. Gasp. Barthii Glossar. ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot.

DISCRESCERE, pro *Decrescere*: *Ἀπομειοσθένος* in Gloss. Gr. Lat.

\* Unde *Bailler a Descrois*, vulgatus *Au rabais*, Locare minore pretio licitanti, in Stat. ann. 1368. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 138. art. 17: *Que cali office de recepie... sera crié et baillé à ferme... à Descrois et à palmées.*

† DISCRESIATUS. Vide *Discrasis*.

DISCRETÆ, in Monasteriis Sanctimonialium, quibus rerum secretiorum incumbit cura, quæ ad secretiora consilia admittuntur: ut *Fratres maturi*, in virom. Regula Sororum Damianitarum cap. 4: *Possint etiam Sorores et debeant, si eis utile et expediens videatur, Officiales et Discretas aliquando removere, et alias loco ipsarum eligere*. Regula Clarissarum: *Ad ostium sane Monasterii custodiendum aliqua talis ex Sororibus deputetur, quæ omnino Deum timeat, quæ matura moribus sit, diligens et Discreta, etc.*

† 1. DISCRETIO, Titulus honorarius, quo nonnunquam compellati sunt Episcopi, interdum etiam laici nobiles, uti videre potes apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 5.

\* 2. DISCRETIO, Dijudicatio, iudicium, ætas matura, nostri *Discretion*. Acta MSS. Inquisit. Carcasson. ann. 1308. fol. 62. vº: *Credo firmiter sanctam fidem catholicam, et hoc semper credidi post-*

*quam habui Discretionem*. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 229: *Icelle Ysabeau demourant à Montpellier... comme altérée et hors de son bon sens et Discretion naturelle, etc.* [\* *Anni Discretionis*, Ætas pubes, hominis qui suæ tutelæ est, passim in chartis Germanicis. Vide Haultaus, Glossar. col. 991. voce *Jahr. Discretio*, Prudentia, sapientia in Reinard. Vulp. lib. 4. vers. 309:]

[Non simul ingluvijs Discretioque esse sinuntur.]

\*\* 3. DISCRETIO, Arbitrium. *Discretio justiciariorum*, Quod iudices arbitrato suo præter juratorum veredictum statuunt. Abbreuiat. Placit. ann. 29. Edward. I. Linc. rot. 15. pag. 243: *Jurati allocant dampna 200. librarum; et quia videtur justiciariis quod 100. libra sufficiant... consideratum est quod prædictus prior recuperet dampna sua, quæ taxantur per Discretionem justiciariorum ad 100. libras*. Placit. ann. 20. ejusd. Edw. I. Linc. rot. 4. pag. 286: *Quadragesima libræ datæ per Discretionem justiciariorum, qui per juratores non est culpabilis.*

\* DARE SE A DISCRETIONE, Victori se permittere, nulla proposita aut accepta conditione, Gall. *Se rendre à Discretion*. Steph. de Infestura MS. ubi de Innoc. VIII. PP.: *Dictum pontem cepit, et illi qui erant illic dederunt se et dictum pontem, ac modo quo inter milites dicitur a Discretionem, quæ Discretio talis fuit, quod omnes, qui de dicto ponte erant, fuerunt interfecti.*

† AD DISCRETIONEM VIVERE dicuntur milites in Chronico Astensi apud Murator. tom. 11. col. 279. Qui sine ulla symbola pro libidine vivunt apud hospites suos, quod etiam Galli dicimus, *Vivre à Discretion*.

† DISCRETOR, Scrutator, censor, qui discernit. Vulg. Interpr. Apostoli Hebr. 4. 12: *Discretor cogitationum; Discretor ingeniorum, infra in Distortor.*

† DISCRETUS, Officialis civitatis Divionensis, forte idem qui Magistratus vulgo *Scabinus*. [\* Nisi sit qui majori et juratis est a consiliis.] Charta Odonis Ducis Burgundiæ apud Perardum in Burgundicis pag. 388: *Ego Odo Dux Burgundiæ notum facio universis, quod Major et jurati Communie Divionis, ne suorum Discretorum excessus in dampnum universitatis nimis excrescerent, impetraverunt a me sibi donari omnes illos excessus*. Apud Scriptores nostros medii ævi non semel occurrit *Vir discretus* pro Viro prudenti: quod damnat Vossius de Vitis Sermonis lib. 1. cap. 33. pag. 144. quoniam Antiquis *Discretus* constanter passive sumitur: quare Jovianus Pontanus *Discernens* quam *Discretus* mavult. Utcumque tamen ferri potest *Discretus*, ut observat Faber in Thesaurio; Si enim, inquit, Plautus *Notos* dixit pro iis qui noverunt, *Suspectum* pro Suspiciæ Dionysius Cato in Distichis; non absurde adeo *Discretus*, pro eo qui discernit dici videatur.

\* DISCRETUS, Titulus honorarius consulum Nemausensium, sive ex jurisperitis, sive ex mercatoribus, aut etiam ex laboratoribus electorum, usque ad ann. 1476. Vide Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 327. col. 2. Anno 1479. ibid. pag. 341. col. 2. iis tantum tribuitur, qui doctores vel licentiatii erant in legibus; alii vero consules honorabilium appellatione donantur. Quæ formula perseveravit usque ad ann. 1498. ibid. tom. 4. pag. 71. col. 1. ubi tituli honorarii ita distribuuntur: *Venerabilis licentiatio in*

legibus, *Honorabilis burgensi vel mercatori, Discretus notario, et Providus laboratori. Venerabiles et Honorabiles indistincte appellantur consules*, in Comput. ann. 1502. pag. 78. col. 2. ibid. Arest. ann. 1302. in Reg. *Olim* parlam. Paris.: *Patet per arrestum Grimerio de Placentia, thesaurario Bajocensi, quæ litatem viri Discreti datam fuisse.*

\* DISCRIMNUM, f. *Discrimen*. Gall. *Intervalle*, spatium nempe chirothecam inter et brachiale. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 142: *Post equites armatos torace, ... brachialis, chirothecis, ... et pugnone super Discrimno.*

DISCRIMEN, DISCRIMINALE. Gloss. Lat. Gr.: *Discrimen, ἀνακρίνειν, διάκριμα, καὶ κριθῆναι*, *Discerniculum*, discernendis seu dividendis ante frontem mulierum capillis idoneum. Glossar. Lat. Theotisc.: *Discriminalia, muliebris capitis ornamentum, quo crines discernunt*. Joan. de Janua: *Discriminalia dicuntur, quæ dividunt capillos per mediam frontem*. Infra ex Isid. lib. 11. cap. 1: *Sunt proprie Discriminalia, quibus crines divisi religantur*. Idem Isid. lib. 19. cap. 31: *Discriminalia capitis mulierum sunt vocata ex eo, quod caput auro discernant: nam discerninare, dividere dicitur*. Isaias cap. 3: *Et monilia, et armillas, et mitras et Discriminalia, et persichelides, etc.* Ubi Mamotrect.: *Discriminalia, quæ sunt ad distinguendum capillos, ne ad invicem intricentur*. Lex Bajwar. tit. 7. § 5: *Si Discriminalia ejecerit de capite Wulwurf dicunt, [Baluz. habet, quod Walwurst dicunt.] vel virgini libidinosæ crines de capite extraxerit, etc. Acus criminalis, Apuleio. Metaxal. lib. 14. Epiq. 24:*

*Tenuia ne madidi violent bombycina crines, Fingat acus tortas sustineatque comas.*

S. Hieronymus in Isaiam cap. 3: *Habent acus mulieres, quibus ornamentorum crinium compago retinetur, ne laxius fluant, et in sparsos dissipentur capillos*. *Discriminalis acus*, apud eundem lib. 3. in Ruffinum cap. 11. Martian. Capel. 1. 9. § 903:

*Criminalis spicuum pharetris deprome cupido Libens capillum solvere.*

Ubi *spicuum* pro *spica* usurpatur. Vide Pricæum ad Apolog. Apulei pag. 11.

DISCRIMINARE, Periclitari, in discrimen venire. Itinerarium S. Willibaldi n. 8: *Nec non immanissima maris Discriminare decrevisset æquora*. Nos dicemus, *Hazarder les mers*.

† DISCRIMINOSUS, Periculosus. *Discriminosus locus*, apud Nicolaum de Jamsilla de Gestis Frederici II. Imp. inter Scriptores Ital. Muratorii tom. 8. col. 504. *Discriminosum ignis incendium*, in Vita B. Coletæ, Martii tom. 1. pag. 570.

† DISCUBITO, Lectus puerperæ, cui præsidebant *Matronæ*, i. Parcæ, Deæ Paganorum, ut interpretatur Menestorius Hist. Lugdun. pag. 128. ubi veterem hanc exhibet inscriptionem: PRO SALUTE DOM. N. IMP. L. SEPT. SEVERI AUG. TOTIUSQUE DOMUS EJUS AUFANIS MATRONIS ET MATRIBUS PANNONIORUM ET DALMATARUM TI. CL. POMPEIANUS TRIB. MIL. LEG. I. MIN. LOCO EXCULTO CUM DISCUBITONE ET TABULA V. S. Vide *Decubis*. [\* Apud Forcellinum *Discubitione*.]

† DISCUBIUM, f. Cubiculum, ubi *Discubatur*. Hugo Lingon. Episc. tract. de Corpore Christi contra Berengarium sub finem: *Sicut mecum in tuo Discubio contulisti. Expertus loquor audisse, contigit, nam non crederem.*

**DISCULPARE**, Nostris *Disculper*, Cul-  
pam amovere. Vita S. Antidii Archie-  
piscopi Bisonticensis cap. 4: *Cumque*  
*ille tanti criminis sese reum Disculparet.*

\* **DISCULSUS**, pro Divulsus, vel Dis-  
cussus, ut notant docti Editores, ad Vit.  
S. Ugon. tom. 3. Sept. pag. 803. col. 2:  
*Sacra fuit de intortis aciculis imago Dis-  
cussa: venerabile caput, multasque illius*  
*partes, quibus etiam nunc inhærebant,*  
*magna animi devotione conspeximus.*

\* **DISCULUS**, ab italico, ut videtur  
*Discolo*, Improbus, effrænatus. Annal.  
Placent. ad ann. 1444. apud Murator.  
tom. 20. Script. Ital. col. 886: *Fratres*  
*conventuales magnam fecerunt unionem*  
*in platea communis, et statim ipsi numero*  
*quatuordecim vel circa, cum nonnullis*  
*secularibus Disculis ad ecclesiam S. Geor-  
gii, ubi moram trahebant Observantes,*  
*perregerunt.* Vide *Discolus*.

\* **DISCUMBATUD**, *DESCOMBATUD*. Sent.  
vicecom. Carcasson. ann. 1080: *Batalle-  
rii debent esse Discumbatud de qua terra*  
*ipsi velint, completo hoc iudicio... Mittat*  
*Imbertus duo mille solidatas ad pretium*  
*vicecomitis et solidos ducentos de*  
*dampno de batallero, et hoc quisque per*  
*hominem Descombatud, qui sit de Rodens*  
*et in toto Rodanego.* An idem quod infra  
*Disdampnificare?*

† **DISCUMBITIO**. Vide *Decumbitio*.

† **DISCUMFIGERE**, *DISCUMFITUS*. Vide  
*Disconficere*.

**DISCUPERE**, Malum, perniciem alicui  
cupere, Gall. *Souhaiter du mal à quel-  
qu'un*. Conventus apud Marsnam in  
Capitul. Caroli C. tit. 8. § 2: *Ut nemo*  
*suo pari suum regnum, aut suos fideles,*  
*vel quod ad salutem, sive prosperitatem*  
*ac honorem regium pertinet, Discupiat*  
*aut forconciliet.* Iisdem verbis in Con-  
ventu Turonensi, et in Capitul. Ludovici  
II. Franc. Reg. Caroli C. filii. Hincmarus  
Opusculo 34: *Et quidquid inventum*  
*fuert, quod ex eiusdem rebus juste et ratio-  
nabiliter ad Laudunensem Ecclesiam*  
*pertineret, non solum non Discuperet,*  
*verum et libenter eas ipsi Ecclesie con-  
cedere vellet.*

† **DISCUPTIIVS**, Charta anni 1422. ex  
Archivo S. Victoris Massil.: *Quidam*  
*Monachus effudit parvum brocum vini,*  
*quod erat ad bassum, mixtum et acetosum,*  
*generativum morborum, Discupitivum di-  
gestionum, ponderativum humorum, con-  
federativum pigritiarum, etc.* Ubi *Dis-  
cupitivum digestionum* idem videtur  
atque contrarium digestionum, quod eam  
impedit et cruditis causa est in sto-  
mache.

† **DISCURIA**, pro *Disturia*, vel potius  
*Dysouria*, a Græco *δυσουρία*, Difficilis  
urinae excretio. Vide locum in *Cauculosi*.

1. **DISCURRERE**, dicuntur *Missi*, qui  
mittuntur in provincias, qui inde *Missi*  
*discurrentes* passim appellantur. Epist.  
Ludovici Pii Imp. ad Sicharium Archie-  
pisc. Burdegal.: *Quoniam tamdiu illum*  
*in tua vel comprovinciatum tuorum dice-  
cesi immorari et Discurrere una cum*  
*Misso tuo jussimus, etc.* Ita Rectores  
*Discurrere* dicuntur in lege 5. Cod. Th.  
de Offic. Rector. provinc. (1, 7.) cum  
intra provincie suæ fines per villas ad  
querelas provincialium excipiendas,  
sese conferunt. *Discursus iudicum*, apud  
Senatorem lib. 5. Epist. 14.

**DISCURSORES**, Idem qui *Missi Discur-  
rentes*. *Judices vel Missi Discursores*, in  
Edicto Clotarii II. Regis post Synodum  
Parisiens. V: *Missi vel Discursores*  
*Monasterii in alia ejusdem Clotarii Charta*  
*pro Monast. Corbeiensi.* Vide *Missus*  
*Discurrens et Decurrentes*.

2. **DISCURRERE**, apud Ammianum lib.  
17. et 30. est *διαλέγεσθαι*, [Sermocinari,  
Gall. *Discourir*.] Vide Lindenbrogium  
ad eundem pag. 63. Hinc

1. **DISCURSUS**, Sermocinatio, verbosita-  
tis, Gall. *Discours*. Carolus M. in præ-  
fat. libr. in Synod. de adorand. Imagi-  
nib.: *In præfata Synodo hebetudinis con-  
tinentur Discursus.* Eckehardus Minimus  
de Casibus S. Galli cap. 6: *Dicens præ-  
lationem sæpius superbia, arrogantiam,*  
*Discursum et multiloquia comitari.*

† **DISCURSIO**, Lactantius Opif. Dei cap.  
3: *Dies Discursione consumunt.*

\* 3. **DISCURRERE**, In usu esse. Charta  
Pontii abb. S. Andr. ann. 1155. ex sche-  
dis Pr. de Mazaugues: *Tali videlicet*  
*pacto, ut sexdecim sextarios boni fru-  
menti ad mensuram mangonarii Avinio-  
nensis, qui per villam communiter Dis-  
cursit, de censu... deferre faciant.*

\* 2. **DISCURSUS**, *Cursus*, Gall. *Cours*.  
Lit. Nicol. march. Estens. inter Stat.  
Mutin. rubr. 412. pag. 98. rº: *Taliter*  
*quod quæ currere non possunt et suum*  
*habere Discursum.*

3. **DISCURSUS**, *Excursio*, Gall. *Course*.  
Charta ann. 1390. in Reg. 141. Chartoph.  
reg. ch. 33: *Nonnullos ejus familiares*  
*in dictis Discursibus cum dictis Anglicis*  
*et rebellibus mittendo, etc.*

† **DISCURVUS**, *Distortus*. Joan. Lon-  
ginus in Vita S. Stanislai Episc. Maii  
tom. 2. pag. 246: *Os habens Discurvum*  
*et retortum.*

1. **DISCUS**. Capitulare de Villis cap. 24:  
*Quidquid ad Discum dare debeat, unus-  
quisque iudex in suo habeat plebeio, qua-  
liter bona et optima atque bene, studiose,*  
*et nitide omnia sint composita, quidquid*  
*dederint.* Galli dicerent: *Ce que chaque*  
*juge doit donner pour le Plat du Prince.*  
[Malim pour la table, ad mensam, dedu-  
cendo vocem *Discus* a Germanica *Disch*,  
Mensa; unde etiam nostrum *Disner*  
vocabulum accessit Barthys lib. 2. Ad-  
vers. cap. 4. Vide *Discophorus*.] [Fis-  
corum describendorum formulæ ap.  
Pertz. vol. leg. 1. pag. 179: *Vestimenta:*  
*lectum parandum 1. drappos ad Discum*  
*parandum 1. toaclam 1. Confer Discla-  
chan ap. Graff. Thesaur. Ling. Franc.*  
*tom. 2. col. 159.]*

† **DISCUS**, Mensa Scribarum et Nota-  
riorum, Gall. *Bureau*. Statuta Massil.  
lib. 1. cap. 4: *Notariorum unus sit ad*  
*Discum juxta iudicem pro scribendis,*  
*sicut consuetum est, omnibus actitatis*  
*causarum in dicta curia seu curiis venti-  
latarum.* Eadem repetuntur cap. 6. § 2.  
Annal. Genuens. ad annum 1266. apud  
Murator. tom. 6. col. 537: *Scribæ dicti*  
*Potestatis ad Discum suum fuerunt ma-  
gister Albertus de Casali, Januinus Oge-  
rius, et Balduinus de Izo, et ad Discum*  
*maleficiorum Guillel. Vegius et Emanuel*  
*de Albara.*

† **DISCI VETERES**, Gall. *Oeillets de*  
*salines*, apud Lobinellum in Glossario  
Hist. Britan. tom. 2. col. 134: *Verderie...*  
*que sont à Coisonn et a Discis veteribus*  
*usque mare.* Sunt areolæ continentis  
aquis, unde per calorem solis sal expro-  
mitur.

\* 2. **DISCUS**, Tabula, ubi merces ven-  
dendas exponunt. Stat. Astæ collat. 3.  
cap. 47. pag. 15. rº: *Ordinatæ quod*  
*revenditores, ubi habent Discos in mercato,*  
*teneantur et debeant tenere expeditas*  
*quatuor vias.* Stat. crimin. Ripet. cap.  
219. fol. 29. rº: *Quilibet persona vendens*  
*pannum lanæ, debeat mensurare... super*  
*tabula vel Disco.*

\* 3. **DISCUS**, Cibus, qui in disco appo-  
nitur. Stat. Mss. eccl. Tull. ann. 1497.

fol. 69. rº: *Nota tamen quod in quolibet*  
*convivio festi Innocentium, omnia quæ*  
*apponuntur coram episcopo in dapibus,*  
*qui Disci nominantur, cedunt ferialibus*  
*subdiaconi et pueris chori, ita quod im-  
pune licet eis consequi.*

**DISCUSSORES**, Dicti Cognitores et dis-  
ceptatores rerum fiscalium, ab aliis  
tractarum, seu, qui in provincias extra  
ordinem mittebantur, examinaturi et  
inquisituri, quid tributorum nomine  
exactum esset, quid in reliquis reside-  
ret, quique adeo provinciales ad reli-  
quorum solutionem cogenter, de quibus  
plene in C. Th. et Just. tit. de Discus-  
sori. qui non alii videntur ab *Inspectori-  
bus*, de quibus suo loco. Gloss. Isid.:  
*Discussor, Examinator.* Gloss. Lat. Gr.:  
*Discussor, λογιστής. Discussio, λογισθία.*  
Senator lib. 4. Epist. 38: *Nobis suppli-  
casse cognoscat a... Discussoribus inquis*  
*se oneribus ingravalos.* Vide Edict. Theo-  
derici Regis cap. 144.

**DISCUSSORES JURAMENTI**, in Lege  
Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 34. lib. 5. tit. 7.  
§ 19. qui a Principe in provincias mit-  
tuntur ad excipienda subditorum fide-  
litas sacramenta, cum de novo ad  
Regale fastigium evehitur.

\* **DISDAMPNIFICARE**, Damnum repa-  
rare, restituere, Gall. *Dédommager*.  
Charta ann. 1342. in Reg. 72. Chartoph.  
reg. ch. 341: *Pronuntiaverunt quod dic-  
tus magister Simon Disdampnificaret*  
*dom. nostrum regem de pecunia regia per*  
*eum soluta.* Vide supra *Dedamnificare*.

**DISDONARE**, Isidorus in Gloss. *Diversa*  
*donare*. [Sic *Dilargiri*, *Diversis* vel di-  
versa largiri; Grævius tamen putat  
verius esse, quod in Constantiensi legi-  
tur: *Dissonat, per diversa sonat.* Papias:  
*Dissonat, non consentit, dissimulat, per*  
*diversa sonat;* melius, *Perversa sonat,*  
ex eodem Papia, qui habet: *Dissonum,*  
*Perverse sonans, dissimile.]*

**DISENSOR**, *Ἐξερωνύμων*, in Gloss.  
Græc. Lat. qui ab alio dissentit.

† **DISENTERIA**, Italis *Dissenteria*, Gal-  
lis *Dysenterie*, a Græco *δυσεντερία*. Uti-  
tur Hugo Falcandus in Hist. Sicula,  
apud Murator. tom. 7. col. 302.

† **DISENTERIUM**, Eadem notione, apud  
Marten. Anecd. tom. 4. col. 43.

† **DISERTARE**, Disertum efficere. Oratio  
Johannis Baluz Cardinalis coram  
Summo Pontifice anno circiter 1471.  
apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 829:  
*Profecto finem orationi imponerem, nisi*  
*divini auxilii mihi spes inesset, quod*  
*balbutientes Disertat, et indoctos dirigit*  
*et ornat.*

**DISERTARI**, Disertum velle videri.  
Acta Martyrii S. Theodoriti: *Julianus*  
*dixit: Disertaris, sacrilege, tanquam ab*  
*Athenis nuper adveneris.*

† **DISERTIA** ut mox *Disertitudo*, apud  
Martenium Ampliss. Collect. tom. 2.  
col. 1422.

**DISERTITUDO**, Eloquentia, scientia.  
[Hieronymus Epist. 61. ad Pammachium  
cap. 4: *Nisi tibi Disertitudinis tuæ fluvius*  
*inundasset.* Idem Epist. 51. ad Domnio-  
nem: *Det nobis occasionem respondendi*  
*Disertitudini tuæ.]* Eulogius lib. 3. Mem-  
mor. SS. cap. 2: *Gratia itaque Disertitudi-  
nis lingue Arabicæ, qua nimium præditus*  
*erat, etc.* Sermonum *Disertitudo*, in Vita  
Isidori Hispalensis n. 5. Occurrit præ-  
terea in Gloss. Arabicæ-Lat. apud  
Aldhelm. lib. de Virgin. cap. 1. et Heri-  
mannum de Restaur. S. Mart. Torna-  
censis, cap. 108. [et in Vita B. Edmundi  
Archiep. Cantuar. inter Anecd. Marten.  
tom. 3. col. 1790.]

¶ **DISSERTITUDO ELOQUII**, in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 460.

**DISERTOR**, *Sophista*, Σοφιστής in Gloss. Gr. Lat.

\* **DISESIA**, Germ. Cabillon. episc. in Vita Phil. Boni apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 82: *Contra Borboniorum ducem, qui ab eo defecerat, per Disesias validissimum exercitum usque Avernos traiecit. An per angustos montium aditus?*

\* **DISFACERE**, ut supra *Defacere*, Abolere, irritum facere. Charta ann. 941. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 147: *Nullus de heredibus meis in contra hunc meum iudicatum... ire, inrumpere, aut Disfacere, aut contendere, etc. Pactum inter Soldan. et Pisan. ann. 1174. apud Lam. in Delic. erudit. pag. 201: Et isto stabilimento habeant Disfacto, etc. Vide Diffacere.*

\* **DISFALCARE**. Vide supra *Difalcare*.

¶ **DISFASCIARE**, Solvere fasciam seu tæniam circumligatam. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 446. de S. Raynerio: *Et super ipsum digitum expulit, et fasciavit illum, et præcedit patri pueri, ut non Disfasciaret digitum pueri, usque dum alia die in sero reduceret ad eum puerum.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. *Fayssar*, Prov. fasciare; inde *Disfasciare*.

\* **DISFERRIARE**, Ital. *Disferrare*, Ferrum seu vincula demere, compedes solvere, nostris alias *Defferger*. Stat. Montis-reg. pag. 269: *Item statutum est quod ferrarii, qui habent inferriare et Disferriare præsonerios, etc.* Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 260: *Jehan Guillon releva folz enragiez... et tellement se demena en ses foleurs et temptations, qu'il convint qu'il feust enfergiez par les mains... Lequel ainsi enfergé fu mené en pèlerinage à S. Materin de l'Archant pour illec faire sa noveine... Cuidans qu'il feust amendé dudit pèlerinage, le Deffergerent; après lequel Deffergement icellui Guillon fist pis que devant... parquoy il convint qu'il feust renfergiez. Aliæ ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 144: *Lequel viconte ordonna au geolier desdites prisons que icellui exposant feust enfergé par les piez... icellui exposant tout enfergé se parti d'icelle prison, et quant il fut hors de ladite ville se Deferga et s'en ala.**

¶ **DISFIDARE**, ut supra *Diffidare*, Gall. *Deffier*. Hist. Cortusiorum lib. 2. apud Muratorum tom. 12. col. 794: *Videns hoc dominus Princeps statim Disfidavit Ugutionem, et fecit acies præparari ad pugnam.*

**DISFILATUS EQUUS**, in Statutis Mediolan. 2. part. cap. 487. [*Lego Desfilatus.*]

**DISFEDERATUS**, Fœdere solutus, apud Erkempertum in Hist. Longob. pag. 69. **DISFORTIARE**, DISFORTIATIO. Vide *Defortiare*.

**DISGAGIARE**, DISUAGIARE, ex Gall. *Dégager*. Tabularium S. Egidii Pontis Audomari: *Fratres de S. Egidio Disgagiaverunt domum et hortos Engeranni. Vide Vadium, Dequadiare.*

¶ **DISGLACIARE**, Regelari, solvi, Gall. *Degeler*, Ital. *Disgelare*. Occurrit in Brevario Hist. Pisanæ ad ann. 1168.

¶ **DISGLUTINARE**, Disjungere, Gluten dissolvere. Hier. Ep. 28. ad Pammach. cap. 5. sub finem: *Coniuncta Disglutinamus; unita dissumimus.* Occurrit iterum in Testamento Giraldi Matisconensis ann. 888. inter Anecdota Marteniana tom. 1. col. 53. *De glutinare palpebras* dixit Plinius.

\* **DISGNUM**, Signum, nota, Gall. *Seing*, *marque*. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap.

6. ex Cod. reg. 4621: *Debeant (ambaxiatores) scribi facere suos equos, quos secum ducent, per pilos et Disgna.* Vide supra *Designum*.

\* **DISGOLARE**, Distillare, effluere, Ital. *Disgocciolare*, Gall. *Ecouler*: unde *Disgolorium*, alveus, quo aqua diffluere potest. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 89. r.: *Et more solito per antiqua et solita loca campi Disgolentur. Et quod faciat quod habentes terras et possessiones, in facie suæ terræ habeant fossata Disgoloria, ita quod aqua pluvix arceatur et fluat sicut fluere consuevit; ut superius dictum est, liceat consorti illum alveum seu Disgolorium fieri facere, etc.*

¶ **DISGOMBERARE**, Ital. *Disgombrare*, Gallis *vuider*, evacuare. Memoriale Potestatum Regniensium ad ann. 1283: *Daynesius ibi est suffocatus et jacet, qui in dicto puteo intraverat ad Disgomberandum et remundandum, et cecidit puteus super eum.*

\* **DISGOMBARE**, DISGUMBRARE, Purigare, mundare, vox Italica. Stat. Mutin. rubr. 20. pag. 3. v.: *De stratis Disgombrandis, etc.* Stat. Castri Redaldi lib. 3. pag. 47. v.: *Item quod vicinus seu vicini... compelli possint... cavare et Disgombare, et cavata et Disgombata tenere ipsa fossata.* Vide supra *Discombrare*.

\* **DISGONBRARE**, Liberare, quodvis impedimentum amovere. Stat. ant. Florent. lib. 2. cap. 58. ex Cod. reg. 4621. fol. 63. v.: *Dominus potestas debeat ad petitionem cujuslibet cui data esset tenuta... facere præceptum de Disgonbrando ipsam tenutam.*

\* **DISGRACIATUS**, Infortunatus, infelix, Ital. *Disgraziato*. Bareleta serm. in Dom. Palmar.: *Amor illius supremi Dei erga infelicem et Disgraciatam naturam humanam, etc.* Vide mox *Disgratia*.

\* **DISGRASIARE**. [Distemperare; de gradu vite, sanitatis destituere. DIER.]

**DISGRATIA**, Offensio, infortunium, ex Gallico *Disgrace*. Guillelmus de Podio Laurentii cap. 1: *Ægrotantem ergo terram tantæ infidelitatis Disgratia, vir religiosus Beatus Bernardus Clarevallensis Abbas... visitavit. Innocentius VI. PP. in Epist. MS. ad Ludovicum Regem Sicilia: Quia tamen regnum ipsum, instar infirmi, prætentæ Disgratiæ reliquiis debilis, etc.*

\* **Morbus**, infirmitas, Ital. *Disgrazia*. Charta Will. Rom. reg. ann. 1252. in Batav. sacr. pag. 187. col. 1: *Quod qui facere præsumperit, Disgratiam nostræ celsitudinis se noverit incursum, etc.* Acta S. Paris. tom. 2. Aug. pag. 76. col. 2: *Ut quisquis febrili Disgratia seu quolibet languore detentus, de ipso fonte fideliter et devote potaret, ejusdem meritis remedii salutari consequeretur effectum.*

¶ **DISGREGARE**, Disjungere, dissolvere. Martian. Capella lib. 3: *Hic ordo rebus, quique Disgregabitur.* Vide *Digregare*.

\* Chron. Pet. Azarii ad ann. 1360. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 357: *Societas ista cepit aciem primam domini Mediolani Disgregare et in cuneos separare.*

**DISGREGUS**, Multififormis, varius. Idem Capella lib. 9: *Venustate Disgregæ puellæ.*

¶ **DISGRESSARI**, pro *Digradi*. Utitur Alanus de Insulis in Planctu naturæ pag. 301.

¶ **DISGRESSIO**, Titulus honorarius, quo Innocentius Papa compellat Archiepiscopum Armarchanum et Epis-

copum Silvanectensem in Rescripto pro Canonizatione S. Edmundi Cantuar. Archiep. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1842. D. Verum puto legendum *Discretio*.

¶ **DISGREX**, *Segregus*. Gloss. Isid. Vitam solitariam *Segregem* appellat Seneca de Benef. 4. 18.

**DISGRUERE**, *Disconvenire*, *discordare*. Joan. de Janua.

¶ **DISGUAGIARE**, ut *Disgagiare*, Repignerare. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 67: *Et postea centum et quinque solidos in caritate, unde Disguagiavit suam terram de Circuardo.*

\* **DISGUARNIMENTUM**, Id omne quo urbs vel castrum nudari potest. Charta ann. 1231. apud Manni in Observ. histor. ad Sigil. ant. tom. 7. pag. 117: *Promiserunt et juraverunt... dare castrum Tonæ et munitiones suas omnes dicto communi S. Miniatis, quarnimentum et Disguarnimentum contra omnes ad potestatis et regiminis, quod pro tempore fuerit, mandatum.* Vide *Disguarnire*.

¶ **DISGUARNIRE** OPPIDUM, Munitiones illius destruere, a Gallico *Degarnir*, Ital. *Squernire*, Spoliare, denudare. Chronicon Parmense ad ann. 1307. apud Muratorum tom. 9. col. 865: *Guastalla vero venit ad mandata dicti Defensoris, et per eum accepta fuit, et spanata de foveis et Disguarnita, et defortata in totum circumquaque.*

\* **DISGUARBARE**. Vide supra *Disgombrare*.

**DISHÆREDITARE**. Vide *Dehæreditare*.

\* **DISHOBEDIENTIA**, a Gallico *Désobéissance*, Inobedientia, imperii detrectatio, contumacia. Charta ann. 1378. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 48: *Cum Egidius Garnerii de Lunello burgensis regius Aquarum mortuarum sit præventus... de morte Petri de Vabris;... eci-gentibus contumaciis suis et Dishobedienciis, fuit condempnatus.*

\* **DISHONOR**, Vituperium, dedecus, Ital. *Disonore*, Gall. *Deshonneur*. Charta Petri Candiani ducis Venet. ann. 964. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1523: *Unde magna vituperatio erat in nobis, et in nostra patria et Dishonore in nostras cartulas,.... pro nihilo eas habebant.* Vide in *Dehonorare*.

**DISHONORARE**. Vide *Dehonorare*.

**DISHYPATUS**. Vide *Dishypatus*.

¶ **DISIS**, Græc. δῖσις, Occasus solis. Sigebertus Levita apud Leibnitium Scriptor. Brunsvic. tom. 1. pag. 308. in Vita Theodorici I. Metensis Episc.:

Quatuor ecce plagas per quatuor aspice portas, Scilicet Anatolan, Disin, Mesembrian, Arcton.

[\* Vide infra *Dysis*.]

¶ **DISISIO**, Divisio. Testamentum Andree Dertonensis Episc. apud Ughellum in Appendice tom. 4. pag. 9: *Aut ipsis casis et rebus in naufragium miserint, aut ullam Disisionem exinde fecerint. Est pro Decisio a Decidere, Amputare, detrahere; vel a Dis et secare, ut infra *Dissicio*.*

**DISLAUDARE**, [Dissuadere.] Vide *Laudare*.

1. **DISLIGARE**, in Charta Italica ann. 1287. apud Bollandum 20. Martii, et Jo. de Janua: nostris *Deslier*. [Utuntur et Bernardus Monachus Ord. Cluniac. part. 1. cap. 72. et Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1290.] Est etiam

**DISLIGARE**, Solvere, solutione se liberare. Gloss. Arabico-Lat.: *Disligo, solvo. Desligement de Cens*, solutio censuum, in Statutis Leodiensib. art. 11.

\* *Alias Desloer, Deslouer, Esloissier et Eslossier.* Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 240: *Icellui suppliant feri ledit Jehan d'un baston sur une de ses mains, et lui Desloa le pouce d'icelle main.* Aliæ ann. 1381. in Reg. 120. ch. 48: *L'exposant et ses deux cousins..... trouverent un des freres dudit exposant, qui avoit Desnoué (sic) l'une de ses espaulles, laquelle espaulle ledit Robert Bunel, qui estoit homme de mauvaie vie et renommée, lui avoit Deslouée d'un coup d'espée ou autrement.* Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. ch. 277: *Icellui Colin feri d'une massue que il tenoit ledit Jehan si grand cop sur l'un de ses bras, que il en ot ledit bras froissié et Eslossié. La femme d'icellui suppliant fut abatuë et atainte d'iceulz arbres, et ot l'un des bras Esloissié, in aliis ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 289. Desrénement, ipsa membri alicujus distorsio, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 109: *Comme le suppliant se soit entremis de garir rompures et cassures et Desrénemens de bras et de jambes, et d'autres maladies, etc.* Vide supra *Denodare* et infra *Elochare*.*

† *DISLIGATOR VITA, Dissolutior, Gall. Relasché, Dissolue, in Præcepto Ludovici August. ann. 19. imperii, apud Baluzium tom. 1. Capitul. col. 678.*

\* *2. DISLIGARE, ab Italico Dislegare, Vincula solvere, Gall. Déliver. Stat. Bonon. ann. 1250-87. tom. II. pag. 276: Et dicimus quod nullus, qui stat ad portas circle custodiendas debeat destorsare, seu Disligare malam seu torsam alicui mercatori per dictas portas transeuntii.* [FR.]

† *DISLIQUIDUS, Dies præcipuus, clarus. Papias in MS. Bituric. Forle legendum, Dies liquidus.*

† *1. DISLOCARE, Loco et sede movere, Gall. Disloquer: quod dici solet de ossibus sede sua delapsis. Occurrit in Historia S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 230. in Processu de SS. Virginibus Eychsellensibus, Junii tom. 3. pag. 117. apud Lobinellum in Hist. Britan. tom. 2. col. 563. etc.*

\* *2. DISLOCARE, DISLOQUARE, A locatione resilire; practici nostri dicunt Resilire un bail. Charta ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 480: De jure locandi et Dislocandi bona prædicta. Alia ann. 1315. in Chartul. thesaur. S. Germ. Prat. fol. 19. v. : Constituumus procuratores ad loquandum et ad Disloquandum omnes et singulas terras, domos, vineas, possessiones, etc.*

\* *DISLOGIARE, a Gallico Déloger, Loco vel domo decedere. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 2: Verum quod certæ gentes armorum essent allogiatæ in loco de Bolhanicis suburbiorum Nemausi, dicti domini consules..... ierunt ad dictum locum de Bolhanicis pro visitando dictas gentes armorum, et taliter facere quod se Dislogierent a prædicto loco. Vide Delocare.*

\* *DISLOQUARE. Vide supra Dislocare 2.*

† *DISLOQUI, Incogitanter, imprudenter et inepte loqui et fabulari. Eckehardus Junior. de Casibus S. Galli cap. 14. pag. 98: At illi Disloqui eum, ut ægroti solent, putantes. Vide Miskennino.*

\* *Déparoler, pro Maledicere, famam alicujus lædere, in Serm. 45. ex Cod. S. Viti. Paris. xiv. sæc. : Plusor s'asanblent aus places et aus rues, si Déparolent lor voisins, et les vis et les morz.*

† *DISMAGIUM. Vide Dimagium.*

† *DISMANARE, et DISMANNIRE. For-*

*mula vetus apud Bignonium: Ut neque vos, neque juniores atque successores vestri ipsam pro hoc inquietare, nec Dismannare non præsumatis, nec facere dimittatis.* Editio Lindenbrogii præfert *Dismannire*, [Baluzii *Dismanuare*:] sed *Dismanare* habet etiam Charta Pipini Majoris Domus pro Monast. S. Dionys. apud Doubletum pag. 602: *De villabus ipsius sancti suggestit, dicens, eo quod.... a pravis hominibus... de ipsa sancta casa abstractas vel Dismanatas fuerunt.* Bignonius *Dismannare*, de domo extrahere interpretatur. Sed videtur eadem vis esse vocabuli istius, quæ apud nos *Demener*, inquietare, turbare. *Se Demener*, est inquietum esse, Italis *Dimenare*, *muovere in quâ in lû, rimenare*, agitare. [Bignonianam interpretationem confirmat Testamentum Berarii Episc. Cenoman. apud Mabillon. Analect. tom. 3. pag. 214. ubi: *Neque nos neque successores nostri, nec ullus quilibet, quamdiu ipsa adviuit, de ipsa Abbatia vel de ipso Monasterio, nec Dismanandum nec distrahendum, ad hoc faciendum non habeat pontificium.*]

\* *Nostris Se Dêmeinner, pro Se adhibere, agere, vulgo Se conduire. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 117: Celi qui ainsi se Dêmeinne, doit l'en appeler preudomme, etc.* Hinc Dêmeinement dixerunt nostri quidquid ad rem tractandum pertinet. Chron. Ms. Bertr. Guesclini:

Je suis plege, mes sires, par droit accordement Pour la paix bien tenir, voire par un couvent, Con devoit avoir fait tout le Dêmeinement Dedans un certain jour qui fut dit plainement.

† *DISMANTA, Nomen injurium, forte a Græco, Μάρτις, Hariolus, et sic, Bis, quasi Bis hariolus. Cardinalis Aragonius in Vita Alexandri III. Papæ, apud Muratorium tom. 3. pag. 449. col. 1. A: Clamabant pueri contra ipsum Ecclesiæ invasorem dicentes, Maledicte, fili maledicti, Dismanta, non eris Papa, non eris Papa, Alexandrum volumus.*

\* *DISMANTIRE, a Gallico Démentir, Mendacii arguere. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 380: Dictus Johannes Mailli Dismantivit Petrum de Curia, etc.* Vide supra *Dimentiri*.

† *DISMANUARE. Vide Dismanare.*

\* *DISMAS, Nomen fictitium boni Lutronis, apud Corn. Van Gestel tom. 1. Histor. sacr. et prof. archiepiscop. Mechlin. pag. 67.*

† *DISMASATUS. [Ager in quo nullum exstructum est ædificium.] Vide Amasatus.*

† *DISMEMBRARE, etc. Vide Demembrare.*

\* *DISMENTIRI. Vide supra Dimentiri.*

† *DISMILITARE, A militia removere, degradare, proprie ordinem Militarem auferre, Oster la Chevalerie. Paschalis I. PP. in Confirmat. Privilegiorum Ecclesiæ Ravennatis, apud Rubeum lib. 5. pag. 237: Sed si militati fuerint, eos discingi et Dismilitari jubemus. Exstat etiam apud Ughellum tom. 2. pag. 345. [Vide *Desmilitare*.]*

† *DISMIRANDO, Emirando. Papias. Forte pro Demirando, admirando.*

† *DISMONTARE, verbum Ital. Ex equo descendere. Regimina Paduæ ad ann. 1320. apud Murator. tom. 8. col. 432: Venit ad civitatem Paduæ.... cum multa quantitate militum et Dismontavit in magno palatio Henrici Scrovegni. Gallis Démonter est aliquem ex equo deicere.*

† *DISMUNTARE, Eadem notione ibid. col. 432.*

\* *DISMUNDIARE, Mundium seu tutelam puellæ abdicare et marito permittere. Contract. matrim. ann. 1248. apud Corbinel. inter Probat. domus de Gondi pag. 71: Quam siquidem Monacam dictus Ghodus pater ejus ipsi Jacopo Dismundiavit, et sub ejus mundo et potestate misit, cum omni frea et anagress et omni jure mundi, ipstis Jacopo et Monaca altero in alterum per verba de præsentis matrimonialiter consentiendo, cum annulli datione et receptione. Vide Mundium.*

1. *DISNARE. Papias: Jantare, Disnare dicitur vulgo. Gallis, Disner. A δεινός, deducit vir doctus ad 14. Annal. Taciti, ut et Silvius in Isagoge: alii [quibus non favet littera s occurrens in Disnare,] a Dejejunare. Vide in hac voce Octav. Ferrarium in Orig. Ital. verbo Desinare, [et Menagium in Gallicis verbo Diner.]*

\* *2. DISNARE, a Gallico Disner, Pastus, procuratio, prandium. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Dinnador, Prov. pransorium, prandium. Charta ann. 1122. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 422: Ego Petrus abbas Amianensis.... dono tibi Guillelmo de Omellatis, ..... et tuis successoribus bailiam in totum honorem de Carcares, et per istam bailiam supradictam habeas abergum cum Disnare in domo nostra de Carcares, per unumquemque annum, etc. Disnerie, eodem sensu, in Charta ann. 1404. ex Reg. feudor. comitat. Pictav. in Cam. Comput. Paris. fol. 68. r. : Je Colas Baronneau de Lesignen connois et confesse moi avoir.... une Disnerie, appelée la Disnerie de Beusse, laquelle part par indivis o le gouverneur de l'église d'Airon et o le gouverneur de l'église de Foillet. Nisi tamen, quamquam bis distincte Disnerie legatur, emendandum sit Dismerie, Jus scilicet percipiendi decimam. Vide supra Decimagium in Decimæ.*

† *DISNARIUM, DISNERIUM. [Comput. Ms. ann. 1244: Pro expensis domini comitis ad S. Germanum et pro Disnerio suo apud Confluentum, xxxviij. sol. Disnerium seu prandium, in Charta ann. 1354. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 416.] Vide Dignerium.*

\* *DISNIMANNUS. Vide supra Dienimannus.*

\* *DISNODARE, vox Italica, Descedere, disjungi, Gall. Diviser. Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 578. col. 1: Accipiens ipsam lesinam, eam invenit gravissimam et Disnodatam in medio manici concavatum. Vide supra Desnodare.*

\* *DISNOICUS, Suspiciosus, in Breviloquo vocabul.*

\* *DISOLOGIA, La dissolucione de sermone. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide Dissologia.*

† *DISOMUM, [Sepulcrum capiens corpora duo.] Vide Bisomum.*

\* *DISONODUCIT, ἐπαγορεύει. Gloss. Lat. Gr. sed leg. ex Castigat. Disconducit.*

† *DISORDONARE, Statutum revocare, Gallis Desordonner. Capitula Caroli C. tit. 43. § 3: Ipsam dispositionem nos Disordonare non possumus, nec debemus, id est, evertere. [Baluzius habet Disordinare.]*

† *DISORE, Disortio. Vide Dissorties.*

† *DISPACATUS, Iratus, minime pacatus, in Responso Concilii Lavauriensis ad Petrum Regem Aragon. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 482.*

\* *Despaisié, eodem significato, apud Scriptores nostros. Lit. remiss. ann.*

1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 377: *Icelle suppliante affoiblie de teste et devenue par heures aussi comme folieuse,..... traversoit jour et nuit par champs, par boys et par ville comme furieuse et femme Despaissée. Le Roman de Cléomades Ms. :*

Moult durement fu Depaissié  
Li rois Carman et courechlié.

† **DISPACKARE**, Fascem solvere, Gall. *Depaqueter*. Panni ibi *Dispackati seu aperti*, apud Rymer. tom. 5. pag. 79. Etymon *Pack*, Germ. Angl. et Belg. *Fascis*, Fascina, Gall. *Paquet*, Ital. *Pacchetto*. A *Pangere*, *Pactum* deducit Menagius, allunde Skinnerus in Etymologico Anglico et Junius: quos, si vis, consulte.

\* **DISPADES**, Genus serpentium. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* **DISPAGATIO**. Charta Henr. II. reg. Angl. pro libert. Normann. ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 34. r. col. 2: *Hæredes absque Dispagatione maritentur*. Ex eodem Reg. Brussel tom. 2. de Usu feud. edidit *Dispengatione*. Utrumque minus recte; legendum enim ut apud Matth. Paris *Disparagatione*. Vide *Disparagare* et *Disparagiare*.

**DISPALARE**, In diversum tollere, in Gloss. Arab. Lat. [Nonius: *Dispalare est separare*. *Sisenna Hist. lib. 3. Dispalati ab signis digressi omnes, ac dissipati*. Idem: *Tanto plures passim Dispalantur*; hoc est errant, ut recte exponit Martinius, qui *Dispalare* generatim reddit *Palis disjungere*. Papias: *Dispalatum, Diffugatum*.]

**DISPARAGARE**. Ea invaluit jam ab olim, non apud Francos modo, sed et apud exterâs omnes ferme nationes, consuetudo, ut viri nobiles in matrimoniis uxores sibi adjungerent, simili natalium splendore illustres, ne si abjectæ conditionis fœminis commiserentur, generis nobilitatem turpi commercio commacularent, et ut ait Novella Theod. de Mulierib. quæ se propriis servis junxerant, *ne insignium familiarum clara nobilitas indigni consortii fœditate vilesceret, et quod splendore forsitan Senatoriæ generositatis obtinuerat, contactu vilissimæ societatis amitteret*. Quo spectant ista Salviani lib. 4: *Deformantes sancti connubii honorem per degeneris contubernii vilitatem, non erubescentes, maritos se fieri ancillarum suarum, præcipitantes fastigium nobilium matrimoniorum in cubilia obscena servarum, digni prorsus etiam illarum statu, quarum se putant dignos esse consortii*. Et hæc Lactantii lib. de Mortib. persecutor. num. 38: *Ingenuas virgines imminutas servis suis donabat uxores*. Boetius in Topicis *impar matrimonium* vocat, cum civis Romana peregrino vel servo nubit. Ita etiam Lambertus Schafnaburg. ann. 1057. In Lege Wisigothorum lib. 5. tit. 7. § 17. prohibentur ejusmodi connubia, quia, inquit, *generosa nobilitas inferioris tactu fit turpis, et claritas generis sordescit commixtione abjectæ conditionis*. Sed et apud illos ea Lex viguit, ut puella nobilis, quæ honestatis suæ oblita, personæ suæ non cogitans statum, ad inferiorem forte maritum devenerit, portionem suam, sive divisam, sive non divisam, quam de facultate parentum fuerat consecuta vel consecutura, amitteret, nec fratrum aut sororum hæreditatem consequi posset, lib. 3. tit. 1. § 8. Id etiam de veteribus Saxonib. testatur Adam Bremensis cap. 5. ex Eginhardo. Tradit præterea Conradus Uspurgensis Henricum IV. Imp.

a suis incusatum, quod filias illustrium, quibuslibet obscure natis conjugaret. Alia in hanc sententiam congesimus ad Joinvillam. [Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 439.]

De Francis nostris id constat, eos abhorruisse semper ejusmodi conjugia, quod testatur Gregorius Turon. lib. 3. Hist. cap. 31. ubi de filia Theodorici Regis Italiae ex Clodovei Regis sorore, quæ, spreto matris consilio, servo suo Trauvilani nupserrat: *Cumque mater ejus contra eam valde frenderet, peteretque ab ea, ne humiliaret diutius nobile genus, sed dimisso servo, similem sibi de genere Regio, quem providerat, deberet accipere, nullatenus voluit acquiescere*.

Legibus Francorum, a quibus morem hunc hauserunt Angli, Scoti, et alii, licebat Domino feudi superiori puellam nobilem, cujus ex lege tutor erat, cum ad legitimam ætatem pervenisset, quæ ad annum decimum quartum definiatur, matrimonio, dummodo compar esset, copulare. Charta Libertatum Angliæ ann. 1215. apud Mathæum Paris: *Hæredes maritentur sine Disparagatione*. Quoniam Attachiamta cap. 91: *De hærede vero cum sit 14. annorum, vel ultra, usque ad plenam ætatem, si se maritaverit sine licentia domini sui, ut ei auferat maritagium, et Dominus ei offert rationabile maritagium, ubi non alias Disparagetur, vel dispensonetur, etc.* Charta anni 1206. apud Will. Thorn: *Ita quod Rogerus habeat prædictam vardam, donec pueri habeant ætatem, quod possint terram tenere et tunc maritabit illos, ita quod non sint Disparagati*. Charta Hervæi Comitis Nivernensis ann. 1215. apud Duchesnum in Probat. Histor. Castillonæ pag. 41: *Ita tamen quod si ego a dicta Mathilde uxore mea filiam vel filias suscepero, prædicti domini Ludovici filius, qui cum dicta Agnete filia mea sponsalia contrahet, eam vel eas post mortem meam et uxoris meæ, maritabit per terram vel per denarios sine Disparagamento, ubi male Dispergamento editum. Regestum Feodor. et servitorum fol. 16: Guillaume Noël tient du Roy son marché et ses freres, en telle maniere, que le Roy puet marier sa premiere fille, sans la Desparager*. Apud Littletonem sect. 103: *Si hæres, seu pupillus nobilis, infra ætatem 21. annorum sit, donques le Seigneur vera la garde et mariage de lui*. Id est, tutor illius erit, et illum maritare poterit. Si puella sit hæres, et 14. annum attigerit, potest Dominus, donec decimum sextum attigerit, quæ legitima et plena est puellarum ætas, providere ei de convenienti matrimonio, sine Disparagatione. *Le Seigneur poit tender convenable mariage sans Disparagement*. Vide Matth. Paris pag. 271. [Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 326. et Rymerum tom. 11. pag. 771. col. 2.]

Quod si Dominus secus fecisset, et hæredem, puerum seu puellam, disparti matrimonio junxisset, multabatur, prout in Statuto de Merton. cap. 6. statuitur apud Littletonem sect. 107: *De Dominis, qui maritaverint illos, quos habent in custodia sua, villanis, vel aliis, sicut burgensibus, ubi Disparagentur, si talis hæres fuerit infra 14. annos, et talis ætatis, quod matrimonio consentire non possit, tunc si parentes ejus conguerantur, Dominus amittet custodiam illam usque ad ætatem hæredis, et omne commodum, quod inde receptum fuerit, convertetur ad commodum hæredis infra ætatem existentis secundum dispositionem parentum, propter dedecus ei impositum. Si*

autem fuerit 14. annorum et ultra, quod consentire possit, et tali matrimonio consenserit, nulla sequatur pœna. Iisdem verbis hæc habentur in legibus Baron. Scotiæ. seu Quon. Attach. cap. 92. ex quibus infert Littletonus, *disparagationem* locum non habere, nisi cum hæres infra 14. ætatis annum a Domino conjugio copulatur. Vide Chartam feodi pag. 181. v. Cowellum et lib. 1. Instit. tit. 10. § 4. et 6. etc.

Per Statuta Hierosolymitana, seu Assisias, cap. 190. et seq. Dominus poterat mulierem viduam, vel puellam, quæ 12. ætatis annum excesserat, et feudum militare, aut corporali, ut aiebant, servitio obnoxium, possidebat, compellere ad matrimonium, ipsasque maritare, *mais que il ne la Deparaige, dummodo compar esset conjugium*. Quo spectant, quæ habet Willelmus Tyrius lib. 12. cap. 12. de Balduino II. Rege Hierosol. qui tanquam Dominus superior Antiochenum Principatum sibi asseruerat, donec hæres adolesceret: *Collatis igitur liberis vel aliorum graduum consanguineis, eorum, qui in acie ceciderant, possessionibus, prout ratio vel regionis consuetudo deposedat: viduis quoque apud Compares et comparis meriti viros nuptui collocatis, etc.*

Denique veteri Normanniæ jure municipali 1. part.: *Les suers ne poent demander, ne clamer partie en l'heritage leur pere encontre leurs freres, ne leurs hers, mes eles poent demander suffisant mariage. Et se les freres les poent marier sans Desparagier, soi de leur moeble sans terre, ou de terre sans moeble, cen leur doit souffire, etc.* [quæ sic Latine efferuntur apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 216: *Si fratres eas ex mobili sine terra vel cum terra vel ex terra sine mobili voluerint maritare viris eis ydoneis sine Disparatione, hoc eisdem debet sufficere; ubi pro Disparatione f. legendum est Disparagatione.*] Plures porro casus Disparagationis profert Edw. Cokus ad Littletonem sect. 107. Adde Novam Consuet. Norman. art. 228. et 151. Bractonem lib. 2. cap. 38. § 1. 7. Fletam lib. 1. cap. 10. § 2. Rastallum verbo Disparagement, et quæ observavimus ad Joinvillam Dissert. 10. et ad Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 61.

Huic porro voci opponitur alia, *Imparagare*, nostris *Imparager*, id est, filiam per nobile et conveniens matrimonium alicui copulare, ut est in Consuetudine Andegavensi art. 128. 241. Perperam vero editum.

**DISPARATUS**, pro *Disparagatus*, in Charta Willelmi Comitis Forcalquerii ann. 1211: *Fuitque arbitrium Curie suæ, quod non audierant, neque viderant, quod Baronia aliqua esset divisa pro hærede femina, in qua hæres masculus haberetur; sed hæres femina maritagium accipiebat a patre vel matre sua, vel matribus suis, tale siquidem, in quo non erat Disparatus, et quod ei conveniret secundum genus et nobilitatem suam*. Habetur tom. 11. Spicilegii Acheriani. Vide *Paragatum*.

† **DISPENGATIO**, pro *Disparagatio*. Charta Henrici Regis Angl. ann. circiter 1155. pro Normannis, apud D. Brussel de Usu feudorum tom. 2. pag. 11. ad calcem: *Heredes absque Dispengatione maritentur. Vidua post mortem mariti sui statim et sine difficultate habeat maritatum suum et hereditatem suam*.

† **DISPARIATA**. Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 1118: *Ad factendam voluntatem suam, et maritandum cuicumque voluerit, ita ut non sit Dispariata de genere*.

¶ **DISPERGAMENTUM.** Charta Conventionum Comitatus Nivernensis de tradenda filia sua ann. 1115. apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 1124: *Quod si ego a dicta Mathilde uxore mea filiam vel filias suscepero, predicti Domini Ludovici filius, qui cum dicta Agnete filia mea sponsalia contrahet, eam vel eas post mortem meam et uxoris meae maritabit per terram et per denarios sine Dispergamento.*

¶ **DISPERGATIO,** apud Rymerum tom. 3. pag. 136. col. 2.

\* **DISPARAGIARE,** ut *Disparagare*, dispari matrimonio jungere. Feoda Norman. in Reg. S. Justi fol. 157. v. col. 1: *Item notandum quod Wilhelmus de Merle tenet de domino rege suum mercatum et suas ferias, ita quod dom. rex potest maritare filiam ejus primogenitam, sine Disparagiare illam.*

¶ 1. **DISPARARE,** Ornatum spoliare, Gall. *Deparer*, quod de Templis praesertim dici solet. Leges Ludovici II. Augusti, [\* cap. 7.] apud Muratorum tom. 1. part. 1. pag. 157. col. 2: *Quoniam multos Presbyteros occasione taliter emtarum rerum Ecclesias, quibus praesunt, Disparasse, et offensusse, et spoliassse... comperimus. Diploma Ludovici VI. Franc. Regis ann. 1117. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 345: Ad capsam, in qua corpus B. Maglorii requiescit superargentandam, quae propter matris Ecclesiae necessitatem ex communi fratrum assensu fuit Disparata et detecta, duodecim marchas argenti... dedit. Bernardi Ordo Cluniac. part. 2. cap. 8: In crastino Epiphaniae Disparatae altare... et pallia... unde medietas Ecclesiae parata erat, auferuntur.*

\* 2. **DISPARARE,** Laxare, remittere. Lit. remiss. ann. 1459. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 190: *Quamdum balhistam tensusam, quam tenebat, contra dictum Bajuli Disparavit et distendit.*

¶ **DISPARASCERE,** Disparem esse et dissimilem. Claud. Mamert. lib. 1. cap. 9: *Quod a nobis Disparascere arbitraris.*

¶ **DISPARATIO,** DISPARATUS. Vide in *Disparagare.*

\* **DISPARATUS,** Distans, separatus. Charta Loth. reg. ann. 974. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 635: *Abbatia caenobii tertio milliario ab urbe Disparata, etc. Occurrit praeterea in Epist. Abbon. Floriac. tom. 10. ejusd. Collect. pag. 487.*

¶ **DISPARE,** Inaequaliter, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 724.

\* **DISPARERE,** Evadere, fugere, cessare, desinere, Ital. *Disparire*, Gall. *Disparoitre, finir, cesser.* Annal. Bertin. ad ann. 863: *Quod sentiens Rodoaldus, noctu fuga lapsus Disparuit.* Will. Gemetic. hist. Norman. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 192: *Sic ductis hostibus profligatis, seditio pressa in partibus illis ultra Disparuit.* Dispars, pro *Dispersé*, dispersus, in Litt. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 662: *Dispars et retrais en divers lieux.*

¶ **DISPARIATA.** Vide in *Disparagare.*  
**DISPARIILIARE,** *Distribueré*, in Gloss. Arabico-Lat. [Gloss. Sangerm. MS. n. 501. habet: *Disparilire, Distribvere.* Male in Amalthea: *Dispasilio, Distribuo.*] Nos dicimus *Despareiller*, sed alia notione.

**DISPARILITAS,** Disparitas, apud Stephanum Africanum in Vita S. Amatoris num. 19. [Utitur Gellius in Epilogo et lib. 7. cap. 3. Item Salvanus de Gubernatione Dei pag. 50.] Vide Olaum Borrichium de Variis linguae Lat. aetatib. pag. 89.

\* *A despareil, disparatus, vulgo Dépa-*

*reillé.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 133: *Le suppliant rompy ledit petit coffre, où il trouva... un esperon à Despareil.*

¶ **DISPASILIRE.** Vide *Dispariliare.*

**DISPATRIARE,** De patria exire, peregre proficisci, Galli dicunt *Despayser.* Charta Philippi Aug. Regis Franc. ann. 1195. pro Communia Sanquintiniensi: *Si quis teneaturam anno et die in pace tenuerit, postea eam in pace teneat, nisi aliquis, qui Dispatriaverit, aut aliquis qui est in manburnia, super hoc clamorem fecerit.* Galli etiam *Dispatriet* dixerunt. Sic enim legendum in Consuetudine Namurcensi art. 61. pro *Dispatuer*, quae vox nihil sonat. Est enim hoc loco, *Dispatriet, absconser, ou receller quelque chose*, Rem quamvis auferre, de suo loco tollere, amovere: nos etiamnum *Despayser*, hac ferme notione dicimus.

\* *Despaisier*, in Cons. Petri de Font. cap. 17. cujus titulus est: *Chi parole de chiaus ki sunt Despaisié.* Et art. 2: *Or sachiés ke cil ki sunt Despaisiés, ki sunt restablis il sunt restablis en quatre choses. La premiere si est, s'ils ont esté longement hors du pais, etc.*

\* **DISPAVIMENTARE,** Pavimentum refodere, Gall. *Dépaver.* Arest. 8. Apr. ann. 1410. in vol. 11. arestor. parlam. Paris: *Dispavimentare aut dispaivementari facere plateam praedictam non debent.*

**DISPECARE.** Isidorus in Gloss.: *Dispeccatis, decoriatis.* An *dispeccatis*? Galli dicunt *Depiecé, mis en pieces, a Pecia*, quod vide. Alii emendant *Dispeccatis*. Huc forte spectant *dispecti lapides*, apud Agrimensores pag. 277. ubi opponi videntur *politis*, ita ut *dispecti lapides* fuerint, qui rudi manu cæsi, *decoriatis*, quibus primum *corium* desectum est. Vetus Consuetudo Norman. cap. 17. de *Warecho: Se dedens l'an et le jour vient avant aucun, qui feust à la nef, quant elle Despecha.* Id est, cum in partes scissa est ac divisa. Sed et inde forte Consuetudo Senonens. art. 213. et Parisiens. art. 35. *Despieé, démembrement, et division de sief* vocant.

Autumo legendum *Dispeccatis a Dispicare*, quod contrarium videtur *Inspicare* Virgiliano 3. Georg. *Ferroque faces Inspicant acuto.* Ubi servius: *Acuto ferro incidit, ad speciem et imaginem aristarum.* *Dispicare* est rumpere, frangere. Papias: *Dispicatus, Decoratus, ruptus.* Ruffinus lib. 3. Histor. cap. 6: *Repente Dispeccatis foribus praecipites irruerant, id est, effractis.*

\* *Déhacher* et *Déhachier* nostris alias, pro *Discerpere*, *concidere.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 151: *Icelles lettres et escriz furent dépecciez et Déhachiez par petites pieces, telles que nulz ne les sauroit, ne pourroit assembler.* Aliæ ann. 1427. in Reg. 173. ch. 746: *Le suppliant... d'un coustel,.... dont il Déhachoit ou petit baston, féri ledit Charlet.*

**DISPECTUS.** Vide *Despectus.*

**DISPENDERE,** Expendere, dilapidare. Capitula Caroli C. tit. 16. [\* cap. de Carisiac. ann. 856.] cap. 6: *Quia multos dies in illius servitio misit, et omnia, quae habuit, Dispendit.* Tit. 31. [\* Edict. Pist. ann. 864.] cap. 34: *Potesi fieri, ut qui tales homines liberos necessitate cogente in servos suscipiant, in alteros partes illos Dispendant, et vendant.*

\* *Despandre*, eodem sensu, in Charta prior. et monach. Luxov. ann. 1266. ex Chartul. Campan. fol. 408: *Et ce que nos Despandons pran l'an à créance.*

**DISPENDIOSUS,** *Damnoscus, ἐπιζήμιος,*

in Gloss. Græc. Lat. [*Cunctatio Dispendiosa est*, apud Columellam; *Conditiones pacis Dispendiosæ*, apud Sextum Rufum cap. 29.]

¶ 1. **DISPENDIUM,** Idem quod *Dispensa*, *Expensa*, sumtus. Præceptum Carolomanni Regis apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 150: *In usus et Dispendia et utilitatem fratrum suprascriptæ ecclesiarum (Aurel.) vel Monasteriorum ibidem pertinentium... permanendo consistant.* Obertus Cancellarius lib. 2. Annal. Genuens. ad ann. 1164: *Et facto consilio non placuit, ut de communibus rebus factum foret Dispendium itineris.* Vide Lobinellum in Glossario ad calcem Histor. Britan. Eadem fere notione usi sunt Plautus et Plinius.

¶ 2. **DISPENDIUM,** compendio contrarium, Diverticulum, circuitus, ambages, Gallice *Detour.* Chronic. parvum Ferrariense, apud Murator. tom. 8. col. 474: *Si eundum erat ab Este sito in agro Paduano usque Bononiam, tantum viarum Dispendium fiebat, deflectendo a vico Variano... et accedendo Serridum, inde Mutinam, demum Bononiam.* Charta Henrici et Conradi Ducum Silesiarum ann. 1389. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 5. pag. 546: *Ad dictam civitatem Lubin personaliter nos vel alterum nostrum cum alterius mandato accedere absque mora, absque Dispendio et dilatione promittimus.* Litteræ universales Ligæ inter Imp. Carolum IV. et Edwardum III. Regem Angl. apud eund. Ludewig. tom. citato pag. 465: *Quodcumque impedimentum hujus faciemus et procurabimus absque mora et Dispendio, quantum poterimus, amoveri.* Sed et Lucretius ead. notione dixit:

Jam super Hercules fauces nemorosaque Tempe,  
 Æmonia deserta petens Dispendia sylva.

\* **DISPENGATIO,** male pro *Disparagatio.* Vide supra *Dispagatio.*

\* **DISPENNUM,** pro *Dispendium*, *Expensa*, sumtus, in Charta ann. 1328. inter Probat domus de Chaban. pag. 65: *Sub restrictione Dispenorum et expensorum litis, etc.*

1. **DISPENSA,** *Expensi ratio*, sumtus. Glossæ vett. Barthii: *Impendium, Dispensa.* Will. Brito in Vocabul. MS.: *Dispensa, expensa.* Eginhardus Epist. 13: *Nam de Dispensa, quam in Aquis accepistis, nullam volo aliam retributionem, nisi amicitiam tuam.* Capitula Caroli M. lib. 4. cap. 73: *De Dispensa Missorum nostrorum, etc.* Concilium Duziacense 1. part. 4. cap. 4: *Noluit ire ad mansiones, quas sui homines praemissi acceperant, ad quas Dispensa sua adducta fuerat.* Adde Synodum Ticinensem ann. 855. Capitula Caroli C. tit. 5. [\* ap. Tolosam ann. 844.] cap. 3. 5. Capitulare de Villis cap. 24. Capitul. ann. 821. cap. 2. Catellum in Comitibus Tolosanis pag. 192. [\* Fragment. ampliora Polypt. Sithiensis ap. Guérard. pag. 404. caput 22. inscriptum: *Brevis de substantia et censu et Dispensa, etc.* Ibid. pag. 405: *De farina grossa ad Dispensam famulis et pauperibus, etc.*]

2. **DISPENSA,** Penaria, promptuarium, a Gallico *Dispense.* Camera *Dispensatoria*, in Chronico sancti Trudonis lib. 10. pag. 470. [\* *Solarium ad Dispensandum*, in Formul. fiscor. describend. ap. Pertz. Leg. tom. 1. pag. 178. lin. 37.] Leges Canuti Reg. Angl. cap. 108: *Sed suum horderium, quod dicere possumus Dispensam, et cistam suam... debet ipsa custodire.* Liber Ordinis S. Victoris Parisiens. MS. cap. 11: *Sub manu Cellerarii est*

*coquina, lardarium, Dispensa interior.* Jo. Brompton. ann. 1189: Radulfus Clericus de Dispensa Regis. Bracton. lib. 3. Tract. 2. cap. 32. § 9: *Habere debet uxor sub custodia sua claves Dispensæ suæ, et scrinii sui.* [Cellerarius Dispensæ, in Capitulis General. S. Victoris Massil. MSS. ubi pluries occurrit vox *Dispensa* hac notione: verum alia paulo diversa, scilicet pro obsonio Monachi, usurpat Guido Discipul. Farsensis cap. 36. ubi sic: *Similiter pro illis, in quorum anniversario plenum Officium sit, tot Dispensas vel justitias recipiet, quæ constitutæ fuerint in loco.*]

*SPENSA*, Eadem notione, in Capitulari de Villis cap. 64. et in Capitul. 2. ann. 813. cap. 10. Leges Baronum Scotico-rum, seu Quoniam Attach. cap. 12. § 7: *Si furtum inveniatur sub clavibus suis, quas ipsa (uxor) habet sub custodia et cura sua, utpote Spensæ, arcæ suæ vel scrinii sui.* Occurrit etiam in Statutis Willelmi Regis Scotiae cap. 19. § 3.

\* *DISPENSABILIS*, Ad dispensam seu Cenaculum aulicorum pertinens. Charta Henr. reg. Angl. et ducis Norman. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 368: *Volo et confirmo quod in curia mea habeat (Odolnus de Mala-palude serviens meus)... quatuor fercula, unum ex magnis, et duo ex militibus, et unum Dispensabile.* Id est, quale in dispensa aulicis apponitur.

*DISPENSARE*, Gall. *Depenser*. Gloss. Lat. Græc.: *Dispensat*, διαπαντ ἀναλίσκει. Will. Brito in Vocabul.: *Dispensare, largiri, donare, expendere.* Possidius in Vita S. Augustini cap. 24: *Quæ anno completo eidem recitabantur, quo sciretur, quantum acceptum, quantumque Dispensatum esset, vel quidquid indispensatum, vel Dispensandum remansisset.* Flodoardus lib. 2. Hist. Rem. cap. 18: *Unde datur intelligi, in majoribus quoque locis multo tunc plura fuisse Dispensata.* Adde Capitulare de Villis cap. 55.

*DISPENSARIUS*, Idem, qui infra *Dispensator*, Gall. *Dispensier*, Anglis *Spencer*. Occurrit in Fleta lib. 2. cap. 72. § 17.

1. *DISPENSATIO*, Dei dispositio et providentia, qua vocare gentes ad verum Dei cultum, et universum humanum genus per Incarnationem, Nativitatem, Mortem, et Resurrectionem Christi salvum præstare decrevit. Hanc dispositionem per excellentiam SS. Patres οἰκονομίας simpliciter vocant, quidam ex Latinis *Dispensationem*. S. Hilarius lib. 12. de Trinit. de hæreticis: *Dispensationem assumpti corporis rapiunt ad contumeliam Divinitatis.* S. Aug. tr. 4. in Joan.: *Quicquid ergo humiliter positum audistis de D. Jesu Christo, susceptæ carnis Dispensationem cogitate.* Vigilius Tapsensis lib. 1. contra Eutychem.: *Alius, qui permanet semper innatus, alius qui per Dispensationem carnis cuncta nostra fragilitatis officia explet, etc.* Joan. Antioch. apud Facundum Hermitan. lib. 7. cap. 5. de Christo: *Qui inenarrabilem corporis Dispensationem pro nobis suscepit.* Leo M. PP. in Epistola post Acta Concilii Calchedonensis: *Quomodo Dispensationis sacramentum sit ab initio ex vulva dispositum.* Diurnus Romanus pag. 37. de Nestorio: *Dominicæ Dispensationi infestus, utpote qui adorandæ Incarnationis arcanum, Deum ab homine separando disjunxerat.* Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 16. de quibusdam hæreticis: *Dispensationem filii Virginis phantasma fatentur.* S. Hieronymus Epist. ad Oceanum œconomix verbo usus est, ubi de Apollinario Laodicensi Episcopo: *Is dimidiatam Christi introduxit œcono-*

*miam.* Concilium Cloveshoviense anni 747. cap. 13: *Dominicæ Compensationis in Carne sacrosanctæ festivitates.* Vide, quæ de voce οἰκονομία, annotavit Henricus Valesius ad Eusebii Hist. Eccles. lib. 1. cap. 1.

2. *DISPENSATIO*, Provida juris communis relaxatio, Gall. *Dispense*: vox hodie Juris canonici peritis notissima; Græcis Patribus οἰκονομία, συγγνώμη, συγκατάβασις, συμπάθεια, φιλανθρωπία. Latinis vero, *Remissio, venia, indulgentia, clementia, lenitas mansuetudo, miseratio.* Hoc intellectu primus, ut Marca interpretatur, *Dispensationis* vocem usurpavit Gelasius Papa in sua Epistola ad Episcopos Lucaniae scribens: *Necessaria rerum Dispensatione constringimur, et apostolicæ sedis moderamine convenimur, sic canonum paternorum decreta librare, et retro Præsulum decessorumque nostrorum præcepta metiri, ut quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit, adhibita consideratione diligent, quantum fieri potest temperemus... priscis igitur pro sui reverentia manentibus constitutis, quæ, ubi nulla rerum vel temporum perurget angustia, regulariter convenit custodire.* Hæc quidem Gelasius, cum propter instantem Ecclesiæ necessitatem Indulsit, ut monachi intra annum, laici vero intra menses decem et octo presbyterii gradum adipiscerentur, quem nonnisi post longiora temporum intervalla juxta canones poterant obtinere. Perrare sunt apud antiquos hujuscemodi dispensationes in antecessum datæ. Hæc enim antiquarum et hodiernarum dispensationum summa differentia est, ut Marca loquitur, quod apud veteres nunquam daretur venia canonis infringendi, sed infracti et violati pena ob gravissimas causas aliquando remitteretur; hodie vero legum canonicarum venia in antecessum concedatur. Ea erat antiquitas omnium adversus sacros canones reverentia, ut ipsi summi Pontifices, penes quos potior auctoritas semper fuit, hanc sibi nolint concessam fuisse potestatem quidquam contra Patrum statuta faciendi: *Contra statuta Patrum, inquit Zozinus Epist. 5. Concedere vel mutare ne hujus quidem sedis possit auctoritas; apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta Patrum sanxere reverentiam.* Eadem religione ductus Cælestinus I. Epist. 3. ad Episcopos Illyrici scribit: *Dominentur nobis regulæ, non regulis dominemur: simul subjecti canonibus, cum canonum præcepta servamus.* Idem S. Pontifex Epist. 5. ad Episcopos Apuliae et Calabriae acrius invenit in eos qui spretis canonibus laicos ad Episcopatum promoveri cupiebant, non solum, inquit, male de suis Clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes; sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes. Verum quanta quanta fuerit Romanis Pontificibus ceterisque virtute præstantioribus Episcopis religio in observandis veteribus regulis, sæpe tamen pro majori Ecclesiæ utilitate nonnihil ab iis recedere coacti sunt, hancque mitiorem agendi rationem appellatur Jurisconsulti *Dispensationem*: cujus hodie is usus est, ut neque nomen ab ullo quoquam ignoretur. De Dispensationibus data opera egerunt Petrus de Marca lib. 3. de Concordia Sacerdotii et imperii cap. 13. et seqq. Thomassinus de Disciplina Eccl. part. 2. lib. 3. cap. 24. etc.

\* Stat. Præmonst. Mss. dist. 3. cap. 2: *Qui autem non clamatus veniam de hoc*

*sponte sua postulaverit, correctionem non accipiet: sed, sicut dictum est, sine Dispensatione jejunabit.* *Dispensacion*, pro Licentia, in Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 565.

*DISPENSATIO* in Matrimonii. Vide *Generatio*.

\* *DISPENSATIVUS*, Qui remitti et relaxari potest. B. de Amoris in Speculo sacerdot. Ms. cap. 27. de Peccatis venialibus:

Mortificativa non sunt, sed Dispensativa... Multis namque modis dominus veniale remittit.

*DISPENSATOR*, Qui expensa et accepta compensat et impendit. Gloss. Græc. Lat.: *Dispensator*, οἰκονόμος, ἐπιδαπανητής. Glossæ Basil.: Δισπενσάτωρ, οἰκονόμος. Papias ex Varrone lib. 4. de lingua Lat.: *Dispensator, cui creditur administratio pecuniarum, quia prius quam dabant pecuniam, non numerabant, sed appendebant eam.* Apud Evodum lib. 2. de Miracul. S. Stephani cap. 5: *Dispensator pecuniarum publicæ Carthaginiensis Civitatis.* Epitaphium Ambrosii Primitivii Notariorum sub Pipino Rege, Romæ: *In creditam sibi rem fidelissimus Dispensator.* Denique J. C. *Dispensator* est servus, quem dominus præposuit Calendario, hoc est, pecuniis credendis sub usuris. Ita Cujacius tract. 8. ad African. Vide Salmas. in Disquisit. de Mutuo pag. 266. Vincentius Belvacensis lib. 29. cap. 118. de quodam Oeconomo: *Quia Tantalus erat in rei familiaris custodia, bonus Dispensator et prudens et fidelis, quod rarissime in Dispensatoribus invenitur.* Sed proprie

*DISPENSATOR* dictus, qui in palatiis Regum aut Principum *Oeconomus, Major domus*, nostris *Maître d'hôtel*. Idem Papias: *Oeconomus, Dispensator, Dispositor Regiæ domus.* Vitalis Episcopus Oscensis apud Blancam in Comment. Rer. Arag. pag. 782: *Post Regem (Aragonum) Dispensator domus Regiæ, qui dicitur Major domus.* Leges Alfonsinæ, seu *Partidæ*, part. 2. tit. 9. lege 13: *Dispenseros son otros oficiales, que han de comprar las cosas, que son menester para gobierno del Rey, e por esso les llaman assi porque ellos despiden los dineros de que las compran.* Leonius Presbyter in Historia sacra MS. de Josepho:

... Ut Benjamin una Videt adesse Joseph, Dispensatore vocato, Intra tecta viros recipi, festasque parari Præcipiens epulas, etc.

*Dispensatores* inter officia domus Augustæ non semel memorant veteres Inscriptiones apud Gruterum pag. 595. et 597. Ita apud Hincmarum de Ordine Palatii cap. 17. recensentur inter Ministeriales Palatii Francici. In veteri Charta, descripta in Historia Prioratus S. Martini de Campis pag. 479. refertur *Azo Regis Francorum Dispensator*. Vide Hugonem de Cleeris de Majoratu Franciæ.

In Palatiis Regum Angliæ *Dispensatores* non semel occurrunt. Apud Rogerum Hovedenum 1. part. et Florentium Wigorniensem, *Edricus Dispensator Haroldi Regis Angliæ*, et *Stir Major domus*, dicuntur: ut in Monastico Anglicano tom. 1. pag. 132. 627. 657. *Robertus Regis Angliæ*, et *Osmundus Dispensator Comitiss de Warena.* Apud Matthæum Paris, *Galfridi Dispensatoris*, Militis egregii, et Regis Angliæ specialis Consiliarii mors indicatur sub ann. 1251. Notissima præterea in eo regno nobilissima *Dispensatorum*, seu *des Dispensiers* familia, quæ ab hocce munere nomen

assumpsit, quo etiam ejusmodi *Dispensatores* appellabant nostri; non vero quod nepotes seu effussi essent, uti censuit Petr. Faber lib. 3. Semest. cap. 19: pag. 294. Le Roman de Garin MS.:

Au Mangier serf Dan Hue de Belin,  
Dispensiers fu li Bourgoins Auberis,  
Girart del Liege, et l'Alemant Oris,  
Eschançon fu Geuffrois li Angevins.

Le Roman de Jordan de Blaye MS:

Lors en apelle li fein des Dispensiers,  
Dedans la charte li portent à manger.

Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Varlez de chambre, escuiers, officiers,  
Portebuffez, eschançons, Dispensiers.

Vide Fragmentum Petronii pag. 6. Rainaldum Vezel. in Vita S. Hugonis Abb. Cluniac. n. 30. etc.

\* Inter ministeriales domus Theodoricis comitis Flandriæ Rogerius *dispensator* subscribit Chartam ann. 1151. Vide Comment. Acad. Inscript. tom. 9. ubi de Inscript. Lingon.

\*\* DISPENSATOR ECCLESIE. Marius Mercator. pag. 186: *Charisius quidam nomine presbyter et Dispensator sanctæ ecclesiæ Philadelphicæ civitatis. Vide Oeconomus et Οικονόμος* in Glossar. med. Græc. Dispensatoris in Monasterio Novillarensi meminit Victoris IV. PP. Brev. ann. 1162. in Alsac. Diplom. num. 303: *Victor. ep. serv. serv. Dei, dilectis in Christo filiis, abbati Erphoni sancti Petri Navillarensis et Philippo Dispensatori ecclesiæ S. Adelphi.... Dispensator vero prebendarum administrationem ab abbate suscipiet et fidelitatem ei faciet.... licebit abbati, illo deposito alium de jure constituere Dispensatorem. Obedientiam autem pro susceptis beneficiis prebendarum tam ipse Dispensator quam reliqui fratres abbati devote promittere debent et humiliter exhibere. Post obitum vero abbatis a successore ipsius Dispensationem ipsam Dispensator repetet, et in ejus erit arbitrio concedere vel non concedere.*

† DISPENSATORIA CAMERA. Vide *Dispensa* 2.

\* DISPENSATORIE, Ut prudentem dispensatorem seu oconomum decet. Epist. Abbon. Floriac. tom. 10. Collect. Hist. tom. Franc. pag. 436: *Quorum opinionem adeo veram credidi, ut eorum declamatoriam orationem vestris auribus Dispensatorie allegarem. Vide Dispensator.*

\* DISPENSATORIUM, Canalis, quo aqua dispensatur et distribuitur. Charta an. 1229. ex Cod. reg. 4659: *Quam (aquam) accipietis in callata pontis Boni passus citra ipsum pontem, ubi facietis Dispensatorium, per quod ipsa aqua taliter valeat dispensari, ut semper excludi et detineri valeat sine dampno.*

\*\* DISPENSATORIUS, Ad Dei dispositionem pertinens. Vide *Dispensatio* 1. Hieron. in Isai. 14, 53, 12: *Qui Dispensatoriam inter Petrum et Paulum contentionem vere dicunt jurgium fuisse atque certamen. Marius Mercator. pag. 302: Ex utraque est Christus, ex deitate et humanitate, secundum Dispensatoriam adunationem. Conventio Dispensatoria carnis, ibid. pag. 296. Adde pag. 375. et 381.*

† DISPENSATRIX, Procuratrix, Quæ dispensat, disponit, ordinat, distribuit. S. Hieron. Quæst. Hebr. in 1. Paralip. 1: *Mezaab filia aurificis, quæ duos patres habere describitur, ad significandum mysterium sub una interpretatione nominum: ut aurifex genuerit Dispensatricem, Dis-*

*pensatrix genuerit benignitatem Domini. S. Ambr. Off. lib. 1. cap. 12: Plerique revocantur ab officio Dispensatricis misericordie.*

† DISPENSIO, ut *Dispensa*, Sumtus, impensa, Gall. *Dépense*. Histor. Monasterii Chombergensis apud Raymund. Duellum Miscell. lib. 2. pag. 276: *Hoc anno hic bene agit. Sequenti anno tanta Dispensio ibi pro quibusdam causis ex operatione antiqui hostis est excitata, ut magna pars Fratrum, etiam ipse Abbas inde discederent.*

† DISPENSOR, ἑτερογνώμων, Dissentiens. Supplem. Antiquarii. Legendum *Dissensor*, ut *Assensor*. Assentiens.

\*\* DISPERSARE, pro *Desperare*, in Vita S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 10. lin. 25.

† DISPERGAMENTUM, DISPERGATIO. Vide in *Disparagare*.

\*\* DISPERGARE, forte *Disbrigare*, Lite et molestia liberare, evictionem præstare. Charta ann. 1275. in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 757: *Nos bona vendita per nos D. decano et capitulo ecclesiæ Aschaffin. auctorizabimus et Dispergabimus ab omni persona, cui ipsa bona obligata forent, etc.*

† DISPERSONARE, Injuria afficere, verbis injuriosis dehonore. Quoniam Attachiamenta cap. 40: *Si quis Dispersonaverit Baillivum, in curia Domini sui, seu maledixerit ei ibidem: debet inclamari de suo malefacto commisso. Occurrit præterea cap. 91. 104. et in Itinere Camerarii Scotici cap. 89.*

DEPERSONARE, Eadem notione dixit Matthæus Paris: *Non est Depersonatus mihi ministrando, cum sis filius Comitiss, ego Regis et Reginæ. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 200: Si, inquit, istum non adjuvero, non dilexero, non ea tracta vero caritate et dulcedine, qua Bruno Willelmum, Depersoner ab honore meo. Vide Personatus.*

DISPESSUS. Capitula Ludovici Pii et Lotharii ann. 821: *Deinde in nostro regno beneficium non habeat, et alodis ejus Dispessis vocibus in bannum mittatur.*

† DISPEX, δεικνύτης, Acute cernens. Supplement. Antiquarii, et Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Minutius Octav.: *Dispicis Isidis ad hirundinem sistrum.*

† DISPICATUS. Vide *Dispeccatus*.

DISPICULARE, Sagittare. Papias. Spicula emittere. [Eadem habet Glossar. Sangerm. n. 501.]

DISPIGNORARE, [DISPIGNERARE,] Idem quod *Disvadare, Desgagar*, pignus reluere. Lex Longob. lib. 1. tit. 23. § 2. [\*\* Roth. 351.]: *Si de ipsis peculis aliquod mortuum fuerit, suæ negligentie reputet, quod Dispignorare neglexerit.* [Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 64: *Postea esset multis impignerata et Bertramnus non posset eam Dispignerare. Vide Dispignerare.*]

DISPILARE, Compilare, expilare, συλεῖν. Gl. Gr. Lat.

DISPISCARI, Contra jus et fas piscari in aliorum vivariis. Charta Alfonso VII. Regis Hispaniæ æræ 1152. apud Antonium de Yopez, in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 6: *Nullus itaque potens homo vel impotens sit ausus intra prædictos terminos violenter intrare, vel aliquid... inde asportare, nec pascare cum pecoribus, nec Dispiscari vivos De die de nocte, nec temere hæreditates, etc. Hinc forte nostrum *despicher*, pro rem aliquam cito conficere, quod faciunt, qui furtive piscantur.*

DISPLACENTIA, Molestia, offensa, Gall. *Desplaisance, desplaisir*. [Ital. Dis-

*placenza,*] Thwroczius in Ludovico Rege Hungar. cap. 27: *Bona eorum confiscaverunt in Displacentiam Regiæ Majestatis.* Galli dicerent: *En dépit du Roy*, in despectum Regis, *pour faire Desplaisance, ou Desplaisir au Roy.* Idem cap. 30: *Et propter hoc Displacentiam Regiæ Majestatis incurrit.* Cap. 34: *Contra D. Karolum Imperatorem, pro quibusdam Displacentiis, Rex personaliter cum magno exercitu... perrexit.* Ericus Upsalensis lib. 5. Hist. Suevicæ pag. 166: *Petentes et ipsi suppliciter, ut ipse eis omnem Displacentiam remitteret et rancorem.* [Seneca de Tranquillitate vitæ cap. 2: *Hinc illud tædium et Displacentia sui.* Occurrit apud Rymerum tom. 1. pag. 769. et tom. 8. pag. 305. Murator. tom. 12. col. 498. 599.]

DISPLACIDUS, Morosus. Gloss. Isid. Addit Papias, *Inconveniens.*

\* DISPLANARE, Evertere, æquare solo, Gall. *Raser*. Steph. de Infestura Ms. ubi de Innoc. VIII. PP: *Videns postea Innocentius dictorum rusticorum inconstantiam;... et quod rupta fide iterum contra Ecclesiam ad Ursinos revertebantur, incontinenti mandavit dictum castrum funditus et a radice Displanari.*

† DISPLANS NEMUS, pro *Deplantatum*. Vide locum in *Berra*.

\* DISPLAYS. Vide infra *Displois*.

† DISPLICARE, Explicare, expandere, Gall. *Deplier*. Bernard. Monach. Ord. Cluniac. part. 1. cap. 72: *Interim socius ejus vestimentum disligat, amictum Displicatum capiti applicat, albam a parte capitis plicatam, tenendo ora expansa, cum cingulo et manipulo donat.* Vita B. Coletæ cap. 6. n. 37. Martii tom. 1. pag. 549. B.: *Et displicato dicto rotulo legens, etc.* Barthius in Glossario ex Fulcherii Carnot. Hist. Palæst. *Displicari*, Extendi et voltare. *Vexilla Displicata*, apud Rymer. tom. 3. pag. 924.

\* DISPLICARE LITTERAM, Reserare, vulgo *Ouvrir une lettre*. Deposit. Guill. Catallani ex Bibl. reg.: *Vidit ibi (in scrinio) quandam litteram plicatam, . . . quam litteram non Displicavit iste qui loquitur.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Desplegar, Prov. Displicare.*

† DISPLICENTER, Ægre. Occurrit in nova Gall. Chr. tom. 3. Instrum. col. 221. et in Bullario Carmel. pag. 124. col. 1.

\* DISPLICENTIA, Dissidium, controversia. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 67: *Submissio dicti ducis Aurelianensis de aliquibus Displacentiis seu controversiis inter ipsum et ducem Burgundiæ habitis.* Vide alia notione in *Displacencia*.

† DISPLICIBILIS, Displiciens, Gall. *Deplaisant*. Legitur in Hist. Dalph. tom. 2. pag. 347. col. 1. et in Actis S. Franciscæ Romanæ, Martii tom. 2. pag. 134.

\* Stat. ann. 1357. ex Tabul. Massil.: *Attentis importunitatibus dominarum hujus civitatis Massiliæ diu gravantium civitatem importabilibus sumptibus in arnesis pomposis. Deo et honestis Displacibilibus, etc.* Vide supra *Desplacibilis*.

\* DISPLICITUS, Molestia, offensa. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 291: *Quæ verba supplicans habuit ad magnum Displacitum.* Galli diceremus, *Eut à grande déplaisance.* Vide *Displacencia*.

\* DISPLODERE. [Discutere. DIF.]

† DISPLOIS, ut supra *Diplois*, Læna duplicata. Hist. Dalph. pag. 126. col. 2. in Computo ann. 1336: *Item duodecim Displodes de fustonyo pro XII. s. gr.*



\* Stat. ann. 1320. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 162: *Item quicumque portaverit arma defensiva, ut pote haubbergerium,.... Displayden (sic) sive jupam majoris ponderis, etc.* Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 182: *Petrus Petri, qui erat tuschanus, homo pessimus, malæ vitæ et conversationis inhonestæ,.... armatus quodam Disploide, Gallice jaque, etc. Item plus duas Displaydes sive giponos cirici nigri, in Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.*

\* **DISPLOSUS.** [Distinctus. DIF.]

**DISPOLIATUS, DISPOLIUM.** Vide *Despoliare.*

\* Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 109: *Dictos tres homines vulnerarunt et occiderunt Dispoliaque sua sibi ceperunt.* Vide in *Despoliare.*

\* **DISPONSARE, pro Desponsare,** in Vita S. Galli ap. Pertz. Scriptor. tom. 2. pag. 10. lin. 29.

\* **DISPORTO.** [Hinc inde porto. Not. Tir. p. 11. *Disportat.*]

† **DISPORTUS,** ab Anglico *Disport,* Oblectamentum, Gall. *Divertissement.* Charta Henrici VI. Regis Angl. ann. 1449. apud Rymerum tom. 11. pag. 251. col. 2: *Causa venandi, piscandi, aucupandi, Disportum aut solatium in eisdem exercendi.* Similia leguntur pag. 297. col. 2. et alibi passim. [\* Vide supra in *Deportare* 2.]

1. **DISPOSITIO.** Charta Ordonii Regis Hispan. æræ 960. apud Anton. *de Yopez* in Chron. Ordin. S. Benedicti tom. 3: *Libros Ecclesiasticos, hi sunt Antifonarios.... psalterium, libros saciales, i. Homiliarum, Dialogorum, Homilia, Profetarum, Dispositio Esaiæ Profetæ, etc.* Vide infra *Dispositum* 3.

2. **DISPOSITIO,** Administratio, magistratus, apud Lactantium de Mortib. Persec. pag. 82. Sidonium lib. 8. Epist. 6. lib. 5. Epist. 7. lib. 7. Epist. 12. Hinc formula frequens in Notitia Imp. et alibi: *Sub Dispositione viri illustris Præfecti Prætorio, etc.*

Alii, *Dispositiones* esse volunt, quæ a Principe ad Reipublicæ administrationem *disponebantur,* pro urgentibus rerum necessitatibus, veluti si in bellum profecturus esset, itinera annotarentur, et metationes, annonæ curarentur, etc. Quarum quidem *Dispositionum* scriinium peculiare erat, cui præerat *Magister et Comes Dispositionum,* de quibus copiose Gothofred. ad leg. 1. C. Th. de Proxim.

Paulo aliter Commentator Notitiæ Imperii in cap. 97. *Qui scriinium Dispositionum tractabant, Referendarii vocabantur. Hi supplicum desideria aut iudicum consultationes Principi insinuant, et responsa data consulentibus mittebant, quæ Mandata dicebantur. Hi pauci erant initio: postmodum a Justiniano 18. postea ad octo redacti. Principum responsa quæ super litibus emanabant, Dispositiones vocabantur.*

3. **DISPOSITIO, Urbis, templi situs, structuræ elegantia, non semel apud Alypium Antiochenum in Descript. orbis.**

\* 4. **DISPOSITIO,** Dispensatio, arbitrium, potestas, Gall. *Disposition.* Charta ann. 879. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 415: *Eo videlicet modo, ut et numerus canonicorum ob hoc augetur, et stipendia eis ex hac villa ad Dispositionem episcopi tributur.* Galli dicimus, *A la disposition.* Hinc

\* **DISPOSITIVE,** Animum, voluntatem, desiderium significando. Annal. Vict. Mss. ad ann. 1378. ubi de Romanis petentibus, ut nemo nisi Romanus aut

Italus in Papam deinceps eligeretur: *Omnes una voce tumultuosa et horribili clamaverunt et vociferaverunt Dispositive aliqui, Romanum vel Ytalicum volumus vel habebimus. Aliqui præceptive, Romanum vel Ytalicum habeamus, alioquin, etc.* Vide *Dispositum* 1.

1. **DISPOSITUM,** Animi decretum, statutum, consilium, arbitrium, *Dessein, intention, Disposition.* Lex Wisigothorum lib. 6. tit. 5. § 16: *Qui ex suo Disposito, vel malæ voluntatis affectu tale nefas committit.* Leo III. Epist. 6: *In vestrum arbitrium et Dispositum committimus.* Et Epist. 10: *De mansis, quos per vestrum Dispositum Herminus fidelis vester nobis reconsignavit.* Nicol. I. PP. Ep. 27: *Venturamen quoniam circa Missam S. Joannis, de quo diximus, Lotharium Dispositum habet denuo commonere, non moleste tulimus.* Ado Viennensis in Chron. ann. 727: *Eo quod Carlomanus Dispositum haberet sæcularem militiam relinquere.* Julianus in Histor. Wambæ Regis: *Recognosco hoc Dispositum pugnæ ab æmulo meo procedere, hic ipse est, nec alius, puto; in suis enim eum Dispositionibus recognosco.* Paulo ante: *Dispositum belli.* Diurnus Romanus cap. 6. tit. 19: *Cujus exactionem per nostrum Dispositum fecisse dignoscitur, id est, nostro mandato.*

2. **DISPOSITUM,** pro *Depositum,* nisi ita legendum sit, habent Constitutiones Galteri Senonens. Archiep. ann. 923. cap. 2: *Propter scandala gravia, quæ ex Monialium conversatione proveniunt; statuimus de Monialibus nigris, ne aliquem Dispositum recipiant in domibus suis ab aliquibus personis, nisi de licentia Episcopi sui, maxime arcas Clericorum vel Laicorum, custodiæ causa minime permittant apud se deponi.*

3. **DISPOSITUM,** pro Expositione seu commentario. Testamentum Heccardi Comitiss Augustodunensis: *Missale plenarium cum Evangelis et Epistolis, unum textum minore, unum Dispositum super Evangelium majorem.* Ita *Dispositio* supra sumitur.

† 4. **DISPOSITUM,** Dispositio, Regula, Lex, Gall. *Disposition, Regle, Ordonnance.* Lambertus Abbas S. Rufi ann. circiter 1110. Epist. ad Clericos in Anecdotis Martenianis tom. 1. col. 393: *Te cuncti in publico, te in agro rustici aratores ac vitatores quotidie graviter lacerabunt, si contra Dispositum fidei, cum feminis habitare contendis.*

**DISPOSITUS.** Vide *Despotus.*

† **DISPOSITUS BACCALAUREUS.** Vide *Baccalauræi formati.*

† **DISPOSSIDERE,** Rei possessione aliquem depellere, deturbare, Gall. *Deposeder.* Donatio Bernardi Comitiss Petracensis Monasterio S. Salvatoris de Sarliato, inter Instrum. tom. 2. Gall. Ch. tom. 2. col. 495: *Si quis hæreditatem Dispossidere tentaverit, maledicatur per universum orbem.*

† **DISPOTESTARE,** Rei alicujus potestate seu possessione depellere, dejicere. Notitia judicati ann. 876. Marcæ Hisp. col. 799: *Illorum potestas exinde disrupta nunquam fuit usque quod iste præsens Dominicus eos exinde Dispotebat injuste.*

\* **DISPROPORTIONARE,** Proportionem non servare, Gall. *Disproportionner.* Leonard. in Speculo lapid. lib. 1. cap. 1: *Et multoties tale humidum Disproportionatur in fluxibilitate, licet in quantitate sufficiens sit, et ideo magis residet in una parte quam in alia.*

**DISPUDITUM, Puduit, rubor fuit.** Papias.

\* **DISPULVERO,** [In pulverem redigo. Nævius apud Non. 2. 206. Saxa, silvas, lapides, montes disjicis, *Dispulveras.*]

† **DISPUNCTOR.** Gloss. Græc. Lat.: *Ἐκλογιστής, Dispunctor.* Tertull. adv. Marc. 4. 17: *Judex et Dispunctor meritorum.* Vide *Dispungere.*

\* In Cod. reg. *Disputator,* ex Castigat. in utrumque Glossar.

† **DISPUNCTUARE,** Dispungere, delere: quod hic dicitur de iis qui missi fiunt, et quibus datur abeundi licentia. Charta Henrici VII. Reg. Angl. ann. 1485. apud Rymer. tom. 12. pag. 280. col. 1: *Potestatem generalem et mandatum speciale... stipendiarios... in dictis villis, turris, castris et marchis... exonerandi et Dispunctuandi.*

**DISPUNGERE.** Gloss. Isid. et Papias: *Dispungere, Donare. Dispunctores, qui dona militibus erogant.* Vide *Juriscons.* [et Grævium ad Glossas Isid.]

1. **DISPUTARE,** Asserere. W. Brito lib. 11. Philipp.

Imperiali

Standardo mundi dominum se Disputat Otho.

Infra:

Se dominatorem totius Disputat orbis.

† 2. **DISPUTARE,** Inquirere, Gall. *S'enquerir, S'informer.* Petrus Damiani lib. 4. Ep. 7: *Noli Frater, noli patere muneribus: non omnibus quæ præbentur liber apud te pateat aditus: sed quædam admittantur, ut in necessitatibus sublevent, ne reatus alienos ponderibus gravent.* Dum igitur oblata suscipimus, de offerentium meritis prius necesse est *Disputemus.*

**DISPUTATIO,** Collatio Monachorum. Regula S. Pachomii cap. 21: *Disputatio autem præpositis domorum per singulas hebdomadas tertio fiet.* Vita S. Geremari Abb. Flaviniacensis cap. 15: *Tertia vero hora diei post lectionis Disputationem, id est, post Collationem de lectione.*

\* **DISPUTATORIUS,** Ad disputationem elucidandam pertinens. Epist. Ludov. Pii et Loth. ann. 825. apud Baluz. tom. 1. Capitul. col. 645: *In sacris sunt litteris admodum eruditi, et in rationibus Disputatoriis non minimum exercitati.*

† **DISPUTULA.** Annal. Mutin. ad ann. 1306. apud Murator. tom. 11. col. 77: *Arcana etiam Notariorum in dicto palatio existentia, Disputulas et strumenta, et scripturas, et etiam libros æstimatorum existentes in scriniis dicti palatii per plateam undique laceraverunt, et alia multa puerilia et stulta operati sunt ipso anno.*

\* Ab Italico *Disputa,* Quæstio, disceptatio, inquisitio. Vide *Disputare* 2.

† **DISQUIT, Audit, cognoscit.** Papias. f. *Disquir.*

† **DISRAINNIARE, DISRAINNARE, DIRATIONARE.** Vide *Dirationare.*

\* **DISRAMBARE,** Lit. ann. 1362. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 612: *Cum... gentes loci prædicti et ejus bajulæ etiam extiterint Disrambatæ fere omnibus bonis suis mobilibus per Espanos, etc. Ubi doctus Editor recte emendat *Disrauba-tæ.* Vide *Derobare.**

\* **DISRATIFICARE,** Improbare, Gall. *Désapprouver.* Procurat. ann. 1340. ex Tabul. Flamar.: *Dans... speciale mandatum ratificandi, impetrandi, contradicendi, etc.*

\* **DIRATIONARE,** Rationibus pensatis judicare, definire. Lit. Joan. comit. Pontiv. ann. 1184. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 53: *Statutum est quod si in præsentia duorum vel trium scabino-*

rum contractus emptionis, vel alius contractus irritus (initus) fuerit, eorum testimonio Disrationabitur. Vide Derationare. Hinc

\* **DISRATIONARIUS SERVUS**, Qui per iudicium et ex rationibus approbatus alicui vindicatur et asseritur. Charta Ludov. VI. reg. Franc. ann. 1129. ex Tabul. Carnot. : *Notum fieri volumus, quod Gaufridus Carnotensis episcopus Reverium totiusque generis sui familiam, super quos servituti calumniam imponebamus, in curia sua, dictante iustitia et iudicio, in servis suis Disrationariis; cui videlicet iudicio et veritati me acquiescente, supra dictos homines, tam sibi quam omnibus ejus successoribus, in perpetuum concessimus. Verum facile est suspicari legendum esse Disrationavit, hoc est, ex servis suis esse rationibus probavit; quam restitutionem sensus exigere videtur.*

**DISREGITARE**, De aliquo detrudere. Baldricus in Gestis Alberonis Archiep. Trevirensis : *Dicitur quoque quod aliquando Regi et exercitui ejus formam simulans contracti, et sedens in asino occurrit, et a Regina quinque solidos in elemosynam recepit, et in itinere longius comitatus processum, sub specie mendici, Regis sub mensa locatus, audivit plurima Regem ipsum cum Regina, et cum aliis suis fidelibus, loquentem de his, quæ contra Papam machinatus erat, atque inter cætera de insidiis contra ipsum Alberonem Disregitantem, et quæ viæ ipsi Romam tendenti essent interclusæ, etc.*

\* **DIRIGERE**, pro *Dirigere*, consilio juvare. Placit. ann. 844. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 468 : *Eciam iste Johannes comitis, qui tunc comitatum Sepriense abebat in cuius ministerio res ipsas erat, mihi comandavit, ut eum Diricissem, sed menime potui.*

† **DIRIVARE** LACRYMAS, *Fundere*, in Onomastico ad calcem Act. SS. Bened. sæc. 3. part. 1.

**DISRÖBARE**, [DISROBATIO.] Vide *Derobare*.

\* **DIRUMPERE**, Interlucare silvas et in culturam redigere. [\* Germ. *Umbrechen.*] Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 105. v. col. 1 : *Concessimus arpennos nemoris juxta domum prædictorum monachorum ad Dirumpendum, si voluerint. Dérompre vero, pro Depravare, corrumpere vulgo Débaucher, in Stat. ann. 1392. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 481. Vide Rumpere.*

† **DISSAGIRE**, Gall. *Dessaisir*, Possessione deturbare. Acta SS. Maii. tom. 7. pag. 128. de S. Joachimo Abb. : *Data prius saysina rerum et possessionum, quibus vel ipsi Monachi vel homines Caccurii monasterium Floris Dissagire præsumperunt.*

\* Qua ratione vero id peragebatur, docent Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 61 : *Le suppliant demanda au procureur la maniere de Dessaisir ledit Malouin d'icellui bordaige, lequel lui respondy et dist, que pour premiere fois la coustume estoit de mettre le feu hors de la maison, et faire commandement de vuyder dedens huit jours ladite maison.*

† **DISSAISARE**, Eadem notione in *Inlegiare*.

**DISSAISINA**, [Dejectio possessione, Gall. *Dissaisissement.*] Vide locos post *Saisire*.

**DISSAISIRE**, [ut *Dissagire*. Charta Henrici Regis Angliæ ann. 1155. pro Normannis apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 5. ad calcem :

*Nullus liber homo capiatur vel imprisonetur aut Dissaisiatur de aliquo libero tenemento suo vel libertatibus aut liberis consuetudinibus suis... nisi per legale iudicium Parium suorum vel per legem terræ. Occurrit alibi non semel.] Vide *Saisire*.*

† **DISSAISITOR**, Qui dejicit possessione. Vide *Saisire*.

† **DISSASIARE**, ut *Dissaisire*. Chartular. S. Vandregesili tom. 2. fol. 2037 : *Dominus Abbas assensu Capituli sui et fidelium suorum consilio prædicto Ludovico molendinum suum, de quo eum Dissasiaverat, reddidit et jure hereditario in eodem loco possidendum concessit.*

† **DISSASIRE**, Eodem significato, in *Saisire*.

\* **DISSALEGARI**, ab Italico *Disselciare*, Amovere silices, quibus via est strata, Gall. *Oter les cailloux dont est pavée une rue*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 456 : *Statuimus et ordinamus quod contrata Portanove debeat Dissalegari a pariete domus filiorum dicti Bernardini usque ad domos condam domini Guilielmi Geremie, et salegari tali modo quod aqua, que venit et labitur coram domo magistri Rainerij de Peruxio currat et velocem et liberum decursum habeat per dictam contratam.* [FR.]

\* **DISSARIRE**, in Charta ann. 1294. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 183. col. 2. pro *Dissazire*, ut legitur in Glossar. ad calcem ejusd. tom. Vide in hac voce.

\* **DISSARRARE**, a Gallico *Desserrer*. Laxare, remittere. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 19 : *Dictus de Fontaralzac... venit cum septem equitibus et balisteriis, et Dissaraverunt balistas suas, et vulneraverunt unum de equitibus dicti exponentis. Vide supra *Desserare*.*

\* **DISSASIRE DE SACRAMENTO**, Vassallum sacramento, quod domino suo præstitit, absolvere; quod a domino superiori fiebat. Charta Odon. ducis Burg. ann. 1209. in Chartul. Campan. fol. 28. r. : *Cum Blancha illustris comitissa Trecensis palatina Milonem de Montereuali Dissasiasset de sacramento hominum Chableiarum... Tandem dicta comitissa ad instantiam precum nostrorum dictum Milonem de sacramento illo resasiuit. Vide *Saisire*.*

† **DISSAVIARI**, pro *Dissuaviari*, Osculari. Hist. Cabillon. per Cussetum pag. 769. in Inscriptione arcus triumphalis erecti in honorem Marchionis Uxellensis : *Atride flore, cresce, tua ut mediocrumi numinis jussa germanitus Dissaviabitur provincia. Facies etenim ut dapsiles illi amodo luciscant dies.*

† **DISSAZIRE**, ut *Dissaisire*, in Charta Caroli IV. Rom. Regis apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 45. et in Edicto Philippi VI. Fr. Regis apud *Lauriere* tom. 2. Ordin. Reg. pag. 124.

† **DISSAISARE**, Eadem notione. Liber niger Scaccarii pag. 222 : *De Cruc sum Dissaisiatus sine iudicio, quod est feodum unius militis. Vide *Saisire*.*

† **DISSAISINA**, *Dissaisitor*. Vide *Saisire*.

\* **DISSSECTATIO**, Dissentio, dissidium. Chron. Guill. Bardini inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 22 : *Mense Julio anni 1328. abbas S. Hilarii fuit excommunicatus per episcopum Carcassonensem, ob id quod in curia regis contradixerat Parisiis juribus et privilegiis episcoporum. Durum est quod amissimus sequelam tantæ Dissectationis.*

\* **DISSEDERE** pro *Dissidere*, in Nithard. Hist. lib. 1. cap. 4.

\* **DISSELLARE**, Sella exuere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Dessellar, Prov. Dissellare.*

† **DISSELLATI** EQUI, Sella exuti, in Gestis Consulum Andegav. cap. 13. n. 5.

† **DISSENSOR**. Vide *Dispensor*.

\* **DISSENSUS MATRIMONII**, Ipsius recessio Gall. *Dissolution*. Acta dissolut. matrim. Ludov. XII. fol. 149. v. ex Bibl. reg. : *Dicit quod de tempore regis Caroli, rex modernus non ausus fuisset declarare suum animum quoad Dissensum hujus matrimonii. Dissense, pro Dissention, Dissentio, in Stat. ann. 1389. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 280. art. 12.*

\* **DISSENTERICUS MORBUS**, Dysenteria, intestinorum tormina, Gall. *Dysenterie*. Joan. de Trokelowe Annal. Eduardi II. reg. Angl. pag. 35 : *Morbus enim Dissentericus, ex corruptis cibis conceptus, fere omnes maculavit.* [\* *Dysenteria*, in Vita S. Anskarii cap. 40.] *Dissintere*, apud Guiart. ad ann. 1243 :

Fu saint Loïs le dous, le sade  
De jouste Pontoise malade,  
A Maubuisson en l'abaie  
D'une très cruel maladie,  
Très vanimeuse et très amere,  
Que l'en appelle Dissintere.

\* **DISSENTIVUS**, Discrepans, contrarius. Virgil. Grammat. pag. 49 : *Lege ergo singulorum libros, et scrutare, et considera, et vide quid in eis congruatum atque unanime, ut ita dicam, quidve divisum ac Dissentivum.*

\* **DISSEFARE**. Charta ann. 1215. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Concessi... culturam de Marleiz et magnum campum, sicut se Dissepat, de feodo de Esquetot. Id est, ni fallor, prout jacet et distenditur. Vide supra *Dictare* 2.*

† **DISSEPTUM** vocatur, quod ventrem et cætera intestina secernit. Macrobi. Comment. lib. 1. cap. 6. Galli *Diaphragma* a Græco διαπραγμα nuncupant. Martinius in Lexico et Laurentius in Amalthea eadem notione dicunt *Dissipium*.

† **DISSEQUI**, Assequi, obtinere, Gall. *Acquerir*. Responso Radulfi Remorum Archiep. anno circiter 1120 : *Si domus, de qua nobis scripsistis, in claustrum est, ibique nullus laicus possessionem habere debet... Petrus filius Adam eam per clamorem suum nullatenus Dissequi debet.*

† **DISSERRARE**, Italis *Disserrare*, Aperire, Gall. *Ouvrir*. Miracula S. Wernheri, April. tom. 2. pag. 705. E. : *Fuit nobis supplicatum, ut eandem cistam quercinam, unica simplici dumtaxat sera seratam... absque vi Disserrare paternaliter dignemur. Gallis *Desserrer* est Relaxare.*

† **DISSERE**, pro *Dicere*. Dominus Bertrandus Dissebat ad se pertinere, etc. in Archivis S. Joannis Tholos. Ord. Equitum Melit.

† **DISSERTITUDO**. Vide *Disertitudo*.

**DISSERTOR**, Interpres, Commentator. Vita S. Hieronymi, edita a Mabillonio : *Sacræ bibliothecæ Scrutator*, (i. e. Sacræ Scripturæ Interpres) *divinorum Dissertor voluminum, etc.*

\* **DISSISIRE**, Possessione deturbare, Gall. *Dessaisir*. Charta Henr. II. reg. Angl. pro libert. Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 35. v. col. 2 : *Nullus liber homo capiatur, vel imprisonetur, aut Dissesiat de aliquo libero tenemento suo, aut liberis consuetudinibus suis, aut ligetur, aut exulet, aut aliquo modo destruat, etc.* Quæ ex eod. Reg. ita edidit Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. v. art. 34 : *Imprisonetur,*

aut dissaisiatur... exulatur. Vide supra Dissagire.

† **DISSESSUS**, ut supra Discessus, Obitus, Gall. Decès. Privilegium Agiradi Episc. Carnot. ann. 696. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. XVI : Cui ipsum se viventem sub se aut post suum Dissessum instituerit.

**DISSICIO**, pro Disseco, Jo. de Janua : Dissicere, removere, separare : componitur a dis, et secare. Gloss. Gr. Lat. : Διακοπή, Dissicio, Dispargo, Dissipo. S. Ambrosius : Ille veteris militiæ more Dissicere hostium cuneos, etc. Prudentius Hymno 1 : Tu Christe somnum Dissice. Ubi Iso Magister, Dissice, defectivum verbum est. Adde lib. Peristeph. Hymn. 8. v. 209. Paulinus [Epistola ad Desiderium pag. 261. edit. 1685 : Nos in area sua ventilat, in nobis purgat triticum, Dissicit paleas, urit zizania.] lib. 3. de Vita S. Martini :

Dissiciensque cavæ fluitantia vellera nubis.

Lib. 8 :

Dissiciens ruptis membrorum vincula modis.

Eod. lib. :

Dissiciens sparsam procul a compage ruinam.

Denique lib. 6 :

Dissiciens, longeque suis Divortia ripis.

Ita in omnibus MSS. legi asserit Juretus, ut et apud Juvenum lib. 2 :

Dissicit ille mei pecoris per devia pastus.

Et apud Marium Victorem lib. 1. in Genesim :

... Signataque limite certo  
Tempora Dissiciens certa statione peracta.

Et lib. 3 :

SI tunc in partes populus se Dissicit unus.

Carmen de miseria vitæ humanæ, apud Barthium lib. 44. Advers. cap. 17 :

Utinam et tuorum nulla affectum  
Vitalis eadem Dissicet victoria.

Vide Savaronem ad Sidonium Carmine 5.

\* Nostris Descaler alias, pro Desecare, vulgo Couper, scier. Charta ann. 1320. in Chartul. S. Nicas. Mellet. : Item les pasturages et usages, que les habitans ont es marais de mener leurs bestes pasturer et Descaler l'herbe, etc.

**DISSIDO**, is, pro Dissideo. S. Gregorius lib. 4. Moral. initio : Sed dum a semetipsis per contrarietatem Dissidunt, lectorem ad intelligentiam veritatis mittunt. Ita legit Jo. de Janua.

**DISSIGILLARE**. Ugutio : Dissigillare, diversis modis sigillare, vel sigillum removere. Vide Dissignare 2.

\* Instr. ann. 1405. inter Probat. tom. 8. Hist. Nem. pag. 187. col. 1 : Audito prius tenore dicti rotuli instructionum, de quo in dictis literis fit mentio, quem apperuit et Dissigillavit dictus dom. locumtenens, etc. Vide Dissignare 2.

1. **DISSIGNARE**, pro Dissaisire, seu extra saisinam ponere. Ita in veteri Charta Italica apud Ughellum tom. 7. pag. 571. nisi mendum subsist.

2. **DISSIGNARE**, Signum sive sigillum dissolvere. Gloss. Gr. Lat. : Ἀποσφραγίζω, Absigno, Designo, Resigno. Ἀποσφραγιστής, Resignator. Willelmus Neubrigensis lib. 2. cap. 7 : Sepulto patre, testamentum Dissignatum est.

**DISSIGNATOR**, seu solutor signaculi, apud S. Augustinum lib. 2. de Morib. Manichæor cap. 13.

\* **DISSIMILARE**. [Subsannare. DIEF.]

\* **DISSIMILITUDO**. [Pro Dissimulatione. Sciop. de stil. hist. 194.]

\* **DISSIMULATIVE**, Dissimulanter. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 8. Hist. Nem. pag. 21. col. 1 : Interdum vos, vicarie et judez, Dissimulative vos absentastis per aliquos dies, etc. Dissimulé, pro Déguisé, simulatus, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 224 : Lesquelz compaignons estoient en habiz Dissimulez comme pillars.

\* **DISSIMULOR**, Blandior, ἀντιζωαί, in Glossar. Lat. Gr. ex Cod. Reg. in Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **DISSIPARE**, f. Frangere, rumpere. Pactum inter Henr. IV. reg. et Pisan. ann. 1081. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 19 : Firmiter statuimus quemquam hominum, nisi communi consensu eorum, nec raras apprehendere, nec Dissipare, nec sigillare infra civitatem Pisæ, neque in burgis, si foras civitatis ipsi habuerint eminentia. Vide mox Dissire.

1. **DISSIPATUS**, seu DISHYPATUS, Dignitas in Imperio CP. cuius mentio in aliquot Chartis Italicis apud Ughellum tom. 7. Italiae sacræ pag. 411. et 1071. ubi Ricardus Jucez Augustalis Dissipatus, sub Alexio Comneno Imp. et Joannes filius Ursi Imperialis Dissipati, sub ann. 1178. occurrunt. At quæ τῶν διοπατῶν fuerit dignitas, non memini me legisse. Hanc certe appellationem Romanorum Dictatori tribuit Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062. et Suidas : Διαπάτωρ ὁ διαλασίαν τὴν ἀρχὴν ἔχων, ὁ παρὰ Ρωμαίους Διοπάτωρ καλούμενος, ἢ ὁ μονάρχης, ὁ πάντα κρατῶν. Id constat, nobilissimæ familiæ Byzantinæ nomen dedisse, ex qua memorantur ab Authore incerto post Theophanem sub Leone Bardæ filio, Thomas Dishypatus : in jure Græco-Romano pag. 288. Dishypatus alter sub Alexio Comneno, a Niceta in Andronico lib. 1. cap. 11. Georgius Dishypatus Lector Ecclesiæ Sophianæ : Manuel Dishypatus Archiepiscopus Thessalon. sub Theodoro Lascari apud Pachymerem lib. 1. cap. 11. Georgius Dishypatus sub ann. 1497. apud Phrantzum lib. 2. cap. 11. denique David Dishypatus, cujus scripta contra Barlaamum et Acindynum asservantur in Bibl. Regia Cod. 692. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 816.]

\* 2. **DISSIPATUS**, Pravus, in Onomast. ad calcem tom. 3. Act. SS. Mart. Locum non profero, quia falso indicatur.

† **DISSIPERE**, pro Desipere, Insipienter agere. Angelomus in Genesim cap. 2. apud Bernard. Pex tom. 1. Anecd. part. 1. col. 74 : Anima modo proficit, modo sapit, modo Dissipit.

† **DISSIPIUM**. Vide Disseptum.

\* **DISSIRE**, Desuere. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Dessir, pro Avellere, diruere, in Chartul. sign. Cæsar Corb. fol. 63. vº : Fut donné congié à Jehan Baye marchant pour Dessir et rassis deux ou trois quarreaux de grez au devant de son huis. Et fol. 79. rº : A esté donné congié... pour une maison Dessir, abbate et mettre jus. Dessivre vero, pro Bornage, Limitum fixio : quod fit agros dividendo eosque dominis assignando. Chartul. sign. Decanus S. Petri Insul. fol. 174. vº : En l'an de grace 1280. au mois de Septembre, Thumas de Baufrumes fu mis ou liu de castelain de Lille par ses lettres pendans, pour faire Dessivre de la tiere Waniet encounter le tiere S. Pierre à Rasse. Encore pour faire cel meisme Dessivre en l'an 1285. ou Diemenche après le Toussains, fu mis ou liu le conte de Flandres par lettres pendans messire

Amorris Blawers... et ledis chierkeminage fu fais le jor S. Martin en yvier. Charta Petri abb. S. Amandi ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 507 : Nous sommes tenus... de faire le Désoyvre, cerkeménage, u bastnage dessusdit. Vide supra Decevisset.

**DISSITUDO**, Distantia, intervallum, vox effecta ex Dissitus. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 106 : Post Dissitudinem vero longi temporis, etc. In Glossis MSS. Dissitudo, exponitur discordia.

† **DISSITUIT**, Latuit. Papias.

\* **DISSOCIABILIS**. [Dissociabilis. Rutil. 1. Itiner. 384. de Judæis. Humanis animal Dissociabile cibus, h. e. cibum capere cum gentibus fugiens.

**DISSOCIANTIA**, Discordia, jurgium, in Charta ann. 825. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 118 : Post mortem Cænulfi Regis Merciorum, multæ discordiæ et innumerales Dissociantiæ extollebantur, etc.

\* **DISSOLARE**, Dissipare. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : Dissolavit, dissipavit.

\* **DISSOLATUS**, pro Desolatus in Charta ann. 1331. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 116. col. 1.

\* **DISSOLESCERE**, Commencer à Désacoustumer, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **DISSOLOGIA**, Duplex locutio. Glossar. Sangerman. MS. num. 501. a Græco δισσολογία, Loqui geminato verbo, bis dicere. Frigidodus in Vita S. Wilfridi cap. 15 :

Non igitur ceptum Dissolvit dexia votum,  
Pieria neve tulit, seu Dissologia rupit.

Mabillonius interpretatur Discordia Græce δισσολογία.

**DISSOLUTI**. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 2 : Tunicati susc. Gracchi, qui toga deposita, qua utebantur Senatores, tanquam infames tunica utebantur. Hinc Lanista, vel Dissoluti dicuntur.

\* **DISSOLUTIO**, Solutio. Charta Henr. II. reg. Angl. pro Libertat. Pontis-Urson. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 641. art. 42 : De Dissolutione troussée in marcheio, unum denarium. Faire dissolution de son corps dicitur mulier vitæ dissolutioris, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 286 : Comme Jacqueline femme du suppliant feust renommée d'estre femme blasmée, et faire Dissolution de son corps, etc. Dissolument vero a Lat. dissolute, vulgo sans regle ni mesure, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 165 : Icellui Gile se gouverna Dissolument, sanz prendre aucune cure de soy.

**DISSORTES**, seu Dissors. Gloss. Lat. Gr. : Dissortes, διακληρωθέντες. [\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : Dissortes, desociati, divisi, sine sorte sociati.] Est autem διακληρωθε, sorte divido : ita Dissortes dicuntur, quibus sors sua est, quibus opponuntur Consortes. Augustinus in Grammatica : Consorts et Disors in genitivo singulari, tis, habent. Ovidius :

At mea seposita est, et ab omni milite Disors  
Gloria, etc.

Hinc Disortiones, Festo, divisiones patri-  
moniorum inter consortes.

† **DISSORTIUM**. Gloss. Lat. Græc. MSS. Sangerman. : Dissortium, Διαχωρισμός, διάστασις, i. Dissidium.

\* **DISSUDARE**. [Humiliare. DIEF.]

† **DISSULLARE**, ut Dissolvere. Statuta Massil. lib. 4. cap. 21 : Si quis alterius avere in nave vel ligno aliquo positum sive oneratum, puta coria, vel becunas, seu stannum, vel aliquas alias merces sine

voluntate domini illarum mercium dissolvit, vel dissolveret, seu Dissullaret, etc. Vereor ne legendum sit Dissugellaret, ab Italo Dissugellare, Sigillum detrahere.

† DISSULTORES, Singulares. Gloss. Isid. Iidem videntur qui Desultores, scilicet, qui de equo in equum transiliunt. Vide Grævium.

† DISSUM, ἀξέπατον, Simplex, in Glossis Lat. Græc. MSS. Bibl. Sangerman. Integrum, sincerum.

\* DISSUPITARE, Sauciatibus adhibere fomenta, curare; unde Dissupitamentum et Dissupitatio, ipsa curatio. Constit. Ms. Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1334: Præcepimus quod cum contigerit... aliquem vulneratum Dissupitari de morte, vel membri perditione, seu mutilatione, aut debilitatione, aliqui ex chirurgis... renuunt Dissupitare vulneratum, seu differunt quousque amici inculpati dicti vulneris, seu is, ad cujus instantiam dicta Dissupitatio procuratur, apud chirurgicum seu chirurgicos conduxerint; sive se redeemerint pecunia minus debite et injuste, sic quod nulli ex illis, qui ita Dissupitantur eadem die vel infra unum aut duos dies aliquotiens moriuntur, etc. Ordinamus quod notarii curiarum... antequam recipiant seu scribant dictum Dissupitamentum, recipientur iuramentum ad sancta quatuor Dei Evangelia a dicto chirurgico sive chirurgis, quod ab ipso Dissupitamento non receperint nec habuerint, nec exigere seu habere intendunt ultra decem solidos pro uno eodemque vulnerato.

† DISSUTURA, a Dissutus vox ficta, Fissus, fissura. Vide locum in Calafatare. [\* Vide supra Dissire.]

\* DISTABESCERE, pro Tabescere. Vita S. Guthl. tom. 2. Apr. pag. 45. col. 1: Et cum bis binis annorum cursibus dira peste vesaniâ vastaretur, et exerti macilentia arido in corpore vires Distabescerent, etc.

\* DISTACIARE, perperam pro Disrationare, in Lit. Guill. comit. Pontiv. apud Egid. Bry lib. 2. Hist. Comit. Pertic. pag. 118: Ita quod concessi et concedo, et ubicumque opus fuerit ostendam et Distaciabo, et factum confirmabo. Vide Derationare.

† DISTAIN, Vide Distein.

† DISTAMEN, Dissidium, in Onomasitico ad calcem tom. 2. SS. Aprilis.

† DISTANTER, Procul, in Actis SS. April. tom. 3. pag. 927.

† DISTARIO, Occupatio. Gloss. Isid. Lege, ut apud Papiam, Distentio. Sic Distentus a Distineri pro Occupatus dixit Tullius ad Atticum: Brevitate epistolæ scire poteris, eum valde esse Distentum. Glossar. Sangerm. MS. n. 501. habet: Disturio, occupatio. Vide Decardo.

DISTEGUM, Aedes, vel ædificium, constans duabus stegis, qua voce usus est Plautus. Glossæ Gr. Lat.: Διστεγὸς οἶκον, superficies. Codex MS. habet superficies. Glossæ MSS.: Δυστορον, διστεγον. Vetus Inscriptio: Comparaverunt sibi memorias duas et Calphurnio Ammiano Equ. Rom. filio suo et libertis libertabusque posterisque eorum armarium Distegum, cum taberna et hortulo. Si quis armarium vendere voluerit, tunc inferet arcæ Pontificum, etc. Vide Tristega.

DISTEIN, vel DISTAIN, Præfectus, Præpositus, Oeconomus, Censor, Arbitrarius. Ita Boxhornius. Occurrit in Legibus Hoëli Boni Principis Walliæ cap. 1. 31.

DISTEMPERARE, Diluere, macerare, liquare: Gallis, Destemper. Palladius de Architectura: Crocus quoque Hispanicus cum lucidissimo glutino Distempe-

ratus, etc. Vita B. Gossuini Abbatis Aquicinctin.: Vasculum inspicit aptissimum Distemperandæ potioni. Constantinus Afric. de Morbor. cognit. lib. 1. cap. 1: Ficus folia pulverata, cum oleo et aceto mixta, pro unguento adhibemus, vel finum columbinum simul Distemperatum. Adde cap. 17. etc. Fulbertus Epist. 113: Et ipsa nocte positam potionem, in qua Distemperanda est, asperges salis gemma. Vide Temperare.

DISTEMPERATUS, Gallis Detrempé. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passionum: Si autem ex mordicante et acro, aut colerico humore in melancolicum decoctis, aut Distemperatis transierit.

DISTEMPERATUS, Male temperatus. Philippus Eystetensis in Vita S. Willibaldi cap. 19: Contigit autem frequenter, cum transnavigarent, quod ventum haberent contrarium, nec non auram Distemperatam. Galli dicerent, Un air mal sain.

\* Desatempéré et Désatenpré, Immoderatus, vulgo Immodéré, déréglé, excessif. Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 313: Pour ses veilles Désatemprés et pour ses autres plusieurs labours, etc. Cons. Petri de Font. cap. 34. art. 14: Et pour ce tu n'as pas mestier encontre les Désatenprés dons d'autre tel ahide, etc.

DISTEMPERANTIA, apud Medicos pro prava corporis habitudine sumitur, Gr. δυσκρασία; apud Nicetam Chron. pag. 309. Δυσκρασία τοῦ σώματος, ubi Cod. al. habet κατὰ τὴν. Alexander Iatrosophista lib. 1. Passion.: Per hæc enim curari oportet, quibus ex Distemperantia frigus dolent. Passim apud eundem lib. 2: Distemperantia calida, frigida, humida. Adde Constantinum Africanum de Ratione vict. pag. 279. Acta Alexandri III. PP: Apud Clozam jam diebus aliquantis est demoratus, ubi caloris Distemperantias, et muscarum et pulicum plures molestias sustinet. [Vita S. Hildegundis, April. tom. 2. pag. 784: Siquidem jam famem, sitim, gelu, nivem, omnem Distemperantiam frigiditatis et caloris, cunctumque laborem pro Domino plene didicerat sustinere.] Charta Ferdinandi Regis Castellæ æræ 1270. apud Antonium de Yezep in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 7: Cum... propter inæqualitatem loci et aëris Distemperantiam graves corporum ægritudines... sustinerent, etc.

DISTEMPERAMENTUM, Eadem notione. Constantinus Afric. lib. 7. Pantech. cap. 1: Ex naturali actione temperamentum humorum intelligitur in sanitate, et eorum Distemperamentum in infirmitate.

† DISTEMPERANTIA, Imperantia linguæ scilicet, seu nimia loquacitas. Testamentum Gregorii XI. Papæ, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 676: Item volumus, dicimus et protestamur, quod si in Consistorio, aut in Conciliis, aut in sermonibus, vel collationibus publicis vel privatis ex lapsu linguæ aut alias ex aliqua turbatione vel etiam lætitia inordinata, aut præsentia Magnatum, ad eorum forsitan complacentiam, seu ex aliquali Distemperantia, vel inadvententia, aut superfluitate aliqua dixerimus erronea contra catholicam fidem... illa expresse et specialiter revocamus, detestamur et habere volumus pro non dictis. [\* Hujusmodi Distemperantias, inordinationibus, lasciviis, dispendiis et periculis... occurrere volentes, etc. in Charta Adolphi Archiep. Mogunt. ann. 1468. in Gudén. Cod. Diplom. tom. 4. pag. 406.]

† DISTENCIO, Contentio, lis, Gall. Contention, Débat, Procès, apud Th. Madox Formul. Anglic. pag. 104: Hæc indentura testatur, quod cum lis et Dis-

tencio fuerint inter Wilhelum Rogers... ex parte una, et Ricardum Alcyn, etc.

\* 1. DISTENDERE, Laxare, remittere. Gall. Détendre. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 223: Quodam vomere seu retho posito supra balistam, supplicans dictam balistam Distendit seu laxavit. Vide supra Disparare.

\* 2. DISTENDERE, Explicare, expandere Gall. Déployer. Lit. remiss. ann. 1349. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 45: Cum banneria Distensa et cum cornamensis, more hostili sine guerræ, personaliter ad dictam bastidam de Vesobre accessit. Vide Displicare.

† DISTERMINARE, Perdere. Barthius in Glossario ex Roberti Monachi Hist. Palæst.: Hanc famis asperitatem, ut suos probaret, evenire permisit Deus. Nam et suos premebat jejunio, et vicinas nationes Disterminebat gladio. Gallis Exterminer, Delere funditus, Exterminare. Apud Plinium et Lucretium Distermine idem est quod Terminare, seu Separare fixis terminis: qua notione etiam plerumque occurrit in Chartis.

DISTERMINIUM, Spatium temporis, mora interposita. Hist. Translat. S. Guthlaci num. 15: Oculorum lumen tanta ei celeritate reddiategit, ut absque ullo Disterminio, qui prius fuerat visionis privatio, ejusdem habitus crederetur.

\* DISTETTIT, pro Distitit, a verbo Distare. Steph. de Infestura Ms. ubi de Innoc. VII. PP.: Dicti custodes projece-runt quandam spingardellam contra eum, quæ parum Distetit ab eo, causa eum interficiendi. Ab eodem verbo, Dister dixerunt nostri, pro vulgari Estire distant, éloigné. Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 20: Lequel Benoist s'en ala aprez en son hostel, qui Diste d'illec environ demie lieue. Le prieur de Valengay, qui Diste du lieu de Celles de quatre lieues, in aliis ann. 1412. ex Reg. 167. ch. 88.

\* DISTICA, Jurisdictio, vel multa judiciaria. Charta ann. 951. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 965: Curtem Canavese cum castro, quod dicitur Ripa rupata, et cum omni sua pertinentia, ita ut de ipso castro teloneum nullus exigat, nec Disticam aliqua publica potestas ibi faciat, sed tantum ministrialis vel missi ipsius abbatissæ. Vide in Distringere 3.

† DISTIDIARE, mendum pro Diffidiare, Bellum indicere, Gall. Deffier. Johannis Iperii Chronicon S. Bertini ad ann. 1213. in Anecdosis Martenianis tom. 3. col. 694: Die statuto Ferrandus (Flandriæ Comes) coram Rege (Franc. Philippo Augusto) comparuit; sed Rex dietam prorogans causam in Gravelingas reposuit, addens ut in armis omnino paratus ibidem adesset cum eo in Angliam transiturus: quod si non fecerit, ipsum ab illa die in antea Distidiavit. Legendum diffidiavit inde patet, ut cætera prætermissam, quod eam ob actionem col. seq. Philippus dicatur in Ferrandum et Flamingos sua arma convertisse. Vide Diffidare.

† DISTILLARIUS, Concinnator seu venditor distillationum. Laurent. in Amalthea tamquam ex Seneca, sed male post Coelium Rhodiginum lib. 16. cap. 46. Legendum enim apud Senecam Crustularius, pro Distillarius Coelii. Vide Martini in Lexico.

† DISTINA, Diastema unius temporis, quantum in sonis spatium facit pyrrichius vel majus hemitonium. Sic Calepinus et Martinius in Lexicis. Vide Eugium.

**DISTINARE**, *Repellere: sed destinare, est deputare.* Iso Magister in Glossis.

† **DISTINCTIO**, Divisio, seu pausa, in Officiis divinis. Vide *Incisio*.

\* Minime; ibi enim de commate, quo sensus distinguitur, sermo est. Locus est in *Incisio* 4.

‡ **DISTINCTIVA** CONJUNCTIO, dicitur Et apud Virgil. Grammat. pag. 81: *In annumeratione participiorum interposita Coniunctio Distinctiva sic dicimus, oriens, oriturus, ortus et oriundus.*

† **DISTIPULUM**, Καταλύβην, *Dissolutum*, in Glossis MSS. Lat. Græc. S. Germani Parisiensis, et in Supplemento Antiquarii.

\* Forte *Dissipatum*, ex Castigat. in utrumque Glossar.

**DISTOLLERE**. Vetus Charta tom. 8. Hist. Pergemensis pag. 192: *Ut qui se de ista commutatione remove, aut Distollere quæsierit aut infringere tentaverit, etc.* Burchardus Monachus de Casibus S. Galli. cap. 3: *Malo suo exemplo plures Abbates et Monachos Distollit, id est, depravat, corrumpit, Gall. Débauche. Vide Ughellum tom. 4. pag. 613.*

**DISTORNATUS**, Gall. *Destourné*. *Distornare*, divertere. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 7. §. 1: *In aquis Distornatis a recto cursu.*

† **DISTORTOR**, Qui distortet, Tortor. Johannes de Monasterio in Epist. ad Nicolaum de Clemangis adversum Ambrosium, qui Ovidium Virgilio præferbat apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 2. col. 1424: *Quod si minus credis mihi, discretor ingeniorum et bonorum Distortor, prospectum ito.*

† **DISTORTUS**, *Divortium, Perversio, Διαστρόφος*, Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

**DISTRACTARE**, *Distrahere*, in Glossis Arabico-Latinis.

† 1. **DISTRACTIO**, Venditio vel Divortium apud Jurisconsultos. Non semel occurrit in Chartis.

\* 2. **DISTRACTIO**, Interversio, conturbatio, cum res pupilli avertitur vel auferitur. L. tutor. ff. de libert. leg. pro divortio. in Auth. de nupt. §. nuptias, etc. Vide Calv. Lexic. jurid.

† **DISTRACTOR**, Venditor. Gloss. Græc. Lat.: Διαρπάτης, *Distractor*. Nonius 1. 267: *Servus venundatus ob aliquod vitium aut malefactum ab aliquo Distractore, recipitur.* Male ibi *Distractore* legi, recte monet Faber in Thesaur. Sic Argenti *Distractores*, Nummularii, Mensarii, Gall. *Banquiers*, Cod. Justin. 8. tit. 14. leg. 27. et 12. tit. 35. leg. 1.

† 1. **DISTRACTUS**, pro *Districtus*, Territorium. Locus vide in *Baugium*.

\* 2. **DISTRACTUS**, J. C. modernis Contractus rescissio. Vide laudatum jam Calv. Lexic.

† **DISTRAHERE**, *Vendere*, Vocabular. juris utriusque.

\* Nostris *Destilper* et *Distirper*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 140: *Icellui Estienne voulant vendre et Destilper les-diz balons, etc.* Lit. Caroli VI. ann. 1411. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 204. col. 1: *Les armeure et harnois des habitans de nostre dicte ville de Nymes ont esté vendues, Distirpez et distribeuz, etc.*

† **DISTRACTUM**, Opus plumarium. Vide in *Plumarium*.

\* **DISTRARIUS**, Equus major et cataphractus, quo utebantur potissimum in præliis, idem qui *Dextrarius*. Gualt. Hemingford. de gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1298. pag. 163: *Dumque pausassent modicum, et nox quasi in suo*

*medio processisset, contigit quod Distrarius regis incautius a parvo custoditus, recalcitrando pedem posuit super ipsum regem quiescentem.* Vide *Dextrarii*.

**DISTRATUS** EQUUS, Cui stratura tollitur, seu sella. Anonym. in Vita S. Cuthberti Episc. lib. 1. n. 4: *Distratum Equum trahens in domum, et alligans ad parietem, etc.*

\* **DISTRIBUTARIUS** CAPELLANUS, Cuius beneficium in quotidianis distributionibus positum est. Lit. Leon. X. PP. ann. 1523. ex Bibl. reg. cot. 19: *Significarunt nobis dilecti filii vicarii et capellani, communicarii seu Distributarii nuncupati, ac procurator communitalis seu congregationis, aut parvi capituli eorundem vicariorum et capellanorum ecclesie Ebroidensis, etc.*

† 1. **DISTRIBUTIO**. Stat. synod. eccl. Attrebat. xv. sæc. edita cap. 19. ex Cod. reg. 1610: *Plerique curati, capellani et alii beneficiati... indifferenter facultatum suarum faciunt cessiones, quas Distributiones vocant; cum talia facere nequeant, qui apud bonos et graves saltim facti infamia reprehens.*

† 2. **DISTRIBUTIO**. Charta anni 844. in Archivo Ecclesie S. Stephani Tolosani: *Quidquid in Ecclesia deinceps in iure ipsorum locorum Sanctorum Dei voluerit divina pietas augeri ad causas audiendas, vel freda erigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, nec fideiussores tollendos, aut homines ipsarum Ecclesiarum, tam ingenuos quamque servos, qui super terram earum residere videntur, injuste distringendos, nec ullas Distributiones, aut inlicitas occasiones requirendas, ullo autem tempore ingredi audeat, vel exaccare præsumat.* Suspicio ex loco huic simili in *Distringere* 2. relato, legendum esse *redhibitiones*: at si retinendum est *Distributiones*, dicendum sic appellatas fuisse exactiones, quod ita *distribuerentur* inter eos, a quibus exigebantur, ut suam quinque partem teneretur exsolvere.

**DISTRIBUTOR**, Executor testamentarius, in veteri Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 566. Vide *Erogator*.

† **DISTRICETUS**, ut *Districtus*, Territorium. Capitula Generalia S. Victoris Massil. MSS: *Præcipimus et ordinamus, quod si Monachi ubicumque infra vel extra Monasterium mansionem habentes, ad quemcumque Prioratum veniant, ibi seu infra parochiam, limites, metas, et ejus Districtum delinquant seu excedant (excedant), etc.*

\* **DISTRICIBILIS**, Quia intra districtum alienius domini habitat, subditus. Charta Ludov. Hutini ann. 1315. inter Probat. Hist. Lugd. pag. 55. col. 2: *Item inhabemus districte omnibus senescallis, baillivis, præpositis et aliis officialibus ac ministris, et universis ac singulis justitiabilibus et Districtibilibus nostris quod dictos prælatos, personas ecclesiasticas, jurisdictionem ecclesiasticam non impediant nec perturbent directe et indirecte.* Vide in *Distringere* 3.

† **DISTRICATIO**, **DISTRICUALIS**. Vide in *Distringere* 3.

**DISTRICUM**, Via stricta, claustra, montium fauces, clausæ, clausuræ. Gauderius de Bellis Antioch. pag. 451: *Decernuntque Madgerum de Alta villa cum 40. militibus summo mane ultra Districta militare. Districta Samartani, apud eundem pag. 454. Jacobus de Vitriaco lib. 3. Hist. Orient.: *Hanc (viam) longe distantem a mari, quæ propter viam strictam Districtum appellatur, etc.* Epist. 89. inter Sugerianas: *Fuerunt enim mortui in**

*ascensu montanæ Laodicæ minoris inter Districta locorum, etc.* Rogerus Hovedenus pag. 698: *Cum transisset Districta de Merle. Strictum Marocii, apud Guillelmum de Podio Laurentii cap. 48. et Sanutum lib. 3. part. 11. cap. 1. vulgo la Destroit de Maroch. Strictum de Morach, seu de Maroch, apud Will. de Baldezeel in Hodeporico; Destrois de Maroch apud Willharduinum n. 25. et Joinvillam, vulgo Estrecho de Gibraltar. Adde Will. Tyrium lib. 10. cap. 26. Brompton. pag. 1178. etc. Vide *Strictum, Distringere*.*

\* **DISTRICITUM** FLUVIUM, Locus, ubi fluvius trajicitur; seu vectigal quod a trajicientibus exsolvitur. Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 90: *Nos nuper castrum et villam de Credulio, passagium et Districtum fluvii Aræ (Isaræ) quo medio sub nostra obedientia existente, etc.*

† **DISTRICTURA**, Gall. *Etreccissure*, Coarctatura, seu angustia rei alicujus. Vita B. Coletæ, Martii tom. 1. pag. 553: *Demonstrare capit evidentem illius panni Districturam, et impossibilitatem efficiendi talem habitum, qualem ipsa possedit.*

† **DISTRICITUS**, Severus, etc. Vide in *Distringere* 3.

\* **DISTRIGARE**, Molestia, lite et quovis impedimento liberare. Charta ann. 1389. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodeopor. Charit. part. 2. pag. 472: *Et quod dictum comune Ficecchii teneretur et deberet prædictas pasturas et terrena... defendere et Distrigare prædictis comunibus S. Crucis et Castris Franchi, et cuilibet eorum ab omni persona subordinata et subjecta jurisdictioni dicti comunis Ficecchii. Vide alia notione in *Desticare*. [§. Conf. *Disbrigare*.]*

† **DISTRIGLARE**, Περξίζειν, *Lacerare*. Supplem. Antiquarii.

\* Hæc emenda ex Gloss. Gr. Lat. περξίζω µε, *Distrigila me*; περξίζω, *Stringo, Destringo*.

\* **DISTRIMA** NAVETÆ, Napi granum contusum. Lit. official. Attrebat. ann. 1349. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 427: *Nutrivit eundem buffonem Destrima navetæ et pane benedicto.* Laur. in Amalth.: *Distrimenta, calami partes contusæ.*

1. **DISTRINGERE**, Cum severitate punire, coercere, animadvertere. Senator lib. 2. Epist. 14: *Genus pietatis est in illos Distringere, quia contra naturæ ordinem sceleratis se docentur actionibus miscuisse.* Aurellian. in Regula cap. 28: *Si quis pro qualibet culpa aut transgressione regulæ increpatur, aut disciplina accipiat, argenti respondere non præsumat: quia peccatum, quod hic Distringitur, in æterna examinatione non punitur.* Ruricius Lemovicensis Episcopus lib. 1. Epist. 2: *Parentum pietas Distringit ut corrigat, non perseverat, ut puniat, etc.*

**DESTRINGERE**, Eadem notione. Gloss. Arabico-Lat.: *Destringo, pro severitate attendo.* Le Roman de Vaces MS.:

Il Destrainet les Barons, et les felons chastie.

2. **DISTRINGERE**, interdum est compellere ad aliquid faciendum, per mulctam, pœnam, vel captio pignore. [Capitulare Pippini Regis Ital. ann. 793. cap. 23: *Quod si jussa facere neglexerint, licentiam eos Distringendi Comitibus permittimus.* Rursum occurrit cap. 6. *Distringatur ad pacem, etiamsi noluerint*, lib. 3. Capitul. cap. 4.] Charta Privilegiorum concessorum Hispanis tom. 2. Hist. Franc. pag. 321: *Et liceat illi eos Distringere ad justitias faciendas, quales ipsi inter se definire possent.* Charta Lu-

dovici Pii apud San-Julianum in Maticone: *Nemo ad causas audiendas, aut fideiussores tollendos, aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos quamque servos, super terram ejusdem commanentes, Distringendos, nec ullas redhibitiones, aut illicitas occasiones requirendos, ullo unquam tempore ingredi audeat, vel exactionem præsumat.* [Præceptum Caroli Calvi ann. 871. Spicil. Acher. tom. 8. pag. 351: *Et nullus iudex publicus vel quislibet ex judiciaria potestate... aliquam indebitam exactionem ab eis vel ab eorum successoribus exigat... ad causas audiendas vel freda exigenda, aut mansiones, aut paratas faciendas, vel fideiussores tollendos, aut homines ipsius Monasterii injuste Distringendos, vel paraveredos aut pascuarios exigendos, nec ullas redhibitiones, vel illicitas occasiones requirendas, etc.* Charta Henrici Regis Angliæ apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. IV. ad calcem: *Nullus Constabularius Distringat aliquem Militem ad dandum denarium pro custodia castri.* Ibidem: *Nec villa, nec homo Distringatur facere pontes aut riparias, nisi qui ab antiquo et de jure facere debet.*] *Distringi per feudum, i. e. saisitione feudi, par saisie de fief.* Regiam Majestatem lib. 1. cap. 16. § 38: *Hæres ammonitus, si neque venerit, neque se essonnaverit... potest Distringi per feudum, quod ad Curiam veniat.* Adde § 39. Cowellus lib. 2. Instit. tit. 3. § 17. *Distringere, est pignoris loco capere quicquid in feudo reperitur, donec domino de relevio satisfactum fuerit: Contraindre par la saisie des biens.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 3: *Et se le Seigneur ne li viaut faire la connoissance faire, si le Destreigne si come est devisé après en cest livre, com peut et doit son Seigneur Destraindre de faire li faire connoissance de Court.* Cap. 8: *Et se il ne voloit aler, et s'en partoie de la Court, ne l'en poroie retenir en la Court, ne Destraindre le de demeurer, etc.* Cap. 20: *Et ce qui est dessus devisé, fu fait et establi pour Destraindre les gens à venir faire droit en la Cour à ceaus qui de eaus se clameront, etc.* Adde Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 61.

\*\*\* **STRINGERE** hoc sensu in Chron. Vulturn. pag. 367. C: *Homines ipsius monasterii Stringendum, ubi mox Distringendum.*

\* Ab eodem verbo *Distringere*, nostri dixerunt *Destraindre*, pro *Arrêter, réprimer, Coercere, refrenare*. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 271: *Nus n'estoit iluec qui la forcenerie de celle gent peut ne osat Destraindre.* Hinc etiam *Destrains de plet*, in Stat. ann. 1260. tom. 1. Ordinat. reg. Franc. pag. 91. art. 8. pro variis litigantium instrumentis, quibus causa implicatur. *Détraisse* vero necessitatem sonat in Assis. Jerosol. cap. 95: *Sans connoissance de court et sans Détraise de raison.* Id est, absque necessitate rationes proferendi. Denique *Destroit*, idem quod *Mœror*, angor, in Poem. Rob. Diaboli Ms.:

Un fier prist bien trenchant de Glave,  
Dedens sa cuisse le flai ;  
A un maillet li embati,  
Si qu'il en fust en grand Destroit.

3. **DISTRINGERE**, Judicio ac Sententia litem dirimere, mulcta in male litigantem irrogata. Senator lib. 7. Ep. 3: *Necessarium duximus, illum sublimem virum ad vos Comitum destinare, qui... si quod inter Gothum et Romanum natum fuerit forte negocium, adhibito sibi prudente Romano, certamen possit æquabili ratione Distringere.* Agobardus in Epist.

ad Proceres Palatii contra Judæos: *Cum magister infidelium Judæorum incessanter nobis comminetur, se Missos de Palatio adducturum, qui pro istiusmodi rebus non judicent et Distringant.* [Lex Alaman. cap. 36. § 3: *Et si quis alium mallare vult de quacumque causa, in ipso mallo publico debet mallare ante iudicem suum, ut ille iudex eum Distringat secundum legem.* Et § 6: *Et si est talis persona quam Comes in placito, vel Centenarius, vel Missus Comitum Distringere non potest, tunc eum Dux legitime Distringat, plusque quærat Deo placere quam homini, ut nullum neglectum in anima Ducis a Deo requiratur.* Capitula excerpta ex Lege Longob. cap. 39: *Volumus primo ut neque Abbates... neque quislibet de clero, de personis suis ad publica vel ad secularia judicia trahantur vel Distringantur sed a suis Episcopis iudicati justitiam faciant.* Capitul. lib. 3. cap. 87: *Convenient inter se (Comites et Missi) et communia placita faciant, tam ad latrones distringendos quam ad ceteras justitias faciendas.* Rursum occurrit hac notione in Appendice Marculfi formula 38. Vide infra *Districtio*, *Judicium*.] [\*\*\* Eodem fere sensu dicitur *Constringere*. Vide de Roye de Missis Dominicis cap. 15. Alio sensu infra in *Districtio*, *Vadium*.]

† **DISTRINGUERE**, Eadem notione. Decretum incerti Concilii probaliter sæculo V. celebrati, inter Anecdota Marteniana tom. 4. col. 59: *De Presbyteris et Clericis (incestis) sic ordinavimus, ut Archidiaconus Episcopi eos in synodum commoneat una cum Comite; et si quis contempserit, Comis eum Distringere faciat, et ipse Presbyter aut Defensor suus LX. solidos componat, et ad synodum veniens, et Episcopus ipsum Presbyterum vel Clericum iuxta canonicam auctoritatem de iudicare faciat. Solidi vero LX. de ipsa causa in sacelo Rege veniant. Et si aliquis per violentiam Presbyter, vel Clericum vel incestuosum contradixerit, tunc Comis ipsa persona per fideiussoris posito ante Regem faciat venire, una cum Misso Episcopi, et dominus Rex Distringuat, ut ceteri emendentur.*

**DISTRINGIBILIS**, et *indistringibilis terra*, in Legibus Burgorum Scotie. cap. 136. § 8. 9. 10. 11. etc. et Quoniam Attach. cap. 46. § 1. Ubi *Distringibilis* dicitur, cujus fructus saisiri possunt: *Indistringibilis*, vel non *distringibilis*, quæ vacua est et vasta, hoc est, quæ vacat, nec culta est. *Moullins Destreignables, et Fours à ban*, in Consuet. Santonensi art. 95. Vide Rastallum in *Distresse*.

**DISTRICUS**, *Severus, non solutus et lenis*, apud Placidum Grammaticum. [Papias *Destrictus, Iratus, severus, potens*.] Epist. Stephani PP. ad Carolum M. tom. 3. Hist. Fr. pag. 723: *Destrictas cum eo faciatis rationes.*

**DISTRICUS**, Eadem notione, apud Scriptores passim. *Districtissimus defensor*, in lege ult. Cod. Th. de Defensor. (1. 11.) Greg. M. lib. 71. Epist. 2. *Cum Districtus dies iudicii venerit.* Lib. 6. Epist. 1. *Districta vindicta.* Gregorius Turon. lib. 10. cap. 1. *Districtus Iudex.* [\*\*\* *Ut coram Districto Iudice de hoc possint debitam reddere rationem.... Sicut de hoc Deo possimus in Districto Iudicio respondere*, in Testament. ann. 1319. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 169.] Eugippius in Vita S. Severini, *Districtus jejunium*. [Vide paulo post alii notiones.]

**DISTRICUS**, Severitas, vel disciplina

exacte servata. Ita passim usurpant Cassian. lib. 5. cap. 38. Joan. Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregorii cap. 84. Senator lib. 4. Epist. 29. lib. 5. Epist. 31. lib. 7. Epist. 1. Hincmar. in Vita S. Remigii, Fulbertus Ep. 55. Cæsarius lib. 4. cap. 1. [\*\*\* Vita Burchardi Episc. cap. 13. ap. Pertz. vol. Script. 4. pag. 838.] etc.

† **DISTRICUS**, *Judicium. Capitulare* Saxoniæ a Carolo M. datum ann. 797. cap. 4: *Hoc etiam statuerunt, ut qualiscumque causa infra patriam cum propriis vicinantibus pacificata fuerit, ibi solito more ipsi pagenses solidos duodecim pro Districtione recipient.* Capitula excerpta ex Lege Longob. cap. 12: *Jubemus quoque ut propter nullam Districtionem, quam nos facere jubemus, pro quibuslibet causis, servi non mittantur in Districtionem; sed per Missos nostros, vel dominos eorum, aut illum advocatos, ipsi servi distringantur, et ipsi, sicut lex jubet, rationem pro servis suis reddant, utrum culpabiles sint an non. Ipsi vero domini distringant et inquirant servos suos, sicut ipsos amant. Occurrit servus cap. 19. Districtio carcerandi, exiliandi, Qua sons mittitur in carcerem vel exilium, in Capitulari 2. Caroli M. ann. 813. cap. 12. Districtio Episcopi, Episcopi judicialis animadversio, castigatio, lib. 7. Capitul. cap. 263. Pontificalis, cap. 264. Ecclesiastica, cap. 265: *Quod si inventus fuerit aliquis in operibus supradictis, aut quæ (die Dominico) interdicta sunt exercere præsumperit, qualiter hæc emendare debeat, non in laicorum Districtione, sed in Sacerdotis castigatione consistat.* Vide supra *Distringere* 3. et infra *Mitti in Districtiones*.*

**DISTRICUS**, *Pœna, mulcta, a Iudice imposita.* Senator lib. 3. Epist. 49: *In partem pietatis recidit mitigata Districtio.* Arnoldus Abbas Bonævallis de Operibus sex dier. pag. 102: *In dissolutione hujus corporis intersecatur peccatum, et quod estimatur Districtio invenitur in remedium.* Ita qui extra districtum, vel alterius est jurisdictionis, dicitur is, quem Comes suus *Distringere non potest*, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 5. § 4. Est etiam

**DISTRICUS**, *Vadium, pignus*: sed illud præsertim, quod iudicio interposito, aut ex lege capitul. quod Angli etiamnum. *Distre* vocant, ut *Distresse*, pignorer, *distringo*. Rastallus: *Distresse est la chose, qui est prise et distrainé sur aucun terre pur rent ariere, ou pour autre diutie, coment que le proprietie del chose soit pertinant à estrange.* Statutum Malebridgense sub Henr. III. Rege Angl. cap. 6: *Nullus de cætero faciat ducere Districtiones, quas fecerit extra Comitatum, in quo captæ fuerint.... Districtiones insuper sint rationabiles, et non nimis graves: et qui Districtiones, fecerint irrationabiles, et indebitas, graviter amercentur propter excessum Districtionum ipsarum.* [\*\*\* Placit. ann. 9. Edward. II. in Abbrev. Placit. pag. 322. Ebor. rot. 82: *Juxta statutum quod nullus Distringatur per averia carucarum suarum vel oves suas... quamdiu alia habeant averia per que Districtio super ipsum fieri possit, etc.* Neque noctanter vadia capere licuit ballivis, ibid. ann. 2. Edward. I. Wiltes. rot. 4. pag. 263.] Adde 1. Statutum Westmonaster. cap. 17. Quoniam Attachiam. cap. 4. § 4: *Et pro qualibet defalta capietur una Districtio, singulis diebus placiti intranda, usque ad quartum diem.* Statuta secunda Roberti I. Scotor. Regis cap. 15. § 2: *Si vicinus super vicinum faciat Districtionem sine consi-*

*deratione Curiae Domini Regis, unde damnum sustineat, puniatur, etc.* Qua notione *Distringere* usurpat Fleta lib. 2. cap. 50. § 5. lib. 3. cap. 16. § 37. et alibi passim. Ita etiam hæc vox accipi videtur in veteribus Chartis, vel certe pro gravaminibus, aut vexationibus, quas inde *Destresses* dicimus, cujusmodi sunt captiones pignorum, *saisies*. Charta Agapeti PP. apud San-Julian. in Matiscone: *Ut nullus Rex, Dux, Comes, aut exactor, vel publicus minister, super eis aliquam angariam, aut Distractionem, seu gravamen atque imperationem imponere præsumat.* Alia Hugonis et Lotharii Italie Regum ann. 988. apud Guichenon. in Bibl. Seb. pag. 185: *Cum... portubus, aquis, aquarumve ductibus, venationibus, redditionibus, Distractionibus, servis, ancillis, etc.* Adde Hemereum in Acad. Paris. pag. 33.

MITTI IN DISTRACTIONEM, quod nos dicimus, *Estre mis a l'amende*, mulcta puniri, in Lege Longob. lib. 1. tit. 36. § 7. [¶ Carol. M. 26.]: *Distractiones facere super homines suos, Judicium exercere, apud Hovedenum pag. 779. Magna Districio, in Fleta lib. 2. cap. 50. § 5. Mulcta major, quæ Lex major dicitur in Consuetudine Beneharnensi. Districio Monasterialis, apud Cæsarium Arelat. serm. 8. quæ Monachis delinquentibus infigitur.*

DISTRACTIONES aliæ sunt personales, aliæ reales. De realibus non fit districio, nisi per captionem rei petitæ: de personalibus fit districio per personas, sed aliter in criminalibus, aliter in civilibus causis, etc. Vide Fletam lib. 2. cap. 65.

DISTRICIO, Idem quod *Districus*, justitiæ exercendæ facultas, *Droit de Justice*. Charta Adalberonis Episcopi Leod. ann. 1124. in Bibl. Cluniacensi: *Districio quoque villæ ad Ecclesiam pertinebit, ita ut Godascalvus... qui advocatus est ejusdem alodii, medietatem ipsius Districionis de Ecclesia teneat, etc.*

DISTRICUS, DISTRICUM, DESTRICTUM, Idem quod *Districus*, Mulcta judiciaria, seu potius tributum, pensitatio. Leges Luithpr. R. Longob. tit. 37. [¶ 56. (6, 3.)]: *Si quis alidum [¶ alium] de furto pulsaverit, et per pugnam eum vicerit, aut forte per Districta publica furtum. [¶ Districionem a publico factam] manifestaverit, etc.* [Ch. Pub. de Cortiniaco ann. 1216. apud Thomass. in Biturig. pag. 84: *Si clamor inde factus fuerit, licet illis concordare, ex quo Districum persolverint.*] Tabul. Vindocin. Thuan. Ch. 17: *Mihi vero forisfacto emendato, legem et Districum persolvat.* Charta Ricardi Normannor. Marchion. apud Besilium in Comitib. Pictav.: *Ut nullus Comes... audeat hanc donationem violare, nec infringere, nec aliquam calumniam propter Districum, seu propter aliquam causam inventæ rei præsumat arripere, aut usurpare, sed deinceps immunis ab omni hoste, vel Districto permaneat.* Alia Pipini Regis Aquitan.: *Et ipsa telonea, vel Districta, quæ ex ipsis exigi deberent, concederemus.* Vetus Notitia in Chronico S. Vincentii de Vulturno: *Dum nos Adraldus ipsos servos, nec per Districum, nec per Demandatum ad nostrum placitum habere potuissemus. Otto Morena in Histor. Rerum Laudensium pag. 129: Præterea omnia Districta, quæ capitanei vel aliqui alii domini alicujus castri soliti fuerant habere, et tenere in ipso castro, etc.* Usatica MSS. Vicecomitatus Aquarum Rotomagi: *Se aucun se plaint devant les Vicontes de l'Eauë d'aucun autre*

*Coustume, le plaignif est detenu à paier les Destrois, ains que la semonce ou l'Arrest soit fait, c'est assavoir de 12. den. 1. den. combien que que l'en demande soit grande: et par ces Destrois paies est le plaignif quite de l'amende, se il en enchiet.* Alibi: *Et est assavoir que d'aucun Maire ou citoien de Rouen ne sont pas paies les Destrois, mès donna pleiges de suir sa cause.*

† DISTRICTUS, id est, domus *Scabinorum*, in Chronico Cornelii Zantfliet apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 489.

DISTRICUS, Territorium feudi, seu tractus, in quo Dominus vassallos et tenentes suos *distringere* potest: justitiæ exercendæ in eo tractu facultas. *Distroit et territoire*, in Consuetudine Meledunensi art. 9. Britan. art. 218. Bituricensi tit. 1. art. 41. tit. 19. art. 10. *Distretto*, Italis; *Distric*, nostris. Bulla Bonifacii PP. ann. 1093: *Maneantque sub judicio et Districu vestro, etc.* Lib. 1. Feudor. tit. 5. § 4: *Si quis feudum intra curtem detinuerit, et dominus Districum habuerit. Et lib. 2. tit. 54: Qui alodium vendiderit, Districum et jurisdictionem Imperatoris vendere non præsumat.* Charta Alberti Comitis Viromand. ann. 983. apud Hemereum: *Et totum Districum ejusdem insule cum tota justitia dedi eis.* Alia ann. 1174: *Et omnem Districum, et Consuetudines Comitum et Vicecomitum in prædictis locis.* Alia ann. 960: *Ne aliqua secularis persona Districum, vel aliquam Consuetudinem ulterius in eadem terra sibi vindicare præsumeret.* Alia ann. 1047. apud eundem: *Prædictum furqum, et Districum ejusdem furni.* [Charta Guigonis Comitis Forensis pro Insula Barbara ann. 1224. in Maceris ejusdem Monasterii tom. 1. pag. 137: *Possint ire et redire secure et libere per totum dominium nostrum et Districum.* Occurrit in Actis SS. Benedict. sæc. 5. pag. 23. apud Murator. tom. 11. col. 27. 41. 59. tom. 12. col. 478. et alibi passim.]

DISTRICUALES, Qui intra *Districum* alicujus domini habitant, subditi. Charta ann. 1292. apud Joan. Lucium lib. 4. de Regno Dalmat. cap. 9: *Habitatores, fideles, Districuales, seu subditos dicti Domini Ducis.* Alia ann. 1307. in Hist. Pergamensi: *Inter commune Pergami et Districuales ejus ex una parte, etc.* Jo. Villaneus lib. 6. cap. 9: *Si fece Distrettuale del comune di Firenze.* Et lib. 8. cap. 38: *Havera piu di sessanta mila Distrettuale d'arme.* [Memorantur *Districuales* in Epist. Philippi Mariæ Angeli Ducis apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 1568. Obertum Stanconem lib. 9. Annal. Genuens. ad annos 1270. et 1277. Illustr. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 456.]

† DISTROPIRE, Mutilare, Gall. *Estropier*. Chronicon MS. Regum Franciæ in Musæo Domini de Cangé: *Clodoveus Rex venit Paris, et minus religiose, ymo cupide Distropiens beati Dionysii Martyris corpus, ipsius corporis os brachii fregit et rapuit.*

\* DISTRROSSARE. Vide *Detrossare*.

† DISTRUCTIO, Exstructio. Vide locum in *Avardum*. *Distruere* pro *Exstruere*, si vera lectio est, scripsit Suetonius in Caligula cap. 41: *Distructis et instructis compluribus cellis.* Alii malunt *Distinctis*.

DISTULA, *Χηλό*, Gloss. Græc. Lat. [Forfex.] \* ex Castigat. Mss. *Disulca*.]

† DISTULERARE, *ὑπερίθηναι*, *Differre*, *Prolatare*, in Supplemento Antiquarii.

\* Glossar. Lat. Gr.: *Distulero*, *ὑπερίθηναι*, et Gr. Lat.: *ὑπερίθηναι*, *differo*, *procrastino*, *Distulero*.

DISTURBARE, *Avertere*, Gallis, certe *Picardis, Détourber*, quod puriores Franci dicunt *Détourner*. Fulbertus Canotensis Epist. 60: *Tertio quod insidiosiores ejus, quos Disturbare potuit, non Disturbavit; sed et præsentia sua domum... eis receptandis dolose vacuum fecit.* Charta Ildelfonsi Regis Aragonum ann. 1184. apud Guesnaum in Annalibus Massil.: *Ut eant salvi et securi per totam meam terram, et nemo audeat eos gravare vel Disturbare, dum per meam terram transierint:* [Charta Odonis Domini de Clois pro habitatoribus villæ de Boesses ann. 1289. apud Thomasserium in Biturigibus pag. 86: *Homines ejusdem villæ, vel res ipsorum non Disturbabuntur, quamdiu velint et possint justitiam exhibere.* Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia concessæ per Comitem Sabaudie ann. 1291. in Hist. Dalphin. pag. 27. col. 1: *Si damnum nostrum et dictæ villæ ad ejus notitiam pervenerit, illud debet Disturbare pro posse suo, et Castellano... intimare. Instrum. Gallicum anni 1283. in Chartulario S. Vandregisili tom. 1. fol. 609: *Ne pouront les devant dis Religeux ne leurs successeurs Destorber ne empêcher que eus ne fassent, ne puissent feire dudit passage.*]*

† DISTURBATIO, *Aversio*, impedimentum. *Absque impedimento seu Disturbatione*, apud Rymerum tom. 4. pag. 408. col. 2. *Disturbatio appellii*, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 476.

DETURBARE, Eadem notione, in Charta Libertatum oppidi de Ais in Biturigibus. ann. 1301: *Nisi in aliqua causa rationabili fuerit Deturbatus, etc.* Adde Consuet. localem Castellinovi in Biturig. tit. 3. art. 5.

\* DISTURBIA, ut *Disturbium*, impedimentum, in Charta ann. 1475. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 280.

DISTURBIUM, Interturbatio, impedimentum, Anglis, *Disturbe*, Gallis, *Destourbier*. Vita S. Eustasii Abbatis Luxov. num. 11: *Qui in Ecclesiis veritatis ac justitiæ seminarunt Disturbia.* Cosmas Pragensis part. 2. cap. 1: *Sperans, quod cessante Disturbio, debeat fieri pax in regno.* Occurrit rursus cap. 2. et apud Thwroc. in Sigismundo Rege Hungar. cap. 25. in Uladislao cap. 34. Ericum Upsaliensem lib. 3. Histor. Suevicæ pag. 93. Gobelinum Personam pag. 258. et alibi non semel, etc.

† DISTURBUM, Eadem notione, apud Rymerum tom. 8. pag. 741. col. 2: *Vel eos impediati, vel eis Disturbum faciat.*

† DISTURIO, Vide *Distario*.

DISVADIARE, [Pignori capere vel retinere.] Vide *Vadium*.

† DISVARIARE, Variare, Differre, discrimen intercedere. Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ: *Tamen in ista die secunda privata Disvariati in hoc quod sequitur.*

† DISVERTIRE, Auferre, distrahere, Gall. *Divertir*. Commemoratorium de quibusdam villis S. Victori Massil. restitutus circa annum 780. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 41: *Ardingus ille Alamannus ipsas casas Ecclesiæ Dei Massiliensis intemerato hordine... Disvertivit, et ad Hinniberto suo vasso hoc beneficiavit.*

† DISVESTIRE, Vestem exuere, deponere, Gall. *Devestir*. Ceremoniale vetus MS. B. M. Deauratæ: *Omnes illi qui dicturi sunt Lectiones vel Responsa debent esse induti in albis, et hiis dictis possunt*

se *Disvestire sine expectatione quod Missa finiatur*. Sæpius significat, Quempiam possessione rei alicujus exuere, privare. Vide *Vestire*.

\* **DITAGA**, an Urceolus, Gall. *Burette*? Testam. Mafaldæ regin. ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 31: *Item dimitto eis totam meam capellam et crucem majorem et Ditagas, et brachium de argento, cum omnibus reliquis*. Si non Urceolus, an Candelabrum? [\* Vide *Diptagus* in *Dypticha* et S. Rosa de Viterbo voce *Ditago*, Elucidarii tom. 1. pag. 379.]

† **DITATOR**, qui ditat. S. Augustinus Confess. lib. 5. cap. 5: *Spiritus S. consolator et Ditator fidelium*. Petrus Chrysologus Serm. 9: *Venit tuus Ditator in paupere*. *Ditator Abbas*, in Epitaphio Edelini Abbatis Wizenburgensis, inter Vendemias Litterarias Schannatti pag. 12.

† **DITHALASSUS**, διθάσσοσ, Qui utrimque mari alluitur. Vide *Bithalassium*.

\* **DITRATURI**, f. Dividi. Stat. Vercell. lib. 7. pag. 183. rº: *Item fecerunt fieri panes decem et novem de revezolio, qui fuerunt persati unziis ducentum triginta tres, et dixerunt quod debent Ditraturi in unziis centum et quinquaginta quinque, cassato tertio*. Italis, *Ditrarre*, est Detrahere.

\* **DITUM**, ut *Dictum* 2. Pretium pro venali oblatum, Gall. *Offre*, alias *Dit*. Charta ann. 1308. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 128: *Emptori subscripto tanquam plus offerenti, per defectum dictæ candelæ ad concedendum accensæ, dictum hospitium scadutum et concessum, pluribus Ditis ibi oblati per diversas personas præcedentibus*. Vide supra *Dica* 2.

† **DITURES**, διαυδύρες, Contaminati. Gloss. Lat. Græc. San-German. MSS.

† **DITUS**, pro *Dictus*, apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 28.

† **DIVADIARE**, ut *Disvadiare*. Vide in *Vadium*.

† **DIVALIS**, Divinus. Glossar. San-German. MS. n. 501. Gloss. Isid.: *Divale, Divinum*. Spartianus in Caracalla cap. 11: *Faustinæ templum et Divale nomen eripuit*. Poeta incertus *Divale sacrum* Eucharistiam appellat in Baptismo Bebiani.

**DIVALIS LEX**, *Præceptum Divale, sanctio Divalis*, pro Edicto Imperatoris, non semel in Cod. Th. et Just. [*Divalia constituta*, apud Symmachum 7. 95. *Divalis jussio*, in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 375. de S. Leone II. Papa. *Divalis littera* Michaëlis Imp. Orientis ad Ludovicum Plum Imp. Occidentis, in Annal. Benedict. tom. 2. pag. 488. n. 59.]

\* **DIVALIS PAGINA** appellatur Edictum seu Diploma imperatoris, in Confirmat. privil. Pisan. ab Henr. VI. imper. ann. 1190. apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 194. et in Diplom. Phil. imper. ann. 1207. tom. 1. Germ. sacr. pag. 351. [\* ap. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 277. et 287. Vide *Dialapis* et *Dibalis*.]

† **DIVARICARE**, *Disturbare, diffundere, dilacerare*. Papias. Johannes a Bayono de Abbatibus Medianis in Hist. ejusdem Monasterii pag. 266: *Multa cum complibus Divaricatis* (id est dispersis) *talita operabatur*. Proprie autem *divaricare* est extendere, dividere: quod præsertim dicitur de his, qui crura in diversas partes extendunt; unde Nonius: *Divaricari dictum est distendi ab his, qui vitio naturæ ita sunt pedibus discretis, ut eos in diversum habeant separatos*. [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. Reg. 7692: *Divaricare, Destorner*.]

† **DIVATUS**, ὁ τῆς θείας μνήμης, Qui est felicis memoriæ. Gloss. Lat. Græc. MSS. cum Suppl. Antiquarii. Est pro *Divus*.

**DIUCETIN**, pro Διοκλήτῳ. Vide *Diacetæ*.

† **DIVELLIO**. Vide *Duellium*.

† **DIVENTUM**. Epistola Michaëlis Imper. in Conventu Parisiensi ann. 530: *Misimus per prædictos Missos nostros... blattas duas, dirodina duo, Diventa duo*. Quæ postrema vox mihi incognita. An legendum *Divellia*? Certe διέλλιον occurrit apud Codinum de Off. Aulæ CP. cap. 5. n. 63. cap. 6. n. 26. quod *Scutarius*, sive Armiger Imperatoris deferebat ante illum cum illius clypeo, quoties procedebat ad Ecclesiam. *Divellium* vero quasi duplex velum dictum censent viri docti, illudque vexillis Imperatoris accensent: vix tamen est, ut id credam. [Vide Δέλλιον in Gloss. med. Græcic.]

† **DIVERGARI**, pro *Divagari*, si bene coniecto. Camillus Peregrinus in Hist. Princip. Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 286. col. 1: *Nam eo tempore dicitur Radelchis Princeps per Barensem Pandonem Gastaldeum in auxilium sibi transmarinis invitabat Saracenos, qui illis Divergabantur residentes, intemperata videlicet noctis hora, more solito nominatam rapuerunt civitatem*.

**DIVERGIA AQUARUM**, quæ alii *Divortia* dicuntur: ut Ciceroni in Ep. ad Cælium, et Sidonio Carm. 22. [Gall. *Branches de rivières, Point de partage*.] Siculus Flaccus de Condit. Agror.: *Territoria alia fluminibus finiuntur, alia summis montium, ac Divergiis aquarum*. Utuntur præterea Frontinus et Aggenus.

† **DIVERSARE**, Versare, circumagere. Gall. *Tourner*. Bernard. Ord. Cluniac. part. 1. cap. 46: *Fabas etiam sæpius cum cochleari a fundo Diversant, ne cum manducari debuerint, sapiant ignis odorem*. Eadem habet S. Wilhelmus in Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 97.

**DIVERSICLINIUM**, *Locus, ubi diversæ viæ conjunguntur, quia illuc diversæ viæ acclinantur, vel quia illic via inclinatur ad diversam, quod aliter Græce dicitur, hoc Eteroclitum*: Ita Joan. de Janua. Glossæ Isid.: *Diversiclinia, heteroclitia*. De verbis, quæ ἐσπρόκλιτα vocant. Alanus in Planctu nat.: *Capillos vero quodam exorbitationis Diversiclinio devagantes, inextricabili intricacione complicatos, inter se crederes litigare*.

† **DIVERSIFICARE**, Diversa facere. Gall. *Diversifier*. Occurrit in Miraculis B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 547. D. et apud Bernardum de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 123. *Animi Diversificati propter diversitatem consuetudinum*, in Epist. Petri Venerabilis ad S. Bernardum, inter hujus Opera tom. 1. col. 216. Edit. 1690.

† **DIVERSIFINIUM**, *Diversos fines habens*. Laurent. in Amalthea ex Catholico Johannis de Janua.

† **DIVERSIMODE**, Diverso modo, Diverse. Legitur in Breviario Historiæ Pisanæ ad ann. 1171.

**DIVERSIONES**, vox Medicorum. Gariopontus lib. 2. cap. 13: *In somnis Diversiones ex pulmonibus veniunt, etc.*

**DIVERSORES**, Hospites. Papias.

**DIVERSORIARIUS**, Ἰπανθητής, in Gloss. Græc. Lat. Codex MS. *Diversoriarus* habet. Alibi Πανδοχός, *Diversoriarus, stabularius, caupo*. Ubi ἀπανθηταί videntur esse ii, quos Pollux lib. 7. cap. 4. κάραχτας vocat, εἰς τὰ πανδοχεῖα καταγοµένους, hospites et viatores.

\* A Lat. *Diversorium*; unde nostris *Diversoire*. Vitæ SS. Mss. ex Cod. S.

Vict. Paris. sign. 28. fol. 43. vº. col. 2. ubi de S. Paula: *Après s'en ala en Béthléem et en la baine dou Sauveour entra, et vit le saint Diversoire de la Vierge*.

1. **DIVERSUS**, Varius, Gallis *Divers*. Papias: *Diversus, pro vario*. Frontinus de Colon.: *Loca Diversis arboribus vestita*. Utitur Gregorius Mag. lib. 8. Epist. 12. 29. lib. 10. Epist. 16. *Diversorum criminum rei*, in leg. 18. Cod. Th. de Accusat. (9. 1.) *Hæreticus Diversa nomina, sed una perfidia*, in leg. 60. eodem Cod. de Hæret. (16. 5.) et alibi non semel.

\* Aliud nostris significat vox Gallica *Divers*, idem quippe est quod Durus, crudelis, molestus, sævus. Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 13: *Sentiles, qui fu moult d'autre maniere que ses devancier n'ot esté. Car il estoit Divers à sa gent meismes*. Ubi Aimoin. lib. 4. cap. 25: *Qui dum multa in suos crudelia exercebat, etc.* Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 81: *Lui (de Canimont) qui estoit renommé d'estre Divers et combateux, etc.* Alia ann. 1417. in Reg. 170. ch. 113: *Laquelle femme estoit tres-Diverse, rebelle et merueilleuse, etc.* Occurrit præterea apud Froissart. 1. vol. cap. 3. Unde *Diverser* apud eundem 3. vol. cap. 63. pro *Molestiam creare, convicia facere*: *Ainsi par divers langages se Diversoient les gens en Angleterre, et aussi bien chevaliers et escuyers que communautez*. Sic et acris hiems, *Yver diver* dicitur in Chron. Gall. apud D. Le Beuf tom. 1. Dissert. pag. clvj. ad ann. 1296:

Ne ne vit on itel yver,  
Ne si felon, ne si Diver.

\* Hinc *Diversité du temps*, pro Cœli intemperie, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 414: *Pour la Diversité du temps, qui lors estoit froit et pluvieux, etc.*

2. **DIVERSUS**, pro *Divertens*. Victor. PP. III. lib. 2. Mirac. S. Benedicti cap. 10: *Cum autem ad Capuanam urbem devenisset juxta Ecclesiam Protomartyris Stephani Diversus, hospitatus est*.

† **PER DIVERSUS**, Versus, Gall. *Par Devers*. Usque ad metas Domini Bartholomæi et per *Diversus Bettemont usque ad boscos Militum*, apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1106.

† **DIVERTENTIA**, Digressio. *Fiat præmunitio hujusmodi discessus sive Divertentiæ, etc.* bis apud Rhymerum tom. 9. pag. 782.

† **DIVERTICULARE**, *Diverticulis et dilationibus uti*. Epistola Cleri Atrebat. ad Urbanum II. Papam, inter Miscell. Baluz. tom. 5. pag. 252: *Ne Diverticulando jussio tua jam tertio Archiepiscopo injuncta... videatur annullari*.

\* **DIVERTICULUM**, [Diversitas. Dief.]

† **DIVES HOMO**, Gall. *Riche homme*. Homo nobilis seu *Baro*. Chartular. S. Vandregisili tom. 2. pag. 1468. in Instrumento anni 1274: *Noverint universi præsentis et futuri, quod ego Rogerus Dives homo vendidi... Guillelmo dicto Sravesein quinddecim denarios annui redditus, etc.* Vide *Rici homines*.

† **DIVESTIRE**, ut *Disvestire*, Quempiam re possessa exuere, spoliare. Confirmatio Privilegiorum Monasterii Farfensis a Conrado Imperatore ann. 1027. in Dissert. Hist. Monetarium Domini Le Blanc pag. 94: *Nullus Duax, Marchio, Episcopus... Monachos, aut aliquem fidelem inquietare, molestare, aut de his quæ supra scripta sunt, sine legali judicio Divestire præsumat*. Occurrit iterum apud Balu-



zium in Hist. Arvern. tom. 2. pag. 347. Vide *Vestire*.

**DIVEXUS**, pro *Devevus* occurrit apud Aldhelmum de Laude Virginum cap. 14. et 15.

\* **DIVIALES**, [Littere imperiales. DIEF.]

† **DIVICISERE**, Dissolvi, marcessere. Gloss. San-german. num. 501.

**DIVIDENTES**. Vide *Divisio*.

† **DIVIDENTIA**, Merces, ut puto, sic dicta quod inter Clericos dividi soleat. Charta Elizabethæ Angl. Reginæ ann. 1560. pro Capellano Reginæ, apud Rymerum tom. 15. pag. 580. col. 1 : *Una cum omnibus juribus et præminentibus, jurisdictionibus, libertatibus, privilegiis, titulis, quotidianis distributionibus, Dividentibus, exerescentiis, refectionibus, domibus, etc.* Eadem repetuntur col. seq.

**DIVIDERE**. Vide *Divisa* 1. 3. et *Divisio* 7.

\* 1. **DIVIDERE**, Dicere, statuere, a Gall. *Deviser*, sermonem habere. Chart. Henr. I. reg. Angl. ann. 1126. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 236 : *Et talem quietantiam in molta qualem charta Dividit.* Col. 237. *Determinat et testatur. Diviser*, pro Describere, enumerare, vulgo *Faire un devis*, in Lit. ann. 1404. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 56. *Ont aussi* (les maîtres en maçonnerie et charpenterie) *communément la charge de veoir, adviser et Diviser les notables édifices et opérations que l'en fait pour nous.*

\* 2. **DIVIDERE**, Discedere, Gall. *S'éloigner*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 126. ex Cod. reg. 4620 : *Item quod aliqua navis magna vel parva arrivare non debeat ad aliquem portum vel ripam civitatis Mantuæ a tertio sono campanæ communis, quæ pulsatur de sero inantea, nec etiam Dividere nec movere se a ripa,.... et qui contrafecerit arrivando, vel removendo, vel Dividendo se a ripa, etc.*

† **DIVIDIA**, δὶχνοια. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. *Dividia* Festo Discordia est, Nonio Tædium, dissensio, Plauto Molestia, dolor animi.

\* **DIVIDICULUM**, Bonne entre terres, et dicitur a *Dividere*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide infra *Divisia*.

\* **DIVIDUITAS**, [Idem quod *divisio*. Cajus Dig. 95. 2. 80. sub *fin.* Legata, quæ *Dividuitatem* non recipiunt, tota ad legatarium pertinent.]

\* **DIVIDUS**, [Divisus. Acc. apud Non. 2. 205. Nosque ut seorsum *Dividos*, leto offeras.]

\* **DIVIETUM**, Interdictum, prohibitio, Ital. *Divieto*. Privil. concessa Pisanis a Conrado II. reg. Sicil. ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbevet. pag. 281 : *Ita quod per nos vel officiales nostros aut hæredes dictis terris et hominibus vel ali- quibus ex eis nulla prohibitio vel interdictum vel Divietum fiat vel fieri possit.* Vide *Devetum*.

† **DIVIGENA**. Glossar. Græc. Lat. : Θεογενής, *Divigena*, θεογενής, *Subdivus*. Vide *Salmasium* de Pallio pag. 137.

**DIVINACULA**, Sortes. Papias.

† **DIVINÆ AURES** Imperatorum Græcorum olim dicebantur, ut observat Mabillon. de re Diplom. lib. 3. cap. 3. num. 19. Vide *Divalis*.

**DIVINALIS**, Dicitur, quando ineffabilem naturam Dei, aut spirituales creaturas ex aliqua profundissima qualitate disserimus. Papias.

† **DIVINALITER**, Divine, in Conc. Tolet. VIII.

† **DIVINARE**, ἀποθεῶ. Gloss. Lat. Græc. Sangerm. Deum facere.

† **DIVINASSARE**. Supplem. Antiquarii : *Divinasso*, μαντεύω, *Divino*, Gloss. Lat. Græc. Sangerm. : *Divinussare*, μαντεύσθαι, *Divinare*, leg. *Divinassare*.

\* Castigat. in utrumque Glossar. : *Divinusso*, μαντεύομαι. leg. *Divinus sum*. Vulcan. forte *Divinisso*.

**DIVINATIO**, Epilepsia, caducus seu sacer morbus. Constantinus African. lib. 1. de melancholia pag. 290 : *A vulgo Divinatio appellatur, quia morbus est absconsus, dicentes dæmoniacos esse hunc morbum patientes.*

\* **DIVINATRIX**, Conjectrix, hariola. Tertull. de Anima cap. 22 : *Definimus animam Dei flatu natam, immortalem,.... dominatricem, Divinatricem, etc.* Et cap. 46 : *Præsidia Divinatricum artium et disciplinarum. Divinatrix magia*, de ea Th. Erastus.

† **DIVINITAS**, Theologia. Vide *Divinus* 2.

† **DIVINITOR**, pro *Divinator*, Qui divinat, apud Rymerum tom. 8. pag. 427. col. 1.

\* **DIVINUM JUDICIUM**, Idem quod *Judicium Dei*. Charta Henric. Imperat. ann. 1195. ap. Würdtwein. Subsid. Diplom. tom. 10. pag. 11 : *Secundo questum est quo jure deberet probare, et sententiam est Divino Judicio. Tertio questum est quo Divino Judicio et data est sententia, quod si juri suo voluerit inniti, ferro candenti jus suum debet probare.*

† **DIVINUM RESCRIPTUM**, Charta imperialis, in Vita S. Porphyrii, Februarii tom. 3. Vide *Divalis*.

1. **DIVINUS**, Ariolus, Augur : *Indovino*, Italis, *Devin*, nostris. Gloss. Lat. Græc. : *Divinum*, Θεῖον καὶ μάντιν, *Divinus*, μάντις. Isidor. lib. 7. cap. 9 : *Divini*, quasi *Deo pleni* : *divinitate enim se plenos assimulant, et astutia quadam fraudulenta hominibus futura conjectant.* Petronius : *Divinam ego putabam.* Auctor Queroli : *Secreta et familiaria quasi Divinus loquitur.* S. Ambros. in Levit. de Balaam : *Ideo tentavit eum quasi Divinum, non elegit quasi Prophetam.* Capitul. Caroli Mag. pro partib. Saxoniarum cap. 23 : *Divinos et sortilegos Ecclesiis et Sacerdotibus dare constituimus.* Halltgarius in Pœnit. cap. 6 : *Si quis ariolus fuerit, quod Divinos vocant, aliquos divinationes fecerit, etc.* Vide Jul. Firmicum lib. 3. cap. 9. Martialem lib. 3. Epig. 71. Albertum Aq. lib. 4. cap. 8. [Pirminium Abb. adversus mores VIII. sæculi, apud Mabillonium Analect. tom. 4. pag. 597.] Vincen- tium Belvac. lib. 30. cap. 74. etc.

\* Alias *Adavineur*, *Adavinier*, *Adi- neur* et *Devinaille*. Radulph. de Prestes lib. 4. cap. 30. Civit. Dei : *Cicero, c'est-à-dire Tulle, augur, c'est-à-dire Adavineur sus le chant des oiseaux, qui sont appellez auguremens, etc.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Adaviniers, Augur. Augurium, Ada- vinement.* Arest. parlam. Paris. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 45. r. : *Le Roy et les haux justiciers ont la cognoissance des Adviseurs et sorciers, se ce n'est que ils proferent contre le roy.* Le Roman de Cléomades MSS. :

Je ne say à quoy tels homs vaille,  
N'est pas homs, ains est Devinaille,  
N'est drois que si laide figure  
Ait si très-bielle créature.

Hinc *Adevinat*, Ænigma, tom. 1. Fabul. pag. 195 :

Ce sont Adevinat d'enfant.

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Adevi-*

*ner*, Provocare scilicet, lacerare, perse- qui, vulgo *Attaquer, agacer, faire de la peine*; unde *Adevinement* et *Adeve- nement*, Aggressio, provocatio. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 285 : *Pierre print la cotelle et la osta et geta de dessus son cheval, en disant, comme corrociez qu'il estoit de ce que mise y avoit esté, que ce avoit esté mal fait, et qu'il sembloit que l'en le vouloit abuser ou Adeviner sur lui.* Aliæ ann. 1381. in Reg. 119. ch. 157 : *Icellui procureur, qui avoit accoustumé de vivre de teles tromperies et mauvaistiez, et se faisoit battre pour Adeviner sur les gens, etc.* Rursum aliæ ann. 1368. in Reg. 99. ch. 589 : *Jehan de Lilliers dist au suppliant et audit Gillet son compaignon que il pateroient tout l'escot aussi que par maniere de haussage, Adevinement et arrogance.* Denique aliæ ann. 1394. ex Reg. 146. ch. 311. : *En usant de paroles sentans forme de ten- cerie et de Adevinement.*

2. **DIVINUS**, Theologus. Jo. de Janua : *Divini, qui de divinis tractant, et proprie dicuntur Theologi.* Petr. Abaelardus in Hist. Calamitatum suarum cap. 5 : *Constat quippe Philosophos, nedum Divi- nos, id est, sacræ Lectionis exhortationi- bus intentos, continentie decore maxime polluisse.*

\* Codex MS. ubi de administ. episco- pat. Turon. episc. Lingon. et Meld. commissa : *De tonsuris autem et collatio- nibus beneficiorum dominus Meldensis, qui multum Divinus est, nihil accipien- dum nihilque dandum asserit.*

**DIVINITAS**, Theologica scientia. Idem Abaelardus cap. 2 : *Reversus sum in Franciam, maxime ut de Divinitate ad- discerem.* Chron. Centulense Hariulf. lib. 8. cap. 3 : *Omnes Codices librorum claustralium de Divinitate sunt 195.* Testa- mentum Abbonis Canonici Autisiodor. ann. 1191. in Tabulario Ecclesie Autisiod. fol. 47. quo donat S. Mariano libros suos de *Divinitate scilicet 4. Evangelistas, Sententias et Historias magistri Petri, Apocalypsim, etc.* Vita B. Bonifacii Epis- copi Lausan. cap. 1 : *In Cathedra Divi- nitatis sedit 7. annos. Magister in Divi- nitate*, apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 232. *Maître de Devinité* in Testamento Theobaldi Ducis Lotha- ring. anni 1312. in Hist. Prioratus Wig- morens. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 216. in Chron. Flandriæ cap. 51. etc.

\* Gesta Ludov. Pii cap. 6. tom. 6. Col- lect. Histor. Franc. pag. 136 : *Et pour le service de sainte église réformer,.... fit-il venir dehors de la terre maîtres, qui rap- prenoient l'us de chanter et de lire, et li- soient la Divinité et les autres sciences.* Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 164. r. col. 2 : *Déles- sons aux poures escoliers estudiâns à Paris en Divinité, etc.* Quæ latine ita le- guntur ibid. fol. 165. r. col. 1 : *Paupes- res scholares in Theologica facultate stu- dentes, etc.* Vide infra in *Magister*.

† **DIVINUSSARE**. Vide *Divinassare*.

1. **DIVISA**, Divisio bonorum, quæ fit inter hæredes per testamentum : unde et ipsum testamentum *Divisa* dicitur. [\*] Vide *Glanvillam* lib. 7. cap. 7. et 8. ibidem Houard. ad cap. 5.] Testamen- tum Henrici II. Regis Anglor. apud Gervas. Dorobern. ann. 1183 : *Notum facio, quod apud Waltham... feci Divisam meam de quadam parte pecunie meæ in hunc modum.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcop. Magalon. pag. 89 : *In illa ægritudine positus, in qua testa- mentum et Divisionem suam fecit, etc.* Willharduinus n. 19 : *Sa maladie crut et*

efforça, tant que il fist sa Devise et son lais, et il départi son avoir, etc. Adde n. 28. 82. Le Roman de Rou MS. :

Quant li Dus a fait sa Devise,  
Et à ceus rendus leur servi,  
Qui en sa Court l'orent servi,  
L'ame du cors se départi.

[Chartular. S. Vandregisili tom. 1. fol. 157 : Si comme le pomier qui est en la cour et les mestiers sont en Devise entre nous, et en partirons le fruit moitié à moitié... fu fet en l'an de grace M. CC. quatrevingz et chinc.]

**DIVIDERE**, Testamentum disponere. Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. § 10 : Quidquid servus domino non jubente Diviserit, vel fecerit, excepto, quod lex permittit, firmum non esse jubemus, etc. Append. Marculf. cap. 33 : Quod ego terram suam de eorum potestate per fortiam nunquam prisi, aut pervasi, sed de ista parte triginta et uno anno fere amplius semper exinde fui vestitus, et post me Divisi, etc. Charta Petri Regis Arag. ann. 1205 : Supradicta revertentur ad proximios meos, vel illos, quibus ego Divisero. Decreta Steph. Regis Hung. lib. 2. cap. 5 : Decrevimus... ut unusquisque habeat facultatem sua Dividendi, tribuendi uxori, filiis, etc. Testamentum Ricardi Comitiss Arundel. ann. 1875. apud Seldenum in Titulis Honor. 2. part. cap. 5. § 14 : Item, j'ordonne et Divise à Richard mon fils ma meilleure Couronne, etc.

\* **Deviser**, eadem acceptione, in Testam. ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101 : Je Bernard chevalier, sires de Morooul,... je doins et Devise à Contesse ma fille pour son mariage vin cent livres de Parisis.

2. **DIVISA**, pro Eleemosyna testamento ordinata, videtur accipi apud Eadmerum lib. 1. Hist. Novor. pag. 8 : Hinc quadam vice solidi quinque de illis (nam Divisæ pro temporum vicibus conferebantur) ex præcepto ejus dati sunt, etc.

3. **DIVISA**, Terræ portio, sic dicta, quod sit suis limitibus *divisa*, definita, vel quod per *divisam*, seu testamentum, relicta sit portio hæreditaria. Leges Inæ Regis cap. 44 : *Georli habeant herbagium in Communi, vel aliam compascalem terram, vel Divisam claudendam.* Pactum Philippi Aug. et Henr. II. apud Radulfum de Diceto ann. 1180 : *Excepit minutis feodis et Divisis terrarum nostrarum de Berri, si quid homines nostri quid inde interceperint.* Matth. Paris pag. 384 : *Istæ sunt terræ, quæ redduntur,... videlicet montana de Barrutha, cum terris et Divisis sibi pertinentibus.* Infra : *Cum omnibus eorum pertinentiis, cum terris, quæ sunt nominatæ in Divisis Hierusalem, etc.* Alia namque prædia pro indiviso, alia *divisa* possidebantur. Hinc crebro in Chartis : *Cullis et incultis, Divisis et indivisis*, apud Guichenonem in Biblioth. Seb. pag. 185. 188. Sicul. Flaccus de Condit. agror. : *Divisi et assignati agri unius sunt conditionis : nam et Dividuntur sine assignatione, et redduntur sine Divisione.* Dividuntur ergo agri limitibus institutis per centurias, assignantur viritim nominibus. Philippus de Beaumanoir MS. cap. 1 : *Li Baillis s'il n'en a special commandement, ne pot mettre l'heritage de son Seigneur en jugement, ne fere bonnage, ne Devise de l'heritage son Seigneur vers autrui, ne vendre, n'engager, etc.* Si indivisorum *divisio* et exæquatio ab hæreditibus postularetur, fiebat illa Regia auctoritate, ut colligitur ex Marculfo lib. 1. Form. 20. Idque avoir *Devise*, requerre *Devise* à son voi-

sin, vocant *Assisiæ Hierosolymitanæ* cap. 237.

4. **DIVISA**, *DIVISÆ*, Fines, limites, metæ locorum et prædiorum. Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 57 : *Si inter compares vicinos utrimque sint querelæ, conveniant ad Divisas terrarum suarum.* Vide cap. 34. 91. Rogerus Hoved. ann. 1072 : *Cum cunctis rebus eidem pertinentibus in bosco et plano, et omnibus rectis Divisis ejus.* Et mox : *Et per eandem Divisas, quibus ipse, sive ante eum Tostius vel Swardus ipsum manerium tenuerunt.* Et ann. 1063 : *Idem Rex et Ludovicus Rex Francorum dissenserunt, propter quasdam rerum suarum Divisas.* [Jacobus Græcus Syllanus in Vita B. Joachimi Abb. Florentis cap. 8. Mail tom. 7. pag. 101 : *Venerabilis Abbas S. Mariæ de Curatio nuper Panorum venit, ostendit in curia nostra duo scripta de Divisis terrarum, quas eidem Monasterio concessimus.* Chartularium Gemeticense fol. 7 : *Et avons audit lieu auditoire, prisons, sets, carguan, fourches patibulaires au Mont S. Pol, qui est la Devise et separation de nostre dite Baronnie Jumieges et Ducler.*] Vide Monasticum Angl. tom. 1. pag. 7. 373. 858. et Fletam lib. 4. cap. 2. § 13. cap. 6. § 3.

\* **Devise** et **Divise** nostris, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1874. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 263 : *Jehan Laisté envoia querre une houete pour esrachier et oster une pierre de Devise, qui estoit fin et mette entre ledit Hamel et l'heritage dudit Laisné.* Aliæ ann. 1477. in Reg. 203. ch. 39 : *Ice lui Richart avoit arraché les bonnes ou Divises d'un quartier de pré.* Vide infra *Divisia*.

5. **DIVISA**, Arbitrium, Gallis *Devis*. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 9 : *Omnis causa terminetur vel hundredo, vel comitatu, vel Divisis Parium.*

\* **Devise**, eadem notione, in Lit. ann. 1385. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 199 : *Et leur doit on baillier ledit larron lié à leur Devise.*

\* 6. **DIVISA**, vox Italica. Vestis bicolor, nostris etiam alias *Devise*. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 40. ex Cod. reg. 4621. col. 25. r. : *Berrouarii, quos rectores tenere debent, sint induti eodem panno et eadem Divisa, ita quod quilibet rector possit facere Divisam suam.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 6. ex Cod. reg. 4620 : *Habere debent et secum tenere ipse potestas quatuor domicellos et unum pagium indutos de una et eadem partita seu Divisa et eodem panno.*

\* 7. **DIVISA**, Stemma, insigne, Gall. *Devise*. Funus Joan. Galeaz ad ann. 1402. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1035 : *Alia duo (scuta) cum arma comitatus Papiæ, alia duo cum Divisa imperatoris, videlicet uno capitergio cum una gassa.* Vide supra *Devisementum*.

\* **DIVISATUS**. [Ital. *Divisato*, Gallis *bigarré* : « Corpus illud transversale pannis celestibus et albis *Divisatis* totaliter coopertum. (Diar. Burchard. ed. Thuasne II. 126. an. 1494.) »]

\* **DIVISIA**, ut supra *Divisa* 4. Charfa ann. 1144. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 507 : *Termini sunt a vallo Aquilina usque ad Correcos, et alius terminus est Divisia vetera a roca Serveria, et alius terminus sunt Divisæ de Vacheris... Excipio tamen omnes veteres Divisias, quæ ab antiquo fuerunt... Divisiam de Speissals et Divisiam de Vacayrolis et Podium-mejanum et Divisiam Vitulorum, etc.* Vide supra *Dividiculum*.

\* **DIVISIM**. [Separatim, seorsum. Gel-

lius habet *divise*. Voss. de vit. 429. Borr. cogit. 29.]

1. **DIVISIO**. Tabularium Lascarrensis Ecclesiæ ann. 1101. apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 10 : *Et si forte in his duellum, vel aliqua Divisio advenerit, damnum eis concessit.* Ubi idem vir doctissimus observat, in veteribus tabulis Sordensis Monasterii, et S. Petri Generensis, *Divisionem* usurpari pro *Examine ferri candentis, vel aquæ calidæ.* Idem Tabularium apud eundem lib. 4. cap. 19. n. 3. : *Deinde venit Willelmus Præpositus clamans de rustico, et accepit justitiam in manu ejusdem Vicecomitis, et fecit Divisionem ferri, et gratia Dei vicit eum.* Vide eundem Marcam lib. 5. cap. 30. n. 7. Quo forte referri potest, quod Petrus Resenius ad Jus aulicum Canuti II Regis Daniæ pag. 618. ait, quosdam existimare, vocem *Ordel*, quæ Anglo-Saxonibus, Germanis, et Danis, quamvis purgationem vulgarem significat, compositam esse ab *ert*, locus, et *deele*, dividere. Utrumque sit, videtur fuisse *divisio*, sors quævis : nam et *sors* *divisionem* significat. Joann. Sarisber. lib. 10. Policratici cap. 12. et Petrus Blesensis de Præstigiis fortunæ : *Sortilegi sunt, qui sub nomine fictæ religionis superstitiosa quadam observatione rerum pollicentur eventus; quod genus Sortes Apostolorum et Prophetarum, et Dividentium, et inspectio tabulæ, appellatur.*

\* **Division**, pro *Frénésie*, Insania, animi perturbatio, in Lit. remiss. ann. 1894. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 246 : *Laquelle Jehanne pour aucune frénésie ou Division, qui lui estoit venue, ou autrement... se pendit à un tref de la cheminée de son hostel.*

2. **DIVISIO**. *Divisiones versuum* in Psalmis, *χῳμματα*, in Capitul. Aquisgran. ann. 789. cap. 68. et lib. 1. Capitul. cap. 66. Vide *Incisio*.

3. **DIVISIO**, Arbor incisa, agrorum *divisionem* faciens. Vide *Lachus*.

4. **DIVISIO** **APOSTOLORUM**. Vide *Festum Divisionis Apostolorum*.

5. **DIVISIO**, Testamentum. Vide *Divisa*.

6. **DIVISIO**, Congiarium. Vetus inscriptio apud Gualterum in Tabul. Sicul. pag. 57 : *Cujus Statuæ dedicationem decurionibus Augustalibus epulantibus, populo viritim Divisionem dedit.*

† 7. **DIVISIO**, Divortium. Canones Hibern. apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 34 : *De eo quod melior Divisio, quam discordia. Synodus : Melius est Dividere, quam semper discordare; Divisio enim præstat pacem, discordia vero destruit.*

† **DIVISIONALE**, ut *Divisa* 1. seu Testamentum, quod testator sua bona dividit hæreditibus. Testamentum ann. 819. inter Instrum. tom. 1. Hist. Occitan. col. 38 : *In Christi nomine incipit Testamentum Dadilæ et Divisionale bonorum.*

\* Testam. Petri Ermeng. de Pozolas ann. 1088. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 131 : *In nomine Domini. Hoc est testamentum vel Divisionale, quod fecit Petrus Ermengaudus de Posolas, dum bene memoratus jacebat in lectulo suo.*

† **DIVISIONALIS BREVIS**, eadem notione. Testamentum anni 966. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 85 : *Hic est Brevis Divisionalis, quem fecit Matfredus Vicecomes, et uxor sua Adalais, a die qua cupiunt pergere Romam, de omnibus rebus illorum mobilibus et immobilibus, propter remedium animæ eorum seu inter filios eorum.* Vide novam Gall. Christ. tom. 1. pag. 3. col. 2.

† **DIVISITORIUM**, *Locus contubernii*.

Gloss. Sangerman. n. 501. Lege et vide *Diribitorium*.

1. **DIVISOR**, Qui dapes in mensa dividit, dissectat. Gl. Græc. Lat.: *Ἀναμοιρῆς, Divisor*. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Divisor*: Dælere, i. e. Divisor, distributor, a dælon, dividere, dæli, pars, portio.

\* *Diviseour*, eodem sensu, in Poem. Rob. Diaboli MS.:

Lors sont mandé li criours,  
Et li maistre Deviseours  
Chou qu'il doit crier li aprendent.

† 2. **DIVISOR**, Judex, arbiter, in Onomastico ad calcem tomi 5. Anecd. Martenianorum. Vide *Divisa* 5.

† **DIVISOR JURAMENTI**, Qui juramento sacramenti formulam præscribit. Consuetud. Furnenses ex Archivo Capituli Audomarensis: *Quicumque adjornatus fuerit, et prima die non venerit, readjornari debet ad secundam diem, et si tunc non venerit atinctus est; et si venerit et legitimum impedimentum ostenderit, petendo sacrosancta et Divisorem juramenti, hoc est, Stavera, stabit in placito suo, et si ita non fecerit, atinctus est. Belgis Stavenden eed, est alicui juramentum præscribere seu dictare, ut illud ad verbum recitet; hinc Stavera, qui illud dicitur.*

**DIVISORIUM**, Cella ab altis divisa, Johanni de Janua.

† **DIVISORIA SEDILIIUM**, Fulcra quibus in Choro sedes dividuntur. Regula Toribii Archiepisc. Limæ, Concil. Hisp. tom. 4. pag. 665. col. 1: *In Choro magnam membrorum et sensuum disciplinam observabunt, non ad sedes inclinati, neque cubitis ad sediliam Divisoria fulti.*

\* **DIVISUS**, Proprius. Stat. Avenion. MSS. fol. 39. r.º: *Singuli draperii teneantur habere Divisum et per se cannam ligneam. Forte pro Divisim.*

\* **DIVITATIO**. [*L'arricchire*, ditandi actus. *Petron. Satyr.* 117. Genus divitationis sibi non displicere confessus est. Al. male leg. *divinationis*.]

**DIVITES HOMINES**. Vide *Rici homines*, [et supra *Dives homo*.]

† **DIVITIARIUM**, Locus ubi reponuntur divitiæ. S. Ambrosius de Officiis: *Sapienti et justo totius mundi Divitiarium est. Vide Barth. Adversar. lib. 35. cap. 22.*

**DIVITIOSITAS**, Copiositas Joan. de Janua et Ugutio.

**DIVITIOSUS**, Copiosus, plenus divitiis: Joan. de Janua. *Divitior Terentio in Phorm.*

**DIVITISSIMUS**, pro *Ditissimus*, apud Alcuinum Epist. 17. 29.

\* **DIVOLA**, **DIVOLTRIX**. Vide *Diabolaris*.

† **DIVOLARES**, *διώλοιοι*. Gloss. Lat. Græc. Lege *Diobolares*, vel *Diovolares*, B. in V. mutato, ut alibi sæpe. Similiter in sequenti voce pro

† **DIVOLTRES**, legendum est *Diobolares*, hoc est, Duorum obolorum, a Græco *διώβολον*, Duo oboli. Hinc ridiculum emendato etymon Johannis de Janua, qui habet: *Divoltres, Vilissimæ meretrices, quæ se suaque gratia numerum præbent, et dicuntur Divoltres, quasi desiderio volentes, vel quasi pro numo volutæ. Ad quæ Martinus: Mira vox! Sed non tam homines accusandi, quam sæculi deploranda caligo.*

\* **DIVOLVERE**, Evolvere, Gall. *Dérouler*. Consuet. Norman. part. 1. cap. 17. ex Cod. reg. 4651: *Nec illud (viriscum seu inventum) debet minuire, vel Divolvere, vel reversare, dimovere, aperire, vel explicare, nisi prius a justiciario videatur.*

Ubi Gallicum habet: *Ne le doit appeticer, ne reverser, ne mouvoir.*

† **DIVOMERAT**, *Aperuerat*. Gloss. Isidor. Corrigere cum Grævio: *Dimoverat, Separaverat*. Papias: *Dimovere, Disjungere, dividere, deducere*. [\* Glossar. in cod. reg. 7644: *Divaricavit, Aperuit*.]

**DIVONA**, Fons Deorum, idiomate veterum Gallorum. Ausonius in Burdigala:

Divona Celtarum lingua fons addite divis.

Hodie apud Cambros, *Diu Deum*, et *Vonan* fontem significare testatur Zuerius Boxhornius in Orig. Gallic. cap. 1.

† **DIVORTIARE**, Diducere matrimonium, Gall. *Faire divorce*. Pluries occurrit apud Rymerum tom. 14. pag. 464. col. 1. et pag. 469. col. 1.

† **DIVORTIONALE**, *Libellus divortii*. Amalthea.

**DIVORTIRE**, Divortium facere. Capit. Leonis IV. PP. in Conc. Rom. ann. 853: *Si vir et uxor solummodo pro religiosa vita Divortire inter se consenserint, nullatenus sine conscientia episcopi fiat*. Epist. Petri Dam. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 493: *His tandem rex (Robertus) coactus angustiis, ad sanum consilium rediens, Divortit incestum, inique legale connubium*. Vide *Divortiare*.

† **DIURETICUS**, *διουρητικός*, Urinalis. Cæl. Aurel. Tard. lib. 1. *Medicamina Diuretica*. Priscian. de Diæta cap. 9: *Tripsaca herba calida et Diuretica. Vina diuretica apud Palladium*.

† **DIURIUM**, *Solutio ventris unius diei*. Papias. Legendum *Diurnum*, Senecæ, Cibarium unius diei servo præstitum; *Diurna pitancia* in leg. 11. Cod. Theod. de Erog. milit. annon. (7, 4.) [\* Leg. *Diarium* et pone virgulam post *ventris*. Glossar. in cod. reg. 7644: *Diarrha, est jugis ventris cursus sine vomitu. Diarrha, a cybo scilicet unius diei*.]

1. **DIURNALE**. Vide *Diurnalis* 3.

1. **DIURNALIS**, *ἡμερολόσιος*, in Gloss. Lat. Gr. [Diurnus. *Diurnale officium et nocturnale*, in Capitularibus lib. 6. cap. 171.]

2. **DIURNALIS**. *Diurnales* dicuntur Calcæ quibus interdiu untuntur Monachi, qui *Calciantia Diurna* appellantur in Capitul. Ludovici Pii Addif. 1. cap. 22. Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 84: *Quod et faciunt, quoties calciant se Diurnalibus consuete*. Adde cap. 108. Lanfrancus in Decretis pro Ordine S. Benedicti, cap. 1: *Antequam sonet signum ad apparatus Tertie, nullus calciet se Diurnalibus suis, exceptis iis, quibus extra claustrum cura obedientie injuncta est*. Consuetud. Floriacenses: *Post prandium omnes dormitorium ascendentes Diurnales calceos ponunt, et nocturnales induunt*. Ita Statuta antiqua Cartusiensis 2. part. cap. 16. § 2. et alibi. Eadem notione usurpant Udalricus lib. 1. Consuetud. Cluniac. cap. 12. 40. lib. 3. cap. 27. Chron. S. Trudon. lib. 13. pag. 510. Vide *Nocturnales*.

3. **DIURNALIS**, Idem quod *Jugerm*: nostris, *journal*, quantum terræ bos per diem arare potest. [Papias MS. Bituric.: *Decem juga vinearum, decem jugera, vel decem Diurnales*. Charta Hedeni Ducis ann. 704. pro S. Willibrordi Episcopo, apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 13: *Donamus tibi tres casatas... et centum Diurnales, id est, jugera de terra aratoria*. Charta anni 1223. ex Archivo Villæ novæ: *Ego Silvester de Rezano tradidi Monachis Villæ novæ duos Diurnales pratorum in valle mea tenendos*.] Acta Murensis Monasterii pag. 40: *Sunt*

*ergo in vico 16. mansi, et 19. Diurnales. In Egga dimidius mansus, et 22. Diurnales. Ad Hasle 4. Diurnales et dimidius, etc.* Eadem Acta pag. 45: *Rustici vero qui habent Diurnales 20. et duo sunt, alii servientes, alii censum dantes*. Ubi *Diurnales servientes* sunt, quorum possessores certum servitium dominis debent, ut arare, metere, fœnum secare, etc. Et pag. 47: *In curtem ordinata est, ubi sunt 14. Diurnales servientes, et 2. mansi, etc.* MOX: *In curtem composita est, ubi habentur 12. Diurnales 6. in villula, et 6. ad Turmulon, et 1. mansus*. Alio loco: *Pratum, quod computatum est per 7. Diurnales*. Occurrit in his Actis pluries pag. 43. 49. 50. 51. 55. Tabularium Prioratus Domine in Delfinato fol. 29: *Duos videlicet Diurnales de terra, etc.* Tabularium S. Remigii Remensis: *Arat annis singulis Diurnale unum*. Chron. Andrense pag. 358: *Duo Diurnalia terræ dedit, etc.* [Chronicon Bonæ Spei: Anno MCLXXX. emit... *Diurnalia, LXVI. virgas terræ*. Et pag. 305: *Bonarum... et v. Diurnalia, LXXXIV. virgas circiter terræ*.] Vide *Dies*.

**DIURNARE**, Diem exigere, morari, nostris *Sejourner*. Adelbodus de Gestis S. Henrici Imp. pag. 446: *Ibi in die Palmaram, qua oportuit celebritate, suos Diurnare fecit*. [\* Pertz. tom. 4. Scriptur. pag. 691. lin. 38. Adde pag. 684. lin. 39.] *Diurnare* dixit Gellius de Q. Claudio veteri historico: *Neque optimum quempiam inter nos sinunt Diurnare*; hoc est diu durare seu vivere.]

**DIURNARI**, qui *diurna* conscribebant, efficiebant, et quod *dietim* fiebat, vel dicerentur, in Diaria describebant. Junguntur illi cum Subscribendaris, Logographis, Censualibus, in Lege 8. Cod. Theod. de Cohortali. (8, 4.) *Diurna pitacta*, in 1. 11. eod. Cod. de Erogat. milit. annon. (7, 4.) quibus, quid per singulos dies erogandum esset, continebatur. Vide *Jornarium*.

**DIURNIUM**, *ἡμερολόγιον*. Gloss. Gr. Lat. [Idem est quod *Juvenali* et Senecæ *Diurnum*, Liber continens acta dierum singulorum. Suppl. Antiquarii: *Diurnium, ἡμερολόγιον, Calendarium*.]

† **DIURNUM**, vel **DIURNUS**, Idem quod *Diurnalis* 3. Chronicon B. M. Bonæ Spei pag. 5: *Pro uno Diurno prati iuxta Joannis pratam*.

\* **DIURNUS**, ut *Diurnalis* 3. idem quod *Jugerm*. Charta ann. 1088. in Tabul. S. Petri Carnot.: *Ultra hos sex Diurni, de quibus totam decimam; ad dexteram partem horum, xij. Diurni, ex quibus totam; ultra viam Bobbecii quatuor Diurni, ex quibus totam*. Vide *Diurnum*.

\* **DIUTELLUM**. Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 68. r.º: *Terra de Serrogges pro dimidia carucata terræ per has divisas, scilicet a Diutello de Westerdene de sursum Hameldunum usque ad aquam Line, et de sursum Westerdene per transversum usque ad sursum Diutelli Gillenimedene*. Nisi leg. sit *Dintellum*. Vide supra *Dentellus* et *Dentillum*.

**DIUTINARE**, Perseverare, in veteri Lectionario Asturicensi, ubi de S. Dominico Calceatensi.

**DIUTURNA**, Modus agri, qui alias *Jornale* et *Dies*, etc. Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Concedimus tres corotas dominicas nostras, et in sponsalio Consecrationis Ecclesie unum curtillum ante januas positum, et tres Diuturnas de terra, et vernetum in dextra et sinistra parte positum ad edificationem domorum habitantium in servitio præ-*

dictæ Ecclesiæ. Alibi : *Similiter concedimus sponſalitium ipsius Ecclesiæ duas Diuturnas telluris, etc.*

† **DIUTURNALITER**, Diu, in Actis SS. Julii tom. 2. pag. 681. de S. Anatolia.

**DIUTURNIUM**, πολυχρόνιον, in Gloss. Græc. Lat. MS. Editum *Diuturnum* habet. Notum autem Græcis πολυχρόνιον esse vitæ diuturnioris adprecationem. Vide *Polychronia*.

**DIUTURNUS**, Usu diuturno peritus. Ammianus l. 16. *Dux Diuturnus* dicitur, quem lib. 30. *Usu Castrensis negotii Diuturno firmatum*. Et lib. 23 : *Sacerdotem cæteris Diuturniorem, sentiore* vocat.

† **DIWHOART**, Species corvata apud veteres Aremoricos. Tabularium Rothoni. : *Vendidiâmus... sine censu, sine renda, et sine opere et dicofrit, vel Diwohart, et sine ulla re ulli homini*. Vide *Dicofrit*.

**DIVUS**. [Lexicon vet. apud Turnebum *Adversar.* l. 28. cap. 6 : *Divus, Imperator, qui post mortem Deus habetur.*] Joan. Sarisberiensis l. 3. *Policrat.* cap. 10 : *Facti sunt ergo Divi indigetes, aut, ut aliis placet, Heroes, quos nec etiam humana sorte dignos Romanorum perfidia reputavit. Tractum est hinc nomen, quo Principes virtutum titulis et veræ fidei luce præsignes se Divos audeant, nedum gaudeant appellari, veteri quidem consuetudine etiam in vitio, et adversus fidem Catholicam obtinente*. Vide, quæ in hanc sententiam collegit Joannes Filesacus lib. de Idololatria politica cap. 1. pag. 9. 10. neque enim hisce licet immorari.

\* **DIVUS MINISTERIALIS**, apud Ant. Matth. de Nobilitate, de principibus edit. Amstel. ann. 1686. is appellatur, qui alicujus ecclesiæ servitiõ addictus erat. Vide *Sanctuarium*.

\* **DIXENERIUS**, Decanus, decurio ; *Dixainier*, in Lit. ann. 1368. tom. 5. *Ordinat.* reg. Franc. pag. 686. Monstræ factæ apud Chassagniam ann. 1511 : *Franciscus Charbonerius Dixenerius habet unam generieriam ; injunctum est quod habeat unum bragamardum*. Nostris *Disel*, vulgatus *Dizeau*, Frumentarium fascium denarius. Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 176. *Chartoph.* reg. ch. 777 : *Le suppliant prist ung autre Disel, ... et lors icellui Mortaigne d'une forche ferrée qu'il avoit, frappa unq cop sus ledit suppliant qui chey sur ledit Disel de blé*. Vide *Dizenus*.

† **DIZENUS**, Decanus vel Decurio. Miracula S. Bernardi Menthonensis, Julii tom. 2. pag. 1088 : *Huc symbolam suam Penninæ quoque regionis Primores quos Dizenos vocant, conferunt*.

\* **DIZIMÆ**, Decimæ, pars decima, Hisp. *Diesmo*. Testam. Alph. III. reg. ann. 1271. tom. 1. *Probat. Hist. geneal.* domus reg. Portug. pag. 56 : *Obtiõ omnes redditus... et Dizimas omnes, tam maris quam terræ*.

† **DLIDALT**, Species vestis, apud Stephanotium *Fragment. Hist.* tom. 8. fol. 247 : *Laxo etiam tunicam meam viridam et unam Dlidalt et duas camisas*. [\*\* *Leg. Blidalt* et vide *Bliandus*.]

† **1. DOA**, Fossa, Gall. *Douve*. Tabularium S. Sergii Andegav. : *Ex transverso autem a Doa castelli usque ad alteram vineam, quæ est ultra vetus terrarium*. Vide *Doga* 1.

\* *Alias Doe*. Charta ann. 1284. in Reg. 66. *Chartoph.* reg. ch. 1263 : *Concessi triginta quinque pedes in amplum de Doa seu fossato, adjacentem muro prædicto, ... ad faciendum et construendum in Dicta Doa viridarium*. Alia ann. 1306. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 904. r.

col. 2 : *Sommes tenuz a soutenir les Doez deadiz moulins a nos propres couz et despens a toujourz*. Ibid. ad ann. 1310. fol. 387. v. col. 2 : *Jean de Goyet 18. deniers de sa Doe*.

\* Nostris etiam *Dove* et *Douhe*. Charta Joan. de Castell. comit. Bles. ann. 1265 : *Nullus alius ab ipsis poterat aliquid facere vel immittere in dicto fossato nec Dovis fossati*. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. ch. 321 : *Icellui varlet s'enfouy ès Douhes du fort de Naliens, qui est sur le chemin en venant du port de Sables à Fontenay le Comie*. Alia ann. 1379. in Reg. 116. ch. 113 : *Icellui Girart porta ledit Jannot sur une Dove d'un fossé, pour veoir se il le leveroit*. Rursum alia ann. 1397. in Reg. 152. ch. 57 : *Il ne le cuidoit point avoir féru, pour ce que le pié lui failli, sur la Dove d'un fossé*. Quibus ultimis locis intelligenda fossæ margo seu terra ex fossato circumjecta. Le *Roman de la guerre de Troyes* MS. :

Devant les Doves des fosses  
Estoit li tornoi aresteez.

Ibidem :

Es Doves chient des fosses,  
Ainçois qu'en fust li tiez entrez.

Vide infra *Douve*.

\* **2. DOA**, Asser, quo dollum compingitur, Ital. *Doga*, Gall. *Douve*. Stat. dattiar. Riper. cap. 12. fol. 5. v. : *De qualibet libra æstimationis quarumlibet Doarum, pro faciendõ tinas ab oleo, pro intrata denarii octo*. Vide infra *Doela*.

† **DOAGERIA**, Gallice *Douairiere*, Mulier vidua cui ususfructus certæ partis bonorum mariti concessus est, apud Rymerum tom. 13. pag. 635. col. 1 : *Maria præfati potentissimi Regis Angliæ soror et Franciæ Doageria in præsentia habet et possidet, in omni casu et eventu, sive Delphinus ad Regem (regnum) pervenerit sive non : et de eodem Doario sive donatione propter nuptias adeo certam et securam reddet et assecurabit, sicut præfata domina Anna olim, seu domina Maria hodie Doageria, vel aliqua Regina Franciæ de Doario sive donatione propter nuptias unquam certa et securâ seu assecurata fuit, aut assecurari debuerit : quod quidem doarium, etc.* Vide ejusd. tom. pag. 70. col. 1.

\* *Alias Douagiere*. Charta ann. 1388. Reg. 185. *Chartoph.* reg. ch. 103 : *Après la mort desquelz (enfants) Marie de Monceaux, femme dudit Hebert, comme Douagiare a joy et usé par longtemps de laditte terre*.

† **DOALIUM**, Donatio propter nuptias, Gallis *Douaire*. Charta Aymari de Pictavia in uxorem ducturi Alixentem ann. 1268. apud Baluzium tom. 2. *Hist. Arvern.* pag. 286 : *Et donationem seu constitutionem dotalicii seu Doalii, necnon promissiones et conventiones prædictas vobiscum habitas, vobis et vestris successoribus et ipsi Alixent perficiet et inviolabiliter conservabit*.

\* *Alias Doale*. Libert. villæ d'Aigueperse ann. 1374. in Reg. 198. *Chartoph.* reg. ch. 360 : *Item que se homs d'Aigueperse, qui ait femme ou enfens, estoit ataint vers nous pour cas de crime, la femme ne doit perdre sa chancelle ne son Doale*. *Doer*, pro *Douer*, dotem assignare, in Vita J. C. MS. :

De vingt castians le Doers, etc.

\* *Endoairer*, eodem significatu, in *Contract. matr.* ann. 1340. tom. 1. *Probat. Hist. Brit.* col. 1410. et *Endoué-*

*rer*, in Testam. Franc. ducis Brit. ann. 1449. ex *Bibl. reg.*

† **DOAMEN**, f. Dolii lamina, Gall. *Douve*. *Inventarium* ann. 1342. ex Archivio S. Victoris Massil. armar. Din. n. 38 : *Item unum embunum, item Doamen unius vasi de fraÿse*; hoc est, si bene interpretor, lamina fraxinea ad unum dolium faciendum. Vide *Doga* 3.

**DOANA**, et **DUANA**, Ædes, in quibus fiscales redditus, vectigalia, portoria, et cætera id genus tributa pro mercibus, et mercium transvectione inferuntur. Hugo Falcandus in *Hist.* de calamitate Sicil. pag. 661 : *Multi quoque Saracenorum, qui vel in apothecis suis mercibus vendendis præerant, vel in Duanis fiscales redditus colligebant, etc.* Gesta Innocentii III. PP. pag. 18 : *Instituēbat justitiarios et camerarios... vendebat pignorabat Doanas, et bajulaciones accipiebat, etc.* Vide Chron. Richardi de S. Germano ann. 1221. [*Chron. Parmense* ann. 1277.] *Constit. Sicul.* lib. 1. tit. 36. Bonfil. Constant. in *Sicul.* pag. 188. 189. Odoric. Raynald. ann. 1285. n. 39. etc.

Vocem effectam a telonio Ugduni Gallorum, cui id nominis, atque inde translata in Italiam censet Spelmanus. Alii a *Doen*, Britanno-Armorico, *Portare*, ferre, quod in hunc locum merces omnes deferantur, dictam *Doanam* opinantur. Sed potior videtur sententia, a Saracenis arcessendum etymon ; nam auctor est Vincentius Belvac. lib. 31. cap. 145. *Doanam* appellari Sultano- rum Palatium, ubi scilicet eorum thesauri asservabantur : *In Douanam, id est, in domum Soldani eum ducentes*. Erit igitur *Douana*, Saracenis, quod nostris Camera, cubiculum. [Neque inferior videtur eorum opinio, qui ab Arabico *Divan* seu *Diwan* Prætorium, hocque ab Hebræo *Doun*, Judicavit, derivant, quod in *Doana* solet de mercimoniis judicari.] Vide Sebast. de Cobarruvias in voce *Aduana*, Menagium, et Ferrarium in Orig. Italic. [necnon priorem, scil. Menagium in Gallicis.] [\*\* *Murator. Antiq. Ital.* tom. 2. col. 525. c.]

**DOGHANA**, Eadem notione, apud Ughellum tom. 7. pag. 904. *Dogana*, *Boccacio*.

† **DOHANA**, in Chronico Siciliæ apud Marten. tom. 3. *Anecd.* col. 36. et supra in voce *Cabella*.

† **DOHANARE**, *Dohanare* tributa solve. *Constitut. Siculæ* lib. 1. tit. 39. de officio Magistrorum fundiciorum : *Fundicare seu Dohanare compellant... quæ in novis institutis fundicari seu Dohanari mandavimus*.

**DOANERIUS**, qui *Doanæ* vectigalia ac tributa exigit, vel recipit, apud Ughellum tom. 8. pag. 879.

† **DOHANARIUS**, in *Partizanus. Dohanerius*, apud *Muratorium* tom. 8. col. 609. B. et *Duanerius*, apud Baluz. *Miscell.* tom. 6. pag. 277.

\*\* **DOARE**, *Dotare*. Reg. *Olim* *Parlam.* Par. tom. 1. pag. 286 : *Doaverunt insimul dictam Hellyodim*.

† **DOARIA**, Gall. *Douaire*, Donatio propter nuptias. *Instrum. matrimoniale* anni 1273. *Histor. Dalphin.* tom. 1. pag. 198. col. 2 : *Humbertus dominus de Turre consentiente R. Patre Dom. Guill. Episcopo Claromontensi fratre ejus, dedit, concessit et donavit eidem Annæ, nomine dotalitii seu Doariæ ad vitam ipsius Annæ, ad bonum usum et consuetudinem Burgundiæ, medietatem totius terræ baroniæ seu baroniarum de Turre, etc.* Vide *Dos* et *Dotarium*.

† 1. **DOARIUM**, ut *Doaria*, in Contractu matrimonii Domini Anne de Turre ann. 1445. apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 735. Occurrit etiam apud Rymurum tom. 10. pag. 244. col. 2. tom. 18. pag. 179. col. 2. et alibi non semel. Vide *Doageria*.

\* A dote tamen et a donatione propter nuptias, *Doarium* distingui videtur in Charta ann. 1266. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 72. r. col. 1: *Promiserunt dicti venditores,.... quod contra venditionem et quitationem hujusmodi jure hæreditario, ratione dotis, Doarii, conquestus, donationis propter nuptias, aut aliquo alio jure, per se vel per alium, non venient in futurum.* Nisi hæc redundanter et cumulatus dicta existimes. Vide Argentr. in Consuet. Brit. ubi de matrim.

† 2. **DOARIUM**, Donatio a fundatore facta Ecclesiæ recens ædificatæ. Vide *Dos Ecclesiæ*.

† **DOAYRIUM**, Idem quod *Doarium* 1. Donatio anni 1318. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 178. col. 1: *Occasione donationis propter nuptias, vel causa dotis augmentandæ seu causa Doayrii ipsius dominæ Beatricis.*

\* **DOBIO**, f. Mappula, mantile, Gall. *Serviette. De mappis et Dobionibus*, in Stat. Placent. lib. 6. fol. 80. v. Vide infra *Doublerium*.

1. **DOBLA**, Mensura liquidorum. Vide *Duplarium* 1.

\* 2. **DOBLA**, vox Hispanica, Nummus aureus. Hist. Sicul. Bonincont. part. 3. apud Lamium in Delic. Erudit. pag. 3: *Hic (Henricus Alph. reg. Hisp. frater) quum accepisset Carolum sua liberalitate ære alieno oppressum, quadraginta mille auri Doblæ (sic enim id monetæ genus in Africa adpellabatur) ei mutuo dedit.* Vide infra *Doblis*. [\* et S. Rosa de Viterbo Elucidarii tom. 1. pag. 382. voce *Dobra*.]

\* 3. **DOBLA**, ut supra *Doa* 1. Fossa, f. pro *Dova*. Lit. ann. 1351. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 480. art. 17: *Quod dicti consules, cum suis consiliariis, habeant potestatem cognoscendi de viis publicis et itineribus reparandis, de clertis (in Reg. cleotis, pro cloacis) Doblis, etc.*

† **DOBLAR**, vox Hispanica, in Regula Toribii Archiep. Limæ, inter Concil. Hisp. tom. 4. pag. 664. col. 1: *Cum inchoantur Vesperæ defunctorum in die omnium Sanctorum, debet statim incipere duplex sonitus campanarum, quod vulgo vocant Doblæ, et durare usque ad horam octavam noctis.* Vide *Doble*.

† **DOBLARE**, Gall. *Doubler*, Duplicare. Chartular. S. Martialis Lemovic.: *In octava Paschæ tria Responsoria Doblare cepimus.*

\* *Doubler*, alia notione, nempe pro Humi sternere, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 207: *Jehan Darche print le suppliant par le colet et le Doubla souz la table.*

† **DOBLE**, Idem quod *Doblæ*. Regula Toribii Archiep. Limæ: *In funere Prælati et Præbendariorum... fit solemnissimus crepitus campanarum vulgo Doble.*

1. **DOBLERIUS**, Crumena, sacculus, vet. Gallis *Doublier*. Limborch. lib. Sentent. Inquisit. Tolos. pag. 102: *Custodivit quemdam Doblerium dicti hæretici, in quo erat unus liber et alique aliæ res.* Ibid. pag. 153: *Scambiavit sibi pecuniam et portavit sibi Doblerium de Tholosa usque Avenionem, ubi reddidit sibi.* Vide *Duplarium* 2.

\* Nostris alias *Doubler*. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 256: *Auquel mestoiër icellui Guil-*

*laume bailla unes besaces, appellées Doubler; ouquel Doubler avoit trois aunes de toile de lin.*

\* 2. **DOBLERIUS**, Duplex, Gall. *Double*, Ital. *Doblo. Festa simplicia sive Dobleria*, in Ordinar. M. S. Petri Aureæ-vallis. Vide *Duplarium* 4.

† **DOBLETA**, Crustulum, Gall. *Oublie*. Usus Culturæ Cenoman.: *Ad cænam habeant nebulas, Dobletras.* Vide *Nebula* 2. et *Oblata*.

\* 1. **DOBLETUS**, Tunica vel pallii species, nostris *Doublet*. Lit. official. Senon. ann. 1386. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22: *Item viginti quatuor peciæ capitegiotium seu Dobletoium de sirico et lino ad usum mulieris.* Comput. Steph. de Font. argent. reg.: *Pour un fin drap d'or de Damas et un fin camocas d'outremer, délivré à mons. le comestable de France et au maréchal de Clermont, par cédule du roy donnée à Paris le 18. jour de Février 1352. rendue à court, pour faire deux Doubles.* Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. ch. 288: *Un trellis neuf à entoyer un lit, une piece de toile, un Doublet de nuit, etc. Tailleurs et couturiers de robes et de Doubles, in Lit. ann. 1366. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 549. *Doublier*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 38: *Icelle suppliant prins... trois pennes, que on nomme Doubliers ou pais (Laonnois.)* Testam. ann. 1448. ex Chartul. 21. Corb. fol. 277: *Item à Dame Jehanne Clevelle, femme Hue Aguiche, ung Doublier de xij. aunes, et ung à Mariette sa sœur.* Vide infra *Doubletarius*. Est et *Doublet*, retis genus, in Stat. ann. 1327. ex Reg. 65. ch. 69: *Item nous deffendons la Doublet, se ele n'est au moule d'un Parisis.* *Doublee*, editum tom. 2. earumd. Ordin. reg. Franc. pag. 12. art. 21.*

\* 2. **DOBLETUS**, Ital. *Dobletto*, Telæ Franciscæ species, ex lino et gossipio contextæ. Convent. Saonæ ann. 1526: *Item pro qualibet salmata.... Dobletorium, etc.*

\* 3. **DOBLETUS**, Adulterina gemma a crystallo colorata, Gall. *Doblet*. Charta ann. 1345. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Robertus episcopus Massiliensis recognoscit se recepisse ab executori testamenti supradicti dom. Johannis, quondam episcopi, unum annulum pontificalem de argento deaurato, in quo sunt quinque Dobleteri et quatuor perlæ.* Vide infra *Doubletulus*.

\* **DOBLIS**, Nummus aureus. Hisp. *Dobla*, Gall. *Doublon*. Charta ann. 1343: *Tres Doblæ auri antiquos et primi ponderis, et quindecim angelos secundum ponderis, et duos duplices auri antiquos boni et recti ponderis.* Vide *Dobla* 2. et *Duplex*.

† **DOBLO**, Duplo, Ital. *Dobla* vel *Dobra*, Hisp. *Doblon*. Gall. *Pistole*. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 883. de B. Aloysio Gonzaga: *Genua venerandus flexit Dux, acceptoque aureo Doblone (ita vocant Itali) e crumena aurea, quam et dominus Petrus Maria Gonzaga, Eques Redemptoris, porrigebat, ipsum obtulit in disco ad hoc ibi præparato.*

\* **DOBLOS**, vox vulgaris, ut et *Doblise*, Candelæ species, f. quod bilychnis, sic dicta. Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 193. col. 1: *Solvit pro xciij. libris de Doblis et candelis cereis, etc.* Alius ann. 1362. ibid. pag. 251. col. 1: *Pro sex libris candelarum, vocatis Doblous, etc. Pro octo libris de Doblises ceræ, etc.* in Comput. ann. 1412. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 205. col. 2. Vide infra *Duplo* 2.

\* **DOBMA**. [Legitur ap. Ms. 309. Bibl.

Vatic. f. 16: *« In feria dicta Silvestri Dobmate quarta. »* Forsan hebdomade legendum est.]

\* **DOCARE**, ab Italico *Docciare*, Insperegere. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 234: *Comedit ceparium seu cepas in oleo Docatas.* Nisi leg. forte sit *Decoctas*. *Docet*, pro Fasciculo, ut videtur, in aliis Lit. ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 192: *Et en icelle cave prist deux cent et demi de suif, un Docet de cuir,... et vendi ledit Docet viij. solz.* *Une eschine Doceresse assise au bout du pont neuf avecques le premier pille*, in Lit. ann. 1386. ex Reg. 130. ch. 158.

† **DOCARIUM**, ut videtur, a Græco *δοκός*, Trabs, tignum, Gallis *Poutre*, *Solive*, *Bois de charpente*. Agnelli lib. Pontif. apud Muratorum tom. 2. pag. 182. col. 1: *Omnia Docaria et subtegulata, et omnia ligna abiegna, et quæ necessaria erant, Ravennenses cives volentes in angaria.... cæmentarique ordinabant trabses super parietes, et perfecta sunt omnia.*

† **DOCATUS**, pro *Ducatus*, Gall. *Duché*. Occurrit in Charta Caroli Magni, apud Doubletum Hist. San-Dionys. pag. 715.

† **DOCCIA**, vox Italica, Canalis, tubus, Gall. *Canal*, *Tuia*. Hugo de Prato Serm. 68. apud Martinum in Lexico: *Si quoddam Canale aquæ velocissime currentis deorsum, ut Doccia molendini percuteret in murum, manifestum est, quod undique redundaret et dispergeretur: sic erit in gloria animæ ad corpus.* Vide *Duciculus*.

\* **DOCCIO**, *Doctrina*, *διδασκία*. Codex Sangerm. *Doctrina, doctus*, in Castigat. ad utrumque Glossar. Vide *Doctio*.

\* **DOCE**, *Cedo*, *διδάσκω*, ex eodem Cod. ibid.

† **DOCELLUM** quoddam in pago Rutenico super rivulum Dordunum, cujus vocabulum est *Concas*, in Præcepto Ludovici Pii ann. 819. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1417. Lege *Locellum* ut in Annal. Benedict. tom. 2. pag. 401.

\* **DOCENTER**. Virgil. Grammat. pag. 71: *Dicimus enim Docenter, sapienter, instanter, perseveranter.* Hanc vocem Barthius in Advers. pag. 1579. e codice reponere jubet apud Martian. Capell. lib. 4. § 423. vers. 5. ubi vulgo legitur *Decenter*.

† **DOCENUS**, Assis Francicus duodecim constans denariis, Gallice *Douzaïn*. Testamentum S. Aredii Abb. Aitamentis, apud Stephanot. Fragm. Histor. MSS. tom. 1: *Maimacum domum nostram... Monachi nostri Altanenses habeant cum mancipiis, qui quaternos arpennos vineæ Monachis colant; uxores vero eorum Docenos argenteos singulis annis Monachis Altanensibus persolvant.*

\* **DOCERE**, Ostendere. Acta B. Petri Arbues. tom. 5. Sept. pag. 736. col. 1: *Ex illo (sanguine) dictus papyrus fuit unctus, et illum publice Docui, testibus infra scriptis.*

\* **DOCERE**, Concionem habere ad populum in ecclesia. *Doctor*, Concionator. Vide Glossar. med. Græcit. voce *Διδάσκων*, col. 304. et Append. col. 58.

\* **DOCESIS**, Vana opinio a Gr. *Δόκησις*. *Docesim aut phantasiam*, ap. Mar. Mercat. pag. 178. 292.

\* **DOCHA**, i. *Cupio*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1332. ex Cod. reg. 4120. Ubi leg. forte *Cupa*. Vide *Doga* 2.

† **DOCHION** quidam ordeum vocant. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **DOCIBILIS** *διδασκτικός*, in Gloss. Græc. Lat. Gloss. Lat. Græc.: *Docibilis, εδιδ-*

δακτος, εμαθής. *Docibilitas*, διδασκαλία. Glossæ S. Benedicti cap. de Morib.: *Docibilis*, εμαθής. *Indocibilis*, δυσμαθής. Ugutio et Joan. de Janua: *Docibilis* et *Docilis differunt: nam Docilis est Discipulus, qui facile docetur: Docibilis vero qui facile discitur.* Mox ait, promiscue usurpari, ut apud Joannem cap. 6: *Erunt omnes Docibiles Dei*, i. e. dociles. Græc. διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. Et 2. ad Timoth.: *Ad omnia Docilem, patientem.* Gr. διδασκίμων. Amalarius lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 35: *Non erit Responsorius, quia nemini ibi prædicabitur, sed erunt omnes Docibiles Dei.* Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 9: *Prudentem, non violentum, Docibilem et bene docentem Sermone puro et aperto.* Sugerius lib. de Administr. sua cap. 3: *Cum ætate Docibili adolescentiæ mez antiquas Armarii possessionum revolverem chartas.* Hincmarus Remensis Epist. 7. ex Labbeanis: *Si ipse clericus criminis non est, et Docibilis est, quod etiam in Episcopo Canones requirunt, etc.* Infra: *Si autem ipse clericus, cui per tanta tempora ipsam Ecclesiam in Follanæbratio habere, et in ea laborare consensisti, non placet et per rationem, aut pro crimine, aut pro indocibilitate illum rejeceris, quem contra regulas sine mea licentia et sine libertate Canonica ordinasti, ostende, et alium inveniemus.* Ubi *Docibilis*, est, uti dicimus, *Capax; ut indocibilis, incapax.*

*DOCIBILITAS.* Alvarus in Vita S. Eulogii: *Et hoc erat exercitium nobis melle suavius, favis jucundius, et in aure nos quotidie extendentes, multa inadibilia tentare in scripturis immatura Docibilitas egit.* Infra: *Quanta Docibilitas tam pretioso munere inneset animæ, etc.*

\* Vita S. Cicei tom. 1. Aug. pag. 660. col. 1: *Docibilitas evangelica, qua quisque Christi discipulus nuncupatur, etc.*

† *DOCILLUS*, Clepsydra. Vide *Ducillus*.

† *DOCMEN*, pro *Dogmen*, Dogma. Eriodogus in Vita S. Wilfridi, inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 725:

Fistula rurestris cecinit prothematâ cavis,  
Callosas cani Meligor velut excola sannas,  
Enervi trutinans exotica Docmina plectro.

Mabillonius legit *Dogmen* in Onomast. ad calcem.

† *DOCRUM.* Charta Gennaldi Episcopi Astoricensis æræ 953. apud Antonium de Ypez, tom. 4. Chron. Ordinis S. Benedicti pag. 448: *Cæteros libros tam divinos, id est Bibliothecam totam, Moralium, Job, Pentateuchum, cujus historia Ruth, liber unus; sive etiam et specialiter, Docrum, id est, Vitas patrum, item Moraliū, Ezechielem. Prosperum genera officiorum, Ethimologiarum, catha Johannis, libros Trinitatis, libros Apringii, Epistolæ Hieronymi, item Etymologiarum. Glossematum, liber Comitis, (leg. Comitū) liber regularium, virorum illustrium, etc.* Legendum forte *Geronticum*: nam *Vitæ Patrum* sic inscribuntur.

† *DOCTICANUS*, Papiæ, *Qui docte canit.* [Martianus Capella lib. 2. in Clio Musa *Docticanus sollers ludere sensibus.* Hugo Etherianus in Epistola ad Aimericum Antiochenum Patriarcham ann. 1170. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 479: *Dum in supernarum rerum cognitione versor Constantinopoli, Docticanæ investigationi vestræ misi, etc.*]

† *DOCTICULUS*, diminut. a *Doctus*, in Bodonis Chron. Clusin. apud Leibnium Scriptor. Brunsvic. tom. 2. pag. 361.

\* *DOCTIFICUS*. [Doctos faciens. *Capell.*

1. initio. Virgo armata, decens rerum sapientia, Pallas, Ingenium mundi, prudentia sacra Tonantis, Ardor *Doctificus*, etc.]

† *DOCTILOQUAX*, Loquens docte. *Lit-tera Doctiloquax*, apud Dracontium lib. 2.

\* *DOCTILOGUS.* Gesta episcop. Virdu-nens. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 42:

*Doctilogum flumen salienti fonte refundis.*

† *DOCTILOQUIUM*, *Doctum eloquium*, Ugutioni.

† *DOCTIO*, Διδαχῆ, Doctrina. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS.

† *DOCTISONUS*, ut *Docticanus*. Arator in Act. 17. de S. Paulo: *Quem turba profari Doctisonis mirata modis.* *Doctisonæ artes*, apud Sidonium cap. 15.

† *DOCTITAT*, *Frequenter docet.* Gloss. Isidori.

1. *DOCTOR*, Dignitas in Clero et Ecclesia, cui ex officio incumbat docere plebem. Passio SS. Perpetuæ et Felicitatis: *Vidimus ante fores Optatum Episcopum ad dexteram, et Aspasium Presbyterum Doctorem ad sinistram.* Cyprian. Epist. 24. *Doctoris Audientium*, seu Catechumenorum, meminit. Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 461.

† Pro Episcopo sumitur in Capitularibus Regum nostrorum lib. 6. cap. 357: *Criminationes adversus Doctorem nemo suscipiat, nemo audiat; quia indignum est ut hi qui Throni Dei vocantur, aliqua motione turbentur.* Episcopus hic intelligendum esse palam fit ex ejusd. lib. cap. 104. ubi: *Nullis vult Præsulum turbetur excessibus: quia valde indignum est, ut qui Throni Dei vocantur, aliqua motione turbentur aut inique tractentur; ut ex capite 156. libri 7: Si quis Episcoporum accusatur, ad summos Primates causam deferat accusator, qui adtentius discutiant, si causa pietatis hoc fiat necne. Quod si alicujus invidia... actum fuerit, nullo modo tale recipiatur negotium; quoniam inconveniens est, ut hi qui Throni Dei vocantur, et immobiles esse debent, pravorum accusationibus moveantur vel perturbentur.* Ibid. cap. 323: *Accusationes adversus Doctorem nemo suscipiat, quia non potest humano condemnari examine, quem Deus suo reservavit iudicio.* Et cap. 57: *Interiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt quam ad desides negligentisque Doctores.* Vide ejusdem libri cap. 44.

2. *DOCTOR*, Auctor. *Vetus Placitum* ann. 1074. apud Ughellum tom. 1. pag. 505: *Tunc supradictus Imperator interrogavit supradicto iudice, quæ exinde fuisset lex? Tunc dixit supradicto iudice, Domine, interrogate eam, ubi est suum Doctorem, vel si habet testimonii. Tunc interrogavit ea supradictus Imperator, si habuisset Doctorem, vel testimonii. Tunc dixit supradicta Albasia: Non possum hic habere Doctorem neque testimonii, quia... illi volunt venire in vestram præsentiam.* Vide Auctor.

† 3. *DOCTOR*, Abbas, in *Annal. Benedict.* lib. 37. num. 108. ad ann. Christi 877.

*DOCTORES LEGIS.* Gloss. Gr. Lat.: Νομοδιδάσκαλος, *Legis Doctor.* Gloss. Lat. Gr.: *Juris Doctores*, αὐθένται τῶν νόμων. *Lexicon.* Græc. MS. Reg. Cod. 2062: Νομοδιδάσκαλοι, οἱ γραμματεῖς ἐπιμενεύοντες, συνήσαν γὰρ αὐτοῖς καὶ οἱ λεγόμενοι νομικοί. Ibid.: Νομικός, ὁ τῶν νόμων ἀπολοῦσθων, ἢ ὁ τοῦ νόμου ἐξηγητής. *Adrevaldus* lib. 1. de Miracul. S. Benedicti cap. 25: *Quidam Wastinensis regionis Legis doctor, ... munere corruptus advenerat, verens, ne si duo inter*

*se decertarent, testis eorum reprobus inveniretur, iudicium protulit, etc.* Paulo ante: *Plurimi legum Magistri et iudices.* Charta Pipini Majoris Domus apud Doubletum lib. 3. Hist. Sandion. pag. 692: *Sicut proceres nostri, seu Comites Palatii nostri, vel reliqui Legis Doctores judicaverunt.* Fragmentum Historiæ Aquitanicæ: *Miseratque in Marciliacum Robertum Legis Doctum, etc.* Exstat in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis Charta originalis Theobaldi Comitæ Palatii, data 5. Idus Januar. Indict. 6. anno a Passione Domini 1083. quam præ cæteris subscribit *Robertus Legis Doctus.* Capitula Carlomanni tit. 2. cap. 9: *Et Comes præcipiat suo Vicecomiti, suisque Centenariis, ac reliquis ministris Reipublicæ nec non francis hominibus, mundanæ legis documentis Eruditis, etc.* Chronicon Lichfeldiensis Eccles. in Anglia: *Anno Guillelmus regni sui 4. apud Londonias consilio Baronum suorum fecit summoniri per universos Angliæ Comitatus, omnes nobiles, sapientes, et sua lege eruditos, ut eorum leges et consuetudines audiret.* Eadem verba habentur initio Legum Edwardi Confessor. cap. 1. *Domini legum*, apud Ottonem de S. Blasio cap. 14. [\* Vide Savin. *Histor. Jur. Roman.* med. temp. tom. 1. cap. 6. § 196.]

† *DOCTOR IN SACRA PAGINA*, Qui sacros Bibliothorum libros interpretatur. In Instrumento anni 1423. ex Archivo Monasterii de Bello-prato Rotomag. legimus: *Die Veneris sancta de mane ante meridiem solet fieri, et est assuetum, quidam sermo solemniss seu prædicamentum solemne per unum Doctorem in sacra pagina aut aliam personam solemnem.*

*DOCTOR DOCTORUM*, in Actis Capitularibus Ecclesiæ Lugdun. ann. 1341. fol. 37. v. et alibi non semel. Sed quæ hæc dignitas, fateor mihi incomptum.

\* [DOCTOR IN DECRETIS. « Johannes Abbat, Doctor Parisiensis in Decretis. (Cart. N. D. Paris. III. 174. an. 1315.) »]

\* *DOCTORARE*, *DOCTORARI*, Doctoris gradum conferre vel adipisci, *Doctore* Italice; *Doctorifier*, apud Christ. Pisan. in *Hist. Caroli V. part. 3. cap. 70: Lequel* (de patre suo loquitur) *très amé serviteur et cler excellent, gradué et Doctorifié a Bouloungne la Grace en la science de médecine.* Charta Caroli reg. Sicil. ann. 1298. ex Cod. reg. 4659: *Ambo et eorum quilibet, ipsius cancellarii in ejusdem partibus Provincia absentia vicem gerant, licentientur et etiam Doctorentur.* Acta capit. eccl. Lugdun. Mss. ad ann. 1398. fol. 37. v. col. 1: *In casu, in quo Petrus de Pollens, antequam alii essent de dicta militia provisi, licentiareretur seu Doctoraretur, dictam militiam sibi conferunt.* Occurrit præterea apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 982. in Stat. Vercell. lib. 3. pag. 61. v. etc. [\* Histor. Archiep. Bremens. ap. Lappenb. pag. 39. vers. 23:

Artes statim didicit, et ut has doceret  
Magister effectus est, nemo qui doleret.  
Dum legens in cathedra primum Doctoraret  
Prebenda transmissa est, etc.

† *DOCTORANDUS*, Ad Doctoris gradum promovendus in Academicis. *Bacchalarandi Doctorandique*, apud Robertum Goulet in *Compendio juris Universitatis Paris. fol. 14. v.* Occurrit apud Leibnium Scriptor. Brunsvic. pag. 826. et infra in voce *Sufferratura*.

\* *DOCTOREUS*, Ad doctorem pertinens, doctus. *Annal. Placent.* ad ann. 1464. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 916: *Post magnas recitationes factas, post multas disputationes publice confec-*

*tas, sibi* (Alberto Ripalta) *erat facillimum publice bis in die lectiones Doctores legere et cum gratia auditorum.*

\* **DOCTORIZARE**, Approbare. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1215: *Libri etiam Sententiarum Petri Lombardi et Glozæ super epistolâ Pauli ab eodem Petro factæ Doctorizati sunt, etiam quæ super Psalterium fecit. Sed fortassis leg. Auctorizati.*

† **DOCTORIZATIO**, Adeptio Doctoris gradus, in Statutis Academiæ Paris. n. 88. apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 384.

† **DOCTRINA**, Parochia, apud Indos Christianos. Plures occurrit in Conciliis Hisp. XVI. sæculi.

\* **DOCTRINALE**, Titulus libri de Grammatica, quem metricè scripsit Alex. de Villa-Dei, qui, auctore Wadingho, vivebat ann. 1240: *Scribere clericulis paro Doctrinale.*

† **DOCTRINALES PUERI** dicuntur in Conciliis Hispan. XVI. sæculi, qui ministrant in Ecclesiis parochialibus. Vide *Doctrina*.

† **DOCTRINAMENTUM**, Documentum, præceptum, Gall. *Precepte*, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 11. col. 2: *Per Doctrinamentum B. Archangeli Gabrielis.*

\* **DOCTRINARE**, Docere, instruere. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 14:

Sed quod in hoc opere volo Doctrinare minores.

Occurrit apud Baldricum lib. 1. Chron. Camerac. cap. 84. 116. lib. 3. cap. 15. [et in Actis SS. April. tom. 2. pag. 793.]

\* Italis *Doctrinare*, nostris *Doctriner* et *Doutriner*. Petrus de Font. in Cons. cap. 2. art. 1: *Tu qui te veus Doutriner, de droit, etc. Unde Doctrineur, doctor, ibid. cap. 27. art. 2: Les Apostles ki furent Doctrineur de toute la Chrestienté.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 149: *Icellui curé, qui devoit garder le bien et honneur de ses parroissiens et parroissiennes, les enseigner et Doctriner dévotement, etc. Vita J. C. Ms.:*

La pucele fu bien aprise,  
Li sains espis l'ot escolée,  
Et enseigné et Doctrinée.

\* Sed et *Doctriner* dixerunt, pro Castigare, verberibus docere, admonere, Gall. *Châtier, corriger.* Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 99: *Icellui Jehan chastiant et Doctrinant sa femme, si comme il appartenoit en tel cas. Aliæ ann. 1424. in Reg. 172. ch. 671: Icellui abbé se efforça de prendre icellui frere Thomas, et le faire pugnir et Doctriner, ainsi qu'il appartenoit faire.* Hinc *Doctrine*, pro *Châtiment*, castigatio, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 237: *Icellui Danois..... prinnt deux vergerons de saulx, et l'en bati (son fils) à nu par les fesses, par maniere de Doctrine et de chastoy.*

\* **DOCTRINATIO**, Documentum, præceptum, Ital. *Dottrinamento*. Epist. abb. S. Albani in Chron. Joan. Whethamst. pag. 439: *In tanto etiam duo vestra munuscula fuerunt nobis acceptiosa, de quanto illorum unum invitât nos ad bonum, alterum vero instruit ad mores, et det Doctrinationem.* *Doutrinement*, eodem sensu, in Serm. Rob. de Sainceriaux de morte S. Ludovici:

Moult sont hel li enfant, Dex les croisse et ament,  
Et doint bone froichance et bon Doutrinement.

**DOCTRINUM**, Διδασκαλίον, in Gloss. Græc. Lat. Schola publica. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. Codex Sangerm.: Διδασκάλιον, magisterium,

subdit regius: *documentum. Doctrine, eadem acceptioe, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 416: Le suppliant dit que son entencion estoit de soy en aler demourer à Paris, et que c'estoit la plus notable Doctrine pour enfans, qui feust en France.]*

**DOCTUS**, Docti homines, quos vulgo Probos dicimus. Lex Longob. tit. 44. [\* Rothar. 128.]: *Operas reddet, et mercedem Medici persolvat, quantum per Doctos homines arbitratur fuerit.* Tit. 46. [\* 130.]: *Servus ministerialis et Doctus. Vide Boni homines.*

**DOCUMENTA**, Tabulæ, Chartæ, instrumenta, quibus prædiorum rerumve aliarum jus firmatur. Gloss. Basil.: *Ἰστοροῦμένα, ἀδελφά.* Concilium Agathense can. 26. et Burchardus lib. 3. can. 183: *Si quis de Clericis Documenta, quibus Ecclesiæ possessio firmatur, aut suppressere... præsumperit.* Vide Concilium Aurelian. IV. can. 14. apud Gromaticos, *Documenta* sunt signa, argumenta terminorum, finium, limitum. Vide Aggenum, et leg. 3. Cod. Th. de Abolit. (9, 37.) et leg. 41. de Episcop. (16, 2.)

**DOCUMENTATIO**, Admonitio, vovescia, in Gloss. Gr. Lat. [*Institutio, correctio*, in Supplemento Antiquarii.]

**DODARIUM**. [\* Contract. matrim. ann. 1358: *Quia dos data donationem propter nuptias habere meretur, contemplatione et causa matrimonii supradicti, sponte et pacifice... promissit... domicellæ Johannellæ uxori suæ in Dodario et terciaria, seu pro Dodario et terciaria annuus uncias auri ducentas viginti.]* Vide *Dolarium*.

\* **DODIS**. Tradit. S. Gallens. ann. 815. ap. Neugart. in Cod. Diplom. Alem. num. 182: *Trado... quicquid genitor meus nomine Wirimhari genetricis meæ nomine Kbalinda ad Dodidem egisset, id sunt 2. colonicas, etc.* Neugart. interpretatur: *Quicquid genitor meus matri Dotis loco consignavit.*

† **DODRANS**. Tres quælibet partes, quarta remota, ut novem, sublatis tres, ex duodecim. Sic notatur Papias in MS. Bituric. Vox quidem nota, at signum hic expressum non ita.

**DODUS**. Abbo Monach. lib. 2. de Bello Parisiaco vers. 97:

Lux segetis rediviva rotas spoliis vacuavit,  
Atque suis Dodum revocavit motibus axem.

vertit. [\* Pertz. in textu ipso habet *clodum*.] Etiamnum, *Dodu*, dicimus arcuatum, et in dorsi formam effictum, a voce *dos*, dorsum.

\* Unde *Dode* dicitur Alapa aversa manu, Gall. *du dos de la main*, inflecta, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 319: *Jehan de Noyon dist qu'il donneroit volentiers a icellui Housset une Dode ou buffe.* Aliæ ann. 1471. in Reg. 197. ch. 147: *Le suppliant bailla a icellui Perrinet de la quarrre ou du Doulx de la main gaulche en arriere main sur la joue.* Ejusdem originis videtur vox *Dodasne*, qua Ripa seu agri, qui ad fluviorem litora positi sunt, significantur, in Charta ann. 1476. ex Chartul. Latiniac. fol. 246: *Confessa avoir prinnt et retenu à tiltre de crois de cens et rente annuelz et perpetuelz... tous les rivaiges ou Dodasnes, qui audit prieur bailleur appartiennent... à prendre au long de la riviere de Marne, entre ladite riviere et les prez et terres estans affrontans ausdits Dodasnes.* [\* Vide *Dorsum Asini*.] Hinc etiam fortassis accersenda vocis *Dodini* origo, qua designatur inep-

tus, homo incompositi oris et gestus. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 2:

Mais sachés bien, c'en est la fins,  
Que Dodins est et huisars fins,  
Faus est apers a durfeus,  
Ki ces miracles a leus, etc.

\* **DOELA**, Asser, quo vas seu dolium compingitur, idem quod supra *Doa* 2. Gall. *Douve*, alias *Doelle* et *Douelle*. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 191. Chartoph. reg. ch. 70: *Ipsa supplicante existente in suo operatorio carpenteria, utendo suo ministerio, dolando et imugendo Doelas cujusdam pipæ seu dolii... cum quadam Doela, etc.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 117. ch. 190: *Icellui suppliant prist furtivement... environ soixante pieces de Douelles à faire tonneau. Le suppliant avecques une Doelle de pippe, rompit le morillon de la claveure de la huche, in aliis Lit. ann. 1450. ex Reg. 185. ch. 17. Haud scio an inde vel a *Doga* 2. *Douille*, pro *ure*, Ebrius, vini plenus, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:*

Grant voloir et grant desir,  
Quant ivres fu, d'aler gesir...  
Sitost comme il entra en cloistre  
Douilles de vin et escaufés, etc.

\* *Douelle* vero in Hist. Joan. de Saintré cap. 36. est ferrum cavum, quo inferior pars extrema hastæ munitur, vulgo *Douille*. Vide *Doga* 3.

† **DOERIUM**, ut *Doarium*, in Amalthea.

1. **DOGA**, Fossa, Gallis *Douve*. Gregor. Turon. lib. 1. Miracul. cap. 25: *Fossas in circuitu Basilicæ fieri jussit, ne forte Dogis occultis lymphæ deducerentur in fontem.* [Pactum anni 1272. inter Jacobum Aragoniæ Regem Montisque Pessulani Dominum et Berengarium Magalonæ Episcopum, de limitibus jurisdictionis utriusque: *Exinde sicut itur per carreriam quæ transit ante viridarium quondam Petri Salvatoris, usque ad viam quæ est juxta Dogam vallati Montipessulani.* Juxta *Dogas* vallatorum murorum dictæ civitatis, in quodam veteri Statuto Massiliensi.] Vide *Doha* [\* et *Murator. Antiqu. Ital. vol. 2. col. 1089. C.*]

*Dova*, Eadem notioe, in Jure Vicentino lib. 4: *Quælibet Dova cujuslibet vegetis, etc.* [Instrum. anni 1181. ex Archivo Ecclesiæ Dolensis: *Addunt communiter, quod omnes Dove sunt de dominico Archiepiscopi.*]

† *DOVA*. Instrum. ann. 1255. ex Archivo S. Florentii: *Domum Galterii Beisnel sitam de prope Douvam Dolensis Abbatie.*

2. **DOGA**, Poculum, vel dolium. Gloss. Lat. Gr.: *Doga, δογγή, Dogarius, δογγηροῦς.* Cambro-Britannis *Dogn*, est debitum, quantitas debita, mensura. Vopiscus in Aureliano: *Facta erat ratio Dogæ, cuparum, navium, etc.* Ita emendant Turnebus et Casaubonus, pro *Doche*. Cujacius et Salsamius vocem hanc a *δογγή, Receptaculum*, deducunt. Vide *Buttis* in *Butta* 3. et *Salsasium* in Hist. August. pag. 208. 490.

\* *Doyin*, non absimili prorsus notioe, in Lit. remiss. ann. 1449. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 302: *Ung grant Doyin, qui vault autant dire comme une cruyde de vin.*

3. **DOGA**, Asser, proprie is, quo vas, seu dolium compactum est, Italis *Doga*, nostris *Douve*. Acta S. Thyrsi et Sociorum. num. 25: *Et posuerunt caput ejus in tinam, et cum vellent aquam immittere, dissoluta est a circulis et Dogis, quasi concisa esset securibus.* Ubi Agones eorundem sic habent: *Dissoluti sunt circuli et asseres discompaginati, et ita*

*frustulatum comminuti.* [Statuta Massil. lib. 3. cap. 17 : *Ordinamus præsentii capitulo quod omnes boterii Massiliæ qui vendiderint botas, vendant... illas botas bonas et legales... tam in Dogis quam in arbore, etc.*] Vide Oct. Ferrarium in *Doga*.

† DOVA, Eodem significatu. Codex Irminonis Abb. Sangerman. MS. fol. 60. verso col. 2 : *Solvunt ad hostem multones II... aciculos c. et totidem scindolas, XII. Dovas, circulos VI. XII. faculas.* Et fol. 65. col. 2 : *Asciculos c. scindolas totidem, Dovas XII. circulos VI. etc.* [\*\* Fol. 72. r. Brev. 13. sect. 99. edit. pag. 149 : *Solvunt... Dovas 780. ex quibus componuntur tonnæ 36. circulos similiter, etc.*]

4. DOGA, Italis est Fascia, limbus. Ita usurpat Joannes Villaneus lib. 7. cap. 108. Hispani *Dogal* vocant. Vide Chronicon Petri IV. Reg. Arag. cap. 7.

\* Haud scio an huc pertineant voces *Doe* et *Doesse* ex Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 367 : *Une appellé Danton se parti de la ville de Chastelledon avecques une Doe, appelée Doesse de charge audit pays.* Ubi fasciculum, sarcinulam intelligo. Vide supra *Dodus*.

† DOGALIS, pro *Ducalis*, ut puto, quemadmodum Veneti Ducem suum *Doge* nuncupant. Testamentum Tellois Episc. Curientis ann. xv. Pippini Regis, in Annal. Bened. tom. 2. pag. 710. col. 1 : *Si quis... aut Regalis potestas, vel aliquis per Regatum potestatem concessam, aut Dogalium præsentiam comotam... ausus fuerit ab his Ecclesiis abstrahere, etc.* Vide *Dua*.

\* DOGANA, Illicita hominum societas pro mercibus ad arbitrium suum vendendis. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 87. ex Cod. reg. 4621 : *Homines seu consules alicujus artis... non possint... facere... conspirationem aliquam... vel monopolium aut [Ubi ipse Abbo Glossator, *Dodum, Clodum*] Doganam super aut de rebus aut negotiationibus ad artem suam... pertinentibus, certo modo vel forma seu pretio vendendis vel emendis.* Vide *Doana*.

† DOGANA. Vide *Doana*.

† DOGARIUS. Vide *Doga* 2.

† DOGHANA. Vide *Doana*.

\*\* 1. DOGMA, Δόγμα, Quod faciendum videtur, consilium. Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 915 :

Insegrime, fave tibi met, tuus æstimor hostis,  
Sed tibi Dogma meum con ut ab hoste datur.  
Suadeo sicut amo, etc.

\*\* 2. DOGMA, Doctrina. Disciplin. Clerical. cap. 4. sect. 15 : *Qui in doctrina defecerit, parum generositas sua ei proderit ; Dogmate indiget nobilitas, sapientia vero experientia.* Vide *Dogmaticus*.

† DOGMATICARE, ut *Dogmatizare*, in Bulla Eugenii IV. Papæ ann. 1440. relata in Bullario Carmelit. pag. 199. col. 1.

DOGMATICUS, *Doctus, sagax, prudens, sophisticus, etc.* Joan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. : *Dogmaticus, Enseigneur, sage.*

DOGMATISMUS, Δογματισμός, Dissertatio, docendi ars. Rusticus S. E. R. Diaconus Card. contra Acephalos : *Sæpe proposui taciturnitatem præhonore Dogmatismo.*

DOGMATISTA. Gloss. Saxon. Ælfrici : *Dogmatista, Lareov, Doctor.* Gloss. Lat. Gall. : *Dogmatizo, enseigner.* S. Eulogius lib. 2. Memorial. Sanctor. cap. de Mahomete : *Pseudo-prophetam illum et falsissimum Dogmatistam, qui plures seduxerit, etc.* Adde cap. 9. sub. fin. lib. 3.

cap. 6. et 12. Theodorus Abucura Opusc. 21 : *Ἦνα, ὡς ἀνίκητον δογματιστὴν τοῦτον θαυμάσωσι.*

† DOGMATIZARE, Δογματίζειν, Dogmata præsentim falsa et erronea disseminare, Gall. *Dogmatizer.* Occurrit apud S. Augustinum, Eadmerum Monachum in Vita S. Wilfridi, Romualdum II. Archiepisc. Salern. in Chronico, Bernardum de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 501. Rymerum tom. 4. pag. 815. in Bulla Johannis XXII. Papæ, in Concilio Tolet. xv. et alibi sæpe.

† DOGMATIZATOR, Qui novas opiniones divulgat asseritque, apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 74.

\* DOGMATUM, Dogma, documentum. Acta S. Freder. episc. tom. 4. Jul. pag. 460. col. 2 : *Non neglexit officium, sed cunctis, tam majoribus quam minoribus, per se perspicuum tribuebat Dogmatum.*

† DOGMEN. Vide *Docmen*.

DOHA, in Regesto 49. Chartophylacii Regii. *Douhe*, ibidem in Litteris vernaculo idiomate conscriptis : *La Douhe, qui se tient à leur maison... à posseder ladite Douhe, et à faire en icelle edefices sus estellons, et non autre, et sous ladite Douhe chausser, et à faire d'icelle Douhe toute leur plenièrre et delivre volenté.* Consuetudo municip. du Tremblay. art. 10 : *Par la Coustume de la Chastellenie du Tremblay, qui a Douhe, il a fossé.* Id est, qui a la *Douhe* du fossé du côté de son heritage, parreillement le fossé lui appartient. *Douves* et *fossez*, in Consuet. Perticensi art. 137. Arvernensi cap. 12. art. 51. [Instrum. anni 1260. apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. col. 381 : *Pro Doha illa quæ facta est in feodo Canonicoorum, in cuius structura virgultum suum amiserat, assignamus, etc.*] Vide *Doga* 1.

† DOHANA, DOHANARE, etc. Vide *Doana*.

\* DOHANNA. [Gall. *Douane* : « Ad purgandum et instaurandum stratam seu viam ante Dohannam S. Eustachii. (Mand. Camer. Apost. 1466, f. 31, Arch. Vatic.) »]

DOITKYNS, Monetæ Anglicæ species. Vide *Galihalpens*.

† DOITUS, Canalis vel mediocris lacus, Normannis *Doit* vel *Duit*, Aqua stagnans et limpida, ubi lintea lavant et telas, macerant cannabim, etc. Charta anni 1188. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 292 : *Scelusam igitur sive Doitum, quem Monachi inter Hanam et Hienam fecerant, et in quo medietatem habebam, totum illud cum molendinis et piscaria liberum et absolutum perpetuo possidendum donavi atque concessi. Doitum quoque Scarcelli cum capello, quem jam diu possederant, concessi.* Charta ann. 1273. ex Chartulario S. Vandregisili tom. 2. pag. 1707 : *Unam pechiam terræ integram sicut se præportat in longum et latum cum gardigno, quod est iuxta dictam terram Laurentii Abat-lapie... usque ad Doitum Huelot.* Alia ann. 1275. ex eodem Chartulario tom. 1. pag. 1005 : *Unam pechiam terræ sitam in parrochia de Calido-becco intra masuram Martini le Gay ex una parte et Doitum ex altera.* Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 75 : *Terra quæ vocatur Oscha de grosso Doito.* Haud scio an arcessenda vox a Latino *Ductus*, a quo dictum sit *Duit*, Latino-barbare *Doitus*, ut a *Conductus* factum est Gallicum *Conduit*; certe a *Ductus* derivata vox *Dois*, quam eodem intellectu usurpavit Christianus de Troyes Poeta vetus a Borello laudatus :

Les oreilles font voye et Dois,  
Par ou vient jusqu'au cuer la voix.

Vide *Ductus* 2.

\* Charta ann. 1098. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 159 : *Concessi dictis fratribus stangnum de Placeio et nemus, cum terra, quæ est per duos Doitos usque ad molendinum de Placeio, sicut Doitus exit de valle des Tesneres.* Hinc *Doy* nostri appellarunt muliebrem canalem. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1289 : *Lequel (suppliant) pour la (fille) attirare à voluptuosité... la toucha en plusieurs manieres, et à certaine fois la toucha aux secrets de son Doy ; pour-quoi icelle fille s'escria à haulte voix, et à tant la laissa.* [\*\* Digitus.]

1. DOLA, seu DOLE FISH, Anglis, certa piscium quantitas. Vide Stephan. Skinnerum in Etymolog. Angloco.

2. DOLA, Anglis *Dole*, a Saxonicò *dæl*, Pars, portio, a *dælan*, dividere, distribuere. Hinc in locis palustribus fundi portiones, quæ viritim distribuuntur, vel potius emolumenta, quæ ductis sortibus inde colliguntur, *Doles* appellant, ut eorum prædiorum metas *Dooles*, quasi partitiones. Liber Priorat. Donstapl. cap. 5 : *In le Suthmade (i. prato australi) habet Prior per sortem illam, quæ vocatur Crumdpresst, 3. Dolas sicut sortis illa cadit, et in qualibet Dola habet 4. polas, sive 8. andenas jacentes simul, et sic est summa illius sortis per totum 24. andans.* Sæpius ibidem. Hæc Spelmanus.

Cambro-Britannis *Döl*, et *Doldir*, est locus, vel ager humilis, planus, cultus, fertilis, pascuus, pratensis. Planities pascua, pratensis, culta. Opponitur locis superioribus et montanis. Vandali *Dol*, Teutones, *Dall*, vallem dicunt. Cambdenus etiam annotat, *Dole*, a Britannis appellari jacentem et aptam ad mare vel flumen planitiem. Id firmat Nennius vetus Scriptor Britannicus, *Cæsar ad Dole bellum pugnavit.* Atque inde urbi Armoricæ *Dolæ* nomen inditum quidam putant.

DOLABRUM, Securis, apud Thwroc. in Stephano Rege Hung. cap. 26. Gloss. Isidori : *Dolumen, delubrum.* Legendum [Dolamen,] *Dolabrum* : vel *Dolabra* : ut est apud Joann. de Janua. [\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Dolabra, securis, vel ascia lapidaria.* Hinc] [Codex MS. Consuetud. Ecclesiæ Colon. : *Villicus de Worme dabit ei duas secures et unum Dolabrum.* Consuetud. Augustæ Auscorum MSS. ann. 1301 : *Qui operatur cum Dolabro debet solvere unum denarium Morlanum quolibet die domino seu dominis quorum sunt memora vel forestæ prædictæ.* Vide *Dolatoria*.]

\* DOLABRORUM MAGISTER, Faber tignarius et lapidarius. Charta ann. 1238. ex Tabul. archiep. Auxit. : *Ita videlicet quod fabri, sabaterii, textores, magistri laborum et Dolabrorum solvat quilibet eorum per annum duodecim denarios.*

† DOLARIA, Officina dollarii, Gall. *Tonnellerie.* Legitur in Charta anni 1389. Chartularii S. Mellani Pontisarenensis.

DOLATICUM ARGENTUM, Polutum. Anastasius in S. Silvestro : *Fastigium... ex argento Dolatico.*

† DOLATIO, Actio dolandis lignum seu polientis. Utitur S. Augustinus.

† DOLATUS, us, Eadem notione, apud Prudentium Psychom. v. 837.

† DOLATOR, Qui dolat, polit. Gloss. Lat. Græc. : *Dolator, πελεκητής.*

DOLATORIA, Dolabra, Gallis *Doloire*. Capitul. 2. ann. 818. cap. 10 : *Molas, Dolatorias, secures, etc.* Statuta antiqua



Corbelensia lib. 2. cap. 1: *Fussorios 6. beasos 2. secures 2. Dolatoriam, taratra 2. etc.* Hincmarus in Vita S. Remigii: *Cum percuteret eandem petram Dolatoria, quam in manu portabat.* Vide *Dolaturia* et *Doleria*.

**DOLATORIUM**, *Locus in quo dolatur*, Ugutoni et Joanni de Janua. [S. Hieronymo Epistola 135. ad Suniam et Fretilam. *Ferramentum, quo lapides et ligna dolantur, λαξευτήριον.* Vide *Dolatoria*.]

† **DOLATURA**, *Quidquid ex lignis dolatis excinditur*, Assula, Gall. *Copsau*. Miracula S. Galterii Abb. in Actis SS. Bened. sæc. 6. part. 2. part. 829: *Ex parvissimis Dolaturis, quales lancearum sive sagittarum hastas polientes faciunt.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Dolatura, Doleure, copeau.*

\* **DOLATURA**, *Dolabra, securis.* Charta ann. 1260. apud Bern. Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 73: *In carris vestris utensilia diversi generis, id est cuniada et Dolaturia, etc.* Vide *Dolatoria*.

**DOLBA**, Eucherus Lugdunensis, de variis vocabulis: *Eruca, quam vulgo Dolbam vocant.* [Papias: *Eruca, Vermis modicus... id est, Dolba.*]

† **DOLEATOR**, ut *Dolator*, Victor, dolarius, vel alius similis artifex. Occurrit in Miraculis B. Stanislai Canonici Regul. Maii tom. 1. pag. 789. et B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 545. et in Chron. Wormat. apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 2. pag. 154. Vide *Dolator*.

\* **DOLEQUINUS**, *DOLLEQUINUS*, Gall. *Dolequin* et *Dollequin*, Pugionis species. Lit. remiss. ann. 1422. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 55: *Jehan Bernard tira un Dollequin qu'il avoit, et d'icellui cuida courir sus au suppliant et l'en fêrîr.* Aliæ ann. 1455. in Reg. 183. ch. 70: *Icellui Simonnet féry icelle jeune femme trois ou quatre cops d'un Dolequin qu'il avoit.* Rursus aliæ ann. 1457. in Reg. 189. ch. 280: *Jacot Cuerqueville tenant souz son mantal ung Dollequin hors de sa guetine.* Vide infra *Dolo*.

\* **DOLERIA**, *Dolabra*, Gall. *Doloire*, alias *Doleiere*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 315: *Qui Reginaldus le Tonnelier donnum suam intravit, et illic quandam Doleriam cepit, etc.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 141. ch. 52: *Une Doleiere, une coignée, une aissote, une hachete, etc. Une serpe à Douyre emmanchée de bois assez long,* in aliis ann. 1482. ex Reg. 208. ch. 246. eodem significato. Haud scio an eadem notione *Daucheron*, in Lit. ann. 1365. ex Reg. 98. ch. 355: *Auquel varlet Gille Watebos tonnelier il demanderent par emprunt un Daucheron, qu'il tenoit en sa main.* Vide supra *Dolaturia*.

\* **DOLEROSE**, *Dolenter.* Charta ann. 1374. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xviii: *Morosa relicta nobilis Bartholomei de Prato-comitali.... eidem domino bajulo Dolerose dixit et significavit, quoad, etc.*

† **DOLESCERE**, *Dolere.* *Mulier parturiens Dollescebat*, in Vita B. Coletæ, Martii tom. 1. pag. 583.

\* **DOLESMANUS**, *Eadem notione* qua supra *Dienismannus*. Vide in hac voce. Charta ann. 1261. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 75. col. 749: *Ulricus dux Carinthiæ.... dedit libere et perpetuo D. Gregorio patriarchæ quæcumque habebant.... circa sylvas Pozinor.... tam castris, quam in villis, prædiis, Dolesmanis, servis et ancillis, et aliis hominibus.*

**DOLG**, *Vulnus*, a Saxonico *dolh*, et

*dolg*, eadem notione. *Caput leg. Fris. 22. de Dolg* inscriptionum, de variis vulnerum compositionibus agit, quæ in legibus Aluredi Regis Anglo-Sax. cap. 23. *dolg bot* dicuntur, id est, compositio, vel mulcta propter vulnus factum. Vide *Sicamam* ad d. caput 22. [\*] et *Grimm*. Antiq. Jur. Germ. pag. 629.]

**DOLIA**, *Dolor*, ex Italico, *Doglio*. Occurrit in Mirac. Simonis Tudertini n. 24.

† **DOLIARE VINUM**, *Dolio vinum continere*, apud Ulpianum lib. 1. [\*] *Doliare vinum*, ap. Ulpianum fr. 1. § 4. de peric. et comm. (18, 6.) est *Vinum quod doliis continetur.*

\* **DOLIARIA**, *Vicus Parisiis, ab officinis doliariorum sic dictus, vulgo Tonnelerie.* Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 122: *Item triginta quinque solidos reddituales Paris. quos in Doliaria seu tonneleria supra domum Hoqueti de halis.* Vide *Dolaria*.

† **DOLIARIUM**, *Apotheca, hypogeum*, in Lege 35. § 7. de Contrah. emt. (18, 1.)

\* **DOLIATA**, *DOLIATUM*, *Dolium*, mensura frumentaria, Gall. *Tonneau*, eadem acceptione. Testam. Hervei de Leonia ann. 1363. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1563: *Item lego Danieli famulo meo unum Doliatum frumenti.* Item lego Herveo *Omnes unum Doliatum frumenti et unam pippatam siliiginis.* Et col. 1584: *Item lego Morello Matezou unam Doliatum frumenti.* Charta fundat. abbat. Belli-port. ann. 1364. ibid. col. 1586: *La disme de Brehec, valant par chacun an environ six Tonneaux de froment.* Vide mox *Dolium* 3.

† **DOLIATOR**, *Dolarius, victor*, in Chartulario S. Vincentii Cenoman. fol. 42. et in Miraculis S. Wernheri Martyris, April. tom. 2. pag. 728. Vide *Doleator*.

**DOLIDUS**, *Molestus*, Vide *Cælium Aurelian.* lib. 3. Acut. cap. 3.

\* **DOLITIA**, *Vetus formula Libertatis* apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 549: *Quicquid persona aut religiosi deorum mancipia data libertate conferre voluerit, secundum legem Romanam hoc facere potest, id est, Latina Dolitia et cives Romana, meliøre statum habet testamentum condere, testimonium perhibere; emere, vindere, donare, commutare habeat potestatem, sicut et alii cives Romani.*

1. **DOLIUM**, *Charta ann. 1199.* apud Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 181: *Auditus rationibus, decretum est, quod Domini de Vico habeant in perpetuum medietatem pulmenti, et quod Preposito et Ecclesie Magalonensi remaneat salvum in perpetuum totum pulmentum, seu usaticum Doli Gradus: quod Dolium ita interpretatur, quantum durant undique littora maris, id est, quantum durat canalus a mari usque ad stagnum.* Fateor me non assequi, quid sit *dolium* hoc loco. Forte scriptum erat in MS. contracte *Dnium*, id est, *dominium*, ex quo *dolium* confecerit Gariellus. Non tamen definio.

2. **DOLIUM CORDIS**, pro *Cordolium*. *Commodianus Instr.* 73:

*Filiorum casus licet et Dolium cordis relinquat,  
In nigris exire tamen nec plangere fas est.*

\* 3. **DOLIUM**, *Idem quod supra Doliata.* Charta Rob. comit. Attrebat. ann. 1296: *Quatuordecim Dolia farinae continentia sexaginta et tres esquartias, pro pretio quater viginti octo librarum et quatuor solidorum Turonensium.... Quatuor Dolia farinae continentia decem et octo esquartias.*

\* 4. **DOLIUM**, *Cupa major, lacus vinarius.* Charta Gebhardi episc. Patav. ann.

1222. apud Bern. Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 74. col. 1: *Ut omnes decimæ, quæ solventur de cultura vinearum, in Dolium communitatis, quæ Tailpotge dicuntur, immittantur; quæ (decimæ) solutæ in idem mittentur Dolium, de quo tunc Dolio cuiuslibet debita et æqua portio fideliter assignetur.*

\* 5. **DOLIUM**, *Corbis, cista.* *Consuet. Mss. S. Crucis Burdegal.* ante ann. 1305: *Item medium Dolium ad ponendum panem bene honestum.*

\* **DOLLAIRIS**, *Dolium.* Charta ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Item duos Dollaires, quorum unus est asaquerius, alter vinaquerius.*

\* **DOLLEQUINUS**. Vide supra *Dolequinus*.

\* **DOLO**, *Est vagina pugionis.* *Glossar. Lat. Gall.* ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. [\*] Vide *Forcellin.*

\* **DOLONES**, *Tela abscondita*, in *Glossar. vett. ejusd. Bibl.* reg. Codd. 7613. et 7641.

† **DOLON**. Vide *Datum*.

\* **DOLORARE**, *Dolere, affligi*, vox Italica. *Glossar. Gall. Lat.* ex Cod. reg. 7684: *Dolorare, dolorem habere vel pati.* Aliud *Provinc. Lat.* ex Cod. 7657: *Dolorare, dolo, Doler, Prov. Dieuler* vero, *Doloir, Doloser* et *Doulouser*, *dolere, conqueri, vulgo Se plaindre.* *Instr. ann. 1372.* tom. 2. Probat. Hist. Britan. col. 37: *Le duc se Dieult de ce que le roy a escript pour la canonization feu messire Charles de Blois, qui li est préjudiciable.* Charta Caroli regent. ann. 1360. ex Chartul. 23. Corb.: *Pour lesquels excès, injures et délits icaulx religieux s'estoient complains et Dolus, afin d'avoir leurs dommages;... et s'en estoient Dolus et entendoient à Doloir en cas de nouveleté.* Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 64: *Le suppliant se Dolosoit et plaignoit souvant de ce qu'il ne pouvoit estre païé de trois escus.* *Christ. Pisana* in Hist. Caroli V. part. 3. cap. 71: *Car perte de si excellent prince n'est mie merveilles, se elle est Doulousée.* *Mirac. Mss. B. M. V.* lib. 1:

*Moult se Dolouse, moult se plaint.*

\* *Hinc Doloisson, dolor, Italis Dolorazione*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 106. ch. 405: *Icellui Mercier alia comme tout sain et hastié, et senz se plaindre d'aucune Doloisson pour ladite bateure.* Unde etiam *Diols*, pro *Deuil*, *luctus, moeror*, in Vita J. C. Mss.:

*Grant joie fu quant Diex fu nés,  
Et grans Diols quant fu tormentés.*

† **DOLORIFICUS**, *Ingerens dolorem, molestus.* *Gloss. Lat. Græc.*: *Dolorificus, ἀλγεινός.*

\* **DOLOROSISSIME**, *Mœstissime, Ital. Dolorosissimamente.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 15: *Ob hoc dictus Johannes Dolorosissime desolatus et afflictus, etc.*

† **DOLOROSITAS**, *Ærumna*, in Chronico Mosomensi apud Acher. *Spicil.* tom. 7. pag. 640.

**DOLOROSUS**, *Tristis, mœstus, lugubris, dolorem ingerens, Italis Doloroso.* Utuntur [Vegetius lib. 4. cap. 22. Cæli. Aurel. Tard. lib. 4. cap. 5.] *Petrus de Vineis* lib. 4. Epist. 16. *Historia Cortusior.* lib. 1. cap. 7. etc.

\* *Nostris etiam Dolerous.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 217: *Ipse exponens ictum dicti visis sibi Dolorosum sentiens, eundem Mignotum inter humeros vel circa uno ictu percussit.* *Stat. Leprosor. Gandav.* Mss.

ann. 1424: *Dolorosi autem infirmi semper, cum ecclesia permittit, carnes comedere possunt.* Vita J. C. Ms. :

Ains Dieus ne fist si Dolerous,  
Contrait, malade, ne lieprous.

† **DOLOSITAS**, Fraus, dolus, apud Baluzium Capitul. tom. 2. col. 99. 208. 226. 250. et Miscell. tom. 7. pag. 362. Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 619. et alibi.

† **DOLSAMIT**, f. Species panni Lemovicensibus. Vide locum in *Cortibaudus* post *Curcibaldus*. [Vox fictitia. Vide infra *Dousanna*.]

\* **DOLSUS**, Tractabilis, mollis, Ital. *Dolce*. Convent. Saonæ ann. 1526: *Pro aliqua quantitate pelium affatarum, vaissorum, et generaliter omnium pelium hujusmodi, denarios duos monetæ Saonæ.*

† **DOLUMEN**, pro *Dolamen*. Vide *Dolabrum*.

**DOLUS**, pro *Dolor*. [Janssonius in *Auctuario* Gloss. Isid.: *Vulnus, Dolus, vel animi dolor*.] Vide *Savaronem* ad *Sidon*. lib. 5. Epist. 3.

† **DOM**. Vide *Doma* 3.

1. **DOMA**, Domus, ex Gr. δῶμα. Hesy-chius: Δῶματα, οἶκοι, οἰκῆματα, ταμεία, οἰκοδομήματα. Gloss. Lat. Gall.: *Doma, tis, Court, ou maison*. Liber *Miracul. S. Mauri* Abbat. cap. 10: *Doma illud, de quo exierat, funditus corruit*. Historia *Translat. S. Sebastiani* n. 18: *In angulo Domatis memoratos viros segregavit*. *Petrus Damiani* lib. 5. Epist. 11: *Qui succosa verni temporis ligna succidit, ut Domatum parietes erigat*. Occurrit præterea hac notione in *Poemate* Hrabini, *Miraculis S. Bavonis* lib. 3. cap. 3. in *Vita S. Aldegundis* cap. 5. apud *Ordericum Vitalem* lib. 10. pag. 775. 795. in lib. 2. de *Miracul. S. Bertini* cap. 14. apud *Bavonem* de *Invent. ejusdem S. Bertini* cap. 14. in *Histor. S. Mariæ Sues-sion.* pag. 492. etc. Vide *Zonaram* in *Constantino Mag.* [\*\* *Ad Doma reversis*, in *Ruodlieb.* fr. 4. vers. 3. Adde fr. 3. vers. 153. fr. 8. vers. 2. et 9.]

2. **DOMA**, Ager, prædium, possessio. *Joan. Diaconus* lib. 1. *Vitæ S. Gregorii PP.* cap. 6: *Monasterium in proprio Domate fabricavit*. *Charta Caroli M.* apud *Browerum* lib. 3. *Antiq. Fuld.* cap. 16: *Cum in proprio Domate sibi Monasterium fecisset*. *Chronicon Laurishamense*: *Tradiderunt Deo et S. Nazario de suis possessionibus in vico Della Ecclesiam, in proprio Domate fabricatam, tribus jugeribus vinei et una curte dotatam*. *Will. Tyrius* lib. 4. cap. 9: *Viro venerabili Theophilo, qui erat in eadem civitate potentissimus, in proprio Domate Basilicam dedicante*. *Chronicon Reichersper-gense* ann. 1004: *Nobilissimum Episcopatum Babenberg ex integro in suo Domate fundavit, ac possessionibus et honoribus locupletavit*. [\*\* *Adalbert.* *Vita Henric. II. Imp.* cap. 6.] *Adelbertus Abbas Heidenhemensis* pag. 358: *Capellam in proprio Domate fabricavit*. *Anniversarii Ecclesiæ Alamannicæ*: *Gerungus*. . . . domum cum Domate sicut a conjuge sua jure proprietatis acceperat, junctoque Domate, quod ab Odalrico coemerat, jure legitimo contradidit. *Charta Henrici Imp.* ann. 1048. in *Metropoli Salisburgensi* tom. 2. pag. 26: *Cum omnibus appenditiis jure ad eosdem mansos pertinentibus, id est, Domatibus, agris, silvis, pratis, etc.* *Alia Henrici Imp.* ann. 1111. *ibidem* tom. 2. pag. 549: *Scilicet decimas de hortis, de pomariis,*

*de vineis, de agris, quæ de illo Domate coluntur, etc.*

3. **DOMA**, *Papia, Tectum, vel atrium, quod non tegitur*. Gloss. Græc. Lat.: Δῶμα, tectum. [\*\* *Glossar.* Lat. Gall. ex *Cod. reg.* 7692: *Doma, feste de maison*.] *S. Hieronymus* in *Epist.* ad *Suniam*: *Doma in Orientalibus provinciis, ipsum dicitur quod apud Latinos tectum: in Palæstina enim et Ægypto, vel ubi scripti sunt divini libri, vel interpretati sunt, non habent in tectis culmina, sed Domata, quæ Romæ vel Solaria, vel Mæ-niana vocant, id est, plana tecta, quæ transversis trabibus sustentantur*. *Ead.* habet in *Ezech.* cap. 38. et 41. in *Dan.* cap. 6. et *Beda* in cap. 25. *Prov. Idem Hieronymus* in *Sophon.* cap. 1: *Eos qui in Domatibus adorant militiam cœli, solem et lunam, et astra reliqua*. *Regula S. Pachonii* ab ipso *Hieronymo* in *Latini-um* versa cap. 87: *Nec in cella, nec in Domatibus, in quibus vitandorum æstuum causa requiescunt*. [Computus *reparationum S. Martialis Lemovic.* post annum 1227. ex *Archivo ejusdem Ecclesiæ*: *Cruz aurea, gallus et concha cum arcibus constitunt XVII. lib. Cooper-tura Dome de plumbo cum lignis coop-tatis et tegulis novis comparatis constitit XVI. lib.*] *Hac notione usurpatur ab Abbone* lib. 1. de *Bello Parisiaco* vers. 205:

Ergo bis octonis faciunt, mirabile visu,  
Monstra rotis ignara modi compacta triadi  
Roboris ingentis super argente quodque cubante,  
Domate sublimi cooperto.

*Galli etiamnum Domes* appellamus [concameratum ædis, præsertim sacræ, fastigium, *Cupola* Italis, apud quos *Domo* Ecclesiam aliquando significat cathedralem: qua notione sumitur *Dom* in *Translatione S. Philastrii Episcopi*, *Julii* tom. 4. pag. 394: *Deinde reponant dictam capætam plumbeam ornatè fabricatam in capsono sito in sacristia de Dom circumsepta ferratis*.] Vide *Leon.* *Ostiens.* lib. 3. cap. 1. et 29. *Odon. Cluniac.* lib. 4. de *Vita S. Geraldii* cap. 10. *Isid.* lib. 15. *Orig.* cap. 8. *Harmoniopolium* lib. 2. tit. 4. § 52. et tom. 5. *Canisii Lect.* *antiq.* pag. 780. [et *Henr. Valesium* ad *Eusebium* lib. 4. de *Vita Constantini* cap. 58.] *Hinc Domitalem tabulatum* vocat *Matthæus Paris* in *Vitis Abbatum S. Albani, Doma* ipsum interius, quod tabulis revestitur: *Antequam medium operis ad tabulatum surgeret Domitalem*.

**DOMATUS**, in modum domatis oper-tus: *Marcus* in *Carmine* de *S. Benedic-tio*:

Mirantur scopuli fruges, et non sua poma,  
Pomiferisque viret silva Domata comis.

† **DOMADERIUS**, pro *Hebdomadarius*. Qui munus aliquod obit per hebdomadam, *Gall. Hebdomadier*. *Vetus Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ*: *Preces dicuntur a Priore vel a Domaderio*. Occurrit *ibidem Domadarius*. Vide *Domerus*. [\*\* *Sic Doma* olim apud *Lusitanos* dictum pro *Hebdoma*; exemplum affert *S. Rosa* de *Viterbo Elucidar.* tom. 1. pag. 384.]

† **DOMENIUM**, *Dominicum prædium*, *Gall. Domaine*. *Charta Hugonis de Le-ziniaco Comitis Marchiæ* pro *Helia Abb. Nobiliacensi* apud *Stephanotium* tom. 3. *Antiquit.* *Pictav.* MSS. pag. 882: *Exceptis dumtaxat Domenio, feodis et retrofeodis meis, ubicumque sint infra metas prædictas*. Vide *Dominium* et *Dominicum*.

**DOMALIS**. *Charta Alemannica Goldas-*

*tina* 15: *Trado ad Monasterium S. Galli. id est, caballis Domalibus, cum cætero troppo, caballis cunctis, etc.* *Fortè Damalibus*, ex Gr. δάμαλις. Vide *Damalis*. [\*\* *Confer Domitus*.]

† **DOMANARIA JURISDICTIONE**, Quæ *domanii* est seu domini, *Gall. Jurisdiction Seigneuriale*. *Litteræ* anni 1359. apud *D. Secousse* tom. 3. *Ordinat. Reg.* pag. 366: *Nedum superioritatem vel ressortum et gardiam prædictas, verum etiam jurisdictionem Domanariam dictorum Religiosorum usurpare et exercere, et omnes redditus eorumdem Religiosorum percipere et levare nituntur*. *Hic intelligo jurisdictionem omnium minimam, quæ fere in censuum perceptione consistit, quamque vulgo dicimus, Justice fon-cièrè.*

\* **DOMANERIUS DOMINUS**, *Domini* possessor, prædii seu castri dominus, *Prædictis nostris Seigneur domanier*. *Arest.* ann. 1866. 3. *Apr.* in vol. 5. *arestor. parlam. Paris*: *Guillelmus de Chantilliaco senior miles fuerat dominus proprietarius et Domanerius castri de Chantilliaco. Domaneria jurisdictione, in alio Aresto* ann. 1894. *inter Probat. Hist. Lugdun.* pag. 72. col. 2. *Doménier* vero appellatur, qui in *Domanio* alicujus manet, vel qui intra illius fines possessionem habet, in *Recognit. feudali dom.* de *Veteri-ponte* ann. 1866: *Vini et cinq gelines chascun an de rante, rendues le Dimenche avant Quaresme-pre-nant, des Doméniers dudit censif*. Vide *Domanaria*.

† **DOMANIALIS PARS**, Quæ *regii domanii* est, in *Charta* ann. 1481. ex *Archivo S. Victoris Massil. Domanialia loca*, in *Ch.* anni 1387. ex *Archivo Comm. Massil.*

† 1. **DOMANIUM**, *Gall. Domaine*, varias habet notiones. In quibusdam *Consuetudinibus*, ut in *Aurelianensi* cap. 1. art. 84. et 97. *Dominicum prædium* est seu principale *feudum* vel *manerium*, unde cætera pendunt, et cui fidem præstant et homagium; alibi solum significat dominium seu jus Domini in territorio et census propter clientelam ex eo percipiendos: alias tandem quasvis possessiones ad *Dominum* pertinentes significat. *Exempla non referam de re notissima. Illud unum hic observabo, de Domaniis Regum, quæ Lege regni dicuntur alienari non posse, scriptum esse in Fleta* lib. 3. cap. 6. § 8: *Res quidem Coronæ sunt antiqua maneria, Regis homagia, libertates, et hujusmodi: cum alienantur, tenetur Rex ea revocare, secundum provisionem omnium Regum Christianorum, apud Montem Pessolomam, anno Regis Eduardi filii Regis H. quarto habitam*: hoc est, vel anno 1275. desinente, vel anno 1276. Si huic credimus *Anglico Commentatori*, non tam *juri regnorum, quam Regum consensui* prohibitio alienationis regiorum *domaniorum* erit referenda. *Verum quidem est, Seldenum Dissertat. in Fletam* cap. 10. n. 4. pag. 140. *ultima edit.* contendere nullam fidem ei *Scriptori* habendam esse: sed *quantivis præti testimonium* ejus esse, satis indicant *Edicta plerorumque Regum alienationem prohibentia* post annum 1276. *Unum aut alterum hic referam. Primum est Jacobi Siciliæ Regis anno 1285. imperantis: Circa donationes, inquit, diligentè consideratione pensantes, quam Regiæ dignitati expedit, ac si fructuosum et utile, absque fidelium nostrorum gravamine, curiæ nostræ Domania alienari aliquatenus non debere, provisionis præsentis*

edicto mandamus, et tam nos, quam heredes et successores nostros ab ipsorum Demaniorum donatione volumus abstinere; nam quanto ipsa Demania servabantur, ipsorum concessione prohibita, tanto proventus fisci nostri uberiores fieri poterunt, et per copiam et ubertatem ipsorum, qualibet extorsione sopita status pacificus, et conservatio nostrorum fidelium refloebit (refloebit). Ex ipsis Regibus nostris Philippus cognomento Pulcher, qui regni habenas suscepit anno 1285. Præceptum edidit, teste Johanne le Cog Quest. 348. quo alienata omnia Coronæ dominia repetebat. Eum imitati sunt Philippus Longus et Carolus Pulcher; hujus Edictum sic se habet: *Karolus Dei gratia Franciæ et Navarræ Rex Ballivio Matisconensi, vel ejus locum tenenti, salutem. Recordationis inclytæ charissimus Dominus et Germanus noster Rex Philippus, cum matura deliberatione consilii, male alienata de Domaniis dicti regni sui, sub donationis, permutationis, vel alterius tituli nomine ad hujusmodi Domania reducenda decrevit: et propterea edicere fecit generaliter, ut quicumque de Domaniis ipsis quicquam tenerent, in eos, vel illos, a quibus causam haberent suos titulos exhibere deputatis, in negotio alienatorum hujusmodi, Parisiis in Camera computorum, cum intimatione, quod dicto termino exhiberent, quod ex tunc omnia, quæ de prædictis Domaniis tenerent, ad manum regiam ponerentur, etc. Nos autem dicti Domini vestigiis inhaerentes, etc. Mandamus vobis, quatenus in nominatis in titulo, qui jam litteras suas exhibuerunt, qualitercumque alienata fuerint ad manum nostram ponatis, ac de alienatorum ipsorum nobilitate, conditione et valore perquiratis: et faciatis etiam ex parte nostra publice proclamari, quod omnes qui de Domaniis ipsis quicquam tenent, qui nondum suas exhibuerunt litteras, infra festum B. Remigii, Parisiis in Camera computorum deputatis prædictis exhibeant, ut visis ipsis, fiat ulterius quod videbitur expedire, etc. Datum Vicenis 5. Aprilis ann. Dom. 1231. Hæc Edicta post de Lauriere in Glossario juris Gall. integra represento, quod rara sint et parum nota.*

¶ Verum non alienationes solum, sed etiam impignerationes domanii sui prohibuerunt Reges nostri Caroli Pulcri successores, horumque ea de re sanctiones illibatas perseveraverunt ad Carolum VIII. qui primus impignerationes introduxisse dicitur. Vide Pascherium Inquisit. lib. 6. cap. 28. pag. 556. edit. 1633. Bromptonum pag. 1046. n. 4. et Hist. Caroli VIII. probat. pag. 353.

¶ DOMANIUM CONGEABLE, Gall. *Domaine congeable*, in Consuetud. Britann. art. 541. illud dicitur, quod tenens dimittere debet ad voluntatem Domini locatoris, compensatis tamen a Domino atque exsolutis tenenti domanii meliorationibus seu incrementis.

¶ DOMANIUM MUTABILE vel *non mutabile*, in Consuetud. Tricass. art. 186. et 187. *Domaine muable* vel *non muable*. Mutabile modo augetur, modo minuitur, ut sunt locationes prædiorum, quæ pro tempore mutantur: Immutabile vero seu *non mutabile* constans est et fixum, ut sunt quidam census fundo dominico annexi, v. g. certæ præstationes frumenti, siliginis, avenæ, caponum, etc. quæ quotannis Domino pendi solent.

\* 2. DOMANIUM, Ager incultus, ut videtur. Charta ann. 1306. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 87: *Concessimus.....*

*quinquaginta acras Domaniorum et prætorum non falcabilem.*

DOMATIM, Per singulas domos. Gobe-  
linus Persona in Cosmodromio ætate 6.  
cap. 70: *Et fecerunt statutum illud.....*  
Domatim publice intimare.

¶ DOMATUS. Vide in Doma 3.

¶ DOMAYNIUM, ut *Domanium*. Una cum  
Domaynio sive terris dominicalibus dic-  
torum locorum, apud Rymer. tom. 13.  
pag. 460. col. 1.

DOMBEC, Liber judicialis Anglo-Saxo-  
num, quorum lingua dom judicium,  
Bec librum significat. Hujus meminit  
Edwardus Senior in Legibus cap. 1.  
Vide præterea Steph. Skinnerum in  
Etymol. Angl.

¶ DOMEJARE. Vide *Domneare*.

\* DOMENCHIUS, pro *Demenchius*, Men-  
suræ annonariæ species. Acta capit.  
eccl. Lugdun. Mss. ad ann. 1347. fol.  
129. vº: *Item unum Domenchium avenæ*  
*comblo ad mensuram Viriaci*. Vide supra  
*Demenchius*.

\* DOMENGADURA, Prædium domini-  
cum, vel Aedes dominica, idem quod  
*Dominicatura*. Contract. matrim. ann.  
1069. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit.  
col. 268: *Donamus in comitatu Ruthen-  
ense ipsorum castrum, quod vocatur Brus-  
cha, totum et ab integro, cum ipsos*  
*usos, et cum ipsos usaticos, et cum ipsa*  
*Domengadura, quæ hodie habet et habere*  
*debet*. Vide in *Dominicum* 3. et infra  
*Dominigadura*.

\* DOMENURA, Proprietas, domanium,  
eadem notione qua supra *Demeneura*,  
quomodo etiam forte legendum est.  
Charta ann. 1240. inter Probat. ult. Hist.  
Trenorch. pag. 200: *Accepi in feodum*  
*quidquid habeo in parochia et dominio*  
*Huchisiaci, et quidquid ibi tenebatur a*  
*me, tam in feodum quam in Domenura,*  
*vel alio modo. Mesdemainne, eodem sensu,*  
in Ch. ann. 1255. ex Tabul. S. Joan.  
Laudun.: *Li abès et li église desorena-  
vant penront leur deus maires dedens*  
*leur Mesdemainne, dedens le pais de la*  
*commune de Crandelain*.

\* DOMERGE, vox Occitanica, Tracta-  
bilis, mollis: unde *Coiram domerge*,  
Corium præparatum, Gall. *Courroyé*.  
Leudæ minor. Carcasson. Mss.: *Item de*  
*centum pelibus de coiram Domerge, qua-*  
*tuor denarios*. Vide supra *Dobus*.

¶ DOMERUS, Hebdomadarius. Vita  
B. Oldegarii Martii tom. 1. pag. 494:  
*Quando ad Hebdomadarios sive Do-*  
*meros ea cura translata est*. Vide *Doma-*  
*derius*.

DOMESDEI, Tabulæ Censuales totius  
Angliæ, sive Anglicani Imperii Brevia-  
rium, vel Notitia, duobus voluminibus  
totius Regni Angliæ descriptionem con-  
tinens, in qua, quot Rex ipse, vel quis-  
quis alius in unoquoque Comitatu agro-  
rum jugera, quas silvas, prata, qua  
chentalaris juris formula, quot servos  
quibusve servitiis obstrictos, quot vas-  
sallos, denique quantos proventus an-  
nuos haberet, atque id genus alia, pro-  
vincialium aliquot, qui ad hoc munus  
jurati, fide describuntur: atque ut ver-  
bis Willelm. Britonis utar lib. 4. Phi-  
lipp. pag. 145:

Quid deberetur fisco, quæ, quanta tributa,  
Nomine quid census, quæ vectigalia, quantum  
Quisque teneretur feodali solvere jure,  
Qui sint exempti, vel quos angaria damnet,  
Qui sint vel glebæ servi, vel conditionis,  
Quove manumissus patrono jure ligetur.

Hujus auctorem Willelmum Nothum  
produnt passim Scriptores Anglici, at-  
que in iis præsertim Ingulfus coætaneus  
pag. 908. ubi de Guillelmo: *Totam ter-*

*ram descripsit, nec erat hida in tota An-*  
*glia, quin valorem ejus et possessorem*  
*suum scivit, nec locus, nec lacus aliquis,*  
*quin in Regis Rotulo extitit descriptus,*  
*ac ejus reditus et proventus, ipsa possessio,*  
*et ejus possessor Regiæ notitiæ manifesta-*  
*tus, juxta taxatorum fidem, qui electi de*  
*qualibet patria, territorium proprium de-*  
*scriberent*. Mox addit: *Iste Rotulus voca-*  
*tus est Rotulus Wintoniæ, et ab Anglicis*  
*pro sua generalitate, omnia tenementa*  
*totius terræ integræ continentem Domesday*  
*cognominatur*. Tale Rotulum et mul-  
tum similem ediderat quondam Rex  
Alfredus, in quo totam terram Angliæ  
per Comitatus, Centurias, et Decurias  
descripserat, sicut prænotatur: qui quid-  
dem Rotulus Wintoniæ vocatus est qui  
deponeretur apud Wintoniam conser-  
vandus. At hodie asservatur archetypus  
Westmonasterii inter Scacarii, i. e.  
Fisci archiva, litteris antiquissimis, ipso  
Willelmi ævo descriptus. Vide *Rotulus*  
*Wintoniæ*.

De nominis etymo conveniunt omnes,  
*Domesday* nempe dictum, quasi *diem*  
*judicii*, vel *diem judicarium*; *Dome* enim  
Anglis, est *judicium*, *Day*, dies. At cur  
hanc denominationem habuerit, docet  
Gervasius Tilleber. in Dial. de Scacario:  
*Ob hoc, inquit, nos eundem librum judi-*  
*ciarium nominamus, non quod in eo de*  
*propositis aliquibus dubiis feratur senten-*  
*tia, sed quod a prædicto judicio non licet*  
*ulla ratione discedere*.

Confectum anno 1083. scribunt auctor  
Chronici de *Bermundesey*, Matth. Flori-  
legus, Parisius, et alii Scriptores An-  
glici, Guillelmi 16. vel 17. At Codex ipse  
docet, descriptionem peractam ann.  
1086. vel certe confectam. In calce enim  
alterius voluminis, in quo seorsim cen-  
sitæ sunt *Essexia*, *Nortfolcia* et *Suffolcia*  
hæc litteris majusculis descripta legun-  
tur: *Anno millesimo octogesimo sexto ab*  
*Incarnatione Domini, vigesimo vero Regis*  
*Willelmi, facta est ista descriptio, non*  
*solum per hos tres Comitatus, sed etiam*  
*per alios*. Unde patet, recte *Florentium*  
*Wigorn.* in eum annum *Domesday* con-  
fectionem rejicere, quod Radulfus de  
Diceto et *Walsingham* in ann. 1087.  
quod conciliat *Seldenus*, dum ait, *Flo-*  
*rentium* a *Conceptione*, alios a *Nativi-*  
*tate* annos Christi auspiciari, eliciteque  
inde, absolutam esse descriptionem in  
eo, quod festa illa intercedunt inter-  
vallo.

Sic olim apud Romanos existere ejus-  
modi totius Imperii provincialiarum, et in  
iis contentorum prædiorum accura-  
tissimæ descriptiones, quæ et limites et  
possessorum nomina continerent, ad  
quas, si aliqua emergeret de iis contro-  
versia, recurreretur. Idque ab ipsorum  
Regum ævo. Florus lib. 1. de Servio  
Tullio: *Summaque solertia ita est ordi-*  
*nata Respublica, ut omnia patrimonii,*  
*dignitatis, ætatis, artium, officiorumque*  
*discrimina in tabulis referrentur, ac si*  
*maxima civitas minimæ domus diligentem*  
*contineretur*. Asservabantur autem illæ  
in *Sacrario Principis*. Siculus Flaccus  
de *Condit. agrorum* pag. 19: *Quod si*  
*quis contradictat, sanctorum Cæsaris*  
*respici solet: omnium enim agrorum, et*  
*divisorum et assignatorum formas, sed et*  
*divisionem et Commentarius et Princi-*  
*patus in Sanctuario habet. Qualescumque*  
*enim formæ fuerint, si ambigatur de*  
*earum fide, ad sanctuarium Principis*  
*revertendum erit*. Horum etiam *Commen-*  
*tarium* meminit *Frontinus* lib. 1. de  
*Aqueduct.* Id etiam deinde peractum  
*Maximiano Galerio* imperante queritur

Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. n. 23: *Agri glebatim meliebantur, vites et arbores numerabantur, animalia omnia generis scribebantur, hominum capita notabantur, etc.* Vide *Catastrum*.

1. **DOMESTICARE**, Habitare in domo cum famulis et domesticis. Charta Domini de *Verfay* et S. Nicetii in Bressia ex *Adversariis D. Aubret: Est actum quod dictus confitens debeat Domesticare et edificare domum.* Vide *Hospes*, lin. *Hospites dici cœpere apud nos, etc.*

2. **DOMESTICARE**, Mansuefacere. Leges Bajwar. tit. 20. § 6: *Aves, quæ de silvaticis per documenta humana Domesticantur industria.* Eckehardus Junior de Casib. S. Galli cap. ult: *Avibus domesticis et Domesticatis.* Vide *Mansuetarius*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Domesticare, Aprivoiser.* Aliud Provinc. Lat. ex Cod 7657: *Domestege, Prov. domesticus, mansuetus.*

**DOMESTICATUS**, Dignitas *Domestici*, in Novell. Theod. de Scholaribus, et Apud Gregor. Turon. 1. 2. Hist. cap. 8. Δομesticίτων Annæ Commenæ pag. 157. 168 et 304. et apud Balsamon. ad Canones Apostol. [Vide *Domestici* 3. ad lin. *Ex quibus patet.*]

1. **DOMESTICITAS**, Familiaritas. Gerardus Maurisius Hist. dissidii Marchionem Estensem inter et Eccelium de Romano pag. 29: *Videtur habere gratiam domini Regis super omnes Princeps, semper equitando et stando prope ipsum dominum Regem cum maxima Domesticitate.* Petrus de Aliaco in Vita S. Petri Coelestini, Maii tom. 4. pag. 488: *Hæc columba non ibi parvo tempore, sed trium annorum spatio... sub ea qua dictum est Domesticitate permansit.*

1. **DOMESTICUS**, Familiaris, favorabilis. Annal. Benedict. tom. 3. pag. 112. n. 20. ex Epistola Caroli Calvi ad Nicolaum I. Papam: *Bettonem Monachum benigne et familiariter recipiatis, quo ea quæ sibi injuncta sunt, mansuetudini vestri apostolatus Domesticâ suggestionem valeat enarrare.* Continuatio de gestis Abbatis Lobliensium ad Achereum Spicil. tom. 6. pag. 611: *Id tamen a suis potius quam alienis, id est, Leodiensibus, quoniam a cameracensibus, cujus episcopi personas non adeo Domesticas habuerint eatenus, prius tempore decreverant pertentare.*

2. **DOMESTICUS**, *Domestici*, Quorum apud Romanos munus fuit Imperatorii corporis custodia. In Palatio enim militabant *Domestici* ad Imperatorum custodiam, ut *Protectores* in acie, ut est in lege 6. et 9. Cod. Theod. de *Domest.* et *Protect.* (6, 24.) Sed et *Protectores Domestici* dicuntur Ammiano l. 14. 15. 18. et in Collat. 1. Carthaginiensi cap. 1. ubi *Devotissimi* indignantur. Socrates lib. 1. cap. 13: *Τὸν δορυφόρον τις, οὗς οικείου καλεῖ ὁ βασιλεὺς.* Glossæ Basilic. et Suidas: *Δομesticοί, οἱ τῶν Ρωμαίων ἱππεῖς, οἱ κατὰ Ρωμαίους οἰκειοὶ στρατιῶται.* Vide Palladii Hist. Lausæ. cap. 103. Horum alii Equites, de quibus l. 4. Cod. Just. eod. tit. (12, 17.) alii Pedites. Senator l. 1. Var.: *Domestici partis Equitum et peditem, qui nostræ aulæ videntur jugiter excubare.* Apud Ammianum Marcellinum l. 25. dicitur Jovianus, cum Imperator a militibus electus est, *fuisse Domesticorum ordinis primus*, quam dignitatem tribuit etiam Valeriano cuidam lib. 27. Horum cohors dicta *Schola Domesticorum*, eidem Ammiano lib. 26. τῶν οικείων σύνταγμα, Juliano Epist. 22. De *Domesticis* istis Palatii custodibus frequens est mentio apud

Byzantinos Scriptorum. Vide Procop. in Hist. Arcana pag. 108. 1. Edit. <sup>1633</sup> et Glossar. med. Græc. col. 318. sqq.]

**DOMESTICI PRÆSENTALES**, in leg. 6. Cod. de Advocat. diversor. judic. (12, 17.) Vide *Præsens*.

**DOMESTICUS**, *Præfecti, Prætorio, Ducis, Comitibus, etc.* Habebant etiam suos *Domesticos*, Præfecti provinciarum, urbium, exercituum, etc. Ita apud Ammianum lib. 15. occurrit *Proculus Sylvani Ducis Domesticus*. Lib. 28: *Romani Comitibus Domesticus*. Lib. 30: *Cæsarius Maximini Præfecti Prætorio Domesticus*. Apud Theophanem pag. 90. fit mentio Marciani *δομesticου τοῦ Ἀσπαριου* Patricii. Apud eundem pag. 383. Joannes Sacellarius Eunuchus dicitur fuisse *οἰκειακός* Elpidii exercituum Ducis. Apud Isidorum Pelusiotam Epistola 300. lib. 1. inscripta est *Σωζομένην Δομesticὴν τοῦ ἐπαρχου. Domesticus Comitibus Gothorum*, apud Senator lib. 5. Epist. 14. *Domestici, qui destinatis Comitibus obsequuntur*, apud eund. lib. 9. Epist. 13. Horum nonsemel mentio in Cod. Theod. Ejusmodi autem *Domesticorum* dignitas ac gradus illustris videtur fuisse: squidem apud Orosium lib. 7. Heraclianus Comes Africae Sabinum *Domesticum* suum generum sibi elegisse legimus. Sed et omnium fere consiliorum participes erant. Procopius lib. 1. Vandal. cap. 4: *Ὁ δὲ τῶν ἀπορήτων Ἀσπαρι ἕξη κοινῶδες εἶναι. Δομesticὸν δὲ τοῦτον τῆ σφετέρᾳ γλώσσῃ καλοῦσι Ρωμαῖοι. Theophilactus Simocatta lib. 8. cap. 18: Ἰπραισεντινὸς ὁ τὰς τοῦ Πέτρου πεπιστευμένους φροντίδας, ὃν Δομesticὸν εἰώθησαν οἱ Ρωμαῖοι ἀποκαλεῖν. Vide leg. 3. Cod. Th. ad Leg. Jul. repetund. (9, 27.)*

**DOMESTICUS**, inquit Joannes Episcopus Citri in Resp. apud Latinos idem sonat ac *Præfectus*, *Capitaneus*, *Dux*, *ἐξάρχων*, *προηγούμενος*, *ἐπιστάτης*. Quod inde videtur fluxisse, quod Imperatores ac Principes ex suis *domesticis* deligerent, qui præcipua in Palatiis, in Castris, et in provinciis munia obirent: uti urbium et provinciarum, etc. *Comites* dictos constat, quod ex Comitatu Imperatorum ad ea obeunda munera deligerentur. Nam *Domestici* idem, qui in aula Regum nostrorum sequioribus seculis *Familiares Regis* appellati sunt.

**MAGNUS DOMESTICUS**, apud Byzantinos, copiis militaribus terrestribus præerat, ut maritimis *Magnus Dux*; Græcis Scriptoribus *μέγας Δομesticος*, passim; *Megadomesticus* Tyrio lib. 2. cap. 5. lib. 15. cap. 23. Luitprandus lib. 3. Hist. cap. 7: *Focam vero Domesticum Majorem, hoc est, terrestris Ducem exercitus fecit.* Procop. lib. 1. de Bello Vandal. cap. 11: *Καὶ Σολομών, ὃς τὴν Βελσαρίου ἐπετρόπευσ στρατηγίαν, Δομesticὸν τοῦτον καλοῦσι Ρωμαῖοι. Exstitit vero hæc dignitas sub Heraclio. Chronic. Alexandr. pag. 892: Σύννοτος αὐτοῦ καὶ Ἀνατολῆς Δομesticὸν τοῦ μεγίστου. Chronic. MS. Andreæ Danduli ann. 821: *Michael Domesticus sive Comes Palatinus sumpsit Imperium.* Vide Notas ad Alexiadem pag. 226.*

**DOMESTICUS EXCUBITORUM**, *Δομesticος τῶν ἐκκοιμητήρων*, in Concilio VIII. act. 10. pag. 698. edit. 1618. apud Theophanem pag. 383. [et Anonymum Combesfianum in Porphyrog. n. 47.] idem qui *Comes Domesticorum*.

**DOMESTICUS ICANATORUM**, apud Anastasium in versione Concilii VIII. τῶν ἰκανάτων, in. Gr. et apud Nicetam Paphlag. in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 693. edit. 1618. qui videtur innuere, id dignitatis institutum a Nicephoro Gene-

rali imp. a quo ea donatus ex filia nepos Nicetas Michaëlis Rhangabes filius, postmodum Patriarcha OP. δ' ὃν ἐνεῖνο τὸ πρᾶγμα πρῶτον καταστῆναι αἰνunt. Sunt autem *Icanati*, cohortes militares, ut observatum a viris doctis, et ex Porphyrogenito satis colligitur lib. de Adm. Imp. cap. 50. pag. 183. ubi pro ἰκανάτων rescribendum ἰκανάτων. [Ἰκανάτων σχολὴ in Synaxariis 17. Febr.] At cur idem Anastasius act. 1. ejusd. Concilii, ad vocem *Domestico Icanatorum*, vice notæ ad marginem reposerit, *parentum*; non plane percipio. [*Domestici Icanatorum* meminit præterea Anonymus Combesfianus in Romano Lacapeno n. 41. Vide Glossarium mediæ Græcitat. ad vocem Ἰκανάτοι.]

**DOMESTICUS MENSÆ**, Qui *Præfectus Regiæ mensæ* dicitur Monacho Saggallensi in Carolo M. Sexta Synodus act. 1. meminit Leontii *δομesticου τῆς βασιλικῆς τραπέζης*. Apud Pachymerem lib. 4. cap. 31. pag. 219. Cantacuzenum lib. 1. cap. 51. pag. 157. Codinum de Offic. cap. 2. § 20. cap. 7. § 21. *Δομesticος τῆς τραπέζης*. Huic suberat ὁ ἐπὶ τῆς τραπέζης, de quo Anna Comnena, Codinus, et alii ad Alexiadem a nobis laudati pag. 390.

**DOMESTICUS MURORUM**, *δομesticος τῶν τεγέων*, Cui Castrorum reficiendorum cura incumbat, apud Codinum de Offic. cap. 2. n. 59. cap. 5. n. 79.

**DOMESTICUS NUMERORUM**, Qui Cohortibus Prætorianis præerat, apud Nicetam in Vita Ignatii Patr. CP. pag. 692. edit. 1618. idem, qui *Domesticus Scholarum*, ut colligitur ex Constantino de Adm. Imp. cap. 51. pag. 192.

**DOMESTICUS OPTIMATUM**, Qui copiis militaribus Thematis, quod *Ὀπτιμάτων* vocabant, præerat, de qua dignitate, ut de Themate sic dicto, pluribus agit Constantinus lib. 1. de Themate. cap. 5. ex quo docemur *Optimates* institutos potissimum, ut essent qui comitarentur Imperatorem, cum in expeditionem proficiscebatur. Censebantur autem illi inter viles et abjectos, perinde ac *Cortelini*, quod eis *δουλείαν τῶν στρατιωτῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Βασιλέως* essent instituti. Unde eorum *Præfectus*, non *Dux*, vel *στρατηγός*, sed *δομesticος*, appellabatur. Atque inde discimus de hoc *Domestico* agere Glossas Basilic.: *Δομesticος τοῦ Θέματος, ὃς μετὰ Κόμητος κέρτης εἰς τὴν προέλευσιν τοῦ στρατηγῶ τέτακται. Qui vero fuerint Optimates, vide in hac voce.*

**DOMESTICUS SCHOLARUM**, *δομesticος τῶν σχολῶν*, qui Scholis *Domesticorum*, vel certe militaribus copiis, quæ ad Imperatoris custodiam excubabant, præerat. Perperam Luitprando lib. 6. cap. 5. dicitur *O domesticos tos ascalonas*, pro *domesticus* seu *δομesticος τῶν σχολῶν*, uti apud Constantinum de Adm. Imp. cap. 51. Zonaram pag. 128. 135. 148. 150. etc. Manasses: *Ὅστις τὸν Βάρθαν τὸν Φάκαν στρατάρχη καθεστάνει ὃν τῶν σχολῶν Δομesticὸν εἰποιεν ἢν Ρωμαῖοι. Δομesticος τῶν σχολῶν τῆς ἀνατολῆς*, apud eundem Zonaram pag. 155. 159. Vide Codinum de Offic. cap. 2. n. 31. cap. 4. n. 34. cap. 5. n. 42.

**DOMESTICI STRATORUM**, apud Anastasium in Hist. Eccl. pag. 127. Vide *Strator*.

**DOMESTICUS THEMATUM**, *Δομesticος τῶν θεμάτων*, duo erant, alter τῶν ἀνατολικῶν, *Orientalium*, de alter τῶν δυτικῶν seu *Occidentalium*, de quorum officio Codinus cap. 5. n. 92.

3. **DOMESTICUS**, *Domesticorum* in Galliæ Regum Palatiis crebra est apud Scriptorum mentio. Apud Fortunatum

in Vita S. Germani Episcopi Parisiensis cap. 61 : *Attila vir illustris ac regalis aulae Domesticus*, ut in Vita S. Arnulfi Episcopi Metensis cap. 4. idem Arnulfus, *Regis Domesticus et Consiliarius*, antequam Episcopalem consequeretur dignitatem, dicuntur. Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 11 : *Gundulfum ex Domesticis Ducem factum de genere Senatorio Massiliam dirigit*. Idem lib. 9. cap. 36 : *Cui Comitibus, Domesticis, Majoribus atque nutritiis, et omnibus, qui ad exercendum servitium Regale erant necessarij delegatis, etc.* Lib. 10. cap. 15 : *Adfuit diebus istis Flavianus, nuper Domesticus*. Idem de Miraculis S. Martini lib. 1. cap. 25 : *Charigisilus Referendarius Regis Chlotarii, ... qui postea antedicti Regis Domesticus fuit, etc.* Notgerus in Vita S. Remaculi cap. 11. de Dagoberto I : *Deinde convocavit Rex fideles suos... Episcopos, Optimates quoque suos, Grimoaldum Majorem domus, Folcoaldum et Bobonem, itemque Domesticos suos Chlodulfum et Ansigisum, etc.* Fredegarius in Chronico cap. 4. et ex eo Aimoinus lib. 3. cap. 75 : *Domnolus Domesticus, et Wandalmarus Camerarius, etc.* Cap. 76 : *Otto quidam filius Beronis Domesticus, qui Bajulus Sigeberti ab adolescentia fuerat*. Cap. 9 : *Ermenvicus Domesticus*. S. Autoënus in Vita S. Eligii lib. 1. cap. 14 : *Ac vellet Domesticus simul et Monetarius adhuc aurum ipsum fornacis coctione purgare, etc.* Adde Vitam S. Sulpitii Pii Episcopi Bituricensis posteriore n. 3.

*Domesticorum* ejusmodi, quod fuerit munus et officium in Palatio Franco, ambigunt doctiores : quanquam vox ipsa curam circa domum seu aulam Regiam videatur satis indicare : quod et exerte testatur Fortunatus lib. 7. Carm. 16. ubi de Condone Domesticus :

Teudebertus enim Comitibus præmia cessit,  
Auxit et obsequiis cingula digna tuis.  
Vidit ut egregios animos meliora mereri,  
Mox voluit meritis amplificare gradus.  
Instituit cupiens, ut deinde Domesticus esses,  
Crevisit subito, crevit et aula simul.  
Florebant pariter veneranda Palatia tecum,  
Plaudebat vigilli Dispositore domus.

Ex quibus patet, *Domestici* dignitatem non modo illustrem fuisse, cum Comitibus dignitate longe præcelleret, sed etiam idem muneris obisse, quod apud Orientales *Cura Palatii*, atque adeo aulae Regiæ curam habuisse : quod et adstruit auctor Vitæ S. Arnulfi, Episcopi Metensis : *Si deinceps Episcopales gestavit infulas, ut etiam Domesticatus sollicitudinem atque Primatum Palatii ac si nolens teneret*. Quibus consona habet auctor Vitæ S. Licinii Episcopi : *Inde factum est, ut etiam Domesticam sollicitudinem atque Primatum Palatii... teneret*. Nec scio, an Servilio, cujus Epitaphium exaravit Fortunatus lib. 4. Poem. 13. hanc dignitatem obierit :

Ipsæ Palatinam rexerat moderatius aulam,  
Commissæque domus crescere fecit opes.

Neque tamen *Domestici* dignitatem eandem fuisse cum dignitate *Majoris domus* recte contendit Browerus, quod ex præallatis satis colligere licet. Ægidius Parisiensis in Carolino Senescallum, *Domesticum aulae* vocat, ubi de Anselmo, Meldensi Episcopo :

Assecla regalis, Magnusque Domesticus aula.

Unde *Domesticorum* ejusmodi munus fuisse videtur circa familiam Regiam, ut est eorum, quos *Magnos Hospitii Magistros* vocamus ; qui ut cæteris *Hospitii Magistris* inferioribus præsent, ita

olim majores *Domestici*, cæteris id nominis ac tituli in aula Regia obtinentibus *Proceribus*, præerant. Plures enim hac simul functos dignitate in Palatio satis præallata declarant, qui supremo ac Magno Domesticico suberant.

Ex *Domesticorum* porro inferiorum Palatinorum caterva seligi solebant, qui cætera in provinciis Palatia Regia, villas Regias, et fiscos publicos, eorumque redditus curarent : vel certe id nominis ejusmodi villicis attributum, quod quemadmodum Majores *Domestici* Palatium, seu Regis aulam, curabant, ita iis cætera Palatia regenda committerentur. Rem firmat Marculfus lib. 2. Form. 52. cujus initium hisce verbis concipitur : *Ego in Dei nomine ille Domesticus ac si indignus gloriosissimi Domini illius Regis super villas ipsius illas, illi ex familia dominica de villa illa. Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit, etc.* Ejusmodi porro *Domesticis*, seu villicis, præerat *Domesticus* alter major. Chronicon Fontanellense cap. 1 : *Edita est hæc confirmatio... et directa Teutigisto Domesticico, et Custodi saltuum villarumque Regalium*. In vita Ludovici Pii ann. 795. Richardus Comes, *Villarum Regiarum provisor* dicitur.

*Domesticorum* munus non tantum circa villas Regias fuit, sed et interdum circa ipsas provincias, quas rexere. Auctor vitæ S. Arnulfi Episc. Metensis cap. 4 : *Ita ut sex provinciæ, quas et tunc et nunc totidem agunt Domestici, sub illius administratione solius regerentur*. Quæ quidem verba omnino firmant, quæ diximus, inferiores *Domesticos*, et villarum Regiarum villicos, Majori subfuisse *Domestico*. Sed et, si quid provincialibus injungendum haberent Principes, id non Episcopis duntaxat, Ducibus ac Comitibus, sed etiam *Domesticis* exequendum committebant. Hinc formula ista familiaris, in Histor. Franc. tom. 3. pag. 652. et alibi passim : *N. rex omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Domesticis, vel omnibus Missis nostris discurrantibus, etc.* Vide Capitulare 5. ann. 806. cap. 19.

Judicialis præterea, tum Palatinis, tum provincialibus interfuisse testantur Marculfus lib. 1. Charta Chlodovei III. Regis, edita a viro doctissimo Joanne Mabillonio tom. 4. Vit. SS. Ordinis S. Benedicti pag. 619. et Gregorius Turon. lib. 9. cap. 28. Lex Ripuariorum tit. 88 : *Jubemus, ut Optimates, Majores domus, Domesticus, Comites, Grafones, Cancellarii, vel quibuslibet gradibus sublimati, in provincia Ripuaria in judicio residentes, munera ad judicium pervertendum non recipiant*. Ubi diversos fuisse a *Majoribus domus* evidenter patet, eorumque dignitatem perillustrem : siquidem Comitibus præponuntur, ut et in Præfatione ad Legem Burgund. ipsis *Majoribus domus*.

4. **DOMESTICUS**, Dignitas Ecclesiastica, qui in Ecclesia post *Protosalten*, cantui præerat, et cantus Ecclesiasticos incipiebat. Bini erant, unus in dextro Choro, alter in sinistro, dicuntur Joanni Episc. Citri ἐπιστάται των μελωδων et ἀρχωδοί. Ejusmodi *Domesticorum* meminere Constantinus de Adm. Imp. cap. 50. pag. 189. Scylitzes pag. 639. Joannes Cantacuzen. lib. 1. Hist. cap. 41. pag. 123. Codinus de Offic. cap. 6. n. 3. Euchologium Gr. pag. 272. 273. Balsamon in Quæsit. etc. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 321. Alii vero apud occidentales *Domestici ecclesiæ*. Papyr. Ravenn. ap. Malum tom. 5. Classic. Auctor. pag. 362 : *Sacerdotes, clerum,*

*tonsos, sanctimoniales feminas, actores ecclesiasticos, domesticos, aut commendatos ecclesiæ diverso sexu, stauraphoros, etc.* Forte præpositi inferioribus ecclesiæ ministris et familiæ, quibus domus ecclesiasticæ cura erat.] [\* Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 898 : *Inter hæc magistri de Domo, qui vocantur Domestici, debent habere præparatum vas magnum, plenum aqua calida juxta fontes, in qua prædicti cardinales, quum exeunt de fonte, debent lavari in eodem vase.*]

\* 5. **DOMESTICUS**, Hospitii dominus, qui hospitio excipit. Constit. Woldem. reg. Danor. ann. 1354. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 197 : *Item nullus, cujuscumque conditionis existens, cum aliquo clerico seu laico, sine Domestici voluntate, hospitetur ; quod si aliquis fecerit, Domesticus eum cum sua familia, si suffecerit sui (sibi) aut cum vicinis et nostro avvocato tunc præsentem, seu nostro dapifero, tanquam publicum raptorem, prosequi et impedire poterit*. Aliæ Erici itidem reg. ann. 1282. ibid. pag. 207 : *Item volumus quod nullus apud clericos, claustra vel laicos hospitetur indiscrete, sed contentus sit hiis, quæ Domesticus habuerit et voluerit sibi dare, etc.* Vide *Domesticare* 1.

**DOMESTICUS OSTIORUM**, ὁ Δομῆστῖκος τῶν θυρῶν, Dignitas Ecclesiastica in Ecclesia CP. apud Codinum de Offic. cap. 1. n. 43. præcipuus ex *Ostiariis*.

**DOMESTICUS SUBDIACONORUM**, in VIII. Synodo act. 2. pag. 619. edit. 1618.

**DOMESTICI FIDEI**, Fideles, qui ex *domo fidei* sunt, id est, Ecclesia : οἰκῆτοι τῆς πιστῆως apud [Paulum Apost. ad Galat. 6. 10.] S. Antiochum Hom. 99. *Fidei Christianæ Domestici*, in Epist. Hadriani PP. apud Baron. ann. 869. n. 100. Pontius Diacon. in Vita S. Cypriani : *Quod bonum est ad omnes, non ad solos Domesticos fidei*. Regula S. Benedicti cap. 53 : *Omnibus (hospitibus) congruus honor exhibetur, maxime tamen Domesticis fidei et peregrinis*. Occurrit præterea apud S. Augustinum in Psalm. 126. Arnobium in Psalmos, Paulinum Epist. 28. Sidonium lib. 6. Epist. 10. lib. 9. Epist. 8. Marculfum lib. 1. Form. 2. in Formulis Regalibus, cap. 16. Guillelm. Abbatem S. Theodorici in Vita S. Bernardi lib. 2. cap. 8. § 52. Antouerm Episcop. in Vita S. Silvini Episc. n. 1. in Vita S. Agricii Episc. Trevir. cap. 1. in Vita S. Præjecti posteriori n. 5. in Concilio Toletano XVII. cap. 8. in Regula Magistris cap. 91. tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 452. et alibi passim. Vide *Domus fidei*.

**DOMESTICI DEI**, Eadem ferme notione, apud Euseb. Emisenum Homil. de S. Blandina, [et S. Paulum ad Ephesios 2. 19.]

\* 4. **DOMESTICUS**, Qui proprias ædes habet. Antiq. Statut. Susat. art. 3 : *Præpositus Susatensis de jure debet facere denunciari synodum... cui interesse tenentur omnes qui Domestici sunt infra oppidum ; dum modo sint domi*. In Germanico de Huisstitten sind.

\* **DOMGIO**, Gall. *Donjon*. Vide in *Dunjo*.

\* **DOMICELLA**, Ancilla, famula honoratior. Vita S. Amadei tom. 2. Aug. pag. 574. col. 1 : *Cum... genitrix sua, ... causa solatii, una die esset super porta domus suæ, ... una cum aliquibus ex Domicellis suis ; ... quæ audiens ipsa Domina cum ancillis suis rediens in Domum suam, etc.* Vide *Domicellus* 4. [\*] Ruodlieb. fr. 13. vers. 2 :

Miratur domina Domicellarumque caterva.]

\* 2. **DOMICELLA**, Virginum Deo sancte servientium magistra. Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. : *Novertis quod Domicella Marguareta de Goy, dicta le Merchier, beghina magistra seu Domicella conventus Regis in parochia S. Nicolai supra fossata apud Atrebatum, totusque conventus seu beghinæ ejusdem loci, etc. Quo etiam nomine abutentes, Damoiselles nostri appellarunt meretrices et ipsarum magistras. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 219 : Comme.... Raoulin Broquart et Adenet d'Orgebrueil furent alez pour eulz esbatre en l'ostel de Guillette la Damoiselle, qui estoit lors coustumiere de tenir et avoir en sondit hostel à Rouven filletes amoureuses pour esbatre les compaignons ; à laquelle Damoiselle ils demanderent avoir pour la nuit deux filletes, etc. Aliæ ann. 1400. in Reg. 155. ch. 13 : Vindrent pardevers le suppliant la Damoiselle de l'abbé de Pontleroy, et un petit moine de son abbaye, etc. Rursum aliæ ann. 1451. in Reg. 184. ch. 112 : *Icellui Ancelet dist à icelle femme : Avisiez la Damoiselle, qui est à dire et entendre au pais (Laonnois) qu'elle estoit reprouchée ou blasmée de son corps. Verum non omnino desiit hæc appellatio apud nostrates. Vide Abbatissæ in Abbas.**

\* 3. **DOMICELLA**, Parva domus, cavea. Ruodl. fr. 8. vers. 14 :

Pubula nulligena vel aqua stant in Domicella  
Sturnorum, etc.

1. **DOMICELLE**, universim dictæ filię Principum, Magnatum, Baronum, et Militum, in nuptas. Quemadmodum enim istorum filii, qui nondum ad Militarem ordinem provecti fuerant, *Domicelli* tantum, ita et eorum filię, *Domicellæ* indigitabantur, cum Baronum et militum uxores *Dominæ*, uti conjuges *Domini*, vocarentur. Apud Bromptonum ann. 1000. Ducis Normanniæ filia, quam postmodum in uxorem duxit Ethelredus Rex Angliæ *Domicella* dicitur. Sic apud Sanatum lib. 3. part. 12. cap. 13. Maria, quæ jus suum in Regnum Hierosolymitanum Carolo I. Siciliæ Regi transscripsit, filia Boemundi IV. Principis Antiochiæ, eadem donatur appellatione. Rogerius de Destructione Hungariæ cap. 34 : *Dominæ vero, Domicellæ, et puellæ nobiles se in Ecclesiam recipere voluerunt.*

At in Francia nostra usus invaluit, ut Regum filię *Dominæ*, cæterorum vero, Regii quantumvis stemmatis Principum, *Domicellæ* compellentur. Tilius : *Le surnom de France appartient aux filles des Rois de France, soient nées avant, ou durant le regne. Vray est, que si elles sont nées auparavant, ne le prennent qu'après l'avenement à la Couronne, et si elles sont filles de fils aînés du Roy, sont appelées Mesdames dès leurs naissance, pour l'assurance de la Couronne à leur pere sans sa mort. Les autres ne sont appelées que Mesdamoiselles, et après l'avenement Mesdames, avec le surnom de France. Deinde addit contra receptum hunc in Gallia morem, Franciscum II. Britannię Armoricæ Ducem, Annam et Isabellam filias, *Dominas* appellasse, in eo, quod cum Carolo VIII. Rege sancivit fœdere ultimo Augusti ann. 1488. Vide Chartam originalem Joannis Lenge, ubi inscribitur Chevalier le Roy Maistre d'hostel nos Dames filles le Roy, ann. 1326.*

\* Sed et militum uxores eodem compellentur nomine, ut colligimus ex Charta ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 256 : *Ysabel de Combes Damoi-*

*selle vefve de l'aage de quatre vins ans, etc. Nisi domicelli uxor ibi indigitetur.*

2. **DOMICELLE**, et **DOMINÆ**, Canonicæ sæculares : de quibus, ita Jacob. de Vitraco in Hist. Occid. cap. 31 : *In quibusdam Teutonicorum et Alemannorum provinciis quædam sunt mulieres, quas Canonicas sæculares seu Domicellas appellant. Non enim Moniales nominari volunt, sicut Canonici sæculares Monachi dicuntur. Hæc siquidem adeo personas accipiunt, quod non nisi filias Militum et Nobilium in suo Collegio volunt recipere, etc. ubi plura de earum vestimentis, convictu, cantu in Ecclesia, etc.*

**DOMINÆ** etiam appellantur in Regula Clarissarum, Sanctimonialis omnes. Fori Bigorrenses artic. 9 : *Omni tempore pax teneatur, Clericis, Ordinatis, Monachis, et Dominabus, et eorum comitibus : ita quod si quis ad Dominam confugerit, restituito damno quod fecerit, persona salvetur.* Liber Evangeliorum Monasterii Ord. S. Benedicti S. Petri de las Puellas, in Hispania, in quo depictæ sunt Abbatissa et Moniales, cum hisce caracteribus :

Hæc sunt Dominarum tot nomina scripta bonarum  
Quas docuit mores Adalera.

Rodericus Toletan. lib. 6. Hist. Hisp. cap. 4 : *Sepultus est in Sexena, quam mater sua Regina Sancia construxerat hospitali, et instituerat ibi Collegium Dominarum.* Necrologium Monasterii S. Petri Remensis 14. Mart. : *Donna Gela Abbatissa B. Petri Remensis. B. memoriæ mater piissima, quæ reditus Ecclesiæ in vestibus Dominarum assignavit, instituit, confirmavit.* Charta ann. 1233. apud Ughellum tom. 1. pag. 980 : *Monasterio S. Stephani, in quo S. Spiritus gratia inflammata, ordinem Dominarum inclusarum instituit.* Sed et apud Græcos *κρυπτα* appellatæ Sanctimonialis, etiam ab sororibus : *κρυπτα ἀδελφαί*, in Vita Eupraxiæ virg. n. 23. 28. et alibi.

Verantur tamen id nominis usurpare Moniales Ordinis S. Benedicti, in Statutis Joannis Archiepiscopi Cantuariensis ann. 1279 : *Sciatis, vos Monachas vel Moniales, dicendas esse, non Dominas ; sicut nec Monachi possunt sine ridiculo Domini appellari.* Vide [Domina 5. et] *Domnus.*

\* **DOMICELLATUS**, Domicilium habens, incola, Gall. *Domicilié*. Tabul. S. Vict. Massil. : *Raimundus Rogerii, alias abusu de Turana, degens in castro de Baucio in dicto regno Provinciæ comitatu Domicellatus seu incola in communi pace receptus, etc.* Vide infra *Domiciliarius*.

1. **DOMICELLUS**, **DOMNICELLUS**, diminutivum a *Domnus*. Gloss. antiquæ MSS. : *Heriles, Domini minores, quod possumus aliter dicere Domicelli.* Ugutio : *Domicelli et Domicellæ dicuntur, quando pulchri juvenes magnatum sunt sicut servientes.* Sic porro primitus appellabant magnatum, atque adeo Regum filios. Marculf. lib. 2. Form. 52 : *Dum generaliter ad omnes Domesticos Regis ordinatio processit, pro civitate Domicelli nostri illius, ut a Domino melius conservetur, etc.* Leges Edwardi Confess. cap. 35 : *Rex vero Edwardus Edgarum filium eorum secum retinuit, et pro filio nutrit, et quia cogitavit ipsum hæredem facere, nominavit Ethelinge, quod non Domicellum, i. Damicell : sed nos indiscrete de pluribus dicimus, quia Baronum filios vocamus Domicellos, Angli vero nullos nisi natos Regum.* Sic Ludovicum VI. postmodum Regem, *Domicellum* vocat Hist. Francor.

MS. quæ desinit in Carolum V. in Bibl. Memmiana, ann. 1095 : *Si asembla une fois le Roy son conseil pour savoir qu'il avoit à faire, auquel Conseil le Damoiseil Louys le Gros... parla.* Vetus Poema de Garino Lothareno :

Coroner firent le Damoiseil Pepin.

Froissartes 1. vol. cap. 325. Edwardum, postmodum Angliæ Regem, Principis Walliæ filium, *Le jeune Damoiseil Richart* vocat. Apud Danos et Suecos Regum filios non semel *Domicellos* nuncupatos observo in Chartis variis apud Isaacum Pontanum lib. 7. et 8. Histor. Dan. pag. 432. 471. et 503. et apud Ericum Upsaliensem lib. 3. Hist. Sueciæ. Liberos Mauricii Imp. *Parvulos Dominos* vocat Gregorius M. lib. 6. Epist. 23. Apud Byzantinos Augustos, sequioris præsertim ævi, eorum filii Despotica donabantur appellatione, id est, *Domini* dicebantur, indulto scilicet Principis : alioquin non *δεσπότης*, sed *δεσπότης υἱός*, id est, *Domicelli* appellabantur, quod de Constantino Andronici Senioris filio ait Pachymeres lib. 8. cap. 26. extremo. Is enim cum pater Despotæ dignitatem illi denegasset, τὸν Ῥωμαίων Δεσπότης, vocabatur, i. *Domicellus Romanorum.*

Universim vero ita indignantur Magnatum et Baronum filii, quod observatum ex Legibus Edwardi Confessor. Rodericus Tolet. lib. 3. de Reb. Hisp. cap. 19 : *Mos erat tunc temporis apud Gothos, ut Domicelli et Domicellæ, Magnatum filii, in Regali Curia nutritentur.* Et lib. 5. cap. 2 : *Nunius vero pater ejus fere ab omnibus Castellæ Militibus Domicellos filios petiit nutriendos.* *Domicellus Hollandiæ*, apud Joan. de Beka. *Domicellus Erardus de Marka*, apud Levoldum Northovium in Chronico Markano.

Præsertim vero hocce titulo donati Militum filii, nondum Militari, seu equestri cingulo accincti, uti recte annotat Chiffletius in Vesontione parte 1. cap. 26. Nam cum solis Militibus honorifica *Domini* appellatio competeret, cæteri cujuslibet conditionis proprio nomine et cognomine compellarentur : invaluit postmodum, ut Baronum præsertim, et Magnatum filii, non *Domini*, sed *Domicelli* audirent, ut qui cæteris Scutiferis et natalium splendore, et parentum dignitate præstarent. Andreas Bosch *dels Titols de honor de Cathalanya* lib. 3. cap. 3. § 16 : *Los Donzells son aquells que no son armats Cavallers, sino son fills y descendents dels Cavallers armats : demanera que lo quis arma, y obte le privilegi es propriament Cavaller, sos descendents Donzells.* Charta ann. 1233. apud Perardum in Burgundicis pag. 425 : *De laude et assensu... filiorum meorum, videlicet Hugonis, jam Militis, Elizabeth uxoris ejusdem, Alani et Galtheri filiorum meorum adhuc Domicellorum, etc.* Charta Ludovici de Bellojoco Militis D. Montis ferrandi in Arvernia : *Cum.... tempore, quo eram Domicellus, et ante tempus Militiæ nostræ donaverimus et concesserimus, etc.* Tabular. Alba ripæ in Diocesi Lingon. an. 1233 : *Nobilem mulierem Andru de Rupescissa, et Renaudum Domicellum ejus, qui jam erat extra avoeriam ejus, etc.* Mox, idem Renaudus, filius Andru dicitur. Apud Joannem Bekam in Willelmo Episcopo Traject. Theodoricus Comes Hollandiæ, nondum sui juris factus, *Domicellus* appellatur. [Exstant in Archivo Massil. Litteræ ann. 1342. inscriptæ Nobili Domicello Johanni Vivaudi filio nobilis Domicelli Jacobi Vivaudi.] Gervasius Tilleberiensis MS. de

Ottis Imper. decis. 3. cap. 61. de quodam Milite : *Unum de nobilibus armigeris eligit, quo comite locum adiit, ad ostensum locum loricatorum appropinquans, sonipedem ascendit, dimissoque Domicello, campum sobus ingreditur.* Observat Marca in Hist. Beneharn. lib. 6. cap. 24. Nobiles istius tractus vulgo distribui in tres ordines, Baronum, Militum, et Domicellorum, quos *Domengers* vocant, ut Milites, *Ca-vers*. Proinde ut plurimum *Domicelli* iidem sunt, qui in cæteris provinciis *Scutiferi* nuncupantur. [Chronicon Mодоetiense apud Murator. tom. 12. col. 1069 : *Cleph nobilis Lombardus Lombardie Rex secundus, regnavit anno uno et mensibus sex. Hic primus et ultimus, qui in Papiæ coronatus, et a quodam suo Domicello gladio jugulatur ann. Domini DLXXIV.*] Atque hac notione *Damoisels*, et *Danzels* vocabula apud vernaculos Scriptores accipiendi constat. Le Roman de *Garin* :

La veüssié tant Damoisel venir,  
Qui portent lances por lor Signor servir.

Idem Poeta :

Si vos sivront et Danzel et meschin,

Alibi :

Et li Danzel que Bues et norris,  
Qui attendoient Chevalier les feist.

Rursum :

Borgois, et Dames, Chevalier et Danzel.

Idem :

La veüssiez maint Damoisel gentil  
Qui le vin portent en argent en or fin.

Le Roman de *Florimon* MS. :

Li Dus fait apporter s'espée,  
Si la li eut au col fermée,  
L'espée caindre ne voulou,  
Parce que Damoisiaus estou.

Alibi :

Li Rois aura moult son servise  
Armes li donna à sa guise,  
Tous les Damoisiaus adouba  
Que Florimons y amena.

Rursum :

Li dui enfant erent moult bel,  
De lor aage Damoisel,  
Li Rois les vit fors et legers,  
Ambedeus les fit Chevaliers.

Vide Sanutum in Hist. Hierosol. pag. 21. et Hist. Castelloneam Duchesnii lib. 6. cap. 1. Probationes Hist. Bressensis pag. 208. etc. [infra *Doncellus* et *Donzelus*.] [\*] et Murator. Antiq. Ital. tom. 4. col. 680.]

At postremis seculis *Domicellorum* in Regum et Principum filiis exolevit appellatio, obtinuitque ut *Domini* dicerentur, præfixo tamen nomine appellativo. Sed præstat, quod in hanc rem habet *Fecialis*, qui sub Henrico VI. Rege Angliæ vixit, in Tractatu MS. de Officio Heraldorum, hoc loco adscribere : *Escuiers se doivent saluer en quatre manieres, les plus hauts se doivent saluer Tres-nobles et tres-honorez Escuiers, et les ensuivans, Tres-honorez Escuiers, et les tiers, Honorez Escuiers, et les quarts, Gentils Escuiers, Dieu vous doint accroissement d'honneur : et doit cognoistre un Herault ou Poursuivant, que tous fils de Rois sont Princes, et se doivent saluer comme Princes, non obstant qu'ils ne soient qu'Escuiers. Et si ce sont Ducs, ou enfans de Ducs, le Duc et son aîné fils semblablement, et si le fils avoit Seigneurie de Duché ou de Comté, il se salueroit comme Duc, ou comme Comte : Et si c'estoient ses autres enfans, selon les Seigneuries,*

*en quoi ils seroient pourvus : et s'ils estoient sans Seigneurie, ils se devoient comme Comtes : Car quand l'on voit le fils d'un Duc, l'on ne dit point voilà un bel Escuier ; mais l'on dit, voilà un beau Seigneur. Et enfans et Comtes se doivent saluer selon les Seigneuries, en quoy il sont pourvus, et s'ils sont sans Seigneurie, et ils sont de sang Royal, il se doivent nommer, Monsieur, aprez leur propre nom, comme qui voudroit dire, Jean Monsieur, ou Ricart Monsieur.*

† 2. **DOMICELLUS** CANONICUS, Idem qui mox *Domicillaris*. Charta Adolphi Archiepisc. Mogunt. ann. 1381. Rerum Mogunt. tom. 2. pag. 679 : *Effectum statutorum per b. m. Dominum Gerlacum A. M. prædecessorem nostrum contra (i. e. erga) Scholasticos Ecclesiarum nostrarum civitatis et diocesis Maguntine pro juvenibus, qui communiter Domicelli nuncupantur, factorum, ex certis causis nos ad hoc moventibus, circa tuam personam tollimus.* Vide ibid. pag. 668. [\*] Idem *Canonici minores et juniores. Domicellorum* et *Domicillarium*, frequens apud Germanos mentio, qui canonicos Dominorum nomine vulgo appellabant.]

† 3. **DOMICELLUS**, Urbis Præfectus. Acta SS. Junii tom. 8. pag. 586. de B. Petro Gambacurta : *In manu dilecti filii, nobilis viri, Galeotti Roberti de Malatestis, Domicelli Arimini.*

4. **DOMICELLUS**, apud Willelmum Thorn, videntur dici nobiliores famuli : *Domicellus Abbas*, pag. 1784. *Domicelli et servientes Monasterii*, pag. 1980. quomodo *valeto* appellatos infra ostendemus. Ugutio et Joan. de Janua : *Domicellus et Domicella quandoque dicuntur pulchri juvenes Magnatum, sive sint servientes, sive non.* Vide Hist. Cortusior. lib. 7. cap. 7. lib. 9. cap. 10. et Statuta urbis Mediolan. part. 2. cap. 108. 494. et seqq.

† **DOMICELLUS** PAPÆ, Idem qui *Cameraarius*, Custos camerae Papalis. Ord. Rom. apud Mabill. Musæi Ital. tom. 2. pag. 426 : *Dominus vero Papa interdum ibidem, cum ad cameram suam redierit, consuevit novis cardinalibus creationem de eis mandare per Domicellum suum, interdum non.* Ibid. pag. 270. *Domicelli* etiam vocantur Nobiliores e familia Cardinalium.

\* Formula qua cardinalis aliquem in *Domicellum* suum eligit, in Formul. MS. fol. 33. v. : *Volentes personam tuam propter hoc prærogativa nostræ benivolentiæ (prosequi) te in Domicellum et familiarem nostrum duximus admittendum, volentes ut Domicellus et familiaris noster re et nomine consequaris.*

**DOMINELLUS**, Idem quod *Domicellus*, Joanni de Janua. [Vide suo loco.]

\* **DOMICILIARIUS**, **DOMICILLIARIUS**, ut supra *Domicellatus*. Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 710 : *Larem foventes et Domiciliarios ejusdem loci de Petrusia, etc.* Charta Caroli VI. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 378 : *Quod civitates, ville, loca et castra earumdem senescalliarum quampurimis habitatoribus et Domiciliariis depopulata fuissent, etc.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 142. ch. 84 : *Cum præfatus Geraldus sit vetus incola, Domiciliarius et habitator in loco de Villamour, etc.*

**DOMICIALIS**. Vide *Doma* 3.

† **DOMICILIUM** JURATUM, Jus domicilii iuramento sibi assertum. Concil. Liman. ann. 1582 : *Quoniam vero abusus quidam jam pridem inolevit, ut per Domicilia quædam jurata, quæ verba et commentitia plerumque sunt, in*

*fraudem Ecclesiæ... ad ordines indigni irrepant ; declarat hæc Synodus, neminem sub prætextu Domicilii esse ordinandum, nisi illud legitime... contractum fuerit.*

\* **DOMICILIUM** AMBULATORIUM, *Ma-chinæ bellicæ species*. Tract. Ms. de Remilit. et mach. bellic. cap. 52 : *Domicilium ambulatorium, cum ponte et scalis levatoriis ; possunt cum (eo) pedites (transire) flumen de una ripa ad aliam, et ponere scalas muro castelli juxta flumen positi.* Et cap. 54 : *Domicilium ambulatorium portans secum perticas, cum caldariis ardentibus unctis tormentina, pice et sulfure bene contritis, et in medio stupa oleo uncta, de quibus fit incendiarium, quod ab aqua non extinguitur.* Vide *Catus* 2.

† **DOMICILLARIS** CANONICUS, Junior Canonicus cui necdum est jus Capituli. In Ecclesia Argentinensi duodecim sunt Canonici *Capitulares*, totidemque *Domicillares* : de quorum receptione inter Probat. Hist. Alsaciæ pag. 178. et seqq. exstant Statuta Majoris Capituli ejusdem Ecclesiæ, ann. 1713. condita, approbata primum ab Eminentissimo Cardinali de Rohan, ac tandem Ludovici Magni auctoritate confirmata eodem anno. [\*] Coloniae erant 25. *Capitulares* totidem *Domicillares*, Moguntia 24. Capit. 22. Domic. Treveris 16. Capit. 24. Domic. Augustæ Vindelicorum 20. Capit. totidem Domic. Bambergæ 20. Capit. 14. Domic. Spiræ 11. Capit. 15. Domic. Vide Eicchorn. Jus Eccles. German. tom. 2. pag. 603. sqq. *Domicillariibus* jus capituli non erat, sed certis redivitibus gaudebant ; alii vero sunt canonici, quos *in herba* dicebant, qui locum in capitulo tenentes præbenda carebant, quos spectare videntur cap. 9. et 19. de præbend. (3, 5.) Vide in *Canonici*.

\* **DOMICILLIARIUS**. Vide supra *Domiciliarius*.

† **DOMICORRUPTOR**, Οἰκοφθόρος. Gloss. Lat. Gr. MSS. S. Germani a Pratis.

**DOMICUS**, Οἶκος, in Gloss. Lat. Gr.

† **DOMIDUCA**, Dea quæ præesse existimabatur cum sponsa duceretur domum, apud Tertull. lib. 2. ad Nat. cap. 11. hinc etiam

† **DOMIDUCUS**, Deus eidem rei adhibitus, apud S. August. lib. 6. de Civ. Dei cap. 9.

† **DOMIFICAMENTUM**, Ædium extructio. Vide *Domificare*.

† **DOMIFICARE**, Domus ædificare, Ædes extruere. Inquisit. de Moras ann. 1262. ex Regesto *Probus* fol. 42 : *Attamen illi de foris debebant prædictas operam, manopram corvatamque antequam Domificarent in castro, et propter Domificamenta quæ eos in castro oportet facere, Dominus remisit eis illud.* Bulla Pauli PP. de Secularizatione Monast. Vezeliac. ann. 1537. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 117 : *Et residuum non comprehensis eis quæ sunt a dormitorio et refectorio, Capitulo et Canonicis præfatis remaneat ad Domificandum... habeantque liberum usum in memoribus... tam ad Domificandum in claustro.* Rursum occurrit in Charta ann. 1400. Abbatissæ Cassaniæ in Bressia, et in Vita B. Giraldi de Salis apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 998. *Abbatia bene sita et satis Domificata, id est, satis eleganter extructa, apud Stephanotium tom. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 193.*

† **DOMIFICATIO**, Ædificium, ut videtur, majori annexum et ab eo pendens. Litteræ Caroli Hungariæ Regis ann.

1817. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 170. col. 2 : *Creamus nostrum Procuratorem... ad recuperandum principatum Salerni... et iura ejusdem, sive consistent in civitatibus, seu castris, vel villis, seu domibus, vel Domificationibus, etc.*

• **DOMIFICIUM**, Aedificium, domus exstructio. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Domificare, Maisonner, i. domus facere*. Testam. Aymon. comit. Sabaud. ann. 1343. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1005 : *Ipsi hospitali dari voluit et legavit, cum Domificio perfectum fuerit, triginta lectos sufficienter furnitos*. Vide in *Domificare*.

**DOMIGENA**, Vernaculus, indigena. Gloss. Græc. Lat. : *Οἰκογενής, Vernus, vernaculus, domi natus*. Ita etiam Iso Magister in Glossis. Dudo lib. 3. de Act. Norm. pag. 98 : *Morabatur autem Rex in domo Willelmi Ducis, ut Domigena et vernula*. Utitur et pag. 105. 141.

**DOMIGERIUM**, ex Gallico et Anglico *Danger*, Periculum. Vox autem efficta a *Dammum*. Dictum enim putant quidam *Danger*, quasi *damnum gerens*. Malim a Gallico *Domager*, i. e. *Damnus*, effictum. Le Roman de *Garin MS.* :

As gens Fromont cuerent pour Domagier.

Thomas Walsinghamus ann. 1393 : *Credabant autem Londonienses, quod per hæc dona Domigerium evasissent, et in posterum quieti essent : sed sefellit eos eorum opinio, etc.* Henr. Knyghton. ann. 1352 : *Sed per Justitiarios et alios ministros emolumentum semper Regi accrevit, et Domigerium ad populum*. Idem : *Romani videntes, quod Papa... recesserat, et sic in Domigerio positus esset, etc.* Utitur rursus eadem notione.

\* Nostris alias *Dongeseux*, pro *Dangereux, Désavantageux, damnosus*. Stat. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 135 : *Pour ce que ledit mestier d'obloyer... est bien Dongeseux, soubtil à apprendre, etc.*

SUB DOMIGERIO *alicuius aut manu esse*, apud Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 19. § 2. est alicui subesse, esse sub illius potestate : est enim *Danger*, nostris, potestas. Qua quidem notione vocem *Donger*, quæ *Domigerium* effert, usurpant Poetæ nostrates. Le Roman d'*Aubery MS.* :

Laislés Flamains, demener lor boffois,  
Que il ne prisent votre Dongier un pois.

Alibi :

De ses Chastiaus li bailla le Dongier.

Vide *Dangerium*.

\* Poem. reg. Navar. Cantil. 2. tom. 2. pag. 5 :

Car j'aim molt mieux estre en vostre Dangier  
Et souffrir bien k'autre mal se l'avote.

Vide supra in *Dangerium 1.*

1. **DOMINA**, nude, Deipara ; hinc *Missa de Domina*, non semel in Chronico Archiepisc. Upsaliens. pag. 219. 225. in Monastico Anglicano tom. 3. pag. 151. et apud Franciscum Dominic. Pragense. etc. *Maria*,... sermone Syro *Domina nuncupatur. Maria, Syriace Domina*. Vide S. Hieronym. de Locis Hebraic. in Evangelio Matthæi. *Dominam*, Deiparam nude appellari ægre ferunt hæretici, atque in primis Calvinus Episc. 128. Vide Lambecium lib. 8. Biblioth. Cæsar. pag. 132. et supra in voce *Domicele*.

☞ Voci, *Domina*, sæpius addita est hæc *nostra*. Hinc Gallis nostris quasi uno verbo effertur *Nostre-Dame*. Statuta Academæ Paris. apud Acherium Spicil.

tom. 6. pag. 385 : *In quinque festis gloriosæ Virginis Mariæ non legitur in Nostris Nostra-Domina in vico Brunelli*. Regula Toribii Archiep. Limæ, Concil. Hispan. tom. 4. pag. 669. col. 2 : *Officium Domine nostræ dicitur diebus consuetis in hac sancta Ecclesia et recitabitur totum tono summissio, excepto hymno Ave maris stella*.

† 2. **DOMINA** ECCLESIA. Sic Romana vocatur in Vita Innocentii PP. IV. tom. 7. Miscell. Baluz. pag. 399 : *Ipsos (Comites et Barones) citavit summus Pontifex, ut parendo mandatis ipsius ipsum regnum manibus Domine Ecclesiæ resignarent*. *Domina* autem Ecclesia dicta est quia ibi de regno Apulie sermo est, quod cœu feudum Romanæ Ecclesiæ esse existimabatur.

† 3. **DOMINA**, Honoraria Reginæ assecla, in Computo ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. CLVII : *Pro III. paribus robarum quas Domine habuerunt XVII. l.*

† 4. **DOMINA**, Nobilium uxores, etiam a maritis suis, in actis publicis *Domine* appellatas fuisse post *Ægidium Menagium* testis est *Mabilionius* Diplom. pag. 90.

\* Etiam imperiali dignitate illustribus maritis. Charta Alberti imper. ann. 1399. in Reg. sign. *Pater* Cam. Comput. Paris. fol. 173. r.º : *Promittimus etiam nos curaturos et facturos, quod carissima consors nostra Domina Elizabeth, regina Romanorum illustris, præmissis omnibus assensiet*. [\*\* Vide Glossar. med. Græcic. voce *Δεσποίνα*, col. 282.]

\* Eodem nomine matres suas compellabant homines plebei ordinis. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 315 : *Colin Garin fils moyen-né de laditte Colette et Philippot Garin puisné... ledit Philippot vint à saditte mere criant et plorant, Madame, pour Dieu mercy, mon frere me vuelt tuer et occire*.

† 5. **DOMINA**. Sanctimonialia Benedictinæ sic appellatur ab anno 970. Vide *Mabil. tom. 2. Annalium* pag. 604. ubi *Gisla* Abbatisa *Romaricimontis* Chartam subscribit, *celertis Dominabus assentientibus*. Charta *Lucianæ* Abbatissæ *Farenensis* Monasterii ann. 1168 : *Ad pelliciasque Dominarum decem libras per singulos annos iterum concessi*. [\*\* Adde chart. ann. 1153. in Alsat. Diplom. num. 288. tom. 1. pag. 238.] Vide *Domicelle 2.*

† 6. **DOMINA**, Mulier quævis, ut *Italicum Dona*, quod nomen est discretivum sexus, non titulus honoris. Acta B. Torelli Puppiensis, tom. 2. Martii pag. 501 : *Quidam Comes Carolus de Puppio, valde notus B. Torelli, cum sero carnisprivii advenisset, illi scutiferum cum canistro referto carnibus et pane misit, et cum iret, Domine Puppienses dederunt aliqua comestibilia quæ fratri portaret*.

7. **DOMINA**, Machinæ bellicæ species. *Richardus* de S. Germano in Chron. ann. 1239 : *Ingeniaque, Biddæ, Domine, et Mangonelli funi, Imperatore mandante*.

\* 8. **DOMINA** FRANCORUM, Eo titulo insignitur Regina, in *Annal. Victor. Mss.* ad ann. 1232 : *Hoc anno Ludovicus rex, de consilio matris suæ et aliorum quorundam, mandavit sibi dari in conjugem Marquetam comitis Provincie filiam, per Galterum archiepiscopum Senonensem et dom. Johannem de Nigella, eamque duxit Senonis in uxorem, et eandem coronari et inungi fecit a dicto archiepiscopo in Dominam Francorum et reginam*.

\* 9. **DOMINA**, Baronis et militis uxor.

Ordinat. pro regina ex Reg. Cam. Comput. in Bibl. reg. sign. 8406. fol. 91. v.º : *Item quod abstineat (regina) a Dominabus vocandis vel aliis magnis personis, et eas, cum venerint, diutius retinendis ; et quo (quod) se non redat (reddat) nimis facilem (facilem) ad loquendum cum tot venientibus ; sed aliquotiens se excusari faciat, sicut decet*.

† 10. **DOMINA** ANIMARUM. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 279 : *Item quadraginta libras ceræ et quadraginta solidos pro jocalibus Domine animarum, ratione mercati villæ predictæ*. An *Deipara Virgo Maria* ?

\* 11. **DOMINA**, nude, *Socrus*, vulgo *Belle-mere*, alias, *Dama*, eadem ratione qua *socer*, *Sire* nuncupabatur. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 144 : *Comme le suppliant se feust marié à la fille d'une femme appelée Guillemete le Gaz ; ... icelle Guillemete sa Dame, etc.* Aliæ ann. 1396. in Reg. 151. ch. 4 : *Icellui Perrot et la mere de la femme dudit Belotin lui osterent la barre qu'il tenoit : lequell Belotin doutant que ledit Perrot et sa Dame ne le batisissent, etc.* Rursus aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 166 : *Lequell exposant demanda audit Popile pourquoi il avoit fait semondre lui et sa Dame mere de sa femme*. Hinc *Dame-grant*, pro *Grand-mere*, avia materna, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 185. ch. 340 : *Lesquelles orphelines demourerent ou gouvernement d'une bonne femme, leur Dame-grant*.

† 1. **DOMINABILIS**, f. *Suffraganeus*, substitutus, qui vices alterius gerit. *Epist. Cambellani* ann. 1319. ex *Archivo S. Victoris Massil.* : *Dominis Vicario et Consilio civitatis Massiliæ Dominabilibus sibi Nugerius de Chari regius Cambellanus*.

\* Titulus honorarius, ut mihi videtur, eorum qui civitatibus regimini præpositi sunt. Vide *Dominium 3.*

\* 2. **DOMINABILIS**, Ad dominum ratione *dominationis* seu proprietatis pertinens. Charta Caroli VII. ann. 1490. in Reg. Cam. Comput. Bitur. fol. 134. v.º : *Cessit... boissellos avenæ quatuor, solidos quatuor, ... denarios quatuor, obolum unum censuales et Dominabiles*. Vide *Dominatio 1.*

**DOMINÆDIUS**, **DOMNÆDIUS**, promiscue, *οἰκοδεσπότης*, apud *Palladium* in *Vita Chrysostomi* pag. 202. et alios : *Dominus ædis*. Gloss. Lat. Gr. : *Domnedius et Cœnacularius, σταβουδύος. Domnedius*, habent *Notæ Tyronis*. Sic autem fere semper sanctum *Felicem* vocat *Paulinus Nolanus* *Episcopus*, quasi dominum ædis, cui ipse præsidebat. *Epist. 1* : *Venientem in gremio jam communis patroni Domnedii mei Felicis excipiam*. Ita *Epist. 9. 10. 12. et 28. et Natali 7*. Sic etiam non semel *Sugerius* lib. de *Consecrat. Eccles. S. Dionysii* sanctos *Martyres Dominos suos* vocat. Porro vocem *Domnedius*, apud auctorem *Rhetoricæ* ad *Herennium* restituit *Salmas. lib. de Jure Attico* pag. 73. [\*\* Vide *Forcellinum*.]

\* **DOMINAGIUM**, Tributum, quod *Dominus* præstatur. Charta *Hugon. de Monteforti* in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 61 : *Tradidit Hugoni de Quesneo militi meo senescallo totum Dominagium, ... quod habebam in illo loco*. Vide infra *Dominatio 2.*

**DOMINALIS**, *Invincibilis*, In Gloss. Arabico-Lat.

1. **DOMINALITER**, tanquam *Dominus* : *Galli* dicentur, *en Seigneur, en Maistre*. Charta *Cresimiri Regis Dalmat.* ann.



1059. apud Jo. Lucium lib. 2. Hist. Dalmat. cap. 15 : *Illud... autorizo, Dominialiter corroboro, potentialiter confirmo.*

\* 2. **DOMINALITER**, In supremum dominium. Gall. *En suzeraineté*. Charta ann. 1257. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 532 : *Quam terram dom. Arnaldus de Hispania... recognovit et tradidit eidem D. comiti Bigorræ Dominialiter, et recepit in feudum ab eodem. Vide mox Dominatio 2.*

\* **DOMINARI**, Re aliqua velut propria uti et frui. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues : *Requisitus qualiter vidit dictum dominum Barralum Dominari, dixit, quia bajulus suus, nomine Guillelmi juvenis de Castillone, vendidit herbam dominæ Rixendæ de furcis. Rursum ibid. : Dixit quod ipse fuit bajulus Castillonis pro dom. Barrallo, et Dominabatur per dictos confines pro dom. Barrallo tanquam bajulus.*

1. **DOMINATIO**, Proprietas. Gloss. Lat. Gr. : *Dominatio, Τυραννίς, δεσποσύνη*. [Diploma Caroli Mag. pro Nosocomio B. Mariæ de Bono-passu, ann. 805 : *Et quod renovare vellemus quæ avus quondam noster Carolus Major domus ei concessit et quæ ipse nobis protulit relegenda, scilicet castrum ipsum vetus de Bono-passu cum Ecclesia quæ ibi ædificata est cum omni jure et Dominatione, hoc est cum terris, domibus, ædificiis, hortis.] Tabular. Bellilocense in Lemovicib. n. 147 : *Ut post hodiernum diem faciant exinde tam ipsi, quam successores eorum, jure Ecclesiastico, in omnibus, quidquid elegerint, ea quidem ratione, ut si ullus Rector aut Abbas in beneficio, seu in Dominatione, in aliorum usibus, nisi in stipendiis Monachorum transferre voluerit, etc.* [\* Chart. ann. 722. in Tradit. San-Gall. num. 11. pag. 9 : *In Dominatione permant.*]*

2. **DOMINATIO**, Tributum, quod Domino præstatur. Concilium Rom. sub Eugenio II. PP. : *Si Episcopus a subjectis, Sacerdotibus et Clericis Dominationes exigat. Charta Hugonis Regis Ital. apud Ughellum tom. 2. pag. 193 : Aut alias quaslibet annuales Dominationes exigere, aut consuetudinario more aliquid tollere, etc.* Alia ann. 1231. in Regesto Tolosano Camera Comput. Paris fol. 68 : *Expletiva et adempriva, oblias, Dominationes, introitus et exitus, etc.* Consuetudin. Tolosæ part. 4. tit. de Feudis art. 10 : *Debet solvere pro dicto feudo oblias et census et alias Dominationes in Chartis feudi contentas.* Adde art. 15. [Charta ann. 1261. tom. 1. Anecd. Marten. col. III : *Dominationes, adempriva vel expletiva, debita vel nomina debitorum, etc.*]

\* In proprietatis vel superioris domini recognitionem. Arest. parlam. ann. 1319. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 1 : *Item septem solidos Caturcenses annui redditus et Dominationes in Dominibus, ayralibus et casalis... Item census et aliæ Dominationes in terris, vocatis Casurat, prope boderium.* Charta ann. 1361. in Reg. 103. ch. 78 : *Petrus Antonni servit quoque anno tres denarios Tolos. obliarum cum Dominationibus, pro quodam hospiti.* Vide supra Dominagium.

\* 3. **DOMINATIO**, TUS. [Gallice seigneurie : « Pecuniam vel aliud aliquid quod ad Dominatum nostrum pertinet eis pro Karitate largiri decreverit... Concedo... villicationem, scilicet Dominationem, censum et hospites. (Cartular. Conchar. Ruthen p. 352. an. 1107.) »]

4. **DOMINATIO**, Titulus honorarius Regum, in Epist. Franciscis tom. 1.

Hist. Franc. 29. 52. 55. 64. 73. 74. In Capit. Caroli Calvi pag. 53. etc. Will. Brito lib. 6. Philip. v. 156 :

*Vestra quidem plene Dominatio novit, ut a quo Tam laudabiliter regitur tam nobile regnum.*

Ita Græci recentiores vocem κυριότης usurpant. Gregor. Decapolita de Mirac. S. Gregorii Mart. n. 46 : *Ἐπει δὲ ἡ σου κυριότης τοῦτο μυστήριον ἐβλεψε, etc.* Formula loquendi Italis familiaris, *vostra signoria.*

† 5. **DOMINATIO**, hoc titulo honoris donati etiam Visitatores monasteriorum. Schramb, Chronicon Mellicense pag. 422. col. 1 : *Præfatos articulos de vitæ nostræ monasticæ observantia humili et plano stylo digessimus... offerentes debita cum subjunctioe et condigna veneratione eisdem vestris Dominationibus prudentissimis, etc.*

\* Indiscriminatim non raro concessus. Eo compellat cardinalem Oliverium episc. Alban. Baldus JC. in tract. de Dot. : *Cujus consummationem, si in longiorem protraxi moram, quam tux reverendissimæ Dominationi fuerit desiderium ; cognoscat tua reverendissima Dominatione id præter meum contigisse desiderium. Eodem quoque donantur vicarii generales archiep. Turon. in epist. iisdem inscripta ann. 1271. a Petro archid. Andegav. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1024 : *Dominationes vestras, de quibus plenam in Domino fiduciam obtinemus, requirimus, etc.**

DOMINATIONES, Angeli ex secundo sacræ Angelicæ Hierarchiæ gradu : sic appellati ex eo, quod liberalissima fidelissimaque servitute ita gaudent et gloriantur Creatoris super se dominatione, ut alteri nulli, præterquam ipsi subjiciantur. Ex quo fit, ut ad Deum, quantum possunt, se adjungant, et ab omni rerum creaturarum oppressione violenta remotæ sint, et, ut ait D. Gregor. Homil. 34. in Evang. : *Quod mira potentia præmineant, pro eo, quod eis cætera ad obediendum subjecta sunt.* Adde D. Bernard. lib. 5. de Consid. cap. 4. Guill. Paris. 3. P. de Un. pag. 3. cap. 127. Isidor. lib. 7. cap. 5. Sophron. in Encom. Angel. etc.

\* **DOMINATIVUS**, Dominans. Præfat. operis Conradi de Monte puellar. Ratispon. eccl. canon. qui vivebat sæc. 14 : *Tractatus tertius est de communicatione Dominativa, quæ est principantis et subiecti in domo.*

† 1. **DOMINATURA**, Jus Domini, Census pertinens ad Dominum, Gall. *Droit seigneurial*. Instrum. S. Albini Andegav. apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. col. 249 : *Quidam miles... donavit Deo et S. Albino Ecclesiæ S. Oportune Dominaturam scil. suam, quam habebat in ea in altari et in sepultura.*

\* Idem quod *Domanium*. Vide in hac voce. Charta ann. 1285. in Chartul. Cluniac. ch. 327 : *Dicti liberi habeant... Dominaturam et justitiam in prædicta terra sua de Maxilliaco, excepta alta justitia, quæ remanet... dicto abbati et ejus successoribus imperpetuum.*

† 2. **DOMINATURA**, Potestas, imperium. Camillus Peregrinus in Hist. Principum Longobard. apud Murat. tom. 2. pag. 337. col. 1 : *Satis infamis et illicita consuetudo temporibus istis hinnolevit, dum quædam mulierculæ, defunctis viris, maritalis Dominaturæ solutæ, licentius proprii arbitrii libertatem fruantur.*

**DOMINELLUS**, Domicellus, et Domicella in Domicella, a Dominus. Ugutio. Vide in Domicellus 4.

\* Charta Bald. Noviom. episc. ann. 1154. in Chartul. Montis S. Mart. fol. 91. r. col. 1 : *Domino Ivone Nigellense ex parte Dominelli sui Radulphi comitis concedente.*

\* Ruodlieb. fr. 8. vers. 60 :

Hunc Dominaella rogat quo secum tessere ludat.

**DOMINICA**, seu **DIES DOMINICUS**, qui Christo potissimum dicitur est apud Christianos, Græcis κυριακή, quæ et ἀναστάσιμος, βασιλικὴ καὶ ἑκατοστή των ἡμερών, dicitur S. Ignatio in Epist. ad Magnesianos n. 9. Nomocanon nuper editus a Joan. Bapt. Cotelero cap. 416 : *Πρὸ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως, οὐκ ἐλέγετο κυριακή, ἀλλὰ πρώτη ἡμέρα. Μετὰ δὲ τῆς ἀναστάσεως, κυριακή, κυρία πασῶν των ἡμερών καὶ ἑορτῶν ἐκλήθη. [Ita κυρία τῶν ἡμερῶν nude dicitur Johanni Anagnostæ de Excidio Thessalonic. cap. 6.] Edictum Theophili Alexandrini Patriarchæ : *Et mos et honestas a nobis exigit, ut omnem diem Dominicum honoremus, eumque celebremus, quoniam Christus Dominus noster præclarum in ea suæ resurrectionis munus obiit.* Sedulius lib. 5. Paschalis operis cap. 20 : *Interea ceperat illud triste post Sabbatum dies irradiare felix, qui Domino Dominanti gratissimum nomen ab ejus Majestate sortitur, dicitur hoc honore Dominicus : quippe qui tantum consecutus est dignitatis, ut primus meruerit intueri mundi nascentis originem, et resurgentis Christi virtutem, etc.* S. August. Epist. 119. cap. 13 : *Dies Dominicus non Judæis, sed Christianis resurrectione Domini declaratus est, et ex illo habere cepit festivitatem suam.* Et Serm. 251. de Tempore : *Ideo sancti doctores Ecclesiæ decreverunt omnem gloriam Judæici sabbatissimi in illam (diem Dominicam) transferre, ut quod ipsi in figura, nos celebraremus in veritate ; qui tunc erit requies nostra vera, quando resurrectio fuerit perpetrata, et remuneratio in anima et corpore simul perfecta.* S. Maximus Taurinens. Homil. 3. in Pentecost. : *Dominica nobis ideo venerabilis est atque solennis, quia in ea Salvator, velut Sol oriens, discussis infernorum tenebris, luce resurrectionis emicuit, ac propterea ipsa dies ab hominibus sæculi Dies Solis vocatur, quod ortus eam Sol justitiæ Christus illuminet.* Ordo Romanus, et Isidor. lib. 2. de Eccl. Offic. cap. 24 : *Dominicum diem Apostoli ideo religiosa solennitate sanxerunt, quia in eodem Dominus et Redemptor noster a mortuis resurrexit : quique ideo Dominicus appellatur, ut in eo terrenis operibus, vel mundi illecebris abstinentes, tantum divinis cultibus serviamus, dantes scilicet huic diei honorem et reverentiam propter spem resurrectionis nostræ, quam habemus in illo, etc.* Gregor. Turonens. lib. 1. Hist. 22 : *Hic est dies resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, quem nos proprie Dominicum pro sancta ejus resurrectione vocamus.* [Dominica dies, Apocal. 1. 10.] *Domicorum dies*, in Epist. Encyclica Vigili PP. Vide S. Hilarium in Prologo ad Ps. pag. 187. S. Hieronym. in Psal. 117. Brissonium ad L. Dominic. Henric. Valesium ad Eusebium de Laudibus Constant. cap. 9. et cæteros passim.*

\* *Diemenche*, in Charta ann. 1224. tom. 4. Ordat. reg. Franc. pag. 321. *Diemenche*, infra ; *Diemoine*, in alia Otton. comit. Burg. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 15. col. 2 : *An Van de Veyncarnacium de notre Senor mil et deuz cenx et quarante et deux, le Diemoine devant feste Symon et Jude. Dimatine*, in Hist. Joan. IV. tom. 2. Probat. Hist.

Britan. col. 925. *Dimoinge*, in Lit. ann. 1339. tom. 4. earum. Ordinat. pag. 388. art. 1. *Dioes*, in Ch. scabin. Camerac. : *En l'an de l'incarnation nostre Seigneur Jesus Crist* M. CC. et *sisante*, le *Dioes après les octaves S. Pierre et S. Pol*. Et in Ch. ann. 1317. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 19. r.

† DOMINICA RESURRECTIO, Quævis dies Dominica. Anonymus lib. 1. Mirac. S. Bertini cap. 1: *Tres viri in piscationis arte periti nocte Dominica... navim ascendentes, etc. Super eos enim propter noctis Dominicæ Resurrectionis transgressionem ultio supervenit divina... Et cum Fratres in prædicto loco commemorantes nocte Dominicæ Resurrectionis in eadem Ecclesia, in qua corpus B. pascuit Bertini, etc.* Tangmarus in Vita S. Bernardi Episc. Hildesh. inter Acta SS. Bened. sæc. 6. pag. 225. cap. 49: *Deinde sapientissimus Rex septius interceptam Gandesemensis Ecclesiæ dedicationem in vigilia Epiphaniæ Domini indicit, quæ tunc prima feria Dominicæ Resurrectionis accidit, velationem etiam ancillarum Dei in ipsa sacra die Epiphaniarum.*

☞ *Dominicas omnes festas hilaresque sancit Ecclesia, ut loquitur Epiphanius in Expositione fidei num. 22. nec ulla jejunia celebrat... ne ipsius quidem Quadragesimæ Dominica: qui usus semper viguit apud Christianos.* Tertull. lib. de Corona cap. 8: *Die Dominico jejuniū nefas ducimus, vel de geniculis adorare.* Canon 65. apost. statuit Clericum deponendum esse, qui *Die Dominico jejuna-verit*: et ad calcem libri 5. Constit. Apost. legitur: *Reus erit, peccati, qui Dominico die jejuna-verit, cum sit dies Resurrectionis.* Hæc prima ratio fuit prohibendi jejunii, ne tristis esset dies lætissimæ Resurrectioni Dominicæ consecrata. Alteram subinde refert S. Augustinus Epist. 96. cap. 12. n. 27. ad Casulanum scribens: *Die Dominico jejuna-re scandalum est magnum, maxime postea quam innotuit detestabilis multumque fidei apostolicæ Scripturisque divinis contraria hæresis Manichæorum, qui suis auditoribus ad jejunandum istum tanquam constituerunt legitimum diem. Per quod factum est, ut jejuniū diei Domini horribilius haberetur.* Hinc in Conc. Carthag. IV. can. 64. legitur: *Qui die Dominico studiose jejuna-t, non credatur Catholicus, et in Synodo Gangrensi can. 18. ex interpretatione Dionysii Exigui: Si quis propter continentiam, quæ putatur, aut contumaciam in die Dominico jejuna-t, anathema sit.* Quæ duo Concilia sicut et Cæsaraugustanum adversus Priscillianistas, etiam manichæos dici solitos, ann. 381. celebratum, dum can. 2. prohibet, *ne quis jejuna-t die Dominica, causa temporis aut persuasionis aut superstitionis, jejuniū etiam die Domini, modo absit superstitionis causa, permittere quodam modo videntur.* Et Hieronymus quidem Epist. 28. ad Lucinium scribit: *Utinam omni tempore jejuna-re possimus: quod in Actibus Apostolorum (ut etiam Augustinus Epist. 36. num. 28. observavit) diebus Pentecostes et die Dominico apostolum Paulum et cum eo Credentes fecisse legitur.* Ne hinc tamen Ecclesiæ morem ac legem improbare videatur, mox dictum temperans addit: *Nec hoc dico, quod Dominicis diebus jejuna-dum putem.* Hæc fere post Petrum Constant tom. 1. Epistolaram Rom. Pontificum col. 335. et seqq.

DOMINICÆ observatio jam olim a nona, seu vespere præcedentis diei incipiebat. Concil. Francof. ann. 794. cap.

21: *Ut dies Dominica a vespere usque in vespem servetur.* Ita in Concilio Berghamstedensi ann. 697. et Forojulensi ann. 791. can. 13. Capitulari Aquisgran. ann. 789. cap. 15. lib. 1. Capit. cap. 15. etc. *Ratio est, inquit Richardus Ep. Cremonensis in Mitrali, et ex eo Durandus lib. 5. Ration. cap. 9. n. 2: Quia vespertina synaxis, seu hora, primum est officium diei sequentis.* Simon Islepe Episcop. Cantuariens. in Provinciali Ecclesiæ Cantuar. apud Lindwodem lib. 2. tit. 3: *In primis sacrum diem Dominicum ab hora diei sabbati vespertina inchoandum, non ante horam ipsam præveniendum, ne Judaicæ professionis participes videamur, quod etiam in festis, quæ suas habent vigiliis, observetur.* In plerisque veteribus Statutis MSS. pro Artificibus Parisiensis civitatis, id potissimum cavetur, ut nemo quidquam artis exerceat, diebus Dominicis ac festis, *ne au Samedi depuis le dernier coup de Vespres sonnè en la Paroisse, où aucuns desdits mestiers demourront.* Vide in hanc rem S. Augustinum Serm. 51. de Tempore, Herardum Turon. in Capitul. cap. 2. Gregor. Turon. lib. 3. de Mirac. S. Martini cap. 31. 56. Vitam Aicadri Abb. Gemetic. cap. 25. Matth. Paris et Rogerum Hoveden. ann. 1201. etc.

Hoc die ab omni opere servili cessatum, [etiam ab ipsa venatione.] Theodorus Cantuariensis Episcopus in Capitul. cap. 7: *Græci et Romani in die Dominica non navigant, nec equitant, panem non faciunt, nec in curru ambulant, nisi ad Ecclesiam tantum: nec balneant se Græci, non scribunt publice, tamen pro necessitate seorsim in domo scribunt.* Adde eundem in Pœnitentiali cap. 44. præterea Concilium Aurelianense III. cap. 28. Vernense ann. 755. cap. 14. Moguntiac. cap. 37. Capitula Caroli Mag. lib. 1. cap. 81. [27 75.] etc.

☞ Neque Dominicis vel festis diebus *Placita publica teneri licuit, nisi forte pro magna necessitate, aut hostilitate cogente, ut habet Carolus M. in Capit. pro partibus Saxoniarum ann. 789. cap. 18. neque Mercatus agi, ut in Capitul. 1. ann. 809. cap. 18. Capitul. 2. ejusdem anni cap. 8. Vide Capitularia Caroli C. tit. 11. cap. 7. tit. 36. cap. 19. tit. 38. cap. 7.*

6 *Dominica die sedebant ut jus dicerent Magistri requestarum, ex Arest. parlam. ann. 1291. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 42. r. col. 2: Pro causis et requestis senescallarum et earum partium, quæ reguntur jure scripto, audiendis et expediendis, sedeant diebus Veneris, Sabbati, Dominica, et aliis diebus quibus viderint expedire, qualibet septimana, quatuor vel quinque personæ de Consilio.*

DIES DOMINICUS primum apud Latinos in hebdomade sibi locum vendicat, estque primus dies hebdomadis, ut dies Lunæ secundus, qui et inde *Feria secunda* nuncupatur, ut dies Martis tertius est *feria tertia*, et sic de cæteris. Ita Lex Dominic. Codicis Theod. de Spectac. (15. 6. 5.) Atque inde hebdomada sæpe nomen sumit a Dominica præcedente, ut *hebdomada Passionis*, a Dominica præcedente, quæ *Passionis* dicitur. At Græci hebdomadis a subsequente Dominica appellationem tribuunt: v. gr. *Palmarum hebdomada* non est ea, quæ subsequitur *Palmarum Dominicam*, sed quæ præcedit, quæ Latinis *Passionis* est. Ita quarta hebdomada Quadragesimæ, Græcis illa est, quæ Dominicam quartam intervertit: quare

quæ Latinis erit tertia hebdomada Quadragesimæ, Græcis erit quarta; quæ illis quarta, Græcis quinta. Excipiuntur tamen eæ hebdomadæ, quæ a Paschate ad Pentecosten excurrunt, quæ a prima et præcedente, non a subsequente nominantur.

At cum Dominicæ totius anni suis quæque fere appellationibus donentur, operæ pretium videtur de iis sigillatim observare, quæ ad illarum nomina spectant: quæ quidem cum sæpe etiam ab *Introitu*, uti vocant, qui ad Missam dici solet, designentur a Scriptoribus: qualis ille in singulis sit, ad singulas Dominicas adnotabimus. Prima igitur Dominica est

*Dominica prima Adventus Domini*, a qua Ecclesiastica Officia incipiunt, ut ait Durandus lib. 6. Ration. cap. 1. 2. et 3. quæ est quarta a Natali Domini. Hujus Introitus ad Missam est: *Ad te levavi.* [27 Dicitur etiam *Dominica Aspicciens a longe*, quod est initium primi responsorii officii nocturni.] Respondet hæc Dominica Latinorum, Dominicæ Græcorum, quam *κυριακὴν δεκάτην τοῦ Λουκᾶ* vocant, i. e. decimæ ex iis Dominicis, in quibus Evangelium S. Lucæ per Lectiones ad Missam et inter Officia legitur; nempe de *Muliere habente spiritum infirmitatis*. Nam, ut id semel moneatur, Græci ita evangelia in sacris Liturgiis legunt: a Dominica Paschatis Evangelium Joannis: Matthæi a feria 2. post Dominicam Pentecostes ad Parasceven subsequentem festum diem Exaltationis S. Crucis: Lucæ a 2. feria post Dominicam Exaltationis: denique Marci pars potissima inter Matthæum et Lucam absolvitur. Vide Allatium de Dominic. Gr. cap. 31.

☞ In ordine Ambrosiano, ut et in Mozarabo sex de Adventu Domini missæ assignantur: in Ordine vero Gelasiano adnotantur quinque, pro totidem, ut videtur, Dominicis Nativitatem Domini præcedentibus. Unde palam est quibusdam in locis adventum Domini olim a Dominica sexta ante Natalem Christi, in multis autem a quinta incœpisse. [27 Vide *Adventus* 2. Observandum pariter antiquitus remotiorem a Natali Domini dominicam quartam dictam esse, primam vero, quæ proxima.]

*Dominica 2. Adventus*, quæ est tertia a Natali Domini: *Dominica prima ante Natale Domini*, in Kalend. Rom. ante 900. annos descripto apud Allatium lib. de Domin. Græc. cap. 37. Hujus Introitus est: *Populus Sion.* Græc. *Dominica undecima Lucæ*, seu de *Vocatis ad nuptias*, nuncupatur.

*Dominica 3. Adventus*, quæ *Dominica secunda ante Natale Domini*, in Kalend. Rom. Hujus Introitus est: *Gaudete in Domino semper, et iterum dico: Gaudete.* Græcis, *Dominica duodecim Lucæ*, sive de *decem leprosis* dicitur. [27 *Johannes in captivitate*, ab evangelii lectione apud occidentales.]

*Dominica 4. Adventus*, quæ proxima Nativitati: *Dominica tertia ante Natale Domini*, in Kalend. Rom. Græcis, *κυριακὴ πρὸ τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως*. Introitus olim: *Memento nostri, domine; [hodie, Rorate cæli.]* [27 *Le Dimanche dernier des Oleries de devant Noel*, in Lit. remiss. ann. 1478. O scilicet dictæ Antiphonæ septem, quæ in ecclesia Adventus Domini tempore cantantur. Vide Carpenter. infra in hac littera O.]

*Dominica infra Octavam Natalis Domini*, cujus Introitus est: *Dum medium silentium.* *Dominica 1. post Natale*, in Kalend.

Rom. Græcis, κυριακή μετὰ τὴν Χριστὸν γεννησιν.

*Dominica infra Octavam Circumcisionis*, quæ Græcis κυριακή πρὸ τῶν φάτων.

*Dominica 1. post Epiphaniam*, [\*\* vel *infra Octavam Epiphaniæ*.] cujus Introitus: *In excelsis throno, etc.* Græcis, κυριακή μετὰ τὰ φάτα, id est, Dominica post baptismum Christi, quem φωτισμόν, *Illuminationem* vocant, ut festum ipsum, τὰ φάτα, vel ἡμέραν et ἑορτὴν τῶν ἁγίων φάτων.

*Dominica 2. post Epiphaniam*, cujus Introitus est: *Omnis terra*, Græcis *Dominica decima quinta, de Zacchæo*. Vide *Festum Architrictini*. [\*\* *Dominica post Octavas Epiphaniæ*, in chart. sec. XIV. ap. Ludewig. Reliq. MSS. tom. 7. pag. 183.]

*Dominica 3. post Epiphaniam*, cujus Introitus est: *Adeorate Dominum*. Græc. *Dominica duodecima Lucæ*, sive τελώνου, de *Publicano et Pharisæo*. Dicitur iisd. προσφωνήσιμος, ut et ipsa quæ antecedit hebdomada, in qua jejunt Armeni, qui istius hebdomadæ jejunium ἀρετιούριον vocant, de quo copiose Allatius de Dom. Gr. cap. 8.

*Dominica 4. post Epiphaniam*. [\*\* *Dominica a tertia ad sextam post Epiphaniam dicuntur etiam Adeorate primum, secundum, tertium, quartum.*]

*Dominica 5. post Epiphaniam.*

*Dominica 6. post Epiphaniam.*  
*Dominica Septuagesimæ*, cujus Introitus: *Circumdederunt me*. Græcis κυριακή τοῦ ἀσώτου, seu *Dominica de Prodigio*, quod in ea de illo legatur parabola. [\*\* Item *Festum reposititis sc. Alleluia*, et *Dominica qua Alleluia clauditur vel dimittitur vel deponitur*. Vide *Alleluia Clausum*. Dicitur etiam *Dominica In Septuagesima* et *Infra Septuagesimam*, quæ scilicet in diem lunæ ante hanc *Dominicam* cadit.]

*Dominica Sexagesimæ*, cujus Introitus: *E surge*. Græc. κυριακή τῆς ἀποκρῶς. Est autem ἀποκρῶς, quod Latinis *Carnisprivium*, qua appellatio hebdomadam, quæ præcedit hanc *Dominicam* ἑβδομάδα τῆς ἀποκρῶς vocant, quod non ultra eam vescendis carnibus operam dent, sed una cum eillis edendis finem imponant.

*Dominica quinquagesimæ*, cujus Introitus: *Esto mihi*. Gr. κυριακή τῆς τυροφάγου, et τυροφά, cui id nominis, ut et hebdomadæ, quæ hanc *Dominicam* præcedit, inditum, quod post eam *Dominicam* casei et ovorum esus dimittatur. Quippe post hanc *Dominicam*, die Lunæ, Græci jejunium quadragesimale auspicantur, aliter ac Latini, qui Mercurii die incipiunt. Beneharnensis dicitur *Dimenge cabée*, id est, *Dominica in capite Quadragesimæ*, ut observat Marca lib. 6. Hist. Beneharn. cap. 24. n. 9. [\*\* *Dominica prima, quæ est ante caput jejunii*, in Concil. Narbon. ann. 1054. *Dominica ante Cineres*, in Chron. Alber. ad ann. 1220. pag. 507. Vide in *Carnisprivium*.]

In libro Petri Mallii cap. 30. etiam appellatur *Dominica de carne levaro*, seu *de carne levanda*, uti legendum conjectat Mabillonius tom. 2. Musæi Ital. pag. 159. alibi *Dominica ad vel ante carnes tollendas; ante brandones*, in Cbartulario S. Martini Pontisar. ubi Joannes dicitur *le Diabie vendit duo arpenta terre apud Commeniacum die Dominica ante Brandones*. *Dominica brandonum* dicebatur *Dominica prima Quadragesimæ*, ut dictum est in voce *Brandones*; *Dominica igitur ante Brandones* erat *Dominica Quinquagesimæ*, non *Quadragesimæ*, ut habetur apud

Labbeum Chronol. Histor. part. 8. pag. 169: *Carolus IV. cognomento Pulcher... inunctus Remis 21. Februarii Dominica Quadragesimæ, quæ olim dicebatur devant les Brandons*: quibus in verbis error se ipse prodit; anno enim 1322. ad quem hæc referuntur, *Dominica*, non *Quadragesimæ*, sed *Quinquagesimæ* incidebat 21. Februarii, cum Paschatis dies incideret hoc anno in decimam Aprilis.

*Dominica Prima Quadragesimæ*, cujus Introitus: *Invocavit me*. *Quintana* etiam dicitur, quod sit quinta a Paschate, ut auctor est Durandus lib. 6. cap. 32. n. 1. [*Dominica Brandonum* vel *Brandorum* appellata est. Instr. ann. 1318. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 177. col. 1: *Item anno quo supra; scilicet die Dominica Brandonum sequenti Indict. 11. Vide in Brandio 1.*] [\*\* Etiam *Dies focorum et de orditis lignis*.] Græcis πρώτη τῶν νηστειῶν, et κυριακή τῆς ὀρθοδοξίας, ob restitum sacrarum Imaginum adorationem.

\* Ordinar. MS. Rotomag.: *Ad processionem hujus Dominicæ in statione R. Cum sederit. Quidam sacerdos canonicus indutus alba, amictus cum stola, tenens crucem ante pectus suum ad similitudinem Domini ad iudicium venientis, cantet in pupulto V. Venite Benedicti. Chorus respondeat: Et ibunt, etc. Tunc intret processio chorum residuum; et post fiat sermo ad populum.*

*Dominica secunda Quadragesimæ*, cujus Introitus est: *Reminiscere*. [\*\* Ab Evangelio *Dominica Chananææ*, item post focos vel ignes, etiam *Rohordicum secundum*.] Græcis, κυριακή δευτέρα τῶν νηστειῶν.

*Dominica tertia Quadragesimæ*, cujus Introitus: *Oculi mei*. [\*\* Evangelium: *Dæmon mutus*.] Græcis, κυριακή τρίτη τῶν νηστειῶν, [et κυριακή τῆς Σταυροπροσκυνήσεως.] [\*\* Dicitur etiam Latinis *Adorandæ crucis*.]

*Dominica quarta Quadragesimæ*, cujus Introitus: *Lætare Hierusalem*. [\*\* Evangelium: *Quinq̄ue panes*.] [*Dominica de Rosa* nuncupata, eo quod in ea fit sollempnis illa Rosæ auræ benedictio. Vide *Rosa auræ*.] Græcis, κυριακή τετάρτη τῶν νηστειῶν.

\* *Media Quadragesima* nuncupatur in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 232: *A un jour de samedi dont la Mi-carême fu le lendemain, etc.* Aliæ ann. 1402. ex Reg. 157. ch. 329: *Le Dimanche que l'en chante en sainte église Letare Hierusalem, que l'en dit la Mi-carême, etc.* Vide infra *Fonta*. [\*\* Inde etiam *Dominica mediana dicta, et in media Quadragesima*.]

*Dominica in Passione Domini, Dominica quinta Quadragesimæ*, a qua passionis officium auspicatur Ecclesia, unde ita appellatur, ut auctor est Durandus lib. 6. Ration. cap. 60. Acta Alex. III. PP. sub ann. 1162: *Exivit ergo e Genua in Dominica Passione, et cum omni iudicanditate navigans venit ad insulam de Liguriis in Sabbato Palmarum*. Græcis est 5. jejuniorum, πέμπτη τῶν νηστειῶν. Hujus Introitus dicitur: *Judica me Deus*. [\*\* A responsario dicitur *Isti sunt dies; etiam Repositis*, vide infra *Dominica Repus*.] Vide Notas ad Villharduin. n. 129. et infra verbo *Hebdomada*. Præterea *Dominica Mediana* appellatur ab Amalario lib. 4. cap. ult. edito a viro doctiss. Jo. Mabillonio tom. 2. Analector. pag. 114. quia Hebdomada Medianam subsequitur; hanc etiam *Medianam octavam* vocat Fulcuin. in Chron. Laubiensi cap. 38. forte quod sit 8. *Dominica a Dominica Septuagesimæ: Actum est hoc*

*feria 6. ante Dominicam, quam vocant Medianam octavam*. [\*\* *Dominica mediana* vulgo est quarta Quadragesimæ, unde ejus *Octava* quinta.]

Alia porro est *Dominica Quintanæ*, in Charta Petri Episcopi Santonensis ann. 1240. in Regesto Inculismensi Cameræ Comput. Paris. fol. 23. Est enim illa, qua *Quintanæ* ludus exercebatur a Vicanis. Vide *Quintana*.

*Dominica in Palmis*, sexta quadragesimæ, apud Rupert. lib. 5. de Divin. Offic. cap. 7. quæ in Ordine Romano, *Dies Palmarum, sive florum, atque ramorum appellatur*: [Alibi *Pascha florum, vel Pascha floridum, Gall. Pasques-fluries*.] *Dominica in Ramis*, Durando lib. 6. cap. 47. *Dominica ad Palmas*, apud Leon. III. PP. Ep. 5. Beletus cap. 93: *Hic dies dicitur Dominica in Ramis palmarum, quod illo die rami palmarum in processionibus deportentur in significatione illorum, quos filii Israël staterunt [straverunt] in via, Christo jam veniente*. Adde Isidor. lib. 6. Orig. cap. 18. In lib. Sacr. Gregor. M. *Dominica in Ramis palmarum dicitur*. [*Dominica Olivarum*, in Histor. Rerum Laudens. apud Murator. to. 6. col. 1105.] Will. Tyrius l. 12. cap. 12: *Accidit casu, quod in die festo, qui dicitur Ramis palmarum, cum de more populus universus in vallem Josaphat convenisset ad solemnem et celebrem tantæ diei processionem, etc.* Rupertus Abbas in Vita S. Heriberti Archiepisc. Colon. n. 17: *Erat autem dies ille, quem Christianitas appellat Diem palmarum. Dominica Indulgentiæ, quæ et Dominica Palmarum, in Ordine Romano. Dominica Indulgentiæ, quæ diversis vocabulis distinguuntur, id est Dies palmarum, sive florum, atque Ramorum, Osanna, Pascha petitem, sive Competentium, et Capitilavium*. Ex quibus patet, eandem *Dominicam Osanna* etiam appellari, quia, ut ait Alcuinus, *dum in eo Dominus Hierosolymam tenderet, ei occurrit turba plurima hinc inde clamando, Osanna, quod interpretatur, salvifica, sive salvos nos fac*. Joannes Euchaita pag. 7: ὡσαννὰ τοῖσιν, ὁῶσον εὐλογημένε. [*Dominica indulgentiæ* dicebatur ob pœnitentium reconciliationem, quæ feria 5. sequenti solenni ritu fiebat; *Capitilavium vero quia tunc moris est, inquit Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 35. lavandi capita infantium qui ungenti sunt*. Quod de adultis potiori jure est intelligendum. Hic usus desiit circa 12. seculum.]

*Dominica Osanna*, apud Ademarem Cabanensem non semel, *Dies Osannæ*, apud Abul-Faragium in Hist. Dynastiarum pag. 163. et in Charta ann. 1170. apud Duchesnum in Probat. Hist. Castegnereæ pag. 32. Capitul. de Villis cap. 28: *Dominica in palmis, quæ Osanna dicitur. Osanna, nude in Régula Monachorum Fontevraldensium cap. 16. Libellus Fulconis Comitiss Andegav. apud Holstenium in Collect. Rom. de Urbano II. PP.: Ubi mihi florem aureum, quem manu gerebat, donavit: quem ego ob memoriam et amorem illius in Osanna semper mihi meisque successoribus deferendum constitui*. Eadem habentur in Fragg. Hist. Andegav. n. 8. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 37: *Duodecim denarios censuales in Osanna singulis annis Ecclesiæ nostræ reddendos*. Adde fol. 116. Epitaphium Guillelmi Comitiss Inculismensis: *Hic jacet Dominus Amabilis Guillelmus Comes Engolismæ, qui ipso anno, quo rediit de Hierusalem, obiit in pace, 8. Id. April. vigilia Osannæ, 1028. anno ab incarnat*. Ita etiam hanc

Dominicam appellari ab Æthiopicis docemur ex illorum computo apud Joseph. Scalig. lib. 7. de Emendat. temp. pag. 700. Porro dicuntur apud Hebræos *Osanna* termites palmæ, oleæve, aut salicis, alteriusve arboris, Græcis βάρια, quos quatiabant in honorem ejus, cui pompa ducebatur, quod Græci dicunt κλάδους ἐπισείειν: Epiphani. Serm. εἰς τὰ βάρια, et S. Chrysost. Homil. in Magnam Septimanam, τὰ βάρια σείειν et ἐπισείειν, ut observatum a Baronio ann. 84. n. 6. et Casaub. Exerc. 16. in eumdem Baron. cap. 2. Henr. Valesio ad Hist. Eusebii lib. 2. cap. 22. Joann. Baptista Cotelerio ad tom. 1. Monument. Eccles. Gr. Hinc ἑορτὴ τῶν βατίων Cyrillo Scythopolitano in Vita S. Euthymii, Auctori Vitæ S. Theodori Studitæ, etc. Ἡμέρα τῆς βατιόρου, Cedreno et Epiphanio Monacho de Locis sanctis. Vide Luitprandum lib. 3. cap. 5. et S. Augustinum lib. 2. de Doctrina Christ. cap. 11. Hujus Dominicæ Introitus ad Missam est: *Domine ne longe*. Denique appellatur *Dominica Lazari*, in Vita S. Proculi Episc. Veronensis n. 16. quia, ut ait Allatius cap. 20. Sabbato, quod hanc Dominicam præcedit, Lazari resuscitati memoria recolitur: qui addit, Græcos postmodum magnæ pompæ apparatu, ramis olivarum, palmisque in Cruces ac alias formas confectis, in ramis appensis sequentem diem Dominicam solemniter celebrare. De vocis *Osanna* varii significationibus vide sanctum Hieronymum Epist. 145.

\* Nostris etiam *Ozanne*, sine addito. Charta ann. 1316. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 227: *Nous estanz en la Rouchelle vers la fin de l'an 1315. ou commencement de l'an 1316. environ l'Ozanne*. Alia ann. 1340. in Reg. 73. ch. 23: *Lâquele (quinzaine) commença le mardi emprès le Diemenche, que l'en chante Oculi mei, et feni le mardi avant l'Ozanne*. Vide infra *Festum* 1.

☞ Inter varias hujus Dominicæ nomenclaturas non est omittenda quæ legitur lib. 3. de Gestis SS. Rotonenisium in Act. SS. Benedict. sæculo 4. part. 2. pag. 215: *Receptusque est in Monasterio in sancto Sabbato, id est, in Ramis palmarum*. Quod tamen de ipso Sabbato sancto haud absurde videtur posse intelligi; atque adeo quod explanationis causa additum est, *id est, in Ramis palmarum*, nihil aliud indicare quam Sabbatum, quod est de hebdomada quæ dicitur *in Ramis Palmarum*.

*Dominica Sancta in Pascha*, in Kalend. Romano. *Dominica sancta*, nude, in Sacramentario Gregorii Magni ex Bibl. Belvacens. Ecclesiæ. [*Dies Domini-cus κατ' ἑορτὴν* dictus, Tertull. de Idol. cap. 14.] Gr. κυριακὴ τοῦ πάσχα, et ἅγια καὶ μεγάλη κυριακὴ τοῦ πάσχα, in Euchologio: in Nomocanone nuper edito a Jo. Bapt. Cotelerio cap. 411. 579. λαμπρὰ κυριακὴ: Pachymeri lib. 4. cap. 3. et in Pentecostario, μεγάλη καὶ λαμπρὰ κυριακὴ: eidem Pachymeri lib. 7. cap. 15. κυρία τῶν ἑορτῶν. Vide *Pascha*, *Dies magnus*.

*Dominica prima post Pascha*, [vulgo ab Introitu, *Dominica Quasimodo*] quæ in Kalend. Rom. *Dominica octava Paschæ*, [in Missali Gothico-Gallicano, *Clausum Paschæ*, Gall. *Pâques closes*.] [\* alias *Antipascha* et *Conductus Paschæ*.] aliis dicitur *Dominica post Albas*, quæ nempe Sabbatum sequitur in quo nuper Baptizati vestes candidas, quas induerant Sabbato ante Pascha, deponerent, ut est in Ordine Romano. In Missa Ambro-

siana appellatur *Dominica in Albis depositis*. Unde liquet in Missali et Brevariario Romano, ubi *Dominica in Albis* dicitur, vocem *depositis* subaudiri, de qua sic Augustinus Serm. 157: *Paschalis Solennitas hodierna festivitate concluditur, et ideo hodie Neophytorum habitus commutatur, ita tamen ut candor, qui de habitu deponitur, semper in corde teneatur*. Sic porro *Dominica secunda, tertia*, etc. *post Albas*, apud Rupertum lib. 9. de Divin. Offic. cap. 1. 2. Græcis, καινὴ et νέα κυριακὴ τοῦ ἀντιπάσχα. [\* Dicitur etiam *Octava Infantium*.] Vide Allatium de Dominic. et Hebd. Græc. cap. 24. Dicitur etiam δευτεροπρότη κυριακὴ, apud Eustathium in Vita S. Eutychii Patr. CP. n. 95. id est secunda post primam, Paschalem scilicet.

*Dominica secunda post Pascha*, cujus Introitus ad Missam est: *Miserere Domini*. Eadem *Dominica prima post octavas Paschæ*, in lib. 1. Sacramentor. Eccles. Rom. cap. 57. dicitur, *Dominicum post octavas Paschæ*, [\* etiam *Dominica trium septimanarum Paschæ*, et secundum Evangelium hujus diei.] [*Dominica de Pastor bonus* in Ord. Rom.] [\* Alias *Dominica unam Domini, Dominica post ostensionem reliquiarum, Dominica mapparum albarum*, et *Dominica mirabilia Domine*.] Græcis, κυριακὴ τῶν ἁγίων υεροφόρων, quod in ea festum celebrant trium mulierum quæ coemptis aromatibus ad Christi Sepulcrum accesserunt ut eum ungerent.

*Dominica tertia post Pascha*, quæ in Calendario Romano et in lib. 1. Sacrament. Eccles. Rom.: *Dominicum secundum post clausum Paschæ*, et *Dominica secunda post octavam Paschæ* dicitur, cujus Introitus ad Missam est: *Jubilat omnis terra*. Græcis, κυριακὴ τοῦ παραλύτου, Latinis *Paralytici*.

*Dominica quarta post Pascha*. In lib. 1. Sacrament. *Dominicum tertium post clausum Paschæ*, et in Calendario Rom. *Dominica tertia post octavam Paschæ*, cujus Introitus ad Missam est: *Cantate Domino*. Græcis, κυριακὴ πέμπτη τῆς Σαμαρείτιδος, vel μεσομενητροστής. [\* Evangelium *Samaritani*, apud Latinos.]

*Dominica quinta post Pascha*, [cujus introitus Vocem *juventutis*] quæ et *Dominica Rogationum* dicitur: [vel ante *Litanias*, ut in Vita S. Eligii apud Acherium tom. 5. Spiel. pag. 194.] *Dominica quarta post Octavam Paschæ*, in Kal. Rom. in libr. Sacram. post *clausum Paschæ*. [\* Secundum Evangelium *Dominica cæci nati*.] Dicitur etiam *Festum Evangelismi*.] Græcis κυριακὴ τοῦ τυφλοῦ.

*Dominica post Ascensionem*, quæ *Dominica post Ascensam Domini*, in Kalend. Rom. [et in Sacrament.] cujus Introitus ad Missam est: *Exaudi Domine*. [Romæ *Dominica de Rosa* vel *de Rosis* dicta, haud dubie quia ut legitur in Ord. Rom. apud Mabill. tom. 2. Musæ Ital. pag. 147. *de altitudine templi* (sanctæ Mariæ Rotundæ, in qua erat statio) *mittuntur Rosæ in figura Spiritus Sancti*.] Græcis, κυριακὴ τῶν ἁγίων τριαχοσίων δέκα καὶ ὀκτώ θεοφόρων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ.

*Dominica Sancta Pentecosten*, in Kalend. Rom. Græcis, κυριακὴ τῆς ἁγίας Πεντηχοστής.

*Dominica prima post Pentecosten*, quæ et *sanctæ Trinitatis, Dominica Benedicta*, dicitur apud Honorium Augustod. lib. 3. cap. 147. lib. 4. cap. 41. *Dominica octava Pentecosten*, in Kal. Rom. *Dominica octavas Pentecosten*, apud Gregor. M. in Sacramentario. Græcis, κυριακὴ

τῶν ἁγίων πάντων, seu πρώτη τοῦ Μαρθαίου. *Rea dierum Dominicorum*, ut est in veteri MS. cui titulus, *Le Roman de la Malemarastre: Par un jour, qui est apelez li Rois des Diemenches: ce est li jours de la sainte Trinité*. Regestum censuum Carnoti ann. 1302. fol. 20: *Item le Maître des Peletiers doit chacun an le Roy des Dimanches un beuage à toutes les personnes nommées pardevant*. Id vero nominis tribuitur Dominicæ Paschatis, quæ Κυρία ἑορτῶν dicitur Pachymeri lib. 7. cap. 15. Vide *Festum S. Trinitatis* et Menardum in libr. Sacrament. S. Gregor. pag. 163. [\* Etiam *Dominica duplex, Dominica Domine in tua, Dominica prima ætatis, Conductus Pentecosten*.]

*Dominica secunda post Pentecosten*, cujus Introitus ad Missam: *Factus est Dominus protector meus*. [\* Alias *Dominica trium septimanarum Pentecosten*.] Græcis, *Dominica secunda Matthæi, de Christo docente*.

*Dominica tertia post Pentecosten*, cujus Introitus: *Respice me*. Græcis, *Dominica tertia Matthæi*.

*Dominica quarta post Pentecosten*, cujus Introitus: *Dominus illuminatio mea*. Græcis, *Dominica quarta Matthæi, sive de Centurione*.

*Dominica quinta post Pentecosten*, cujus Introitus: *Exaudi Domine*. Græcis, *Dominica quinta Matthæi, de Vexatis a dæmone*.

*Dominica sexta post Pentecosten*, [cujus Introitus: *Dominus fortitudo*.] Græcis, *sexta Matthæi: sive de Paralytico*.

*Dominica septima post Pentecosten*, cujus Introitus: *Omnis gentes*. Græcis, *septima Matthæi, sive de Duobus cæcis*.

*Dominica octava post Pentecosten*, cujus Introitus: *Suscipimus, Deus*. Græcis, *octava Matthæi, sive de Quinque panibus et decem piscibus*.

*Dominica nona post Pentecosten*, cujus Introitus: *Ecca, Deus, adjuva me*. Græcis, *nona Matthæi, sive de Ambulatione in mari*.

*Dominica decima post Pentecosten*, cujus Introitus ad Missam est: *Dum clamarem*. Græcis, *Decima Matthæi, sive de Lunatico*.

*Dominica undecima post Pentecosten*, cujus Introitus: *Deus in loco sancto*. Græcis, *undecima Matthæi, sive de Parabola Regis*.

*Dominica duodecima post Pentecosten*, cujus Introitus: *Deus in adiutorium*. Græcis, *duodecima Matthæi, sive de Interrogante Jesum divite*.

*Dominica decima tertia post Pentecosten*, cujus Introitus: *Respice, Domine*. Græcis, *decima tertia Matthæi, sive de Parabola vineæ*.

*Dominica decima quarta post Pentecosten*, cujus Introitus: *Protector noster*. Græcis, *decima quarta Matthæi, sive de Vocatis ad Nuptias*.

*Dominica decima quinta post Pentecosten*, cujus Introitus: *Inclina aurem tuam*. Græcis, *decima quinta Matthæi, sive de Interrogante Jesum Jurisconsulto*.

*Dominica decima sexta post Pentecosten*, cujus Introitus: *Miserere mei, Domine*. [Græcis, *Dominica ante Exaltationem S. Crucis*.]

*Dominica decima septima post Pentecosten*, cujus Introitus: *Justus es, Domine*. [Græcis, *Dominica post Exaltationem S. Crucis*.]

*Dominica decima octava post Pentecosten*, cujus Introitus: *Da pacem*. Græcis, *Dominica prima Lucæ, sive de Venatione piscium*.

*Dominica decima nona post Pentecosten*, cujus Introitus: *Salus populi ego sum*. Græcis, *Dominica secunda Lucæ*, sive de *Amandis inimicis*.

*Dominica vigesima post Pentecosten*, cujus Introitus: *Omnia, quæ fecisti*. Græcis, *Dominica tertia Lucæ*, sive de *Filio viduæ*.

*Dominica vigesima prima post Pentecosten*, [cujus Introitus: *In voluntate tua*.] Græcis, *Dominica quarta Lucæ*, sive de *Parabola seminis*.

*Dominica vigesima secunda post Pentecosten*, cujus Introitus: *Si iniquitates*. Græcis *Dominica quinta Lucæ*, sive de *Divite et Lazaro*.

*Dominica vigesima tertia post Pentecosten*, cujus Introitus: *Dixit Dominus*. Græcis *Dominica sexta Lucæ*, sive de *Habente legionem*.

In Kal. Rom. Allatiano post Dominicam quintam post Pentecosten, *Dominica*, secus quam hodie, recensentur: quæ enim festum S. Petri Apostoli subsequitur 3. Kl. Jul.

*Dominica prima post Natale Apostolorum* dicitur quam excipiunt

*Dominica prima post octavam Apostolorum*.

*Dominica secunda post octavam Apostolorum*.

*Dominica tertia post octavam Apostolorum*.

*Dominica quarta post octavam Apostolorum*.

*Dominica prima post sancti Laurentii*.

*Dominica secunda post sancti Laurentii*.

*Dominica tertia post sancti Laurentii*.

*Dominica quarta post sancti Laurentii*.

*Dominica prima post sancti Cypriani*.

*Dominica secunda post sancti Cypriani*.

*Dominica tertia post sancti Cypriani*.

*Dominica quarta post sancti Cypriani*.

*Dominica quinta post sancti Cypriani*.

*Dominica sexta post sancti Cypriani*.

*Dominica septima post sancti Cypriani*.

*Dominica octava post sancti Cypriani*.

*Dominica nona post S. Cypriani*, quæ natale S. Andreæ subsequitur. Deinde subsequuntur tres *Dominicæ de adventu Domini* ante Natale Domini.

\* *Dominica Apostolorum*. Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 347: *Nous avons receu l'umble supplication de Loys de Grudeningo jeune gentilhomme, bourgeois natif de la ville de Venise... contenant comme le Dimenche, que l'en appelle au país le Dimenche des Apostres, etc.*

\* *Dominica qua cantatur*: *Aspiciens a longe Deus*, in Lib. anniversar. S. Germ. Prat. fol. 45. r°. Lib. pitentiar. ejusdem abbatiæ: *III. Non. Decembris. Dominica qua cantatur*: *Aspiciens a longe, debet dari conventui pitantia super redditibus Aurevillæ*. Vide *Dominica I. Adventus*.

\* *Dominica Bordarum*, Prima in Quadragesima. Vide supra *Bordæ*.

\* *Dominica Brandonum*, Eadem acceptione. Vide in *Brando I*.

*Dominica Burarum*, Eodem intellectu. Vide supra *Buræ*.

\* *Dominica ante Candelas*, Quæ festum Purificationis præcedit, in Ch. Hugon. ducis Burg. ann. 1234. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris.

\* *Dominica Carnelevalæ*, vel de *Carne levaro*, *Dominica* in Quinquagesima apud eos omnes, qui jejunium Quadragesimale inchoant a feria quarta post hanc Dominicam, prima vero in Quadragesima apud Mediolanenses, qui, ab hac die solemne jejunium auspicantur.

Ordo eccl. Ambros. an. circ. 1180. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 870: *Dominica in caput Quadragesimæ, quæ dicitur Carnelevalæ*. Vide *Dominica Quinquagesimæ*.

\* *Dominica in qua cantatur Evangelium Chananzæ*, in vita S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 643. col. 1. Secunda Quadragesimæ Echardo tom. 1. Bibl. Prædicat. pag. 54. in notis.

\* *Dominica Clavi*, Passionis scilicet; an quod clavus vel pars clavi, quo Christus cruci affixus est, in ea honoraretur? *Le jour du Dimenche de la Passion, nommé à Laigny le Dimenche du Clou*, in Chartul. Latinac. fol. 200.

\* *Dominica Focorum*, Prima Quadragesimæ. Vide supra *Dies focorum post Dies 7*.

\* *Dominica de Fontanis*, *Le Dimenche des fontaines*, in agro Perticensi sic appellabatur *Dominica quarta Quadragesimæ*. Vide infra in *Fonta*.

\* *Dominica qua cantatur Jherusalem*, Eadem quæ quarta Quadragesimæ, in Charta ann. 1327. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 228.

\* *Dominica post benedictionem Indicti*, Secunda post Pentecosten. Charta ann. 1260. in Chartul. S. Dion. pag. 397. col. 2: *Ou mois de Jung le Diemenche après la bèneïçon*. Alia ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 9: *Dimenche prochain après la bèneïçon du Landit*.

\* *Dominica Indulgentiæ*, Eadem quæ Palmarum. Vide *Dominica in palmis*.

\* *Dominica*, *Isti sunt dies*, memoratur in Charta ann. 1145. Hist. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 40. at quænam illa fuerit, ignoramus. [\* *Dominica qua cantatur*: *Isti sunt dies*, Quæ in *Passione* appellatur. Charta Joan. de Castell. dom. de S. Hilario ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 361: *Sabbato ante Annunciationem dominicam, et post Dominicam qua cantatur*: *Isti sunt dies*. Vide in *Casula 3.*]

\* *Dominica Lazari*, Eadem quæ in *Palmis*, in Charta ann. 1208. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 873. Vide *Dominica Osanna*.

\* *Dominica de Lignis orditis*, Prima vel secunda Quadragesimæ. Vide supra *Bohordicum*.

\* *Dominica ante Litanias*, Eadem quæ *Quinta post Pascha*. Vide ibi.

\* *Dominica Major*, in ecclesia Autisiodorensi dicitur illa, cujus officium, nulla occurrente festivitate, excluditur, ut sunt *Dominicæ prima Adventus*, in Septuagesima, prima et quarta in Quadragesima, etc.

\* *Dominica Mapparum albarum*, Eadem quæ *Secunda post Pascha*; cujus appellationis ratio patet ex Charta ann. 1454. in Chartul. Latinac. fol. 78: *Icelui ban (de vin) commençant la veille de Pasques commençans, durant la quinzaine d'icelluy jour de Pasques jusques au Dimenche, que on chante en sainte église Misericordia Domini, que l'on nomme communément audit Laigny le Dimenche des blanches nappes*.

\* *Dominica Mediana*. Vide *Dominica in Passione*.

\* *Dominica Mensis Paschæ*. Charta Petri abb. S. Remig. Rem. in Chartul. Campan. fol. 247. v°. col. 1: *Actum anno Domini M. cc. xl. vij. Dominica mensis Paschæ*. Vide *Menses Paschales in Mensis*.

\* *Dominica Mirabilia Domini*, in Charta ann. 1366. ex Reg. C. Chartoph. reg. laudata tom. 4. novi Tract. diplom. pag. 729. inter not. *Dominica secunda post Pascha*.

\* *Dominica Olivarum*, Eadem quæ in *Palmis*. Vide *Dominica in Palmis*.

\* *Dominica Osanna*. Vide *Dominica in Palmis*, pag. 167. col. 3.

\* *Dominica ad tres septimanas Pentecostes*, in Charta ann. 1247. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 467: *Datum apud Rupemauram die Dominica ad tres septimanas Pentecostes*. [\* *Dominica secunda post Pentecosten*.]

\* *Dominica Pinguis*, vulgo *Dimanche gras*, Eadem quæ in *Quinquagesima*, ultima scilicet qua carnes vesci licet. Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2: *Le Dimenche grassot il vend vin qui il plaist sans ban*.

\* *Dominica Quadragesimam intrans*, Prima Quadragesimæ, in Charta ann. 1180. ex Chartul. Cluniac.

\* *Dominica Quintanæ*. Vide *Dominica in Passione*.

\* *Dominica vulgo Repus*, Eadem quæ in *Passione Domini*, sic nuncupata quod Sabbato præcedente, Romano ritu, Christi et Sanctorum imagines velo absconduntur: porro nostris *Repus*, idem atque absconditus, ut videre est infra in *Repositus*. Unde patet legendum esse *Repus*, pro *Repnus*, in Charta ann. 1224. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 321: *Ce fut fait à Seclin le Diemenche en la Passion, que on dist Diemenche Repnus*. Ex quo minus etiam apte concluditur totam Quadragesimam, *Passionis* nomine fuisse appellatam, ut ex sequentibus manifestum fit. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 598: *Le Diemenche que l'en chante en sainte église Judica me, nommé au pays (Laonnois) Le Dymanche repus, etc.* Alia ann. 1382. in Reg. 120. ch. 233: *Comme le Dimanche devant Pasques flories derrein passé, que on dit le Dimanche repus, etc.* *Le Dimenche repuz l'an 1399. un appellé Perrenet Gibert, etc.* in aliis Lit. ann. 1406. ex Reg. 161. ch. 64.

\* *Dominica Respice in me*, in Charta ann. 1380. apud Bern. Pez. tom. 6. Anecd. part. 3. col. 68. Eadem quæ *Dominica tertia vel decima tertia post Pentecosten*, quarum introitus hisce verbis incipit. Vide ibi.

\* *Dominica Rogationum*, Eadem quæ *quinta post Pascha*. Vide ibi.

\* *Dominica de Rosa* vel *de Rosis*. Vide *Dominica quarta Quadragesimæ* et *Dominica post Ascensionem*.

\* *Dominica Sponsaliorum*, Quæ sponsalia contrahere licitum est, nostris *Dimenche d'espousailles*. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 66: *Comme un Dimenche d'espousailles après Noël, il y eust unes nopces au lieu de S. Didier, etc.*

\* *Dominica post Strenas*, Gall. *le Dimenche après les estraines*, Quæ post Kalendas Januarii prima incurrit. Stat. ann. 1362. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 583. art. 3: *Ladite confrairie (des drapiers) doit seoir le premier Dimenche apres les estraines*.

\* *Dominicæ Synodales*, Quænam ita nuncupabantur, docent Acta MSS. eccl. Brioc.: *Dominicæ Synodales in quibus prohibentur missæ celebrari in capellis*: *Dominica prima Adventus, Dominica prima post Epiphaniam, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica in Passione, Dominica prima post Penthecostes, Dominica prima post Assumptionem B. Mariæ*.

\* *Dominica Vetus*, an *Dominica Paschatis*, unde aliæ originem ducunt? an *Septuagesimæ*? Charta Ebrardi sutor: Petragor. ann. 1350: *Sex denarios sol-*

vere tenebitur singulis annis dicto Bernardo in die Dominica veteri.

\* DOMINICA APERTA, Quæ alicujus Sancti vel octavæ officio non est præoccupata. Cærem. vetus MS. eccl. Carnot. : Dicuntur dominica officia in Dominicis, si sint Apertæ, si vero Apertæ non fuerint, dicantur per ferias, prout opus fuerit.

DOMINICÆ PRINCIPALES ET SOLENES, dicuntur quinque illæ, in quibus officia mutantur, scilicet Dominica prima de Adventu, Dominica in Octavis Paschæ, Dominica in Octavis Pentecostes, Dominica, qua cantatur *Lætare Hierusalem*, et Dominica in Ramis palmarum. Durand. lib. 7. cap. 1. n. 4. [His quinque sexta deinceps addita est, Dominica prima Quadragesimæ, quia fit, officii in ea mutatio, quæ fiebat antea Dominica quarta Quadragesimæ. In Statutis Lanfranci § IV. apud Marten. de Antiq. Monach. Ritibus lib. 4. pag. 536. ubi de quinque Dominicis principalibus sic legitur : *Quinque dies Dominici sunt, qui communia quædam inter se habent separata a cæteris diebus Dominicis, Dominica videlicet prima de Adventu Domini, Dominica prima Septuagesimæ, Dominica prima Quadragesimæ, Dominica in medio Quadragesimæ, Dominica in Palmis.*]

DOMINICÆ PRIVILEGIATÆ dictæ, quibus Historiæ sunt appropriatæ. Idem Durand. lib. 7. cap. 1. num. 14.

DOMINICÆ VACANTES, seu VACAT, dicuntur in Sacramentario S. Gregorii, quatuor Dominicæ, quæ jejunia quatuor Temporum proxime subsequuntur, eo quod propriis careant officiis. Vide Micrologum cap. 29. 32. 59. Rupertum lib. 3. de Divinis Offic. cap. 11. Honorium August. lib. 4. de Ritu Missæ cap. 94. 95. et Durandum lib. 6. Ration. cap. 11. n. 7. [Dominicæ etiam infra Octavam Natalis Domini et Circumcisionis dicuntur *vacantes*, sed alio sensu, neque enim proprio unquam carere officio, ideo autem *vacat*, quod alicujus Sancti vel octavæ Natalis Domini officio aliave ratione præoccupantur. *Dominica Vacans* etiam dicta est Quarta Adventus, quia tunc Pontifex Romanus relictis aliis occupationibus solum largiendis elemosynis incumbat. Vide Lexicon Hofmanni in voce *Adventus*.]

\* DOMINICORUM DIERUM REX. Vide *Dominica prima post Pentecosten*.

VENDITIO DOMINICI DIEI, forte facultas exponendi et vendendi merces Dominicis diebus. Charta Gaufrædi Comitiss Andegavensis ann. 1061. apud Samarthanos in Abbatib. S. Florentii : *Item jubeo, ut ministri mei nullatenus audeant repetere, quod judicavi eos injuste accepisse, scilicet commendationem vinearum, Dominici diei, cenationem violentam salii, etc.*

\* DOMINICA DOMUS, Hospitium, seu diversorium publicum, ut suspicantur docti Editores ad Præcepta S. Pachom. tom. 3. Mail pag. 346. col. 2 : *Nemo in domo spirituali comedat, sed potius in Dominica, vel in monasterio ejusdem fidei. Vide Domus spiritualis.*

\* DOMINICA MANUS, id est, Domini superioris. Charta ann. 1091. inter Monumenta sacr. antiq. tom. 2. p. 296 : *Exclusa hereditaria postulatione omnium successorum, in manum Dominicam episcopi reposuit, etc.*

† DOMINICA MATER, Beata Virgo Mater Christi : *De celebritate festivitatis Dominicæ Matris*, tom. 3. Concil. Hispan. pag. 35. col. 2.

DOMINICÆ LITTERÆ, [Eadem quæ Communicatoriæ vel Formatæ.] Conciliabulum Sardicense sub Julio I. PP. : *Quæ cum ita sint, custodire vos ab ipsis et abstinere debetis, dilectissimi fratres, nec eos aliquando ad Communionem admittite ; sed nec ipsorum litteras accipere, nec ad illos litteras Dominicis dare.*

† 1. DOMINICALE. Vide *Dominicus* et *Dominicum* 3.

\* 2. DOMINICALE, Liber, in quo continentur lectiones et alia quæ ad officium dominicarum vel festorum dominicalium pertinent. Consuet. MSS. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305 : *Cellerarius habet tenere chorum infra ecclesiam benedictum de libris, ... videlicet octo psalteria, ... unum Dominicale, unum sanctorale ad legendum et cantandum lectiones.*

DOMINICALIS. Concilium Autisiodorensis can. 42 : *Ut unaquæque mulier, quando communicat, Dominicalem suam habeat. Vetus Pœnitentiale MS. sub finem : Si mulier communicans Dominicalem suam super caput suum non habuerit, usque ad alium diem Dominicum non communicet.* Ex quibus patet, *Dominicalem*, vel *Dominicale*, non fuisse linteum, in quo communicatur mulieres Eucharistiam deponebant, quam iis non licebat nuda manu accipere, ut est in Can. 36. ejusd. Concilii, quod viris licuit. S. Augustinus Serm. 152. de Temp. : *Omnes viri, quando communicare desiderant, lavent manus, et omnes mulieres nitida exhibeant linteamina, ubi Corpus Christi accipiant.* Fuit enim *Dominicalis* velum, quo mulieres caput in Ecclesia tegebant, cum iis non nisi velatis illius ingressus pateret, ex Lini PP. Constitutione, ut est apud Anastasium : [quod ab Apostolo jam satis aperte præscriptum est, 1. Cor. 11. 5. et 6.] Pœnitentiale Theodori cap. 7. et Leo PP. ad Theodoricum Episcop. : *Mulieres possunt sub nigro velamine sacrificium accipere, ut Basilium indicat.* [Mulieres Provinciales *Domino* vocant velum sericum, quo caput tegunt, aliis vulgo *Coëffe*. Vide Card. Bona Liturg. lib. 2. cap. 17. num. 8.]

\* DOMINICALITER, Proprietario vel supremo jure. Arest. parlam. Paris. ann. 1292. in Reg. Olim : *Pronuntiatum... super acquisitis a priore et fratribus S. Johannis Jerosolymitani in iis solummodo, quæ Dominicaliter pertinebant ad regem (Angliæ) Richardum.* Vide *Dominicum* 3.

\* DOMINICARE, Manum *dominicum* apponere, fisco addicere. Charta ann. 1056. tom. 1. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab Hontheim pag. 399. col. 2 : *Si cujus bona vel prædia, propter culpam aliquam vel querimoniam, in placitis abbatis... Dominicata vel publicata fuerint, omnia abbatis erunt.* [Vide *Absare* 1. Germ. *Fronen*.] *Deminer*, eodem, ut videtur, sensu, in Ch. ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 420 : *Item que debtes et héritaiges gisans fours de Lieges, soient Deminez et forjuiez par trois plaits généraulx tant seulement.* Unde *Deminement*, in Stat. Lossens. apud Mantel. in Hist. comit. Lossens. part. 3. pag. 13. Vide alia notione in *Dominicum* 3.

\* DOMINICARIA, Dona ecclesiis legata ultima voluntate. Vide S. Rosa de Viterbo Elucidarii tom. 1. pag. 333. voce *Doens*. Charta ann. 1194. ibid. : *Dominicaria clericorum et militum, sicut in ipsa compositione fuerunt sortita.*

† DOMINICATIO, DOMINICARE, DOMINICATUS, etc. Vide *post Dominicum* 3.

† DOMINICELLUS, Idem qui supra *Domicellus*. Johan. Longinus in Actis S.

Stanislai Episc. Cracov. Mail tom. 2. pag. 245 : *Rinardus de Gyzyschanowicz Domicellus et Armiger Cracoviensis Diocesis, morem nonnullorum militarium Poloniæ celebritates dierum sanctorum modica lance appendentium, secutus, etc.*

\* DOMINICI NUMMI memorantur in chart. vendit. ann. 539. ap. Marin. in Pap. Diplom. num. 114. lin. 36. et facili emendatione num. 118. lin. 15 : *Nummo usuali Dominico uno ; quæ ex veteri mancipationis ritu tabellio sine sensu retinuit. Dominicum nummum vocatum putat Marinus, quia a principe conflatus erat, Savinius in Hist. Jur. Rom. tom. 2. cap. 12. § 66. not. e. quia secundum ritum mancipationis ad tradendum Dominium quiritarium adhibebatur.*

1. DOMINICUM, Ecclesia, Edes sacra Domino, seu Deo. Glossæ veteres : *Domicum, Κυριακόν.* S. Cyprianus de Opera et Elemos. : *In Domicum sine sacrificio venis ?* Idem Epist. 33. de Lectore : *Domico legit*, id est, in templo, alii de die Dominico interpretantur. S. Hieronymus in Chronico : *In Antiochia Domicum, quod vocatur Aureum, edificari ceptum.* Et mox : *Antiochiæ Domicum Aureum dedicatur.* Rufinus lib. 1. Hist. Eccles. : *Tunc senior : Si hæc, inquit, ita esse credis, surge et sequere me ad Domicum.* Et lib. 9. cap. 9 : *Orationum domos, id est, Dominica sua.* Idem in Fastis : *His Coss. dedicatum est Constantinopoli Domicum die 15. Kal. Mart. Itinerar. Hierosolymit. : Ibidem modo jussu Constantini Imperatoris Basilica facta est ; id est, Domicum miræ pulcritudinis.* Marcellini et Faustini libellus precum ad Imperatores pag. 63 : *Post illas eorum cædes, quæ in Dominico factæ sunt, etc.* Pag. 64 : *Ad cumulum perpetrati sacrilegii, ipsum altare Dei de Dominico sublatum in templo sub pedibus Idoli posuerunt.* [Passio S. Philippi Episc. Adrianop. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 136 : *Domici foribus innixus a sede sibi credita non patiebatur abscedere.* Ibid. pag. 138 : *Ipsum etiam Domici tectum devoluto omni regularum fraudabatur ornatu.*] *Domus Dominica*, apud Salvianum lib. 6. de Gubernat. Dei : *Ad domos statim Dominicas currimus, corpora humi prosternimus, mistis cum fletu gaudiis supplicamus.* *Basilica Dominica* in Actis SS. Sturnini et Sociorum num. 2. Κυριακός οίκος, in Vita S. Nili Junioris pag. 164. κυριακόν in Concilio Ancyrano can. 14. Neocæsar. can. 5. 13. Laodiceno can. 28. etc. Adde Itinerarium S. Willibaldi n. 16. Pachomium in Regula cap. 54. Martyrolog. Rom. 25. Decemb. Isidorus, Amalarium lib. de Reb. Eccles. Honorium Augustodun. lib. 1. cap. 127. Eusebium in Orat. de Laudibus Constantini, quo loco, auctor est eumdem Augustum curasse edes sacras et templa uni omnium Deo, atque universarum rerum Domino dicanda consecrandaque. Hinc etiam Germani, et Belgæ *Kirche*, et *Kerke*, et Angli *Church*, ædem sacram appellant, voce a κυριακόν deducta, ut quidam existimant : unde urbs *Dunkerke* in Flandria, sic appellata, quod primitivum fuerit *Ecclesia in Dunis* edificata. [Hanc sententiam multis confirmat Ecardus in Notis ad Legem Ripuariorum pag. 214. et 215.] At Lipsius in Epistola ad Belgas Cent. 3. Epist. 44. *Kirche* Germanicum a *Circo* deducit, quod veterum, inquit, templa instar circi rotunda fuerint. Sed hæc oculis et testibus indigent. Ita et Greterus, in Muricibus Christianis pag. 158.

2. **DOMINICUM**, Sacrificium mysticum, Missa. *Dominicum convivium*, S. Augustino in Brevi Collat. contra Donatist. *κρηταὶνὸν δεῖπνον*. Cyprianus lib. de Opere et Eleemos. : *Locuples et dives es, et Dominicum celebrare te credis, quæ Corbonam omnino non respicis ?* Et Epist. 63. ad Cæcilium : *Nunquid ergo Dominicum post cœnam celebrare debemus ?* Quibus verbis intelligit ipsum divinum Missæ sacrificium. Veterem ejusmodi loquendi morem docent Acta proconsularia SS. Martyrum Saturnini et soc. ubi sancti Martyres iudicio postulati, quod sacram Synaxin contra Imperatoris præcepta egissent, sic Proconsuli responderunt : *Dominicum cum fratribus celebravi*. Et iterum *Sine Dominico esse non possumus*. Et inferius, ex verbis Proconsulis sic interrogantis : *Si in Collecta fuisti ?* Respondit : *Quasi Christianus sine Dominico esse possit, aut Dominicum sine Christiano celebrari. An nescis, Satana, in Dominico Christianum, in Christiano Dominicum constitutum ?* Et post alia : *Ego devota mente celebravi Dominicum, Collectam cum fratribus feci, quia Christianus sum*. Hæc ibi Felix Martyr. Saturninus autem cum rogaretur ab eodem Proconsule Anulino his verbis : *Tu Saturnine interfuisti ?* Respondit Saturninus : *Christianus sum*. Ait ille : *Non a te quero hoc ; sed utrum egeris Dominicum ?* Cui respondit Saturninus : *Egi Dominicum, qui Salvator est Christus*. Hæc Baronius, qui putat, eo referri debere hanc verbi notationem, quæ habetur in Martyr. Rom. 25. Decemb. : *Nicomediæ Passio multorum millium Martyrum, qui cum in Christi Natali ad Dominicum convenissent, Diocletianus Imperator januas Ecclesie claudi jussit, etc.* Vide eadem Acta apud Bolland. 11. Febr. n. 3. 6. 9. 11. 12. 17. 19. et eundem Baron. ann. 303. num. 84.

3. **DOMINICUM**, Proprietas, Domanium, quod ad Dominum spectat, quo Dominus ad propriam alendam familiam fruitur. Unde JC. Angiis *Dominicum* definitur, quod quis habet ad mensam, sicut sunt prædia, quæ *Bordlandes* idem vocant. Ita Bract. lib. 4. tract. 3. cap. 9. § 5. cui concinit Fleta lib. 5. cap. 5. § 18. et seq. *Est, inquit, Dominicum proprie terra ad mensam assignata*. [Tabular. Veteris villæ : *Ego Guigo de Chobar dedi Abbatie Veteris villæ Dominicum meum de Plaisicio. Post longum vero tempus accepi Crucem ab Abbate, etc.*] *Res Dominica, Dominicæ possessiones*, id est Principis, in leg. 8. Cod. Theod. de Lustrali aur. (13, 1.) leg. 2. de His, qui condit. (12, 19.) leg. ult. de Jure fisci. (10, 1.) *Dominicum*, Cowello, est tota illa terra intra manerium, quod dominus feudi, aut in manibus suis retinet, aut saltem ad annos, aut voluntatem suam juxta consuetudinem manerii aliis locat. Pactum inter Ludov. Franc. et Henricum Angl. Reges apud Rogerum Hoved. pag. 571 : *Terram illius... et homines sicut sua propria et Dominica fideliter custodiet*. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 74. § 1 : *Dicitur purpæstura, quando aliquod super Dominum Regem injuste occupatur, ut in Dominicis Regis, in viis publicis astopatis, etc.* Vide lib. 2. cap. 69. § 3. Charta Willelmi Rotomag. Archiep. apud Rad. de Diceto : *Maximam partem Dominici nostri occupans*. Matthæus Westmonast. ann. 1154 : *Revocavit in jus proprium Dominica sua, quæ pater suus illi dederat*. Vide Sugerium de Admin. sua cap. 10. Beslium in Comitib. Pictav. pag.

425. 491. Monast. Angl. tom. 1. pag. 148. tom. 2. pag. 25. etc.

\* Nostri *Demoigne* et *Demoyne*. Charta ann. 1255. ex Chartul. Campan. fol. 208. col. 1 : *Ne porront retenir... nos homes, ne les homes de nos fiés, qui tiennent de nos en Demoigne. Ne nos, ne nostre home, qui tiennent ausinc de nos an Demoigne ne porront ausiques retenir les lor homes*. Alia ann. 1256. ibid. fol. 465 : *Vinz livrées de terre que il (Thibaut comte de Champagne) tient en som Demoyne et ransoures et as appartenances*.

**DOMINICUM PROPRIUM**, in Capitulis Caroli M. lib. 4. cap. 34. Rhabanus ad Otgarium : *Proprietas Dominicalis, quæ Domino Imperatori ex paterna successione hæreditario jure pervenit*.

**DOMINICUM** dicitur etiam respectu servorum, quod scilicet ad Dominum eorum spectat, ut in Lege Alemann. tit. 22. in Lege Bajwar. tit. 1. cap. 14. § 6. et in Lege Longob. lib. 2. tit. 51. § 15. [\*] Lothar. 1. cap. 52. e Capitul. Ludov. Pii ann. 829 : *De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in terra Dominica resident*.] Bracton. loco citato : *Dominicum dicitur ad differentiam quod tenetur in servitio*.

**DOMINICUM ANTIQUM**, apud Anglos, continet omnes illas terras, quæ ad Regem spectabant tempore Edwardi Confessoris, aut Willelmi Nothi, seu quæ tenebantur a Maneriis, descriptis in libro, quem *Domesday* appellant; ejusmodi enim tenementa *Antiquum Dominicum* dicuntur, et eorum possessores seu tenentes extra maneria, a quibus dependent, implacitari possunt, eoque nomine ab omni teloneo liberi et immunes sunt. Antiqua vero dominia, quæ in Manu Regis sunt, Franca feuda sunt, et secundum commune Legem implacitantur. Rastallus, et Cowellus lib. 2. Instit. Jur. Angl. tit. 3. § 25.

**DOMINICUM**, Piscus dominicus. Capitul. 3. ann. 813. cap. 2 : *Qui hominem francum occiderit, solidos 600. componat ad opus Dominicum*. Et cap. 3 : *Qui hominem ingenuum occiderit, solidos 200. componat, et exinde in Dominico tertiam partem componat, id est, fisco inferat*. Ita ibi non semel.

\*\* **DOMICUM** pro *Dominicum*, in chart. ann. 791. ap. Neugart. Cod. Alem. num. 113. tom. 1. pag. 101 : *In Domico arare*.

**DOMINICALE**, Idem quod *Dominicum*, Domini, proprium, proprietas, Gall. *Seigneurie, domaine, propriété*. Will. Tyrus lib. 12. cap. 7 : *De propriis Dominicalibus certa eis pro victu et amictu beneficia... contulerunt*. Lib. 19. cap. 11 : *Res ad Dominicalia Principis pertinentes*. Traditiones Fuldenses lib. 1. [ex Instr. ann. 867.] : *Trado unam capturam, quæ contigua est cella illa, quæ vocatur... cum Dominicali, aliisque ædificiis, areis, campis, etc.* Adelbertus Eydenhemensis pag. 353 : *Quidam Walterus Dominicale, quod in Tüinheim situm est, in recompensationem accepit*. Chronicon Trudonense lib. 3. extremo : *Inter quæ constat, eum tam gravi damno Ecclesie nostræ dedisse, quidquid nunc de Remhrode videntur extra Dominicalia nostra esse*. *Dominicalia* Apostolici, seu Papæ, apud Radevicum lib. 2. cap. 29. Occurrit præterea apud Leonem Ostiensem lib. 1. Chron. Cassin. cap. 16. 51. Petrum Diac. lib. 4. cap. 18. etc.

**DONNECALE**, pro *Dominicale*. Tabul. Casaur. ann. 1060 : *Et ipsa mea Donne-calia et feora de terris et vinets, et meos debitaes de Cantalupo*.

\* **DOMINICALIS TERRA**, Quæ ad *Domi-*

*nicum* seu domanium pertinet. Charta ann. 1124. inter Instr. tom. 5. Gall. Christ. col. 445 : *Hæc autem sunt beneficia et prædia ad prædictam ecclesiam pertinentia : decima ejusdem villæ cum familia et Dominicali terra, in agris, vineis, etc.* [\*] Jura abb. Metloc. sec. XII. in Diario rei Diplom. tom. 2. pag. 119 : *De Dominicali terra habemus 4. caruales, 2. arantur ex nostro aratro et alia 2. cum familia*. Vide Haultaus. Glossar. German. col. 1582.]

† **DOMINICALES PASTURÆ**, apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 148. **INDOMINICALES PORCT**, in Chronico Besuensi pag. 700.

**DOMINICARE**, Possidere proprietario jure. Charta Caroli M. in Chron. Laurishamensi ann. 776 : *Tam quod videtur possidere vel Dominicare, quam quod adhuc ex munere Regum vel Reginarum, seu quod pro collata populi, vel de comparato, vel de quolibet adtractu augmentare... potuerint*. Alia notione vide suo loco.

**DOMINICATUM**, Idem quod *Dominicum*. Charta Ludovici II. Imp. pro Ecclesia Volaterrana : *Ita de rebus seu familiis Episcopi ipsius tanquam Dominicatis nostris pro idoneos et credentes homines inquisitionem fieri jubemus*. Burcardus Wormaciensis Ep. in Lege Familiæ, cap. 14 : *Et si quis nuperit ex Dominicato Episcopi,.... sin autem ex beneficio in Dominicatum Episcopi nuperit, rebus suis respondeat domino beneficii*. Vide *Donicatus*.

**DOMINICATIO**, Domini, possessio. Tabularium Ecclesie Viennensis ann. 877. fol. 58 : *Ut quidquid ex prædictis rebus collectum fuerit, in eorum jure et Dominicatione pervenire debeat*. Vetus Charta apud Perardum in Burgundicis pag. 37 : *Quæ quidem in præfata villa... conquestivi de meo jure, in jus et Dominicationem servorum Dei ad jam dicto cœnobio transfero in futurum possidenda*. [Privilegium Caroli Simplicis pro Monasterio Elmonensi ann. 906. ex Chartulario Monasterii S. Amandi : *In perpetuum firmum esse volumus, ut jam dicta villa Diptiacus, quam eis ad præsens concedimus, cum omnibus ad eam pertinentibus illorum Dominicationi in ævum subdatur*.] Adde Chron. Besuense pag. 616.

**INDOMINICATIO**, Eadem notione. Gesta Abbatum Lobienensium pag. 601 : *Vendit et Indominicationes Ecclesie, etc.*

**DOMINICATURA**, Domini, proprium, proprietas : Prædium dominicum, *Domenjadura*, in Foris Beneharn. rubr. de Captions, art. 10. ubi interdum sumitur hæc vox vernacula pro æde, in qua in prædiis suis inhabitant viri nobiles, ut auctor est Marca lib. 6. Hist. Beneh. cap. 24. n. 10. ut *Domaine* in Consuetudine Aurelianensi cap. 1. art. 84. 97. Tabular. Burgiense cap. 97 : *Medietatem de Curti Carlona, quantum in Dominicaturam tenere videbar. Ideo autem dico de dominio, quia sunt in curti casamenta, quæ mihi retinui, sicuti cujusdam Militis, qui tantundem in omnibus, quantum ego in curti ipsa de me tenebat*. Concilium Helenense ann. 1065 : *Nullus violenter infringat Dominicaturas Canonorum, vel Monasteriorum, neque aliquid rapiat inde*. [Charta anni 1086. ex Tabulario S. Florentii : *Quidquid de Dominicatura patris sui in Ecclesia illa reclamabant concesseram, et quidquid de casamento suo erat*. Charta Roberti Hierosolymitani Comitiss Flandriæ ann. 1105. apud Miræum tom. 1. pag. 278. col. 1 : *Et ex Dominicatura mea duas*

*partes decimarum eidem Ecclesie... tradidi.* Charta anni 1144. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 149: *Monachi habeant totum decimum suarum Dominicatararum.*] Sugerius de Administrat. sua cap. 4: *Hoc insequenti incremento Dominicatarum, Deo auxiliante, augmentari elaboravimus.* Adde cap. 15. 28. Monachus Vallis Sarnaii in Hist. Albic. cap. 49: *Volebat quod.... omnes Dominicaturas et proprietates suas haberet integras et inlæsas.* Charta Roberti Claromont. Episcop. ann. 1208. apud Justellum: *Acquiretis Castrum Mauduni, et pertinentia feodi, vel Dominicaturam.* Adde Vitam B. Oldegarii Episc. Barcinonensis n. 19. 27. Concil. Audomarense ann. 1099. cap. 2. Probationes Hist. Duc. Burgund. Duchesni pag. 23. 24. Bibl. Cluniac. pag. 1455. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 10. n. 3. Catellum in Hist. Tolos. pag. 279. [Marcam Hispan. col. 884. et 974. 1558. D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 38. Gall. Christ. tom. 4. Intrum. col. 138. Histor. Mediani Monast. pag. 289.] etc.

DOMINICATUS, Eadem notione. Senator lib. 3. Var. 25: *Siliquatici titulum, quem fide Dominicus jure dederamus.* Capitula Caroli C. tit. 92. cap. 5: *Ipsi alodes in nostrum Dominicum recipiantur.* Hincmar. Opusc. 60: *Tenuit Dominus Rex Carolus Remense Episcopium in suo Dominatu.* Charta anni 1158. apud Gallandium: *De terris, quæ ad ipsius Dominicum pertinerent.* Alia ann. 1088. ex Tabulario S. Cypriani Pictav.: *Concesserunt pariter omnes Ecclesias, quæ ex feodo ipsorum erant... ut non alibi, nisi Ecclesie S. Romani darentur, et quicquid ex casamentis eorum, excepto Dominatu acquirere potuissent.* Charta Zuenteboldi Regis apud Chappevillium: *Largimur Ecclesiam... villam nostri Dominicus, sitam in pagg Leuga, etc.* Alia Caroli Crassi Imp. apud eundem: *Mancipia... de quocunque nostro fisco sint, aut ex Dominico, aut ex beneficiato... adjicimus.* Acta Episcop. Rotomagensium pag. 438: *Todiniacum, qui in Dominatu Archiepiscopi erat cum omnibus appendiciis suis fratri suo... dedit, etc.* Adde Hemereum in Aug. Viromand. pag. 100. 156. Beslium in Comit. Pictav. pag. 269. etc.

INDOMINICATUS, Eadem notione, in Capitul. Caroli Calvi tit. 32. § 8. [\*\* ap. Tusiac. an. 865.] in Charta ejusdem Caroli, apud Buzellum pag. 341. in Gestis Abbatum Lobiens. pag. 634. etc.

DOMINICATUS, adject. de eo, quod est in Dominico. Charta Caroli C. ann. 845. apud Beslium in Episc. Pict.: *In villa Bediasiaco Casam Dominicatam.* Agri Dominicati, in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 147. [\*\* 278.] In Capitulari Wormatiensi ann. 829. cap. 10. etc. [Dominicatus mansus, in Præcepto Ludovici Imp. ann. 836. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 96. *Dominicatum beneficium, in Actis SS. April. tom. 3. pag. 821.* *Dominicæ terræ, et Dominicus, in iisd. Capitul. Caroli M. cap. 150. [\*\* 301.]* dicuntur. [\*\* Guerdard Dominicus est Ad dominum pertinens ipsique proficiens, non colonis vel aliis quibuslibet subjectis jure beneficii, usufructus, locationisve concessus. Vide Indicem Generalem Polypt. Irminon. vocibus *Dominicata Cultura, Terra, Vineæ, Casa et Dominicatus Mansus* et eundem virum doctissimum in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. § 22. Confer supra Absus.]

DOMNICATUS, et DOMNICATUS, Eadem notione, in Chartis Italicis apud Ughellum tom. 1. pag. 339. 340. 341. parte 2. pag. 336. tom. 3. pag. 47. 290. 291. Hieron. Rubicum in Hist. Ravennat. pag. 308. etc. [\*\* Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 46. et 47.] [Vinea *Dominicata Regis, in Chr. Farfensi apud Murat. tom. 2. part. 2. col. 604.*]

DOMINICARIUS, Idem quod Dominicus. Tabularium Abbatie Bellilocensis in Lemovicib. chart. 25: *Cum casa mea Dominicaria, ubi ego ipse visus sum manere.* Occurrit in eodem tabulario non semel. [Placitum anni 878. inter Instrum. novæ Hist. Occitanæ tom. 1. col. 135: *Aliam medietatem similiter Fulcrada obtineat, et illas duas Ecclesias Dominicarias.*]

INDOMINICATUS, adjective, Dominicus. *Villæ Indominicatæ, in Edicto Pistensi cap. 5. 8. Mansus Indominicatus, apud Hincmarum Laudun. tom. 2. Operum Hincm. Rem. pag. 611. et Hemereum in Regesto pag. 33. 36.* [Charta Ludovici II. ann. 876. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 271: *De terra Indominicata modiatas quinquaginta, habet ibi de terra apsa modiatas sexaginta.* Ubi quia Indominicata terra opponitur absæ, hoc est, incultæ, statim eadem esse videtur quæ culta; non quod is sit natus hujusce vocis sensus, sed quia terra quæ ad Dominum pertinet cultior atque feracior esse debeat.] *Alodem Indominicatus, in veteri Notitia, apud Beslium in Episcopis Pictav. pag. 45. Terra, curtis Indominicata, in Charta Chronogangi Episc. Metensis apud Meurissium pag. 167. in Chronico Normanniæ ann. 1141. et in Chron. Laurisham. pag. 68. Charta Caroli Calvi pro Monasterio S. Germani Parisiens.: Sive sint Indominicati, sive sint in beneficium quibuslibet dati: ubi Indominicata opponuntur beneficiis.* Ita Chartæ variæ apud Sajulianum in Matiscone pag. 237. 242. Beslium in Comit. Pictav. pag. 202. 231. 267. et alios,

INDOMINICATE POSSIDERE, quod dicitur in *propre et en Domaine, in Charta Stephani Episcopi Metensis apud Meurissium pag. 416.*

DOMINICUS, adject. Proprius. Capitul. ann. 829. et Additio 5. Capitul. cap. 301. *De liberis hominibus, qui proprium non habent, sed in terra Dominica resident, etc.* Charta Richardi Regis Angl. apud Hovedenum pag. 682: *De terris suis, quas haberet in Anglia, seu Dominicus, seu feodis, etc.* Charta Edw. III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 258: *Et quod idem Abbas et Canonici haberent porcos suos proprios, sive Dominicos, tempore pannagii liberos et quietos.* [Omnes *Dominicæ res monachorum Becci ad victum vel vestitum pertinentes, in Tabulario Beccensi.*] *In jure Dominico, in Charta Ottonis Comitiss Viromandensis apud Hemereum ann. 1025. Domus Dominica, Gall. Maison Seigneuriale, apud Sugerium de Administr. sua cap. 10. 16. Possessiones Dominica, propriæ, apud S. Anselmum lib. 4. Epist. 75. Vide Radulfum de Diceto in Abbrev. Hist. ann. 912. et Beslium in Comit. Pictav. pag. 210. 496. Hanc loquendi formulam expresserunt Franci nostri per vocem adjectivam *Demaine, quam a Dominicus effectum constat.* Robertus *Bourron* in Hist. Merlini MS.: *Il feront alaitier leur enfant d'une autre femme, et chelui nourriront come leur fil Demaine.* Historia Abbatum Brekenotensium in Anglia: *Si prist le Roy Jean les terres et les chataux le avant dit Willaume de Breuse**

*par sa volenté Demaine.* Histor. Prioratus Wigmorensis in Agro Herefordensi: *A force li convint en refut demorer en ses Chatels Demeine pour doute de ly.* Ibidem: *Les lettres par sa autorité Demeine furent ensellées.* Alio loco: *Et donk retourna-il à sa terre Demeine.* Occurrit ibi pluries; præterea in *Stabilim. S. Ludov. lib. 2. cap. 29. apud Littleton. sect. 56. 88. 123. 172. 212. 268. 334. 360. 381. 383. 667. et apud Villharduinum n. 119. Adde, quæ adnotamus ad eundem Villhard. sed et Demanios, hac notione habet Bulla Innocentii III. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. pag. 784: A Demaniis vero hominibus ipsius Episcopi a nobis non tenentibus, istud tamen habebimus, etc.* Occurrit ibi semel ac iterum, et tom. 9. pag. 45. 99.

\* DOMINIGADURA, Prædium dominicum; vel Ædes dominica, ut supra *Domengadura.* Charta ann. 1034. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 189: *Et ad ipsum qui habuerit Carcassonæ per ista divisione, habeat ipsum alodem de Prarlas et de Canurcas, et ad ipsum alodem de Viveris, et ipsa Dominigadura, quæ Petrus episcopus habet in Dunas.* Vide *Dominigadura* in *Dominicum* 3.

\* [« Ipsam partem que Rodgarius ibi abet et ipsa vicarias et ipso comitio et ipsas *Dominigaduras* comitales que Petrus episcopus et Rodgarius abent de Pimaurent et de Martinala. (Conventio inter episcopum Gerundensem et comitem Fuxanum, XI. sæc., mus. arch. dep. p. 50). »]

† DOMINIO, Idem ac *Dominium*, apud Rymer. tom. 15. pag. 718: *Infra regnum nostrum Angliæ vel Dominiones nostras.*

DOMINIOSUS, Imperiosus dominus, et homo, qui habet ardua præcipere, homo magnæ autoritatis. Joan. de Janua. [Vide *Dominosus.*]

DOMINISSIMUS, pro Dominus, in aliquot Chartis Hispanicis. Charta Ordonii Regis aræ 992. apud Anton. de Ypez in Hist. Ordin. S. Benedicti tom. 1. pag. 24. Appendicis: *Genitor noster divæ memoriæ Dominissimus Ranimirus Princeps.* In alia apud eundem tom. 4. pag. 158: *Subsequente Dominissimo Principe, etc.* Et in alia tom. 5. pag. 437: *De regno avii sui Dominissimi Ordini Regis, etc.*

1. DOMINIUM, alias *Domanium* et *Dominicum*, Gall. *Domaine*. Gloss. Lat. Gr.: *Dominium, Kupla. Jus, tutela, potestas, Joanni de Janua. Sacrum Dominium, in leg. 15. Cod. Th. de Jure fisci (10, 1.) Ricardus Hagulstad. lib. 2. de Episc. Hagulstad. cap. 5: Sicut ipse eam in suo Dominio habuerat, Ecclesiam tradidit. Radulfus de Diceto: Sibi quidem videbatur incongruum, quod Cadurcum redderet, et totum Comitatum, et alia multa de Dominio suo. Vide *Demanium* [et *Domanium.*]*

\* Charta Ludov. comit. Bles. ann. 1197: *Omnes de Dominio meo et de elemosinis meis Castriduni manentes, qui de mea serviti conditione erant, ... ab omni jugo servitutis meæ penitus quito et absolvo.*

† DOMINIUM BANNALE. Vide *Banwardum* post *Bannum Leugæ.*

\* DOMINIUM PATRONALE, Idem quod *Jus patronatus, in Consuet. Norman. cap. 31. ex Cod. reg. 4651. Vide Patronus* 2.

2. DOMINIUM, JC. Anglis dicitur principale manerium, quod Dominus et antecessores semper possederunt, cum omnibus appenditiis. Ita *Rastallus*. [Gallis nostris, *Chef lieu du fief, quæ notione in Charta ann. 1201. Matthæi de*



Hamo ex Chartul. Abbatiae S. Nicolai de Arida-Gamantia Dioc. Atrebatens.: *Fratribus Ecclesiae S. Nicolai de Arida-Gamantia in elemosynam sub perpetuo censu tenendum dedit pro x. modis frumenti et v. modis avenae apud Peronam, sive Dominium, secundum mensuram Peronensem.... ita tamen quod Matthaeus ante festivitatem S. Remigii ubi et cui sit tradendum ad Dominium fratribus nunciabit. Dominium majus*, in Hist. Delphin. tom. 2. pag. 14. col. 1.]

¶ 3. **DOMINIUM**, Nomen honoris Republicae Principibus attributum. Exstant apud Rymerum tom. 14. pag. 199. Litterae Henrici VIII. Angl. Regis inscriptae *Illustrissimo Dominio Venetorum, et quibusvis aliis Principibus Christianis, Dominis, Civitatibus et Communitatibus, etc.* Angelus Pechinoli in Epistola ad Innocentium VIII. Papam ann. 1489. apud Illust. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortae pag. 480: *Ad quae dominus Orator Venetorum respondit: Ego habeo in mandatis ab illustrissimo Dominio meo, etc.* Ibid. pag. 485: *Nec valeo Majestati suadere, quod non solius Domini Venetorum exquirendum sit consilium, sed Majestatis suae praecipue, ac ceterorum Christiani nominis Potentatum habenda sunt vota.*

¶ **DOMINO**, Sacerdotale capitis et humerorum per hyemem tegumentum. Synodalis Constit. Ludovici de Carnossa Episc. Bajocensis: *Quotidieque caputium seu Domino panni nigri deferant. Et pileo atque cornata praecipue in ecclesia officando depositis, utantur a cetero caputio, vulgariter ungu Domino.*

**DOMINOSUS**, Imperiosus homo, scilicet magnae auctoritatis, Ugut. Vide *Dominosus*.

**DOMINULUS**, in leg. 41. § 4. testamento D. de Legat. 3. (32.)

1. **DOMINUS**, pro *Deus*, Κύριος, occurrit passim in libris sacris. Unde forte Itali *Domenedio*, Galli nostri *Damedieu* dixerunt, id est, *Dominus Deus*. Vide Philonem de Nominum mutata. pag. 7. 1. Edit. Sulpitius Severus lib. 1. Hist.: *Mundus a Domino constitutus est, etc.* Ruffinus in Symbolo de Christo: *Et dicuntur alii Domini, concessa tamen non ingenuitate potestate dicuntur. Hic vero solus est unicus filius, et solus unicus Dominus, sicut et Apostolus ait: Et unus Dominus Iesus Christus, per quem omnia.* Isidorus lib. 2. Different.: *Inter Deum et Dominum ita quidam diffinierunt, ut in Dei appellatione Patrem, in Domini Filium intelligant. Sacra Scriptura utrumque et Deum et Dominum affirmat: tamen haec vocabula invicem discernuntur. Primum enim nomen naturae est, pertinens ad amorem: Secundum potestatis, congruens ad timorem. Denique ex Dei vocabulo edisce, quid diligas; ex Domini appellatione cognosce, quid metuas?* Vide in hanc Sententiam S. Fulgentium lib. 10. contra Fabianum Fragm. 10. apud Chiffletium, [\*\*] et Marium Mercatorem pag. 68. edit. Baluz.]

**DOMNUS VOBISCUM**, verba, quibus Sacerdos in sacris Liturgiis populum salutavit, sumpta ex libro Ruth. 2. sic enim legitur Booz salutasse messorum suos. Quibus verbis respondet populus, et cum spiritu tuo. Vide Capitulum Caroli M. lib. 5. cap. 93. [\*\* 159.] Addit. 2. cap. 7. [\*\* 9.] Durandum lib. 4. cap. 14. Binium ad Concilium Braccarense II. ann. 563. cap. 3. et Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 5.

2. **DOMINUS**. **DOMINI** et **DOMNI**, Sancti vulgo appellati, *Dominus Johannes*, apud

Cyprianum in Vita S. Caesarii Arelat. *Dominus Dionysius*, in Placitis aliquot Clodovei III. apud Mabillonium tom. 4. SS. Ord. Bened. pag. 617. 618. *Dominus Germanus*, ibid. pag. 620. Charta Caroli M. pro Ecclesia Parisiensi in M. Pastoralis lib. 19. Ch. 56: *S. Germani et sancti Marcelli.... vel ceterorum Dominorum, quorum pignora in ipsa plebe, vel ipsa Ecclesia Parisiaca, adunata requiescunt.* Hinc S. Martinus, *Domnus Martinus* appellatur in praefatione Concilii I. Turon. et can. 13. in Concilio Turon. IV. can. 18. Autissiod. can. 5. apud Odonem Cluniac. lib. de Translat. Corporis S. Martini, Fortunatum in Praefat. lib. 3. Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 14. lib. 10. cap. 30. in Gestis Consulium Andeg. cap. 10. n. 3. etc. *Dominus Vincentius*, in Concilio Cabilon. 1. *Dominus Petrus Apostolus*, in Synodo Rom. sub Symmacho, et in Concilio Turon. II. can. 23. *Dominus Gregorius M.* in Concilio Suesion. *Dominus Paulus*, apud Gregorium Turon. lib. 9. Histor. Franc. cap. 41. *Domini Apostoli*, apud Ennodium lib. 9. Epist. 26. *Domina Opportuna*, apud Adhelelmum Episc. Sagiensem in ejus Miraculis cap. 2. *Domini Sancti*, in Charta Caroli M. tom. 2. Analector. Mabillonii pag. 401. observat Josephus Scaliger in Notis ad Fragmenta veterum Scriptorum post libros de Emendat. temp. pag. 36. Chaldaeos Christianos praecipuorum Sanctorum, ut Apostolorum, nominibus, vocem *Mar*, quae *Dominum* sonat, praepone, ut *Mar Marcos*, *Mar Phetros*, *Domnus Marcus*, *Dominus Petrus*. Vide *Dominædus*.

3. **DOMINUS**. **DOMINI**, saepe appellati Episcopi, etiam non adjecta dignitatis nomenclatura, sed ipsius Episcopatus, ut apud Gregorium M. lib. 2. Indict. 10. Epist. 38. lib. 4. Epist. 17. *Domino Mizenatis Ecclesiae*, apud eundem lib. 4. Epist. 27. Haymo Homil. Domin. 16. post. trinitatem ex S. Augustino: *Nisi forte hoc evenerit, sicut S. Augustinus dicit, ut ille, qui filius est, per misericordiam Dei sublimetur ad Episcopalem dignitatem, et efficitur Episcopus, et tunc poterit esse Patri et filius et Dominus propter honorem dignitatis.* Vide [Librum nigrum Scaccarii pag. 115.] Wilhelmu Neubrig. lib. 5. cap. 20. Epist. 72. et 104. ex Sugerianis Stephan. Tornac. Epist. 286. 287. etc.

\* *Dominus Senonensis Michael archiepiscopus*, in Ch. ann. 1198. ex Chartul. Campan. Cod. reg. 5993. A. fol. 181. r. *Dominus Noviomensis*, in Ch. ann. 1221. ex Chartul. Barbell.

¶ Ut *Domini*, sic et aliquando *Principes* appellati sunt per jocum, inquit Valesius in Notitia Gall. pag. 613. col. 1. quod potentia et auctoritate sua male uterentur more Principum saecularium. Hac notione Adrevaldus in Vita Aigulfi Abbatis Lirinensis scribit, Arcadium monachum Lirinens. ad Mummulum se contulisse *Vicetiae* (Valesius emendat *Vintiae*) civitatis *Principem*, suasisque ei, ut ad Monasterium iret, quasi multas pecunias ibi reperterus. Vita S. Leodegarii cap. 8: *Erant in hoc mendacium primi et quasi Rectores palatii, Desideratus cognomine Dido, qui quondam Cabiloni habuit Principatum, necnon et ejus collega Bobo (Mabillon. Albo,) qui urbem Valentiam habuerat in dominium. Nec enim digni sunt ut urbium nominentur Episcopi, qui magis terrenis desideriis inhiabant, et caelestia non curabant.*

\* Saepius etiam serio principes appellati sunt episcopi, ut a S. Hilario in

Matth. cap. 26: *Specialem tamen populi Principibus, id est, Episcopis... sollicitudinem mandat.* Vide in *Episcopus* et infra in *Princeps*.

\* **DOMINUS AC MAGISTER CHRISTIANITATIS** nuncupatur Patriarcha Jerosolymitanus, in Charta Almer. comit. Ascalon. ann. 1157. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1473: *Concedo eisdem (Pisanis) locum unum ad fabricandum sibi in eo ecclesiam, si tamen Dominus et magister Christianitatis patriarcha hoc ipsis concesserit.*

¶ 4. **DOMINUS**, nude dictus Abbas, in Consuet. Fontanel. pag. 94: *Et hoc facientes secundum Dominum et secundum nos omnes.* Et in Gallico Reliquiarum Indice: *Tel croix est au logis de Monsieur.*

¶ 5. **DOMINUS**. *Domini* interdum dicti Canonici addito nomine Ecclesiae, cujus sunt Canonici. Testament. Guillelmi Montispezzulani ann. 1211. tom. 9. Spicil. Acher. pag. 156: *Monasterio Grandis Sylvae dimitto c. lib. inter opus et mensam Dominorum Ecclesiae Magalonae dimitto MM. sol. in honore emendo, de cuius fructibus fiat annuatim anniversarium in festo S. Michaelis pro anima mea et parentum meorum.* [\*\* Ubi virgula distinguendum post *Dominorum*; ita etiam in ecclesiarum German. tabulariis Canonici haud raro nude *Domini* dicuntur. Chart. Ottonis Episc. Mindens. ann. 1270. ap. Würdtwein. Subsid. Diplom. tom. 10. pag. 32: *Dabunt 15. solidos Dominis et vicariis, qui divinis interfuerint.* Chart. Conradi Decani ann. 1882. ibid. pag. 35: *12. solidi dabuntur pro consolatione Dominis nostris et vicariis, qui presentes fuerint.*]

6. **DOMINUS**, in Legibus et Statutis Principum, nullo adjecto vocabulo, *Dominus feudi* intelligitur ratione vassalli.

**DOMINUS CAPITALIS**, vulgo *Chef Seigneur*, et in Assisiis Hieros. cap. 136. 137. in Consuetud. Normann. art. 126. 130. 166. Pontivensi art. 110. Andegav. art. 201. et seq. Cenoman. art. 216. Tabularium Vindocin. Thuanum Ch. 40: *Archembaldus dudum de terra memorata Capitalis Dominus auctoramentum suum super S. Martini donavit.* Tabularium Majoris Monasterii Ch. 175: *Auctorizaverunt etiam hoc in Capitulo Capitales Domini ejusdem terrae, scilicet Fulco Comes Vindocinensis, etc.* Tabularium Vindocinense ch. 345: *Annuit donum Gauterius Granarius, de cuius erat fisco, et dimissa calumnia ante Hamelum Montis aurei Dominum, qui Caput erat fisci maximum.* [Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 5: *Salvo jure et reddito omnium Capitalium Dominorum.*] Ordericus Vital. lib. 6. pag. 491: *Hoc Radulfus, qui Capitalis Dominus erat, gratanter annuit.* Vide pag. 491. 496. 576. 594. 601. 604. 625. 770. Regiam Majest. lib. 1. cap. 25. § 1. 2. cap. 27. § 3. lib. 2. cap. 44. 66. lib. 4. cap. 5. 7. Statuta Roberti I. Scotiae Regis cap. 6. § 2. etc. In Consuetud. Normanniae art. 166: *S'appelle le Chef Seigneur celui seulement, qui possede par foy et par hommage, et qui à cause dudit fief tombe en garde.* [\*\* De sensu quem in Gallicis consuetudinibus obtinet vox *Chefseigneur* videndum Lauriere ad Raguellum tom. 1. pag. 237. Anglis Capitalis Dominus erat, Cui quis, plures habens dominos liganiam fecerat, ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 44. Glanvilla lib. 9. cap. 1: *Potest autem quis plura homagia diversis dominis facere de feodis diversorum dominorum;*

sed unum eorum oportet esse precipuum et cum ligeancia factum, illi scilicet domino faciendum, e quo tenet suum capitale tenementum is, qui homagium facere debet. .... Si quis ergo plura homagia pro diversis feodis suis fecerit diversis dominis, qui se invicem infestent, si Capitalis Dominus ejus ei præceperit, quod secum in propria persona eat contra alium dominum suum, oportet eum ejus præcepto in hoc obtemperare, etc.]

† DOMINUS INTERMEDIUS, Qui minore domino feudali superior est et inferior alio majore, Gall. *Entremoiens*. Edictum Philippi III. Franc. Regis ann. 1275. apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. pag. 305: *Quod si persone innobiles acquisierint in feodis vel in retrofeodis nostris extra terras predictorum Baronum nostrorum, et ita sit quod inter nos et personam que alienavit res ipsas, non sint tres vel plures Intermedii Domini, precipimus quod si teneant ad servitium minus competens, vel aliter appareat feodi facta deterior conditio, cogantur tales possessores rem feudalem ponere extra manum, nisi maluerint prestare nobis estimationem fructuum duorum annorum rerum taliter acquisitarum.* Philippus VI. decernit estimationem fructuum trium annorum, in suis Litteris anni 1328. apud eundem de Lauriere tom. 2. pag. 14. imo quatuor annorum in suo Edicto ejusdem anni Gallice exarato, ibid. pag. 24: *Item. Et pour les choses et possessions, que personnes non nobles ont acquises depuis trante ans en ça, et en nos fiez et arrierefiez sans assentement de nous ou de nos devanciers; et ainsi soit que entre nous et la personne qui aliene icelles choses, soient trois Seigneurs Entremoiens ou plus, ils payeront pour finance l'estimation de quatre ans.*

DOMINUS PRINCIPALIS, in Constit. Friderici II. Imper. in Quinta Compilat. Decret. de Hæretic. et in Tabulario Vindocin. Thuano ch. 121. *Seigneur paramont*, Anglis JC. Dominus Domini vassalli inferioris. *Dessus Seigneur, Avant Seigneur*, apud Bellomanerium cap. 62. *Seigneur par dessus*, in Statutis S. Ludovici contra Blasphem. *Seigneur Suzerain*, in Consuet. Andeg. art. 204.

\* DOMINUS CENSUS, Idem qui feodalis, cui census debetur, Gall. *Seigneur féodal*. Libert. Viennæ ann. 1361. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 430. art. 5: *Quod quicunque emerit alienam rem immobilem, solvat, facta investitura, trezenum tantum domino tenente (f. tenenti vel tenuræ;) et Dominus census revenditam (f. rem venditam;) retinere possit pro eodem precio ad opus sui, sed non alterius.*

\* DOMINUS CORPORALIS, Superior et capitalis dominus. Charta præpositi S. Gauger. Camerac. ex Tabul. ejusd. eccl.: *Ut autem presbyter sui beneficii tranquillitate perenni gaudeat, prædictus miles ad suam donationem roborandam sui Domini corporalis E. et parium suorum et A. uxoris suæ assensum adhibuit.*

\* DOMINUS DIRECTARIUS, Legitimus, Gall. *Droiturier Seigneur*. Lit. Caroli V. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 472: *Nous considérons que nostre amé et feal Girart de Ventadour... en nous reconnoissant son souverain et Droiturier Seigneur, etc.*

DOMINUS MAJOR, Domini capitalis Dominus, idem qui *Principalis*. Regiam Majestatem lib. 2. cap. 74. § 11. Skenus ad cap. 69. ejusdem libri: *Mei Domini Capitalis Dominus, dicitur Major Dominus: idem etiam appellatur*

RETRODOMINUS. Charta ann. 1225. in Monmorenciaca pag. 401: *Et quia prædictus Guillelmus de fratre meo Matthæo prædicta tenebat in feudum, et frater meus Matthæus de me: Ego tanquam Retrodominus omnia ista laudavi.* Tabular. Maurigniacense ch. 39: *Huic donationi præbuit assensum Guillelmus de Vaucelais ejusdem feodi Retrodominus.*

7. DOMINUS, Maritus: ita uxores conjuges suos compellabant, *Monseigneur*. [Vetus Inscriptio Romæ apud Sponium Miscell. Antiq. pag. 12: *Suetrius Hernes hic situs est, cui tertia conjunx aram constituit digno meritoque marito, cum quo concordiam tam multosque per annos vixit et tenere casu sbta (subtracta) marito est, de cujus fama multi cum laude locuntur, quod fuerit cultor Domini rerum et amator.*] [\* Traditio San-Gallens. ann. 903. ap. Neugart. Cod. Alem. tom. 1. pag. 530. num. 643: *Ego Amata cum manu Domni mei Winihardi pro remedio prioris mei senioris Linkonis et pro nostrarum remedio animarum... ea ratione ut has res, quas dum adhuc præfatus meus Dominus Linko viveret, cum mea hereditate concambiavi... Signum ipsius Amate et advocati et Domini sui Winiharti, qui hanc donationem patrauerunt.*] Comitissa Nivernensis in Epist. ad Sugerium 18: *Dominus enim meus in servitio Dei et Regis est. Mox virum suum vocat. Vide Baro, Senior et Domina 4.*

8. DOMINUS, Domini, Præcipui e nobilitate. Annales Colmar. part. 1. ann. 1284: *Eodem die Curiam habuit Rex Rudolfus in Basilea cum gloria Dominorum.* Idem Chron. part. 2. ann. 1277: *Post hæc Rex Bahemorum congregavit occulte decem millia Dominorum, volens occulte Regem comprehendere Romanorum.*

† 9. DOMINUS, Mabill. de Liturg. Gall. pag. 466. e Ceremoniali MS. Sangerman. de Dominica Palmarum: *Quando erimus circa finem Tractus, sacrista pulsabit unam parvam campanam pro congregando Dominos ad audiendum Passionem, quia ipsa non debet legi nisi in magna Missa.* An Baillivus ceterique justitiæ Officiales hujus Abbatiae, qui statis diebus officio divino solent interesse; an præcipui quidam Monachi, ut infra Domini Ordinis?

\* 10. DOMINUS, nude, Cancellarius, ut observat D. Secousse ad Lit. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 581: *Per regem, ad relationem Domini.* Ubi supra legitur: *Referente nobis dilecto ac fideli Cancellario nostro.*

\* 11. DOMINUS, Quæ honorifica appellatio ita Militibus competeat, ut a patribus etiam filiis suis tribueretur: neque enim alia mihi suppetit ratio, cur Castellanus Vitriacensis filios suos Dominos compellat in Charta ann. 1228. ex Chartul. Campan. fol. 328. rº: *Hæc omnia superius scripta laudaverunt Aalaidis uxor mea et Dominus Robertus filius meus, Dominus Henricus filius meus, Guillelmus, Ansericus et Johannes clerici filii mei.* Nisi fortassis ut seculares a clericis distinguat; quo sensu vox Dominus an alicubi occurrit, non memini. Vide *Siriaticus*.

\* 12. DOMINUS, Peculiaris appellatio Franciæ regum, quam ab imperatoribus romanis mutuaverant. Vide in *Domnus*. Glossar. med. Græc. in Δεσπότης.

\* 13. DOMINUS, Is cujus negotium gerit procurator et cujus nomine defensor existit, apud JC. Romanos. Ita etiam apud Anglos; Glanvilla lib. XI. cap. 3: *Cum quis ita loco alterius positus in curia*

*de placito illo respondet... nunquid potest Dominus suus eum pro beneplacito inde removere, ita quod alium faciat procuratorem... Obtinet autem, quod Dominus talem procuratorem possit a qualibet parte litis amovere, etc.* Subditos suos feudales domini vulgo procuratores constituebant.

† DOMINUS CULTELLORUM, Princeps Assasinorum: de quibus supra. Jacobus de Vitriaco Hist. Orient. l. 3. Marten. tom. 3. Anecd. col. 281: *Omnes alii Principes eorum, alii subditi sunt et obediunt: hunc Sarraceni appellant Dominum Cultellorum.*

\* DOMINI ECCLESIE, Præcipui post abbatem superiores in monasteriis, Gall. *Seigneurs de l'église*. Charta ann. 1420. in Chartul. sign. Ezechiel Corb. fol. 88. rº: *Et sera tenu ledit fourmier de délivrer pain pour les Seigneurs de l'église est assavoir le grand prieur, l'official, l'enfermier, le prévost de l'église, le pourveur et le cellerier de le cuisine, toutesfoys qu'il leur plaira à en mander en leur chambre.* Vide infra Domini Ordinis.

\* DOMINUS FESTI, Ita nuncupatur Abbas vel Episcopus stultorum, in Stat. Odon. episc. Paris. ann. 1198. contra festum fatuorum, ex Chartul. ejusd. episc. fol. 49. vº: *Statuimus etiam ne Dominus festi cum processione vel cantu ad ecclesiam adducatur, vel ad domum suam ab ecclesia reducat.*

† DOMINI GENERALES, Procurator et Advocati generales in Senatu Parisiensi, vulgo *Les Gens du Roy*. Compendium juris Universitatis Paris. fol. 15. vº. Edit. 1517: *Laudabilis est etiam consuetudo... licentia omnes in qualibet facultate superiori prædite Signetorum ad supremam Parlamenti curiam omnesque Senatorum cameras accedere... deinde ad curias Dominorum Generalium, Requestarum, Camere compotorum, etc.*

\* Eo nomine indigitantur Præfecti ærario, vulgo *les Généraux des finances*. Vide *Generales 2*.

† DOMINUS GENERALIS CIVITATIS, Idem qui *Capitaneus*, Præfectus civitatis. Regimina Paduæ ad ann. 1329: *Intravit domnus Canis cum tota sua Baronia et honore magno in dicta civitate, et dismontavit in Episcopatu, et electus fuit per Magnates et populares civitatis Traxivii Dominus Generalis.*

DOMINUS LEGUM, non vero *Magister*, appellatus Azo JC. ut est in Chron. MS. Alberici. Glossæ Lat. Græc.: *Juris Doctores, ἀδελφὸν τῶν νόμων.* [\* Vide Savin. Hist. Jur. Roman. med. temp. part. 2. § 64. et 77.]

\* Charta Caroli regent. ann. 1359. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 19. vº: *Messire Jehan Taupin Seigneur en loix, clerc et conseiller de la chambre des Enquestes, etc.* Alia ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 294: *Jehan Broart Sires de Loys, clerc et conseiller du roy nostre sire, etc.* Le Roman d'Alexandre MS. part. 1:

Et fiert Salhadin qui fu Sires des lois  
Arcevesque de Gades.

Vide *Miles Literatus*.

† DOMINI DE NOCTE, Præfecti vigillum. Andreas Dandulus in Chron. MS: *Pro purgandis maleficiis statutum est, ut duo sint equi, noctis tempore urbem custodiant et malefactores capiant: unus vero de citra canale, et alter de ultra canale constituatur, qui Domini de nocte appellati sunt.*

\* DOMINI OPERIS, Gallice *Maitres de l'œuvre*, Dignitas in collegiis canonico-

rum et monasteriis, cui operibus publicis vacare incumbit. Reg. capituli Carnot.: *Ordinavit capitulum quod Domini ordinis per industriores pictores, quos reperire poterunt, faciant, etc.* Vide *Operarius*.

† DOMINI ORDINIS vel in ordine, Præcipit post Abbatem Superiores in Monasteriis Cluniac. ut Subprior, Decanus. Bulla Nicolai IV. PP. in Constitut. Cluniac. MSS: *Nec aliquis diffinita seu acta per Diffinitores Capituli generalis possit vel audeat immutare, nisi in casu magnæ necessitatis et evidentis utilitatis, in quo potestas Abbati intelligitur relinquenda: de consilio et assensu peritorum et discretorum duorum et illis qui Domini Ordinis appellentur.* Actum capitularem pro conjunctione Prioratus de Bischis ann. 1329. in Archivo B. Mariæ de Charitate, subscribitur *Gerardus Subprior, Guillelmus secundus, Ludovicus tertius, Theobaldus quartus, Domini in ordine.* Vide *Domni Ordinis*.

\* Vel etate aut professione antiquiores. Vide infra *Magister Ordinis*. Consuet. S. Germ. Prat. inter Probat. Hist. ejusd. pag. 146: *Domini ordinis ibunt ad consilium capituli, et dum erunt in consilio capituli, subcamerarius apportabit sotulares suos supra duo tripedia in capitulo. Quando Domini ordinis voluerint, pulsabunt capitulum, et nos veniemus.* Infra, *Domini* nude appellentur non semel. Comput. pitentiar. ejusd. monast. ann. 1374: *Au terme S. Remy pour l'anniversaire maistre Jehan Dye, baillié aux Seigneurs de l'ordre cccij. solz.* Vide supra *Domini Ecclesiæ*.

\* DOMINUS PARLAMENTI, Supremæ curiæ senator, vulgo *Conseiller*, alias *Maitre*. Necrolog. priorat. Nostræ Domini de insula Trezens. ex Cod. reg. 9612. T: *Anniversarium nobilis ac discreti viri dom. Joannis de Domo-Comitis militis utriusque militiæ, quondam bailivi Trezensis, postmodum Domini pella-menti (leg. parlamenti.)*

DOMINI RERUM crebro Imperatores et Reges vocitantur a mediæ ætatis Scrip- toribus. Symmachus lib. 10. Epist. 36: *Scivi meliorem esse judicium causam, quæ rerum Dominis reservatur.* Cassianus de Mortificat. in fin.: *Ipsi quoque rerum presentium Domini.* Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat.: *Cives aliquot alloquitur, ipsosque rerum Dominos per inter- nuntios appellat.* Desiderius Episcop. Cadurcensis in Epist. ad Chlodulfum: *Ipsi Domini rerum, quibus vice nostri Redemptoris servire videmur.* Aimoinus de Vita S. Abbon. Floriac. cap. 8: *Ad Dominos rerum inlicitos scilicet Franciæ Reges, Hugonem ac ejus filium Robertum... apologeticum scripsit.* Idem lib. 3. Hist. Franc. cap. 71: *Nempe pro similibus ausis, a Dominis rerum, Regibus scilicet Francorum, saepe attonsus.* Vide lib. 2. cap. 17. Privilegium Corbeien- se ann. 846. editum a Sirmondo, etc. Sic passim Sidon. in Paneg. Majoriani, Senator lib. 1. Epist. 4. lib. 12. Epist. 6. 7. 11. et 13. Greg. M. PP. lib. 1. Epist. 6. 16. lib. 2. Ind. 11. Epist. 6. lib. 7. Epist. 130. Witikindus lib. 1. et. 2. Vide Juretum ad Symmach. lib. 1. Epist. 8. *Imperatores rerum atque Principes,* apud Petrum Diacon. lib. 4. Chron. Casin. cap. 111. *Domini terrarum,* apud Alypium Antiochen. in Descript. orbis cap. 17. § 6. *Domini terrarum* apud Arnulph. Lexov. pag. 32. *Δεσπότες τῆς οἰκου- μένης,* passim in Actis Concilii Calchedon. et Concilii Ephesini II. Οἱ γῆς καὶ θαλάττης καὶ πάντων ἀνθρώπων ἔθνους καὶ

γῆνους δεσπότες, in libellis Photii, Bas- siani et Eunomii ad Valentinianum et Marcian. in eodem Concilio Calchedon. Act. 5. 11. 13. et in Epist. Varadati Monachi ad Leonem Imp. parte 3. ejus- dem Concilii. Γῆς καὶ θαλάσσης δεσπότες uti Antoninus Severus Caracalla appel- latur in Thiatyrensi inscriptione apud Thom. Smith in Notitia 7. Eccles. Asiæ pag. 130. et Sponium tom. 3. Itiner. pag. 116. *Terræ marisque Dominus,* in Epistol. Africanorum Episcop. ad Constantem Imp. in Concilio Lateran. sub Martino I. PP. Act. 2. S. Hieronym. Ep. 9: *Con- tubernalis et Condiscipulus Augustorum, quorum mensæ ministrat orbis, terræ ac maria serviunt, etc.* Ο τῆς γῆς μετὰ Θεὸν οἰκουμένης δεσπότης, in Concilio GP. sub Menna Act. 5. *Dominiun totius orbis* sese appellitasse Constantium, auctor est Ammianus lib. 15. init. Imperatores et Reges *Domino*, unice vocitatos cuivis notum. [††† Enas Sylvius de ortu et auctoritate imper. Roman. ap. Schard. pag. 393: *Etenim quis non videt et populos et principes omnes ab imperatore qui Mundi Dominus est, recipere tempo- ralia ?*]

\* DOMINUS STATIONIS iis, qui acta publica conficiebant, *Tabellioni* scilicet et *Tabulario*, accensetur in Nov. 44. ad quam Glossæ: *Tabellio erat minor, Tabularius major, et Magister stationis major utroque.* Vide ibi Gothofred.

\* DOMINUS TENENS vel Tenuræ. Vide supra *Dominus Census*.

† DOMINI TITULARES. Gall. *Seigneurs Titrés*, Viri nobiliores. Regula Toribii Archiep. Limæ inter Concil. Hisp. tom. 4. pag. 665. col. 1: *Dum celebratur Offi- cium in choro, nemo sæcularium illuc intromitatur præter Proregem, Gubernatorem, vel Auditores regios... Dominos Titulares aut horum filios, Prætores ordi- narium hujus urbis.*

† DOMINUS VINI, Cui vini cura incumbit in Monasterio B. Mariæ de Charitate, Gall. *Cavier, Vinier*. Constitutiones D. Valentini Prioris ejusdem Monasterii ann. 1416: *Dominus vini stet et sedeat hora prandii juxta fenestram per quam ministratur vinum in refectorio.*

† DOMINI URBIS. Gall. *Les Messieurs de Ville*, Urbis Præpositus et Scabini seu Consules. Compendium jurium uni- versitatis Paris. fol. 15. v.: *Laudabilis est etiam consuetudo... licentiandos omnes... accedere... ad Dominos urbis.*

\* DOMINUS UTILIS, Prædii possessor, Practicus nostris, *Seigneur utile et profitable.* Charta ann. 1336. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 102. v.: *Dominus utilis dictæ villæ (de Martilleio) consuevit percipere... quemdam redditum, qui vulgariter appellatur les Tierces.* Et fol. 103. r.: *Debet major prædictæ villæ Domino utili dictæ villæ imperpetuum omni anno in crastino festi Nativitatis Domini unum porcum.*

\* DOMINUS FACERE, Aliquem pro Domino habere, clientelam alicui profi- teri. Charta ann. 1231. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 446: *Præcipimus uni- versis et singulis firmiter observari, quod non faciant aliquem Dominum per homa- gium corporis et servitutis, quamdiu in dicta villa voluerint commorari.*

\* DOMIPOLA, Idem quod *Hala* 1. Aula major et publica, ubi mercatores merces suas venum exponunt; vox hybrida, a Lat. *Domus*, et Gr. *πωλῶ* vendo. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 544: *Cum magnus Johannes, quadam Die in Domipola villæ de Alneto, cum quibusdam amicis seu sociis suis*

*causa solatii existeret, etc.* Charta pro abbat. S. Anton. prope Paris. ann. 1374. in Reg. 106. ch. 28: *Quinquaginta quin- que libratas... supra quamdam domum sitam in Domipolis Parisius ante fontam facientem cugnium vici Johannis dicti Begue.*

† DOMISEDA, Quæ solitudinem amat et *domi sedet*. Inscriptio apud Fabretum pag. 252: *Hic sita est Amymone pulcherrima lanifica pia pudica frugi casta Domiseda.*

† DOMISELLUS, pro *Domicellus*, in Litteris Officialis Lemovicensis pro Monas- terio Solemniacensi ann. 1261. et 1270.

DOMISTADIUM, Teutonice *Huystede*, quasi domus locus; *huys* enim est *Domus, stede, locus, statio*: ut *hoffstede* Villa, quasi *hobæ* statio. Chronicon Montis S. Agnetis pag. 149: *Totam curiam suam cum Domistadio pauperulis delegavit.* [Charta anni 1269. apud Miræum tom. 1. pag. 773. col. 1: *Partem terræ nostræ allodialis, prout sita est et adjacet Domistadii eorum, juxta castrum nostrum apud Frigidum-montem a fine Domistadii... usque ad murum.* Charta anni 1485. ibid. pag. 786. col. 2: *Donamus et conferimus pro Conventu in eo fundando castrum sive Domistadium in villa nostra de Wateringe cum omnibus pertinentiis et ædificiis infra fossatum extremum clausum.* Opus rarum Leodiensium apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1373: *Conclusum fuit quod... de quolibet Domistadio solveretur unus scuferus.]*

† DOMUSTADIUM, in Constitutione Lu- dovici Borbonii Episc. Leod. ann. 1466. in Bullario Carmel. pag. 282.

DOMISTATIO, in Charta Henrici I. Brabant. Ducis, in Cod. Donat. Piar. Miræi pag. 321. 322: *Concedo præfatis Regularibus Domistationes cum curibus earum, quæ concluduntur inter plateam, etc.* Occurrit ibi pluries.

DOMITEXILE, Testamentum S. Remigii apud Flodoardum: *Dono ei Domitex- tilis casulam subtilem, et aliam plenior- rem.* Forte *Auritextilis*. [†† German. *Hausgemachte Leinwand, Domi textus.* ADEL. Forte Legendum *Dono eidem i (unam) textilis casulam, etc.]*

DOMITIALIS, Domesticus. Herkemper- tus in Hist. Longobard. pag. 75: *Domit- tialis res ablata est reddita.*

† DOMITUR, pro *Domitor*. Præceptum Theodorici Regis Gothorum ann. 508. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1: *Domituri orbis, præsolii et reparatorii libertatis Senatui urbis Romæ Flavii Theodorici Rex.* Sic col. 30. *Cultur pro Cultor*, et alibi non semel.

\* DOMITUS, in Leg. Sal. tit. 3. cap. 5: *Si quis vaccam Domitam, etc.* Ubi Codex Estensis habet, *Domesticam*, teste Mu- rator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 287. *Doté*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 312: *Simon Millet estoit sur une jument poulatine, dont il ne se pouoit descendre, pour ce qu'elle n'estoit pas encores Dotée.* Leg. forte *Domtée*.

\* DOMMENARIUS, Domini seu prædii possessor, Gall. *Seigneur domanier*. Arest. ann. 1364. 15. Jun. in vol. 5. Ares- tor. parlam. Paris.: *Dicto milite in con- trarium proponente, quod ipse et Alyenor de Poissiaco ejus uxor, sunt veri Domini proprietarii et Dommenarii, terræ de Bou- leria.* Vide supra *Dominicus* 3.

† DOMNA. Vide *Domnus*.

† DOMNÆDIUS. Vide *Dominædius*.

† DOMNARE, Latinis et Italis *Domare*, Gall. *Dompter* vel *Donter*. Jacobus de

Voragine in Chronico Januensi apud Murator. tom. 9. col. 51 : *Ab illo tempore citra Januenses Pisanos sic terruerunt et Domnaverunt, quod usque nunc galeas super portum eorum tenent, quæ ligna aliqua illuc intrare prohibent.*

**DOMNEARE**, Italis *Donneare*, quasi *Doneggiare*, *Cortegiar e servir donne*: Cum *Domnis*, seu *Domicellis* versari. Grammatica Provincialis: *Doneiare*, cum *dominabus loqui de amore*. Concilium Albiense tom. 2. Spicilegii Acheriani can. 15. de Clerico: *Nec pro Domneando cum eis* (avibus venatoriis) *frequentet hospitia mulierum*. Concilium Mospellense ann. 1214. cap. 2. apud Gariellum: *Nec frequentet curias, nec hospitia, vel colloquia mulierum, quod Domeiare vulgariter appellatur*. Ubi *Domnicare* perperam præfert ultima Conciliorum editio.

\* *Domneiare* habet Codex MS. inter schedas Mabill.

† **DOMNICATUS**. Vide post *Dominicum* 3. sub finem.

† **DOMNICELLUS**. Vide *Domicellus*.

† **DOMNIDIUS**. Vide *Dominædius*.

† **DOMNIO**. [DOMNIO.] Vide *Dunjo*.

† **DOMNULA**. Vide post *Domnus*.

† **DOMNULUS**, Principis vel Domini filius. Vide *Heriles*.

**DOMNUS**. Apud Scriptores ævi mediæ venerationem præcipuum habere appellationem *Domni*, apice uno ex *Domini* voce rejecto, observarunt pridem viri docti, et tribui vulgo Ecclesiastica dignitate fungentibus ac vitæ Sanctitate insignibus. Ita passim Episcopis hanc tribuunt Gregorius Mag. Paulinus, Evodius, Fortunatus, Nicetius Trevir. Avitus Viennensis, Gregor. Turon. Ennodius, Ivo Carnot. et alii. [\* Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 346. et Forcellinum voce *Dominus* in fine.]

Summis primum Pontificibus peculiariter fuisse appellationem contendit Onuphrius. Constantinus Pogonatus Imp. in VI. Synodo: *Σάκρα δὲ μὲν τῶ ἀγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς πρεσβυτέρης Ρώμης*. Fulco lib. 1. Gestor. viæ Hierosolymitanæ :

Prospicere Domnus sapienti pectore Papa  
Quid factis sit opus ?

Postea Abbatibus etiam et Claustralibus attributa *Domni* appellatio. Joan. de Janua: *Domnus et Domna, per syncopen, proprie convenit Claustralibus; sed Dominus Domina, mundanis*. Regula sancti Benedicti cap. 63: *Abbas autem qui vices Christi creditur agere Domnus et Abbas vocetur*. Odilo in Vita S. Maioli: *Et ab omnibus Domnus et Abba honoratur*. At ex Casinensibus Constitutionibus ad hoc caput, aliis quoque Monachis communis erat: *Ex nostra consuetudine ad differentiam mendicantium Monachos nostros appellamus Domnos, sed affectu fratres. Juniores seniores suos Patres vocant, Abbas vero Juxta Regulam Domnus et Abbas, non Dominus appellatur*. Et certe constat, Benedictinis, Cartusiensibus, et Cisterciensibus Monachis hanc vulgo etiamnum tribui appellationem: tametsi quod ad Cartusienses spectat, id in Statutis antiq. part. 2. cap. 32. § 25. potissimum caveatur, *ut nulli prælati aut subditi Domini appellentur*. Et alibi: *ut moniales* (ejusdem ordinis) *non vocent se Dominas, sed sorores*.

\* Hanc appellationem summis pontificibus promiscue et episcopis in eodem instrumento tributam fuisse observare est in Charta Lamb. Abbat. Laub. ex Chartul. Clarifont. ch. 9:

*Actum anno 1148. incarnat Dominus. Domno Eugenio pontifice summo concilium universale Remis celebrante, Domno Henrico Leodiensium et Domno Nicolao Cameracensium præsulibus, Conrado imperatore et Ludovico Francorum rege de paganis triumphantibus*. Verius dixisset a paganis profligatis et expulsis, ut norunt omnes historiae horum temporum studiosi. Ubi notandum præterea concilium Remense appellari *universale*, tametsi pro œcumenico nusquam habitum fuerit, quod huic 1100. prælati ex Gallia, Hispania et Anglia interfuerunt, præsidente Eugenio III. Papa.

Sunt qui putant, atque in iis Beletus de divinis offic. cap. 25. et Molanus lib. 3. de Canonice cap. 15. Monachos et Abbates abuisse nomen *Domini*, quod soli Deo competit: *Domni* vero haud recusasse, quod subordinationem quamdam respectu superioris Domini denotaret. Auctor Græcismi:

Cælestem Dominum, terrestrem dicto Domnum.

Gloss. Lat. Gallic. *Dominus, Sires, Dominus, Siret*, id est, *Domicellus*, seu minor *Dominus*. Observat præterea Baronius ann. 416. n. 23. Evodium in libro de Mirac. S. Stephani clarissimis viris et feminis *Domni et Domnæ* nomen Dare; cum vero de Deo loquitur, non *Domnum*, sed *Dominum* appellare, ut, inquit, *appareat usu loquendi, vocem Dominum tribui solitam Deo tantum, Domnum vero communem sanctis, vel clarissimis viris ac mulieribus*. Lactant. lib. 4. Divin. Instit. cap. 3. 4: *Solus Dominus nuncupandus, qui regit, qui habet vitæ ac necis veram et perpetuam potestatem*. Certe id videntur observasse Franci nostri, qui discrimen posuere inter *Dame*, et *Dan*, *Dans*, et *Dant*: nam *Dame* vocabulum, quo *Dominum* denotabant, soli Deo, quem *Dame Dieu*, seu *Dominum Deum* indigitabant: *Dan* vero appellabant quosvis aliqua dignitate insignes. Le Roman de *Garin*:

Grandes miracles fit Dames Dex par lui.

Guill. *Guiart*:

Se Dame Dieu n'eust  
A Richart mué son corage.

Chronicon Bertrandi Guesclini MS.

Et jura Dame Dieu, qui mainte firmament.

De usu vocis *Dan*, sic Le Roman de *Garin*:

En fuerre est alez Dans Auberis.

Alibi:

Et maintefois Dant Girard desconfit.

† Pro hodierna Monachi appellatione Gallica *Dom*, legimus *Damp* in Instrumento anni 1408. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 1742: *Damp Beram de l'Epinette Segretain* (Sacristain) *Damp Jehan du vol Garnier Religieux dudit lieu*. Vide *Dompnus* suo loco.

DOMNOS etiam peculiari appellatione donari solitos olim Franciæ Reges, auctor est Landulfus Sagax: *Genti Francorum moris est Domnum, id est Regem, secundum genus principari*. Rabanus Maurus ad Othgarium: *Reges nostri propter excellentiam commune nomen Domini, sive Domni effecerunt suum*.

DOMNA, Eadem ratione pro *Domina*. Commodian. Instr. 59:

Matronas vis esse, Christiana, ut sæculi Domnas  
Auro te circumdas, aut serica veste, pudica.

Gregorius M. lib. 6. Epist. 27: *Gloriosis-*

*simas autem filias meas Domnam Dominicanam, et Domnam Eudochium vice mea salutato*. Fortunatus lib. 6. Poem. de Brunehilde Regina:

..... Quis crederet autem  
Hispanam tibi met Domnam Germania nasci.

Bondovinia lib. 2. de Vita S. Radegundis Reginæ cap. 5: *Intrat in Monasterium in Oratorio Domnæ Mariæ*. Apud Gregor. Turon. lib. 9. cap. 20: *Domna Brunehildis*. In nummis Juliæ Severi uxoris, *Julia Domna Aug.* Ιουλία Δόμνα Σεβ. et Δόμνα Σεβ. Αυγούστα, apud Adolph. Occon. Δόμνα dixit etiam Oppianus lib. 1. Cynegetic. *Dominas* appellatas Magnatum uxores testatur Salvianus lib. 7. de Gubern. Dei: *Cogitat forte aliquis, non ita ad plenum esse ut loquor, habuisse enim illic matres familias jus suum, et Dominarum honorem potestatemque tenuisse*. S. Fulgentius Epist. 2: *Quæ cum sit avis abavisque nata Consulibus, et delictis regalibus enutrita, tanta illi est humilitas dono gratiæ cælestis infusa, ut amore subjectionis et usu serviendi, Dominam se aliquando fuisse jam nesciat, cum omnes Dominos habere delectatione sanctæ servitutis affectat*. Vide S. Hieronymum Epist. 28. cap. 2. et Epist. 99.

DOMNÆ dictæ etiam Sanctimoniales. Ugitio: *A Dominus vel Domina, hic Domnus et hæc Domna per syncopen, et proprie convenit claustralibus, sicut Dominus vel Domina mundanis*. Vide *Domina*.

DOMNULA, diminutivum a *Domna*. Salvianus in Epistola ad Hypatium: *Illa ergo vestra Palladia, vestra Gracula, vestra Domnula: cum qua his tot vocabulis quondam indulgentissimam pietatem lusistis, quæ vobis per varia nomina nunc fuit mater, nunc avicula, nunc domina: cum esset scilicet unum vocabulum generis, aliud infantie, tertium dignitatis*.

† **DOMNI ORDINIS**, *Tenentes et regentes Conventum*, uti habetur in Constitutione Domni Valentini Prioris B. Mariæ de Charitate ann. 1416. Non semel memorantur ibi *Domni Ordinis*, vel *Domini* de quibus jam supra.

† **DOMO-COLLIS**. Vide in *Domus* 2.

† **DOMO-GULTILIS**, Eadem notione. Vide locum in *Tectora*.

† **DOMPJONUS**. Vide *Dunjo*.

† **DOMPNUS**, pro *Domnus*. Necrologium MS. S. Martialis Lemovic. v.: *Id. Aug. obiit Dompnus Albertus Abbas*. Vide Formulæ Anglic. Thomæ Madox p. 11.

\* *Nude*, apud Militares religiosos, idem atque *Commendator*; quæ nomenclatura etiamnum perseverat in hospitali, vulgariter dicto *Domerie d'Aubrac*, cujus præpositus *Domnus* nuncupatur. Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 479: *Religiosus et venerabilis vir frater Bernardus de Senareto Dompnus Alti Braci... Nobilis et religiosus vir dominus Bernardus Chati, miles Ordinis Beatæ Mariæ de Alto Braco Ruthenensis diocesis, ut procurator, yconomus sive syndicus dictæ domus de Alto Braco, domini Dompni et conventus ejusdem... Religiosus vir frater Johannes Caslaris, ut syndicus hospitalis de Alto Braco Ordinis S. Augustini Ruthenensis diocesis.... pro dicto hospitali ac domino Durante permissione divina Dompno dicti hospitalis*. Quoad discrimen vero inter voces *Domini* et *Domni*, consule Sirmond. ad Godfred. Vindocin. abb. Vide *Dominus* 4.

\* **DOMPTOR**, *Domitor*, defensor, Ital. *Domatore*, Hisp. *Domador*. Sent. P. archiep. Narbon. ann. 1179. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 148: *Quicunque*

*prædictis malefactoribus, seu conductoribus, vel Domptoribus, vel fautoribus.... aliquo pacto tenentur adnezi, etc.*

**DOMUCIARE.** Vide *Domneare*.

\* **DOMUICOLITILIS.** Vide *Domus* 2.

\* **DOMUNCULA PORTATILIS,** Tabernaculum, tentorium, Gall. *Tente*, in Instr. ann. 1453. apud Matth. de Couciaco in Hist. Caroli VII. pag. 662: *Acta fuerunt hæc in campis, in exercitu dicti illustrissimi principis, prope castrum de Gaure, in Domuncula portatili ipsius domini Ducis (Burgundiæ).*

\*\* **DOMUNCULARIS.** Vide *Census Domuncularis*.

† 1. **DOMUS,** *Equus, dictus, quod sit color ejus de asino, id est, cireneus, et sunt agrestis generis.* Papias in MS. Eccl. Bitur. *Cireneus est Cinereus et Domus pro Dosius. Vide Dosinus.*

2. **DOMUS.** *Domus culta, Prædium domo ad commanendum colonis apta instructum, et nos Ferme, vocamus.* Anastasius in Zacharia PP: *Hic Domum cultam Lauretum noviter ordinavit, adjiciens et massam Fontelanam.* Ibidem: *Hic massas, quæ vocantur Antons et Formias suo studio jure B. Petri acquisivit, quas et Domos cultas statuit.* Stephanus PP. in Epist. ad Pipinum: *Omnes Domos cultas B. Petri igni combusserunt.*

**DOMOCULTA** unica voce. Vita Ludovici Pii Imper. ann. 815: *Prædia omnia, quæ illi Domocultas appellant, et noviter ab eodem Apostolico instituta erant, ... diripere conati sunt.*

**DOMUS CULTILIS,** Charta Ludovici Imper. Lotharii F. ann. 14. in Tabular. Casauriensi: *Id est, curtem unam, Domum cultilem juris nostri, quam habere vel possidere visi sumus.* Occurrit in alia Henrici I. Imp. apud Baronium ann. 1014. n. 9. et apud Ughellum tom. 3. pag. 82. 416. tom. 4. pag. 625.

† **DOMOCULTILIS,** Leges Ludovici II. Imper. [\*\* Additam. 2. cap. 9.] apud Muratorium to. 1. part. 2. pag. 160. col. 2: *Statuimus de decimis... si est in sua proprietate, habeat, sicut in Capitulare constitutum est, ipsam decimam de suo Domo-cultile rebus in eadem Ecclesia concedimus.*

\* **DOMUICOLITILIS.** Charta ann. 1093. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 15: *Una cum rebus, Domuicoltile, sive casis massariciis... vel per ceteris locis, ubicumque esse videntur ad ipsas cortes et castris, seu capellis et casis massariciis et rebus, Domuicoltiles pertinentibus in integrum, etc.*

\* 3. **DOMUS,** Bona, facultates. Charta ann. 1160. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 297: *Welfo Dei gratia dux Spoleti, marchio Tusciæ, princeps Sardinie, dominus Domus comitissæ Matildis, etc.* Alia ann. 1166. ibid. pag. 299: *Ego Welfo... totius substantiæ comitissæ Matildis dominus, etc.* Vide *Substantia* 5.

\* 4. **DOMUS,** Curia suprema, parlamentum. Joan. de Cardalho Orat. in exequiis Clem. VI. PP. et exaltat. Innoc. VI. ejusd. success.: *Ipse (Innocentius) est dominus magnæ experientie in temporalibus et ecclesiasticis, quia fuit in Domo Franciæ bene per quindecim annos.* Curia Franciæ nuncupatur in Ch. ann. 1807. Chron. Joan. Whethamst. pag. 324: *Cujus tractatus in temporibus inferant quamplures billas suas in Domum inferiorem inter Communes.* Et pag. 325: *Ut procuraret primo provisionem congruam billæ dictæ infra Domum illam consui, deinde ipsam apportari ad Domum superiorem, ut ibidem tam per do-*

*minum regem, quam etiam per singulos dominos alios approbari.*

\* 5. **DOMUS,** Ipsius vasa et utensilia. Charta ann. 1187. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 95: *Quod si ipse aut aliquis successorum ejus alibi ad habitandum voluerint transigrare, Domos suas licebit eis ausportare.*

\* 6. **DOMUS,** Tumulus honorarius, pegma funebre, vulgo *Catafalque.* Testam. Alis de Britan. ann. 1369: *Ne viel pas que entour mon corps Ven face Mezon, ne carrie, ne roubans, ne cointize quelle que soit.*

\*\* 7. **DOMUS,** Idem quod *Curtis, Prædium.* Vide *Möser.* Hist. Osnabr. sect. 4. § 7. not. d. et supra *Domus* 2.

\*\* **DOMUS ANIMARUM,** Nosodochium, hospitale egerorum. Vide *Haltausii* Gloss. Germ. voce *Seel-hauss*, col. 1669.

† **DOMUS ALTARIS,** f. *Ciborium,* seu Umbraculum excelsum et concameratum, et præaltis quatuor columnis suffutum, quo totum altare tegebatur. Fulcuinus de Gestis Abbatum Lobien-sium, Spicil. Acher. tom. 6. pag. 579: *Cujus altaris tabulam, quia nulla erat, fecit argentam, Domum ipsam altaris et laquear ipsius optime pinxit.*

\* **DOMUS AD BALMA,** Ecclesia, quæ vulgo nuncupatur *La Ste. Baume.* Charta ann. circ. 1050. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Vinea ista habet ab occidente Domum, quæ dicitur ad Balma.*

\* **DOMUS BASSA,** Humilis, vel Cohors, Gall. *Bassecour.* Charta ann. 1358. Inter Probat. domus de Gondi pag. 157: *Item unum palatium magnum cum columbari et cella et curia et una Domo bassa, et casolare.*

\* **DOMUS BOVERIA,** Prædium rusticum. Charta ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 88: *Unam Domum boveriam seu grangiam, sitam in parochia de Vessiers, cum uno furno, uno molendino, etc.*

**DOMUS CAPITANEA.** Vide *Caput mansi.*  
\*\* **DOMUS CARTARUM,** Archivum. Gesta Abbat. Fontanell. ap. Pertz. vol. Script. 2. pag. 296: *In medio autem porticus, quæ ante dormitorium sita videtur Domum Cartarum constituit.*

**DOMUS DEI,** Templum, Ecclesia. Op-tatus lib. 3: *Quando nec sepultura in Domo Dei exhiberi concessa est.* Zeno Veron. Serm. de Psalm. 126: *Conventus Ecclesiarum, sive templi, quos ad secretam Sacramentorum Religionem ædificiorum septa concludunt, consuetudo nostra vel Domum Dei solita est nuncupare, vel Templum.* Οἶκος τοῦ Θεοῦ, in Concilio Laodiceno can. 6. 28. et in Concilio Gangr. can. 5. Adde Carthaginense IV. can. 91. 92. Forojul. can. 1. Meldense ann. 845. can. 35. etc.

**DOMUS DEI,** ipsa Ecclesia et religio Christiana. Lucifer Calaritanus lib. 1. pro S. Athanasio pag. 22: *Maxentius, Nero, et cuncti illi persecutores Domus Dei, etc.* Infra pag. 67: *Noli, Constanti, cum Arianis pugnare contra Domum Dei.* Rursus: *Domus etenim Dei est Ecclesia, in qua est inhabitans Dominus.*

† **DOMUS** nude etiam aliquando dicta est Ecclesia. Jacobus Cardinal. in Vita S. Petri Cælestini:

Deducunt, quoad alta Domus plateæque subintrant. Ast sacer interna præstolans parte theatri, Hinc cætus processit iter, longamque per aulam Egreditur, qua parte Domus fastigia parvum Extendunt scalæ spatium, quod sedibus instat.

Translatio S. Floriani Martyris, Maii tom. 7. pag. 575. col. 2: *Istud est corpus gloriosissimi Martyris S. Floriani, quod inventum fuit in altari sub suo nomine*

*intitulato die XIV. Martii MCCCXXV, quod certificatur per tabellam superscriptam, repertam in fundo cassæ, in qua corpus reconditum erat, in præsentia venerabilis viri Archipresbyteri, et Sacristæ Domus, et D. Abbatis et omnium Monachorum, etc.* Italis, *Domo*, ut et Germanis, *Dom*, Ecclesia principalis appellatur. *Domus S. Petri,* Ecclesia Cathedralis Trevirensis sub nomine S. Petri consecrata apud Evervinum in Vita B. Symeonis Monachi; simili modo *Domus S. Petri*, pro Cathedrali Coloniensi, apud Conradum Mon. in Vita B. Wolphelmi Abb. cap. 15.

† **DOMUS S. BENEDICTI,** Ecclesia sub nomine S. Benedicti Deo consecrata, in vetusto Ordine Officii divini *ante Pascha*, quem exhibet Mabillonius Analect. tom. 4. pag. 454.

† **DOMUS DEI,** Gall. *Hôtel-Dieu,* Nosodochium vel Nosocomium, ubi recipiuntur et aluntur pauperes ægroti. Index MS. Beneficiorum Eccl. et Dicec. Constant. fol. 6: *Domus Dei Constantiensis percipit duas partes garbarum.* Litteræ Caroli VI. Franc. Regis ann. 1385. adv. Cardinales, qui fere omnia regni obtinebant beneficia in Anecdotis Martenianis tom. 1. col. 1615: *Volumus... quod statim atque aliquem Episcopum regni nostri, vel Abbatem seu Priorem, aut Orphanotrophum, seu Domus Dei vel hospitalis administratorem... ab hac luce migrare contingeret, dictus Præpositus Parisiensis, aut Senescallus, vel Ballivus seu ejus Locumtenens, in cujus Præpositura, Senescallia, aut Baillivia bona ex decessu talis decedentis relicta reperta fuerint, illa realiter et de facto ad manum nostram apponat, si per Executores aut hæredes ipsius Episcopi mortui, aut per Religiosos Conventuum Monasteriorum, aut Fratres hospitalium vel Domorum Dei, requisitus fuerit, aut si, etc. Si hospitale, sive Domus Dei, apud Rymen-tom. 10. pag. 111. col. 1. Charta Johannis Domini de Doyaco pro Monialibus infirmariis B. M. de Fontanis ann. 1249. ex Archivo ejus Ecclesiæ: *Justa nemus Domus Dei de Rameia, quod olim bonæ memoriæ Dominus Mathæus de Doyaco Miles avunculus meus religiosus Monialibus Infirmariis Ecclesiæ B. M. de Fontanis... in puram dedit eleemosinam.**

**DOMUS DIRUTA VEL CONDEMNATA.** Vide *Condemnare*.

† **DOMUS DOMESTICA,** Propria, tit. 87. Capitul. Caroli Calvi cap. 12.

† **DOMUS DOMINICA.** Vide *Domus Spiritualis*.

**DOMUS EPISCOPI.** Vide *Episcopium*.

**DOMUS ECCLESIE.** [\* Gregor. Turon. Hist. lib. 2. cap. 23: *Præparato epulo, jussit (presbyter) cunctos cives in Domo ecclesiæ invitari.*] Vide *Episcopium*.

**DOMUS FIDEI,** ipsa Ecclesia et religio Christiana. S. August. Epist. 75: *Quoniam ipse in Domo Fidei justius flagitabat fidem debere servari, ne ibi frangeretur, ubi docetur.* Hinc *Domestici fidei*, qui ex Ecclesia et in Ecclesia sunt, Fideles. Vide in hac voce.

† **DOMUS FORTIS,** id est, Munia. Occurrit pluries in Regesto 87. Chartophylacii Regii. Vide *Fortis Domus*.

\* **DOMUS INÆDIFICATA,** Locus domui ædificandæ aptus. Stat. Montispe-sul. ann. 1204: *Item ponitur quod si emitur Domus inædificata, datur quinta pars pretii domino pro consilio.... Quicumque comparat Domum vel solum forte inædificatum in Montispe-sulano, etc.*

\* **DOMUS JUSTITIÆ,** Ubi jus dicitur. Pactum inter Roger. episc. et cives

Camerac. ann. 1185. ex Tabul. Camerac.: *Ceterum si memorati stalli vel bigæ suo pro forefacto capiantur, ad Domum iustitiæ deferentur; sed nisi per præpositos non reddentur.*

\* DOMUS KARITATIS, vulgo *Maison de charité*, in qua erga pauperes charitatis officia exercentur. Libert. castri de Cutsiaco ann. 1333. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 54: *Bernardus Giraudi, Alguerius Salas, etc. electi per syndicos universitatis hominum castri de Cutsiaco, congregati in Domo karitatis communis universitatis prædictæ, ubi moris est infra castrum congregari.*

† DOMUS LIBRATIONIS Avenione, Domo in qua pauperibus quotidie distribuebatur panis, ob cuius panis figuram prædicta domus *Pignota* etiam dicta est. Memoratur in Instrumento anni 1335. ex Hist. Delphinali quam consule tom. 2. pag. 294.

† DOMUS NECESSARIA, Latrina, seu Locus ad necessariam ventris exonerationem accommodatus. Antiquæ Consuetud. Canonico. Regular. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1224: *Intrantes vero Domum necessariam, quantum possunt abscondant vultus suos in capitis suis. Domus necessaria in longum septem (habebat testas) in latum sex, in Charta Iteii Domini de Tociaco pro Monaster. de Rupibus ann. 1211.*

† DOMUS PATRUA, f. Principalis, inde sic dicta quod sit quasi Parens inferiorum: Galli dicimus *Chef d'Ordre*, ubi de prima Monachorum domo agitur. Testam. Jacobi Arrag. Regis ann. 1272. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1143: *Item (legamus) operi Fratrum Penitentia Jesu Christi Domus patruæ ducentos Morabatinos. Vereor ne sit nomen proprium.*

\* Passim occurrit in Chartis xvj. sæc. pro Domo paterna, apud Provinciales, quibus vernacule dicitur *Oustau peirou-lau*, Catalanis *Ostal peiroal*.

DOMUS PENSILIS. Eucherius Lugdunensis in Epistola ad Phylonem Presbyterum: *Hoc tamen peto ab ipso fratre nostro, ut Domum pensilem, quam iustum fieri, nobis præpararet, et membranas. Columella lib. 12. Pensile horreum dixit, repositorium sublime et editum. Camerac. pendentem, Sidonius lib. 2. Epist. 2. Κρησάστον περιβόλου, Palladius in S. Chrysostomo cap. 13. ῥηψαστον κήρον, Manuel Chrysoloras in Epist. edita post Codini Orig. Constantinop. pag. 127. Pensiles horti olim Thebis Ægyptiis memorabiles. Domo vero pensiles, quæ pontibus inædificatæ sunt, appellavit auctor Vitæ S. Leobini Episcopi Carnotensis num. 15. de Lutetia Parisior.: *Ignis exiliens Domo pendulas, quæ per pontem constructæ erant, acurere cæpit.**

† DOMUS PIE DOCE. An Schola sic dicta, quod ibi pia et ad salutem necessaria doceantur? *Domus quæ est intra Domum pie doce et Domum Hunfredi Ausberge*, in Instrumento anni 1224. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 1012. Vereor et hic ne sit nomen proprium.

\* Haud dubie cognomen hominis, vulgo *Pied-d'Oye. Lambertus Pesauæ*, in Charta ann. 1125.

\* DOMUS PIETATIS, Xenodochium pauperum, quale Parisiis exstat, vulgo dictum *La Pitié*, quod B. Virgini imaginem Crucifixi super genua tenenti dedicatum sit. Consuet. de Trya ann. 1325. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 54: *Item quod consules et universitas dictæ*

*villæ possint construere... in dicta villa... duas Domo pietatis... in quibus pauperes Christi recipientur.*

\* DOMUS QUADRATA, Ex quadratis saxis constructa. Charta ann. 1230. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 198. vº: *Ego Girardus de Montigneo miles notum facio... quod cum venerabilis pater et dominus episcopus Lingonensis haberet medietatem per omnia in situ Domus mæx petrinæ et quadratæ, etc. Vide Quadratarii.*

DOMUS REGIS, Curia. Leges Henr. I. Regis Angliæ cap. 80: *Domum Regis dicimus, ubicunque in regione sua sit, cuiuscumque feudum, vel mansio sit. Ludovicus VII. Rex Francor. apud Thwrocium, dicebat, Domum Regis esse quasi Ecclesiam. Vide Notas nostras ad Cinnamum pag. 450. [et tom. 2. Capitul. Baluzii col. 1150.]*

† DOMUS RELIGIOSA, Monasterium, Gall. *Maison Religieuse*. Occurrit apud Rymer. tom. 10. pag. 803. et alibi.

† DOMUM REVOCARE, in Vocabulario Juris utriusque est *Dicere te non debere litem pati eo loco quo conveneris; sed ibi ubi Domum habes. Unde Legatus qui mittitur Romam, vel vocatur a Principe pro necessitate vel utilitate Reipublicæ non tenetur tunc ibi respondere, sed habet jus revocandi Domum.*

† DOMUS SPIRITUALIS, Regula S. Pachomii inter Acta SS. Mail tom. 8. pag. 346: *Nemo in Domo spirituali comedat, sed potius in dominica vel in Monasterio ejusdem fidei. Postremum hoc addi videtur, inquit Editor, propter Monasteria Arianorum vel Origenistarum, quæ non potuerunt iis temporibus defuisse, maxime si Monasterium intelligas in prima ac propria significatione, in quo unus aliquis solitarius degit; vel duo tantum simul: quæ autem Spiritualis, quæ Dominica Domo, dicitur, non facile est divinat. Fortassis Dominica dicitur hospitium seu diversorium publicum, ad Domini, puta Cesaris, jus pertinens; Spiritualis autem locus aliquis deliciosus, liberum aerem undique admittens, nec satis clausus honestati. Hæc vir doctissimus. Mallem Dominicæ nomine Catholicam Ecclesiam seu Religionem intelligere, ut Domus Dei paulo superius explicata est: Spiritualis vero hæreticam Domum. Fuerunt ante id tempus hæretici, qui se jactarent Spirituales, orthodoxos vero Psychicos appellarent, ut de Valentinianis expresse docet Irenæus adv. Hær. Valentinii lib. 1. cap. 1.*

† DOMUS TERRANEÆ, f. Tugurium terra et luto constructum, domuncula rustica, Gregorii Monachi Chronic. Farsense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 536: *Et dedit in supra dicto sancto Adriano portionem Leonis, et in Regione quæ vocatur Vicus Patricii Domum terraneam cum curticella, et in fundo Lippiano vineam ordinum XC.*

DOMUS TURRALES, Turribus instructæ, in Chronic. Willelm. Nangii ann. 1226.

\* DOMUS VENERABILIS, Xenodochium, ubi pauperes curantur et aluntur. Charta Henr. IV. imper. ann. 1118. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 579: *Præceptum, quod appellant bannum, emisit super Domo venerabili, hoc est, ospitali, quæ constructa est iuxta Renum in curte Marchionis, ut in omnibus rebus, quas comitissa Matildis eidem venerabili Domui largita erat, . . . ab omni injuria permanent in læsa. Vide supra Domus karitatis.*

† DOMUSTADIUM. Vide *Domistadium*.  
1. DONA. Capitulare Caroli M. ann. 807. cap. 3. edit. Baluzianæ: *Omnes itaque fideles nostri Capitanei cum eorum hominibus, et carra sive Dona, quantum melius præparare poterint, ad conductum placitum veniant. Capitul. Caroli Calvi lit. 43. sub fin. [322] Convent. Cariac. ann. 877.] Dedit omnibus licentiam cum Dei gratia et sua redeundi ad propria, exceptis his, quos specialiter pro specialibus causis considerandis, vel pro Dona liberanda secum aliquantibus diebus manere præcepit. [Vide Donum 2.]*

2. DONA, Gall. *une Donnée*, hoc est, Donatio et distributio, præsertim illa, quæ publice fit pauperibus. Testamentum Beatrix de Sabaudia Comitissæ Provinciæ ann. 1263: *Volo, quod fiat generalis Dona sive distributio ter in singulis septimanis omnibus pauperibus. Garandir la Donne, in Consuetudine urbis Insulensis art. 59. 1. Donum a se factum in se recipere.*

\* Testam. Burgond. de Podio-luper. ann. 1350: *Item volo et ordino quod in continentem post dictum meum cantare, fiat una Dona de pane, vino et carne in dicto castro pauperibus Christi amore Dei, et cuilibet volenti accipere, detur elemosina usque ad valorem quatuor denariorum. Aliud Girinidonati de Coquiriaco, dom. de Peisselay in Bellijoc. pago ann. 1438: Testator vult die suæ sepulture erogari Christi pauperibus unam Donam debite notificatam per octo dies in ecclesiis parochialibus, distantibus hinc et hinc a villa Lati iribus leucis, et cuilibet Christi pauperi ad dictam Donam venienti dari et erogari valorem salis duorum obolorum regiorum semel, et etiam eis distribui die ejus Donæ in pane viginti asinatas siliginis mensuræ Lati.*

DONALE, pro Donum, Donativum. Rigordus ann. 1201: *Potentioribus imperii per multa et magna Donalia sibi ascitis.*

\* DONALIA, Donationis Charta. Chartul. Bituric. fol. 161: *Facta Donalia ista in mense Julio. Vide Donale.*

\* 1. DONARE, Prætio dare, vendere. Charta ann. 1150. ex Cod. reg. 5182. fol. 106. vº: *Et solebat abere comes (Barchinonensis) in isto honore tabernam cum vino, quod ibi Donabat. Vide Donum 2. [322] Germanis Schenken etiam est Potulenta vendere. ADEL.]*

\* 2. DONARE, Terminari. Charta ann. 1085. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Pergit de alio fronte usque in area decimaria, et usque in via subius crota, et girat super viam usque ad vineam S. Mariæ, et postea flexit se super perecium et Donat usque in viam quæ venit de Frejuri. Sed leg. fortassis Durat.*

† DONARIA, f. Idem quod Donum 2. Charta Richardi Regis Angliæ ann. 1192. pro Fundatione Monasterii Sarmaciæ Ord. Grandimontensis inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 647: *Acquisitiones factas et faciendas teneant (Grandimontenses) aut tenere faciant ad arbitrium suum, videlicet decimas, homines, domos, terras, nemora, prata, vineas, latomias, pressorias, aquas, molendina, usagia et pascua, pasnagia, Donarias et hujusmodi in puram et perpetuam elemosinam perenniter, plenarie, pacifice, libere, quiete.*

\* DONARIUM, Oblatio, quæ a fidelibus fit in esculentis aliisve rebus. Charta Raynaldi archiep. Rem. ann. 1125. in Chartul. Cluniac. fol. 200: *Sæpefatio prebitero concessum est, ut singulis Dominicis de missæ celebratione ex communi oblatione panem, vinum et Donarium, medietatem quoque oblationis parrochiano-*

rum ad beneficium presbiteratus pertinentium habeat, reliqua omnia sint monachorum.

¶ 1. **DONARIUS**, f. pro *Denarius*, qui idem sit ac *Decanus* 3. Minor iudex qui jus dicebat per *Decanias*. Præceptum Caroli Calvi apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 349 : *In nomine sanctæ et individue Trinitatis. Carolus gratia Dei Rex, omnibus Episcopis, Abbatibus, Ducibus, Comitibus, Vicariis, Centenariis, ac Donariis, Missis nostris discurrantibus, vel cæteris Fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ.*

\* 2. **DONARIUS**, Qui donatus est re aliqua, f. pro *Donatarius*, Gall. *Donataire*. Charta ann. 1466 : *Renunciaverunt.... juridicenti donationem seu cessionem factam ex causa ingratitudinis posse et debere revocari, si post eandem donanti Donarius fuerit ingratus. Vide mox Donatarius.*

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Donaires* in Gest. Ludov. Pii cap. 13 : *En te tens maismes vindrent ausi noveles à cort que Théodores secrétaires de l'église de Rome et Léons Donaires estoient occis.* Ubi idem quod Notarius, ut colligitur ex Vita ejusd. Imper. cap. 37. unde hæc desumpta sunt : *Sub hoc tempore perlatum est imperatori, Theodorum primicerium sanctæ ecclesiæ Romanæ et Leonem nomenclatorem luminibus privatos ac deinde decollatos. Leon doneor, eodem sensu in iisd. Gest. cap. 12. Vide in Nomenclator.*

¶ 1. **DONATA**, Soror laica inter Moniales, ut *Donatus* inter Monachos. Testamentum Armandi d'Aligre ann. 1263. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1117 : *Moniales seu Donatas dictarum domorum de Camps et de Chezis. Fundatio Monasterii Saletarum Ord. Cartusienis ann. 1299. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 92. col. 1 : Possint mulieres nobiles et immobiles in Conversas seu donatas recipere ; dummodo dicto monasterio tales et tantos redditus perpetuo assideant, unde commodè sine damno dicti Monasterii valeant, quantum vixerint, sustentari. Donatas iterum memorat Buschius de Reformatione Monasteriorum, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor Brunsvic. pag. 896. Vide Donati 2.*

¶ 2. **DONATA**, Spuria. Catherina naturalis filia Humberti Delphini pluries *Donata* vocitatur in ejus Tractatu matrimoniali ann. 1337. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 329. et 330. Vide *Donati* 1.

¶ **DONATA TERRÆ**, mendose scriptum pro *Bonata terræ*, Modus agri. Vide post *Bunnarium*.

\* **DONATARIUS**, ut supra *Donarius* 2. Lit. Phil. VI. ann. 1343. in Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 91. v. : *Mandamus vobis quatenus si aliquem Donatarium vel aliquos Donatarios ad vos.... accedant, requirentes se in possessionem vel saisinam alicujus vel aliorum per nos vel alium nostro nomine sibi donatorum, induct in possessionem vel saisinam, etc. Occurrit præterea in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 656. art. 2. in Stat. Cadubrii cap. 42. et alibi passim. Vide *Donatorius*.*

\* **DONATELLUS**, Italis *Donadello*. Chron. Patav. ad ann. 1282. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1149 : *Et multi presbyteri, clerici et religiosi fuerunt occisi in Padua et Paduano districtu, quoniam tunc fuit per commune Paduæ stabilitum et scriptum in quodam parvo volumine, quod vocabatur *Donatellus*, quod pro homicidio commissio in persona alicujus ecclesiasticæ personæ, condemnari*

debeat homicida in uno solo denario Veneto grosso.

1. **DONATI**, in quibusdam provinciis Nothi ac Spurii appellati. Descripsit Duchesnius in Delphinis Viennensibus Chartam Humberti Delphini ann. 1351. in qua ait, se Amedeum, *Donatum* suum, ad ordinem Militarem promovisse, etc. [P. de Lucingio *Donatus* et filius naturalis Melincti de Lucingio, in Tractatu matrimonii ann. 1337. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 329. Eadem notione occurrit in Charta Dumbensi.] Joan. de la Gogue in Histor. MS. Principum de Deols, in Biturigib. : *Et avoit en son hostel un sien Donné et advoûé, dit le Bastard de Chavigny.*

\* Testam. Franc. de Bellovid. ann. 1477. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xvij : *Item dat et legat idem dom. testator nobili Margarete Donate dicti condam Dom. Veracevi, ... pro ipsa maritanda, videlicet centum scutos auri novos regios... Item dat et legat nobili Elenæ alteri Donate, etc. Testam. Sibueti de Viriaco ann. 1491. Ibid. pag. xx : *Item dat et legat pro semel... nobili Philippo ejus Donato, ultra sibi data in contractu matrimonii ipsius Philippi, videlicet centum florenos monetæ parvæ. Aliud ann. 1508. Ibid. pag. xlv : *Gullelmus de Prætomitali canonicus ecclesiæ collegiatæ S. Crucis Montilii Adhemari.... relinquit Rolandus ejus Donato 150. florenos,.... quos sibi solvi vult, .... tociens quociens dicitur Rolandus ad ætatem 25. annorum devenit, ... et quod ... suus hæres ipsum Rolandum intertineat in scolis. ... usque ad ætatem prædictam. Denique aliud ann. 1510. Ibid. pag. xxv : *Item dat et legat idem nobilis testator (Guill. de Viriaco) nobili Petro de Viriaco ejus Donato pro omnibus et singulis juribus. ... eidem nobili Petro Donato pertinentibus... in bonis et hæreditate ipsius nobilis testatoris, videlicet ejus victum et vestitum dum et quando mancione suam facere et trahere voluerit in domo habitationis dicti testatoris et cum hærede dicti testatoris subscripto ac aliis liberis ipsius testatoris, opera et nugocia dictæ suæ domus et dicti sui hæredis subscripti faciendo toto suo posse, et non alias. Nostri Donoier et Donoier dixerunt, pro Amori operam dare. Fabul. tom. 1. pag. 235 :****

Quant li vallés esposé eut  
Et sa fame le vous aueut  
Et nuit et jor à Donoier,  
A acoler et à besier, etc.

Vide ibi Glossariolum.

2. **DONATI**, dicti Laici, qui sese et bona sua Monasteriis donabant et offerebant, de quibus multa observamus in voce *Oblati*. Hisce, ut est in Præceptis Synodalibus Petri de Collemedio Archiep. Rotomag. ann. 1245 : *Jubetur, ut aliquod signum in eminenti loco portent ad arbitrium Archiepiscopi, et religioni congruentia indumenta, ut per hoc distinguantur ab aliis, et sicut Religiosi ab Ecclesia defendantur. Statuta Ord. Cartusien. ann. 1368. part. 3. cap. 3 § 1 : *Cum ex incauta et indiscreta receptione Donatorum et Præbendariorum damna et scandala quamplurima nostro Ordini provenerint, etc. Et § 4 : *Qui Ordini se et sua dederunt, et nobiscum resident continue, etc. [Capitula general. MSS. S. Victoris Massil. : *Mittantur Visitatores.... qui... inquirere debeant de meritis Priorum et Monachorum et Donatorum et Conversorum. Litteræ Caroli Franc. Regis primogeniti ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. pag. 318 : Ipsos****

Religiosos (Abbatie S. Amandi Ord. S. Augustini) una cum eorum omnibus membris et pertinentiis membrorum Ecclesiis, Beneficiis, officiis, locis, Presbyteris, Clericis, familiaribus, familiis, servitoribus, Donatis, Receptis et eorum hominibus tailiabilibus, etc. sub protectione et speciali salva gardia regia et nostra suscipimus, etc.]

\* Habuere et laici suos *Donatos*, ut dicitur ex Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 219 : *Guillaume Robelin Donné et rendu de nostre amé et féal cousin le conte de Sancerre, etc. Vox quippe Rendu impedit quominus spurius eo loci intelligas ; unde famulum per vitam seu servitio perpetuo addictum interpretor.*

**DONATICA**, DONATICUS. Ugutio : *Donatica, cæ, Corona, quæ victori donatur : et Donaticus, ca, cum, quod donatur et accipitur.* Suidas : *Δονατικός, διάδοσις ἢ διδομένη παρὰ τοῦ βασιλέως τοῖς κρατεύμασι, Donativum.*

\* **DONATICE CONCEDERE**, Dono dare. Charta ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 648 : *Marquesia donavit.... nemora, aquas, fontes, rivus, stagna,.... cum omnibus et singulis bonis.... donatis et Donatice concessit.*

¶ **DONATICUM**, Donatio, traditio. Charta Caroli Calvi ann. 843. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitan. col. 79 : *In villis villaribus, in Ecclesiis, tam in Donaticis et traditionibus, quam etiam in empticiis et comitatu.*

**DONATICUM**, Idem quod *Tallia*, quæsta, mutuum coactum, etc. Charta ann. 1075. pro Monasterio Pinarolensi : *Dono... Donaticum tollendum, et omnem redditionem et siccum censum reddendum, etc.*

\* **DONATIO**, Idem quod *Donum* 2. Præstatio quævis, tributum, quod sub donationis ultroneæ titulo domino præstat. Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 448 : *Propter quæ idem dominus noster rex est circa hoc multipliciter et diversimode dampnificatus in partitionibus, Donationibus, redditibus et emolumentis bladiorum, vinorum et aliarum fructuum ex cultura prædiorum provenientium et procedentium, quæ, ut dictum est, per dictas feras bestias devastantur et continue consumuntur.*

\* **DONATIO ANTE NUPTIAS**, vel **PROPTER NUPTIAS**, in Instit. Justin. lib. 2. tit. 7. idem quod supra *Agentiamtum, Antefactum, Augmentum dotis* et infra *Dos* 2. Vide in his vocibus.

¶ **DONATIO ECCLESIAE**, Ejus collatio, Gall. *Presentation*. Epistola Prælatorum Normanniæ ad Philippum Aug. Franc. Reg. inter Concilia Rothomag. pag. 105 : *Quatuor Presbyteri et quatuor Milites jurabunt super Sacrosancta ; et Episcopus exinde sive Archiepiscopus examinabit quod ipsi octo dicent, ad quem spectare debeat Donatio Ecclesiæ de jure patronatus. Vide ibi Diploma prædicti Reg. Augusti.*

\* *Donnisons*, eadem acceptione, in Charta Philippæ comit. Gelriæ ann. 1277. ex Lib. nigr. 2. S. Vulfr. Abbavill. fol. 64. v. : *Lekele capelerie devant dite je nome comme fonderesse, et por che k'il apere ke le premiere Donnisons en soit moie, je dois por Dieu et en amosne à monseigneur Jehan men capelain, ki ma serveie à tout le cors de sa vie. Vide infra *Donum* 3.*

\* **DONATIO INOFFICIOSA**, Quæ fit in damnum et fraudationem hæredum. Lit. Joan. reg. Franc. ann. 1361. in vol. 10. arestor. parlam. Paris. : *Cum vicecomes de Thoarico plures contractus, Donationes*

*inofficiosas et transporta plurimorum hæreditagiorum suorum fecerit, etc.* Vide *Inofficiosum testamentum*.

\* **DONATIONIS LUGRUM.** Vide supra *Antefactum*.

**DONATIO PER PRÆSENTEM,** Donatio inter vivos. Chrodegangus in Regula Canonico. Metensium cap. 81: *De rebus, quas habent solenniter Donatione per præsentem donet ad Ecclesiam B. Pauli ad opus Dei, etc.*

\*\* **DE DONATIONE REGIS ESSE** dicebantur apud Anglos nobilium viduæ et filiarum, quæ maritis vel parentibus mortuis in custodia regis erant, ut domini capitalis, qui eas pro arbitrio suo nuptium collocaret. Vide supra in *Disparagare* et *Glanvillam* lib. 7. cap. 9. et 10. *De placito injustæ desponsationis cujusdam dominæ quæ fuit de Donatione domini regis*, in *Placit. pasch.* ann. 9. Rich. I. Northumb. in *Abbrev. Placit.* pag. 20. *Hub. de Monte attachiatus fuit ad respondendum domino regi de placito quare desponsavit Elam, quæ fuit uxor Roberti de Shelton, quæ fuit de Donatione domini regis sine licentia domini regis, et eadem Ela similiter summonita fuit ad respondendum domino regi quare permisit se maritari*, in *Placit.* ann. 26. Henr. III. Hertford. *ibid.* pag. 120. *In Donatione dom. regis*, in *Placit.* Rich. I. *ibid.* pag. 13.

\* [*Droit sur les Donations*: « Omnisque census et omnes fiducie et omnes redditus et leide macellorum et salis et omnes *Donationes* sint monachis in perpetuum. (Cartular. Conchar. Ruthen. p. 386, an. 1106.) »]

\* **DONATISTA,** Qui sequitur *Donatum*. Cath. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Donatus, Donaist, Donatista, qui studet in illo libro.* Charta pro unione scholarum Trecens. ann. 1827. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 23: *Illi qui extra scolas prædictas litteras Latinas usque ad Donatiam in Trecensi civitate et suburbio addiscebant, etc.*

† **DONATIVUM,** Donum, Donatio. Charta Agaunens. ann. 998: *Conservetur hoc Donativum pietatis gratia peractum.* Concordia inter Ausitanam et Cæsaraugustanam Ecclesias, Concil. Hispan. tom. 3. pag. 397: *Asserebat se prædictam possidere Ecclesiam ex Donativo. . . Regis Aragoniæ.* Apud Tacitum et alios *Donativum* donum erat Imperatoris militibus concessum.

**DONATOR,** Leguleiis Anglis *Donor*, qui donat prædia vel tenementa alteri ad talliam; is autem cui donantur, dicitur *isdem Donée*. Ita Rastallus.

† **DONATORIUS,** Is cui aliquid donatur, Gall. *Donataire*. Diploma Henrici VI. Imper. Collect. Ampliss. Marten. tom. 1. col. 1002: *Et quia ab Omnipotente, cujus est terra et plenitudo ejus. . . ex quo emanant omnia bona transfusa in Donatorios, secundum mensuram donationis gratiæ suæ.* Et apud Rymerum tom. 5. pag. 880. col. 2: *Et ipsos Donatorios de sic datis investendi et seisiendi, et sic seisis in possessione sua defendendi et tuendi.* Alibi legitur *Donatarius*.

† **DONATUS,** Donum. Acta S. Hucberti Monachi, Mali tom. 7. pag. 277. F: *Quo magis Deum, cum in terris esset, integra caritate dilexit, eo potiori Donatu curandis morbis excellit.* Vide *Donati*.

† **DONCELLUS,** ut supra *Domcellus*. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 506. de S. Sanctio: *Ut juvenes hisce militariis exercitamentis imbuti, necessitate cogente, facile ad arma properarent, quos ea ætate Doncellos nominabant.*

† **DONCENA,** pro Italico *Dozzina*, ut

conjecto, *Congiarium*, annua pensio. Chronicon Domini de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 552: *Regales Domini in annis juvenilibus constituti, licet sub regimine et Doncena Sanciz Reginz relicte Regis Roberti, etc.*

\* **DONDAINE,** vox Gallica, Sagittæ crassioris species, jaculum. Expensæ pro munit. cujusdam castelli MSS. ann. 1390: *Item pour xii<sup>m</sup>. Dondaines achatez de Guillaume Quintin.* Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 230: *Icellu Jehan tendi son arbaestre, et après ce qu'il ot mis sa Dondaine en coiche pour tirer, et qu'il l'abbesoit pour prendre sa visée, ladite Dondaine eschappa.* Aliæ ann. 1419. in Reg. 171. ch. 138: *Il lui bailleroit d'un vireton ou d'une Dondaine parmi la panse.* Pro machina jaculatoria ad oppugnandas urbes, occurrit in Dictionariis Gallicis.

\* **DONDRECO,** Monetæ aureæ genus, cujus meminit Charta ann. 1428. in Chartul. 23. Corb.: *Parmy la somme et pris de quatre vingts couronnes d'or, dont lesdits reconnoissant vendeurs et chacun d'eulx ensemble en ont aujourd'huy eu et receu dudit acheteur en la présence desdits auditeurs du Roy les soixante, est assavoir cinquante neuf couronnes, ung Dondrecoq et six sols en monnoie et vingt.* Nisi legendum sit *Doudreq*. Vide infra *Dourdere*.

\* **DONDUM,** f. Adeps, idem quod *Uncum*. Et quidem *Donde*, pro *Engraisse*, Saginatus, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 272: *Le suppliant getta hors de l'estable, sans le sceu de personne quelconque, une paire de buetz Dondez.* Lit. Joan. reg. Franc. tom. 4. Ordin. art. 425: *Licet ipse Guillelmus Pellicerü. . . . Jacobum Sageti. . . . conduxisset. . . . tradidissetque eidem Jacobo infra dictum lumbum causa portandi ad regnum nostrum, videlicet quasdam quantitates Dondi, bagnadelli, piperis, ginginbris, et nonnullarum aliarum rerum seu mercium, etc.*

**DONEC,** Nisi. Rigordus ann. 1190: *Ille vero respondit, quod transire non poterat Donec in Augusto.*

\* **DONEGARE,** eadem notione, ut videtur, qua *Dominicare*. (Vide supra in hac voce). Possidere proprietario jure. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 378: *Si quis res alicui absentis pertinentes, quas ipse vel sui majores nomine dicti absentis tenuerit vel locaverit, dictas res in alium alienaverit, seu ei ad quem dicte res pertinent dictas res denegat, seu eorum possessionem restituere differat, volens eum privare dictarum rerum pertinentium in possessione seu proprietate, statuimus et ordinamus quod ex hoc ei, ad quem dicte res pertinent in possessione seu proprietate, præjudicium generet de jure vel de facto; sed sit ad quem dicte res pertinent licitum sine pena dictas res apprehendere ac si in alium alienate non essent, seu non Donegarentur eidem, alienatione dictarum rerum in aliquo non valente. [FR.]*

\* **DONETALE, DONETALGUM,** Donum, munus, donatio, Ital. *Donamento*. Charta ann. 1233. apud Cencium inter Census eccl. Rom.: *Hæc sunt Donetalia et manualia, quæ dominus Offreducius de Miranda assignavit domino Batono castellano Mirandæ. . . . Item dictus Offreducius habuerit pro suo dominio et Donetalgo tenamentum, quod tenuit Rapiconus.* Charta sic inscribitur: *Instrumentum Donitaliarum et manualium rocæ Mirandæ.* Vide *Donale*.

**DONESIA, DONEIA,** Charta Ricardi I.

Regis Angliæ in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano fol. 89. et apud Chopin. lib. 3. de Sacra polit. tit. 7. § 5: *Apud Caimonem recipient omnes consuetudines et emendas æqualiter Præpositus Archiepiscopi et Præpositus Comitibus: ita quod neuter expectabit alterum ad recipiendum, nisi quando fuerit ibi Donesia vel commendisia: et tunc Præpositus Archiepiscopi non recipiet sine Præposito Comitibus. Nihilominus tamen habebit Archiepiscopus dimidiam partem in omnibus, præterquam in emenda Donesiæ vel commendisiæ.*

\* **Lego** in utroque loco *Donesia* in eod. Reg. ex Chartoph. reg. idemque videtur quod supra *Donatio*.

\* **DONETALGUM.** Vide supra *Donentale*.

\* **DONGHO,** a Gall. *Dongeon* vel *Donjon*, Castellulum, minus propugnaculum. Terrear. castell. d'Ibois in Reg. 24. Chartoph. reg. fol. 87. vº: *Pro quadam lotgia, sita à Ybois juxta murum sive Donghonem dicti castri.* Vide *Dunjo*.

**DONGIO.** Vide *Dunjo*.

\* **DONGONUS,** Eadem notione. Charta ann. 1319: *Cujus quidem vinteni medietas in clausura villæ Alavardi ponatur, et alia medietas ponatur in clausura castri seu Dongoni de Alavardo.*

**DONICATUS.** Vide *Dominicus* post *Dominicum* 2.

\* 1. **DONICUM** dicebant antiqui pro *Donec*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7618.

\* 2. **DONICUM.** LABORATORES AD DONICUM, Qui sub præstatione fructuum terræ prædium aliquod tenent. Stat. Placent. lib. 3. fol. 82. vº: *Laboratores terrarum ad Donicum teneantur conducere blada et legumina Placentiam ad domum domini infra octo dies, postquam levata fuerint de area, nisi inter eos aliter sit conventum. [\*\* Vide in Dominicum 3.]*

† **DONJO,** DONJONNUS, DONJONUS. Vide *Dunjo*.

**DONQUIES,** Donec. Vetus Inscriptio 607. 1: *Doniques locus, quem emerant ædificaretur.*

\* **DONITALIA.** Vide supra *Donentale*. **DONITUM,** pro *Donatio*, in Præcepto Caroli M. pro Hispanis edito a Stéph. Baluzio [et in alio Ludov. Pii ann. 815. apud eumd. Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1406. necnon in Charta ann. 845. Marcæ Hispan. col. 781.]

1. **DONNA,** Domina. [Concil. Vallis-Oletanum anni 1127. inter Hispana tom. 3. pag. 346. col. 1: *Ego Alphonsus Imperator Hispaniæ una cum uxore mea Donna Berengaria.*] Statuta Venetorum ann. 1242. lib. 4. cap. 15: *Sancimus, ut si aliquis reliquit uxorem suam Donnam et dominam in domo sua, quod per hæc verba habeat de bonis defuncti ea tantum, quæ sibi necessaria sunt ad comestionem et potum, etc.* Galli dicerent, *Dame et maîtresse*.

† 2. **DONNA,** pro *Tonna*, Dolium, Gall. *Tonneau*, Belg. *Tonne*. Charta B. Mariæ de Charitate ad Ligerim: *Donnas quoque trecentas quoque trecentos modios vini continentes, et cupas quæ ad eandem mensuram vinum continere sufficiant, necnon et arcas viginti annonæ modios continentes.* Vide *Tunna*.

**DONNECALE.** Vide *Dominicus* post *Dominicum* 3.

\* **DONNICALIA,** Donatio, munus. Charta Petri et Sfredi S. R. E. card. ann. 1188. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1485: *Mercandi, immo fænerandi detestabile genus, quod Donnicalia consuevistis*



nomine palliare, in Sardinia penitus irritamus.

\* **DONNICATUS.** Vide in *Dominicum* 3. **DONNULA.** Vide *Domna* in *Domnus*.

† 1. **DONNUS.** pro *Domnus*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 19: *Tempore Donni Walonis Abbatis fuerunt duo fratres, etc.* Occurrit passim ut apud Acherium Spicil. tom. 2. pag. 715. in Conciliis Hisp. tom. 3. pag. 521. et alibi.

\* 2. **DONNUS**, nude, pro Abbas. Præcept. Odon. reg. pro monast. Belliloc. ann. 889. inter Probat. Hist. Tutel. col. 320: *Si aliquis ternerario ausu ex his omnibus, quæ jubemus vel decernimus, aliquid infringere seu violare tentaverit, secentorum solidorum pretio Donno digne iudicetur, usibusque fratrum rite deputetur.* Vide *Dominus* 4.

† **DONNOIS.** Archivum Montis S. Michaelis: *Ego Odo Borelli . . . donavi Monachis S. Michaelis homines Polleii, qui tenent census ab eisdem, his tantum mihi retentis, sanguine, bello, latrone, raptu, incendio, censu Donnais, molta, charreio semel in anno. Forte legendum Donis.* Vide infra *Donum* 2. quod idem videtur.

† **DONTSLACH.** Vide *Dursclach*.  
† **DONTSLAGA,** Flandris *Doodsdag*, Homicidium, a *Dood*, mors, et *Slag*, ictus. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. franci et castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *Protractus de Dontslaga sive harna, dabit homini ecclesie unam libram. . . . Quicumque de vulneribus, sive de harna, sive de Dontslaga in causam tractus fuerit, scabinis hoc cognoscentibus, debet intrare lapidem super veritatem, et a lapide plegiari.* Vide infra *Dunschlag* et *Dursclach*. [\* *Dontslaga* vel *Dunslogen*, non esse idem quod *Doodsdag*, Homicidium, efficit emenda minimi pretii; videtur Ictus sine vulnere. Vide *Warnkœnig*. Hist. Flandr. part. 3. tom. 1. pag. 237. *Haltaus*. Glossar. col. 246. voce *Dunschlag*.]

1. **DONUM,** Corpus Christi mysticum, quod offertur in Missæ sacrificio, Gr. ἄγιον δῶρον, seu τὰ ἅγια δῶρα. Τὸ δῶρον, ἦτοι προσφορά, apud Cyrillum Alexandrinum contra Anthropomorph. cap. 12. Hildebertus Cenoman. Carm. de Mysterio Missæ:

Interea veniens in sacra veste Sacerdos,  
Altaris dextram Dona daturus adit.

Infra:

Hinc est quod post hæc offert sacrandam Minister  
Dona, dehinc populus quod sibi lego licet.

Ibidem:

. . . Post hæc Dona sacrandam sacrat.

Rursum:

In quo jam mortis, mitisque piusque recordans,  
Appellat triplici nomine munus idem.  
Dona vocat primum, quoniam Deus has dat ut inde  
Sustentaretur lege modoque caro.  
Munera sunt, quoniam Deus his donatur, et inde  
Munerat auctorem, cui dedit auctor eas.  
Nam quod Sacrificii censetur nomine, monstrat  
Qua ratione prius munera dicat eas.

Vita Metrica MS. S. Mauri Abbatis:

Sumptus vivificis sacro libamine Donis.

In Liturgia S. Chrysostomi Sacerdos ait: Ἀξιῶσον προσερχθῆναι σοι ὅπ' ἐμοῦ τοῦ ἀμαρτωλοῦ καὶ ἀναξίου δούλου σου τὰ δῶρα ταῦτα. Id est: *Da, ut a me peccatore et indigno servo tuo hæc Dona tibi offerantur.* Et mox, satis innuat tibi muneris et δῶρον vocabulo intelligatur: Ἐὖ γὰρ εἶ ὁ προσφέρων καὶ ὁ προσφερόμενος:

*Tu Christe idem es, qui offers, et qui offeris.* Hinc apud Græcos Patres μεταλαμβάνειν τῶν ἁγίων δῶρων est participare sacrae Cœnæ. Balsamon ad Canonem 19. Concilii Carthag.: Αἰδοῦται ἡ εὐχαριστία ἡγοῦν τὰ ἅγια δῶρα. Concil. Calchedon. Act. 10: Τὰ ἅγια δῶρα ἄνω ἐν τῷ ἐπισημοῦ ἐκονῶνται μετ' ἀλλήλων. Sed et Græcis δῶρα interdum dicuntur sacri panes, oblata ad divinum Sacrificium, ex quibus particula desumitur ad Corpus Domini conficiendum. Vide *Cabasilam* cap. 2. 3. 10. infra in *Munus* [\* et *Glossar*. med. Græcit. voce δῶρον.]

2. **DONUM.** Præstatio quævis, tributum, quod sub donationis ultroneæ titulo Domino præstatur. *Salvian*. lib. 8. extremo de Gubernat. Dei: *Insuper etiam ridiculos ipsi nos facimus, aurum, quod pendimus, munera vocamus. Dicimus Donum esse, quod pretium est, et quidem pretium conditionis durissimæ ac miserimæ.* Capit. ann. 807. cap. 3: *Omnes itaque fideles nostri Capitanei cum eorum hominibus et carra sive Dona, quantum melius preparare poterint, ad conditum placitum veniant.* Charta Æthelbaldi Reg. Merciorum ann. 749. apud *Ingulph*. et *Will. Malmesb.*: *Concedo, ut omnia Monasteria et Ecclesie regni mei a publicis vectigalibus, operibus, et oneribus absolvantur, . . . nec Munuscula præbeant Regi vel Principibus, nisi voluntaria.* Matth. Paris ann. 1251: *Nec jam civiles habebantur hi, qui Regi et Regalibus hospitia cum procuracionibus splendidis exhibuissent, nisi Muneribus nobilibus et magnis Regem ipsum, Reginam, et Edwardum, et aulicos sigillatim respectos honorarent: imo nec erubuit ipsa non tanquam gratuita, sed quasi debita postulare.* Charta *Will. Nothi Regis Angl.* tom. 1. *Monastici Anglic.* pag. 352: *Ut libera sit ab omni consuetudine. . . et omni geldo, et scoto, et auxilio, et Dono, et Danegeldo, etc.* Adde pag. 192. tom. 2. pag. 827. *Tabular. Ecclesie Ambian.*: *In omni territorio Comuni Nigelle habent Canonici tres partes terragii et medietatem Doni, et in terra vavassorum medietatem terragii, et medietatem Doni.* Alibi: *De Canonici vero tenet Majoratum prædictæ villæ. . . ad Majoratum vero ejus nihil pertinet, nisi Donum prædictæ villæ et 6. denarii in emendationibus hominum.* Rursum in eod. Codice: *Sed et terræ eorum debent et terragium, et Donum, et Decimam.* Ibid.: *In Dono villæ de unoquoque equo solvuntur duæ garbæ.* [Et alio in loco ubi de juribus ejusd. Eccles. in villa de *Camons*: *Donum etiam totius villæ pertinet ad partem Canonico-rum, et est tale: De unoquoque equo quem habet homo in vincitura persolvit XII. garbas et dimidiã; ille vero qui equum non habuerit x. Quarta etiam pars Doni erit de frumento, quarta de siligine, quarta de hordeo, et quarta de avena, si tot species annonæ habuerit; si autem unam tantum speciem, sive duas, sive tres, de tali annona quam habebit secundum justam considerationem Doni, ut cum integritate persolvat.* Charta ann. 1267. ex *Tabul. S. Richarii*: *Salva in omnibus prædictis Abbati et Conventui dominiis fundi . . . omnimoda justitia; itemque Dono et decima, quæ prout antea percipere consueverunt, percipient.*] Charta *Roberti Comitis Lauretelli* ann. 1115. in *Chron. Beneventano* S. *Sophiæ*: *Ita ut nullum herbaticum vel Donum, ullamque solutionem exinde postulent, vel exigant.* Charta ann. 1307. apud *Thomasserium* in *Consuetud. Bituric.* pag. 436: *Et ottroions, que nous, nos hoirs,*

*nos successeurs, ne autres, ne fera, imposera ausdits hommes tailles, ne venoage, ne aussi doresnavant pour lever, exiger Don, venoage, exaction, ne autre chose quelconque, etc.* Ubi fateor, vim vocis *venoage* me non percipere, nisi *venantage* scriptum fuerit. Vide *Venda*, [et *Guidagium*, *Portorium*, id enim forte significat *Venoage*, ut ex locis ibi laudatis licet conjectare.] Adde *Foros Morlanenses* art. 37. *Libertates Villar. de Luriaco* et de *Moneto*, et alias in *Biturigibus* apud *Thomasserium* lib. 1. cap. 56. 65. 68. etc.

\* 3. **DONUM.** Collatio beneficii ecclesiastici. Charta *Matth. episc. Tull.* in *Chartul. eccl. S. Genulfii*: *Presbyteri qui in prædictis ecclesiis ordinandi fuerint, de manu decani S. Genulfii Donum vicariarum in capitulo recipient, curam tantum animarum a dicto capitulo præsentati de manu episcopi recipient.* Vide supra *Donatio ecclesie*.

**DONA ANNUA, ANNUALIA,** Quæ quotannis Regibus nostris a subditis offerbantur in Campo Martio, aut in Conventu generali, causa suæ defensionis ac rei publicæ, inquit *Hincmarus* in *Quaternione* pag. 405. 406. apud *Cellotium*: a quibus ne quidem Monasteria eximebantur, ut est in *Synodo Vernensi* ann. 755. et tom. 2. *Hist. Franc.* pag. 323. Vide eundem *Hincmarum* de *Ordine Palatii* n. 22. *Opusc.* 14. tom. 2. *Spicilegii Acheriani* pag. 582. et *Dissertationem* 14. ad *Joinvillam*. [\* *Anonym.* *Vita Lud. Pii* cap. 43.] Ita etiam appellatæ quævis præstationes annuæ. Privilegium *Aldrici Archiepiscopi Senonensis* pro *Cella S. Remigii* in *Suburbio ejusdem urbis*: *Episcopus quoque exigendis muneribus Abbatem ejusdem loci non gravet, sed sufficiat ei ad annua Dona equus unus, et scutum, cum lancea, etc.*

**DONA REGIA,** Eadem, quæ dona annua. Capitula ad *Legem Salicam* cap. 19: *Et hoc nobis præcipiendum est, ut quicumque in Dono Regio caballos detulerint, in unumquemque suum nomen habeant scriptum.* Adde *Capitul.* 5. ann. 808. cap. 20. *Frotharius Episc.* 21: *Nam ad horum itinerum incommoda, quæ vel nunc egimus, vel acturi sumus, seu ad Dona regia, quæ ad Palatium dirigimus, pene quidquid ex optimis equis habuimus, distribuere compulsi sumus.* Vide *Annales Fr.* *Menses ann.* 753. 758. *Munera regia*, seu quæ Regi deferuntur, apud *Ordericum Vitalem* lib. 4. pag. 523. *Ethelaldus Rex Angl.* apud *Willelm.* *Malmesb.* lib. 1. de *Gestis Angl.* pag. 29: *Nec Munuscula præbeant, vel Regi vel Principibus, nisi voluntaria, sed liberi Deo serviant.*

**DONA** præterea appellabantur munera, quibus sese invicem prosequerentur Principes, aut cum legatos mitterent, aut cum sese inviserent; quod jam olim obtinuisse, idque etiamnum obtinere apud *Turcos* *Sultanos* inuimus in *Notis* ad *Alexiadem* pag. 286. Charta *Divisionis Imperii Ludov. Pii* inter filios, edita a viro doctiss. *Steph. Baluzio*, cap. 4: *Item volumus, ut semel in anno . . . mutuo fraterno amore tractandi gratia ad seniore[m] fratrem cum Donis suis veniant, etc.* Et cap. 5: *Volumus atque monemus, ut senior frater, quando ad eum, aut unus, aut ambo fratres sui cum Donis, sicut prædictum est, venerint, . . . ita et ipse illos fraternoque amore largiori Dono remuneret.* Adde cap. 12.

† **DONUM DE AVERE** et *Donum de ingeniatores*, in *Conventu Episcoporum*

apud Cæsaraugustam ann. 1058. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 220. col. 2. ubi *De avere*, idem est ac *De rebus possessis*, *De ingeniatores* vero idem, si bene coniecto, quod de rebus ingenio et industria comparatis.

† DONUM GRATIOSUM, Idem quod *Gratium*, Gall. *Don gratuit*. Hujusmodi donum ab Equitibus Melitensibus contra Sedis apostolicæ privilegia exigebant nonnulli Superiores Ecclesiastici: quod reprobatur Sixtus IV. Papa Bulla anni 1470. relata inter Privilegia equestris ejusd. Ord. pag. 136.

DONUM MATUTINALE, [Dos a marito profecta.] Vide *Morganegiba*.

\* DONUM COMMUNE, Dicitur quædam præstatio agraria, in Lib. nigr. 1<sup>o</sup>. S. Vulfran. Abbavill. fol. 46. v. : *In campo au Faiel habet novem jornalnia, quæ debent decimam, terragium et Donum commune de duodecim garbis*. Idem forte est *Gerbe de Doy*, in Ch. ann. 1521. ex Chartul. Latiniac. fol. 254 : *Et s'il y a mesure mouvant de ladite église, et n'en eust que trois ou quatre piez, il ne doit point de gerbe de Doy, mais il doit deux gerbe de moisson prinzes en sa granche... Et si est en son election de payer lequel qui veult, ou Doy ou moisson*. *Don* legitur ibid. fol. 128. v.

\* DONUM SANUM, Simplex, absque conditione qualibet, Charta ann. 1312. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 28 : *Pro misit Gasio comes Fuzi solvere dictæ dominæ matri suæ quolibet anno... sexcentas libras Turonensium parvorum de redditibus et exitibus castri et affarii de Sono in Dono sano, sine diminutione dotis*.

\* DONUM FACERE PER CULTELLUM. Vide in *Investitura*.

† DONUS, pro *Domnus*, Dominus, in Pactu legis Salicæ tit. 25. ex MS. quem laudat Eccardus pag. 125.

\* DONZELLA, Piscis species. Tract. MS. de Pisc. cap. 78. ex Cod. reg. 6838. C. : *Julia digiti magnitudinem vix superat, a Liguribus girella et a nonnullis Donzella vocatur. Sunt qui jurellam, alii julam nuncupant. Antipoli et Lerinæ et in toto Ligustico sinu frequentissimus piscis est. Donzelle vero vocant Matisconenses Instrumentum ferreum suspendendis ad ignem vasibus aptum. Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 448 : Une ançe de fer à soutenir les pots sur le feu, appellé au pays (Massonnais) Donzelle*.

† DONZELLUS, ut supra *Domicellus*, Ital. *Donzello*. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1225 : *In ipso vero exercitu fuerunt nobiles Lotheringus de Martinengo civis Brixiensis cum Militibus quinquaginta : quorum quisque erat cum duobus equis : et cum tribus Scutiferis et Donzellis bene armatis*. Rursus occurrit ibidem, et in Memoriali Potestatum Regniensium ad annum 1270.

† DONZENANS. Heraclius Christanelus de B. Ursulina, April. tom. 1. pag. 725 : *Unam autem ex virginibus ad sacrum habitum admitti postulantibus (vulgo Donzenantes dicuntur) peste contactam, etc. Ital. Dozenante, Qui vel quæ apud alium convivit. Gall. Pensionnaire*.

\* DOORIUM, ut *Doarium* 1. quomodo etiam forte legendum est, Donatio propter nuptias. Charta ann. 1257. in magno Pastor. Paris. fol. 308 : *Ora inter eos materia questionis supra hæreditate dicti Stephani, videlicet supra Doorito dictæ Mariæ sibi assignando, et quinto assignando liberis dicti Thomæ, etc.*

\* DOPERIUS, Ital. *Doppiere*, Funale,

ceruus, Gall. *Torche*. Testam. Joan. Franc. de Gonzaga march. Mantuæ ann. 1444. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1789 : *Item volo et jubeo quod, ubicumque moriar, corpus meum sepeliatur de nocte, cum societate non ultra viginti personarum, computatis personis ecclesiasticis et illis, quæ portabunt corpus, et quæ portabunt Doperios, qui non excedant numerum sex Doperiorum*. Vide mox *Doplerius*.

† DOPLERIUM, Fax, sic dicta a fune duplicato, Ital. *Doppiere*, Gall. *Flambeau, Torche*. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 791. de B. Bertrando : *Et posuit ad partem superiorem capse unum Doplerium, et aliud ad partem inferiorem*. Et tom. 2. pag. 377. in Miraculis B. Henrici Baucen. : *Et hodie venit cum Doplerio et magna devotione ad visitandum corpus sanctissimi Henrici*.

\* DOPLERIUS, Eadem notione. Chron. Estense ad ann. 1388. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 517 : *Sexcenti præterea Doplerii, ponderis librarum quatuor singulis, nobilissimum corpus circumquaque illustrabant*.

\* DOPPLERIUM, Eodem significatu. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 191. ex Cod. reg. 4621 : *Qui de nocte per civitatem Florentiæ ire volunt... sufficiat habere Dopplerium accensum ponderis saltem unius libræ cum quatuor astis... si in quolibet dictionum casuum ipsorum Dopplerium habuerit lucignivolos sive papiros accensos, etc.* Vide *Doplerium*.

\* DOPLONES, Ital. *Doppioni*, Gall. *Cocons*, Genus bombycum deteriorum. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 191 : *Et hiis quibus conceditur hic redditus licet habere et recipere ij bononinos ab emptore et totidem a venditore pro qualibet libra folixellorum siccorum, et ij bononinos inter emptorem et venditorem pro qualibet libra folixellorum viridum ; et de qualibet libra falopiarum et Doplonum unum denarium inter emptorem et venditorem*. [FR.]

\* DOPPIDIANUM, Sacculus, crumena, ut videtur. Acta MSS. notarii Senens. ad ann. 1285. ex Cod. reg. 4725. fol. 40. r. : *Cum domibus et quinque vegetibus, et uno botticello, et una arciscramna, et uno Doppidiano, quæ res fuerunt olim domini Buonsignonis*. Vide *Duplarium* 2.

\* DORARIUS, Bractea, inaurator, Ital. *Doratore*, Gall. *Doreur*, cujus ars *Doraria* nuncupatur. Stat. Montis-reg. pag. 270 : *Item statutum est quod nullus Dorarius, vel exercens artem Dorariæ undicumque sit, vendat seu vendi faciat, etc.* Vide *Dorerius*.

† 1. DORCA, *Caprea*. Glossar. San-German. n. 501. Est pro *Dorcæ*, *Caprea* silvestris, *Dama*, *Gallis*, *Daim*. Vide *Canis petrunculus*, et *Dorcæ*.

\* 2. DORCA. [Gall. *Cruche* : « *Dorcæ* in quibus fit nectar seu pimentum. (Cart. Magalon. ap. Rev. soc. sav. 1873. p. 416). »]

† DORCHA, Mensuræ genus apud Ancienses. Chartular. Camalariensis Monasterii Dioc. Anic. : *Ademarus Archætius donavit terram de Laspoleiras cujus exitus est una Dorcha de peia*.

\* DORCIUM, *Pulcra visu*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Cath. : *Dorcium, mulier dicta causa adulationis, quasi pulchra visu*.

† DORCO, *Avidus, vorator*. Gloss. San-German. n. 501. Papias : *Dorcones, Avidi, voratores*.

\* DORDOREL, DORDORIZ, Monetæ aureæ genus. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 102 : *Le suppliant rongna pareillement six Dordo-*

*relz d'or, ou autres pieces d'or*. Aliæ ann. 1463. in Reg. 199. ch. 203 : *Ung florin d'or, ou deux demis Dordoriz pour la valeur d'icellui*. Vide infra *Dourdere*.

\* DOREA, DOREATA, Piscis marini genus, Aurata, Gall. *Dorada*. Chartul. Font. Ebrald. ex Cod. reg. 9612. U. : *Petrus... dedit Deo et sanctimonialibus costumam piscium, scilicet Doreatarum et mullorum*. Vide supra *Citula*.

\* DOREIUM, Tributi species. Lit. Innoc. PP. IV. ad Senescal. Bellicad. ann. 1360 : *Hortamur... quatenus prædictos equites et pedites, cum per partes tuæ senescalliæ transitum fecerint, benigne... recipiens et pertractans... libere et expedite absque aliquibus Doreis, gabellis et exactionibus quibuscumque... transire permittas*. An vero inde *Doraige*, qui ejusmodi tributum exigit, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 400 : *Guil-laume le Barbier, Doraige de la paroisse de Verneuil, etc.*

\* DORELLA. [Chamælinum, Camelina. DIB.]

\* DORELOTERIA, a veteri Gallico *Doreloterie*, Ars vittas et tæniæ texendi, quarum artifex *Dorelotier* et *Dorelotaur* nuncupabatur, a voce *Dorelot*, ornatus futilis nimiumque exquisitus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 363 : *Lors estant audit jeu Lye-nardin Hamon, qui avoit appendu aus boutons ou fermillere de son jupon, ou autre garnement, une boursete à sonnettes d'argent, ledit Pignié par maniere de débatement et de jeu... lui eust dit : Cuides tu estre mixx amé des dames pour telz Doreloz, ou paroles en substance*. Arest. parlam. ann. 1421. in Lib. 1. Statut. super artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 39. r. : *Nichilominus dicta Ælipidis... de alio ministerio, scilicet Doreloteriæ se intromittebat, rubanos, scuisoria et scutellas ligneas faciebat, etc.* Stat. ann. 1403. ibid. fol. 132. r. : *Quiconques voudra dorese navant tenir en la ville de Paris le mestier de franges et rubans, tant de soie comme de fil, et des appartenances anciennement appellé le mestier de Doreloterie, faire le pourra*. Infra : *Dorelotiers*. Stat. civit. Tornac. ann. 1383. in Reg. 66. ch. 1288 : *Item les eschevins mettront les gardes sur l'œuvre des rubans de fil et sur l'œuvre des Doreloteurs*.

† DORERIUS, Inaurator, Gallice *Doreur*. Extractum computi anni 1328. sub Guigone Dalphin. : *Item solvit et tradidit Peroneto Dorerio pro una marcha argenti ad faciendum literas ad opus malecotæ Domini... iv. lib. iii. sol. Rursus occurrit in Instrumento ann. 1327. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 214. col. 1.*

DORETUS, Mensura annonaria. Charta Alienoræ Comitissæ S. Quintini ann. 1193. in M. Pastoral. Eccl. Paris. lib. 13. ch. 1 : *Unusquisque hospes B. M. Viriaci debet mihi singulis annis in festo S. Remigii Duos Dorelos avenæ, et unum panem, et unum pullum, etc.* Infra : *Isti quatuor liberi sunt a tallia, et a Doretis avenæ et pullo, etc.*

\* Vulgo *Doreus*. Charta ann. 1162. in Lib. caten. S. Petri Insul. for. 112. v. : *Geraldus abbas de Casa Dei... scribi fecimus, quod Engelarius de Wambrechies terram, quam de ecclesia B. Petri de Insula hæreditario jure tenebat, in manus Disderii ejusdem ecclesiæ præpositi, præ-sente Eustasio decano universoque capitulo, reddidit... Sciendum est quod singulis annis in festivitate B. Remigii cæcij, mensuras avenæ, quas Doreus appellant, et quartam partem unius, proprio sumptu apud Insulam conductas, pro*

dicta terra eis persolvat. Ibid. fol. 219 : Sub censu xxiij, mensurarum venæ, quas vulgo Doreus appellant. Idem quod infra Dosinus 2. Vide in hac voce.

† **DORGHINGHA**, **DORGHINGA**. Belgica vox ducta a *Doorgaen*, Penetrare, pun-gendo sauciare. Consuetudines Furen-senses ex Archivo Capituli S. Audomari: Pro vulnere penetrativo, id est, Dorghingha in capite vel corpore dimidia sona debetur leso et de residuo erit in gratia Comitibus. Infra: Tresveritates gene- rales, id est, Dorghinga debent in quolibet anno fieri de omnibus forefactis trium librarum. Charta vernacule scripta Comitis Flandriæ ann. 1274. ex eod. Archi- vio: Quiconques faiche et altrui tre- passent que on dit Dorghinghe wond ou afuluere d'oeul ou de membre qui soit ad ire paye envers le Maieres et envers nous en merchi de tout son avoir. [\* Dicitur etiam *Vulnus penetratum*. Vide Warn- kœnig. Hist. Jur. Flandr. tom. 3. pag. 234. In Consuetud. villæ Piet ann. 1265. ap. eundem tom. 2. part. 2. pag. 22. dicitur *Dorguende wonde*.]

\* **DORIGUS**, *Mus*, in Gloss. ad Doctri- nale Alex. de Villa-Del.

\* **DORIGNUM**, *Quod alii cacabum dicunt, habet folia in colore similia olivæ, sed paulo longiora et aspera, florem album*. Glossar. MS. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**DORINA**, *Teloneum S. Bertini, in Tabular. ejusdem Monasterii: De Dorina de Cordewan, 1. den.. 4. dorinætripodum 2. den... de dorina patinarum simul emptarum, etc.* [\* Pro *Dosina*. Vide *Dorina*.]

† **DORIX**. Vide *Dosis*.

† **DORLE**. Informationes civitatis Mas- sil. pro passagio transmarino ex MS. San-German. : *Hee sunt mensuræ navium de tribus copertis . . . Item media coperta de tabula in tabulam octo palmos altitudinis; item Dorle quatuor palmos et d. cum dimidio. Sed puto legendum Orlevel de Orle, ut ibidem proxime: Item aperiet de Orle in Orle xxxviii. palmos. Est autem Orle, ut mihi videtur, Margo, Ital. Orlo, Gallis, Orle vel Ourlet: quod de pannis linteisve fere dictum alibi, hic transfertur ad navis tabulatum. [\* *Alti- tudinis in Orlo palmorum quinque, in Litt. comm. Januæ apud Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 388. Gall. Rebord, pavesade*.]*

† **DORLUM**, *Vox f. ejusdem originis, cujus superior, nisi mavis a Saxonico Dæl, Pars, portio, accessere, quod ultimi- mum videtur probabilius. Charta XII. circiter sæculi ex Archivo B. M. de Bono- nuntio Rotomag.: Donavi Ecclesiæ S. Mariæ Becci foreriam quinque Dorlorum prati. Alia anni 1283. ex eodem Archivo: Charta Roberti de Auberville, de foraria quinque Dorlorum prati, etc. Vide Dolæ.*

\* **DORMENTARIUS**, *Qui dormitorium curabat, cujus officium Dormentaria appellabatur. Exstat etiamnum in eccle- sia Remensi officium la Dormenterie dictum, cui et Dormitorii atque dor- mientes excitandi cura erat commissa, cujus possessor iisdem, quibus antiqui capellani, privilegiis gaudet. Stat. capit. S. Thom. Argentin. fol. 40: Est statutum super officio Dormentaria, etc. Et fol. 42: Quia Dormentarius quilibet pro tempore existens, est generalis servitor et pedellus ac nuncius capituli, etc. Hujus præterea officium erat annotare absentes et sero venientes, ex iisd. stat. fol. 43. Vide *Dormitorarius, Dortelarius, et Dortorarius*.*

† **DORMIA**, *Anima*. [\* Nequaquam; idem atque *Dormitio*, obitus, mors, a

veteri Gallico *Dormie*, ut legitur in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Dormitio, Dormie, dormicion*. Hic itaque *Dormiam* intellige Cadaver, corpus exa- mine.] Testamentum Audæ de Lasserano Dominae de Bonluco ann. 1351 : *Donavit eadem Domina testatrix Dormiam suam et corpus Domino nostro J. Ch. et B. M. Virgini ac omnibus SS. Domini, et elegit sepulturam*. Quamvis autographum ip- sum clare et distincte præferat *Dor- miam*, vix credo aliud non esse legen- dum.

1. **DORMIRE**, *Coire*. In Concilio Ver- meriensi anno 752. cap. 10. 11. 12. etc. Wormatiensi ann. 868. cap. 63. in Gestis Regum Francorum cap. 31. etc. passim in veteri Testamento.

2. **DORMIRE**, *Mortem obire, fato fungi, Scriptoribus Ecclesiasticis, Joan. 11. 1. ad Corinth. 11. et 2. ad Thess. 4. Eucherius Episc. Lugdun. : Dormire, transire, et apud Christum requiescere, ut in PS. Nunquid qui dormit non adjiciet ut resur- gat? Oratio super diptycha, in Sacra- mentario Gregorii M. : Memento etiam, Domine, famulorum famularumque tua- rum ill. qui nos præcesserunt cum signo fidei, et Dormiunt in somno pacis. Theophilus Patr. Alexandrin. in Commoni- torio : Post baptismum in Clerum promotus, in Clero maneat, si illa (uxor) Dormierit, et post baptismum cum ea rem non habuerit. Vetus Epitaphium Pisæ in Italia apud Laur. Schræderum : Bene merenti in pace Sylvanæ, quæ hic Dormit, vixit annos 21. menses 3. horas 4. scrupulos 6. deposita nono Kalendas Julias. Aliud Romæ in Ara Cæli : Respectus, qui vixit ann. 2. et menses 8. Dormit in pace delictum. Neque Christiani tantum, sed et Pagani veteres hac usi loquendi formula. Moschus in Epitaphio Bionis v. 104 :*

Ἄμμεσ δ' οἱ μεγάλοι καὶ κάρτεροι, ἢ σοφοὶ  
Ἄνδρες,  
Ὅποτε πρῶτα θάνομεν, ἀνάκοι ἐν χθονὶ  
[κόλῃ  
Εὐδομεν εὐ μάλα μακρὸν, ἀτέρμονα, νύχτητον  
ἕπνον.

Moschopolus Περὶ σχεδῶν pag. 173 : Νήγρε- τος ἕπνος, ἐν ἐργηγῶρησι οὐ διαδέχεται, cui nempe opponitur ἐγέρσιμος ἕπνος, apud Theocritum in Herculisco v. 7. Μακρὸν ἕπνον alii vocant, ut Orpheus hymno εἰς θάνατον, et vetus Epigramma apud Laërt. in Biante. Silius Italicus lib. 5. :

. . . Et longo componit lumina Somno.

Ita *longam Noctem*, mortem appellat lib. 8. ἱερὸν ἕπνον, Callimachus Epigr. 15. dum ait, viros præclaros non mortem obire, sed sacrum somnum dormire, quod de viris sanctitate aliqua illustri- bus dicebant Christiani :

Τῆδε Σάων ὁ Διόνυσος Ἀκάνθιος ἱερὸν ἕπνον  
Κοιμάται, θνήσκειν μὴ λέγε ἀθανάτους.

Quomodo etiam Sibyllina oracula lib. 1. pag. 164 :

Ἦ . . . ὅδ γὰρ ἀνάϊαις  
Τερέμμενοι θνήσκειν, ἀλλ' ὡς δεδημημένοι  
ἕπνον.

Theocritus in Dioscuris v. 208. θαρῶν ἕπνον : idem Callimachus Epigr. 22. τὸν πᾶσι ἕπνον ἀπειλόμενον, vocant.

**DORMITIO**, *Obitus, mors*, S. Cypriano Epist. 66. S. Hieronymo Epist. 29. 79. 89. S. Hilario in Psalm. 126. et aliis passim. Chron. Centul. Hariulf lib. 4. cap. 12 : *Quod superfuit totius vite in sancto ibi- dem explevit servitio, qui etiam VIII. Kal. Maii Dormitionem accepit*. Joan. Mona-

chus lib. 1. Vitæ S. Odonis : *Factum est non multo post, ut ipsa Dormitionem acciperet in Domino*. Vita S. Pharonis cap. 103 : *Post Dormitionem Watberti Episcopi*. Vita Ludovici Pii ann. 816 : *Inter hæc D. Leonis Romani Antistitis Dormitio nuntiatur Imperatori*. Acta Mu- rensis Monasterii pag. 55 : *Ut dies Dor- mitionis suæ cum eo celebraretur II. Kal. Martii*. Vita S. Anstrudis Abbatissæ Laudunensis cap. 11 : *Defectus corporum, non mors, sed Dormitio et Somnus in Scripturis sanctis appellantur quia substantia humanæ corporalitatis non tollitur, sed per gloriam resurrectionis in perpetuas æternitates reformabitur ab illo, qui mortem sua morte dissipavit*.

**DORMITIO S. MARIE**, *Deiparæ Assump- tio, quæ Pausatio dicitur in vetustissimo Calendario*. Eckearud Junior de Casib. S. Galli cap. 11 : *Jusso etiam Kebone in loco ipso usque ad Dormitionem Mariæ hospitari*. Domnizo lib. 2. de Vita Mathil- dis cap. 14 :

..... Sanctæ Dormitio Virginis atque  
In medio mense, qui sextus noscitur esse  
Tunc celebrabatur.

[\*\* Vulgo 15. August. Vide Haltaus. ad hunc diem.] Adde Synodum Moguntinam anno 1071. Anastasium in Sergio PP. pag. 62. etc. Græcis Assumptio M. Mariæ Κοι- μησης etiam dicitur. Xanthopulus in Synopsi festorum anni : Κοιμηση Ἀγνης, τὴν μεθέστανον λέγω. Passim in Menæis et Scriptoribus Græcis.

**DORMITIO S. JOANNIS**. Burchardus Monach. de Casib. S. Galli cap. 2 : *Ad dexteram vero partem ejusdem capellæ Assumptionem S. Mariæ cum depinxisset, aram etiam ei ibidem consecravit : in sinistra vero parte Dormitionem S. Joan- nis cum decolorasset, sibi etiam inibi altare edificavit*.

\* 3. **DORMIRE**, *Residere*, Gall. *Rester*. Charta ann. 1310. ex Chartul. prior. Villæ petr. : *Habeant potestatem ponendi et habendi omni die tres nassas Dormientes seu jacentes in certo loco, qui incipit a cogno muri monachorum prædictorum, etc. Hinc*

\* **DORMITIO**, pro *Interquiescentia et recuperatione in eodem statu*, apud Argent. in Consuet. Brit. art. 266.

\* **DORMITABILIS**, *Bien dormant*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Dormitoire*, quo somnus provocatur, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 195. Char- toph. reg. ch. 238 : *Dormitoires et remedes pour faire dormir. Endormeur de genz, Fallax, fraudulentus homo*, in Consuet. MSS. S. Genou. fol. 34. v.

† **DORMITOR**. [\* Tignum immobile, Gall. *Dormant*.] Consuetudines Municip. Mechliniensium tit. 14. art. 20 : *Qui cantherium habent interangularem, qui a proclinata recubatione, qua se a columine ad transtra resupinat (Dormitorem vocant) vicini ædibus injungitur, ita illum ipsum tueri debet, ne qua noxa aut incom- modum ad vicinum perveniat*.

† **DORMITORARIUS**, **DORMITORIARIUS**, *Is cui cura est dormitorii in Monaste- riis, vel Ecclesiis, ubi fuerunt hujusmodi loca communia ad dormiendum. Con- stitutio Arnaldi Episcopi Barchinon. ann. 1277. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 605 : Omnes Officiales nostræ Ecclesiæ præsentis et futuri, scilicet Monachus, Dormitorarius, Portarius, Diaconus, Sub- diaconus, Ministralis, Pistor, Pintrici faciant in propriis personis perpetuo assiduam et continuam residentiam*. Altera anni 1280. ibidem. col. 606 : *Monachus vero et ceteri Officiales, scilicet Janitor*

*inferior, Pistor, Ministralis, Dormitorarius, Janitor et Botellarius, quamdiu ea tenuerint officia, de anniversariis partem percipiant consuetam.* Rursus memorantur col. 607. in Constitutione ann. 1281. Vide *Dormitorium* 3. et *Dortelarius*. [\* Vide supra *Dormentarius*.]

\* **DORMITORIA** CAMINATA, Cubiculum, Gall. *Chambre à coucher*. Charta ann. 1021. apud Murat. in Antiq. Estens. pag. 129: *Dum... in Caminata Dormitoria ad regalem imperium in iudicio resideret dominus gloriosissimus Henricus Romanorum imperator augustus, etc.* Occurrit rursum in Ch. ann. 964. *ibid.* pag. 189. Vide *Dormitorium* 2.

1. **DORMITORIUM**, Genus vestis, quam induebant cum cubitum ibant. Gloss. S. Bened. cap. de Vestimentis: *Dormitoria, ερχοιμυτρα*. Gloss. Lat. Gr.: *Dormitorium, ερχοιμυτρον*, seu, ut est in Gloss. Græco-Lat. ερχοιμυτρον.

2. **DORMITORIUM**, Plinio lib. 2. Epist. 17. et lib. 15. Epist. 6. et Sidonio lib. 2. Epist. 2. est Cubiculum. Marcellus Empir. cap. 23. *Dormitorium cubiculum* dixit.

3. **DORMITORIUM**, Scriptoribus ævi medi sumitur pro Conclavi Monasteriorum [et Collegiorum Canonicorum,] in quo sunt plures lecti, vel plures cellæ, ubi decumbunt; vulgo, *Dortoir*. Ælfricus: *Dormitorium, slæp-ærn*, id est, *Domus somni*. Ordericus Vital. lib. 12. pag. 827: *Dormitorium et Cronochium et reliqua Cœnobitarum abdita, etc.* Capit. Ludov. Pii Addit. 1. cap. 68: *Ut Dormitorium iuxta oratorium constituatur.* Agunt de ejusmodi Dormitoriis Concilium Turon. ann. 813. cap. 24. Concilium Cablonense 11. cap. 59. Regula Canonico. ex Concil. Aquisgran. cap. 123. 136. Regula Sanctimonialium canonicè vivent. cap. 10. Chronodangus in Regula Canonico. cap. 13. Matth. Paris ann. 1251. Hugo Flaviniac. pag. 256. Concil. Coloniense ann. 1260. cap. 7. Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 17. [Caroli M. Capitulare primum ann. 813. cap. 4. ut illud edidit Sirmondus et Baluzius post caput 20. Ludovici Pii Capit. Aquisgr. cap. 58. Capitular. Caroli Calvi tit. 7. § 14. 53.] etc. Joach. Vadianus lib. 2. de Monast. Germ.: *Monachorum communiter viventium cellas fenestratas et patulas esse libuit, ut quoniam seorsim dormirent, habere vel somni, vel cubiculi inspectores et arbitros possent: inde hodieque veterum cubiculorum, quæ vulgo Dormitoria vocant cellulas perspicuas esse videmus.*

Monastica ejusmodi *Dormitoria* non semper distincta erant in cellulas: sed in eodem conclavi erant multi lecti, in quibus medio lectus erat Abbatibus; ut colligitur ex Regula S. Bened. cap. 22. Reg. Monialium S. Cæsarii Arelat. cap. 7. Aureliani cap. 8. Ferreoli cap. 16. Isidori cap. 18. ex Novellis Justin. apud Julian. cap. 15. 482. Liber Ordin. S. Victoris Paris. MS. cap. 37. et Udalric. lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 2: *In medio Dormitorii est lectus ejus prope murum, sonitum ipse facit, quo Fratres diluculo ad surgendum excitantur.* Et certe id obtinuisse etiam in Ordine S. Benedicti, docent Statuta antiqua Corbeiensis Monasterii pag. 18. ut et in Ordine S. Augustini Statuta pro Fratribus et Sororibus Hospitalis S. Leonardi Eboracensis istius Ordinis, tom. 2. Monastici Anglic. pag. 370: *Dormiant omnes fratres simul in uno Dormitorio, ita quod nullus frater habeat cameram separatam, nec curam alicujus cameræ, excepto Cel-*

*lerario.* Vide Leon. Ost. lib. 2. cap. 34. et Nomasticon Cisterciense pag. 604.

\* Ubi dormitoria in cellulas distincta fuerunt, ita cellulæ dispositæ erant, ut in iis quid ageretur facile esset advertere; quod in Gallis etiam nostris usitatum fuit ut discimus ex Articulis reformat. S. Elig. Noviom. ann. 1370: *Item in Dormitorio habent cameras clausas... Quantum ad cameras clausas, abbas, quantum poterit, tolerabit; dum tamen hostia camerarum, saltem pro tertia parte, de treleis existant, ita quod infra cameram videri possit, nulla cortina, seu alio obstaculo repugnante.*

4. **DORMITORIUM**, *Dormitoria* inter vehicula reponit Hieronymus in cap. 66. Isaïæ: *Equos et quadrigas, et rheadas et lecticas, sive basternas, et Dormitoria, mulosque et mulas, et carrucas, et diversi generis vehicula.* Passio S. Maximiliani: *Pompeiana matrona corpus ejus de judice meruit: et imposito in Dormitorio suo produxit ad Carthaginem.*

\* **DORNABELLUM**, Hastæ species, spiculum. Monstræ factæ apud Chassagn. ann. 1511: *Claudius filius Benedicti Maris habet unum Dornabellum, seu epiev, alias espiev.*

\* **DORNUS**, Offula, frustum, Gall. *Dalle, morceau*. Consuet. MSS. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305: *Tempore piscium in Adventu, quilibet monachus recipit quinque lampredones, vel unum Dornum de lucio... Cellerarius quando facit suas infirmarias... dat abbati et suis familiaribus in qualibet illarum dierum unam peciam bovis, et sex Dornos dictarum esquinarum porci. Et nota quod Dornus debet esse largus quinque digitos.* Hinc *Dour*, Mensuræ genus, quarta scilicet pars pedis geometrici. Reg. parlam. Tolos. ad ann. 1468. 20. Jul. ex Cod. reg. 9879. 6: *La cour adjuge à frere Armand de Polignac, prieur du prieuré du bourg de Dumiere... une besanche de lart ou chair salée de la longueur Dours (sic) et de la largeur d'un Dour.* Stat. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 536. art. 72: *Ne autre poisson de Laire... se il n'a plain Dour, etc.* Vide infra *Durna*.

\* **DOROSCA**, Avis species, peloris. Carmen de Philom. ad calcem Cod. reg. 6816:

Dulce pelora sonat, dicunt quam nomine Doroscam,  
Sed fugiente die, illa quieta silet.

Forte *Droscom*, ut metrum postulat.

**DORSALE**, Pallium, sive aulæum, quod parietibus appenditur, sic dictum, quod sedent ad dorsum appensum sit. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 23: *Dorsalia, sunt panni in choro pendentia a dorso Clericorum.* Adde lib. 6. cap. 81. n. 6. *Cortina, quæ pendet ad dorsum,* apud Monach. Sangallensem de Carolo M. lib. 1. cap. 4. Epitaphium Adalberonis Episc. Laudunensis:

Tresque dedit cappas, Dorsalia plura, tapetas.

Petrus Damian. lib. 2. Epist. 2: *Inter has autem deliræ ambitionis insanias, quid sibi Dorsalia quærunt, quæ a suis conspici Dominis non merentur: grave quippe dispendium sui patiuntur ornatus, dum in occipitio, vel cervicibus oculi non erumpunt, etc.* Chronicon Mindense cap. 26: *Dedit Ecclesiæ Mindensis duo Dorsalia, passiones S. Petri Apost. sanctorum Gorgonii et Dorothei continentia.* Vita Episc. Autissiod. cap. 50: *Dedit Ecclesiæ pallium ingens optimum, quod vulgo Dorsale dicitur.* Marianus Scotus in Chron. ann. 1064: *Ubi vero Episcopi sedebant, Dorsalia pallia pendebant.* Rogerus Ho-

ved. ann. 954: *Dederat eis duo Dorsalia honesta.* Tabular. Monast. S. Theofredi in Velavis: *Unum Dorsale ejusdem operis, quod totum solebat ambire ciborium.* Vide Auctar. ad Matth. Paris pag. 158. Hist. Episc. Autissiod. cap. 51. 53. pag. 452. 457. Ægidium Aureæ Vallis Monachum in Oberto Episc. Leod. cap. 19. Udalricum in Consuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 11. Hariulfum lib. 4. cap. 7. Christianum in Chron. Mogunt. Simeonem Dunelm. Evidentias Eccles. Cantuar. pag. 222. Chronicon Mindense Meibomii pag. 111. Chron. Montis-Sereni ann. 1184. Adamum Brem. cap. 161. Beletum de Divin. Offic. cap. 85. et 115. Rupertum de Divin. Offic. cap. 23. Chron. Upsaliense pag. 152. tom. 6. Spicilegii pag. 456. tom. 12. pag. 271. [Hist. Mediani Monasterii pag. 242. Freder. Schannat Vindem. litter. pag. 98. S. Willelmi Constitut. Hirsaugi cap. 19. Itinerarium 2. Edmundi Martenii pag. 241. ubi *Dorsalia* pro *Dorsalia* librarii oscitantia perperam obrepisse puto.] [\* In Glossis Germ. Lat. *Rukkilahhan* redditur *Dorsale* et *Cortina*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 157. Adde *Ecbasin* vers. 575.]

**DOSSALE**, [DOSSALIS,] Eadem notione, apud Mathæum Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 35. 40: *Dossale, sive tapesium.* Occurrit etiam apud Leonem Ost. lib. 3. Chron. Casin. apud 19. (al. 20.) 32. 73. [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 64. col. 1. Br. 12. sect. 50: *Hæc sunt ornamenta Domini Walcherii, quæ apud nos sunt, Dossalem 1. bancalia 11. tapecia 11. mappam 1.*] Necrolog. Eccles. Parisiensis: 3. Id. Oct. obiit *Adelardis Comitissa de Rupeforti, quæ dedit nobis quoddam Dossale, etc.* Tabularium Monasterii S. Andreae Viennensis: *Unde et accipio ab ipsis, sive ab eodem sancto Maximo pallium ex auro contextum, quod vulgo dicimus Dossalem.* [Dossales tapeci, in Testamento Ermenegaudi Comitissæ Urgell. Marcæ Hisp. col. 973.] Hispanis etiam *Dosel*, est *la Cortina con su cielo, que ponen à los Reyes, y después à los Titulados, y lo mesmo es en el estado Ecclesiastico entre los Prelados,* apud Sebast. de Cobarruvias.

† **DOSSALIUM**, Chronicon S. Bertini apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 620: *Chorum et presbyterium ampliavit, chorumque ipsum et capellas pavimento stravit, Dossalium ligneum imaginibus antiquis ac deauratis ornatum posuit.*

† **DOSSALUS**, Eadem significatione legitur supra in *Bancale* post *Bancus*.

† **DOSELLUS**, Inventar. Eccl. Noviom. ann. 1419: *Item unum paramentum altaris, videlicet frontellum et Dossellum de bougueranno albo et nigro.*

† **DROSELUS**, Charta Garsindis pro Monasterio Gellonensis ann. 1029. apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 485: *Capas palleas II. libros XVII. adoras III. Droselos III. barmos II. cruceum I. casulas III. etc.*

**DORSARIUM**, Acta Episcoporum. Genomansium pag. 324: *Capit... Ecclesiam libris, palliis, cappis et Sacerdotalibus atque Leviticis indumentis et pretiosissimis ad chorum parandum Dorsariis sive scamnalibus laudabiliter cum januis ante chorum adornare.*

† **DORSALICUM**, Chronicon Episcoporum Merseburg. apud Ludewig. tom. 4. Reliq. MSS. pag. 353: *Thuribula argentea tria, Dorsalica sericea plurima, campanas, cappas sericeas multas, etc.*

**DOXALE.** Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ fol. 144. ubi de Bonifacio VIII: *Item sex Doxalia diversorum colorum, quorum tria sunt opere Cyprensi nobilissima.* [Litteræ Nicolai IV. Papæ apud Rymerum tom. 2. pag. 522: *Prosequimur autem munificentiam regiam uberibus actionibus gratiarum, super capa et Doxali allaris ac alio panno, etc.* Usus Culturæ Cenoman.: *Tapeta super formas et Doxalia extenta.* Chronicon Casense apud Murator. tom. 7. col. 951: *Circitoria II. et Doxale I. dalmaticas XV. et tunicas XIII.* Vide alia notione suo loco.]

† **DOXALLUM** Altaris cum margaritis, pannus rubeus super altare, apud Hemeureum in Augusta Viromanducorum pag. 364.

**DORSILE PALLIUM,** Eadem notione. Eckearcus Jun. de Casib. S. Galli cap. 1: *Parat tapeto et Pallio Dorsili caminatam. Parat, hoc loco, est Gallicum Parer, ornare. Pallium Dorsile, videtur, inquit Goldastus, fuisse tapetium retro principum ac divitum hominum sellas arcuatum et parietibus appensum. Item Eckehardus cap. 12: Ut in Dorsii Pallio et cortina lecti sui quæ humilia sentiens, ipse jussit deponi: quo loco forte Dorsipallium, unicum verbum est. Vide Oxydeauratus.*

**DORSUALE** vocat Pollio stragulum, quod animalium dorsis immittitur, in Gallienis: *Processerunt etiam altrinsecus centeni albi boves, cornibus auro jugatis, et Dorsualibus sericis discoloribus præfulgentes.* Etiamnum *Dossiere* Florentini locidem appellant. Vide Ammianum lib. 19. Gloss. Gr. Lat.: *νωτοφόρος, Dossualis.* [Similes Glossæ Sangerm.: *Dorsuarium, νωτοφόρον. Dorsuarium, νωτοφόρος;] Aellus Dorsuarium, apud Varro-*

**DORSERIUM, DOSSERIUM,** Aulæum, quod parietibus appenditur, idem quod *Dorsale*; inter altarium vero paramenta, idem quod *Postallare* et *Retroaltare*, nostris *Dossal, Dossel* et *Doussier*. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1365. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7: *Item unum fronterium cum Dorserio altaris, et una alba ad ymagines brodata. Item aliud fronterium album cum Dorserio brodatum ad lilia.* Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item fronterium cum Dorserio antiquum pro allari revestiarum.* Aliud Gall. ibid.: *Item un frontier et Dossier anciens pour l'autel du revestiaire.* Lit. ann. 1386. in Reg. Joan. ducis Bituric. ex Cam. Comput. Paris. fol. 85. rº: *In qua quidem capella continentur peciæ quæ secuntur, videlicet Dossierium et frontale, etc.* Charta Phil. ducis Burg. ann. 1447. ex ex Tabul. Audomar.: *Sur et environ le Dossal les baillies et chatelain de Saint Omer, etc.* Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 196. rº: *Si sont les choses bailliées à mons. Eude mestre de la chapelle royal de Paris... Item en coffres sont parement d'autel, c'est asavoir Dossel et devancier d'or à granz ymages. Item Dossel et devantiens blancs à ymages. Frontier, Doussier, in Invent. ann. 1403. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 217. col. 2. Dousselet vero et Doussier, licet ejusdem originis, diversæ tamen non-nihil notioni, pro Umbraculo nempe, quod capiti sedentis, aut prandentis vel cœnantis superponitur, vulgo *Dais*, occurrunt in Invent. bonor. ducis Bitur. ann. 1416. ex Cam. Comput. Paris. fol. 7. rº: *Item un Dousselet à mettre sur la teste d'un roy ou d'un duc estant à table, de veloux blanc.* Ibid. fol. vº: *Item un**

*ciel ou Doussier de drap de laine, que l'empereur de Constantinoble donna à monseigneur, fait à ouvrage de Grece.* Quod aulæum retro appendat, *Doussellet* et *Doussier* appellarunt.

† **DORSENNUS, Persona parasitorum.** Gloss. Isid. Lege *Dossenus* ex Horatio, qui habet lib. 2. Ep. 17:

Quantus sit Dossenus edacibus in parasitis.

Videsis hic Interpretes.

\* **DORSICULUM,** diminut. a *Dorsum*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Dors, Prov. dorsum, tergum. Dorsiculum, terculum.* Armaturæ species videtur, f. qua dorsum tegitur, in Hist. desponsat. Frid. III. imper. cum Eleon. Lusit. ann. 1415. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 613: *Hora autem meridiei venerunt equestres, armati more Paganorum et Sarracenorum, mutuo pugnantibus cum clypeis, lanceolis et Dorsiculis.* Vide mox in *Dorsum* 3.

† **DORSILE.** Vide in *Dorsale*.  
† **DORSILOQUIUM,** Mendacium. [\* Vel potius Maledictio, calumnia.] Eckearcus Junior de Casibus S. Galli cap. 3. pag. 58: *Et in levitate ambulatibus detractiones et Dorsiloquia patiuntur assistua.* Eckearcus Minimus de Vita B. Notkeri cap. 19: *Raro aut nunquam sine opere, aut meditatione, vel exercitio virtutis præteribat eis tempus. Unde assituas ab aliquibus detractiones et Dorsiloquia, ut vitiose fieri solet, in conventibus patiebantur.* Nos vulgo et proverbialiter dicimus: *Cela est vray comme j'ay le dos, id est, falsa res est.* [\* Germanis *Afferrede* est Calumnia. ADEL.]

**DORSIPALLIUM,** [DORSOLE, DORSUALE, DORSARIUS.] Vide in *Dorsale*.

\* **DORSORIUM,** Dorsum. Inventar. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Unum coopertorium de pellibus Dorsori cuniculorum.* Ubi f. leg. *Dorsorum*; nisi idem sit quod *Dorsus* 1. Vide in hac voce.

\* 1. **DORSUM,** Collis, locus editior, ut videtur. Charta Guill. Comit. Pontiv. ann. 1209. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 132: *Et ab eodem Perroy usque ad castellum de Crototy, sub pleno mari usque Dorsum.* Vide infra *Dossus* 2.

\* 2. **DORSUM ECCLESIE,** Pars ædis sacræ, quæ retro altare est. Chartul. Celsian. ch. 680: *Habeo unum mansum ad ecclesiam, quæ dicitur de Vergungo, et ipsum est post Dorsum ipsius ecclesie, et est meum fevum.*

3. **DORSUM REDIMERE,** Data pecunia se a virgus vel fustuario liberare, in lege Salica tit. 43.

† **DE DORSO COMPONERE,** Virgis vapulare, in Decretione Childeberti Regis § 14.

**DORSUM RUMPERE.** Lex Bajwar. tit. 6. cap. 2. § 2: *Rumpatur Dorsum ejus 50. percussionibus.*

† **DORSUM ASINI,** Moles fluctibus opposita et ad instar dorsi asini efformata, a Gallico *Dos d'âne.* Terrarium Calomontis in Dumbis: *Juxta Dorsum asini stagni, etc.* Vide in *Dodus*.

\* **Nostris Faire bas dos,** Dorsum curvare, inflectere. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 142: *L'un d'iceulx compaignons fist bas Dos au suppliant et à l'un des autres, et monterent par dessus un petit mur.* Hinc *Dorchus*, pro *Courbé*, incurvus, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 326. vº. col. 2. ubi de S. Barlaam: *Un home moult viellart, qui avoit le visage tout froncié, et estoit Dorchus, et les denz li chaotient.* *Dos* Vero nude, pro *Armatura*, qua dorsum tegitur. Reg. sign. *Pater*

Cam. Comput. Paris. fol. 252. rº: *Marchans et vendeurs de toutes choses appartenans à la baudroierie, soient baudroier ou autres, paieront pour chascune douzaine d'espaules, iij. den. pour chascune douzaine de Dos, iij. den.* Vide supra *Dorsiculum*.

\* **AD DORSUM MENSURÆ PARTIRI,** Proverbialis formula, portione sibi debita aliquem privare. Privil. curiæ Rem. fol. 2. vº: *Thomas de Belle manso retraxit quod potuit ab eisdem (usurpatoribus;) sed ei quasi ad Dorsum mensuræ partientes, etc.*

\* **AD DORSUM SECURIS RUMPERE** iis interdum conceditur, qui usum habent in silvis, non quidem ad ligna cœdenda, sed ad rumpenda duntaxat. Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 188: *Dictum usagium, quod ad Dorsum securis, et non alias, haclenus rumpere potuerunt et capere, sicut prædicitur; deinceps imperpetuum ad scisionem securis scindere, capere et habere valeant.*

† 1. **DORSUS,** pro *Dossus*, ut puto, ab Italo *Dosso*, parvum animal, cujus pelles, Gall. *Petit gris*, mulieres olim plurimi faciebant. Consilium Massil. ann. 1381: *Nulla mulier aliqua audeat de cetero... portare... de pennis variis, erminis, sive Dorsis, aut de serico in fimbriis seu stremitatibus vestium.* Vide *Dossis*.

\* 2. **DORSUS,** Cubiculum, ut opinor, Gall. *Chambre du lit.* Acta MSS. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 27. vº: *Si dicta uxor mea vellet ad matrimonium devenire, habeat supra dotem suas et antifatum, lectum suum fornitum, sicut erit, et omnia paramenta ad sui Dorsus... Item relinquo uxori meæ omnia mea indumenta ad mei Dorsus.*

\* **DORTA.** Versus Bartholomæi inter Probat. Hist. Tutel. col. 481:

Dicunt quod casæ tres sunt, lar, tumba, polusque,  
Quas tibi fecere lignum, ligo, lex data normæ.  
Ligna dedere larem, ligo fossam, regula Dortam.

Ubi Baluz. id est, *Dormitorium*. Non placet docti viri conjectura: quid enim ad *polum* vox *Dorta*, pro *Dormitorio* accepta? emendo itaque *Dozam*, qua Gloria cœlumve significatur, ad quod adipiscendum religiosa vivendi ratio certo prodest. Vide *Dosa*.

† **DORTELARIUS,** Officialis Ecclesiasticus apud Tullenses, idem qui *Dormitorarius*, et *Dortorarius*, cui cura incumbit *Dormitorii*, Gall. *Dortoir*, a quo *Dortelarius*. Statuta Tull. ann. 1497. cap. 34: *Quid incumbit Dortelario. Dortelarius sit de gremio Ecclesie et in sacris; qui debet manere in dormitorio et dormire. Custodire etiam debet claustrum.*

\* **Dortilarius,** eadem acceptione, in isdem Statutis. Vide supra *Dormentarius*.

† **DORTIUM, Divortium,** in Amalthea. **DORTORARIUS,** Monachus, qui *Dormitorii (du dortoir)* curam habet, in Statutis Ordinis de *Sempringham*. Vide *Dortelarius*.

\* **DORULUS, Lo servo,** in Glossar. Lat. Ital. MSS.

**DORÆ,** Dama. *Dorcades* dicunt Latini a Græco *δορὰς*. Gloss. Græc. Lat.: *δορὰς, Dama, capreola.* Gratius in Cynegetico:

... Pavidoque juvat compellere Doræas.

Gloss. Arabico-Lat.: *Dorsici, capreola.* Ubi forte legendum, *Doræ, Dorsis*.

1. **DOS,** secundum leges Romanas, proprie appellatur id, quod a muliere datur viro, quod vulgariter dicitur *Maritagium*. Ita Regiam Majestat. lib. 2.

cap. 18. § 1. Adde cap. 15. et 57. quomodo etiam *Douaire* usurpant Consuetudines municipales S. Severi tit. 11. tit. 12. art. 36. et Tolosæ part. 3. tit. de dotib. Vide *Salmasium* lib. de Usuris pag. 215. et lib. de Modo usur. pag. 145.

\* Cæsar de Bello Gall. lib. 6. cap. 19: *Viri quantas pecunias ab uxoris, Dotis nomine, acceperunt, tantas ex suis bonis, æstimatione facta cum dotibus communicant.* Charta ann. 1148. ex Bibl. reg. cot. 19: *Ego Benincasa... trado corpus meum tibi Raimundo Raterio in uxorem, et dono tibi in Dote omnia mea jura et omnes meos directos honoris et averi, ubicumque illos habeo.* Vide mox

2. DOS, ἀντιπένη, Donatio propter nuptias uxori a marito facta, quæ jure Gothorum decima pars erat bonorum mariti, Longobardorum quarta, lib. 2. tit. 4. § 1. [\**Liutpr.* (7. 1.)] Siculorum tertia, in Lege Neap. lib. 3. tit. 13. 15. 16. uti et Romanorum lib. 2. Feud. tit. 9. Habentur plures formulæ ejusmodi dotis constituendæ a marito uxori, in veteribus Formulæ apud Bignonium, Goldastum, Lindenbrogium, et Galandum de Franco Alodio pag. 321. et seq. Steph. Baluzium in Append. ad Capitularia num. 43. ex Chartulario Casauriensis. En aliam, quam ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitanæ fol. 84. erui-mus: *Dilectissima atque multum amabilis es mihi sponsa mea nomine Eusebia, propter amorem et bonam voluntatem, quam contra te habeo, et pro hoc quod dicit in Evangelio: Relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit sibi uxori suæ, et erunt duo in carne una, et quod Dominus conjunxit, homo non separet: Igitur ego sponsus tuus nomine Alaberti in pro ipsa amore, qua contra te habeo, dono tibi aliquid ex mea hæreditate, quæ est sita in pago Gratianopolitaniensi, in Comitatu Salmoricensi, in villa, quæ vocatur Temonus, hoc est mansus unus, quem tenet Johannes Parvulus, usque ad inquisitum vel inquirendum. Dono tibi et in alio loco, hoc est in ipso pago, vel in ipso agro, et in ipso Comitatu alium mansum, in villa, quæ appellatur Durioscho, et quantum ad ipsum mansum pertinet, vel aspicit: excepto vinea una, quem pater meus Bernardus in sua manu retinet. Hanc autem hæreditatem, sicut supra memoratum est, tibi dono, tali videlicet ratione, ut si ex nobis hæres non remanserit, post tuum discessum ad propinquos meos revertatur. Dono etiam tibi tertiam partem de quicquid habeo, vel inantea conquirere potero, ut habeas potestatem ad faciendum quicquid facere volueris. Si quis vero, quod futurum minime credimus, contra hanc cartam aliquid dixerit, non valeat vindicari quod cupit, sed insuper culpabilis componat fisco auri uncias quinque, et inantea hæc carta firma permaneat, cum stipulatione subnixâ. Signum Alaberti, qui hanc cartam fieri et firmare rogavit, S. Bernardi, S. Arberti, S. Constantii, S. alio Aalberti, S. Duranni, S. Ardenei, S. Rainoldi. Data per manum Silvestri, in feria VII. pridie Nonas Januarii, anno xxx. regni Rodulfi Regis. Describitur præterea in Tabulario S. Cornelii Compendiensis Charta Caroli Simplicis, data in Atiniaco Palatio 13. Kalend. Maias indict. 10. ann. 17. redintegrante 10. In quæ hæc habentur: *Compertum sit fidelibus, quod cum nostri regni nos negotia tractantes consiliariis, de nostro nos commone conjugio salubre ducentes fore et opportunum, si conjux condigna lateri adhiberet regio, ex qua filiorum Deo**

*largiente totius regni profutura procederet propago. Eorum itaque admonitione sollicitati, et consiliis exhortati, quandam nobili prosapia puellam, nomine Fridrunam, communi duntaxat consensu fidelium, Deo, ut credimus, cooperante, secundum leges atque statuta priorum, nobis Imperiali connubio sociamus, regni-que consortem statuimus. Quocirca regio eam more propriis rebus disponentes ditare, dono ei Dotis nomine concedimus, fisco jugiter possidendo, et pro libitu disponendo, Corbiniacum videlicet in Comitatu Laudunensi, cum Ecclesia, etc... perpetualliter habeat, teneat atque possideat, et quicquid exinde facere voluerit, liberam et firmissimam in omnibus habeat potestatem, etc.* Habetur denique alia ejusmodi dationis in dotem formula in Tabular. S. Dionys. Paris. ann. 1124. quæ his verbis concipitur: *In nomine Sanctæ et individue Trinitatis, Amen. Quoniam Sacramenta Ecclesiæ præsignata sunt in federe nuptiarum, ut tempore opportuno de maris et femine conjunctione Ecclesia dilataretur, hac de causa, ego Gaufridus Jachelinam filiam Dodonis villani in uxorem accipio, et do ei in Dotem feodum, quod Emelina filia Chevalier a me tenet, et quicquid habeo apud Trembliacum, etc.*

\* Charta ann. 1152. inter Probat. tom 2. Hist. Occit. col. 547: *Quapropter ego Guiraldus Amicus in Dei nomine accipio Gualburgem in uxorem, et me do tibi in virum, et dono tibi in donatione propter nuptias, ut Dos, quæ fuerit vel est mihi data, juxta Romanæ legis auctoritatem, et æqualitatem redigatur; tali siquidem pacto do tibi, ut si de te prolem habuero, habeas quoque in vita tua; post, ad eam revertatur.... Et ego in Dei nomine Galburgis te accipio Guiraldum in virum, et me do tibi in uxorem, et do tibi in Dotem, ita tamen ut Dos hæc et donatio propter nuptias, quæ fuerit vel est mihi data, in quantitate et in pactis æquis passibus ambulet. Charta ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 174: *Jehan visconte de Touars considerans, si comme il disoit, que entre sa chiere compaigne et epouse Blanche de Brayban, laquele, se ele le seurvit, par général coustume de Poitou et de Touraine et des autres terres, ou les choses sient, notoire et anciennement gardée et esprouvée entre toutes nobles personnes dou pays, doit avoir la tierce partie de toute sa terre par raison de Douaire d'une part, et les héritages doudit visconte d'autre, etc.**

\* Quod si litigium aliquod circa dotem oriebatur, ad curiam ecclesiasticam vel secularem pro libito, mulieribus liberum erat causam deferre; et id quidem ex regni consuetudine. Arest. parlam. Paris. ann. 1269. in Reg. Olim: *Cum secundum consuetudinem Franciæ in optione dominarum sit, de Dotalitiis suis trahere ad curiam ecclesiasticam, vel ad curiam domini feodalis, vel ad curiam domini superioris, ad quam curiam hujusmodi voluerint, etc.*

Dos, Præcis Anglis, dicitur donatio, quæ fit a viro uxori, in ipso contractu, ad ostium Ecclesiæ, tempore desponsationis: quæ, ut ait Bracton. lib. 2. cap. 7. § 3. non dicitur proprie Donatio, sed Dotis nominatio, sive constitutio. Idem cap. 39. § 1: *Dos est id, quod liber homo dat sponse suæ ad ostium Ecclesiæ, propter nuptias futuras, et onus matrimonii, et ad sustentationem uxoris, et educationem liberorum, cum fuerint procreati, si vir præmoriatur.* Adde § 4. et Fletam lib. 5. cap. 23. § 2. Regiam Majest. lib. 2. cap. 16. § 1. Glanvillam lib. 6. cap. 1. Little-

ton. sect. 39. 40. etc. Exstat formula ejusmodi assignationis Dotis in ostio Ecclesiæ, in Charta Feodi pag. 157. v. in libro Anglico, inscripto *Justice of peace.* Idem obtinuisse in Gallis testatur le Roman d'Achis MS:

Le prestre fut appareillé,  
A leur entrée les a seigné,  
Ains n'y fut Douaires nommez,  
Ne seremens ung seul jurez,  
Fiance faite, ne pleuvie,  
Mais le vassal reçut sa mie.

Dos autem alibi constituta, quam ad ostium Ecclesiæ exigi non poterat, eoque ipso matrimonium dicebatur illegitimum, quoad dotem, licet esset legitimum quantum ad hæredem et hæreditatis successionem. Idem Bracton. lib. 4. Tract. 6. cap. 8. § 2. et Fleta ibid. § 4.

Ejusmodi etiam dos uxori a marito concessa, apud Saxones fiebat antequam cum ea ad prandium discubisset, [\**Morgengave.*] ut est in Speculo Saxon. lib. 1. art. 20. § 1. ubi cujus generis esset ista donatio, explicatur, ut et § 7. longe diversa a dotalitio, de quo art. seq. [\**Liftucht.*] Ita porro Dos definitur in Observantiis Regni Aragon. lib. 5. tit. de Jure dotium, § 52: *De Foro, Dotes, quæ assignantur per virum uxori, illæ vocatur de jure Donatio propter nuptias: de Foro vocatur Dos, et ista talis Dos vel donatio propter nuptias, mortuo viro, reddit ad mulierem, et tenebit viduitatem in illa, etc.*

\* Eodem Dotis seu Doarii nomine apud nostros appellabatur pensio, quæ virginitatis assignabatur ab ejus violatore, cum eam in uxorem ducere nolebat. Lit. remiss. ann. 1452. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 286: *Il fut appointté par devant l'official d'Amiens que icellui Michault prendroit à mariage icelle jeune fille (par lui deflorée) ou se ce ne faisoit, il seroit tenu de lui faire Douaire.*

DOS RATIONABILIS est, cujuslibet mulieris de quocunque tenemento tertia pars omnium terrarum et tenementorum, quæ vir suus tenuit in dominico suo, et ita in feodo, quod eam inde dotare poterit, die, quo eam desponsavit, apud Bractonum lib. 2. cap. 39. § 2. in Fleta lib. 5. cap. 23. § 11. in Regiam Majest. lib. 2. cap. 16. § 5. et apud Littlet. sect. 37. ubi quinque dotium species recensentur, scilicet:

DOS PER COMMUNEM LEGEM, quæ eadem cum Rationabili, sect. 37.

DOS PER CONSUETUDINEM, quæ ex municipalis consuetudine tertiam bonorum mariti excedit, sæc. 37. quæ forte est media pars tenementorum mariti, ut in Francia observabatur ex Edicto Philippi Augusti ann. 1214. quo statuit, *que la femme emporterait la moitié de ce, que li homme a au jour qu'il l'espouse, excepté la Couronne et plusieurs Baronniez,* ut est apud Bellomanerium MS. cap. 13. ante quam ordinationem uxor nullam aliam dotem habebat, quam illam, de qua con-venerat.

DOS AD OSTIUM ECCLESIE, de qua supra.

DOS EX ASSENSU PATRIS, cum minor annis uxorem dotat ex assensu patris, § 40. 47.

DOS PULCRIORIS, seu *Douement de la plus belle,* cum scilicet uxor post mariti excessum pulcrius, seu melius tenementum in dotem sibi eligit, sub certis conditionibus, quæ recensentur in sect. 48.

3. DOS, Donatio, res testamento donata. Testamentum Rostagni de Podio-alto, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 244: *Et volo istud præsens testamentum meum statim executioni mandari; et quod*

*dictus Rostagnus bona prædicta auctoritate sua propria apprehendere possit, et regere, et gubernare; et de ipsis bonis me exuens ipsum Rostagnum nepotem meum investio, et renuntio usufructui quem possem habere, quamdiu viverem in Dotibus supradictis, et de meo jure in ipsius jus transfero.*

4. **DOS ECCLESIAE**, Quod ad sarta tecta, et Clericorum in ea deservientium sustentationem ab ædificatore confertur. Neque enim licet Episcopo Ecclesiam, aut oratorium, consecrare, nisi Dos sufficiens Clericis in iis Deservituris ab ædificatoribus confertur, uti definiunt passim Concilia, Epoanense can. 25. Aurelianense IV. can. 33. Valent. III. can. 5. Braccarense III. can. 5. Nicænum II. can. 16. Toletan. III. can. 15. Tolet. IV. can. 33. Tolet. IX. can. 5. Wormatiense ann. 868. can. 2. 6. Justinianus in Nov. 67. et apud Julianum Antecess. Const. 61. Zacharias PP. in Ep. 9. ad Pipinum cap. 15. Ordo Rom. pag. 118. edit. 1654. Diurnus Roman. cap. 5. tit. 2. et seqq. Capitula Herardi Turon. cap. 40. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 10. leg. 3. Decreta Calomani Regis Hungar. lib. 2. § 17. etc. Adde Chronicon Montis-Sereni ann. 1146. Sammarthanos in Archiep. Turon. in Charta ann. 936. Beslium in Episc. Pictav. pag. 40. Joffridum in Nicia pag. 161. Meibomium ad Witikindum pag. 117. 131. Hubertum in Hist. S. Aniani Aurelian. pag. 55. Appendicem ad Capitul. Regum Fr. n. 130. etc.

*Dotem poro unice Ecclesiarum baptismalium fuisse videntur docere Acta Murensis Monasterii pag. 34: Istud ergo sacrum Monasterium, quod cum ab initio hic fuerit Ecclesia, ædificataque fuerit baptismalis, et quæ habuit sepulturam mortuorum, et alia omnia jura, quæ et alia Ecclesiæ habent, nunquam auditum est, vel dictum ab ullo Episcopo, vel ab alio Principe hoc modo hinc esse ablatum: et ideo oportet esse principalem Ecclesiam, quæ in ipso loco ædificata est, ubi prior ædificata fuerat, et quæ ipsam Dotem et omnia alia jura habet, quæ et prior habuit. Cum ergo constat, istud monasterium esse principalem Ecclesiam, penitus et miserabiliter ignorantibus obscuritate errant, qui dicunt Ecclesiam S. Goaris esse in isto loco matrem Ecclesiam, quia nunquam auditum est, aliquam Dotem, vel aliud qualecunque jus illi Ecclesiæ esse concessum: sed sicut sæpe solent altaria vel Ecclesiæ ædificari ad honorem Dei in locis, qui jam matres Ecclesiæ habuerunt, sic et ista hic ædificata est vel ad honorem Dei, sive ut populus illuc conveniens ad servitium Dei inquietudinem Monachis non facerent. Vide Mansus Ecclesiasticus.*

Charta vero, quæ ad Ecclesiarum dotem exarabatur, *Libellus dotis* nuncupatur in Tabulario Brivatensi ch. 442. quæ tum conficiebatur, cum dedicabatur Ecclesia, ut ex eadem Charta constat. Adde Chartam Gorziensem, de qua mox, et Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 548. 549. *Dotis scriptura*, in Charta Herardi Archiep. Turonensis ann. 867.

\*[Terra quoque ex *Dote altaris* aditio, et ut sit deinceps in possessione prefati monasterii constituo. (Diploma Ricardi II, ducis Normann. XI, sæc.; mus. arch. dep. p. 44.)]

† **DOARIUM**, Eodem intellectu. *Maghe* in Chronic. Bonæ-Spei pag. 8.: *Cessit Ecclesia S. Ursuari Lobiensis... Doaria quædam ibidem ad septimum manipulum terragii*. Pag. 113. in Charta Hogeri Camerac. Episc.: *Altare de Carneriis,*

*Altare de Haina... cum eorum appenditiis, decimis, Doariis et oblationibus, Ecclesiæ S. M. de Bona spe... in perpetuum assignata*. Pag. 191: *Nobisque prædictum patronatum, decimas et Doaria confirmavit*. Pag. 217: *Attribuendo decimas integras quinque bonariorum Doariis vicinorum*. Occurrit ibidem pag. 234. et alibi sæpe.

**DOTALITIUM**, Eadem notione, in Charta Edgari Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 235: *Quæcunque alia personæ in Dotalitium ejusdem Ecclesiæ et jus hæreditatis perseverabile indulserunt*. Charta Gorziensis ann. 761: *Dotalitium, quo Pipinus Rex dotavit Ecclesiam Gorziensem in die, qua dedicata est*. Alia Roberti Burgundionis Domini Credonensis pro Ecclesia S. Laudi Andegav.: *Quæ omnia... Dominus meus in Dotalitio Ecclesiæ habenda constituit*. Occurrit præterea hac notione in aliis, in Charta Lotharii Regis Franc. ann. 987. apud Michaellem Carbonellum in Chron. Hispan. fol. 8. apud Acherium in Spicilegio tom. 7. pag. 202. 203. apud Ruffium in Comitibus Provinciæ pag. 128. et Meurissium in Hist. Episcoporum Metensium pag. 164. ubi ritus, quo Ecclesiæ dotarentur belle describitur, (in Charta ann. 1237. ex Archivio S. Cornelii Compend. in altera anni 1252. Hist. Mediani Monasterii pag. 319. in Chronico Farfensi Gregorii Monachi apud Murator. tom. 3. part. 2. col. 556.) [\* Charta ann. 863. inter Probat. tom. 1. Hist. Lothar. col. 308: *Dotalitia in antiquum statutum reformamus, ut sicut fuit temporibus Theomari ejusdem loci abbas, ita necessitatibus fratrum deservire faciat. Fondeur et Doiteur*, fundator et qui ejusmodi dotem assignat, in Lit. ann. 1329. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 695.]

**DOTARE ECCLESIAM** dixit Fortunatus lib. 8. Carm. 1:

Se putet inde Dei Dotare manentia templa.

Occurrit passim.

† **DOTARE MISSAS**, *qua singulis diebus celebrari debent*, in Necrologio Eccl. Vivar. MS.

† **DOTATIO ECCLESIAE**, Charta Episcopi Camerac. ann. 1367. in Chronico Bonæ Spei pag. 326: *Ad eujus Capellanæ Dotationem et fundationem idem Dominus Johannes plures redditus, terras, prata et bona, etc. Templorum Dotatio*, apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 6. pag. 202. Vide *Dota* et *Dotale*.

\* **DOSARE**, Potionem medicam temperare, Gall. *Doser*. *Methodus Dosandi* a Math. Curtio.

† **DOSCIS**, Species pellis, Gall. *Petit Gris*, sic dictæ ab animalculo, quod Itali vocant *Dosso*. Epitome Constitutionum Eccles. Valent. inter Concil. Hisp. tom. 4. pag. 175: *Canonici vero foranei et alii in dignitatibus foraneis constituti, Magistri in Theologia, Doctores Juris in una vel altera facultatibus... muzas panni nigri ex cetino violaceo fodratas, et cappas panni prædicti cum cappucis ex Doscibus sive grisibus forratis portent*. Vide *Dorsus* et *Vares*.

† **DOSCLUM**, Donatio propter nuptias. Litteræ Edwardi Regis Angliæ apud Rymer. tom. 2. pag. 115: *Acceptandi nomine nostro, et dictæ filia nostræ assignationem dotalitii seu Doscli, vel donationis propter nuptias*. Vide *Dos* 2.

1. **DOSINUS**, vel *Cinereus* color, Saxonicæ a sse dun dictus, in Gloss. Ælfrici, id est Asininus. Saxonicus enim a s s a, Asinum sonat. Glossæ Isidori: *Dosius, vel Dosinus, equus asinini pili*. Vide

Isidor. lib. 12. Orig. cap. 1. et Papiam in *Cinereus*.

\* Gloss. MSS. Sangerman.: *Dosinus equus dictus, quod sit colore de asino. Idem et cinereus* (l. cinereus.) *Sunt autem de agresti genere orti, quos equiferos dicimus, et proinde ad urbanam dignitatem transire non possunt*. Bestiar. MS. cap. 44: *Dosinus autem dictus* (equus) *quod sit color ejus de asino, idem et cinereus*.

\* 2. **DOSINUS**, Mensura annonaria, Gall. *Dosin* et *Douzin*, forte quod pars sit duodecima majoris mensuræ. Charta Joan. episc. Leod. ann. 1287. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 279: *Item ibidem octo Dosinis avenæ annui et perpetui redditus*. Redit. Comit. Namurc. ann. 1265. ex Reg. sign. *Papier velu* in Cam. Comput. Insul. fol. 16. r.: *Si a li quens à Flauwane et Ronney le hienerie... c'est à cascun fu de le ville ij. Douzins d'avaine, et ij. gelines à le saint Remy*. Rursum ad ann. 1289. ex Reg. sign. *Le papier aux aysselles* in ead. Cam. fol. 70. r.: *Si a li cuens à le saint Remi rente c'on apele chienerie, de chascun feu un Dosin d'avaine et un poille*. Vide *Dozellus* et *Dozinus*.

† **DOSIS** et **DORIX**, *Scatebra seu Conductus aquarum*. Glossar. MS. XIII. sæc. S. Andreae Avenion. *Dousi* Vasconibus dicitur, Aqua in altum expulsa et in se cadens, Gall. *Jet d'eau*. *Le Dozil*, in Chartulario S. Martial. Lemovic. Vide *Duciculus*.

† **DOSIUS**. Vide *Dosinus*.

\* **DOSSA**, Onus seu fascis, quæ *Dorso*, Ital. *Dosso*, portatur. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624: *Si vero Dossas prædictorum fresagiorum vel leguminum exdossaverit vel ceperit, etc.* *Dosse* vero, Ascia species est, in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Chartoph. Reg. ch. 136: *Le suppliant eust aussi une aiselle, nommée Dosse, en la valeur de seize deniers ou environ, qui fu portée en l'astelier dudit suppliant, qui est faiseur de nefes*.

**DOSSAGIUM**, Præstationis species. [\* Ratione pellium, quæ *Dorsi* vel *Dosces* appellabantur, venditarius. Vide *Dorsus* 1 et *Doscis*.] Regestum censuum et feodorum Comitatus Carnotensis fol. 16: *Les Peulpiers doivent en l'an chacun 18. den. le jour de la S. Barthelemy. Item il doivent chacun 2. den. de Dossage le jour de la S. André. Item les Peletiers de Dossage chacun 2. den. le jour de la S. André*.

**DOSSALE**, **DOSSELLUM**, etc. Vide *Dorsale*.

\* **DOSSENIUS**, Genus parasitorum. *Dosis, datio*, Græce. Gloss. MSS. Sangerm.

\* **DOSSERIUM**. Vide supra *Dorsarium*. **DOSSERUM**, Corbis dossuaria, quæ dorso ab homine geritur, Anglis *dosser*, Gallis *Hotte*, panier à dos. Leges Ethelredi Reg. Angl. cap. 4: *De Dossaris cum gallinis, una gallina thelonet et de uno Dossero cum Covis, ova thelonet*. *Dossier*, vox nostris nota.

\* **DOSSITIA**, Fenestræ species, ut videtur. Consuet. Neapolit. MSS.: *Ubi aliquis construit vel construi facit ædificium in solo suo, ubi alias ædificium non fuit, justa (juxta) solum vicini, non est sibi licitum penam tecti vel astraci, Dossitiam, vel aliquam aperturam facere in pariete, quam construit juxta solum vicini... Si quis habet domum super sive juxta domum, ortum, locum vel aream vicini, si domum suam velit altius extollere, et solarium alium facere sive membrum, potest in ipso solarium sive membro, quod de novo cons-*

truit; *lot Dossitas et alias aperturas facere, quot habet in alio solario seu membro veteri. Quæ sossizæ (sic) vel aperturæ non sint ampliores nec longiores veteribus aperturis. Vide infra Sossia.*

† **DOSSUM**, ὄσσιον, Coxendix. Gloss. Lat. Gr. In Amalthea *Dossum* est pro *Dorsum*.

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. *Dossum*, *lumba*, ὄσσιον. Germ. *Dorsum*, *lumba*. Reg. *dorsum*, *lumbi*, pars *juxta nates*.

† 1. **DOSSUS**, Species animalis, Ital. *Dosso*, Gall. *Petit gris*. Vide locum in *Vares*.

\* 2. **DOSSUS**, Collis, locus editior, Ital. *Dosso*. Charta ann. 908. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 144: *Ad superscriptas fundoras seu casalias, et Dossos atque corrigias, et valles, atque proras pertinentes ad omnia in integrum, etc.* Alia ann. 999. ibid. tom. 2. col. 171: *Et vadit usque ad Dossum Fraxanaria, et usque ad palude Mala, et usque ad corrigia de Tengola, etc.* Vide supra *Dorsum*.

† **DOSTA**. Informationes Civitatis Massil. pro passagio transmarino ex MS. San-Germ.: *Item tallas ad fornimentum arborum suales et sentilles LX. tallas. Item tallas Dostas et de tarroges d. medio et de prora XII.* [\* Convention. inter Ludov. IX. Franc. reg. et Genuens. ap. Jal. Antiq. Nav. tom. 2. pag. 392: *Tagius 4. de jonchas, Ostis 2. etc. Ostæ sunt Gall. les bras de l'antenne. Vide eund. ibid. pag. 397.*]

† **DOTA**, vox Italica, Dos. Additamenta ad Chronicon Casauriense ann. 1047. apud Murator. tom. 2. col. 998: *Et meam portionem de ipsa Ecclesia, quæ intus in ipso castello edificata est, cum cellis, et Dotis, et libris, et ornamentis Ecclesiarum et oratoriis. Vide Dos 4.*

\* **DOTALE**, Quod ad sarta tecta ecclesiæ, et clericorum seu monachorum in ea deservientium sustentationem a fundatore illi collatum est. Charta Henr. imper. ann. 1012. pro monast. Florin.: *De avena advocacionis et corveia sint illi liberi, qui manent super atria, et Dotalia, et indominicata, et servientes et ministri ecclesiæ. Item atria et Dotalia et curtes et indominicatu et servientes et ministri a districtu proxima (sic) sint liberi. Vide Dos 4. et infra Dotalitium 2.*

\* **DOTALIS TERRA**, In dotem assignata. Charta Ugon. de Baucio ann. 1209: *Prosteor et in veritate recognosco, quod predictæ duæ terræ, ut dictum est, a Barcala non sunt Dotalis, sed ex successione Adalaicis quondam matris suæ obvenrunt. Vide Dotalitium.*

**DOTALITAS**, Patronatus. Jus in Ecclesia, quod Patrono. qui eam dotavit, competit. Provinciale Ecclesiæ Cantuariensis lib. 5. tit. 8: *Non liceat Ecclesiam nomine Dotalitatis ad aliquem transferre, vel pro præsentatione alicujus personæ aliquid.... accipere. Infra: Quod si quis fecerit,.... patronatu ejusdem Ecclesiæ in perpetuum privari statuitur.*

\* **DOTALITER**, Jure dotalitii. Charta ann. 1244. in Chartul. S. Cornel. Comp. pend. fol. 125. v. col. 1: *Dicta vero Eremburgis quæ in supradictis rebus venditis Dotaliter dicebat se habere, etc.*

**DOTALITIUM**, Dos, vel dotis precium, Joanni de Janua. Definitur *Vitæ provisiis mulieribus in virorum proprietatibus data*, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 21. § 1. 2. art. 32. lib. 2. art. 21. § 3. lib. 3. art. 74. et in Wichbild. Magd. art. 57. § 1. [\* *Liftocht.*] Ὑπόβολον, Jurisconsultis Græcis, uti multis probavit Sal-

masius lib. de Modo usurar. pag. 150. 151. Henricus Bodo in Chronico Gandersheimensi: *Quia serenissimus Rex Otto Regiam matrem illustrissimam Machtildam aliquantum in honorasse dicitur, privando illam Dotalitii, etc.* Charta Lotharii Regis Fr. pro Corbiniacensi Monasterio: *Villam Corbiniacum, quam eadem Regina jure Dotalicij acceperat, atque libera hæreditate possidebat.* Charta Willelmi de Rupibus Senescalli Andegav. ann. 1197: *Quando desponsavi Margaritam de Sabolio uxorem meam, dedi ei et concessi in Dotalitium suum, sive in donationem propter nuptias, omnes acquisitiones, etc.* [Litteræ S. Ludovici ann. 1250: *Quia vero quæstatis, quid nobis de creditoribus, qui credita sua repetunt, vel eorum uxoris dolem, vel Dotalitium repetentibus sit tenendum, vobis taliter respondemus: Quod licet de consuetudine Gallicana aliter observetur, quia tamen terra illa regi consuevit, ut dicitur, et adhuc regitur jure scripto, volumus creditoribus et uxoris satisfieri, qui cum eis antequam essent hæretici contraxerunt, usque ad valorem bonorum, si culpa propria non obsistat.] Willelm. Brito lib. 3. Philipp.:*

Si mihi germanam reddis, nihilominus omne Germanæ Dotalitium mihi reddere debes, Quæ cum germana sunt data nomine dotis.

Adde Vitam SS. Bovæ et Dodæ num. 9. [Litteras Johannis Dalphini Vienn. ann. 1310. in Maceris Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 559. et Chartam anni 1327. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 480.] Vide *Dos Ecclesiæ*.

\* Ita appellatur Donatio propter nuptias in Jur. canon. cap. Plerumque ex. de donat. inter vir. et uxor. et cap. Ex part. ex. de foro compet. et cap. Si autem 36. quæst. 2. Robert. in Chron.: *Willelmus rex Siciliæ fecit chartam Johannæ reginæ de Dotalitio suo.*

\* **DOTALIUM**, ut supra *Dotalitium* 1. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 27. v. col. 1: *Quando domina petit Dotalium suum, reus non habebit nisi unam essoniam; et post defaultam, citabitur reus ad assisiam, et si venerit, dabit defaultam, et faciet Dotalium: si non venerit, rex faciet. Vide Dotarium.*

† **DOTANTA**, Quænam species esculentæ? Usus Culturæ Cœnom.: *In istis tribus diebus (25. 26. et 27. Decembris) debent habere Dotantas in sagimine con (cum) cepibus.* [\* Leg. Docanta. Vide supra *Docare*.]

† **DOTARE ECCLESIAM**. Vide *Dos Ecclesiæ*.

**DOTARIUM**, quod nostris *Doarium*, seu *Douaire*, dotalitium. Constituit. Sicil. lib. 3. tit. 14. § 1: *Liceat ei (marito) unum Dotarium uxori suæ de tribus feudis constitueri.* Occurrit præterea lib. 1. tit. 55. lib. 2. tit. 8. in Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1177. apud Bromptonum, et in alia ann. 1313. post Historiam nostram Gallo-Byzantinam pag. 77. [Occurrit rursus apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 908. et alibi.]

† **DODARIUM**, Eadem notione. Chronicon Dominici de Gravina, apud Murator. tom. 12. col. 557: *Denique dicta Regina cepit se contentam ostendere de matrimonio supradicto; et tradens sorori suæ dotem congruam, donavit illi pro suo Dodario Comitatum Albæ, et in auro super jurius collectarium generalium regni unciarum milliaria triginta duo.* [\* Pact. Matrim. Frider. II. Imperat. cum Isabella sorore reg. Angl. ap. Pertz. tom.

leg. 2. pag. 308: *Ut eidem Dominæ nomine nostro in Dodarium constituat valium Mazariæ, etc.* Vide ibid. pag. 311. lin. 6.] Vide *Doaria* et *Doarium* 1.

† **DOTATIO ECCLESIÆ**. Vide *Dos Ecclesiæ*.

\* **NOTE**, f. pro Docte, bene, apte, eleganter. B. de Amor. in Spec. sacerdot. MS. cap. 50. de Modo et continentia:

Noli laxare linguam, sed præmeditare  
Dicere quid debes,....  
Coram quo, datas, quid, quomodo, quando requiras,  
Dicas dicenda Note, sileas retacenda.

† **DOTOSA**. Charta ann. 1239. apud *Le Rrasseur* Hist. Comitatus Ebroicens. Instrum. pag. 12: *Quod si Eustachia uxor mea aliqui in donatione mea ratione dotis reclamare voluerit post decessum meum, hæredes mei tenebuntur exambicare Dominæ dictæ dictam Dotosæ de valore ad valorem alibi in hæreditate mea. Puto legendum Dotem.*

† **DOTUM**, ut *Dos Ecclesiæ*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 59. col. 3. Br. 9. sect. 304: *Aspicit ibi Ecclesia ædificata in honore S. Martini cum Doto, attamen nihil solvit.*

**DOTZENUM**. Vide *Dozenum*.

† **DOVA**. Vide *Doga* 1. et 3.

**DOUANA**. Vide *Doana*.

† 1. **DOUBLERIU**M, Mantile, Gall. *Serviette*, olim *Doubliere*. Instrum. anni 1288. apud Lobinellum Hist. Britann. tom. 2. col. 1616: *Sumptoque prandio, dictus et Dominus Dux, tanquam Baro et Dominus Radesiarum habuit Doublersia, mapas et manutergia, quæ fuerant extensa et exhibita in dicto prandio.*

\* Alias *Doublier*. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 204: *Quatre napes et deux Doublers valant 24. sols... Item en la maison Jean le Pastichier à Beauvais deux Doublers et une nape. Aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 197: *Après ce qu'ilz orent beu, ledit Colin fist apporter un Doublrier, et mettre sus une autre table. Vide Duplarium 2.**

\* 2. **DOUBLERIU**M, Dolii species, quod duplum contineat sic dicti, nostris *Doublier*. Charta Guid. Malivic. ann. 1234. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 235: *Dedit etiam dictis canonicis... duo Doublersia plena vini, percipienda singulis annis in tempore vindemiarum apud Vetolium.* Arest. ann. 1414. 12. Maii in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: *Pro quolibet tonnelet quinque solidos, pro trezello quatuor solidos, pro Doublersio tres solidos cum sex denariis. Un doublrier de vin faisant et tenant les deux parts d'un journal de mouison, in Ch. ann. 1465. ex Tabul. Portus-reg. Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 355: v. : *Ung tonnelet ou cocquet d'allés, iiii<sup>xx</sup>. loyens pour le cocquet, doit quatre deniers; c'est assavoir la queue Doublersie xvj. den.* Eo etiam pertinere videtur vox *Douseul* inter Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul.: *Si a li cuens en la ville forage, de cascun brassin da cervoise, deux Douseus; fa un Douseul iij. caudrons, vij. los et xiiij. de chiervoise. Vide infra Duplarium et Duplarium 1. Doublrier vero, nunc Doubleau, ligni genus, in Stat. ann. 1399. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 367. art. 4: *Se aucun dudit mestier (de couvreur) est trouvé coupable d'avoir fait aucun faulx ouvrage, comme d'avoir fait faulx Doublers, trop cler laté, etc.***

\* **DOUBLETARIUS**, Dobleorum, seu vestium, quæ nostris *Doublers* dicebantur, artifex Gall. *Doublétier*. Charta ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 532: *Jacobus Britonis Doublétarius, etc.* Lit.



ann. 1358. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 262: *Considéré que le plus des genz usent et se vestent de Doublez, lesquiez lesdiz cousturiers scevent aussi bien faire, comme font les Doubletters: car yeulez cousturiers se cognoissent miez en cousture et en taille que ne font les Doubletters.* Vide supra *Dobletus* 1.

† **DOUBLETES**, vox Gallica, Genus armaturæ. 25. *Doublettes*, 24. *jakkas*, ap. Rym. tom. 8. pag. 384. [\* Idem est quod supra *Dobletus* 1.]

\* **DOUBLETUS**, Gemmæ adulterinæ species, Gall. *Doublet*. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item duo morsus alii argenti deaurati et esmailliati in factione B. Marie, muniti de perreria, videlicet de Israel, de perlis, de Doubletis, de saphiris, etc.* Aurifabr. Paris. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 12: *Nul ne puet faire, ne faire metre en or Doublez de voirrines pour vendre, ne pour s'en user.* Vide supra *Dobletus* 3.

† **DOUR**, Vox vernacula in agro Blesensi, f. pro *Tour*, Reliquiarum ad instar turris seu turriculæ fabricatum. Visitatio Reliquiarum S. Launomari ann. 1274. inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 258: *Vase quodam æneo ejusdem laminis cooperto, quod vas vulgarter a dicti loci indigenis Dour vocatur... vas autem tertium, quod le Dour vulgariter, postea raserantes, plurima ossa similiter invenimus.*

\* Celtis, Aqua, quibus etiam *Dor* vel *Thor* portam significat, ut Docet D. *Le Beuf* tom. 2. Collect. var. Script. pag. 190. Consule Bulletinum in Dictionario Celtico. Alia notione, vide supra in *Dornus*.

\* **DOVRA**, Fossa, locus, ubi est aqua stagnans, vulgo *Douvre*. Charta ann. 1046. ex Chartul. Latiniac. fol. 204: *Ilz avoient droit... d'avoir près d'iceulx maretz certains grans fosses ou faches, appellez Douvres: esquelz Douvres, quant la riviere de Marne se desvoie et est hors de son chanel, se arreste, etc.* Alia ann. 1439. ibid. fol. 211: *Pour raison des pescheries du Douvre de Plastray, etc.* Cujus Chartæ titulus sic concipitur: *De Douvris et piscationibus Platreae.* Vide supra *Doa* 1.

\* **DOURDERE**, **DOURDERET**, **DOURDRET**, **DURDERE**, **MONETE** aureæ species, *Dorderacho*, vulgo *Dordrecht*, cusæ, unde nomen, de qua ad calcem Diar. regn. Car. VI. et VII. pag. 528: *Dourdere, piece d'or non fin, valant seize solz parisis: depuis fut créee à quatorze solz parisis.* Lit. remiss. ann. 1422. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 60: *La somme de soixante quinze escuz, c'est assavoir deux Dourderes et trois moutonneaulx en or, et le résidu en blanche monnoye.* Alia ann. 1425. in Reg. 173. ch. 265: *Comme Casin Cordier eust prins furtivement en la gibeciere ou allouyere de son oncle ung fleurin appellé Dourdret, etc.* *Trois Dourderes Guillermins, trois francs à pié*, in aliat. Lit. ann. 1448. ex Reg. 176. ch. 658. Alia ann. 1458. in Reg. 189. ch. 277: *Huit mailles ou environ, et ung Dourderet.* Denique Chartul. sign. *Daniel Corb.* ad ann. 1432. 27. Jun. fol. 171. r.º: *Fu accaté... à Amiens quarante tonnes de widengne en garbe widiez et abatus de l'année présente, le piece un Durdret, monlant xl. Durdrez.* Vide supra *Dondreccq*.

\* **DOUSANNA**, Vox fictitia. Series abbat. S. Aug. Lemovic. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 695. col. 1: *Præterea emit predictus abbas (G. Fabri)*

*in ornamentum hujus ecclesiæ quamdam cappam, casulam, dalmaticam, cortibaudum, Dousanna rubbeum, et alias cappas, et alia vestimenta.* Perperam prorsus, ut videre est in v. *Curcinbaldus*, ubi editum *Doisamit*; sed leg. *del vel dou samit*, distinctis vocibus, hoc est, ex *Samito*, panno scilicet holoserico. Vide *Excematum*.

† **DOUSLACH**. Vide in *Dursclach*.  
**DOUTA**, Idem quod *Tolta*, Gallis *Toulte* vel *Toute*. Injusta exactio. Charta anni 1235. apud Columbium lib. 3. de Episcopis Sistaricensibus n. 13. qua Raimundus Berengarii Comes Provincia dat Radulpho Episcopo Sistaricensi *Cavalcitas Castrorum de Revesto et de Augeto, et omnes questas, Doutas, seu ademtionem eorumdem, quæ hactenus erant in prædictis Castris et hominibus eorum.*

\* **DOUYA**, Fossa, vel fossati agger, Gall. *Douve*. Charta S. Ludov. ann. 1269. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 390: *Concessimus Richardo Abrincensi episcopo et ejus successoribus, quod possint ad augmentationem dicti vivarii amovere Douvam sive aggerem dicti fossati... Teneantur reficere dictam Douvam sive aggerem, et fossatum.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. ch. 304: *Lesquels trois varlés feussent revenuz armez d'espées et de dagues, et leurs visages estoupez et muciez de leurs chaperons au long d'une Douve et fossé tenant au bail de laditte ville.* Vide supra *Doa* 1. et *Doga* 1.

† **DOXA**, Gr. δόξα, Gloria. S. Bernardus de Conversione ad Clericos: *O Doxa, Doxa, ait Sapiens in milibus mortalium nihil aliud est, quam aurium inflatio vana.* Epitaphium Hucboldi Monachi, Annal. Benedict. tom. 3. pag. 692:

Tu lampas monachis, tu flos et Doxa peritis.

Gaufridus Abb. in Vita S. Petri Archiep. Tarent. Maji tom. 2. pag. 329: *O Doxa, Doxa, inflatio aurium, quam perniciose miseris, cum quibus ludis, illudis! Vide Raymundi Quelli Miscell. lib. 1. pag. 151. et Acta S. Cassiani apud Illust. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 359.*

† **DOXA PATRIS**, Verbum Divinum, Filius Dei. Vita B. Idesbaldi, April. tom. 2. pag. 589:

Nam sibi Doxa Patris te sumpsit ab ubere Matris.

† **DOXALE**, Odeum Ecclesiæ, quibusdam in locis Flandriæ etiamnum *Doxale*, Gall. *Jubé*. Processus de B. Hermanno Joseph, April. tom. 1. pag. 717: *Chorus ab ipsa navi separatus abside seu Doxali.* *Analecta Bonifaciana inter Acta SS. Junii tom. 1. pag. 496: In facie Ecclesiæ ante Doxale erectum fuit theatrum tapetibus ornatum.* Aliter sumitur in *Dorsale*.

† **DOXALLUM**. Vide in *Dorsale*.  
**DOXIFICARE**, *Glorificare*, in Glossis MSS. Vox hybrida, ex Gr. δόξω, et *facere*.  
**DOXOLOGIA**. Vita metrica S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis, n. 7:

Inter virgineas fausto pede virgo choreas  
 Tripudians, hymnum discit cantare novellum,  
 Quem Sion illa canunt comitantia laudibus Agnum  
 Millia centena, decies bis bina, quaterna:  
 Nec valet hanc quisquam modulari Doxologiam,  
 Quem non integritas vitæ docet hoc alalagma.

Eadem Vita prosa conscripta n. 12: *Ubi organizans Canticum Immaculatum Agnum sequendo tripudiat.* Apud Græcos duplex est δόξολογία, μεγάλη, et μικρά. Illa est Hymnus angelicus: *Gloria in excelsis*: hæc, quæ sæpius in fine Psalmorum repetitur, Trinitatis glorificatio: *Gloria Patri et filio, etc.* Hic Magna *Doxologia*, seu *Hymnus angelicus* innui-

tur. Vide Germanum Patr. CP. in Hist. Eccl. pag. 154. Jacobum Gothofredum ad Philastrum pag. 147. Meursium in Gloss. Goarum ad Eucholog. Græc. pag. 58. etc.

† **DOXOLOGUS**, Eloquens, disertus. Acta SS. April. tom. 1. pag. 252. B. de S. Urbico: *Iste plane Pontifex miro Doxologoque callens ingenio.*

† **DOZELLUS**, **DOZELUS**, Mensura frumentaria. Chartularium primum Monasterii Aquicinctensis fol. xxv: *Lambertus tenet partem unius modii una coppa minus, alii hospites cætera, et silvam, de qua census habemus quinque Dozellos avenæ. Eremburgis de Naman dedit nobis curtile suum et receipt illud a nobis ad census vi. d. et dimidii Dozel avenæ ad mensuram de Orciis.* Et fol. 36: *Tiris de Nulh. dedit nobis terram quatuor Dozelium.* Vide *Dozinus* [\* et *Dosinus* 2.]

† **DOZENA**, Duodecim, duodeni, Gall. *Douzaine*, Ital. *Dozzina*, *Dozzena*. Archivum Melerei: *Gaufridus Dominus de Ancenis, Notum facio quod G. de Ancenis avus meus dedit Monachis B. M. de Melereio duas Dozenas lampredarum sive aliozarum in redditibus suis de Ancenis semper habendas in Cena Domini.* Vide *Dozina*.

\* **Duodenarius** numerus. Stat. Montis-reg. pag. 312: *Item pro Dozena sellarum de majori forma, sol. v. Item pro qualibet Dozena de media forma, sol. iij.* *Douzenne*, fascis duodenaria, in Lit. an. 1382. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 745. art. 12. *Dosaine* vero, pretium duodecim denariorum, in Stat. an. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1: *Item en ensuiant la coutume, appellée les Dosaines, de toute ancienneté usitée en Saine la ville entre les marchans, maronniers et compaignons d'eau fréquentans icelle riviere, quant aucun marchant ou voicturier louera aucuns compaignons d'eau pour conduire ou mener aucunes denrées ou marchandises par laditte riviere, il paiera à chacun desdiz compaignons, oultre et pardessus leur salaire, dont ilz auront marchandé pour faire la besongne, xij. deniers parisis par jour pour leurs despens.*

† **DOZENUM**, **DOTZENUM**, Mensura vinarum. Statuta Massil. lib. 1. cap. 39. § 2: *Quilibet venditor (vini) debeat habere et habeat dimidium Dozenum et Dotzenum.* Ibid. cap. 56. § 2: *An mesurez justæ sint, Dozenum, et medium Dozenum, et cartieronum, et poizale, et mellairola.*

\* **Dozaine**, Modus agri, cui seminando sufficit *Dozinus*, vel qui *Dozinum* census reddit. Charta ann. 1316. tom. 1. Probat. Hist. Britan. col. 1265: *Et les terres qui sient audessus dudit clos, qui contiennent trois Dozaines de terre ou environ, etc.* Vide supra *Dosinus* 2.

† **DOZENUS**, Assis Francicus, Gallis *Douzain*, a duodecim, quos valebat, denariis dictus. *Dozenorum* duæ erant species, *Albi* et *Nigri*. *Dozenus albus* duodecim constabat denariis *albis* seu argenti; *Niger* duodecim *nigris* seu ære et argento mixtis. His addi potest species eorum assium, quos Gallice vocamus *Sous-marquez*, quorum recentior origo est. Extractum computi Siardelli Massaritiæ Magistri monetarum ann. 1339. Hist. Delphin. tom. 1. pag. 95: *Item quod fierent denarii albi curribiles pro duodecim denariis, sub forma et cunho aliorum Dozenorum qui fiebant nuper, sub minori talhia tamen, et quod essent de liga sex denariorum argenti fini, et de pondere decem solidorum Dozenorum pro qualibet marcha, sub remediis ligæ et*

*ponderis sub quibus alii Dozeni noviter cudebantur. Item, quod feret alia moneta alba de liga sex denariorum argenti fini, et de pondere sex solidorum pro marcha, et habeant ab una parte circulum infra quem sit unus Dalphinus, sicut in aliis Dozenis, et ab alia parte sit una cruz parva, prout habent Turonenses argenti Regni Franciæ. Memorantur iterum Dozeni in Ordinatione anni 1342. tom. 2. ejusd. Hist. pag. 420. unde patet hanc monetam in regno Francico tunc temporis ignotam, frequentem fuisse in Dalphinatu.*

Præter Dalphinatum alibi etiam in usu fuit ejusmodi moneta: neque enim aliam designari opinor hac voce *Douss* quæ ter occurrit in Charta ann. 1340. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 207: *Somme des parties des rentes de laditte ville de l'Escluse, dix liures, dix souz Tournois deniers maaille et un Douss.*

† **DOZINA**, ut *Dozena*, Duodecim, Belgice *Dozine*. Codex MS. consuetudinum Ecclesiæ SS. Bertini et Audomari in Archivio Eccl. Audomar. : *De Dozina de cordewan 11. den.* Et infra: *Quatuor Dozinæ tripodum 11. den.* [\* Vide supra *Dosinus 2.*]

† **DOZINUS**, Mensura annonaria, forte sic dicta, quod sit duodecima pars majoris modii. Charta Alexandri Leodiensis Episcopi ann. 1131. apud Marten. Collect. Ampliss. tom. I. col. 711: *Tenet Comes advocacionem de Romers et de unoquoque quartario terræ, quæ extra manum Ecclesiæ tenetur a mansionariis incolis in Bronio et in S. Laurentio... Dozinum unum avenæ.* Vide *Dozellus*.

• **DOZZA**, Agger ad modum *Dorsi*, Italis *Dosso*, constructus. Stat. Mutinæ rubr. 108. pag. 20. vº: *Statutum est quod canalisis de S. Catharina, qui ducitur inter circum Mutinæ a latere superiori porte S. Lazari, ducatur tantum per Dozzam, quæ est vel esse consuevit sub fundo circæ, et quod terralium et ripa dictæ circæ claudatur in totum usque ad dictam Dozzam, ita quod nulla ruptura sit in dicto terralio, et a latere foras dictæ circæ in capite Dozzæ, possit fieri una clusa alta super dictam Dozzam per medium brachium tantum, et non ultra, quæ Dozza non possit nec debeat levare nec anoveri, nisi ad modum uti esse consueverat.* Vide supra *Douva*.

† **DRACA**, Onus, Gallice *Charge*, a Belgico *Draghen*, Ferre, portare; unde et *Dracht-loon*, Bajuli, merces. Omnia a Saxonico *Dragon*, Vehere. Consuetud. MSS. Eccl. SS. Bertini et Audomari ex Archivio Audomariensi: *De Draca pellium hircorum 11. den. de pelle 1. ob. de pellibus tannatis, videlicet de una Draca 11. den. de pellibus non tannatis et cum pilis, hoc est, de Draca 11. den. Item de Draca de pellibus salsis 11. den. Si autem una minus fuerit tunc de singulis dabitur ob.* Ex quibus posterioribus verbis conjicio *Dracam* pellium fuisse certo earumdem pellium numero æstimatam.

† **DRACECHALT**, Mulcta porcelli furati, in Lege Salica tit. 2. § 14. et 15. Vide ibi *Eccardum* et *Schilterum* in *Drace*, *Porcellus*.

• **DRACENA**, Gubernaculum, ut videtur. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 253: *Quarum una (navis) ventis pro voto fruens, disposuit supernavigasse navem, in qua filius regis erat; sed providentia probitateque naucleri obliquantis Dracenam subito navemque girantis navis, regia vastæ ratis, declinavit impetum.*

• **DRACINA**, *Uno peso*, in Glossar. Lat. Ital. MS. [\* *Dracma*.]

• **DRACITION**, Pastillus saccaratus, Gall. *Dragée*. Comput. ann. 1372. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 317. col. 1: *Pro uno servico specierum confictarum, videlicet de Dracition, habitarium a Guillermo Chabaudi spectatore, etc.*

1. **DRAGO**, Stante Romanorum Augustorum Imperio, inter varia, quæ in acle deferri solebant, vexilla, quædam existerent *Draconum* non vocabulo duntaxat, sed et effigie insignita, quæ, ut *Aquilæ Legionum* ita et illa *Cohortium* signa erant, ut auctor est *Vegetius* lib. 1. cap. 23. et *Modestus* de Vocab. rei milit. Ejusmodi *Draconum* vexilla tum primum cœpisse deferri apud Romanos tradunt, postquam *Trajanus Dacos* devicit, qui signis ejusmodi utebantur in bellis. Erant autem *Draconum* effigies effectæ in ipsis vexillis lineis aut sericis [ex pannis diversicoloribus inter se consutis, capite reliquoque corpore omni ad caudam usque simili serpentibus, quomodo *Scytharum* ejusmodi *Dracones* describit *Arrianus* in *Tacticis* cap. 51. Hujus locum vide in Glossario med. Græcit. ad vocem *Δρακονάριος*.] *Ammianus* lib. 15: *Cultu purpureo Draconum, et vexillorum insignibus ad tempus abstractis.* Idem lib. 16: *Alios purpureis subtegminibus texti circumdedere Dracones, hastarum aureis gemmatisque summitatibus illigati, hiatu vasto perflatiles, et ideo velut ira perciti sibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Alibi: *Quo agnito, per purpureum signum Draconis summitati hastæ longioris aptatum, etc.* *Purpureos* etiam fuisse *dracones* istos auctor est *Claudianus* lib. 2. in *Ruffinum*:

Surgere purpureis undantes Anquibus hastas,  
Serpentumque vago cælum sævire volatu.

Eodem lib.:

..... Spirisque remissis  
Mansuescunt varii, vento cessante, Dracones.

Idem in 8. Consul. Honorii:

..... Ferventesque tumens post terga Dracones.

Ibidem:

..... hi picta Draconum,  
Colla levant, multasque tumet per nubila Serpens  
Iratas, stimulante notho, vivitque receptis  
Flatibus, et vario mentitur sibilis tractu.

In 6. Consul. Honorii:

..... Quid fixa Draconum  
Ora velint, ventis fluitent, an vera minentur  
Sibila? suspensum rapturi faucibus hostem.

*Sidonius* in *Paneg. Majoriani*:

..... Jam textilis Anguis  
Discurrit per utramque aciem, cui guttur adactis  
Turgescit zephyris, patulo mentitur hiatu  
Iratam pictura famem, pannoque furorem  
Aura facit, quoties crassum vertille tergum  
Flatibus, et nimium jam non capit alvus inane.

Et in *Paneg. Anthemi*:

Desit hostiles confestim horrere Dracones.

*Prudentius* περί στεφάνων Hymn. 1. de *Christianis Militibus*:

Cæsaris vexilla linquunt, eligunt signum Crucis,  
Proque ventosis Draconum, quæ gerebant, palliis,  
Proferunt isoigne lignum, quod Draconem subdidit.

Ubi *Iso Magister*: *Draconum, quia vexilla Regum erant in modum Draconum, vento in se recepto.* Idem *Prudentius* in *Symmachum* lib. 2:

..... Prima hasta Draconis  
Præcurrit, quæ Christi apicem sublimior effert.

*Nemesianus* in *Cynegetico*:

Aurea purpureo longe radiantia velo  
Signa micant, sinuatae truces levis aura Dracones.

*Acta Martyrii S. Marculi*: *Nudatis militum gladiis, et Draconum presentibus signis et turbarum vocibus cogentur.* *Themistius Orat. 6*: Οὐ χρυσοῦς αἰετός, οὐδὲ δράκοντες λεπτῶν ὄρασμάτων. *Gregorius Nazianz. Orat. 1.* in *Julian*.: Ὅσα τε (συνθήματα) δρακόντων φοβεροῖς χάσμασιν ἐμπετόμενα ἐπ' ἀκρῶν ὀράτων αἰωρουμένων, καὶ διὰ τῶν ὀλκῶν ῥιπίζόμενα φολίσιν ὄφαναταις καταστικῶν, ἡδιστὸν τε ἄμωδ καὶ φρικτὸν θέαμα προσπίπτει ταῖς ὄψεσιν. Vide *M. Aurelii Epistolam* ad *Senatum* ad *Calcem Apolog. Justinii Mart. S. Fulgentium Homil. 56.* *Casaubon.* ad *Vopiscum, Lipsium, etc.*

Atque inde nomen sumpsit *Δρακόντειον* illud vexillum, quo in caeremoniis suis utebantur *Byzantini Augusti* recentiores, quod ab *Assyris* ad illos dimanasse scribit *Codinus* de *Offic. cap. 6.* num. 24. et 50. a quibus certe constat, pleraque ornamentorum *Regiorum* accepisse *Romanos* *Impp.* ut ex *Xenophonte* alias ostendimus ad *Alexiadem Annæ Comnenæ*.

A *Romanis* etiam *Augustis* *Draconem* forte accepere in præcipuum exercituum suorum vexillum *Impp.* Occidit. Nam *Willhel. Brito* lib. 2. *Philipp. Carocium Othonis* describens, *Draconem* eodem pro signo impositum diserte scribit:

Erigit in carro palum, paloque Draconem  
Implicat, ut possit procul hinc atque inde videri,  
Hauriat et ventos cauda tumefactus et alis,  
Dentibus horrescens, rictusque patentis hiata,  
Quem super aurata volucer Jovis imminet ala.

Nec apud *Romanos*, *Byzantinos*, et *Ocriduos Augustos* tantum existit *Draco* inter militaria signa: sed et *Saxonibus* tribuitur a *Witikingo* lib. 1. *Gestor. Saxon.*: *Hic arripies signum, quod apud eos habebatur sacrum, leonis atque Draconis, et desuper aquilæ volantis insignitum effigie, etc.*

Præsertim vero in *Anglia Draconis* effigie insignitum vexillum obtinuit, ubi ab ineunte fere *Regni* origine ad hæc usque tempora præcipuum inter *Regalia* signa habetur, ut olim *Auriflamma* in *Gallia* nostra. *Draconis* *Anglicani* originem ab ipso *Uterpendragone* accersit *Matth. Westmon.* ann. 498. qui cum stellam *Draconis* ignei effigie horridam in cælo conspexisset, qua sibi *Regnum* portendi edixerant *Aruspices*, *Rex* demum, *Aurelio* fratre extincto, factus: *Jussit fabricari duos Dracones ex auro ad similitudinem Draconis, quem in radio stellæ inspexerat, et unum in Ecclesia primæ sedis Wintoniæ obtulit, alterum vero sibi retinuit in prælio deferendum. Ab illo igitur tempore vocatus fuit Britannice Utherpendragon: Anglica vero lingua Uther drake heved; Latine vero Uther caput draconis. Unde usque hodie mos inolevit Regibus terræ hujus, quod pro vexillo Draconem in bellicis expeditionibus ante se statuerint deferendum.* His consona habet *Grævsius Tilleberiensis* MS. ubi de *Uterpendragone*: *Hunc produunt Regium illud apud Anglos vexillum Draconem habere cum capite auro, quod vidimus expansum, et paganis sub avunculo tuo illustri Rege Ricardoin ultramarinis partibus terribile, Princeps Christianissime.* Idem *Matth. Westmonast.* ann. 1016. testatur *Regem Anglorum* cum in præliis deceraret, stesisse ex more inter *Draconem* et *Standardum*.

Certe inter *Anglicorum Regum* vexilla

unum existisse, *Draconem* vocitatum, auctor est Rogerus Hovedenus ann. 1191. illudque a Ricardo I. et in ea, quam iniit contra Saracenos expeditione delatum: *Cum Rex Angliæ fasset signum suum in medio, et tradidisset Draconem suum Petro de Pratellis ad portandum, contra calumniam Roberti Trussebut, qui illum portare calumniatus est de jure prædecessorum suorum, etc.* Ubi signum Ricardi a Dracone videtur distinguere. Et sane, cum Petrus de Pratellis, cui Draconem deferendum concessit Ricardus, ut et Robertus, qui tanquam Signifer hæreditarius de jure id sibi debere contendebat, e Normannica gente essent, haud injuria quis existimet peculiare Ducatus Normanniæ insigne existisse. Nam ex veteri Regesto feodorum Franciæ, quod asservatur in Camera Comput. Paris. fol. 44. constat, præcipuum istius Ducatus signum ita vocitatum, illiusque deferendi jus familiæ cuidam adscriptum: *Monseigneur Robert Bertran tient son fié de notre sire le Roy par Baronnie, et doit à nostre sire le Roy son service; c'est à sçavoir de cinq Chevaliers, et doit porter le Dragon du Duc de Normandie.*

Verum post amissam etiam Normanniam, Draconicum istud vexillum non modo servasse Reges Angliæ, sed et præsertim in bellis difficilioribus delatum, et quod mortem hostibus portenderet, tradunt plerique, Henricus de Knighton ann. 1245. dum de Henrico III. in Wallenses rebelles expeditione agit: *Et in tantum in iram motus est, quod signo Draconis elevato, suos precedere jussit in mortem eorum.* Cui concinit Matthæus Paris ann. 1257. ubi de ipsius Henrici contra Wallenses bello: *Animans suos milites quotidie armatus incessit, et vexillum suum regale, explicans, quasi Draco, qui nemini novit parcere, exterminium generale Walliæ minabatur.* Et Matthæus Westmonasteriensis ann. 1264. pag. 387: *Acies tamen regalis, quæ signo regio, quod Draconem vocant, digladiale mortis judicium præterente existit insignita, progreditur.* Rishangerus eodem anno: *Rex igitur certificatus de adventu Baronum, cum suis mox progreditur, vexillis explicatis, præcedente eum signo regio, nuncium mortis præterente, quod Draconem vocant.* Auctor est denique Watsius etiamnum apud Anglos exstare signum Draconis, quod, dum castra metatur exercitus, ante tentorium, sive papilionem Regium, ubi Prætoriani excubant, nocte diuque explicatum a dextris aliorum signorum fitur.

*Draconem* etiam pro vexillo seu standardo Comiti Flandrensi adscribit Chronicon Andrense pag. 491. ubi sic describitur: *Standardum altissimum Dragonem desuper deferentem Comes secum super currum quatuor rotarum duci fecit: quod Rex Francorum indigne tulit.* Vide Carocium. Sed et omnibus pene Nationibus familiare videtur fuisse, ejusmodi Draconis vexillum. Le Roman de Garin:

A une part est au Roy avisé,  
Por le Dragon que il vit venteler,  
Et l'Oriflamme esgarda par delez.

Alibi:

Porta l'Esagne, la o li Dracons ert.

\* Le Roman d'Athis Ms.:

Nc scay quel gent nous trouverons,  
En leurs enseignes ont Dracons.  
Ce souloient Romains porter,  
Ce nous fait moult à redouter.

\* Ejusmodi vexilli præterea mentio fit in Lit. remiss. ann. 1333. ex Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 235. ubi de commotione quadam populari agitur; sed effigies draconis fuisse videtur, quæ ad ecclesiam SS. Innocentium pertinebat: *Fu fait serment les uns aux autres, que se aucun d'eulx estoit pour ce pris, ils feroient qu'il seroit delivré, et pour ce, se mestier estoit, se assembleroient à S. Innocent. Et après ce se fussent yeculx départis, et par aucun d'iceulx eust esté fait vouler le Dragon, sans ce que ledit de Louvres feust onques du conflict, ne de l'assemblée des Mailles à tuer ne rober imposeurs, ne Juifs.*

2. DRAGO, Effigies Draconis, quæ cum vexillis, in Ecclesiasticis processionibus deferri solet, qua vel Diabolus ipse, vel hæresis designatur, de quibus triumphat Ecclesia. Diabolus enim, ut ait S. Augustinus Hom. 36. in Scripturis sanctis, *Leo et Draco est: Leo propter impetum, Draco propter insidias.* Idem in Psalm. 78: *Contrivisti capita Draconum in aqua: Dæmoniorum superbias, a quibus gentes possidebantur.* Vetus Carmen edit. a Barthio lib. 34. Advers. cap. 1: *Salve ô Apollo vere, Pæan inclyte, Pulsor Draconis inferi.* Consuetudines Floriacensis Cœnobii: *Dominica in Ramis palmarum duæ sunt processiones: posterior ad Floriacum, præeunt, vexilla et Draco.* Alibi: *Ad processionem portatur aqua benedicta et thuribulum sine igne, et Crucis et Draco in pertica. Unus vero de infantibus in consa (laterna) a magistro suo præparata affert candelam accensam, ut præsto sit ignis, si extingatur, qui in ore Draconis portatur. Ipso die portatur Draco a Thesaurario, etc.* Rursum: *Præeuntibus autem vexillis et Dracone, sequitur bajulus aquæ benedictæ.* Vide Belehthum de Divin. Offic. cap. 123. et Durandum lib. 6. Ration. cap. 89. n. 12. cap. 102. n. 9.

3. DRAGO. Ita ordinem Militarem vocabant Hungari, a Sigismundo Imperatore et Rege Hungariæ institutum, qui de eo sic in Diplomate ann. 1413. loquitur: *Ac in signum sinceræ dilectionis ipsum (Hervoyam Ducem Spalatensem) in compatrem nostrum assumendo, sibi pro singulari honore quoddam Clendium, scilicet signum Draconis, quod nos una cum serenissima Principe D. Barbara Regina Hungariæ conthorali nostra charissima, et quam plurimis mundi Principibus, nostrorumque regnorum Baronibus Præfectis in signum indissolubilis societatis gestare solenne duxeramus conferendum.* De hoc Ordine Militari consulendus Andr. Favynus lib. 7. Theatri Honor. Messenius, Miræus, Belloius, et alii.

4. DRACONES, Majores naves dictæ Suecis, apud Ericum Upsalensem lib. 2. Hist. Suecicæ pag. 33. [\*] Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 129. tom. 2. pag. 477.]

\* DRACOMA, Asperitas, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 97: *Attende autem quomodo utaris eo ad Dracomata; si enim ulcera contingat esse in oculo, et Dracomata habeat in palpebris, melius est versari palpebram, et sic radi inaspireto melle.* Vide Dracunculus.

DRACONARIUS, Ugutioni et Joanni de Janua, *Vexillifer, qui fert vexillum, ubi est Draco depictus.* Gloss. Græco-Lat.: *Δρακοντιφόρος, Draconarius.* Occurrit eadem vox in Notis Tyronis pag. 161. Vopiscus in Aureliano: *Aquilifer legionis tertix cum vexilliferis et Draconario,*

*cornicinibus atque liticinibus diripuerunt.* Modestus de Vocabul. rei militar. : *Dracones etiam per singulas cohortes a Draconariis feruntur ad prælium.* Idem: *Signiferi, qui signa portant, quos nunc Draconarios vocant:* [quæ iisdem verbis occurrunt apud Vegetium 2. 7.] Leo in Tactic. cap. 3: *Βαυδαρόπου, ἤτοι δρακοναπίου.* Ordo Romanus: *Milites Draconarii, id est, qui signa portant.* Petrus Diacon. lib. 4. Chr. Casin. cap. 89. Henrico Regi Romam adventanti occurrisse scribit *Bajulos, Cereostatarios, Stauroforos, Aquiliferos, Leoniferos, Lupiferos, Draconarios, etc.* Scholam Draconariorum habet lex 6. § 7. Cod. de Off. Præf. Præt. (1.27.) *Draconarii* meminit etiam Ammianus lib. 20. ubi videndus Lindenbrogus. Vide Glossar. med. Græcitat.

\* DRACONCELLUS, Parvus draco. Invent. Ms. thes. sedis Apostol. ann. 1295: *Item unum urceum, ... in quo est unum esmaltum jucundum, ... et etiam habet sex Draconcellos.*

\* DRACONIZARE, More draconis agere, acerbius effutire, in Epist. Arnof. tom. 2. Ant. lect. Canis. pag. 98: *Publicis detractionibus Draconizantes atque dicentes: ecce sanctitas clericorum; ecce merita; ecce sacerdotes, qui ipsa die, in qua bis missas celebravit, Judam imitatus laqueo se suspendit.*

† DRACONTARIUM, Corona confecta ex Dracontia herba contra venena, aut ex gemmis draconalibus. Amalthea ex Terulliano, qui habet cap. 16. de Corona Milit.: *Quid caput strophiole aut Dracontario damnas?*

DRACUNCULUS, Parvus draco, Joanni de Janua, ut et apud Lampridium: *Ulceris vel canceri species.* Chronicon Andrense pag. 411: *In dextro brachio lanceatur, et subrepente Dracunculo, quinto die moritur.* Utitur etiam hac notione Willel. Nangius in Chron. ann. 1126. [Vide Dranculus.]

DRAGUS, Species dæmonum, qui circa Rhodanum fluvium in Provincia visuntur forma hominis, et in cavernis mansionem habent: de his multa habet Gervasius Tilleberiensis in libro MS. de Otis Imp. Decis. 3. cap. 87. [edit. apud Leibniz. tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 987.] Occitanis etiamnum *Drac, Drago*, est *une Fée, nymphe*: hinc *fa le drac*, pro *faire le diable, faire merveille pour ou contre quelqu'un.* Ita Goudelinus.

\* Unde *Drage*, pro *Venefica*, vulgo *Sorciera*, ut videtur, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 2:

Por les ex bien, font cil uslage,  
Ceste fresaude, ceste Drage  
Jetons en mer isnelement.

\* DRAGATA, Pastillus saccaratus, Gall. *Dragée*. Comput. ann. 1489. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 49. col. 2: *Item solverunt honorabili viro Gladio de Minorivilla apothecario, pro Dragata et intortiliis donatis dicto domino locumtenti.* Vide mox *Drageia*.

\* DRAGDALE, *Greis*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. an Crepitaculum, Gall. *Cresselle?*

DRAGEIA, ex Gall. *Dragée*, Pastillus saccaratus. Acta Visitationis Simonis Archiep. Bituric. pag. 235: *Et biberunt cum domino, et de Drageia comederunt.* † DRAGEYA, Statuta Capituli Senon.: *Debet totus Conventus in camera bibere ter, et habere Drageyam.*

† DRAGIA, Eadem notione. Extractum computi J. Humb. sub Guigone Dalphino ann. 1328: *Item pro torchiis, can-*

*delis, speciebus et Dragia, quæ acceperat Giletus Camerarius in domo sua. . . .*  
XIX. lib.

\* Charta ann. 1285. in Chartul. Boniport. : Asserebant (monachi) se habere debere in molendinis domini regis apud Pontem archæ iv. modia, iij. sestaria et viij. boissellos ybernagii redditus annuatis ; pro quo reddito dicti ybernagii, Dragetia a dictis gentibus dom. regis eisdem religiosis, ut dicebant, reddebatur annuatim. *Drageya perliata*, in Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 193. col. 1. quam Praline interpretatur D. Menard in Glossar. ibid. licet adinventum, ut fertur, ab officinis præposito marescalli du Plessis Pralin. Vide *Tragemata*.

† DRAGERIUM, Patera vel pyxis, alias plurimum in usu, ubi *Drageitæ* servantur, Gall. *Drageoir*. Historia Monasterii S. Laurentii Leod. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1129: *Scyphi argentei XXIV. cum VI. gobinetis deauratis, duodecim cochlearia argentea, et Dragerium argenteum cum cochleari.*

\* Charta ann. 1328 : Item unum *Dragerium cum pede de argento immallato, Gallice enmailid.* Vide *Trageria*.

1. DRAGMA. Vita S. Eusebiæ Abbatissæ Hamaric. :

Laurea condecorat caput, in quo lilia vident,  
Pectore Dragma micat, quam viva smaragdus in-  
[umbrat.]

Alias *Dragma* est manipulus. Marius Mercator lib. Subnotationum in Scripta Juliani cap. 8. pag. 24 : *Hoc et de Dragma vel manipulo, qui perierat. Δράγμα, Græcis.*

\* Gemma vel Manipulus. Chron. Joan. Whethamst. pag. 443. ubi de donis factis monast. S. Albani : *Largicionisque Dragas in tipicam nostram Jerusalem intulere.*

† 2. DRAGMA, Interrogation, Question, *Dragmaticus, Interrogant.* Gl. Lat. Gall. Sangerm. MS. J. de Janua : *Dragma, Questio sive interrogatio ; hinc Dragmaticus, i. Interrogativus : unde quoddam genus loquendi dicitur Dragmaticus, quod fit inter interrogantem et respondentem, etc.* Est Græc. δράμα, Fabula, tragœdia, etc.

\* DRAGMATICUS, [Questionarius, interrogativus. DIEF.]

† DRAGO in vexillis. Vide *Draco* 1.

† DRAGONARIA. Rolandinus Patavin. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 6. cap. 18 : *Audiens hæc alius retulit in exemplum, quod ipse viderat in principio guerræ per Estense confinium, nocte quadam visse quamdam Dragonariam sive nubem, quæ sic destruxit arbores, fruges, vineas et herbas radicatas, ut mane facto visum sit omnibus manifeste, quod illic unde vit, non fuisset unquam herba, arbor aliqua vel cultura. Nubes hæc Dragonaria dicta videtur, quod ad instar Dragonum omnia vastantium, omnia et ipsa destruxisset. [Academ. Cruscantis, Dragone, pro Procella.]*

† DRAGONES, Dimachæ, seu Equites vulgo *Dracones*, Gallis *Dragons*. Acta SS. Junii tom. 5. pag. 447. de SS. Petro et Paulo : *In his ergo canonicis domibus, dum milites Butlerianæ cohortis, vulgo Dragones dicti, rimas quasque curiosissime scrutarentur, etc.*

DRAGULUM, Jaculum, Odo Cluniacensis lib. 2. de Vita S. Geraldii cap. 29 : *Viderunt piscem, qui Capito vocatur, contra se natare. Unus autem, qui hoc ipsum refert, extendit Dragulum, et vulneravit piscem. Forte ex Gallico Trait.*

DRAGUMANUS, DROGAMUNDUS, DROCAMANDUS, DROGEMANNUS, DROGOMANNUS, TURQUIGENS, TURCHIMANNUS. His omnibus vocabulis Latini Scriptores ævi medii Græcicam, δραγομανός, efferunt, quæ Interpretum linguarum Exoticarum sonat, ἐμπρηγία γλωσσῶν, apud D. Paulum 1. Corinth. 12. 10. Michael Dragumanus, in Charta Rogerii Ducis Sclavoniæ ann. 1180. apud Jo. Lucium lib. 3. de Regno Dalmat. cap. 10.

DROGOMANNUS. Albericus et M. Chr. Belg. ann. 1122 : *Per Interpretem, qui a Græcis Drogomannus dicitur, collocutus.*

DROGMANDUS. Tudebodus lib. 3. Hist. Hierosol. pag. 79 : *Interrogaverunt Turci Drogmandum, quid Raynaldus dicebat.*

DROGMUNDUS, eidem dicitur lib. 4. pag. 810.

TURQUIGENS, Jacobo de Vitriaco lib. 3. pag. 1126 : *Per Turquigentem, id est, Interpretem, dat responsum nunciis.*

TURCHIMANNEUS et TURCHEMANNUS, Richardo de S. Germano in Chr. ann. 1214. et Sanuto Epist. 10. 13. et 19. ubi nescio quis Sirupulus Græciæ Turchimannus appellatur. Jo. Villaneus lib. 7. cap. 144 : *Turcimanni v'haveva di tutte le lingue.* Habebant porro Byzantini Imperatores inter aulæ suæ Officiales, Interpretes, quos, ut dixi, δραγομανός, vocabant, quibus, qui præerat, Μέγας δραγομανός dicitur Pachymeri lib. 5. cap. 6. et Codino, Maximus Palatinorum Interpretum, Tyrio lib. 17. cap. 20. *Maitre des Druguemens*, Tyrii veteri et inedito Interpreti. Nam et Gallis Istius ætatis Druguemens Interpretes sunt, ut ex Wilharduno num. 96. et Philippo Muschio in Carolo M. alibi a nobis observatum ; unde subit, quæ apud nos invaluit vox *Trucheman*, quam similiter pro *Exoticarum linguarum Interprete* usurpamus : cujus originem et etymon a Germanico quidam accersunt, alii a Chaldaico, in quibus est Isaacus Casaubonus Exercit. 16. in Baronium, ubi annotat vocem *Melitis* Hebraicam Genes. 42. 23. Paraphrastas, Onkelum et alios, exponere *Meturgeman*, quem nos, inquit, Galli corrupta voce Chaldaica dicimus *Trucheman*, id est, qui unam linguam transfert in aliam. Sed vim et originem vocis ipsa prodit *Turchimanni* nomenclatura : sunt enim *Turcimanni*, Turci ipsi, quibus vox *man*, id est, homo, adjecta. Qui igitur Turcorum sua lingua, id est, Arabica, vel Turcica, loquentium Interpretes erant, iimet *Turcimanni* appellati a nostris. De ejusmodi Interpretibus Sidonius in Narbone :

Tum si forte fuit quod Imperator  
Eos socii venire in aures  
Fido interprete vellet et perito,  
Te commercia duplicis loquelæ  
Doctum solvere protinus legebat.

Vide Carolum Paschaliu in Legato cap. 49.

† DRAIHATUM GRANUM, Cribratum, Gallice *Criblé*, a voce Massiliensi *Dray*, Cribrum. Liber inscriptus *Talmut pensionum anni 1337*. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Debent solvere decimam in area et in grano Draihato.*

\* DRAILIUM, Certus campanæ tinnitus, ut opinor. Charta ann. 1346. ex Tabul. S. Petri de Curte : *Ut consules et universitas mansi Garnerii haberent jocularitorem seu quacham publicum, qui in noctis crepusculo et mane modicum ante auroram, et aliis horis competentibus sonaret cornu suum vel tubam, et postmodum Drailium, ut moris erat, in turri. Ubi, si Drailiu aperte a cornu vel tuba non distingueretur, facile suspicarer*

legendum esse *Grailium*. Vide infra *Grala*, *Graylator* et *Grelare*.

DRALHA, [Tributi species. Charta ann. 1350. apud Justellum in Hist. Vicecomitum Turenensium : *Cum jure percipiendi pontonagia, pedagia, botagia, Dralhas, quidagia, aspergia, etc.* Britannis Armoricis *Drailion*, sunt Gall. *Drailleures, ou sarmens de vignes*. [Iisdem Armoricis *Drail*, et Cambro-Britannis *Dryll*, quod pronunciant *Dreill*, quodcumque segmentum est ac ramentum, Gall. *Retaille, Coupeau*.]

\* Proprio sensu, Nauli species, *Pontonage*, quod pendebatur pro transitu fluminis navigio ducto per extentum funem, vulgo *Traille* nuncupatum.

\* 1. DRAMA, *Fisèe vel pois*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

2. DRAMA, TIS, *Demande, vel instrumentum musicum ; unde Cantica dramatica*, in eod. Glossar. Vide *Dragma* 2.

† DRAMEA, *Post framearum*. Gloss. Isidor. ad quas Grævius : *Fortè post Framea, sed quid post Framea ?*

† BRANCULUS MORBUS, idem videtur qui supra *Dracunculus*, Ulceris et cancri species. Vita Hugonis Abb. Marchianensis inter Anecdota Marteniana tom. 3. col. 1784 : *Ecce Dranculo morbo, qui et natus erat, a capite descendente, facies ejus intumescere cepit, et paulatim procedere usque ad locum cordis.*

\* DRANIUM, [Sacrificium in apto loco. DIEF.]

\* DRANSIS, [Dicitur ille qui cespitat. DIEF.]

† DRAPA, DRAPALE, DRAPARIA, etc. Vide *Drappus*.

\* DRAPPENTUM, Quidquid ad drappos seu pannos pertinet. Testam. Joan. Franc. de Gonzaga Mant. march. ann. 1444. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1798 : *Ipsa (consors mea) testari possit et legare vestes suas quascumque et quolibet Drappamenta.* Vide *Drappale* in *Drappus*.

\* DRAPARE, Drappos seu pannos texere, nostris *Drapper*. Charta Theob. comit. ann. 1222. in Chartul. Campan. fol. 307. v. : *Concessi eisdem burgenisibus, quod nulli de cetero liceat Drapare apud Pruvinum, nisi fuerit mansionarius in villa Pruvinii, vel homo meus.* Stat. panif. in Lib. rub. fol. magn. Abbavil. art. 3 : *Que nuls ne puit Drapper de gratus, ne de pelich fait depuis tondisons jusques à la S. Remy. Draps cruz, non Drapiez,* in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 138. v. col. 2. id est, nec ablut, nec tincti. Linteolum vero vetus ac lacerum sonat, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 190 : *Icellui Mahiet trouva une baudrière ou vieulx Drapper pour nettoier le four.*

\* DRAPARIA. Vide in *Drappus*.

\* DRAPARIUS, Pannorum textor et mercator. Charta Guill. episc. Paris. ann. 1222. in Reg. B. Cam. Comput. fol. 150. r. : *Dominus rex vult et concedit, ut nos Paris. episcopus et successores nostri... habeamus apud Parisius unum Draparium.* Vide in *Drappus*.

\* DRAPELLARIUS, Qui jus vel veniam habet pannos in choro ferendi, ex Stat. eccl. Andegav.

\* DRAPELLUS, DRAPPELLUS, dimin. a *Drappus*, Panniculus, nostris, *Drappel*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 83 : *Nigastius... percussit dictum Richardum... in mentione de extremitate digitorum manus sue, tunc indute de quadam mitana Drappellorum.* Aliæ ann. 1357. ibid. ch. 187 : *Quo facto ipse cum quodam fardello Drappellorum suorum et quibusdam aliis rebus*

suis ad domum suam rediens, etc. Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 171: *En laquelle (huche) il aperçut un Drappel enveloppé, etc. De Marre vouloit prendre un petit Drappel, ou un pou d'estouppes en l'ostel dudit Ingrant, pour envelopper un pou de graisse qu'il avoit acheté, in aliis ejusd. ann. ibid. ch. 174. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1368. ex Bibl. reg.: Unus rubisus ornatus auro, 2. esmaldit, et plures alii lapides in uno Drappello. Plures autres pierres en un Drappel, in Invent. Gall. Aliud ann. 1376. habet: in uno panniculo lineo involuta. Drappaille, eodem significato in Lit. remiss. ann. 1419. ex Reg. 171. ch. 136: *Ouquel coffre il ne trouva que linge et Drappaille.**

\* DRAPERIA. Vide supra *Draperia*.

† DRAPERIUS, Officium in Ordinibus militaribus. Charta Alfonsi comit. Pictav. ann. 1270. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 1: *Dilectis in Christo fratri Guillelmo de Villareto ejusdem domus Aconensis Draperio, etc. Idem qui apud alios Vestiarius appellatur. Vide in Drappus, ubi alia etiam notione occurrit.*

\* 1. DRAPPELLIO. [DRAPELLUS: « Tam pannis laneis quam aureis et sericinis banderiis, Drappellionibus et aliis rebus plurimis. (Mandat. Camer. Apost. Arch. Vatic. an. 1430-34, f. 60). »]

\* 2. DRAPPELLIO. [Gallice *Draperies*: « Pro libris 2. de taffetano cremosino pro 34. Drappellionibus dicti baldachini. (Mandat. Camer. Apost. f. 28, an. 1458). »]

\* DRAPPELLUS. Vide supra *Drappellus*.

† DRAPIS, ut mox *Drappus*. Vide in *Brusdus*.

DRAPPUS, Pannus, Gallis *Draps*, Italis *Drappo*: quæ vox occurrit in Notis, quæ Tyrone adscribuntur pag. 161. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 31. Edit. Steph. Baluzii: *Si quis altero per mano aut per Drappo iratus priserit, sol. 9. solvat.* Marculfus lib. 1. Form. 12: *Cum... argento, auro, fabricaturis, Drappis, vestimentis, vel omni supellectile eorum.* Eadem fere lib. 2. Form. 10. 14. 16. Capitularia Caroli C. tit. 29. § 1: *Quando solenus reverti... ad mansiones nostras detonsi et delavati, cum Drappis et calciamentis Depannatis.* Capitula Adalhardi cap. 52: *Ut super alterius Drappum non sedeatur.* Vetus Charta exarata Conrado Rege regnante, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 29: *Et omnis substantia mea tam in vino quam in annona, et in auro atque argento, et in Drapis et vasculis, simul cum bobus et porcis, una cum meliore equo meo, et spatia, et lancea, etc.* Chronicon Fontanellense cap. 16: *Drapos albos 20. de quibus camisia 20. fieri possent. Drapus plumatus, in Charta Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum in Burgundicis pag. 26. Adde Capitulare de Villis cap. 42. [Novam Gall. Chr. tom. 3. col. 488. etc.] [cæ] Polypt. Irmin. Brev. 11. cap. 13.]*

† DRAPPIUS vel DRAPPIA. Instrument. ann. 771. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 85: *Ea scilicet ratione ut annis singulis ad Missam S. Salvatoris sex denarios valentes, aut in cora, aut in Drappiis aut in pecunia solvere debeam.*

DRAPA dixit Adrianus II. PP. apud Argentreum in Hist. Armor. lib. 2. cap. 22: *Triginta camisiae et 30. Drapas laneas variis coloribus tinctas.*

† DRAPERUS, Eadem notione. Testamentum Seniofredi Comitis Barcinon. ann. 966. Marcæ Hisp. col. 887: *Et alium meum mobilem quidquid habuero, quando migravero de hoc seculo, sive in argento,*

*sive in pane et vino, sive in bestias majores vel minores, sive in Draperos, etc.*

DRAPPALE, Quidquid ad drappos pertinet. Formulæ veteres cap. 39: *Aurum, argentum, Drapalia, saramen.* Ita in Form. 47. in Chartis Prensabilibus 8. et 13. in Form. 7. ex Baluzianis, etc.

Cæterum notanda formula, *Estre des Draps de quelqu'un*, apud Froissartem 2. vol. cap. 77. et in Arestis ann. 1401. et 1474. de eo, qui ex alicujus familia est, et illius liberationis seu livræ percipit. Speculum Historiale MS. Joann. Abb. Laudun. l. 10: *A Lille i avoit un Chevalier, qui estoit dou pais de Palle, et estoit aux Draps Robert de Flandres.*

\* Charta ann. 1346. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 530: *Lequel Pierre Gaude estoit, si comme l'en disoit, cleric et familier et des Draps des religieux de S. Pierre d'Abbeville.* Alia ann. 1362. in Chartul. 23. Corb.: *Accordons ausdits religieux (de Corbie) que eux et leurs successeurs, leurs gens, familiers et serviteurs, estans à eulx, à leurs Draps et en pensions, etc.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. ch. 1159: *Jehan le Bourrellier prestre... estant des Draps de la sainte Chappelle de nostre palais à Paris, etc. Vide Roba.*

† DRAPERIA, ut *Drappus*. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod. circa annum 1290: *Tela pelliaria, merces, Draperia, graingne, alnus, cuminum, cuprum operatum debent paagium, veluti alie res desuper nominatæ.* Chron. Parm. ann. 1304. apud Murator. tom. 9. col. 850: *Cum omnibus fondechis, et mercationibus, et Drapperiis, et aliis mercadantiis.*

\* DRAPARIA, DRAPERIA, Pannorum textura vel officina. Charta Phil. Aug. ann. 1204. apud Fleureau in Hist. Bles. cap. 29. pag. 133: *Hi etiam quatuor (ministeriales) custodient quod Draperia sit fidelis et bona.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 152. col. 2: *Pro una coxa carniurum salsarum pro Draperia... Pro uno edulo pro Draperia, vij. grossos.* Pro caso pro *Draperia, iij. grossos.* Drapperie dicitur Vectigal, quod ex pannorum venditoribus percipitur, in Chartul. Latiniac. fol. 246. vº: *Ce sont aucunes fermes, qui estoient de prouffit à l'abbaye de Laigny es foires de Champagne et Brie à Laigny sur Marne. Premièrement la Drapperie vault cccc. livres, etc.*

† DRAPERIA, Locus ubi venduntur vel conficiuntur drappi. Charta Gervasie Domine Dinanni pro Abbacia S. Albini Ord. Cisterc. ann. 1236. in Hist. MS. ejus Abbatis per Guillelmum Gauthier: *Concessi... XII. lib. annui redditus, et eas assignavi omni anno recipiendas in Draperia Dinanni de primis redditibus meis.* Charta Edwardi I. Reg. Angliæ ann. 1299. apud Rymer. tom. 2. pag. 855. col. 2. de assignatione dotis Margaretæ Regina Angliæ: *Civitate Wintoniæ cum Draperia et cum minutis firmis ac aliis pertinentiis suis.* Scammum *Draperiæ*, Scammum ubi *Drappi* venales exponuntur, in Charta Calomontis ann. 1399. Procuratio Gerundæ civitatis ann. 1289: *Tota Universitas predictæ civitatis Gerundæ congregati et congregata per preconem, ut moris est, in Draperia sive placea ejusdem civitatis... Acta sunt hæc in Draperia sive placea civitatis Gerundæ.* Sic videtur dictum Forum, quod in eo *Drappi* maxime venderentur. *Cum aliquis... iverit ad Draperium causa emendi vel vendendi pannos, in Statutis Massil. lib. 2. cap. 40. § 2.*

DRAPERIUS, DRAPPERIUS, Drapporum mercator, nostris *Drappier*, Italis *Drappiero*. Curia Generalis Catalanæ, acta in villa Montissalbi ann. 1333. sub Alphonso Rege Aragon.: *Ordinamus, quod quicumque mercator, vel Draperius, et eorum negotiatores seu factores, teneant commandas alterius, vel merces, etc.* [Statuta Massil. lib. 2. cap. 40: *De Draperiis: Constituimus quod omnes Draperii... jurent... pannos, quando ipsos vendent, extendere supra bancam non trahendo, sed extendendo de plano.* Plura ibi de *Draperiis*, ut et lib. 1. cap. 36. Statuta Arelat. MSS. art. 54: *Statuimus quod Drapperii non sint ausi prohibere, aliquem sartorem recipere pannos in operatoris suis causa emendi pro aliquo.* Pluries memorantur *Draperii* in Codice MS. reddituum Episcopatus Autissiod. semel in Maceriis Insulæ Barbaræ tom. 2. pag. 673. et alibi.]

† DRAPPARIUS, Textor drapporum. Charta Bernardi de Turre ann. 1808. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783: *Drapparii, ferrarii, et coyarii, sutores sotularium pelliarii, tres denarios quilibet pro annata.*

DRAPERIUS. Statuta Ordinis S. Joan. Hieros. cap. 19. § 37: *Ubi statuta loquuntur de Draperio, is intelligitur, qui nunc magnus Conservator appellatur, qui Bailivus Conventualis est venerandæ lingue Aragoniæ, Catalanæ et Navarræ.* Recensetur inter 6. Majores *Bajulivos* Conventuales Ordinis, tit. 10. § 1. Illius officium describitur § 23: *Draperius seu ejus locum tenens, interveniat et adsit contractibus pannorum, telarum, camelotorum et canavassorum pro soldeis solvendis: adsit quoque spoliis fratrum distribuendis.* Vide *Trapus*.

† DRAPERARIUS. Statuta Equitum Theuton. art. 78. apud Duellium Miscell. lib. 2. pag. 60: *Si missus fuerit alicui Fratri pannus qui sufficiat ad unam vestem, recipere potest, sed non retinere sine licentia Draperarii.*

† DRAPARIA, Locus ubi servantur vel abluuntur *Drappi* seu vestimenta. Eadem Statuta art. 74: *Quando vestes abluuntur, feruntur ad Draperiam.* Erit forte qui malit *Draperiam* intelligi mulierem abluendis *Drappis* seu vestibus occupatam.

† DRAPIFER, Venditor, vel potius Textor *Drapporum*. Testamentum Beatricis de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ ann. 1367. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1521: *Et ad finem ut melius satisfiat illis de nobis conquerentibus in iis, in quibus nos eisdem teneri apparuerit tempore mortis nostræ, sicut sunt sartores, Drapiferi, sutores, et alii ministrales, quibus forte secundum eorum laborem tenermur eisdem, vel aliquotiens in retinendo laborem de eis que emuntur ab eisdem.*

\* DRAPUS. [DRAPPUS: « *Drapo* I. sirico. — *Toalia* I. sirica. (Thesaur. eccl. Claromont. Arvern. in Mus. Arch. dep. p. 41. an. 980.) »]

† DRAQUILLI, Manus invidi. Papias. [Isidorus in Glossis habet *Draquilli, Manus invidi.*]

DRASCUS, Hordeum, sive *Braserium* coctum, postquam cerevisia inde expressa est: nos de la *Drague* dicimus, [alii *Drache*.] Angli *Draines* et *Drass*. Mathæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani: *Et præbendam quotidianam ad duos equos de granario nostro sumendam: unum cribrum furfuris, et majorem curvam de Drasco unaquaque septimana.*

† DRASQUA, Eadem notione. Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 803:

*Oblationibus, arietibus, augusto nostro, si nos braciare contigisset, Drasqua, et etiam omnibus aliis ad dictum servitium pertinentibus.* Eadem, ut puto, notione, le Roman de Cortois d'Artois MS :

Mais mon pain resamble becut,  
Il est fait ou d'orge ou de Dreo  
A envis menjase si floe.

Vocis etymon puto Teutonicum *Drascan*, Triturare, ut exponit Schilterus in Glossario Teutonico. [\* Potius Germ. *Trüsen*, *Triester*, Gr. Τρύση, τρύση, Fæx. ADEL.]

\* **DRAVERIA**, Leguminis species, vulgo *Dravée* vel *Draviere*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1478: *Johanni Crasster pro blado, Draveria, lino et soucrione.*

† **DRAULIA**, Quæ præter rationem abs reis et accusatis delicto exigebant Officiales Dominorum. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 324. ex Præcepto anni 1333: *Ne etiam subditi extorsionibus et Drauliis, quæ quandoque plus quam apprehenderet pœna, ascendunt, de cætero opprimantur.* Vide *Drayulia*. [\* Germ. *Drillen* est vexare. ADEL.]

\* **DRAYA**, Drayo Provincialibus et Occitanis, Semita, Gall. *Sentier*; proprie via, qua pecus transire solet. Charta Joan. dalph. Vienn. ann. 1316. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 84: *Sicut protenditur Draya, qua descenditur de versus dictam ruppam usque ad dictum pontem Sichier.* Alia ann. 1361. in Reg. 101. ch. 96: *Protenditur ab ipso loco usque ad Drayam de Moncaneto, et a dicta Draya protenditur usque ad solum de passu Royn.* Recognit. ann. 1460: *Sequendo la Drayam, quæ venit de la Lars, qua itur ad furcas justitiæ... Item ulterius dedit unam terram confrontatam cum Draya, qua itur versus puteum.* Permut. ann. 1539. ex schedis D. Châiz Aquens. patr.: *Item quamdam aliam terram..... confrontatam ab Oriente cum Draya tendente versus Iaclonum des Maynes..... et cum Draya tendente versus Durentiam. Confrontatam cum Draya, qua itur ad castrum, in Instr. ann. 1543. ex eisd. schedis.*

\* **DRAYETUM**, Cribrum, *Drayo* Provinc. et Occit. Invent. Ms. ann. 1379: *Item unum Drayetum de area parvum.* Vide *Draihatum granum.*

† **DRECHURA**, sive Pulmentum Domino solvi consuetum, ab eo qui modo vetito piscatus est, ut habetur in voce *Batuda*; sed vereor ne legendum sit *Drectura*. Vide *Directum* 3. [\* Vide supra *Drechura*.]

† **DRECTATICUS**, **DRECTURA**, **DREITURA**. Vide in *Directum* 3.

\* **DREGEMUNDUS**, Navis cursoria, idem quod *Dromo*. Epist. Soldani Ægypt. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 407: *Tu habes galeas, nos hirsiros, tu classes, nos Dregemundos.* Vide *Dromones*.

\* **DREISSA**, diminut. a *Draya*, Semita. Vide supra in hac voce. Charta ann. 1419. ex Schedis Pr. de Mazaugues: *Nominando pro descensione dictorum boum isclam juxta Verdonum..... et a dicta draya et Dreissa quantum durant iste isclæ.*

\* **DREITURA**, Jus, quod quis habet in re aliqua, reditus, præstatio. Pactum ann. 1063. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 246: *Neque de alios fevos, neque de alias Dreituras, quæ ego Rodgarius comes filius Garsendæ hodie habeo, etc.* Vide in *Directum* 3.

\* **DREITURAGIUM**, Eodem intellectu. Charta ann. 1271. in Reg. feudor. Aquit.

ex Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rubr. fol. 48. rº: *Tradidit... voluntatem et patientiam liberam recipiendi, habendi et retinendi jura et Dreituragia pertinentia ad prædicta.*

**DRENCH**, **DRENGUS**, **DRENGAGIUM**. In Domesdei *Drench* sumuntur pro hominibus domino feudali obnoxiiis, seu certa vassallorum specie, tit. *Cestresc. Hujus manerii aliam terram 15. homines, quos Drenches vocabant, pro 15. maneriis tenebant.* Alibi: *Ad ipsum manerium pertinebant 34. Drench, et totidem maneria habebant.* Ex quibus inferit Spelmannus, ejusmodi *Drenches* vassallos fuisse haud omnino infimæ sortis, ut qui maneria singuli possiderent: additque, in veteri Charta *Drengos* appellari, hosque dici tenuisse terras suas per servitium *Drengagii*. De eorum origine ita Schemula ab illo laudata de familia *Sharneburnorum* in agro Norfolciensi: *Eduinus* (de *Sharneburne*) et *quidam alii, qui ejecti fuerunt* (e terris suis) *abierunt ad Conquestorem, et dixerunt ei, quod nunquam ante conquestum, nec in conquestu suo, nec post, fuerunt contra ipsum Regem in consilio et auxilio, sed tenuerunt se in pace: et hoc parati sunt probare, quomodo ipse Rex vellet ordinare. Per quod idem Rex fecit inquiri per totam Angliam si ita fuit, quod quidem probatum fuit. Propter quod idem Rex præcepit, ut omnes illi, qui sic tenuerunt se in pace in forma prædicta, quod ipsi rehaberent omnes terras et dominationes suas, adeo integre et in pace, ut unquam habuerunt, vel tenuerunt ante conquestum suum: et quod ipsi in posterum vocarentur *Drenges*. Ex quibus, inquit Spelmannus, notandum est, eos omnes eorumve antecessores, qui e *Drengorum* classe erant, vel per *Drengagium* tenuere, sua incoluisse patrimonia, quæ possidebant ante adventum Normannorum. [\* *Danis Drengor*, Comes, satelles, proprie Vir fortis. Vide Ihre Gloss. Suo-Gothic. tom. 1. col. 349. et infra *Drungus*. ADEL.]*

**THRENGUS**, Eadem notione. Epistola Monachorum Cantuariensis Ecclesiæ ad Regem Henricum II. apud Somnerum in Tract. de Gavelkynd pag. 123. 210: *Quia vero non erant adhuc tempore Regis Willelmi Milites in Anglia, sed Threnges, præcepit Rex, ut de eis Milites fierent ad terram defendendam. Fecit autem Lanfrancus Threngos suos Milites, Monachi vero non fecerunt, sed de portione sua ducentas libratas terræ dederunt Archiepiscopo, ut per Milites suos terras eorum defenderet, et omnia negotia eorum apud Curiam Romanam suis expensis expediret; unde adhuc in tota terra Monachorum nullus Miles est, sed in terra Archiepiscopi, etc.* [\* Idem qui apud Germanos *Dienismannus*. Vide supra in hac voce.]

\*\* **DRENGNUS**. Chart. Henric. I. in Abbreviat. Placit. pag. 67: *Sciatis me dedisse et concessisse Hildredo .... terram quæ fuit *Gamel*, filii Bern, et terram illam, quæ fuit *Glassam* filii *Brictrici*, *Drengnorum* meorum, etc.*

\*\* **DRENGAGIUM**. Rot. 7. pasch. ann. 6. Edward. I. Northumb. in Abbr. Placit: *Henricus de Fenwyke tenuit villas de Fenwyke, etc. in Drengagio, et postea convenerunt inter se, et dictus Otnelle remisit servitium Drengagii, etc.* Ibid. rot. 14: *Drengagium est certum servitium et non servitium militare.*

† **DRENSARE**, Clamor cygnorum Auc-tor *Philonenæ*:

Cygni prope flumina Dremsant.

\* **DRESSADERIUM**, Abacus, tabula, ubi vasa reponuntur ad mensæ ministerium, Occit. *Dressadou*, nostris alias *Dressoir*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus unum Dressaderium coralli, cum duobus armariis et duobus tiretis,.... munitum de suis sarralhii et clavibus, et supra eundem Dressaderium unum candelabrum metalli.* Vide *Dressorium*. *Dressouoir* vero, Cochleare majus, quo dapes disponuntur, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 6: *Une cuillier d'airain, appelée Dressouoir.*

\* **DRESSARE**, a Gallico *Dresser*, Dirigere vel æquare. Libert. Petre-assisiæ ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647: *Modo simili possunt circumcirca dictam bastitam pontem seu pontes construere, et itinera mutare et Dressare, prout faciendum fuerit pro utilitate regia et reipublicæ.*

**DRESSORIUM**, **DRESSATORIUM**, ex Gallico *Dressoir*, Abacus, tabula, ubi vasa reponuntur ad mensæ ministerium: Anglis, A *Dresser*. Willelm. Thorn: *In tabulis, trestellis, Dressoriis faciendis.* Ceremoniale Romanum lib. 1. sect. 3: *Credentiam antiqui Ceremoniarum Codices Dressatorium dixerunt.* Christina Pisana au *Tresor des Dames* 3. part. cap. 3: *Un grand Dressoir couvert comme un Autel tout chargé de vaisselle d'argent.* Vide *Directorium* [*Dressaderium* et *Drectorium*.]

\* **DRESTA**, Prov. *Correa*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **DRESTE**. Descriptio bonorum Domini de Eska ex Archivo S. Audomari: *Item, quidam debent adductionem, quæ Gallice dicitur Dreste... adducere animalia, cujuscumque generis fuerint, ubicumque Censuarium voluerit.*

\* **DRESTURA**, ut supra *Dreitura*, nostris etiam *Dréture*. Charta ann. 1247. ex Chartul. Campan. fol. 342. col. 2: *Nous Aubers abbé et touz li covanz de Chartrés faisons savoir... que nos avons donnés à Thiebaut... le mont de Passeavant... Nos n'am porons panre ne issues, ne autres choses, fors nos Drétures.* Tabul. S. Germ. Prat. ann. 1253: *Cum omni jure, dominio, possessione, proprietate, justitia et Drestura, quæ in ipsis rebus et singulis earum etsdem competeat.* Charta ann. 1266. in Chartul. Guill. abb. ejusd. monast. fol. 177. rº. col. 1: *Cum omnibus juribus, dominio, justitia, redeventiis, Dresturis, commodis et emolumentis.*

† **DRETATICUM**. Vide *Directum* 3.

\* **DRETATULA**, Instrumentum, ni fallor, quo aliquid attollitur. Charta ann. 1147. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 518: *Caritative tamen ego recepi Rogerius prænominatus a te Guillelmo præposito præfato D. cc. sol. Melgor. et x. martellos cum suis Dretatulis, et vij. maximos ballones. Nisi de his intelligas quæ ad martellos pertinent.*

† **DRETECTORIUM**, ut *Dressorium*. Ordinatio Humberti II. Dalphini ann. 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 393. col. 2. de Magistro coquinæ: *Item, quod advertat et presentialiter videat diebus singulis carnes crudas truncari et scindi, antequam poni debeant ad coquendum, ita quod in Drectorio per consequens revideat, ne per coquos vel alios de coquina fraud committatur.*

† **DRETTURA**, **DRETURA**, Vide *Directum* 3.

† **DREVA**. Leges Hoeli boni R. Walliæ: *Drevæ manipulorum unius vinculi de avena.*

† **DREY**, Munera Officialibus Dalphini

Vienn. oblata, ideo *Drey* dicta, quod juris sui, Gall. *Droit*, ea esse existimant. Ordinatio Humberti II. ann. 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 397. col. 1: *Super jure seu Drey Officiorum. Item, expresse precipimus intransgressibiliter observari, quod nullus praedictorum Officialium Hospitii nostri... aliquod jus seu Drey per se vel per alium ejus nomine recipiant in servitiis et Officiis supradictis, sed quidquid per eos consuetum erat recipi hactenus debeat nostris commodis rationabiliter applicari.*

\* **DREYLING**, vox Germanica, Dolium communi ter tanto majus. [Tertia pars culei. ADEL.] Charta Wladislai IV. reg. Bohem. ann. 1515. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 567: *Volumus ut abbates Lucenses hodierni et futuri abbatibus Strahoviensibus quotannis duos Dreyling vini transmittant; .... vel loco horum duorum Dreyling viginti quinque sexagenas grossorum monetæ Bohemicæ eis tradere teneantur.*

\* **DREYTTURA**. Vide *Directum* 3.  
\* **DRICTA**, Jus, quod quis habet in re aliqua, ut supra *Drestura*. Sentent. ann. 1080: *Ipsa die, quo Imbertus accepit ipsum castellum usque ad diem, quo pliverunt Drictam in manu vicecomitis ad ipsam Valentiam, quæ valebat in ipso die quo ipsum castellum accepit.* Vide in *Directum* 3.

† **DRICHTUM**, Tributum, pensatio, vectigal. Ogerius Panis lib. 4. Annal. Genuens. ad ann. 1205: *Prænomminatus Comes pro jam dicto servitio et dictionum Januensium in Malta habitantium intuitu, cunctis Januensibus Dacita vel Drictum, quæ vel quod in Tripoli soliti erant dare, remisit.* Bartholom. Scriba lib. 6. eorumd. Annal. ad ann. 1280: *Miserat litteras suas domino Bajulo in ultramarinis partibus constituto, continentes quod ab hominibus Januæ et de districtu Drictum Cathaniæ acciperet, scilicet decenum.* Vide *Directum* 1. et 3.

† **DRICHTURA**. Vide *Directum* 3.  
\* 1. **DRICTUS**, Tributum, vectigal, nostris *Droit*. Convent. Saonæ ann. 1526. pag. 9: *Item de gratia speciali concedunt quod Saonenses pro commarchiis, Dricibus et gabellis... non possint nec debeant trahi ad presentem civitatem Januæ.* Et pag. 84: *Quod Saonenses teneantur solve re caratos maris, et Dricus, et alias quascunque gabellas, quocunque nomine censeantur.* Vide *Dricum*.

\* 2. **DRICTUS**, Erectus, Gall. *Droit*. Tract. Ms. de Re milit. et machin. bellic. cap. 114: *Lucerna ambulatoria in mantelleto... ardens stat Dricta, et cum ea potest focari portum seu propugnaculum civitatis.* Vide infra *Drizare* 1.

**DRINCHEHEN**. Vide in *Outhorn*.

**DRINCLEAN**, Tributum pro potu; vox Saxon. a *Drinc*, potus, et *lean*, stipendium, merces, tributum. Leges Canuti Reg. Angl. cap. 109: *Et Drinclean, id est retributio potus.*

† **DRINDIRE**, Auctor Philomenæ: *Mustelaque Drindit*. Vox fingitur ab ejus clamore. Vide *Drivorare*.

\* **DRINGUET**, Ludi genus. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 220: *Regnavit Dargent... s'embati en une compaignie de jeunes hommes, par lesquels il fu induit a jouer a un jeu, que l'en appelle au Dringuet. Dringuet, pro Dringuet, in aliis ann. 1383. ex Reg. 123. ch. 19. Aliæ ann. 1396. in Reg. 150. ch. 180: *L'exposant estant a la foire de Montereul emprès Guise, .... fut alez parmi ladite foire, et y eust trouvé un lieu public ou l'en jouoit au Dringuet.* Rursum*

aliæ ann. 1405. in Reg. 160. ch. 219: *Aucuns de la compaignie demanderent au suppliant s'il vouloit jouer au Dringuet.* Ubi fortasse legendum *Drinquet*, atque adeo idem est quod *Trinquetum*, vulgo *Trictrac*. Vide in hac voce. Neque enim insolens omnino mutatio literæ t in d.

\* **DRINOLARE**, Vox mustellorum, in Glossar. ex Cod. reg. 7657. *Drinorare*, in alio laudato supra in v. *Baulare*. Utrumque rectius quam *Drivorare*.

† **DRIOGALAPTES**. Vide *Druocolaptes*.

\* **DRISARE**. Vide infra *Drizare* 1.

\* **DRISUM**, *Lo tribunale*. Gloss. Lat. Ital.

† **DRIVORARE**, De clamore mustellæ dicitur supra in *Baulare*. Vide *Drinolare* et *Drindire*.

\* **DRIZAGNOLUM**, Canalis directus, per quem effluunt aquæ. Stat. Mutinæ rubr. 259. pag. 49. vº: *Statuimus quod per omnes homines, habitantes in villa Rami, fieri debeat unum scolarolum sive Drizagnolum per insulam, etc.*

\* 1. **DRIZARE**, *Erigere*, Ital. *Drizzare* et *Dirizzare*, Gall. *Dresser*. Guido de Vigev. Ms. de Modo acquir. et expugn. T. S. cap. 2: *Sed antequam sit tota Drizata, intrent baltriscam qui debent intrare, et cum baltrisca fuerit erecta, trahantur supra homines; .... sed antequam Drizetur, firmetur baltrisca in capite.... Drizantes baltriscam semper munitur ex illis cultris et portis.* Vide supra *Dricus* 2.

\* 2. **DRIZARE**, *DRIZZARE*, iisdem Italis, *Dirigere*, figuram rectam rei alicui restituere; unde *Drizata* et *Drizatio*, ipsa ad rectum restitutio. *Dresser*, eodem sensu, dicimus. Charta ann. 1225. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 342: *Et quod existimator communit Mutinæ non possint cambiare, ingrozare, neque Drizare in vineis et terris, etc.* Et col. 343: *Ego existimator juro bona fide cambia sive permutaciones, et Drizatas, et divisiones ad meum officium pertinentes, facere secundum statuta et ordinationa communia Mutinæ.* Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620: *De ingrossationibus et Drizationibus et rerum divisionibus. Statuimus quod dom. potestas et ejus iudices ad jus deputati teneantur et debeant ingrossare et Drizare justo pretio, re per testes idoneos diligenter scrutata, petentibus ingrossationem vel Drizationem sibi fieri in aliqua terra vel possessione posita infra terminos lapideos. Pluries ibi Stat. Montis-reg. pag. 249: *Item statutum est quod si esset in dicta bealeria seu bealeris aliqua vota, quod dicta bealeria non iret acta, quod massarii dictæ bealeriæ possint facere Drizare, ita quod vadat recta.* Vide supra *Dressare*.*

† **DROFDENN**, Saxonibus, *Silva*, vivarium, ubi feræ nutriuntur. Vetus Charta apud Th. Blount in Nomolexico: *Domini debet habere Drofdennes arbores de crescentia xl. annorum et infra.*

† **DROGAMUNDUS**, *DROGOMANDUS*, *DROGOMANNUS*. Vide *Dragumannus*.

\* **DROGARIA**, *Aroma* quodvis, materia ex qua medicamenta et aliæ compositiones conficiuntur, Ital. *Droga*, Gall. *Drogue*. Convent. Saonæ ann. 1526: *Pro quibuscumque generibus specierum, seu aromatatum et Drogararum, etc.* Rursum: *Item pro qualibet salmata.... aliorum quorumcumque generum aromatatum, seu specierum et Drogariarum, soldum monetæ Saonæ.*

**DROITURA**. Vide *Directum* 3.

\* **DROITEURA**, ut *Droitura*, Jus, quod quis habet in re aliqua, reditus, præ-

tatio, in Charta Phil. III. reg. Franc. ann. 1275. ex Reg. parvo S. Germ. Prat. Hinc *Droitures* dixerunt nostri sacramenta potissimum aliaque ecclesiæ subsidia, quæ moribundis debentur administrari. Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 272: *Lequel Jehan Beauvoir vesqui après ledit coup par neuf jours ou environ, et ot ses Droitures comme bon catholique.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 123. ch. 260: *Jehan Guillon accoucha malades de griève maladie... par telle maniere, que d'icelle maladie il fu confessé, commenté au lit et annulé, et ot toutes les Droitures de saint eglise.* Rursum aliæ ann. 1394. in Reg. 146. ch. 184: *Laquelle femme alla de vie à trespasement après ce qu'elle ot eu toutes ses Droitures.* Ita etiam legendum, pro *Doctrines*, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. ch. 272: *Icellui Delamare... prins ses sacremens et Doctrines, comme bon catholique;... assez tost après il ala de vie à trespasement.* Vide supra *Adresciare*.

\* **DROILLIA**, a vulgari *Drouille*, quod id venditionibus corollarii vice pretio rei emptæ superadditur. Charta ann. 1369. ex Cod. reg. 5187. fol. 81. vº: *Dictus Hugo solvat... dicto Petro tres florenas... pro rata sua Droilliarum per dictum Petrum solutarum, quando dictam vineam acquisivit.* Vide *Druaylia*. Hinc

\* **DROLIA**, quod præter debitum a justitiæ ministris exigitur sub muneris nomine. Charta Car. dalph. ann. 1356. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 5. rº: *Johannes de Bonenco... post officii cessum delatus apud nos... prectatus (quod) Drolia et alia munera a jure prohibita, etiam frequenter excessiva, sigillorum præmia recipiendo, etc.* Vide *Draulia* et infra *Druulia*.

**DROMEDA**. Julius Africanus lib. 6. Histor. Apostolicae pag. 77: *Venerunt nuncii, qui missi fuerant cursu velocissimo in Dromedis, etc.* Joan de Janua: *Dromeda, quoddam genus camelorum, minoris quidem stature, sed velocioris.* [Isid. lib. 12. Orig. cap. 1. addit.: *Unde et nomen habet; nam dromas, Græce cursus velocitatis appellatur. Centum et amplius miliaria uno die pergere solet.*] Vopiscus in Aureliano: *Camelis, quos Dromedas vocitant.* S. Hieronym. in Vita Malchi: *Videmus camelos, quos ob nimiam velocitatem Dromedas vocant.* Et in Vita Hilariionis: *Qui locatis Dromedis, capellis, etc.* Vide *Fulcherium Carnot.* lib. 2. cap. 31. sed et

**DROMEDIARIUS** dicitur pro *Dromade*. Gloss. Camberonense: *Dromedas, et Dromas, et Dromedarius, idem animal est minus Camelo, sed velocius.* Papias: *Dromedarius, genus camelorum, minor quidem sed velocior, unde et nomen habet.* [Glossar. Sangerman. n. 501: *Dromedarius, Camelus velox.*]

**DROMEDIARIUS**, *Camelarius*, qui ducit *dromedos*, Ugutioni et Joan de Janua. *Magister Dromediariorum*, Papiæ. *Camelum autem Dromada* vocat Livius.

\* **DROMEDUS**, ut *Dromeda*. Gloss. in Bibl. Heilsbr. pag. 54:

Bubalus, alx, pardus, velox nimiumque Dromedus.

† **DROMONARIUS**. Vide in *Dromones*. **DROMONES**, *Naves* cursoriæ, expediti cursus navigia. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 1: *Longæ naves sunt, quas Dromones vocamus, dictæ, quod longiores sunt cæteris, etc.* Ugutio: *Dromo, longa navis et velox.* Ælfricus in Gloss. Saxon.: *Dromo, Æsc v, vel Barð, navigium.* *Πλοτα μακρά*, Procopio lib. 1. Vandal. pag. 106.1. Edit. a quo sic describuntur: *Μονήρη μέντοι,*

καὶ ὁροφὰς ὑπερβῆν ἔχοντα, ὅπως οἱ ταῦτα ἐρέσσοντες πρὸς τῶν πολεμίων ὡς ἤκιστα βάλλουσι. Mox subdit: Ἀρόμωνας καλοῦσι τὰ πλοῖα ταῦτα οἱ νῦν ἄνθρωποι, κλεῖν γὰρ μετὰ τάχος δύνανται μάλιστα. A velocitate igitur cursus dicta navigia ista censet Procopius. Et certe primus *Dromonum* usus fuit ad cursum publicum. Nam nonequis tantum vehiculisque stetit; sed navigiis etiam hac *Dromonibus*, per flumina, lacus, sinus, ut res tulit, distributis, quod ex Tabula Itineraria apparet, quæ iter Verona Ravennam per Hostillias designans, Hostillias Ravennam per Padum iter faciendum notat; et ex Senatore, apud quem Theodoricus rex *Dromonariis* Hostiliensibus in hunc modum scribit lib. 2. Epist. 31.: *Et ideo Comiti sacrarum largitionum nostra præcepit auctoritas, ut in Hostiliensi loco constitui debeatis, quatenus fiscali humanitate recreati, excursus cum veredariis per alveum Padis, more solito, faciatis: ut diviso labore equis publicis debeat subveniri, quando cursus vester non atteritur, qui per vias liquidas expeditur.* Ubi *Dromonarii* dicuntur remiges *Dromonum*. [\*\* *Præpositus Dromoniarum* in ch. ann. 539. ap. Marin. in Pap. Diplom. num. 114.]

\* Quod onerarias eodem nomine nonnulli appellarunt, hinc vocis etymon, contra receptam opinionem, a Gothico *Droma*, tarde progredi, parum verisimiliter accersit Peringskiol. in vit. Theodor. a Cochlæo pag. 563. ut monuit D. Falconet.

Ejusmodi erant navigia illa, quæ Leo Imper. fabricari jussit, quibus uteretur, cum peregre proficisci et navigare necessè esset, ut cum in Palatia suburbana, vel Asiatica, mari emenso, vellet transire. Quæ quidem βασιλικὰ δρομῶνια appellata scribit Constantinus de Adm. Imp. cap. 61. *Cursorias* vocat Sidonius lib. 1. Epist. 5.: *Ticini Cursoriam* (sic navigio nomen) ascendit, quæ in *Eridanum* brevi delatus, etc. Adde leg. 2. § 2. Cod. de Offic. Præf. Præst. (1, 27.)

*Dromones* etiam in Pado statuit idem Senator lib. 5. Epist. 17. et Epist. ad Childebert. quæ extat tom. 1. Hist. Franc. pag. 871. ut et in cæteris fluviis, Theophylactus Simocatta lib. 7. Histor. Mauric. cap. 10. ubi innuit, *Dromones* fuisse onerarias naves, quas ἑλικάδας vocant Græci: Ὁλικάδας παραστραμένος, ἄς δρόμωνας εἶθεν ὀνομάζειν το πλῆθος. Et lib. 8. cap. 9. ὑπηρέτην ἑλικάδα, appellat, *Dromonem* illum, quem Mauricius, salutis suæ fuga consulens, in portu Constantinopolitano conscendit: Ἀρόμωνα δὲ ταύτην εἰῶθαι τὰ κλήθει ἀποκαλεῖν. *Dromonum* igitur usus etiam fuit ad onera deportanda, cui addictos potissimum *Dromones* testatur præterea Senator lib. 5. Epist. 16.

At postmodum transit *Dromonum* appellatio ad majores naves bellicas. Radulph. Coggeshal. in Chron. MS. ann. 1191: *Apparuit eis quedam navis permaxima, quam Dromundam vocant.* Eadem fere Robertus de Monte et Matth. Paris hoc anno. Nec aliter describitur a Leone in Tact. cap. 19. § 4. etc. Anna Comn. lib. 3. Alberto Aqu. lib. 9. cap. 23. lib. 10. cap. 14. Joanne VIII. PP. Epist. 45. 240. 251. Will. Tyrio lib. 20. cap. 14. Jacobo de Vitriaco lib. 1. cap. 99. Gaufrido Malaterra lib. 2. cap. 8. Walsinghamo ann. 1292. Henrico de Kington. lib. 3. cap. 14. Ethelwerth. lib. 3. cap. 3. lib. 4. cap. 4. Will. Neubrig. lib. 2. cap. 17. et aliis, qui varie nomen efferunt, *Dromonos*, *Dromundos*, *Dromos*, etc. vocian-

tando. De iis etiam Philippus *Mouskes* in Hist. Franc. MS.:

Esneques et Dromons fieres,  
Roges et bussés et vissières.

Le Roman d'Amiles et d'Amy MS.:

Enz grans Dromons et enz barges s'ea entreat.

Le Roman de Jordain MS.:

Que gez laissai en mer enz el Dromont.

Le Roman de la prise de Hierusalem par Titus MS.:

Un Dromont fist loer, mult fu pleinin et grans.

[Le Roman de Blanchardin MS.:

Lors fait les charpentiers mander  
Pour cele barge comencer,  
De trente piez fu le Dromont,  
Li mas en fu droit contremont,  
Une broche ot le front devant,  
E un autre emmi le chalang,  
La tierce fu faite derriès  
Pour desliendre la gent derriere.

Infra:

En mer trovasmes un Dromont  
A bretesches et à chasteaux.]

Scribit Philippus Pigafetta in Notis Italicis ad Leonis Tactica pag. 292. quæ in maris tractu a CPoli ad Thessalonicam navigia decurrunt, *Dromognia* appellari. [\*\* Vide Ithri Glossar. Suio-Goth. voce *Dromunder*. ADEL. et Jal. Antiq. Naval. tom. 1. pag. 230. sqq. et 430. sqq.]

DRUMON, Idem quod *Dromon*. Gregorius M. lib. 8. Epist. 37: *Cognoscentes quale studium in præparandis Drumonibus gesseritis.* Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelat. pag. 285: *Sed cum ex utraque ripa Drumonem, qui hostium obsidione injectus fuerat, Gothi Dei nutu erigere non valent, noctis sanctum virum in Palatium revocarunt.*

DROMONARII, *Dromonum* remiges, de quibus supra.

DRUMUS, Via, semita, ex Græc. δρόμος. Vetus notitia sub Rogerio Rege Siciliæ ann. 1144. apud Rocchum Pirrum in Archiepiscopis Messan.: *Et sic pervenit ad lapidem fissum prope Dromum, qui vadit ad Traynam, etc.* Occurrit ibi non semel. [Vide *Dromones*.]

\* DRONA, Territorium, districtus, perperam forte pro *Trona*. Fundat. hospit. Cusani ann. 1458. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab. *Honthelm* pag. 436. col. 1: *Omnia immobilia bona... in prædicta ac in dicti oppidi, nec non in Drona episcopi dictæ diocesis parochialium ecclesiarum parochiis ac alibi consistentia, etc.* Vide *Thronus*.

† DROPA, æ, Inaures, ornamenta mulieria, apud Laurent. in Amalthea.

† DROPAICISTA. Gloss. Græc. Lat.: Ἀρωπακιστής, *Dropacista*, *Depilator*. Ἀρώπαξ Græcis, Unguentum ad evellendos corporis pilos et levigandam cutem adhiberi solitum; unde Martialis 3. Epigr. 74: *Psilothro faciemque lavas, et Dropace calvam*: unde et

† DROPAICARE, *Dropace* involvere. Octav. Horatianus: *Liniendus est, ita tamen, ut ante hydropicus toto corpore Dropacetur*. Similis est notio verbi δρωπακίζειν apud Græcos. Demonax apud Lucianum: Ἀρωπακισθῆναι τότε αὐτὸν κλέυσεν.

\* Unde *Dropacismus*, de quo G. Rolfinc. Method. med. special. lib. 4. pag. 11. sect. 9.

\* DROSCA. Vide supra *Dorosca*.

† DROSELITUS, *Lapis varius, nominis causa: qui si ad ignem adplicetur, velut sudorem mittit.* Glossar. Sangerman. n.

501. ex Isidoro lib. 16. cap. 12. Scribendum esset *Drosolithus* a Græco δρόσος, Ros et λίθος, Lapis.

† DROSELUS. Vide in *Dorsarium*.  
† DROSSARDUS, ut mox *Drossatus*. *Joannes de Aa... Drossardus Brabantiae*, in Charta ann. 1378. apud Miræum tom. 2. pag. 1028. col. 2. Iterum memoratur *Drossardus Brabantiae*, in Instrumento anni 1648. nov. Gall. Christ. tom. 4. col. 425. Verum ratione paulo diversa Thuanus Hist. lib. 40. pag. 408: *Jam fama de milite a Brunsvico conducto, et per Frisiam licentiose rogante percrebuerat, succinctus Quæstor, quem illi Drossardum vocant, etc.* Succinctus Quæstorum Gallice vocamus *Prevost des Marchaux*.  
DROSSATUS, Præfectus provinciae, Theutonice *Drossaet* et *Drossaert*, Saxondrost e. *Drossatus regni*, apud Ericum in Hist. Suecorum lib. 3. pag. 81. Idem lib. 4. pag. 121: *Dapifer vel Drossatus Regni Mathias, etc. Gubernator Regni* pag. 122. *Princeps Senatus* exponitur Jo. Loccenio. Quem vide lib. 2. Antiq. Sueco-Gothic. cap. 18. ut et Schefferum in Upsalia cap. 16. [\*\* *Ithrium* in Glossar. Suio-Gothic. voce *Drott*, tom. 1. col. 386.]

\* DROSTUM, Vidimus ann. 1397. Chartæ Joan. ducis Brit. ex Bibl. reg. *Cum impressura unius scuti arma Britanniae, videlicet nonnullas herminas in quartiero dextro illius scuti, et in residuo ejusdem scuti arma de Drosto continentis, ut dicebatur et prima facie apparebat.* Hoc est, insignia gentilitia domus de *Dreux*, ex qua Petrus fuit primus dux Britanniae, qui ejusmodi insignia in clypeo suo scuto depingi jussit.

† DROTAR. Vide *Diar*.

\* DROTUM. Charta ann. 1235. in Chartul. Campan. fol. 303. col. 1: *Homines nostri manentes apud Drotum S. Brunoli et apud Drotum S. Mariæ et apud S. Petrum in prato.* Occurrit ibidem semel et iterum.

† DRUAYLIA, Accessio, corollarium, *Drouilles*, in Statutis Bressiæ art. 83. ubi Colletus potest consuli. Munusculum est pretio rei emtæ superadditum, et Judicibus fere concessum, haud multum absimile huic, quod vulgo dicimus *Pot de vin*. Extractum computi ann. 1336. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 324: *Item, deliberavit mandati Domini Drueto de Losana et Aymoni socio ejus pro malis cottis datis per Dominum pro Druayliis domus Domini Guidonis de Grolea, quam Dominus emerat.* In quibusdam provinciis *Drolées* etiamnum vocantur minores in locationibus exceptiones. Vide *Draulia*. [\*\* *Drouilla* et infra *Druulia*.]

DRUCHE, DRUTHE, Virgo pacta, sponsata, quæ sponso fidem dedit, a *Trewe*, Germano *Fides*: seu *Drut*, amicus. Lex Salica tit. 14. § 10: *Si quis puellam, quæ Druchte ducitur ad maritum... mæchatus fuerit.* Editio Heroldi: *Si quis puellam sponsatam, quæ Druthe ducitur ad maritum, etc.* Germani sponsas *Druyd* vocant, unde nostri *Brū* sponsam filii appellant. Danis certe, auctore Pontano, *Hustru* est uxor, ab *Hus*, domus, et *Tru*, fidelis. Vide *Drudes*.

☞ Voce *Druthe* non virginem sponsatam, sed paranympum hicsignificari recte monet Schilterus: quod Muratorius etiam præsensit. Clarissimum scriptorum interpretationem firmant tum vox ipsa, quæ, secundum originationem suam, fidelem, amicum, dilectum, fidum designat, tum editio Eccardi, ubi legitur: *Si quis puellam sponsatam, Druthe ducente ad maritum, etc.* ac



tandem vetus Glossa a Muratorio laudata, ubi: *Tructe, id est, per nuptiales*; hoc enim belle convenit paronymo. Saxonibus *Driht-guma*. Paronymus, apud Somnerum.

**DRUGULA.** Vetus Charta in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 224: *Tum incipimus edificare prædictam capellam, et ponere fundamentum, et fodere; circa sepulchra eorum, invenimus ossa eorum et chartas prædictas in quadam Drucula desolata.* [Lubens legerem Arcula.] [\*] A Germ. *Truhe*, Arca, cista, cujus diminut. *Truhel*, vulgo *Druhel*. ADEL.]

\* **DRUDA**, Amica, amasia, Gall. *Maitresse*, alias *Drue*. Acta Mss. Inquisit. Carcasson. ann. 1308. fol. 24. vº: *Quod dicta Moneta, quæ erat amica seu Druda Petri Auterii hæretici, etc.* Unde *Druerie*, Prava animi affectio, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 10: *Comme l'exposant se feust enamourez par jeunesse et Druerie de ladite femme, et elle de lui.* Præter notiones vocis *Dru* in voc. *Drudes* prolatas, occurrit etiam pro Crasso, valente, repleto. Hinc *le Dru de la joe* dicitur malæ pars crassior, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 161. ch. 245: *Icelluy Thierry jery ledit Simonnet de ladite esse droit sur le Dru de la joe assez près de la temple.* Unde *Desdrui* et *Désendruir*, pro Debilitare, enervare, vulgo *Affoblir*, *rendre moins fort*. Guinevil. in Peregr. hum. generis Ms. :

De che me souvient il sans plus,  
Que me dist qu'estoie trop Drus :  
Mais se je me Dresdrussoie,  
Ou aucun mal je me fesoie,  
Felon me devoit on clamer.

Mirac. B. M. V. Mss. lib. 2 :

La char convient Désendruir,  
Qui les péchiés veut ensuir :  
Qui sendruit trop et encraise,  
A péchié faire tost s'estaiese.

Danis et Septemtrionalibus *Drenga*, Pueri juvenes, robusti et nobiles olim; hodie viliores et minori ætate. Ita Ott. Sperleng. in Testam. D. Absolonis pag. 81. An inde accersenda vocis *Dru*, ea, quam hic interpretor notione, origo; dicere non ausim.

**DRUDARIA.** [\*] Præstationis species, quæ Minorum vel iudicum mulieribus exsolvatur. [Charta MS. Willelmi Montispessulani Domini ann. 1108: *Pertinent etiam Vicariæ, omnes donationes, et omnia Consilia omnium honorum, et omnium pignorum totius Montispessulani, cum sextis denariis et omnibus placitis Montispessulani, excepta Drudaria uxoris Domini Montispessulani, et excepta Drudaria Pontii Raymundi.* Sciendum est enim, quod uxor Domini Montispessulani habet Drudariam in placitis Montispessulani, solummodo quando totum placitum fuerit xv. solidorum, et quando fuerit ultra xv. solidorum. Pactum nuptiale MS. Armani de Omelaz et Sibyllæ de Obillone ann. 1129: *Excepto usufructu feudi Guillelmi Montispessulani, et Drudaria Pontii Raimundi, et unius maris, quem usumfructum in tota vita mea retineo.* Charta Rogerii Vicecomitis Biter. ann. 1194. apud Castellum lib. 4. Rerum Occit. pag. 644: *Habent de consuetudine homines Biterris, quod si vicecomes justitiam habuerit pro quolibet delicto de quolibet homine vel femina ipsius villæ, uxor ipsius Vicecomitis nullam debet habere Drudariam de ipso homine vel femina, nisi tantum de pecunia illa, quam Vicecomes jure habeat.* Servatur in Tabulario Palensi in Beneharnis Codex, hocce titulo: *De las compositiones de las Drudes,*

*dites femmes de caporans ann. 1378. ab lo senhor.* Deinde: *Recepte de las femmes deus caparans de sus scrits per la composition, feyte ab Mess. per que portassen los senhaus.* Mox: 12. florins paga lo prebende deu castel de salides per composition de Marianne de Gusmicau de la Mote, et de Luguas de Casaux les femmes à Pau le 7. jor de Desembre. Et sic de cæteris. Apud Dominicum lib. de Prærogativa alodior. in veteri Charta, Guiffredo Archiepiscopo Narbonensi defertur a Raimundo Comite Tolosano feudum quoddam per *Drudariam*, quod idem est, ait Dominicus, ac per amicitiam: *Drudi enim dicuntur amici, quod in Drudes docemus. Certe Druerie id Gallis sonat. Le Roman de Garin MS. :*

Vos Druries s'il vos plait me donnés.

Chron. Bertrandi Guesclini MS. :

Et si vos pri trestous par bonne Druerie.

Le Roman d'Aubrey MS. :

Ma Druerie vos otral sans fausser.

[Vetus Poëta Bibliotheca Coslinianæ :

Signé li fist de Druerie,  
Et cil ne la refusa mie.]

Italæ *Druderia* est jocus amatorius. Vide *Amicitia*. Joan. Molinetus Valentiniensis fol. 108 :

J'ay veu Roy de Honguerie  
Faire preparation  
De tres-haute Drurie  
Tres-glorieusement.

Ubi *Druerie*, est *Drudorum cætes*.

**DRUDES, DRUDI**, voces ejusdem originis ac *Druchte*, de qua supra : Fideles, fidi, amici, qui Domino obstricti sunt, quasi *Trudes*, aut *Trudi* : Germanis enim *Treu*, idem sonat, ut *Trewe*, fides. Apud Kilianum, *Drut*, *Draut*, et *Druyt*, Fidelis et amicus, redditur. Idem sonant *Drud* et *Drude* apud Arvernos. Sed et Cambro-Britannis *Drud* est carus, intertum fortis, strenuus, audax. Denique in Glossario Theotisco Lipsii, *Drohtin*, et *Druhtin*, et *Druftin*, Dominum significant, [et kar' ἐξοχῆν Deum, ut ait Schilterus in Glossario Teutonico; unde ibi Somnerus : *Saxon. Driht et Dryhten; vox, ut Verstegano monitum, non omni Domino communis, sed Domino dominorum, Deo scil. propria et peculiaris, de cujus etymo pluribus Martinius in Etymol. voce Deus.* Sed voces *Druhtin*, *Druftin*, *Truhtin*, quæ Deum, aut Dominum, aut Regem significant, non sunt confundendæ cum *Drut*, *Drutin*, *Druta*, Amicus, dilectus, fidelis, fidus, ut monet Schilterus : quem consule.] Vide *Gretzerum* in *Divis Bamberg.* pag. 130.

A fide igitur dicti *Drudes*, quos passim Reges nostri in Diplomatis *Feaux* vocitant. Ab hoc etiam etymo *Druydum* nomen accersit Bucherius in Belgio Romano lib. 5. cap. 4. § 14. de quibus copiose agunt Salmasius ad Hist. August. pag. 237. Boxhornius in Orig. Gallic. et alii passim, qui res nostras Gallicas attigerunt. Capitula Caroli C. [\*] Epist. Episc. ann. 858.] tit. 23. § 4 : *Sine adiutorio uxoris et filiorum, et sine solatio et Comitatu Drudorum atque vasorum nuda et desolata exhibit anima vestra.* Auctor Vitæ S. Udalrici [\*] Pertz. pag. 418. lin. 37.] : *Drudes suos donis congruis sibi complacere satagebat.* [Mabilonius sæc. 5. SS. Benedictinorum pag. 460. melius legit complacere, additque voci *Drudes* in uno exemplari superscriptum fuisse *Gratos*, in alio *Consiliarios*. Annal. Bened. tom. 4. pag. 396 :

*Testes de auctoramento Comitæ Gaufrædi fuere Comes Eudo, Odo frater Regis Heinrici, Hungerius Drudus ejus.]* Ita crebro in Poëmate, cui titulus, *Garin de Loherans*, hac notione vox *Dru* accipitur :

O est mes Drus li Loherans Garin.

Aliibi :

Ja fu tel tans, Garin fu vostre Drus.

Rursum :

Hernaus mes més, mes Drus et mes amis.

Idem :

Delés lui fu Garins, qui fu ses Drus.

Alio loco :

Ensemble ô lui ses amis et ses Drus.

Denique :

Mari avés et si volés Dru fere.

Chronicon MS. Bertrandi du Guesclin :

A tosors mais serons vos amis et vos Drus.

Le Roman de Rou MS. in Richardo I. Duce Normanniæ :

Bien caude avoir Normans matez et confondus,  
Et tous les caude avoir sans bataille vaincus,  
Grand joye et grands gabis en meins entre ses Drus.

Le Roman de Florimond MS. :

Or seron bon ami et Dru.

Aliibi :

Le Roy apela de ses Drus.

Alter Poëta :

Gadifer et Betis et auges de lor Drus,  
A trové combatans desous deus pins faillus.

Le Caton en Roman MS. :

Teus puet estre riches et Drus,  
Qui puis devient pources et nus.

Le Roman de Girard de Vienne :

Seignor Baron, avés vos entendu  
De ces glotons qui estoient mi Dru.

*Druë*, pro amica. Le Roman de Florimond MS. :

Li Rois li a sa fille monstrée,  
Li autre l'ont par lui veue,  
Se dit ja qu'elle l'est sa Drue.

Le Roman de la Rose :

Cil qui l'a voulu retenir,  
Qu'elle ne puisse aler ne venir,  
Soit sa mouillor, ou sa Drue,  
Tantost en à l'amour perdue.

Philippus *Mouskes* in Philippo Augusto, de Ottone Imperatore :

Li Dus de Louvain s'en parti,  
Quar ne vit pas le giu parti,  
S'Othes avoit sa fille cue,  
La fille au Roi estoit sa drue,  
A feme l'avoit espousée,  
Aint la guerre lui fu donnée.

Jacobus Millet in Poem. cui titulus, *la Destruction de Troye*, de Helena :

Menelaus, à qui je sui la Drue.

Joan. Lingonens. in versione libri Boetii de Consolatione :

Jadis quand j'oi fortune Drue,  
Chascuns eurus me disoit.

Ubi *fortune Druë* est *fortuna amica*. Ita Itali *Drudo* usurpant pro amasio, et eo, quem *Galant* vulgo dicimus. Dantes in inferno Cant. 18 :

Taida e la puttana che rispoe  
Al Drudo suo.

In Parad. Cant. 12. [ubi de patria S. Dominici :]

Dentro vi nacque l'amoroso Drudo  
[Della fide Christiana il santo atleta,  
Benigno a' suoi ed a' nemici crudo.

Quo ex loco conficit Crescimbenus in

Vitis Poetarum Provincialium pag. 159. vocem *Drudo* bonam in partem accipiendam esse, adversus Nostradamum, qui hanc de dissolutis mulieribus intelligit. Sententiam confirmat suam idem Crescimbenus auctoritate veteris Poetae vocem *Druderia* usurpantis notione religiosa; hic enim de B. Virgine Maria scribit:

La ballia tu n'hai avuta  
Lungo tempo l'hai tenuta  
Per pietà, Madre or m'aiuta  
Che' ci prestì in Druderia.

His addit inter cetera Crescimbenus Glossarium vetus Provinciale, ubi *Druz* redditur, *Dilectus, amans, fidelis*. Ex iis quidem patet ab antiquis bonam in partem acceptum fuisse hoc nomen, sed in pejorem acceperunt plerique recentiores: quod temporibus S. Ludovici contigisse ait Besifus Hist. Comitum Pictav. cap. 18.]

\* **DRUELERIA**, Idem quod *Laudatio*, quod scilicet domino feudi penditur pro facultate alienandi feudum, vel in professionem vassallatus. Charta Jocerani Grossi ann. 1236. in Chartul. Cluniac. ch. 286: *Vendimus et tradimus pro pretio mille quingentarum marcharum argenti et quadringentarum librarum Divionensium pro laudationibus seu Drueleris*. Quae rursus occurrit in seq. Ch. Hugon. abb. Cluniac. ejusd. an.: *Pro hiis precium dedimus, videlicet mille et quingentas marchas argenti et quadringentas libras Divionenses pro Drueleris*. Vide infra *Drullia*.

\* **DRUGA**. Charta ann. 1130. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 290: *Si autem fuerint duella, raptus mulierum, quod vulgo wifver, Druga, etc.* Sed legendum unica voce *Wifverdragan*, dictum est in *Wifver*. *Druge* vero nostris, idem quod Fuga, recessus, vulgo *Fuite, retraite*. Le Roman de la Rose MS.:

Mout a souris poure secours  
Et fet en grand péril sa Drugue,  
Qui n'a cun pertus à refuge.

Guill. Guiartus ad ann. 1249:

Sarrazins comme chiens glâtissent,  
Leur grant cris, leur horrible Drugue  
Semblent le meschief du déluge.

† **DRULLA**, pro *Trulla*, seu Instrumentum, quo cæmentarii uti solent in lapidibus mortario conglutinandis atque liniendis parietibus, Gall. *Truelle*. Vita S. Rodani, April. tom. 2. pag. 385. A: *Sed vir super Drullum illud in stercore ovium proficiet, etc.* Vide *Truella*.

† **DRUMON**. Vide *Dromones*.

† **DRUMUS**, *Nemus densum*. Gloss. vet. apud Laurentium in Amalthea. Est a Græco δρυμός, Silva.

† **DRUNGARIUS**. Mox vide *Drungus*.

**DRUNGUS**, Globus militum. Vegetius lib. 3. cap. 16: *Scire dux debet contra quos Drungos, hoc est, globos hostium, quos equites oporteat poni*. Et cap. 19: *Aut a vagantibus globis, quos vocant Drungos*. Vopiscus in Aureliano: *Omnium gentium Drungos usque ad quinquagenos homines ante triumphum duxit*. Isaacius Pontanus vocabuli etymon a Germanico *Gedrung*, et *gedrung*, quod idem sonat, accessit. Nec abluvit Spelmannus, qui Anglo-Saxonibus vocem *drungan*, significare ait confertam multitudinem, seu Globum militum, uti apposite exposuit Vegetius; unde Angli eadem notione *Throng* mutati sunt. [Leunclavius in Pand. Turc. num. 173. a *Trunco* seu baculo *Drungum* dic-

tum putat, quod esset insigne potestatis *Drungariorum*.] Certe a Latinis accipere Græci suum δρυγγος. Glossæ Basil.: Δρυγγος, τὸ ἐκ ταγματῶν, ἧτοι ἀνδρῶν τῶν λεγομένων κομητῶν, συχκείμενον πλῆθος. Codinus de Offic. cap. 5. § 95: Δρυγγος, ποσότης τοσοῦτων τινῶν ἐρμηνεύεται. Leo in Tactic. cap. 3. § 3: Κατὰ δρυγγους, καὶ κατὰ τούρμας.

Sed alius est δρυγγος apud Epiphanium, seu potius δρογγος. Nam Galatarum voce μυκτῆρα vel ῥάθονα designat. Unde hæretici quidam dicti Τασοδρογοί, ὅπερ ἐρμηνεύεται πασσαλορυγγίται, ut est apud Timotheum περὶ τῶν προσερχομένων τῇ ἐγὶα ἐκκλησίᾳ. Vide Glossar. Rigaltii, Meursii, Fabroti [et mediæ Græcitatatis col. 333.]

**DRUNGARIUS**, Qui *Drungo* præest, præfectus *Drungi* vel turmæ. Χλιάρχος, uti exponitur in Gl. Basil. seu ὁ μὲς μοίρας ἄρχων, apud Leonem in Tacticis cap. 3. § 9. cap. 4. § 6. 9. 42. 45. Vide Inscript. Gruf. 1161. 2. [et Glossarium mediæ Græcitatatis.] supra *Delongaris*. Plures autem Drungarios recensent Scriptores Byzantini, quos inter eminet.

**DRUNGARIUS CLASSIS**, δρογγάριος τοῦ στόλου, seu τοῦ πλοῦτου, de cuius officio multa Leo in Tactic. cap. 19. § 24. et Codin. de off. cap. 5. § 4. Sub cuius manu navium erat omnis potestas, ut loquitur Luithrandus in Legatione. Illius etiam passim mentio fit apud Scriptores Byzantinos, Constantinum de Adm. Imp. cap. 29. 51. Annam Comn. l. 3. Nicetam Paphlagon. in Ignatio Patr. Manassem, Leonem Grammat. et alios; qua quidem dignitate donatus fuerat Romanus Imp. antequam imperaret, qui *Primus navium*, et *Navalis exercitus Princeps* dicitur ab eodem Luithrando lib. 3. cap. 6. et 7. Atque hic κατ' ἐξοχὴν *Magnus drungarius* dicitur in Novella Manuelis de Divers. caus. et apud Joann. Tzet. Chil. 5. cui præ aliis suberat δεύτερος δρογγάριος τοῦ στόλου, ut est apud Annam l. 12. Alexiad. pag. 369. Vide Codin. de Offic. cap. 5. § 95. [Ipsa vero Drungarii dignitas δρογγαράτος dicitur Anonymo Combesiano in Leone Philosopho n. 27. Eundem vide in Porphyrog. n. 12. in Romano Jun. n. 1. Simili modo δρογγαράτος τῆς βίγλης, apud Theodorum Hermopolitem l. 7. tit. 12.]

**DRUNGARIUS VIGILÆ**, seu *Drungarius Imperialis vigilæ*, ut est in Hist. Miscella lib. 24. pag. 789. 772. i. e. Præfectus Excubitorum Vigilum: δρογγάριος τῆς βασιλικῆς βίγλης, Theophani pag. 416. cuius munus erat constituere excubias ex præcepto M. Domestici. Ita Codinus cap. 2. 4. 5. 16. etc. Illius meminit Constantinus in Basilio n. 44. Scylitzes, pag. 598. Phranzes lib. 2. cap. 18. etc. Idem qui Νυκτέπαρχος in Chronico Alexandrino pag. 744.

**DRUNGARIUS CIBIREOTARUM**, apud Cedrenum in Leontio, et Nicephorum CP. in Breviar.

**DRUNGARIUS δωδεκανήσου**, qui Auctori Historiæ Miscellæ lib. 23. pag. 714. *Drungarius duodecimæ insulæ* perperam dicitur. Vide Glossar. Meursii, et Myresp. sect. 1. cap. 443.

† **DRUPPA**, γερνέριμος, ἐλαία μέλινα, Gloss. Lat. Gr. Sangerm. Explicat Laurent. Laurenberg. in Supplemento Antiquarii, *Oliva quæ in arbore maturuit*; alii tamen olivas nondum edules aut maturas intelligunt. *Drupæ* vox nota est Plinio. Græcis δρυπετής, Fructus maturescens jamjamque ex arbore casu-

rus, a δρῦς, Quercus, et generatim arbor, et πίττω, Cado.

\* **DRUSILA**, *Una generatione*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**DRUSUS**, *Patiens aut rigidus, aut contumax*. Glossar. Arabico-Lat. et Isid. [Vide Grævium.]

**DRUTHE**. Vide *Druchte*.

\* **DRUULIA**, Munusculum, quod ab ingredientibus officium aliquod, in professionem clientelæ offertur. Bulla Adriani IV. PP. ann. 1157. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 925: *Tantum denique familiaritatem ex dilectione in domo episcopali habere debet* (comes Gebennensis) *quod in mutationibus officiorum ejusdem domus, si tu inde quæstionem habueris, Druuliam ibi admodum habere debet*. Vide supra *Drobia* et *Drueleria*.

† **DRYCOLAPTES**, δρυκολάπτης, Species avis, Plinio Picus, Gallis *Piwert*. Gloss. vet. Sangerm. n. 501: *Dryogalapes* (lege *Druocolapes*) *Avis quæ in capite suo in modum galli cristam habet, quæ ore suo arborem fodiens ibidem sibi nidum facit*.

† **DRYPHACTUM**, δρύφακτον, Cancelli, fores tribunalis seu sepes. S. Cyprianus Epist. 20: *Pro se dona numeravit, ne sacrificaret, sed tantum ascendisse videtur usque ad Dryphacta et inde descendisse*.

**DUA**, pro *Duo*, neutr. plur. dixisse veteres, notum ex Quintiliano l. 1. cap. 9. et aliis. Veteres Glossæ: *Biceps, Dua capita*. Vetus inscriptio nuper detecta in Ecclesia Monast. S. Acheoli juxta Amblianum:

PRO SALUTE ET  
VICTORIA EXX G  
APOLLINI ET TUER  
JUGODUMNO  
TRIBUNALIA DUA  
SE TUBOGIUS ESUGGI  
F. D. S. D.

Ita in Codicibus MSS. Capitularium, et in Lege Bajwar. *Dua* crebro pro *duo* legi monet Stephan. Baluzius in Not. ad ead. Capitul. pag. 1125. *Dua Capita*, in Capitul. Aquisg. ann. 789. cap. 23. 28. ubi alii Codices *duo* præferunt. [Codex MS. Irminonis Abb. S. Germani fol. 61. col. 2: *Factunt Dua carra ad vincriciam*.]

† **DUACZATORIUM**. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 282. in Computo ann. 1333. et seqq.: *Item, pro tabulis ad faciendum unum Duacatorium pro Domina Dalphina et duo tabuleria ad opponendum igni cum pedibus et clavis necessariis ibidem vi. sol.*

† **DUALIS**, *Divisa fæmina*. Gloss. Isid. ad quas Grævius: *Si unquam hæc vox hac notione habetur, dualis fæmina est adultera, quæ duos viros sectatur*. Constantiensis autem generatim exponit: *Dualis, divisa, gemina*.

\* **DUALITAS**. Marius Mercator. pag. 48: *Quid Dualitas naturarum, quid substantiarum diversitas in uno Domino Christo magna et impia loquacitate nobis adfertur?*

**DUANA**, **DUANERIUS**. Vide *Doana*.

† 1. **DUANUS**, *Debitus*. Cantatorium MS. Abbatie S. Huberti fol. 6. v. : *Hermannus vero et Rodolphus aliquandiu cum nimio dolore superstites, defecerunt sine penitentia et Duana recognitione*.

\* 2. **DUANUS**, *Qui a deus jours*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **DUARIA**, *Donatio mulieri facta propter nuptias*. Charta Edwardi III. Regis Angl. ann. 1332. de Sponsalibus, etc. apud Rymerum tom. 4. pag. 509. col. 1:

*Procuratores præfati Comitibus eidem sorori nostræ, nomine donationis propter nuptias, dotem seu Duariam assignassent. Vide Duarium.*

\* **DUARIUM**, Eadem notione. Chartular. S. Vandregisili tom. 2. pag. 1964: *Ego Robertus Lupus concessi omnino matri meæ, quod ipsa faciat unam domum in Duario suo in cardigno meo.*

\* **DUBALATIO**, *Designatio*. Gloss. Sangerman. num. 501. An mendum pro *Dubbatio*, ita ut *Designatio* hic idem sit quod actio, qua quis Eques *Designatur* aut creatur? [\**Vide Dibulatio.*]

\* **DUBARE**, *Dubitare*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Duptar*, *Prov. ambigere, dubitare, Dubare*. Ital. *Dubbiare*.

\* **DUBBATIO**, *Equitis creatio*, sic a *d u b b a v e l d u b b a n d i c t a*. Saxonice, *d u b b a n t o r i d e r e*, Equitem creare, Cimbrice, *At dubba til riddara*, quod est juxta Olaum Verelium, Percutere aliquem in Equitem, seu Percutendo aliquem in Equitem creare. Nam *At dubba* primario significat, Verberare, percutere. Et istud moris a Normannis in Angliam invecti etiamnum perseverat; ubi candidatus Eques stricto gladio a Rege percutitur. Propterea, inquit Hicckesius Gramm. Anglo-Sax. pag. 151. creatio Equitis per hoc verbum denotari contigit, post introitum Normannorum: ante quem apud Anglo-Saxones mos erat, non per *Dubbationem* a Rege, sed per consecrationem, militiam legitimam ambientem Equitem creari, facta prius exomologesi, nocte in vigiliis et orationibus in Ecclesia consumta, atque Sacrorum in Missa participatione: quibus peractis Equiti candidato a Sacerdote gladius collo cum benedictione imponebatur. Hunc autem consecrandi Militis modum Normanni, ut scribit Ingulfus, abominati sunt, talem non Militem legitimum existimantes, sed Equitem socordem et degenerem. Hæc post Hicckesium loco allegato. Vide *Adobare*.

\* **DUBBERIA**. Fleta lib. 2. cap. 52. § 85: *De iis, qui duobus utuntur officis, videlicet..... tanneriæ et carnicis, vel officio scissoris et Dubberis.*

\* *Ars vestes, Dobleii dictas, texendi. Vide supra Dobleius 1. et Dobleitarius.*

\* **DUBENUS**, *apud antiquos dicebatur, qui nunc Dominus*. Ita Festus, quem emendat Scaliger: *Dubenus, apud antiquos dicebatur, qui nunc dubius*. Gloss.: *Dubenus, δισός*. Et tamen mirum, inquit idem Scaliger, quod in eodem Glossario legitur: *Dubius, δισότης*; videtur enim vulgaræ lectioni hujus loci favere. Supplementum Antiquarii habet: *Dubinus, δισός, Dubius, Duplex*.

\* **DUBIETAS**, *Dubitatio*, Ital. *Dubbieta*, Gall. *Doute*. Testam. ann. 1298. Raim. Bereng. comit. Prov.: *Item statuimus quod si aliqua ambiguitas, Dubietas vel obscuritas super prædictis oriretur, etc.* Occurrit præterea in Stat. Montis-reg. pag. 44. Utitur etiam Ammian. lib. 20. cap. 6.

\* **DUBIETUM**, Eadem notione. Charta ann. 1271. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 95. col. 2: *Cum esset altercatum et Dubietum inter ipsos et esse posset in posterum, pro qua parte seu partibus singuli eorum, vel eorum successores possint uti vel debeant jurisdictione omnimoda, etc.* Vide infra *Dubitabile*.

\* **DUBINGENIOSUS**, *Ineptus, quasi vir dubii ingenii*. Gloss. Lat. Gr.: *Dubingeniosus, ἀφής*.

\* **DUBIO**, *Instrumentum incurvum, vel quo aliquid curvatur et inflectitur;*

Hispan. *Doblar*, curvare, inflectere, nos *Doubleau* appellamus arcum majorem primarium. Guido de Vigev. MS. de Modo acquir. et expugn. T. S. cap. 2: *In perica circa calosum sextum sint Dubiones quatuor, cum quibus plicantur seu ligentur ipsi podii, et illi quatuor podii ligentur cum suis Dubionibus.*

\* **DUBIOSUS**, *Periculosus. Dubiosum mare, in Statutis et privilegiis MSS. piscatorum Massil.*

\* **DUBIOSUS**, *Dubius, incertus*, Gall. *Douteux*. Serm. Barel. in festo S. Domin.: *Prima (regula) fuit Basili, sub qua militant monachi Orientales seu Græci, et fratres Ermenii vulgo dicti, quæ regula est satis Dubiosa*. Utitur A. Gell. lib. 5. cap. 10.

\* **DUBITABILE**, *Dubitatio, quæstio dubia*, Gall. *Doute*. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 95: *Ex serie litterarum vestrarum quas nuper recepimus, collegimus duo Dubitabilia super quibus petebatis plenius edoceri.*

\* **DUBITAMENTUM**, Eadem acceptione, Ital. *Dubitamento*. Conc. trevir. ann. 1227. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 110: *Item, præcipimus firmiter et districte, ut sacerdotes in casibus perplexis, id est Dubitamentis et erroneis, mittant subditos ad peritiores se. Vide supra Dubietum.*

\* **1. DUBITANTIA**, *Ambiguitas, dubitatio*, Ital. *Dubitanza*. Instr. ann. 1391. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 8. col. 2: *Fuit ordinatum judicialiter per dictos dominos reformatores, quod nobiles essent de contributione universitatis villæ Nemausi in quibuscumque indictionibus: removens quancumque differentiam, opinionem, Dubitantiam nobilium et innobilitium super prædictis.*

\* **2. DUBITANTIA**, *Timor, metus*, Italis etiam *Dubitanza*, nostris *Doubtance* et *Doubte*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Dubitantia, Doubtance*. Lit. Ant. dom. de Bellojoco ann. 1361. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris fol. 27. r.: *Lesquelz chastel et rentes nostredit seigneur osta à nostre pere, six ans devant la mort, pour bailler à mons. de Flandre, et pour certains enforcemens et reparations, que nostredit pere fist faire oudit chastel, pour la Doubtance de messire Jehan de Vernny, quant il se tourna ennemi du royaume. Vide in Dubitare et infra Dubium.*

\* **DUBITARE**. Acta Alexandri III. PP. ann. 1169: *Ego neque vos, neque excommunicationes vestras appetior, vel Dubito unum ovum*. Itali *Dottare*, et *Dubitare*, pro *Timere, metuere*, usurpant, ut *Dotta*, pro timore: nostri dicunt *Redouter*, [alias etiam *Douter*. Magnum Custumarium Franciæ l. 4. cap. des peines: *Doit le juge en toutes choses avoir Dieu devant ses yeux et en memoire; car cestui n'est pas digne de tenir jugement, qui Doubte plus homme que Dieu*. Assisizæ Jerosol. cap. 7: *Chacun doit plus aimer et Douter Dieu, et s'arme en son honneur que bongré ne maugré d'homme, ne de femme, ne gaing d'avoir. Douter les Sarrasins*, in Historia Guillelmi Archiep. Tyr. continuata de Bello sacro, apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 597. Le Roman de Narcisse MS.:

Tu ne Doubtes Comle ne Roi,  
Les plus riches mes en effroi.

Le Roman de Partonopex MS.:

Si que plaindre ne s'en osoit  
Pour Troiens que tant Doloit.]

\* **DOUBTE**, *DOUTE*, *Metus, timor*. Præceptum Philippi VI. Franc. Regis ann. 1349. pro nundinis Campaniæ, apud de Lauriere tom. 2. Ordinat. pag. 310: *Pour ce que nous sommes suffisamment informez, que par les prises desordonnées, qui faites ont esté au temps passé par nos Gens, des chevaux des marchans et frequentans lesdites foires, pour Doubtes desquelles prises ils seront tenus à petites chevauchures, etc. Pour la Doubte des vexations et des depends, ibid. tom. 3. pag. 30. in Edicto Johannis Franc. Regis ann. 1355. En peril et en Doubte, in Litteris ann. 1358. ibid. pag. 322.*

\* **DUBITAS**, pro *Dubietas, Dubitatio*, apud Rymerum tom. 8. pag. 132. col. 2.

\* **DUBITATIVE**, *Dubitanter*, Ital. *Dubitativamente*, Gall. *En hesitant*. Correct. stat. Cadubr. cap. 14: *Si vero contigerit ipsum reum Dubitative, obscure, vel implicite ipsi libello respondere, etc.*

\* **DUBITEALIS**. Charta Rudolphi I. imper. ann. 1273. inter Probat. Jur. domus Bavar. ad regna Hungar. et Boh. pag. 11: *Propter quod scripturarum apices Dubitealis scrupulos, et obtenebratæ reminiscentiæ caliginem sui claritate luminis repellentes, etc.* Ubi leg. *Dubietatis*. Vide supra *Dubietas*.

\* **DUBIUM**, *Timor, metus, periculum, nostris alias Doubte*. Arest. parlam. Paris. sub Joan. reg. Franc. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 13. r.: *Et illud, guerris vel earum Dubio cessantibus, caperent sicuti antea tenebant*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 330: *Erant quædam gentium armorum societate supra patriam, quæ valde propter hac in Dubio constituebatur, exponens recordans quod patria erat valde Dubia, etc.* Hinc *Doubtif*, pro *Timidus, formidolosus*, vulgo *Timide, craintif*, apud Monstrel. 3. vol. fol. 104. r.: *Le Duc de Bourgogne respondit à ce que le chancelier de France avoit dit, que son fils estoit Doubtif; s'il est Doubtif, dit-il, il ne tient pas de moy: car oncques en ma vie je ne Doubtay homme. Vide supra Dubitantia.*

\* **DUBIUS**. *LOCA DUBIA*, *Reficienda, munienda*. Charta ann. 1331. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 46. col. 1: *Obtulerunt se fore paratos dictum fortalicium et loca Dubia dicto commissario ostendere, ut loca reparanda, cum consilio ipsius commissarii, valeant brevius quam poterunt reparare*. Galli dicemus, *Les endroits foibles*.

\* **DUBLA**, *Monetæ auræ species*, Ital. *Dobla*. Charta ann. 1497. 1. Maii in Reg. 4. Armor. gener. pag. xij: *Valente quolibet (scuto auri cigni solis) quadraginta tres Dublas cum dimidia. Vide Dupla 3.*

\* **DUBLARIUM**, *Dolii species, idem quod supra Doublerium 2. Bulla Honor. III. PP. ann. 1221. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 92: Apud Croissy quæque trecentorum arpennorum terræ decimam, et unam Dublarium vini, et unum modium bladi.*

\* **DUBLECTUS**, *Tunicæ species, nostris Doublet*. Constat. Freder. reg. Sicil. cap. 107: *Item quod prædicti comites, magnates, barones, milites, et uxores eorum possint habere in ætate garnimentum unum de serico, sub eo farsetum, vel Dublectum ac juppam. Vide supra Dobleius 1.*

\* **DUBLERIUM**, *Duplum*, Gall. *Le Double, Deux fois autant*. Charta Petri de Geriaco Prioris de Regula ann. 1301: *Assignmentes... ipsi Conventui fecimus pro sustentatione xx. Monachorum... incluso Dublerio Subprioris. Vide Doubletius.*

† **DUBLIA**, Crustulum, Gall. Oublie. Chartularium Prioratus S. Petri de Domina fol. 98: *Mansus de la Varx debet unum sextarium vini de tascha... IX. sextarios de frumento... sex denarios Dublius per Sexagesimam.* Et fol. 107. vº: *Post Calendas sex denarios Dublias et unum fassum de cignonis (oignonis) et dimidiam boxiam.* Vide Deublia.

† **DUBLUS**, pro Duplus, Gallis Double, in Instrumento ann. 842. tom. 1. novæ Histor. Occitan. col. 76.

† 1. **DUCA**, vox Italica, Dux, Gall. Duc, supra legitur in *Derivare*.

\* Chron. Modoet. Bonincont. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 1151: *Ibi nobilissime receptus fuit a Castruccio principis Lucano, quem Ducam Lucanum constituit.* Non semel ibi. Vide Duchæ.

\* 2. **DUCA**, La formula, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**DUCALE**. Gloss. Lat. Gr.: *Ducale*, ἀγωγέος ὁ τῶν κτηνῶν. Ubi perperam Vulcanius ductor reponit. Vetus Gloss. cap. de Pellibus: *Ducale*, ἀγωγέος. Glossar. Ælfrici: *Ducale*, latteh. Ubi Somnerus, id scilicet, quo equus agasonis manu ducitur. Anglo Saxonicus Latteov, est, Dux. Vita S. Frontonii Abbatis, in Vitis Patrum cap. 8: *Dimisit servulus primum camelum, cuius Ducalem tenebat: ubi quidam Ducalem pro fune, quo animal ducitur, intelligi volunt.*

† **DUCALIS**, Pertinens ad Ducem, Gall. Ducal. Passim occurrit apud Murator. tom. 12. col. 455. 456. 458. etc.

\* **DUCALIS VESTITUS**, Ducis scilicet Austriae, ita describitur in Charta Frider. I. Imper. ann. 1156. inter Probat. jur. domus Bavar. ad Regna Hungar. et Boh. pag. 5: *Dux Austriae principali amictus veste, superimposito Ducali pileo, circumdato serio pinnito, baculum habens in manibus, equo assidens, et insuper more aliorum principum imperit, conducere ab imperio feoda sua debet.*

**DUCALITER**, in morem Ducis, qui præcedit, apud Sidonium lib. 5. Epist. 13.

**DUCAMEN**, Ducatus. Glaber Rodulfus lib. 1. cap. 5: *Illorum quippe Ducaminis principatus fuit Metropolis civitas Rotomagorum.* Lib. 4. cap. 6: *Universos sui Ducaminis Principes militaribus adstrinxit sacramentis.* Charta ann. 999. in Tabulario Burguliensis Monasterii Ch. 44: *Concedo ex rebus mei beneficii, quod ex Ducamine tenere videor quartas 3. etc.* Utitur non semel Dudo de Morib. Normann. pag. 102. 112. [Charta Roberti Ducis Burgundiae ann. 1040. inter Instrumentum. tom. 4. Gall. Christ. col. 148: *Suscipiens Ducaminis gubernacula Burgundiae.*] Occurrit etiam in Gestis Consulum Andegavensium cap. 4. num. 1.

\* Unde nostris *Duchame* et *Ducheaume*, pro *Duché*. *Le Ducheaume de Lohorainne*, in Lit. ann. 1300. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 125. vº. col. 2. Pacta matrim. inter reg. Boh. et Beatr. filiam Ludov. ducis Borbon. ann. 1334. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1435: *Nous li asserrons mille livrées de terre à Tournoys... avecques chastiau ou meson convenable ou Ducheaume de Bourbonnoys.* Homag. Odon. IV. Ducis Burg. ann. 1339. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 241: *Li dux, qui seray par le temps, seray tenus de faire homaige à l'abbé... doudit monastere de Tornus, deans l'église de Tornus, ou aultre part ou Duchame de Bourgoigne, en leu convenable.*

\* **DUCANA**, pro Doana. Vide in hac voce. Epist. Soldani apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hist. Sicul. Bonincont. tom. 1. pag. 222: *Præcipimus*

*domino stoli nostri, et domino nostræ Ducanæ, quod homines vestros in personis et rebus salvent et manteneant.*

1. **DUCARE**, Guidare, vel nutrire, Joan. de Janua: *Unde Educare, i. Nutrire.*  
2. **DUCARE**, Ducem agere, Ducatum tenere. Versus palæ altaris ædis S. Marci Venetiis inscripti:

Tunc Ordelaaphus Faledrus in urbe Ducabat.

Rursum:

Dandolus Andreas præclarus honore Ducabat.

Charta Veneta ann. 1430: *Ducante inclito Domino Francisco Foscaro.* Andreas Dandulus in Chronico, de Petro Candiano Duce Venetor.: *Ducavit menses quinque.* [Et apud Murator. tom. 12. col. 466: *Ducante illust. D. Andrea Contarens inclito Venetiarum Duce.* Cod. 469: *Ducavit fideliter annis xv. etc.*]

**DUCARIA**, ductus aquæ. Vetus Charta apud Ughellum tom. 3. pag. 454: *Latus unum extenditur in palude, alterum latus in Ducaria, quæ dicitur Cula, sicut ipsa Ducaria defluit versus prædictum fluvium.*

† **DUCARIUM**, Palatium Ducis Venetiarum. Vide Ducatus.

**DUCARIUS**. Gloss. Lat. Gr.: *Ductarius*, ἀγωγέος *Ducale*, ἀγωγέος ὁ τῶν κτηνῶν. Ubi forte legendum *Ducarius*.

\* Vide *Ducale*. *Duitres*, Ductor, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 5: *Riens ne nous puet grever, puisque Dieux veult estre nostres Duitres.*

**DUCARIA SCROFA**, Ductrix aliarum scrofarum in Lege Salica tit. 2. § 13. et in Lege Aleman. tit. 99. § 14. *Ductrix*, in Lege Bajwar. tit. 12. cap. 4. § 2. Gloss. Græc. Lat.: ἀγελάργος, *Dux gregis*. Cætoni cap. 150. *Sextarius porcus* est, qui gregem præcedens ducit. Vide *Bourdelot* ad lib. 2. Heliodori pag. 45.

**DUCAS**, seu **DUCAS**, Græcis Byzantinis δούκας, Latinis *Dux*. Rogerius Sclavoniae Dux sub Manuele Imp. sic Chartam subscribit ann. 1180: *Ego Rogerius Sclavone Dei et Imperialis gratia Dalmatiæ et Croatiae Ducas manu mea subscripsi.* Inscriptio vero sic concipitur: *In Ducatu Dalmatiæ et Croatiae existente D. Rogerio Sclavone Duce.* Conventions Michaelis Palæologi Imp. et Genuensium ann. 1261. in Historia nostra Gallo-Byzant.: *Quod si aliqua navis mercatorum Januensium fuerit in Imperio nostro, et tunc acciderit, quod stolus Pisanorum, vel Venetorum, vel aliorum, qui habent guerram cum Imperio nostro, et Capitaneus, seu Ducas, vel Castellanus loci, ubi jam dicta navis esset, requireret de hominibus navis prædictæ pro muniendo castrum, etc.* In versione Gallica MS.: *Et le Chaptain, Duc, ou Chastellein du lieu, etc. Cretensis Insulæ apud Venetos Præfectus semper Ducas Cretæ appellatur in Chronico MS. Andreae Danduli.* Vide Meursium in Δούκας.

\* **DUCATISSA**, Ducis uxor, Gall. *Duchesse*. Obituar. MS. Rotomag. ad 18. Jan.: *Obitus Ducatissæ Normanniæ.*

† **DUCATONUS**, Nummus argenteus valens circiter quatuor libras Francicas, Gall. *Ducaton*. Memorantur *Ducaton* apud Murator. tom. 12. col. 412. sic dicitur quasi minor *Ducatus*. Vide *Ducatus* 4.

**DUCATOR**, a *Ducare* pro *Ducere*. Glossæ Lat. Gr.: *Ducatores*, ἀγοί, ἡγεμόνες, προηγούμενοι. *Ducatores navis*, in leg. Quemadmodum, D. ad Leg. Aquiliam. (9. 2. fr. 29. § 4.) *Equites Ducatores*, in Notit. Imper. lib. 1. cap. 149. Δουκάρτες, viæ duces, apud Leonem in Tacticis cap. 8. Occurrit apud Tertullianum ad-

versus Judæos cap. 13. S. Augustinum lib. 3. contra Maximum, in Vita S. Frontonii Abbatis cap. 7. etc. [\* Vide Glossar. med. Græcit. in Δουκάρτες.]

**DUCATORIUM**. Gloss. Gr. Lat. MS.: ἀγωγέος, *Ducator*, hoc *Ducatum*. Edictum, *Ductum*, *Ductarium*.

**DUCATRIX**, apud Apuleium lib. 1. de Dogmate Platonis: *Illæ vero vitiorum Ducatrices iracundia et libido.* Ita ex vet. Cod. restituit Scaliger ad Manilium. Item *Ducissa*, Ducis uxor. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis:

... Sua temperat acta Ducatrix.

Occurrit pluries ibi, et in Chartis ipsius Mathildis apud Franciscum Mariam in ejus Vita lib. 8. pag. 105. 156. etc. [Item in Charta anni 1013. apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 510.] Vide *Ductrix*.

1. **DUCATUS**, Magistratus, Præpositura. Gloss. Lat. Græc.: *Ducatus*, ἡγεμονία. Quomodo usurpatur a Suetonio in Nerone, Vopisco in Aureliano, Lampridio in Heliogabalo, etc.

2. **DUCATUS**. Joannes de Janua: *Ducatus est dignitas ducis, vel ejus terra. Ducatus sive Provincia*, in Concilio Vermeriensis ann. 752. cap. 9. *Ad honorem Ducatus provehi*, in leg. 13. Cod. Th. de Proxim. Comitib. dispos. (6, 26.) Gunther. lib. 5. Ligurini:

.... Per septem signa Ducatum Rite resignavit.

MoX:

Marchia tunc tellus erat hæc, nunc vero Ducatus. Namque volens prisci defendere nomen honoris, Rex patruo, cum tres Comitatus ille teneret, His quoque compatiis, et in uno corpore junctis, Consilio Procerum, celebrem jubet esse Ducatum.

*Ducatus*, in Lege Ripuar. tit. 33. § 1. videtur sumi pro Bajuvariorum provincia, quæ *Ducatus* appellatione vulgo donata, in ejusdem provinciae legibus, quod a Duce regetur, præsertim tit. 2. In Capitulari 3. ann. 813. cap. 42. *Ducatus* sumitur pro provincia, quæ a Duce regitur, respectu Comitatus.

**DUCATUM**, neutro genere, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 9. et apud Leonem Ost. lib. 1. cap. 6. Το Δουκάρτον, Auctor Vita S. Sabæ, Nilus Doxopatrius, et Constant. Porph. de Adm. Imp. cap. 50. lib. 1. de Themat. cap. 1. pariter dixerunt.

\* **DUCATUS**, Villa quædam in agro Ravennate, cujus domini ducis titulum assumebant, in Chart. ann. 1197. ap. Murator. Antiq. Ital. tom. 1. col. 159. Vide Savin. Hist. Jur. Rom. med. tempor. tom. 1. cap. 5. § 117. not. d.

† 3. **DUCATUS**, Palatium Ducis. Albertin. Mussat. de Gestis Henrici VII. lib. 3. apud Murator. tom. 10. col. 876: *Quos Petrus Gradonico Dux Venetiarum cum comitiva obviam navigans, comiter honorificeque admodum excepit, in Ducatum adducens.* Alii, teste Pignorio, *Ducarium* appellant.

4. **DUCATUS**, appellata primum Moneta Ducatus Apuliæ, cusa a Rogerio Rege Siciliae ann. 1240. Falco Beneventan.: *Monetam suam introduxit, unam vero, cui Ducatus nomen imposuit.* Occurrit in Chartis ann. 1181. 1186. apud Ughellum tom. 4. pag. 227. et tom. 8. pag. 98. 106.

**DUCATUS**, Moneta Veneticæ aureæ species, ab impresso hocce lemmate sic nuncupatum:

Sit tibi, Christe, datus, quem tu regis, iste Ducatus.

*Zecchinum* hodie vocant, ab officina monetaria, quæ *Zecca* Italici dicitur, ducto nomine. Venetos autem Ducis subesse nemo nescit. Δουκάρτον apud Phranzem

lib. 3. cap. 27. Constantinus in Hist. Apoll. Tyr.: *Ἡμοία ἐπιμήθηκεν δουκάρτα πανταχόσω*. Cudi autem primum cœperunt Ducati sub Joanne Dandulo, qui Ducatum iniiit ann. 1280. ut auctor est Andreas Dandulus in Chron. MS. ann. 1280. et ex eo Petrus Marcellus in Princip. Venet.

DUCATUS RHODI, in Statutis Ordin. Hospit. S. Joan. Hierosol. tit. 5. § 42. moneta Rhodiensium Militum.

5. DUCATUS, Defensio in vita per aliquis territorium, Gall. *Saufconduit, sauvegarde*. Joan. de Janua: *Ducatus, Ducatus, vel quida*. Epistola Gregorii VII. PP. apud Brunonem de Bello Saxon. pag. 139: *Henricum atque Rodulfum commoneatis, quatenus nobis viam illic secure transeundi aperiant, et adiutorium atque Ducatum per tales personas, de quibus vos bene confidatis, præbeant, ut iter nobis Christo protegente pateat*. Occurrit in aliis Epistolis Gregorii, apud Hugonem Flavin. in Chron. pag. 216. 217. 219. et lib. 1. Epist. 77. lib. 4. Epist. 12. 18. apud Fulbertum Carnot. Epist. 44. Godefridum Monachum ann. 1190. Arnoldum Lubecensem lib. 2. cap. 3. Will. ab Oldenborg. in Itiner. T. S. pag. 145. Burchardum Monach. de Casib. S. Galli cap. 7. Cunradum de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 8. 19. Walaf. Strab. de Mirac. S. Galli cap. 17. Odonem Cluniac. de Reversione B. Martini a Burgund. cap. 8. Venericum Vercellensem de Unitate Ecclesie conservanda pag. 46. [Obertum Cancellarium lib. 2. Annal. Genuens. non semel.] etc. [Vide Conductus, 1. et Haltaus. Glossar. German. voce *Geleit*, col. 627.]

6. DUCATUS, Præstatio, quæ domino exsolvitur pro *ducatu* seu securo transitu per terram illius. Charta ann. 1187. intr. Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 381: *Concedo in perpetuum.... usatica, piscatica, leudas, Ducatus, quistas, albergas, etc.* Vide *Guionagium* in *Guida*.

7. DUCATUS, Trames, via. Canon. Abbon. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 629: *Dum tamen inoffenso vestigio viam veritatis ingressus per Ducatum Evangelii non recedat a divinis oraculis*.

8. DUCCELLUS, Ducis filius, Annal. Pragrens. ad ann. 1193. ap. Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 121: *Episcopus... in Boemiam cum Ducello Spitiqno revertebatur, gestans ab imperatore sibi tradita vexilla ducatus*. Vide *Ducillus*.

DUCENÆ DIGNITAS, Cujus mentio est in Cod. Th. leg. 3. de Cohortalib. (8, 4.) leg. 7. 8. 20. 21. de Agentib. (6, 27.) et ult. de Senatoribus (6, 2.), gradus quidam erat in Schola Agentium in rebus, proximus *Principi Agentium*, sicut et *Ducena* ad *Principatum Agentium* promotio fieret: hac qui donati erant *Ducenarii* appellabantur.

1. DUCENARIUS, Ugutioni lib. 2. cap. 8. dicitur, qui duobus militum Centuriis præerat, sicut uni Centurio. S. Hieronymus ad Pammach.: *Post Tribunalum Primicerius, deinde Senator, Ducenarius, Biarthus, Circitor, Eques. Ducenarii non semel occurrunt in Veterib. Inscript. 457. 8. 542. 8. et apud Gualtherum in Tabulis Siculis pag. 18.*

2. DUCENARIUS, Judex, qui de levioribus causis judicabat. Sueton. in Aug. cap. 34: *Ad tres judicium decurias quartam addidit ex inferiori censu, quæ Ducenariorum vocaretur, judicaretque de levioribus causis. Ducenarii, Procuratores, qui ducenta sestertia accipiebant a Principe, ut docet Dio lib. 53. pag. 506. Vide*

Jacobum Gothofredum ad leg. 1. Cod. Th. de Exact. (11, 7.) ubi multa de Ducenariis congerit. [Vide Glossar. med. Græcit. in *Δουκηνάρτιο*.]

\* DUCENTUM, Modus agri. Charta pro capit. Tornac. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 265: *In parrochia de Dotegnies unum bonnarium, tria quarteria et Ducentum terræ arabilis*. Vide supra *Centum* 2.

\* DUCERE CAUSAM, Litem prosequi, Gall. *Suivre une affaire*. Lit. ann. 1340. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 605: *Et quia Ducere causam prædictam, et diversis et pluribus ressoris subici, esset dictis religiosis nimis grave et sumptuosum, etc.*

\* DUCERE DOGMATA MONACHORUM, Monasticam regulam sequi. Acta S. Lamb. tom. 5. Sept. pag. 529. Col. 2:

Præsul enim tunc cœnobium, quod nomine dicitur Stabolaum, subiens, monachorum dogmata Duxit Annos per septem, etc.

\* DUCERE AD MEMORIAM, Custodire memoriam, Gall. *Conservar la mémoire*. Testam. Mafaldæ regin. ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. general. domus reg. Portug. pag. 38: *Item mando domnæ Oracæ Sancieri sorori meæ... quatuor tuncas... quod Ducat me ad memoriam*.

\* DUCERE MALAM VITAM ALICUI, Illum asperius tractare, objurgare, vulgo *Mener vel Faire une terrible vie à quelqu'un*. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 477: *Uxor dicti Petri incepit dicto supplicanti malam vitam Ducere, dicendo quod dictus supplicans, qui consilium dederat emendi dicta arma sub spe lucri, erat in causa suæ perditionis atque dampni*.

† DUCHA, Dux, Ital. *Duca*, Gall. *Duc*. *Ducha Cretæ* insule, apud Murator. tom. 12. col. 429.

† DUCHERII, Sacerdotes qui, licet vitam non profiteantur monasticam, in Prioratibus tamen S. Victoris Massiliensis sedes habent perpetuas, vulgo dicti *Conduchers* et *Panetiers*. Capitulum Generale S. Vict. Massil. ann. 1318: *Statuimus, quod in Prioratibus dicti Monasterii habentibus Clericos, Ducherios, Panatarios seu Convivas, etc.* Vide *Conducherii*.

† DUCHISSA, ut *Ducissa*, Gall. *Duchesse*, Ducis uxor, Ducatus Domina. Occurrit in Opusculo Gualvani de *la Flamma*, apud Murator. tom. 12. col. 1043. Le Roman d'Athis MS.:

A sejour y est la Duchoise  
Noble dame preux et courtoise.

DUCIANUS, Qui ad Ducem spectat. *Duciani*, Ducis limitis Officiales, in leg. un. Cod. Justin. de Littor. custod. (12, 44.) *Duciani apparitores*, id est, Ducis in leg. un. Cod. Th. de Quadrim. brevib. (11, 25.) *Ducianum officium*, seu Ducis in leg. 2. eod. Cod. de Venat. Ferar. (15, 11).

\* DUCIATICUS, Idem quod *Dusius*, Dæmon. *Breviculus contra Duciaticum*, ex Cod. reg. 1608. fol. 5. v. laudato tom. 3. novi Tract. diplom. pag. 136. Vide infra *Dusiolus*.

\* DUCIBILE, *Vectura*, ἀγώγιμον, in Castigat. ad utrumque Glossar. ex Cod. reg. DUCIBILIS, Qui facile *duci* et *flecti* potest. Victor Vitensis lib. 3. pag. 52: *Accipiens quoque tyrannus, ut erat Ducibilis et ferus, serpentinam suggestionem, feratibus Edictis totam cepit Africam commovere*.

† DUCIBULUS, Vide mox *Duciculus*.

† DUCICULA, ut *Duciculus*. *Miracula S. Trudonis* lib. 1. cap. 1: *Non passus est moram innectere, ut Duciculam, quam*

tum forte partim habebat de tonna extractam, remitteret.

DUCICULUS, Epistomii vertibulum, seu paxillus ori Epistomii insertus; *Douzi, Douzil, et Douzilia*, Arvernis; *le Dostil ou faucet de la tonne*, in Consuetudine Labourtensi tit. 7. art. 9. *Dousils*, in veterib. Consuetudinibus Bituricensibus apud Thomasserium pag. 334. Vita MS. S. Romarici: *Serraculum ab educendo Duciculus dictum*. Vita S. Urbani Episcopi Lingon. cap. 1: *Ligamina vasorum gladius præciderunt Duciculosque abstraxerunt*. Passio S. Bercharii apud Camusatium: *Forte ille tunc promptuarium ingressus, ante vos steterat, et sudem, quæ vulgo Duciculum, a potu scilicet educendo, dicitur, in manu tenens cerealem amphoræ potum infundebat, etc.* Berta Sancimonialis in Vita S. Adelheidis Vng. cap. 5: *Ore cupæ non obfirmato, sed Ducibulo secum in manibus asportato*. Ubi legendum *Duciculo*. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 54: *Non solum fundum cuppæ, verum etiam Duciculum abluere curat*. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 12: *Sed et matas, supersedes, et muscatoria, et Duciculos ad lavatorium, quoties opus est emundare*. Occurrit præterea in *Miraculis S. Ursuarii per Flandr. num. 18*. in *Miraculis S. Angilberti* lib. 1. cap. 21. et in Vita S. Fidoli Abbat. n. 6. atque ex iis emendandus videtur *Wandelbertus* in *Miraculis S. Goaris* cap. 7: *Cum Cellerarius... vinum de cupa quadam hausisset, casu contigit, ut cupæ Cuniculum aliud forte mediis infirme clauderet, et abiret*. Legendum enim *Duciculum*.

\* DUCICLUS, Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 1967:

Solus init cruseram, tonnis pincerna Duciclos  
Detrahit, ut prodât quæque quod intus habet.

DUCILLUS, Ugutio et Joannes de Janua: *Ducillus, qui et Docillus, qui abdit foramen doli, clapsydra*. [Vide Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Dousil, clepsedra, Docillus, Ducillus*. Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657: *Dosil, Prov. Ducillus, clepsedra*.] Gervasius Dorobern. ann. 1188. in Cod. Cantabrig. *Usque ad foramen obicis, qui usitato nomine Ducillus vel Clapsydra dicitur, etc.* Inde Occitanis *Adouzilla, metre en perce, percer le vin. Vide Clapsydra*.

DUCIOLUS, Eadem notione. S. Theodoricus in Vita S. Magni apud Canisium: *Tracto serraculo, meatim in tippum currere sinit, ... et seraculum, quod Duciolum vocant, manu ferens, ante conspectum B. Magnoaldi astitit*. Quidam Codices præferunt, *seraculum, quod Duciculum vocant*. Eadem habentur apud Bedam in Vita S. Columbani cap. 15.

DOCILLUS, *lla, lum, Clepsedra*. Joan. de Janua in *Ducilis*.

DUX, Vita S. Benedicti Anianensis cap. 43. Edit. Mabillonii: *Perrexit frater, et abstracto Duce, egreditur vinum*.

EDUCILLARE, Vinum et vasa delinire, et vendere sub hederâ, Sambuco: *Vendre du vin à broche*.

\* DUCILIS, Epistomii vertibulum. Acta translata. S. Savini, apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 809: *Cum... plastrum musto onustum minaret... Ducilis a fundo karralis egressus in terram, nemine considerante, prosiliit; attamen mustus haud minus quam si obturatum esset foramen, nec una fluerat gutta, stetit*. Vide *Duciculus*.

DUCILLA, Ugutioni, Joanni de Janua, et Balbo, *Parva Dux, vel Ducis filia*.

**DUCILLUS**, *Parvus Dux*, Joanni de Janua. Vide [<sup>2</sup> *Ducellus* et alia notione in] *Duciculus*.

† **DUCIOLUS**. Vide *Duciculus*.

† **DUCISALIS**, Ad ducis dignitatem spectans. Testam. Jacobi de Pignatario ann. 1352. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 409. col. 1: *Recomendo filios meos sacræ regie et reginali majestati ac etiam Ducisali*. Vide *Ducianus*.

† **DUCISGATUS**, Ducatus, Gall. *Duché*. Charta anni 1281. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. Aremor. col. 1696: *Nec eorum homines compellere ad obediendum ratione feodorum suorum de Vicecomitatu de Rohan... in aliquo in Duciscatu Britannie, nisi apud Ploarmel solum*.

† **DUGISSA**, Ducis uxor, apud Rymertum tom. 5. pag. 616. col. 1. Ludewig. Reliq. MS. tom. 5. pag. 501. etc.

**DUGLIS**, *Ducla, trium unciarum*. Ita Glossæ Arabico-Lat.

**DUGONES**. Vide *Durcones*.

\* **DUCTABILIS**, Qui facile duci potest, ductilis. Arest. ann. 1339. 12. Apr. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Si dicti canonici vellent tradere pignora portabilia seu Ductabilia, etc.* Vide mox *Ductibilis*.

† **DUCTARE**, Ducere, Ducem agere. Gerohus Præpositus Reichersperg. Exposit. in Psal. LXIV. ad Eugenium III. Papam apud Baluzium Miscell. tom. 5. pag. 65: *Sicut hi quorum interest exercitum campo Ductare, congrue investuntur per vexillum, sic non indecenter ex longo usu Præfectus urbis ab Imperatoribus cognoscitur investitus per gladium contra malefactores urbis exercitum*.

**DUCTARIUM**. Gloss. Lat. Gr.: *Ductarium, ἀγωγός, ῥοτήρ, Ductarius, ἀγωγός, Ductus, ἀγωγός ὄδατος, ὄδραγώγιον*.

\* **DUCTIBILIS**, Eadem notione. Charta ann. 1296. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 232. v: *Facimus nos in solidum fidejussores, principales debitores et redditores in pignoribus sufficientibus, portabilibus et Ductibilibus, reddendis et deliberandis apud Castellionem*.

**DUCTILE**. Vide *Ductus*.

**DUCTILIS**, **DUCTILEUS**. Joan. de Janua: *Ductilis, a ducō dicitur, unde Ductilitur, adverb. et Ductileus, lea, leum, Ductilis, la, lum*.

\* **Docilis**, tractabilis. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 87. pag. 244: *Tandem tamen post plurimas furiales alternatas insanias, coguntur inchoat fieri Ductiles in tractatum*. Vide *Ducibilis*.

**DUCTITIA**, Tributum, quod pro mercibus, quæ educuntur et exportantur, penditur, *pour les voitures*. Charta Rotroci Comitis Perticensis ann. 1136: *Volumus quod... a pedagiis, traversibus, deprisibus, et quibusvis consuetudinibus et exactionibus sæcularibus, una cum animalibus, suppellecilibus, et aliis quibuscunque bonis, etc. mercimonis, et Ductitiis quibusvis... sint immunes*. Ubi forte legendum *Dricturis*, id est, *Droitures*, seu tributis, quæ exsolvantur.

† **DUCTIVUS**. Vide *Ductus* 2.

1. **DUCTOR**, Dux, Dignitas Ducis, apud Paulum Warnefr. de Gestis Longob. lib. 2. cap. 2. lib. 4. cap. 46. lib. 5. cap. 16. lib. 6. cap. 1. 27. 44. Ditmarum. lib. 4. pag. 47. Henricum Roslam in Herlingsberga v. 474. etc.

2. **DUCTOR**, Idem etiam qui Græcis *Διακόστης*, qui ad conducendum aliquem in via per alterius regionem datus est a quovis Principe. Luitprandus in Legat.: *Turbatus, Διακόστης, id est, Ductori*

*meo, 50. aureorum res pretio dedi*. Vide *Ducatus, Diasostes*.

\*\* **DUCTORIA** DIGNITAS, Ducis. Annal. Quedlinburg. ad ann. 985. ap. Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 67: *Heinricum.... gratia fidei donatum, Ductoria itidem dignitate sublimatum.... debito dilectionis venerantur affectu*.

**DUCTRIX**, *Ducissa*, Ducis uxor. Leo Ost. lib. 3. cap. 60: *Mathilda Ductrix Liguriæ, etc.* Occurrit præterea apud Helmodum lib. 1. cap. 71. apud Ruodmannum Abbatem in Epist. ad Eckear-dum, Ditmarum lib. 2. pag. 16. lib. 4. pag. 36. Eckear-dum Jun. de Casib. S. Galli cap. 10. et 11. Continuatore Hist. Episcopor. Virdun. n. 4. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 105. etc.

\* Pro Abbatisa occurrit in Act. S. Joan. episc. tom. 6. Sept. pag. 30. col. 2.

**DUCTRIX**, *Scrofa*, porcorum mater, in Lege Bajw. tit. 12. cap. 4. § 2. *Ductrix jumentorum*, in Lege Aleman. tit. 72. § 1. Vide *Ducaria*.

1. **DUCTUS**. Marculfus lib. 1. Form. 38: *Si hoc conjurare potuerit, de hac causa Ductus sedeat*. Lib. 2. Formula 18. quæ est de securitate pro homicidio: *Sed in omnibus exinde Ductus et absolutus appareas*. Ubi Bignonius, *ductum*, pro *eductum*, positum putat, hoc est, *de causa eductum*. Sed malim hocce vocabulo *securum* eum dici, tanquam conductu et *salvagardia* obtentis. Capitulare Caroli M. ann. 808. cap. 6: *De illorum hominum conquisitu, qui modo foris ducti fuerunt, et postea adquisierunt, postquam patres eorum et parentes ducti sunt*. Ubi adquisierunt, poni videtur pro *adquieverunt*. Vetus placitum ann. 876. editum a Baluzio in Append. ad Capitul. n. 104: *Et hanc meam responsonem presentie vestre judicium conditionis ostendit sepe dictus Fredemirus mandatorius de Ardesindo Episcopo, qui legibus Ductus est, atque ibidem resonat, ex qua auctoritate predictus locus S. Felicis sub ditioe S. Eulalie esse debet*. Canones S. Patricii cap. 21: *Christianus, cui dereliquerit aliquis et provocat eum in Ductum, et non in Ecclesiam, ut ibi examinetur causa, qui sic fecerit, alienus sit*. Ubi Waræus ad marginem repositus f. *judicium*: sed *drictum* legendum videtur, id est, in jus. Vide *Directum* et *Educere*.

\* Ut ut est de hujuse vocis in Marculfi formulis interpretatione a Bignonio vel Cangio proposita, aliud significare videtur in placito hic laudato. *Legibus enim ductus, idem mihi est quod, in legibus peritus, exercitatus; unde vetus Gallicum Duit, eodem intellectu, a verbo Duire, docere vel addiscere*. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 149: *Le suppliant baillia ses chevaux et charrette à son filz pour les mener et conduire, le quel de ce faire n'estoit pas bien Duit*. Aliæ ann. 1456. in Reg. 191. ch. 284: *Pour ce que icellui Village suppliant est fort Duit et expérimenté en fait de navigage, etc. Le suppliant print vouloir en lui de soy metre avant et Duire au fait de marchandise, in aliis ejusd. ann. ibid. ch. 235. Denique aliæ ann. 1475. ex Reg. 195. ch. 1528: *Ce que le suppliant en faisoit, c'estoit pour le prouffit d'icellui Pierre Renel, et le Duire au dit mestier (de cousturier.)* Vulgator vox *Duire*, pro *Convenire, pertinere*. Charta ann. 1330. in Chartul. S. Martin. Pontisar. fol. 35. v: *Recognurent et confesserent pour tant comme et chascun d'eulz touche, puet toucher, Duire et appartenir, etc.**

2. **DUCTUS**. pro *Aquæductus*, in Cod. Th. leg. 1. de Aqueduct. (15, 2.) ubi Tribonianus restituit *Aquæductus*, Papias: *Ductus, aquæ decursus*. Ita autem appellatur locus, ubi aquæ conflunt. *Doccia*, Italis, est canalus, tubus fictilis, per quem fluunt aquæ: *Douet*, Andegavensibus. Gloss. Lat. Gr.: *Ductus, ἀγωγός ὄδατος, ὄδραγώγιον*. Alvarus in Vita S. Eulogii: *Ad prominentem canalis Ductum, qui super illa loca producit, pervenit*. Tabular. S. Albani Andegav.: *Donans nobis ob remedium animæ suæ et patris sui descensum unum, quem habebat in rivulo, qui appellatur Ducto, cum omni consuetudine, excepto cœnagio, et de alio descensu, quem Eminus de Reginaldo Banario in Altione dedit nobis simili modo, et consuetudinem, quam ibi habebat, excepto cœnatico*. Charta Fundat. Monasterii S. Laudi Andegavensis: *Et cum villicaria, et fodrio, et omnibus consuetudinibus terræ et fluminis a rupe Colubraria, usque ad Ductum, a Ductu vero usque ad vallam, etc.* Occurrunt eadem verba in Charta alia Fulconis Regis Hierosol. et Comititis Andegavensis pro Canonibus ejusdem Ecclesiæ. Vide tom. 5. Ughelli pag. 1572. Ordricum Vitalem lib. 3. pag. 479. Historiam Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 20. 59. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 308. etc. Occitanis *Douis*, idem valet ac aquæ vel fontis caput, origo. *Doualle*, in Consuet. Burdegal. art. 115. pro canali latrina, seu ductu. [Vide *Doitus*].

**DUCTILE**. Alia Charta ex eodem Tabulario Ecclesiæ S. Laudi Andeg.: *Volumus posteritati scriptum relinquere, quo pacto Sanctimonialia Ecclesiæ Caritatis cum Canonibus S. Laudi Ductile sub bucca Meduanæ communiter habuerunt*. Occurrit ibi pluries. *Ductiles aquæ*, in Charta Hispanica æræ 1016. apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 444. v. *Productiles*, nude, crebro in Tabulis Hispanicis apud eundem.

**DUCTIVUS**, *Ductibus* scatens. Charta Sancti Regis Aragon. æræ 1131. apud eundem de Yopez tom. 7: *Montuosum sive Ductivum, etc.*

**DUCTUS VIARUM**, in eadem Charta: *Aquis aquarumque exitibus, et regressibus earum, viæ Ductibus, et reducibus earum, etc.*

\* 3. **DUCTUS**, f. Capistrum, quo equus ducitur: eo cæterum sensu vox *Duel* occurrit in Lit. remiss. ann. 1339. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 237: *ICellui Danois le menaça de paroles, et aussi lui ceint le Duel de son cheval par la ceinture, pour ce qu'il faisoit semblant de lui enfourir, et en cest estat le ramena en sa maison*. Annal. Genuens. ad ann. 1164. apud Murator. tom. 6. Script. Ital. col. 295: *Imperator respondit: Ego sum super equum et habeo pedes in Ductu ejus, etc.* Ubi alter Codex MS. habet *Stretris*. An bene, haud satis scio.

**DUDENA**, pro *Duodena*, Gallis *Douzaine*. Gloss. Gr. Lat. MS.: *Δώδεκα, Dudenā, duodecim*. Editum δώδεκα, δυόδεκα, *Duodecima*. [Vide *Dozena*].

\* **DUECIA**, Embregma, Ital. *Doccia*, Gall. *Douche* et *Douge*. Andr. Thurinus librum inscriptis, de *Embrocha nova seu Duecia artificiali, etc.*

† **DUELEGE**, *est in homine tartari species, lapis spongiosus periculum et maximum dolorem creans*. Roch. le Baillif in Diction. Spagy.

† **DUELLA**, *dicta quasi dux sectulæ; nam VI. scriptulis constat, queque sic scribitur* ○ ○. Papias MS. Hiccesio Dissert.

pag. 111. est tertia pars unciæ. A. Jonas Islandus Crimogæ lib. 1. cap. 8. pag. 85 : *Marca Islandica valebat unciam argenti defæcati cum Duella*. Gloss. Sangerman. n. 501 : *Duellis, Sexula bis adsumpta duellem facit*. [\*\* Vide Isidor. Origin. lib. 16. cap. 25. sect. 15.]

† 1. **DUELLARE**, Belligerari, in Diario Belli Hussitici, apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 157.

\* 2. **DUELLARE**, *Duello* decertare, vox Italica. Charta Phil. Pulc. ann. 1313. ex Bibl. reg. : *Si ea negarent, offerebat se eadem per gadium Duellare in campo contra quemlibet eorumdem successive, convicto prædicto Guidone ipsoque sanato prius de plagis suis, si quas haberet, legitime per se vel per alium probaturum*. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 171 : *Idem Arnaldus dicendo quod super hoc dictum exponentem Duellaret, seu propter hoc duellum faceret*.

\* **DUELLARIS**, Ad duellum spectans. Vita S. Guilli. Eremit. tom. 2. Febr. pag. 463. col. 1 : *Mox mirum in modum circa illius cellam more militari ceperunt torneari et ludo Duellari vicissim pugillare*. Charta ann. 1322. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 72 : *Helias Gelos burgensis castri Lemovicensis, alias delatus fuit... ad finem gatii Duellaris*. *Duellaria* verba, quibus duellum provocatur. Vide in *Duellum*, pag. 95. Hinc

\* **DUELLARITER** ALLOQUI, *Duellum* provocare. Vide inibi. *Apeles de bataille*. Aliquem in jus vocare, ut duello crimen a se amoveat, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1274. fol. 32. v° : *La fille Hue Verdier apela de bataille le Merchier de taute, de reube, de larrechin et de fu bouté en le grange son pere. Chies s'en defendi et fu bataille jugié et frent pais u camp saint Jore à le veuü du senescal et de le gent le conte*.

\* **DUELLATOR**, Qui duello pugnat. Herman. Neuvald. in Tract. de Exam. sager. super aquam frigidam project. pag. 60 : *Et sic non fuit (David) proprie Duellator sed divinæ justitiæ prædestinatus executor*.

1. **DUELLIO**. Gloss. Isid. : *Duellio, Rebelligis*, ubi forte legendum *Rebellio*. Id suadet Hugo Flaviniæ. in Chron. pag. 87 : *Cives Viradunensis oppidi defectionem atque Duellionem contra eum dicuntur meditati*. *Duellis conjuratio*, apud Rolandinum in Chron. lib. 11. cap. 17. [Vide *Delliones*.]

**DIBELLIO**, pro *Duellio*, *Rebello*, Gloss. Lat. : Gr. : *Divellio, πολεμός, Divelliones, πολεμοί, ἀρπαγαί*. Alibi *Delliones* (leg. *Divelliones*) *τυραννίδες*. *Τυραννίς, Duellium*. Eulogius Cordub. lib. 3. cap. 4 : *Undique Dibellionum insurgentia bella magnam ei molestiam inferebant*.

2. **DUELLIO**, *Pugil*, qui etiam *Duellius* dicitur, et inde *Duellis* [\*\* leg. *Perduellis*.] per compositionem, id est, ille pugil, qui perseveranter durat in duello. Jo. de Janua.

\* Hist. Franc. Sfort. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 214 : *Duelliones magno utrimque comitatu data fide extra castrorum munitiones palustresque difficultates, dimicaturi procedunt*.

† 3. **DUELLIO**, ut *Duellum* 3. Singulare certamen. *Diffinierunt, ut per Duellionem placitum illud dirimeretur*, in veteri Instrumento. Vide *Duellium* [\*\* et sentent. Rudolphi I. Imper. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 455. lin. 43.]

† **DUELLIS**. Vide *Duella*, et *Duellio* 3. 1. **DUELLIUM**, Bellum, proprie tyran-

*nis*. Glossæ Gr. Lat. : *Τυραννίς, Duellium*. [Alia Lat. Gr. Sangerman. : *Duellium, τυραννίς*.] Dudo lib. 2. de Actis Normann. pag. 70 : *Unius vero lustris spatio perseverante inter Regem et Rollonem Duellio*. Et lib. 3. pag. 96 :

Bella, supercilium, fraudesque, Duellia, telum.

Joann. de Janua : *Duellium, quasi duellum, vel dubellium, i. duorum bellum*. Ita pro monomachia usurpat Simeon Dunelm. ann. 1169 : *In Duellio victi oculos eruere*. [\*\* Glossa ad Panegyri. Berengarii lib. 2. vers. 40. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 197 : *Distat autem Duellium et Duellum, nam Duellium est spatium quo bellum præparatur, Duellum dicitur ipse conflictus, etc.*]

† 2. **DUELLIUM**, Jus duelli, seu quidquid ad principes locorum Dominos redibat emolumentis ex iudiciis duelli examine diremtis. Concordatio inter Abbatem J. Montis et Conventum de partitione suorum reddituum inter se ann. 1212. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 838 : *In his maneriis sui villis habebit ipse Abbas, sicut Dominus, revelationes et hominia et Duellia*. Vide *Duellum* 3. lin. De compositione de duello, etc.

1. **DUELLUM**, ut *Duellum* 1. Anonymus Poeta de Episcopis Eboracensib. :

Urbis tunc tenuit sceptrum gens pigra Britonum  
Quæ fere continuis Pictorum pressa Duellis  
Servitii pondus tandem subacta subivit.

Occurrit rursus infra, et apud Anonymum Goldasti de Suevorum origine pag. 170. Vide Festum, et Quintil. lib. 1. cap. 6.

2. **DUELLUM**, Prælium, certamen, apud Ditmarum lib. 2. pag. 22. lib. 4. pag. 35.

3. **DUELLUM**, Monomachia, seu singulare certamen, quo ambigua disceptationes dirimebantur, quæ ordinario iudicio terminari non poterant. Σπαρτωρικὴ ἀπόδειξις, Acropolis cap. 50. Joanni de Lyniano veteri JC. : *Pugna corporalis deliberata hinc inde duorum, ad purgationem, gloriam, vel odii aggregationem*. In qua definitione non comprehendit duntaxat duellum, quod inductum est ad veri probationem, sed etiam illud, quod inter hostes publicos, conducto vel ex innato odio, vel ad virtutis ac probitatis specimen, et ex Principum consensu initur, quod vulgo *Combat à outrance* a nostris appellatur, de qua duelli specie Uptonus lib. 2. de Militari Offic. cap. 5. 6. et nos pluribus in Dissert. 7. ad Joinvillam.

Duelli iudicium, seu duello controversias ambiguas dirimendi originem a Septentrionalibus populis manasse constat, apud quos ab initio in usu erat, uti ex Paterculo colligere est, qui armis decernere lites suas solitos fuisse scribit. Apud Stobæum Serm. 10. pag. 193. Umbrici cum controversias inter se habebant, pugnant armati sicut in bello : et qui suos adversarios interemerant, justiorem causam habuisse videbantur.

Sed præsertim id invaluit, ex quo Gundebaldus Burgund. Rex in Legibus suis tit. 45. statuit : *Ut si pars ejus, cui oblatum fuerit jusjurandum, noluerit sacramenta suscipere, sed adversarium suum veritatis fiducia armis dixerit posse convinci, et pars diversa non cesserit, pugnantis licentia non negaretur*. Quæ quidem duello lites dirimendi ratio recepta est postmodum, in Lege Alemannorum tit. 44. § 1. tit. 56. § 1. tit. 84. in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 2. tit. 9. cap. 4. in

Lege Longobard. lib. 1. tit. 9. § 39. lib. 2. tit. 35. § 3. 4. [\*\* Henr. II. cap. 2. Grimold. cap. 1. 2.] etc. Saxo Grammaticus lib. 5. Hist. Danicæ de Rege Frothone : *De quilibet vero controversia ferro decerni sanxit, speciosius viribus quam verbis confitendum existimans*. Sed potissimum propria fuisse Francorum dicitur in Vita Ludovici Pii ann. 831. de Bernardo : *Is ergo Imperatorem adiens modum se purgandi ab eo quærebat more Francis solito, scilicet crimen objicienti semet objicere volens, armisque impacta diluere*. [\*\* Vide Grimmii Antiquit. Jur. Germ. pag. 909. et 927. sqq. et Murator. Dissertationem 39. in Antiquit. Ital. tom. 3. col. 633. sqq.]

Neque tamen cuivis suapte duello licebat contendere, sed necesse erat, ut de eo subeundo Judices decernerent. Libellus Catalanicus MS. de Battalia faciendâ : *Et axi dona aquel usatge, que bataya nos deu fer per volentat, mes per necessitat, quand la Cort connexera quel reptament es tal que bataya sen deja fer, ço es per beya, o per treues trancades, o per trahycho*.

\* Interdum duellum decernere iudici vel domino nequaquam licebat nisi utraque pars consentiret. Stat. Montispep. ann. 1204 : *Duellum, vel iudicium candentis ferri, vel aquæ ferventis, vel alia canonibus vel legibus improbata, nullo modo in curia Montispepessulani rata sunt, nisi utraque pars convenierit*.

Duello decertaturi ex Judicis decreto, Vadium seu pignus apud eum deponerant, ut postmodum pro damni ac jacturæ compensatione cederent : quod sane in vadio juri standi, vel de objectis rectum faciendi, acclitatum docent Lex Alaman. tit. 36. § 3. et Lex Bajw. tit. 2. cap. 15. § 3. id porro *Duellum vadiare* dicebant. Usatici Barcinon. MSS. cap. 21 : *Bataya judicata, antequam sit jurata, si per milites debet esse facta, per 200. uncias auri Valentis sit per Pignora firmata : et si per pedones sit firmata, per 100. propter hoc, ut ad illum, qui vicerit, sit emendatum malum, quod in bello acceperit, tam in corpore, quam in cavallo, sive in armis, et assequatur hoc, pro quo bellum factum erit, et omnes missiones, quas per illud bellum fecerit, et diffinitum illud, quod acceperit ille, qui victus fuerit*. Assisiz Hierosolymitanæ MSS. cap. 163 : *Le Guarent que lon lieue si com esparjur, doit respondre maintenant à celui qui ensi le lieue, Tu mens, et je suis pret que je m'en aleaute contre toi, et defende mon cors contre le tien, et te rendrai mort, ou recreant, en une oure dou jour, et vessi mon Gage, et tendra au Seigneur son Gage à genouil, et le Seigneur doit les Gage recevoir, et assemer le jour de la bataille*. Cap. 79 : *Lors s'agenouille l'Apeleoir et lui tent son Gage*. Cap. 87 : *Et se celui que l'on appelle ensi s'en veaut aerdre à celui qu'il appelle de son cors au sien, il le doit dementir mot à mot, et ouffrir s'en à defendre de son cors contre le sien, et tendre son Gage au Seigneur, et se il le fait, le Seigneur en peut recevoir les Guages*. Le Roman de Garin MS. :

A ces paroles sailli en piez Gerins,  
Tenez mon Gage, Emperieres, dit-il,  
Envers Fromond que vos vèez ici,  
Des grans afères vos a del tot menti.

[Le Roman de Florance et de Blanche Flore MS. :

Et li rosignox saut avant,  
Il a au Roy baillé son gant,  
Pour la bataille confirmer.]

Vetus Consuetudo Normanniæ 2. part. cap. 2: *Plainte de multre doit estre fete en cette maniere. P. se plaint de T. qui li mordri son pere felonusement en la paiz Dieu et Roy, que il est prest de prouver et de fere lui recognoistre à une hore du jour. Et se T. le nie mot à mot, et il en offre son Gage à deffendre soy, l'en doit premierement prendre le Gage au defendeur, et puis celui à l'apeleur, et chescun doit donner pieges de mener la loi. Ne pourquant il doivent ambedeux estre retenus en la prison le Duc et fere sus cen qui sera regardé que l'en devra fere de droit. La bataille li doit estre otroiee par la justice, et si puet bailler l'un et l'autre en une prison, se il veut portant, que il soient baillez à bonnes gardes, qui les rendent au jour de la bataille fere.*

Interdum *Gagia Duelli* ad Dominum spectabant. Charta Communie Fidemensis in Campania ann. 1316: *Gagia duelli Majoris et Juratorum dictæ Communie erant, sed victus in Lege duelli meus erit.* Nam et in eum finem apud Dominum vel Judicem deponabantur, ut in emendam seu multam pars illorum cederet. Tabularum Monasterii S. Savini Levitanensis ann. 945: *Eidem Monasterio donamus et concedimus, ut si qua nobis pecunia pro placitis aut batalis de prædicto Monasterio nobis evenerit, etc.* Charta Philippi Aug. Reg. Franc. ann. 1185. in Hist. Vastinensi pag. 707: *Carnifices reddent stallagia, quæ debuerint: vadia duelli ad consuetudinem Gatinensii exsolvent.* [\* Charta locationis præpositi. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252: *Item in custodia parci, in armando pugiles, in gagiis duelli admittendis.*]

\* Aliquando tamen duelli pignus apud ecclesiasticos depositum, usque ad sacramenta in ecclesiis tunc juranda. Charta Theob. comit. Trec. ann. 1198. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 310: *Vadia duelli in manu prioris (de Condis) dabuntur, et tenebit illud usque ad majora sacramenta. Exinde duellum in manu præpositi mei erit.*

\* [Legitur in Cartula Sophiæ, comitissæ Barrensis, 28 nov. 1091 ap. Mus. Arch. dep. p. 58: « Hoc quoque non retinere censuimus quod sub tali dissensione remansit, ut ipse Liethardus terciam partem *Duelli* in tota advocatia pro jure repeteret, quod abbas (de Saint-Mihiel) et sui, constanter sibi denegantes, a primis ipsius ecclesiæ fundamentis nunquam contigisse vel audisse se perhibuerunt. » — Legitur præterea in libertatibus a Theobaldo IV. comite Campaniæ communiæ de Fismes concessis, 6. janv. 1227, ap. Mus. Arch. dep. p. 119: « *Gagia Duelli* majoris et juratorum dicte communiæ erunt, sed victus in lege duelli meus erit. »]

Jam vero dicebatur is *falsum vadium* incurrere, *se mettre en faux gage*, qui cum reo, quem appellasset, duellum inibat ante præacta coram Judice sacramenta in hisce occasionibus fieri solita, in Assisis Hierosolymitanis MSS. cap. 65. ut et si is, qui aliquem de homicidio appellasset, quidpiam diceret, de quo appellatus non esset convictus, in cap. 76. ubi e contra, *se mettre en loiaus gages*, dicitur, qui rem, quam intendit, probat, quod *se mettre en droit gage*, rursum dicitur cap. 82. et 86. Neque, opinor, aliud est omnino *Vadium mentiri*, in Legibus Inæ Regis cap. 14: *Si quis coram Episcopo testimonium suum et Vadium mentiatur*, 30. sol. emendet. Va-

*dium enim mentitur*, qui de juri stando *vadium* dedit, *illud* deserit, nec juri stat. Vide Probat. Histor. Turenensis pag. 36. Histor. Beneharn. pag. 375. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 59. etc. [\* Glavillam lib. 2. cap. 3.]

\* *Eo gagii* nomine appellabant quidquid coram judice projectum erat, ut quis duellum in se suscipere profiteretur. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 222: *Dux Albemartæ accusatus et fortiter appellatus fuit de morte ducis Gloucestræ per diversos personas, et præcipue per dom. le Fitzwauter, qui ad duellum inde probandum caputium suum jecit coram rege publice in parlamento.* Infra pag. 250: *Armiger dictæ domine, projecto caputio coram rege, in causa domine suæ se obtulit pugnaturum.*

Interdum parti ipsi *Vadium* dabatur, quod et olim factitium in duellis, arguunt quæ habentur in Lege Bajw. cap. 17. § 2. [Id confirmare licet ex Arresto Scaccarii Pasche ann. 1277. apud D. Brussel tom 2. de Usu feudorum lib. 3. cap. 18. pag. 983: *De quodam homine vicecomitatus Caudebeci petente bona adversarii sui quæ per vadium belli detinuit, et suscipere fecit, ad ipsum pertinentia per consuetudinem Normanniæ, ut dicebat, quæ quidem bona dictus Vicecomes tenebat pro Domino Rege: concordatum fuit, quod dictus homo victoriam habens, bona mobilia habeat, et immobilia, dominis in quorum terra consistunt, remaneant, si de consuetudine debeant habere.*] Quinimo is usus invaluerat ut appellans chirothecam, seu rem quamvis aliam coram judice projiceret, eamque appellatus judicis prius petita venia, e terra levaret, eoque facto duellum in se suscipere profiteretur. Petrus Cluniacensis lib. 1. de Miraculis pag. 1261: *Jussus post hæc a judicibus venire, et ea, quæ dixerat, comprobare, propius accessit, et iterans, quæ dixerat, cepta temeritate se vere dicere confirmabat. Cumque instaret, rursum ei judices præceperunt, ut secundum morem regionis Gadium, rei videlicet ab eo probandæ argumentum, manu propria in ejusdem Gerardi prioris poneret, qui velut ex bona conscientia audacter Gadium in manum ejus ponens, ait: *Hujus, ut dixi, rei ego testis sum, alius quoque testibus, vel duello id ipsum probaturus.* Froissart. 2. vol. cap. 85: *Et pour moi purger en la presence Monseigneur que veex-lé, j'en jette mon Gage, or le levez.* Idem 4. vol. cap. 42: *Quand il eut pensé un petit, il se tira avant, et prit son chaperon en sa main, et vint devant le Roy, et le Comte Mareschal, et dit, Comte Mareschal, je di, que tu es faux, mauvais et traistre, tout ce je prouveray, mon corps contre le tien, et voila mon gage.* Monstrelletus 2. vol. pag. 68: *Maillothin jetta son Gage, et Messire Hector le leva par le congé du Prince.* Guinevilla in Peregrinatione animæ:*

Il est mauvais, faux et traître,  
Quelque nom ait, ou quelque titre,  
Je l'appelle de trahison,  
Et sans faire dilation,  
Devant tout vostre barnage,  
J'en offre et baillie mon Gage,  
Et vueil en champ mortel entrer,  
Pour vous sa trahison monstrer.

Le Debat du cœur et de l'œil, MS.:

Le cœur replica ce langage,  
Et dit à ceil, tu as menty,  
Un soupier l'en jette pour Gage:  
L'œil respondit, Aucunement, mais ty.

Datis autem et receptis vadiis, Appellans et Appellatus pacem inter se inire

non poterant, inconsulto et invito Domino; qui, si paci nollet consensum præbere astringere eos poterat ad perficiendum duellum. Ita Assisia Hierosol. cap. 87. et Philippus Bellomanerius cap. 58. et 63. [quod de Dominis ipsis non est intelligendum: poterant enim illi pacem inter se componere, et firmatum duellum antiquare. Instr. ann. 1301. in Antiquit. Benedict. Pictav. MSS. tom. 3. pag. 552: *Cumque hac de causa prædictus Abbas duellum cum Aimerico filio ipsius Iterii suscepisset coram jam dicto Comite, tandem placitum tale fecerunt, ut, etc.*] [\* Glanvilla lib. 2. cap. 3: *Postquam Duellum inde fuerit vadiatum, oportebit eum, qui tenet, terram defendere per duellum, et non de cetero poterit se inde in assisam ponere.*]

Non modo *Gagia* a pugnaturis dabantur Domino, sed et obsides: qui quidem, si is, cujus vades erant, superaretur, indictam multam persolvebant. Consuetudines Lorriaci: *Et si de legitimis hominibus Duellum factum fuerit, Obsides devicti centum et 12. solidos persolvent.* Hinc natum proverbium apud nostros volunt, quod hocce tetrastico comprehensum:

C'est un proverbe et commun dis,  
Q'en la Coustume de Lorris,  
Quoiqu'on ai juste demande,  
Le batu paie l'amende.

De ejusmodi obsidibus egit le Roman de Garin:

Devant li Roi sont li gage plaié,  
De deus Barons qui ne sont guerres cher,  
Li Empereres n'i ot fet replegier,  
Et ce fust mal qu'il n'es fist Ostagier,  
Par celle chose lor fut grant encombrier.

Alibi:

Et Ysoré son gage porofri,  
La le pleurent et parent et ami:  
Dont saut avant li Loherans Garin,  
De soi defandre estoit prez et garnis,  
En porofrant son gage porofri,  
Pleviez moi li Alomans Orri,  
Et vos Girart, le Borgoing Auberi,  
Mi neveu estes, ne mi devez failir.  
Ge ne vueil nul, li Empereres a dit,  
Autres Ostages i covient à venir.

Vide Chartam libertatum oppidi Cellarum in Biturigib. ann. 1216. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. lib. 1. cap. 58.

\* Charta ex Tabul. S. Mich. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 668. col. 2: *Si autem clamor exoritur, qui necesse sit ut duello diffiniatur, abbas vel præpositus suus, cum ministerialibus ecclesiæ, totum placitum sine advocato deducet, fidejussores pro summa duelli persolvenda suscipiet.*

Gagiis receptis ac obsidibus datis, dies pugne ad quadragesimum indicabatur a Domino vel Judice. Assisia Hierosolymitanæ MSS. cap. 95: *De toutes manieres de Bataille que de meurtre ou d'omecide, a l'on 40. jours de respit, puis que les gages sont donnez: et au quarantiesme jour entre prime et tierce se doivent les champions venir pour offrir en l'hostel dou Seigneur, l'apelleur avant, et le Deffendor après.* Et cap. 65: *Le Seigneur doit le gage recevoir, et assener le jour de bataille au quarantiesme jour, se ce n'est d'omecide, en quoi il n'i a que 3. jours de respit de bataille.* [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 1236. voce *Lehrtag*, et col. 1064. voce *Kampfach*.] Erant et *Gagia duelli*, de quibus non dabantur obsides, ut est in Charta ann. 1240. ex Tabul. Fossatensi f. 51.

\* Interveniens adversus alterum ex



campionibus excommunicatione, dies duelli præscripta, quanquam vadiis asserata, differebatur, neque ob id causa cadebat excommunicatus. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 28. v. col. 2: *Quis (quid) si die belli excommunicatus sit alter campionum? Responsio: differtur, nec perdit querelam.*

\* Sed neque morte ipsa, duello semel statuto, causa finita censebatur: verum penes hæredem erat eam persequi et duellum perficere. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1212. in Chartul. Campan. ejusd. Cam. Comput.: *Statutum est etiam, quod si aliquis firmaverit duellum, et decesserit infra dies, qui ei jure possent assignari, non idcirco perdat querelam suam; sed hæres ejus sit loco ipsius pro jure suo requirendo vel defendendo. Et si aliquis, firmato duello, ad hoc venerit quod coram justitia dederit advocatiam suam alicui, qui facere debeat duellum pro ipso; si ille qui receperit advocatiam illam, decesserit infra dies, qui ipsi de jure possent assignari, non ideo perdat querelam suam ille, qui duellum firmavit, qui ei dederat advocatiam suam; sed liceat ei alium substituere loco illius qui decessit.*

☞ Sacramenta quæ in his occasionibus de more fiebant super sanctam Crucem, sanctas Reliquias aut sancta Evangelia proferebantur coram Sacerdotibus vel Ecclesiæ Ministris. Charta Theobaldi Comitis de juramentis, e Chartul. S. Magdalenæ Castrodrun. fol. 1: *Ne alicui liceat exhibere Sancta ad sacramenta juranda in villa Castriduni præter Ministris presentis Ecclesiæ omnibus duellis vel sacramentis, quæ in curia eorum seu in manu Præpositorum ipsorum in præfata villa. Et fol. 29: Nemini nisi memoratæ Ecclesiæ Ministris liceat extrahere Sancta juranda ad sacramenta in duellis, quæ in Curia Comitibus seu in manu sui præpositi insumpta fuerint vel arramatis. Item fol. 56: In duellis et aliis purgationibus, quibus sacramenta sunt necessaria, pugiles veniunt ad Ecclesiam canonicorum, audita Missa Canonici portant Sanctuarium Ecclesiæ ejusdem ad bella in domo Comitibus, et aliis sacramentis faciendis. Denique fol. 59: Ad duellum autem vidit sacramenta S. Leobini portari a Presbytero S. Leobini in domo Comitibus. De sacramentis super res sacras plura vide in Juramentum.*

\* Sacramentum ad Sancta a pugnatibus nonnunquam præstitum fuisse intra ipsius campi repagula, discimus ex Usaticis pro duello apud Cameracenses MSS.: *On prend celui qui a fait l'apitel et l'amainne on devant les Sains ou parc, aussi comme à trois agambées ou à quatre près de l'entrée, et là tient uns des maîtres sergiens les Sains, et uns des eskievins prend le baston de celui ki a apelet et li tient en sa main de ci à dont k'il a fait sairement, et au faire le sairement uns des eskievins, en la présence dou prouws et des eskievins, prend le main de celui ki a apelet et li met sor les Sains, et dont li devise on et escartit sen sairement en la veue et en l'oye de sen adversaire, ki près est. Cujus sacramenti formula his verbis concipitur, ibid.: *Ce oé li pais et li eskievin ke tel clain, tel apiel et tele arramie ke jou ai fait sour N. si comme de men N. ke mauvaisement li me mourdré, à droit l'ai fait comme cius ki i fui et le vi et oi et senti et m'en convint partir, ne pour péril de mort ne li oisai aidier, se Dius m'ait et cil Saint et tout li autre.**

\* Ne maleficio quovis uterentur pugnam initari, a præpositis duello iudicibus sollicite examinabantur, nullumque sortilegium adhibuisse jurare ipsos jubebant. Consuet. Norman. part. 2. cap. 2: *Deinde jurabunt sorcerias: et primo jurabit defensor quod nec per se, nec per alium in campo sorcerias fecit apportare, quæ ei possint et debeant juvare et parti adversæ nocere. Iis præverat Langob. Lex Rothar. cap. 371: Nullus campio præsumat, quando ad pugnam contra alium vadit, herbas quæ ad maleficia pertinent, super se habere, nec alias similes res, nisi tantum arma sua, quæ conveniunt.*

Arma duello decertantium, si peditum, erant *Gladius* et *Clypeus*, quorum armatura sic etiam describitur in Speculo Saxonico lib. 1. art. 63: *Judex cuique duos præbere debet, qui videant, quod secundum consuetudinem præparentur. Quantum voluerint de corio et lineo induant, dummodo frontes, id est capita atque pedes permanent enudati. In manibus non nisi simplices habeant chirothecas: nudum in manu quilibet habeat Gladium, et cum uno vel pluribus, secundum cujusque arbitrium præcingatur: Clypeum ligneum corio tectum, et non nisi umbonem ferreum in manu ferant, et unicum tunicam induant, cujus manicæ usque ad cubitum se extendant.*

Arma vero Militum seu Equitum duello decertantium pluribus describunt Assisæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 95: *Et se ils sont Chevaliers, ils doivent venir à cheval en l'hotel dou Seigneur pour eaus offrir, et doivent avoir les Chaucues de fer chaucies, et lor Espalieres vestues, et doivent faire amener les chevaux couvers de fer, et toutes autres choses appareillées, ancy com por entrer en champ, et faire apporter lor autres armures de quoy ils doivent estre armés el champs, de Haubert, et de Chaucues et de Heaumes et Visieres, et que chacun ait Cote à armer, et Gambison, se veaut, et se il ne veaut Gambison, il peut mettre devant son ventre une Contrecurée de tèle, ou de coton, ou de boure de sec tèle, et si fort com il vodra; et doit avoir un Escu et une Lance et deux Espées, et que les lances soient d'un long, et que les fers des lances et des espées des Chevaliers, qui se combattent en champ guogées de bataille, et doivent estre de tel façon com il vodront; mais que ils ne soient pas tels, que ils puissent passer par les mailles dou Haubert, sans tailler ou rompre mail, et doit avoir en l'oreille dou Heaume tout autour Orles de fer, tels com il vodra, ou Rasors: Et en l'escu doit avoir deux Broches de fers tout emmi l'escu, et l'autre au pié de soute, et doivent estre de tel grosse, come il vodront, et de tel longour jusques à un pié et neent plus. Et entour l'escu tant de broches de fer com ils vodront, agués, ou rasours: Et le cheval doit estre couvert de Couverture de fer, et avoir une Testiere de fer, et emmi la Testiere une Broche de fer, telle come celle de l'escu: et peut mettre chascun en ses couvertures de fer d'entour chene si lonc come il vodra, pour les jarés et les jambes de son cheval couvrir et garder, et chascun doit avoir l'une de ses espées attachée à l'arçon de la selle devant, et l'autre doit avoir ceinte, et la feure taillé jusques à renges, et peut avoir, se il veaut, un ou deux fourreaux pleins de ce, que il vodront, mais que de chose que il puisse nuire son aversaire, ne greger, et peuvent couvrir leurs chevaux d'autres couvertures sur celles de fer, telles come il vodront. Adde cap. 96.*

☞ Idem pluribus prosequitur, le Roman de Partonopez MS:

Rois Sornegur est bien armes,  
Bien sai comment or m'escoutez:  
En Chaucues est de soie faites  
Beles, bones et legeretes,  
Si a un bon Haubere vestu,  
Et a un bon double Escu,  
Et bon Heaume el chief lacié,  
Et en son poig un bon Espié,  
S'a une Espée longue et dure  
Et bien molue à sa mesure,  
Une autre à son arçon pendue,  
D'autre part une Besague,  
Et sa Misericorde a ceinte  
De fres entouchement entainte,  
Et un Aleans bien poignant,  
Moult s'en pooit faire à tant,  
Et est sor un moult grant cheval,  
Qui bien covient à tel vassal,  
Bien est couvert de Coutures  
De fer, tenant com pieres dures.  
Partonopez rest bien armes,  
Et à loi de Frans adober.  
Chances de fer a bien taillées,  
Et bien de soie appareillées,  
Heaume et Escu et fort Espié,  
Et bon Hauberc menu maillié;  
Mais il n'a cune sole Espée  
Cel a à son arçon noée,  
Et siet sor le bon cheval noir,  
Bon le cuide à son oes avoir,  
Et Culiere et bone Cropiere,  
Aate de fer et legiere,  
N'a cure de Misericorde,  
Ne d'Aleans pas ne le borde,  
Ne cure n'a de Besague,  
Ja n'en est par lui esmolue.

\* Campiones, qui militum causam duello defendebant, iidem armis eodemque apparatu, quibus milites ipsi instructi fuissent, pugnabant, ut colligitur ex Charta electionis armorum vicecomitis de Rohan a domino de Belomanerio ad duellum provocati ann. 1309. tom. 1. Probat. Brit. col. 1222.

☞ Cum autem Campiones ex militum ordine non erant, clypeo et baculo decertabant, ut patet ex Capitular. Ludovici Pii. Vetuit subinde Philippus August. ann. 1215. ne baculus trium pedum longitudinem excederet. Vide D. de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. pag. 35.

\* Plebeiis hominibus duello decertaturis capilli super aures attondebantur. Consuet. Norman. part. 2. cap. 2: *Uterque debet habere super aures capillos rotunde adæquatos. Ubi Gallic. Et chascun doit estre roingnez par dessus les oreilles. Usatica MSS. Camerac. pro duello: Et quant il sont armé et roegniet et enoint, etc. Matth. de Couciaco in Hist. Caroli VII. pag. 697: Par la mesme sentence il fut ordonné que chascun d'eux (combattans) auroit les cheveux coupez tous jus, etc. Vide Campio.*

\* Testes interdum rei controversæ, ab actore vel defensore producti, ab altero eorumdem ad duellum provocabantur. Charta ann. 1161. in Chartul. S. Joan. Laudun.: *Producti testes legitimi et sufficientes jurare parati fuerunt, cum Ernaldus unum eorum appellavit, et hinc inde vagiis datis, lex utrinque suscepta est duelli.*

Per Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 80. Si Miles de crimine aliquo capitali et atrociori appellaretur a Villano et Custumario, Militi liberum erat Equitem, contra, si Villanus a Milite appellaretur, Militi Peditem pugnare. Vide Campio.

Ætas, qua quis duellum inire cogi poterat erat 21. annorum, juxta Stabimentum S. Ludov. lib. 1. cap. 71. et 140. et Statuta MSS. Caroli I. Regis Sicil. cap. 137.

A duello ineundo eximebantur primo

mulieres, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 21. § 11. 12. in Fleta lib. 1. cap. 34. § 25. cap. 35. § 4. Vide *Campio* [\*] et Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 930. Gener socrus loco duello dimicans in Placit. ann. 10. Rich. I. rot. 27. Abbrev. Placit. pag. 7: *Radulphus et Hamundus tradiderunt terram illam in manum Hodiernæ, matris uxororum prædictorum.... Duellum fuit inter prædictam Hodiernam et Hugonem Malet de terra illa, in quo duello ipse Hamundus pugnavit.*

2. Qui annum ætatis sexagesimum excesserant, ut est in Statutis S. Ludovici, lib. 1. cap. 166. et apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 21. § 12. Brito de jure Anglicano pag. 40. septuagesimum habet.

3. Ægroti, aut aliqua infirmitate detenti, *me-haignez*, in iisdem Statutis S. Ludovici, apud Bractonum loco laudato, Brittonem fol. 40. etc.

Denique Sacerdotes, Clerici, Monachi, atque hi Vicarios et Campiones dare tenebantur. Vide Goffridum Vindocin. lib. 3. Epist. 39. Statuta Alexandri Scotorum Regis cap. 5. § 1. et supra verbo *Campio*. [\*] Placit. ann. 2. Joh. reg. rot. 24. Leicester. Abbrev. Placit. pag. 31: *Placitum concernente Duellum inter Warinum de Snipeston et priorem de Coventria pro 8. carucatis terræ.... Prior defendit, etc. per quendam liberum hominem et vadia data fuerunt ex utraque parte.*

Erant præterea casus complures, in quibus duellum locum non habebat: quos recenset Bellomanerius cap. 63. Horum

Primus est, si mulier appellavit, nec suum advocatum retinuit: nam mulier pugnare non potest.

2. Si mulier sub viri potestate appellat sine illius consensu et auctoritate. Vide Assisiam Hierosolymit. cap. 98.

3. Si appellans nullam parentelam vel affinitatem habet cum eo, pro quo appellat.

4. Si appellatus jam pugnavit, pro quo appellatur.

5. Si appellans est servus, et appellat hominem ingenuum ac liberum.

6. Si appellans est Clericus: quia non potest se obligare in Curia laica, nisi de proprietate temporalis.

7. Si appellatus est Clericus.

8. Pro casu, de quo iudicium datum esset.

9. Pro casu notorie falso.

10. Si alias res est bene probata.

11. Si appellans est bastardus, seu nothus et appellatus homo ingenuus et liber: quia non licet homini ingenuo cum notho pugnare. Sed inter duos nothos appellum valet.

12. Si pax facta est de facto, de quo fit appellum, et confirmata a Justitia superiore, qua deficiente confirmatione valet appellum.

13. Si quis appellatus est de homicidio, et mortuus, antequam moreretur, nominavit suos interfectores, et appellatum a crimine innocentem dixit.

14. Si appellans vel appellatus est minor annorum.

15. Quando leprosus hominem sanum appellat, vel si homo sanus leprosum.

16. Quando casus non cadit in vadium.

Prædictis addunt Fori Beneharnenses rubr. de *Bathala*, art. 1. in rebus, quæ per testes, aut alio quovis modo probari possunt appellum non valere. [\*] Frider. I. Imper. Constit. de Pace tenenda ann. 1156. cap. 1.] Et

Assisiam Hierosol. cap. 102. dicunt,

assisiam seu usum fuisse in Regno Hierosolymitano, Dominum non debere recipere vadia patris contra filium, nec filii contra patrem, nec fratris contra fratrem. De ultimo casu vide Statuta S. Ludovici lib. 1. cap. 165. Adde Foros Aragonenses lib. 8. tit. de *Duello*, et Molinum in Repertorio. Vide *Batalla*.

\* Neque rara sunt privilegia quibus ne Duello se defendere cogantur mercatores extranei cavetur. Chart. civit. Bremens. ann. 1255. in Origin. Fœder. Hansat. pag. 70: *Universis civitatibus et mercatoribus Flandriæ concedimus in nostra civitate et potestatibus, quod nullus eorum Duello provocetur, sicut nec in Flandria mercatores imperii Duello possunt provocari.*

Tilius tom. 1. pag. 313. ait, Principes sanguinis Regii excipi debere a duellis; sed has exceptiones ponit Bellomanerius cap. 1: *Fix de Rois ne doit pas combattre à son home por plet de mueble, por catie, ne por heritage; mais s'il appelloit son home de murdre ou de traison, en tel cas converroit-il, qu'il se combatist à son home. Car li vilain cas sont si vilain, que nuls espargnemens ne dut estre vers celi qui accuse.*

¶ A duellis excipiebantur etiam Duces, ita tamen ut per Vicarium seu Campionem appellanti responderent. Charta Frederici I. Imper. ann. 1158. apud Miræum tom. 1. pag. 540. col. 1: *Insuper potest idem Dux Austriæ, cum impugnatus fuerit ab aliquo de duello, per unum idoneum, non in enormitatis macula detentum, vices suas prorsus supplere.*

¶ Evenit aliquando, ut ipsi Clerici sese defenderent aut etiam aggredierentur duello. Id manifeste patet Constitut. Guillelmi Conquestoris ann. 1080. inter Concilia Rotom. ult. edit. pag. 69. art. XIX. ubi sic legere est: *Si Clericus duellum sine Episcopi licentia suscepit, aut assultum fecerit, Episcopo per pecuniam emendetur.* Id puto fuisse rarissimum. Cum Episcopis vel Abbatibus talis erat contentio, quæ juxta pravam temporum consuetudinem non poterat nisi duello dirimi, tum laicos eligebant, qui vices suas obirent, et Campionum munere fungerentur. Vide *Vicedominus*.

\* Clericis, qui per se vel per campiones duellum exequiebantur, officia sua exercendi facultatem interdicebant canones. Bulla Innoc. II. PP. ann. 1140: *Consuetudo quædam, quin potius corruptela in plerisque locis regni Franciæ, ut accepimus, inolevit, quod videlicet quando ecclesiarum homines de corpore ad alienum dominium se convertunt, si eos quicumque aliqui, quorum ipsi sunt homines, forte conveniant coram iudice competenti, necesse habent suam per duellum intentionem fundare, alioquin ab actione proposita repelluntur, licet per testes vel alia documenta intentionem ipsam velint et valeant legitime comprobare. Cum igitur clerici absque sui ordinis periculo duella suscipere nequeant vel offerre, pro eo quod, sive per se sive per alios, in duello pugnaverint, ipsos ab executione sacrarum ordinum canonicæ constitutionis severitas alienat, nos huic pravæ consuetudini remedio, quo possumus, obviare volentes, et duellorum, præsertim cum de rebus ecclesiasticis agitur, penitus interdicens ab usum, quo Deus templatur et vera sæpius iudicia pervertuntur, ut in quibuslibet iudiciis omni probationum genere a jure concesso liceat libere dilecto filio abbati Majoris monasterii Turonensis uti, prædicta consuetudine non obstante, auctori-*

tate sibi litterarum nostrarum ducimus indulgendum, edicto perpetuo statutentes ut si, ipso recusante in quibuslibet casibus per duellum defendere causam suam, aut in hujusmodi reprobo probationis genere succumbente, sententia seu executio quæcumque processerit, eadem et quicquid ex ea secutum fuerit vel ob ipsam, nullius penitus sit momenti.

\* Fuere tamen ex clero, qui veluti privilegium a principibus obtinuerunt facultatem, cum opus esset, lites suas per duellum dirimendi. Dipl. Henr. II. Imper. ann. 1052. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 641: *Concedimus prædicto episcopo (Volterrensi) suisque successoribus clericis et famulos, aliosque super terram suæ ecclesiæ inhabitantes in sua potestate, ut liceat eum ante se causam agere, et per Duellum qualibet legali sententia litem diffinire.* Adde Chartam Conradi I. ann. 1028. apud Ughell. tom. 4. Ital. sacr.

\* Quin etiam apud Anglos Scotosve duellum inire episcopi, abbatesque et clerici per se ipsos cogebantur, ut dicitur ex Bulla Innoc. PP. in Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 67. r: *Quædam pestifera consuetudo, quæ corruptela potius debet nuncupari, ut pote juri ac honestati ecclesiasticæ prorsus contraria, inolevit inter regnum Angliæ ac Scotiæ ab antiqua, et usque nunc observata existit per abusum, videlicet ut si episcopum, abbatem seu quemlibet clericum super aliquibus offensis pro quibus duellum inter laicos fieri consuevit, ab aliquo conveniri contingat, cogatur hic qui convenitur, quantumcumque religiosus existat, super hiis personaliter subire duellum. Nos igitur consuetudinem super prædictam, tanquam Deo et sanctis canonibus inimicam penitus detestantes, ne quis de cætero talia quomodolibet attemptare præsumat auctoritate presentium sub interminatione anathematis districtius inhibemus.*

Duello succumbentium pœna fuit ultimum supplicium, suspendium, capitis minutio, vel certe membri debilitatio, pro criminis qualitate, uti diserte produnt Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 8. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 16. § 2. Wichbild Magdeburg. art. 82. § 1. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 21. § 6. etc. Cujus moris exempla suggerunt Ditmarus lib. 3. pag. 29. Willelmus Malmesbur. lib. 4. pag. 124. Will. Neubrig. lib. 2. cap. 5. Rogerus Hovedenus pag. 466. Galbertus in Vita S. Caroli Comit. Flandr. n. 94. Gualterus Tervan. in Vita ejusdem Caroli cap. 39. et alii a nobis laudati Scriptores in Notis ad Alexiadem pag. 298. ubi apud Normannos nostrates secus olim observatum in delatoribus ostendimus, quod et in Anglia obtinuisse innuit Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 21. § 7: *Si autem (appellans) victus sit in Campo, aliud erit, (id est, non afficietur ultimo supplicio, ut Appellatus) quia non stat per ipsum, quin fiat disratiocinatio: et quamvis ad gaolam mittendus sit, tamen fit ei aliquando gratia de misericordia, quia pugnat pro pace.* Eadem habentur in Fleta lib. 1. cap. 34. § 32. Verum Philippus Augustus Rex Franc. Normannicum istum morem rescidit, et ad jus commune reduxit, quo talionis pœna in appellantem, si succumbat, decernitur, uti Guntherus lib. 7. Ligur. ait:

Passurum similem non victo crimine penam.

\* Matth. de Couciaco in Hist. Caroli VII. pag. 698. ubi de duello apud Valen-

tianashabito: *Iceluy Mahioten en ce martyre s'escria plusieurs fois pour avoir confession, néanmoins il n'en peut oncques rien finer; et en cet estat fut par le bourreau de ladite ville traîné et mené à la justice, lequel rendit l'esprit ainçois qu'il y vint, et en ce poinct il y fut pendu.* Ubi notanda confessionis denegatio. Vide supra in hac voce.

\* Victus interdum, qui causam suam defendebat, pecunia vel carcere tantum; qui vero pro alia pugnabat, membri mutilatione plectebatur. Libert. villæ S. Theob. sub Bormonte ann. 1203. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 149: *Victus vero in duello centum solidos et obolum reddere tenebitur. Pugil vero conductivus, si victus fuerit, pugno vel pede privabitur.* Eadem leguntur tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 6. in Charta communiæ Claromont. ann. 1248. Alia ann. 1362. ex Reg. 95. ch. 12: *Fu dit par jugement que gaige y cheoit et que les parties si se combatroient, c'est assavoir ledit Guillaume comme appellant et ledit Gilles comme appelle.... Et ainsi se combattirent longuement lediz appellant et appelle, et tant que ledit Guillaume ot son cheval mort et son corps plaié et navré: mais en la parfin desconfit ledit feu Gilles et le rendit vaincu en champ, et comme vaincu et ataint des cas se rendi vaincu, pour tel se confessa et tint souffissamment et expressément, et présens et oians et pour ce oir descendus et venus à lui lediz capitaine et baillif et plusieurs autres, et tel ataint, vaincu et desconfis fu tenus prononcé et réputé ledit Gilles, et ledit Guillaume victorieux et vainqueur et aiant fait tout son devoir; et pour ce comme desconfit et ataint, fu ledit Gilles par justice despouillé en son doublet, et déshonorablement mis hors des lices le premier, et menez en prison fermée ou chastel de Dreux es mains desdiz capitaine et baillif; et ledit Guillaume en ses armes et honorablement par congé de justice comme vainqueur se parti auprès du champ, et delivré avec ses hostages et amis ala en sa maison, requérans toutes voies raison et que justice li fu faite de son dit ennemi et de ses hostages, et que l'en s'en tenist saisi et de leurs biens mesmement, tant qu'il fust desfraié, satefié et restitué.* Hæc pluribus, uti notatu digna, exscripsi.

Scribit Lucianus in Toxari apud Scythas, si quis singulari certamine superatus foret ei dextram abscindi solitam, pœnæ causa.

Duello victi arma a victore Ecclesiis offerebantur. Charta Henrici I. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 136. et apud Guill. Pryneum in Libert. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 1103: *Ubicumque sit Duellum, Eboraci juramenta debent fieri super textum, vel super reliquias Ecclesiæ S. Petri: et facto Duello, victor Arma victi ad Ecclesiam S. Petri offerat, gratias agens Deo et S. Petro pro victoria.* [\* Vide Haultaus. Glossar. Germ. voce *Fronknus*, col. 544.]

Alia a præallatis et laudatis, purgationis per duellum exempla, describunt passim Scriptores, Gregorius Turon. lib. 7. Hist. cap. 14. Fredegar. in Chron. cap. 51. Paulus Warnefridus de Gest. Longob. lib. 4. cap. 49. Theganus de Gest. Ludov. Pii cap. 38. Vita Aldrici Episc. Cenoman. pag. 120. Baldricus Camerac. lib. 1. cap. 10. Almoius lib. 4. de Miraculis S. Benedicti cap. II. Ditmarus in Chronico lib. 3. pag. 29. Wippo in Conrado Salico pag. 439. Regino ann. 950. Vugo Flaviniacensis in

Chr. part. 2. cap. 27. Luithprandus in Legatione [\* cap. 6. Adde Antapod. lib. 3. cap. 46. et de reb. Otton. M. cap. 7. Ermold. Nigell. lib. 3. vers. 549. sqq.], Lambertus Ardensis pag. 140. Lambertus Scafnaburg. ann. 1048. 1050. Chronicon Morinacense lib. 2. pag. 366. Petrus Venerabil. lib. 1. de Miracul. cap. 8. Albertus Stadensis ann. 1050. 1105. Vita S. Austregisili, Falcandus de Calamitatib. Sicil. pag. 668. 691. W. Tyrius lib. 9. cap. 7. Cæsarius lib. 3. Miracul. cap. 18. lib. 9. cap. 48. Antiquitates Fuldenses pag. 614. Willelmus Neubrig. lib. 2. cap. 5. Matthæus Paris ann. 1163. Rodericus Toletanus lib. 6. de Reb. Hispan. cap. 26. Gesta Consul. Andegav. cap. 3. Acropolita cap. 50. Pachymeres lib. 1. Gretzerus in Episcopo Eystetensib. pag. 492. Marca in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 8. et 10. Sirmondus in Notis ad Epist. Goffridi Vindocin. lib. 3. Epist. 38. Marlotus in Chronico S. Nicasii Remensis cap. 10. Oliverius Markanus in Tract. de Duellis, initio, etc.

Pravam istam duelli examine lites ac controversias ambiguas dirimendi consuetudinem, quam *impiam* etiam vocat Luitpr. Rex Longob. tit. 91. § 4. [\* 118. (6, 65.)] quamque *propter consuetudinem gentis suæ Longobardorum vetare* se non potuisse ait, abrogare sæpe annexi sunt summi Pontifices, Episcopi, et Concilia, et anathemate damnarunt, vel certe improbarunt, imprimis Concilium Valentinum ann. 855. can. 12. Nicolaus I. PP. Ep. 50. ad Carolum Cal. ex qua desumpta 2. q. 5. *Monomachiam*, Agobardus lib. Adversus legem Gundobadam cap. 14. et lib. Contra iudicium Dei, Cælestinus III. Frideric. I. in Constitut. Sicul. libro 2. tit. 32. Alexander III. PP. Epist. 19. denique Synodus Tridentina sess. 25. can. 19. Sed et hanc improbant omnino Senator lib. 3. Epist. 24. Ivo Carnot. Epist. 168. 247. 280. Auctor Fletus lib. 1. cap. 34. § 26. ut et aliquot alii ejus ætatis Scriptores.

Quinetiam Reges ipsi ac Principes hanc abolere penitus in dominis suis subinde conati sunt, præsertim S. Ludovicus Rex Franciæ, qui duella omnino in suis terris fieri prohibuit, ut ex Statutorum ejusdem Regis lib. 1. cap. 2. colligitur. Sed hæc prohibitio locum habuit tantum in propriis terris, non vero in terris vassallorum. Unde cum Prior S. Petri de Monasteriis, qui in quantum Prior Regem associaverat in sua villa, quæstus, esset, quod regius Ballivus duella pariter amovisset ab eadem villa, quia sine assensu suo inde amoveri non debuerant: *Placuit D. Regi, quod si Prior teneret ibi Duellum, teneat per ipsum, et totum per proprium servientem suum, et non per servientem communem inter ipsum et D. Regem, quia Rex non vult habere aliquid in Duello. Si tamen ratione Duelli committatur terra vel aliud, voluit D. Rex portionem suam sibi reddi ratione associationis prædictæ.* Inter Aresta Cand. 1260. in 1. Reg. Parl. f. 109.

Piissimi Regis exemplo, Alphonsus Comes Pictavensis et Arvernensis subditis suis, vice privilegii, concessit, ut eorum nemo ad duellum faciendum cogeretur. Id certe expressum legitur in Libertatibus ab eo concessis urbi Riomensi in Arvernensi ann. 1270: *Item quod nullus habitans in dicta villa de quocumque crimine appellatus vel accusatus fuerit, teneatur se purgare vel defendere Duello, nec cogatur ad Duellum faciendum, et si refutaverit, non habeatur pro*

*convicto; sed appellans, si velit, probet crimen, quod objecit, vel per testes, vel per probationes, juxta formam juris.* Id privilegii iisdem verbis concessum legitur, ab Edwardo Rege Angliæ incolis Vianæ, Valentia, et Castelli-Amorosi in Aginnensi Provincia, in Charta descripta in Regesto Constabulariæ Burdegali. fol. 33. Bastidæ in Petrogoriciis a Philippo Pulcro rege ann. 1310. hominibus de corpore Monasterii Fossatensis ab Alexandro PP. in Tabular. ejusd. Monast. pag. 7. Tornacensibus a Philippo Aug. ann. 1187. in Charta Communiæ Tornacensis, incolis S. Audomari a Guillelmo Comite Flandriæ ann. 1127. in Charta descripta in Probat. Hist. Guinensis pag. 195. Monachis S. Dionysii in Francia ab Innocentio PP. apud Doubletum pag. 580. Wiennensibus Austriacis a Friderico II. imper. in Charta ann. 1237. descripta a Lambecio lib. 2. de Bibl. Cæsar. pag. 81: *Si septima manu honestarum personarum expugnare se possint.* Arnheimensibus Otto Comes Geliæ ann. 1233. Bommeliensibus, Thylanis, et Neopaludanis Rainoldus Comes Geliæ Chartis ann. 1327. 1329. et 1335. ut auctor est Freder. Sandius in Consuetud. Feudal. Geliæ pag. 435. etc. Vide Probationes Hist. Vergiac. pag. 212. et Somnerus in Glossar. ad Script. Angl. voce *Duellum*. Scribit Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 171. *abrogatam apud Danos Duellorum consuetudinem, servato tantummodo ferri candidis iudicio.*

¶ Duella prohibuit etiam Philippus IV. ann. 1303. quod subinde anno scilicet 1314. renovatum et confirmatum fuit, sed ad certum præfinitumque tempus: *Provocationes ad Duellum et gagia Duellorum recipi, vel admitti, ipsa Duella fieri vel iniiri durantibus guerris nostris expressius inhibemus.* Vide D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 390. Ibid. pag. 567. legitur Edictum ann. 1315. Ludovici X. qui, quoad antiquitus inauditum fuerat in Francia, *vadiare duellum* permittit etiam cum quis de furto postulat: *Nous voulons et octroions, que en cas de murtre, de larrecin, de rapt, de trahison, et de roberie, gage de bataille soit ouvert, se les cas ne poroient estre provez par tesmoings.*

\* Tantum vero valet consuetudinis, quantumvis barbaræ, præjudicatio opinio, ut animis etiam coelestibus arderet oculus adversario suo ereptus, ob idque Deo gratiæ agerentur devotissimæ. Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 108. v. col. 1: *Adductus est in medio uterque pugil et ad conficiationem statutus; cumque ambo diu multumque conflicassent et se se invicem gravissime afflicissent; tandem Deo auxiliante, pugil noster adversarium suum viriliter et audacter invadens oculum ei eripuit, et tanto conamine eum gravavit, quo illo proficiente se victum esse, victoria sibi cessit.*

Denique cum promiscue duella decernerentur pro quibusvis controversiis, etiam levioris momenti, decrevit Henricus I. Angl. Rex in Legib. suis cap. 59: *Ut non fieret bellum sine capitali ad minus 10. solid. nisi de furto, vel hujusmodi nequitia compellatio esset, vel de pace Regis infracta, vel in illis, in quibus est capitale mortis.* [Et Ludovicus VII. in Charta ann. 1168: *Pro debito citra quinque solidorum dationem, inter aliquos non judicetur Duellum.*] [\* Neque apud Anglos Duellum admittebatur, nisi in quibus casibus magna assisa fieri potuit.

Vide Placit. ann. 40. Henr. II. Kent. rot. 5. in Abbrev. Placit. pag. 144.] Certe constat, non modo pro crimibus capitalibus admissa duella, sed etiam in probationibus proprietatis prædiorum, status ac conditionis, et simillium. At cum nostri pravum hunc usum abolere penitus non possent, eo rem deduxere, ut duella non agerentur, nisi in quatuor istis casibus enarratis in Aresto 22. Junii 1422. quorum primus est, ut crimen capitale esset, 2. ut de crimine perpetrato omnino constaret, 3. ut accusatus notorie eo infamaretur, 4. denique ut res probari non posset per testes.

\* Duellum nonnunquam privatim actum est, præsentibus duntaxat duobus testibus, quos *patrinos* vocabant. Chron. Guill. Bardini tom. 4. Hist. Occit. inter Probat. col. 4: *Anno Domini 1250. cum inimicitia capitalis intervenisset inter nobilem Gausselinum dominum de Lunello militem ex una parte, et nobilem Guillelmum de Bouvileo militem ex alia, hi duo milites fieri voluerint campiones, et clam acceptis duobus patrinis, et in eorum præsentia, ad Duellum ventum est: et utroque vulnerato a patrinis separati et dimissi sunt.*

DUELLUM TENENDI, ut tunc loquebantur, facultatem ac jus non habebant feudales omnes Domini, sed ii tantum quibus id ex lege, consuetudine, vel lapsu temporis competeat. Aresta Pentecost. ann. 1268. in l. Reg. Parlam. f. 33: *Item quod usus est habere pilloricum, et tenere Duellum, et dictum est quod habeat saisinam justitiæ in dicta villa. Idque potissimum locum habebat in atroci crimine. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 38: Et encore ont plus li vavasseur: car eus tiennent leurs Batailles devant eus de toutes choses, fors de grans meffés. Nam licet in inferiori Curia duellum vadiaretur, seu admitteretur, vel decerneretur, in ea tamen non peragebatur, sed in Curia Majoris Domini, ad quam id juris spectabat, ut est in Regiam Majestat. lib. 3. cap. 28. § 9. 10. Tabularium Dunense apud Mabilonium: Non absurde autem videtur hic inserere, quod prædicta villa non solum ipsa ab omni prorsus exactione liberrima huc usque perseveraverit: verum etiam in tantum hujusmodi privilegio omnes cæteras antecellit, ut de proximis circumquaque villis ad iudicium calidi ferri portandum, et ad Bellum Campionum clypeo et baculo faciendum ex antiquitate semper illic accusatores et accusati conveniant, totaque causa ad illius villæ Domini deferatur audientiam. Charta Aleonoræ Comitissæ Viromandensis ann. 1191: *Minister B. Mariæ debet tenere usque ad Duellum placita, et tunc ab eodem ministro receptis obsidibus Duelli, ipse minister Duellum et obsides tradit servienti meo, qui est Præpositus Vitriaci, ad ducendum Cavinacum, usque ad domum meam. Charta Communiæ Peronenensis anno 1207: Si Duellum inde indicatum fuerit, fiet in Curia nostra, sicut debet fieri, de quibuscumque rebus Duellum fuerit indicatum. Inquestæ Parlamenti S. Martini ann. 1254: *Abbas Columbensis dicit contra dominum Regem, quod usus fuit habere iudicium Duelli de hospitibus suis, cujuscumque rei sit: et usus fuit addicere prædictum Duellum, quando adjudicatum erat, in Castro Domini Regis de Nogento ad justitiam Domini Regis. Et si dictum Duellum pacificatum fuerit per justitiam Domini regis, Abbas dicit, quod usus fuit habere emendas. Et si res accidit, quod dictum Duellum eat ultra, et***

*quod aliquis pugnantium sit victus, quod usus fuit habere bona illius, qui victus fuerit, si hospes suus fuit. Regestri Castri Lidi in Andibus fol. 24. 25: Omne Duellum undecunque veniat, victus erit Comitibus; hoc modo, quod Præpositus Majoris ducat victum, reddendo Præposito Castri Lidi 10. sol. exceptis hominibus Monachorum. Ad Majetum non potest fieri Duellum vel iudicium, quod non mittatur ad castrum Lidi, exceptis hominibus S. Martini. De omni terra Archiepiscopi, si contentio fit iudicii, vel Duelli, vel etiam sacramenti, debet terminari ante Senescallum Comitibus ad Castrum Lidi, etc. Vide Notas nostras ad Stabilimenta S. Ludovici pag. 168. [de Lauriere in Institutiones Loiselli lib. 2. tit. 2. regula 47.] Historiam Monast. S. Nicolai Andeg. pag. 6. 14. tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti pag. 762. Probat. Hist. Monmorenciæ pag. 395. et supra in vocabulo Bannaria.*

De compositione de duello ante ictum vel post, [quod jus, Justitia pro Duello dicitur in Charta Guillelmi Aquitanix Ducis tom. 2. Gall. Christ. Instr. col. 429.] scilicet post vadia data, emenda debetur Domino. Charta Mathildis Comitissæ Nivernensis ann. 1223: *De gagiis Duelli, quod pacificabitur, non nisi 7. solidos et 6. denarios tantum capiam de uno quoque.* [Charta Hugonis Abb. Centul. ann. 1228. ex Tabul. S. Richarii: *De qua emenda (nempe VII. solidorum et VI. denariorum) soli juramento Servientis S. Richarii credetur, absque lege alia seu Duello. Litteræ ann. 1236. ex secundo Chartul. S. Quintini in Insula: Si qui provocaverint se ad Duellum in prædicta villa, causa tractari debet per Ecclesiam... et tota matatio Duelli ad Ecclesiam pertinebit.] Libertates urbis Belnensis, in Burgundicis Perardi pag. 275: *Si compositio de Duello ante ictum vel post, fiat, 65. solidos et 6. denarios habeo. Charta Gaufredi de Leziniano Dom. Meruetti ann. 1240: Si autem aliqua causa moveatur coram Canonicis, de qua Duellum debeat adjudicari, si pax intervenerit ante iudicium, quod eandem pervenerit inter me et Canonicos, per medium dividatur. Si vero adjudicatum fuerit Duellum, ex tunc totum erit meum, quod eandem pervenerit, et ex quo orta fuerit querimonia coram Canonicis pro Duello, non poterit nisi pace vel iudicio remanere. Consuetudo Lorriaci ann. 1187: Si homines de Lorriaco vadia Duelli temere dederint, et Præpositi assensu antequam tribuantur obsides, concordaverint, duos solidos et 6. denarios uterque persolvat, etc. Vide Roverium in Reomao pag. 667.**

BANNUM DUELLI. Charta Willelmi Dom. Talemondensis Castri: *Quod si homo S. Crucis prælietur in Campo, sive vincat, sive vincatur, Bannum non reddet nisi S. Cruci et ejus Abbati.*

DUELLIA ET DUELLARIA VERBA, verborum formula, quibus quis ad duellum provocabatur, in Speculo Saxon. lib. 1. art. 68. § 2. *Verba Duelli, in Charta Philippi Regis Franc. ann. 1296. apud Marcam in Hist. Beneharn. cap. 29. n. 4. Verba appellum facientia, apud Bractonium lib. 3. tit. 2. cap. 20. § 1. 3. Duellariter alloqui, in Wichbild Magdeburgensi art. 82. § 2. Cujusmodi autem fuerint Duellaria verba, docent Assisiæ Hierosol. MSS. Bracton. lib. 3. tit. 2. cap. 21. § 2. Fleta lib. 1. cap. 34. § 29. Philippus de Beaumanoir cap. 63. Edictum Philippi Pulcri de Duellis, Oliverius Markanus de Duellis, liber Anglicus*

inscriptus *Justice of peace* pag. 64. Britton. cap. 22. 24. etc.

DUELLARIA VULNERA, in Wichbild Magdeburg. art. 81. propter quæ duellum fieri debeat.

DUELLUM VICTUM, in quo appellans vel appellatus occumbit. Charta Communiæ Divionensis ann. 1187. in Libertat. urbis Belnensis apud Perardum: *Si Duellum Victum fuerit, in dispositione mea sit. Libertates Pontallerii apud eundem pag. 487: Se Bataille est vaincue, je aurai 65. s.*

DUELLUM FIRMARE dicebatur Judex aut Dominus, qui inter partes litigantes duellum decernebat, et ab iis vadia recipiebat. Fori Morlanenses art. 8: *Si aliquis Bellum cum aliquo habuit, et priusquam ante Dominum Firmatum fuerit, se retraxerit, etc. Vetus Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. pag. 26: Si homo sanctæ Mariæ Firmaverit Duellum, et ceciderit, Monachi habebunt legem.*

DUELLUM LIGARE. Charta Libertatum Raucurtis et Haldicurtis ann. 1255: *Et sciendum, quod Duellum Ligari non poterit, nisi pro valore 200. solid. vel amplius.*

DUELLUM CUSTODIRE. Charta Ermen-gardis Domini Risnelli ann. 1213. in Tabul. Molimensi: *Si Duellum firmatum fuerit, in Curia Prioris deducetur. Et si Prior per se Duellum Custodire non poterit, ego et dominus Risnelli illuc servientes nostros mittemus, qui Priorem et suos custodiant. Si autem alter eorum victus fuerit, corpus tantummodo, nihil domino Risnelli reddetur, et quicquid victus habuerit, Prioris erit.* [\* Ut duelli leges serventur, ex jure vel officio invigilare atque duelli campum custodire. Charta ann. 1090. in Tabul. S. Albini Andegav.: *In constituto igitur termino utrique apud Sabulium adfuerunt; sed, quæ Duellum Custodirent idoneæ persone defuerunt.*]

\* DUELLUM DEDUCERE, Peragere. Lex Godefr. episc. Camerac. ann. 1227. art. 18: *Si forinsecus civem appellaverit, et si civis forinsecum appelles, Duellum debet Deducere pro proprio corpus suum, et forinsecus similiter. Ubi versio Gallica: Il doit le camp de bataille déduire par sen propre corps. Duellum ad finem perducere et finaliter duellum terminare, in Ch. ann. 1250. ex Chartul. episc. Carnot. Hinc*

\* DUELLI DEDUCTIO. in Charta Nic. abb. de Sigillis ann. 1241. ex Chartul. Campan. fol. 358: *Deductio Duelli et falsa mensura... ad prædictum dominum regem (Theob. Campan. comit.) imperpetuum pertinebunt.*

\* DUELLI EMENDATIO. Idem quod *Justitia pro duello*, Emenda scilicet, quæ domino debebatur ab iis, qui duello controversiam dirimebant. Charta pro eccl. Corsopit. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 376: *Soliti sunt accipere medietatem tallis, ... medietatem de Emendatione Duelli, postquam pugiles ingressi fuerint intra cordam.*

\* DUELLUM JUDICARE, Sententia seu iudicio illud statuere. Libert. Clarimont. in Bassign. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 600. art. 6: *Si vero Duellum fuerit iudicatum, coram domino vel coram præposito suo deducetur. Occurrit præterea in Ch. ann. 1250. ex Chartul. episc. Carnot.*

\* DUELLUM TENERE, Eadem notione. Charta ann. 1246. ex Chartul. Micicac. fol. 5: *Ego Petrus de Escancilla, ballivus domini regis, et ego Adam de Monte-re-*

*gali, ballivus episcopi Aurelianensis, notum facimus quod nos ab abbate et conventu S. Maximini impetravimus curiam quandam... pro tenere Duellum de comuni assensu nostro, pro contentione quæ erat super hoc inter dom. regem et dom. episcopum Aurelianensem, et etiam pro quodam guarcione murtrario judicando.*

\* DUELLUM DE MONETA. Cum de adulteratione monetæ quis duello se purgat. Charta Phil. III. ann. 1280. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1256: *Offerebant* (abbas et conventus S. Petri super Divam) *probatorios se usos fuisse dicta justitia in casibus seu articulis qui sequuntur... exceptis solummodo placito de expeditione nostra et Duello de Moneta, si exinde duellum oriatur.*

\* DUELLUM MONSTRARE. Ad duellum provocare. Divis. juridict. Chableiar. in Chartul. Campan. fol. 258. v. : *Si vero judicatur quod unus possit Monstrare contra alium Duellum, etc.*

\* DUELLUM REPETERE. Provocationem ad duellum iterare. Libert. Pontis Urson. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 642. art. 47. *Quolibet (quodlibet) Duellum debet Repetari (repeti) tertio die coram duobus hominibus.*

LEGE DUELLI APPROBARE, apud Sugerium in Ludov. VI. cap. 15.

DUELLUM PERCUSSUM, id est peractum, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 19. § 9. 10. *Duellum Percussum cum judicio, in Fleta lib. 2. cap. 54. § 25. Adde Statutum 2. Westmonaster. cap. 48. Vide Batalla, Bellum, Campio, Campus, Circulus.* [\*\* *Duellum vadiatum et armatum et Percussum fuit inter eos et in armis concordati fuerunt, etc.* in Placit. ann. 15. Joh. reg. Buck. rot. 2. *Concordia facta de 8. carucatis terræ dimidia... unde Duellum vadiatum et armatum fuit, in Placit. ann. 13. Joh. reg. Ebor. rot. 2. Dies datus... ad audiendum recordum curiæ de Malmesbria de Duello Concusso ibidem, etc.* in Placit. ann. 10. reg. Joh. Buck. rot. 12. in Abbrev. Placit. pag. 91. 88. et 62.]

Duellorum usum etiam extremis seculis invaluisse constat. Charta ann. 1353. in Vasatensi apud Occitanos diocesi obtinuisse hac ætate innuit. Ann. 1386. per Curiam arestum decretum fuit duellum inter Joannem de Carouges et Jacobum le Gris, de quo Froissartes et Joan. Galli quæst. 76. 77. Judicatio Ballivi Augensis [*d'Eu*] ann. 1390. decretum perinde duellum inter Joannem de Quesnel Militem et Joannem Crochon, cui (ut hoc obiter adnotem) objectum fuit a Quenello, quod nobili genere haud natus erat, proindeque pugnare deberet, *comme non noble*. Sub Francisco 1. Galcherus de Dintevilla dominus Vanlail, cum in Italia esset, ad singulare certamen provocatus fuit, ob crimina aliquot perpetrata, a Joanne du Plesseis consanguineo, per Regem armorum Franciæ, Regis consensu: qui cum non comparuisset, ad mortem condemnatus fuit per Arestum supremi Consilii regii 20. Febr. ann. 1538. sed, Rege extincto, in Franciam rediit. Legi Chartas provocationis. Sub eodem Francisco I. illius permissu, Franciscus de Vivona dominus de la Chasteigneraye et Guido de Chabot Dominus de Montlieu duellum inierunt in parco Vincennensi pedites, omnibus duellorum observatis ceremoniis ann. 1547. apud Thuanum, et alios. [\*\* Hoc duellum spectat consilium Molinæi, impressum in *Bibliothèque des Coutumes par Berroyer*, pag. 273.] Vide Guidonem Papæ quæst. 617.

\* Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 95: *Acause d'aucunes parolles qui furent rapportées à Olivier de Gleon escuyer, que Odorat de Pompadour, seigneur en partie de Villeseque, avoit dites et proférées contre l'onneur dudit Olivier; icellui Olivier requist ledit de Pompadour de combatre pardevant nous. A quoi ledit de Pompadour respondi qu'il estoit content de combatre, pourveu qu'il eust sur ce congié de nous, etc.*

\* DUELLUM, Duelli judicium, administratio, atque alia quæ ad duelli executionem pertinent, inter officia quæ ad præpositum spectant, recenset Charta Th. decani S. Vulfr. Abbavil. ann. 1218. in 1. Lib. nig. ejusd. eccl. fol. 8. r. : *Retenta sibi et hæredibus suis præpositura cum dominio et libertate et fructibus grangiz per servicium, quid antea nobis reddere solebat, videlicet Duellum, et citationes et alia servicia.*

DUELLUM GALLORUM gallinaceorum, etiamnum in aliquot Provinciis usurpatum a scholaribus puerulis, vetatur in Concilio Coprinaciensi ann. 1260. can. 7. quod scilicet superstitionem quamdam saperet, vel potius sortilegii, aut purgationis vulgaris nescio qui redoleret: *Quia ex Duello Gallorum, quod in partibus istis, tam in Scholis Grammaticæ, quam in aliis fieri inolevit, nonnulla mala aliquoties sunt exorta, etc.* Diogenes Laertius in Socrate: *Ἐπὶ τῆς κατὰ εἰς φρόνημα ἱερικράτην τὸν στρατηγόν, δεῖξαι αἰτῶ τοῦ κούρῆως Μίδου ἀλεκτρούνας ἀντίον τῶν Καλλίου περὺεπαμένους.* [\* Vide infra *Gallorum pugna* et in *Jasia*.]

Duellorum vero regulas ac ritus, et ceremonias, ex quibus quedam hic attigimus, multis prosecuti sunt, qui ex professo de Duellis scripsere. Honoratus Bonnet in *l'Arbre des batailles* 4. part. cap. 110. 112. et sequentibus, Comes Glocestrensis in Tract. MS. *des Gages de batailles*, Harduin de la Jaille, Joan. Dom. de Lisleadam, et Oliverius de la Marche, simul editi Parisiis ann. 1586. Paris de puteo, Hotomannus, et Savaro in Tractatib. de Duellis. Quibus adjungendi Nicolaus Uptonus lib. 1. de Militari offic. cap. 6. 7. Bractonus lib. 3. tract. 2. cap. 19. 20. 21. Fleta lib. 1. cap. 34. 41. Guillelm. Stanfordius lib. 1. de Placit. Coronæ cap. 14. Libellus Catalanicus MS. de Batalla facienda, fol. 71. Cod. 93. Bibl. Thuanæ, Leges Scotorum, seu Quoniam Attachamenta cap. 73. Speculum Saxonie. lib. 1. art. 63. Wichbild Magdeburg. art. 35. Thomas Walsingham. in Ricardo II. pag. 237. Charta Amedei Comitis Sabaud. ann. 1397. apud Guichenon. in Histor. Sabaud. pag. 243. etc. præterea Edictum Philippi Pulcri Regis Francorum, quod guidem, licet pridem editum a Savarone in Tract. de Duellis, et Andrea Favyno in Theatro Honoris pag. 1714. hic rursus longe emendatis exhibebimus et MS. Codice, quod universam duellorum usum ac ritus seriem continet.

PHÉLIPPE par la grace de Dieu Roy de France, A tous ceux, qui ces presentes lettres verront, Salut. Sçavoir faisons, que comme ença en arriere pour le commun prouffit de nostre Royaume, nous eussions deffendu généralement à tous nos subjects toutes manieres de guerres, et tous gâges de batailles, dont plusieurs malfaicteurs se sont avancez par la force de leur corps et faux engins, à faire homicides, trahisons et tous autres malefices, griefs et excès pource que quand il les avoient faits couvertement et en repost, ils ne pouvoient estre convaincu par tesmoins, dont par

ainsy le malefice se tenoit: et pour ce que nous en avons fait, est pour le commun prouffit et salut de nostredit Royaume: mais pour oster aux mauvais dessusdits cause de malfaire, Nous avons nostre deffense dessusdite attemperée par ainsi, que là où il apperra evidemment homicide, ou trahison, ou autres griefs, violences, ou malefices, secrettement ou en repos, excepté de larrecin, parquoy peine de mort se deust ensuivre, si que celui qui l'auroit fait n'en peust estre convaincu par tesmoin ou autre maniere souffisant, Nous voulons que en défaut d'autre poinct, celui ou ceux, qui par indices ou presumptions semblables à verité pour avoir ce fait, soient de tels faits soupçonnez, appelez et citez à gaige de bataille, et souffrerons quand en ce cas les gâges de bataille avoir lieu: Et pource que à celle justice tant seulement nous attemperons nostre deffense dessusdite es lieux et es termes esquels les gâges de bataille n'avoient lieu devant nostredite Ordonnance, et pour ce n'est mie nostre intention que ceste deffense soit rapellée ne attemperée à nuls cas passez devant ne après la date nosdites presentes lettres, desquelles condennations et absolutions ou enquestes soient faitz proces, affin que on les puisse juger, absoudre ou condamner, ainsi que le cas le requerra et evidemment s'appartiendra. Et en tesmoing de ce nous avons ces presentes faitz seeller de nostre grand seel. Donné à Paris le Mercredy l'an mil CCC. al. 1306.

§ 2. Nota quatre choses, qui appartiennent avant que le gaige de bataille puist estre adjugé.

Et premierement nous voulons et ordonnons, qui soit chose notoire certaine et evidente, que le malefice soit advenu, et ce signifie la clause, Où il apperra evidemment homicide, trahison, ou autre vray semblable malefice par evidente suspicion.

La seconde est, que le cas soit tel que mort naturelle en deust ensuivre, excepté cas de larrecin, à quoy gaige n'eschet point, et signifie la clause, De quoy peine de mort deust ensuivre.

La tierce est, que nul ne peut estre puny autrement que par voye de gaige, et ce signifie la clause, De homicide ou trahison reposte, si que celui qui l'auroit faite ne se pourroit defendre, que par son corps.

La quatre, que celui que on veut appeler soit diffamé du fait par indices, et ce signifie la clause, Presumptions semblables à verité. Encores voulons et ordonnons selon le texte de nos Ordonnances, jacoit çà que en larrecin n'y eschiet peine de mort, toute fois en larrecin ne chiet point gaige de bataille; si comme il est contenu en la clause, De larrecin, excepté, etc.

§ 3. Comment le deffenseur se vient presenter devant le juge sans estre adjourné. Hic § deest in MS.

Nota que en gage de bataille tout homme qui se dit vray pour honneste se doit rendre et presenter sans adjournement, s'il le sçait, mais on luy donne bien delay pour avoir ses amis; et s'il ne vient sans adjournement, ja pour ce son droict n'est amendry, ne son honneur avancie.

§ 4. Comment l'appellant propose son cas devant le juge de l'appellant.

Encores voulons et ordonnons, que quand on propose aucun cas de gaige de

bataille, de quoy mort se deust ensuivre, excepté larrécin comme dit est, il souffrit que l'appellant die que l'appellé a fait faire le cas pour luy ou pour autre, supposé que l'appellant ne nomme pas qui.

Encores se le cas est supposé en généraux termes, comme de dire: Je tel dis et veuil dire maintenir et soutenir que le tel a traitreusement tué ou fait tuer le tel: Nous voulons et ordonnons, que telle proposition soit non souffisante et indigne de reponce, selon le stil de nostre Cour de France, mais lui convient declarer le lieu où le malefice a esté fait, le temps et le jour de la personne du mort, ou de la trahison. Toutes voyes en telle condition pourroit estre l'information du malefice, qui ne seroit ja besoing dire l'heure ne le jour, qui pourroit estre trop occulte de sçavoir.

Encore voulons et ordonnons, que se le juge ordonne gage ou combat contre les coutumes, contenues en nosdites lettres, tout ce qui sera fait au contraire pourra estre rappelé.

Encore voulons et ordonnons, que le demandeur ou appellant doive dire ou faire dire par un Advocat son propos, devant nous ou son juge competant contre sa partie adverse, et luy present: et se doivent garder de dire chose où il chée vilainie, qui ne serve à sa querelle seulement. Et doit requérir le defendant que se l'appellant ne prouve les choses proposées estre vrayes, que il soit condamné à avoir confisqués cors et biens, et estre puny de tel peine comme droit le veut: alors ledit appellant doit et peut dire, qui ne le pourroit prouver par témoins ne autrement, que par son corps contre le sien, ou par son advoué en champ clos comme gentilhomme et preudhomme doit faire, en nostre presence, comme leur juge et Prince souverain: et alors doibt jeter son gage de bataille, lequel gage receu par le defendant doit puis faire en sa retenue, et puis faire retenue de conseil d'armes, de chevaux et de toutes autres choses necessaires et convenables à gage de bataille, et que en tel cas selon la noblesse et condition de lui appartient avecques toutes les protestations, qui s'ensuivent. Lesquelles protestations, appellations et ordonnances seront enregistrees pour juger, s'il y aura gage ou non, en disant:

Et premier, dira, Tres-excellent et puissant Prince, et nostre souverain Seigneur, ou s'ils ne sont de nostre Royaume, en lieu de Souverain Seigneur, diront, Et nostre juge competant, pour donner plus bref fin aux choses que j'ay dites, je proteste et retiens, que par loyale essoine de mon corps, je puisse avoir un Gentilhomme pour celuy jour mon advoué, qui en ma presence, si je puis, ou en mon absence, à l'aide de Dieu et de nostre Dame et Monseigneur saint Georges le bon Chevalier fera son loyal devoir à mes coust et despens, comme raison est, toutes les fois et quantes fois qu'il vous plaira ordonner comme à tel cas appartient.

Encores voulons et ordonnons, que le defendant, s'il veut, sur les perils, puisse dire au contraire, et requérir les injures par l'appellant dites à luy estres amendées, de telle amende et peine, que devroit porter s'il avoit fait les choses dessusdites, et que ledit appellant, sauve l'honneur de nostre Majesté, ou de son juge competant, a faulcement et mauvairement menti; et comme faulx et mauvais, qu'il est de ce dire, il s'en défendra, à l'aide de Dieu, et de nostre Dame, par son corps ou de son advoué par loyale essoine de son corps, s'il est dict et jugé que gage de bataille

y soit, ou lieu jour, et place que par Nous comme leur souverain ou autre juge sera ordonné. Et alors doibt lever et prendre le gage de terre, et puis faire ses protestations dessusdites. Et requérir son advoué en cas de loyalle exoine, et nous demander retenue de conseil selon la noblesse, et condition de luy, et le surplus ainsi que dict est: lesquelles appellations et defenses voulons et ordonnons, que soient semblablement escrites et registrées pour sçavoir s'il y aura gage ou non. Et pour l'amender l'un à l'autre selon que justice requerra, dans une incluse, s'obligera de comparoir au jour, heure, et place à eux assignés, tant à la journée de sçavoir se gage y sera, comme à celle de la bataille, se bataille y eschiet, selon l'information de leur procès, lequel sera bien veu et sainement regardé par nobles et preudhommes, Clercs, Chevaliers, et Escuyers, sans faveur de nulli, lequel gage ou non sera devant les parties adjudgé au jour et place par nous ou par leurs juges ordonné, sur la peine d'estre reputé pour recreant convaincu, celui à qui la faute sera, et outre ce voulons, que soient arrestez, jusques de ce qu'ils donnent bons et suffisants pleges à ne partir sans nostre congé, et de se presenter aux journées ordonnées par nous ou par leur juge competant.

Comment l'une des parties se part sans congé, et est pris de par le Roy.

Aussi voulons et ordonnons, que se aucune des parties se departoit de nostre Cour, après les gaiges jettez et receuz, sans nostre congé, iceluy partant voulons et ordonnons qui soit tenu et prononcé pour recreant et convaincu, et faite la justice que le cas requiert, retenu nostre volonté.

Encores et pource qu'il est de coutume que l'appellant et defendant entrent en champ, portant avec eux toutes les armeres desquelles ils entendent offendre l'un l'autre, et eux defendre, partant de leurs hostels à cheval, eux et leurs chevaux, housses de coutez et paremens de leurs armes, les visieres baissées, les glaives ez poings, les espees et daghues ceintes, et en tous les estats et manieres qu'ils entendront eux combattre, soit à pié ou à cheval. Car s'ils faisoient porter leurs dites armeres par aucuns autres, et portassent leurs visieres levées sans nostre congé, ou de leur juge, ce leur porteroit tel prejudice qu'ils seroient contraincts de combattre en tel estat qu'ils seroient entrez au champ, selon la coutume de present. Et parce que ceste coutume nous semble pour les combateurs aucunement estre ennuyeuse: par nosdits chapitres et ordonnances, de present attemperions et voulons, et ordonnons, que lesdits combateurs puissent partir aux heures par nous ordonnées monter et armer, comme dit est, de leurs maisons, les visieres levées, faisant porter devant eux leurs glaives, hasches, espees, s'ils veulent, et toutes autres armes raisonnables pour offendre et defendre en tel cas. Et tant plus pour avoir cognoissance de vrais Chrestiens, partans de leurs hostels de pas en pas, de leurs mains droites se signeront, ou porteront le Crucifix ou bannerettes petites où seront pourtraits nostre Seigneur et nostre Dame, les Anges, Saints ou Sainctes, où ils auront leur desveu et devotions, desquelles croix ou bannerettes ainsi que dict est, jusques à ce qu'ils descendront dedans leurs pavillons se signeront.

Cy s'ensuit la premiere des trois criez, et les cinq defenses que le Roy d'armes

ou Heraut doit faire à tous gaiges de bataille.

Tout le premier ledit Roy ou Heraut de la Marche doit monter à cheval sur les deux portes des lisses, et là doit une fois crier l'appellant. Secondement une autre fois quand l'appellant sera entré, et que aurons commandé de appeller le defendant. Et la troisième, quand ils seront tous deux entrez, et auront devant nous faites leurs presentations, et fait tous leurs sermens par la forme qui s'ensuit, et retournez en leurs pavillons.

La premiere des cinq defenses.

Or ouez, or ouez, or ouez Seigneurs Chevaliers, et Escuyers, et toutes manieres de gens, que nostre Seigneur par la grace de Dieu Roy de France, vous commande et defend, ou de par leur juge, sus peine de perdre corps et biens, que nul ne soit armé, ne porté espée, ne dague ne autre harnois quel qu'il soit, se ce ne sont les gardes du champ, et ceux de par le Roy nostre Sire, ou le juge, en auront congé.

Encores ce le Roy nostre Sire vous commande et defend, ou le juge, que nul de quelque condition qu'il soit, durant la bataille, ne soit à cheval, et ce sur peine aux Gentils hommes de perdre le cheval, et aux serviteurs de perdre l'oreille, et ceux qui convoieront les combatans descendus qu'ils soient de leurs chevaux à la porte du champ, seront tenus incontinent les renvoyer, à la peine que dit est.

Encores le Roy nostre Sire, ou le juge, vous defend que nulle personne de quelque condition qu'il soit, ne doit entrer ou champ ne entre les deux lisses, sinon ceux qui pour ce y seront ordonnez sur la peine de perdre corps et biens.

Encores le Roy nostre Sire, ou le juge, vous commande et defend à toute personne de quelque condition qu'il soit, qu'il s'assie sur banc, ou à terre, afin que chacun puisse veoir les parties plus à son gré combattre, et ce sur la peine du poing ou du pied.

Encores le Roy nostre Sire vous commande et defend que nul ne parle, ne signe, ne toussie, ne crache, ne crie, ne face aucun semblant, et ce sur peine du corps et des biens.

Autre Ordonnance du Roy, comment les deux combatans doivent entrer en lisses.

Encores et jacoit, que par les anciennes coutumes de nostre Royaume, l'appellant doit estre au champ avant l'heure à dix heures, et le defendant devant l'heure de midy, et quiconques deffaut de l'heure, il est tenu et jugé pour convaincu, se nostre mercy ou du juge s'y entend, lesquelles coutumes nous voulons et approuvons, que d'oresnavant se contiennent, et vailent. Neantmoins pour aucunes bonnes raisons à ce nous esmouvoir, lesdites ordonnances attemperons, et consentons, que nous ou leur juge puisse avancer ou tarder de jours et de heures, selon les dispositions du temps, ainsi que à nous et à tous juges plaira, et les prendre en nos mains pour les accorder, et ordonner à l'honneur et bien de tous deux qui pourra, et ou pour donner autre jour et heure, tant avant la bataille commencée comme en combatant pour parfaire leur bataille, se le jour ne souffisoit, et en les remettant aux mêmes et semblables pointcs, et party comme les avions prins; sans ce que nul ne s'en puisse jamais excuser, complaindre, defendre ne protester contre nos Ordonnances, comme nous leurs juges competens.

§ 8. *Ensuivent les requestes et protestations que les deux parties doivent faire à l'entrée du champ.*

*A la porte des lisses au Conetable se le Roy luy a commis, ou aux Mareschaulx ou Mareschal du champ, qui là se trouveront, ausquels l'appellant dira ou fera dire par son Advocat, qui est pour plusieurs causes le meilleur, et puis celles qu'il dira, ou fera dire semblablement au juge, quand il sera tout à cheval entré dedans, au Mareschal avant que d'entrer dedans, et premier celle de l'entrée du champ :*

*Notre tres-honoré Monseigneur le Mareschal je suis tel, ou l'Advocat, voyez cy tel comme appellant que pardevant le Roy nostre Sire et souverain Seigneur et juge competent, se vient presenter armé et monté comme gentilhomme doit entrer en champ pour combattre contre tel, sur telle querelle comme faulx et mauvais traistre ou meurtrier, se le cas est de meurtre comme il est. Et de ce il prend nostre Seigneur, nostre Dame, et Monsieur Saint George le bon Chevalier à tesmoin à ceste journée, qui aujourd'huy luy est assignée, et pour ce accomplir est venu et se presente pour faire son vray devoir, et vous requiert, que luy livrés et départés sa portion du champ, du vent, du soleil, et de tout ce qui est nécessaire, profitable et convenable à tel cas. Et ce faict, il fera son vray devoir à l'aide de Dieu, de nostre Dame, et de Monseigneur Saint George le bon Chevalier, comme dict est. Et proteste qu'il puisse combattre à cheval ou à pied, ainsi que mieulx luy semblera. Et de soy armer ou de ses armes ou desarmé et porter celles qu'il voudra tant pour offenser comme defendre à son plaisir avant combattre, ou en combattant se Dieu luy donne loisir de ce faire.*

*Encores que si son ennemy tel ou adverse, portoit aultres armes ou champ, qui ne devoit porter par la constitution de France, que icelles luy soient ostées, et que en lieu d'icelles nulles autres n'ayt ni puisse avoir.*

*Encores que si son ennemy avoit armes forgées par mauvais art et brefs, charois, sors, ou invocations de denneux, parquoy il en fust cogneu manifestement, que son bon droit luy fust empesché, avant la bataille, combattant ou après, que son droict, bon droict et honneur n'en puist estre amendry, ains soit le faulx et mauvais puny comme ennemy de Dieu, traistre et meurtrier selon la condition du cas, et doit requerer que sur ce il doye specialement jurer.*

*Encores doit requerer et protester, que si le plaisir de Dieu ne fust que au Soleil couchant il desconfi, et outre son ennemy, laquelle chose il entend à faire si à Dieu plaist, neanmoins peut requerer qui luy soit donné du jour autant comme il en seroit passé selon les droicts et anciennes costumes, ou autrement peut protester s'il n'a l'espace d'un jour tout au long, lequel nous luy devons consentir et octroyer.*

*Encores que en cas, que le tel son adversaire ne seroit venu dedans l'heure deue, et par le Roy nostre Sire assignée qui ne soit plus receu, mais soit tenu pour reprouvé et convaincu, laquelle requeste est et sera en nostre liberté. Neanmoins que s'il tardeoit sans nostre volonté qu'il soit comme dict est.*

*Encores doit demander et expressement protester, qu'il puisse porter avecques luy pain, vin, et autres viandes, pour manger et boire l'espace d'un jour, se besoin luy en estoit, et toutes autres choses à luy convenables et nécessaires en tel cas, tant*

*pour luy comme pour son cheval, desquelles protestations et requestes tant en general comme en special il doit demander instrument, lesquelles requestes et protestations, voulons et ordonnons que l'appellé ou défendant puisse semblablement faire, et par la forme que dict est, lesquelles requestes et protestations s'ils ne leur sont en special défendus, voulons et ordonnons qu'ils puissent combattre à cheval, et à pié armez chascun à sa volonté de tous bastons et arnois ; de mauvais engins, charmes, charrois et invocations d'ennemys, et toutes autres semblables choses défendus, selon Dieu et Sainte Eglise à tous bons Chrestiens.*

*De quel longueur et largeur les lisses doivent estre.*

*Encores nous voulons et ordonnons que toutes lices de gaiges de bataille ayent cent et vint pas, c'est assavoir xl. pas de large et quatrevingt de long ; lesquelles tous les juges seront tenus de faire, et les retenir pour les autres, s'il en venoit.*

*Comment les pavillons des combattans doivent estre mis.*

*Encores voulons et ordonnons, que le siege et le pavillon de l'appellant, quiconques il soit, sera, à nostre main dectre ou de son Juge, et celui du défendant sera à la senestre.*

*Comment les deux combattans doivent entrer au champ.*

*Encores voulons et ordonnons, que quand chascun d'eux auront ou par leur Advocat faict dire les choses dessus dites, ains qu'ils entrent ou champ, doivent baisser leurs visieres, et entrer les visieres baissées faisant le signe de la Croix, tout ainsi que dict est. Et en icelluy estat doivent venir devant nous, ou leur Juge, portant les armes sur eux, desquelles ils entendent defendre et offendre avant que d'entrer dedans, et nous dire et faire dire ce qui ensuit : Tres-excellent et tres-puissant Prince, et nostre Souverain Seigneur, ou voyez cy tel, qui en vostre presence, comme à notre droicturier Seigneur et Juge competent, et si le Juge est autre que le Roy, dira ou fera dire : Mon tres redouté Seigneur, je suis tel qui en vostre presence comme à nostre Juge competent, suis venu au jour et heure par vous à moy assignée pour faire mon devoir contre le tel, à cause de meurtre ou trahison qu'il a faicte, et de ce j'en prens Dieu de mon costé, qui me sera aujourd'hui en aide : et quand il aura ce dict, ou par la bouche de l'Advocat faict dire, alors nous lui donnerons congé de entrer et aller en son pavillon descendre, lesquelles choses accomplies, nous ordonnons, que nostre Roy d'Armes de la marche ou Heraut montera sur les deux portes de la lisse du côté du deffendant, et fera son second cry, et deffense par la propre forme et maniere que dict est.*

*Cy apres s'ensuivent les trois sermens, que sont tenus de faire les Combattans, ceux qui veulent combattre en gaige de bataille.*

*Et premier ordonnons, que l'appellant sa visiere haussée, tout à pié, partant de son pavillon armé de tout armes, dont il entend offenser et defendre, accompagné de ses Conseillers et Gardes du champ seulement, alors se mettra à genoux, devant nous, et là fera la figure de nostre vray Sauveur Jesus Christ en Croix. Lors sera le Mareschal ou un de nos Conseillers, ou celui, que le Juge commettra, qui*

*luy dira par la maniere qui ensuit : Sire Chevalier ou Escuyer, qui est cy appellant, voyez-vous icy la tres vraye remembrance de notre Sauveur vray Dieu Jesus-Christ qui voulut mourir et livrer son tres precieux corps à mort pour nous sauver. Or luy requieres mercy et luy priez, que à ce jour vous vueille aider, se bon droit avez ; car il est souverain Juge : souviennet vous des sermens que vous ferés ou autrement vostre ame, votre honneur, et vous estes en peril. Alors le Mareschal ou Conseiller, finies ces paroles, prend l'appellant par ses deux mains ostées des gantelets, et luy dit, que il die les paroles apres luy que il dira, et les met sur la Croix : Je tel appellant, jure sur cette remembrance de la Passion de nostre Sauveur Dieu Jesus-Christ, et sur la foy de vray Chrestien, et du S. Baptême, que je tiens de Dieu, que j'ay et cuide fermement avoir pour certain bonne, juste et sainte querelle, et bon droit d'avoir en ce gaige appellé le tel, comme faulx et mauvais traistre, ou meurtrier, ou foy mentie selon le cas que c'est, et lequel a tres fausse et mauvaise cause, et de soy en deffendre, et combattre contre moy, et ce luy monstreray-je aujourd'huy par mon corps contre le sien, à l'aide de Dieu et de nostre Dame, et de Monseigneur saint George le bon Chevalier. Lequel serment fait, ledit appellant se leve, et s'en retourne en son pavillon avecques ceux qui l'ont amené, et lors par semblable façon est fait du deffendant.*

*Comment le deffendant fait son premier semblable serment devant le Juge.*

*Lequel serment fait, après ce que l'appellant est en son pavillon, les Gardes du champ vont au pavillon du deffendant, lequel ils mènent pour faire le semblable serment, armé de tous ses armes, et le surplus comme dit est, et quand le Mareschal ou Conseiller l'a bien amoneté, comme dit est, le Mareschal ou Conseiller après tout ce, prend ses mains ostées des gantelets, et les met ainsi qu'il a fait à celles de l'appellant, et puis luy dit : Vous tel, ou Seigneur de tel lieu, dites comme moy. Lors il dit : Je tel, deffendant, jure sur cette remembrance de la Passion de nostre Seigneur Dieu Jesus-Christ, et sur la foy de vray Chrestien et du saint Baptême, que je tiens de Dieu, que j'ai et cuide fermement avoir pour certain, bonne, sainte et juste querelle, et bon droit de me deffendre par ce gaige de bataille, contre le tel, qui fausement et mauvaisement m'a accusé, comme faulx, et mauvais qu'il est à moyen jour appellé, et ce luy monstreray-je aujourd'huy de mon corps contre le sien, à l'aide de Dieu et de nostre Dame, et de Monseigneur saint George le bon Chevalier. Lequel serment fait, ledit deffendant se leve et s'en retourne en son pavillon, ainsi que l'appellant a fait.*

*Comment les deux parties font le deuziesme serment devant le Roy, ensemble aux tenans par les mains.*

*Après ce que chacun d'eux auront fait leurs sermens ainsi que dit est au chef de piece, nous ou leur autre Juge ferons partir les Gardes autant de un lez que de l'autre, et iront querir les Combattans accompagnés de leurs Conseillers, ainsi que dit est, lesquels viendront pas à pas de suite, et quand seront à genoux devant la Croix, le Conseiller leur fera oster des mains leurs gantelets, et prendra leurs mains droites et les mettra sur les deux lées du Crucifix et des senestres se toucheront l'un l'autre ; alors derechef nostre*

Mareschal dira les paroles qui ensuivent : Vous tel appellant et vous tel deffendant, voyez ici la vraye remembrance de la tres sainte Passion de nostre Seigneur Dieu Jesus-Christ, la perdition de celui qui aura tort en ame et en corps, aux grands sermens que avez faits et ferez, et feront la Sentence de Dieu, qui est pour aider à bon droict, les confortans d'eux mettre plustot à la mercy du Prince que en l'ire de Dieu et pouvoir de l'ennemy. Lequel serment nous ordonnons que ce soit le dernier des trois pour la mortelle haine, qui est entre eux. Alors estant leurs deux mains droites sur le Crucifix, et eux tenans des autres à senestre, adonques le Mareschal ou Conseiller leur demandera, et premier à l'appellant, et puis au deffendant : Vous tel, comme appellant, et vous tel comme deffendant, voulez-vous jurer ; et se aucun d'eux se repent de son tort, et fait conscience comme bon Chretien, alors nous, et se le cas le requiert devant, nous le retenons à nostre mercy ou de son Juge, et se le cas le requiert, devant qu'il ait combattu, pour luy donner penitence, ou ordonner à nostre plaisir. Dont se ainsi est, nous ordonnons qu'ils soient ramenez en leurs pavillons, et de là ne partent jusques à nostre commandement, ou du Juge devant qui ils soient venus. Se tous deux veulent jurer, alors le Mareschal ou Conseiller dira à l'appellant qu'il die comme luy : Je tel appellant jure sur ceste vraye figure de la Passion de nostre Seigneur Dieu Jesus-Christ, sur la foy de Baptesme comme vray Chretien, que je tiens sur mon vray Dieu, sur les tres souveraines joyes de Paradis, lesquelles je renonce pour les trois angoisseuses peines d'enfer, sur mon ame, sur ma vie et sur mon honneur, que j'ai et cuide avoir bonne, juste, et sainte querelle de combattre ce faux et mauvais traistre meurtrier, parjure et foy mentie, selon le gage tel que je voy parcy devant moy et tiens par la main, et de ce j'en appelle Dieu à mon vray Juge, nostre Dame, et Monseigneur saint George le bon Chevalier, et pour ce loyaument faire par les sermens que j'ay faits, je n'ay ne entends porter sur moy ne sur mon cheval, paroles, pierres, herbes, charmes, charois, conjurations, ne compations, invocations d'ennemis, ne nulle autre chose, ou je aye esperance qu'il me puisse ayder, ne à luy nuire, ne n'ay recors, fors que en mon bon droict par mon corps, par mon cheval et par mes armes ; et sur ce je baise cette vraye Croix, et me taiz. Après lesquels sermens faits ledit Mareschal ou Conseiller se traict vers le deffendant, et pour abreger l'un et l'autre, disent tout ainsi que dit est, et puis baisent le Crucifix.

Et quand tous deux font ledit serment, le Mareschal ou Conseiller les fait prendre par leurs deux mains droites, et les fait entretenir. Alors il dit à l'appellant qui die apres luy en parlant à son ennemy : Ou tu tel, que je tiens par la main droicte, par les sermens que j'ay faits, la cause, pourquoy je t'ay appellé, est vraye, par laquelle j'ai bonne raison et loyale de toy en avoir appellé, et à ce jour l'en combattray, et tu as mauvaise cause et nulle raison de l'en combattre et defendre contre moy, et tu le sçais bien, dont j'en appelle Dieu, nostre Dame, et Monseigneur S. George le bon Chevalier à tesmoing, comme faux traistre, meurtrier, ou foy mentie que tu es, selon le cas.

Response au serment et paroles de l'appellant.

Après ce, le Mareschal ou Conseiller dit

au defendant qui die comme luy en parlant à l'appellant : Toy que je tiens par la droite main, par les sermens que j'ay faits, la cause, pourquoy tu m'as appellé est faulse et mauvaïse, parquoy j'ay bonne et loyalle cause de m'en deffendre, et me combattre contre toy à ce jour, et de ce tu as mauvaise cause et faulse querelle de m'en avoir appellé et combattre contre moy, et tu le sçais bien, dont et de ce j'en appelle Dieu, nostre Dame, et Monseigneur saint Georges le bon Chevalier à lesmoings, comme faux et mauvais que tu es ; Et apres les sermens tous faits et les paroles dites, ils doivent baiser le Crucifix, et puis chacun ensemble lever et retourner en leurs pavillons pour faire leurs devoirs : et lors sera ostée la Croix des lisses, et le siege surquoy elle est, lesquelles choses faites ledit Roy d'Armes ou Heraut remontera sur les coings des lisses, et fera son quatriesme et dernier cry.

Le dernier des trois crie.

Après ce que le Roy d'Armes ou Heraut aura crié et que chacun sera assis et ordonné sans dire mot, et que les parties seront toutes en point de faire leurs devoirs, alors par le commandement du Mareschal viendra ledit Roy d'Armes ou Heraut au milieu de lices, entre les 2. Combatans, par trois fois crier : Faites vos devoirs ; et apres ces paroles incontinent aux deux lez de la lisse à l'endroit de leurs pavillons, leur seront mises leur bouteillettes et leur pain et tonailletes, et alors les Combatans incontinent sailliront sur leurs escabeaux pour monter qui voudra sur leurs destriers, qui seront là tous pretz, et devant eux et leurs Conseillers tous en tour. Alors subitement leurs pavillons seront par sus les lices gettez dehors esperant nostre Ordonnance de la bataille par le cry du Mareschal.

Comment les deux parties sont hors des pavillons pour faire leurs devoirs à la voix du Mareschal, quand il jettera le gant.

Alors quand tout sera en point, laquelle chose leur sera demandée, le Mareschal pour nostre Ordonnance ira vers le milieu du camp, qui portera le gant en sa main, lequel par 3. fois dira à haute voix : Laissez les aller, et la dernière parole dite, il jettera le gant au milieu des lices, alors part à pied ou monte à cheval qui voudra ; car en gages de querelle, se il n'est emprins, face chacun le mieux qu'il pourra, et au parme que les Combatteurs feront, les Conseillers d'honneur sailliront hors de la prochaine lisse voir comment la chose se passera, se par nostre Ordonnance n'est que pour aucunes bonnes raisons ordonnons que les deux parties un ou deux y fussent pour mieux ouïr, voir, et requerrir le droict de son parti se besoin estoit.

Comment ils combattent, et l'un est vaincu et traîné hors des lisses, et par quantes manieres, gages de bataille se doit outrer.

Encore voulons et ordonnons que gage de bataille ne soit point dit outré, fors que par l'une de ces deux façons, c'est à sçavoir, quand l'une des parties confesse sa coulepe, et est rendu : et la seconde est, quand l'un met l'autre hors des lices vif ou mort, dont mort ou vif quel qu'il soit, le corps ou membre sera du Juge livré au Mareschal pour en faire justice, ou luy pardonner, à nostre bon plaisir ; et quand il sera mort ou aura dit le mot, le vainqueur se doit presenter à genoux à nous et nous demander, se il a bien fait son

devoir, et alors nous le quittons ; et à ces paroles il se leve, et en sa partie s'en va monter à cheval accompagné de tous ses amis.

Comment le vaincu sera desarmé par le Heraut, et son harnois jetté par le champ.

Encores voulons et ordonnons que se le vaincu est vif, qu'il soit en estant levé, et luy soient les esguillettes couppees, et tout son harnois çà et là par camp jetté, et puis à terre couché, et se il est mort, soit ainsi desarmé, et la laissé jusques à nostre ordonnance, qui sera de pardonner ou faire justice tout ainsi que bon nous semblera ; mais ses pleges seront arreztez jusques à satisfaction de partie ; c'est à sçavoir sur la deffense, et le surplus de ses biens à nostre Court confisqueuz.

Comment le vainqueur se part des lices honorablement, et le corps du vaincu demeure là jusques à la volonté du Juge en la garde des Sergeans de la Justice.

Encores voulons et ordonnons, que le vainqueur honorablement s'en parte à cheval par la forme qu'il est venu, s'il n'a excoine de son corps portant le baton de quoy il aura desconfict son ennemi en sa droite main, et luy seront les pleges et ostagers delivrez, et que de cette querelle pour quelque information du contraire il ne soit tenu de respondre, ne nul juge l'en puisse plus contraindre s'il ne veut. Quia transivit per rem judicatum, et judicatum inviolabile observari.

Encores voulons et ordonnons, que le cheval, comme dit est, et les armes du vaincu, et toutes autres choses qui lui seroient venues, soient de droit au Mareschal du champ, qui pour ce jour en auroit la charge.

Icy finent les Ceremonies, Ordonnances, et Statuts de France qui s'appartiennent à tous gages de bataille fait par querelle.

Or faisons à Dieu priere qui garde le bon droict à qui l'a, et que chacun bon Chretien defende ne encheoir en tel peril. Car entre tous les perils qui sont, c'est celui que on doit plus craindre et douter, dont maint noble ayant bon droit se sont trouvez trompez, ou pour avoir trop confiance en engins, forces et outrecudées ; et aucune fois pour la honte du monde, donnent ou refusent paiz ou convenables partis, dont maintes fois ont puis porté des vieux pechez nouvelles penitences, en non chalant le jugement de Dieu. Mais qui se plaint et justice ne trouve, la doit bien Dieu requerrir, et se l'interest sans orgueil ne mal-talent pour son bon droict, requiert bataille, ne doit douter engin ne force, ayant espoir au vray et tout-puissant Juge qu'il sera pour luy.

¶ Eisdem duelli leges omnes refert D. de Lauriere ad annum 1306. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 435. et seqq. ubi, si otium et libitum est, variantes plurimas lectiones poteris observare. Unum hic addam, non semper ad ultimum exitum perducta fuisse duella, cum scilicet, qui certamini præerant Judices, Campionibus, ut a feriendo cessarent, acclamabant : quod factum legitimus in Historia Harcuriana tom. 3. pag. 219. ubi de controversia, quæ ann. 1300. orta est inter Dominum de Harcourt et Cambellanum de Tancarville : Là où vint en champ ledit Seigneur de Harcourt triomphaument accoustré, tout armé de fleurs de lys, qui vaillamment se porta : si que finalement eust son ennemi occis : n'eust esté qu'en iceluy combat estoient presents les Roys



d'Angleterre et de Navarre; lesquels prierent au Roy de France, que labataille cessât, et que ce seroit grand dommage, si deus si vaillants, comme eux estoient, s'entretuoient, pour fut crié: HO DE PAR LE ROY DE FRANCE. Par lequel et autres Rois illec estants, fut la paix entre eux deus faite, et furent tous deus faits Comtes.

† **DUELLUS**, Qui perseverat in Duello. Laurent. in Amalthea. [\*\* Vide Duellio, 2.] Sed Antiqui, ut Nævius, Duellus scripsere pro Bellus, formosus; unde Quintil. lib. 1. Orator. instit. cap. 1: Sed B. quoque in locum aliarum dedimus aliquando, ut Byrgus et Bruges, et Balæna, necnon fecit eadem ex Duello Bellum, unde Duellos quidam dicere Bellos ausi.

† **DUERE**, Dare, vincere. Duit, Dedit. Papias. Gl. Lat. Gr.: Duit, δοῦν, Duini, δοῦν. Apud Antiquos, ac præsertim apud Plautum, haud semel reperias Duis pro Dederis, Duit, pro Det vel Dederit. Deperduint pro Deperdant, etc. non tamen Duere pro Dare. Glossar. San-German. num 501. solum habet: Duere, Vincere. Vide Duo.

\* **DUERNUS**, Binus, apud Bald. Novel. in tract. de Dotib. ad calcem: A est quaternus, B. C. D. etc. sunt terni F. G. K. N. sunt Duerni. Voces typographicæ, quibus literæ in margine inferiori foliorum notata, vulgo Signatures, indicantur. [\*\* i. e. Plagulae sunt duorum foliorum, Gall. les cahiers F, etc. sont de deux feuilles.]

† **DUGA**, Dolium. Memoriale Potestatum Regiensium ad ann. 1216. apud Murator. tom. 8. col. 1083: Et in festo Purificationis S. Mariæ... fuit combusta... domus filiorum domini Petri de Novis, et vegeles ardebant fundum et Dugas totas, et vinum remanebat ammassatum et gelatum. Vide Doga 2.

\* **DUGALE**, Canalis, per quem aquæ ducuntur et effluunt. Stat. Wallis-ser. rubr. 195. ex Cod. reg. 4619: De pœna deguastantis vasa, vel aqueductus seu Dugalia. Non sit aliqua persona, quæ audeat... destruere nec deguastare... aliquod Dugale alicujus privati. Vide Dugalia et Dugaria 1.

**DUGALIA**, [f. idem quod Fossæ, seu Fossarum latera, aggeres, a Doga, Fossa.] Jus Vicent. lib. 1: Aqueductus, claricæ, fossata, Dugalia, sive degeræ acbotes, etc. Statua Veron. lib. 1. cap. 99: Pontes, et stratæ, Dugalia et aggeres, etc. Vide Ductus [et Dugaria 1.]

† **DUGALIUM**, pro Doarium, ut videtur, Gallice Douaire. Chronic. Casaur. apud Achierum Spicil. tom. 5. pag. 395: De rebus et possessionibus Ainardi viri sui anterioris in Dugaliu acceptis.

\* **DUGANA**, Ital. Dogana, Telonium, mensa vectigalium. Stat. Genuens. lib. 4. cap. 16. pag. 121: Portatis mercibus et aliis exoneratis in Duganam seu loca publica deputata secundum qualitates rerum, a quibus Duganis seu daceriis portare debeant fidem authenticam. Occurrit rursum cap. 14. pag. 118. Vide Doana.

† 1. **DUGARIA**, Fossa vel canalus, ut connecto, a Doga, Fossa, Gall. Douve. Chronicon. Parmense ad annum 1291. apud Murator. tom. 9. col. 822: Dugaria quæ vadit ex transverso glareæ Communis, facta fuit occasione navilii Communis. Et ad ann. 1308. col. 870: Dominus Sazolus de Sazolo Capitaneus generalis soldatorum captus fuit, in capite pontis in quadam Dugaria in vicinia S. Cæciliæ, in quam effugerat. Vide Dugalia.

\* Idem quod supra Dugale. Stat. Palavic. lib. 2. cap. 69. pag. 127: Ordinatum

est quod quelibet persona stans et habitans in castro Buzeti teneatur mondificatas, purgatas et nitidas tenere et manutere Dugarias existentes in castro Buzeti, tam magnas quam parvas.

† 2. **DUGARIA**, Idem quod Angaria, seu Plaustrorum præstatio per viam directam, Parangaria vero per transversam. Onomast. ad calcem tom. 5. Anecdotorum Martenianorum: Clericos Magalonensis diocesis Dugaris et parangaris et aliis exactionibus indebitis aggravatis.

† **DUGDUS**, Annales Francorum apud Chesnium tom. 2. pag. 30: Omnes obsides suos Dugdus; sed legendum est Dulgus. Vide Dulgere.

† **DUHANA**, ut supra Doana, Gall. Douanne, Portorium seu locus ubi statæ pro mercibus invectis pecuniæ penduntur. Jacobus Græcus Syllaneus in Vita B. Joachimi Abb. Maii tom. 7. pag. 100: Nos Gualterius de Moac regii fortunati stolii Ammiratus, et regis Duhane de secretis, et Duhane Baronum Magister.

† **DUIGENSUS**, δεύτερον ἀπογεγραμμένος. Gloss. Lat. Græc. San-german. Iterum descriptus. Janus in Supplemento Antiquarii exponit: Qui cum prole in civitatem adscriptus est.

\* Gloss. Lat. Gr. editæ: Duicensus, δίτας δεύτερον ἀπογεγραμμένος. Ubi leg. ex Castigat. in utrumque Glossar δίτα β. hoc est δίτα δεύτερον, dupliciter, iteratove census. Vide Scaliger. ad Festum.

\* **DUIDENS**, hostia bidens. Fest. 2.

† **DUILLIUM**, Τουαννίς, in eod. Supplemento. Vide Duellium.

\* **DUIS**, bis, apud veteres. Festus 2. **DUITAS**, Duplicitas. Utitur Prudentius in Hamartigenia. [Gloss. Lat. Gr. San-german. Duitas, δούας, i. Binarius numerus.]

\* Male hic, monente D. de Foncemagne, allegatur Prudentius, cum vocem Duitas in accusandi casu adhibeat, ut designet hæreticos, qui duos Deos seu duo Principia tuebantur; quod aperte patet ex ipsis verbis in præfatione ad Hamartig: Docet Duitas discrepare a spiritu, etc. V. Dualitas.

\* **DUITOR**, [Dator, vetus imperativum a duo, is, pro do, de quo V. DO § 32. In XII. Tab. apud Plin. 21. 8. 5. Qui coronam parit ipse, virtutis ergo duitor ei, Al. aliter leg.]

**DULA**, Famula, ex Græc. δούλη. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: Ancilla, serva, habra, vel Dula, βύλη.

† **DULCACIDUS**, δούγλυκος. Gloss. Lat. Gr. San-German. Acriter dulcis. Utitur Q. Seren. de Medic. cap. 12 et 32.

† **DULCACIUM**, γλυκύπικρον, Dulceamarum. Supplementum Antiquarii.

\* Adde ex Castigat. in. utrumque Glossar. Cod. reg. Dulcarium; alii legunt Dulcacidium. δούγλυκος.

† **DULGAMEN**, Dulcedo. Dudo de Ducibus Normann. apud Chesnium pag. 57. Histor. Normann.:

Tomate pertenui quoniam digestus haberis, Rhetorica ratione carens Dulcaminis omni, Liber, interno cum te perscrator ocello.

† **DULGARE**, Dulcem reddere, mitigare. Sidonius lib. 5. Epist. 4: Ut contractæ apud vos offensæ amaritudinem solitis affatibus Dulcare non desinat. Similia leguntur in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 167. ubi de S. Vincentio Aginnensi.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: Dulcare, adoucier, Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Bien doit ses nons cuer Adouchier, Bouche ennieler, langue suchier.

\* **DULCARIUM**. Vide supra Dulcacium. \* **DULCATOR**, [qui dulcat. Paulin. Nolam, carm. 23. 237. Dulcator fontis amari.]

† **DULCEAMINA**. Vide Dulcia. \* **DULCEDO**, Voluptas, γάρωμα; Cod. reg. γαρύμα. Castigat. in utrumque Glossar.

**DULCEDO SATURNI** sæpissime pro cerusa accipitur. Rochus le Baillif in Dictionario Spagyrico.

\* **DULCETUDO**, Dulcedo. Frothar. epist. 18. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 393: Unde et inæplebilibus desideriis ora Dulcetudinis vestræ his in partibus citius invisere opto.

**DULCIA**, Tragematia, τραγήματα, Bellaria; γλυκύσματα, ἡδίσματα, Philoni lib. περί δνειρ. pag. 188. Gloss. Lat. Gr.: Dulcium, πλαχούνα. Vetus Interpr. Juvenalis: Dulcia placenta veneno plena. Apitius l. 7. cap. 11: Dulcia domestica, Dulcia piperrata, etc. Salviandus lib. 5. de Gubern. Dei: Quid juvat stomachum abstinentiã, si statim Dulcia subsequantur. [Papias: Dulcia dicuntur genera pistoriã, a sapore sic nominata.] Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 196. Glossæ MSS. Reg. Cod. 2062: Κυρηναῖοι τὸ ἕξος εἶδος φασι, καὶ ἄλλοι τὸ γλυκάδιον.

**DULCIARIUS**, γλυκυπράτης, in Gloss. Græc. Lat. Occurrit apud Lampridium in Heliogabalo.

**DULCIARIUM**. Gloss. Gr. Lat. Γλυκυπράτιον, Dulciarium, Forum scil. Alia notione Aptius l. 7. de Re culin. cap. 11.: Dulcia domestica, quæ Dulciaria dicunt, sic facies.

**DULCEAMINA**. S. Cæsarius Arelat. in Regula ad Virgin. cap. 16: In festivitibus majoribus ad prandium et ad cœnam fercula addantur, et recedentibus de ea, Dulceamina addenda sunt. [Bolland. tom. 1. SS. Jan. legit, Dulciamini.] Regula S. Pachomii cap. 37: Qui ante fores convivii egredientibus erogat fratribus Dulciamina. Ita Codex Vaticanus, ubi editus habet tragematia.

**DULCIANA**, Musici cantus dulcioris species. Aimericus de Peyrato Abb. Moisiacensis in Vita Caroli M. in Cod. MS. 1348. Bibliothecæ regię f. 81:

Quidam pelvim medicam tinniebant, Raculo sonos properantes. Quidam flautus dulcorabant, Cæteris cunctis concordantes. Quidam Dulcianam anthoniabant, Melos suaves concinentes. Quidam diaphonium dissonabant, A dulcissimo discrepantes, etc.

\* Vel potius Instrumenti musici genus, nostris alias Douçaine vel Douçeine et Douçemer. Vetus Poeta MS. ex Cod. reg. 7612. pag. 55:

Cornemuses, flajols et chevretes, Douceines, simbales, cloccettes.

Comput. ann. 1451. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 1606: Henri Guiot joueur de Douçemer, etc. Matth. de Couciaco in Hist. Caroli VII. ad ann. 1454. pag. 670: Il fut joué au pasté d'un luth, d'un Douçaine avec un autre instrument concordant.

† **DULCIARIUM**, **DULCIARIUS**. Vide Dulcia.

† **DULCIGANUS**, Dulce canens. Dudo de Ducibus Normann. apud Chesnium Hist. Normann. pag. 68:

Dulcicano sonitu quivissens inter olores Paallare præcipue cantibus Armoricis.

\* **DULCICELLUS**, Dulciculus. Acta S. Huberti tom. 7. Maii pag. 277. col. 2:

*Mox inde cum in stratu suo recubans, veluti soporem Dulcicellum carperet, etc.*

**DULCIGIUM**, Genus panis melle conspersum. GL. MS.

\* **DULCIGORUS**, ut *Dulcicanus*. Ordinatione processionis ab obviendum D. Imperatori ann. 1478. in Guden. Cod. Dipl. tom. 4. pag. 411: *Quando D. Imperator ecclesiam B. V. accesserit ex tunc D. Joh. Tozeler in organis Dulcicora musice, quæ bene novit, carmina propinabit.*

\* **DULCIFICARE**, Lenire, mitigare. Disciplina Clerical. cap. 1. sect. 3: *Duritia cordis ejus recordatus, ut facilius retineat, quodammodo necessario mollienda et Dulcificanda est.*

† **DULCIFLUUS**, Dulce fluens. *Dulcifluis fontes*, apud Dracontium Hexaem. v. 49. *Dulciflue*, in veteri Oratione ante Psalterii recitationem facienda, apud Martenium Itiner. tom. 2. pag. 138.

† **DULCULOQUUS**, μέλιλογος. Vet. Onomast. et apud Apuleium Apol. pag. 129. Sidonium lib. 8. Epist. 11. etc.

† **DULCIMODUS**, apud Prudent. Psychom. 667.

\* **DULCIMONIUM**, Dulcedo, suavitas. Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 677. col. 2: *Cujus vitæ, et doctrinæ Dulcimonio quandoque filii Israel dirigendi, etc.*

† **DULCINERVUS** ARCUS, apud Martian. Capellam lib. 9. pag. 30.

**DULCINISTÆ**, Hæretici Valdensium sectarii, sic dicti a Dulcino Novariensi hæresiarcha, de quo S. Antoninus part. 3. tit. 21. cap. 1. § 2. et Blondus Dec. 2. lib. 9. sub. ann. 1307.

† **DULCISONUS**, apud Sidonium Carm. 6. Apuleium Asclep. pag. 407. Martian. Capellam lib. 9. *Dulcisonæ*, in Additione S. Isidori ad Librum S. Hieronymi de Viris illustri.

† **DULCIUM**, πλακοῦς, Placenta, in Supplemento Antiquarii. Vide *Dulcia*.

**DULCO**, Vinum dulce, in Glossis MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam. Vide

\* **DULCOR**, Dulcedo, apud Tertullianum. Vide Forcellinum. Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 456:

Pocula Dulcorem non habitura timens.

**DULCORARE**, Dulcem reddere. Papias: *Dulcoratum, dulcedine repletum*. Ugotio: *Condire, saporare, Dulcorare*. [S. Ambrosius de Institut. Virginum: *Fons Mara per lignum Dulcoratus*.] Auxilius de causa Formosi: *Unde Antiquatum odium felle amaritudinis parvo stillicidio verborum Dulcorari non potest*. Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. Mart. n. 11: *Cænobia... percurrens, multorum patrum est amicitia Dulcoratus*. Alanus de Insulis in Planctu naturæ: *Meaque ora pudicis oculis Dulcorando, mellifluis sermonis medicamine a stuporis morbo curavit infirmum*. [Charta Eyglii Abb. Flaviniac. ann. 864. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Chr. col. 59: *Si quis vero infidelis aliter felle amaritudinis Dulcoratus (i. e. infectus) atque zelo cruenti livoris inflatus, etc.*]

† **DULCORARIUS**, Assentator, adulator. *Dulcorarii mendaces*, apud Joan. Sarisbur. Polycratici lib. 8. cap. 13. Pro eo qui saccharo vel melle condit, accipiendus videtur supra in voce *Barbator*.

† **DULCORATIO**, Dulcedo. Virtutes B. Ambrosii Senens. inter Acta SS. Martii tom. 3. pag. 213: *Tanta verborum ejus Dulcoratione allecti*.

**DULCOROSUS**, Gallis *Doucereux*. Alvarus in Vita S. Eulogii Presb. num. 11: *Undique fulgidus rediens, limpidus, Dulcorosus, neclareus... emicabat omnibus*.

† **DULEUSIS**. Vide *Dulia*.

**DULGERE**, DULGTUM FACERE, Deserere, gurgire. Veteres Annal. Fr. ann. 756. cap. 16: *Cupiebat supradictis Haisolfus nefandus Rex mentiri, quæ antea pollicitus fuerat, obsides Dulgere, sacramenta irumpere*. Ubi [\*] ap. Canisium *obsides denegare*.] in MS. in Glossa interlineari, est *relinquere*. Monachus Egolismensis in Vita Caroli M. cap. 4: *Saxones iterum rebellaverunt ruptis sacramentis, et obsidibus Dulgtis, mentitis, et Eresburgum castrum... capientes, Francos expulerunt*. Annales Fr. ann. 776: *Tunc nuncius veniens, dixit Saxones rebellatos, et omnes hospites suos Dulgtos, et sacramenta rupta, et Heresburgum captum*. [\*] al. *Dultos*.] Annales Franc. Bertiniani habent hoc loco *Tultos*. Iidem Annales ann. 777: *Ibique multitudo Saxorum Baptizati sunt, et secundum morem illorum, omnem ingenuitatem et a lodum manibus Dulgtum fecerunt, si amplius mutassent*. Alias, [\*] *Dulgium*.] *Dultum*. Monachus Egolism. manibus gurgierunt. [\*] Ap. Perz. vol. Script. 2. pag. 140. 154. 158. [Charta Harwichi viri Illustris ann. 804. apud Martenium tom. 1. Ampliss. Collect. col. 57: *Quantum in ipsa donatione continet, et ad die præserte trado, Dulgo, atque transcribo*.]

† **DULIA**, Græcis δουλεία, Servitus, Theologus Cultus qui Sanctis exhibetur. Papias: *Dulia et Duleusis, Servitus est quæ et Deo, quantum oportet, et hominibus reddenda est*. Joannes de Janua: *Dulia, Servitus quæ exhibenda est homini, sicut latria est servitus quæ debetur Deo*. Gerhohus de gloria Filii Hominis cap. 18. apud Bernard. Pez tom. 1. Anecd. part. 2. col. 253: *Concederunt vero illi adorationem, quæ Græce Dulia dicitur*. Gaufridus Abbas in epistola ad Albinum Cardinalem, inter opera S. Bernardi tom. 2. col. 1822. edit. 1690: *Non illa dico adoratione quæ Latria est, quæ soli Creatori debetur, sed illa quæ in Dulia dignior est. Dulia enim adoratio est, quæ etiam creaturæ exhibetur, quæ duas species habet, unam quæ hominibus indifferenter, alteram quæ soli humanitati Christi exhibetur*. Histor. Episc. Autiss. apud Labbeum tom. 1. Bibl. in Aymerico: *Nobilium Dulias atque statum multum habens gratum, etc.* Sic leg. cum MS. Editum habet *Dulias*.

† **DULIANI**, Græc. δουλιανοί, Hæretici ex Arianis, qui Verbum divinum, non Filium æterni Patris consubstantialem, sed servum esse asserabant. Hofmannus ex Hierolexico Macri.

\* **DULICE**. [Serviliter *Plaut. Mil. 2. 2. 58. Astitit Dulice, et comœdice*. Alii minus recte leg. *dulce*.]

\* **DULO**. Charta ann. 1178. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 348: *Et volo ut nullus marchionum faciat in castris suis turrem, vel Dulonem, vel betifredum novum, absque voluntate omnium, etc.* Ita quoque editum tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1546. Sed legendum utrobique, *Dunjonem*. Vide *Dunjo*.

**DUMA**, Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 45: *Innascitur vero avibus plumagium multiplex; pullis namque noviter genitis primo innascuntur illæ, quæ nec sunt ut pili, neque ut lanulæ, sed habent naturam inter utrumque, quæ cooperiunt, et a frigore quoquomodo defendunt. Secundo innascuntur aliæ, quæ dicuntur Lanulæ, a quibusdam Dumæ. Hæ sunt exiles et molles, densiores et longiores primis: hæ plus cooperiunt et plus defendunt, illis et his natis, cadunt illæ. Ita cap. 48. et alii hæc vox scribitur: sed puto legendum *Duvæ*: nam Galli-*

cum *Duvet* expressit: quomodo ejusmodi plumas molliores dicimus.

¶ Licet ex *Duma* nostrum *Duvet* derivetur, non continuo sequitur esse scribendum *Duva*; Galli namque veteres, atque etiam Britones hodierni sæpe sua pronuntiatione mutant *m* in *v* consonum. Andegavenses, Pictavenses et Normanni etiamnum dicunt *Dumet* pro *Duvet*: quod tamen plerique non a *Duma*, sed a *Tufetum* vocabulo censent esse deducendum.

\* Adde ex D. *Falconet*: Menagius male a *Tufeto*. Antiquissima vox est *Dum*, Celtica forsitan, Anglis *Down*, quam pronuntiationem retinuerunt provinciarum habitatores, nobis solis pure loquentibus *Duvet*. *Oison duveté*, apud Rabelaisium lib. 1. Vide Orig. Dalph. a *Dumetis* et *Bullet* in Diction. Celtico [\*] Germ. *Dunen, Daunen*, Plumæ molliores. ADEL. Danis antiquis *Dun*, Pluma mollissima, unde *Dunalogn*, Adeo mollis aer ut mollissima pluma nullam sentiat auram. Apud Graffium in Thes. Ling. Franc. tom. 5. col. 148: *Colinduni, plumacium*. Vide Ithri Glossar. Suio-Goth. tom. 1. col. 367. voce *Dun*.]

† **DUMARE** DUMERE. Laurent. in Amalthea ex Catholico Johannis de Janua: *Dumeo, Fio spinosus: Dumo, as, Facio spinosum*. Non dicam a *Dumus*, Spina, hæc ficta verba derivari.

**DUMEX**, Sella Equorum, in Glossis MSS.

† **DUMGIO**, Vide *Dunjo*.

† **DUMIGOLA**, Habitans inter dumos. Anienus Perieg. v. 895: *Dumicolus Arionos*.

† **DUMJONUS**, Vide *Dunjo*.

† **DUMTAXAT**, Videlicet, scilicet. Lupus Abb. Ferrariensis Epist. 5. ad Eginhardum: *Præterea scriptor regius Bertcaudus dicitur antiquarum litterarum, Dumtaxat earum, quæ maxime sunt, et unciales a quibusdam dici existimantur, habere mensuram descriptam*. Inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 131. exstat Epistola S. Anscharii Episc. Hammaburg. inscripta omnibus Sanctæ Dei Ecclesiæ Præsulibus in regno *Dumtaxat Lud. Reg. commanentibus*. Vide *Dumtaxat*.

**DUNA**, Mons, collis apud vett. Gallos. Vide *Dunum*.

**DUNELMENSE** OPUS, seu Dunelmi urbis Episcopalis Angliæ. Visitatio Theosaurariæ ædis S. Pauli London. ann. 1295: *Item scrinium de opere Dunelmensi continens reliquias sigillatas*.

† **DUNGA**, Monetæ Moscovitæ species. Thuanus lib. 21. Hist. pag. 636: *Ita delectus sunt. Conscripti milites coram Principe singuli comparent, et nummum unum, quem patrio nomine Dungan vocant, unius grossi Polonici æstimatione, et dant, quem reversi ex bello repetunt*.

† **DUNGEO**, DONGIO. Vide *Dunjo*.

† **DUNICUM**, ἄγριος τὸς, Donec. Suppl. Antiquarii. [\*] Vide supra *Donicum* I.]

**DUNJO**, Castellulum, minus propugnaculum, in *duno* seu colle ædificatum: unde nomen *Dunjon*, in Consuetud. Burbonensi art. 286. [Alii aliunde ducunt etymon, ut videre potes apud Menagium et in Dictionario universali Trivoltiano.] Lambertus Ardensis pag. 148: *Ardensem Dunjonem pontibus, portis, et necessariis communitiv ædificiis*. Homagia Nobilium Bressensium ann. 1272. apud Guichenonum: *Confitetur tenere ab eodem Donjonem et fortitiam de Curto fonte*. [\*] Vide Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 500.] Le Roman de *Jordain* MS.:

Je ne voi ville, fermé, no Donjon.

Le Roman de Garin MS :

Nes les garra Donjon ne rolets.

DUNGEO. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinibus cap. 76: *In villa vero Rex habet Castellum quoddam, supra Castellum autem unum Dungeonem, etc.*

DONGIO, in Charta Willelmi Episcopi Nivern. ann. 1157. apud Sammarthanos.

DANGIO, Eadem notione Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 834: *Prædictus Comes et Helvisa Comitissa Dangionem Regis apud Ebroas funditus dejecerunt.* Lib. 12. pag. 878: *Robertus de Candos munio regis Danjonis.* Pag. 851: *Aliaque castra ei concessit, præter Dangiones, quos propriis excubitoribus assignavit.* Adde lib. 8. pag. 664. Le Roman de Rou MS. :

Et li Dus fist son gonfanon  
Porter et lever el Danjon.

DOMGIO, in Chronico Andegav. ann. 1025: *Turrem miræ altitudinis super Domgionem ipsius castræ erexit.*

† DOMPJONUS. Instrum. anni 1338. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 422. col. 1: *In Dompjonis tamen ipsius Domini Clarimontis, quæ non tenentur a Domino Dalphino, non teneatur receptare ipsum Dom. Dalphinum nec gentes suas.*

† DONJO. Johan. Iperii Chronicon S. Bertini, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 564: *Dictum est supra, quomodo Sifridus Dacus nobis Ghisnas abstulit, ibi Donjonem instituit, et se Ghisnarum Dominum nominavit.*

† DONJONNUS JULIACI, apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 923. ex Regesto Campaniæ ann. 1256.

† DONJONUS, in Historia Dalphin. pag. 86. Edit. Paris. et apud Salvaingum de Feudorum usu pag. 16. et 45.

DOMNIO, in Chronico Mosomensi pag. 685: *Milites ocuis conscenso Domnionem, domo scilicet principali et defensiva, etc.*

DOMNIONO, apud Beslium pag. 304. [et in Instrum. tom. 2. novæ Gall. Chr. col. 172.]

\* DUNSCHLAG. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1335. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 27: *Quicumque autem infert alicui lesionem vel ictum, qui vocatur Dunschlag, sine effusione sanguinis, incurret pœnam quatuor solidorum et duorum denariorum.* Vide *Donschlaga* et *Dunschlaghen*.

DUNSLAGHEN. Consuetudines Arkarum in Morinis ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Pugna, quæ dicitur Dunsclaghen, 10. sol. Domino, et totidem læso, si de hoc super eum clamaverit, ... emendabit.* Germanis et Fland. *Slaghen* est percutere, *Stach*, ictus, verberatio. [Vide *Dursclach*.]

† DUNTAXAT, scilicet. Barthius in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst. Vide *Duntaxat*.

DUNUM, DUNUS, DUNA, vetere Gallorum lingua montem vel collem significat. Unde factum, ut omnium pene oppidorum, quæ collibus aut montibus inædificata sunt, nomina in *Dunum* terminentur. Verbi gratia *Lugdunum*, a *Lugus*, quod Celtis *Coruum*, et *Dunum*, quod montem sonat, dictum author est ex Clitophonte Plutarchus lib. de Fluminibus: *Λούγον γάρ τῆ σφῶν διαλέκτῳ τὸν κῆρακα καλοῦσαν, δούνον δὲ τὸν ἐξέχοντα.* At Ericus lib. 4. de Vita S. Germani nuncupatum vult, quasi *Lucidum montem* :

Lucidum celebrant Gallorum fame nomen  
Impositum quoddam, quod sit Mons lucidus idem.

Denique Notæ veteres ad Itinerar. Burde-

gal. *Lugdunum desideratum montem* interpretantur. Ita in Britannia, quæ eadem cum Gallis usa est lingua, uti testatur Camdenus, complura observare esse oppida, in *dunum* terminantia, quod ad montes vel in montibus condita fuerint. Florentius Wigorniensis pag. 618: *In monte, qui Assandum, id est, mons Asini nominatur.* Bede lib. 3. Histor. Eccl. cap. 4: *A loco qui vocatur Wilfares Dun, id est, Mons Wilfari.* Asserus in Aelfredo: *In loco, qui dicitur Escedun, quod Latine Mons Fraxini interpretatur.* Josselinus in Vita S. Patricii cap. 1: *Est autem locus celebris, ... lingua gentis illius Dunbreatan, i. Mons Britonum nuncupatus.* [† Sigeberti Vita Deoderici I. Episc. Mettens. ap. Pertz. tom. Script. 4. pag. 477: *Nec sine quodam præsidio tibi (Mediomatricorum civitati) accidisse credas, quod præter hæc usitata vocabula te Dividunum tradit vocitatum antiquitas. Gallica enim lingua montem vocari Dunum studiosis non est incognitum. Quidam de neutericis interpretatus cur Hedua urbs vocetur Augustidunum inter cetera sic ait:*

Celtica Roma dehinc voluit cepitque vocari,  
Augustidunum demum concepta vocari,  
Augusti montem quod transfert celtica lingua.

*Sicut ergo Augustidunum Augusti mons, sicut Viridunum virorum dunum nuncupatum est, ita Dividunum, quasi divorum dunum vocabulum aucupata est.]* Complura alia oppidorum tam in Gallis quam in Britannia, Germania, Hispania, et Illyrico in *Dunum* desinentia nomina recensent præter Buchananum Cluverius lib. 1. German. antiq. cap. 7. unde conjicit, iis populis eandem fuisse originem. Mausacus vero vocem *Dunum* a Græco δούνος, *Collis*, deducit. [Mirum videtur, quod *Dun* nusquam appareat in Britannico idiomate pro Colle seu monte positum; sed tantum *Doûn* vel *Dwfn*, Profundus. Cæterum dubia non est vocis *Dunum* significatio.] Pontanus accessit a θύεα, *Arenarum cumuli*. Vide Menagii Amœnitas juris cap. 3. Edit. 2. Goropium Bekan. lib. 1. Gallicor. pag. 15. etc.

\* Leviora sunt, quæ prolata hactenus fuere contra Gallicam vocis originem, quam argumentis iterum probantur stabiliveruntque auctoritatibus DD. *Le Beuf*, et *Bullet*, in Diction. Celt. v. *Dun*, ut eam repudiemus vel corrigamus. Neque enim Teutonicam vel Germanicam vocem esse verisimile est, cum pleaque locorum nomina, quæ in *Dunum* terminantur, ita fuerint appellata, longe ante quam a Teutonibus vel Germanis hanc potuerint habere denominationem; aliunde ergo repetenda videtur. Unde vero, nisi a vetere lingua ibidem usitata? Sed, si eorundem locorum positio voci *Dun*, quatenus *profundum* sonat, nusquam adaptari possit, quod probat Vir eruditus in *Mercur*. Franc. mens. April. ann. 1736. pag. 629. et seq. receptæ hactenus ejusdem vocis notioni applicanda est. Minus etiam attente additum est supra, hanc vocem pro colle nusquam apparere in Britannico idiomate: non semel quippe ea ceptione occurrit in Diction. Gall. Celt. R. P. de *Rostrenen* v. *Colline* et *Falaise*. Vide *Mercur*. Franc. ann. 1735. mens. Dec. 1. vol. pag. 2646. et ann. 1736. Jan. pag. 18. Mart. pag. 436. April. pag. 619. Jun. 1. vol. pag. 1050. et 2. vol. pag. 1295. Denique ann. 1737. mens. Maii pag. 924.

Sed et etiamnum *Dunas*, Sabulosos et

arenarios colles ad Flandriæ Hollandiæque, atque adeo ipsius Angliæ littora Galli nostri *Dunes*, Belgæ *Duynen* vocant. Annales Fr. Bertiniani ann. 838: *Ut aggeribus arenarum illic copiosis, quod Dunas vocitant, fere coæquaretur.* [† Pertz. Script. tom. 1. pag. 433. lin. 23. quos *Dunos*.] Lambertus Ardensis: *Per medium Dunarum, sive arenosæ molis, dorsum, etc.* Alibi: *Ut secum in saltus et Dunas secus mare juxta Furnas veniret.* Charta Willelmi Com. Pontivi ann. 1203. in Tabul. S. Judoci: *Omnes Dunæ in feodo S. Judoci prædictæ sunt Ecclesiæ, et littus maris.* [Charta Balduini Comitis Flandriæ pro Abbatia Dunensi Brugis ann. 1197. apud Miræum tom. 2. pag. 1321. col. 1: *Quinque mensuras partim Dunarum, partim werplandii mei apud Greveninga ad retia desiccanda.* Consuetud. Furn. ann. 1240. ex Archivo Audomarensi: *Item retinet sibi forestum Dunarum et forterinarum.*]

\* Nostri *Dunes* dixerunt quemvis locum editum, ut in Charta ann. 1460. ex Chartul. Latiniac. fol. 75: *Comme procès feust meu... entre les religieuses... de Laigny et Pierre d'Orgefont pour raison de la terre et seigneurie, que chacun desdites parties pretendoit à lui appartenir, entre les Dunes de la fermeure de ladite ville et le bord et rivaige de la riviere de Marne, etc.*

† DUO, περιπέτω, Circumfluo. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Aliter Janus Laurenberg. in Supplemento Antiquarii: *Duo*, χαίρω, *Gaudeo*. [† Castigat. in utrumque Glossar.: *Duo*, χαίρω, Germ. *Ovo*.]

\* DUODECELLUS, Mensura annonaria, pars alterius, ut videtur, duodecima. Charta Bald. episc. Noviom. ann. 1152. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 70: *Concessit quadraginta octo mensuras avenæ, quæ vulgo Duodecelli nominantur, quinque solidos obolorum, et quatuor denarios.* Vide *Duodecies* et *Duodena* 2.

† DUODECIES, Mensura annonaria. Tabularium Vosiense fol. 45: *De hoc manso Ramnulfus tenet medietatem, et reddit unam Duodeciem.* Ibidem paulo superius: *Duas Duodecies avenæ.* Vide *Duodecellus*.

DUODECIMA HORA, quæ et VESPERA, Officium Ecclesiasticum, quod persolvitur hora duodecima, post nonam. Regula Magistri cap. 54: *Sed prima sic debet dici quomodo Duodecima, quæ dicitur Vespera.* Concilium Turonense II. can. 18: *Patrum statuta præceperunt, ut ad Sextam sex Psalmi dicantur, cum Alleluia, et ad Duodecimam duodecim, itemque cum Alleluia.* Adde Regulam S. Fructuosi cap. 2. 6. [et vide *Duodena* 3.] [† atque Glossar. med. Græc. in Δωδεκάτη ὥρα, col. 336.]

DUODECIMVIRATUS. Vide *Juratores*.

1. DUODENA, Duodecim viri juratores in indictamentis. Thomas Walsinghamus pag. 276: *Robertus Trisilian Justitiarius... apud S. Albanum convocari fecit Duodenam, quam pridie averaverat ad indictandum et prodendum malefactoris, etc.* Infra: *Tunc Justitiarius convocata seorsum alia Duodena demonstravit eis et nomina et indictamenta personarum per primam Duodenam, etc.* Vide *Indictamentum*, *Jurata*.

2. DUODENA, Mensura liquidorum haud magna. Occurrit passim in Chartis Abbatiae Albitaci in Biturig. *Duodena vasa*, in Charta ann. 1303.

\* Et aridorum. Charta ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 171: *Item*

quatuor sextaria et medietatem unius quartæ et unius Duodenæ ordet.

3. **DUODENA.** Una ex Horis seu liturgiis Ecclesiasticis, quam alii *Duodecimam* vocant. Vita S. Rusticulæ Abbatissæ Arelat. cap. 31: *Vesperam cum filiabus ex more decantans, adjuncta etiam Duodena valde se corpore jam fatigari sentiens, etc.* Mabillonius sæc. 2. SS. Benedict. pag. 146. intelligit *Completorium*. Hunc si tanti est consule.]

† 4. **DUODENA.** Duodecim, Gall. *Douzaine*. Quinquaginta Duodenæ cordarum pro sagittis, apud Rymerus tom. 5. pag. 245. col. 2: *Cum quatuor Duodenis utrumque, duabus Duodenis arcuum, sex Duodenis cathapullarum, et quatuor Duodenis cornuum,* apud eundem tom. 8. pag. 684. col. 1. Occurrit etiam apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783.

\* Joan. Clericæ ord. Prædicat. a confessionibus Ludov. XII. serm. in Domin. Palmar.: *Pauper concubinarie, quot sunt anni quibus tenes concubinam? Frater, sunt bene decem. Pone aucter Duodenam plenam.* Galli diceremus, *Mettez hardiment la douzaine pleine.*

† 5. **DUODENA, DUODENARIA,** Oblatio duodecim denariorum et ultra, quam percipere consueverant Curati primitivi in Ecclesiis et Capellis intra suæ parochiæ limites erectis. Tabularium S. Clodoaldi Charta 8: *Receptimus in numerata pecunia decem libras Parisenses.... pro jure oblationum et Duodenarum, quod exigebamus et dicebamus nos habere in parochia de Garchiis prædicta, quam quidem summam pecunie tenemus et promittimus implicare et ponere in utilitatem prædicti S. Clodoaldi.* Ibidem Ch. 14: *Dicit etiam talem esse consuetudinem, quod si oblatio in eadem Capella et in alia Ecclesia similiter sit XII. denariorum et amplius, totum esse Canonicorum, excepto uno denario, quod habet Sacerdos qui cantat Missam... Sed si minus offerretur in cappella XII. denar. totum esset Capicerii jure parochiæ suæ. Statutum ejusdem Capituli ann. 1255: Statutum etiam fuit dicta die inter eos quod pecunia ratione Duodenæ proveniens, quæ consuevit Quadragesimali tempore distribui, Dominica qua cantatur, Invocavit me, sit de cætero distribuenda. Ibidem Instrumentum. anni 1301: *Jus ipsorum Canonicorum diminuit, non recipiendo oblationes, donando de eis et faciendo, quominus perveniretur ad numerum Duodene.**

\* 6. **DUODENA,** Certæ jurisdictionis districtus, territorium certis limitibus circumscriptum. Mandat. Franc. card. thesaur. eccl. Laudun. ann. 1309. in Reg. 65. bis Chartoph. reg. ch. 156: *Legitimis filiis, tam illorum, qui de Duodena vulgariter appellantur, quam aliorum hominum thesaurariæ prædictæ, etc.*

\* 7. **DUODENA,** Præstatio duodecim denariorum, forte ob tutelam domino exsolvenda. Charta Phil. milit. dom. de *Caulencort* ann. 1217. ex Tabul. abbat. Ham.: *Pronuntiauerunt quod prædicti hospites ecclesiæ memoratæ michi et hæredibus meis annuatim in festo S. Remigii suam amodo tenebuntur persolvere Duodenam; ita quod unusquisque hospitem duodecim denarios persolvat: et ego vel hæredes mei nullam in districto vel hospitibus justiciam habebimus, nec in hospitibus nec districto aliquid capere poterimus; et nos propter eandem debemus mittere Duodenam.... Si vero aliquos ortos vacare contigerit, quamdiu vacabunt, in manu ecclesiæ dictæ erunt, quæ quamdiu eos tenebit, Duodenam inde aliquam*

non persolvat.... Qui vero plures ortos tenuerit, de singulis tenebitur persolvere Duodenam. Charta Caroli regent. ann. 1358. ex Bibl. reg.: *Item Duodenam regiam de Villerele, quæ valet circiter triginta solidos annuatim.*

\* 8. **DUODENA,** Quod ratione duodecim denariorum ad libram corollarii vice in locationibus datur. Stat. MSS. eccl. S. Petri Insul. ann. 1388: *Item statuimus antiquam consuetudinem ecclesiæ nostræ declarando, quod nullus canonicus ecclesiæ nostræ habeat vel percipiat Duodenas, quæ præsentibus et residentibus canonicis pro acensatione decimarum nostrarum conseruerunt dari et distribui, nisi sint in sacris ordinibus constituti.*

**DUODENARIA.** Acta Capitularia capituli Ecclesiæ Lugdun. ann. 1343. fol. 88. v. ex Cod. Reg.: *Item commiserunt dominis Archidiacono et Sacristæ declarandi et providendi de vicemagistro, et ad quem Duodenaria vacans pro obitum Dom. Guillelmi de Gez debeat pertinere. Occurrit rursum infra.*

**DUODENARIUS ARGENTEUS.** Vide *Moneta argentea* in *Moneta regia*.

† **DUODENNIS,** Duodecim annos natus, in Chartulario Landevenec. fol. 106.

† **DUONUM, Bonum, Festo; Duonus, Bonus, Papiæ, ut aliis Duellum, Bellum.**

† **DUOVIR,** pro *Duumvir*, in fragmento antiquæ Inscriptionis relato in Commentariis Trevotianis Februarii ann. 1715. pag. 309.

**DUPIA,** Genus vasis, quod vulgo *Douve* dicimus. Gloss. Lat. Gr.: *Dupia, εἶδος σκεύους.*

† **DUPINI,** f. Bini vel Bis bini. Ludewig. Reliq. MSS. tom. 4. pag. 450. ex quodam Epitaphio:

Hic Præsul Werder Dupinos reserat annos,  
Tres menses quoque, quia mors et vita coherent.

\* **DUPIO,** Gurgis, Saxon. *Dupe*. Ita Eccardus ad Leg. salic. tit. 44. num. 3.

1. **DUPLA.** Durandus lib. 1. Ration. cap. 4. in tintinnabulis quæ in Ecclesia pulsantur, Nolumam seu *Duplam* recenset, additque sic vocari campanam illam quæ in Horologio pulsatur. [\* Vide infra *Duplum*.]

† 2. **DUPLA,** Mulcta. Lex Wisigoth. lib. 5. tit. 4. § 8: *Qui alienam fortasse rem vendere vel donare præsumpsit, Duplam se Domino cogatur exsolvere.* Hæc mulcta *Dupla* vocatur, quod forte fuerit duplum rei venditæ pretium. Vide *Duplare*. [\* Vide JC.]

\* Charta Ludov. comit. Clarimont. ex Terrear. ejusd. comitat. ann. 1197: *Se aucune chose ara deffailli de chelle chence à rendre en ychelli jour de S. Remi, elle sera rendue à moi communément lendemain au Double des bourgeois.* Manumis. homin. de *Boussac* ann. 1427. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 42: *Nous avons affranchi et voulons dorenavant à perpétuel estre francs de devoir de taille et de Double,.... et ne soient tenus d'en paier à nous, ne es nostres devoir de taille, ne Double quelconque, réservé à nous.... que le simple de la taille.* Ubi exactionis species est, quæ præstationis, quam talliam vocabant, certis in occasionibus *dupla* erat.

\* **DUPLUM,** Pretium duplum, quod apud Romanos in tabulis venditionum pro evictione stipulari solitum. Vide Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 2. cap. 12. § 66. not. h. cap. 14. § 82. not. c. et Glossar. med. Græc. in Δοῦπλα. Inde *Duplaria* lex et *Duplaria* nude, in chart. vendit. ann. 599. apud

Marin. num. 114. et in alia ann. 772. in Murator. Antiq. Ital. tom. 1. col. 151.

3. **DUPLA,** Monetæ species. Rodericus Sanctius part. 4. cap. 17: *Sidi dilectum Almozarifum ad Thesaurarium gladio feriri jussit, a quo sexcenta millia Duplarum auri extorsit.* [Rursus memoratur *Duplæ auri*, in Litteris Jacobi II. Majoricæ datis Idibus Septembris ann. 1302. laudatis tom. 5. SS. Junii pag. 656. ubi doctissimus Solerius ait, non incongrue monetam istam auream potuisse appellari *Florenum*, cujus tum magnus usus fuit Majoricæ.]

\* Nummus aureus, Hispan. *Dobla*. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 145: *Cum hoc quilibet ipsorum.... debebat solvere,.... quatuor Duplas valentes tres solidos, quatuor denarios Turonenses.* Charta ann. 1483. in Cod. reg. 4223. fol. 128. v: *Voluerunt quod presbyter celebrans ipsam missam habeat tres Duplas, diaconus unam et subdiaconus aliam Duplam.* Comput. ann. 1489. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 49. col. 2: *Item pro duodecim quintalibus feni,.... ad quatuor Duplas pro quintali, duas libras, æj. lib. Turon.* Vide supra *Dobla* 2.

† 4. **DUPLA,** Vox passim usurpata in Epitome Constitutionum Ecclesiæ Valentiniæ. Concilior. Hisp. tom. 4. semperque conjuncta cum voce *Anniversarium*, quod est Dies annuus, quo pro defuncto Missa celebratur, vel officium defunctorum peragitur, ipso die obitus recurrente: quocirca suspicor *Duplam* vel nihil aliud esse, quam *Anniversarium* ipsum, vel *Missam* et officium quoddam in ea Ecclesia peractum, atque ideo *Dupla* dictum quod fuerit *Missæ* et Officio diei superaddendum, hincque factum esse, ut peculiare assignentur mercedes Clericis, qui *Duplis* interfuerint sicut et *Anniversariis*, Administratoresque *Duplarum* et *Anniversariorum* ibidem sæpissime memorentur.

1. **DUPLARE,** pro *Duplicare*: nostris, *Doubler*, Italis *Dobblare*, *Duplum* facere, Joanni de Janua. Gloss. Lat. Gr.: *Duplavit, εἰπλωσεν*: διπλῶς, *Biplæx, Duplex, Duplus*. [Vett. Formulæ Andegav. art. 1. de Cessione: *Et si fuerit, qui contra hanc cessione ista.... venire voluerit.... ante lite ingressus Duplet tibi tantum, et alio tantum, quantum cessione ista continet. Dupla pena digni sunt, qui Duplant scelera sua*, lib. 5. Capitul. cap. 322.] Vide Sidon. lib. 8. Ep. 17. et ibi *Savaronem*.

\* 2. **DUPLARE,** Inducere, illinire, Gall. *Endure*. Consil. ann. 1323. ex Tabul. Massil.: *Item portale domini Massiliensis episcopi Dupletur calce et arena.*

\* **DUPLARIS.** Joan. Vignol. Inscript. vett. pag. 293: D. M. VALERIUS..... NAT. ALEXANDRIN. EX VELAR. DUPLICAR. MIL. etc. Ubi Editor: *Ex velaris duplicariis vel duplariis.* Ita enim vocabantur, qui duplex ob merita stipendium diurnum accipiebant: qui vero unum, *simplares*. Veget. lib. 3. cap. 7: *Armaturæ Duplares, quæ binas consequuntur annonas: simplares, quæ singulas.*

1. **DUPLARIUM,** Mensura liquidorum. Tabularium Fossatense: *Dicta Abbatia percipit in vindemiis annuatim in vinea de Barbello 1. Duplarium vini de mera gutta.* Occurrunt eadem verba aibi semel ac iterum. [Computus anni 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu ad calcem pag. CXLII: *Pro vino Fontis-Bleaudi ducendo ad portum Samesii, et pro tribus ferratis, et uno Du-*

plario, LXXIII. sol. Ibid. pag. CXLVII. col. 2: Pro duobus Duplariis vini vi. l. Renaudus Camerarius pro tribus Duplariis vini ix. l. Tabular. Portus-Regii in Charta ann. 1238: Duos Duplarios vini annuatim percipiendos.]

\* Seu Dolii species, idem quod supra Douberium 2. Munit. Peronæ in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 97. vº: Quatuor targuæ, duo lemoisselli filii, tres Duplarii vini, etc. Charta Phil. Aug. ann. 1215. ibid. part. 2. fol. 125. vº. col. 1: Concessimus monachis Loci restaurati... mille circulos de coldre et de charme ad Duplarios, . . . et 700. circulos de bool ad magna dolia. Vide infra Duplerium.

DOBLA, Eadem notione, in Charta Iseimbardi Præceptoris domus Hospitalis Hieros. ann. 1222. ex Tabulario Fos-satensi fol. 26: Decimas cum fructibus mediæ temporis, quos æstimabant 15. Doblarum vini.

2. DUPLARIUM, Sacculus, crumena, Gallis olim Doublrier. Hubertus Sibuntinus, apud Vincentium Belvacensem lib. 26. cap. 37: Tres Milites diocesis Lugdunensis ad S. Jacobum pergebant, quos inveniens quædam muliercula, rogavit, ut sui miserii Duplarium suum amore S. Jacobi deportarent, etc. Infra Sacculum vocat. Le Roman d'Aubery MS.:

Le Chapel prent, l'escharpe et le Doublrier,  
Et le bordon qui ne volt pas laisser.

Alibi Doublrier idem est quod Mappa, sic inquit, Nicottus, dicta, quod mensæ superposita duplicaretur; interdum tamen non majorem mappam significat, sed mappulam, Gall. Serviette. Le Roman de Partonopex MS.:

Et tables mises et Doublriers,  
Couteaux, saillieres et cuilliers,  
Coupes, benas et escuelles  
D'or et d'argent bonnes et boles.

Alibi:

Beax feus, beax cierges alumez,  
Beax Doublriers sor beax dois dorés.

Vide Doblierius, Dibler [\*] et Douberium.]

† 3. DUPLARIUM, Exemplar. Gall. Copie, Practicis nostris Double, ab Aremorico Doubl, Exemplum ex alio descriptum, Doublér, Describere. Charta ann. 1273. pro Capitulo Aquensi ex Schedis Præsidis de Maxaugues: Procurator Capituli... petiit... per ipsum Dominum Judicem dari in mandatis mihi Notario... ut Duplarium ejusdam litteræ sacræ regis Majestatis in publicam formam redigerem. Vide Duplicata.

† 4. DUPLARIUM, Festum duplex, Gall. Fête double. Chron. Comodoliac. inter Fragn. Histor. Stephanotii tom. 2: Constituitque certum redditum pro Duplario ibidem ad honorem S. Georgii an-nis singulis celebrando. Inferius: Baylius tamen de prædictis acquisitis assignare queat ad opus Ecclesiæ, quoad anniversarium ibidem faciendum, processiones, Duplarium festum, et ad opus Matutinarum et aliarum Horarum. Vide Duplices.

† DUPLARIUS. Vide Duplarium 1. DUPLERIUS, Funale, Italis Doppiere, [Gall. Flambeau, Torche.] Historia Cortusiorum lib. 7. cap. 10: Exequiæ fuerunt solenniter ordinatæ, ibi erant omnes Clerici cum singulis Dupleriis incedentes. Bulla Gregorii XI. P. P. ann. 1372. pro Collegio Gregoriano Bononiensi apud Ghirardaccum lib. 25. Hist. Bonon. pag. 328: Emanantur quatuor Duplerii de æra

pretii 4. librarum, etc. [Pro de æra lege de cera. Acta SS. April. tom. 2. pag. 954: Obtulit... unum Duplerium cere novum. Chron. Parmense ad. ann. 1287: Cum Dupleriis et candelis accensis.]

1. DUPLEX, Versipellis, esprit double, qui alia loquitur quam quæ in mente habet. Utitur Gregorius M. lib. 8. Epist. 16. 52.

2. DUPLEX AUREUS, Double d'or, Nummus aureus Francicus. Vetus Regestum 20. April. 1340. Fiebant Duplices auri de 28. Karaz ponderis 36. Diarium Compoti Thesauri 1. Jan. ann. 1292: Pro negotiis secretis suis 865. Floren. Aur. de Florentia, et 140. Regales aureos grossos, et 180. Duplices auri, tres grossos Augustarios auri. Chron. MS. Bertrandi du Guesclin:

Et je le vous dirai, sans point de l'arrester,  
Ce que je vous douroy, sans point de l'arrester,  
Soixante mille Doubles d'or fin à brief parler.

Infra:

Et leur a dit en haut, Me scait-il bien gaber,  
Qui soixante mil Doubles florins ne veut donner.

Historia expugnata Minoricæ apud Mich. Carbonellum in Chron. Hisp. fol. 86: Pagani empero cascun de aquells al Senyor Rex set Dobles e mitge, etc. Vide Marca, Moneta.

† DUPLICES DELPHINALES. Ordinatio Humberti II. super facto monetarum ann. 1340. Histor. Delphin. tom. 2. pag. 416: Item faciant... monetam nigram curribilem pro duobus denariis, quæ appelletur Duplices Delphinales, qui Duplices sint et esse debeant de liga quatuor denariorum, etc. Hujusce minutoris monetæ formam sic describit altera ejusd. Humberti Ordinatio ejusd. anni ibid. pag. 420. col. 1: Duplex niger Dalphinalis habeat ab una parte in medio unum magnum piscem Dalphinum, circumcirca præmissa cruce litteras continentes hæc verba, Humbertus Dalphinus Viennensis, ab alia vero parte sit quædam crux magna, quæ vadat a qualibet parte usque ad summitatem circuli, et unus piscis Dalphinus, in uno quarteronum dictæ crucis, et litteræ circumcirca præmissa cruce continentes hæc verba, Duplex Dalphinalis.

† DUPLICA, Gallis Practicis Duplique, Iterata responsio in litigiis. Occurrit in Charta anni 1489. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 237.

† 1. DUPLICARE, Facere Duplicam, Iterato respondere. Procuratio ann. 1482. ex Archivo B. M. de Bono Nuntio Rotomag. Contraque producta et exhibita ex adverso dicendum, excipiendum, Duplicandum, triplicandum, et si necesse fuerit, quadruplicandum, testes publicari petendum, etc.

\* 2. DUPLICARE, TRIPlicARE PLANETAM, Illam bis terve in se replicare, apud Honor. Augustod. Errabundus limbus (planetæ) utrimque in brachia sublevarur: in pectore et inter humeros Duplicatur, in utroque brachio Triplicatur. Ubi Complicare legitur in Cærem. Rom. apud Mabill. tom. 2. Mus. Ital. pag. 294.

1. DUPLICARIUS. Joan. de Janua: Duplicarius, qui duabus partibus favet, fraudulentus. Eadem habet Vetus Glossarium Lat. Gall.: Frauduleux, qui fait faveur à deux parties.

DUPLICULARIUS, διπλωρίτης, in Gloss. Lat. Vide Hesygium.

\* 2. DUPLICARIUS. Vide supra Duplaris.

\* 1. DUPLICATA, DUPLICATUM, Exem-

plar, nostris vulgo Duplicata, copie. Invent. Chart. Reg. ann. 1482. fol. 118: Rotulus in pergamo continens informationem et Duplicata plurium litterarum exequutarum, super facto et gardia ecclesiarum Britanniæ anno 1312. Rursum fol. 121: Quorum articulorum copia vel Duplicata fuit data dicto duci Britanniæ, id suo requirente consilio. Vide Duplarium 3.

2. DUPLICATA, Idem quod Diploma, de qua voce mox. Raimundus de Capua in Vita S. Agnetis de Montepolitano n. 48: Sicut publicæ etiam Duplicata, quas ego pluries vidi usque hodie manifestant.

† DUPLICATOR, Qui duplicat. Sidonius lib. 3. Epist. 13: Sinistrarum opinionum Duplicatores. Vide Diplomatarium.

† DUPLICE, Duplex, vel Duplum, Gall. Le double. Permutatio anni 926. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 281: Quod sibi concambiare suas e contra Duplice dando obvixæ flagitabant, etc.

† DUPLICES, Festa Duplicita vel Officia Ecclesiæ solemniora. Gesta Guidonis Episcopi Cenom. apud Mabill. Analect. tom. 3. pag. 339: Concessitque idem Pontifex de censu proprio unde Duplices fieri, et thus valeat præparari in eadem Assumptione ad Nocturnos. Vide Duplarium 4.

† DUPLICITAS, Dubietas, ambiguitas, Lactantio de Opif. Dei cap. 8. et Nicolao de Jamsilla de Gestis Friderici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 514. Fraudulenta, Gall. Duplicité, Urbano II. ut ex ejus Vita patet, inter Opera posthuma Mabillonii et Ruinartii tom. 3. pag. 214. et in Testamento anni 1280. apud Baluzium tom. 2. Hist. Geneal. Arvern. pag. 506.

\* Hinc Duppe, ea qua nunc adhibetur notione in politiori sermone, vocem fictitiam et a plebeis Rotomagensibus adinventam discimus ex Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 456: Lequel Nobis dist au suppliant qu'il alast avecques lui en l'ostel, ou pend l'enseigne des petits sollers, près de l'ostel archiépiscopal de Rouen; et que il avoit trouvé son homme ou la Duppe, qui est leur maniere de parler et que ilz nomment jargon, quant ilz trouvent aucun fol ou innocent qu'ilz veulent decevoir par jeu ou jeux, et avoir son argent.

† DUPLICULARIUS. Vide in Duplarium.

\* 1. DUPLIO, Idem, ni fallor, quod Diplois, Læna duplicata. Stat. ann. 1342. inter Monum. eccl. Aquileg. cap. 90. col. 903: Nullus homo, militibus duntaxat exceptis, audeat portare vel ferre aurum, vel argentum, perlas, Dupliones aureos vel argenteos... Item quod pannos earum (mulierum) non possint aliter fricare vel ornare, nisi cum Duplonis aureis vel argenteis, seu seta. Nisi ornamentum sit, quod innuere videtur ultimus locus.

\* 2. DUPLIO, Candela species, forte quod bilychnis sic dicta. Testam. Gail-lardæ de S. Petro ann. 1393. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 66: Ipsa testatrix ordinavit quod die sepulturæ suæ... quinque torchæ, quælibet duarum librarum et mediæ ceræ,.... et de luminaria ceræ in Duplonibus. Vide supra Doblos.

† DUPLIO TORMENTUM, Bellicum tormentum majus. Acta SS. Junii tom. 5. pag. 575. de S. Donato Martyre: Quibus circumquaque e turribus et ex arce edito in loco sita, Duplonibus tormentis, boatu magno, interstrepente campanarum sono, cives respondebant.

DUPLÓDES, ex Græco διπλωδῆς, Gam-

besones, ni fallor. Liber Anglicus inscriptus *Justice of peace*, pag. 69: *Vi et armis, videlicet baculis, gladiis, arcubus, sagittis, loriceis, Duplodibus defens. palectis, lanceis, securibus guerrinis, gonnis, balestris, etc.* Vide *Gambeso*. [Le Roman d'Athis MS.:

Ung Doublet of chascun vestu  
D'un vert samit pourpoint menu.]

[\* Vide supra *Duplo* 1.]

**DUPLOMA** et **DIPLOMA**. Gloss. Græc. Lat.: Διπλοῦν, *Diplum*: διπλωμα, *Diploma*. Caper de verbis dubiis: *Dipluma, non Diploma, aut Diplomum*. Sunt autem *Diplomata*, apud JC. Codicilli qui dantur cursu publico utentibus, qui et *tractatoris, combinæ, et evectiones*. Joannes Sarisberiensis in *Euthetico* in *Polycraticon*:

Accelera gressus, tanto Diplomate pergens  
Ad mare, quo morum littora nostra petunt.

[\*\* Pro tanto alias cauto, et pro morum Morini.] Adde eumdem Epist. 285. Petrus Blesensis Epist. 52: *Dominus Rex in Gasconiam tendat, ego autem Diplomate utens eum sequor*. Idem Ep. 59: *Ad vos in eadem tempestatis insania Diplomate utens remeavit*. Ita omnes MSS. non *Diplomate*, uti editiones præferunt. Utitur etiam hac voce Radulphus de Diceto ann. 1172. 1179. 1184. Vide leg. 137. D. de verb. signif.

\* **DUPLUM**, Pulsatio omnium campanarum campanilis, idem quod *Classicum*. Bulla Innoc. VI. PP. ann. 1359. ex Cod. reg. 4223. fol. 26. r°: *Ordinamus quod... una capella... cum campanili... duabusque campanis, quæ per modum classici sive Dupli pulsari debeant, sub vocabulo sancti Martialis construat*. Vide *Dupla* 1.

† **DUPONDIARIUS DOMINUS**, Petronio, Dominus est unius *Dupondii*, id est, villoris pretii. Vide locum in *Betalis*. *Dipondiarium* vel *Dupondiarium*, *Bilibris*, Plinio et *Columellæ*.

\* **DUPONDII**, a pondere *Dupondii*, quasi duarum assium vel drachmarum, seu vilissimi pretii, appellabantur primo anno, qui juri studebant, *vetere tam frivolo quam ridiculo nomine*, inquit Justin. in præfat. Digest. Vide *Gothofr.* in notis ad hunc locum et *Calvin*. Lex *Jurid.*

\* **DUPPLA**, Nummus aureus, idem quod supra *Dupla* 3. Charta ann. 1327. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 715: *De dicto regno (Franciæ) extrahere et apud Ferrariensem civitatem portare fecit... cccxv. et mediam Dupplas auri*.

\* **DUPPLARIUS**. Vide supra *Duplarium* 1.

† **DUPPLATUS**, Duplicatus, Gall. *Double*. Charta Aldefonsi Regis Toletani pro Monasterio Casæ Dei, æra 1216: *Insuper regis partii M. aureos et vocis vel vocem vestram pulsanti dampnum quod intulerit Dupplatum in cauto persolvat*.

\* **DUPPLERIUM**, Dolii species, idem quod supra *Duplarium* 1. Censuræ eccl. Reatin. MSS: *Sanctus Johannes evangelista vj. spatulas et xij. tortulos, episcopo Dupplerium et speram olei*.

\* **DUPPLERIUS**, Funale, cereus, Ital. *Doppiere*. Stat. Crimin. Cumanæ cap. 204. ex Cod. reg. 4622. fol. 110. r°: *Nemini spiziario seu apotecario... liceat facere... vel vendere... aliquos Dupplerios... cum mixtionem larexinæ, peccæ seu racæ*. Vide *Duplerius*.

\* **DUPPLICUS**, Duplus, Gall. *Double*. Reg. feudor. Aquit. ex Cam. Comput.

Paris. sign. JJ. rub. fol. 16. v°: *Geraldus abbas Silvæ majoris... debet providere eidem domino, dum erit apud Silvam majorem, et dare sibi Dupplicam præbendam de bonis, quæ ipse abbas habebit*.

† **DUPPLOYTUM**, Pallium, idem quod supra *Diplois*. Computum anni 1333. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 274: *Pro cannis tribus et palmis quinque de panno ad rationem de tareno uno et granis quinque per cannam pro faciundo Dupployto pro Domino, taren. IV. gran. XI*. Et pag. 275: *Pro fractura sex pariorum camisiarum de panno lini pro Domino et uno Dupployto faciundo, taren. XII*. In MS. D. Lancelot legitur *Diploytum*.

† **DURA**. Privilegium Balduini Regis Jerusalem ann. 1130. apud Murator. tom. 12. col. 275: *Quod si apud Acon furnum, molendinum, aut balneum, stateras, sive modios, et Duram, ad vinum, oleum, vel mel mensurandum in vico suo facere voluerint, libere liceat, quicumque voluerint in omnibus inibi habitantibus absque omni contradictione precio suo coquere, molere, balneari, mensurare*. Videtur esse species mensuræ. An non legi posset *Durna*? Vide in hac voce.

\* Eandem Chartam rursus edidit idem Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 919. Sed utrobique legendum *Duzam* ex Will. Tyrio lib. 12. cap. 25. et ex Charta ann. 1123. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1540. Vide in *Butta* 3.

\* **DURABILITAS**, Diuturnitas, Gall. *Durée*. B. de Amoribus in Speculo sacerdot. MS. cap. 28. de Modo vincendi tentationes:

Si bene prævideas penes Durabilitatem.

† **DURANA ANTIQUA**. Vide *Scriptura*.

† **DURANDAL**. Vide *Durissimus*.

\* **DURANTINGI**, **DURANTINI**, Monetæ Clarimontensis species. Chartul. Celsinian. ch. 901: *Dedit ei pro ea (medietate feodi) sexaginta solidos denariorum Clarimontensis (sic) monetæ, eorum videlicet qui Durantini vocabantur... Laudavit et concessit Deo et sancto Petro Hugo Balbus pro quinque solidis Claromontensis (sic) monetæ, qui tunc Durantingi vocabantur*. Vide in *Moneta Barorum*.

† 1. **DURARE**, Extendi. Chartular. S. Vandregisilli tom. 1. pag. 47: *Terra nostra Durat a publica via usque ad forestam Domini Regis*. Et tom. 2. pag. 1324: *Terra Durat a vico de Weravaust usque ad vicum de Faveril*. Occurrit rursus apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 389.

\* 2. **DURARE**, Stare, manere. Comœdia sine nomine act. 4. sc. 10. ex Cod. reg. 8163: *Festinus eo, Durate hic comites*.

† **DURARIA**. Vide *Durus*.

† **DURASCERE**, pro *Durare*, ut videtur Sollerio. Miracula B. Bernhardi Episcopi, Julii tom. 5. pag. 111: *Quo (morbo) mirandum in modum Durascere, Physicos consulere decrevit*. Propter adjuncta mirandum in modum verba, potius crederiderim *Durascere* poni pro *Duriorem* evadere seu Ingravescere, quam pro nudo *Durare*.

\* **DURASCURÆ**, **DURASCUUÆ**, **DURASTUUE**, **DURATUUE**. Vide supra *Daurerwe*.

† **DURASUNA**, Firma pax; vox formata ex *Sona*, quæ Danis pacem et pactum sonat. Diploma Reinoldi Archiep. Col. ann. 1166. apud Bolland. 6. Febr.: *Et ut reconciliatio hæc permaneret indissolubilis et diffinitissima, quæ vulgo dicitur *Durasuna*, etc.* Vide *Suna*. [\*\* et *Haltaus*. Glossar. Germ. voce *Durchsune* col. 246.]

† **DURATIO**, Durities, contumacia Du-

rans et perseverans, Gall. *Opiniatreté*. Offensionum condonatio rebellibus *Carassonæ* incolis a Karolo Franc. Rege indulta ann. 1383. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1593: *Attento tempore pertinacitatis et Durationis ipsorum, etc.*

† **DURATIONARE**. Vide *Derationare*.

\* **DURBILUM**, **DURBIUM**. Vide *Durpillum*.

† **DURBUGGUS**. Vide *Duribuccius*.

† **DURCONES**, Navigia fluviatilia. Abbo lib. 1. de Obsid. Paris. vers. 123:

Antequam Durcones multi repetunt merientes,  
Quam lapides jacent.

Pag. 502. ad marginem habetur *Durcones*, ubi in textu *naves*.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Nav, Prov. navis... Durco*. Gloss. MSS. Sangerm.: *Ducornem* (I. Durconem) Græci vocant, quæ alio nomine trisris appellatur, de qua in *Isaia*: *Non transibit per eam trisris magna*.

\* **DURDERE**, **DURDRET**, Monetæ aureæ species. Vide supra *Dourdere*.

\* **DURDO**, Piscis genus. Vide supra *Coracinus*.

\* **DURGA**, pro *Durna*, vel certe eadem notione, Amphora, vasis species. Charta ann. 1360. ex Tabul. Massil.: *Senescallus dicit se pridem impignorasse penes syndicos civitatis Massiliæ unum bassinum de argento... Item Durgam unam de argento*.

\* **DURGINGA**. Charta Phil. comit. Fland. pro Libert. Franci Burg. ex Cam. Comput. Insul.: *Finita omni equitatione sua, comes habere poterit veritatem suam, quæ dicitur Durginga, et hoc semel in anno*.

† **DURIBILIOR**, Durabilior, Diutius durans. Expositio divinorum Officiorum ad calcem Johannis Abrincensis de Offic. Eccl. pag. 385. edit. 1679: *Signorum usus a veteri Testamento est sumptus; habebant enim filii Israel tubas argenteas, quibus convocabant populum*. Nos habemus signa ærea soniora et *Duribiliora*, significantia ora *Prædicatorum*.

† **DURIBUCCIUS**, **DURIBUCCUS**, *Qui nunquam vult aperire os*. Amalthea ex Catholico Joannis de Janua, ubi tamen lego *Durbuccus*. Isidoro in Glossis *Duribucci* iidem sunt qui *Barbasterii*, steriles barba, quia cutem buccæ eorum non potest barba perumpere.

† **DURICA**, *Castra, stationes navium*, in Isid. Gloss. [Lego, Grævio monente, *Dorica castra*, ex Virgili 6. Æn. vers. 88:

Non Simois tibi nec Xanthus, nec Dorica castra  
Defuerint.]

† **DURICORDIA**, Durities cordis. Tertull. adv. Marcionem lib. 5. cap. 4: *Circumcidetis Duricordiam vestram*. Martinius legit *Duricordium*, ex eodem Tertulliano.

\* **DURICORDIUS**, Qui duri cordis est, ut *Duricors*. Vet. Interpres. Origen. Comment. in Matth. tract. 80: *Teneri et non Duricordii rami progrediuntur in folia æstate instante, et manifestos fructus ostendunt*. Sed legendum forte est, *Duricorii*, a Gr. σκληρόδερμοι.

† **DURICORS**, Duri cordis, immitis, sævus. Utuntur Gerardus Episcopus Cameracensis in Epist. ad Archidiaconos Leodienses, [Johan. Sarisb. Epist. 183. Johan. Belhoiste Carthusiensis, Ampliss. Collect. tom. 1. pag. 1558. Acta S. Nicephori tom. 2. SS. Febr. pag. 894. et Regula Magistri cap. 50. ubi *Duricordes* dicuntur *Fratres*, qui litteras dicere nolunt, et non possunt. Gallice dicere-

mus, Qui ont la tête dure, et ne peuvent rien apprendre.]

† **DURICULA**, Latrina. Forte legendum *Cuniculum*, inquit Cangius noster in *Fossa cæca* : ubi locum vide.

**DURIDO**, Durities. Charta Lusitanica æræ 904. in Hist. Episcop. Pertenium 1. part. cap. 12. de Reliquiis SS.: *Hæc omnia quoque dignissime manent tumulata in ligneis tabulis imputribilibus quadris, cera marmoris mixta saxeâ implet foramina, parva Duridine coacta signant sigilla divisa, etc.*

**DURILOQUIUM**, Verbum asperum. Hincmarus in Epistola ad Carolum Calvum Imper.: *Missorum tuorum Duriloquiis.*

**DURINARE**. Octavianus Horatianus lib. 4. Rerum Medicar. pag. 106: *Nisi ex cibo et potu incitatus fuerit calor, qui in superioribus locis est constitutus, id est in cerebro, qui Durinando omnem corporis regionem calefacit, atque solvit.* Legendum videtur *Durinando*, i. poros expurgando, ex Græc. διουρειν unde διουρητικὰ φάρμακα, de quibus consulendus Gorreus in Definition. medicis.

**DURIO**, Qui dura est et perfricta fronte, impudens. Marius Mercator in lib. Subnotat. cap. 4. § 3. pag. 10: *Quis scenicus turpio, quis Durio, vel sannio professæ licentia turpitudinis publice ista proferreret?*

\* *Durfeus*, eodem sensu, ni fallor, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Theophylus li desvoïds,  
Li Durfeus, li fanoïés.

Vide supra *Dodus*.

† **DURIPOS**, Σκληρόπους. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Qui durum habet pedem.

**DURISSIMUS**. Ita appellabatur spatha, vel ensis Willelmi Sectoris ferri Comititis Inculmensis, apud Ademarium in Chronico: *Cum Rege eorum Stormi singulari conflictu deluctans, ense curto, nomine Durissimo, quem Walander Faber cuderat, etc.* Auctor Historiæ Episcoporum et Comitum Engolism. cap. 19. ait, Guillelmum Comitum Sectorem ferri, hoc nomen sortitum, quia cum Normannis confliens, venire solito conflictu deluctans, ense curto, vel scorto Durissimo, quem Walander faber condiderat per medium corpus loriceatum secavit una percussione. Quo quidem Durissimi vocabulo allusit, ni fallor, ad ejusmodi spathas, quas *Durandals*, vel *Durandarts*, nostri vocant, et Carolo M. vulgo tribuunt fabulosi Scriptores. Le Roman de Garin MS.:

Il ferrai tant de Durandart m'espée.

Alibi:

Ains i ferrai de Durandart assés.

Le Roman de Roncevaux MS.:

Tint Durandars, dont li brans fu letrés.

[\* *Gesta Caroli M. lib. 5. cap. 2. ubi de Rolando: Si tenoit encores Durendal l'espée, si vaut autant à dire comme, donne grant cop, ou fier durement Sarrazins.*] *Gesta Philippi III. Regis Franc. ann. 1271. ubi de Coronatione ejusdem Regis: Et quoniam a tempore Caroli Magni Regis Franciæ et Imperatoris Romanorum, consueverunt Reges Franciæ Jocosam spatham prædicti Caroli Regis et Imperatoris, in die coronationis suæ, dum celebratur prædictæ coronationis officium, in memoriam tam victoriosissimi Principis a quodam de Nobilitoribus ante se facere teneri et deferri: illam Roberto*

*Comiti Atrebatensi consanguineo suo Militi probissimo tradidit illa die deferendam. Mox addit spatham illam servari cum cæteris regalibus ornamentis in Ecclesia B. Dionysii in Francia. Hæc spatha invincibilis Caroli dicitur apud Turpinum cap. 18. Vide [\* Sebastianum Ciampi in sua Turpini editione pag. 147.] Ludovicum Moscardum lib. 4. Hist. Veronensis pag. 77. et supra in verbo *Curtana*.*

\* **DURITER**. Vita S. Petri Ravennat. tom. 7. Jul. pag. 183. col. 2: *Vidimus sepulcrum ex lapide proconiso pretioso, et elevavimus Duriter atque modice cooperulum. Ubi legendum videtur Dulciter, id est, lente. Nostris vero Durement, valde, vehementer sonat, vulgo Fortement, extrêmement. Aimer Dieu Durement, apud Belloman. MS. cap. 1. Contin. Guill. Tyrii apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 588: Quant il ot trives entre les Sarrazins et les Chrestiens, li Sarrazins amenerent tant de viandes as Chrestiens, que bon tans orent Durement.* Vita SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 365. rº. col. 1: *Tantost commença à toner et à effoudrer si Durement, que toute la terre en crolloit.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Moult Durement amoit saint Pierre.

Le Roman de Robert le Diable MS.:

Et sistost comme parler l'oïrent,  
Moult Durement s'en esjoïrent.

† **DURNA**. Tolosanis *Dourn*, Amphora, lagena, a Latino *Urna*, Gall. *Urne*, ut videtur, derivata. Vet. Ceremoniale MS. B. M. Deauratæ Tolos.: *Mater coquine tenetur isto die portare in reffectorio duas Durnas plenas aquæ specialis, videlicet de aliquo fonte, ad finem quod aqua sit placens et utilis ad potandum.*

\* Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 63. vº: *Dixit nobis idem Petrus Auterii, si volebamus potare, quia ibi erat vinum in quadam Durna.* Vide supra *Dornus*.

† 1. **DURNUS**, Mensura brevis, qua utebantur Tolosani ad notandam Materiel densitatem. Vide locum in voce *Amplum*.

\* 2. **DURNUS**, Arboris species. Charta ann. 1377. in Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 212: *Item circa triginta minetas terræ et plus, in quibus sunt brossiæ, Durni, verni et plures alii arbores in ruina existentes.*

† **DUROPELLUM**. Vide *Durpulum*.

**DURPILUM**, Vestibulum, limen. Lex Salica tit. 61: *Postea intrare debet in casam suam, ... et stare in Durpilo, hoc est, in liminari.* Ubi editio Heroldi *DuroPELLUM* præfert, [*Durbium*, unus Codex MS. Guelferb. *Durbilum* alter apud Eccardum.] Formula Lindenbergiana 155: *A die præsentis ad integrum concessit et confirmavit . . . per portas et per ostia. Et mox: Tradidit et vestivit, et per Durpulum et festucam sibi foras exitum alienum vel spoliatum in omnibus esse dixit, et omnia verpavit.* [Ad quam formulam Eccardus observat hic non posse Limen intelligi, quia illud non adeo facile removeri potest; sed potius Columnulam intelligendam esse in januæ medio erectam, ad quam postes vel valvæ concluduntur, quæque adeo principaliter januæ firmandæ et occultandæ inservit.] A voce Germ. *Thur*, fores, deducit Lindenbergius: unde *Thurschwell*, limen, *Pfeyler*, columna: *Spelmanus*, a dura Saxonico. Wendelinus denique a *Durpel*, quod limen inferius sonat, quod

nempe ingrediendo et egrediendo calcamus. [Prior pars *Dur* multum etiam accedit ad Britannicum *Dor*, Janua, posterior vero est Saxon. *Pal*, German. *Pfal*, Palus.] Killanus: *Deurpel, timen, hypothyrum, lapis liminaris, q. d. deur-pael, i. ostii limes.* [\* Chart. incert. ann.: *Tradidit et vestivit et per Durpileam et festucam sibi foras exitum, alienum et spoliatum in omnibus dixit et omnia verpavit, etc.* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 174. sqq. et Graff. Thes. Ling. Franc. tom. 5. col. 446.]

† **DURSLACH**, in Lege Frison. Idem quod mox *Durslegi*, Verbera sine vulnere, seu Ictus sine sanguine, a Germ. *Dur* vel *Durr*, ut scribitur apud Schiltnerum, Aridus, siccus, et Belgico *Slach*, Ictus.

† **DONTSLACH**, Eadem notione. Consuetudines Furnenses MSS. ex Archivo Audomarensi: *Convictus ex Dontslach et harop emendabit Comiti tres libras, et ei qui maletractatus est, xxx. sol.* [\* Hæc vox et sequens pertinent ad *Dontslaga*, *Dunschlag*, etc. Vide ibi.]

† **DOUSLACH**, in iisdem Consuetudinibus: *Quicumque pugnaverit in vierscara, vel haroep, vel Douslach emendabit Comiti xxx. libras.* Haud scio an hic intelligendus sit locus, ubi hujuscemodi delicta judicabantur; verum timeo ne utrobique legendum sit *Durslach* pro *Dontslach* et *Douslach*. Facile potuit errare librarius in exscribendis vocibus obscuris.

**DURSLEGI**, Verbera sine vulnere, a Germ. *Duerre*, siccus et *slege*, plaga, verbera, quasi *sicca verbera*. *Ictus orbos* vocarunt nostri. Lex Frison. tit. 22. de dolg. § 3: *Si quis alium ita percusserit, quod Durslegi vocant, dimid. sol. componat.* Ubi Sicama legit *Duustfecke*. [\* Vide Grimm. Antiq. Juris pag. 630.]

**DURSUS**. Piscis species, [f. eadem quæ Latino-barbaris *Sicca*, Gall. *Seche*, a Teutonico, *Dur* Siccus, aridus.] *Smaragdus* in Grammatica MS.: *Piscis species sunt hæ, esox, Dursus, alausa, tructa, lampreda et reliqua.* [\* Germ. *Dorsch*. ADEL.]

**DURUS**, DURARIA. Glossar. MS. Regium Cod. 1197: *Durus, servus. Duraria, Ancilla. Forte Dulus et Dularia scribendum fuit, ex Græc. δουλος.*

**DUSII**. Isidorus in Gloss.: *Dusius, Dæmon*. Idem lib. 8. Orig. cap. ult.: *Pilosus, qui Græcæ Panitæ, Latine incubi appellantur, sive Inivi, ab ineundo passim cum animalibus: unde et Incubi dicuntur ab incumbendo, hoc est, stuprando. Sæpe etiam improbi existunt mulieribus, et eorum peragunt concubitum, quos dæmones Galli Dusios nuncupant, quia assidue hanc peragunt immunditiam.* Hausit a S. Augustino lib. 15. de Civitate Dei cap. 23. cujus hæc sunt: *Quosdam dæmones, quos Dusios Galli nuncupant, hanc assidue immunditiam et tentare et efficere plures talesque asseverant.* Hincmarum de Divortio Lotharii pag. 654: *Quædam etiam fæminæ a Dusis in specie virorum, quorum amore ardebant, concubitum pertulisse inventæ sunt.* Papias: *Dusios nominant quos romani Faunos ficarios vocant.* Hi sunt, inquit Thomas Cantipratensis lib. 2. cap. 57. n. 17: *Quibus Prussicæ gentiles silvas ætiam consecratas, et eas incidere non audentes, nunquam ingrediuntur easdem, nisi cum diis suis voluerint immolare, etc.* [Armoicanis Britonibus Teus est Dæmon, Gall. dictus, *Lutin*, Lat. Lemures, vel quodcumque spectrum seu phantasma subito apparens et evanescens: et cum

articulo, *An-deus*, Gall. *le Lutin*. Hoc nomen proprie significat Evanescere, perire. Ita Ludovicus *le Pelletier* in suo Dictionario Etymol. Britan. nondum edito.] [\* Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 272.]

\* **DUSIOLUS**, diminut. a *Dusius*, Dæmon. Codex reg. 4609. 2. laudatus a D. *Le Beuf* tom. 1. Collect. var. Script. pag. 304: *Sunt aliqui rustici homines, qui credunt aliquas mulieres, quod vulgum dicitur strias esse debeant, et ad infantes vel pecora nocere possint, vel Dusiolus, vel aquatiquus, vel geniscus esse debeat.*

† **DUSMUM**, *Incultum, dumosum*. *Pa-pias*.

**DUSTIE-FOOTE**. Vide *Pede pulverosus*.

† **DUVA**, ut superius *Doga* 3. Asser, Gall. *Douve*. Charta Caroli Calvi ann. 862. apud Mabillonium Diplomat. pag. 536. et Felibianum Histor. San-Dion. pag. LXX: *De Madriaco tantum ex Duvis, quantum sufficit ad unum pontonem faciendum a carpentariis Abbatis in cellario per vindemiam deservituris.*

† **DUVABILA**. Kero Monachus: *Map-pula, Dovahila, Italis Tovaglia, Gallis Touaille*, Mantile versatile, quo utuntur ad detergendas manus. Vide Menagium in Etymologico Gallico, et infra vocem *Toacula*.

† **DUWARIVM**, ut *Doarium*. Charta anni 1267. apud Miræum tom. 1. pag. 434. col. 2: *Quam quidem dotem, sive dotalium, aut Duvarium matri suæ prædictæ in manus nostras humiliter reportavit.*

† 1. **DUX**, Epistomium. Vide in *Duculus*.

2. **DUX**, sub Constantino M. qui στρατηγὸν ἐν ἑκάστῳ τόπῳ τάξιν ἐπέταξε, inquit Zozimus lib. 2. [\* Vide Glossar. med. Græcit. col. 927. et Append. 61.]

**DUX DUCUM**. In Synaxariis. 4. Octob. Sanctus Andoactus Ephesus dicitur fuisse δούξ δουκῶν καὶ ἐπαρχος Μακεδονίου. In Passione SS. Seraphiæ et Sabinæ n. 10. fit mentio *Vindiciani Ducis Ducum*. Vide Gloss. med. Græcitat. in Ἄρχων Ἀρχόντων.

**DUCES LIMITUM**, quibus gentes quæ maxime cavendæ sunt, adpropinquant, in Nov. Theod. de Ambitu, etc. in Notitia Imp. etc.

3. **DUX** sub prima Regum nostrorum stirpe dicebatur qui multis civitatibus, quæ singulæ a Comitibus regebantur, præerat. Gregorius Turon. lib. 2. cap. 20: *Eoribus Gothorum Rex Victorium Duxem super septem civitates præposuit*. Lib. 8. cap. 18: *Nicetius a Comitatu Arverno summotus Ducatum a Rege Childeberto expetiit; et sic in urbe Arverna, Ruthena, atque Uetica Dux ordinatus est*. Ita apud eundem non semel lib. 6. cap. 26. 31. 41. lib. 8. cap. 26. lib. 9. cap. 7. Aimoinum lib. 4. cap. 4. in Gestis Dagoberti cap. 36. apud Eginhard. in Anna. lib. ann. 748. Vita Aldrici Episcopi Cenomann. n. 1: *Rex autem hæc audiens, oppido tristatus est, promittensque ei duodecim et amplius Comitatus se daturum, si hoc dimitteret, et in sua militia perseveraret*. Id est, *Ducatum*. *Duces provinciarum, et in provinciis constituti*, in Lege Bajwar. tit. 2. cap. 1. et apud Walafridum Strabon. lib. de Reb. Ecclesiast. cap. 31. etc. Gradus igitur a Comitatu ad Ducatum fuit. Fortunatus lib. 10. Poem. 22:

Qui modo dat Comitibus, det tibi jura Ducis.

Adde lib. 7. Poem. 31. lib. 10. Poem. 25. et Cinnamon lib. 2. n. 13. Habetur formula Promotionis ad Ducatum apud

Marculfum lib. 1. Form. 8. ut et apud Senatorem lib. 7. Ep. 4. ubi quale eorum fuerit munus indicatur. Vide præterea Petrum Pitheum lib. 1. Advers. cap. 8. Hotomanum de Verbis Feudalib. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 1. cap. 18. num. 5. etc.

**DUCES FRANCORUM** dicti Majores-domus Regum Franciæ, in vita S. Baboleni tom. 2. Histor. Franc. pag. 659. de Erkenoaldo: *Qui tunc Francorum Ducatus præerat, et omnia palatina officia suo moderamine procurabat*.

Eodem etiam titulo donati vulgo leguntur Parisienses Comites, aut qui regiones adjacentes vel Comitibus vel Ducibus titulo regebant, quod ii præcipuum in Regum aula auctoritatem possiderent, et Francorum in hisce tractibus duces essent: unde postea Parisiensi tractui data Franciæ peculiaris nomenclatura, quam hodie *l'Isle de France* appellamus, quod ejus fines Ligeri et Sequana fluviis majoribus concluderentur; tametsi pro Regum nostrorum indultu interdum ii longe ultra producti legantur. Primus autem hac dignitate donatus

ROBERTUS cognomento *Magnus* ann. 861. ut est apud Reginonem lib. 2. cui successit

HUGO cognomento *Magnus*, et *Abbas*, filius, ut est apud eundem ann. 867. isti vero

Odo Roberti perinde filius quem Comitem Parisiensem vocat Abbo de Bello Parisiaco pag. 502. et vetus Charta apud Hemerum de Academ. Paris. pag. 10. postmodum Rex Franc. dictus ann. 888.

ROBERTUS, ejusdem Odonis frater, Dux et Marchio Franciæ, Rex pariter dictus ann. 922.

HUGO Magnus, Comes Parisiensis, a Ludov. Rege *Dux Franciæ* dictus ann. 943. Hugo Flaviniac. hoc ann. Hist. Episcoporum. Antisiod. cap. 45. Beslius pag. 239. 241. 247.

HUGO CAPETUS, iisdem quibus pater donatus dignitatibus ann. 960. Flodoard. ann. 948. 960. Chronicon S. Albini ann. 987. Ademarus pag. 164. etc. Rex deinde dictus, tertiæ quæ hodie feliciter regnat Regum Franciæ stirpis auctor.

**DUX PALATII**, in Gestis Dagoberti I. cap. 31. et apud Fredegarium in Chron. cap. 74. ubi de Adalgiso Duce Palatii Sieberti Regis. Vide *Major domus*.

\* **SUMMUS DUX Longobardorum**, semel et iterum in chart. antiq. in Chron. Vulturn. ap. Murat. Script. tom. 1. part. 2. pag. 350. sqq.

**DUX IMPERIALIS CURIÆ** Acerbus Morena Laudensis civis dicitur in ejus Historia Rerum Laudensium pag. 118.

† **DUX ALBUS POLONIE** vocatur Wladislaus Casimiri III. ex fratre nepos in Epitaphio quod videtur ejus tumulo incisum in Ecclesia S. Remigii Divionensis. Obiit ann. 1398. 1. Kal. Martii.

\* **DUX ET EPISCOPUS BOHEMORUM** inscribitur Henricus in Charta ann. 1197. qua varia concedit privilegia abbatiæ Teplensi, inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 572.

\* **DUX VERBORUM**, Orator, procurator. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Worthalter*, col. 2132.

\* **DUXILE**, Agger, vel peribolus, Gall. *Parapet*. Charta ann. 1192. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 87: *Dicunt scilicet, quod canalus novus mittatur in veterem juxta Duxile de Sancto Madrone... et Duxile, quod est super fossam civitatis, per duas partes unius brachii rationis abasetur*. Stat. Mutin. rubr.

1. pag. 1: *Statutum est quod potestas teneatur circas civitatis Mutinæ cavari, facere et captari, et clavigas et Ducilia canalium super circas transeuntium de lapidibus sive de muro fieri facere.*

† **DUZENA**, Duodecim, Gall. *Douzaine*. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 282. Vide *Dozena*.

† **DYAGRIDIUM**, Scammonia, Planta crescens in Asia, quæ excavata succum emittit quem vocant *Scammonium*, Gall. *Scammonée*. Sallas Malaspinæ lib. 1. Rer. Sicul.: *Tritum adamantem cum pulvere Dyagridii in aqua chysteris immiscuit et illa ventrem spicticum intrinsicus irrigavit. Adamas enim violentissime fertur esse (f. ex se) nec sine ponderositatis fortitudine penetrando fortia: Dyagridium vero, quod alias dicitur Scamonea resolvit omne quod tangit.*

\* **DYALAGIUM**, f. pro *Halagium*. Vide *Dialagium*.

\* **DYAPEGANON**, *Dyapiganon*, id est, de pigano, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passio. cap. 140: *Similiter autem et peganis, quam quidam Diapiganon appellant satis in profundo potest flegmonem digerere per se.*

\* **DYAPPRE**, **DYAPRETUM**, Panni pretiosioris species. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg: *Item alia casula, dalmatica et tunica de Dyapreto albo ad moletas*. Aliud ann. 1876: *Una tunica de Dyappre albo ad moletas*. Invent. Gall.: *Item un autre chasuble, dalmatique et tunique de Dyapre blanc à mollettes d'or*. Vide *Diasprus*.

\* **DYAPULA**, *Radier*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Asseris species, Gall. *Madier*.

† **DYLLA**. Charta Osheri Reg. Huuiciorum circa ann. 692. apud Hiccesium tom. 1. pag. 169: *Dabo terram quæ dicitur Penlanham quindecim tributariarum cum Dylla uui 6 u caratas*. Vide *Dolæ*, cui dylla affine satis videtur, cum y Saxonico pronuncietur oi, teste Hiccesio pag. XII. Præfat. ad Grammat. Anglo-Saxonicam.

† **DYMACHÆRUS**, Qui duobus gladiis seu *machæris* pugnat. Vide locum in *Assidarius*.

\* **DYNAMIDIUM**. Vide *Dinamidia*.

† **DYNDIMA**. Vide *Dindimum*.

\* **DYNERIVM**, Pastus, procuratio, prandium, Gall. *Diner*. Charta ann. 1260. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Concedimus quod dicti religiosi ex nunc perpetuum liberi sint et immunes a quodam Dynerio seu prandio, in quo ipsi in domo sua de Monteclain villæ perpetuo termino de Castroforti annuatim tenebantur*. Vide supra *Disnare* 2.

† **DYOCESIANUS**. Vide supra *Diocesianus*.

† **DYOPASTIS**. Vide *Diapistus*.

† **DYPTITIUS**. Vide post *Diptycha*.

† **DYRRACHIUM**, *Discidium*. Fridegodus in Vita S. Wilfridi cap. 46:

Intestina Pater postquam Dyrrachia planxit, Ad vicina redit lentis habitacula plantis.

\* **DYSIS**, Occasus, plaga occidentalis, Gr. δῦσις. Vita S. Neoti tom. 7. Jul. pag. 320. col. 2: *Qui (Neotus) licet.... moraretur in partibus ab anatole atque mesembria ex opposito remotissimis, sub glaciali tamen Dysis algore, fidei atque caritatis semper ferbuit ardore*. Vide *Disis*.

\* **DYSPEPSIA**, a Gr. δῦς, difficultas, et πῆψις, concoctio, Depravata alimenti concoctio, Gall. *Indigestion*, ut notant docti Editores ad Glor. posth. S. Rosæ tom. 5. Aug. pag. 1006. col. 2. *Beatrix*



de Montoya sanctimonialis, stomachi Dyspepsiam annis viginta passa, demum con-

vulsionum atrocitate ad extrema properebat, etc.

† DYSPNIA. Δύσπνοια, Difficultas anhelitus. Vide Suffugium.

## E

## EAH

E. LITTERA numeralis, quæ 250. designat. Unde versus :

A quoque ducentos, et quinquaginta tenebit.

E. in superscriptione Cantilenæ, ut æqualiter sonetur, eloquitur. Ita Notkerus Balbulus Opusc. Quid singulæ literæ in superscriptione significant Cantilenæ. Vide A.

E pro A interdum ponitur, ut Condemnetus pro Condemnatus, in Privilegio ann. 696. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. xvii. Ebonnatus pro Abonnatus. Insuper pro Ai, ut Esantia pro Aisantia. Passim pro Æ quia similis est pronuntiatio. Sæpe etiam pro I, ut Basileca, pro Basilica, Possedere pro Possidere, et apud Antiquos Amecus pro Amicus : etiamnum promiscue scribitur Eis et Iis, Deis, et Diis.

E, Præpositio vel privativa, ut Enevervis ; vel intensiva, ut Enarro, vel pro Extra, ut Educo. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

EADELINGUS, [Nobilis.] Vide Adalungus.

EAGIUM, Ætas, nostris etiam alias Eaige, pro Age. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 250 : Convenerunt quod Constancia de Fuco, domina Mirapicis, habeat et ad ipsam pertineant dispositio et regimen personæ, familiarium, sumptuum ac expensarum Gastonis de Levis, filii sui minoris Eagio. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 100. v. col. 2 : La forme de Saint Marc fu tele, lonc nés, sourciz vaultis, biaux par iex (yeux); les cheveux cerceles, longe barbe, de très bele composition de cors, de moien Eaige. Vide supra Aagiatus et Aagiatio.

Eahtayn. Leges Ethelredi Regis Angli. cap. 6 : Et si Eahtayn occidatur, pertineat infractio pacis intra Curiam, vel

## EAS

adjacentias ejus, Eahtayn personatur plena vera. Ubi Somnerus Eahtayn, octo homines, vel numerum hominum octonarium interpretatur. [\* Fœdus Anglorum et Danorum cap. 5. § 2. in Anglo-saxonico eahta mon.]

EALAHUS, Anglo-Saxonibus, Caupona, vel popina : ab Eale [vel Eala] cerevisia, et hus, domus : unde Anglis Alehouse, pro computationis domo. Occurrit hæc vox in Legibus Aluredi Regis West-Saxiæ.

EALD, Saxonice, Vetus, antiquus ; unde Johannes Abbas Æthelingiensis dictus genere Eald-Saxo, hoc est, ex veteri Saxoniam, in Actis SS. Benedict. sæc. 4. part. 2. pag. 507. et 508.

EALDORMANNUS, a Saxonico Ealdorman, Senior, Senator, Tribunus, Comes, Præfectus provinciæ. Consessus Episcopi cum Comitæ vel Ealdormanno, apud Hiccesium in Dissert. Epistol. pag. 4. Vide Aldermannus.

EALSCOP, Cerevisiæ confector, Cerevisarius : vox Anglo-Saxonica. Leges Presbyterorum Northumbrensiis cap. 41 : Si Presbyter ebriosus, aut scurrilis, aut Ealscop fuerit, compensato. [\* In Anglosaxonico Ealscop, quod Bosworthus male interpretatur an aleshop, alehouse, scop enim hic est Poeta, unde eala-scop, Qui in cauponis cantilenas canit, jocularior.]

EARINUS, Gr. ἐαρινός, Vernus, ab ἔαρ, Ver. Tertull. de Habitu mulier. cap. 8. Earinæ oves, id est, Vernæ, virides. Martiali Earinus nomen est formosi adolescentis ab eadem origine.

EASTINTUS, Natus ex Orientali plaga, a Saxon. Eastinne, Orientalis plaga vel regio, ab East, Oriens et Inne, Cubiculum, caverna, cella, et per translationem, plaga, regio. Leges Edwardi Senioris : Si sit Eastintus, si sit Nor-

## EBB

thintus, emendet, sicut scriptura pacis continet. [\* Concil. Exoniens. cap. 7. § 3 : Gif hit sy her inne, gif hit sy east inne, etc. Sive sit in hac, sive sit in orientali, sive sit in boreali parte regni, etc. East, Oriens, orientalis plaga, in ne, In, intra, quod sæpe post substantivum ponitur.]

EAUER, Aqualis, Angl. Ewer, Gall. Aiguierre. Testamentum anni 1386. apud Th. Madox Formul. Angl. pag. 427 : Thomæ filio meo xxiiii. discos argenteos, xii. saucers, ii. bacynes et ii. Eawers, etc.

EBAL, Acervus lapidum. Vocab. Susannæi.

EBANUS, Ebenus, Ital. Ebano, Gall. Ebene. Invent. MS. thes. Sedis apostol. ann. 1295 : Item quatuor cassedulas de ebore fractas, et unam de Ebano garnitam de argento.

EBATUM, a veteri Gallico Ebat, Delectatio, oblectamentum. Charta ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 261. col. 1 : Quia plerumque, tam ipsæ moniales quam cives, manentes et habitantes civitatis Nemausi, ad umbras ipsarum salicum acciperent placitum et Ebatum.

EBBA, Refluxus, recessus maris, Anglis Ebbe. Bracton. lib. 4. tract. 1. cap. 5 : Si extra regnum in peregrinatione fuerit, ... dilationem habebit 40. dierum et duorum floddorum, et unius Ebbæ, quia de ultra mare, etc. Lib. 4. tract. 3. cap. 3. §. 1 : Habebit spatium de ultra mare 40. dierum et unius Ebbæ et unius fluctus. Lib. 5. tract. 2. cap. 2. §. 3 : In quibus essoniis dabitur delatio ad minus 40. dierum et unius stud et unius Ebbæ. Vide Briton. pag. 115. v. [\* De etymo vide Grimm. Gramm. Germ. tom. 3. pag. 384.]

Hinc Normannicum adagium, ubi de bonis male partis quæ male dilabuntur, sermo est : Tout ce qui vient d'Ebe,

s'en retournera de flot. Rectius dicerent : ce qui vient de flot, s'en retourne d'Ebe, ut monet de Brieux in Origin. Vide Ledo. Nostris *Ebée* dicitur, Valvula canalis aquarii, vulgo *Vanne*. Lit. remiss. ann. 1444. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 142 : *Icellui Henriet ala sur la chaussée dudit estang, pour lever l'une des Ebées ou vannes du moulin.*

\* **EBDOAS**, [Spacium VII dierum, DIEF.]

† **EBDOMADA** PENOSA, Hebdomada Sancta, *Pœnalis*, quæ præcedit diem Resurrectionis Christi ; Gall. *Semaine penuse*. Chron. Britan. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 359 : II. *Nonas Aprilis IV. feria de Ebdomada quæ dicitur Penosa.*

\* **EBDOMADALIS**, pro *Hebdomadalis*, qualibet septimana recurrens. Charta Caroli C. ann. 886. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 347 : *De mercatis annalibus in supradictis locis medietas, et de Ebdomadalibus summa integritas.*

† **EBDOMADARIUS**. V. *Hebdomadarius*. † **EBEARE**, Beatitudine privare. Onomast. apud Martinum : *Ebeo, ἀπομαρμαρξίζω*. Perottus in Epigr. 115. Martialis : *Ebeo, Beatitudine privo, cuius passivum Ebeor, a quo Ebeati dicuntur, qui felicitate aliqua ceciderunt.*

**EBEDIU**, Tributum Cambrobritannis notum, quod Nobilium heredes capitali provinciæ Domino post mortem antecessorum suorum pendunt, aedeundi patrimonii causa, quod nostris *Relevium*. Ita Spelmannus ex Cod. Landavensis Ecclesiæ, ubi plura. [\* Occurrit pluries et semper *amobragio* conjunctum in Composit. inter Abbatem de Enlly et Canonicos secular. de Aberdaron. ann. 1201. in Ellis Leges et Consuetudines Walliæ, pag. 252.]

† **EBENINUS**, Coloris ebeni. Vita S. Dunstani, Maii tom. 4. pag. 346 : *Horum apicellorum tenuem congeriem, vix Ebenina titulatione styloque fuscanti concretam.* Hic doctissimus Editor : *Ebenina titulatione indicari puto scriptionem per atramentum ; est enim Ebum colore nigrum.*

**EBEREMURDRUM**, vel **ABEREMURDRUM**, Murdrum manifestum, seu *apertum murdrum* : a Saxonico *æbere*, id est, probatum, vel manifestum ; et *mord*, murdrum, homicidium. Eiusmodi autem habebatur crimen istud, ut de eo componere non liceret, seu data pecunia ac emenda illud exiari ac redimere : et ut est in Legibus Canuti Regis cap. 60. apud Bromptonum, *Eberemurder inemendabile erat.* [\* cap. 61. in Anglosaxon. distincte *æbere mord*.] Leges Henrici I. cap. 12 : *Ex his placitis quædam emendantur centum solidis, quædam, vera, quædam wita, quædam non possunt emendari quæ sunt Husbreche, et Bernet, et Openthef, et Eberemorth, etc.*

† **EBIBATUS**. Vide *Epibata*.

\* **EBIDIS**, Pauper. Libell. de Rem. peccat. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 47 : *Qui per fraudem comedit (morticinum) et scit, et est inops et Ebidis, vij. diebus pœniteat.* Vide *Ebiones*.

\* **EBILUSTRUM**, [Bis gemina lustria sc. xx. anni. DIEF.]

† **EBIONES**, *Pauperes*. Vet. Onomast. San-Germ. num. 501. [\* Vide Isidor. Orig. lib. 8. cap. 5. sect. 36.] Est ab *Hebræo* עביון, Pauper : a quo et *Hebionitæ* hæretici, qui ut habet S. Hieronymus in Isaïam 66. pro humilitate sensus nomen Pauperum susceperunt. Asserebant Christum esse purum hominem, ut ce-

teros et viro et muliere natum, Legemque Mosaicam necessario observandam.

† **EBIS**. *Gurdus*. Papias. Forte pro *Hebes*.

\* **EBITAFFIUM**, pro *Epitaphium*, in Chron. Laresham. ad ann. 795.

\* **EBITUDO**, pro *Hebetudo*, in Præfat. ad Lib. Agani ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Opus hujus libelli ex privilegiis, usque nunc distuli per ordinem colligendo edere, cum propter Ebitudinem mei ingenii, vel rusticitatem inculti sermonis, etc.*

† **EBIYMUM**. Vide *Embrymium*.

\* **EBOLITURA**, A Gallico *Eboulement*, Dijectio, ruina. Charta locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252 : *Item in cambiis, in custodia et Ebolitura seu ruptura chiminorum, etc.*

\* **EBONNAGIUM**, Jus quod majoribus villarum maxime competit in defigendis bonnis seu metis in terris vassallorum. Charta Phil. V. pro abbat. Regalislochi ann. 1317. in Reg. 76. Chartoph. reg. ch. 292 : *Tradimus etiam eisdem vendas, cirothecas et Ebonnagia, quæ ratione fundi terræ ad dictam majoriam noscuntur quomodolibet pertinere.* Ita quoque legitur in Chartul. dictæ abbat. part. 1. ch. 46. Vide *Bonnagium* in *Bonna* 2.

† **EBONNATUS**, Determinatus, definitus, Gall. *Abonné*. Bulla Adriani IV. Papæ in Chartulario S. Crispini Suesion. : *Duos cereos trium librarum, dimidium sextarium olei et acerram thuris Ebonnatis.* Charta Curia Noviom. in eodem Chartul. : *Tertia parte ejusdem terræ, scilicet duabus bovariis in una parte metatis et Ebonnatis.* Vide *Abonnati*.

**EBOR**, pro *Ebur*. Lucas Abbas Montis S. Cornelii in Cantica Canticor. : *Ebor quandiu carne obtegitur, non apparet pretiosus.*

† **EBORARIUS**, Artifex eboris, in L. I. Cod. de excusatione Artificum. (10, 66.) Vet. Inscriptio apud Grut. pag. 63 : *L. Plotio Sabino Eborario.* [\* *Eburarius*, in Cod. Theod. eod. tit. const. 2. (13, 4.) et in Inscript. apud Murator. 947. 6.]

**EBORATUS**, *Eburneus*, *eburnus* : occurrit apud Sidon. lib. 8. Epist. 8. 12. *Eburati lecti, Eburata vehicula*, apud Plautum.

\* **EBORS**, quid sit declarant Statuta Astæ pag. 88. r. : *Nullus possit laborare de lana curta, quæ appellatur Ebors, nisi quod poni possint et valeant libræ tres pro una quaque pecia.*

† **EBRALDUM** MUTUUM, Idem quod *Coactum*. Vide in *Mutuum*.

\* **EBREX**, [Senex. DIEF.]

† **EBRIAMEN**, Liquor qui potest inebriare. Tertullianus de Jejunio cap. 9 : *De Samuele mater, Et vinum, inquit, et Ebriamen non bibet.*

† **EBRIARE**, Inebriare. Macrobius lib. 7. Saturn. 6 : *Mulieres raro Ebriantur.* Ampelius cap. 12. de Signis : *Quibus vinum dedit, Ebriati sunt.* Vita MS. Winwaloei : *Furioso guttis invidia venenosis, quasi vino, per cuncta viscera Ebriato, etc.*

\* Nostris alias *Yvraing*, pro *Ivresse*, *Ebrietas*. Charta Joann. ducis Brit. ann. 1493. ex Bibl. reg. : *S'il y a aucun desditz chappellains en Yvraing continuel, etc. Unde Yvroin, pro Ivrogne, Ebriosus.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 219 : *Lequel Jehan a tousjours esté homme de petit gouvernement, Yvroin, riotoux et mesdisant. Yvraisse et Yvresse dixerunt de muliere ebria.* Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 60 : *Icelle Ysabel a esté tousjours Yvresse une fois ou deux chascun jour.*

*Aliæ ann. 1404. in Reg. 158. ch. 862 : Laquelle femme estoit de très-mauvaise vie et deshonneste, et avec ce estoit souvent Yvraisse.* Hinc *Yvrois*, ad *ebrium* pertinens, in aliis ann. 1385. ex Reg. 126. ch. 225 : *Icellui Guilloit, qui estoit tout yvres, ... leur respondi en Yvrois que ce lui avoit fait Robin.*

\* **EBRIOLATUS**, [Ebrius. *Laber*. apud Non. 2. 306. *Ebriolati* mentem hilarem accipiunt. Adde *Plaut. fragm. ibid.* ubi Non. habet *ebriacus*, alii *ebriatus*.]

† **EBROS**, *Ebroicæ*, Urbis Normanniæ, Gallicæ, *Evreux*. Comitissa de *Ebros*, pro *Ebroicensis*, bis legitur apud Rymerum tom. 5. pag. 617. col. 1.

† **EBULLARE**, Sigillum litteris apponere. Vide post *Bulla*.

**EBULLIRE**, metaphoricè, Cum abundantia et copia erumpere. Tertull. lib. de Idololatria : *Priusquam hujus monstri artifices Ebullissent, sola templa et vacuæ ædes erant.* In Scorpiano : *Tunc omnes martyriorum refragatores Ebulliunt.* Regula Magistri cap. 54 : *Intrantum ad oratorium fratrum examen Ebulliat.* Historia Translat. S. Sebastiani cap. 11 : *Evangelizans omnibus quaquaversum ad Sancti exequias Ebullientibus.* Will. Brito lib. 1. Philipp :

Certantes caveis simul Ebullire videres.

Lib. 7 :

Quos ubi nostra cohors videt Ebullire deorsum.

Vide *Vitam S. Deicoli Abb. cap. 8.* [Capitulare ann. 794. cap. 13 : *Experimento enim didicimus, in anno quo illa valida fames inrepsit, Ebullire vacuas anonas a dæmonibus devoratas, et voces approbationis auditas.*]

**EBULLIUM**, Ebullitio, Gall. *Bouillon*. Vetus Scheda apud Mabillonium tom. 5. Sanctorum Ordin. S. Benedicti pag. 68 : *Anno 1149. Deo permittente et volente pios martyres manifestare, e loco in quo sepulti jacebant, scilicet sub lapide Presbyterii, Ebullium sanguinis exiivit, etc.* Infra post : *Secundum Ebullium, etc.*

† **EBULUM**, ἐλλέβορος, *Helleborus*. Supplement. Antiquarii.

\* **EBURATUS**, [Ebone ornatus. *Plaut. Stich. 2. 2. 53. Lecti Eburati, aurati. Id. Aul. 2. 1. 46. Eburata vehicula. Lamprid. Elagab. 4. Sella Eborata, an argentata.* Adde *Varr. apud Non. 8. 254.*]

\* **EBUTARIUS**. Charta immunit. pro monast. S. Galli apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 961 : *Cunctos vero Ebutarios vel consules, qui res suas tradiderunt eidem ecclesiæ, vel antea tradituri sunt, in perpetuo suo (sub) defensione ejusdem ecclesiæ per hanc nostram auctoritatem consistant.* Ubi legendum suspicor, *Tributarios vel censuales.*

† **EBUTYRATUM** LAC, Ex quo *butyrum* expressum est, in Medicina Salern. pag. 201. edit. 1622.

† **ECANTARE**, Vana spe deludere, verbis fallacibus lactare. Epistola Anonymi ann. 1204. de capta urbe Constantino-pol. inter *Anecd. Marten. tom. 1. col. 785* : *Quo facto, juvenis Imperator Ecantavit nobis, quod toti exercitui per annum integrum victualia largiretur, et quod decem millia equitum ad annum Terræ Sanctæ succursum ad sumtus suos haberet.*

\* **ECBASIS**, [Figura est, Latine excursus, seu digressio, cum ab oratione instituta obiter ad alia excurretur. *Serv. ad 2. G. 209.*]

**ECBOLUM**. S. Augustinus in *Breviculis* collat. 3. cap. 13 : *..... Missos peterent divinos Codices excurendos, .... et qui ab eo vellent aliqua Ecbole, aut quocunque*

accipere, etc. Occurrit rursum cap. 15. ubi Interpres putat *Ebolium* hic sumi pro parte, aut fragmento divinorum Codicum, quos integros tradendos a Christianis imperabant Tyranni.

† **ECCENTROS**, ἑκκεντρος, Habens centrum a centro terræ diversum. Utitur Martianus Capella.

† **ECCENTRICUS**, ἑκκεντρικός, Eadem notione, apud Astronomos.

\* **ECCERERE**, *Ecce, per Cererem*, in vet. Glossar. ex Cod. Reg. 7618. *Eccere*, apud Plaut. et Terent. Vide *Eccire* et Meurs. lib. 1. Exerc. critic. pag. 21.

\* **ECCHEUMA**, [Effusio: a χέω, fundo. Plaut. Pœn. 3. 8. 87. Ibi te replebo unguentum *Eccheumatis*.]

† **ECCIRE**, ἰδοῦ, *Ecce*. Gloss. Lat. Gr. Sangerm.

1. **ECCLESIA**. Gloss. Lat. Gr.: *Conventus*, Ἐκκλησία. Gloss. Lat. MS. Regium: *Ecclesia, Evocatio, vel collectio, conventus*. Gloss. MSS. ad Canones Concil.: *Ecclesia, Convocatio*: [Lib. 1. Maccab. 3. 13: *Congregavit Judas congregationem fidelium et Ecclesiam secum*.] Amalarius lib. 3. de Eccl. offic. cap. 2: *Ecclesia est convocatus populus per ministros Ecclesie ab eo qui facit unanimes habitare in domo. Ipsa domus vocatur Ecclesia, quia Ecclesiam continet*. Epistola Cyrilli Alexandrini Patr. Alexandr. inscripta Aurelio et Valentino Episcopis et omni sanctæ Congregationi in Carthaginensi Synodo congregatæ sic clauditur: *Et alia manu, Deus et Dominus sanctam Ecclesiam, id est, congregationem custodiat*. Edictum Constantini et Licinii pro Christianis apud Lactantium lib. de Mortibus persecutor. num. 48. *Corpus Christianorum* vocat, quod Christiani ipsi *Ecclesiam*: *Quæ omnia corpori Christianorum protinus... tradi oportebit*. Et mox: *Quoniam idem Christiani non in ea loca tantum, ad quæ convenire consueverunt, sed alia etiam habuisse noscuntur ad jus Corporis eorum, id est Ecclesiarum, non hominum singulorum pertinentia*. Anonymus in 3. Rhetoricor. Aristot. pag. 165: Ἐκκλησία, λέγεται ὅταν συνδρομὴ γένηται πολλῶν χάριν τινὸς βουλῆς καὶ σκέψεως. Ammonius: Ἐκκλησίαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι τὴν σύνοδον τῶν κατὰ τὴν πόλιν. [Qua notione etiam Conventui Monachorum applicatur a S. Bernardo in Epist. ad Episc. Suessionensem tom. 1. edit. Mabil. 1690. col. 261: *Quod juris est Monasterii sui perdat propter verbum incaute a se inconsultaque prolatum, et absque Ecclesie suæ assensu*.]

Ita vocem hanc Græcam sumi passim notum est; sed postea pro loco ipso in quo congregationes fiunt, usurpari cœpit, proinde pro templo seu æde sacra publico pietatis exercitio et cultui divino destinata, in quam conventi fidelium cœtus. Quod nuperum non esse arguunt quæ leguntur apud S. Paulum 1. Cor. 11. Nam cum dixisset vers. 18. *Quum convenitis in Ecclesiam*, mox versu 20. repetens, *quum convenitis eodem loci indicans ἐκκλησίαν non tam denotare multitudinem eorum qui conveniebant, quam locum in quem conveniebant*. Et vers. 22: *Enimvero num domos non habetis ad edendum et bibendum? an Ecclesiam Dei contemnitis?* Ubi Ecclesia pro domo in quam convenitur sumi certum est. S. August. Epist. 157: *Sicut appellamus Ecclesiam, basilicam qua continetur populus, qui vere appellatur Ecclesia, ut nomine Ecclesie, id est, populi qui continentur, significemus locum qui continet, etc.* Idem in Quæst. super Levitic. lib. 3. quæst. 57: *Ecclesia dicitur*

*locus, quo Ecclesia congregatur, etc.* Gerardus Episcopus Cameracensis in Synodo Atrebatensi ann. 1025. cap. 3: *Porro ipsa domus idcirco vocabulum habet Ecclesie, quia continet Ecclesiam, id est populum convocatum ab eo qui facit unanimes habitare in domo*. S. Germanus Patr. CP. in Theoria Mystica: Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ, τέμενος ἁγίου, οἶκος προσευχῆς, συνάθροισις λαοῦ, etc. Lactantius lib. de Mortib. persecutor. num. 12: *In alto enim constituta Ecclesia ex palatio videbatur*. [\* Tertullian. de Idolol. cap. 7: *Tota die in hanc partem zelus fidei perorabit, ingemens Christianum ab idolis in Ecclesiam venire, de adversarii officina in domum Dei*. Vide etiam Forcellinum.]

Primæ Ecclesie Romæ a Beato Petro constructæ et consecratæ dedicationem referunt vetera Martyrologia die Kal. Aug. Quæ autem illa sit, et an adhuc perspersit, disquirunt in primis Franciscus Maria Florentinus ad vetus Martyrolog. Luca evulgatum exercit. 11. et Cardin. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 19. n. 1.

Primam vero Ecclesiam palam et publice a Christianis conditam, eam esse Romæ, quam S. Salvatoris vocant, tradit Nicolaus PP. Epist. 7. ad Michaelem Imp.: *Ecclesia Salvatoris, quæ ab auctore vocatur Constantiniana, et quæ prima in toto terrarum orbe constructa est*.

Prima denique in honorem Deiparæ ædificata, fuit Diopolitana, seu Liddensis, 18. milliarib. ab Hierosolymis, quam a SS. Petro et Joanne, ipsa adhuc vivente Deipara, ut et ejusdem in ea repositam imaginem a S. Luca depictam, testatur Joannis Damasceni seu Orientalium Synodica ad Theophylum Imp. pag. 115. De qua legendi præterea Simeon Logotheta in Leone Armenio n. 5. et Anonymus de imagine Deiparæ quam Romanam vocabant, apud Lambecium lib. 8. de Biblioth. Cæsar. pag. 890. Id alii Tortosæ seu Antaradò in Syria adscribunt: illic enim Ecclesiam divæ Virginis a Petro et Paulo cum Antiochiam properarent, propriis manibus ædificatam, ex veteri traditione scribit Willebrandus de Oldenburgo in Itinerario Terræ Sanctæ. Vide quæ de hac æde adnotamus ad Joinville pag. 98. Sed et in Tabulario Ecclesie Carnotensis exstat Charta Joan. Regis Franciæ ann. 1256. qua is memorat scriptum esse in libris antiquis ejusdem Ecclesie, eam ab antiquissimo tempore fundatam, videlicet adhuc vivente beata Maria virgine gloriosa. [Sed hæc ut credantur omnia, fide opus est, non Criticorum inquisitione.]

**ECCLESIA**, nude pro Cathedrali apud Procopium lib. 2. de Bello Persico cap. 9. ubi de Antiochenæ urbis directione a Chosroe Persarum Rege: Ἐς τὴν ἐπὶ ἀπὸ τῆς ἄκρας κατέβαιναν, ὅπερ ἐκκλησίαν καλοῦσιν. Et cap. 10: Ἡ μὲν οὖν ἐκκλησία, καθαιρεθείσης τῆς πόλεως, ἐλείφθη μόνη, etc.

† **ECCLESIA**, nude etiam pro *Parochia*. Charta ann. 1095. apud Lobinellum Hist. Britan. tom. 2. col. 145: *Pateat igitur donasse me S. Martino... mei juris Ecclesiam quam in parochia Redonensis Episc. sitam, in honorem B. Audoeni Archipræsulis Rotomag. exstructam, quam Ecclesiam de Revocaria vocant*.

\* Sic nostris etiam *Eglise*, pro Parochiæ districtu et territorio. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 1: *Icaux mariez, qui estotent taverniers, aleux boire et essaier en l'Eglise d'Ardin, qui est forte des vins de Mabile*

*Ratande*. Aliæ ann. 1406. in Reg. 160. ch. 353: *Jehan le Tellier estoit demourant en l'Eglise de Warmileouasses... et Martin le Tellier à Bulles, assez près d'icelle Eglise*. Yglise, pro *Eglise*, non semel in Testam. ann. 1317. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 379.

† **ECCLESIA**, Domus, ut videtur, Curionis, Gall. *Le Presbytere*. Canones Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 4: *Nemini Clericorum auferri debet locus quem anni circulo inhabitaverit, super quem Ecclesiam, id (id est) domum suam ædificaverat... In hac Synodo judicatum est: In quocumque loco Sacerdos ædificaverit Ecclesiam suam, id (id est) domum suam in uno anno, hæreditas ejus erit sempiternum*.

\* *Eglise*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 117: *Le suppliant et son compagnon entrerent dedans l'Eglise, en laquelle ils trouverent une femme, qui se disoit chambrière du curé dudit lieu de Bricy, couchée en ung licet, etc.* Eodem nomine appellatur Eremitæ habitaculum, cui scilicet capella seu sacellum adjunctum est, in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 195. ch. 151: *Ung hermite qui... faisoit sa demeure en une petite Eglise, nommée Notre Dame de Primecumbè... près Sommieres*.

† **ECCLESIA**, Monasterium. Charta anni 1176. apud Miræum tom. 1. pag. 713. col. 2. pro Monachis Marchianensibus: *Vinagium et pidagium de omni vino, quod Frutres ducunt ad Ecclesiam, ad opus suum, per transitus nostros libere transire et nihil omnino a ductoribus vini exigere, etc.* Charta ann. 1166. Hist. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 54: *Ego Ansoaldus Dei patientia Compendiensis Ecclesie humilis minister*. Idem infra dicitur Abbas Compendiensis. Statuta MSS. Augerii II. Episc. Conseran.: *In virtute sanctæ obedientie præcipimus, ne aliquis Monachus solus absque uno saltem Monacho socio in villis seu Ecclesiis commoretur, id est, Prioratibus, a majori Monasterio fere pendentibus, quo mitti solebant Monachi, vulgo dicti Obedientarii*.

\* Charta Auberti Latiniac. abb. ann. 1228. in Chartul. Campan. fol. 280. col. 1: *Cum discordia verteretur, inter nobilem virum Theobaldum illustrem comitem Campaniæ et Briæ palatinum ex una parte, et nos ex altera, super gisto quod idem comes dicebat se habere pro voluntate sua in Ecclesia nostra, quotienscumque ad Ecclesiam veniebat: tandem pro remedio animæ suæ et antecessorum suorum admensuravit idem gistum ad centum libras Pruviniensis monetæ... Concessit supradictus comes... duos matricularios in Ecclesia, unum carpentarium, etc.*

\* **ECCLESIE APOSTOLICÆ**. Vide *Apostolicæ Ecclesie* et librum de Concordia S. et 1. lib. 7. cap. 17. § 6. et 7. et cap. 4. § 7. Cangio sunt Cathedrales omnes, Petro de Marca, Quas apostoli fundaverant.

\* **ECCLESIA ARTICULARIS**, Ab alia dependens, alterius membrum, capella, apud Leuckfeld. in Antiq. Walckenried. part. 1. cap. 12. pag. 179. ubi inter privileg. ord. Cisterc. illud recensetur: *Tam in Ecclesiis nominari capitalibus, quam in Articularibus sive capellis*.

**ECCLESIE BAPTISMALES**, ubi baptisimus celebratur, ut est apud Attonem Episcopum in Capitul. cap. 20. Walafridus Strabo lib. de Reb. Eccl. cap. 30: *Presbyteri plebium, qui Baptismales Ecclesias tenent, et minoribus Presbyteris*

præsent. Occurrit passim, in Concilio Vernensi ann. 753. Meldensi ann. 845. can. 48. Ravennensi sub Joanne VIII. can. 12. in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 17. 24. 29. tit. 10. § 4. [\*\* Pippin. 1. 18. 26. Lothar. I. 84.] et lib. 3. tit. 47. in Capitulis Caroli C. tit. 41. cap. 11. [\*\* Synod. Pontigon. ann. 876: *Ecclesias Baptismales quas plebes appellant.*] in Hist. Pergamensi tom. 3. pag. 399. etc. [Quibus in locis per *Ecclesias Baptismales* fere debent intelligi *Parochiales*; quamvis et æliæ principales quandoque possint intelligi, in quibus bis in anno, in Pascha scilicet et Pentecoste solemniori ritu Baptisma conferri consuevit.] [\*\* Charta Hugon. abb. S. Dion. in Chartul. episc. Paris. fol. 29: *Mauricius Parisiensis episcopus in Novavilla beati Dionisii... Ecclesiam Baptismalem ædificandam nobis benigne concessit, et ut circatas et sinodalia, et cetera parochialia debita episcopo et archidiacono persolvat, et fontes, et cimiterium, campanas et cetera parochialia absque omni exceptione, sicut matrix et baptismalis Ecclesia obtineat, et proprii sacerdotis præsentia gaudeat.*] [\*\* Vide *Baptisterium, Ecclesia Baptismalis.*]

\* ECCLESIA CAPITALIS, Aliarum caput, a qua aliæ dependent. Vide supra *Ecclesia Articularis.*

ECCLESIE CARMINALES, quæ vulgo *Parochiales*. Charta Caroli III. Imp. et Ludovici Imp. ann. 908. apud Cælestinum et Ughellum in Episcop. Bergomensib.: *Monasteriis, Xenodochiis, vel Ecclesiis baptismalibus, aut Cardinalibus, seu Oraculis, etc.* Vide *Cardinalis.*

ECCLESIA CASTELLANA. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 499: *Goisfredus autem Gomercii municipis eundem cum thesauro, quem ferebat, honorifice detinuit, et magistratum Castellanae Ecclesiae, ubi 4. erant Canonici, usque ad mortem concessit, id est, Ecclesiae, quæ in Castello erat: diversa ab ea, quam vulgo Extramuraneam vocabant.*

ECCLESIA CATHEDRALIS, Episcopalis, qua Episcopus sedet in *Cathedra*. Vide Concilium Tarraconense ann. 516. can. ult. et in voce *Cathedra.*

ECCLESIA CATHOLICA, dicitur nostris quæ in toto orbe diffunditur, *quam generaliter omnes amplectuntur*, ut est apud Optatum lib. 1. et in Decreto Julii I. PP. apud Ivon. lib. 1. Decret. *quæ per totum terrarum orbem diffunditur*, ut ait S. Augustinus Epist. 107. *Quod ejus cultus per omnes pene mundi terminos emanavit, Catholica vel universalis vocatur*, ut Boetius lib. de Sancta Trinitate. *Non enim*, inquit Isidorus lib. 8. Orig. cap. 1. et lib. 1. Sentent. cap. 19. n. 6. *sicut conventicula hæreticorum in aliquibus regionum partibus coarctatur, sed per totum orbem terrarum dilatata diffunditur.* Adde eundem lib. 1. de Ecclesiasticis officiis cap. 1. Marius Mercator lib. Subnotat. cap. 9. § 7. pag. 33: *Ecclesia universalis, quam Græco sermone Catholicam dicimus.* Vincentius Lirinens. Commonitorio I: *In ipsa Catholica Ecclesia magnopere curandum est, ut id teneamus quod ubique, quod semper, quod ab omnibus creditum est; hoc est enim vere propriæque Catholicum, etc.* Et cap. 25: *Catholicum vere esse ait, qui in fide fixus et stabilis permanens, quicquid universaliter antiquitus Ecclesiam Catholicam tenuisse cognoverit, id solum sibi tenendum credendumque decernit.* Scribit Lactantius lib. 4. cap. 30. singulos cætos hæreticorum existimasse suam esse Ecclesiam Catholicam, et Catholicos vo-

luisse videri et dici, cum primam hanc esse Ecclesiam Christianam conditionem pro certo habere: sed cum id probare haud possunt, eo res veniebat, ut eandem nostris tandem ulro concederet; quod non semel insinuat S. Augustinus lib. de Vera relig. cap. 7. lib. de Util. creden. cap. 7. et Contra Epist. Manichæi cap. 4. Hinc magna illa de hoc titulo Controversia inter Catholicos Romanos et Donatistas, de qua idem Augustinus lib. 3. Contra Crescon. in Brevic. Collat. 8. cap. 3. Epist. 48. 163. et alibi sæpe, Collat. III. Carthag. cap. 101. Optatus, Tertullian. et Pacianus Epist. 1. ad Sympronianum, cujus hæc sunt: *Ne æstues, Frater, Christianus mihi nomen est, Catholicus vero cognomen, etc.* Vide Gregorium Turon. lib. 6. cap. 40.

CATHOLICÆ nuda, dictæ olim Ecclesie Catholicorum, cum eas etiam hæretici ipsi hac appellatione agnoscerent. S. Augustinus contra Epist. Manich. cap. 4. *In Catholicæ*, inquit, *Ecclesie gremio me tenet ipsum nomen Catholicæ: quod non sine causa inter tam multas hæreses sic ista Ecclesia obtinuit, ut cum omnes hæretici se Catholicos dici velint, quærenti tamen peregrino alicui ubi ad Catholicam conveniatur, nullus hæreticorum, vel basilicam suam, vel domum audeat ostendere.* *Concilia Catholicæ*, in lege 1. Cod. de Episc. (1. 3.) id est, Clerus Ecclesie Catholicæ.

CATHOLICÆ dictæ præterea majores et Episcopales civitatum Ecclesie, quod omnium quodammodo essent, nec uni plebi addictæ, ut parochiales: vel quod eæ viris ac feminis paterent, ut etiam parochiales. Ita Epiphanius in Hæresi Arianorum majorem Ecclesiam urbis Alexandriæ καθολικὴν, ut Damascenam Theophanes ann. 2. Justiniani Rhinothemeti, Sophianam Ancyræ in Galatia Eleusium in Vita S. Theodori Syceotæ num. 58. 89. magnam Ecclesiam Ὁρθόδοξον Nicephorus lib. 15. cap. 22. vocat. Sed et auctor est Guilleterius, nuperus et eruditus Scriptor, in Athenis hodiernis pag. 214. 271. Ecclesiam ejusdem Urbis Cathedralē Catholicam vulgo a Græcis appellari. Sane in Vita S. Nili Junioris pag. 72. et 123. καθολικὴν ἐκκλησίαν Episcopalem vertit Caryophyllus. [\*\* Vide Marin. in Pap. Dipl. num. 75. not. 4. pag. 257. et Constant. in Epistol. Pontif. pag. 835. not. a et 1057.]

CATHOLICÆ ECCLESIE, dictæ etiam Parochiales. Jo. Diaconus in Episcopis Neapolitanis, in Sotere: *Hic Catholicam Ecclesiam beatorum Apostolorum in civitate constituit, et plebem post S. Severum secundum instituit.* Occurrit præterea in Bulla Benedicti VIII. PP. Ind. I. apud Ughellum in Episcop. Portuensib. tom. 1. pag. 139. [Hac etiam notione accipi videtur in Canonibus Hibern. tom. 4: *Anecd. Marten. col. 4: Quod si mundialis hominis pecunia ablata sit ab Ecclesia, et Ecclesia sit Catholica et ab omni censu libera, damnum Domino restituetur, et usura ejus erit Ecclesie.*] Apud Græcos virorum Monasteria et in eis constructa oratoria viris tantum, mulierum mulieribus patent; quod de Sanctimonialium Monasteriis omnino prodit Auctor Vitæ S. Nili Junioris pag. 70. Quod etiam apud Latinos obtinuisse in hisdem Sanctimonialium Monasteriis, seu potius oratoriis, ubi interdictum viris ingressum, præterquam Presbyteris ad agenda Missarum solennia, testatur Anonymus in Vita S. Liobæ cap. 1. ut vicissim mulieribus in Monachorum oratoria,

cap. 22. præterea Vita S. Theofredi cap. 9. Vita S. Leutfredi cap. 6. Anonymus in Mirac. S. Bertini lib. 2. cap. 12. etc. Vide Greg. M. lib. 4. Ep. 44. Eæ vero Ecclesie, quæ viris et mulieribus, quales sunt parociae, patent, καθολικὰ dicuntur, seu *generales*; atque hac notione usurpant passim, Synodus Trullana can. 59. Codinus de Offic. cap. 1. Leo Grammatic. pag. 459. 472. [Symeon Logotheta in Michæle n. 11.] Jo. Anagnosta de Excisa Thessalonica cap. 20. Vide Eleusium in Vita S. Theodori Syceotæ n. 35. præterea Gloss. med. Græcit. in Καθολικῆ. Sed et inde apud Messanenses, Ecclesia Græcorum etiam *Catholica*, nude appellatur, quicquid dicat Bonfilii Constantius in Messana lib. 3. pag. 21. Porro in majoribus civitatibus ab ipsis fere Christianismi initis, Presbyteri per singulas regiones erant dispersi, quo morientibus facilius subvenirent: qui quidem domicilia sua habebant juxta suam quisque Ecclesiam, ut est apud Epiphanium in hæresi Arianorum: atque inde origo variarum in urbibus Ecclesiarum parochialium.

ECCLESIA CEMETERIALIS, seu *Templum cemeteriale*, apud Lambertum Ardensem pag. 166: *Sepultus est in Templo Cemeteriali juxta sepulchrum uxoris suæ.*

\* ECCLESIA CIVICA, Quæ est intra civitatem. Charta ann. 1286. in Suppl. ad Miræum pag. 142. col. 1: *Retinentes nobis... medietatem oblationum, . . . quæ fiunt in denariis, . . . sive projiciantur vel ponantur in truncho infra Ecclesiam civicam, vel extra.*

\* ECCLESIA CHRISMALIS, Eadem quæ *Baptismalis* et *Parochialis*. Charta Mannass. episc. Aurelian. ann. 1158. in Chartul. S. Aviti: *Capellam illam, quæ est Coboliis (leg. de Esqueboliis) in villa beati Aviti, quæ usque ad tempus nostrum sine proprio sacerdote et sine cimiterio extiterat, crimalem constituentes Ecclesiam, proprium sacerdotem et cimiterium ei addicimus.*

† ECCLESIA COLLEGIATA, vel *Collegialis*, Quæ est *Collegii* Canonicorum. Voces Recentioribus notissimæ.

\* ECCLESIA CONVENTUALIS, In qua est collegium canonicorum vel monachorum. Vide in *Conventus* 5.

ECCLESIE CURIATÆ, PAROCHIALES, quibus præsent Curiones, apud Hermannum Lerbeckium in Chronico Comitum Schawenburgens. pag. 7. [Concilium Salmuriense ann. 1319: *Ad officium Archidiaconorum spectat examinatio Clericorum ad sacros Ordines et... ad Curatas Ecclesias promovendarum.* Vide *Curata Ecclesia.*]

\* ECCLESIA DECIMALIS, Quæ alteri decimam debet. Martyrol. eccl. Pistor. tom. 1. Biblioth. Pistor. pag. 54: *Ecclesia S. Vitalis est Decimalis et suburbana capituli majoris ecclesie Pistoriensis.*

\* ECCLESIA DECIMATA, Quæ jus habet percipiendi decimam. Charta Ludov. reg. Germ. ann. 905. inter Probat. Hist. S. Emmer. Ratisbon. pag. 97: *Tradidit idem Druant Ecclesiam decimatam, casam cum curte, etc.*

ECCLESIA DIOECESANA, Parochialis, in Lege Wisigoth. tit. 5. § 6. Vide *Diæcesis.*

† ECCLESIA DE DOMO, Italis Ecclesia Cathedralis quam vulgo vocant *il Duomo*. [\*\* Germanis etiam, præsertim in Archiepiscopi Coloniensis diocesi.] Vita B. Henrici Baucenensis tom. 2. Junii pag. 374: *Circa plateam Ecclesie de*

*Domo. Vide Domus 2. lin. Domus nude etiam, etc.*

ECCLESIAE EPISCOPALES, Majores, quæ sub dispositione Episcopi sunt. Ita interpretatur Savaro de Ecclesiis Clarmont. lib. 1. cap. 34.

\* ECCLESIA FILIALIS, Quæ alteri subjecta est, nec proprium habet sacerdotem. Charta Wernh. episc. Patav. ann. 1308. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 218. col. 2: *Annectimus... alterum medium juger vinearum ibidem, et duas Ecclesias filiales, etc. Vide Ecclesia mater.*

ECCLESIA FORENSIS, Parochia, respectu majoris Ecclesie. Chron. Montis-Sereni ann. 1151. de quodam Hallensis Ecclesie Canonico: *Qui Forensi Ecclesie jam per annos 14. præerat, mortuo Præposito substituere modis omnibus intendebat.*

† ECCLESIA IMPERATORIS, Imperatricis, et Comitum ac Vassallorum, in Capitul. Caroli Calvi tit. 52. eadem notione qua infra Regales.

\* ECCLESIA INCASTELLATA, Ad modum castri aut castelli munita. Constit. Petri I. reg. Aragon. ann. 1200: *Ecclesias quoque incastellatas sub eadem pacis et trevæ defensione constituimus.* Charta Jacobi I. itidem reg. Aragon. ann. 1268: *Ecclesias autem illas in hac defensione non ponimus, in quibus castella sunt facta.* Vide *Incastellare*.

\* ECCLESIA INRECONCILIATA, Vide infra *Ecclesia reconciliata*.

\* ECCLESIA LAICORUM, Pars ecclesie, quæ Navis dicitur, in qua laici consistunt. Constit. monast. S. Petri montis tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 437: *Sciendum autem quod in Ecclesia laicorum, quæ navis dicitur, loqui licebit de licentia de utilibus et honestis.*

† ECCLESIA LIBERA, id est, sine persona. Ita legitur in Charta Henrici Leodiens. Episc. tom. 3. nov. Gall. Christ. Instr. col. 154. Cum Episcopi Ecclesias Monasteriis concedebant, illas personatui obnoxias, aut ab illo Liberas interdum statuebant. Libera erant Ecclesie a persona, cum extincto pastoris seu personæ titulo hujusmodi Ecclesiis per Vicarios deserviebatur. Cum vero personatui erant obnoxie, Clericus deligebatur qui Ecclesie titulo et aliqua proventuum parte gaudebat, reliquo in Monachorum Canonicorumve usus concessio, qui illi Ecclesie Vicarium committendum curabant. Personatu autem vacante, rursum Ecclesia ab Episcopo impetrabatur per præstationem quamdam, *Altarium redemptionem*, vulgo nuncupatam.

\* ECCLESIA MAJOR, Eadem quæ *Matris*, Cathedralis. Charta Conradi episc. Traject. ann. 1088. in Batav. sacr. pag. 135: *Ut omnes ecclesie prædictæ matri Ecclesie sive majori prædictæ, perpetuis temporibus sint subjectæ.* Interdum a Cathedrali distinguitur, ut videre est mox in *Ecclesia minor*.

ECCLESIA MATER, pro Cathedrali in Synodo Romana sub Silvestro PP. cap. 17. in Concilio Islebonensi cap. 29. in Charta Brunonis Tullensis Episcopi, etc. *Ecclesia mater et capitalis*, in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 19. Dicitur etiam *Ecclesia Mater*, apud Rainerdum Abb. Cisterciensem in Institut. cap. 32. respectu *Ecclesie filie*, seu quam Ecclesia mater genuit, et quæ ab ea proflixit. Vide *Pater Abbas*.

ECCLESIA MATER, Eadem quæ Baptismalis, in Orig. Murensis Monasterii pag. 34. 35. *Mere Eglise de Paroisse*, in

Legibus vernaculis Willelmi Nothi cap. 1. Charta Hugonis Capeti Regis ex Tabulario Fossatensi fol. 13: *Videlicet Ecclesias duas, quarum una est mater Ecclesia (villæ Mansionum) in honore B. Remigii, et alia capella in honore S. Germani, etc.*

ECCLESIA MATRIX, Cathedralis, apud Gregorium de Verbor. signific. cap. 22. in Concilio Moguntino I. can. 8. Islebonensi can. 9. apud Ordericum Vitalem lib. 5. pag. 548. 551. etc. Agobardus de Privilegio et jure Sacerdotii cap. 12: *Nos ab Ecclesia non recedimus, nec spernimus Matrices Ecclesias: sic legendum puto pro nutritæ. Codex Canon. Ecclesie Africanæ can. 123: Εὗν ἐν τοῖς ματρικίαις, ἡγοῦν ἐν ταῖς καθέδραις, ἐπίσκοπος ἀμελής γένηται. Matrices cathedræ, in Concilio Africanis can. 90. Matrices nude pro Metropolitanis et Cathedralibus apud Ferrandum Diac. in Brev. cap. 11. 17. 38. [Innocent. III. PP. in Epist. ad Abbatem Alcobatiensem, Concil. Hisp. tom. 3. pag. 411: *Nos enim per Matricem Ecclesiam, Cathedralem intelligere volumus, non Romanam.*] [\* Vide supra *Ecclesie baptismales*.]*

ECCLESIA MATRICULARIS, Eadem notione, in Chartis Ludovici Pii Imp. et Ratoldi Episcopi Veronensis apud Ughellum in Episc. Veronensib. pag. 603. 604. 1072. et apud Helmodum lib. 1. cap. 90.

ECCLESIA MATRICIALIS, in Synodo Ravennensi sub Joanne VIII. cap. 12. *Matricialis*, in Epist. Alexandri III. PP. apud Baronium ann. 1148.

ECCLESIA MATRIX, Eadem cum Baptismali, [seu Parochiali] apud Urbanum I. PP. in Epist. decret. cap. 1. et Lindwoodum in Provinciali Cantuariensi Ecclesie lib. 3. tit. 13. Alexander III. PP. in Appendice Concilii Lateranensis III. part. 1. cap. 7: *Nec eos duas Matrices Ecclesias, quarum unam sufficere sibi videbitis, tenere permittatis.* Adde part. 5. cap. 3. [Hist. MS. Beccens. Monast. pag. 425: *Oratorium illud nunquam augmentabitur, nec in Capellam aut Matricem Ecclesiam convertetur.* Charta ann. 1139. tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 25: *Censui et censo; ut singula prædictæ Ecclesie sint Matrices Ecclesie... et Canonici possideant et procurent Ecclesiam de S. Romano ut Matricem, etc.* Altera ann. 1185. ibid. pag. 73: *Capellam quoque de Esbeliaco statuimus perpetuis temporibus fore Matricem Ecclesiam; ita quod de cætero Meldensis Episcopus in ipsa primum instituat Sacerdotem; Dominus Abbas S. Germani, secundum; Episcopus, tertium, etc.*] [\* Chart. ann. 1165. ap. Gudenum in Cod. Diplom. tom. 1. pag. 251. Alia ann. 1315. ibid. tom. 3. pag. 117: *Ecclesiam et villam in Husen, quæ Matrivi Ecclesie in Lychen filialis existit.*]

\* ECCLESIA MINOR, Quæ cathedrali subdita est. Charta ann. 1037. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. col. 444: *Per præceptum suæ confirmationis corroboravit omnem terram sui episcopii, tam ad matricem ecclesiam pertinentem infra et extra civitatem suam, quam ad cæteras Ecclesias majores et minores, videlicet plebes et capellas, sive monasteria ad prædictam ecclesiam respicientia.*

ECCLESIA OBEDIENTIALIS, quæ alteri Ecclesie subdita est. Charta Helie Barenensis Archiepisc. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 865: *Libertavit Ecclesiam omnium SS. in Cuti, et Obdientiales ejus, quas habet et habitura est.*

\* Pro Cella seu præpositura a nobi-

hori monasterio dependente, occurrit in Vita B. Bonfil. tom. 7. Sept. pag. 521. col. 1: *Præterea quædam Obdientialis Ecclesia erat ipsi monasterio in diocesi Fulginate, ad cujus regimen abbas et fratres de communi consilio transmittendum Bonfilium decreverunt.* Vide infra in *Obdientia 1*.

† ECCLESIA PAROCHIALIS, Cui Parochus seu Curio præest. Passim occurrit.

ECCLESIAE PATRIARCHALES ROMÆ, Summo Pontifici immediate subjectæ. Vide Baronium ann. 1057. n. 19. 20. 21.

ECCLESIA PER SE, nulli alteri Ecclesie subjecta, id est, quæ proprium Presbyterum habet, ad discrimen *Capellarum*, quæ sub Parochiis sunt. Hincmarus Remensis Ep. 7. ex Labbeanis: *Dicunt enim quia ex quo memorari ab his, qui in carne sunt, potest, quoniam ipsa Ecclesia per se fuit semper, et nulli alteri Ecclesie fuit subjecta.* Infra: *Evidentibus documentis invenerunt, quod ipsa Ecclesia de Follanæbraio nunquam Ecclesie in Codiciaco fuerit subjecta, sed Presbyterum semper habuerit.*

\* Quæ per se stat, ut legitur in Ch. Gileb. comit. Clarim. ann. 1091. ex Chartul. Cluniac: *Obtinuimus apud Leodicensem episcopum Henricum, ut prædicta ecclesia (S. Symphoriani) per se stet, nulli obnoxia servituti, jus proprium habens baptismi atque sepulcri, nullique aliquem respectum solvens, nisi quatuor tantum denarios episcopo Leodicensi, in cujus parrochia sita est.*

\* ECCLESIA PLEBESANA, Cui plebanus seu paræcus præest, paræcia. Locum vide in *Plebes*.

† ECCLESIA PERSONATUI OBNOXIA, Vide *Ecclesia Libera*.

ECCLESIA PLEBALIS, seu Parochialis, in Charta Conradi Episcopi Patavienis in Chronico Reichesperg. ann. 1156. et ann. 1169. *Ecclesia Plebeiana*, in Historia fundationis Cenobii Melicensis in Austria pag. 631. Vide *Plebs*.

\* ECCLESIA PLEBITANEA, Eodem significato. Vita S. Arnulfi tom. 3. Aug. pag. 246. col. 2: *Quodam tempore, dum cujusdam vici plebitaneam Ecclesiam esset dedicaturus, etc.*

\* ECCLESIA PRÆBENDALIS, Eadem quæ nunc *Collegiata* dicitur, in qua scilicet *Præbendarii* sui canonici deserviunt. Charta Galteri ann. 1208. in Chartul. episc. Paris. fol. 74. vº: *Statuimus quod in ipsa ecclesia, pulsatis per horas distincte campanis, certis horis et determinatis, tanquam in Præbendali Ecclesia, horæ canonicæ celebrentur honeste... Servitium Dei faciant cum reverentia et honore, sicut in magnis Præbendalibus Ecclesiis fieri consuevit.* Vide in *Præbenda*.

\* ECCLESIA PRIMA, Ita appellatur cathedralis Lugdunensis, in Pacto inito inter reg. et archiep. capitulumque Lugdun. ann. 1320. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 125. rº: *Nous Pierres par la suffrage de Dieu archevêques, Estienne doyens, et tout le chapitre de l'Eglise premiere de Lyon, etc.* Vide infra *Sedes 2*.

ECCLESIA PRINCIPALIS, Cathedralis, in Lege Wisigoth. lib. 4. tit. 5. § 6.

† ECCLESIA PRINCIPALIS, Romana, in Sermone Johannis VIII. PP. ad Synodum Rom. ann. 877. ubi Carolus Calvus renuntiatius est Imperator.

† ECCLESIA PRINCIPALIS, Major, Baptismalis sive Parochialis, in Capitul. Caroli Calvi tit. 5. [\* ap. Tolosam ann. 844.] cap. 7.

\* ECCLESIA RECONCILIATA, Jus de-

cimæ recuperatum, vel restauratum; decimam quippe Ecclesiam nuncuparunt, ut videre est infra. Charta ann. circ. 951. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. col. 722: *Campis, silvis, appendicibus, montibus, vallibus, parietinis, Ecclesiis reconciliatis et inreconciliatis, pratis, pasuis, etc.* Vide in *Reconciliari*.

† ECCLESIA REGALES, quæ ad Regem ratione Fundationis et jure Patronatus pertinent aut quæ sunt Census Regii. Charta H. Abbatis S. Genovefæ ann. 1228. in Chartul. Sangerman. fol. 195: *Præterea ratione talliæ quam Abbas et Conventus Fossatensis solent facere in dictis hospitibus, quando Dominus rex suas Regales Ecclesias talliat.*

\* ECCLESIA SECUNDARIA, quæ secundum obtinet locum. Ita appellantur Ecclesiæ collegiatiæ in oppositione ad cathedralem ecclesiam, in Ch. ann. 1945. ex Lib. Sal. A. eccl. S. Thom. Argent. fol. 27.

\* ECCLESIA SEDALIS, Eadem quæ Baptismalis. Parœcia. Charta ann. 819. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 747: *Ego Petrus gratia Dei episcopus... Lucanæ civitatis... ordinare videor te Andripertum presbiterum, ... in nostra Ecclesia sedalem sancti Donati, sita prope murum hujus Lucanæ civitatis; in eo vero tenere, ut in tua sit potestate ipsa Dei ecclesia, una cum casis et omnibus rebus ad eam pertinentibus abendum, resedendum, gubernandum, usufructuandum, et officium Dei die nocteque recto moderamine faciendo, et nobis obediendum.* Alia ann. 838. ibid. tom. 2. col. 974: *Scivi, Jacobum episcopum abentem ecclesia sancti Fridiani, ubi ejus corpus requiescit, ... et ita eum ordinabat, sicut alias Ecclesias sedales, et pertinens erat de isto episcopio sancti Martini... Scibi, Jacobum episcopum habentem ecclesiam sancti Fridiani, ubi in corpore requiescit, et imperantem sicuti in ceteris Ecclesiis sedalibus: et pertinebat episcopatu sancti Martini. Ubi Ecclesia Sedalis dici videtur, quod peculiari ratione a sede episcopali penderet; alioquin de Ecclesia cathedrali, ubi sedet episcopus, intelligitur. Vide in *Sedes* 2.*

ECCLESIA SENIOR, Matrix, cathedralis, in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 111. 157. 181. tom. 4. Analect. Mabillonii. Charta Palladii, Episcopi Autisiodor. apud eundem Mabillon. l. 6. de Re Diplomata. pag. 465: *Reliquas duas partes ad lumen Ecclesiæ Senioris S. Stephani reservatas. Infra: Ad basilicam Seniore S. Stephani.* [Paulus Emeritensis Diaconus in libro de Vita et miraculis Emeritensium Patrum: *Tam in thesauro S. Eulaliæ, quam in thesauro Ecclesiæ Senioris, quæ vocatur S. Hierusalem.* Sic et Gregorio Turonensi Ecclesia Senior vocatur, quæ aliis Major, item Cathedralis vel Matrix. Ita Valesius inter Valesiana pag. 86.] [\* Chron. Moissiac. ad ann. 813: *Sepelierunt eum in Aquisgranii palatio, seniore in Ecclesia, quam ipse fabricare jusserat.*] [\* Vide in *Senior*.]

† ECCLESIA SUBALARIS, Gall. *Eglise Succursale*. Chron. Bonæ-spei pag. 286: *Ego Jacobus Curatus Ecclesiæ Parochialis de Lestinis in monte... considerans quod Parochianis meis de Vellereille ubi est ecclesia Subalaris, seu Succursus, propter locorum distantiam, imminerebat periculum, etc.*

\* ECCLESIA VILLANA, Ruralis. Acta Episc. Cenom. apud Mabill. in vet. Analect. ult. edit. pag. 304: *Ecclesia vero ad instar Villanæ Ecclesiæ redacta,*

*uno tantum colitur sacerdote, fame dispersis ubique canonicis.*

AD ECCLESIAM CONFUGERE. Vide *Pax Ecclesiæ*.

ECCLESIAS FACERE, Visitare supplicationis causa. Phrasis Italica haud infrequens. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 224: *Quæ D. Becca donavit prædictum Pagnum, cum fortiter actu febreret, S. P. Ambrosio promittens cunctas Ecclesias et eidem certas reverentias se facturam.*

ECCLESIA olim in secularium bonis censitæ: quippe eo ævo, quo Abbatia in Commendam viris proceribus, cæteræ etiam minores Ecclesiæ viris aliis militaribus, a Regibus identidem concessæ sunt: vel ipsimet in Dominis suis singuli eas usurparunt Domini, quod supra attigimus in *Abbas Miles*. [\* Ecclesiæ laici ita sibi proprias, lege etiam approbante, existimabant, ut episcopales abbatialesve ecclesiæ pro libito mulieribus quoque ipsis concederent. Charta ann. 1087. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Multum declarat auctoritas et lex Romanorum et Gotorum et Salicorum, ut unusquisque homo de propriis rebus suis dare, aut cedere, aut condonare voluerit, licentiam habeat ad faciendum. Quapropter ego in Dei nomine Pontius dono tibi dilectæ sponsæ meæ, nomine Majoræ, episcopatum Albiense, et civitatem, et monetam, et mercatum et vineas in dominio, ... et medietatem de episcopatu de Nemauso, ... et medietatem de abacia sancti Egidii. Vide supra *Abbacomites* in *Abbas*.] Ecclesiarum autem nomine fere semper intelliguntur decimæ Ecclesiasticæ, cæteræque obventiones, quæ ex jure Curionibus debentur, quas ii sibi reservabant: cum Curionibus ipsis ad divinum persolvendum servitium pensiones duntaxat annuas, de quibus convenerat, conferrent. Agobardus lib. de Dispensatione cap. 15: *Nunc non solum possessiones Ecclesiasticæ, sed ipsæ etiam Ecclesiæ cum possessionibus venundantur.* Concilium Cabilonense II. can. 26: *Perlatum est ad nos, quod inter hæredes Ecclesiæ in rebus propriis constitutæ, dividantur, etc.* Charta Ludovici VI. Regis Fr. ann. 1122: *Tradit Monacho domum Ecclesiarum et decimarum ad ipsum locum pertinentium.* Charta Rainaldi Archiep. Remensis ann. 1128. tom. 13. Spicileg. Acheriani pag. 307: *Sparnacensem Ecclesiam ob remedium animæ suæ... in manu nostra hujusmodi libertate donavit, cum prædictus Comes Theobaldus præfata Ecclesiam a progenitoribus suis quasi hæreditario jure sibi derelictam teneret, et Abbatiam Ecclesiæ suæ Waleranno Domini Andreæ Dapiferi sui filio dedisset, etc.* Hugo Flaviniac. pag. 133: *Ad Herbodivillam in Vapra Ecclesiam unam, ... et ad Lidiniacum quartam partem unius Ecclesiæ, et mansum unum, etc.* Vide pag. 167. Joan. Sarisberiensis Epist. 125: *Inter cætera Miles quandam Ecclesiam, quam 40. annis inconcussè tenuerunt, eis molitur auferre, cum adversus Ecclesiam Domini Laici apud nos permicosissime vendicant.* Adde Epist. 231. 232. Charta ann. 1082. ex Tabulario S. Andreæ Viennensis: *Ego Emmo et uxor mea Elizabeth... donamus... monasterio supra memorato, et Humberto Abbati et monachis ejus... quartam partem Ecclesiæ matris in honore B. Petri Apostoli sacratæ, cum his appendiciis, videlicet cum quarta parte oblationum altaris, et cum quarta parte cimiterii, et cum quarta parte decimarum, de milio videlicet et panico, et omni legumine et cannabe, et de omnibus**

*bestiis, et de cunctis primitiis, excipiuntur decimæ frumenti, siliginis et avenæ.* Tabular. S. Albini Andegav.: *Radulfus Vice-Comes cum uxore sua Amelina S. Albino et Monachis ejus Ecclesiam de Luchiaco partim quingentis sol. sicut habebat solidam et quietam vendidit, partim pro anima sua... dono dedit scilicet altare cum oblatione tota et sepultura tota, sicut habebat, et terram juxta Ecclesiam, etc.* Acta Episcoporum Cenomanensium in Gervasio cap. 31: *Similiter et Ecclesiam me viventem dimidiat, et decedente totam, nisi ante placuerit, in territorio Letdunis sitam.* [Chartul. Ecclesiæ Auxitanæ cap. 86: *Concessi Deo et B. Mariæ Auscienis quartam partem Ecclesiæ de Saisano, tam in decimis, quam in Ecclesiastico, quam hereditario jure possidebam.*] Exstat præclara hujusce abusus testis Charta alia Rainaldi Episcopi Andegavensis, ex qua hæc excerptimus: *In exordio nascentis Ecclesiæ cum author omnium, id est Deus, Apostolis suis præcepisset, dicens, Euntes in mundum universum prædicare Evangelium omni creaturæ, et illi juxta auctoris vocem præcepta compleret, cæpit fides augeri et crescere: ex eo tempore, viri religiosi reliquentes sua eadem auctori Deo et cœnobis construentes, et hæreditates suas ibidem derelinquentes, quatenus in locis illis Monachi sive Clerici seu ancillæ Dei Deo deseruiertes haberent victualia, nonnulli etiam comam capitis abscedentes, Christo domino colla tradentes, atque ita factum est, ut maxima pars hujus seculi in hæreditatem Sanctis Dei sit tradita: sed inardescente invidia sæculi hujus et cupiditate grassante, Reges qui vestigia virorum religiosorum sequi debent, ceperunt easdem hæreditates vendere, Episcopis Episcopatus, Abbatibus Abbatias, atque ipsi Episcopi seu Abbates a monasteriis abstrahere, cum deberent magis augere quam minuere, et hominibus sæcularibus in hæreditatem dare. Unde usque hodie mos inolevit, ut eas in hæreditate habere videantur. Quapropter ego Rainaldus, Andecavorum Episcopus, Ecclesiæ, quas quondam in Episcopatu sancti Mauricii habere dinoscor, anno ab Incarnatione Domini MI. fratribus nostris Canonicis, ibidem Deo deseruiertibus integras restituo, etc.* Arnulfus Lexoviensis Epist. 1. ex iis, quæ habentur in tom. 13. Spicilegii Acheriani: *Cum vero reclamante semper Ecclesia nostra Parochiales Ecclesiæ et decimationes emptionibus, aut quibusdam illicitis modis de manu laica, sacrilega temeritate, Monachi præsumperint occupare, sæculari potestate semper defensi sunt, etc.* Historia Abbatia Condomensis nuper edita a viro doctissimo Luca Acherio tom. 13. Spicilegii pag. 495: *Dedit B. Petro Condomensi ejusdem loci habitatoribus tres partes decimationis Ecclesiæ S. Martini de Lira, ... hac interposita conditione, ut fratres Condomensis Ecclesiæ easdem tres partes Ecclesiæ a creditoribus... quibus præfatus A. de Lescura eas obligaverat de 400. solidis Mortanensis monetæ, redimendo persolverent.* Pag. 496: *Concedo B. Petro Condomensi octavam partem Ecclesiæ de Gardera, quam libere possideo, etc.* Et pag. 497. *Decimatio Ecclesiæ de Gardera dicitur.* Rursum pag. 498: *Arnaldus de la Serra Miles, divina inspiratione pertractus, a sententia data de illicitis decimarum detentoribus absolvi cupiens, in manu Helix Episcopi Aginnensis et R. Abbatis dedit B. Petro Condomensi medietatem Ecclesiæ de la Saira, sive de Maiomont, cum omnibus appendiciis suis.* Adde pag.

489. præterea Capitul. Caroli M. l. 5. 44. [\*\* 99.] Addit. 3. Capitul. cap. 25. [\*\* 51.] Concilium Meldense can. 41. 25. Concil. Francoford. ann. 794. can. 54. Concil. Claromontan. can. 6. 7. Ordericum Vital. lib. 5. pag. 582. 587. et Dominicum de Prærogat. Alodior. cap. 12. [\*\* Guerard. in Prolegom. Chartul. S. Petri Carnot. § 11.] Vide *Advocatio, Altare, Patronus*.

\* Charta ann. 1088. ex Chartul. Auxit.: *Nobilis quædam mulier Palumina dedit Ecclesiam de Marcellano in manu Willelmi archiepiscopi, hoc est, honores ecclesiasticos et totam dominationem ecclesiæ. Hinc*

\* ECCLESIAM EMERE nihil turpe iis sonabat; quippe qui suum redimere et quocumque modo recuperare putabant, et etiam nunc aliqui arbitrantur, licitum Chartul. Major. monast. pro pago Vindoc. ch. 1: *Fulbertus... Carnotanus episcopus. Notum fieri volumus... qualiter monachi S. Martini Majoris monasterii nostram adierunt præsentiam humiliter deprecantes ut... Ecclesiam, Navoil nomina, eis emere emptamque possidere imperpetuum concederemus. Quod ita fecimus... Coemunt ergo eam, et non minimo pretio in posterum sibi vindicant ab Roberto quodam vassallo et a duobus filiis ejus... qui eandem Ecclesiam de Walterio filio Hamelini tenent, sub cujus jussu et assensu S. Martini monachis venali conditione de reliquo habendam concedunt. Chartul. S. Vinc. Cenoman. fol. 164. r.: *Ego avesgaudus abbas monasterii S. Vincentii emi quandam Ecclesiam S. Petri, quæ dicitur Curtis-laboris, de Willelmo vicario Bellismi, ei dans pro ipsa Ecclesia quatuor libras denariorum et societatem Ecclesiæ nostræ, per favorem et voluntatem episcopi Sagiensis, Ivonis nomina, etc.**

2. ECCLESIA, Fastigium thuribuli, quod in modum et ad formam adis sacre assurgat. Visitatione Thesauraria S. Pauli Lond. ann. 1295: *Duo thuribula argentea, exterius totaliter deaurata, cum opere gravato et levato, cum Ecclesiis et turribus, et 16. campanellis argenteis appensis, et catenis albis argenteis, ponderis 11. mar. 20. den. Item 2. thuribula argentea, exterius totaliter deaurata, cum Ecclesiis, turellis rotundis, et circulis gravatis, etc. Usurpatur etiam pro Ciborio, quo altare tegitur apud Ademarum Gaban. in Abb. S. Mart. Lemov. apud Labbeum tom. 2. Bibl.: *Hic composuit super altare Salvatoris Ecclesiam ex auro et gemmis et argento, quam vocant Muneranam.**

\* ECCLESIALES, Ecclesiæ servitio addicti, vel qui ab Ecclesia sub annuo censu tenent. Conc. Trevir. ann. 1152. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 72: *Clerici et Ecclesiales, et res eorum a duce et ab advocatis et a venatoribus non inquietabuntur... Servitium vero quod venatores ab Ecclesiis exigebant, ex toto dimissum est. Vide in Ecclesiasticus 4.*

† ECCLESIALIS PÆCUNIA, Quæ pertinet ad Ecclesiam, in Capitulari 2. Carolmanni ann. 748. cap. 2. lib. 5. Capitul. c. 3. et lib. 6. cap. 425.

ECCLESIANI, appellati a Cæsarianis, qui pro Ecclesia stabant, durante schismate inter Sacerdotium et Imperium, in Hist. Trevirensi pag. 225: *Quasi regii honoris proditores contumelias afficiebant insultantes, eos Ecclesianos appellantes.*

\* ECCLESIANUS, Ecclesiasticus, ad ecclesiam spectans. Willel. Brito Philip. ubi de Auriflamma:

..... Letania qualiter uti Ecclesiama solet certis ex more diebus.

† ECCLESIARCHA MAGNUS, ὁ μέγας Ἐκκλησιάρχης. Sic Patriarcha CP. vocatur in Histor. Concil. Florent. sect. 3. cap. 10. [\*\* Alio sensu vide in Glossar. med. Græcit. voce Ἐκκλησιάρχης, col. 364.]

† ECCLESIAARCHES, Ecclesiæ Præfectus, in Amalthea, et alibi.

ECCLESIAIRE, Convocare, vel concionari, quod et Ecclesiarizare invenitur. Auctor Breviloqui.

\* ECCLESIARIUS, ut Ecclesianus. Charta ann. 1115. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 318: *Qui contra hanc nostram offerstionis cartam... per quovis ingenium infringere quæsterit, tunc a liminibus Ecclesiaris extraneus efficiatur.* [\*\* Lusitanis olim Egrejauros erant Donationes Ecclesiis factæ. Vide S. Rosa de Viterbo in hac voce Elucidarii tom. 1. pag. 390.]

† ECCLESIASTÆ; Dicti hæresis Lutheranæ Prædicatores, in Epist. Joan. Sturmii ad Regem Daniæ Christianum III. apud Ludewig. tom. 5. pag. 338: *Sed Dux Wirtenbergensis omnino hunc virum (Brentium) apud se manere vult, ad se consolandum, ad confirmandos reliquos Ecclesiastas, ad dandam significationem professionis Evangelicæ. Sic seipsi appellarunt non semel.*

† ECCLESIASTICA. Necrologium Prioratus de Fontanis, tom. 2. Hist. Eccl. Meld. pag. 470: *Domna Emelina, sacra Deo, venerabilis Clerica et honorabilis Priorissa claustralis, doctrix nobilissima et bona Ecclesiastica... quia prædicationis pollebat vigore, omnium sororum in Deum provocabat affectum. Ubi per Ecclesiasticam intelligo Concionatricem, quæ suis sermonibus Sorores suas ad pietatem excitabat, a Græco ἐκκλησιαστὴς, Concionator.*

† ECCLESIASTICA FEMINA, Mulier conditionis obnoxia, sic addicta Ecclesiæ, ut ab ea non posset recedere. Lex Ripuariorum tit. 16. § 1: *Si quis feminam regiam (id est fiscalinam) aut Ecclesiasticam parientem interfecerit, trecentis solidis culpabilis judicetur, aut cum triginta sex juret. Vide Ecclesiastici viri.*

ECCLESIASTICÆ LITERÆ, Eædem cum Formatæ et Commendatitiis; quæ abeuntibus Clericis in aliam dioccesim ab Episcopo dabantur. Lupus Ferrariensis Epist. 122: *Litteras etiam eum Ecclesiasticas habere a venerabili Episcopo nostro G. certissime scio, nec impedire aliquid, si Deus eum vocat, quod juste infirmari possit electio. Vide S. Hieronymum lib. 2. in Rufinum cap. 5.*

ECCLESIASTICUM, nude, pro jure Ecclesiastico, seu eo, quod ad Ecclesiam spectat. Tabularium Abbatæ Conchenensis in Ruthenis, ch. 95: *Totum vobis dono insuper illa Ecclesia cum ipso Ecclesiastico, quæ est fundata in honore sancti Stephani, etc.* [Charta ann. 948. tom. 8. Annal. Bened. pag. 495: *Quæ donatio hoc pacto facta est, ut Abbo Clericus ipsam Ecclesiam retineret cum suo Ecclesiastico.*] Charta Sanctii Regis Aragoniæ ann. 1093. apud Catellum in Comitib. Tolos. pag. 98: *Cum Ecclesiis et Capellanis suis, quæ ibidem erunt, si voluntas Dei fuerit, cum decimis et primitiis, simulque oblationibus et pertinentiis suis, cum omni Ecclesiastico suo. Occurrit rursus infra. Charta Sanctii Regis Aragonum æræ 1131. apud Antonium de Yezpe in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 7: *Dono et Ecclesiam S. Cæcilie cum decimis et primitiis et cum oblationibus suis, sive cum omni Ecclesiastico suo, et cum cuncta medietate de**

suo termino cum suis pertinentiis. Infra: *Cum Ecclesiis et Capellanis, quæ ibidem fuerint... cum Ecclesiastico earum sine ulla reservatione, etc. Ecclesiasticus honor, eadem notione. Idem Tabularium Conchense ch. 464: *Confirmo tam prædictam Ecclesiam, quam etiam totum Ecclesiasticum honorem, qui ad Senioratum de Malavilla pertinet. Adde ch. 496. et Anton. Brandaon. tom. 3. Monarch. Lusitan. pag. 285. v. 286. v. et lib. 10. cap. 14. [\*\* Ch. ann. 1147. apud S. Rosa de Viterbo, voce Egrejauro.] Vide Jus ecclesiasticum.**

1. ECCLESIASTICUS, Christianus, et opponitur Gentili, ut est apud S. Hieronymum in Præfat. lib. de Ecclesiast. Scriptoribus.

2. ECCLESIASTICUS, Clericali et Ecclesiastico ordine donatus, qui Clericus Ecclesiasticus dicitur ad discrimen Acephalorum, apud Isidorum lib. 2. de Ecclesiasticis officiis cap. 3. Quodvult-deus Diaconus in Epist. ad S. Augustinum libro de Hæresib. ejusdem Augustini præposita, Ecclesiasticum vocat Epistolæ perlatorem, quem Augustinus in præcedenti Epistola Subdiaconum indigitaverat. Concilium Vasense can. 3. statuit, *Presbyteros non per quemcumque Ecclesiasticum, sed per Subdiaconum Chrisma ab Episcopis petere debere. Ita usurpant lex 49. Cod. Th. de Decurion. (12. 1.) lex 5. 20. 21. eod. Cod. de Episcop. (16. 2.) Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 3. cap. 26: *Viri, qui Ecclesiastica gaudent immunitate, et quos viros Ecclesiasticos vocant, quamquam Laici et uxorati, comis quoque prælongis trans humerum diffusis, solum armis renunciantes, in signum protectionis, [f. professionis.] Pontificali impositione, amplas in capite coronas gestant. Leo Ost. lib. 2. cap. 98: *Pandulfus Marsorum Episcopus, vir nobilis et Ecclesiasticus, ad hoc Monasterium venit. Vide eundem lib. 3. cap. 64.***

3. ECCLESIASTICUS, qui in Ecclesia Catholica est, Catholicus. Sanctus Hieronymus Epistola 62. cap. 1: *Nos nec Ecclesiam scindimus, neque a Patrum Communionem dividimus, ab ipsis ut ita dicam, incunabulis Catholico sumus lacte nutriti. Nemo namque magis Ecclesiasticus est, quam qui nunquam hæreticus fuit. Et lib. 2. in Rufinum cap. 4: *Ecclesiastici et Catholici viri. Adde cap. 8. eundem in Epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagium cap. 1. Epist. 78. in Prologo ad lib. 6. in Esaiam, in cap. 22. 30. ejusdem Esaiæ, in cap. 8. Hieremiæ. Gesta Purgationis Cæciliani: *Adhibete Conclericos et Seniores plebis, Ecclesiasticos Viros, et inquirant diligenter, etc. Decretum Synodi Sardicensis in Fragm. S. Hilarii pag. 9: *Vehementer autem admirati sumus, quatenus eum, qui aliter, quam in vero est, audet Evangelium prædicare, quidam qui se Ecclesiasticos esse volunt, facile ad Communionem recipiunt, etc. Vide præterea Isidorum Hispanensem de Scriptoribus Ecclesiasticis in Aprigio. [\*\* Mar. Mercatorem pag. 69. et Glossar. med. Græcit. voce Ἐκκλησιαστικός, col. 965.****

4. ECCLESIASTICUS, Sacræ scripturæ interpres, apud S. Isidorum in Prologo ad lib. Geneseos.

ECCLESIASTICUS BAGULOSUS, [Episcopus, vel Abbas, utens baculo pastoral.] Vide *Baculosus*.

ECCLESIASTICI VIRI, HOMINES, Liberti, vel liberi, qui ad Ecclesiam pertinebant, eique ita erant addicti, ut ab ea recedere non liceret, in Capitul. Caroli M. lib. 4.

cap. 3. lib. 5. cap. 8. [20 10.] *Homines Ecclesiastici seu fiscalini*, eodem lib. 5. cap. 210. Distinguntur autem a mancipiis Ecclesiasticis in Concilio Suessionensi II. can. 12. quæ appellabantur *Servi Ecclesiastici*, vel *Ecclesiarum*. Vide in voce *Servus* et *Ecclesiastica femina*.

† **ECCLESIOILA**, Capella, Sacra ædicula, res ad eam pertinentes. Charta Adefonsi Regis Toleti pro Monasterio Casæ Dei æra 1216: *Confirmo... Monasterium S. Juliani de Lamano cum suis Ecclesiis et suis Collaciis et Parochianis*. Hist. Comit. Ardens. apud Ludewig. tom. 8. pag. 526: *Ardensis Ecclesiolæ altare cum ejusdem altaris pertinentiis*. Statutum Capituli S. Martini Turon. de Statione in festo S. Georgii ann. 966. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 88: *Eligant Fratres unum S. Martini gregis Sacerdotem religiosum et Deum timentem, cui sine aliquo munere malæ cupiditatis prænominatam Ecclesiolam S. Georgii, cum omnibus rebus sibi ipsi traditis committant*.

† **ECCLESIUUNCULA**, Eadem notione. *Ecstat Ecclesiuncula dicata D. Secundo*, in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 57.

\* **ECCLESIOILA**, Parvum monasterium. Epist. 42. Hugon. Metelli tom. 2. Monum. sacr. antiq. pag. 389: *Postmodum vero crescente fidelium fratrum numero, Ecclesiola indiguit cremendo*. Vide in *Ecclesia*.

† **ECCLIPSARE**. Vide *Eclipsare*.

† **ECCLOGIUM**, Elogium vel Eloquium. oratio, ut opinor. Meisterlin. Hist. Rerum Noribergens. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 124: *Post etiam pace facta inter reductos Senatores et expulsores, ne quid in civitate mali paterentur, existentes, amphiboleto Ecclógio decepit intransque civitatem cum incredibili plausu excipitur*.

\* **ECCO**, pro Echo. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 20. pag. 43: *Intollerabilibus ictibus partes aereas adjacentes in tonitrua, in rugitus flumina nemora in mugitus, in rebocaciones valles, in Ecco prædia... resoluti terribiliter coegerunt*.

\* **ECCONA**. La monacha villana. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Ego* 1.

\* **ECCONIZARE**, Resonare, instar echo respondere. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 110. pag. 297: *Ecconizant nubes lituorum mugitibus, æthereos sinus inquietat campanarum sonitus, ascendunt ad astra modulamina psallentium*. Vide *Echonizare*.

† **ECETARIUM**, Prima litterarum rudimenta. Vita MS. S. Winwaloei fol. 18. verso: *Statimque sub unius diei curriculo cunctas totius Ecetarii plener notas edicens, (ediscens,) etc. Vide Abecedarium*.

† **ECHAETA**. Vide *Escaeta*.

† **ECHALATUS**, Palus, pedamentum, quo vitis innittitur. Gall. *Echalat*. Fragmentum Edicti S. Ludovico attributi apud de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 294: *Quod ipsi cultores vinearum Duni Regis non afferant Echalatatos vel ligna vinearum, in quibus ad locagium operantur, præter voluntatem eorum quorum sunt vineæ, ann. 1265*. Vide *Eschara*.

\* **ECHANDILARE**, Mensuras ad examen publicarum mensurarum exigere. Gall. *Echantiller* et *Echantillonner*. Libert. Vienn. ann. 1361. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 433. art. 45: *Quod nullus civis Viennæ vendens vinum proprium per se, uxorem vel propriam familiam suam, ad mensuram domini signatam Echandiletur*. Vide infra *Escandilare*.

† **ECHANGIUM**, Gall. *Echange*, Permutatio, Res re permutata. Charta Philipp. Archiep. Bituric. ann. 1257. apud Tho-

masserium in Bituric. pag. 91: *Eisdem Decano et Capitulo reddere et assignare in perpetuum competens Echangium, seu competentem recompensationem*. Charta Guidonis Archiep. Bituric. ann. 1279. apud eundem Thomasserium pag. 116: *Si voluerimus facere stagnum seu stagna, et nobis sit necessarium capere de pratis, terris seu vineis, tantummodo ipsorum hominum (S. Palladii) hoc nobis licebit exinde, reddendo alibi Echangium situm in villa seu dominio S. Palladii... ad valorem rei quæ ad hoc capi continget*. Vide *Eschangiare*.

† **ECHETA**, Vide *Escaeta*.

\* **ECHENAIS**, Echeneis, Piscis genus. Bestiar. MS. cap. 120: *Echeneis, est semipedalis pisciculus, nomen sumpsit quod navem adherendo teneat, licet ruant venti, sæviant procellæ, navis tamen quasi radicata in mari stare videtur, nec moveri potest... Hunc Latini moram appellant*. Vide infra *Plota*.

† **ECHETLE**, Rectum lignum aratri, quod inter arandum continet arator, tumque aratrum promovet, in Vocabulario Susansæi.

† **ECHEVINUS**, Scabinus, Judex urbanus, Gall. *Echevin*. Charta Gaufridi Prioris S. Pauli de Bosco ann. 1191. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 638: *Et de proponendo Majore et Echevinis et Juratis, et omnibus aliis, fiat secundum quod consuetudo de Vervy docebit*. Vide *Scabini*.

† **ECHETA**. Vide *Escaeta*.

† **ECHIOMA**, Species exactionis mihi ignota. Historia liberationis Messanæ a Rogerio Comite Normanno, apud Baluz. Miscell. tom. 6. pag. 192. et Murator. tom. 6. col. 628: *Adjungimus etiam quod nullo unquam tempore in eadem civitate... tallia, collecta, angaria, perangaria, Echioma, gabelæ, mutuum, extorsio jaciatur, imponatur, etiamsi Rex quicumque necessitate productus contra regni statuta vel secundum collectaret*.

† **ECHOICUS**, Resonans, ab ἤχώ, Sonus. Elegi Echoici, quorum principium et finis idem est, apud Sidon. lib. 8. Ep. 11. Sirmondi notas vide p. 90.

\* **ECHOLA**, [Consobrina. DIEF.]

\* 1. **ECHONES**, Sacerdotes rustici, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Vide *Ego*.

\* 2. **ECHONES**, in plurali, apud Germ. Cabillon. episc. in vita Phil. III. tom. 11. Reliq. MSS. Ludewig. pag. 65: *Nam si orbiculos, quos bombardarum petras appellant, conjeceris, a concussis rupibus nisi reflexos sonos, quos Echones dicunt, pro risu reportabis*.

† **ECHONIZARE**, Respondere instar Echo. Barthii Glossar. ex Roberti Monachi Historia Palæst.:

In girum montes cum vallibus Echonizabant.

† **ECHONOMUS**, pro *Oeconomus*. Chartularium S. Crucis Kemperi. : *Noscant Dunquallonum Echonemum qui vulgo Seneschal appellabatur, falsam intulisse calumpniam Benedicto Abbati S. Crucis, et ejus Monachis de quibusdam suis terris*. Et alio in loco: *Guegon Echonomus, qui vulgo vocatur Senescalus*. Vide *Oconomus* et *Senescallus*. [20 Echonemus, in Charta Lothar. Imperat. ann. 845. in Alsat. Diplom. num. 101.]

\* **ECHTEDINGHT**, vox Germanica. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1385. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 29: *Item si duo vel plures commiserunt delictum qualecumque... præco civitatis accusabit illos pro tali delicto in plabiscito, quod dicitur Echtedinght*. [20 Judicium ex jure et more habendum sta-

tuto tempore, ter plerumque in anno. Vide Haultausii Glossar. German. voce *Echtding*, col. 249.]

\* **ECHTWARD**. Vide infra *Egthwart*.

† **ECHUDIUM**, *ESCHUDIUM*, ab aqua cadente sic dictus alveus molendini. Terrarium Villanovæ in Dombis ann. 1395: *Juxta Echudia molendini*. Charta Thosiacensis ann. 1462. signata *Bonet*: *Et labefaciendo aquas Echudiorum molendini*. Altera Charta Thosiac. ann. 1404: *Juxta becium d'ous Eschiés*; ubi *Eschiés* idem est quod *Eschudium*. Vide *Bedum* et *Eyguatgium*.

† **ECINERARE**, Corpus refodere, in Vita Balduini Lutz. Archiep. Trevir. lib. 2. c. 6.

† **ECITUM**, *Periculum*. Gloss. Isid. ubi f. legendum: *Excitium, Periculum*, ut Grævius conjectat. Gloss. Lat. Græc.: *Excitio*, κινδύνη, et Græco-Latinæ: Κινδύνη, *Excitio*.

† **ECLAFFA**, Alapa. Charta Libertat. urbis Seyselli ann. 1285: *Si garsia dicat aliquid probo homini et mulieri, quod sit turpe, vel mulier det ei unum Eclaffa, non debet bannum*. Occitanis *Esclaffa* est *Ecacher*, [Obterere.] [20 Cambris *Clapa* est *Ferire*, German. *Klappen*, *klopfen*. **ADEL**.]

† **ECLIGNIATIO**. Vide *Escligniatio*.

† **ECLIPSARE**, Evanidum facere, apud Petrum de Vineis lib. 1. Ep. 14. [20 *Enclipsare*, apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 340. lin. 21.] lib. 3. Ep. 45.

\* Obscurare, officere. Testam. ann. 1490. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 638: *Quoniam prothoplasti rubigine humana continuata conditio sic cellulæ memorialis Eclipsatur officio, ut oblivioni faciliter teneantur universa, quæ gerimus in hac parte labii, etc.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 78. pag. 209: *Regalis vero præclara nobilitas, quam nulla infidelitatis tenebra Eclipsare... valebat, etc.*

† **ECLIPSARI**, Eclipsin seu defectionem pati. *Eclipsatus est totus sol*, in Diario Belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 134. Hinc metaphoricæ apud Rymer. tom. 3. pag. 691. col. 2: *Decorem Ecclesiæ et Regni... quamplurimum Eclipsari*; apud Labbeum tom. 1. Bibl. MSS. pag. 507. in Hist. Episcoporum Autiss.: *Eclipsata consuetudo prædicta extitit*. Hinc etiam

† **ECLIPSATUS**, Mortuus. Jacob. de Voragine in Chronico Januensi apud Murator. tom. 9. col. 47: *Anno Domini MCCXXXIX. fuit tanta eclipsis solis, ut nulla ætas meminerit tam magnam... Isto eodem anno supradictus Archiep. Otto reverendæ memoriæ et famæ fuit similiter Eclipsatus, qui lucem corporalem perdidit, sed lucem celestem invenit*.

† **ECLIPTICUS**, Defectuosus, imperfectus, non integer. Monachus Campidonensis in Vita B. Hildegardis Regina, April. tom. 3. pag. 799: *Jubilans ex miraculosa quam in se experiebatur operatione, Ecliptica usa est oratione*. Petrus Comestor in Sermone ad Sacerdotes: *Erudimini qui judicatis terram, paulo post medium: Non enim sufficit Sacerdoti vita interrasilis, ut cum bonis simul operetur mala, nec vita Ecliptica, ut quandoque declinet a malo et faciat bonum*.

\* **ECLIPTICATUS**, Extinctus, deletus. Anonymi Leob. Chron. ad ann. 1314. apud Pez. tom. 1. Script. Aust. col. 913: *Eclipticata amicitia, ab invicem discesserunt* [Ludwicus et Fridricus].

† **ECLYPSATIO**, Defectio solis vel lunæ, Gall. *Eclipse*. Rolandin. Patav. de Factis



in Marchia Tarvisina lib. 4. cap. 12 : *Duravit eclipsis solis fere per duas horas.... Ipse tamen dominus Imperator, quamvis non ignoraret causam Eclipsationis, ut credo, hac re miraculosa ostendens se tanquam conterritum.* Notæ sunt superstitiones antiquorum, cum sol vel luna patiebatur eclipsim. Deficientem lunam et, ut somnabant, patientem tumultuoso sonitu solari nitebantur : unde de muliere clamosa lepide Juvenalis :

Una laboranti poterit succurrere lunæ.

\* **ECLOSA**, ut *Exclusa*, Locus ubi concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta ann. 1295 : *Eclosam molendinorum suorum usque ad chenaales, etc.* Vide infra *Exclotoria*.

† **ECLUSA**, Idem. Vide *Exclusa*.

† **ECLYPSARE**, ECLYPSATIO. Vide *Eclipsare*.

† **ECONES**, *Sacerdotes rustici*. Gloss. Isid. Vide *Ego*.

† **ECONNOMALIA**, pro *Oeconomalia* ab *Oconomus*. Alicui locum assignare secundum *Oeconomalia*, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 416. idem est quod Locum assignare secundum receptam consuetudinem, dignitatis habitatio ; Galli dicimus *Selon le ceremonial* : quod in aulis Regum observari solet, ubi quisque suum habet locum assignatum pro dignitate.

† **ECONOMICUS**, pro *Oeconomicus*, Homo frugi, rei temperans, Gall. *Bon menager*, in Menoti Sermonibus Quadragesim. fol. 121. recto.

\* **ECORNARE**, a Gallico *Ecorner*, Angulum rei cuiusvis frangere. Arrest. ann. 1391. 10. Ap. in vol. 8. arrestor. Parlam. Paris. : *Dicebant quod per quadrigas et equos eorum muri Ecornati fuerant et ad ruinam devenerant.*

**ECORS**, *Sine corde vel consilio alienus, ejectus*. Papias.

\* *Ecors, couart*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Caudatus*.

\* **ECPERUSAN**, Ludi genus. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 78 : *Ecperusan, id est ludus, ubi pondus dentibus elevatur.*

\* **ECPHRASTES**, Qui edisserit, enarrat, interpretatur, ex una in aliam linguam vertit. Opusculum *Fulgentii Planciadis* in editione *Gothofredi* ita inscribitur : *Libellus de prisco sermone ad Chalcedium grammaticum Timæi Platonis Ecpbrasten.*

\* **ECPYROSIS**, [Inflammatio. Latinis litteris scripta legitur in verbis *Nigidii* apud *Serv.* ad *Virg.* 4. *Ecl.* 10. et ad 6. *ibid.* 41., ubi mundi totius inflammatio significatur.]

**ECQUINNA**, Papiæ, *Multitudo collecta, et in unum congregata*. An ex ἐκκοῖνον, quæ vox vix Græca est. [\*] *Ecquinnam*, in cod. reg. 7644.]

† **ECSTASIS**, Gr. ἐκστασις, Gall. *Ecstase*, Animi a sensibus alienatio. Legitur in Agnelli libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 178. col. 1.

† **ECTA**, πλοκτικός ἄρτου, *Pustula in pane*. Suppl. Antiq. [\*] *Castigat.* in utrumque Glossar. : *Ecta*, πλοκτικός ἄρτου. Reg. *Hecta*. Germ. φλόκτικος ἄρτου, absque explicatione. [\*] Vide Festum in *Hetta*, ibique interpretes.]

\* **ECTERRE**. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hisp. col. 739 : *Et in Ecterre Terraferente modiatas viii. qui in frontat in terra salustrii.* [\*] *Nomen loci videtur : et in Ecterre terra ferente modiatas 9. etc.*

**ECTETA**. Vide *Zeta*.

\* **ETHICALIS FEBRIS**. Vide in *Ethicalis*.

† **ECTICA**, Febris species qua laborans tabescit, Gall. *Etique*. Magister Giraudus in Vita S. Johannis Valentin. Episcopi, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1701. B : *Custos sepulchri Givaldus nomine in Ecticam ceciderat, qui voto facto, sospitatem consecutus est.* Vide *Etica*.

† **ECTROMA**, Gr. ἔκτρομα, Abortus, apud Tertullianum, adv. Hæret. cap. 7.

\* **ECUDERE**, *Fabricare, excutere*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* **ECULENTUS**, Edax. Vita S. Godelevæ tom. 2. Jul. pag. 413. col. 2 : *Saxa consumens vetustas, plura adeo vitata dentibus Eculenta consumpsit oblivione, etc.*

**EDA**, *Basterna*, In Gloss. Isidor. et apud Papiam : forte quasi *edra*, ex Gr. ἔδρα. [Excerpta Pith. habent. *Excedra*. Gl. Schefferus lib. 11. 6. de Re vehiculari conjicit legendum esse *Seda*, et id significare locum in quo consistit, qui et *Sedes*. Grævius Cangii nostri conjecturam respuit atque suspicatur scripsisse Glossarum auctorem, *Esseda, Basternæ*, ut significarit, basternam fuisse genus essedi seu vehiculi. Suspicionem fulsit Glossis Fausti Romani, ubi habetur : *Essedum, Basterna, Gallicum vehiculum.*]

\* **EDAGIUM**, [Basterna. DIEF.]

\* **EDALIUS**, *De manzare*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide infra *Edulio*.

† **EDEATRÆ**, *Qui præsumt regis epulis*, ἀπό τῶν ἐδεσμάτων. Festus. Græci dicunt ἐδέατροι.

† **EDECUMATIO**, ἀποδεκαταίωσις, i. Decimatio, in Glossis Lat. Græc. San-German.

**EDECUMATUS**. Walerannus Nuvemburgensis Episcopus in Epist. præfixalib. S. Anselmi Cantuariensis Archiep. de Sacramentorum diversitate : *Cum Minerva de literarum professione aliquid præsumere ineptissimum est, ac inter Edocumatos literarum sectatores, ratiocinandi probabilitate fidem facere, non nostram attigit facultatem.* Sed legendum *Edecumatos*. Gloss. Gr. Lat. : *Edecumatus*, Ἀδέκατος, ὁ Ἀδωροδόχης, id est sine rus, insignis, præclarus, præcellens, ut est iudex, qui muneribus non corrumpitur. [\*] Cod. reg. in Castigat. ad utrumque Glossar. : *Indecumatus, incorruptus.* Apud Festum Pauli Diaconi habetur *Edecumata, Electa*, id est præclara : unde legendum videtur *Edecumata* : ut apud Papiam, pro *Edicomatus, Ejectus*, rescribendum *Edecumatus, Electus*. [Vocabulo *edecumatur*, quo usus est Siricius Papa Epist. 1. ad Himerium n. 14. probata Cangii interpretatione, hanc subjicit notam Petrus Coustanti tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 635. Hinc et nos apud Aurelium Symmachum... lib. 3. Epist. 49. et 51. ubi viros *Decumatæ virtutis* legimus, præferendum censemus *Edecumatæ*, quomodo in veteri cod. Benigniano haberi ad marginem Epist. 51. annotatur. Quid vero Symmachus in Epist. 49. ad Eutropium sibi velit his verbis, *In gravido non habeo quod amicitiaæ meæ viros Edecumatæ virtutis adjungis*, planius eloquitur in Epistola 51. ad eundem, quam sic exorditur : *Ago quidem studio meo (f. tuo) uberes gratias, quod mihi familiaritatem probatissimi cujusque conciliis.* Unde apertum est, id ipsi esse *Edecumatum*, quod probatissimum, maxime cum in ead. epistola 51. inferius Eutropium roget, ut *unum aut alterum æque Decumatæ* (verius in MS. Benign. *Edecumatæ*) honestatis sibi inveniat.]

† **EDELINGUS**, Nobilis. Vide *Adalینگus*.

\* *Edel*, eodem significatu, in Gest. Brit. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1461 :

De quoy assez li fit par letre, (i. parlerre)  
Et par les gens de son ostel,  
Qui lui disoit moult d'un Edel.

\* *Elin*, eadem notione, apud Froissart. vol. 4. cap. 77 : *Plusieurs nobles hommes, qu'ils appellent au pais (de Frise) les Elins, c'est-à-dire les gentils hommes ou les juges des causes, etc.*

† **EDENIARE SE**, Crimen a se amoliri sacramento. Pactus Legis Salicæ tit. 75. apud Eccardum pag. 137. ex MS. : *Sivero jurent, quod superius diximus, et se per sacramento Edeniaverint, nulla eis compositio requiratur.* Vide *Idoneare se post Idoneus*.

**EDENTATUS**. Auctor Græcismi :

Dente carens edentulus est, sed natus habere ;  
Qui dentes habuit, nec habet dentes, nec habebit,  
Est Edentatus : prior est infans, vetus aliter.

[Plautus habet simili notione : *Nimis velim improbissimo homini malas Edentaverint*, hoc est, Dentes excusserint : hinc in Glossario Sangerman. num. 501 : *Edentare, Dentes excludere* ; pro quo forte legendum *Dentes excutere*. Macrobi. lib. 1. cap. 8 : *Sunt alia scommata minus aspera, quasi Edentatæ belluæ morsus.*]

\* **EDENTULUS**, *Infans dicitur, cum careat dentibus*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide *Edentatus*.

\*\* **EDERE**, Exemplum descriptum paginæ gestorum aut constitutionis publicæ auctoritate exhibere. Hinc frequens formula *gesta tibi edantur ex more*, et in Prologo Breviarium : *Anianus... hunc codicem... edidi atque subscripsi.* Vide *Savinium* in Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 2. cap. 8. § 14. not. f. Marin in Pap. Diplom. passim et fr. 1. § 1. D. de edendo. (2, 13.)

**EDILINGUS**, Nobilis. Vide *Adalینگus*.

1. **EDIA**. Knyghton. lib. 5 : *Qualiter quoque onera incumbentia Regi et regno, levius ad Ediam communitatis supportari poterunt.* Ubi *edia*, Gallicum est *aide*, auxilium, *Secours*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Edia, aise. Ediare, aisier. Ediatius, aisié.*

2. **EDIA**, Cibaria, Gall. *Vivres, alimens*. Lit. ann. 1398. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 259 : *O crudelitas inhumana ! pro contegendo veste molli, altoque statu, et delicatis Edii uno fovendo cadavere, nullus eorum curat plurimum interitum animarum.*

\* **EDIBILIA**, Eodem significatu. Charta ann. 1319. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 401 : *Dicitæ etiam gentes blada, legumina, et alia Edibilia plurima... afferebant, et apud Carcassonam vendebant.*

† **EDICATUS**, pro *Vindicatus*, ut puto. Judicatum ann. 850. Marcæ Hisp. col. 783 : *Ille autem in suis responsis dixit, quod suam professionem habuit de isto Leone legibus Edicatas.*

**EDICILIUM**, **EDICILITAS**, in veteri Gloss. Lat. Gall. *Conciergerie ; Edilis, Concierge*. Sed legendum *Edilitium, edilitas*, ut apud Joannem de Janua in *Edilicium*.

\* **EDICOMATUS**. Vide in *Edecumatus*.

\* **EDICTALES**, Qui secundo anno juri studebant, nuncupati, quod Edictum prætoris iis exponebatur. Vide Calv. Lex. jurid.

\* **EDICTALIS CONSTITUTIO, LEX, Præ-**

ceptio, sanctio, *Edictum*. [\*\* *Edictalis* Dirksenio, Quod vim constitutionis generalis habet.] Conc. Terracon. ann. 1291. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 292: *Hac Edictali constitutione sancimus, ut si quis Clericus famæ suæ prodigus, etc.* Annal. Cæsenat. apud Murator. tom. 14. Script. Ital. col. 1166. ad ann. 1328: *Hac Edictali lege, de nostro principum ac procerum consilio et assensu, sancimus, etc.*

\* *EDICTALIS* EPISTOLA, Eadem notione. Dipl. Ruperti Rom. reg. ann. 1401. apud Lam. in Delic. erudit. part. 3. Hoedop. Charit. pag. 856: *Concedimus et largimur cum omnibus eorum iuribus... atque districtibus hac Edictali nostræ benignitatis epistola.*

*EDICTIO* ut *Edictum*. Vide Formulam 16. ex Baluzianis.

\* *EDICTO*, [Eloquor, enuncio: frequent. ab *edico*, quod interdum pro simplici accipitur. *Plaut. Epid.* 1. 2. 2. Atque amorum summam *Edictavi* tibi. *Id. Amph.* 2. 2. 184. Tute *Edictas* facta tua, ex me quæris quid deliqueris.]

\* *EDICTOR*. Placit. ann. 927. inter Probat. tom. 1. Hist. Ném. pag. 19. col. 2: *Ego Ugbertus, gratia Dei sedis Nemausensis episcopus, Edictor, mandatarius de jam dicta ecclesia S. Mariz, etc.* Ubi legendum opinor, et *Ictor* mandatarius. Et quidem paulo infra habetur: *Ictor, qui est mandatarius de jam dicto episcopo, etc.*

1. *EDICTUM*, Quævis regalis Constitutio vel præceptio, in Decretione Childberti Regis cap. 4. in *Edicto* Chlotarii II. Regis, in Concilio Parisiensi V. can. 24. in Capitul. 2. ann. 805. cap. 4. in Capitul. 4. ejusdem anni cap. 5. etc. Præsertim vero ita Legum Longobardarum codicem a se compactum, appellari præcepit Rex Rotharis, ut auctor est Paulus Warnefridus lib. 4. cap. 44. lib. 5. cap. 33. Id etiam habetur in titulo Legibus Longobardicis editionis Heroldi præfixo pag. 205. Charta Desiderii et Adelchisi Regum in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 8: *Fecimus eum apprehendere, et in vincula mittere, et omnes res ejus, secundum quod *Edictum* continet paginæ, impubli- care.* Vide Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccles. lib. 9. cap. 10. et infra in voce *Indictum*. [\*\* Regum Ostrogothorum leges hoc nomine romanis opponuntur, ap. Cassiodor. lib. 9. ep. 18. et alibi. Vide Savin. Histor. Jur. rom. med. temp. tom. 2. cap. 11. § 61. not. a. et § 64. not. c.]

2. *EDICTUM*, pro *Indictum*, seu iis nundinis San-Dionysianis, quam *Indictum* vulgo vocant, usurpavit Odo de Digiolo lib. 1. de Prefect. Ludovici VII. Regis in Orientem pag. 15: *Illo anno in quarta feria Pentecostes *Edictum* accidit.* Vide *Indictum*.

† 3. *EDICTUM*, Proclamatio. Consuetud. Tolos. rubrica de in jus vocando: *Si vero non comparuerit accusatus, debet tubicinari per civitatem et burgum Tolosæ tribus *Edictis* vel tubicationibus.*

4. *EDICTUM*, Bannum, [seu jus vendendi Domino competens, hominibus suis a venditione cessantibus, vel non vendentibus nisi certo pretio ipsis per *Edictum* indicato.] Concilium Parisiense VI. ann. 829. lib. 1. cap. 52: *Pauperibus sibi subjectis solent *Edictum* imponere, ut nullus illorum tempore messis modium frumenti, nec tempore vindemiz modium vini majori pretio, quam quod ab eis constituitur, vendere præsumant.* Charta ann. 1104. apud Duchesnum in Historia Castrovillana: *Et omnes justitias, con-*

*suetudines et corveias, roagium, teloneum, *Edictum*, et furnum, et quæcumque in eadem villa possidebant.* Alia Hugonis Ducis Burgundiz ann. 1182. apud Perardum pag. 300: *In villa, quæ Poissons dicitur, Dux nec *Edictum*, nec aliquam exactionem, nec jus aliquod habet.* Consuetudo Lorriacensis ann. 1187: *Nullus Lorriaci vinum cum *Edicto* vendat, excepto Rege, qui proprium vinum in cellarario suo cum *Edicto* vendat.* Charta ann. 1228. ex Tabulario Campaniz fol. 360: *Nullus apud Calvimontem vinum cum *Edicto* vendat, excepto Comite, etc.* Charta ann. 1241. apud Thommasserium in Consuet. Bituric. lib. 3. cap. 15. pag. 419: *Nulli eorum vendere licebit ad bannum: mihi autem licebit vendere vinum ad bannum semel in anno, per mensem tantum.* Vide *Bannum vini*.

\* Homag. Raym. de Alesto præstitum Simoni Montisfort. ann. 1217. in Reg. feudor. senescal. Carcass. etc. fol. 61. v: *Ad mutationem domini debetis vos et hæredes vestri levare vexillum in turre mea de Alesto, et signum seu *Edictum* vestrum facere ibi clamare.*

5. *EDICTUM*, pro Banno quod pro matrimonii fieri solet in Ecclesiis, in Concilio Sarisberienst ann. 1217. cap. 18. et in Statutis Odonis Paris. Episc. cap. 7. § 1.

† 6. *EDICTUM*, Conventus. Statuta Academiæ Paris. apud Acher. Spicil. tom. 6. pag. 386: *Nos Decanus et Collegium facultatis Decretorum Parisiensis, matura deliberatione præhabita pro statuendo, ut moris est, tribus *Edictis* solemniter evocatis. Sic dicitur Conventus, ut puto, quod soletur *edictis* convocari.*

† 7. *EDICTUM*, Statutum, Regula: hinc *Edictum Augustinum*, pro Regula S. Augustini. Vita S. Petri de Chavanon cap. 4. apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 698: *Deus autem suorum fidelium messem augmentare volens, numerum supra dictum visitans, in unum plures adunavit ei Regularium, qui sequantur vicium Apostolicum, secundum *Edictum Augustinum* nihil habentes in hoc mundo proprium.*

\* *EDIDA*, Salomone, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Edila*.

\* *EDIFICAMENTUM*, Comparatum, acquisitum, Gall. *Acquet*. Tabular. S. Albini Andegav. : *Quidquid *Edificamenti* vel mobilis possessionis habere poterit in decesu de hac vita suo, monachis S. Albini conferat.* Ibidem: *Sui *Edificamenti* partem, quo non de patrimonio suo habebat, sed de proprio labore cum uxore sua emerat, atque coedificaverat, etc.* Rursum: *Illud *Edificamentum*, quod simul coemerant et coedificaverant, etc.* Ubi de vinea, quam vir et uxor simul S. Albino concedunt.

† *EDIFICIUM*, pro *Edificatio*, Extructio, Reparatio et *Edificium fortalicii*, in Litteris ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 339.

† *EDILA*, id est, *Dilectum*, quo nomine dictus est Salomon. Papias in MS. Bituric. Est pro Hebræo *Iedidiah*, quod varie efferunt Interpretes

\* *EDILIS*. Custos domus regiz, Gall. *Concierge*. Charta Phil. Pulc. in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 208. v: *Si sint *Ediles* aliqui seu conciergii in domibus nostris... constituti.* Vide supra *Edilis* 2. et *Edicilium*.

† *EDILITAS*, Caritas annonæ. Vita sancti Ricardi Episc. April. tom. 1. pag. 293: *Quodam siquidem *Edilitatis* tempore ad ejusdem S. Viri eleemosynam*

*inopinata concurrente inopum copia.* Vide *Edulitas*.

† *EDILITIUS*, qui ex ædile est scriba. Papias cum Glossis Isidor. Grævius censet scribendum, aut *Edilitius Exæditis*, aut *Edilitius scriba*, qui est ædilius scriba.

\* *EDIPETA*, Che demanda l'altrivi. Glossar. Lat. Ital. MS.

† *EDIPNIA*, Difficultas anhelitus, apud Papiam et in Glossario Sangerman. n. 50f. mendose pro *Dyspnia* a Græco δύσπνοια, Difficultas respirationis.

\* *EDIS*, [Aula. DIF.]

\* *EDISSERATOR*, [Qui edisserit, et explanat. *Auson. Sept. Sap.* prol. 61. sed si memoria Rebus vetustis eludit, veniet ludius *Edisserator* harum, quas teneo minus. Al. leg. *Edisserator*.]

\* *EDISSERTIO*, [Disseratio, dissertatio. *Hieronym.* in *Matth.* 21. Vestis Apostolica vel doctrina virtutum, vel *Edisseratio* Scripturarum intelligi potest.]

† 1. *EDITIO*, Spectaculum. Idatius in Fastis Consul.: *Valentiniano III. et Eutropio Consulibus quinquennalia Arcadius Aug. propria cum Theodosio Aug. patre suo *Editionibus* ludisque celebravit.*

\* Acta SS. Abdon et Sennen tom. 7. Jul. pag. 133. col. 1: *Alia die venerunt et muntiaverunt Decio, quia ursi et leones in caveis mortui fuissent: Decius autem iratus jussit sibi *Editionem* in amphitheatro parari.*

† 2. *EDITIO*, Declaratio est, qua actor de sumptibus et litis expensis solvendis sese obligat, et qua etiam accusator se simili pœnz subjicit in causa criminali, cum inscriptionem fecit: quod etiam eveniebat in causa civil. Sic incertus Auctor in notis ad veteres formulas secundum Legem Romanam. [\*\* *Bignon.* ad Formul. 29.] Consule *Pitiscum* in Lexico, et vide *Sirmondi Formulam* 29. [\*\* *Marin.* ad Pap. Dipl. num. 79. pag. 265. ubi editio narrationum videtur actio edita.]

\* 3. *EDITIO*, Diploma, instrumentum, charta. Dipl. Ludov. VI. pro monast. Tiron. ann. 1121. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 636. col. 1: *Has autem nostrarum perennitatum et regiarum largitionum *Editiones* nemo infringere quomodolibet audeat in futurum.* [\*\* Pro *Editionibus*.]

\* *EDITIOSUS*, *Judez*, quem una pars elegit. Glossar. vet. ex Cod. regio 7613.

\* *EDITOR*, *Lo hostiario*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Edilis*.

\* *EDITUERE*, *Edicto* promulgare, edicere, nostris alias *Editer*, eadem acceptione. Charta ann. 1224. Inter Ordinat. reg. Franc. tom. 4. pag. 375. art. 3: *Et septem dies de banno vini, quod debemus accipere, et *Editui* jubere in vigilia Assumptionis Beatz Mariz: et si differremus accipere, illud non possemus anno illo recipere.* Quæ rursus leguntur ibid. pag. 378. Stat. ann. 1399. tom. 8. earumd. Ordinat. pag. 338. art. 18: *Que il soit *Edité* et publié que aucun marchans, etc.* Lit. ann. 1400. ibid. pag. 397: *Certaines ordonnances aient esté et soient pieça faictes et *Edites* par nos prédécesseurs et nous, etc.* Vide supra *Edictum* 3.

\* *EDITUM*, pro *Edictum*, Constitutio, præceptio. Lit. ann. 1350. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 62: *Volentes et per nostrum *Editum* auctoritate nostra regia decernentes, quod, etc.*

*EDITUS*. Præceptum Dagoberti Regis de Episcopali dignitate Cadurzæ urbis conlata Desiderio Thesaurario: *Ut dum satis nobis est in Palatio nostro necessarius, ipsi nobis quodammodo violentiam*

*inferamus, et eum ab Editibus propriis profectui publico procuremus. Sed dum nobis, sicut diximus, eum ab Editibus nostris auferamus, etc.* Ubi Editibus, idem valet ac *Adibus*, nisi ita legendum sit.

**EDLINGUS**, Nobilis. Vide *Adalingus*.

\* **EDO**, [Edax, manduco. *Varr.* apud *Non.* 1. 287. *Edones* Romam, ut turba incendat annonam.]

† **EDOCATRIX**, pro *Educatrix*: qua voce usus est Columella. *Gloss.* *Sangerman.*: *Altrices, nutrices vel Edocatrices.*

\* **EDOCENTER**, [Docendi more, ad docendum utiliter. *Gell.* 16. 8. In eo nihil *Edocenter*, neque ad instituendum explanate scriptum est.]

\* **EDOCETE**, Adverb. ap. *Virgil.* *Grammat.* pag. 73.

\* **EDOGMADA**, *EDOGMATA*, pro *Hebdomada*, in *Constit. canon.* *Reatin.* ann. 1250. apud *Cl. V. Garam.* in *Ind.* ad *Hist. B. Chiaræ* pag. 543. col. 2. Vide mox *Edomata*.

\* **EDOMADA**, similiter pro *Hebdomada*, in *Lit.* ann. 1355. tom. 4. *Ordinat.* *reg. Franc.* pag. 164.

\* **EDOMATA**, pro *Hebdomada*. *Eadem* notione. *Charta* ann. 1221. tom. 1. *Hist. Cassin. monast.* pag. 317. col. 1: *In tempore messis et binemix, unum diem de persona per unamquamque Edomatam.*

† **EDOMENORIUM**, f. pro *Domanium*. *Charta* ann. 1362. ex *Archivis Trevoltii: Juxta Edomenorium, seu terras de Char-denort.*

† **EDONEUS**, pro *Idoneus*, in *Formulis Andegav.* art. 49. et apud *Mabil.* *Diplomat.* pag. 470.

**EDOPORIUM**, *Victus vel cibus*, in *Gloss. MSS.*

\* **EDOR** quondam appellatum ab edendo; quia eo primo usi sunt homines; sive quia in sacrificio ipsius generis panis ad aras offerebatur: unde et *adorea, sacrificia.* *Gloss. MSS. Sangerm.*

**EDORSARE**, in veteri *Gloss. Lat. Gall.* *Dorser, rompre le dos, ou couper.* *Joan. de Janua: Edorsare, dorsum scindere, præcipue ab anteriori parte; unde Edorsatus dicitur equus ab anteriori parte per dorsum scissus. Exdorsuare piscem dixit Plautus in Aulular. Vide Redorsare.*

† **EDOTARE**, *Exornare.* *Acta SS. April.* tom. 2. pag. 10: *Exerit capellam S. Domnii et compulcherrime pavimentis Edotavit.*

\* **EDUCARE**, *Eligere, proferre, liberare*, in *Gloss. MS. Sangerm.*

\* **EDUCATUS**, [Ab *educō, educato, allevalo, nutritus, institutus.* *Cic. Brut.* 58. *Filios Corneliæ* apparet non tam in gremio *Educatos*, quam in sermone *matris.* *Id.* 1. *Orat.* 31. *Homo ingenuus et liberaliter Educatus.* *Id.* 7. *Verr.* 19. *Homo in fecialium manibus Educatus.* et 5. *Verr.* 24. *In dedecore natus, ad turpitudinem Educatus.* *Hirt. B. Alex.* 78. *Disciplinis regiis Educatus.*]

1. **EDUCERE**, pro *Educare*, dixit *Sidonius* post *Plautum*, et aliquot veteres, quos laudat *Savaro* ad lib. 3. *Epist.* 3.

**EDUCERE SE** per *æneum*, aut per *compositionem*, in *Lege Salica* tit. 59. est purgare se per aquæ ferventis iudicium, etc. Vide *Ducere*.

\* 2. **EDUCERE**, *Eligere, aut proferre, liberare, instruere, emovere, excludere, expellere, evellere, emovere, ejicere, extrahere, subvertere, eruere, loco pellere.* *Educit, tempus protrahit, prolatat, tempus ampliat, procrastinat, differt, moratur, tergiversatur. Educit tempus, moras*

*necit, trahit.* *Eadem Glossæ. MS. Sangerm.*

**EDUCILLARE**, [Vinum particulatim vendere.] Vide *Ducillus*.

\* **EDULCO**, [Dulce facio, indulco, obdulco, *Cn. Mattius* apud *Gell.* 15. 25. et *Non.* 2. 295. Quapropter *Eduicare* convenit vitam, *Curasque acerbas sensibus gubernare.*]

† **EDULI**, *Voratores, degulantes.* *Gloss. Isid.*

\* **EDULIO**, *Lo manzatore, e cibo.* *Glossar. Lat. Ital. MS.*

**EDULITAS**, *Fames ex annonæ caritate.* *Petrus Blesensis Epist.* 141: *Desævit morbus pestilens, et Edulitas invalescit.* *Utitur* et *Epist.* 91. *Hac notione videtur usurpasse Papinianus in leg. 17. de Compens. (16, 2): Ideo condemnatus, quod arctiorem annonam Edulitatis tempore præbuit, etc.* ubi quidam legunt *ædilitatis.* [Lampridius in *Alexandro Severo: Cum Edulitatem P. R. ab eo peteret, interrogavit per curionem, quam speciem caram putarent.* Vide *Edilitas.*]

† **EDULUM** ab edendo dictum, quasi prægestativa comestio. *Papias.* *Edulium aliis idem est quod obsonium, seu quidquid ad manducandum apponitur præter panem.*

\* **EDULUS**, pro *Hædulus*, in *Invent.* ann. 1476. ex *Tabular. Flamar.*

**EDUNIARE**, [Crimen a se amoliri per sacramentum.] Vide *Idoneus* [et *Edoneare.*]

\* **EESTER**, [Picus. *DIEF.*]

**EFA**. Vide *Ewa*.

\* **EFEBIAM**, *indeclinabile, Bordel.* *Glossar. Lat. Gall.* ex *Cod. reg.* 7692. Vide infra *Effeminatorium.* [\*<sup>2</sup> et *Ephibia.*]

\* **EFFABILIS**, [Qui dici potest. *Apul. Apolog.* *Paucis cogitabilis, nemini Effabilis.* *Not. Tir.* p. 186. *Affabilis, Effabilis, ineffabilis.*]

\* **EFFACERE**, *Facere.* *Acta SS. Anath.* et *Audac.* tom. 2. *Jul.* pag. 679. col. 2: *Anatholia respondit: Effac quod vis; quoniam ego numquam dæmonis immolabo.*

\* **EFFACIATUS**, a Gallico *Effacé*, *Deletus, obliteratus.* *Comput.* ann. 1402. *inter Probat.* tom. 3. *Hist. Nem.* pag. 170. col. 2: *A domino Hugone Yverni, pro lectura, vocata la Margarita, desisa et Effaciata, ij. solid. vj. denar. Turon.*

\* **EFFÆCATUS**, [Fæcibus purgatus. *Apul.* 2. *Dogm. Plat.* *Purgata et Effæcata animi voluptas.*]

\* **EFFACILATUM**, [Exsertum, quod scilicet omnes exserto brachio sint exfilati, id est extra vestimentum filo contextum. *Hæc Festus: ubi alii rectius legunt expapillatum, quam vocem vide suo loco.*]

† **EFFAMEN**, *Effatum, sententia.* *Occurrit* apud *Martianum Capellam* et in *Concilio Tolet.* XVI.

† **EFFANDAMENTUM**, ut opinor, a Gallico *Fente, Fissura.* *Charta Petri de Roteys Vicarii Tolos.* ad *Bajulos* ann. 1272: *Et quod omnes prædicti fustes et trabes et perlicæ sint sine omni Effandamento.*

\* **EFFASILATUS**, *Exerto humero, hoc est, extra filium (l. sinum) manum proferens.* *Gloss. MSS. Sangerm.* [\*<sup>2</sup> *E Placido.* *Effafilatus* in *cod. reg.* 7644. et apud *Maium* tom. 3. pag. 460. et tom. 5. pag. 660. *Exscriptis Placidus Festum in Effafilatum, apud quem Ecassilato vel expapillato ex Plauto restituendum esse monuerunt viri docti.*]

\* **EFFATE**, *Sine effectu.* *Infra: Effecte, sine effectu, in iisdem Glossis.*

\* **EFFATICUM**. Vide infra *Exaticum*.

\* **EFFATIO**, [Actus effandi. *Afertur a Servio* ad 3. *En.* 463. *tanquam vox usitata in loquendo.*]

† **EFFATUARE**, *Fatum reddere.* *Dudo de Ducibus Norman.* apud *Chesnium: Quorum consilium Effatuans, etc.*

**EFFATUI**, *Vaniloqui, sine effectu*, in *Glossis Isidori.*

\* **EFFEBRUARE**, [Expurgare. *DIEF.*]

\* **EFFEBUS**, *EFFEBIOLUS, Clarus, lucidus, Prov. Clar.* *Glossar. Provinc. Lat.* ex *Cod. reg.* 7657.

\* **EFFECTE**, [Perfecte. *Ammian.* 16. 5. *Cum hæc Effecte pleneque colligeret.* *Apul. Florid. n.* 16. *extr.* *Sed de hoc tum ego perfectus, cum vos Effectus, h. e. cum vos rem magis ad effectum perducetis.*]

\* **EFFECTITO**, [Frequentat. ab *effecto.* *Not. Tir.* p. 36. *Effectitat.*]

\* **EFFECTIVUS**, *Efficiens.* *Vita S. Walth.* tom. 1. *Aug.* pag. 255. col. 1: *Cum infra secreta Canonis Hostiam elevans, deprompsisset verba sacramenti Effectiva, quando panis in Corpus, et vinum in Sanguinem Domini transubstantiantur, etc.*

† **EFFECTUALITER**, *Reipsa, Gall. En effet, in Hist. Dalphin.* tom. 2. pag. 194. col. 2. apud *Rymerum* tom. 3. pag. 318. col. 2. et alibi.

† **EFFECTUARE**. Vide *Effectuare*.

\* **EFFECTUM**. DE **EFFECTO**, *Gall. En effet, Reapse.* *Charta* ann. 1337. in *Reg.* 71. *Chartoph. reg. ch.* 43: *Quæ de Effecto possidet seu possedit in dicto loco de Castronovo.*

† **EFFECTUOSE**, pro *Affectuose. Effectuose supplicantes*, apud *Rymerum* tom. 1. pag. 308. col. 2.

† **EFFECTUS**, *Lassatus, fatigatus, languidus, fractus, sine effectu.* *Papias MS.* [\*<sup>2</sup> Vide *Forcellinum* in *Effectus*. *Scribitur etiam Effectus.* *Reinard. Vulp. lib.* 4. *vers.* 111:]

*Sex ovibus quondam sumtis illectus ad esum, Et plus dimidio ventris inanis eras, Vix libata tibi lûc una est, Effectus abisti, etc.]*

\* *Glossar. Lat. Gall.* ex *Cod. reg.* 7692: *Effectus, sans fruit. Effectus, fructus.* in *Gloss. MSS. Sangerm.*

\* **EFFECUNDO**, [Fecundo, fecundum reddo. *Vospic. Prob.* 21. *Cum Sirmium venisset, ac solum patrum Effecundari cuperet, et dilatar.]*

\* **EFFEMES**, *La causa da ogni di.* *Glossar. Lat. Ital. Ms.*

**EFFEMINARE**, *Castrare*, in *Glossis Isonis* ad *Prudentii Peristeph.* *Hym.* 14. v. 190.

**EFFEMINATI**, *Masculi, qui virilia patiuntur, molles, seu qui in semetipsis feminas profitentur, inquit Salvanus.* *Alcuinus* de *Off. divinis: Sunt Effeminati, qui vel barbas non habent, sive qui alterius fornicationem sustinent.* *Utitur etiam Gregorius Mag.* lib. 4. *Ep.* 14.

*Effeminati in viros pudoris contaminatione fœdari dicitur Roma* in *Collat. Legis Mos.* tit. 5. *Apud Esaiam* cap. 3: *Et Effeminati dominabuntur eis.* *Ubi Aquila, auctore Hieronymo, ἐναλλὰξ vertit, qui se mutant, et turpitudinis exerceant vices.* *Vide eundem* in *cap. 4. Osæ. Puerilia stupra,* apud *Ammianum* lib. 23. *Bacchus ἠνιδόριον παιδὸς παιδαγωγός, dicitur Theodoro de Græc. affect. serm.* 7.

**EFFEMINATORIUM**, *Domus meretricum, Lupanar,* in *Gloss. Isid.*

\* *Glossar. Provinc. Lat.* ex *Cod. reg.* 7657: *Effeminatorium, Bordel, Prov. quasi effeminat et evertit.*

\* **EFFERATUM**, a Gallico *Effroy*, Terror. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 448 : *Dictum Guillelmum ob hoc per capucium ceperat, propter quod, ac etiam propter Efferatum, Gallice Effroy, equi dicti Arnaldi, dictus Guillelmus ad terram cecidit.* Sed et vox Gallica *Effroy*, pro Tumultuoso motu et seditione, occurrit in aliis Lit. ann. 1358. ex Reg. 86. ch. 222 : *Comme Guillaume Lanyeux demourant à Dueil, ait esté comme capitaine avec plusieurs autres du plat pays d'environ, aus Effrois qui derreinement et n'agaires ont esté fait par lesdites genz contre les nobles dudit royaume, à abatre en plusieurs lieux forteresses, et dissiper leurs biens et aucuns mettre à mort, etc.* Effraé vero pro Ira commotus, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 107 : *Le Roy fu forment Effraé, et li dit que moult estoit hardi quant il avoit tenu nulles convenances ne paroles au Soudanc, sanz parler à li.* Occurrit rursus ibid. pag. 118.

\* **EFFERENTER**, Magno cum apparatu. Chartul. x. sæc. ex Cod. reg. 2777. fol. 19. laudatum tom. 3. novi Tract. diplom. pag. 140 : *Similiter exemplar imperialis litterarum, quæ Niceæ missæ sunt sancto Concilio dum aduc piissimus imperator in Tracia resideret, ut deberet inde Efferenter in Calchedona migrare.* Vide *Efferentia*.

† **EFFERENTIA**, Elatio. *Mundanæ elationis Efferentia*, in Vita S. Apollinaris Episc. Valentis ad Rhodanum, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 780.

\* **EFFERVESCERE**, Metaphorice, Cum abundantia et copia erumpere. Chron. Pet. Azar. ad ann. 1331. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 233 : *Inter hæc rumores multi in Bononia Efferbuerunt, in quibus plurimi Bononienses pro stipendiarios in ipsa civitate fuerunt interfecti.* Vide *Ebullire*.

† **EFFESTUCARE**, Per *Festucam* cedere, abdicare, Gall. *Déguerpir*, Leodiensib. *Effestuer*. Charta anni 1250. apud Miræum tom. 2. pag. 1233. col. 1 : *Nos ambo dictas justitias terrarum Episcopi... reportavimus libere et absolute werpivimus et Effestucavimus in manus illustris Dominæ M. Flandriæ et Hannoniæ Comitissæ.* Occurrit in Histor. Lossensi part. 2. pag. 18. inter Instrum. tom. 3. Gall. Christ. col. 46. ex quibus locis aliisque similibus emendandam puto Chartam anni 1228. apud Miræum tom. 2. pag. 851. col. 2. ubi sic habetur : *In eleemosynam perpetuam reportando Effectuavit*, pro quo, ni fallor, legendum *Effestucavit*. Vide *Festuca*.

† **EFFESTUCATIO**, Abdicatio. Charta Henrici Leodiensis Episc. ann. 1154. in Tabulario S. Nicasii Rem. : *In eodem capitulo quirpitionem et Effestucationem fecerunt.* Rursus legitur apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 2. pag. 257. et apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 436.

\* *Effestukement*, in Charta ann. 1287. ex Chartul. Namurc. in Cam. Comput. Insul. fol. 7. r. : *Cest werp, raport et Effestukement, si comme deseure dit est, bien et souffissamment fais.*

\* **EFFETA** per duo ff scribendum, in Gloss. Mss. Sangerm. Vide *Epheta*.

\* **EFFETUS**, Lassus, defatigatus, in iisd. Gloss. pro *Effectus*. Vide supra in hac voce.

† **EFFEVUS LIBELLUS**, Diploma Pontificium, Mabillonio. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi cap. 47 :

Ut jubar introiti, jubaris seu nectar opimi Protulit Effevum liquido sapore libellum  
Nisce caracteribus, etc.

† **EFFEXEGESIS**, *Explanatio superioris sermonis, Exageratio, ut serpens res mortifera.* Papias. *Effexegis pro Exegesis* a Græco ἐξήγησις credo perperam irrep-sisse.

† **EFFIALTES**, pro *Ephialtes*, Incubus, apud Papiam.

† **EFFICABILIS**, In omnibus expeditus. Gloss. Isid.

† **EFFICACIA**, Efficiendi vis, Gallis *Efficace*. Utuntur Ulpianus in leg. 33. de Usuris, (22. 1.) et in leg. 9. Cod. Th. de Executor. (8. 8.) [\*\* Adde lib. 1. tit. 15. const. 6. de offic. Vicar.] [Plinius lib. 11. cap. 5. de apibus. Vetus Inscriptio apud Grut. pag. 465. n. 5 : *Promoto xiviro stilitibus judicandis oratori maximo. Decuriones et plebs Colonia Asculanorum propter humanitatem, abstinentiam, Efficaciam, etc.* Hoc est, Virtutem strenui atque efficacis viri. Sed quia, inquit Faber in Thesaurio, *Efficacia* a calore naturaque ignea est, et itaque facile abripi et transilire limites potest, et injustitia fieri affinis, cum aliquid magis urget, quam par est, et æqui patitur ratio, idcirco miratur Ambrosius, in fratre suo Satyro *Efficaciam* simul et *Innocentiam* fuisse, *Oratione* ejus funebri. Sane et apud Græcos δεινός, et strenuum seu efficacem et iniquum atque atrocem, sive amarum et asperum notat, ut Servius auctor est. Vide *Acer* in eodem Fabri Thesaurio. *Efficaciter* dixit Seneca lib. de Brevitate vitæ cap. 6. [Plinius lib. 28. cap. 11 : *Efficacius rogare*. Plin. Jun. lib. 6. Epist. 6 : *Efficacissime coercere*, rursus Plin. Major. cap. laudato, *Efficacissime sanari*, lib. 26. cap. 12. *Efficaciter irruere*, id est, cum impetu strenue, fortiter, in Breviario Histor. Pisanæ ad ann. 1264.]

† **EFFICALE**, Efficax. Chronic. Windemense lib. 2. cap. 18 : *Fuit eorum firmum Efficaleque præsidium.*

† **EFFICATIO**, Effectus ; executio, Gall. *Effet, Accomplissement*. Litteræ Roberti Trecentis Episc. ann. 1232. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 969 : *Nec faciet quominus dicta donatio Efficationem et plenissimam habeat firmitatem.*

† **EFFIGATIVE**. Reipsa, Gall. *En effet*, Acta S. Ansucrii Mari. Julii tom. 4. pag. 105 : *Quo moreretur Efficative vitam consequi sempiternam.*

\* **EFFICATIVUS**, Effectus, exsecutio. Lit. remiss. ann. 1378. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 17. col. 2 : *Dictam nostram ordinationem cassando, revocando et annullando, et nullus Efficatus seu efficacis esse decernendo, etc.* Vide *Efficatio*.

† **EFFICAX MAGISTERIA**. Vide *Magister officiorum*.

\* **EFFICIALITER**, Efficaciter, Gall. *Avec force*. Conc. Regiense ann. 1285. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 197 : *Presbyteri parochiales parochianos suos. moneant frequentius Efficialiter, et inducant ad decimas hujusmodi fideliter præstandas.*

† **EFFICIATUS**, f. pro *Officiatus*, Gall. *Officié*. Charta Henrici VIII. Regis Angl. ann. 1516. apud Rymer. tom. 13. pag. 542. col. 1 : *Contra Theolonarios, Customarios, Stapularios, Efficiatos, Mercatores, etc.*

† **EFFICIENTIA**, Sententia facta seu lata. Bartholomæus Episc. Laudun. in quodam Judicio apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 174 : *Hanc itaque Efficientiam præsentii scripto firmari præcepimus, quod testium subscriptione et sigilli nostri impressione roborari curavimus.*

\* **EFFICIUM**, pro *Officium*, Liturgia sacra. Quest. Magist. Odon. de Missa ex Cod. Ms. Carololoci : *Officium dicitur*

quasi *Efficium*, mutata prima littera propter decorem sermonis.

† **EFFIDATUS**, Papiæ *Præterritus*. In edito [et in MS. Bituric.] habetur *Perterritus*.

\* **EFFIGIA**, [Idem ac effigies. *Plaut. Rud.* 2. 4. 7. *Veneris effigia hæc quidem est.* Habet etiam *Afran.* apud Non. 8. 77. et *Effigia* in plur. *Lucret.* 4. 46. 83. et 103.

† **EFFIGIARE**, Effingere, depingere. Octavius Felix : *In lapides Effigiatos unctos et coronatos.* Sidonius lib. 6. Epist. 12 : *Sacravit templis, formavit statuis, Effigiativ imaginibus.* Solinus in Præfat. Polyhist. : *Ante omnia Effigiant modum capitis.* Paulinus lib. 3. de Vita S. Martini :

Effigians clypeo insanam cristisque Minervam.

Idem. lib. 4 :

.... quæ munere Christi  
Effigians illam quam Christo iudice sumpsit.

Prudentius in Psychomach. :

... Nam viscera limo  
Effigians.

Ordericus Vitalis lib. 4 : *Scriptisque laudabilia virtutum suarum monumenta Effigiarunt.* Hanc vocem reponunt viri docti in leg. ult. Cod. Theod. de Excus. artif. (13. 4.) *Ad Effigiandos sacros vultus*, cum in edit. legatur *Efficendos*. Utitur etiam idem Prudent. in Cathemer. Hym. 10. Peristeph. Hym. 4. etc. [Pro imitari vero, seu representare sumitur in Prologo Vitæ S. Dymphnæ Mart. Maii tom. 3. pag. 479 : *Assimilatus simiæ, quæ fortuitu gestus humanos Effigiare videtur.*] *Effigia, Effigies*, dixit Plautus.

† **EFFIGIATIO**, Figmentum, in Actis SS. April. tom. 3. pag. 90.

† **EFFIGIATOR**, Qui effingit sive sculpendo sive pingendo. Legenda de SS. Martyribus in Hamburg et in Ebbeckestorp reconditis, apud Leibnium tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 184 : *Horum etiam memoriam celeberrimam libris extendere, decorum est scriptoribus, honestum cælatoribus, ingeniosum Effigiatoribus et pulchrum pictoribus.* Hic *Effigiator* idem videtur qui *Sculptor*, isque solus.

\* **EFFIGIATUS**, [Ab *effigio, effigiato*. Apul. *Apolog.* *Imagines variis artibus Effigiatæ.* *Ammian.* 26. 7. *Aurei nummi Effigiatæ in vultu novi principis.*]

† **EFFIGIES**, Species. Sculus Flaccus de Condit. agror. : *Congeries lapidum in Effigie maceriarum.* Supra : *In Specie maceriarum congerunt lapides.* Scriptorum alii Gromatici : *Termini cursorii in Effigiem tubuli.*

\* **EFFIGIO**, [Ad effigiem formo. *Sidon.* 6. ep. 12. *Quem Græcia Effigiativ imaginibus.* *Prudent.* 10. *Cathemer.* 4. *Deus, qui hominem Effigiativ.*]

† **EFFIGIUM**, Ἀποτύπωμα, *Effigies*, in Gloss. Gr. Lat.

\* Hinc nostris *Efficher*, pro *Imaginer*, Animo fingere. Poem. reg. Navar. Cantil. 16. tom. 2. pag. 37 :

Beau doux amis bien me puis Efficher  
Que j'aing dou mont toute la mieuz vaillant,  
La plus cortoise et la mieuz avenant.

† **EFFILICARE**, Filices exstirpare ut terra arabilis fiat, Gall. *Essarter, Défricher*. Litteræ Galonis Copellæ ann. 1229 : *Ego tradidi Ecclesie Strum. xxxvi. mensuras Ternienses jacentes in sartis ad Effilicandum in perpetuam sulturam libere et pacifice possidendas, ita scil. quod Ecclesia jam dicta totam terram arabit et seminabit.*

\* **EFFIRMO**, [Confirmo, firmum reddo.

*Accius* apud Non. 4. 64. Tu te ipse *Effirma*, et compara.]

† **EFFLAGRATIO**, *Altum et luculentum incendium*. Barthius in Glossario ex Guiberti Histor. Palæst. Cicero dixit ea notione *Deflagratio*.

\* **EFFLICTO**, [idem quod afflicto, affligere. *Plaut. Stich.* 4. 2. 26. Non tu scis, quam *Efflicentur* homines noctu hic in via.]

\* **EFFLOREO**, [Valde floreo. *Tertull. seu Cyprian. Judic. Domin.* 209. Talia florigeris nunquam nascuntur in hortis Lilia, nec nostris *Efflorent* talia campis. — 2. Translate. *Cic. 2. Orat.* 78. extr. Apparbit, res eas non modo non esse communes, sed penitus ex ea causa, quæ tum agatur, *Effloruisse, h. e.* emanasse, egerminasse, ut flores ex plantis.]

\* **EFFLUCTIO**, Effluentia, eluvies, difluvium. *Charta* ann. 1330. in Reg. 66. *Chartoph. Reg. ch.* 425: *Ut cloacæ purgentur et Efflucciones illarum.*

† **EFFLUERE**, A virtute deflectere, Viam virtutis deserere. Arnulphus Sagiens. Archidiaconus contra Girardum Engolism. Episcopum apud Acher. *Spicil.* tom. 2. pag. 362: *Illis enim quorum eatenus ardentis monasticus ordo frænebat affectus, traditæ dispensationis occaso licentiam comparat Effluendi; nihilque ad periculum religionis efficacius est, quam irreligiousum sustinere pastorem.*

\* **EFFLUUS**, [Qui effluit. *Avien. Prognost. Arat.* 1717. si flammis emicet ignis *Effluus*. *Id. Perieg.* 1162. In pontum cadit *Effluus* amnis.]

† **EFFOAGIUM**, Lignatio, tantum ligni in silva sumendum, quantum ad focum est necessarium, Gall. *Chaufage*. *Charta* Roberti Episcopi. *Lingon.* ann. 1235. inter *Instrum.* tom. 4. Gall. *Christ.* col. 207: *Cum Abbas et Conventus S. Benigni Divion. dicerent se habere usuagium in memoribus de Villa-Comitis... ad omnia quæ vellent facere ad opus domus de Chasne, videlicet ad Effoagium ejusdem domus et ad opus furni.*

\* Gallico *Effoage*, vel *Effouage*. *Tés-tam. Hugon.* V. ducis Burg. ann. 1314. inter *Probat.* tom. 2. *Hist. Burg.* pag. 152. col. 2: *Donons... l'usage en nos boys de Voisins au chapelain, qui desservira en ladite chapelle, por son Effoage.* *Libert. villæ de Perrices* ann. 1347. tom. 7. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 32. art. 8: *Lesdiz homme et femmes auront leur usage en tous les bois nombannez (non bannez) pour marrenage, Effoage et closure de terres gaaignables.* Vide *Foagium* 2.

\* **EFFOARE**, Calefacere, Gall. *Chauffer*. *Charta* ann. 1255. in *Chartul.* *Buxer.* part. 13. ch. 4: *Dedimus monachis Buxeria... furnum nostrum de Saveranges, et usuagium plenum et liberum ad Effoandum ipsum furnum in omnibus les Bathey de Saveranges.*

\* **EFFOCARE**, Fauces elidere, veteri *Interpreti Juvenalis Sat.* 15. v. 222: *Quæ in somnis Effocabitur propter dotem.*

**EFFOLARE**, [Leviter lædere, Gall. *Affoler.*] Vide *Affolare*.

† **EFFONDATUS**, Effusus in epulas et luxum. *Nicolaus de Hanqueville, Ord. FF.* Min. circa ann. 1300 in *Sermone* S. Laurentii: *Sobrius potus est sanitas animæ et corporis; ergo superfusus est destructio utriusque. Certe multi Christiani sunt Effondati et nimis fentati quasi equi, et ita pejores sunt equis.* Pro *fentati* puto legendum *fædati*.

\* **EFFONDARE**. Vide infra *Effondare*.  
\* **EFFONTIRE**, [Venenose loqui. *DIEF.*]

**EFFORCIALITER**, Cum copiis militaribus, cum *efforcio*: *Avec forces*. *Mathæus Paris* ann. 1213: *Tu ita Efforcialiter venias cum equis et armis.* Idem in *Vitis Abbatum S. Albini: Promiserunt, quod Efforcialiter vobis subvenirent de pecunia sua.* Vide *Efforcium*.

**EFFORCIARE**, *Distringere*, Mulctare, cogere, *Regiam Majestatem* lib. 1. cap. 7. § 16: *Si ipse tenens ad primum diem non venerit, ejus plegii in misericordia Do. Regis erunt, et super placito capitali ipsi plegii Efforciantur*, Ubi *Skenæus*, *distingentur*, *Sal be poynded et distrenziat*. *Aresta* ann. 1259. 1. Reg. *Parlam.* fol. 15: *Conquerebantur homines de Balagniac, quod Petrus de Balagniac armiger Efforciabat eos, et plura damna eis inferebat propter garennam suam, etc.* *Charta* Adami Episcopi *Meldensis* ann. 1289. in *Tabulario ejusdem Ecclesiæ* fol. 83: *Et si nobis Episcopo de dictis mobilibus in villis Decani et Capituli Efforcietur, nos Decanus et Capitulum dictam fortiam tenebimur amovere, etc.* [*Charta Comitissæ Augi*, apud *Marten.* tom. 1. *Ampliss. Collect.* col. 1142: *Dominus rex me non Effortiahi de me maritando, nec heredes mei firmabimus, nec infortiamus fortercias aliquas a puncto in quo sunt modo.*]

\* *Nostris Efforcier*, pro *Effringere*, vulgo *Forcer*. *Charta* ann. 1406. ex *Bibl. reg.*: *Et vist que la serreure de ladite chappelle avoit esté Efforciee à Daques.* *Efforcier*, pro *Ingravescere*, apud *Villehard.* paragr. 19: *Sa maladie (de Thibaut) crût et Efforca tant, que il fist sa devise et son lait, et départi son avoir.*

**EFFORCIAMENTUM**, seu **AFFORCIAMENTUM**, *Districtio* vel *inquisitio*. *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 280: *Et idem Abbas venit per aliquem liberum hominem attornatum suum, qualem presentare voluerit ad Efforciam Curie tantum.* *Charta Edw.* III. tom. 2. pag. 832: *De tribus virgatis terræ... quietis de... sectis curiæ, et adventibus, et Afforciamtis.*

† **EFFORCIARI**, *Niti*, conari, *Gallis S'efforcier*. *Charta* ann. 1323. ex *Tabulario Argentolensi*: *Nisi sent seu Efforciami facere explecta justitiæ.*

† **EFFORCIATA FEMINA**, Cui vis illata est, a Gallico *Forcer*. *Archivum* *Abbatias Buzei*: *Ego Eugo Dominus de Ponte... concessi duabus illis Abbatissis totum mercatum meum de Ponte cum omni justitia et districto, præterquam de femina Efforcata et latrone suspendendo.*

\* **EFFORCIATE**, Cum multis copiis militaribus, Gall. *En forces*, alias *Efforciamt*. *Charta* *Margar. comit. Fland.* ann. 1256. ex *Chartul. sign.* *Decanus S. Pet. Insul.* fol. 178. rº: *Cum nos viros venerabiles decanum et capitulum Insules rogavimus, ut hospites suos nobis accommodarent, et eos apud Enguien mitterent honorifice et Efforciate cum armis, pro corpore nostro custodiendo et honore nostro salvando.* *Lit. Ludov. X.* ann. 1315. in *Reg. A. Cam. Comput. Paris.* fol. 70. rº: *Enjoignez de par nous estreitement que treuve selonc l'estat de chascun... viennent appareilliez si souffisamment et si Efforciamt en armes et en chevaus, etc.* Vide *Efforcialiter*.

**EFFORCIATUS**, *Spissus*: *Gallis, Renforcé*. *Testamentum* *Willelmi*, cogn. *Longa*: *spada*, *Comitis Sarisberiensis* tom. 2. *Monastici Angl.* pag. 931: *Unam Dalmaticam de croceo cendallo bene Efforciao.*

**EFFORCIATI NUMMI**, [dicti sunt quorum materia purior erat minusque

adulterata.] *Charta* *Bernardi Episc. Santonensis* ann. 1151. apud *Sammarthanos: Dedit* 10. *libras Efforciorum nummorum*. *Alia* ann. 1330. apud eosdem in *Episc. Tolonensib.*: *Octo libras Reforcias habet.* *Tabular. S. Mariæ Santon.* ann. 1168: *Decem solidi Enfortiorum.* Vide *Moneta fortis*. *Tabular. S. Dionysii Novigenti*, ex *Charta* *Roberti de Mauritania: Dedit* 5. *solidos Dunensium Exforcios.*

**EFFORCIUM**, *Exercitus*, *copiæ militares*: *Gallis Forces*, vel *Effort*. *Acta Innocentii III.* PP. pag. 13: *Familiares Regis ad summum Pontificem clamare cœperunt, ut eis cum Efforcio mitteret protectorem.* [Vide *Eaforcium*.]

\* **EFFORESTARE**, *Terras de forestæ jure demere*, et in *pascua* aut *culturam* redigere, idem quod *Deaforestare*. Vide in *Foresta*. *Chartul. S. Austreg. Bitur.* fol. 59. vº: *Si nemus venumdatur vel Efforestetur, totum erit capituli.*

\* **EFFORIS**, *Foris*. *Glossar. Provinc. Lat.* ex *Cod. reg.* 7657: *Deffora, Prov. foris, Efforis.*

\* **EFFORMARE**, *effingere*, *exprimere*, *Vos.* de vit. 708.

\* **EFFORMIS**, et *Eformis*, [ex forma, vel secundum formam factus. *Not. Tyr.* p. 110. *Forma*, *formula*, *formosus*, *informis*, *eformis*, *deformis*.]

**EFFOROS**, *Synodicon* *Raphaelis Archiep. Nicosiensis* pro *Græcis* sub ann. 1252. editum cum *Constitutionib.* *Nicosiensib.* post cap. 32. in *Præfat.*: *Scribentes aliqua breviter circa hæc, et eam tam Græcis Episcopis, quam Efforos, et aliis regni prædicti Græcis Clericis, etc.* Cap. 7: *Quam Constitutionem tam ab Episcopis, quam a Presbyteris, Efforos, Magistris, Capellanis, præcipimus inviolabiliter observari.* Cap. 24: *Predicta omnia per Episcopos volumus in suis locis... exponi... Hoc idem præcipimus Efforos in suis locis, item Magistris, Capellanis Græcis, qui sunt in civitatibus, vel alibi constituti. Ubi Effori videntur esse Plebani, Curiones, ex Gr. ἑφοροι, inspectores, præsides, cujusmodi forte erant Ephori apud Lacedæmonios.*

**EFFOKSARE**, *Munire*. [Confirmatio privilegiorum *Ecclesiæ Narbon.* ann. 1165.] apud *Acher.* tom. 13. *Spicil.* pag. 319: [*Liceat jam dicto Pontio Archiepiscopi et successoribus suis omnia castra, quæ nunc habet et possidet... condirigere et Effoksare.*]

† **EFFORTIARE**. Vide *Efforciare*.

\* **EFFOSSIO**. [Gall. *exhumation*. Vide *cymiterium*.]

† **EFFRACTARIUS**, ut mox *Effractor*. *Willelmus Monachus sancti Dionysii* in *Epistola* anni circiter 1155. inter *Anecd.* *Marten.* tom. I. col. 443: *Habet præterea vallis nostra ex rupibus excisæ specus, in quibus incolæ se suaque mediis nivibus tuentur a frigore, æstivis mensibus a calore. In his nec vinum corrumpitur, nec granum infatuatur, non putrescit fructus, nec timetur Effractorius.*

**EFFRACTORES**, *Qui januas effringunt, ædes per vim ingrediuntur, effractis januis.* *Gloss. Lat. Gr.*: *Effractores*, ἑσπετανοίηται. *Effractorius*, ἑσπετανοίητης. *Effractoræ latronum*, apud *Paulum* lib. 5. *Responsor.* *Effractor et fur*, de *dæmone*, in *Passione* *S. Afræ* apud *Velserum*. *Pseudo-Marcellus de Conflictu* *S. Petri et Simonis Magi: Ego enim cum ejus essem discipulus, malignum, et insartidam, et maleficum illum, et Effractorum cognoscere, deserui eum, etc.* *Lex Burgund.* tit. 29 § 3: *Effractores omnes, qui aut domos aut scrinia expoliant.* *Tit. 89: Effractores domuum.* *Occurrit* apud

JC. Vetus Consuet. Turon. tit. ult.: *Crocheteurs, aussi larrons, qui ont fait bris, doivent estre pendus et estranglez.*

EXFRACTOR, Eadem notione, Acta S. Quirini Mart. n. 9: *Horum autem (qui in carcere detinebantur) quidam Exfractores sunt, alii adulteri et malefici, ac diversorum criminum rei.*

EFFRACTUS, Fractus animo, pavidus, Gal. *Effrayé.* Gesta Philippi III. Regis Franc. pag. 534: *Ulterius pertransire non audentes, Effracti et vacui, ad illum, qui eos miserat, redierunt.*

\* *Effrée*, eodem sensu, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:

Theophylus est en angoin  
Et Effrées trop durement.

\* **EFFRÆNIS**, Effrænatus. Willel. Malmesbur. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 243: *Ubi considerari potuit ingenua et Effrænensis viri barbaries, etc.*

**EFFRETARE**, Fretum, seu annum pertransire. Baldricus lib. 1. Chron. Cernac. cap. 97: *Quia iste fluuius, si quando imbres incumbant, in tantum exrescere solet, ut absque navigio Effretari non possit, etc.*

\* **EFFRONDARE**, pro *Effondare*, Demergere, a vet. Gall. *Effonder* et *Effondrer*, eadem acceptione. Charta Phil. VI. reg. Franc. ann. 1337. ex Bibl. reg. col. 15: *Et ipsam barcham in mari Effrondaverant.* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 130: *Il avoit bien huit cens personnes in la nef qui touz fussent sailliés galies pour leur cors garantir, et ainsi leseussent Effondées.* Le Roman de Garin ibid. in Glossar.:

La barge Effondrent, etc.

\* Sed non uno significato *Effondrer* nostris usitatum. Pro *Effodere*, in Ch. ann. 1321. ex Chartul. 23. Corb.: *Lesquelz marés porront et poent lesdits religieuses tourber et Effondrer toutesfois que il leur plaira.* Scalpello incidere, ut sanies effundatur, sonat. in Lit. remiss. ann. 1368. ex Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 519: *Plures molatas, quas dicebat ipsam equum habere in tibus, sebotomavit, Gallice Effondrit.* Pro *Exenterare*, vulgo *Eventrer*, in aliis Lit. ann. 1470. ex Reg. 195. ch. 478: *Ne tirez pas ribaudailles; car se vous tirez, je vous Effondrerai.*

\* **EFFRONS**, Impudens. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Effrons, sans honte, vel effronté.* B. de Amor. in Spec. sacerdot. Ms. cap. 44. de Verecundia:

Nunquam sis Effrons; nam virtutum pudor est fons:  
Effrons sive hifrons non est a sordibus insons.

Vide *Effronter*.

**EFFRONTER**, Impudenter, apud Gaiferium Monachum in Vita S. Lucii PP. n. 6. Vopiscus in Numeriano: *Consilii semper alti, nonnunquam Effrontis, sed prudentis.*

† **EFFRUTICARE**, Pullulare, germinare instar fructicis, apud Tertullianum lib. 1. ad Nationes cap. 5. et lib. de Anima cap. 27.

\* **EFFUCTIO**, φλαπῶ. Glossar. Lat. Gr. ubi cod. San-germ. *Effutio*.

\* **EFFUCTURUS**, Obventurus. Charta ann. 1138. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 483: *Quidquid etiam mihi vel meis successorio jure, sive alio modo Effucturum est, hoc totum plenarie tibi cedo, ut dominus sis, etc.*

† **EFFUGACIO**, ἀποφυγή, *Effugium*. Suppl. Antiq.

† **EFFUGARE**, Abire vel abducere quasi fugiendo, apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 108: *Licebit præfatis Abbati*

et *Conventui et successoribus suis, in prædicto manerio nostro... distringere et districtiones ibidem ad tunc inventas capere, abducere, et Effugare, et penes se retinere, quousque dictus annualis redditus viginti solidorum seu aliqua parcella ejusdem... sint persoluta.* Apud S. Augustinum Serm. 1. Feriæ. 2. Pentecostes, *Effugari est in fugam ejici, ut et apud S. P. Chrysologum Serm. 12. extr.*

**EFFUGUS**, Fugitivus, vel extra fugiens, qui scilicet continue et sæpe fugit. Joan. de Janua.

\* **EFFULCIRE**, [Plene fulgere. DIEF.]

\* **EFFUMIGATUS**, [particip. ab. inusit. *effumigo*, fumo expulsus. Tertull. ad Martyr. 1. Tanquam coluber excantatus, aut *Effumigatus*.

\* **EFFUMO**, [fumum emitto. Sever. Ætn. 497. *Effumato* moles.]

\* **EFFUNDAMENTUM**, Fundus, ager. Charta ann. 952. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 133: *Scolu Sacerdotum de ecclesia beatæ Dei genitricis Virginis Mariæ, quam nos ipsis jugalibus in nostro proprio Effundamentum edificavimus, quæ nos libere et possidere visi sumus in loco et fundo, quæ vocatur flumen Vedre, etc.* Vide *Fundamentum* 1.

**EFFUNDARE**, Papiæ MS. *Radicitus eruere, quasi e fundo*: perperam edit. *Effuncare*, licet ita etiam alius MS. præferat. [Bituricensis habet *Effungare*.]

\* **EFFURENCIA**, [Effectus. DIEF.]

\* **EFFUSIONES**, Loci, in quibus sal ex caldariis in patellis effunditur. Bulla Innoc. III. PP. pro monast. de Tart. ann. 1200. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 91. col. 1: *Et quindecim Effusiones salis, et sex solidos, et tres denarios, quos habet ex dono Stephani quondam Metensis episcopi.* Vide *Sedes salinarum* in *Sedes* 4.

\* **EFFUSOR**, [Qui effundit. Augustin. Serm. 27. de divers. in fin. Redemptor tuus, *Effusor pretii*, etc.]

† **EFFUSORIUM**, ἐκχυτήριον. Gloss. Lat. Græc. San-German. Janus in Supplemento Antiquarii legit: *Effusorium, ἐκχυσις, Effusio.* Vide *Fusorium*.

\* **EFFUSUS**, Effusio, effluviu. S. Vict. Rotomag. episc. lib. de Laude SS. apud D. Le Beuf tom. 2. Collect. var. Script. pag. 14: *Nullus Effusus sanguinis ad præsens, nec persecutor insequitur, et repletur gaudii triumphorum.* A Latino *Effuse*, nostri *Effondement* dixerunt, pro *Abondamment*. Hist. Caroli VI. pag. 105: *Ils le remercièrent humblement, en baisant la terre et en pleurant Effondement.*

† **EFFUTARE**, ἠμολογεῖν, *Confiteri*. Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

† **EFICARE**, Judicium ann. 862. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 116: *Tunc decrevimus judicium per Gothorum legem, et ordinavimus Randrico misso nostro, ut super ipsas res venire faciat, et de furtibus Petrone Eficat, et partibus Richimiro mandataro Richimiro Abbate jure revestire faciat.* Suspicio legendum *Efforciat*; eadem enim videtur notio. Hic agit de Petrone, qui rem Abbatis Richimiri propriam venderat. Juxta Legem Wisigothorum in prædicto Judicio laudatam lib. 5. tit. 4. § 8: *Qui alienam rem vendere vel donare præsumpsit, Duplam se domino cogatur exsolvere.* Ad hanc legem, ut puto, referuntur hæc verba: *De furtibus Petrone Eficat*, hoc est, si recte interpretor, *efforciat*, seu mulctet Petrone, quod rem suam vendere præsumpsit. *Furtibus* pro *furtis* hic esse existimo. Vide *Efforciare* et *Furtus*. [\* potius *Eficere*; f. pro *Efficere*: adeo

ut sensus sit, de furtis Petrone inquirat vel efficiat, etc.] [\* f. de foribus Petrone ejiciat.]

**EFORA**, Orig. Murensis Monasterii pag. 10: *Librum Regum cum Job et Thobia, et Judith, et Hester, et Machabæorum, et Paralipomenon, et Efora.* Pag. 30. *Duo libri Machabæorum, et Paralipomenon, et Eforas.* [Mendum est pro *Esdras*.] [\* An Judicum?]

† **EFRANGERE**, Efringere. Testam. anni 690. apud Felibianum Histor. Sandionys. pag. xi: *Ut nullus cum illa persona, quæ voluntatem nostram aut deliberationem Efrangere voluerit, communicare non præsumat.*

\* Hinc nostris *Effresier*, eodem significato. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:

La grans cloche de no clochier,  
Qui ne se degne mie lochier,  
Se n'est pour fu ou pour meslée,  
Brisié fu et Effreslée.

\* **EFRACER**, pro *Dilacerare*, vulgo *Déchirer*, in Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 275: *Iceilli Biset procédant de pix en pix le prit et ahert par tele maniere, qu'il lui Efracça mantel, chaperon et aumusse.*

\* **EFRICUM**, Idem quod Italis *Ripa*, quibus, ex Acad. Cruscanis, e ogni tagliamento di terreno, Incisio agri, fossæ species, qua agri separantur, et distinguuntur. Consuet. Neapolit. Mss.: *Si duorum terræ sunt confines, quarum una est eminentiori loco, alia inferiori, sive in loco depresso, . . . nisi ostendatur sive distinguatur una terra ab alia per terminos finales, vel per instrumenta publica, per quos dicatur et declaratur esse ejus, qui inferiori terram, sive terram, quæ est in loco depresso, habet, ut quod servatur in ripa, idem in eo, quod secundum vulgarem usum loquendi Neapolis Efricum dicitur, habens (f. habebit), terram inferiori, sive in loco depresso, potest prope ripam sive Efricum cum bobus junctis arare terram suam, et in tantum quantum potest, cum ipsis bobus junctis arando terram suam, poterit appropinquare ad ripam et Efricum.*

\* **EGALARE**, EGALLARE, Æquare, census et servitia inter vassallos coheredes æqua portione partiri. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 96. vº: *Debere confiteatur. . . . unum denarium Viennensem monetæ predictæ de annuo servitio, Egalato cum dicto Michon.* Infra: *Egallato.* Hinc

\* **EGALLATIO**, Partitio, divisio, in eodem Terrear. fol. 8. rº: *Item novem denarios Viennenses, . . . . Egallatione facta inter dictos confitentes, Bonitum et Johannem Crozier.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Egalesa, Prov. æqualitas, paritas. Egaument, æqualiter, in Charta ann. 1391. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 93: Vint livres de rente annuelle et perpétuelle, à distribuer Egaument à ceulz, qui seront au long desdites messes. Ingaument, eodem intellectu, in Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 287. et *Oelment*, in Charta Joan. comit. Catalaun. ann. 1232. ex Reg. Comitatus Clarimont.: *Les amendes seront Oelment communes de moy et dou prieur de Bragny.* Onniement, eadem notione, apud Bellom. Ms. cap. 14. Vide infra *EGALANTIA*.*

† **EGALATIO**, Exæquatio. V. *Exgalatio*.  
† **EGALDIUM**, Idem quod infra *Egaldium*, Judicium, sententia. Consuetud. Lemovic. art. 41: *Satisfacto de meliorationibus, si quas fecerit acquiritor, ad Egaldium Consulatus.*

\* 1. **EGALISARE**, Ex æquo partiri. Pac-

tum inter Ludov. dom. de Castro-novo et homines ejusd. loci ann. 1461: *Ex dictis habitatoribus eligentur quatuor probi viri, qui dictam talliam Egalisabunt, tam super se, quam super alios habitatores. Vide Persequatores.*

\* 2. **EGALISARE PONDUS**, Illud ad exemplar expendere. Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 24. pag. 96: *Habeat curia penes se simile pondus Parisiense legale, et alia pondera legalia ad ponderandum scuta, testones et alias monetas, cum quibus pondera legitimentur seu Egalisati.*

† **EGALITAS**, Æquitas. Charta Petri de Briand Abb. S. Joannis Angeriac. ann. 1595. e Chartulario ejus Monasterii pag. 557: *Nos de vita, moribus, probitate, Egalitate, experientia et industria fratris Johannis Pasquier . . . debite certiorati, etc.*

\* **EGALLARE, EGALLATIO**. Vide supra *Egalare*.

† **EGALUM**. De egalo, id est, Æque, pariter, Gall. *Egalemēt*. Formula exorcismorum apud Baluz. tom. 2. Capitularium col. 664: *Ut vos non offendat Dominus de radio solis, sicut vos offendit de Egalo flos in nomine sanctæ Trinitatis. Amen.*

\* **EGANNUM**, pro *Engannum*, Fraus, dolus. Chartul. de Domina in Delphin. ch. 11: *Si quid juris in supradicto honore habebant, totum fideliter et sine Egaanno ad prædictum monasterium de Domina donaverunt. Vide Ingenium 1. Hinc Egéner et Esgéner, pro Fraudare, nocere, ut videtur, in Lit. ann. 1375. tom. 6. Ordin. reg. pag. 148: *En quoy le commun de ladicté ville et du pais d'environ, qui achate sel en ladicté ville, a esté et est moult fraudé et Egéné par lesdiz vendeurs. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 215: *Plusieurs gens apportoient du sel en petiz vaisselez et le mussoient pour nous Esgéner et tolr nostre droit. Pro Imminuere, privare, vulgo Appauvrir, diminuer, in aliis Lit. ann. 1407. tom. 9. earumd. Ordin. pag. 312: *Sans grever partie ou Egéner son droit. Charta ann. 1322. ex Tabul. S. Pet. Carnot.: *Et nous regardens en pitié et meus de bone volenté, ne voulens pas que l'église fut Esgénée des dons que l'on leur avoit fais, etc.*****

† **EGEATOR**, Hortator navis, a mari Ege. Gloss. Isid. ad quas recte Grævius; De mari Ægeō nugæ. Lege ex Papiæ: *Egetor, ἡγήτωρ* Græce, Hortator; nimirum κελυστήρ.

\* Rectius in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Egeator, locator navis, Nauchier, Prov.*

† **EGENTIA**. Charta Henrici Regis Angl. in Hist. Harcur. tom. 3. pag. 151: *Sciunt me reddidisse et præsentī carta confirmasse Baldino filio Gisleberti Servienti meo totas Egentias suas et ministeria sua. Legendum *Sergentias*, Gall. *Sergenterie*. Officium *Servientis*, seu Apparitoris, Gall. *Sergent*. Vide *Serviens*.*

\* **EGER**. [Tristis; infirmus. DIEF.]

**EGERARE**, apud Papiam MS. est *Spernere, detestari, execrari*.

† **EGERIA**, Nucia. Gloss. Isid. Optime Reinesius in Variis lib. 1. cap. 8. correxit *Nixia*; quod Egeria sit nympha, quæ præsit puerperis. Sunt verba Grævi.

\* **EGEROSUS**. [Medicus. DIEF.]

\* **EGERSIMON**. [Ab ἔγειρον, Excito, expergefacio, usurpatur a Capell. 9. p. 308. de carmine suavi, excitandis animis, oblectandisque idoneo.]

† **EGESTAS**, Infirmitas. Albin. Alcuin. Flaccus in Miraculis S. Richarii April. tom. 3. pag. 455: *In gravissimam incidit Egestatem, ita ut nec se valuisset in aliud vertere latus.*

**EGESTUOSUS**, Egenus, egens: *Mendicus, Isidoro in Gloss. Miseriis oppressus, Papiæ. Gloss. Gr. Lat.: *Ἐνδεδῆς, Egestuusus, indigens, indiga.* Salvianus lib. 2. de Gubern. Dei: *In comparatione dudum sui Egestuusus, in comparatione sui solus.* Idem lib. 4: *Obsecrans, ne homini misero et Egestuoso rem ac substantiam suam tolleret.* Utitur et lib. 5. et 7. et ad Eccles. Cathol. lib. 3. et 4. ut et Victor in Epit. in Cocceio Nerva.*

\* **EGESTUS**, Exundatio, Gall. *Décharge*. Charta ann. 1322: *Dicto Bernardo Petrus la Veruha dedit aquagium et Egestum sive meatum per terras et prata ejusdem domicelli ad aquandum.*

† **EGETOR**. Vide *Egeator*.

\* **EGHEWAPENE**, vox Germanica. Charta Ernesti ducis Brunsvic. ann. 1335. apud Ludewig tom. 10. Reliq. MS. pag. 27: *Item si aliquis incusatur de hujusmodi lesionibus, nemo potest vel debet proscribi, morte accepta, nisi læsio fiat cum armis, quæ vocantur Egghewapene. Vide Wapeldrinc. [\*\* Sunt Arma acuta. Vide Haltungs. Glossar. Germ. col. 254. voce *Ecke-waffen*.]*

\* **EGIDIARE**, pro *Ægidiare*, cum Ægide pugnare, certare. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Egidiare, Escrémir*. Vulgatius, *Escrimer*. Vide infra *Ensiludium*.

**EGIDIENSES DENARI**, Qui cudebantur in civitate S. Egidii, vel nummi Comitum Tolosæ, qui *Comites S. Egidii* vulgo appellabantur. *Solidi Egidiensium denariorum*, in Charta Gbelini Archiep. Arelatensis ann. 1106. [\*\* Vide in *Moneta Baronum*.]

**EGILDE**. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88: *Si quis alium fugiens, ut ira decertantium vel causa persequentium sæpius impetravit, præcipitio vel aliquo moriatur, reddat eum, qui injuste perfugebat, nec sibi mortem intulisse, nec Egilde meruisse videatur. Vide *Gildum*. [\*\* Al. egilde jacuisse.]*

\* **EGILOPA, EGLOPIUM**. Vide supra *Ægilopa*.

† **EGISO**. Glossarium Segueriano Codici præmissum: *Orrescens, dispiciens, seu in rustico proverbio, Egiso.*

† **EGITURA**, Egestas, Tertulliano adv. Marc. lib. 4. cap. 24.

**EGLECPALA**, Genus Cretæ seu margæ columbinæ Gallis, ut auctor est Plinius lib. 17. cap. 8.

† **EGLESIA**, pro *Ecclesia*, Hisp. *Iglesia*, Gall. *Eglise*, in Instrumentis ann. 821. et 873. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 58. et 125.

\* Bis legitur in Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 617. et 618. *Eglegie*, apud Petr. de Font. in Consil. cap. 21. art. 52.

**EGLITRÆ**, [EGLIDRIÆ, f. Aqualis, Gallis *Aguiere*, ab *Hydria*, Vas liquidorum] Apud Tyronem in Notis, eo Capite, ubi vasa plura recensentur pag. 164. lego, *Amma, Ammula, Catacussis, Eglitræ, Pelvis*. Pag. seq. *Candelabrum, Cicedilæ, Eglidriæ, Stuppa, Bitumen*.

1. **EGO, nis, et Egona, æ, sæculum**, Papiæ. *Egones penultima producta, sunt Sacerdotes rustici.* Joan. de Janua. [Gloss. Isid. *Egones, Sacerdotes rusticorum*. Supra: *Econes, Sacerdotes rustici*. Papias habet, *Ægones*. Consule Grævium in Notis ad Glossas Isidori.]

\*\* 2. **EGO**. Virgil. Grammat. pag. 13:

*Ego autem diptongo careat, et sic declinetur: Ego, Egis, et præterito tempore egi brevialium, etc.*

\* **EGOCEROS**. [Caprinus. DIEF.]

† **EGOMENUS**, pro *Hegumenus*, Abbas. Elias Episc. Jerosol. in Epistola pro Malaceno Episcopo, apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 434: *Si et per totum estis imitatores Christi, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Egomeni, Reges, Comites, etc.*

**EGONICUS**, Formula veteris Formatæ apud Baluzium tom. 2. Capitul. pag. 84: *Scientia quidem non extollitur a nobis, quia nec potest Homerica, sed, ut ita dicamus, ut in pluribus non civilibus, sed exterioribus vulgo Egonica.*

**EGONIUM**. Vetus interpres Moschionis, apud Josephum Scaligerum Epist. 327. ἔγονος, *Egonium*. An *Egovium*? nos enim *Egout* dicimus sordium eluviem, cloacam.

**EGRADATIM**, pro *Gradatim*. Gauterius Cancellar. de bellis Antioch. pag. 454: *De gestis prius edisseram, ut Egradatim enarrando partem malorum, etc.*

**EGRAGINARE**. Fragmentum Petronii: *Itaque per scutum, per ocream Egraginavi, quemadmodum ad illam pervenirem.*

\* **EGRANIUM**. Vectigalis species, an pro lignis quadratis? inter Redit. præposit. Corbol. ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 108. r. col. 1: *Telonium merrenii, iij. lib. Egranium, viij. lib. consuetudo carpentiariorum, lx. sol.*

† **EGRAPSI**, pro *Subscripti*, Græcisans dixit Christianus Autissiod. Episc. apud Mabill. de Re Diplom. lib. 6. Tabella 57. [\* Verbum semi-græcum, semi-latinum, ἔγραψα, subscripti, « Christianus, Autissiodorensis episcopus, egrapsi. » (Pistis, ann. 864, mus. arch. dep. p. 20.)]

\* **EGREDARIUM**, Graduum series, Gall. *Escalier*. Testam. Burgond. de Podio Luper. ann. 1350. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Actum. . . . infra cameram pensentham, quæ subtus magnum Egredarium, quo ascenditur supra magnam aulam. Charta ann. 1369. ex Tabul. Montis-maj: *Asportaverat duas parvas campanas de cloquerio majori et unam aliam parvam prope Egredarium dicti monasterii.* Form. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 32. v.: *Talem sic percussum, vulneratum et malettractatum per eos de dicto campanali ipsius ecclesiæ per Egredarium temere projecerunt.* Comput. ann. 1400. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 150. col. 1: *Pro clavellis. . . emptis per Stephanum Coli fusterium, qui aptavit l'avant-piech Egredarii domus consulatus de novo.**

\* **EGREDATUM**, Eadem notione. Charta ann. 1328. ex Tabular. Massil.: *Item compleatur Egredatum fustæ portalis Guillelmi de Massilia.*

† **EGREDI**, Educere. Translatio S. Angeli Carm. Maii tom. 2. pag. 60: *Antiquiores cives assueverunt illam (arcam) Egredi a cancellis et clausuris.*

**EGREGIATUS**, seu *Egregii* titulus honorarius, concessus ut plurimum iis, qui in Palatio militaverant, aut quibus provinciæ commissæ fuerant, Primipilaribus post emeritam militiam, et Cæsarianis, ut est in Cod. Th. leg. 1. de Honorar. codicill. (6. 22.) leg. 3. de Cohortal. (8. 4.) leg. 1. de Cæsarian. (10. 7.) leg. 5. de Decurion. (12. 1.) ex quibus colligitur, *Egregiatum* dignitate *Perfectissimatum* inferiorem fuisse. Ad hos titulos honorarios respexit Lactantius lib. 5. Divin. instit. cap. 13: *Nemo denique*

*Egregius, nisi qui bonus: nemo Clarissimus, nisi qui opera misericordiae largiter fecerit: aut Perfectissimus, nisi qui omnes gradus virtutis impleverit.* Vide eundem lib. de Mortibus Persecutor. n. 21.

\* **EGREGIÆ**, *Extantia*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Rursus infra: *Extantia*, *Egregia* vel *essentia*.

\* **EGREGIE**, *Dure*, *acriter*. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Cœpit eum, et Egregie fecit eum verberari.*

\* **EGREGISSIMUS**, **EGREGIOSISSIMUS**, pro *Egregiissimus*, maxime egregius. Charta ann. 1448. ex schedis Mabill. vol. 7. fol. 211. rº: *Cum Egregiissimo et potentissimo principe et meluendissimo domino D. Francisco duce de Britannia.* Alia Caroli VII. reg. Franc. ann. 1426. ex Reg. Cam. Comput. Paris. ab ann. 1421. ad 1436. fol. 99. vº: *Attendentes Egregiosissima, maxima, arduissima et memorandissima, quæ prudentissime nobis impendit obsequia,...* Gilbertus Motern, nunc dominus dicti loci de *Fayeta* marescallus *Franciæ*, etc.

† **EGRESSORUM** NOÆ, *Locus ubi Noë egressus est ex arca.* Beros. lib. 3.

\* **EGRESSUS**, *Fructus seu proventus prædii.* Chron. S. Benig. Divion. apud Acher. tom. 1. Spicil. pag. 370: *Cum mancipiis plurimis,.... exiis et Egressis, omnibus rebus exquisitis et inquirendis.* Vide *Exiis*.

**EGREX**, *Eximius, eminens.* Gloss. Isid. [Ab *Egrea*, quæ eadem vox est atque *Egregius*, quasi selectus et grege, fit *Egrogior* apud Lucretium lib. 4:

*Nam nihil Egregius, quam res discernere.*

Et Juvenalem Sat. 11:

*Egregius cœnat, meliusque miserrimus horum.]*

† **EGRIMONIUM**, ἀβρωτία, *Morbis, infirmitas.* Supplement. Antiquarii. Vide *Egrimonium*.

\* **EGRIPUS**, f. *Pomarium*, Gall. *Verger*. Pactum inter episc. Neapolit. et abbat. monast. SS. Serg. et Bac. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 455: *Et a parte meridiei est Egripus, qui est in terre et campu, qui vocatur Cati-tianum..... Primo terminè marmoreum, quod est Silici, qui est fictus in scriptum Egripum a parte meridiei, etc.* Pluries ibi. Vide *Ægripomium*.

† **EGROIATIURA**, *Cutis unguibus pers-tricta*, Gall. *Egratignure*. Privilegium Thossiaci in Dumbis ann. 1310. art. 24: *De verberatura cum sanguine, si clamor factus sit, Dominus debet habere VI. sol. . . nisi sit sanguis narium vel Egroi-siatura.*

† **EGROTATIUS**, *Qui frequenter ægrotat.* Gloss.

\* **EGROTICIUS**, ἀσθενείας, in Gloss. Lat. Gr. MSS. ex Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **EGRUNUM**, Gall. *Egrun*. Nomen genericum omnium olerum acrim. Comput. præposit. Paris. ann. 1321. in Reg. sign. Noster Cam. Comput. fol. 246. vº: *De fructibus, Egrunis et quinquaria pro l. lib. xij. sol. per annum.* Consuet. Aurelian. apud Thaumass. ad calcem Assis. Jerosol. pag. 472: *Le Egrun qui croit dedans la banlieue, ne doit point de couteume, se la charge ne vaut quatre deniers obol.* Engrun, in charta ann. 1342. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 316: *Des fruitz, des aux, des oignons et autres En-gruns.* Stat. ann. 1412. in Lib. 1. statut. artif. Paris. fol. 88. rº: *Nulz ne peut estre regratiers à Paris de fruit ou d'Es-*

*grin, c'est assavoir d'aulx au d'ongnons, d'eschaillonnes et de toute maniere de tel Esgrin, s'il n'achette le mestier du roy.* Esgrun in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 486. Vide *Acrumen*.

\* **EGTHWART**, **ECHTWART**. Vide *Eg-wort*.

\* **EGUA**, pro *Equa*, jumentum, Gall. *Cavale*. Vide infra *Equalia*. Testam. Berengar. Bern. ann. 1061. ex Bibl. reg. col. 17: *De meo quidem mobile laxo ad filium meum Bernardum Eguas quatuor.* Hinc

\* **EGUESINUM ANIMAL**, *Eodem signifi-catu*, in Charta ann. 1379. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Animalia vero Egue-sina brava consueverunt dare pro banno, pro quolibet animali de die, denarios quatuor, et de nocte denarios octo corona-turum..... Animalia vero equina et mulatina, etc.* Vide infra *Egygesinum Avere*.

† **EGUESERIUS**, *Equorum custos.* Ordinatio Curie Caroli Comitis Provincie ann. 1274. e MS. D. Brunet fol. 69. vº: *Et vacheris singulis decem bestias bovi-nas, et singulis Egueseris quinque bestias cavalinas (donent.)* Ab *Equis* qui curat equos factus est *Egueserius*; quo-circa f. melius legeretur *Equiserius*.

**EGUETI**, *Dos, vox Cambrica*, in Legi-bus Hoëli Boni Regis Walliæ cap. 12. [Davies in suo Diction. Cambro-Britan. habet, *Egweldi, Dos.*]

† **EGUEYRIA**, *Aqualis, Gallis Aiguiere.* Inventarium vassellæ ann. 1347. in Hist. Dalph. tom. 2. pag. 555. col. 2: *Item, duas Egueyrias clausas argenteas deauratas, signatas eodem signo, cum piche-riis supradictis.* Rursus occurrit pag. seq. col. 2.

\* **EGUEZERIUS**, **EIGUESERIUS**, *Equa-rum custos vel dominus.* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Dixit quia ipse stabat pro Eguezerio.* Transact. ann. 1501. ex lisd. sched.: *Nec debeant solvere... pro jure calcaturarum... Egue-seris, seu illo vel illis quibus tales equæ, seu tale abere rossatinum erit, nisi vicesi-mam saumatam.* Vide infra *Equarius*.

**EGUMENUS**, [Abbas.] Vide *Hegumenus*.

\* **EGUMINUS**, *La piccolo signore*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Egomenus*.

\* **EGURGITO**, [Evomo, effundo.] *Plaut. Epid. 4. 2. 12. Egurgitare domo argen-tum.* — 2. Legitur et *exurgito*.

**EGWORT**, *Hermannus de Lerbecke* in Chron. Comitum Schawenburgens. pag. 32: *Jus silvæ, quod Theutonice Egwort dicitur. Jus commune secandi ligna in silva, quod dicitur Achtwort*, in Charta ann. 1319. laudata a Meibomio. In alia ann. 1224: *Dedit ipsis licentiam et com-munitatem silvæ, quæ dicitur Achtwort.*

[\* *Jus silvæ sui ligna cædendi in silvis.* Charta Godefr. comit. Arnsberg. ann. 1368. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 277: *In juribus, vulgariter Echthwart dicitis, inter nemora et sylvas, quæ markæ vocantur, nunquam ali-quid juris habuimus... Dicitis juribus Egthwart in ipsiis sylvis et markis, tan-quam bonis Deo et sibi appropriatis,.... quiete potiantur.*] [\*Vide Hallaus. Glos-sar. German. col. 251. sqq. voce *Echt-wort*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 494.]

† **EGYPTIANI**. *Errones*, ut supra *Egyptiaci*.

\* **EHDING**. Charta Herman. march. Brandenb. ann. 1303. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 378: *Expedire tamen quandam judicarium vel judicii casum, qui voigtding vel Eheding nomi-*

*natur, ibidem habere volumus.* [\*Vide *Echtedinght.*]

† **EHUSSOEC**. *Consuetud. Furnenses ex Archivio S. Audomari: Qui ad domum alicujus cum armis venerit contra Ehus-soec, de quo tueatur, non forefacit, nisi cum armis ipsius aliter forefecerit.* Belgis *Kus-soet* est *Osculum dulce*: quare sus-picor *Ehussoet* hic esse *Osculum pacis*, quod judicum auctoritate sibi invicem dabant dissidentes in signum reconcilia-tionis, contra quam agere nefas erat. Vide *Consuetud. Antverp. tit. de pace.* pag. 33. edit. Colon. 1660. [\*Vide *Hus-soec*, *Irruptio violenta in ædes alterius.* Vide Warnkœnig. *Histor. Juris Flandr.* tom. 3. pag. 243. et *Haltaus. Glossar. Germ. voc. Haussuchung et Heimsu-chung*, col. 851. et 869.]

**EIA**, *Insula, a Saxonico Eage*. In libro *Ramesiensi* sect. 2. *Ramesia*, ex-ponitur *Insula arietum*: apud *Huntingdonensem, Herteia, insula cervi*: apud *Matthæum Westmonasteriensem* ann. 833. *Seiapeia, ovium insula*. Interdum *aquam sonat*: unde nomina locorum, qui aquis sunt vicini, aut paludibus, pleraque in *eia* sæpe desinunt apud Anglos. Hinc nostri *eauè*, vel *eau*, pro aqua acceperunt. Vide *Lexicon Runicum Olai Wormii in Et.* [et *Glossarium Teuton.* *Schilteri in Ach.*]

**EJECTA**, *Repudiata.* *Canonès Aposto-lorum* cap. 18. ex versione *Dionysii Exigui*: *Si quis viduam et Ejectam acceperit, aut meretricem, aut ancillam, etc.* Græca habent ἐκβληθήνην.

\* **EJECTINUM**, *Quidquid ad litus ma-ris ejicitur.* Charta ann. 1319. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 273: *Decima.... totius Ejectini, quod in illis finibus dicitur veresc.* Vide *Ejectus* 2.

† **EJECTAMENTUM**, **EJECTIVUM**, *Idem quod mox Ejectus, seu Merces quæ post naufragium ad littus ejiciuntur.* Vide *Varechum*.

**EJECTIO**, *Verbum forense, alias Dis-saisina* in rebus immobilibus, ut tene-mentis et terris, cui opponitur *Spolium*, sive *Spoliatio*, quæ dicitur de rebus mobili-bus, ut cattalis, bobus, ovibus, pecunia. Ita *Skensius*. Charta *Austindi Bur-degal.* Archiepiscopi apud *Marcam* in *Hist. Beneharn.* lib. 4. cap. 7. n. 5: *Terram a me emptam Ejicio, etc.* *Odericus Vitalis* lib. 5. pag. 569. 570: *Hære ditario jure possideo Normanniam, ipsam-que de manu mea, dum advicero, non Ejiciam.*

1. **EJECTUS**. *Monasticum Angl.* tom. 2. pag. 388: *Rex fundavit dictum hospi-tale super decem Leprosis... et dicunt, quod dicti Leprosi erunt de Ejectibus civitatis Lincolnie ex donatione D. Regis Angliæ.*

2. **EJECTUS**, **EJECTUM**, **JACTURA**, quod vulgo *Jet* nostris dicitur: cum scilicet ingruente tempestate merces e navi in mare projiciuntur, navis ipsius et vec-torum servandorum causa, ut est apud *Nilum* lib. 2. *Epist.* 246. *Liber Rame-siensis* Ch. 95: *Reginædæ cum libertate adjacente, et omni maris Ejectu, quod Wrec dicitur, Ecclesiæ Ramesiensi largitus est.* [Hoc est, cum omnibus mer-cibus in littus ejectis post naufragium.] *Edw. Confessor*, et ibidem in Charta *Willelmi 1*: *Confirmo atque concedo Reginstedæ cum omnibus ad se pertinenti-bus, et cum omni maris Ejectu, quod Wrec appellamus. Jactura maris, dicitur in alia Charta ejusdem Willelmi in Ch. 176: Sciatis me concessisse.... Tol et Theam, et latrocinium, et Jacturam ma-ris apud Ringstede et Brancastre.* Charta



Henrici Regis Angl. ann. 1226: *Et si de navi taliter periclitata aliquis homo vivus evaserit, et ad terram venerit, omnia bona et catalla in navi ista contenta remaneant, et sint eorum, quorum prius fuerant, et eis non deperant nomine Ejecti.* Mox: *Si vero infra prædictum terminum nullus venerit ad exigenda catalla sua, tunc nostra sint et hæredum nostrorum nomine Ejecti, vel alterius, qui libertatem habet Ejectum habendi.* Ita exarata habetur hæc vox in hac Charta, descripta apud Cleyracum de Consuet. maris pag. 102. At in Regesto Burdegalensis Constabulariæ Cameræ Comput. Paris. fol. 195. pro *Ejecto*, *Wrecum* scribitur. Vide Leges maris Oleronenses art. 8. Contractus Marit. art. 23. 32. 33. præterea Legem Rhod. de *Jactu*, [et infra *Varechum*.]

\* 3. **EJECTUS**, Exceptus. Charta ann. 1178. in Chartul. Clarifont. ch. 48: *Sine omni decima et terragio, Ejecto jure messorum.*

\* **EIGUESERIUS**. Vide supra *Egueserius*.

\* 1. **EJICERE**, exonerare, Gall. *Décharger*. Chartul. Compend. fol. 69. r. col. 1: *Dotium vini si Ejectum fuerit ab aqua, obolum debet et denarium de vitragio.*

\* 2. **EJICERE**, Lanceam, telum in aliquo conjicere, contorquere. Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2: *Qui Ejerit lancea aut alia arma per ira, fora de sua casa, sessaginta solidos pro feritum, etc.*

\* 3. **EJICERE** DESUPER SE CRIMEN, se purgare, in Leg. Longob. Rothar. cap. 7. Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Sich Entschütten*, col. 348.

\* **EJICIO**, Rei possessæ dimissio, qua quis ab illa ejicitur. Charta ann. 1061. apud Marcam lib. 4. cap. 7. Hist. Bearn.: *Satisfeci ergo sibi principi.... tali pacto, ut per seipsum manu ac voce auctor fieret, terram a me emptam Ejicio et Guillelmi, filio Guillelmi qui pater existens suprascriptam terram mihi vendiderat.*

\* **EIKARISTIALE**, Sacra pyxis, in qua asservatur Eucharistia, ex vet. Pontif. XII. sæc. tom. 3. novi Tract. diplom. pag. 159. Vide infra *Eucharistiale*.

\* **EILNECIA**, Major ætas, Gall. *Ainessse*. Vide locum in *Messuagium capitale*.

\* Vel Jus primogeniti, *Eneische*, apud Belloman. MS. cap. 13.

\* **EINECIA**, *EINESCIA*, *EINECIUS*, Eadem notione. Vide *Ainesscia* et infra *Esmetiz Jus*.

\* **EINUNGA**, Pacta conventa unanimitate consensu condita, a Germ. *Einung*. Chart. Joh. de Weinheim ann. 1268. in Guden. Syllog. pag. 256: *Non licebit eisdem villanis deinceps ligna crescentia in terra dictæ curiæ resecare sine fratrum licentia speciali; nec aliquam Einungam facient, nisi de fratrum consilio et assensu.* Constitut. Rudolphi Imper. ann. 1277. in Alsat. Diplom. num. 698: *Quando facta fuerit cum consilio, quod dicitur Eynunge vulgariter, ordinatio super silvas, transgressor ipsius abbati tenebitur ad emendam.* Inde etiam *Emendæ* ipsæ sic dicuntur in chart. ann. 1517. ibid. num. 1450. Vide Haltaus. Glossar. col. 307.

\* **EIPERICUS**, Asturco, pullus equitii generosi, in Decretis S. Ladislai Regis Hungariæ lib. 3. cap. 28.

\* **EIRAUDUS**, Area, seu locus, ubi frumentum teritur, quibusdam in provinciis *Eiral*. Charta foundationis B. M. de Fontanelis inter Instrumenta tom. 2. Gall. Christ. col. 420: *Præterea dedimus*

*eis minagium Rochæ... et unum Eiraudum, apud Pereyem juxta Ecclesiam S. Michaelis, liberum et immunem ab omnibus costumis et rebus aliis.*

\* Vel potius Ager, qui nec colitur nec aratur, idem quod *Area* 1. Vide in hac voce. Neque aliud sonat Gallicum *Eyral*, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 55: *Se meut débat et question acuse de certains Eyraulx assis entre le villaige de la Bastide et le villaige de Veyrieres.... Advint que certains pruniers estant dedens lesdiz Eyraulx, etc.*

\* **EISIAMENTUM**, *EISSANCIA*, Jus utendi in alieno prædio rebus non suis, Gall. *Aissance*. Donatio anni 1155. apud Marten. Collect. Ampliss. tom. 1. col. 833: *Omnibus animalibus eorum in toto territorio de Amblevi, quod est juris mei, pascurum beneficia et omnes Eissancias concessi.* Vide *Aissantia*.

\* **EISSADONUS**, Parvus ligo, Massiliensibus *Aissadon*. Statuta Massil. lib. 5. cap. 52: *De omnibus infra scriptis (Fabri) possint accipere, sicut inferius continetur, et non aliter, videlicet de causando quendam Eyssadonum (Eissadonum in MS.) sicut convenerint.*

\* Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Pignoravit quemdam.... de tribus Eissadonis.*

\* **EISSALET**, *ESSALET*, Nomen venti apud Massilienses, idem, ut videtur, qui Italis *Siroco*, nostris *Sud-est*. Charta ann. 1291. ex Tabul. Massil.: *Item dom. Stephanus de Sancto Paulo patronus alterius galeæ consuluit, quod non est ad præsens tempus ad navigandum cum dictis galeis in Catalonia, cum sit Eissalet et sit ventus contrarius. Dominus Jacobus Masselesius patronus alterius galeæ consuluit, quod cum tempus sit à l'Eissalet, et plus foras, et sit ventus, quod non est tempus navigandi in hoc præsentis viagi Catalonia, etiam quanto durabit hic ventus.... Item Bartholomæus de Ibelna naucherius dixit, quod ventus est ad Eissalet, et non est tempus navigandi in hoc paregio.*

\* **EISSARIATA**, *EYSSARIATA*, *EXARIATA*, Collis inculta et lacunosa, a vulgari Provinciali *Eyssariade*, sulcus ab eluvie victus. Charta ann. 1460. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Versus solis occasum, usque certos limites plantatos inter duas Eyssariatas de la Chauma vinateria, tendendo usque ad rial Caborel, et a dicto riali ascendendo per Eissariatam, quæ protendit ad vallem de Cores.... Usque ad iter de Oriolo descendendo ad Exariatam versus orientem, usque ad vallatum, etc.*

\* **EISSEGUUM**, f. Latrinæ, cloaca, Gallis *Egout*, ab *Eagutum* a *Gutta*, inquit Menagius in Etymol. [\* Nequaquam; est enim *Eisseguum* a vulgari Provinciali *Eisseguo* vel *Huisseguo*, semita, via strictior, Gall. *Sentier*.] Gall. Statuta Massil. lib. 1. cap. 134. § 2: *Rector teneatur eligi facere... tres probos viros... qui teneantur terminare et sopire... quæstiones omnes... de carrieris, et finibus, et de Eisseguis dandis extra civitatem, etc.*

\* **EISSUC**. Vide infra *Eassuchium*.

\* **EITA**. Inscript. vet. apud Bertolum in Antiq. Aquilej. pag. 198: *JULIE GAUDENTIÆ, FILIÆ DULCISSIMÆ, QUÆ.... LOCO PEREGRENO EITA DECESSIT.* Ubi suspicantur nonnulli pro *Vita* scriptum esse.

\* **EJUCARUM**, Genus vasis, εἶδος σκεύους, Gl. Lat. Gr. [\* *Eluacrum labrum*, ap. Caton. de R. R. cap. 10. et 11.]

\* **EJUDICO**, [Judicio. *Borrich*. cogit. 275.

\* **EJULARE**. [Plorare. *DIEF*.]

\* **EJULITO**, [Frequent. ab *ejulo*. *Lucil*. apud Non. 1. 78. Hic rudet et rostris, atque *Ejullitabit*. Al. aliter leg.]

\* **EJUNCIDUS**, ἐκλεπτικός, Tenuis factus. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Vide *Lexicon Martinii*.

\* **EJUS**, pro *Suus*, contra Grammaticæ leges vel usum frequenter ad Nominativum verbi refertur apud Gregorium Turon. et alios: quod monere visum est, ne quis erret ex ambigua loquendi ratione.

\* **ELABORARE**, [Acquirere.] *ELABORATUS*, [Acquisitus.] Vide *Labor*.

\* **ELABORATUS**, Qui labori vacare præ infirmitate vel ætate non potest. *Fundat. hospit. Cusani* ann. 1458. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 436. col. 1: *Ordinamus ut in dicto hospitali... teneantur... Elaborati senes, quinquagenarii et ultra.*

\* **ELAGRIS**, pro *Alacris*. Acta S. Cassiani apud Ill. Pontianum ad calcem *Antiq. Hortæ* pag. 345:

Unde Elacres una dicebant voce sonora,  
Est Cassianus nobis adeo recolendus,  
Nobilitate nitet, etc.

\* **ELAPTIARIUM**, Idem quod infra *Electuarium*, Sorbitionis species. [\* *Papias Electuarium*.] *Computum* ann. 1333. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 279: *Pro claridine et Elaptuario, taren. 1.* Infra pag. 280: *Pro Elaptuario facto pro Domina in Marsilia de consilio medici Domini, taren. xvi.* Rursum pag. 284: *Item in munitione facta apud Lugdunum per fratrem Simonem, de speciebus, cera, Elaptuariis et pannis lineis, xxxiii. flor. ob. gros.* In MS. D. Lancelot habetur *Elapsuarium*.

\* **ELAQUEARE**, Eripere e *laqueis*, Liberare. *Concil. Tolet. XV: Cupiens periclitationis hujus Elaqueari periculo, fiducia illa qua vobis vicinum esse Deum non ambigo, vestris hæc pertractanda sensibus vestrisque judiciis dirimenda committo.*

\* **ELARGAMENTUM**, Dimissio, eductio, a Gall. *Elargissement*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 320: *Hujusmodi processu pendente, Elargamentum dicto prisonario... faciat.* *Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 148. r: Die iiij. Aug. 1354. Elargamentum prisonis Philippi Andree, capti pro xjm. den. auri ad scutum et alius summis pecuniis; elargatus per dominos consilii.* *Arest. parlam. Paris. ann. 1394.* in Hist. Lugdun. pag. 77. col. 1: *Et postea de persona ejus informatus, quia repererat ipsum non bene sensatum, et miseram esse personam, fuerat elargatus; pendente vero tempore Elargamenti, etc.* Vide mox

\* 1. **ELARGARE**, Gall. *Elargir*, Libertate donare, educere e custodia. *Elargare sive laxare a prisona*, apud *Rymer*. tom. 10. pag. 778. col. 2. ubi pluries repetitur verbum *Elargare*.

\* *Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 16. r: Die vij. Martii 1360. Guillelmus Poivre prisonarius.... fuit Elargatus per villam Paris. usque ad crastinum Ascensionis proximam, datis plegiis Jacobo de Marna, etc.* Lit. Caroli VI. reg. Franc. ann. 1392. in Hist. Lugdun. pag. 123. col. 2: *Dictus prisonarius tibi reddi debet carceribusque nostris Lugdunensibus mancipari, ac ibidem remanere pendente processu... vel per te, si casus exigat, Elargari.*

\* 2. **ELARGARE**, Differre, procrastinare. *Judic. ann. 1345. 23. Febr. in vol. 2. arestor. parlam. Paris. Cum Bailivus dictas partes ut prisonarias arrestasset,*

et usque ad certum diem eorum prisionem Elargasset, etc. Vide infra *Eslargamentum*.

\* 3. **ELARGARE**, Amplificare, augere. Chron. Joan. Whethamst. edit. Hearn. pag. 371: *Ad declarandum et ostendendum eidem (vestrae excellentiae) ac etiam ad Elargandum fidem nostram et ligianciam erga metuendissimam personam vestram. Eslassement, Ampliatio, in Charta ann. 1243. ex Reg. 3. feud. episc. Met. fol. 187. v. in Bibl. reg.: Nous avons fait paix dou bestenz, qui estoit entre nous de l'Eslassement des fossez dou chastelet de Conflans. Vide Elargatio 2.*

† 1. **ELARGATIO**, ibidem, Emissio e custodia, Gall. *Elargissement*.

† **ELARGIMENTUM**, Eadem notione, apud eundem Rhymerum non semel tom. 8. pag. 275. col. 1. et pag. 306. col. 2.

† **ELARGITUS**, Emissus e custodia, Gall. *Elargi*, semel et iterum in iis ipsis locis proxime laudatis.

2. **ELARGATIO**, Ampliatio. Chronologia Augustiniana Cantuariensis: *Charta de Elargatione Curia. [Madox Formul. Angl. pag. 165: In Elargacionem cimiterii, mansi et clausi predictorum. Hac etiam notione sumitur Gallicum Elargissement.*

\* **ELARGIRE**, ut supra *Elargare* 1. Arest. parlam. Paris. ann. 1385. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 152. v. *Curia parlamenti, domino Philiberto tenente sedem, Elargivit certos prisionarios laicos de Barro super Abam.*

† **ELASSEFIERI**, Lassitudine deficere, in Lexico Philosoph. Goclenii.

† **ELATA PALMÆ**, Ejus tenellum germen in altum sese extollens. Cant. Cat. 5. 11: *Comæ ejus sicut Elatæ palmarum, nigrae quasi corvus. Hunc locum commentans Hamelinus de Verulamio in suo libro de Monachatu apud Marten. Anecd. tom. 5. col. 2. ait: Comæ Ecclesiæ sunt fideles, qui Deo adherent, et bene agendo quasi in capite pendentes honorem conferunt: bene Elatis palmarum comparantur, quæ valde in altum crescant, et inferius graciles ac in summis grossiores fiunt.*

† **ELATERARE**, Ad latus ponere, *Mettre à costé*. Vita SS. Severini et Victorini: *Paululum se ex aggere Elaterat pavens.*

\* **ELATIO**, ELATIONES DICERE, Elate, superbe et arroganter loqui. Epistola civium Biterrensiu ann. 1212. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 57: *Tantam rivam fecit sive mesleiam in civitate Biterris, dicendo Elationes et arrogantias, atque etiam convicia, etc.*

† **ELATIVUS**, Gloss. Lat. Gr.: *Elativa*, ἐλατινά.

\* **ELATORIE**, [Per amplificationem, vel per hyperbolen. *Ascon. in Divin. Verr. 1.*]

† **ELAVEIDIUM**, Vide *Eslaveidium*.

\* **ELAVO**, [Elavi, elautum et elotum, a. 1. lavando aufero, probe lavo. *Elavisse bonis* dicitur qui bona amisit: sumpsum a naufragis. *Plaut. Asin. 1. 2. 9. In mari reperi, hic elavi bonis. Id. Rud. 5. 2. 20. Hac proxima nocte in mari elavi: nam confracta navis est: peridi quidquid erat, miser ibi omne.*]

\* **ELBIDE**, *Uvæ dictæ a colore inter nigrum et album*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [\*\* Vide Isidor. Orig. lib. 19. cap. 28. sect. 7. et lib. 17. cap. 6. sect. 26. Germanis dici *Elbischer Wein* auctor est Adelungius.]

† **ELCAMBIARE**, Permutare, Gallice *Echanger*. Charta ann. 1208. inter Probat. Hist. Comitatus Ebroic. pag. 10: *Si forte decem acras boschi garantizare*

*non potero... alibi jam dictis Canonicis Elcambiare tenemur. Fortassis melius legeretur Escambiare. Vide Cambiare.*

† **ELEÆ**, Elementa literæ Alphabeticæ. Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 1. cap. 10. in Actis SS. Ord. S. Benedicti: *Eodemque die vicenas Eleas, tesserasque agnovit totas.*

\* **ELEBORIUM**, Scandula, tegula tabularis, Gall. *Esseau*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Eleborium, Essele.*

† 1. **ELECTA**, Moneta minor in usu ann. 1233. Chartarium Abbatiae de Burgomedio: *Egidius Abbas Burgi-medii Blesensis attendens utilitati suæ Ecclesiæ concessit pignore Richerio Mauboiner per c. libras et xx. libras Turon. sex modios frumenti valentes duos denarios minus Electa, et sex modios avenæ valentes unum denarium minus Electa.*

† 2. **ELECTA**, Vidua. *Sanctorum Monegundis Electæ et Priscæ virginis*, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 313.

\* 3. **ELECTA**, Instr. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 13: *Monetam et Electam, id est bannum; medietas redituum de placitis, etc. Vide Electi 2.*

\*\* **ELECTA JUSTITIA**, Vide in *Justitia*.

\* **ELECTARE**, Ructare. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613: *Electat, ructat. Vide Electrat.*

† 1. **ELECTI**, Beati, qui jam cælo potiuntur, Gall. *Elus*, in Statutis Monasterii S. Claudii pag. 99. et alibi; Apostoli vero Petrus 1. Epist. 1. 1. Paulus Rom. 8. 33. Coloss. 3. 12. 2. Tim. 2. 10. Tit. 1. 1. *Electos vocant Christianos adhuc viatores. Vocati, Electi, et fideles. Apocal. 17. 14.*

\* Martyrol. MS. S. Joan. Laudun. 31. sæc. exaratum ad 1. Mail: *In monte Lauduno Eustasii Electi. Calendar. MS. abbat. Bennac. ord. Præmonst. 14. aut 15. sæc. ad 3. Jun: Chrotildis Electæ. Es-lis, eodem sensu quo Lat. Electus, in Vita J. C. MS.:*

Lors vint nostre sire en un mont,  
Avec lui trois de ses amis  
Des plus letrés, des plus Es-lis,  
Saisis Jehans, Jakea et Perron.

† 2. **ELECTI**, qui et *Sacramentales* dicti, Testes ei, qui jurabat, adjuncti: de quibus plura in *Juramentum*. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. part. 99. col. 1: *Et quæ in Ecclesiis juranda sunt, vel cum VII. Electis aut XII. esse debeant, quales potuerint legibus inveniri. Non semel memorantur Electi apud Thomasserium in Bituric. pag. 123.*

3. **ELECTI**, sic nuncupati quidam hæretici ex secta Manichæorum, qui nec carnibus vescabantur, nec uxores ducebant: Ἐκλεκτοὶ καὶ ἔκλεκται, in Anathematismo hæres. Manichæorum. apud Cotelerium in Notis ad Recognit. Clement. pag. 373. de his S. Augustinus Epist. 74. et lib. 2. de Morib. Manichæorum. cap. 13. 16. 18. 19. Possidius in Vita ejusdem S. Augustini cap. 15. 16. Leo I. PP. Serm. 5. de Jejuniis, Prosper Manichæus in Anathematismo Manichæorum. cap. 3. apud Sirmond. tom. 1. Concil. Gall. S. Hieronymus in Epist. ad Ctesiphontem adversus Pelagium cap. 2. Auctor Prædestinati lib. 1. hæresi 46. Archelaus Mesopotamiæ Episcopus. in disput. adversus Manichæum, etc. Vide *Auditores*.

4. **ELECTI**, ut est in Ceremoniali Romano lib. 1. sect. 10. appellantur *Pro-moti ad Ecclesias, sive Monasteria ante suam consecrationem, sive benedictionem, quam infra tres menses sumere debent. Neque enim appellantur Episcopi sive Abbates, et quamvis utantur Episcopali*

*sive Abbatiali habitu, non tamen possunt uti paramentis et mitris sine speciali indulto Pontificis, etc. Vide Willelmum Neubrigensem lib. 2. cap. 22. [\*\* Archielecti dicuntur Archiepiscopi electi. Vide in hac voce.]*

\* Sive papali sive episcopali dignitate donandi. Bulla plumbea imaginibus SS. Petri et Pauli insignita Electos in Romanos Pontifices et necdum consecratos, literas suas obsignasse jam observatum est supra in voce *Bulla*. Dipl. Clement. VII. ann. 1378. *Clemens Electus episcopus, servus servorum Dei.... Datum Fundis sub bulla capitibus apostolorum Petri et Pauli consignata, qua utuntur ad apostolatus apicem assumpti ante sui coronationem, viij. Kal. Oct. assumptionis nostræ anno 1. Electis in episcopos jus ecclesiarum suarum bona administrandi competeat, ut discimus ex Charta Gaufr. Meld. episc. ann. 1209. in Chartul. Barbell. pag. 880: Noveritis quod dum potestatem Electi haberem ante consecrationem nostram, decimas novallium totius parrochie de Nigella... Stephano clerico de Prææris, quamdiu ipse vixerit, salvo jure cujuscumque ecclesiæ,... concessimus possidendas.*

5. **ELECTI**, Qui ad baptismum sunt electi, baptizandi, in lib. 1. Sacrament. Eccl. Rom. cap. 26. 33. et in Missali Gallicano vet. pag. 449.

\* 6. **ELECTI**, Idem interdum qui *Jurati* vel *Scabini* appellantur; iis nominibus promiscue designantur in Libert. castr. S. Joan. ann. 1227. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 386: *In primis, ut eligant quatuor homines, qui... talem habeant potestatem,..... qualem habent apud Divionem major (et) jurati communie Divionensis: ... et illi quatuor jurati possint mutari per singulos annos... Et illi duodecim denarii erunt quatuor scabinorum... Si quis autem exterior de manentibus in castro conquestibus (conquestus) fuerit, jus recipiat et faciat in castro coram quatuor Electis. Infra semel et iterum legitur.*

\* 7. **ELECTI** etiam vocabantur olim, qui a tribus regni ordinibus selecti, *auxilia* seu tributa in publicis comitiis regi concessa, ex æquo inter cives partiebantur. Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 422: *Quibuscumque commissariis et Electis ad indicendum, levandum et exhigendum dictas impositiones in diocesi Carcassone destinatis, etc. Ab ejusmodi Electis originem habent iudices inferiores, quos Elus etiam nunc appellamus, qui de iis, quæ ad vectigalia pertinent, judicant. Ne in vinctulis proferendis nimius videar, consule accuratissimos indices ad Ordinat. reg. Franc.*

\* 8. **ELECTI DIPLOMATARI**, Vide supra *Diplomatarius*.

\* **ELECTIO**, Constitutio, Charta communie sic appellari videtur, quod facultas officiales communie eligendi per eam penes cives remaneat. [\*\* Quia cives eam talem elegerant. Vide *Chora*.] Charta Henr. ducis Brabant. pro communia Bruxel. ann. 1229. ex Cod. reg. 10197. 2. fol. 24. r: *Quilibet burgensium et filii burgensium, qui habent quindecim annos vel amplius, jurabunt pacem et hanc Electionem observare... Si quis hanc Electionem infringerit, etc.*

\* **ELECTIONARIUS**, Elector, ad eligendum deputatus. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 1. ex Cod. reg. 4621. fol. 12. r: *Quod camerarii et cassarii cameræ dicti communis possint, teneantur et debeant solvere incontinenti dictis Electionariis et*

eorum notario salarium, ad rationem pro quolibet eorum, ... libras sexaginta, ... et in unum mensem... debeant dicti Electionarii elegisse rectorem illum, ad cuius electionem faciendam electi fuerint. Stat. Ord. S. Joan. Hieros. ann. 1584. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1842: *Electione peracta, Electionarii a conclavi discedunt, comparentque coram præceptore electionis ac universo fratrum cætu.*

† **ELECTORES**, Collegium Novemviratum potentissimæ in Imperio dignitatis; unde in Bulla Aurea *Illustres Imperii Principes*, ejusdemque *decus, columnæ, latera, propinquiora membra*, etc. vocitantur. Inter præcipuas Electorum prærogativas primum locum obtinet jus Imperatorem *virtute Regni et Principatum suorum eligendi*, eundemque, si necessitas et utilitas publica postulet, ab Imperio removendi; non tamen ut scribunt quidam, sine reliquorum Principum consensu. Vide Electorum Sententiam exauctorationis Wincelæ Romanorum Regis, apud Goldastum tom. 1. pag. 189. Majores sunt Imperii Officiales, Imperatoris Consiliarii, citra quorum consensum in multis, quæ ad Imperii administrationem spectant, nihil rite aut valide peragi potest. *Qui de eorum nece factionem inierit, vel factionis sacramentum dederit* Majestatis reus declaratur. Jus habent eundem monentam. In solemnî Imperiali Curia omnes cujuslibet dignitatis præcedunt. Privilegio gaudent de *non appellando*, quod per Recessum Imperii ann. 1654. renovatum ipsisque denuo est confirmatum. Hactenus Bulla Aurea. Vide præterea *Limnæum lib. 1. Jur. publ. Imp. cap. 20. et lib. 2. cap. 1.* ubi Electorum jura et prærogativæ fusius recensentur. Ab anno 1647. vel 1654. Fratres salutantur a Rege Francorum.

\* *Eliseurs de l'Empire*, in Hist. Caroli VI. reg. Franc. ad ann. 1400. pag. 144.

Elegantissimus quoque Electoralis ornatus et vestitus: Electorum Ecclesiasticorum, toga est *ex panno coccineo rubro, pellibus ex albo et nigro variegatis, quas hermelinas vocant, ejusdem et præiecta: pileus quoque ex ejusdem coloris panno, pellibusque variegatis prætextus; Secularium, est paludamentum holosericum rubrum, pellibus hermelinis suffutum et prætextum, pileusque ejusdem materiæ, coloris ac prætexturæ.* *Limnæus ibid. lib. 2. cap. 1. n. 13.*

Septem ab initio instituti, haud dubie quia totidem Imperii Officiales, Septemviri sunt appellati; tres Ecclesiastici, Laici quatuor. Unde versus pingui crassaque Minerva olim decantati:

Maguntinensis, Trevirensis, Coloniensis,  
Quilibet Imperii fit Cancellarius horum,  
Et Palatinus Dapifer, Dux Portitor ensis,  
Marchio Præpositus Cameræ, Pincerna Boemus;  
Hi statuunt Dominum cunctis per sæcula summum.

Qui Septemviralis Senatus in Novemviratum exinde proventus est; de duobus recentioribus suo ordine dicemus.

Non eadem vero omnium Electorum jura eademque prærogativa. Ecclesiastici electione et suffragio hanc obtinent dignitatem; Seculares, si Regem Bohemum excipias, succedunt et jure hæreditario Electoratum possident. Hi jure utriusque suffragii, sui nimirum et alieni in electione gaudent; illi solum tantum. Ecclesiastici non nisi expleto trigesimo suæ ætatis anno in Archiepiscopos atque adeo in Electores cooptari possunt; Laicis sufficit decimus octavus annus completus ut suo fungantur officio. Bulla Aurea cap. 7. num.

2. Ut autem quid ad unumquemque eorum pertineat, quodve jus sit proprium et singulare penitus cognoscatur, de singulis seorsim paucis est agendum.

Archiepiscopus Moguntinus Collegii Electoralis Decanus, Principes Coelectores monere tenetur de obitu Imperatoris, et futuram electionem Litteris patentibus significare. Harum litterarum formulam, si videre libeat, reperire est in Bulla Aurea cap. 18. in electione Imperatoris Coelectorum suffragia colligit, quibus suum addit calculum. B. A. cap. 4. num. 2. 3. Imperatorem electum proclamat. Decreta Imperialia solus subsignat, quia Archicancellarius Germaniæ. Vide *Archicancellarius*.

Archiepiscopus Trevirensis, secundus Elector et Archicancellarius per Galliam universam, seu potius eam Galliæ partem, quæ Regni Arelatensis nomine censebatur, primus suum fert suffragium. B. A. cap. 4. num. 3.

Archiepiscopus Coloniensis, tertius Elector et Archicancellarius per Italiam, secundus eligit. B. A. ibid.

Rex Bohemiæ, ratione Regiæ dignitatis inter Seculares primus Elector et Imperii Archipincerna, tertius eligit. B. A. cap. 4. num. 1. et 3. Albertus Stadenensis Abbas in Chron. ad ann. 1240. et incertus Auctor in Chron. Sclavicus ad annum 1245. scribunt Regem Bohemiæ non eligere, *quia non est Teutonicus.* Quod intelligere licet ex Chron. Engelhusii et Andreæ Presbyteri Ratisbonensis, ubi de Ottone III. et ex Dubravio, qui in Hist. Boiemica lib. 6. narrat: *Additus tamen sex illis Principibus posthac Rex Boiemus fuit, Elector septimus ad tollendam discordiam quæ inter pares numero, pari suffragio concurrente, nunquam intercedebat.* Quod ita indubitatum nonnullis visum est, ut a Rudolpho Imperatore id factum esse scribat Cromerus lib. 3. de Rebus Polonorum; imo Instrumentum Rudolphi ann. 1299. refert Windekium in Comment. de Elector. orig. cap. 1. Horum tamen omnium sententiam scite refellit *Limnæus lib. 2. Jur. publ. Imp. cap. 7. num. 1.* Vide *Archipincerna*.

Dux Baviaræ, hodie Imperii Archidapifer, quartus eligit. Electorali dignitate primus potitus est Maximilianus, qua ann. 1628. a Ferdinando II. in Diæta Collegiali donatus, cum Palatinus Rheni, perduellionis titulo, ea exauctoratus fuisset. Quod ann. 1648. art. 4. Pacis Westphalicæ, Baviaræ Duci confirmatum fuit, ita tamen ut linea Wilhelmina extincta, familiæ Palatinæ restitueretur Electoratus. Vide Struvium Syntag. Hist. Germ. Dissert. 35. § 20. Post obitum Ferdinandi III. ann. 1657. Vicarius Imperii officio, loco Palatini Electoris, functus est Dux Baviaræ: item intendit Palatinus, sed adhuc sub iudice lis est.

Dux Saxonie, Imperii Archimarescallus et ejusdem Vicarius, vacante Imperio, in locis ubi Saxonica jura servantur: quintus eligit. B. A. cap. 4. n. 3. et cap. 5. n. 2.

Marchio Brandeburgicus, Imperii Archicamerarius, sextus eligit. B. A. cap. 4. n. 3.

Palatinus Comes, olim inter Seculares secundus Elector et Imperii Archidapifer, nunc Archithesaurarius, septimus eligit: quod definitum est art. 4. Pacis Westphalicæ ann. 1648. cum Carolus Ludovicus in Palatinatum inferiorem est restitutus, atque octavus Electoratus

ipsius causa institutus est. Vacante Imperio ejusdem est Vicarius in partibus Rheni et Sueviæ. Coram eo Imperator conveniri potest. B. A. cap. 5. n. 1. et 3.

Dux Hannoverensis, Viennæ 12. Martii ann. 1692. nonus Elector creatus et Imperii Archivexillifer, octavus eligit: de quo *Schramb* in Chr. Mellicensi part. 10. n. 42. pag. 920. hæc habet: *Novemviratus ab Augustissimo Leopoldo est constitutus, creante Ernestum Augustum Principem Hannoveranum in Electorem nomen, et Collegii Electoralis Signiferum... Hac nova dignitate Electorali, qua catholicus Palatinatus Princeps insigniebatur, cum nuper calculus Protestantium Electorum, (ex eo quod Dux Neoburgicus catholicus Palatinatus Electoratu fuerit condecoratus) esset minutus, resarciebatur.* Ad Electorum vero officia in Imperatoris coronatione quod spectat eorumque in sessionibus ordinem et alia jura, vide *Limnæum lib. 2. cit. cap. 1.*

Quæ hactenus dicta sunt de dignitate, prærogativis, juribus et officiis Electorum a nemine, quod sciam, in dubium revocantur, ut pote quæ ex Bulla Aurea, quæ ceu fundamentum Collegii Electoralis haberi debet, eruta sint et descripta. At vero longe aliter res se habet cum de eorumdem institutione et origine agitur. Tot fere sententiæ, quot hæc de re Scriptores, nullum quippe exstat monumentum, ut ipsis visum est, unde quicquam certi expiscari liceat. Utrique Viri doctissimi pro diversis sibi que invicem oppositis opinionibus stant decertantque, inter quos litem dirimere non sine temerario ausu forte quivis tentabit. Præcipuas ex iis prius hic exponere libet, quam id quod nobis probabilis visum fuerit aperiamus. Qui cæteras nosse voluerit adeat Thulemarium qui eas omnes congressit cap. 7. dissert. 12. Syntag. Jur. publ. et Jo. Guillelmum Janum in *Judiciis Eruditorum* de orig. Electorum.

Prima est eorum qui Collegii Septemviratus institutionem Gregorio V. et Ottoni III. acceptam referunt. Eam sic proponit nihil hæsitans Windekium in Comment. de orig. Elect. cap. 1: *Ergo, inquit, Electores cum consensu Ottonis III. ann. 997. sanctione a Gregorio V. lata, sed a Sylvestro II. ann. 1000. promulgata, constitutos compertum habeo, tum ex pluribus MSS. tum ex cæcis Historicis.* Fucum facit Windekium; quæ enim profert argumenta aut ad rem non pertinent, aut levioris sunt momenti, quam ut rem tantam definire valeant: et id sensit ipse Windekium, cum adductis argumentis quæ ipsi gravissima videbantur, subinde fatetur cæteros Principes in electione Imperatoris adfuisse, non quidem ut eligerent, sed ut quem vellent eligendum Septemviris proponerent. Hæc enim fateri causa cadere est. Windekio hac in re consentit Gewoldus lib. de S. R. I. Septemvir. quos refutat *Limnæus lib. 2. sæpius cit. cap. 1.*

Huic opinioni prævivere sine dubio antiqui Chronicorum Scriptores qui omnes fere ubi de Ottone III. mentionem fecerunt, eodem tenore Electorum institutionem referunt. Ita Martinus Polonus, Andreas Presbyter Ratisbonensis, Engelhusius, Naclerus vol. 2. Chronogr. gener. 34. et alii. Suppositam vero Gregorii V. de electionibus Imperatorum sanctionem, quam melius forte non verius, inter Constitutiones Ottonis IV. recenset Goldastus tom. 3.

Constitut. Imper. his verbis refert Linnæus lib. 2. cit. cap. 1. n. 1: *Imperatorum nullus hereditariam dignitatem vindicatio. Principes sex, sacri Ordinis tres, profani totidem, eum deliquit. Hi discordes si fuerint, Bohemiam Regem cooptant.* Immerenti Baronio injuriam fecerunt qui eruditissimum virum hujus sententiæ patronum arbitrati sunt. Scribit quidem ille sub ann. 996. tom. 10. Annal. pag. 913. potestatem eligendi Germaniæ Regem, in Imperatorem postea adsumendum, Principibus Germaniæ a Gregorio V. factam; sed diserte negat ex eo tempore ad septem tantum Electores id spectasse; quod probat ex Epist. ad Innocentium III. PP. de electione Ottonis IV. Baronio præverat Bellarminus lib. 3. de Translat. Imperii.

Rectius ergo utrumque Cardinalem accensebis inter defensores sententiæ, quæ ab Innocentio IV. in Concilio Lugdunensi ann. 1245. celebrato, id factum esse defendit. Nec sua huic opinioni deest probabilitas: præter quam enim quod circa hæc tempora in electione Imperatorum prævalere cœpit Electorum auctoritas, certum est ab Innocentio IV. Fridericum II. Imperiali dignitate in hac Synodo privatum fuisse, præceptumque a Rom. Pontifice Ecclesiasticis Electoribus, ut Henricum Thuringiæ in ejus locum sufficerent. Thomas Wikes tom. 2. Hist. Anglic. Scriptorum pag. 45. in Chron. ad ann. 1245. scribit: *Innocentius Papa, convocatis universis Ecclesiæ Prælatibus, celebravit generale Concilium apud Lugdunum, in quo sententialiter degradavit Imperatorem Fridericum, decernens ipsum finaliter amovendum ab Imperio ..... præcepitque Coloniensi, Treverensi, Moguntinensi Archiepiscopis, ut Henricum dictum Langravium Ukhuringum eligerent in Regem Teutonicorum, quod et factum est.* Vide etiam Chron. Alberti Stadenis ad ann. 1240. Engelhusii tom. 2. Collect. Leibnitii pag. 1117. et Walter. Hemingford. ad ann. 1250.

Tertia de Electorum origine nobis super est exponenda sententia, quam doctissimi quique Germanici Scriptores amplexati sunt. Hæc autem statuit id accidisse præcipue sub Friderico II. (verba exscribo Myleri) *absque ulla interveniente singulari Constitutione, qualem nullus scriptor veridicus allegare aut producere potest, sed modo latenti, et insensibiliter quasi, cum tacito Ordinum Imperii consensu.* His apprime consonat Linnæus lib. 3. Jur. publ. Imp. cap. 1. *Statuo, inquit, Collegium hoc Electorale, non tam speciali et expressa alicujus Constitutione, quam consuetudine sensim Ordinum consensu approbata, introductum, postque aliquot mutationes intervenientes, tandem a Carolo IV. et reliquis Imperii Proceribus aurea Bulla firmatum fuisse.* Vide Nicolaum Mylerum Archologia Ordinum Imper. cap. 9. n. 4. Conringium de Republ. Imper. Germ. Exercit. 5. thes. 23. et seq. Crusium lib. 5. Annal. Suevicorum part. 2. cap. 7. Onuphrium Panvin. de Comitibus Imper. cap. 6. Michael. Schiffererum de Orig. Elector. thes. 16. apud Arum. vol. 1. Besoldum de election. et succes. lib. 2. Dissert. 3. n. 4. et seq. Aventinum lib. 5. Annal. Boiorum, Goldast. in Constit. Imp. tom. 1. Struvium Syntag. Hist. Germ. dissert. 22. § 15. Natal. Alexandrum part. 2. sæc. ix. et x. Heissium in Hist. Imp. lib. 5. n. 1. Hoffmann. in Lexico ad vocem *Electores*, et alios.

Quibus vero argumentis et probationibus hæc sententia, jam tot Eruditorum Virorum calculis approbata, fulta sit et munita paucis representabo. Et quidem repudiata semel Gregorii V. Constitutione, de qua nullus Scriptor ab Ottonis ætate ad Fridericum usque II. meminit, ne ipse quidem Gratianus qui circa ann. 1151. Decreta, Constitutiones et Statuta Pontificum collegit; rem demonstrare videtur silentium omnium Historicorum qui de rebus Germanicis diligentius scripserunt; nemo quippe eorum, neque Hermannus, neque Romerius, verba sunt Aventini lib. cit. neque Sigibertus, neque Otto noster, Guntherusve poeta, et cæteri quique proximi horum temporum gravissimi diligentissimique Scriptores, ullam Electorum mentionem faciunt: *profecto non omissuri tantam rem, si uti nostro sæculo sunt, illa tempestate Principes illi, constituendi Cæsaris legem et prærogativam accepissent.* Quod quidem argumentum, quamquam gravissimum sit, potest tamen et alio roborari, quo res pressius urgeatur. Constat testimonio Historicorum omnes Ottonis III. in Imperio Successores usque ad Fridericum II. vel jure hæreditario, vel omnium Principum suffragiis Imperium obtulisse. De Henrico II. et Conrado ejus successore, id testatur Otto Frisingens. Chron. lib. 7. cap. 7. et 8. De Henricis IV. et V. Abbas Urspergens. in Chron. ad ann. 1053. et 1106. De Lothario Continuatore Sigeberti in Chron. ad ann. 1126. De Conrado III. laudatus Otto lib. 7. cap. 22. De Friderico I. idem Otto lib. 2. de Reb. gest. Frider. cap. 1. Guntherus, et Chron. S. Ulrich ad ann. 1152. De Ottono IV. et Friderico II. citatus Urspergens. ad ann. 1220. Iis ad aliud possumus Ditarus lib. 5. pag. 52. Wippo de Vita Conradi Salici ann. 1024. Oedericus Vitalis ann. 1124. pag. 882. Radevicus lib. 3. cap. 16. Fridericus I. in Epist. apud Baronium ann. 1156. Matth. Paris ann. 1245. 1257. pag. 456. 638. Roger. Hovedenus pag. 776. Willel. Brito lib. 4. Philipp. pag. 141:

Est etenim talis dynastia Theutonicorum,  
Ut nullus regnet super illos, ni prius illum  
Eligat unanimis Cleri Procerumque voluntas.

Ex quibus omnibus manifestum est Electores non prius, cæteris Principibus exclusis, Imperatorem elegerunt, quam mortem obisset Fridericus II.

His præmissis quæ nostræ sententiæ illustrandæ necessaria duximus, jam quod probabilius nobis visum est, ea qua nos decet verecundia, præsertim in rebus obscuris, proponendum. Nec longe profecto ab ea, quam modo exposuimus, sententia aberrabimus. Itaque, ut rem ab initio repetamus, certum videtur post Ottonem III. rationem succedendi in Imperio innovatam fuisse, suffragiisque habita interdam natalium ratione, electos deinceps Imperatores, qui prius solo jure hæreditario nataliumque privilegio sceptro potiebantur. Hæc aperte significant omnia Historiæ Germanicæ, quæ supersunt, monumenta. Nec alia fuit, ut opinor, errandi occasio Scriptoribus, qui Electorum originem ad hæc tempora retulerunt. Cum autem in eligendo Imperatore potiore partem haberent septem Imperii Officiales, iique potentiōres essent Germaniæ Principes, sensim pedentimque ad hanc devenere auctoritatem, ut sibi potestatem, cæteris Principibus exclusis, eligendi Imperatorem tribuere tentarent. Ne gratis vero id dixisse videamur, consu-

lendus vetus Auctor de Beneficiis a Struvio citatus Syntag. Hist. Germ. dissert. 22. § 15. ubi legere est: *Reæ quem eligunt Teutonici, cum Romam vadit ordinari, secum ibunt de jure sex Principes qui primi sunt in ejus electione.* Idem docet Speculum Saxonicum lib. 3. art. 57: *In Principis electione primus erit Episcopus Moguntinensis, secundus Treverensis, etc. secundum hoc omnes Illustres Imperii tam Seculares quam Spirituales eligunt.*

Ut ut sit de eorum in electione Imperatoris præminencia, Collegii Septemviralis institutionem ad Caroli IV. tempora, ad annum scilicet 1356. quo Bulla Aurea, prævia deliberatione Imperii Officialium, reliquorumque ejusdem Procerum et Ordinum consensu, promulgata est, referendum arbitramur; vel ut mentem nostram aperitius explicemus, existimamus nullo, quod indubitatum sit, monumento probari posse ante Bullam Auream septem Electores pleno sibi proprio jure, quo scilicet ab electione alii Principes excluderentur, Imperatorem elegerunt. Nec enim inficiamus prius existitisse Principes, qui Electores appellarentur, quique in eligendo Imperatore potiores partes agerent. Hæc aperte significare videtur successiva Imperatorum series, qui, ad Bullam Auream promulgationem, suffragiis aliorum Principum, præter septem Electores in hac Constitutione designatos, Imperium adepti sunt. Unus in exemplum sufficiat Carolus IV. hujusce Legis celeberrimæ parens, quem ad regium culmen electum refert Albertus Argentin. in Chronico ad ann. 1348. partim a Principibus electorali postea privilegio donatis, partim ab aliis quos inter Electores non recenset Bulla Aurea. Nec minoris est momenti quod in Bulla Aurea nullius Edicti, Legisve, aut Constitutionis, quæ Electorum jura numerumque prius assignaverit, occurrat mentio: neque enim id tacendum erat in Constitutione quæ solo novitatis titulo poterat repudiari a Principibus quos constanti assertoque sibi hactenus jure spoliabat. Iis ad aliud potest Epistola Benedicto PP. XII. scripta ann. 1338. ab omnibus Electoribus, Rege Bohemiæ excepto, quæ legitur apud Goldastum tom. 1. Constitut. Imper. pag. 100. Hanc scio suspectæ fidei viris quibusdam eruditissimis videri: ex ea nihilominus, cum spuriam nemo, quod sciam, certo probaverit, quedam observabo, atque imprimis hanc epistolam, quæ Bullam Auream decem et octo annis tantum præcessit, sex Electorum nomina præferre; in ea tamen aliorum Coelectorum expressam repetitamque ab iis Principibus fieri mentionem. 2º. Illos diserte profiteri eam, quam in eligendo Imperatore habent potestatem sibi ex consuetudine vel de jure competere. Quid hoc dubium? rogo; itane scripssissent Electores eodem jure, quo per Bullam Auream, iisdemque privilegiis jam decorati? Num Coelectores, promulgata semel Bulla Aurea, usquam agnovissent? Hinc igitur recte Septemviralis Collegii originem institutionemque repetimus. Notandum 3º. Electores minime persuasos fuisse jus suum electorale Romanis Pontificibus acceptum referri debere. Sed præstat locum exhibere, ut quisquis prudens æquusque rerum æstimator judicet: *Gravamur non modice, et turbamur ex intimis, cum reverendam sacrosancam Romanam Ecclesiam, matrem nostram, et ipsius Summos Pontifices,.... ac sacro-*

sanctum Imperium, et Imperatores seu Reges ipsius, quorum defensione ad nos ac omnes alios Coelectores præ cæteris mundi Principibus specialiter pertinere dinoscitur, sicut temporibus præsentibus videmus, ad invicem discordare. Infra: Cum aliis omnibus Principibus Electoribus Imperii in unum fuimus congregati, et firmavimus jurejurando per Sacramenta corporaliter a nobis et omnibus Coelectoribus nostris præstita; quod jura, honores, bona, libertates et consuetudines dicti Imperii, et nostra, nobis in electione Imperii competentia et consuetudine vel de jure, manuteneamus, defendamus et illibata conservemus, et quod hoc non obmittamus propter aliqua pericula rerum et personarum, aut præcepta... contra Imperium et nos vel Coelectores nostros; per quæ dicto Imperio ac nobis et Coelectoribus nostris... posset præjudicium generari. Ibid.: In prædicto Parlamento per nos et alios Coelectores nostros... sententialiter diffinitum: quod vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer, vel a majore parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum ab omnibus est habendus: et quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel auctoritate Sedis Apostolicæ, super administratione bonorum et jurium Imperii indiget, sive titulo Regio assumendo: quodque jura et bona Imperii administrare et gubernare poterit, et de jure et consuetudine, nulla Sedis Apostolicæ super hoc licentia habita vel obtenta. Hæc clariora sunt quam ut fusiore expositione indigeant; cætera itaque Lectoris judicio permittimus, quæ otiose fortassis annotaremus.

**ELECTRAT, Ructat.** Papias. [Bituric. MS. habet *Electat*, forte pro *Ejectat*.] Vide *Electare*.

**ELECTRUM.** Mixtura quædam æris et stanni, nomen sumens cum electro a coloris similitudine. Nicol. Bertrandus in Vita B. Guillelmi Eremitæ Augustin.: *Disciplinabat enim se catenis tribus Electri vel de latone. Rocho le Bailif in Diction Spagyri: Electrum, est septem metallorum in unum conjunctio.*

\* S. Flori Mss. fol. 58. v. : *Interdicitus ne quisquam cum calice ligneo, vel vitreo, vel stagneo, ... vel de Electro infra fines diocesis nostræ ulterius celebrare præsumat.* Comput. MS. fabr. S. Pet. Insul. ann. 1495: *Item Johanni Maldener liquefactori Tornacensi, pro omnibus columnis et arquetis de Electro, servientibus ad clausuram capellæ B. M. de Trilbia, ponderan. insimul ij. mil. ix. c. iij<sup>xx</sup>. xij. lib. prætio v. sol. pro qualibet libra.* Idem est, ni fallor, quod *Eleutre* appellatur in Chron. S. Dion. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 151: *Ovec ce dona un autre grant vaissel d'Eleutre, si est aornez ou milieu et tout entor de grant plenté de sardenes et de granez.*

1. **ELECTUARIUM.** Isidorus lib. 4. cap. 9: *Electuarium, vocatum eo, quod molle sorbeat.* Matth. Silvaticus: *Electuarium, id est, mollis sorbitio.* Ex Græco ἐλεγκταρίον ab ἐλεγειν, delingendo evacuare. Alii ab *electis* speciebus dictum volunt. Joann. de Janua: *Electuarium dicitur ab electione rerum, e quibus conficitur.* Electuariorum alia sunt dulcia, quædam amara, quædam acria, de quibus Champerius. Octavius Horatianus lib. 4. Rer. medicar.: *Ad Tussim, Electuarium, etc.* Cæsarius lib. 7. cap. 48: *De pyzide, quam in manu portabat, Electuarium per cochlear hauriens, singulis in os mitebat.* Brocardus in Descript. Terræ Sanctæ: *Habent poma*

*citrina magna, ex quibus optima conficiuntur Electuaria.* [Statuta Ecclesiæ Cadurc. ann. 1289. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 699: *Parasti species vel Electuaria, non causa medicinæ, sed ut vinum tibi melius saperet, et ad bibendum te fortius incitaret.* Statuta Arelat. MSS. art. 137: *Non vendant Electuarium corruptum.*] Vide Constitut. Siculas lib. 3. tit. 34. § 4. Durandum lib. 6. Ration. cap. 7. num. 20. etc. Utuntur passim Medici. Guiotus Pruvinensis in Biblia MS. de Medicis:

S'ils reviennent de Montpellier,  
Lor Lectuaire sont moult cher;  
Los, dient-ils, ce m'est avis,  
Qu'ils ont gigimbrat et pliris, etc.

\* **Laituaire**, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 350: *Disoit souvent li benoiez rois nostre Laituaire tel, ou, noz choses teles fussent bonnes à cest malade.* Occurrit etiam in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 3:

L'ame toute s'esburuche  
Quant ele snt tel Laituaire.

\* **Opiate Lecture**, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 200. Chartoph. reg. ch. 64: *Lequel medecin ordonna en la boutique d'un apoticaire d'icellui lieu de Pezenas plusieurs beuvraiges... et opiatas Lectures en diverses foiz.*

**ELECTUARIUM** habet perpetuo Cælius Aurelianus Siccensis lib. 1. de Tardis passion. cap. 4. lib. 2. cap. 7. 13. lib. 3. cap. 1. etc. Λατοῦάριον et Λατοῦάριον pro ἐλεγκταρίον habet Myrepsus sect. 1. cap. 74. 498.

2 **ELECTUARIUM et florem bellatorum** dixit Lambertus Ardensis pag. 84. [Pro quo nos diceremus *l'Elite et la fleur des troupes.*]

**ELECTUBILIA.** Vita S. Desiderii Episcopi Cadurensis cap. 18: *De præsidio meo vestimenta, scammalia, mensalia, et Electubilia, aurum, vel argentum, etc.* Sed legendum, ut præfert Codex MS. *Lectuaria*: nam editiones binæ hujus Vitæ ex mendoso apographo prodierunt. Utramque cum ipso archetypo contulit Stephanus Baluzius.

1 **ELECTUS.** Vide *Electi*.

1. **ELEEMOSYNA**, Misericordia, seu *Merces.* Concilium Francoford. ann. 794. cap. 3: *Idcirco dominus noster misericordia motus, præfato Tassiloni... culpas perpetratas indulsit, et gratiam suam pleniter concessit, et in sua Eleemosyna eum in amore dilectionis visus est suscepisse.* Charta Ludovici Pii ex Tabulario Fossatensi f. 8: *Cujus petitioni in Eleemosyna nostra libenter aurem accommodare placuit.* [Lupus Ferrar. Epist. 45. ad Carolum Calvum: *Tangat itaque vos affectus eorum, per quos esse cepistis. Instaurate eorum Eleemosynam ingenti periculo intermissam. Ne obliviscamini vestri; etenim vos jam Eleemosyna indigetis.*] Codex Epistolarum S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini Epist. 115: *Nobis quoque paterna hæreditate spoliatis pro vestra Eleemosyna auxiliari... utcumque faciatis.* Adde Epist. 117. Concilium Verdense ann. 755. cap. 6. 23. Remense II. cap. 42. Formulas vett. Bignonii cap. 31. Capitulare Pipini Regis Italiæ cap. 6. Capitulare I. ann. 802. cap. 29. Epistolam Caroli Magni ad Offam regem, Capitulare 6. ann. 809. cap. 7. Chartam Ludovici Pii apud Mabillonium tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. pag. 68. etc. Vide *Merces.* Eadem notione

\* Nonnunquam nostris *Aumosne*, idem sonat quod recte factum, pium opus, vulgo *Une action louable, une bonne oeuvre.* Bellom. Ms. in Consuet. Bellovac.

cap. 12: *Creons que bien et Aumosne se, roit de contrester tiez testamens.* Libell. suppl. ad Phil. VI. ann. 1336. in Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 82. r. : *Primo dit le signifiant que oncques si grant Aumosne ne fu faite, comme ce que vous avez commencié de faire sus vos officiers, de faire enquerre sus euls.* Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 518: *Que c'estoit greigneur Aumosne que d'aller à S. Jacques. Aumosne vero, pro Aumone, eleemosyna, in Ch. ann. 1245. ex Chartul. S. Apri Tull. ut et Aumorne, in Invent. ann. 1306. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1202. et 1203. Amoigne, in Ch. ann. 1262. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 28. col. 1.*

**ELEEMOSYNA REGUM**, in Capitul. 6. ann. 819. cap. 7: *De viduis et orfanis et pauperibus vel omnibus impotentibus, ut in Eleemosyna Dominorum nostrorum Regum eorum justitiam plenius accipiant.*

**ELEEMOSYNA CARUCARUM: pro aratri.** Lambardo: *Aratonis Eleemosyna; sulæmesse, in Canonibus Saxon. Edgari cap. 54. i. aratri vel arationis eleemosyna, a sulh, aratrum, et ælmesse, eleemosyna.* Concilium Ænhamense ann. 1009. cap. 10: *Jura Deo debita uniusquisque annuatim recte pendito, aratri scilicet Eleemosynam decima quinta nocte a Paschate. Aratralis Eleemosynæ, in Decretis Synodalibus ejusdem Concilii cap. 10. Denarius in singulas carucas impositus, pauperibus in eleemosynam erogandus, ab Ethelredo Rege, ut quidam ferunt, impositus. Leges ejusdem Regis cap. 1: *Ut detur de omni caruca denarius, vel denarium valens. Eleemosyna carucarum, in Legibus Canuti Regis cap. 11. Saxon. 7. Eiusdem Canuti Epistola ad Ethelnotum Metropolitanum Britannia apud Ingulfum, Matthæum Westmonast. Florent. Wigorn. et Rad. de Diceto ann. 1081: *Antequam ego in Angliam veniam, omnia debita, quæ Deo secundum legem antiquam debemus, sint persoluta, scilicet Eleemosynæ pro aratri, et decimæ animalium ipsius anni procreatorum, et denarii, quos Romæ ad S. Petrum debemus.***

**ELEEMOSYNA REGIS.** Leges Edwardi Confessoris cap. 10. de Denario S. Petri: *Quoniam denarius hic Regis Eleemosyna est.* Simeon Dunelmensis de Gestis Angl. ann. 887: *Ethelelm Comes Wintoniensium Eleemosynam Regis Efredi detulit Romam. Eleemosyna S. Petri dicitur in Epistola Paschalis PP. apud Eadmerum lib. 5. Novor. pag. 113. i. edit. Vide Denarium S. Petri.*

\* **ELEEMOSYNA REGIS.** Inter privilegia regis Francorum, quæ enumerantur in Reg. sign. Pater. Cam. Comput. Paris. fol. 195. v. illud notandum recensetur: *Item quod Eleemosynæ, quas dominus rex faciet, cedant loco restitutionis.*

**ELEEMOSYNA PASCHALIS**, quæ etiam nunc obtinet in Episcoporum Palatiis. Anastasius in Hadriano PP. pag. 112: *Ubi Fratres nostri Christi pauperes, qui ad accipiendam Eleemosynam in Paschalem solemnitatem annue occurrere et lavari solebant.* Vide Gafredum Vossensem 1. part. cap. 30. Probat. Hist. Monorenciæ pag. 410. et Henric. Valeisium ad Euseb. de Vita Constant. lib. 4. cap. 22. etc.

**ELEEMOSYNA RATIONABILIS**, quæ ex bonis intestatorum sequestrabantur ad pias causas, de quibus pluribus agimus in voce *Intestatus*. Charta Libertatum oppidi des Ais in Bituric. ann. 1301: *Si vero aliquem mori contigerit propinquorum generis sui, qui meus sit vel femina,*

meam habere eschetam ad solutionem prædictæ censæ, et nisi aliquis hæres præsens fuerit, sex electi omnes res suas servabunt per annum et diem: et si infra annum et diem hæres venerit, omnia sua habebit, salva tamen Eleemosyna rationabili. Infra: Vel sine hærede mori contigerit, respectu sex electorum habebit Eleemosyna rationabilis.

\* JAGERE IN ELEMOSINA dicitur, cum quis gratuito sepelitur. Chartul. priorat. de Guilio fol. 15. r.: Miles quidam, nomine Godefridus, ... disponente Deo, devenit ad mortem. Cujus obitum filii parentesque plangentes monachos, qui tunc temporis Guilio morabantur, suppliciter petierunt ut corpus sepulturæ traderent: quod monachi secundum posse suum honorifice fecerunt. Post tumulationem vero, ne pater eorum in Elemosina jacere videretur, filii ejus Walcherius atque Johannes donaverunt Deo et S. Albino ejusque monachis sex denarios de censu, quos illi monachi reddebant.

\* [« Elemosine pauperum verecundorum (Lugduni) xx solidos fortium » in testamento presbyteri Tymotei, apud Mus. Arch. Dep. p. 142, an. 1245.]

2. **ELEEMOSYNA**, nude dicuntur Ecclesiarum possessiones: Tenementa quæ conceduntur per donationem Ecclesiis Cathedralibus, Conventualibus, Parochialibus, viris religiosis, ut per donatoris et suorum tam vivorum quam mortuorum animabus apud Deum orationibus et divinis officiis intercedant. Ita Bracton. Paschasius Ratpertus in Vita Walæ Abb. Corbeiensis lib. 2. cap. 2. ubi Wala ad Ludovicum Pium: Quid est quod das, quando honores Ecclesiarum, immo, ut sentio, onera quæ largiris? quod si res Domino jure Eleemosynarum legitime consecratæ sunt, Ecclesiarum ejus sunt; quia suis pauperibus, et specialiter sibi servientibus legitime datæ sunt. [Charta Zuentebaldi Regis Lotharing. ann. 896. apud Doubletum pag. 809: Et nullus unquam dominator adveniat qui hoc infringere audeat; quod si aliquis proterviter hanc Eleemosynam infringere incipiat, prunius in iram Dei... incurrat.] Consuetudo Normanniæ art. 103. quatuor species tenuræ statuit, per homagium, per divisionem, per eleemosynam, et per vadium: et art. 139. ait, possessionem per eleemosynam esse quidquid Ecclesiis aut viris religiosis confertur. In Regiam Majestatem lib. 2. cap. 23. § 2. et apud Glanvillam lib. 7. cap. 1. Episcoporum et Abbatum Baronie dicuntur esse de Eleemosyna Domini Regis et antecessorum ejus. Decreta Regni Anglicani apud Clarendum ann. 1164: Si calumniæ emerserit inter Clericum et Laicum, vel e converso de ullo tenemento, quod Clericus velit ad Eleemosynam attrahere, Laicus vero ad Laicum feudum, etc. [Index MS. Beneficiorum Eccl. et Dioc. Constantiens. fol. 22. verso: Et totum manerium supra et infra dictas domus est in Eleemosyna: alia est in feodo laicali. Et fol. 59: Eleemosyna Presbyteratus continet dimidium acram terre, et est manerium Presbyteratus situm in eadem Eleemosyna.] Leges Simonis Comitis Montisfortis: Cui libet militi sive rustico licitum erit legare in Eleemosyna de hæreditate propria usque ad quintam partem ad consuetudinem et usum Franciæ circa Parisius, salvo tamen Baronis, et forciis, etc. Chronicon Mauriniacense lib. 2: Apud Longum Pontem, quod regulare Cœnobium antecessorum Milonis Eleemosyna erat. Epistola 104. ex Sugerianis, de quadam decima: Conquerimur super Hugonem Brostin, qui antiquam

Eleemosynam Regum Franciæ, quæ est apud Calceium... quietam et liberam inquietat et aufert. Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 827: Prohibemus etiam, quod nullus Vicecomes vel Minister, seu alia persona magna vel parva, infra Eleemosynas suas hominem capere, verberare, ligare audeat. Charta ann. 1190. apud Radulfum de Diceto: Nulla fiet recognitio, si Charta, vel alio modo Eleemosynatam esse possessionem probare poterit; sed ad Ecclesiasticos judices remittentur. [Charta ann. 1220. ex Archivio Abb. Belli-loci: Dedit etiam Juhellus de Meduana omnem talliam, et mediatalliam quam percipiebat in terra Canonicorum Belli-loci, cum omni jure et dominio, quod habebat in omnibus terris et feodis Eleemosynatis et omnibus hominibus suis in Eleemosynadictorum Canonicorum commanentibus. Charta ann. 1261. ex Tabul. Abb. S. Sulpitii: Bertranus de S. Egidio Miles, Dominus de Monstabetun, de consensu Tilonis filii sui concessit Conventui S. Sulpitii quod homines Monialium habeant usum in saltibus Eleemosynatis eisdem monialibus a Domino Comite Brianniæ.] Adde Statuta Alexandri III. Regis Scotiæ cap. 20. Statuta 2. Roberti I. Regis Scot. cap. 1. § 7. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 827. etc.

† **ELEEMOSYNATA**, Eadem notione. Præceptum Scacarii Paschæ apud Cadomum ann. 1222. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 52: Præceptum est quod Abbas de Barberio per carlas Comitis de Meullent et Henrici Regis habeat unam Eleemosynatam a Roberto Manuion, quia cartæ confirmant donationes et eleemosynas, quas Monachi illi poterunt acquirere.

† **ELEEMOSYNA**, Prædia vel etiam pecunia quæ mercedis loco dabatur pro celebranda Missa. Concil. Hispan. ann. 1512. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 11. col. 1: Mandamus et ordinamus, ut cum aliquis Sacerdos receperit Eleemosynam seu portionem pro celebranda Missa seu Missis, teneatur illas celebrare eademmet die vel tempore commendato. In Conc. Tolet. provinc. ann. 1582. ibid. pag. 209: Graviori doloris sensu est a Patribus auditum, magnum Missarum numerum in quibusdam Ecclesiis... omitti vel differri, propter veteris Eleemosynæ tenuitatem. Et in Synodo diocæsana Valentina ann. 1584. ibid. pag. 287: Accipiat autem Clerus pro singulis hujusmodi Missis solidorum decem Eleemosynam, non eo plus.

**ELEEMOSYNA LIBERA**, seu Libera Eleemosyna. Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 2. n. 24. et lib. 5. cap. 9: Et quamvis hujusmodi terræ dentur in Liberam Eleemosynam, non solum dantur Ecclesiis, sed et personis tenendæ in Baronia. Charta Philippi Augusti ann. 1219. in ejus Regesto Herouvalliano fol. 163: Domum Dei de Gonessia... ab omni seculari potestate et dominio tanquam Eleemosynam in perpetuum Liberam esse concedimus. Alia ann. 1227. ex Tabul. S. Arnulphi Crispiciac: Recognovit, se contulisse in perpetuum et Liberam Eleemosynam Capellam B. Mariæ de Louvery, etc.

Libera autem Eleemosyna dicitur, quod nulli servitio vel redditioni aut censui obnoxia sit. Charta Gaufredi Comitis Mauritanie in Bibl. Cluniacensi pag. 543: Et omnia, quæ data sunt vel danda ab aliis in futuro, ita Libera esse volo, ut neque ego, neque succedentes mei, neque per bannum, neque per teloneum, neque per vicariam, neque per collationem nostrorum Militum, neque per aliam quamvis modicam consuetudinem Monachos de

servitio Dei disturbent, neque suis hominibus inferant inquietudinem. Ista omnia dona Libera ita esse volo, etc. Vide Cowellum lib. 2. Instit. tit. 8. § 24. [\*<sup>2</sup> Glanvillam lib. 9. cap. 2. et mox Eleemosyna pura. Placit. Cantabr. 10. t. 2. ann. 9. Joh. in Abbrev. Placit. pag. 56: Utrum terra de Pappeworth, quam Elena de Pappeworth tenuit, quam D. Rex dedit Roberto Rusell sit de Libera Eleemosyna D. Regis et si illam de jure dare possit, dicitur quod tota terra est libera Eleemosyna D. Regis et quod ipse de jure illam dare potest cui voluerit. Ubi est terra ab omni feudalitatis nexu libera, quamvis non ad ecclesiam pertineat.]

**ELEEMOSYNA ECCLESIASTICA**. Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 46: Hanc itaque Ecclesiam et omnia ad illam pertinentia concessi et dedi Athelwodo Clerico, filio Erlavi Sacerdotis, libere et quiete tenere, sicut decet Ecclesiasticam Eleemosynam. Vide Jus Ecclesiasticum.

† **ELEEMOSYNA**, Forte prædia seu feuda, quæ Advocatis Ecclesiarum mercedis loco ex possessionibus ecclesiasticis tribuebantur. Charta ann. 1205. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 102: Item diximus per sacramentum nostrum, quod si Clericus teneat aliquid de quo Laicus conquerratur, et Laicus dicat se tenere illud nomine Eleemosynæ. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. Instr. ann. 1267: Juravit insuper dictus Rogerus tactis Sacrosanctis Evangelis spontanea voluntate coram nobis, quod in dictis masura, ædificio, gardino et dimidia acra terræ ratione hæreditatis, petitionis, successionis, conquestus, dominii, Eleemosynæ, seu quacumque alia ratione sibi competenti nihil de cætero reclamabit.

**ELEEMOSYNA PURA**, id est, in qua Princeps nihil terrenæ retinet sibi jurisdictionis, seu dignitatis: et hujus Eleemosynæ totalis jurisdictio ad Ecclesiasticam pertinet dignitatem. Nullus autem in Normannia potest de feodo suo Laicali Puram facere Eleemosynam, sine concessione et assensu Principis principalis, etc. Ita Jura et Consuetudines Normanniæ cap. 117. [\*<sup>2</sup> Apud Anglos etiam Libere Eleemosynæ jurisdictio ad curiam Christianitatis spectabat, ut est in Rot. ann. 8. Joh. Oxon. 15. in Abbrev. Placit. pag. 54. Plura apud Atlaserram de Jurisdictione Eccles. lib. 6. cap. 12.] [Lindanus Hist. Teneremund. lib. 2. cap. 2. pag. 111. edit. ann. 1612: Philippus Bonus concessit olim in puram Eleemosynam cadere numeros æreos pretii quatuor obolorum Flandricorum quas mittas vocant.] Vetus Charta Gallica apud Seldenum de Titulis honorariis 2. parte cap. 5. § 24: Il ne tient rien en chief du Roy, ne per Baronie, mais en pure et perpetuelle Almoigne. Vide Littletonem, et Chartam ann. 1205. post Ordricum Vitalem pag. 1060.

† **ELEEMOSYNA LAUDABILIS**. Epitome Constitut. Eccl. Valent. tom. 4. Collect. Conc. Hisp. pag. 186. col. 2: Ordinavunt quod signa Laudabilis Eleemosynæ de cætero dum pro tempore vacabunt, dentur per vota Canonicorum. Ibid. pag. 167. col. 1: Ordinavunt quod si quis habens signum Laudabilis Eleemosynæ Denconesa illud alicui resignare voluerit, ejus non possit admitti resignatio, etc.

† **ELEEMOSINAS CONFLARE**, hoc est, Colligere. To. 2. Hist. Britan. apud Lobinellum col. 1609: Multorum relatione pectus pimus quod nonnulli abusores sive truffatores absque selis Apostolicæ et nostris litteris conflant Eleemosynas. Eadem notione in Concil. Tarracon. provinc. ann. 1591. tom. 4. Collect. Conc. Hisp. pag.

557. legitur : *Eleemosyna questuata*, id est, emendicata.

CHARTA ELEEMOSYNARIA, qua quis aliquid Ecclesiæ confert. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ: *Signum Dragoni, qui Chartam Eleemosynariam istam scribere et firmare rogavit manu ejus firma*. Occurrit pluries in eodem Tabulario. Vetus Charta sub Roberto Rege, ex Tabul. S. Ambrosii Bituric. : *Hanc igitur Eleemosynariam Chartam, et decretum nostræ voluntatis volumus esse firmum et inconvulsum, etc.* Tabul. S. Eparchii Inculm. fol. 49: *Si quis homo aut ullus de parentibus meis istam Chartam Eleemosynariam infringere aut inquietare præsumperit, etc.* Adde fol. 118. Vide Ruffinum in Comitib. Provinciæ pag. 58.

1. ELEEMOSYNARIA, nude, in Charta Amblardi Episcopi, regnante Radulpho Rege, in Tabulario Ecclesiæ Cadurcensis : *Qui Eleemosynariam istam ullo modo inquietare voluerit, apponat quod sua lex jubet, et petitio sua nullum obtineat effectum ; sed hæc Eleemosynaria firma et stabilis permaneat.* [Charta Amblardi Archiep. Lugdun. ann. 978. regnante Lothario in Francia inter Ins-trum, tom. 4. Gall. Christ. col. 5 : *Itaque jurejurando præcepi vadiatoribus meis... ut chartam meæ Eleemosynariæ integram et expressam facerent supradictis Monachis.* Ibid. col. 6. indiscriminatim habetur *Eleemosynaria vel Eleemosyna.*] Tabularium Abbatæ Conchensis in Ruthenis Ch. 339 : *Si advenerit ullus homo, aut ullus de parentibus meis, qui contra donatione vel Eleemosynaria ista ire, aut agere, tentare vel intrumpere voluerit, etc.* Charta *Eleemosynaria*, in Ch. 408.

3. ELEEMOSYNA, Domus Monasterio vel Ecclesiis adjuncta, in qua eleemosynæ pauperibus erogabantur ab Eleemosynario ; proprie *Hospitale pauperum*. *Aumosne*, in Charta Gallica ann. 1274. in Prob. Hist. Castillon. pag. 69. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis : *Eleemosyna pauperum, quæ Græce dicitur Synodochium*. Concilium Islebense apud Ordericum lib. 5 : *Si erraticum habere, (pecus) quod vulgo dicitur Weredif, in Curiam Sacerdotis vel Clerici, qui in atrio manent, venerit, vel in Eleemosynam ejusdem Ecclesiæ, vel in atrium, Episcopi erit.* Hugo Flaviniacensis pag. 169 : *Ilum, qui contra justitiam tumidus superbiebat, captum, in Eleemosyna S. Vedasti sedere, et de Eleemosyna vivere instituit.* Vita Godefridi Comitis Campebergensis cap. 2 : *Cæcus quidam in illius degebat Eleemosyna, etc.* [Bulla Alexandri III. PP. ann. 1178. apud Menestrium in Probat. Hist. Lugdun. pag. 37. col. 2 : *Terras planas poterit acquirere Ecclesia pro Canonica vel pro Eleemosyna, ita quod fiat sine interventu pecuniæ, et in obedientiis suis decimas, gardas, vicarias et omnia alia ad obedientiam pertinentia.* Similia repetuntur pag. 38. col. 1. Miracula S. Gibriani tom. 7. Mail. pag. 622 : *Paralysis percussus est, et in Eleemosynam S. Remigii delatus.* Charta ann. 1275. ex Tabular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 820 : *Vendidi viris Religiosis Abbatii et Conventui S. Vandregesilli quamdam masuram terræ cum edificiis supra positis, quam habebam in dicta parochia... sitam intra keminum Domini Regis ex una parte et campum dictum Aoyne ex altera, et adbutata dicto campo Aoyne usque ad domos Eleemosinæ dictorum Religiosorum.* Occurrit alibi non semel.]

2. ELEEMOSYNARIA, Eadem notione :

*Aumonerie*, in Consuetudine Turonensi art. 59. 295. et Juliodunensi cap. 5. art. 1. ubi, inter jura quæ ad Barones spectant, recensetur. *Domus Eleemosynaria*, apud Marbodum in Vita S. Roberti Abbatis Casæ Dei num. 4. in Miraculis S. Eutropii Episc. Santon. n. 28. apud Cencium Camerarium in libro Censuum Ecclesiæ Romanæ, Guignonem in Statutis Ord. Cartusiensis cap. 79. Udalicum lib. 3. Consuetud. Cluniacensium cap. 24. et Christianum in Vita S. Geraldii Abbatis Grandis Silvæ n. 30. Tabular. Dalonensis Monaster. fol. 49 : *Factum est hoc ante Domum Eleemosynariam d'Autafort an. Dom. Incarn. 1182.* Laurentius Leodiensis in Episcopis Virdunensib. : *Eleemosynariamque novam integraliter cum Capella construxit.* Herimannus de Restaurat. S. Martini Torcancensis cap. 109 : *Qui fidelis procurator Eleemosynariæ S. Mariæ extiterat.* [Ordinarium Canonicorum Regul. S. Laudi Rotomag. : *Pauperes ducantur ad Eleemosynariam, ubi data unicuique præbenda, in eorum arbitrio relinquuntur vel ibi comedere vel secum deportare.*] Occurrit præterea apud Guillelmum in Chronico Andreani ann. 1161. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 24. in Statutis Synodalib. Guillelmi Majoris Episcopi Andegavensis ann. 1314. cap. 13. in Concilio Andegavensi ann. 1365. cap. 21. in Historia Sabaudica Guichenonis pag. 43. in Historia Segobiensi Colmenaresii cap. 15. § 12.

Quo significatu *Aumonie* et *Aumosne* nostri usurparunt. Testam. Mariæ De Craon ann. 1317. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 379 : *Nous donnons et lessons toutes nos robes... pour fere chasubles et paremens de yglises de l'Aumonie de Chasteaugonier, de l'Aumonie de Segré, etc.* Lit. admort. ann. 1481. in Reg. 209. Chartoph. reg. ch. 55 : *Nicolas Rougeville a de nouvel fait édifier ung hostel-Dieu ou Aumosne pour recueillir, loger et héberger les poves malades, pélerins, passans et indigens.*

3. ELEEMOSYNARIA, Officium et munus Eleemosynarii. Willelm. Thorn. ann. 1128 : *Decima prædicti molendini Eleemosynariæ S. Augustini solvatur.* Nam unicuique Officiorum Monasticorum assignati erant certi redditus, quibus eorum necessitatibus subveniretur. [Bulla Pauli PP. de sæcularizatione Monasterii Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 261. Maceriarum ejusd. loci ann. 1549 : *Ac Eleemosynariam in unum et unam Eleemosynarii, et Cantoriam in unum et unam Cantoris.*]

4. ELEEMOSYNARIA, Stipendiaria seu illa cui eleemosyna datur. Miracula S. Udalrici Episcopi August. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 468 : *Eleemosynaria quædam Abrahami, Frisingensis Episcopi civitatis de villa quæ dicitur Camera, etc.* Vide *Eleemosynarii* 2. et *Eleemosynaria* 7.

5. ELEEMOSYNARIA, Loculi seu potius arcula, ubi reponuntur eleemosynæ, nostris *Tronc*. Synodus Valentina ann. 1584. tom. 4. Concil. Hisp. pag. 290. col. 1 : *Impensæ (pro cereis in altari accendendis) sumentur ex Eleemosynariis B. Mariæ Virginis et animarum patinis, ubi eleemosynæ abundaverint.*

6. ELEEMOSYNARIA, Gallis *Aumoniere*, Marsupium, ex quo promi solent Eleemosynæ. Charta Simonis de Balgenciaco ann. 1149. in Tab. S. Euvettii Aurel. : *Et super altare ipsius Ecclesiæ per Eleemosynariam meam lapidem beryllum intus habentem propria manu*

*imposui.* [\* Invent. Ms. thes. Sedis Apostol. ann. 1295 : *Item unam Eleemosynariam de argenteo deauratam, cum tribus pedibus, et coperculo et manica. Cupa Eleemosynaria, ibid.*]

ALMONARIA, ALMONERIA, Eadem notione. Computus Ballivorum Franciæ pro termino Candelosæ ann. 1268 : *Expensæ, pro cendatis, bourra ad gambesones, tapetis, sargtis, etc. pro chirothecis, Almonariis, et aliis.* Alius computus pro termino Ascension. ann. 1269 : *Relictæ Joannis Godeluche pro Almoneriis lacus serici, etc.* *Aumonières à las de soye.* Willel. de Podio Laurentii cap. 21 : *Protulit literas de sua Almoneria, dicens : Legite istas literas. Gaces de Brulez, Cantu 24 :*

Mont i de ceux  
Qui deslient Aumosniere,  
S'en font lor aniaux  
Et j'en sul bouté arriere.

Le Roman de la Rose :

Lors a de s'Aumosniere traile  
Une petite clef bien faite.

Le Roman d'Aubery MS. :

Ou Aumosniere, ou ceinture, ou anal.

Le Roman du Renard MS. :

Cis Pelerin qui là dormoit,  
Une riche Aumosniere avoit,  
Qui ert lactée à sa coroit.

*Aumosnieres* ou *bourses Sarazinoises*, in Statutis MSS. Artificum Parisiens. tom. 1. pag. 168. 169.

ALMONARIUM, Eadem notione, in Charta Rogeri de Frifrid : *Et dedit mihi dimidium marcam argenti, et unum aureum byzantium infra Almonarium.* Ubi perperam Spelmannus *armarium* vertit.

† ELEEMOSYNALITER, In eleemosynam. Vita B. Nicolai Eremitæ tom. 2. Act. SS. Maii pag. 708. A : *Per quem eadem domina præfata Eremitæ Eleemosynaliter cibos sæpe miserat.* Eadem vox occurrit in Bullario Carmelit. pag. 624.

† 1. ELEEMOSYNARE, Dare in Eleemosynam Ecclesiæ, Monasterio vel pauperi. Tabular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 11 : *Vel quibuscumque eas vendere aut donare seu Eleemosynare voluerit.* Charta ann. 1205. apud D. Brussel de Usu feudorum tom. 2. pag. xxv : *Nunquam vidimus... quod aliquis redderet decimas de fenis, vel de genestis aut de boscis, nisi prius fuerint Eleemosynatæ.* Apud Rymerum tom. 10. pag. 243 : *Super centum solidis annui redditus, monetæ currentis, quos idem Willielmus illis Eleemosynaverat.* Charta ann. 1214. ex Chartar. S. Vincentii Cenoman. : *Herbertus Dominus de Guerschia coram nobis constitutus Eleemosynavit Abbatæ S. Vincentii totam decimam suam de Montguson.* Charta Matildis Filiæ Roberti Bethuniæ Domini ann. 1216. ex Tabular. S. Bartholomæi Bethun. fol. 32 : *Quintum hostelium molnarie in molendino de Coisiaus Eleemosynavit.* Charta Humberti de Bello-joco et Isabellæ de Mello ex Tabular. Capituli Autiss. : *Pro quietatione et admortizatione sexdecim libratarum terre moventium de feodo nostro... quas idem Episcopus (Guido de Mello) Eleemosynaverat perpetuo Decano et Capitulo Autiss. Ex Chartulario S. Martini Pontisarr. : Johannes de Brecuria Abbas S. Martini juxta Pontisarram Eleemosynavit XL. sol. pro faciendis Anniversarium suum.*

\* 2. ELEEMOSYNARE, Eleemosynas colligere, mendicare. Acta S. Pet. Gam-

bac. tom. 3. Jun. pag. 587. col. 1: *Quod ipse et socii ejus pauperes eremitæ facientes vitam Apostolorum, intuitu pietatis et misericordiæ, posset pro sustentatione et victu suo quærere in modum Eleemosynandi super plateis. Vide infra Eleemosynarius 1.*

\* 4. **ELEEMOSYNA.** Idem quod *Capellania*. Munus et beneficium ecclesiasticum. Stat. Mss. S. Flori fol. 61. v.º: *Præcipimus ut clerici, qui Eleemosinas seu capellanias a fidelibus per civitatem nostram et diocesim pro tempore ordinatas in posterum recipient, infra duos menses a receptione hujusmodi computandos, se personaliter debeant præsentare, ut videre possimus an honesta sit eorum vocatio, et utrum digni sint ad talia vocari, et ut a nobis licentiam et auctoritatem recipient celebrandi et orandi pro animabus eorum, qui capellanias seu Eleemosinas hujusmodi ordinarunt.*

\* 5. **ELEEMOSYNA.** Prædium sub annuo censu, titulo *Eleemosynæ*, hominibus servilis conditionis concessum. Charta Ludov. Comit. Blesens. et Clarim. ann. 1197: *Omnes homines in dominio meo et in Eleemosinis meis Castriduni manentes, talliam michi debentes, ... quito et immunes esse concedo. ... Si quid de censa hac reddenda ea die defecerit, defectus die crastina in duplo a burgensibus de dominio meo communiter michi reddetur. Similiter unaquæque Eleemosina per se et per majorem suum censam suam ea die reddet. Omnes de dominio meo et de Eleemosinis meis Castriduni manentes, qui de mea servili conditione erant, et eorum hæredes et teneuras, ab omni jugo servitutis meæ penitus quito et absolvo. Vide infra Eleemosynarius 6.*

\* **ELEEMOSYNARIA**, 1. 2. 3. 4. 5. 6. Vide post *Eleemosyna* 3.

\* 7. **ELEEMOSYNARIA**, Mulier, cui *eleemosynæ* seu legata pia distribuenda committuntur. Charta ann. 936. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 20. col. 1: *Ego in Dei nomine Teutildes, Deodivota, qui fuit Eleemosynaria de filio meo Auberto, qui fuit condam, sicut ille in sua recta memoria suppliciter precavit, sic dono... manso, que vocant Magalia, ... ad jam dicta ecclesia, pro anima mea et filio meo Auberto. Ausmonier, eadem acceptione, in Testam. Joan. II. ducis Brit. ann. 1302. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1185: *Premièrement je veil e commant que par les mains de mes Ausmoniers e exécuteurs dessous nommés, mes debtes et mes laiz soient païés. Rursum infra non semel: Ausmoniers ou exécuteurs. Vide Eleemosynarius 2. et Eleemosynaria 4.**

1 **ELEEMOSYNARIUS.** Qui ædi *Eleemosynariæ*, in Monasteriis præest, et qui *Eleemosynas* Monachorum et aliorum pauperibus distribuit. Liber Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 14. quod inscribitur de *Officio Eleemosynarii*: *Ad eleemosynam faciendam eligi debet unus de Fratribus pius et mansuetus, ut per pietatem compati sciat indigentibus, et per mansuetudinem possit etiam importunitatem petentium tolerare. Ad hujus officium pertinet terras, et vineas, et nutrituras, et si qua alia sunt, quæ proprie ad Eleemosynam pertinent, secundum consilium et prudentiam Abbatis manutenere. De panibus decimam accipiat; reliquias refectorii tam de panibus, quam de cibus et vino ipse habeat; ... oportet autem in eleemosyna distribuenda Eleemosynarium magna uti discretione, ut infirmioribus quibusque teneriora et delictiora reservet, et ut eos forte, qui ex*

*consortio aliorum erubescere potuissent, si qui tales advenerint, seorsim sedere faciat, ut secretius, quod eis impertendum est, sumere possint, etc.* Lanfrancus in Decretis pro Ord. S. Benedicti cap. 8. sect. 3: *Eleemosynarius aut per se perquirat, aut per veraces et fideles homines cum multa sollicitudine perquiri faciat, ubi ægri et debiles jaceant, qui non habeant, unde se sustinere valeant, et ingressus domum blande consoletur ægrum, et offerat ei, quod melius habet, et sibi intelligi esse necessarium, etc.* [Occurrunt in Capit. Carol. C. tit. 48. cap. 13.] [\*] Convent. Ticinens. ann. 876.] Describitur etiam Eleemosynarii officium ab Udalrico lib. 3. Consuet. Cluniac. cap. 24. Ejusmodi vero Eleemosynariorum monasticorum meminerunt Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 487. S. Anselmus lib. 3. Ep. 117. Sugerius in Testamento suo, Matth. Paris ann. 1254. pag. 593. Chronicon Andrense pag. 357. Regula Hospitaliariorum cap. 15. Historia Monasterii S. Nicolai Andegavensis pag. 100. etc. Tenebantur porro Ecclesiarum possessores et Monachi decimas bonorum suorum seu reddituum pauperibus elargiri. Addit. 1. Capitulum. cap. 49: *Ut de omnibus in eleemosynam datis tam Ecclesiæ quam fratribus, decimæ pauperibus dentur.* Petr. Damian. lib. 2. Epist. 14: *Enim vero et copiosiora in pauperes alimenta proficiant, datur in Monasteriis et Eremitis decimæ quorumque proventuum, et non modo pecorum, sed et ornatum pariter et ovorum.*

2. **ELEEMOSYNARIUS** interdum dicti, qui *Eleemosynas* morientium pauperibus distribuerebant, qui vulgo *Executores testamentorum* appellantur, quibus legata pia distribuenda committuntur. Testamentum Aldrici Episc. Cenoman. in ejus Vita pag. 190: *Præscripti et præordinati ad nostram Eleemosynam faciendam.* Gregorius Turonens. de Vitis Patrum cap. 8: *Post cujus obitum non pauca ab Eleemosynariis pro Sancti memoria capiebat.* Capitularia Caroli C. tit. 43. [\*] ap. Carisiac. ann. 877.] § 12: *Si nos in Dei sanctorumque ipsius servitio mors præoccupaverit, Eleemosynarii nostri, secundum quod illis commendatum habemus, de eleemosyna nostra decertent.* Alio loco [\*] Capit. secund. ejusd. ann. cap. 4: *Volumus... quod si aliquis Episcopus vel Abbas, aut Abbatissa, vel Comes, aut vassallus noster obierit, ... nullus ad illorum eleemosynam faciendam Eleemosynarios eorum impediatur.* [Testamentum Acredii Ducis Aquitanorum ann. 928. apud Baluzium tom. 2. Capitulum. col. 1533: *Quamobrem obsecro vos... ut sitis Eleemosynarii mei, sicut estis fidelissimi amici, ita sitis mearum rerum distributores.*] Testamentum Poncii Raimundi Comitis Tolosani et Rutenensis, ex Archivis Ruten.: *Omnes res mobiles donet Eleemosynarius meus Deo, et ad sanctos Presbyteros, et ad pauperes pro anima mea.* Tabularium Brivatense Ch. 46: *Nos Hasterius et Hicterius Eleemosynarii Odiloni, qui fuit quondam, per fideicommissum, quem ipse nobis commisit, dedimus Deo et S. Juliano in stipendia fratrum pro anima Odiloni aliquid ex suis rebus, quæ conquestu illi advenerunt, etc.* Ibid. Ch. 159: *Nos... Eleemosynarii Garnerii, qui fuit quondam, per fideicommissum auctoritate, quam de manu ejus accepimus ad sua omnia distribuenda, cedimus, etc.* Tabularium Conchensis Abbat. in Ruthenis Ch. 27: *Iscafredus et Frotardus... Eleemosynarii Umberti donaverunt pro anima ejus ad ipsa casa*

*Domini Dei, etc.* Adde Ch. 158. et Excerpta Egberti Archiep. Eborac. cap. 40. Dicti etiam

**ELEEMOSYNATORES.** Charta vetus apud Perardum in Burgund.: *Quos testes et Eleemosynatores de mea volo esse substantia.* Vide Joan. Sarisberiensem Epist. 57.

3. **ELEEMOSYNARIUS** interdum dicti, qui *eleemosynas* testamento relinquerebant, Capitula Ludovici Pii Addit. 1. § 50: *Ut prætermittis partitionibus Psalterii, Psalmi speciales pro Eleemosynariis et defunctis cantentur.* Eadem habentur in Vineâ Benedictina cap. 50. [Ut hunc locum illustret Baluzius, hæc affert ex Libello supplicii, quem Monachi Fuldenses obtulerunt Carolo Magno: *In secunda quoque feria unius cujusque septimanæ orationem pro omnibus Eleemosynas nobis tribuentibus, id est, eundem psalmum L. quem tota congregatio juxta corpus B. Martyris simul prostrata cantavit, cum oratione Dominica et versibus. Pro defunctis ergo fratribus nostris commemorationem, quam quotidie his habuimus, id est, post matutinam celebrationem et vespertinam, quæ est antiphona videlicet Requiem æternam, et prima pars psalmi Te decet hymnus Deus, versus et collecta.]*

**ELEEMOSYNARIUS SUMMORUM PONTIFICUM,** qui eorum *eleemosynas* diatim pauperibus distribuunt. Gesta Innocentii III. PP. pag. 150: *Universales oblationes, provenientes ad pedes ipsius, secundum antiquam consuetudinem accipiebat Eleemosynarius erogandas.* Mox: *Circuibat et investigabat diligenter Eleemosynarius ejus pauperes ac debiles, maxime Nobiles, dabatque illis sigilla, ut per eos, qui ipsa referrent, singulis hebdomadibus acciperent ad victum, etc.* Ita

**ELEEMOSYNARIUS EPISCOPORUM,** in Concilio Oxoniensi ann. 1222. can. 2. et in Provinciali Eccl. Cantuariensis Lindwodi lib. 1. tit. 12.

**ELEEMOSYNARIUS REGUM FRANCIE.** Horum dignitas alia prorsus fuit a Capellanorum dignitate, licet aliter censuerit Frisonius. Id præ cæteris arguit Statutum S. Ludovici, quod describitur a Miramontio lib. de Præposito hospitii pag. 50: *Nul n'ait chambre en l'hostel du Roi que celui, qui porte le Sel, et le grand Maistre d'hostel, et la Chambre aux deniers, le Chapellain, et l'Aumosnier.* Aliud Statutum Philippii Pulchri: *Toutes chambres sont ostées devers le Roy, fors le Maistre d'hostel, la Chambre aux deniers, les Chapellains, les Confesseurs, l'Aumosnier, et le Sel, qui auront chambre.* Quæ totidem verbis habentur præterea in Statuto pro Regio hospitio a Philippo Longo exarato Turonibus 17. Nov. ann. 1317. Eleemosynarii S. Ludovici Regis, qui illius erogabat eleemosynas, meminit Gaufridus de Bello loco de Vita et conversat. S. Ludov. cap. 8. et Nangius in ejusdem Regis Vita sub. ann. 1248. Exstat Charta ejusdem Principis ann. 1269. apud Brolium lib. 3. Hist. Parisiensis pro Typhlocomeo Parisiensi, in qua Eleemosynarii regii habetur mentio. Ex hinc occurrunt aliquot Regum Eleemosynarii, verbi gratia,

FR. JOANNES DES GRANGES Prior Vallis Scholarium, sub Philippo Pulcro, a quo testamenti executor cum aliis dictus est anno 1311. Hunc excepit

FR. JOANNES DE GRANDPRÉ, qui Eleemosynarius regius inscribitur ann. 1314.

\* GUILLELMUS MORINI *Eleemosyna-*



rius regius, in Charta Caroli IV. ann. 1325. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 453.

MAG. SILVESTER DE LA CERVILLE (al. de la Servolle) Eleemosynarius Regis Caroli V. mense Aprili ann. 1367. nominatur.

ÆGIIDIUS DES CHAMPS, postmodum Episcopus Silvanectensis ann. 1409. apud *Monstrellet* 1. vol. cap. 55. Alios præterea recenset hac dignitate insignes Frisonius, atque in iis

PETRUM CAUCHON, Bellovacensem Episcopum, sub ann. 1431.

\* MAG. PHIL. AYMON DE ENNANO in *Combralia Lemovicensis diocesis oriundus, serenissimique principis regis Karoli VI. quondam Eleemosynarius*, in *Necrol. eccl. Paris. Ms. ad. II. Non. Decembr.*

JOANNEM D'AUSSEI Episcopum Lingonensem, sub Carolo VII.

JOANNEM DE BREVICOGA, postmodum Genevensis Episcopum ann. 1421.

JOANNEM BALUAM Episcopum Ebroicensem, ac demum Cardinalem, sub Ludoxico XI.

JOANNEM L'HUILLIER Decanum Parisiensem, sub Ludovico XI. et Carolo VIII.

\* JOANNES NEPVEU abbas *hujusce monasterii, Eleemosynarius et sacer oricularius christianissimi regis Francorum*, in *Necrol. Ms. B. M. de Josaphat ad V. Non. Mart. Obit ann. 1498.*

Aucta postmodum, et novo titulo donata ea dignitas: nam qui primum nude Eleemosynarii dicebantur, postmodum *Magni Franciæ Eleemosynarii* appellati: qui quidem in Regum aula deinceps primas tenere, cum ad id obeundum munus delecti fuerint viri vel pietate ac doctrina, vel natalibus illustres. Primus autem hacce appellatione donatus legitur

JOANNES DE RELI doctor Theologus, Regi Carolo VIII. a Confessionibus, Episcopus Andegavensis, nobilissima *Reliorum* ad Hesdinum in Atrëbatibus familia oriundus, cujus Elogium descripsit præ cæteris Joannes Launois in *Historia Navarrae Collegii*, sub ann. 1488. Post hunc

FRANCISCUS DE MOULINS Abbas. S. Maximi in Aurelianis, *Magnus Franciæ Eleemosynarius* occurrit in Tabulis Typhlocomei Parisiensis ann. 1500. Deinde

GOFFRIDUS DE POMPADOUR in Camera Computorum Præses, Petracoricensis, mox Ancienensis Episcopus, Gulferii D. de *Pompador* et *Isabellæ de Combort* filius, sub Carolo VIII. et Ludov. XII.

ADRIANUS DE GOUFIER, Cardinalis de *Boissi* ann. 1516.

FRANCISCUS LE ROY DE CHAUVIGNI, Jacobi Archiepiscopi Bituricensis frater, sub Francisco I.

JOANNES LE VENEUR Cardinalis, Episcopus Lexoviensis ann. 1530. ut est in *Francico Ceremon.*

PHILIPPUS DE COSSÉ, Constantiensis Episcopus, sub ann. 1535.

PETRUS CASTELLANUS Matisconensis Episcopus, vir singularis eruditionis, de quo *Thuanus* lib. 3. *Sammathanus* in *Elog. viror. illustr. et Pet. Gallandus* in ejus Vita, nuper e nostra Bibliotheca edita a *Stephan. Baluzio.*

ANTONIUS SANGUIN Cardinalis de *Mendon*, sub Henrico II.

LUDOVIGUS DE BREZÉ, Episcopus Meldensis, sub eodem Rege, cujus exequiis hac insignis dignitate interfuit ann. 1559. ut est in *Ceremoniali Franc.*

CAROLUS DE HUMIERRES Episcopus Bajocensis, eadem donatus ann. 1578.

JACOBUS AMIOT Melodunensis, Episcopus Autisiodorensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius a Carolo IX. cui Præceptor a parente datus fuerat, institutus. Obit ann. 1593.

REGINALDUS DE BEAUNE, Bituricensis ac deinde Senonensis Archiepiscopus. Mortuus ann. 1606.

JACOBUS DAVY Cardinalis *du Perron*, Senonensis Archiepiscopus, sub Henrico IV. et Ludovico XIII. Obit ann. 1618.

FRANCISCUS DE LA ROCHEFOUCAUD, Cardinalis.

ALPHONSUS-LUDOVICUS DU PLESSIS DE RICHELIEU Cardinalis, Archiepiscopus Lugdunensis, Magnus Franciæ Eleemosynarius ad fidelitatis sacramentum admissus 24. Martii ann. 1632. per *Rupifucaldii* Cardinalis renuntiationem.

EMMANUEL-THEODOSIUS de la *Tour d'Auvergne* DE BOUILLON Cardinalis ann. 1672.

† PETRUS DU CAMBOUT DE COISLIN Cardinalis, Episcopus Aurelianensis. Ob. ann. 1706.

† TUSSANUS DE FORBIN DE JANSON Cardinalis, Episcopus Bellovacensis. Obit. 24. Martii 1713.

† ARMANDUS-GASTO-MAXMILIANUS DE ROHAN Cardinalis, Episcopus Argentoratensis ad fidelitatis sacramentum admissus 10. Junii 1713. [\* Obit 19. Jul. ann. 1749.]

\* ARMANDUS DE ROHAN DE SOUBIZE, Cardinalis, qui in successorem receptus fuerat 6. Jan. ann. 1745. mortuus est 23. Junii ann. 1756.

\* FREDERICUS HIERONYMUS DE ROYE DE LA ROCHEFOUCAUD, Cardinalis, 12. Julii ann. 1756. sacramentum regi pro hac dignitate præstitit. Obit 29. Aprilis ann. 1757.

*Magni porro Eleemosynarii apud Reges nostros quanta hodie sit dignitas et prærogativa, accipe ex laudato Petro Gallandio in Vita Petri Castellani, Matisconensis Episcopi: Est enim is honoris gradus omnium Ecclesiasticorum in Gallia facile princeps; quo quidnatus est, Regi e somno excitato inter primos salutatores adesse solet, et de eo cognoscere, quo in loco et tempore rem sacram peragi velit: Aula totius Regiæ unicus Episcopus est: quocunque in loco per totum regnum Rex versetur, ab eo Sacramenta petere solet: Sacello regis ordinando, Cantoribus ejusdem et Sacerdotibus omnibus Aulam sequentibus præest: dispensatio Regiæ in pauperes beneficentiæ et pauperum omnium curatio ejus unius propria est: ad ejus etiam curam pertinet per universum regnum iis omnibus pauperum peregrinorum domiciliis, quæ tum Ptochodochia, tum Xenodochia appellant, atque etiam iis, quæ lepra infectis olim a Regibus attributa sunt, administratores idoneos præficere, præposteros et mutilos loco movere. Quæ si etiam ab aliis quam Regibus condita primum, in eundem finem et censu dotata sunt, et præter Conditorum et Institutorum mentem, contraque æquum et bonum quid in iis geratur, ejusdem est omnem animadversionem ad se revocare, numerum leprosororum, aut aliorum miserorum expleri, ad referendas rationes omne Procuratorum, et administratorum genus cogere, corrupte, infideliter, aut socorditer in suo munere versatos exigere, aliosque in eorum locum subrogare: omnia quoque Sacerdotia, quæ regiæ potestatis sunt, quæ plurima sunt, præter Episcopatus et Abbatias donare et conferre. Ad ejus*

quoque officium pertinet primo quoque Regis in oppida ingressu maleficos carceribus inclusos regia venia eis concessa laxare, et liberos impune emittere.

ELEEMOSYNARIUM apud Anglos officium describitur in *Fleta* lib. 2. cap. 23.

4. ELEEMOSYNARIUM denique ipsi pauperes, quibus Eleemosyna erogatur, in Vita S. Adalberti Pragensis, apud *Bzovium: Quotidianis diebus quinquagenos Eleemosynarios habere solitus erat, quos in Apostolici nominis honorem dape et potu satiabat.* [Miracula S. Udalrici Episc. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 469: *Nobilis quædam matrona... quemdam claudum Eleemosynarium præcepit comitari secum. Vide Eleemosynaria 4.*]

\* Charta Phil. I. reg. Franc. ann. 1092. in *Chartul. Compend.* fol. 61. r. col. 1: *Hæc autem omnia... eo tenore ecclesiæ tradidimus, ut per singulos annos, infra quadragesimales dies, pascant fratres ecclesiæ Eleemosynarium unum in elemosina Karoli, pro salute et remedio animæ meæ, etc.*

5. ELEEMOSYNARIUM, Alia notione. Charta Natranni Episcopi Nivernensis, ex *Tabular. Eccl. S. Cyprii Nivern.*: *Dedit etiam idem Præsul prædictis Canonicis alodium quemdam sibi ad Antidid consanguineo suo eo tenore dimissum in eodem pago Nivernensi et in villa Puscositum, clausum videlicet, sibi coherentem, cum terra, et prato, et silva, et quidquid illi olim Antididus dimisit, et ipse postea ab Eleemosynariis suis comparavit, ipsis Canonicis possidendum perpetuo dimisit.* In eodem *Tabulario Chart. 40.* hæc lego: *Hieronymus, Isembardus, Guido Eleemosynarii, et Cumenus dant mansum unum cum vinea, regnante Rodulfo Rege.* [Idem videntur qui *Eleemosynarii 3.*]

6. ELEEMOSYNARIUM, Alia rursum, ni fallor, notione, in Charta Fundationis Abbatiae de Fonteneto in Normannia sub Willelmo Notho, in 106. *Regesto Tabularii Regii* ch. 370: *Dedit unum vavassorem cum 12. acris terræ... dedit quoque omnes Eleemosynarios de Cou-dello, qui habitant juxta silvam, et omnem terram, quæ est habilis ad arandum, etc.* Alia ann. 1143. in *Concilio Normannicis* pag. 146: *Quinetiam ea, quæ Galerannus Comes Mellenti vobis concessit, videlicet unum Eleemosynarium apud Villevillam, et decimum de Extaldis, etc.* [An idem qui *Vassali 9.*]

\* Qui prædium, Eleemosyna dictum, colunt, homines alicujus ecclesiæ servitio adscripti. *Arest. scarar. S. Mich.* ann. 1282. in *Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris.* fol. 41. v. col. 1: *De habendo consilium qualiter debeat procedi contra homines Eleemosynarios, asserentes se esse liberos et exemptos ab omni justitia seculari, de qua libertate usi fuerint usque nunc, sicut dicunt; licet domini, a quo (sic) fuerint dati dicti Eleemosynarii et concessi, talem justitiam non haberent, quod possent facere elemosinas modo prædicto. Habito consilio, concordatum fuit, quod dicti homines non possint habere nisi talem franchisiam, qualem possent concedere domini, a quo elemosinati. Neque alii esse videntur Eleemosynarii ex *Tabul. eccl. S. Cyprii Nivern.* in *Eleemosynarii 5.* Vide *Eleemosyna Pura* et *Eleemosyna 5.**

\* 7. ELEEMOSYNARIUS, Qui eleemosynam corrogat, stipis coactor, *Gall. Quéteur.* Vita S. *Clare* tom. 2. *Aug.* pag. 762. col. 1: *Et statim omnes fratres ad ministrum remisit, nolens habere Eleemosynarios, qui panem corporalem acquire-*

rent, postquam panis spiritalis Eleemosynarios non habet. Quo secundo loco Eleemosynarii, metaphorice intelliguntur Verbi divini prædicatores. Vide supra Eleemosynare 2.

\* 8. **ELEEMOSYNARIUS**, adject. Ad eleemosynas pertinens. Charta eleemosynaria in Eleemosyna 2. Cupa eleemosynaria, vide supra in Cupa 2.

† **ELEEMOSYNARIUM**, Eleemosyna publica seu generalis. Necrologium S. Benigni Divion. a Mabillonio laudatum in Actis SS. Benedict. sæc. 5. pag. 23. ubi de venerabili Aigrino Episc. Lingon.: Adject. ... duarum quoque decimas et paratas Ecclesiarum in Asiriaco et in Longo-vico consistentium, ob diem anniversariorum depositionis sui corporis et cunctorum Ecclesiarum Lingonensium Eleemosynario et sollemni officio celebrandum. Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 79: Abbas et Monachi dederunt et concesserunt dicto Fulconi in vita sua officium collocatorii, cum iis quæ ad officium pertinent, scilicet per duos dies unum panem Monachi et duos panes Squerii; et quolibet die duas ciffatas cervisiæ, et unum ferculum de Eleemosynario, et potagium quod ad officium pertinet; et dimidiam marcam per annum, et unam vestem pelliceam.

† **ELEEMOSYNATA**. Vide Eleemosyna 2.

† **ELEEMOSYNATIO**, Idem quod Eleemosyna 2. Donatio. Charta ann. 1220. ex Tabul. 2. S. Vincentii Cenom.: Monachi hujus Eleemosinationis nolentes esse ingrati, dederunt Radulfo cxi. solidos Cenomansenses. Charta ann. 1251. ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rotomag.: Ex dono et Eleemosinatione nostra tenebunt et possidebunt. Charta Thomæ Goherii ex Chartul. S. Fromondi: Ego concedo et confirmo hanc Eleemosinationem esse perpetuam.

**ELEEMOSYNATOR**, Qui eleemosynam frequenter largitur, in Vita Godefridi Comit. Campeberg. cap. 1. [Vide alia notione in Eleemosynarii 2.]

† **ELEEMOSYNATRIX**, Mulier eleemosynis dedita. Gocelinus Monach. de Translatione S. Augustini Cantuar. tom. 6. Maii pag. 490: Sopitæ namque Eleemosynatrici præsentissima forma.

† **ELEPHANTIOSISSIMUS**. Vide Elephantiosus.

**ELEGUS**, **ELEGIACUS**, **ELEGICUS**, [ab ἔλεος, Lamentatio, Luctus.] Papias: Elegi, versus miserorum. Sidonius lib. 2. Ep. 8: Nexiam funebrem non per Elegos, sed per hendecasyllabos, etc.

**ELEGUS**, Miser. Ugutio: Elegus, Miser. Elegia, Miseria. Gloss. Lat. Gall.: Elegia, Misere, ou traité de misere. Elegius, Miserable, ou vers faits de misere. Elegiacus, idem. Abbo lib. 2. de Bello Parisiaco vers. 91:

Certabant Elegi scapulis cornuque juveni.

Ubi Abbo operis sui Glossator, i. miseri. Infra vers. 101:

... Multant Elegum, multantur et ipsi.

Et lib. 1. vers. 367:

Sæpe quidem cerebrum service trahunt Elegorum.

Uffingus Monach. in Carmine de S. Ludgero Episcopo Mimigardensi:

Inter et hos Elegi recolas miserer hædi Uffingi, etc.

[\*\* Unibos vers. 9:

Tristis sors mugientium  
Bovem rapit novissimum,  
Jam res minor sit Elegi  
Egestate vocabuli.]

Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 690: Et contemptis Elegi supplicationibus, ipsum... per fenestras præcipitavit. [Acta SS. Julii tom. 1. pag. 335. de S. Swithuno: Ad catenam accessit mulierculam dulcibus affaminibus interrogans, quid haberet Elegam.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Elegus, chétif. Ab ἔλεος, Lamentatio, luctus, unde fortassis Esgélonner, Lamentari, ejulare. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 206: Le suppliant veant ainsi estre destruit et exillie de son estat et chevance, comme tout désespéré et courciez se Esgélonna en la rue.

**ELEGIUS**. Alcuinus Poem. 177:

Tu quoque virtutem meritis mihi, Sancte Sacerdos, Elegius precibus auxiliare tuis.

Ubi leg. forte Elegiis, et meis.

**ELEGICUS**, Eadem notione occurrit apud Aldhelmum de Virginitate cap. 14: Ex ipsius Elegica scripture conjecturam capesso. Sic leg. pro Elegica. Hist. Obsid. Jadrensis lib. 1. cap. 35: Elegica et lugubria induerunt vestimenta. Lib. 2. cap. 9: Orbati parentes Elegicas exuunt vestes, nuptialesque... assumunt.

† **ELEGIARIS**, Eadem notione. Vide locum in Mensurum.

**ELEMENTA**, Solem et lunam et reliquos planetas appellavit Hieronymus in Epist. ad Hedyblam, quæst. 4: Omnis hebdomada in Sabbatum, et in primam, et in secundam, et tertiam, et quartam, et quintam, et sextam Sabbati dividitur, quas Ethnici idolorum et Elementorum nominibus appellant. [Lactantius lib. 2. Instit. divin. cap. 6: Duplici ergo ratione peccatur ab insipientibus: primum quod Elementa, id est, Dei opera Deo præferant: deinde quod Elementorum ipsorum figuras humana specie comprehensas colunt. Nam solis lunæque simulachra humanum in modum formant, etc.] Ita Leo M. Serm. 7. de Nativitate Domini, Maximus Taurinensis Homilia de Luna, etc. sic etiam στοιχία Græci aliquot Scriptores solem et lunam vocant, Chrysostomus Homil. 58. in Matthæum, Gregorius Nyssenus in Vita S. Macrinæ, Theodorit. lib. 5. Hist. 39. Martyrium S. Acepimæ num. 4. Nicetas in Manuele lib. 7. pag. 432. Edit. Reg. etc. [Vide Gloss. mediæ Græcit. in στοιχίον, col. 1453. c.]

\* **ELEMENTARIS**. CHAOS **ELEMENTARE**, Quatuor elementa ad invicem mixta, in vita B. Raym. Lulli tom. 5. Jun. pag. 663. col. 2.

\* **ELEMENTATUS**, Ex elementis seu literis compositus. Characterum autem apicibus artificiose Elementatum, apud Chevrier. de Orig. impressi. pag. 14.

† **ELEMENTITIUS**, Pertinens ad elementa. Elementitia substantia, apud Tertullianum de Anima cap. 32.

**ELEMENTUM**, de cibo et potu usurpat Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 15: Nam esus illi panis tantum hordeaceus erat et aqua, de utrisque Elementis libras singulas per dies singulos sumens.

\*\* **ELEMONIA**, in chart. Chilper. ann. 716. pro Eleemosyna. Vide Elimonia.

\* **ELEMOSINA**. [Eleemosyna: « Eleemosine pauperum verecundorum XX. solidos fortium. (Testament. Lugduni scriptum, an. 1245. mus. arch. dep. p. 142.) »]

\* **ELEEMOSINARIUS**. [Eleemosynarius: « Insuper volumus et mandamus quod in domo et congregatione dictorum cecorum numerus trecentorum pauperum, prout alias ordinavimus, perpe-

tuo observetur, et quod ab Eleemosinario nostro vel heredis nostri predicti, quem Eleemosinarium ad visitandum loco nostri dictam domum constituimus, quandocumque de dicto numero aliquis defuerit, suppleatur. (Litt. pat. sancti Ludovici de Quinze-Vingts, 1270. mus. arch. dep. p. 185.) »]

† **ELEMOSYNA**. Vide Eleemosyna.

\* **ELEMUS**, pro Elmus vel Ermus. Lumen S. Elmi, vulgo Feu saint Elme, Helena. Mirac. Mss. Urbani V. PP.: Facto voto, invocantes dominum Urbanum papam, incontinenti apparuit eis lumen S. Elmi, et videntes hoc signum fuerunt valde consolati.

**ELENCHUS**. Ugutio: Elenchus, titulus libri, quia totum opus illuminat. Unde Evangelium secundum Lucam sic intitulatur: Elenchus Lucæ, i. Titulus. Ita etiam Jo. de Janua.

\* **Elenche**, eodem significato accipi videtur, apud Guignevil. in Peregr. hum. gen. MS.:

Je songe festes et dimanches  
Pour lire aucunes fois Elenches  
Pour menchanges emmanteleur,  
Et faire les voirs ressembler.

\* **ELENIGARE**. [Purificare. DIEF.]

\* **ELENODIUM**, mendose pro Glenodium, Res quævis pretiosa, in Epist. cardin. de Varemboe ann. 1442. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 268.

† **ELENTHERIUM**. Vide Eleutherium.

† **ELEPHANTIA**, Lepra sic dicta Quod cutem reddat elephantii corio similem. Utitur Celsus et alii recentiores. Horrendissima Elephantia lepra, in Vita S. Antonini Abb. Surrentini, sæc. 4. SS. Benedict. part. 1. pag. 428. Elephantiasis, apud Plinium a Græc. ἐλεφαντίασις. Gloss. Lat. Gall. San-German. MS: Elephantia, Une maniere de mesclerie.

† **ELEPHANTICUS**, Qui Elephantia laborat, apud Julium Firmicum lib. 8. cap. 28. Elephantia contagio, ejusdem libri cap. 19. Vocem Elephanticus notione morali usurpans Lactantius lib. 4. Divin. Institut. cap. 26. habet: Leprosi enim vere atque Elephantici debent haberi, quos vel infinitæ cupiditates ad scelera, vel insatiabiles voluptates ad flagitia compellunt, et dedecorum maculis imustus, labe afficiunt sempiterna.

† **ELEPHANTIOSUS**, Eadem notione, apud S. Augustinum de Genesi ad litteram, et in Actis SS. Januarii tom. 1. pag. 86. Elephantiosissimus, in Chronico Novaliciensi lib. 2. cap. 5.

**ELEPHANTUS**, pro Ebone. Gloss. Lat. Gr.: Ebor, ἑλέφας οὐ τὸ ζῷον, ἀλλ' ἡ ἐκ τοῦ ὀδόντος ἄλη. Eburnum, ἑλεφαντινον. Gloss. Græc. Lat.: Ἐλέφας, τὸ ὄστυν, hoc Ebur. Ελεφαντοῦργος, Eburarius. Dioscorides, ubi ait, Ebur hordei succo, quem Græci ζῆρον dicunt, perfusum, tractabilius in opere fieri: Εὐεργός δὲ καὶ ὁ ἑλέφας γίνεται βρεχέστερος αὐτῶν. Quo loco Plinius perperam Elephantum pro ipso animali cepit, ut observant viri docti. Rathertus de Casib. S. Galli cap. 10. [\*\* Pertz. pag. 72. lin. 10.]: Lectionarium Elephantio et auro paratum. Vide Goldastum ad hunc locum. Elephantinus liber, apud Yopiscum in Tacito, qui Eboræus Codex Ulpiano leg. 52. de Legat. tertio. (82.) Martianus Capella lib. 3: Ferculum, quod levi exterius Elephantio prænitebat.

**ELEPHAS**, Scriptoribus nostris, pro litui vel tubæ specie crebris usurpatur. Quod proboscidem, seu, ut vocat Plinius, manum elephantii referat, vel, quod cornu eboræum fuerit. [\*\* Tubæ Eburnea Rolandi, apud Turpinum cap.

24. quæ a poetis vulgo *Oliphant* dicitur.]  
Le Roman de *Garin* :

Les cors as roches commencent à charier,  
Sonnet cil greille, e cil Olifant cler,  
Cil manuel prennent à rechignier.

Alibi :

Cest Oliphan en ma main me bailliez,  
Il le regarde, et en chief,  
De six virolles d'or un estoit liez,  
La guige estoit d'un bran paille entailliz.

Idem Poeta :

Sonnent buisines, cornent cil Olifant.

Le Roman de *Guillaume au Court-nez*  
MS. :

Plus de cent Oliphant i tonnent la bondie.

Chron. MS. *Bertrandi du Guesclin* cap. 8 :

Sonnoient hautement trompes et olifant.

Alibi :

Là oist-on sonner trompes et Olifant.

Alter Poeta :

La sonnent moientiaux, tropes, et Olyfant.

Laudatur ab Olao Wormio in lib. de Cornu aureo pag. 27. vetus cantilena Islandica, quam sic Latine vertit : *Per viginti milliarum Gallica audiebatur sonus Olivanti, dum scutorum expugnator cornu inflavit durissimum*. Ubi miror, viro doctissimo non venisse in mentem cornu elephantinum, dum ait, *Olivantum* nomen fuisse cornu istius. Adde eundem pag. 29.

**ELEPHORIUM**. Vide *Esophorium*.

**ELESREFOLS**. Tabular. S. Eparchii Inculismensis fol. 89: *Ipse post acceptum modium vini pro feodio suo, suscipiet Elesrefols sine ingenio, et secundum mensuram et rationem*.

**ELESSIOR**, *Falsus laudator*. Papias.

† **ELEVAMENTUM**. Exstructio in altitudinem, Gall. *Elevation*. Testamentum Anglici Episcopi Alban. Card. ann. 1388. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. MSS. pag. 393: *Volo et ordino, quod funus sive corpus meum, cum ab anima separatum fuerit, sepeliatur integre et sine diminutione et Elevamento quibuscumque ante majus altare Ecclesie Monasterii supradicti*. Quæ verba sine diminutione et Elevamento sic interpretor ut lapis sepulchralis planus sit, non demissus aut editus. Vide mox *Elevare* 1.

† 1. **ELEVARE**, Verbum Italicum, Gall. *Elever*, Attollere, exstruere. Breviarium Histor. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 168. E: *Eodem anno (1101.) Pisani ceperunt Licetiam sive Licetiam et Eleverunt Yappam*. Vereor ne hic *elevere* sit pro Gallico *Elever*. Occupare.

**ELEVARE PUEROS** de sacro fonte, in Concilio Albiensi can. 15. tom. 2. Spicilegii Acheriani. Vide *Levare*.

† 2. **ELEVARE**, Auferre, Gall. *Enlever*. Pactum inter Aymer. de Narb. et abb. de Quadrag. ann. 1317. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 433: *Item quod pro dicta compulsione dictus dominus abbas et sui, per se seu gentes suas, possit... portas seu januas domorum ipsarum a cardinibus Elevare, et secum pro pignoribus asportare*. Vide *Levare* 2. *Enlever* vero, pro *Relever* en bosse, Eminentibus figuras sculptere, apud Joinvill. in Hist. S. Ludov. edit. Cang. pag. 25: *Il fist entailler et Enlever par image l'Anunciation de la Vierge Marie*. Comput. Rob. de Seris ab ann. 1332. ad 1344. in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. rº: *Deux corseiz de scorpions semez, Enlevez, bordez d'or de Chippre*. Unde *Enleveure*, et *Esleveure*, ipsa pro-

minentia, ibid. fol. 5. rº: *Les billetes d'orfaverie de haute Enleveure dorez à fleur*. Invent. Ms. jocal. Edwardi I. reg. Angl. ann. 1297: *Item un autre petit dora ou vrei d'ymages pourtraites sans Esleveure*.

† 3. **ELEVARE**, Imponere, exigere, Gall. *Lever un impôt*. Charta ann. 1206. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 11. vº: *Ego non possum Elevare novas costumaz ad Castellionem vel infra bannileugam Castellionis*. Vide *Levare* 3.

† 4. **ELEVARE**, Valere, Gall. *Valoir*. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 86. col. 2: *Solvi dicto Nerio Bertache xxv. florenos auri de florenis sive papenos, qui Elevant xv. libras, xij. solidos, vj. denarios*.

† 5. **ELEVARE**, Remove, Gall. *Retirer*. Sent. contra Florent. ann. 1311. apud Lamium inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 3. in Delic. erudit. pag. 206: *Requisiti per ambasciatores ipsius domini regis, quod exercitum, quem habebant contra Arretinos, facerent Elevari sub certa pœna, quod facere cessaverunt*. Nostris vero alias se *Eslever*, idem quod vulgare *Se déliurer, accoucher*. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 151: *Après ce que ladite Guillemette fu cheue la seconde fois, s'en ala... et trois jours après ladite Guillemette se Esleva d'un enfant, laquelle estoit tout nouvellement grosse*. Aliæ ann. 1472. in Reg. 197. ch. 229: *Icelle femme enfouit son enfant en l'un des boutz de la granche, où elle s'en estoit Eslevée et accouchée*. Puerpera, vulgo *Accouchée*, in aliis ann. 1394. ex Reg. 146. ch. 216.

**ELEVATIO**. Leges Hoeli Boni Regis Walliæ cap. 18: *Adulter reddet pro stupro injuriam, cum una Elevatione, illi, cujus uxorem violaverit, quia de genere hostilitatis est. Pro palpatione primum in vulva, quæ dicitur Gouys, reddet injuriam sine Elevatione*.

**ELEVATIO S. CRUCIS**. Vide *Exaltatio*.

**ELEUFUGA**. Alanus lib. 3. Anticlaudianii cap. 6. de Geometria :

Hujus tyrones curantis Eleufuga terret,  
Atque prius cogit illos exire, profundum  
Quam litus subeant, labique, quam in arte laborant.

† **ELEVIGARE**. [Purificare, planificare. DIEF.]

† **ELEVIGATA**, *Purificata*. Papias: ab *Elavigare*, Complanare, polire.

† **ELEUTHERIUM**, ἔλευθερον, περιδέραιον, Ornamentum colli. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerman. Perperam in Supplemento Antiquarii, *Eleutherium*.... περιδέραιον.

† **Monile**, signum libertatis. *Elutherium* legit Vulcanius in Castigat. ad utrumque Glossar.

**ELIBERARE**, pro *Liberare*. Acta Consularia Martyrii SS. Didymi et Theodoræ n. 8: *Et nunc misit in habitu militis agnam Eliberare suam. Eliberatio*, pro *Liberatio*, apud Thwrocium.

† **ELICARE**. [Effuere. DIEF.]

† **ELICATHOR**, pro *Eliquator*, Canalis ligneus, quo aqua ducitur ad rotam molendini. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1335: *Item pro præparando Elicathorem dicti molendini, et pro faciendi ab una parte dicti Elicathoris unam cannam parietis cum calce, etc.*

† **ELICATORES**, ὑδροσκοποι, Aquarioli. Janus Laurenberg. in Supplemento Antiquarii. Aquarioli. Festo sunt, *Mulierum impudicarum sordidi adscelæ*, qui iis scilicet aquam ministrant ad lavandum; ὑδροσκοποι vero Græcis, Speculatores aquarum, qui rimantur ubi lateant ;

quare minus accurata est Jani interpretatio. Pro *Elicatores* puto legendum *Eliquatores* ab *Eliquare*.

† **ELICES**, Sulci in maribus per quos aquæ eliciuntur. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Elis*.

† **ELICIATUS**. [Amissus. DIEF.]

† **ELIDERE** INTENTIONEM dicitur in jure, cum quis intentatum sibi crimen eluit atque a se amolitur. Lit. remiss. ann. 1333. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 124: *Ad docendum et ostendendum de innocentia... Domini Ymberti... et ad Elidendum intentionem curiæ... domini auditoris curiæ cameræ Apostolicæ, etc.* *Eslieder* vero, pro Attingere leviter, Gall. *Gliser*. Lit. remiss. ann. 1335. in Reg. 127. ch. 26: *Lequel exposant marcha outre soubz le cop, et ne fu point attaint du fer; mais tant seulement du manche par la teste en Eslidant*. Vide supra in *Clidare*.

† **ELIDIARE**, ELIDICARE, etc. Vide *Elitigare*.

**ELIGAMENTUM**, ἔλιδμα, in Gloss. Græc. Latin. MS. Editum *alligamentum* habet.

† **ELIGANTES**, *Urbani, Eliganter, Facete, joconditer*. Janssonius in Auctario Glossarum Isid. Sunt pro *Elegantēs et Eleganter*.

† **ELIGIBILIS**, Melius, magis præferendum. Chron. Jac. Malvecii apud Murator. tom. 14. Script. Ital. col. 820: *Scripterat nihilominus ipse Patrius Romanus Brixianis Eligibilius eos Longobardis confederatos pacem habere, quam cum illis diro guerrarum discrimine dubioque exitu contendentes, delecta patria, eidem etiam denique subjacere. Eligis, non multum dissimili notione, de eo scilicet, quod pretio æstimari non potest, dicitur in Poem. Alex. Ms. part. 1 :*

Son escu est à or à un vermeil lion,  
Et son cheval ferrant, qui vaut tous les Gascon,  
Ne seroit Eligis pour un mui de mangon.

† *Eslete*, Optio, vulgo *Choix*, in Charta ann. 1303. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1181: *Cinc cens livrées de rente à l'Eslete de ladite Katherine. Eslire* vero nostri usurparunt, pro Intelligere, putare. Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 17: *Cil qui c'estoire lisent, ne doivent pas Eslire que tuit li roi, que nous nommons ci, fusent roi de France, fors cil seulement, qui tenoient leur siege à Paris de leur royaume*.

† **ELIGIDICARE**. Vide *Elitigare*.

**ELIGMA**, ELIGMATUM, ἐλεγματίον, Medicamentum, quod ori inditum, sensim liquefit, et deglutitur. Matth. Silvaticus: *Eligmata, Medicinæ, vel potiones calidæ*. Occurrit apud Octavium Horatianum lib. 2. Rerum medic. cap. 16. Vide Goræum in ἔλεγμα.

† **ELIMATOR**, [Qui elimat, et purgat : a *limus*. Tertull. 4. advers. Marcion. 35. Christus *Elimator* humanarum macularum.]

† **ELIMES**, ἄποικος, παρβριος, Qui extra limites degit. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

† **ELIMINARE**, pro *Elimare*, ut opinor, Intento animo expendere. Charta ann. 1200. in Chartul. S. Joan. Laudun. ch. 143: *Hii inshapta et Eliminata veritate, jam dictam causam... diligenter et attentius investigantes, quicquid super ea bona fide diffinierint aut abjudicaverint, ratum omnino habituri*.

**ELIMITARE**, In exillium agere, extra regni limites proferere. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis cap. 2: *Dei famu-*

*lum... Burgundionum regnum Elimitare fecit. Hoc est, extra regni Burgundici limites exulare coegit.*

† **ELIMITATUS**, [\* Limitibus circumscriptus, intra legitimos limites positus.] Concil. Tolet. XII. inter Hispan. tom. 2. pag. 681: *Ecce in brevi complexa vel exarata devotionis meæ negotia in hujus toni complicatione agnoscenda perlegite, perlecta discutite, discussa Elimitatis ac decretis titulorum sententiis definite.*

\* **ELIMONIA**, pro *Eleemosyna*, in vet. Inscript. laudata a D. Lancelot inter Comment. Acad. Inscript. tom. 6. pag. 667: *Hanc capsam ex Elimonia Carolo rege, etc. Quod de Limania minus apte interpretati sunt Auctores Gall. Christ. tom. 2. col. 254. ut Jam monuit eruditus vir Academicus.*

† **ELIMOSINA**, pro *Eleemosyna*, in Diplomate Ludovici Pii, apud Ludov. La-guille Histor. Alsat. Probat. pag. 44.

† **ELIMPIDARE**, Limpidum seu clarum facere, elucidare. Vide *Limpidare*.

\* **ELINGARE**, pro *Elinguare*, Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Elingare, Eslengar. Prov. Vide Elinguatio.*

**ELINGUATIO**, Γλωσσοτομία, in Gloss. Græc. Lat. MS. Γλωσσοτομία, *Elinguo*, in eodem Gloss. perperam in edito, *linguatio*, et *linguo*. Est autem *Elinguare*, linguam secare. [Cornel. Fronto libro de nominum verborumque differentia: *Elinguis habet linguam, sed usu ejus caret; Elinguatus amisit.*]

**ELINGUITAS**, Infantia, ineruditio. Vita S. Marculi in proœmio: *Nihil enim in hujus mortalitatis curriculo dignius agitur, quam si Elinguitas nostræ loquacitatis in Dei laudibus jugiter moderetur.*

\* **ELINO**, [Lucil. apud Non. 2. 273. Si hic vestimenta Eleivi luto. Nonius exponit, maculavit.]

\* **ELIOTRIPIUM**, [Taberna. DIEF.]

\* **ELIOTROPIUM**, [Lapis, Gemma. DIEF.]

**ELIQUARE**, Apud Papiam, *Declarare; Eliquata, Purgata. Aperta, Manifestata.*

\* **ELIQUIUM**, [Quod eliquatur: a *liquo* Solin. 18. Sinus mediterraneos esse *Eliquia* irrupentis oceani. — 2. Item defectus, deliquium: a *liquo*. Id. 23. extr. Meatus oceani commoveri lunæ cur-sibus: adeo ut vicissitudines inter ma-ciem aquarum, et plenitudinem, respi-ciant adauctus ejus, vel *Eliquia*.]

† **ELISÆI**, Jacobo de Vitriaco apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 281. iidem sunt qui *Assessini*, seu Populi Orientales, de quibus actum in voce *Assassini*.

**ELISIMUS**. Fortunatus lib. 6. Carm. 12:

Hæc tibi Elisimo modulatus simplicem cantu,  
Sed tonat archetypæ barbitos inde sono.

Vide, quæ ad hunc locum annotat Bro-werus.

**ELITIGARE**, in Notis Tyronis pag. 198. et in Veteribus Formulis apud Bigno-nium pag. 367. 369. 393. edit. 1. [\* Formul. Sirmond. 40. 42. Bignon. 12.] [in Legibus Ludovici II. Imp. apud Muratorum tom. 1. part. 2. pag. 161. col. 1.] est extra omnem *litem* et controversiam ponere, ita ut qui *Elitigato ordine* possidet, pleno jure et absque ullius reclama-tione possidere dicatur. Quæ quidem vox postmodum depravata et immutata: quippe pro *Elitigare*, *Elidicare*, et pro *Elitigatus*, *Elidegatus* et *Elidiatus*, *Elidictus*, occurrit non semel. Charta Caroli M. pro Monasterio S. Dionysii: *Sed sicut ipsum mercatum cum omnibus teloneis legaliter evindicaverunt, et actores ipsius Monasterii..... ipsum teloneum ad integrum Elidicaverunt, ita..... fir-*

*num atque concessum omni tempore ha-beant. Alia Pipini Majoris domus pro eodem Monasterio: Ut sicut constat, quod ipsas res per legem et justitiam in Palatio nostro evindicaverunt, vel recipi-runt,.... habeant evindicatas, atque Elide-gatas. Charta Theodorici Regis Fr. pro eod. Monast.: Ad integrum omnia et ex omnibus, inspecta eorum instrumenta, omni tempore habeant vindicata, atque Elediata. Placitum Chlodovæi III. Re-gis, apud virum doctissimum Joan. Mabill. tom. 4. Actor. SS. Ordin. S. Bened. pag. 619: Ita ut presentaliter ipso locello Ingrammum Chrotcharius ad partes ipsius Ingrammo omni tempore habuit evendecatam atque Elidictam. Placitum aliud pag. seq.: Habeant evendecatam atque Ajudicatam. Placitum Caroli C. ann. 22. in Tabul. S. Dionysii Ch. 38: Ut memoratum Deodato monachum una cum Antreneo Majorem partibus S. Dianysi talem notitiam recipere jussimus, per quem supradictis servis ad ipsum servitium inantea teneant atque Elidicant, et sit inter eos postmodum ex hac re soluta et definita atque inconversa causa. Elidigitus, in alio Placito Chil-perici ibid. pag. 622. Formula vetus apud Bignon. cap. 7: Propterea jube-mus... ut ipsam terram ipse Abbas ha-beat, atque Elidiata sit postmodum ex hac re, omnique tempore subita causatio. Formulæ Lindenbrogianæ for. 52: Quietò ordine vel Elidiato valeas possidere. Form. 30: Sine ullius judicis consignatione pars monasterio nostro, Elidiato ordine presentaliter revocare facias do-minium. Form. 167: Habeat evendicatam vel Elidiatam. Adde Præceptum evindicatorium Caroli M. in Chron. Laurisha-mensi pag. 59. ex his emendanda, ni fallor, Charta Hispanica æræ 1016. apud Antonium de Yezpe in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5: Et si aliquis homo venerit, qui contra eos voce judicio susci-taverit, aut aliqua calumnia petierit, nullus firmet super eos; sed illos dent duodecim homines, et Delindent se de quocumque judicio illis petierint. Ubi videtur legendum *Elidicent*.*

† **ELIGIDICARE**. Præceptum Carolo-manni Regis pro Monasterio Prumiensi, tom. 1. Ampliss. Collect. col. 33: *Jube-mus, ut ab hac die ipsa silva de jam dic-tis partibus nostris, una vena de ipsa fontana, habere debeant evindicata atque Eligidicata tam nostris quam futuris temporibus.*

**DELITIGARI**, Judicari, extra litem poni. Decreta Colomani Regis Hungar-riæ: *Ducis ministri, qui in mega judicis sunt... ante Comitum et judicem, minores vero, ante judicem Delitigentur.*

\* **ELITORES**, Hortulani, in vet. Glos-sar. ex Cod. reg. 7641. sed legendum *Olitores*.

† **ELIX**, ἀναπνοή ὕδατος, *Fistula aquæ-ductus*. Supplem. Antiquarii. Festus habet: *Elices, Sulci aquarii, per quos aqua collecta educitur e liris. Columella: Sulcos aquarios nonnulli Elices vocant. Et leg. 1. § 9. D. de aqua et aquæ pluv. (39, 3.): Sulcos aquarios qui ελιτες appel-lantur, si quis faciat.*

\* **ELIXATURA**, apud Paulum capitulo de ægritudinibus mamillarum, pro sappa accipitur, et sic debet accipi, quando sine determinatione reperitur. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **ELIXE**, [Est major ursa, Constella-tio. DIEF.]

\* **ELIZARIA**, Ager, ut videtur, exaratus, proscissus, idem quod *Exartus*. Charta ann. 990. inter Probat. tom. 2.

Hist. Occit. col. 144: *Ego Willhelmus vicecomes guirpisco atque dimitto Deo ipsam ecclesiam S. Tiberii, cum ipsos boschos, et cum ipsas Elizarias, et cum ipsos pas-carios, etc. Vide infra Elzetus.*

\* **ELLAICI**, Lusoriæ tesserae. Charta ann. 1334: *Item quod nulla persona ludat ad taxillos, nec ad Ellaicos infra dictum castrum nec ejus territorium. For-tassis mendose scriptum, pro Escaccos, pronuntiatione Provinciali. Vide Scacchi.*

\* **ELLECTI**, Vide supra *Electi* 7.  
\* **ELLERA**, vox Italica, Hedera. Chron. Estense ad ann. 1347. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 432: *Coronatus fuit magnificus miles dom. Nicolaus tribunus Romanus in S. Maria majori a populo Romano et cleris dictæ urbis, et imposuerunt ei sex coronas, primam quercus, secundam Elleæ, etc.*

† **ELLUATUS**, Κάκιστος, *Spurcus*. Sup-plem. Antiquarii cum Glossis Lat. Græc. Sangerman. Scribendum *Helluatus*, Vo-rax.

† **ELLUDIES**, ἀρουσία, *Aratio*. Idem Sup-plement.

\* Adde ex Castigat. ad utrumque Glos-sar. post. Vulc. leg. *Illuvies*, pro *Ellu-vies*, ἀλουσία.

\* **ELLUTARE**, Luto oblinere, nostris *Emboer*, et *Ensfanger*, in luto demergi. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Autare, Ellutare, collutare, Prov. Ensfangar. Lit. remiss. ann. 1833. in Reg. 123. Chartoph. reg. ch. 212: Icellui enfant et son chapperon estoient honni de boë, et lui demanda pourquoi il pluroit, et qui l'avoit ainsi Emboë. Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:*

Quant se quida arriere traire,  
Il Enfang si durement  
En esplerres du pavement, etc.

\* *Eschaboter* et *Esclaboter* olim, pro *Eclabousser*, Luto vel aqua respergere. Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. ch. 76: *Icelluy Loysel féry d'un baston contre terre pour Eschaboter ung mont d'enfans, qui estoient assez près. Aliæ ann. 1461. in Reg. 189. ch. 513: Hennericq d'un baston qu'il avoit, frappa en ladite eau, tellement que la grigneur partie des sup-plians furent Esclabotez et moullez;... ou contempt de ladite moulleure et Esclabo-teure, etc.*

† **ELLYPSIFORMIS**, Formam habens ellipticam seu curvam. Acta SS. Julii tom. 3. pag. 719. de S. Henrico Imp.: *Ensem S. Henrici proprium bissecantem.... habentem manubrium Ellypsi-forme ex crispato ligno buxino, longum tribus fere pedibus, latum sesquipollice.*

† **ELMA**, Genus morbi, in Historia MS. Abbatie Gemmeticensis pag. 53.

† **ELMETUS**, Ital. *Elmetto*, Gall. *He-aume*, Cassis, galea. Processus anni 1430. in Histor. Dalphin. pag. 64. col. 1: *Præfato Marescallo, qui semper spem de victoria habuit, genibus flexis manibusque junctis ad cælum erectis, et Elmeto suo a capite depositis, etc.*

† **ELMETTUS**. Eadem notione, apud Rymer. tom. 12. pag. 641. Jovius in Vita Sforziæ: *Hic est ille Albericus (Balbianus,) qui equitem cataphractum, ea specie, quam videmus, formavit et instituit: adinvento hoc conclusæ duplicisq; galæ genere, quo nunc maxime utimur, et Gothico nomine Elmettum vocitamus. Vide Elmus.*

† **ELMUNIMUS**, Dignitatis nomen apud Sarracenos Caliphæ proprium. Vide *Miramomelinus*.

† **ELMUS**, ut supra *Elmetus*, Galea. Computum anni 1333. Hist. Dalphin.

tom. 2. pag. 275: *Aim. de Cisciaco pro emendo uno Elmo et alia arma pro Domino, unc. 1. taren. XII. Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 261: Cum lorice, et Elmis, et aliis armis. Obertus Cancellar. lib. 2. eorundem Annal. tom. 6. Murat. col. 304: Extraxit de capite suo Elmum, et deposuit scutum, etc. Rursum occurrit apud eundem Muratorium tom. 8. col. 431. tom. 12. col. 791. 804. Rymer. tom. 4. pag. 779. 809. tom. 5. pag. 569. etc. Plerique scripserunt *Helmus*. Vide in hac voce.*

† **ELOCARE**, Conducere, Gall. *Louer*. Vide *Exponere*.

† **ELOCATIO**, Conductio, Gall. *Louage*, in *Lege Salica* tit. 31.

• **ELOCHARE**, a vet. Gallico *Eslocher*, Commovere, concutere, vulgo *Ebranler*. Arest. ann. 1342. 8. Jun. in vol. 3. aresstor. parlam. Paris.: *Eidem Oudetio dentes superiores successive cum quibusdam tenellis traxerat... ceteros dentes tali modo Elochando, quod idem Oudetus... comedere non potuerat. Lit. remiss. ann. 1447. ex Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 60: Pour ce que le suppliant vit que le petit Jehan s'efforçoit de courir sus à icellui Nicolin, il Eslocha ledit espieu et en frappa ledit petit Jehan. Les clous de quoy les planches de la nef estoient attachiez, estoient tous Eslochez, apud Joinvill. in Hist. S. Ludov. edit. rég. pag. 3. Vide supra *Dislocare* 1.*

\* **ELOCUTILIS**, [Vel *Eloquutilis*, e, ad eloquendum pertinens. *Apul. 11. Met. Copia Eloquutilis facundia.*]

† **ELOGA**, Initium, exordium, Papias.

1. **ELOGIUM**, Vox in malam partem interdu sumpta, maxime pro brevi annotatione criminis, uti observatum ab Henrico Valesio ad lib. 14. Ammiani pag. 15. [Infami satis *Elogio notare*, in *Actis Synodi Flaviniac. ann. 894. apud Mabill. tom. 3. Annal. Bened. pag. 294. Testamentum S. Remigii apud Miræum tom. 1. pag. 5. col. 2: Elogium segregationis a corpore Christi ab omnibus ei porrigatur.*] Sigefridus Episcopus Gunguntinus Epist. 1. *Quia audistis Elogio simoniace hæreseos cum esse notabilem. Gozechinus Scholasticus: Dicis, quid mihi et Leogio, quod olim insolenter desererens, turpi notarim Elogio? Mox: Dic ergo nunquid Elogium intuli legiæ? Infra: Non Elogii notam, sed honoris coronam.* [Arnulphus Lexov. Episc. in Epistola ad Alexandrum Papam, apud Acher. Spicil. tom. 2. pag. 497: *Sublatoque pristinae servitutis Elogio, Ecclesia Dei lætabunda procedat, etc.*] Ita eadem vox usurpata legitur de exhæredatione, in leg. 4. Cod. Th. de Legit. hæred. (5. 1.) [\*] Vide Burmann. ad Petron. cap. 53. et Forcellin. [Statuta Avenion. rubrica 59. de Testamentis art. 1: *Sæpe contingit multos decedere intestatos, quod non facile reperiri possint septem testes, quibus sua Elogia fideliter et secreto committant; hoc est, rationes cur ita testamentum disponant, hunc v. g. exhæredent filium: qua notione Tullius in Cluentiana: Unum est etiam quod maxime me conturbat; quod Elogium recitasti de testamento Cn. Egnatii patris, hominis honestissimi, se exhæredasse filium, quod is ob Oppiniaci damnationem pecuniam accepisset. Sic et Quintilianus lib. 7. cap. 4: Si exhæredatum a se filium pater testatus fuerit Elogio, propterea quod is meretricem amaverit. Fulgentius de Prisco Sermone: Elogium est hæreditas in malo. Cornelius Tacitus libro *Facetiarum: Cæsi itaque morum Elogio in filiis relicto.*] Sub *Elogio præconis fus-**

*tibus cæsus*, apud Spartianum in Severo. [Papias: *Elogia, Laudes... Carmina vel criminalia mala... Ordo criminum, Titulus cujuslibet rei... Proverbium... Ignominia, Textus gestorum malorum, Responsum divinum. Similia habent Johannes de Janua et Isidorus in Glossis: ad has Grævium consulto.*]

\* 2. **ELOGIUM**, Testamentum. Testam. ann. 1145. apud Murator. in *Antiq. Esstens. pag. 331: Ultimam in rebus suis dispositionem fecit, et hoc ultimum Elogium condere curavit in hunc modum, etc. Charta ann. 1365. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 660: Ex dono et elemosina defuncti Petri Bertrandi olim cardinalis Ostiensis in suo Elogio seu ultima dispositione. Alia ann. 1380. in Reg. 117. ch. 80: *Defunctus Robinus et defuncta Maria uxor ejus pia consideratione et spiritali devotione succensi in suis Elogiis, sive testamentis aut supremis voluntatibus... unam capellaniam fundari... sagaciter ordinarunt.* [\*] Vox hac significatione passim occurrit in Justinian. Codice.]*

\* 3. **ELOGIUM**, Inquisitio juridica de alicujus vita et moribus, apud Chopin. de *Leg. And. part. 1. pag. 627. col. 2.*

1. **ELONGARE** dicitur Princeps, cum alicui debitori ex certa causa dat inducias solvendi debita. *Elongamentum*, ipsæ litteræ Principis, quæ nostris *Litteris de respit*, vel *d'Etat*. Gloss. Gr. Lat.: *Μακρόν, Elongo. Μακρόν, Longo. Usatica Majoricarum Regni MSS.: Statuimus, quod si aliquis de aliquo debito obligatus tenetur, semel a nobis vel successoribus nostris fuerit Elongatus, et aliud postea de eodem debito specialiter vel simul cum aliis debitis obtinuerit Elongamentum, illud secundum Elongamentum non prosit eidem. Curia Generalis Barcinon. ann. 1291. MS.: De Carta vel Littera Elongamenti, de qua consueverunt dari 50. solidi pro mille in anno. Exstat Charta Jacobi Regis Arag. ann. 1268. 18. Kal. Jul. cujus titulus est: Ut aliquis non Elongetur, qui habeat bona mobilia. Vide Foros Arag. Edit. 1624. f. 15. v. et Observantias ejusdem regni lib. 9. tit. 1. qui est de *Elongatione debitorum*, et *Michaelém del Molino* in Repertorio Foror. Arag. Vide *Litteræ Elongamenti*.*

† 2. **ELONGARE**, Procul amovere, amandare, Gall. *Eloigner*, Ital. *Allontanare*: hac notione pluries occurrit in Psalmis et aliis Scripturæ libris, ut et apud Murator. tom. 8. col. 290. 517. Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 72. etc.

\* *Eslongier*, eodem sensu, in *Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:*

Moines devint, chen est la soume  
Par le conseil du bon preudomme;  
Pour le siècle plus Eslongier,  
Bertauder fist et rouignier  
Son chief c'avoit blont et poli.

\* Hinc *Eslougnance*, Recessus, in Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 99. cantil. 43:

Partir voel de vostre gent  
Par vostre Eslougnance.

\* 3. **ELONGARE**, Aufferre, abripere, detrahere, Gall. *Enlever*. Epist. reclamat. ad Ludov. Pium tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 399: *Suggerere conabor, qualiter a me peccatore et mea sorore paterna hereditas nostra erat primo Elongata, et adhuc etiam abstracta.* Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 13: *Billonum a monetis regis Elongando, fundendo, rechassando et etiam affinando, etc.*

† 1. **ELONGATIO**, Extensio, productio,

Gall. *Allongement*. Usus stagnorum Villarici et Bressiæ, apud Guichenonum in *Probat. pag. 170. et Revellum pag. 266. et 267: An licitum sit Elongare et altiare calceatam sui stagni inferioris, et an possit altiatiorem et Elongationem calceatæ ipsius stagni inferioris comprehendere majorem compremiam prædiorum.*

† **ELONGATIO GUERRÆ**, Induciæ, Gall. *Treue*, a Gallico *Eloigner*, Removere vel differre. Charta B. Connestabuli Arvernæ, apud Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 90: *Sed tamen dictam Elongationem guerræ promisit se bona fide servaturum usque ad terminum prætaxatum.*

\* 2. **ELONGATIO**, Literæ principis, quibus dat inducias solvendi debita, nostris *Litteris de respit* vel *d'etat*. Constit. Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1251: *Concedimus... quod numquam de cetero elongabimus aliquem vel aliquos debitores vel fidejussores vestros ab aliquibus, quæ vobis vel aliquibus vestrum debent vel debebunt, de quibus a nobis semel sunt vel fuerint elongati, volentes et concedentes vobis, quod si forte causa ignorantie vel alio quoquo modo aliquem vel aliquos debitores vel fidejussores vestros secundo vel pluries elongaverimus ab illis debitis, de quibus a nobis semel fuerint elongati, quod secundas Elongationes, vel plures, si pluries fuerint, non teneamini aliquatenus observare: immo non obstantibus dictis Elongationibus, secundo vel pluries factis, possitis ipsos debitores et fidejussores vestros compellere et pignorare ad solvendum debita, quæ vobis debent vel debuerint aliquo modo. Vide Elongare 1. *Ehloigne*, pro *Délây*, dilatio, in *Assis. Jeros. cap. 35: Convient au plaidoier ses fuites et ses eschampées et ses Ehloignes faire.**

1. **ELOQUENTIA**, Lingua, idioma, *Dacisca, Romana Eloquentia*, apud Dudo-nem lib. 9. de *Morib. Norman. pag. 112.* [Acta S. Winwaloel MSS.: *In verba susannationis et conviciorum tam detestanda erumpebat, quæ non licet Christiana Eloquentia pronuntiare.*]

2. **ELOQUENTIA**, Lectio. Helgandus in Roberto Rege: *Eloquentiæ tantum incumbens, ut nullus laboretur dies, quin legeret Psalterium, et exoraret cum sancto Davide.*

\* **ELOQUENTIOLA**, apud Virgil. *Grammat. pag. 2.*

\* **ELOQUET**. Libert. castri de Monteolivo ann. 1312. tom. 7. *Ordinat. reg. Franc. pag. 500. art. 3: Quod construat (construat) unusquisque vias secundum propriam domum, Eloquet purget, etc.* Ubi in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 172. lego *Eloques* vel *Eloquer* cum nota abbreviationis, f. pro *Eloquerium*, quod Emissarium aquarium, vel pavimenti incile interpretor, Gall. *Evier, ruisseau.*

\* **ELOURDATIS**, Attonitus, stupefactus, ictu sopitus, Gall. *Etourdi*, alias *Alourdé, Eslourdé, Eslourdi, et Enlourdi*; unde *Eslourdement*, stupor, vulgo *Etourdissement*. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 314: *De dicto ictu fuit multum perterritus et quasi totaliter Elourdatus, et fere vacillando et titubando ad terram cecidit.* Aliæ ann. 1387. in Reg. 192. ch. 37: *Lequel suppliant cuidant que il ne feust que Eslourdé du choir, etc.* Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 50: *Icellui Drouin frappa ledit exposant sur la teste tel cop, que il chey à terre tout Eslourdé.* Aliæ ann. 1407. in Reg. 162. ch. 203: *Symon Thibault frappa Guillaume Courtois de son baston un seul cop en la teste, dont il fu Alourdé, et cheut à terre.* Aliæ ann. 1408.

in Reg. 163. ch. 109 : *Le suppliant avoit esté très-bien batu de tant de cops orbes, qu'il en estoit tout Estourdy.* Aliæ ann. 1409. ex eod. Reg. ch. 368 : *Duquel cop icellui Havis cheu à terre tout Enlourdy.* Denique aliæ ann. 1467. ex Reg. 200. ch. 130 : *Le suppliant tous estourdy du coup de pierre... pour ledit Estourdement ou autrement, il tumba à terre.* Hinc *Alourdemēt*, Fallacia, dolus, deceptio, vulgo *Surprise*, *tromperie*, a verbo *Alourder*, Decipere, in errorem inducere, in Charta ann. 1424. tom. 2. Hist. Leod. pag. 446 : *S'il advenoit que par seduction ou Alourdemēt de curatier ou curatresse... filhe desous l'eage de douze ains fusse emminnée par aucune personne; que chis ou celle qui ainssy l'emmonroit ou l'aroit Alourdee... fussent cascun, outre l'amende que loy donne, à une voie de Oultremeire, etc.*

\* **ELSATICA.** [Alsacia. DIEF.]

\* **ELUACRUM.** [Labrum, apud Caton. R. R. 10. et 11. si sana est lectio, vas ingens significat ad eluendum, seu lavandum.]

† **ELUBIUM.** Constantiensis; *Pelagus*, *Elubium*: quod pro *Eluvium* videtur esse positum. Vide *Pelagus*.

**ELUCIDIARIUM.** Ita appellavit S. Anselmus, seu quis alius Anonymus librum, quem scripsit de Summa totius Christianæ Theologiæ in Præfat. *Titulus itaque operi, si placet, Elucidarium præfigatur: quia in eo obscuritas diversarum rerum elucidatur.* [Vide *Lucidarius*.]

\* **ELUCIDUS.** [Perspicuus. Borrich. cogit. 275.]

† **ELUCUBRATUS,** *Excussus vi telorum.* Barth. in Glossario ex Baldrici Hist. Palæst.

† **ELUCUBRE,** *Languidum.* Papias MS. In Edito *Lucidum*: quo sensu oritur a verbo *Elucubrare*.

\* **ELUDERE** TEMPUS, Consumere, Gall. *Passer le tems.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. Chartoph. reg. ch. 16 : *Verba truffatoria seu jocosa et ociosa ad tempus Eludendum inter se proferendo, etc.*

† 1. **ELUDIUM,** Jocus, ludus. Miracula S. Augustini Cantuar. n. 58 : *Inter hæc Eludia vel seria.* Isid. Chron. Regum Gothorum : *Sæpe etiam lacertos contra Romanos insolentias ac irruptiones Wasconum movit, ubi non magis bella tractasse, quam potius gentem quasi in palæstra Eludii pro usu utilitatis videtur exercuisse.*

2. **ELUDIUM,** *Deceptio,* in Glossis MSS. Vide *Concludium*.

\* **ELUERE,** Præstare, tueri, cavere ab evictione, Gall. *Garantir.* Charta ann. 1261. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 75. col. 749 : *Eidem domino patriarchæ promisit (Ulricus dux Carinthiæ) Eluere omnia et singula, quæ ei donaverat.*

† **ELUIES,** *σέλματα, Transtra, tabulata navis.* Supplementum Antiquarii.

\* Gloss. Lat. Gr. : *Eluies, σέλματα, ἀνοδία.* Ubi Vulc. emendat, *τέματα.*

\* **ELUMBRA.** [Craticula que in Candelis describitur. DIEF.]

\* **ELUMINARIA,** *Luminare.* Charta ann. 1150. tom. 4. Cod. Ital. Diplom. col. 1545 : *Per unumquemque annum duo miliaria de oleo, id est, in opere S. Marci, et aliter Eluminariam persolvere debemus.* Vide *Luminare*.

† **ELUMINATUS,** *Excæcatus.* Sidon. lib. 8. Epist. 11 : *Quis ita gemino obtutu Eluminatus, qui exanimati cadavere inspecto non statim signa vitæ colligeret extortæ.*

† **ELUSCARE,** *Luscum* facere. Gloss. Græc. Lat. Ἐκτελεῖω, *Excæco, Elusco.*

Utuntur Ulpianus leg. 5. § ult. Dig. ad Legem Aquil. (9. 2.) et Marcellus leg. 27. Dig. de pignorib. vel hypoth. (20. 1.) Vide *Luscus*.

† **ELUSCATIO,** *Cœcitas.* Gloss. Cyrilli : *Eluscatio, ἀνοσφλωσις.*

\* 1. **ELUSIO,** *Derisus, illusio.* Lit. Joan. reg. Franc. ann. 1353. in Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 133. r° : *Idem decani et capitula (ecclesiarum Morinensis et S. Audomari) Divinum timorem detestabili cœcitate postponentes, in Elusionem Dei et clavium S. matris Ecclesie, eisdem sententiis (excommunicationis) obtemperare contempnunt.* Arest. parlam. Paris. ann. 1394. ex Cod. reg. 9852. 3. 3. fol. 84. r° : *Quamvis præmissa in nostræ jurisdictionis vituperium facta fuissent, adhuc tamen quidam molendinarius, Cartula nuncupatus, in nostri contempnum et Elusionem, quemdam asinum equitans præpostere, penuncellum liliis depictum ad caudam ipsius asini ligatum per villam trahebat, clamando : Nos amplius regem non habemus, totum lucratum, etc.*

\* 2. **ELUSIO.** IN ELUSIONEM BANNI, id est, Nomine banni. Lex. Godefr. Camerac. episc. Ms. ann. 1227. art. 47 : *Nullus omnino bannus, vel præceptum, vel comandesia, vel quocumque modo nominetur, quidquid sit in Elusionem banni fiat, nisi per episcopum.* Versio Gallica : *Nus bans, nus commandemens, nule comandise, u comment ke on l'apiu, koi ke ce soit en non de ban, ne soit fait, se n'est par l'eveske.*

† **ELUSORIOUS,** *Fallax, Gall. Illusoire.* *Elusoria versutiæ,* in Charta anni 1196. apud Miræum tom. 2. pag. 1197. col. 2.

† **ELUTIUS,** *Aquatius.* Papias, ab *Eluere*.

† **ELUUS,** *Fulvus.* Gall. *Fauve.* Papias : *Falvus, Fulvus, Eluus.* Varro legit *Heluus* haud absimili notione.

\* **ELYEA.** [Lixa. DIEF.]

\* **ELYMAS.** [Magus. DIEF.]

\* **ELYSIUS.** [Valde solutus. DIEF.]

\* **ELZETUS,** f. Ager qui in longum protenditur; nisi idem sit quod supra *Eli-zaria.* Charta sub Alex. archiep. Vienn. in Chartul. ejusd. eccl. fol. 69. r° col. 2 : *Ego Termundus reservo michi Elzetum, qui terminat de uno latere fluvio Walabro.*

† **EMANATORIUM,** *Fons.* Gall. *Fontaine,* sic dictus ab *Emanare, Couler.* Meisterlinus Hist. Rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 94 : *Aquæductum porro Consules a longe per navalia subterraneâ introduxerunt, hinc indeque per civitatem locis opportunis, tam ad usum incolis, quam pro ornatu, Emanatoria fecerunt.*

**EMANCARE,** [Mutilare.] Vide *Mancus*.

**EMANCEPS,** *Famulus a servitute liberatus.* Gl. Isid.

**EMANCIPARE,** A servitute liberare. Saxo Grammaticus lib. 8 : *Supervenit alius... qui prioris exemplo conditionem fateri jussus, ancillam se cuiusdam in matrimonio habere, ejusque domino Emancipandæ conjugis gratia rusticum opus dependere testabatur.*

**EMANCIPARE,** Ab obsidione liberare. Sugerius in Ludovico VI. cap. 7 : *Ipse vero manu potenti disruptis et defossis circumquaque omnibus municipiis, Acutummontem Emancipavit, et tam armis quam victualibus eorum sophismata denodans, copiosum reddidit.*

1. **EMANCIPATIO,** Cujus apud nostros ea erat formula, quæ habetur in Regesto Feodor. Burgundiæ 2. part. fol. 211 : *Nos Hugo, Dux Burgundiæ, not. fac. præsentem litteras inspecturis, quod in nostra præsentia specialiter constitutus propter hoc Robertus Miles filius noster petiit*

*Emancipari a nobis, seu liberari a patria potestate. Nos vero videntes et attendentes ipsius Roberti consensum et voluntatem circa Emancipationem habendam et dandam a nobis, mutuo consensu interveniente ex parte nostra et ex parte dicti Roberti ipsam præsentem Emancipationem acceptantem legitime Emancipamus a sacris, seu a patria potestate. In cujus testimonium præsentem Emancipationem ad requisitionem dicti Roberti sigillum nostrum duximus apponendum. Dat. die Sabbathi post Festum B. Luce Evangelistæ, ann. D. 1272.* [In Historia Dalphinalli tom. 2. pag. 84. legitimus, Humbertum Delphinum anno 1297. Ind. xi. tertio Nonas Febr. coram Guillelmo de Ruino Officiali Curie Gratianopoli constitutum, Hugonem filium emancipasse eum capiendo per manum, dando eidem Hugoni et concedendo liberam auctoritatem, et etiam potestatem standi in judicio; mutuum accipiendi, testamentum, codicillos, seu ultimam voluntatem faciendi, et cujuslibet contractus inhiendi, et generaliter omnia alia faciendi, quæ quilibet paterfamilias, et sui juris constitutus, facere potest vel debet, etc.] Exstant aliæ emancipationis formulæ in tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 263. et apud Rollandinum in Summa Notariæ cap. 7. Rub. 5.

\* Formulam emancipationis recentiorum sub jure ex Tabul. S. Vict. Massil. ann. 1400 : *Antonius Masarati, filius Jacobi, in præsentia judicis alterius curiarum Massiliæ, præsentem ibidem patre suo, flexis genibus rogavit instanter et requisivit humiliter et devote dictum Jacobum patrem suum, ut placeret eum emancipare et a sua potestate liberare. Qui quidem Jacobus, audita requisitione prædicta dicti Antonii filii sui, ipsum continuo Emancipavit, et a sacris suis et a sua propria potestate dimisit, relaxavit ipsum Antonium filium suum, juris et patremfamilias fecit, accipiens eum per manum dextram, coram ipso giudice et me notario ac testibus, liberavit ipsum a manu sua atque a sua propria potestate, dans, concedens, etc.* Adde Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 2. r°. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Juris German. pag. 462. et Mittermaier. Princ. Jur. German. § 372.]

¶ Cum autem hujuscemodi emancipationes solummodo fieri solerent, pudentibus filiis, si præ minori ætate hanc postulare non posset puer emancipandus, tum consensus Regis requirebatur juxta Legem Jubemus 5. Cod. de Emancip. lib. 8. tit. 49. quod observatum legitimus in emancipatione Ludovici septennis filii natu majoris Caroli Comitis Valesii ann. 1325. Ejus emancipationis formulam a Carolo IV. Franc. Rege datam exhibet Acherius Spicil. tom. 8. pag. 266. et de Lauriere in suo Juris Gallici Glossario. Videsis etiam Consuetud. Pictav. art. 311. et Britan. art. 526.

¶ Sed non una hæc erat emancipationis causa vel ratio. Fiebat etiam per liberorum conjugium, et domicilium a paterna domo separatam: quod etiamnum statutur in Consuet. Pictav. art. 312. Engolism. art. 120. Britan. art. 527. Santon. art. 2. Rupell. art. 2. Juxta quasdam alias Consuetud. ad emancipationem satis est, ut liberi, videntibus ac scientibus parentibus, proprium habeant domicilium. Vide Consuetud. Catalaun. art. 7. et Rhem. art. 7. quod ad solos pertinet ignobiles, non ad nobiles masculos juxta Consuetud. Pict. art. 113. Puellas quod spectat, sive nobiles sint, sive plebeæ, parentum jure

matrimonio eximuntur fiuntque maritimum. Pictav. art. 314.

\* Ea erat apud Normannos emancipationis lex, ut filius, saltem per annum a die, quo sui juris factus fuerat, computandum, in domo paterna manere non posset. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 316: *Regnaut de Reux émancipé et mis hors d'avecques son pere, si comme l'en a accoustumé à faire au pays de Normandie, ... vint devers sondit pere pour avoir de l'argent à soy monter et armer, et ne se loga pas en l'ostel de sondit pere, pour cause de l'émancipation dessusdite, qui est tele, que puis que un homme a émancipé son filz et mis hors d'avecques soy, il ne le doit recueillir ne logier jusques à ce que an et jour soit passé.*

¶ Emancipabantur etiam qui ad vigesimum ætatis annum pervenerant. Rhem. art. 6. 8. Catalaun. art. 7. 8. et Sedan. 5. 7. et in quibusdam provinciis liberi omnes mortua matre: quod hodieque statuunt Consuetudines Montarg. cap. 7. art. 3. Vitriac. art. 100. 143. Castri-Novii art. 134. Carnot. art. 103. Durocass. art. 93. Hæc post de Lauriere in Glossario jam laudato.

¶ Neque abs re futurum est, opinor, si cum eod. Cl. Scriptore observemus, non eam quidem fuisse veterum Francorum in filios potestatem, ut eos possent interimere, sed tamen penes patrem fuisse filios vendere, si necessitas compellebat; legimus enim Capitul. lib. 6. cap. 4. [ex Exod. cap. 21. vers. 7. et 8.]: *Si quis vendiderit filiam suam in famulam, non egredietur sicut ancillæ exire consueverunt. Si placuit domino suo cui vendita est, dimittat eam liberam, et ad alium populum non licet eam vendere.* Vide Edictum Pistense cap. 34. tit. Codicis, de patribus qui filios distraxerunt, (4, 43.) et Formulam Andegav. 48. [de Sanguinolento.]

¶ Non solum autem pater apud antecessores nostros, verum etiam mater vendendorum filiorum jure gaudebat, si fidem habemus Auctori Vitæ S. Juniani tom. 2. Bibl. MS. Labbei pag. 573: *Cumque puer velociter jussa expleisset, renuntiavit patri dicens: Mulier pauperula est, cui et panis deficit, nec unde emat habet. Quo audito jussit eam in conspectu suo adstare, hilari vultu et paterno affectu interrogans, cur tanto ejulatu fletet, et clamoribus eum inquietaret. At illa respondit: Vere Dei famule et Sacerdos, scias me fame periclitari; panis deest, emptio nulla, fames quotidie inualescit, et ecce prægnans morior: quamobrem tuam adivi clementiam, ut si me de periculo famis eripueris, sim tibi perpetuo ancilla, et filius quem utero gesto servus sempiternus, quem cum enutrero tuis manibus et jugiter servare instituo. Tantum adjuva me ne peream.* Vide Consuetud. Vitriac. art. 100. et 143.

¶ Verum prisca Francorum barbarie, imperantibus tertiæ stirpis Regibus, sensim mitigata, tam leniter tamque indulgenter filii a parentibus habiti sunt, ut Accursius, qui circa annum 1200. florebat, dicat ad tit. Institut. de patria potestate (1, 9.): *Aliæ vero gentes quædam ut servos tenent filios, ut Sclavi, aliæ ut prorsus Absolutos, ut Francigenæ, etc.* Hinc colligunt quidam, nullum tunc temporis in Francia jus fuisse patrum in filios; ad conjecturam explodunt tum Consuet. Vitriac. art. 100. Rhem. art. 6. et 7. Montarg. cap. 7. art. 2. Borbon. art. 168. Pictav. art. 316. Catalaun. art. 7. Sedan. art. 5. Carnot. art. 103. Castri-

Novi art. 193. Bituric. tit. 1. art. 3. Britan. art. 498. quæ paternum jus agnoscunt omnes, tum etiam nostri veteres Practici. Auctor magni Franciæ Consuetudinarii, qui scribebat anno circiter 1368. ait lib. 2. cap. 40. pag. 263. desinente: *Par la Coutume notoire de la Prevôté et Vicomté de Paris, laez ou don qui n'est point causé, laissé ou donné à aucun enfant étant en la puissance du pere, est propre acquest au pere et mere, en la garde de qui il est, voire encore s'il y a cause, et ladite cesse.* Adde pag. 264. 265. et des Mares Decis. 248. Idem patrum jus plane confirmant *Emancipatoriarum litterarum* tum jam memoratæ, cum aliis plures in Historiis familiarum illustrium relatæ. Vide Hist. Castellionis ad Matronam pag. 180. Probat. et Perardum in Burgundicis pag. 521.

\* Paternæ potestatis haud modica depravatio aliquando invaluit, cum scilicet patres filios, necdum etiam natos, clero vel monachatu manciparent. Vide infra in *Oblati* 1.

2. **EMANCIPATIO**, in Monasteriis dicitur, cum monachus ad aliquam dignitatem promovetur, et eo ipso ab obedientia Superioris eximitur. S. Bernardus Epist. 87: *Promotio Abbatis, Emancipatio filii est.* Idem Epist. 252: *Quasi... Emancipatio filii ad Capitulum, et non potius ad solum spectet Abbatem.* Rad. de Dico ann. 1179: *Rogerus a Collegio sanctæ Trinitatis ad supradicti loci curam in Abbatem assumptus ab Alexandro PP. 5. Kal. Febr. Tusculani benedictionem, et in signum Emancipationis indultæ mitram, annulum, chirothecas accepit.* Chronicon Mauriniacense lib. 8. de Macario Cluniaciensi Monacho electo in Abbatem Mauriniacensem: *Præbatos itaque Monachos Cluniacum mittimus, et ut ab Abbate loci illius Macarium a jugo obedientiæ absolvi et Emancipari postulent, intimamus.* Infra: *Asserens, se nunquam ei benedictionis consuetudinem impensurum, nisi plenius a jugo obedientiæ cognosceret absolutum.*

**EMANCIPATORIÆ LITERÆ**, quæ ab Abbate in eum finem Monacho electo dantur, in eodem Chronico Mauriniacensi: *Literas Emancipatorias postulantem (Archiepiscopo Senonensi) ostendunt, etc.* Ex quibus conficitur ad hoc, ut Monachus in Abbatem alterius Monasterii electus benedicatur, necesse fuisse, ut emanciparetur a suo Abbate, tametsi ipsa promotione emanciparetur; quod præterea docent sequentia, descripta ex Polytycho Monasterii S. Remigii Remensis: *Anno ab Incarnatione 1097 postquam de Galliis Urbanus PP. Romam redierat, misit litteras Manassi Remensi Episcopo, non priori simoniaco deposito, sed successori M. catholico, pro Roberto Abbate S. Remigii, qui Monachus fuerat S. Martini majoris Monasterii, in quem diocesani Episcopi Remensis Ecclesiæ præjudicium fecerant, dicentes, eum de judicio et justitia Abbatis sui pendere, et ejus obedientiæ et disciplinæ subesse debere, et de eo in Capitulo suo, sicut de Monacho suo tractare, quod his verbis cassavit Romana Ecclesia, et Romanæ Sedis Apostolicus: Urbanus Episcopus servus servorum Dei, venerabili Fratri M. Remensi Archiepiscopo salutem et Apostolicam benedictionem. Abbatis S. Remigii causa in præsentia nostra et Confratrum nostrorum Episcoporum et Cardinalium diligentiori discussa est inquisitione et ad hunc tandem finem perducta, judicium Episcoporum prolatum super eum cum hac ratione reprobatum noveris, quia*

*postquam filius a patre Emancipatus est, sub curam et dominationem patris redire districtione legum non cogitur, nisi sponte ipse rogaverit. Promotionem enim Abbatis Emancipationem accipimus, et ideo sub potestatem Abbatis redire non debere judicamus.* Exstat formula alia ejusmodi emancipationis apud Jacob. Petium post Pœnitentiale Theodori pag. 143. Vide Petrum Blesens. Epist. 90. et S. Anselmum Cantuariensem lib. 2. Epist. 42. 52. lib. 3. Epist. 32. 139. Quinetiam si Abbas ipse ad majorem dignitatem v. g. Episcopalem proveheretur, totius Conventus consensus requirebatur, ut ex S. Anselmi lib. 3. Epist. 6. 7. 8. colligitur. Vide Vitam Aldrici Episcopi Cenoman. num. 54. 55.

¶ **EMANCIPATIO CANONICORUM** dicebatur actus quo a Scholasticis potestate junioris canonici emancipati, in capitulum et chorum solemniter deducebantur. Vide Statuta Ecclesiæ Binguensis ap. Würdtwein. Subsid. Diplom. tom. 1. pag. 175. sqq. et Mindensis tom. 10. pag. 141. ubi hæc: *Dum Canonicus... emancipari desiderat... de mane hora capituli per scholasticum vel ejus vices tenentem decano et capitulo presentabitur, et inquiratur de litteraturæ sufficientia, de idoneitate personæ et habilitate ejus ad Emancipationis actum legitime subeundum et de aliis circumstantiis opportunis; ex tunc per decanum in loco claustrali ad hoc ut moris est debite locabitur seu reponetur, ibidem die ac nocte continuis usque ad horam capituli diei immediate subsequentis permansurus nec a claustro interim recessurus; qui tunc eadem hora primo rostratus emancipabitur sive a primis scolis eripietur per decanum, et eodem contextu et hora deferetur eidem juramentum et jurabit statuta, etc...* Sed quia alia consuetudo de servitio per canonicos sic emancipatos tempore emancipationis dudum observata, videlicet quod talis canonicus expensas graves et inutiles circa effrenatam multitudinem hospitum quos ad prandium tamquam convivæ invitare consueverat, propter quod multis debitorum oneribus gravabatur, etc... quam consuetudinem reputamus abrogare... duximus statuendum quod ad armarium ecclesiæ 5. marcas... ad fabricam ecclesiæ totidem et ad strukturas et reparaciones et emendas edificiorum claustrii 2. marcas provisoribus ad hujus officia deputatis ante erectionem ipsius canonici de carcere in parata pecunia expedire et solvere teneatur, etc. Vide Scholasticus.

8. **EMANCIPATIO** etiam dicitur de Ordinibus religiosi, qui ab Ordinariorum jurisdictione exempti, Sedi Apostolicæ nullo medio subiciuntur, apud Joan. Sarisberniensem lib. 7. Policrat. cap. 19. ubi in ejusmodi emancipatos gravior invenitur.

**EMANCIPATIO MONASTERII**, Exemptio a jurisdictione Ordinarii. Vita B. Helldemari Eremitæ cap. 5: *Paschalem Papatam super Emancipationem sui cæmiterii sollicitat, et quod petit impetrat.* Vide Barthol. Fizen. in Hist. Leopdiensi pag. 365. § 16.

4. **EMANCIPATIO**, Disvestitio, traditio. Charta Wiboldi veteris Corbeisæ Abbatis ann. 1152. in Monumentis Paderbornensib. pag. 105: *Cujus possessionis emptæ a prædicto venerabili Episcopo legitimam per hæc scripta Emancipationem facientes, etc.* Ita usurpat Acta S. Forannani Abbatis Walciodorensis ann. 15.

\* 5. **EMANCIPATIO**, f. pro Mancipatio,

Addictio. Stat. crimin. Saonæ cap. 37. pag. 78 : *Si quis eorum contra inhabitationem* (inhibitionem) *præsentem præsumpserit* *quandocumque postea ad civitatem Saonæ vel districtum* (redire) *et capi poterit seu haberi per magistratum prædictum, teneatur ipse magistratus ipsum talem iterum expellere, eum etiam puniendo usque ad Emancipationem trimennium* (sic) *per tres annos.*

\* **EMENDAMENTUM.** Vide infra *Emendamentum* 4.

**EMANERE,** Extra domum manere, vagari, peregrinari. [Papias in Codice Bitoric. : *Emanere, Excubare.*] Gloss. Gr. Lat. : Έκχοιτώ, *Emano, Emane, Emanet,* διαπέμνει, παννυχεύει. Gloss. Lat. : Græc. *Emanatio* παννυχισμός. *Emensiones,* έκχοιτισμοί, άπόκοιτοι. Vide Cujacium lib. 6. Observat. cap. 26.

**EMANSORES,** in Gloss. Lat. Gr. : 'Απόκοιτοι, Άλησται. Gloss. Gr. Lat. : Έκχοιτωτος, *Emansor,* [Qui diu vagatus ad castra regressitur, Modestino leg. 3. § 2. Dig. de re milit. (49, 16.)] Petrus Blesens. Ep. 142. de Monachis vagis : *Transfugæ et Emansores a claustro effrænes, vagi et Sarabaitæ.* Contra, *Mansores,* qui domi manent, resident, Vita S. Theodardi Archiepisc. Narbon. apud Catellum pag. 757 : *Sive Mansor, sive idem esset viator.*

† **EMANITAS,** Immanitas, crudelitas. Privilegium Agradi Carnot. Episc. ann. 696. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. XVII : *Secundum statuta canonum de objecto Emanitatis crimine feriatur.*

\* **EMANITATUS,** pro *Emanatus,* promulgatus. Stat. Freder. Traject. episc. ann. 1318. in Batav. sacr. pag. 180. col. 1 : *Sciendum quod, tam decani christianitatis quam provisoris, ecclesiarum rectores decretales libri septimi noviter Emanitatas, quas nobis hic astantibus, cum ea qua decet reverentia, publicamus.*

† **EMANO.** De sanctitate Glastoniensis Ecclesiæ tom. 1. Monastici Anglic. pag. 7. col. 2 : *Si quis Emano aliquod ædificium juxta locasset, quod ab umbratione sua lucem impediret Ecclesiæ, statim patuit ruinæ. Pro Emano puto legendum e vicino. Utriusque persimilis erat scriptura in antiquis libris, ubi neque voces separabantur, neque litteræ i punctum superponebatur, adeo ut facillime labi poterit lector minus attentus.*

\* **EMANSOR.** Vide *Emanere.*

\* **EMARCITAS,** [Emarceo. Gloss. ms. Bibl. Nat. n.º 7642.]

**EMARCUARE,** Marcidum reddere, facere. Stephanus Eddius in S. Wilfrido cap. 62 : *Credo enim indubitata fide, hanc meam manum incurvatam, et brachium longo tempore Emarcuatum, in eo lavacro per sancti sudoris commixtionem, Deo volente, posse sanari.*

**EMARCUM,** Gallis veteribus, vitis genus mediocris vini. Columella lib. 3. cap. 2.

\* **EMAS,** La profundita, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**EMASCULARE,** Enervare, debilitare, castrare. Jo. de Janua. [Utitur Apuleius Met. 7. ut et voce *Emasculator* Apol. pag. 321. pro *Domita,* άρσενοκοιτης.]

\* **EMATHOIGA.** Richer. lib. 3. cap. 5 : *Rex... pedestri lapsu decedens, multo epatis dolore vexatus est. Nam quia in epate sanguinis sedem phisici perhibent, ea sede concussa, sanguis in Emathoicam redundavit. Cui sanguis copiosus per nares et gulam difflebat. Forte pro Emarhoida a Αιμορροίς, Sanguinis effluviium scripta aut a Αιμαχίτης, Vena sanguinaria, derivata vox.*

† **EMATIO.** Charta Fundationis Trisa-

gii Ord. Cisterc. inter Instrum. tom. 2. Gall. Christ. col. 422 : *Præterea dedit eisdem Monachis alias terras, quas ab aliis, tam per Emationem, quam per Emptionem eis acquisivit. An pro Cambitio, Permutatio, Gall. Echange?*

† **EMATRIUM,** Moneta minutior, ut videtur. Gregor. Monach. in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 421 : *De casale Nictonis Caroci cum suis consortibus denarii XXII. et x. Ematria.*

\* **EMATURO,** [Maturare, maturum facio. *Eumen.* *Gratiar. act. ad Constantin.* 10. Ver fruges elicit, calor *Ematurat.*]

† **EMAUDUS,** Gall. *Email,* Ital. *Smalto,* Encaustum. Inventar. Ecclesiæ Anic. ann. 1444 : *Item duo tasselli argenti pro cappis ponderis XII. unciarum et dimidiæ, quorum unus est quadratus ad modum voraginis, cum uno Emaudo cadrato, et in quatuor cornibus quatuor lapides. Sunt qui hanc vocem deducunt ab Hebræo *Hasmal,* quod bis legitur apud Ezechielem, quodque *Electrum* vertit S. Hieronymus.*

† **EMAX,** Tenuis, macer ; vel qui amat aliquid emere. Papias. Posteriori significatu Latinis haud ignotum. Gloss. Lat. Gall. : *Emax, Achetable.*

**EMBADIA** FORMA. Anonymus Grammaticus : *Termini si duo in unum fuerint, Embadium formam ostendunt : si autem ambo quadri fuerint, naturalem lapidem in 15. pedes ostendunt, etc.* Έμβάδια et έμβάτα Græcis dicuntur τὰ τῶν άνδρῶν ύποδήματα, ut est apud Varinum.

\* Adde ex Animadv. D. Falconnet : *Embadon,* Area circuli, apud Auct. Geomet. et Gromat. vulgatum ab Andr. Schott. inter Auct. Rei agrar. edit. a Gæcio sub tit. *Ordines finitionum* pag. 247. In Varino scribitur : Έμβάδα, τὰ ύποδήματα άνδρῶτα. *Embas, adis, έμβάς, cothurnus,* in Lex. Martin.

\* **EMBALMATA,** Alexandro capitulo de Reumatismo ventris, sunt intinções seu salsamenta in quibus morselli contingunt. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* **EMBAR.** [Impatiens. DIEF.]

\* **EMBARICIA.** Stat. Guil. archiep. pro universit. Tolos. ex Cod. reg. 4222. fol. 68. vº : *Cum... institores seu stationarii hujus studii, per quos deberet pandi et aperiri major copia librorum, et fori Emarbaricia carissima librorum et raritatem inducant. Ubi fortassis legendum, *Exuberantia,* pretii scilicet immoderatio.*

\* **EMBASIS,** [Balneæ. Gloss. Cyril.]

† **EMBASSATOR,** Legatus, Gall. *Ambassadeur.* Legitur apud Rymerum tom. 3. pag. 703. col. 1. Vide *Ambascia.*

\* **EMBAXARIA,** Legatio, mandata rei cuiuscumque faciendæ alicui cura, provincia, Gall. *Commission.* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 21. ex Cod. reg. 4659 : *Statuimus quod in Embaxariis nullus mittatur, nisi semel in anno ; et intelligimus Embaxariam, si extra jacuerit per noctem. Hinc*

\* **EMBAXATOR,** EMBAXIATOR, Hisp. *Embaxador.* Legatus, ibid. cap. 2 : *Arbitrio consulum omnium vel præsentium relinquatur utrum ipsi ierint vel miserint Embaxatores pro facto communis, et possint molire Embaxatores longe per duas dietas. Lit. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 186. col. 1 : De bona intentione, quam erga civitatem nostram atque Embaxatores nostros vobis pridem missos, etc. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 70. col. 2 : *Cum ipsi legati... ad ipsum nostrum regem accederent, gentes bas-**

*tardi Caylarii... dictos Embaxiatores inter Lunellum et Montempessulanum morti inhumaniter tradiderunt. Embaiseur, in Lit. ann. 1407. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 297. et Embaxadeur, in aliis Lit. ejusd. an. ibid. pag. 310. Vide Embassador et infra Embaxiator.*

† **EMBAXATURA,** Legatio, Ital. *Ambasciata,* Gall. *Ambassade.* Occurrit apud Sebast. Fanton. Histor. Avenion. tom. 2. pag. 110. in Charta ann. 1251.

† **EMBAYSARIA,** EMBAYATORIA, Eadem notione, in Statutis Arelat. MSS. art. 76. *Embayssaria,* in Conventione Caroli Comititis Andegav. et Provincia cum Arelatensibus ann. 1251. e MS. D. Brunet fol. 58. verso.

† **EMBAXATOR,** EMBAYSSATOR, ut *Embassador,* in iisdem Statutis art. 76. et 78.

**EMBDOLA,** *Idola.* Papias. [In Amalthea legitur *Emdola.*]

\* **EMDOLA,** Consilium, molitio, militaris expeditio, ut videtur, Gall. *Entreprise.* Charta ann. 1294. ex Reg. comit. Fuxens. : *A generali et felici expeditione vel Embela principis et domini regis Franciæ, quod pro deffensione regni sui, in quo publica versatur utilitas, possit vel debeat excusari. Vide infra Empresa.*

† **EMBLA,** Equus sarcinarius, sic dicitur ab *Embola,* Transvectio mercium. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXVI : *Unum præesse Subzemblerio et Embleris nostris volumus, qui Emblerius major debeat nuncupari et de nostris Emblis sit sollicitus. Pluries ibid. occurrit Zembia, eadem notione, z ut videtur, addito euphonia causa. [\* Amblador cavall, Catalonice Gradarius, tolularius equus. Gallice Cheval qui va l'amble. Vide Forcellinum in *Ambulatura* et infra *Equus Ambulatorius.*]*

**EMBLASMA,** pro *Emblema.* Testamentum Perpetui Episcopi Turonensis : *Juliæ Perpetuæ Crucem parvam ex Emblasmate, in qua sunt de reliquiis Domini do, lego.*

**EMBLEMA,** ex Gr. έμβλημα, quod operi cuiquam adjicitur ornatus gratia, Opus tessellatum, musivum, etc. *Eminens sculptura,* Joanni de Janua dicitur. Papias : *Emblema, superabundantia, vel obscuritas, quod celatur.* Gloss. Lat. Gall. : *Emblema, sculture apparente, ornement de vaisseau.* Dudo lib. 3. de Morib. Normannor. pag. 90 : *Supellectilium ubertate locuples, rerumque omnium Emblemate dives.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini :

Emblema, gemma, lapis, toreumata, thura, falerna.

Rabanus apud Browerum Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 10 :

Ecce Crucis lignum, quo Christus sæcla beavit, Emblemate inclusum arx tenet ista Crucis.

Ubi, ut et apud Fortunatum, secunda corripitur. Vita S. Sori Eremitæ n. 6 : *S. Martyris mausoleum opere polymito, auro gemmisque miro construxit Emblemate.* [\* Vide Forcellinum.]

† **EMBLERIUS,** Cui cura jumentorum sarcinariorum est commissa. Vide *Embla.*

1. **EMBOLA,** Transvectio mercium, quæ in navim injiciuntur. *Felix Embola,* in leg. 2. C. de Navibus non excus. lib. 11. tit. 4. in Nov. Theodos. de Navib. ultra, etc. Άϊα έμβολή, in Edicto Justiniani 13. cap. 4. § 1. ubi sic appellatur solemnitas et annua *Emblacium specierum transvectio,* quæ ex Ægypto fiebat CPolim, quæ alias *sacra Embola* dicitur in



leg. 10. C. de Sacros. Eccl. (1, 2.) et Nov. 168. cap. 2. est enim ἐμβολή quidquid εἰς ναῦν ἐμβάλλεται, ut observatum a Salmasio ad Vopiscum pag. 387. [Ut felix esset Embola Romani singulis annis apud Ostiam sacrificium instituerant placandis ventis et sedando mari, similiaque sacrificia habebant pro conservatione fructuum, florum, etc.] Thwroczius in Salomone Rege Hungar. cap. 49: *Rex igitur et gloriosi Duces fere omnibus paganis interfectis, et omnibus Christianis a captivitate liberatis, una cum felice Embola totius Hungariæ, cum triumpho victoriæ, gaudentes redierunt.* Vide Blazium Ortizium in Itinerario Adriani VI. Papæ n. 44. pag. 460.

¶ EMBOLANUS. Vide in Embolus.

2. EMBOLA, Alia notione, si tamen mendum non est, in Charta ann. 1272. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 56: *Dicit, sibi videtur jus commune esse domino regi, cum in adventum regis majestatis et suæ felicis Embolæ, omnes, omnium cessante privilegio, certatim debeant Occurrere, et ei sua ministeria exhibere. Quod si legatur, et suæ felicis sobolis?*

1. EMBOLIS, EMBOLUM, EMBOLIM, Græcis ἐμβολισμός, Additio, additamentum, proprie autem dicitur, quod Epistolæ jam scriptæ additur, vel quod extra præcipuam illius materiam ad calcem rejicitur. *Chartam insertitium* vocant Centuriatores Magdeb. alii *Postscriptum*. Epistola Pauli PP. ad Pipinum Regem: *In Embolim vero dixit nobis a Deo protecta Excellentia vestra præfatum vos Desiderium admonuisse, Reges Neapolitanos ac Cajetanos constringere, ob restituenda patrimonia protectori vestro B. Petro, etc.* Alia Adriani PP. ad Carolum M.: *Emitis nobis Stephanus Neapolitanus Episcopus per suos apices, in quibus Embolum posuit, significans nobis de nefando Adalgiso, etc.* Vide tom. 8. Hist. Franc. pag. 717. 745. 747. 770. Baron. n. 860. num. 35. etc.

EMBOLIM, Eadem notione, apud Leonem III. Epistol. 5. 9.

2. EMBOLIS, seu EMBOLUM, apud Scriptores Ecclesiasticos, dicitur pars illa qua clauditur Dominica oratio *Sed libera nos a malo*, quia, ut ait S. Cyprianus Serm. 6. et ex eo Amalarius lib. 3. de Eccl. Offic. cap. 29, in consumptione orationis venit clausula, universas petitiones et preces nostras collecta brevitate concludens. Ordo Romanus: *Sequitur in altum Prefatio Dominicæ orationis, et Oratio Dominica cum Emboli sua, in qua tres articuli orationis inveniuntur.* Vide Card. Bona Lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 15. n. 2.

\* Pro conclusione cujusvis officii ecclesiastici usurpari videtur, in Ritual. MS. eccl. Senon. in Cœna Dom. fol. 70: *In eo vero loco ubi solemus uvas benedicere, consecratur oleum pro infirmis concluditurque conclusione, Per quem hæc omnia semper Domine bona creas, etc. Unde intelligimus Embolum esse supra dicti officii.*

¶ EMBOLISMALIS ANNUS. Gervasius Tilber. Otiorum Imperial. cap. 6: *Est ergo annus circumvoluto sidereum, et hic nunc Lunaris constans CCCLIV. diebus, nunc Solaris constans ex CCCLXV. et quadrante, scilicet sex horis. Nunc Bissextilis constans ex CCCLXVI. diebus; nunc Embolismalis, id est, Superæcrescens, qui CCCLXXX. dies excedit, habens tredecim lunationes.* Vide mox Embolismus 1. et supra vocem Annus pag. 293.

1. EMBOLISMUS, ἐμβολισμός, Saltus lu-

næ seu superæcrescentia anni solaris super lunarem, [sive ut loquitur Isidor. lib. 6. Orig. cap. 17: *Superaugmentum, eo quo expleat numerum annorum communium quibus undecim lunares dies deesse cernuntur,*] de quo præter Durandum lib. 8. cap. 10. et cæteros Compositistas, sic vetus Codex Victorinus: *De primo Embolismo. Sunt Epactæ 22. in primo anno Embolismi, tertio in ogdoade. Ideo Luna in Kl. Septemb. et Octob. est 27. in Kl. Novemb. et Decemb. 29. quæ ipsorum est Luna 2. quæ est prima 4. Nonas Decemb. et finitur 32. Kl. Januar. Embolismi est. Ipsa autem Luna, quæ est prima in Kl. Januar. ipsius est, quam 30. terminare debes, si autem bissexatus fuerit in illo anno 30. sunt 4. lunationes simul, id est Embolismi Januar. Februar. Martii. De secundo Embolismo. Secundo anno Embolismi, sexto in ogdoade, sunt Epactæ 25. et est Luna in Kl. Sept. 30. quæ ipsius est. Luna vero quæ est prima 4. Non. Sept. 30. in Kl. Octobr. Embolismi est. Luna quoque quæ est prima, 6. Non. Octobr. et 3. Kl. Novembr. finitur 29. Octobr. est. Ipsa autem quæ secunda in Kl. Novembr. et Decembr. habetur, ipsorum est: quæ vero est in Kl. Januarii 4. ipsius est. De tertio Embolismo. Sunt Epactæ 17. tertio anno Embolismi, ultimo in ogdoade, et 10. est Luna in Kl. Sept. et Octobr. 22. in Kl. Novemb. et Decembr. 24. in Kl. Januar. 26. in Kl. Febr. 27. in Kl. Martii 26. in Kl. April. et Maii, 27. in Kl. Junii et Julii, 29. in Kl. Augusti prima, in Kl. Septembr. 3. Unam etatem Lunæ in Kl. April. et Maii non invenies Epactas et regulares, ideo quod Luna, quæ 2. Non. Martii est prima, et in Kl. April. 27. ut supra dictum est, et 2. Non. April. 30. Embolismi est. Lunatio, quæ prima cognoscitur esse in Non. April. Aprilis est et Paschalis, quæ 30. in 14. Kal. April. terminatur. Illa autem quæ prima est 4. Non. Maii, et 4. Non. Junii est, 30. Maii est. Ita autem quæ 6. Non. Julii est, 1. et 2. Kl. Aug. 30. Julii Luna est: quæ vero prima in Kl. Augusti est, in Kl. vero Sept. 4. sicut ordo postulat. Nam si non esset una etas Lunæ in Kl. April. et Maii, non 14. sed 15. Luna eveniret in Paschali termino, qui est 14. Kl. Maii, et fieret error in Pascha, sive in Kl. mensium. De quarto Embolismo. Sunt in 4. anno Embolismi, 3. in Endecade, Epactæ 20. estque Luna in Kl. Sept. et Octobr. 25. in Kl. Nov. et Decembr. 27. quæ ipsorum est Lunatio, quæ 2. Nov. Decemb. notatur prima, et 29. in Kl. Jan. et 29. Non. ipsius Embolismi est. Illa quoque quæ prima in Non. Januar. et 30. in Kl. Febr. Januarii est. Et ipsa quæ inchoatur 1. 4. Non. Febr. et 6. Non. Mart. 29. Febr. est. Luna itaque quæ prima est 5. Non. Mart. et in Kl. April. 30. Martii est. Ipsa quæ est 1. 4. Non. April. Aprilis est, nec non et ipsa, quæ prima est Kl. Maii, Maii est. Si bissexatus eveniret 4. Lunæ 30. erit idem Embolismi Januar. Mart. Febr. De quinto Embolismo. Sunt in 5. anno Embolismi, 6. in Endecade, 23. Epactæ, Lunaque in Kl. Sept. et Octobr. 28. in Kl. Nov. 30. quæ ipsorum est. Illa autem, quæ in 4. Non. Novemb. est, 1. et in Kl. Decembr. 30. Embolismi est. Luna vero quæ in 4. Non. Decembr. prima terminatur, ac 4. Kl. Jan. 29. prænotatur, Decembrii est, et quæ est 2. in Kl. Jan. Januarii est. Reliquæ autem Lunationes rectum cursum tenent. De sexto Embolismo. Sexto anno Embolismi, 9. in Endecade sunt Epactæ 26. nullatenus tamen Lunam Embolismi per ipsas Epactas reperies, nisi ad Epac-*

tam omni communis superioris, quæ est 15. revertaris: secundum quem Luna est in Kl. August. 29. quæ illic terminata ipsius Augusti est. Illa autem quæ 4. Non. Aug. prima prænotatur, 30. pridie Kl. Sept. Embolismi est. Nullus error nullumque ccisum oritur in ipso anno inter Embolismum et regulares. Luna quoque quæ prima notatur in Kl. Sept. ipsius est, cætera autem suum tenent ordinem. De septimo Embolismo. Septimo anno Embolismi, in Endecade 11. decennovenalis sunt Epactæ 18. ideoque Luna, quæ in Kl. Januar. 27. habetur, ipsius est: ipsa autem, quæ in Kl. Febr. 28. Febr. est, nec non et ipsa, quæ notatur in Kl. Mart. 27. ipsius est. Luna vero quæ computatur 1. in 3. Non. Mart. et 28. in Kl. April. 30. et in 3. Non. April. Embolismi est: ipsa autem quæ 1. 2. Non. April. et 28. in Kl. Maii, et 29. 6. Non. ejusdem, Luna Aprilis est. Illa quoque quæ est prima 5. Non. Maii, 30. in Kl. Junii Luna Maii est. Iterum ipsa, quæ est prima 4. Non. Jun. et 29. prid. Kl. Julii, Luna Junii est: nec non et illa, quæ prima est in Kl. Julii 30. et in 3. Kl. Aug. quæ est saltus Ægyptiorum, Luna Julii est, ipsaque quæ non 2. secundum compositum; sed tertia computatur propter saltum in Kl. Aug. et 29. 6. Kl. Sept. Augusti est. Illa quoque quæ iterum prima est 5. Kal. Sept. et 36. Kal. Octob. Sept. et iterum ipsa, quæ prima est 5. Kal. Octob. et 29. 8. Kl. Novemb. Octobris est: ipsa vero quæ et iterum 1. est 7. Kal. Nov. et 7. in Kal. ejusdem, 30. quoque 8. Kal. Decembr. Novembris est.

2. EMBOLISMUS. Thomas Cantipratanus lib. 2. de Apib. cap. 15. § 2: *Quamquam et via aliter dici potest, cum quis in una virtute præpollat, ut in abstinentia, parsimonia cibi, eosque qui Embolismum, vel naturaliter, vel usualiter patiuntur secum abstinere etiam cogit invitos.* Ubi Colvenerius re cum Medicis collata, censet Embolismum hic perperam dici pro bolimo, seu βολιμῶ ingenti nempe fame; qua de voce, præter Medicos, A. Gellius lib. 16. cap. 3.

¶ EMBOLUM. Vide Embolis.

EMBOLUS, IMBOLUS, Urbis angiportus Græcis Βυσαντινός, Ἐμβολός. [Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ad ann. 1157: *Amicum de Mirto Constantinopoli legatum miserunt pro exigendis Scalas et Embolo promissis.*] Charta ann. 1161. apud Ughellum in Archiep. Pisanis: *Fibi... concedimus Ecclesias videlicet, Embolum, et Scalas, et Stateram, quæ sunt in CPoli.* In alia ann. 1224. apud eundem, fit mentio Emboli Pellipariorum in urbe Pisana, nos diceremus, le quartier des Tanneurs. Ita Cinnamus lib. 6. n. 10. ait, ab Alexio Comneno Imp. concessum Venetis στενωπὸν ἐν Βυζαντίῳ ἂν Ἐμβολὸν ὀνομάζουσαν οἱ πολλοί. Sic autem appellabant Byzantini ut plurimum porticum, quæ in urbe sparsim erant: unde postea vox ipsa regionibus, in quibus eæ erant, attributa, ut docuimus ad Alexiadii Annæ pag. 160. Papias: *Imbuli dicti, vel quia sub volumine sunt, vel quia sub his ambulamus, sunt enim platearum porticus hinc inde.* Charta ann. 1208. apud eundem Ughellum tom. 7. pag. 278: *Et apotheca in Imbulu Amalfiz.* Hinc emendandus Erkempertus edit. Caraccioli pag. 45: *Tota urbs Sicopolis igne cremata est, ita ut ne una quidem domus remaneret inusta, præter Empolis aulam.* Legendum Emboli aulam.

EMBOLANI, Qui in Embolis istis commorabantur, aut potius, qui iis præerant. Charta laudata ann. 1161: *Ita ut*

neque Archiepiscopus, neque Consules Pisani, neque Missatici, neque Vicecomes, neque Embolani, qui modo sunt, vel pro tempore erunt, nec aliqua persona occasione Pisanae civitatis potestatem habeant aliquo modo de praedictis omnibus vendendi, vel pignorandi, aut alienandi.

\* **EMBOSSARE**, Os obstruere. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 16. r°: *Philippus de Lernaco domicellus et Petrus de Area dixerunt sibi, quod quadam nocte invenerunt dictum beguinum in ponte de Alato, et statim ceperunt, et Embossaverunt eum taliter, quod non posset clamare.*

**EMBOTUM**, Infundibulum, Occitanis *Embut*, nostris *Entonnoir*. Hinc **EMBOTUM** dicta concavitas palati, quod infundibuli vicem praestet. Constantinus Afric. lib. 3. Pantech. cap. 11: *Hæc via quanto plus descendit, tanto magis se rotundat atque stringit, cuidam postea jungenda glandi, quæ concava et rotunda sicut sphaera, vicinatur ossi colorio simili. Hoc autem os superpositum est palato. Concavitas ista Embotum est vocata; quia sicut vinum per Embotum, ita superfluitates nostræ grossæ per hanc influunt. Embotum autem illud ex pelli- culis componitur a secundina matre egredientibus, etc.* [Vide *Embutum*.]

**EMBRACITORES**, J. C. Anglis et Cowello lib. 4. Instit. cap. 52. dicuntur causarum personarumque illiciti defensores, qui suas pœnas sibi constitutas habent, a Gallico *Embrasser* appellati, quod quascumque causas defendendas suscipiant et amplectantur. Anglis, *Embrassour*, vel *Embracementur*. Vide Rastallum.

† **EMBRASEMENTUM**, Exustio, incendium, Gallice *Embrassement*. Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1831. pro Alta justitia Monasterii Bonæ-vallis, ex Archiepiscopi ejusdem loci: *Super casibus simplicis occisionis, Embrasamenti, facti in latrocinio, thesauri inventi et recolati, etc.*

\* **EMBREXIUS**, Tegulæ species, Imbrix, Ital. *Embrice*. Convent. Saonæ ann. 1526: *Quod fornaxarii debeant pro unaquaque fornaxata sive cocta laterum, ... seu tegullarum, vel cupporum, aut Embraxiorum, etc.* Vide infra *Imberx* et *Imbrium*.

**EMBRIMIUM**, in Glossis MSS. *Matta ex grosso papiro tenuiter pectinata*. Casianus Collat. 1. cap. 23: *Isdem ipsis, quibus insidebamus psithiis admonens incubare, Embrimii pariter capiti nostro cervicalium vice suppositis, grossioribus papyris in longos gracilesque fasciculos coaptatis. Embrimii mentio est etiam apud Cyrillum in Vita S. Euthymii Abb. n. 90. et in Apophthegmat. Patrum num. 7. Vox, ut videtur, egyptiaca, cuius notio hic satis indicatur, quæ etiam reponenda videtur in Regula S. Pachomii cap. 14: *In die Dominica, vel oblationis tempore, nullus debeat de hebdomadarius, sedens in loco Ebiymii, psallentique respondens, ex una duntaxat domo, in majori servat hebdomade*. Nam quod ad hunc locum commentatur Holstenius, vix probem, qui *Ebiymium* esse præcentorem vel cantorem existimat, voce ab Ægyptiis ex Græco ἐβύμιος, aut ἐβύμιος, detorta. Frustra etiam vocem hanc Casaubonus Exercit. 1. ad Annal. Baronii suspicatur formatam a ἐβίειν, *dormitare*, et somnum levem capere. [Vide Gloss. mediæ Græc. in Ἐβύμιον.]*

\* **EMBRIS**. [Temperies. DIF.]

**EMBROCARE**, ἐμβροχεῖν, seu ἐμβροχῆν facere, infundere. Glossar. S. Benedicti cap. de Medicina: *Fomentum, ἐμβροχῆ.*

*Matth. Silvaticus: Embroca, i. infusio, quam nos dicimus fomentum: et Embrocatio, i. infusio, scilicet quando ab alio infunditur et aspergitur. Occurrit non semel apud Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. Passionum. Vide Gorraëm in Ἐμβροχῆ.*

\* **EMBROERE**, f. Glutino linire. Gall. *Empeser*, vox artis pannificæ, in Stat. renovat. ann. 1466. pro pannif. Carcass. ex Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod paratores dictæ villæ Carcassonæ seu ministeriales (ministeriales) ejusdem debebunt et tenentur bene, decenter et sufficienter parare et aptare dictos pannos, tam in garniando, quam in versando et Embroendo.*

**EMBRUM**. Gloss. Lat. Græc.: *Embrum*, πραγματικός, ἐπιδαδής. leg. forte πραγματίας, vel πραγματικός, negotiosus, in Gloss. Gr. Lat. Nescio, an ad hanc vocem spectent hi versus ex veteri Poemate vernaculo MS. cui titulus est: *Le Roman du Chevalier au Barizel*:

Ains trueve les gens si Embrons  
Et si creux et si felons.

[Le Roman de Floire MS :

Sire merci de nos Barons,  
Que ge vois pensais et Embrons.

Le Roman de Partonopex MS :

Partonopex se tient Embrons  
Trestot les jors tant com est long.]

\* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. leg. *Embrum*, πράγματος ἐπιδαδής. Vide Scaliger ad Festum in *Embro*. Nihil emendandum puto; si quidem vox Gallica *Embron*, idem mihi videtur quod vulgare *Embarassé*, negotiis distentus; unde interdum, pro Solicitus, morosus, iracundus; hinc forte *Embruir*, Irasci, invadere, et *Embruissement*, Aggressio. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 156: *Iceilui Valerin s'avance et se Embruy si fort et tellement contre ledit prestre, que dudit coutel il le bleca*. Aliæ ann. 1866. ex Reg. 97. ch. 152: *Lesquies par maniere d'assault et d'Embruissement, à armes decouvertes... vindrent audit hostel, etc.* A voce *Embron*, vel ab *Inbricare*, haud dubie, *Embronchier* dixerunt, ut hominem dubium et incertum significarent. Vita J. C. MS :

Pilates fu moult Embronchiés;  
Car bien sot c'a tort fu jugiés.

\* Et certe *Embruncher* et *Embrunchier* passim, pro Implicare, involvere, tegerè, operire, vulgo *Embarrasser*, *entortiller*, unde *Embrunchement*, ipsa involutio. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 123. ch. 174: *Iceilui Henri vint contre Guillaume Gourden, et lui Embruncha son chaperon, et lui donna du poing sur la teste*. Aliæ ann. 1395. in Reg. 147. ch. 222: *Leurs chaperons telement Embrunchiez entour leurs testes, que on ne les cognoissoit*. Rursum aliæ ann. 1410. ex Reg. 165. ch. 68: *Iceilui Tassart frappa le suppliant d'un baston, tant qu'il lui embruncha son chaperon devant ses yeulx; et ledit suppliant qui ne veoit goutte, pour cause dudit Embrunchement, etc.* Vide infra *Inbricare*. Hinc *Embroiloir* appellatur baculus quidam ad usum carri, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. ch. 326: *Un baston appellé Embroiloir de charrette.*

\* **EMBRUMIA**, *Matta*, Gall. *Natte*. Andr. Floriac. MS. lib. 2. Mirac. S. Bened.: *Correptis itaque a Deifica mensa pepelis, nullumque signum reperientes exustionis,*

*simulque omnia salva animadvertentes, usque ad minimam Embruniarum stipulam, etc.* Vide *Embrimium*.

\* **EMBUBA**, Arabice, *Sugtorium*, scilicet *canula*, qua sugitur aqua, vel aliud liquidum quod cadit in aurem. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**EMBUCHIE**, *Insidiæ*, ex Gall. *Embuches*, occurrit apud Continuatores Nannii ann. 1858.

\* Nostris *Embrunche* et *Embuchement* vel *Embuchement*, pro *Embucade*; a verbo *Embucher*, *Insidiari*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 278: *Iceilui Guillaume vint par une nuit acompaigné de deux compaignons et se Embucha près du Chastel*. Aliæ ann. 1381. in Reg. 120. ch. 144: *Le suppliant... se mist en Embrunche acompaigniez de plusieurs autres en certaine granche près du chastel de Cousant tous armez. Les dessus nommés ont fait plusieurs Embuchemens environ la maison du suppliant pour le trover et cuidier mettre à mort*; in aliis ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 287. Guill. Guiart. ad ann. 1194:

Mais entre Blais et Fronteval,  
Orent un jour celèvement  
Anglois fait un Embuchement  
En une forest, etc.

Vide infra *Imbosca*.

**EMBULUM**, *Rostrum navis*, ἔμβολος. Fragmentum Petronii: *Quorum imam partem, quasi Embulum navis æneum finiebat*. Hesychius: Ἀρσενικῶς δὲ φασὶ τὸν τῆς νεῦς ἔμβολον τὸ γὰλκωμα τὸ περιτέθει- μενον κατὰ τὴν πρόραν.

† **EMBUNUM**, ut *Embutum*, in Inventario anni 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Din. num. 88.

† **EMBUTUM**, ut supra *Embotum*, Infundibulum. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53: *Abbas debet habere ibi semales, lagenas, Embutum, cancellum, et acetum, et vas, in quo teneatur.*

\* Inventar. ann. 1320. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Item unum Embut et duas calcadoyras. Item unum Embutum, in altero ann. 1379. Ensonnil, eadem acceptatione, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 336: *Le suppliant se transporta en l'ostel de son frere, pour avoir et prendre unq sien entonner ou Ensonnil, qui y estoit à entonner et couler son vin.**

\* **EMCONBRARE**, pro *Enconbrare*, Oppignerare. Scaar. S. Mich. ann. 1210. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 17. v° col. 2: *Debet deliberare hoc quod elemosinavit et Enconbravit de feodis lorice et escaetis*. Hinc *Amconbrer*, pro Possessionem censu aut annuo reddito onerare, in Charta ann. 1255: *Et ce cist éritage estoit Amconbrés de wagiere ou de sans (cens) ou d'autre chose, etc.* Vide infra *Incombare* 2.

† **EMDOLA**, *Idola*. Vide *Embdola*.

\* **EMEATUS**. [Emensus. Ammian. 29. 5. *Emeato mari cum classe, quam ductabat, defertur ad Mauritaniam litus*.]

**EMEDIUM**, *Vehiculum*, in Glossis Isid. et Pithœanis. [Grævius putat scripsisse Isidorum, *Epirhedium* ex Juvenali Satyra 8. vers. 66:

Tritoque trahunt Epirhedia collo  
Seginpedes.]

\* **EMELIGUS**, *Jugleour*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Aliud Lat. Ital. MS: *Emelicus, lo jocolatore.*

1. **EMELIORARE**, *Meliorem reddere*. Veteres formulæ Pithœi cap. 88: *Et*

*quidquid ibidem adtrahere et Emeliorare poteris.* Occurrit præterea apud Baldricum Novium lib. 2. cap. 35. [Sirmondum Formula 35. Martenium tom. 1. Ampliss. Collect. col. 16. etc.] Hinc *Emelioratio*, quod nostris *Amelioration* dicunt. Vetus Charta apud eundem Baldricum lib. 1. cap. 52: *Hæc omnia cum omni integritate et Emelioratione ad præfatam Ecclesiam revertantur.* Infra: *Ullo modo non habeamus potestatem dandi, vel commutandi, aut alienandi, nisi ad salvandum, et Emeliorandum.* [Formularia res apud Marculfum lib. 2. Formula 5. Sirmondum Form. 18. 34. etc.] Vide *Meliorare*.

\* *Emmudrement*, eadem acceptio, in Charta ann. 1235. ex Chartul. sign. Decanus S. Petr. Insul. fol. 129. v°: *Le vallent de l'œc, sols doit il laisser à l'em-mudrement de la maison.*

\* 2. **EMELIORARE**, Corrigen, emendare. Conc. Ratispon. ann. 982. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 53: *Tum demum hi, quibus maxima cura est injuncta pastoralis, semetipsos fraterno caritatis amore monere curabant, ut si aliquid in semetipsis dignum esset emendationis, haud segniter Emeliorare stude-rent.*

\* **EMELLUS**. Charta ann. 1424. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Constitutus in præsentia et audientia magnifici et potentis viri dom. Hectoris de Petra... in parvo Emello inferiori hospitalis Christi pauperum S. Spiritus ipsius civitatis.* Sed male lectum aut scriptum pro *tinello*. Vide *Tinellus*.

\* **EMELUMENTUM**, pro Emolumentum, in Charta ann. 1265.

† **EMEMBRARE**, Membra truncare. Fulcherius Carnot. Præfat. in Hist. Jerosol.: *Quos... audivimus... pro amore Christi Emembrari, crucifigi, excoriari, sagittari, secari, et diverso martyrii genere consummari.* Et metaphorice in Edicto Philippi III. Franc. Regis ann. 1275: *Ita tamen quod pro elemosynis, seu admortisationibus hujusmodi, eorum tenentur non Emembrantur, seu etiam deformentur.* Vide *Emembrare*.

\* *Emoignier* et *Esmougnouner*, eodem sensu, in Charta Edwardi I. reg. Angl. ex Lib. albo domus publ. Abbavil. fol. 19. v°: *Ou il avenoit aus (les bourgeois d'Abbeville) Emoignier chu messiteeur d'aucun membre en aus defendant, etc. Ou il avenoit aus Esmougnouner chu messiteeur, etc.* in Ch. Alienoris ejus uxoris ibidem.

† **EMEMBRIS**. Sine membris, nervis. Gloss. Lat-Gall. Sangerm. MS: *Emembris, Sans membre, c'est sans force.*

**EMEMOR**, Oblitus, Papiæ [et Joan. de Janua.]

1. **EMENDA**. Pecuniaria mulcta, compensatio damni, emendatio, quæ arbitrio judicis irrogatur. Willelm. Armoric. lib. 1. Philipp. pag. 103:

Quod quicquid tulerant clero clerive colonis  
Præcedente prius Emenda restituerunt.

Differt vero *mulcta* ab *emenda*: *mulcta* enim iudici, *emenda* parti læsæ datur. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 53. § 2: *Judeæ in suo iudicio mulctam habet, et non Emendam*, [\* Germ. *Gewedde unde nene Bute*] eo quod *judeæ* agere non potest et *judicare*: nemini vero *emendatur*, nisi actori. Ideoque illustribus *Emendam* non *competere*, *injuste* ab aliquibus *vulgatum* est. Lib. 1. art. 53. et lib. 2. art. 6. *Emenda* definitur *satisfactio*. Sed et hoc notandum, quod *legitur* art. 5: *Post quindenam reddenda sunt debita, quæ in iudiciis acquiruntur: post sex hebdoma-*

*das mulcta, et post mulctam per quindenam præstatatur Emenda, etc.* Adde lib. 1. art. 8. § 4. art. 42. § 3. art. 53. § 4. lib. 2. art. 8. 11. § 1: [\* Vide *Boeta* 3. et *Grimmii* Antiq. Jur. German. pag. 657. num. 13. ubi sæpe apud Germanos etiam *Emendam* iudicem spectare recte moneatur. Vide inter alias chartam ann. 1313. ap. Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 89.]

At secus obtinuit apud nos: nam *Emenda* iudicem spectat, vulgo *Amende*. Petrus de Vineis lib. 3. Epist. 37: *Semper crescit culpa, quamdiu differtur Emenda, et mora, quæ ingruit, donec purgetur, morosior judicatur.*

† Quod hic dicitur *Emendam* apud nos iudicem spectare, non ita accipiendum, ut nulla sit exceptio; legitimus enim in Litteris Caroli primogeniti Johannis Franc. Regis ann. 1357. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordin. pag. 206: *Si quis alicui aliqua convicta vel opprobria vel alia verba contumeliosa irato animo dixerit, et inde fiat clamor, dicto Bailliuo in duobus solidis et dimidio puniatur, et faciat Emendam injuriam passo. Et mox: Emendet injuriam passo. Consuetud. Augustæ Auscicorum MSS. art. 33: Item consuetudo est ibidem, quod si aliquis deliquerit vel damnum dederit alicui propter quod delictum vel damnum debeat condemnari ad Emendam faciendam injuriam passo et ad legem solvendam Domino, prius debet fieri Emenda injuriam passo, quam Domino solvi poena. [\* Vide *Emenda* 4. et 5.]*

\* **EMENDA HONORABILIS**, Mulcta honoraria, Gall. *Amende honorable*. Arest. parlam. Paris. ann. 1394. ex Cod. reg. 9652. 3. fol. 86. v°: *Petrus Burle, Petrus Guernerii... ad Emendam honorabilem faciendam nudi in camisis, facibus accensis in manibus suis tenentes (condemnarentur). Aliud ann. 1472: Horum ratione ad faciendam Emendam honorabilem in curia nostra... et ulterius pro emenda utili in 2000. lib. Paris. erga dictum Anaream condemnavit.*

† **EMENDA IN USU APPELLATIONIS**, de qua hæc in Antiquo Stylo Parlamenti part. 1. cap. 25: *Dum appellatur a sententia lata in patria Juris scripti, et per Curiam pronunciat bene judicatum, et male appellatum, appellans nullam debet Emendam, sed secus si sic pronuncietur in patria Consuetudinaria, quia appellans compelleretur ad solvendum Regi 60. libras Parisienses pro Emenda. Item ubi pronuncietur bene appellatum et male judicatum, si Judices sint patriæ Juris scripti, a quibus est appellatum, nullam debet Emendam, sive sint Judices regii, sive alterius; secus si sint patriæ Consuetudinariæ, quia tunc Judices regii, Baillivi vel Præpositi nullam debent Emendam, et si pronuncietur contra, scilicet bene judicatum, ipsi appellantes, si sint Baillivi alterius quam Regis, debent Domino 60. libras, si sint homines judicantes, debetur eis Emenda, juxta locorum consuetudinem unde appellatur: sed de stilo in hoc casu, vel alias per consuetudinem regni Franciæ generalem non est certa determinatio Emendæ. Item Judicibus regis nulla solvitur Emenda in casu predicto, quia in casu converso nullam solverent Emendam, sed Regi solvitur Emenda, etc.*

† **EMENDA DAMPNORUM**, quæ nobiles passi fuerant in servitio Principis, quæque ab eo erant compensanda, in Histor. Dalphinali tom. 2. pag. 262. ex Computo ann. 1334. [\* Vide *Emenda* 4.]

**EMENDÆ FACTÆ ET GAGIATÆ**, in Aresto ann. 1290. in Regesto B. f. 83. v.

*Emende de gage*, in antiqua Consuetud. Perticensi cap. 16. art. 19. *Gager l'amende*, in Consuet. San-Paulana art. 32. Statutum S. Ludovici ann. 1255. cap. 17: *Emendas autem pro maleficiis seu debitis, a Balivis nostris levari non volumus, nisi in foro, aut judicario publice de honorum consilio fuerint judicatæ, vel æstimatæ, quamvis antea fuerint Gagiatæ.*

\* **EMENDAM GAGIARE**, Vadem de emenda solvenda constituere, vel etiam mulctam solvere. Charta curiæ Camerac. ann. 1399: *Genu plicato per traditionem sui capituli Emendam gagiavit in manu dom. præpositi in ecclesia Cameracensi. Gagiavit emendam ad burellum*, passim in Memorial. Cam. Comput. Paris. Stat. ann. 1362. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 411. art. 7: *Tous les baillis et seneschaux en la fin de leurs assises, avant qu'il se partent, taueront toutes les Amandes gages.*

**EMENDA PPLICATA**. Charta Gallica ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Regis Fr. ann. 1299. ex Tabul. Regio num. 54: *Ce n'est pour leur propre dette connue ou prouvée, ou pour Amende ployée, ou connue ou pour plege, etc.* [\* Vide infra *Plicare Emendam*.]

**PLENA EMENDA**. *Plenæ Emendæ medietas*, in Legibus Opstalbomicis Frisiæ cap. 34. [\* Vide *Grimmii* Antiq. Jur. pag. 653. num. 8.]

† **EMENDA SIMPLEX** septem solidorum est et sex denariorum in Consuetudinibus Pictaviensi art. 25. 36. 76. etc. Engolismensi art. 14. et Angeriensi art. 8. 10. 11. *Grossa* vero est sexaginta solidorum vel plurimorum. Ita D. de Lauriere, apud quem aliæ etiam sunt emendæ, nimirum

† **ARBITRARIE**, quæ pro Judicis arbitrio, et *Consuetudinariæ* quæ Consuetudinibus locorum definiuntur. Sed hujus Cl. Scriptoris Glossarium est consulendum ad vocem *Emende*.

\* **EMENDA RECORDI**. Charta Aymer. vicecom. de Rupecavardi ann. 1296. in Reg. 77. Chartoph. reg. ch. 311: *Item Emendam recordi, videlicet quæ debetur et solvi consuevit ex eo quod aliquis cadit a recordo, taurcamus et reducimur ad quinque solidos tantum.* Vide infra *Recordum*.

\* **EMENDA UTILIS**, Pecuniaria. Vide supra *Emenda honorabilis*.

**INEMENDABILE DELICTUM** dicitur, quod *Emenda* vel *mulcta* pecuniaria non eluitur, sed morte punitur, aut est in Regis misericordia, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 12. *Leges Kanuti* §. 2: *Si quis intra parietes Ecclesiæ homicidium faciat, hoc Inemendabile sit.* Et §. 90: *Infidelitas erga dominum secundum legem sæculi Inemendabile est.*

**EMENDARE**, Mulctam inferre, perpetram actum resarcire, restaurare, reparare. *Leges Edwardi Confess. cap. 35: Domino Regi graviter Emendare debent.* Rigordus ann. 1209: *Et cum nullo ad hoc privilegio se tueri possent, generali consuetudine contra eos faciente, petiit Rex, ut hoc Emendarent. Ipsi autem Emendare nolentibus, Rex eorum regalia confiscavit.* Mox: *Emenda tandem facta et Regi soluta... recuperaverunt omnia, quæ a Rege fuerant confiscata.* Vide *Leges Bajwar. tit. 1. cap. 12. Finita causa et Emendata*, in *Lege Alamann. tit. 91. Emendatione data*, ut ibi statuitur. [\* Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 1072:]

Has medici voces confirmat curia clamans:  
Emendar eorum vel luere ausa decet;

Tam reus hic quater est abbas et episcopus idem,  
Quam lupus esse solit laicus atque rudis.  
Poena coarqua nefas aut Emendatio penset, etc.]

*Ecclesiae Emendatae vel restauratae*, Capit. Caroli M. lib. 1. cap. 122. [\*116.] [Synod. Aquisgrana can. 27: *Ut domus Ecclesiarum et tegumenta ab eis sint Emendata qui beneficia exinde habent.*] *Beneficia Emendata*, i. instaurata Capit. lib. 4. cap. 38. Adde Capit. 2. ann. 813. cap. 19. [Emendatio stagni, apud Th. Madox Formul. Anglic. pag. 276. *Emendatio Monasterii*, in Praecepto Caroli Calvi tom. 1. Ampliss. Collect. col. 163. *Emendatio domorum et septium*, apud Kennetum Antiquit. Ambrosden. pag. 78. *Emendare domum*, in Chronico Fontanell. apud Acherium. tom. 3. Spicil. pag. 230.]

† EMENDARE LEGEM SUAM, Mulctam lege vel iudicio illatam persolvere. Leges Caroli M. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 95. col. 1: *Si jurator vicerit, Legem suam accusator Emendet.* Chartular. Dunense Charta III<sup>ta</sup>. XIII: *Judicatum est Fururium* (qui arcem in alodio S. Martini fregerat) *legem suam Monacho Emendare debere, et Emendavit et totam persolvit.*

EMENDARE EQUUM, in Glossar. Sambuci ad Leges Hungaricas, est licitari, emptitare, seu potius alterum dare juxta valorem amissi: [quod maxime fieri consueverat a Principibus, qui equos in suo servitio amissos subditis nobilibus aliis restituere tenebantur. Hujus rei exempla plura profert doctissimus Auctor Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 48. et 49. Unicum exscribo: *Si vero Equus vel Equi morentur in servitio Domini Dalphini, idem Dominus Dalphinus teneatur ipsum Emendare.* Simili etiam modo usurpat Pet. de Vineis lib. 5. Epist. 69. [Pro emendis duorum equorum, quos amiserat in servitio... 50. lib. Morlanorum, apud Rymerum tom. 2. pag. 237. Vide Equi Apprettiati in Equus.]

† 2. EMENDA, Satisfactio seu Poena monastica delinquentibus imposita. Regula reformationis Monasterii Mellicensis ann. 1451. in Chronico ejusdem Monast. pag. 410: *Pro errorum diversitate in Cultu Divino commissorum solent secundum consuetudinem triplices fieri Emenda sive humiliactiones.*

† 3. EMENDA, Teli genus. Canonizatio B. Notkeri, Aprilis tom. 1. pag. 599: *Sagittarius cum per crus cum Emenda penetravit.*

\* 4. EMENDA, Damni reparatio, Gall. *Dédommagement*. Libert. Petre-assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647: *Quicumque voluerint possint absque licentia alicujus construere pontem super flumen Agoti, et firmatoria facere ubicumque videbitur eis fore expediens, facta emenda seu satisfactio.*

\* 5. EMENDA, Satisfactio de jure laeso, vel de illata injuria. Charta ann. 1202. in Chartul. Latinac.: *Hujus transgressionis praesumptionem publice in capitulo nostro, assistente conventu et multis aliis, tam militibus quam burgensibus et servientibus, per annulum suum in manu dom. Johannis abbatis Emendavit* (Blancha comitissa Trensensis). Alia ann. 1273. in Chartul. episc. Paris. fol. 138: *Mathaeus dominus Monmorenciaci miles.... Emendam fecit eidem episcopo, in episcopali domo Parisius in camera officialis Paris. de hoc, quod eos (militibus) non miserat, sicut tenebatur. Aliam notatu dignissimam satisfaciendi perperamque actum reparandi rationem, videsis supra in Caputium 1. Huc etiam spec-*

tant quae leguntur in Poem. Alex. MS. part. 2:

Douze furent par conte, chascun au poing tenoit  
S'espée par la pointe, que bien senehoit  
Misericorde ou mort, ou li s'ameilloit....  
O xij. compaignons (Emenidus) s'est à la voie mis  
Deschaus, en nues testes, en cotes de samis,  
Chascun tenoit s'espée toute nue à son pis....  
A jenoilhons se mist sor le marbre listé,  
S'espée li offri, quant il ot conjuré  
Par les Dieux de son regne, Venus et Dyané;  
Que face de son corps toute sa volenté,  
Ou de mort, ou de vie, ou li emprisonné.

† EMENDABILES INIMICI, qui recensentur in *Memento vivorum* Missalis MS. annorum circiter 600. apud Martenium Itiner. litter. tom. 2. pag. 206. il videntur qui sunt emendandi et de quorum conversione non est desperandum. *Emendabilis* Tito Livio et Seneca dicitur ille, qui potest corrigi.

† 1. EMENDAMENTUM, Incrementum, Gall. *Mélioration*, ut *Amander* dicimus pro *Méliorer*, *Méliorer* efficere. Charta Curiae Suess. ann. 1260: *Obligaverunt dictam domum cum omnibus appendiciis et cum omni Emendamento et acquestu.*

\* *Mellior rei alicujus status.* Charta Phil. V. ann. 1318. in Reg. donor. Caroli IV. ex Cam. Comput. Paris. fol. 3. r°: *Salvis eisdem Emendamentis seu meliorationibus quibuscumque, per eos circa loca firmarum... apponendis.*

† 2. EMENDAMENTUM, Donum in peccatorum remissionem Ecclesiae oblatum. Conventus Episcoporum apud Helenam ann. 1058. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 225: *Destructores Ecclesiae dederunt Emendamentum ad Canonicam S. Eulaliae pro peccatorum suorum redemptione.* Ibidem: *Dono et Emendo Deo omnipotenti et sanctae Eulaliae ad Canonicam, villam quae dicitur Salellas.* Ibidem: *Si quis... contra hanc scripturam donationis et Emendationis.*

† 3. EMENDAMENTUM, Panis de Emendamento f. Panis vilior, a Gall. *Amander*, quod interdum significat Rei alicujus pretium minuere. Contractus anni 1297. e Chartulario Fiscam.: *Quolibet die Dominica totius anni unum panem de Emendamento.* Alterum ejusd. Chartul. Instrumentum ann. 1302: *Et quolibet die unum panem de Emendamento, quem percipiebam ibidem ratione mei ministerii in pistrino.*

\* 4. EMENDAMENTUM, Emendatio: dicitur etiam de mensuris, quae ad exemplar exiguntur, et emendantur. Arest. ann. 1277. in Reg. 2. Olim parlam. Paris. fol. 37. r°: *Recordata fuit curia quod major et burgenses de Rupella in iudicio proprietatis super Emendamento et adjustmento mensurarum in Rupella contra dominum regem succubuerunt.* Stat. Massil. Mss. lib. 1. cap. 33: *Statuentes etiam quod illi qui voluerint esse cursores in predictum modum, antequam incipiant suum officium exercere, jurent ad sancta Dei evangelia... quod attendant omnia ubi in hoc Emendamento scripta sunt. Ubi edita habent, Emendamento.*

† 1. EMENDARE, Satisfacere, etc. Vide in *Emenda* 1. et *Emendamentum* 2.

† EMENDARE TERRAM, Gallice *Amander*, Illam stercoreare. Vide locum in *Faldare*.

\* EMENDARE CANDELAM, Emungere, Gall. *Moucher*. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiqu. Ital. med. aevi col. 883: *Et inter haec sciendum; quoties subdiaconus legit, unus duorum minorum custodum ebdomadriorum emungit, vel emendat*

*ei candelam in lectione.* Vide supra in *Emenda* 5.

\* 2. EMENDARE, Poenam solvere. Stat. Niciae inter Mon. Hist. patr. Taur. 1838. pag. 46: *Nec aliquis qui sit perjurio condemnatus, vel qui furtem emendaverit possit esse in camparia.* [FR.]

† 1. EMENDATIO, Mulcta pecuniaria, apud Lobinellum in Glossario ad calcem Histor. Britann. Marten. tom. 2. Collect. Ampliss. col. 81. *Prohibere super Emendationem*, Gall. *Defendre sous peine d'amende* in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 1989. Vide *Emendare* in *Emenda*.

\* *De plana Emendacione, douze deniers*, in Ch. commun. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 600. art. 2. Vide infra *Planus*.

† 2. EMENDATIO, Donatio facta Ecclesiae propter delictum. Vide *Emendamentum* 2.

† 3. EMENDATIO PANIS ET CERVISIAE, Jus statuendi pondus panis et mensuram cervisiae feudorum Dominis olim in Anglia concessum; unde in qualibet ejusdem regni jurisdictione inferiori etiamnum exstat *Ale-taster*, id est, Praegustator cervisiae, qui praestito primum sacramento invigilat, ne quid praeter leges fiat in venditione panis et vini. Instrumentum ann. 1123. apud Kennetum in Antiquit. Ambrosden. pag. 196: *Ad nos spectat... Emendatio panis, panis, et cervisiae, et quidquid Regis est, excepto mureddo et latrocinio probato, prout chartae nostrae testantur.*

\* Malim de mulcta pecuniaria interpretari; quae scilicet ab iis exigitur, qui fraudem in venditione harum rerum committunt.

\* 4. EMENDATIO, Lectio. Caerem. vetus eccl. Carnot. Ms. in Nativit. Dom.: *Puer cum candelabro et cereo praecedit subdiaconum ad Emendationem epistolae.*

† 1. EMENDATOR, Magistratus in urbe Janua, fortassis idem qui Censor apud Romanos, Praefectus morum, qui delinquentes emendat et male facta corrigit, etc. Bartholomaeus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1229: *Celebrato Consilio ante Kalendas Augusti juxta formam Capituli de Emendatoribus eligendis, fuit de voluntate Consilii, quod dictus dominus Jacobus de Balduino solus deberet esse Emendator, qui Capitula emendavit, et ipsa per libros distinctavit usque ad finem sui regiminis.* Caffarus lib. 3. eorumdem Annal. ad ann. 1190: *Præsenti quidem anno nova et inaudita per Emendatores constituta fuerunt, unde nimium novae et inaudite causae evenerunt in civitate... fuit enim per Emendationem (MS.: Emendatores) constitutum, ut Consules justitiae, qui vetusta et antiqua consuetudine solebant in Palatiis D. Archiepiscopi pro tribunali sedere... predictam vetustam solemnem sedem relinquere; et... apud S. Mariam de Castello placita tenebant, (vel tenerent, ut in MS.) etc. Dictatores et Emendatores treuga, apud Rymerum tom. 1. pag. 199. col. 1. in Litteris Johannis Regis Angli. ann. 1215.*

2. EMENDATOR, apud Cartusienses, de cujus officio sic Statula antiqua ejusdem Ord. cap. 40: *De Emendatore: In Ecclesia, in Refectorio et in Claustro, excepta recordatione, ille emendat, cui injungitur a priore. Emendator emendat in omnibus, quae soli dicimus, excepto quod ad recordationem emendat ille, qui et juxta librum, etc.*

\* 3. EMENDATOR, Emendans, Qui satisfactionem dat. Vide *Emenda* 1. Reinard. Vulp. lib. 2. vers. 1111:

Emendantis agens ritum lupus utraque tendit  
Brachia regalem cornuus ante thorum,  
Obnixusque caput placantia suplice gestu  
Emendatoris dicere verba parat.

\* **EMENIA**, [Mensura. DIEF.]

\* **EMENIUM**, Theod. de *Niem* de Vita et fati Constant. Joan. XXIII. tom. 2. Conc. Const. part. 15. cap. 10. col. 349: *Hic etiam Balihasar, dum aliquis forensis transitum faceret per Bononiam et ali-quod Emenium aut jocale portaret, si illud forte gabelliatoribus Bononiensibus... statim non ostenderet, permisit ut bonis omnibus ille propterea spoliaretur. Ubi legendum opinor, Encenium, donum, munus. Vide in hac voce et mox Emen-tum 2.*

† **EMENSITAS**. Vide *Empsicheus*.

**EMENTARE**, Mentem auferre. Victor III. PP. lib. 1. Dial.: *Leo vero rugiens irruit in eum... aique eum Ementatum ac seminecem relinquens, disparuit.* [Vita S. Aldelmi, Maili tom. 6. pag. 90: *Tunc Ementati hostes ceteri, omnia quæ in Monasterio erant fecerunt relinquit.*]

\* **EMENSURATE**, Parce, cum parcimonia, Gall. *Avec épargne*. Regula Hospit. S. Jac. de Alto passu ann. circ. 1240. ex Tabul. archiep. Paris. cap. 10: *Si vero (fratres) non invenerint, qui tribuant eis, Emensurate emant unum solum victum, unde vivere possint.*

† **EMENTULARE**, Mentula seu peni pri-vare. Hist. Novientensis Monasterii, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1154: *Comes eum de lapidatione suæ domus interpellat, et subito tactus furor, denu-datium Ementulari imperat.*

\* Vita et Mirac. S. Majan. circa ann. 898. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 18: *Rogierius autem major filius vice-comitis noluit tenere juramentum sui pa-tris; et festinans ad Carcassonam, multos eorum violenter cepit, quos exoculavit et Ementulavit, etc.* Chron. Lirensis Ms. ad ann. 1217: *Nocte adveniente se armave-runt milites et satellites, et usque ad domum sacerdotis perrexerunt, et fran-gentes domum, sacerdotem Ementula-verunt, quod totum circa partes illas excoriaverunt.*

1. **EMENTUM**, *Excogitatio*, in Gloss. Pithœan. [Vide *Eminisci*.]

\* 2. **EMENTUM**, Præstationis species ex ovibus et porcis; f. *Encenium*. Vide in hac voce. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 74. r°: *Dono unum mansum et octo sextarias terræ, simul etiam Ementum ovium ibi commorantium.... Qui aut modo, aut postea ibi habitaturi advenerint, isti mihi Ementum reddent; ceteri vero.... sancto Johanni Ementum da-bunt: Ementum vero porcorum monachi ibi commanentis ipsius erit. Vide supra Emenium.*

\* **EMER**, Mensuræ vinariæ species. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hon-theim* pag. 671. col. 1: *De vino modios, Emer quinque; quinque Emer seu modii faciunt omam.* (Leg. *amam*). [\*<sup>2</sup> Amphora, Germ. *Emer*. ADEL.]

\* **EMERE**, Ad censum recipere, Gall. *Prendre à ferme*. Libert. Briançz. ann. 1343. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 731. art. 32: *Concessit et ordinavit quod nulli quicumque officiales Dalphinales dictæ baillivie, seu nobiles ejusdem Emere possint vel colligere aliquos redditus seu census alicujus ecclesiæ,.... exceptis illis qui accessaverunt pro tempore accensa-menti, quibus liceat recolligere per tem-pus in accensamento contentum. Vide infra Emptio 2.*

† **EMERGENS**, quasi extrinsecus evenit,

et nihil commune habet cum negotio; sed Incidens intrinsece respicit negotium prin-cipale. Ita Vocabular. Juris utriusque: juxta tamen vim vocis *Emergere*, Oriri, *Emergens* e causa nasci videretur, ut sequens *Emergentiæ*. [\*<sup>2</sup> Ita persequitur auctor Vocabul. jur. utr.: *Quamvis enim utrumque oriatur ex circumstantiis, ta-men in hoc interest, quod Incidens ex circumstantiis causæ vel negotii princi-palis et *Emergens* ex circumstantiis ju-dicii vel processus. Unde:*

Incidens perimit, *Emergens* jurgia differt.]

† **EMERGENTIAE**, Quod emergit ex ali-qua re vel causa. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 548. de B. Petro Gamba-curta: *Cum omnibus et singulis incidentiis, Emergentiis, dependentiis, annexis. Char-tul. Aduense in Litteris anni 1447: De et super præmentionatis controversiis et debilis, ab iisque dependentiis et Emer-gentiis unanimiter conveniunt.* [\*<sup>2</sup> *Re-ditus accidentes, emergentes, præcipue Emendæ judiciariæ. Charta Vendit. bonor. monaster. Corbeiensis. ann. 1310. ap. Gud. cod. Diplom. tom. 2. pag. 779: Et eidem tanquam suo vero domino obedienti, et de omnibus Emergentiis ceu Emersis a die dictæ vendicionis ipsi Ger-rardo satisfacient.*]

**EMERITUM**, Præmium, quod datur pro *emerto labore*, ut loquuntur lex 3. Cod. Th. de Princip. Agent. (6, 28.) et lex 7. eod. Cod. de Re militari. (7, 1.) Modestinus in leg. 3. D. de Re militari (49, 16.): *Qui militiæ tempus in desertione implevit, Emerito privatur.* Arrius Men-ander leg. 5. eod.: *Præmia et Emeritum capiunt.* Hygenus in: *Erat tunc præ-mium terra, et pro Emerito habebatur.* Utitur etiam alio loco. *Emeritum sti-pendium*, apud Plautum in Mostellaria.

\* **EMERITUS**, Præteritus. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordin. reg. Franc. pag. 435: *Quibus commoti sumus, improbis ac perditis viris, per hoc jam Emeritum lustrum regnum nostrum tur-bantibus, nullum præstare consensum.*

\* **EMERLETARE**, Turris vel muri fas-tigium pinnis seu merlatis distinguere, Gall. *Creneler*. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 197. col. 2: *Item reparentur parietes, quæ sunt extra dictum portale per modum barbacanæ; et fiat in eisdem alata cir-cumquaque desuper, et Emerletentur.* Vide *Merlare* 2.

\* **EMERUERE**. [Excedere, evadere, erumpere. DIEF.]

† **EMETRITA FEBRIS**, in Miraculis B. Ambrosii Senens. Martii tom. 3. pag. 225. eadem quæ paulo inferius *Emitritea*. Semitertiana a-Græco *ἠμιτρίτης*.

\* **EMEYRAGIUM**, Tributi vel præsta-tionis species. Libert. Bellivis. ann. 1383. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 162. art. 21: *Mandamus quod ipsi sint franchi.... aliis leydis, pedagiiis, vectiga-libus.... quocumque nomine nuncupentur, vel nuncupari possint, fenagiis, Emeyra-giis, pasturis, etc.* Sed *Avenagius* legen-dum suspicor. Vide *Avenagium* 1.

† **EMFLETHONATUS**, Armatus acie fer-rea. Regestum *Probus* ann. 1348. fol. 139: *Pro ducentis garrois Emflethonatis et empennatis folio cupri. Vide Flethonus, et Carrellus.*

\* **EMFRIA**, dicta eo quod sit sextarii medietas; continet autem ciatos novem, ut habetur ex textu *Alexandri, capitulo de Disinteria, de lacte dando*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**EMICADIUM**, Isidoro lib. 20. cap. 7.

*Vas olearium, quasi dimidius Cadus.* Hinc emendandum Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici: *Emicadium* Elefat, i. lecy-thus, ampulla olearis. Legendum enim *Emicadium*. [Forte etiam pro *Emicadium* legendum est *Emicadium* apud Fulcu-num de Gestis Abbatum Lob. tom. 6. Spicil. Acher. pag. 578. [\*<sup>2</sup> Pertz. Script. tom. 4. pag. 70. lin. 45.] ubi sic habetur: *Pulpitum quoque Evangelii tali modo fecit, ut essent quatuor Emicadia altrin-secus e regione in modum crucis posita, quæ ex ære ductilia, et ad libitum artifi-cis per loca scalprata et deaurata.* [\*<sup>2</sup> *Lubentius emendam Emicidium, pro Hemicyclum.*]

**EMIGATIM**, Splendenter, Jo. de Janua. Alia notione utitur Sidonius lib. 2. Ep. 13: *Emicatim prosiliens.*

\* **EMICATIO**. [Actus emicandi, et sese attollendi. Apul. de *Mundo*. Torrentium cursus, et humores undarum, emicatio-nesque silvarum.]

† **EMICEDIUM, EMICUDIUM**. Vide *Emi-cadium*.

† **EMIGRANEA**, Dolor capitis, Gall. *Migraine*, a Græco *ἠμικρανία*. Vide *Soda*. Papias habet: *Emigranius, Vermis capitis, et Codex Biturici. MS. Emigranus, etc.* Vide *Hemigranea*.

† **EMILIANUS**. Vide *Gignadius*.

**EMINA**, [Species mensuræ; unde *Eminagium, Eminale, Eminata*.] Vide *Hemina*. [\*<sup>2</sup> [«*Habet Geraldus et Johanes in unaquaque unam Eminam de sigile et unam de vino.*» (Cartular. Conchar. Ruthen. p. 42, an. 1060.) — «*Petrus Odo donavit ella fabrega tres Eminatas de terra.*» (Id. p. 397, XII. sæc.)]

\* **EMINARE**. [Effluere, ejicere, erum-pere. DIEF.]

\* **EMINATIM**, Generatim, Gall. *En gros*. Translat. S. Modaldi tom. 3. Maii pag. 77. col. 2: *Deinde fide symboli prælibata, et confessione plebis Eminatim suscepta, de indulgentia et remissione præsentium omnium, pro sanctorum precibus et meritis collata, cunctos admodum audientes lætificavit.* Eminus interpretantur docti Editores.

**EMINENTIA**, Titulus Honorarius Re-gum et Imperatorum, in Epistolis Fran-cicis 38. 41. 49. tom. 1. Hist. Franc. apud Nicolaum PP. Epist. 40. Joannem VIII. PP. Ep. 72. Gregor. VII. lib. 1. Epist. 75. 85. lib. 2. Epist. 3. lib. 4. Ep. 17. in Charta Lotharii Regis Provinciæ ann. 855. tom. 12. Spicilegii Acheriani pag. 132. in Epistola 10. Alexandri PP. ad Willelmum Regem Anglorum, etc. Papæ tribuitur a S. Anselmo lib. 3. Epistola 37. [et a Richardo Cantuariensi Archie-piscopo in Epistola ad Alexandrum III. Episcopis etiam a Gregorio M. lib. 2. Epist. 22. Ind. 11. Lupo Ferrar. Epist. 125. Petro Blesensi Epist. 23. et 68. Æardulpho seu Erdulpho Roffensi Episc. Epist. ad Lullum Archiep. Mogunt. et ad Walchelium Wentanum, Spicil. Acher. tom. 2. pag. 410.] Novissime vero *Eminentia* et *Eminentissimi* titulus ut proprius, concessus fuit ab Urbano VIII. PP. Decreto 10. Junii ann. 1630. Cardina-libus, ut et Electoribus Imperii, et Magistro Hospitalis Hierosolymitani. Vide Frisonium in Apparatu ad Gal-liam Purpurat. cap. 10. Mercurium Francicum tom. 16. pag. 592. [\*<sup>2</sup> et Glossar. med. Græcit. voce *Ἐμινέντατος*, col. 407.]

**EMINERE**, pro Imminere. Vita S. Pro-jecti ex Cod. Atrebat.: *Quia jam dies S. Paschæ Eminebat.* Liber Ordinis S. Vic-toris Parisiensis MS. cap. 68: *Quod si*

*fnitis septem psalmis, in proximo, prout aestimare possunt Fratres, exitum (infirmi) viderint Eminere, adjungant 15. Psalmos. Sic vulgo dicimus perit Eminent, pro imminens periculum.*

\* Charta ann. 1399. ex schedis Pr. de Mazaugues : *Quod cum propter quasdam ingruentes necessitates et Eminentia nunc pericula, etc.*

\* **EMINGERE.** [Mingere; purgare nasum ventris. Dief.]

**EMINICULÆ, Eminentes in memoria.** Papias. [Glossar. Sangerman. n. 501 : *Eminiculus, Eminens.*]

† **EMINISCI,** pro Commisisci. Gloss. Isid. : *Eminiscitur, in memoriam reducit. Vide Ementum.*

† **EMINITAS,** Eminentia, excellentia. *Scientiæ Eminitas, in Actis SS. April. tom. 1. pag. 50. de S. Gilberto Episc.*

\* **EMINO,** Favus mellis, Gall. *Rayon, gâleau de miel.* Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 238 : *Item unum Emينو mellis, debitum quolibet anno de captennio.*

\* **EMINOR.** [Minacciare. Plant. Capt. 4. 2. 11. *Eminor, interminorque, nequis mi obstitit obviam.*]

\* **EMINUO.** [Imminuo. Borrich. cogit. 275.]

† **EMIOILA, id est Scupha compositum ab Emi, id est, Dimidium, et Olon, Totum, quasi continens totum et dimidium : id est, Usura quæ continet totum et alteram ejus partem, ut si de quatuor solidis accipiantur in fine anni sex. Vocabul. Juris utriusque. Græci dicunt ἡμιολία, subaudito, μύρα, Portio.**

\* **EMIOLIUS, pro Hemiolius, Gr. ἡμιόλιος, Numerus sesquialter. Dudo apud Duchesn. Hist. Norman. pag. 68 :**

*Et diapente melodia rite Emiolla sancit, Servata lege artis arithmetica.*

Consule musicos.

**EMIR,** sic appellant Turci et Saraceni, Magnates, et urbium ac oppidorum præfectos. Will. Tyrius lib. 10. cap. 46 : *Adducti sunt coram Domino Rege, sedente pro tribunali, procurator civitatis, qui lingua eorum dicitur Emir, et juridicus, etc.* Lib. 15. cap. 11 : *Magistratus tamen, quem ipsi vocant Emir, nobilis homo et potens, etc.* Lib. 21. cap. 23 : *Solent enim Turcorum Satrapæ, et majores Principes, quos ipsi lingua Arabica vocant Emyr, etc.* Vide Amir.

† **EMISECLA, dicta quod sit dimidia sæcūla; quæ sic scribitur, Ψ. Papias. Vide Hemissecla.**

\* **EMISFERIUM, pro Hemisphærium, Ital. Emisperto. Chron. Malvecci apud Murator. tom. 14. Script. Ital. col. 938 : Per idem tempus, anno videlicet 1264. stella cometes tam mirabilis apparuit, qualem nullus, tunc vivens unquam viderat; nam ab oriente cum magno fulgore surgens, usque ad medium Emisferii versus partes occidentis comam perlucidam pertrahebat.**

† **EMISPERA,** Sphæra media. Vide Spera.

**EMISSARIUS, Percussor, Sanguinarius, in Glossis Isidori. Papias : Emissarius, flagitiosus, satelles, homicida : [qui scilicet emittitur ad aliquem interficiendum.] Lampridius in Heliogabalo : Romæ denique nihil egit aliud, nisi ut Emissarios haberet, qui ei bene vasatos perquirerent, etc. [Hoc est, Exploratores, quos etiamnum Emissaires appellamus, Itali Emissari.]**

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613 : *Emissarius, parricida, homicida, sicarius, satelles, latro, gladiator, percussor,*

*excussor, sanguinarius, grassator, prædo, pirata, flagitiorum et luxuriæ satelles.*

**EMISSARI, in Mamotrecto ad 2. Reg. cap. 22. dicuntur Cursores, qui emittuntur ad facta Principum adimplenda.**

*Emissarius, et admissarius equus, in hoc differunt, quod admissarius est equus, qui ad tempus inter equas admittitur ad coitum : sed Emissarius est, qui semper equabus interest. Breveloq. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 9 :*

*Emissarius est extra cursum quasi missus, Currere non cessat, quia prolem gignit equabus.*

Mamotrectus 16. Levit. : *Emissarius dicebatur, qui in desertum emittebatur. Item Emissarius dicitur equus proletrius, sive imprægnator equarum. Vide eundem ad Ezechiel. 33. Joan. de Janua : Emissarius, equus fortis et velox, qui extra alios eligitur, et ad equas mittitur ad coitum. Gloss. Lat. Gall. : Emissarius, Cheval etallon, mis aux champs pour engendrer. [Aliud Sangerman. MS. : Emissarius, une maniere de cheval, fort etalon, courtier, ou coureur d'aucun Seigneur, ou foreur, ou baleilleur, ou maquerialu.] Gregorius M. lib. 10. Epist. 42 : *Decem equarum capita, cum Emissario suo. Beda lib. 2. Hist. Angl. cap. 13 : Rogavit sibi Regem arma dare, et equum Emissarium quem ascendens ad Idola destruenda venit. Capitulare de Villis cap. 13 : Ut equos Emissarios, id est, Waranjones bene provideant. Matthæus Vindocinensis in Tobia :**

*Nec plures habeat velut Emissarius, Annam Tobiasiam sociam destinat esse thori.*

Matth. Westmon. ann. 1014 : *De Emissario cui insederat, cecidit. Anno 1079 : Ab ipso vulneratus in brachio, de suo dejectus est Emissario. Vide veter. interpret. Biblior. Levit. 16. Eccles. 33. Mich. 1. Aribonem in Vita S. Corbiniani n. 12. 17. Fletam lib. 2. cap. 73. § 21. et supra in verbo Admissarius.*

\* *Misodour et Missaudour, eadem notatione. Le Roman d'Athis MS. :*

*Là et maint naturel cheval,  
Et destriers de pris et Missoudours,  
Enseignes de plusieurs coulours.*

*Le Roman de Robert le Diable Ms. :*

*As armes ceurent qui ains ains,  
L'Emperere tous premerains,  
Dont est montés el Missaudour.*

**AMISSARIUS, pro Admissarius dici interdum supra observatum in voce Admissarius. Ita nempe usurpat Paschasius Radbertus in Epitaphio Walæ Abbat. Corbeiensis lib. 2. cap. 7. ubi de Bernardo Comite Septimaniæ : Quando sceleratus Naso vocatus est ab Spanis, Amissarius ille, qui cuncta reliquit honesta, in quibus erat ordinatus, et immerisit se fatuus ad omnia cœni volutabra : ubi perstringitur, ut Judithæ Augustæ adulter : Naso vero vocitatur, quod fortissimus fuerit, vel contra nasutus : adeo ut a nostris Guillelmus au Court-nez appellatus deinceps fuerit, seu ob brevitate nasi, seu ob longitudinem, ironice nempe. Vide Catellum in Hist. Tolosana et alios.**

\* **EMISSOR LITERARUM, an Nuntius, tabellarius ? Reg. senat. min. Argent. ad ann. 1419. fol. 3. ubi inter productos testes recensetur Kirward, Emissor literarum. Rursum infra : Bilgerin, Emissor literarum.**

**EMISSUS, apud Papiam, dicitur cervus; quando cervam sequitur. Hæc absunt in MS. Collegii Navarræ, ubi ista ha-**

bentur : *Emissus, species poculi, uno spiritu bibitur. [Utrumque habetur in MS. Bitur. sed pro Emissus, species poculi, legitur Emistis.]* [Ex Isidor. Orig. lib. 20. cap. 5. sect. 4.]

† **EMISTIS.** Vide Emissus.

† **EMITONIUM, ut Semitonium, Gall. Demiton. Vox musica, quæ occurrit in Epistola anni 969. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 312. Melius Hemitonium legeretur a Græco ἡμιτόνιον.**

† **EMITRITEA FEBRIS, a Græco ἡμιτρίτης, Semitertianus, Gall. Fievre hemitritee, Ital. Emitritea Febbre. Occurrit apud Murator. tom. 7. col. 206. Vide Emetrita.**

\* **EMITTERE, Libellum conscriptum ei cujus interest tradere, quod post traditionem rei venditæ demum et absoluteionem chartæ a notario ipso factum passim memoratur, charta ann. 746. ap. Brunett. pag. 523 : Ego Gadilupu post traditione cunplevi et emisi. Alia ann. 763. ibid. pag. 576 : Ego qui supra Ubold notarius post tradita complivi et emisi. Ita forte legendum pro Scri non scripsi, ibid. pag. 567. in chart. ann. 759. ubi etiam videndus versus 5. et 6. Vulgo scribebatur Post tradita complivi et dedi. Confer Brisson. in Cautiorem Emittere.**

\* **EMITUS, Emptio. Chartul. Arremar. ch. 155 : Ego Milo comes Barri super Secanam concessi ecclesiæ Arremarensi petrosam Acrimontis et omnes alias, quæ sub dominio et potestate mea consistunt (cum) curribus et equibus (f. equis) eorum, salvis Emitibus et salvis redemitibus; et si forte alieni aliquod commiserint, reddent dampnum. Vide supra Emere.**

† **EMMANUENSIS, pro Amanuensis. Ego Bodolenus Emaniensis subscripti, in Privilegio Aigliberti Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 205.**

**EMME CHRISTEN, vox Saxonica, Frater in Christo. Leges Edwardi Confess. cap. 36 : Fratrem suum.... quod Angli dicunt Emme Christen.** [\*\* Wilkins. his emne-Cristen. Hoveden. his euenchristen. Utrumque est *Christianus*, qui Christi legem æque sequitur; emne vel efne Anglo-saxonibus Juxta significat.]

**EMOLA, Vas coquinarium, sicut Caldaria vel Coculum. Esdræ 2. Hostias coxerunt in Emolis. Ubi Græci habent in æneis ollis, et dicitur Emola, quas imola, ab immolando, quia ibi hostiæ immolabantur, vel quasi ænea olla. Ita Joan. de Janua. Sed legere debuit ænulis, vel inulis, hoc est, æneis, seu ollis. Locus est 2. Paralipom. cap. 35 : Pacificas vero hostias coxerunt in lebetibus, et cacabis, et ollis. Græc. καὶ τὰ ἄγια ἐψησαν ἐν τοῖς γαλκείοις καὶ τοῖς λέβησι, etc. [Interpres Esdræ lib. 3. cap. 1. v. 12. reipsa habet, ut refert Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : Emola, Vaisseau de cuisine, si comme Chauder ou pot.] Vide Æneum, Ænulum, et Aqua fervens.**

† **EMOLARE, ut Emolere, Acuere. Vide Emolumenta 2.**

\* **EMOLCURATOR, Pensitationis pro frumenti molitura exactor. Arest. ann. 1341. 18. Sept. in vol. 3. arestor. Paris. : Abbas et conventus Montis-regalis erant in possessione ponendi in prædictis molendinis Emolcuratorem et molinarios. Vide infra Emolutum et Molta 2.**

**EMOLERE, Exacuere, ex Gall. Esmoudre. [Jura Villæ de Villereys, tom. 9. Spicil. Acher. pag. 193 : Item, si quis**

percusserit alium de gladio Emoluto, et percussus de illo ictu mortuus fuerit, percussor ad nostram remanebit voluntatem. Qui gladium Emoluto contra alium irato animo traxerit, in decem solidis pro iustitia puniatur, emendat injuriam passo, in Litteris anni 1357. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio Reg. pag. 207.] Vide *Arma moluta*.

\* *Nostris Esmoldre et Esmeudre*; unde *Esmoleur*. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 402: *Le suppliant faisoit Esmoldre une forces*. Aliæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 139: *Le suppliant se party de sa borde ou habitation, pour aller Esmeudre sa coignée à la forge de Pey. Comme Jehan Danay vigneron eust baillié un fessouer pour amolier à l'Esmeuleur*, in aliis ann. 1334. ex Reg. 66. ch. 1461.

† *EMOLIMENTA*, Arma acuta et polita. Odo de varia fortuna Ernesti Bavarici Ducis, apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 372:

Deinde viros acres duens ad bella ductos,  
Et quadringentis dans Emolimenta lanistas,  
Assiduis armis Agarenos concutit, urbes  
Obruit, et villas flamma populatur et arva.

Vide *Emolumenta* 2. et *Arma moluta*.

† 1. *EMOLIMENTUM*, Curriculum, spatium. Miracula S. Gibrani cap. 1. Maii tom. 7. pag. 620: *Post namque Emolimenta annorum a venerabili Comite Haderico, divino admonitu, a propriæ sepulturæ suæ loco sublatus in Ecclesia præfati Antistitis almi, in scrinio argenteo decenter adornato, iuxta eundem Sanctum conditus est*.

\* 2. *EMOLIMENTUM*, pro Emolumento. Charta Pet. Bermundi ann. 1338: *Et devestiens me ego dictus domicellus de Emolimentis prædictis, etc.*

*EMOLOGARE*, Confirmare, laudare, approbare, nostris *Emologuer*. Occurrit non semel apud Augustinum Mussatum de Gestis Henrici VII. lib. 1. cap. 6. lib. 3. 10. 16. etc. [in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 125. Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 35. apud Baluzium. Hist. Arvern. tom. 2. pag. 168. etc.] Vide *Homologare*.

\* *Emologer*, in Charta Joan. dom. de Cramailles 1339. ex Chartul. S. Vinc. Laudun.: *Et icelles (lettres) volons, loons, gréons, approuvons, et expressément Emologons par ces présentes*. Paulo ante: *Laquelle chartre ou sentence arbitrale est ratifiée, approuvée et expressément Ethimologuée par lettres inflées en ladite chartre*.

† *EMOLOGATIO*, Confirmatio, in Charta ann. 1309. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 983.

1. *EMOLUMENTA*, pro tributis, usurpari in Cod. Th. observatum a viris doctis.

† 2. *EMOLUMENTA*, Arma moluta. Extractum Computi ann. 1324. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 326. col. 2: *Item una mola ad emolanda ferramenta, gladios et alia Emolumenta ferrea pro xv. d. gran. Vide Emolumenta*.

*EMOLUTUM*, proprie *Lucrum molendini*. in Glossis Lat. Gall.

\* Quod ex frumento molito percipiatur, sic dictum; unde etiam Gallicum *Esmouter*, moltam percipere. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 268: *Lequel prestre dist au meunier qu'il Esmoustat ou prist moulture de Guillaume de Banquemare, qui lors mouloit; auquel il respondi qu'il estoit bien tost de l'Esmouter ou moulturner, et qu'il n'avoit à peine moulu*. Vide supra *Emolucurator*.

\* *EMONDÆ, ESMUNDÆ*, Decerpti vel excisssi rami, Gall. *Emondés*. Charta Thomæ comit. Petic. ann. 1214. in Reg. forest. comitat. Alenc. et Petic. ex Cam. Comput. Paris. fol. 55. v: *De arboribus quas in usu nostro capimus, non habent copellos nec Esmundas... De omnibus arboribus quas donamus, dictus Gervasius et dicti ejus hæredes unum denarium Cenomanensis monetæ, et copellos et Emondas percipiunt*. Vide infra *Emunda*.

\* *EMORBIS*, *Maladie à fame*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† *EMOPLIS*. Vide *Embolus*.

\* *EMORGIUS*, *Che pissa sangue*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* *EMORTUALE*, Ritualis liber Sagiensis de administranda Eucharistia et Extrema unctio, in quo et agonizantium preces, simul etiam exsequiales continentur, ita appellatur; imo et editus ann. 1739. eodem titulo inscribitur, teste D. Le Beuf.

\* *EMOYCUS*, *Mango, agaso, pastor, pastorculus, pcedarius, pastor*, Prov. Glossar. ex Cod. reg. 7657. Vide *Ennos* 2.

\* *EMPARA*, Id omne quo quis defenditur vel protegitur, quo ictus declinatur. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 336: *Credendo percutere de dicto gladio dictam Mariam ejus uxorem pro ipsam vulnerando et potissime occidendo, fecit dicta Maria clipeum seu scutum et Emparam de dicta Katherina eorum filia*. Videsupra *Amparare* 3. Interdum idem quod *Protectio*, tutamen, tutela. Vide in *Amparare* 1.

\* 1. *EMPARAMENTUM*, *Protectio*, tutela. Vide in *Amparare* 1.

† *EMPARANTIA*, *Protectio*, *Tutela*. Vide *Amparare* 1.

\* 2. *EMPARAMENTUM*, *munitio*, *propugnaculum*, nostris *Emparement*, a verbo *Emparer* et *Emperer*, munire; quo sensu intelligendum *Emparare* 2. Charta ann. 1368. in Chartul. Richardi abb. S. Germ. Prat. fol. 9. r: *Præceptum fuit et mandatum ecclesiam prædictam (S. Germani) muris, propugnaculis et fossatis, aliisque Emparamentis necessariis claudi, circumdari seu fortificari debere*. Charta Car. V. reg. Franc. ann. 1380. ex Chartul. episc. Carnot.: *Et ont desja dit lesdits hommes... que ils ne contribueront audit Emparement, ne ne feront quet en ladite forteresse... Vous faites contraindre tous les manans en la ville et paroisse de Pontgoeing... à Emparer et fortifier la tour et nef dessusdites. Pour la fortification et Emparement de la ville de Meaulx, etc. in alia ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 326. Charta ann. 1400. in Reg. 155. ch. 221.: *Comme Ysabeau de Meulent... ait entencion de fuire Emparer et fortifier ledit hostel de la Riviere, etc.* Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. ch. 137: *Damoiselle Jehanne de Vendosme, dame de Bertecourt, nous a fait exposer que... pour la garde et deffense de son chastel... elle a fait Emparer et gariter et enforcier sondit chastel*. Ch. ann. 1408. inter Probat. domus de Castelleto pag. xxviiij: *Pour... toute icelle place Emparer et enforcier de murs, de tours, de tranchiez et de fosses*. Ampèrer, in Ch. ann. 1419. ibid. pag. xxxj. Adde Ordinat. reg. Franc. tom. 3. pag. 362. art. 5. pag. 647. art. 3. tom. 5. pag. 16. art. 1. pag. 720. et tom. 8. pag. 258. Vide supra *Amparamentum* 1.*

1. *EMPARARE*, [Tucri]. Vide *Amparare*.

† 2. *EMPARARE*, *Præparare* vel *extruere*. Computum anni 1324. Hist.

Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 1: *Pro Emparando et cooperiando magnum chafallum Villæ in summa L. lib. III. s. III. d. Vide Emparamentum* 2.

\* *EMPARATOR*, *Intercessor*, *Practicus nostris Opposant, qui met empêchement*. Charta ann. 1271. ex Reg. feudor. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 48. r: *Promittens... se portaturum super prædictis bonam et firmam perpetuo garentiam contra omnes Emparatores et petitores, qui in prædictis iustitia et dominio aliquid peterent, vel impedimentum præstarent vel defferrent*. *Impeditores*, infra fol. 50. r. Vide supra *Amparator* et infra *Impechiare*.

† *EMPARENTIA*, ut *Emparantia*, *Tutela*, *protectio*. *Monasterium istud... volumus sub nostra protectione, Emparantia, custodia et securitate gaudere, in Instrumento Ecclesiæ Aqu. pag. 68. tom. 1. Gall. Chr. col. 1. Vide Amparare*.

† *EMPASTATA*, *Farcimen*. Gall. *Paté*. *Transactio Abbatis et Monachorum Crassens. ann. 1331. ex libro viridi fol. 53: Artocrea sive Empastata, cazatas sive pastillos, etc.*

\* *EMPEIDIA*, *Gallice, Empangne*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Empenha* et infra *Impedia*.

\* *EMPENARE*, *Manubrium aptare*, Gall. *Emmancher*. *Libert. villæ de Portello ann. 1405. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 536: Dictus faber... debet Empenare sive causare quemlibet vomerem in rotundo pro uno denario Turonensi*. Quo sensu intelligenda etiam quæ in v. *Empennatus* laudantur. *Espener*, *Sagitta pennis instructa ferire*, in Lit. remiss. ann. 1431. ex Reg. 171. ch. 513: *Le suppliant trait d'une fleche à icellui Fouquet et le Espera en l'espaule*.

\* *EMPERIA*, *La experientia*. Glossar. Lat. Ital. MS.

† *EMPEIDITIS*. Vide in *Epidecen*.

† *EMPENNA*, *Hispan. Empena*, Gall. *Empeigne*, *Calcei pars superior*, *Tegmen*. *Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351: Sabaterius facit ad mirus cuiilibet ipsorum tria paria sotularium, et postea tot solas vel Empennas quot poterunt rumpere*.

† *EMPENNATUS*, *Pennatus*, *pennis instructus*, Gall. *Empenné*. *Dicitur de jaculis, sagittis, etc. quibus pennæ aptantur, plumatilis levioribus, grandioribus ænæ*. *Regest. Probus an. 1348. fol. 139: Pro 400. carellis tam de uno pede quam de duobus, garnitis flethonibus et Empennatis: et pro 200. garrotis emflethonatis et Empennatis folio cupri*. *Extractum Computorum ann. 1348. et 1349. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 583. col. 2: Pro 300. flethonibus carellorum Empennatis pro garnisone Castri*.

*EMPHANISTICUM*, *Quod a Clericis ab Episcopo ordinati ex more dabatur Clericis aliis, quorum cura erat, Clericorum recens ordinatorum nomina in matricula describere et insinuare, quæ vis est vocis, quam habes apud Julianum Antecess. cap. 131. et in Justin. Nov. 56. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. in Ἐμφανιστικόν, col. 384. et Marcam de Concordia S. et I. lib. 6. cap. 10. sect. 6.]*

† *EMPHIOTÆ*, pro *Emphyteotæ*, Gall. *Emphyteotes*. Charta Ruberti Comitit Palatini Rheni ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. pag. 576: *Nec non vassallis, feudis, feudatariis, militibus, clientibus, civibus, iudicibus, scultetis, rusticis, Emphiotis et ad glebam adstrictis*.

*EMPHIS*, *Terroribus, conviciis*. Papias edit. et MS.

\* **EMPHYTEOSIS**, Prædii vel fundi sub certis conditionibus perpetua locatio, Practicis nostris *Emphythéose*. Passim occurrit. *Spuria* nuncupatur in vet. poem. a Thaumass. laudato inter notas ad Assis. Hieros. pag. 251. ubi de Castellano Couciaci :

Dans son gohan mie n'est close  
La spurienne Emphyteose,  
Que contenne la noble gent,  
Qui naist et meurt quant et l'argent.

Cujus contractus origo ad Zenonis imper. tempora referenda est. [\*] Zeno circa hunc contractum definitiones novas sanxit, cum a quarto inde sæculo admodum usu frequentaretur. Vide *Winspeare, Storia degli abusi feudali*, tom. I. pag. 104. et *Murator, Dissertat.* 36. in *Antiq. Ital.* tom. 3.]

\* **EMPHYTEOTA**, **EMPHYTEOTOR**, Qui per *Emphyteosim* possidet, nostris *Emphytéote*. Charta ann. 1290. ex *Chartoph.* Occit.: *Quos tres denarios de quolibet modio salis dicti facherii, Emphyteotæ seu feudales dare consueverunt et debent jure domini. Affeudatarii sive Emphyteotæ dicti nobilis Joannis de Gorsolis*, in *Invent.* ann. 1476. ex *Tabul. Flamar. Stat. crimin.* Saonæ cap. 95. pag. 77: *Quicumque verus et directus dominus cujuscumque terræ vel possessionis... impune possit ingredi de die... cum voluntate illius Emphyteotoris vel fructuarii.*

\* **EMPHYTEUTICARII**, Qui per precariam possident, seu per *Emphyteusos contractum*, ut est in *Lege Longobard.* lib. 3. tit. 1. § 37. tit. 10. § 4. [\*] Ludov. Pii 55. *Lothar. I.* 84.] in *Capit. Caroli M.* lib. 2. cap. 29. [\*] ex *Julian. Nov.* per *libellum et Emphyteusim*, in *Charta Ugonis et Lotharii Italiae Regum* ann. 934. apud *Ughellum* tom. 2. pag. 123. *Charta Aystulfis Regis Longob.* ann. 753. apud eundem *Ughell.* tom. 2. pag. 108: *Aut homines tam ingenuos, libertos, quamque servos super terram ipsius Ecclesie manentes, sive Emphyteuticarios, etc.* Vide *Petrum Damian.* lib. 4. *Epist.* 12. et *Bignonium ad Marculfum.*

\* **EMPHYTEUTICUS**, Ad *Emphyteusim* pertinens. *Bona feudalia et Emphyteutica*, in *Bulla* ann. 1510. ex *Contin. mag. Bullar.* part. 4. pag. 12. col. 1.

\* **EMPIDEMIA**, pro *Epidemia*, Morbus contagiosus et popularis. *Charta* ann. 1481. inter *Probat.* tom. 4. *Hist. Nem.* pag. 16. col. 1: *Super provisione danda pauperibus ægotantibus, et dictim prætextu pestis Epidemice applicantibus in hospitali militum, etc.* *Impidimié*, Ejusmodi morbo laborans, in *Lit. remiss.* ann. 1409. ex *Reg.* 164. *Chartoph.* reg. ch. 4: *Icellui Guillaume ala veoir un sien frere, qui avoit la bosse et estoit Impidimié.* Vide infra *Epidimia.*

\* **EMPIDIARUS**, [Qui congregat gazam. *DIEF.*]

† **EMPILENTIA** Vide *Epilepticus.*

\* **EMPINIONES**, *Fridericus II.* *Imp.* lib. 1. de *Arte venandi* cap. 50: *Sunt præterea quatuor pennæ et duræ in alia positæ, extra has decem forinsecas, et adhærent illi parvo ossi forinseco, quæ dicuntur esse loco pullicis: hæc quatuor vocantur Empiniones, et sunt minores pennis, et majores plumis.* Adde cap. 50.

\* **EMPIRAMENTUM**, Deterioratio, ex *Gall. Empirement.* *Charta Alani Episcopi Autissiod.*: *Empiramentum fossati Comitatus est.* [*Empirance et perte de vin*, in *Chartulario Gemetic.* tom. 3. pag. 128.]

\* *Empirement* dixerunt nostri quidquid corrumpere vel depravare potest. *Stat. pro candelarum opificibus* ann.

1294. in *Reg.* 205. *Chartoph.* reg. ch. 304: *Que ilz ne mettent en la chandelle point d'Empirement.* *Empirer*, pro *Maledicere*, vulgo *Décrier*, in *Lit. remiss.* ann. 1475. ex *Reg.* 195. *Chartoph.* reg. ch. 1496: *Jehan Blatier dist au suppliant qu'il les avoit Empirer, et les avoit nommez et bailliez par escript; à quoy ledit suppliant respondi qu'il ne les avoit point Empirer, ne blasmez.* *Empirer* vero, pro *Nocere*, incommodum importare, in *Poem. Rob. Diaboli* MS.:

Adone ne l'osent approchier;  
Ains lanchent pour lui Empirer  
Gaurelos, et maches li ruent.  
C'est merveilles qu'il ne le tuent.

*Emplever*, pro *Empirer*, ut videtur, *Deterius* efficere, in *Lit.* ann. 1401. tom. 8. *Ordinat.* reg. *Franc.* pag. 479: *Ils se doubtent que les mortuaires, et vaccans d'icelui prieure... se pourroient perdre ou Emplever, etc.*

\* **EMPIRISMA**, *Alexandro, capitulo de frenesi de cura*, i. *fomentatio.* *Glossar. medic.* *Simon. Januens.* ex *Cod. reg.* 6959.

\* **EMPLAGIUM**, *Isidorus* lib. 19. cap. de *Retibus*: *Minus autem rete, Emplagium dicitur, a plagis.* Ex *Græco* ut videtur, Ἐμπλάγιον ἀπὸ τοῦ πλάγιον, quia oblique et transverse tenduntur in viis, cujusmodi sunt δίκτυα ἐνὸς δὲ, apud *Pollucem.*

\* Legendum esse *Semiplagium* jam monitum est. Vide in hac voce.

† **EMPLASSEARE**, a *Gallico Emplacere*, *Locare.* *Necrolog.* MS. *Corbeien* ad *calcem*: *Tria quartaria Emplasseans in terra Benedicli.*

\* **EMPLASTICULA**, *Inventar. monast. Cassin.* ann. 1497. tom. 2. *Hist. ejusd.* pag. 599. col. 2: *Item quatuor effigies oculorum argentæ cum una Emplastica et una mamula.* An *imago, figura?* Vide *Plasticus.*

\* **EMPLASTRATIO**, *Emplastrorum* constructio. *Chron. Joan. Wethamst.* pag. 402: *Habens igitur ex gracia tunc secum chirurgicum, in arte hujusmodi Emplastrationis doctum et sufficienter instructum, etc.*

† **EMPLASTRUM**, a *veteri Gallico Plastre*, *Modus agri, Solum ædificiis aptum.* *Tabularium Matiscon.* seu *Liber incatenatus* fol. 188: *Emi a Stephano Canonico duo Emplastra xx. solidos Lugdunensis monetæ, in quibus duas domos ædificavi.* Vide *Plastrum* [\*] et supra *Emplastrum.*]

\* **EMPLAZARE**, ab *Hispanico Emplazar*, In perpetuum locationem seu *emphyteosim* concedere. *Testam. Constant. Sancio* ann. 1269. tom. 1. *Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal.* pag. 22: *Hæreditates, quas dimitto monasterio S. Crucis, prædicti fratres... nullo modo possint eas vendere, nec commutare, nec pignorarare, nec Emplazare.* *Academ. Hispan.* in *Diction. Emplazar*, citare, diem alicui indicere; quæ notio huic loco ægre aptari potest.

\* **EMPLECHA**, *Exactionis* seu *tributi species.* *Compromiss.* inter *Geraudum Amici* et *commun. Avenion.* ann. 1234. ex *Cod. reg.* 4659: *Quintæ et Emplechæ, retroactis temporibus consueta, remaneant salvæ eidem Geraudo Amico in omnibus bonis immobilibus eorumdem hominum.* Vide infra *Explechia.*

\* **EMPLEIA**, ex *Gallico Employ*, *Jus* utendi, *fruenti.* *Charta Jausserannæ de Medullione* ann. 1223. tom. 7. *Spicil. Acheriani*: *Dono 7. mansiones hominum... et ipsos homines, et jus, et quasi jus, et actionem, et Empleiam, quod vel quam in ipsis hominibus, et in eorum successo-*

*ribus... habeo.* Mox: *Et Ecclesie prædictæ prædicti homines et eorum successores Empleiam et servitium facere teneantur.*

† **EMPLUMAILHE**, *Vox Occitana, Species aucupii.* Vide *Vara.*

\* **EMPOLINOVICATUS**, f. *Tumefactus*, *Gall. Boursoufflé.* *Mirac. MSS. Urbani V. PP.*: *Habebat faciem Empolinovicatam et discoloratam, et ventrem inflatum, et erat magna ponderositate totius corporis.*

\* **EMPONEMA**, ex *Gr. ἐμπόνημα.* *Julianus Antecessor* cap. 34: *Emponemata dicimus ea, quæ labore contrahentis in agro meliorata sunt.* Adde cap. 202.

† *Charta* ann. 1301. inter *Probat.* ult. *Hist. Trenorch.* pag. 232: *Quæ meliorationes sive Emponemata summam ducentarum marcharum argenti, sub fide veritatis excedunt... Jus monasterii nostri et nostrum sentiamus et cognoscamus aperte felici melioratione gaudere, voti-vaque Emponematorum in feodis nostris, quæ idem Guillelmus tenet a nobis, incrementa succedere.*

\* **ENPONEMB**, *Unum e 12. auguriis, de quibus in verbo Venta, quod sic describitur a Michaële Scoto de Physionomia* cap. 56: *Enponemb est augurium, quando homo, vel avis, venit a latere sinistro et transit ad dextram, nec eam vides repausare, sed evanescit a te: tunc est tibi bonum signum super negotio.*

† **EMPOR.** *Edictum Johannis Franc.* *Regis* ann. 1361. apud *D. Secousse* tom. 3. *Ordinat.* pag. 498: *Et si aliqui arrendatores seu Empores propter finitiam dictarum impositionum sint vel fuerint nobis in aliquo obligati, etc.* *Censeo præferendum Empores, ut legitur in alio exemplari.* [\*] Vide *Emere* et *Empor* 2.]

\* **EMPOYSONARE**, a *Gallico Empoisonner*, *Veneno* extinguere. *Charta* ann. 1300. ex *Tabul. Massil.*: *Probi viri piscatores... conquerruntur apud judicem, quod nonnulli piscatores ipsius civitatis et aliunde, eorum salutis immemores, in læsionem multiplicem et periculum omnium hominum civitatis prædictæ, pisces cum tays, lathosela, et veneno alio, sive poyson, in mari occidunt et capiunt pisces... Unde dominus locum tenens et dictum consilium statuit ad cognoscendum dictos pisces... Empoisonatos, etc.* *Poi-sonner*, eodem sensu, apud *Plagon* in *Hist. Guill. Tyrri* tom. 5. *Ampl. Collect.* *Mart.* col. 688: *Quant il (le roi Jean) fu en Acre, si li firent aucunes gens acroire que sa fame voloit Apbisoner sa fille, dont il tenoit le royaume.* At vero *Empoisonner*, In sortem mittere, fascinare, incantare, vulgo *Ensorceler*, sonat, in *Lit.* ann. 1480. ex *Reg.* 206. *Chartoph.* reg. ch. 554: *Perrete la Baudouyne Empoisonna le suppliant et lui bailla un mauvais morceau, tellement que acause de ce et depuis ledit temps, il ne s'est peu, ne peut aider, labourer, ne gagner sa vie: mais a tousjours depuis esté, comme encore est, en languueur: et se cognoissant ledit suppliant, afin d'avoir alligence et garison, et que laditte Boudoyne lui vouldit oster le mauvais morceau qu'elle lui avoit baillé.* In *Ch. Sequenti*: *Le suppliant disoit par icelle la Baudoyne estre ensorcélé, et que trois ans avoit qu'elle le tenoit en son sort. Unde Empoisonneresse, pro Venefica, vulgo *Sorciera*, in aliis *Lit.* ann. 1389. ex *Reg.* 137: *Jame meu de mauvaise volenté repondit à ladite Jeanne qu'elle étoit une fausse putain, vielle sorciere ou Empoisonneresse, et qu'il regnoit Dieu, s'il ne la faisoit ardoir et tous ceulx de son hostel.* Vide *Impationare.**

† **EMPRENDIMENTUM**, *Fori Aragon.* lib.



4. tit. 4: Ut monopolia, etc.: *Quia propter monopolia, conventicula, Empreimentia, congregaciones, conveniencias, etc. Gallis Entreprise, Usurpatio.* [\* Vide mox Empresia.]

† **EMPRENEMENTUM**, Eadem notione. Statuta Arelat. MSS. art. 90: *Juramenta et Emprementa, vel nota seu confraternitatis, vel conspirationis non fiant in tota villa.*

\* **EMPRENTA**, a Gallico *Empreinte*, Nota, signum impressum. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 628. art. 10: *Falsos albaranos seu Empreintas fabricando, etc. Vide infra Expressare.*

\* **EMPRESIA**, Agressio, facinus, conatus, consilium, nostris alias *Emprise*, Hisp. *Empressa*. Charta ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 65. col. 2: *Item ponunt quod supra nominati... sollicitarunt communitates et singulares faciendi liguam et Empreiam contra gentes armorum domini ducis, et ut non veniret ad patriam.* Le Roman de Cleomades MS.:

Trop longhement et h amy  
Vous tenoies, se recorder  
Vous volote, et tout deviser  
Les Emprees, les ferrois,  
Les batailles, les poignois.

*Emplaitte*, eodem sensu, apud Froissart. vol. 4. cap. 68: *Anglois sont gens de fait et d'Emplaitte; et au cas que vous les ayez, vous en ferez bien vostre Emplaitte et besongne.* Pro Consilium, vulgo *Projet*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 223: *Le suppliant fit tant pardevers sa femme, qu'elle lui recongnut ladite Emprinsse, et en presence de son pere lui fit confesser les convenances et Emprises du prestre et d'elle.* Sed et vox *Emprinsse*, idem est quod Lusoria certatio, vulgo *Reprise*, partie de jeu. Lit. remiss. ann. 1454. in Reg. 191. ch. 49: *Lesquelz jouerent une autre Emprinsse,... laquelle derreniere Emprinsse ou passade iceule Millas et Casal, qui avoient perdu la premiere Emprinsse, gaagnerent.* Vide *Imprisa*.

\* **EMPRESTARE**, [IMPRESTARE,] Accommodare, praequare, mutuo dare, ex Hispan. *Emprestar*. [Gall. *Prêter*.] Fori Oscæ ann. 1247. fol. 5: *Postquam terminus fuerit transactus, in quo debuit recuperare suam pecuniam creditor, qui eam imprestavit.* Vide in *Præstare*.

\* **EMPRISIA**, [Molitio, Gallis olim *Emprise*, nunc *Entreprise*. Edictum Johannis Franc. Regis ann. 1355. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. pag. 21: *Et à l'aide de Dieu, pour obvier à la mauvaise volonté et Emprise de nos ennemis, etc.*] [\* Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 54: *Per gentes temporales dicti domini episcopi Albiensis fuit facta Emprisia contra nonnullos latrunculos.*] Vide *Imprisia*.

\* **EMPRODERE**, *Excludere*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

\* **EMPROSOPUS**, ex Græco ἐμπρόσωπος, Qui coram adest, vel qui personam alterius representat. Sidon. in Panegyrico Aviti:

... . Procerum tum maximus unus,  
Dignus qui patriæ Personam sumeret, infit.

Chronicon S. Sophiæ Benevent. ann. 1087: *Quamobrem per rogam Joannis Galiardi, et Imperiali Emprosopo, etc. Charta Rogerii Ducis Italiæ ann. 1088. apud Ughellum tom. 9. pag. 629: *Stratigotis, Prosopiis, Vicecomitibus, etc. Legendum puto, Emprosopis. Concilium Calchedonense Act. 1: Αὐτό, εἰ συγκατατίθεντα**

οἱ εὐλαβεστάτοι ἐπίσκοποι, ἵνα εἰσδεχθῶσιν οὗτοι ὅτινες ὑπὲρ τοῦ προσώπου τοῦ εὐλαβεστάτου μοναχοῦ πράττειν ἔτοιμοὶ εἰσιν, εἰπωσιν. Theophanes pag. 312: *Ἐντελέμενος τοῦ Παπάτην ὡς ἐκ τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἔκαθε δὲντα, ubi Hist. Misc. in persona sua vice deputatum.* Balsamon. in Synod. Trullan. in princib.: *Λεγάτοι δὲ εἰσιν οἱ ἐκ προσώπου λεγόμενοι, ὅτινες καὶ μερικὴν δικαιοδοσίαν ἔχουσιν.* Vide Leonem in Tacticis cap. 4. § 7.

\* **EMPROTORTONUM**, ἐμπροστότονον, Morbus contrahens caput ad scapulas; de quo Cælius Aurelian. lib. 3. Acut. cap. 6. Joannes de Burnino Archiep. Vienneensis in Epist. de Canonizatione Stephani Diensis Episcopi: *Mulier quædam... quæ in tantum afflicta fuerat Emprotortono, quod nullatenus destrorsum, sinistrorsum, nec ad cælum poterat respicere.* Leg. Emprostotono.

\* **EMPRUMPTUM**, a Gallico *Emprunt*, Mutuum. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 398. col. 1: *In fine leuæ sive rotuli Emprumptorum hujusmodi expensarum descripta, etc. Vide infra Impruntare et Impruntatum.*

† **EMPSICHEUS**, a Græco ἐμψυχος, Spirans, vivus. Appendix ad Agnelli librum Pontif. apud Muratorium tom. 2. pag. 195. col. 2: *Hic autem Minas, quem memoravimus, infirmatus est graviter, eratque ejus infirmitas febris vehemens, quæ instanter eum atque flagranter agressa est, et fere omne corpus ejus humore extingens ad Empsicheam emensitatem desiccationemque produxit: ubi Empsichea emensitas tantam videtur ægotantis maciem indicare, ut solus in eo spiritus superesse videatur, quales fere sunt, qui laborant ectica.*

\* **EMPTATUS**, Insitus, Gall. *Enté*. Charta ann. 1315. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Pomerii et pererii tamen habeantur pro non fructiferis, nisi essent Emptati.* Vide infra *Entare*.

\* **EMPTICA**, Navis oneraria, mercatoria. Glossar. Gr. Lat. MS.: *Ἀγρόρατος, Empticus: editum Empticus, habet.* Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini:

Martinum mea prora vehat, sacra Emptica nante  
Dulcis apex, spes fida ratis, leve pondus amantis  
Mercis onus suave est.

Infra:

Mergit in undosum tumulatam sarcina proram  
Ut petat ad portum, rerum facit Emptica jactum.

\* **EMPTIGUS**, Emptione acquisitus. Charta ann. 8. Pippini reg. apud Meichelbec tom. 2. Hist. Frising. pag. 27: *Itaque tradedi atque transfundavi propriam hereditatem atque Empticam in jam predicto loco.* [\* Adde aliam ibid. pag. 123.]

† 1. **EMPTIO**, Quod præstat domino feudali pro emendi facultate. Charta Mathildis Comitissæ Nivern. ann. 1244: *Liberæ sint et immunes ab omni pedagio, leidis, venditionibus et ab omnibus exactionibus, etc.*

† **EMPTIO TERRÆ**, Præstatio domino faciendâ cum terram emit: de qua dictum est in voce *Auxilium* pag. 512. Charta anni 1153. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 157: *Rogaverunt me supradicti Monachi, ut eis quasdam consuetudines quas eis D. Gaufridus pater meus dederat, confirmarem, scilicet census, ostagium, Comitibus esum, maritacionem, Terre Emptionem, corporis sui redemptionem: quod et ego libenter feci.*

\* 2. **EMPTIO**, Locatio, Gall. *Ferme*. Libert. S. Anton. in Ruthen. ann. 1369. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 505.

art. 20: *Quod si aliqua persona dicti loci debebat aliqua arreragia in thesauro Rhutenensi, ratione Emptionis aliquorum emolumentorum vel aliq. de causa, omnia arreragia prædicta hucusque nunc eis remittimus.* Vide supra *Emeret* et *Emptor* 2.

1. **EMPTOR**, Officium aulæ Regiæ, cui incumbit oves et boves et porcos emere, et inde forum Regis capere, sed cum taxatione fide dignorum, quantum valet ad opus Regis, et quantum valuerint per quindenam ante adventum suum in partibus illis, etc. Fleta lib. 2. cap. 17.

\* 2. **EMPTOR**, Qui vectigalia colligit, et inde statutum pretium reddit, Gall. *Fermier*. Lit. ann. 1270. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 412: *Cum minores bailivi nostri Emptores reddituum nostrorum in Arvernia seu attentatores, multipliciter injuriosi actenus extiterint eisdem, ipsos consules et singulares de communitate multiplicibus exactionibus indebitis molestendo, etc.* Stat. datiar. Riper. cap. 17. fol. 15: *Item quod quælibet persona, portans seu conduccens aliquas mercantias... teneatur et debeat præstare patientiam cuilibet Emptori vel Emptoribus ipsorum dationum.* Emptores carcerum, in Ch. ann. 1424. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 215. col. 2.

\* **EMPTURIUM**, [EMPTORIUM, *Le lieu où en achete, quod et Empturium dicitur, Marché*, in Glossis Lat. Gall. Sangerm. MSS. Emporium.] Synodus Francoford. ann. 794. cap. 3: *In omni loco, in omni civitate, et in omni Empturio, similiter vadant isti novi denarii, etc.* Ita in MS. Codice legi monet Baluzius, ubi Sirmondus *Emporio* edidit.

† **EMPUSA**, ἐμπουσα, Genus spectri varias induens formas, ita dictum, ut quidam putant, παρὰ τὸν ἐνὶ ποδίσειν, quod uno incedat pede. Fingitur alterum asininum. Utuntur quidam e recentioribus, et Aristophanes inter Græcos.

\* **EMPYEMA**, vulgo *Empyème*, Collectio puris in pulmonia. Occurrit passim. *Empyicus*, qui eo morbo laborat, apud Marcell. Emperic. Ita D. Falconet.

\* **EMULARE**, [Lenire, mitigare, blandiri. DIEF.]

\* **EMULARI**, [Lamentari. DIEF.]

† **EMULENTUM**, Acta S. Cassiani cap. ubi de Obitu S. Simplicii Episc. apud III. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 357:

Cujus stelligeris perlatum pneuma choreis  
Donatum serto, neonon celebri Emulento.

Vereor ne mendum sit in hac voce; at qui corrigi queat, non video nisi forte legendum sit *Amuleto*: quod utcumque posset accommodari loco citato.

\* Ex sequentibus verbis, *vivit, splendet, haud ægre suspicor legendum Eduletum*, pro *Eduium*. Et quidem paradisum Mahometico more nonnihil effingit Poeta laudatus.

\* **EMULIS**, Utilis, vox ficta ut a qua *Emolumentum* duceretur. Virgil. Gramm. pag. 98: *Etenim quicumque hanc, quam nos valde Emulem putamus, ita defendunt peritiam, etc. Emulitas apud eundem pag. 113: *Philosophiæ artes sunt multæ... quæ non tam Emulitatem, quam curiositatem prætedunt.**

† **EMUNATA**, Idem quod infra *Emunitas*, Immunitas, privilegium. Præceptum Childerici Regis circa ann. 720. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 2. col. 18: *Emunata de Monasterio Estabula seu Malmundario ut non debeat alter Abbas esse, nisi quos ipsi Monachi voluerint eligere.* Vide *Emunis*.

\* **EMUNCTARE.** [Navim ad litus ducere. DIEF.]

**EMUNCTORIA,** Forcipes ad emungendum lychnum, inter vasa ac ministeria sacra reponuntur a Durando lib. 1. Rat. cap. 3. n. 28. Occurrit Exod. 25. ubi Mammotrectus: *Emunctorium est instrumentum quo temperantur lapides [lampades] vel lucernæ.* Glossæ MSS.: *Emunctorium, unde candela muncatur: hinc Emungo.* Papias: *Emunctoria, sunt forcipes ad emungendas lucernas.* Græcus Bibliorum interpres ἐκαρυστήρας. [Gloss. Lat. Gall. MSS. Sangerman. Emunctorium, Instrument à moucher la chandelle. Hodie Mouchettes appellamus.]

\* **EMUNCTORIUS,** Ablatus, subreptus. Charta ann. 894. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 676: *Et quicumque contra hoc nostræ immunitatis præceptum aliquid contradicere vel violare præsumperit, sciat se sicut et alias res Emunctorias compositorium et emendaturum.*

\* **EMUNDA** dicitur de ramis excissis vel decerptis, Gall. *Emondé.* Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Talis est usus forestæ Brottonniæ, quod omnes illi, qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas et garbas.... possunt et debent capere sine emenda semper consuetudinem forestarum in Brotonna, videlicet Emundam desuper suam rotam.* Vide supra *Emondæ.*

\* **EMUNDATIO.** [Actus emundandi. Tertull. *Baptism.* 5. et 4. *advers. Marcion.* 9.]

**EMUNIS,** Immunis. Balbus in Catholico: *Emunis et Immunis dicitur, qui liber est a muneribus.*

**EMUNIRE,** Immunem et *Emunem* reddere, facere. Gloss. Lat. Gr.: *Emunit, ἀσφαλίζεται, ὄμορφ.* Charta Pipini Regis Franc. pro Monasterio S. Dionysii: *Petit ipse Abbas... ut per confirmationem nostram vel deliberationem nostram tale Emunire deberemus præceptum.*

† **EMUNITARE,** Eadem notione. Diploma Ludovici Germanici apud Eccardum Origin. Hasburgo-Austriac. col. 108: *Qualiter prædictus locus S. Stephani a Duce Alberto fundatus erat, et per constitutionem Chylderici Regis Emunitatus, etc.* [\* *Emunitatus, ap. Hergott. pag. 34. Cod. Prob. Geneal. Habsburg.*]

**EMUNITAS,** Hostiensis in Summa, est *Libertatis concessa Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis, et rebus aliis ad eas spectantibus: et dicitur ab Extra et Munia, i. officia vel onera, a quibus Ecclesiæ sunt immunes.* Generatim est quodvis privilegium, a Principe concessum, vi cuius, viri, Ecclesiæ, ac prædia sub ejus protectione esse intelliguntur. [Præceptum Chylderici I. Regis Franc. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 5: *Liceat ipso Abbate Dauverno et successoribus ejus... sub omni Emunitate vel tuitionis nostræ sermone valeant tenere atque possidere, etc.*] Capitularia Caroli C. tit. 43. [\* *ap. Carisiac. ann. 877.*] cap. 20: *Eorum, qui nobiscum vadunt beneficia et villæ sub Emunitate maneant.* Capitula ad Legem Salicam cap. 2: *Si quis in Emunitate damnium fecerit.* Synodus Vernensis ann. 755. cap. 19: *Ut omnes Emunitates per universas Ecclesias conservatæ sint.* Adde Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 13. [\* *ap. 15.*] Chronicon S. Vincentii de Vulturno lib. 1. pag. 679. Spicilegium Acherianum tom. 12. pag. 154. Diplomata apud Doubletum in Hist. Monast. S. Dionysii pag. 699. 700. 701. 822. Walafridum Strab. in Vita S. Galli cap. 12. Rabbertum de Casibus S. Galli cap. 2. 3. 6. etc. Eiusmodi *Emunitatum* formula extat apud

Marculfum lib. 1. Form. 3. [Vide *Mundiburnum*, et D. de *Lauriere* Præfat. tom. 1. Ordinat. Reg. pag. ix.] [\* *De Immunitatibus ecclesiis et nobilibus concessis videndus Eichhorn. in Histor. Jur. German. § 172.*]

**EMUNITAS,** Ambitus Monasterii, intra quem immunitatis jus erat. [Charta anni 1165. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 1010: *Primum quidem quemdam locum prope Alesinam pantano circumdatam versus Septentrionem, in quo Ecclesia B. Clementis quondam fuerat, nunc autem obruta funditus cernitur, cum Emunitate undique quinquaginta passuum eidem Monasterio ad ædificandum habere jugiter concedimus.*] Chron. Montis-Sereni ann. 1205: *Ædificium Curie quæ Præpositi vocatur, construxit. Ambitum Emunitatis claustrii muro amplexus est, etc.* Charta Chlotarii Regis, pro fundatione Monasterii Wissemburgensis (fictitia) *ibid.* pag. 272: *Reliqua vero familia legitimo loco et tempore ter in anno pro justitia faciendâ ad placitum advocati debet convenire, et in provicium (proficuum) advocati, si præsens est, singuli singulos denarios solvere, exceptis his, qui sunt in Emunitate.* Gobelinus Persona in *Cosmodromio* ætate 6. cap. 69: *Quendam laicum debitorem suum ad Emunitate monasterii.... vi abstraxit.* [Vide *Dextrî*, lin. *Dextrorum præsertim*, etc.]

† **EMUNITER,** Absque ulla servitute. Marculfum lib. 2. Form. 36: *Sed ipsum omnibus diebus vite tuæ aut hereditis tui Emuniter debeatis possidere, vel quidquid exinde facere volueritis liberam habeatis potestatem.*

**EMUNTORIÆ RES,** Quæ sub emunitate consistunt. Charta Ludovici Regis ann. 894. pro Isacho Gratianopolitano Episcopo, ex Tabular. ejusdem Ecclesiæ fol. 77: *Et quicumque contra hoc nostræ immunitatis præceptum aliquid contradicere vel violare præsumperit, sciat se sicut et alias res Emunitorias compositorium et emendaturum.*

\* **EMURALAMII,** Genus Turcici peditatus. Laonic. Chalcon. lib. 5: *Signifert, quos Emuralamios nominant, etc.* Hæc post Car. de Aquino in Glossar. milit:

\* **EMUSCARIUM,** a Gallico *Emouchoir*, Flabellum ad abigendas muscas, cuius usus in liturgiis sacris. Arest. *parlam.* Paris. ann. 1821. 9. Maii in Reg. *Olim: Item unum muscarium argenteum, cum uno parvo vase argenteo ad reponendum Corpus.* Vide *Muscarium*.

\* **EMUSILIS,** *Res avidus in auspiciis.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* **EMUSSITATUS.** [Adamussim factus. *Fest. Adde Plant. Mil. 3. 1. 38,* ut quidem legit *Non. 1. 28. et 6. 43.* et alii. Reponunt plerique omnes *Amussitatus.* Est enim ab *amussis*.]

† **EMUTARE,** pro *Immutare*, apud Marculfum lib. 2. form. 13. 14. 23. 24. 30. Sirmondum form. 43. Lindebrogium form. 58. 59. etc. Sed et apud Quintilianum lib. 8. cap. 2. legitur: *Emutatis in perversum dictis.*

† **EMUTIRE,** *Edicere, proloqui.* Onomast. ad calcem tom. 3. SS. Aprilis.

\* Nostris contra *Esmuys*, qui loqui non potest. Joinvill. in S. Ludov. edit. reg. pag. 24: *Il (S. Louis) estoit Esmuys et ne pouoit parler.* Vide supra *Amusus*.

\* **EMYM,** *Horribiles vel terribiles gigantes,* in Glossar. ex Cod. reg. 7613.

**EN** et **ENA,** Voces nobilium utriusque sexus nominibus præponi solitas apud Beneharnos, scribit Marca lib. 7. cap. 16. num. 5. quæ quidem idem sonant quod

*Dominus*, vel *Domina*: nec apud Beneharnos duntaxat, sed et apud Catalanos et Aragonenses, ut ex Raimundo Montanerio in *Chronico Regum Aragon.* ex *Historia Expugnata Minoricæ Insulæ*, et *Chronico Petri Regis Aragon.* editis a Michaele Carbonello, passim colligitur. Nescio an huc spectet epitaphium, quod descripsit Catellus lib. 2. *Rerum Occitan.* pag. 171:

En Ramon Arnaldus jacet hoc in marmore clausus, etc.

Vide Andream Boschum in sua *Catalania* pag. 574.

† Eodem spectare suadet hujus vocis usus alias in Occitania frequens, atque etiamnum vigens in superioribus partibus hujus provinciæ saltem apud plebeios; sed arbitrator apud Occitanos iis vocibus illos designari, qui inferioris sunt originis, et reipsa distinguuntur a nobilibus: quorum proprio nomini vox *Dominus* aut *Domina* aliave similis, ut *Miles*, fere semper præfigitur. Codex MS. Bibl. Domini de *Chalvet* Senescalli Tolos. de Hæreticis Albigenibus: *Premisit garcionem suum et precepit ei, ut pararet cenam in castris in hospitio d'Ena Saca.* Et infra: *Ermegaudus Vena de Regalimonte venit ad ipsam dicens sibi, quod duo de illis Bonis hominibus, qui dicuntur heretici, quorum unus vocabatur R. Delboc maritus olim d'Ena Cabriagis, de Albia et socius ejus cujus nomen ignorat ipse, ut dicit, erant in domo Guillelmi de Mauriano.*

\* *Ena*, vel *Na* promiscue mulieres natalibus insignes nominibus suis præposuisse dubitari non licet. Id quidem jam monuerat Petrus de Marca, testis hac in re locuples, lib. 3. *Marce* *Hisp.* cap. 9. pag. 262. Quod pluribus Instrumentis, quæ ad domum de *Guiscard* pertinent, confirmat D. de *Serigny*, in Reg. 4. *Armor.* gener. pag. 2. et 3. in quibus, ut observat, nusquam *Ena*, sed *Na* perpetuo legitur. Iis addo Chartam donationis pro Claristis de Monte Marsano diocesis Atar. ann. 1270: *En Gaston et Na Matta*; quæ unica voce perpetam scribunt nonnulli. Eviuit tamen postea ejusmodi titulus, ut docet idem de Marca loco laudato, ab eoque abstinere proceres alique; cui successit vox *Don*, post nuptias nimirum Ferdinandi regis Aragonum cum Isabella regina Castellæ. Vide infra *Na* 2.

**ENACH,** *Emenda, Scotis*, vel satisfactio, quæ datur alicui pro aliquo delicto seu injuria. Occurrit in *Regiam Majestatem* lib. 2. cap. 12. § 7. lib. 4. cap. 86. § 7.

† **ENACTUS,** Actus, constitutus, decretus. Charta Edwardi VI. *Angl.* Regis ann. 1548. apud Rymerum tom. 15. pag. 173. col. I: *Cum per quemdam actum in Parlamento... inter alia statuta pro republica nostra edita, ordinatum, Enactum et stabilitatum fuerit, quod, etc.* Forte leg. *Exactum.* [\* Forte leg. *Edictus.*] [\* *Nihil mutandum, Anglis to enact, Jubere.*]

† **ENAFODIA.** Vide *Enafoci*.

† **ENAFOTI.** Vide *Enaphoti*.

**ENAMELATUS,** **ENAMELYD,** vox Anglica, *Encaustice*, pictura encaustica. Occurrit passim in Inventario ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis in *Monastico Angl.* tom. 3. pag. 170. et seq. *Amaylare*, *ibidem* pag. 332. Gall. *Emailler.* [Vide *Smaltum*.]

\* **EN-AMONT,** vox vulgaris, *Sursum*, nunc *En-haut*. Charta Hugon. de Bauccio ann. 1210. ex schedis Pr. de *Mazougues*: *Trado in acaptum perpetuum om-*

ñibus hominibus Castilionis.... paludem  
neam, sicut vadit de Barbehal ad En-  
amont.

**ENANTARE.** Fori Aragon. lib. I. fol.  
25. edit. 1624: *Statuimus et ordinamus,*  
*quod omnes literæ, quæ impetratæ vel*  
*obtentæ fuerint amodo contra forum et*  
*consuetudinem regni Aragonum, ad im-*  
*pediendum officium Justitiæ Aragonum,*  
*quod ipsa Justitia non possit Enantare,*  
*vel procedere, nec Justitiam facere parti-*  
*bus, secundum quod suo officio convenit,*  
*etc. Lib. 3. pag. 49: Cum processus, qui*  
*habitus est ad unum effectum et finem,*  
*propt est Ecclesiasticus, ad alium finem*  
*sive Enantamentum quod ad alium effec-*  
*tum tendit, subsequi non debeat, etc. Lib.*  
*4. pag. 115. vº: Illi contra quos dicti pro-*  
*cessus, Enantamenta, vel executiones*  
*fiunt, etc. Pignorare. Vide Nantum.*  
[<sup>20</sup> *Enantare est Procedere et Enanta-*  
*mentum, Processus, a Latino in ante.*  
*Vide Sanchez in Glossar. Poem. del Cid,*  
*voce Enadran.]*

**ENANTAMENTUM,** Proscriptio, aba-  
lienatio, ab Hisp. *Enajenamiento.* Charta  
Petri III. reg. Aragon. ann. 1351: *Licet*  
*criminosi aliqui per aliquem ex vobis...*  
*banniti fuerint, vel a pace et treuga e-*  
*jecti per alios officiales forsitan ignaros de*  
*hujusmodi bannimento vel Enantamento...*  
*hujusmodi bannitos vel a pace et treuga*  
*ejectos receptare non desinunt.*

**ENAPHOTI.** Anastasius in Paschali  
PP. pag. 153: *Fecit jam predictus Ponti-*  
*fac canistra Enafoti ex argento duo pens.*  
*lib. 10. In Valentino II. pag. 163: Obtul-*  
*it... canistra Ennafotia duo pens. lib.*  
*15. ubi canistra videntur esse ἐνός φωτός,*  
*vel ἐνεία φωτών, unitus, vel novem lumi-*  
*num, hoc est ἐνέφαρτα, vel ἐννεάφαρτα. Vide*  
*Enafoti.*

**ENARE.** Glossar. Provinc. Lat. ex  
Cod. reg. 7657: *Dessenar, Prov. Enare,*  
*delirare, furire. Ibidem: Enare, furere,*  
*Enrabiar, Prov. Hinc, ni fallor, Enra-*  
*basseur, pro Demens, furibundus, pro-*  
*tervus, in Lit. remiss. ann. 1472. ex Reg.*  
*187. Chartoph. reg. ch. 345: Icellui de la*  
*Tare disoit... que ledit Jehan Madone*  
*estoit faulx, traite, Enrabasseur. Unde*  
*etiam Enresdie et Enrederie, Protrevi-*  
*tas, Gall. Effronterie, impudence. Poema*  
*inscriptum Le Mesdantsant:*

*Cuers vil a tant de boidie,  
De traison et d'Enresdie, etc.*

Chron. Bert. Guescl.:

*Et brochant le cheval si come par Enrederie.*

Guill. Tyr. lib. 5. cap. 17: *Proterve ni-*  
*mis asseverabat. Quæ Gallice redduntur,*  
*par une Enrederie. Enreud vero et Er-*  
*redé, pro Pertinax, a ratione devius,*  
*Gall. Extravagant, Opiniatre, apud Pe-*  
*trum de Font. in Consil. cap. 15. art.*  
*27: Et se l'uns ou li autre est si Enreudés,*  
*ke il ne demandent nul amesurement,*  
*etc. Stat. pro pistoribus ex Lib. statut.*  
*artif. Paris. in Cam. Comput. fol. 4. vº:*  
*Se cil qui l'amende a faite, est si Erredés*  
*ou si folz que il ne veulle obéir au com-*  
*mandement du maistre, etc. Vide supra*  
*Delirus.*

**ENARGIA.** Henricus Rosla in Herlings-  
berga:

*Sed licet anxietas premat, ac Enargia cunctos,  
Vota tamen solvunt regnatori, etc.*

Forte *Anergia*, ex Gr. ἀνεργία, otiositas,  
segnities.

**ENBROUDATUS,** Angl. *Imbrodered*,  
Gall. *Brodé*, Acu pictus. *Una capa tota-*  
*liter de auro... Enbroudata nobiliter cum*  
*imaginibus, apud Rymer. tom. 9. pag.*  
*273. col. 1.*

\* **ENCABUM,** vel **ENCABUS,** f. pro Ca-  
cabus, Gall. *Chauderon.* Inventar. MS.  
bonor. Raym. de Villanova ann. 1449:  
*Item una lina bagnaressa clausa, in qua*  
*sunt stubæ, una cum quodam Encabo æris*  
*et aliis formentis dictæ tinæ.*

**ENCENIA,** ἐγκένια, Temporum dedi-  
cationes. Quintilianus Declamat. 323:  
*Dedicatio est illa, quæ denuo inducit, quæ*  
*sede destinata locat. Papius: Encenia,*  
*initia, vel novi templi dedicationes. Gloss.*  
*MS: Dedicationes, Encenia. Glossæ MSS.*  
*ad Conciliorum Canones: In Encentiis,*  
*id est, dedicationibus novis. Isidorus lib.*  
*1. de Eccl. Offic. cap. 35: Quandocum-*  
*que novum aliquid fuerit dedicatum,*  
*Encenia vocatur: [quæ sunt S. Augusti-*  
*nini Tract. 48. in Johan. circa initium.*  
*Gloss. MS. Sangerman. Lat. Gall: En-*  
*encia, Commencemens, ou nouvelles festes,*  
*si comme dedications d'Eglise, estrennes.]*  
Fortunatus lib. 3. Poem. 4:

*Cum Salomon coleret generosi Encenia templi.*

Adde eundem de Vita S. Medardi  
cap. 19. Theodulfus lib. 2. Carn. 4:

*Exstiterant quondam Solymis Encenia facta.*

**ENCENIÆ,** feminino genere, apud  
Milonem Monachum Elmonensem in  
Histor. Translationis S. Amandi n. 4:  
*Sacræ scilicet Encenias Basilicæ, etc.*

**ENCENIUM** numero singulari. Eadem  
notione. Hericus Monach. de Mirac. S.  
Germani cap. 18: *Quod sibi constaret*  
*evidentissimam impediri Encenii func-*  
*tionem.*

Enceniorum templi varii sunt ritus,  
quorum præcipuus is, quod Sanctorum  
reliquiæ recondantur sub altaribus.  
Charta Alexandri Archiepiscopi Vienne-  
nsis, in Tabulario ejusdem Ecclesiæ  
fol. 87: *Quo opere perfecto, Richardus*  
*sanctæ Vivariensis Ecclesiæ Episcopus,*  
*ob meo jussu atque rogatu, ad eundem*  
*venit Oratorium, et more Episcopali illud*  
*consecrari studuit, atque pignora Sancto-*  
*rum in honore sanctæ Genetricis Mariæ*  
*in pila altaris ibidem recondidit, etc.*  
Hincce ritum observant Scriptorum alii,  
S. Ambrosius Epist. 85. Paulinus Epist.  
12. pag. 145. Beda lib. 5. Hist. cap. 12.  
21. Cyrillus in Vita S. Euthymii n. 122.  
Gregorius M. lib. 5. Epist. 145. Gregorius  
Turon. de Gloria Confess. cap. 20. Can-  
didus apud Browerum in Antiq. Fuld.  
lib. 2. cap. 4. 114. Balsamon. lib. 1. Resp.  
88. Synod. VII. cap. 7. Baron. ann. 389.  
n. 83. etc.

Oleo sacro inunguntur parietes, quod  
præter auctores qui de Officiis Eccle-  
siasticis scripserunt, docet Historia De-  
dicationis Ecclesiæ Cævensis num. 5.  
apud Bolland. 4. Mart.

Lustrantur aqua benedicta intus et  
exterius. Vide Tabularium Lemovicense  
ann. 1095. apud Beslium pag. 509. 510.  
et Hemeræum in Augusta Viromand.  
pag. 124.

Diebus tantum dominicis Encenia  
fleri debere sanxit Concilium Cæsaraug-  
ustanum ann. 688. can. 1.

Ad Ecclesiarum dedicationes vicinos  
Episcopos evocatos testantur Scriptorum.  
Gaudentius Brixiensis tract. in Dedicat.  
Basilicæ SS. 40. Martyr: *Nam ut vene-*  
*randas Sanctorum reliquias haberemus,*  
*Deus noster tribuit,.... et hodie, ut adepti*  
*summorum Sacerdotum præsentiam, de-*  
*dedicationem celebrare mereamur, ipse concessit.*  
*Convenerunt enim sanctissimi An-*  
*tistites et Apostolici viri, ad persolvendum*  
*beatissimis Patribus et præceptoribus suis*  
*debitæ devotionis obsequium, ut ubertate*  
*plenissima benedictionum spiritualium*

*ditaremur.* Fortunatus lib. 3. Poem. 4.  
ad Felicem de Dedicazione Ecclesiæ  
suæ:

*Convocat egregios sacra ad solennia Patres.*

Adde S. Augustinum Epist. 251. S. Am-  
brosium Epist. 5. Vitam S. Athanasii  
pag. 22. Sozomenum lib. 4. cap. 13. Vi-  
tam S. Bernardi Archiep. Viennensis  
tom. 6. Vitar. Ord. S. Benedicti. Epist.  
58. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.  
Candidum Monachum apud Browerum  
in Antiq. Fuld. lib. 2. cap. 4. Fulbertum  
Epist. 118. Hemeræum in Augusta Viromand.  
pag. 124. etc.

Convivia publica parabantur in Encæ-  
niis, de quibus copiose Savaro ad Sido-  
nium lib. 4. Epist. 15. Vide *Dedicatio.*

Deferebantur reliquiæ præcipuæ totius  
dioceseos, quæ, finita dedicatione, in  
suas Ecclesias referebantur: de quo  
more agunt Baldricus in Chron. Came-  
rac. lib. 3. cap. 49. Hist. Translationis  
S. Lifardi Abbat. cap. 4. in tom. 1. de  
SS. Ordin. S. Benedicti, Fragm. Hist.  
Aquitain. pag. 81. edit. 1596. Charta Aus-  
tindi Burdegal. Episcopi ann. 1062.  
apud Sammarthanos in Archiep. Aus-  
ciens. Hemeræus in Augusta Viromand.  
pag. 124. etc. Has et cæteras Encænio-  
rum seu dedicationis Basilicarum cere-  
monias attigerunt Gregorius M. in libro  
Sacram. pag. 147. ubi Menardus, Ivo  
Carnot. Serm. 4. de Reb. Eccles. Rha-  
banus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 45.  
Durandus lib. 7. Ration. cap. 48. Duran-  
tus de Ritib. Eccl. lib. 1. cap. 24. vetus  
Charta ann. 1186. apud Ughellum in  
Episcopis Veronensibus pag. 761. etc.

Celebrabantur etiam *Encenia* urbium,  
ut et eorum anniversarii dies, quorum  
ritus et ceremonias pluribus descripsi-  
mus in nostra CPoli Christiana: præte-  
rea Thermanum, Statuarium, et aliorum  
de novo excitatorum operum publico-  
rum, uti sparsim observamus in ea lu-  
cubratione. Vide *Dedicatio.*

**ENCENIA, Initia.** Alanus in Anticlaudio  
cap. 3:

*Et veluti quondam cantus Encenia donat  
Auribus, etc.*

**ENCENIARE,** ἐγκένιαρειν, Initiare, vel  
aliquid prima exercere, vel induere:  
unde vestem novam *enceniat*, qui primo  
eam induit vel portat. Ita Jo. de Janua  
ex Papiæ: *Enceniare novum aliquid in-*  
*duere.* Gloss. Lat. Gall: *Essaier de nou-*  
*vel.* [Aliud Sangerman: *Encenio, Com-*  
*mencer, ou de nouvel exercer, ou vestre*  
*estrenner.*] [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod.  
reg. 521: *Encenia, idem quod Innovatio-*  
*nes, Gallice Estregnetz. Enceniare, Es-*  
*trener, Gallice.] Durandus lib. 7. Ration.*  
*cap. 1. num. 27: Nam et si quis tunica*  
*induitur, Enceniare dicitur: [quod a S.*  
*Augustino mutuatus est Tract. 43. in*  
*Johan. ubi: Jam et usus habet hoc ver-*  
*bum: Si quis nova tunica, etc.] Epita-*  
*phium Aligerni Abbatis Casinensis, de*  
*Monasterio Casinensi de novo instaur-*  
*ato:*

*Quod quia frustrum fuerat tum temporis, ille  
Nisibus omnigenis Enceniarat hians.*

Ethelwerdus lib. 4. cap. 4: *Enceniavit*  
*in Wintonia urbe arduam turrim, quæ*  
*tum noviter fuerat structa in honore Dei*  
*Genitricis Mariæ. Gesta Rerum Francor.*  
usque ad Robertum, MSS. ex Bibl. Loi-  
selliana ann. 1013: *Floriacense Cænobium*  
*casuali conflagratum est incendio: sed eo*  
*insistente infra biennium est instauratum*  
*et Enceniatum. Innocentius III. PP. in*  
*Epist. ad Parisium Archiepisc. Panor-*

mitan. apud Lellium part. 2. § 82. pag. 46: *Noverat enim tanquam doctus, quia Quod nova testa capit, inveterata sapit, et ideo ne acereseret, quod vasi quis infunderet: nam sincerum vas tui pectoris adhuc recens non permisit, nisi recentis Enceniari liquore, nec massam teneram passum est malitiae aut nequitiae corrumpi fermento.* [Appendix ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 192. col. 1: *Quod autem vir sanctus de Lanificii opere victum sibi quotidianum quaeritabat, simplicitatem ejus sanctam commendat; quia nimirum decebat, ut ovis Domini rationis, quæ illius Agni, qui tollit peccata mundi, vellere Enceniata, non aliunde quam de ovium mundorum videlicet animalium tegmine, suam suorumque sustentaret vitam.* Joh. Longinus in Actis S. Stanislai Episc. Cracov. Mail tom. 2. pag. 278: *Secundo rationabili modernorum more auctorum, qui nova compilantes opera, reverentis consueverunt Pontificibus, aut prælucidis in Theologia Magistris, vel Doctoribus aliis Enceniare, etc.*]

† ENCENISSARE, Lætari, ut fit in Enceniis juxta La Cerdam. Vide Sancenisare.

ENCENIUM, pro Exenium, Donum, munus. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 11:

Fercula sunt Epulo: sed sunt Encennia Dona, Quæ quandoque probis causa mittuntur honoris.

Durandus lib. 6. Ration. cap. 7. n. 21: *Senescalchi vel alii servitores, vel portantes Encenia, non solvunt jejunium, si prægustant cibos ante dominos.* Ubi vetus interpres Gallicus pag. 177: *Les Seneschaux, les Queux, les Cuisiniers et serviteurs des grands Seigneurs, qui portent presens de viande, etc.* Itinerarium Gregorii XI. PP.: *Offerunt tibi Encenia, etc.* [Bernard. de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 222: *Quatuor potentissimis viris suis convinctis Encenia transmittit.* Liber de Doctrina Novitiorum Ord. Grandimont. cap. 5. inter Anecd. Marten. tom. 5. col. 1834: *Encenia non mittas per mensam, nisi forte illi qui juxta te sedet: quia Encenia fratribus facere non ad te pertinet, sed ad Abbatem vel Priorem conventualem, qui de cibis ante se apportatis possunt debilibus et delicatis facere pitantiam pro sustentatione naturæ sine scandalo.*] Vide Exenium.

\* Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 20. col. 1: *Quia ex deliberatione consilii fuit conclusum quod fieret Encennium sive donum dicto domino gubernatori, pro suo jucundo adventu, usque ad summam decem librarum Turonensium, etc.* Hinc patet appellationis ratio.

ENCENIARE, Muneribus quempiam donare. Joannes a Leydis in Chronico Belgico lib. 13. cap. 2: *Qui postquam repatriare cum cæteris Principibus decrevisset, legaliter fuit Enceniatus a Wenaro Marchione Ferrariæ.* Utitur præterea lib. 28. cap. 2. ut et Chronicon Belgicum pag. 187. [Vide supra alia notione.]

ENCALCARE. Vide Encercare.

† ENCANTARE, Auctionari, Sub hasta vendere. Ital. *Incantare*, Nostris *Vendre à l'encan*. Statuta Arelat. MSS. art. 153: *Pellierii et Incantatores Arelatis jurent, quod bene et fideliter vendant et Encantent omnes res, quæ sibi traditæ fuerint ad Encantandum vel vendendum.* Vide *Incantare* 2.

† ENCANUM, Gall. *Encan*, Ital. *Incanto*, Auctio, hasta publica. Litteræ

Petri Infantis Arragon. Senescallo Provincia ann. 1332: *De quibus Encanum publicum tenuerunt in loco S. Felicitis.*

\* ENCARCERATUS, Monachus inclusus in cella privata, idem qui *Reclusus*. Vide infra *Incarcerati*.

\* ENCAUSAR, Prov. *Fugare, in fugam vertere*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Nostris quoque *Enchaucer*, *Enchaucher* et *Enchausser*, pro *Persequi*, *insectari*, quod et *Enchasser* dixerunt; unde *Encaus*, *Enchouz*, *Enchauchier* et *Enchaussement*, Insectatio, persecutio. Villehard. paragr. 71: *Li Grieu lor torrent les dos; . . . et li nostres les Enchaucient bien une lue grant.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 12: *Moult en ocist en fuiant, il les Enchausa jusques à un fueve, qui est apelez Hester.* Ibid. lib. 5. cap. 24: *Ebrouinz les Enchauca, et fist d'eulz en cel Enchouz si grant occision, etc.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 278: *Yceulz supplians courechiez de ce que il supposoit ledit Estienne estre feru à mort, Enchauchèrent icellui Hues, et le battirent.* Aliæ ann. 1376. in Reg. 110. ch. 85: *Et pour doubte que ycellui son cousin ne feust tuez par ledit de Vaux, qui très-fort l'envaissoit et l'Enchaussoit, etc.* Rursum aliæ ann. 1359. in Reg. 90. ch. 180: *Ycellui Vincent embrasé de mauvais esperit commença à Enchasser ledit Jehan.* Inde etiam *Encaucer*, *Litem persequi*, apud Pet. de Font. in Consil. cap. 35. art. 38: *On demande se li fax, qui tout jors Encauce pour demander hyretage, etc.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. ch. 209: *Lequel Berny le poursuioit asprement, . . . et les autres aussi complices dudit Berny lui faisoient grant Enchauc.* Aliæ denique ann. 1358. in Reg. 90. ch. 119: *Iceulz des Poulies vit que . . . il ne pouoit eschever et soy départir par le grant et aspre Enchaussement et approchement que ledit Fromage li faisoit, et que plus ne pouoit fuir, etc.* Le Roman de Robert le Diable MS.:

Quant Robiers voit que l'Encaus cisse, Que tout courent al gaigner, etc.

Le Roman de Cléomades MS:

Lors veissis parmi ces plains, Et parmi mons, et parmi vaulz Grans pourrières et grans Encaus. Treustout li chans estoit jonchiés De mors, de navres, de blechiés, . . . Tant avoit li Enchaus duré.

Ibidem:

Trop longhement et à enuy Vous tanrois, se recorder Vous voloie, et tout deviser . . . Les fuirs, ne les Encauchiers, Les retours, ne les ralyers, Ki y furent donsq'achevéés.

ENCAUSTUM, ex Græc. ἔγκαυστον. Gloss. Gr. Lat. Ἐγκαυστον, *Recremandum*. Papias. MS.: *Encausta, Pictura, quæ vetus molitur.* Rectius Gloss. Eccl. Parisiens: *Pictura, quæ ex cera molitur.* Jo. de Janna: *Encaustum, Tinctura scribendi.* [Perperam Gloss. Sangerman. Latin. Gall. MSS.: *Encaustrum, Encre pour écrire.*] Matth. Silvaticus: *Meddad, Meddadi, Arab. i. Encaustum scriptorum et maxime Saracenicum, quod Dioscorides atramentum vocat.* S. August. lib. 13. contra Faustum cap. 18: *Imputet ergo sibi Encausti munditia, quæ corio inhæsit agnino, i. pergamento.* Fortunatus in Ep. ad Syagrium lib. 5. Poem.: *Lacrimantes oculi querelas mihi finxerunt, ad vicem Encausti, et admirabili modo, aqua, quæ delere solet, per fletus scripsit.* De Encaustica pictura ita dicta agunt Plinius lib. 35. cap. 11. lib. 36. cap. 25. Vi-

trivius, Marbodeus lib. 1. de virtutib. herbar. cap. 3. et alii.

INCAUSTUM, pro *Encaustum*, Ital. *Inchiostra*, Gall. *Encre*. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Incaustum vel atramentum*, Blæc. Balterus Monachus in Vita S. Fridolini Abbat. n. 2: *Et Incaustum seu membrana non adfuit.* Bracton. lib. 5. tract. 5. cap. 17. § 2: *Licet aliud pergamentum, et aliud Incaustum.* Ita in Fleta lib. 2. cap. 27. § 5. Charta ann. 1228: *Quæ propter Incausti et chartæ vitium aboleri incipiebant.* Statuta Ordinis de Sempringham: *Calefactorium nullus ingrediatur, . . . excepto Præcentore ad planandam tabulam, quam non scribat tempore laboris, et ad calefaciendum Incaustum, et scriptoribus ad siccandum pergamentum.* Vetus Notitia seu Judicatum, apud Rocchum Pirrum tom. 1. Notit. Sicil. pag. 311: *Unde ad certitudinem dictæ sententiæ posuimus nostra sigilla et Dominus Rex posuit suum signum per litteras rubeas, et signum Crucis fecit ad suam confirmationem, et fecimus instrumentum Episcopo et Domino Gilberto cum alphabeto cum Incausto (perperam incastro) rubeo de donatione et contractibus.* Gaudfredus Monachus de Cestis in causa Gilberti Porretani: *Attulit chartam, calamum et Incaustum.* Occurrit in Regula S. Cæsarii ad Virgines in Recapit. cap. 7. apud Udalricum lib. 2. Consuet. Clun. cap. 36. lib. 3. cap. 18. Lanfrancum in Decret. pro Ord. S. Bened. cap. 17. Thomam Walsingh. pag. 258. in libro Usuum Cisterciens. Ord. cap. 72. in Statutis Guigonis pro Ord. Cartusien. cap. 7. § 9. in Monast. Anglicano tom. 1. pag. 277. etc.

\* Nostris *Enque*, ut in Charta ann. 1323. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 169. r.

SAGRUM ENCAUSTUM, Scripturæ species, qua solis Principibus uti fas erat, purpurea videlicet, cum cocti muricis et conchylii ardore, in leg. 6. Cod. de Divers. rescript. (1, 23.)

1. ENCAUTUM, Scripturæ species, quæ fit per adusionem et cestrum, ἔγκαυμένον. Gloss. Lat. Græc.: *Encaustum, ἔγκαυμένον, ἠσφαλισμένον.* Lex 4. Cod. Th. de Extraord. muner. (11, 16.): *Manuque propria perscribant atque Encauto nomina adnectant. Tabulis, vel Encauto et cerussa conscribere, in leg. 1. eod. Cod. de Veteranis (7, 20.)* [Vide Pancirolum lib. 1. var. lect. cap. 77.]

ENCAUTARIA, seu ENCAUTARIA, civitatum et provinciarum libelli censuales et publici, in leg. ult. Cod. Th. de Censu (13, 10.) et leg. 9. de Agricol. (Cod. Just. 11, 48.) *Encauti breves*, libri in quibus nomina et modus censuali possessionis continebantur, in leg. un. eodem Cod. de Collegiat. (Cod. Just. 11, 18.)

2. ENCAUTUM, Charta ann. 1289. apud Anton. Brandaonum tom. 4. Monarch. Lusitan. pag. 279. v. [\* Interdictio, vetitum. Leg. Alph. III. ann. 1251. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 53: *Dominus rex Portugalix et comes Bologniæ fecit cum consilio suorum ricorum hominum et suorum filiorum de algo tale Encautum, . . . Pectetur istud Encautum domino regi per omnes illos, qui ibi cum eo fuerint.* Vide *Incautare.*] Vide *Cautum*.

† ENCEFALUS, Celebris, summus, a Græco ἐγκεφαλος, qui in capite est. Acta S. Frederici Episc. tom. 4. Julii pag. 461: *Nomen autem ejus, divina providente clementia, per universam terram in tantum subito factum est Encefalum, ut etiam regales verberaret aures, et a cunctis honoraretur.*

\* **ENCEMATUS**, [Invocatus. DIEF.]  
**ENCENGIA**, [Modus agri.] Vide *Andecinga*.

\* *Ensange et Encenge*, eodem significato, nostris. Charta ann. 1394. ex Lib. pitent. S. Germ. Prat. fol. 124. v. : *Un Ensange et un tercel de pré. Une Encenge de terre arable... Une Encenge de vigne*, in alia ann. 1384. ibid. fol. 130. v. Vide *Andecinga*.

\* **ENCENIA**, f. pro *Encenta*, Locus pennis cinctus ad capiendos pisces, vel pro *Exclusa*. Vide in hac voce. Charta ann. 1145. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonstr. col. 426 : *Terrus, vineas, aquas, pesquerias, Encenias, molinos, montes... dono*.

\* **ENCENIUM**, Convivium; et illud maxime, quod in solemnibus inaugurationibus paratur : unde vocis origo. Vide in *Encenia*. Tabul. eccl. Massil. : Anno 1496. 1. Martii, fuerunt soluti de pecuniis capituli, tam in piscibus emptis quam in aliis expensis, pro *Encenio* facti per capitulum R. D. O. episcopo Massiliæ, die suæ consecrationis factæ Aquis in ecclesia S. Salvatoris, die Dominica 28. Februarii, etc. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 770. col. 2 : *Sed illico quadam vice cum post suam prædicationem Encenium charitatis secum facerent, discipulo suo, nomine Dionysio, Bacchi potum ipsis præcepit ministrare*. Vide alia notione in *Encenia* et *Encenium*.

\* [*Fête, anniversaire* : « Pro quodam annulo cum lapide zaphiri... empto pro *Encenio* unius ex dominis cardinalibus. (Mandat. Camer. Apost. Arch. Vatic. an. 1439-1443, f. 41. »)]

\* **ENCENNIA**, Monilla, gemmæ, annuli, aliæque id genus pretiosa, Gall. *Joyaux*. Testam. Joannæ comit. Tolos. ann. 1270. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 594 : *Item legamus et reliquimus eidem Philippo omnia nostra Encennia, scilicet anulos, et monilia, et certa (serta) sive coronas aureas et lapides pretiosos*. Vide supra *Encennium*.

\* **ENCENSERIUM**, Thuribulum, acerta, Gall. *Encensoir*, alias *Encencier*. Acta capitul. eccl. Lugdun. ex Cam. Comput. Paris. ad ann. 1343. fol. 95. v. col. 1 : *Item unum Encenserium argenti deauratum*. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1159 : *Jehan le Bourrellier prestre... print et vola ung Encencier d'or du poic de six marcs, quatre unces et dix sept esterlins d'or*. Glosar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encenciar, Prov. Turribulum, ignibulum*. Vide *Encensiar* et *Incensum* 1.

\* **ENCENSIAR**, Gall. *Encensoir*, Hisp. *Encensario*, Ital. *Incensorio*. Inventarium ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Massil. n. 988 : *Item Encensiar sive turribulum argenti*.

**ENCERCARE**, Inquirere, Gall. *Chercher, enchercher*. Tertia Curia Generalis Catalanæ sub Jacobo II. Rege Aragon. ann. 1311 : *Et inquirant, et indagant, seu Encerquent contra dictos Officiales*. Vide *Circare*.

\* Nostris *Encercer* et *Encerchier*. Glosar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Encercar, Prov. explorare, investigare. Encercamet, Prov. rumor, scrutinium. Enquerre et Encerchier*, in Stabul. S. Ludov. cap. 46. Guill. Guiart. ad ann. 1267 :

Ha! comme il est souvent planté  
 Es chieres nues qu'il Encerce,  
 Malgré Espaignols leur reus perce.

Vide supra *Cercare* 2.

**ENCALCARE**, Eadem notione. Usaticum

III

Barcinon. MSS. cap. 64 : *Omnes homines habentes seniores... neque quoytent personas eorum, nec Encalcant, nec requirant, nec vulnerent, nec capiant*. In tit. capitul. legitur *incalcet*. [Sic *Encalsar* Catal. Fugientem insequi. Vide *Encausar*.]

\* **ENCETECIA**, ENCETEGNA. Vide *Enceteria*.

**ENCETERIA**, Machina lignea, qua amphora sustinetur, in Glossis antiquis apud Casaubon. ad Athenæum, ubi existimo vocem corruptam ex *Incitega*, seu *ἔγγυθίχη*, uti repositorium vocabant Veteres, quod ad Pestum observat Josephus Scaliger. [Papias habet : *Encetegna, Macinola (Machinola) lignea, qua amphora sustinetur*. Pro quo Gloss. Vet. Sangerman. legit : *Encetecia*, etc.]

\* **ENCHERAMENTUM**, An a Gallico *Enchere*, Pretii augmentum, vel Auctio, Licitatio? Computus anni 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXXVI : *Expensa... pro molendinis de Chaatele, LXXV. s. Præpositus de dono, x. l. pro Encheramento præposituræ de Cepeio. Vide Incheramentum* [\*] et mox *Encherare*.]

\* **ENCHERARE**, Auctionem facere, Gall. *Mettre Venchere*. Charta Alfonsi comit. Tolos. ann. 1253. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 492 : *Si aliquis voluerit monetam prædictam Encherare, a nobis vel mandato nostro non possemus Encheramentum recipere, etc. Vide Incariare*.

\* **ENCHERIA**. Vide infra *Incheria*.

\* **ENCHIA**, Coxendix, Gall. *Hanche*. Libert. Bellivis. ann. 1313. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 162. art. 20 : *In venacionibus aprorum retinemus nobis caput et umgulas; et de venacionibus ursorum Enchiam, etc. Vide Anca* 1.

\* **ENCHIRIDIO**, ut mox *Enchiridium*. Vita S. Aldhelmi Episc. tom. 6. Maii pag. 87. C : *Sed egregio Enchiridione monitis, sedulaque oratione sublevatos ad veritatis reduxerat viam*.

**ENCHIRIDIUM**, *ἔγχυριδιον*, apud Paulum Diac. in Præfat. ad Vitam S. Mariæ Ægypt. [Hoc nomine S. Augustinus excellentissimum Opusculum de Fide, Spe et Charitate insignivit, quod manibus facile gestari posset vel potius continuo deberet, utpote, continens res ad salutem maxime necessarias. Hero de Machinis Bellicis utitur pro Jaculo manuali, et Pollux pro Gladiolo et ejusmodi armis, quæ sint ad manum et possint facile gestari.]

\* **ENCHIRIUM**, Manuale a Græco *χείρ*, Manus. Acta S. Leonis Papæ III. Junii tom. 2. pag. 588 : *Tum epitrachelium quoque et Enchirium auro variegata et ornata*.

**ENCHORI**, ENCORES, INCORES LAPIDES, apud Gromaticos et Agrimensores, dicuntur indigenæ, nativi, nati in ipso solo, quasi *ἐγγυθίοιο*, ut censet Rigaltius. Frontinus : *Sed et lapides Incores signati sint*. Arceriana fragmenta : *Alii ponunt silices, alii Tiburtinos, alii Enchoros, alii peregrinos, alii autem politos et scriptos*. Quibus in locis *Incores et Enchori*, lapides sunt, quos idem Frontinus de Condit. agror. et Latinus *petras naturales*. Balbus *nativas*, Innocentius *lapides nativos, quod est ex ipso solo*, Mago denique et Vegoia, *saxa ex ipso metallo* vocant. Nam et *lapidum metalla*, præter Ulpianum dixit Senator lib. 3. Epist. 9. ut et leg. 1. et 13. Cod. Theod. de Metal. (10, 19.) Nec aliud, opinor, sonat *ἐγγυθίχη*, apud Annam Comn. lib. 4. Alex. pag. 72. Constantinum de Adm. Imp. cap. 29. Codinum Orig. CP. et

allos, quibus id vocabuli sumitur pro materia ipso in loco, ubi edificatur, eruta, quod pluribus disceptamus in Notis ad Alexiadem. His opponuntur *lapides peregrini*, apud Siculum Flaccum de Condit. agror. pag. 5. Ordericus Vitalis lib. 9. pag. 739 : *Subitoque sapientum consilio murum de lapidibus impositis, et sine cemento inter civitatem et oppidum edificaverunt. Ipsa enim materia opportunum, ut defenderent, se Christianis præstitit auxilium*. Vide Salmastium de Jure Attico pag. 356. Sic denique vocem *Incoris*, pro indigena usurpat Joannes Subdiaconus lib. 6. Vitæ Patrum Libello 1. num. 12 : *Duo fratres erant et vicini, unus peregrinus, et unus Inchoris*. Sed et *Enchoria avium genera*, dixit S. Hieronym. Ep. 140.

\* **ENCINIUM**, Occisio mulieris prægnantis vel fetus ejus. Consuetudo Andegav. : *Encis, si est quand l'en fiert femme enceinte, et elle et l'enfant se meurent*. Charta anni 1265. ex Archivo S. Albini Andegav. : *Excepta villicaria seu jurisdictione trium delictorum, videlicet raptus, nutri, et Encimi*. Charta Gallica Heliæ Abbat. Nobiliac. ann. 1293. apud Stephanotium tom. 4. Antiq. Pictav. MSS. pag. 946 : *C'est à sçavoir que la grant Justice, moyene et basse, en cas de rapt, de Encis, de murtre de traison, de bannir, et es cas qui desservent mort*. Vide Menagii Etymol. Gall. ad vocem *Encis*, et infra *Encisium*.

\* *Ensuis*, eodem sensu, in Lib. nig. episc. Carnot. : *Toute seigneurie et toute justice haute et basse, c'est asavoir rat et murtre et Ensuis en tout mon demaine*. Hinc emendanda Ordin. ann. 1301. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1167. art. 8. ubi unica voce *Lancis* legitur pro *Lancis* : *Lancis si est femme enceinte quand l'en a fiert ou enfant l'i est*. Vide *Intuscisium*.

\* **ENCINUS**, Machina quæ crepitum edit. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 191. ex Cod. reg. 4624 : *Si aliquis cantis vel cutula inventus vel inventa fuerit in alienis vineis, allenis vel plantatis vinearum, postquam usæ ceperint vayrare et maturari, quousque fuerint vindemiatæ, sine croco sive Encino longo ab hasta uno bono semisse seu medio pede, etc.*

\* **ENCLESIS**. Vide *Encliticæ*.

\* **ENCLETI**, *Gloriosi*. Papias pro *Inclyti*. **ENCLETICARE**, Inclinare, *ἐγκλιτικῶς*. Alanus in Planctu naturæ : *Caput demissione profunda dejectum, humiliter Encliticabat in terram*.

\* Italis *Inclinare*, inflectere, salutare, nostris *Incliner*. Le Roman de Robert le Diable MS. :

Li bourgeois et li cytosin,  
 Et li courtois et li villain  
 Contre lui vont, salut li rendent, ...  
 Tout l'Enclinoient as mains jointes.

Hinc *Enclin*, Inclinatio corporis, salutationis, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

S'uns dolans fait un acroupie,  
 Et un Enclin devant s'yماغe, etc.

Vide infra *Inclinare* 2.

**ENCLETICUS**, *ἐγκλιτικὸς*, Inclinator. *Enclisis*, seu potius *Enclisis*, ab *ἐγκλισις*, inclinatio. Idem in Anticlaud. lib. 3. cap. 6 :

Encliticum gerit illa caput, nec corporis ullam  
 Jacturam patitur, sed lumen legit in imum,  
 Ut quibus insideat mens Enclisis illa loquatur.

Liber miraculorum S. Eadmundi Angli. Regis apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 828 : *Ad signum vero triumphi insignis Eadmundi hic Encliticus*

morti contiguus, etc. Ibid. col. 833: *Accubabat Encletica nocte eadem* (matrona) *in Ecclesia, ut erat solita, consuete Sancti suffragium præstolatur, etc.* Gloss. Lat. Gall. MSS. Sangerman.: *Enclesis, Inclination, Encleticus Enclin.*

† **ENCLIPSARE**, Vide *Ecclipsare*.

† **ENCLUGIA**, Arvernus, *Encluge*, Gall. *Enclume*, Incus. Instrumentum Ecclesiæ Privat. ann. 1365: *Informatio facta super Enclugia Petri Bodet, quæ fuit inventa in hospitio seu fargia, in qua moratur Jacobus de Ulmo.*

\* Alias *Encluge*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Encluge, Prov. Incus. Leude* major. Carcass. MSS.: *Item pro carga grossa de Encluges, xij. den. Turon.* Versio Gallica ann. 1544: *Item pour chaque charge charge grosse d'Enclumes, etc.* Vide infra *Englumen*.

† **ENGENIARE**, Vide *Enceniare*.

**ENCOLPISMUS**, ἐγκολπισμός, apud Horatianum lib. 3. Rer. medic. cap. 2. pag. 72. dicitur infusio, quæ fit in sinum, quod alias per pessum aut nastale medici fieri præcipiunt. *Encolpizare*, apud eundem lib. 4. pag. 83. Encolpismum adhibere: *Primo diffumigatur mulier, ... et Encolpizatur pigmentis.* Matth. Silvaticus: *Encolpismus, i. injectio alicujus medicaminis in matricem. Hinc Encolpizare, medicamentum in matricem injicere, quasi insinuare.* Glossar. Græc. Latin.: *Ἐγκολπίσω, insinuo.* [Priscian. 3. 5: *Encolpismo uti.* Vide *Reinesium* Var. Lect. pag. 515.]

**ENCOLPIUM**, ex Gr. ἐγκόλιον. Anastasius ad Act. 5. VIII. Synodi: *Crucem cum pretioso ligno, vel cum reliquiis Sanctorum ante pectus portare suspensam ad collum, hoc est quod vocant Encolpium.* [Acta SS. Junii tom. 2. pag. 588. de S. Leone III. Papa: *Mistimus fraternæ vestræ Beatitudini Encolpium aureum, cujus alterum latus crystallo est inclusum, alterum opere fusili effigiatum.*] Theostericus in S. Niceta num. 86: *Ἐγγήγεχεν δε ὅπερ ἐπεφέρετο ἐγκόλιον ἱστορισημένον, καὶ ἐν ὑποκρίσει τοῦτο προσκύνων, etc.* De ejusmodi Encolpiis plura diximus ad *Alexiadem Anneam* pag. 247. 248. Vide *Phylacterium* [\*] et Glossar. med. Græc. col. 345. 1709.]

† **ENCOLPIZARE**, Vide *Encolpismus*.

\* **ENCOMA**, Mensura ad quam exigebantur milites. Vide *Incoma*.

\* **ENCOMBOMATA**, [Ab ἐγκομβώω, nodo constringo, significat genus vestis, quæ nodo substringebatur corpori. *Pollux* l. 4. c. 18.]

\* **ENCOMBRARE**, Oppignerare. *Scacar*. S. Mich. apud Falesiam ann. 1210. ex Cod. reg. 4658. A: *Judicatum est quod illa a quo petit fieri portionem, debet liberare hoc quod elemosinavit et Encombravit de feudo lorice et escaetis.* V. infra *Incombrare* 2.

† **ENCOMBRARE**, Impedire, etc. Vide *Combr*.

\* **ENCOMIOGRAPHUS**, [Qui encomium, seu laudationem scribit. *Imp. M. Aurel.* ad *Front.* 2. ad *M. Cæs.* (edente iterum *A. Maio*) ep. 9. *Encomiographos* istos audimus, Græcos scilicet, sed miros mortales.]

† **ENCORES**, Vide *Enchori*.

**ENCRATICI**, Iso Magister in Glossis: *Encrates, abstinentes Græce, hinc Encratici hæretici, qui creaturas Dei damnant, dicunt non esse bonum manducare carnem, et bibere vinum.* Encratitæ, Adoni Viennensi ann. 425. et aliis. Vide *Continentes*.

† **ENCUDO**, ἄκρυον, Incus. Supplem. Antiquarii.

**ENCUMBRARE**, ut *Encombrare*. Vide *Combr*.

**ENCYCLIA**, Litteræ Encyclicæ, circulares. Vide *Baron.* ann. 586. n. 50. *Meursium* in Gloss. [et Glossar. mediæ Græcitatatis.]

\* Consule dissertationem Fr. Domin. *Bencini* de hujusmodi Litteris editam *Turin.* ann. 1728.

† **ENCYCLOPEDIA**, ἐγκυκλοπαίδεια, Disciplinaryum series ostendens omnium artium inter se connexionem, seu ut habet *Intertilian.* lib. 1. cap. 10: *Orbis ille doctrinæ quem Græci ἐγκυκλοπαίδειαν vocant.* Vita S. Ildephonsi inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 569: *Et omnium scientiarum Encyclopediam absolveret.* *Vitruvius* Præf. lib. 8. habet: *Encyclios doctrinarum omnium Disciplina.*

\* **ENDEGUNUS**, an *Tripes*? Invent. ann. 1361. ex *Tabul. D. Vencis*: *Item unum Endecunus ferreum.* Vide infra *Endes*.

\* **ENDEGUS**, Indicus color, Ital. *Indaco*. Stat. *Placent.* lib. 6. fol. 80. v.: *Sive de colore seu de medietate ab homine cum suo reppo sartoris albo et Endego, etc.*

\* **ENDELECHIA**, [Anima munda; mundana, perfecta etas, perfectio. *DIEF.*]

† **ENDELLUS**, Tantum spatii quantum quis divaricatis cruribus dimeliatur. Vide *Andellus* in *Andena* 2.

† **ENDENS**, Eadem notione ibidem.

† **ENDENEURA**, Idem quod *Indentura*. Vide in hac voce. *Invent. Chart. reg.* ann. 1482. fol. 213: *Alius rotulus continens magnam Endeneuram de tractatu inter regem Johannem (Franciæ) et regem Eduardum Angliæ.*

\* **ENDENS**, [Legitur in *Cart. N. D. Paris.* III, 117. an. 1239: « Item unum Endens, duas pecias continens, quarum una se protendit de mota domini Guidonis. »]

\* **ENDEROCARE**, ENDEROCARE, Diruere, dejicere, demoliri. *Pactum* ann. 1142. inter *Probat.* tom. 2. *Hist. Occit.* col. 498: *Nulla modo eos manuteneam, usque faciam tibi reddi Balagerium et Durnianum, et faciam jurari tibi Granolletum, et faciam Enderocare castellum novum de Villamuro.* *Aliud* ann. 1143. *ibid.* col. 500: *Si castellum Villamuri, quod Guillelmus Ato sibi fecit, non poterit ipse comes facere Enderocare, ad melius quod poterit guerregit tantum hoc ipse comes usque Enderocatus sit sine inganno Rogerii.* Vide supra *Derocare*.

\* **ENDES**, Coquinarium instrumentum, tripes, Gall. *Trépie*. *Invent.* ann. 1449: *Item unum Endes ferri.* *Glossar. Prov. Lat.* ex *Cod. reg. 7657*: *Endes, Prov. tripes.* Vide supra *Anderius*.

\* **ENDESA**, Eadem notione. *Item unam Endesam ferream*, in *Invent.* ann. 1320. ex *Tabul. S. Vict. Massil.*

† **ENDETCIGUS**, Alligatus. *Onomast.* ad *calcem* tom. 5. SS. Junii. Est a Græco ἐνδότης, illigare.

† **ENDICA**, Vide *Enthea*.

**ENDIMITA**, Vestimentum, Ugutioni, ex Græc. ἐνδμίτα, indumentum.

† **ENDO**, *Mansuetus*. *Glossar.* *San-German.* MS. n. 501. Veteribus Latinis *Endo* vel *Indu* idem erat quod *intus*, a Græco ἐνδόν, unde voces pleræque sequentes

† **ENDOCANTUM**, ἐσσαλαμένον, *Incautum*. *Supplem. Antiquarii.*

† **ENDOCCLUSUS**, ἐννεκλεισμένος, *Inclusus*, in *Glossis* MSS. *Sangerman.* Lege ἐννεκλεισμένος, ut in *Supplemento Antiquarii: Endocclusa*, ἐννεκλεισμένη.

† **ENDODICARE**, Indicare *Gloss. San-German.* et aliæ *Lat. Gr.*: *Endodecarit*, μὴνύσει.

† **ENDOFESTARE**, Infestare. *Glossar. Lat. Græc.*: *Endofestabat*, ὄργιζετο.

**ENDOGENIA**, *Natura. Endogenitus, naturalis.* *Ugutio.* [Jo. de *Janua* addit: *Endogenice, naturaliter.*]

† **ENDOGESTUM**, *Indigestum.* *Papias*: ex quo corrigendum *MS. Bituric.* ubi perperam, *Endocetum*.

† **ENDOITUM**, *Initium.* *Lexicon Martini.*

† **ENDOPESCERE**, quasi *Impescere*, *Immittere.* *Gl. Lat. Græc.*: *Endopesco*, ἐνίημι.

† **ENDOPETITUS**, *Impetitus.* *Gloss. Lat. Græc.* *Endopetitus*, ἀνωθεὶς ἐνδοτέρω. Hinc emendanda ficta vox *Endopicus*, de qua *Martinius* in *Lexico*.

† **ENDOPHORARE**, *Implorare.* *Supplem. Antiquarii*: *Endoplorat*, ἐπικάλεσον, *Implorat*, *Melius* ἐπικαλεῖ, nisi pro *Implorat*, legas cum *Papia, Implorato*.

† **ENDORIGUUS**, *Irriguus.* *Gloss. Lat. Græc.*: *Endoriguus*, ἐνρείθρος, καθάρειρος, *Melius* quam in *Supplemento Antiquarii*, in quo: *Endoriguum, ἐνρίθρον, καθάρειρον.* *Pésetron*, *Fluentum* dixit *Homerus* non semel, et *βείθρον* per syncopen alii.

**ENDOTHYS**, *Hieron.* *Rubeus* in *Histor.* *Ravenn.* ex *MS.* ait *Maximianus Archiepiscopus* donasse *Ecclesiæ Ravennati Endothyn bissinam pretiosissimam omnem Christi Dei historiam continentem*: præterea adjuncte *ex auro aliam Endothyn*; in qua auro textili pictæ erant omnium qui illum præcesserant, *Archiepiscoporum imagines.* Ubi recte viri docti ἐνδοτήν aut legi aut intelligi debere censent. Nam et Græcos mappam altaris majorem, seu mantile quod insternitur altari, ita vocitare, auctor est *Goarus* ad *Eucholog.* etsi potior videtur conjectura hic ἐνδοτήν sumi pro velo, quo altaris pars anterior tegebatur. [Id confirmat *Agnellus* in *libro Pontif.* cum ait de *S. Victore*: *Fecitque Endothim super S. Ecclesiæ altarium Ursianæ ex auro puro cum staminibus sericis ponderosa nimis mediam habens coccam; et inter quinque imagines suam ibidem cernimus, et subtile figuratos pedes Salvatoris grafia contexta est purpurata.* In hunc locum vide *Muratorium*: tom. 2. pag. 104. ubi integram approbat *Cangii* nostri explicationem.] Vide *Descriptionem* nostram *S. Sophiæ* num. 65. ubi adde apud plerosque *Scriptorum* ἐνδοτήν. masculino generi efferri.

† **ENDROMA**, pro *Endromis*, *Villosa vestis*, qua utebantur in *δρόμος*, hoc est, cursu vel palæstra. *Luitprand.* *Hist.* lib. 2. cap. 17: *Enimvero dum ante eum sine femoralibus, curta indutus Endromade, ductus Regis ad pedes concitus caderet, genitalium ostensione membrorum adrisum omnes commovit.* *Martialis* 4. *Epiqr.* 19:

*Dona peregrinam mittimus Endromidem.*

*Polluci* lib. 3. extr. *Endromides* dicuntur *Calcei* ad cursum expediti, τὰ τῶν δρομέων ὑποδήματα. Vide *Salmastium* de *Pallio* pag. 310.

† **ENDROMES**, *Endromedis*, *Fors vestemanz comme est peaulz de mouton*, in *Glossis* *Lat. Gall.* *Sangerman.* MSS.

† **ENDROMIDATUS**, *Endromide vestitus.* *Sidon.* lib. 2. ep. 1: *Endromidatus easterius, interius fasciatus.*

† **ENDURA**, *Albigensium hæreticorum abstinentia.* *Limborch.* *Sent.* *Inquisit.* *Tolos.* pag. 179: *Mortem tibi infligis, quia posuisti te in illa abstinentia, quam heretici vocant Enduram, in qua Endura jam per sex dies sine cibo et potu stetisti,*

*nec voluisti comedere, nec adhuc vis, etc.* Non solebant autem illi hæretici in *Endura* se ponere, nisi in extrema infirmitate, ne bonum, quod in hæresi se accepisse somniabant, denuo amitterent: quare et venæ sectione, balneatione adjuncta, mortem etiam sibi accelerabant. Idem Limborch. pag. 59: *Hereticus dixit post hereticationem prædictæ infirmus, quod non daret sibi cibum aliquem cum pinguedine nisi aquam ad bibendum... quod vellet iterum reconciliari ad sectam Hereticorum, quia peccaverat in ea comedendo post dictam hereticationem, contra ordinationem dicti Heretici.* Et pag. 70: *Dicta Guilielma posuit se in Endura, ut moreretur in ea, et balneabat se et in dicto balneo fecit sibi minui.* Rursus pag. 94: *Quæ se posuerat in Endura, ut citius moreretur.* Item pag. 204: *Posuit se in Endura Hereticorum, in qua Endura sine infirmitate alia multis diebus perdurans fuit heretica... antequam moreretur.* Vide ibidem pag. 28. 89. 138. etc.

\* **ENEBRÆ**, Aves in auguriis aliquid fieri inhiabentes. Vide *Inhibræ*.

\* **ENECATRIX**, [Quæ enecat. *Tertull. 1. advers. Marcion. 29. sub fin.* Durtitia Pharaonis nascentium *Enecatrix*.]

† **ENECEA**, Pars primogeniti. Vide *Ainescia*.

† **ENECTERE**, Explicare, enodare. *Vita S. Dunstani*, tom. 4. Mail pag. 357: *Rogavit... quatenus sibi visionis suæ somnia nuper promulgata solvendo Enectisset.*

\* **ENEMA**, proprie vocatur decoctio, quæ per clysterem injicitur. *Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.*

\* **ENEPGUERTH**, *ENEPWERT*. Vide infra *Morganeqiba*.

\* **ENERBONES**, [Sunt pauperes. *DIEF.*]

† **ENERGIA**, Gr. ἐνέργεια, Operatio, actus, efficacia, conatus, labor. *Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS: Energia, efficace, effort, agilité, angoisse de courage, labour, occupation.* *Rythmus Satyricus* de temporibus *Rotberti Regis*, apud *Mabill.* tom. 3. *Analect.* pag. 533.

Orbis magni monarchiam dolus Landrici nititur  
Per energiam studium solemiter evertere.

**ENERGIMA**, ex Græc. ἐνέργημα, Operatio. *Prudentius* in *Apotheosi* v. 464:

Audiat insanum bacchantis Energima monstri.

Ubi Iso Magister: *Illusionem, vel imaginem, furias, etc. Energima, imaginatio vel fantasia: unde qui fantasias demonum patiuntur, Energumeni dicuntur.* Sed hic contra quantitatem peccat *Prudentius*, cum penultima longa esse debuerit.

\* **ENERGITAS**, *La levita*, in *Glossar. Lat. Ital. MS.* Vide *Energia*.

**ENERGUMENI**, *Papiae*, *Daemoniaci*, *Energumeni* sunt qui contempta Catholica doctrina, operationes diabolicas imitantur. *Vide Concilium Carthaginense IV. can. 92. Arausicanum I. can. 13. 16.* [Antiq. *Collectionem Canonum*, apud *Acherium* tom. II. *Spicil.* pag. 133. et infra *Exorcizare*.]

† **ENERVITAS**, Inertia, in *Actis SS. Mail* tom. 7. pag. 28.

\* **ENESIS**. Vide *Enesis*.

**ENETA**. [Avis aëtica, *Gall. Anete*.] Vide *Aneta*.

**ENEYA**, [Hæreditaria pars primogeniti, *Gall. Droit d'ainesse*.] Vide *Ainescia*.

\* **ENFIOTHECARIUS**, *ENFIOTHECHARIUS*, Ad *Emphyteosim* pertinens. *Charta* ann. 1093. apud *Murator.* tom. 1. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 15: *Precaria atque*

*Enfiotecharia nomine concedere dignemini tantummodo ad abendam.* Et col. 16: *Abendum tradidi precaria atque Enfiotecharia nomine.* Vide supra *Emphyteosis*.

† **ENFITEARE**, *Negare*. *Gloss. Sangerman. MS. n. 501.* *Papias* habet, *Enfiteuri*: quæ vox formata videtur ab ἐμφιτεῶν, Circumcurro, in orbem eo, nisi legendum sit *Inficiari*.

† **ENFITEUCUS**, Quod ex ficiis bonis apparentibus accipitur. *Papias.* [\* Pro ficiis in cod. reg. 7609. fisci habetur. Ita etiam in *Glossar. cod. reg. 7644.* ubi *Enfiteucii*.]

† **ENFITEUTICARIUS**, ut *Emphiteotecarius*, seu in *Emphyteusim* datus. *Charta* anni 1001. apud *Mabill. Diplom. tabella 51*: Quæ prædictæ res juris S. *Ravenn. Ecclesiæ Enfiuteucario modo postulatit largiri.*

\* **ENFLURA**, a *Gallico Enflure*, *Tumor*, *Ital. Enfiatura.* *Mirac. MSS. Urbani V. PP.*: *Passa quamdam Enfluram in cavilia sinistra.*

**ENFORFATI**. Vide *Efforciare*.

\* **ENFORZATI SOLIDI**, *Moneta*, cujus materia purior erat, minusque adulterata. *Lib. census eccl. Rom.* apud *Murator.* tom. 5. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 884: *In episcopatu Xanctonensi, ecclesia S. Petri de Archiaco tres solidos Enforzatorum illius terræ.* Vide in *Efforcariis*. [\* Vide *Inficiati* in *Moneta*.]

† **ENFRACHESERE**, *Francum*, seu liberum et immunem reddere, *Gall. Affranchir.* *Charta Petri Regis Aragon.* ann. 1206: *Præterea Enfrachesco et liberos et immunes facio omnes fratres, et homines, et omnes res prædictarum domorum per totam terram meam.* Vide *Affranchire*.

**ENFRANQUIMENTUM**, Immunitas, *Gall. Affranchissement.* *Secunda Curia Generalis Cataloniae* sub *Jacobo Rege Aragon.* ann. 1299: *Quod non possumus facere donum, vel gratiam, nec venditionem, nec Enfranquimentum, nec aliquo alio modo relaxare bovatium illis personis, etc.* Vide *Affranquire*.

\* **ENFRATICA** dicit *Oribasius* vocari quæ facile corrumpuntur in cibis. *Glossar. medic. MS. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.* [\* f. *Emphthartica*.]

\* **ENFRAXIS**. *Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion.* cap. 106: *Si autem de Enfraxi, i. constipatione, dolores in auribus fiant, etc.* [\* *Euapatic.*]

\* **ENGAN**, **ENGANUM**, *Ars*, *machinatio*, *fraus*. *Charta* ann. 1037. ex *magn. Chartul. S. Vict. Massil. fol. 37*: *Sine ullo Engan. Pactum inter Ildefons. Tolos. et Raym. Barchin. comit. ann. 1125*: *Sicut vos, vel aliqui per vos, ad utilitatem vestram melius intelligere potestis per fidem sine Engan... Et de hoc spectabo vos sine vestro Engan per menses sex... Et de hoc expectabimus vos sine vestro Engano per menses sex.* Vide *Engannum*.

† **ENGANNADOR**, *Vox Hispana*, *Deceptor*, *Impostor*. *Legitur* in *Legibus Alfonsinis* part. 7. tit. 16. *lege 9.*

\* *Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657*: *Engannador, Prov. dolosus, subdolos, Engannar, Prov. Decipere.* Unde *Engignier*, eodem sensu, in *Vita J. C. MS.*:

Quant virent qu'il les guerpi,  
Chil remeinst grain et irié,  
Que si estoient Engignié.

† **ENGANNARE**, *Hisp. Engannar*, *Decipere*. *Occurrit* in *Charta Petri Regis Aragon.* ann. 1205. ex *Spicilegio Ache-*

rano tom. 8. pag. 223. *Enginer*, apud *Thomasserium* in *Bituric.* pag. 102.

**ENGANNUM**. [*Fraus*, *dolus*, *Hisp. Enganno.* *Charta* ann. 1028. pro *Ecclesia Ruthenensi*, inter *Instrum.* tom. 1. *Gall. Chr. pag. 49*: *Erimus adjutorio D. Deo et S. Petro sine Enganno.* *Juramentum Canonicorum Anicii*, inter *Instrum.* tom. 2. *Gall. Chr. col. 356*: *Et hæc omnia... fideliter et sine Enganno attendam.* *Rursum* habetur in *Vita B. Ildegarrii Episc. Barcin. Martii* tom. 1. pag. 482. et 491. in *Charta Rogerii Comitis Carcasson.* ann. 1136. inter *Anecd. Martem.* tom. 1. col. 386. etc. *Engan*, *Marcæ Hisp. col. 1096. 1111. 1112. 1157.*] Vide *Ingenium* 1.

**ENGARIA**, [*Præstatio jumentorum vel plaustrorum per viam rectam.*] Vide *Angaria*.

**ENGASTER**. Vide *Hogaster*, *Porcellus*.

† **ENGENIATOR**, *Machinator*, *inventor bellicorum tormentorum operumque*, *Gall. Ingenieur.* *Computus* ann. 1386. *Hist. Dalph. tom. 2. pag. 280*: *Johanni Engeniatori... flor. xx.* Idem appellatur *Magister ingeniorum* in *Computo* ann. 1384. Vide *Ingenium* 2.

\* *Alias Engigneur.* *Froissart.* 1. vol. cap. 60: *Il y avoit en Mortaigne un Engigneur très-bon maistre... si leva au chastelet un engin.*

\* **ENGINEGATUS**, *Contextus*, ut videtur; si tamen asserta est lectio. *Arest. parlam. Paris.* ann. 1321. 9. *Mail* in *Reg. Olim*: *Item unum scutum elevatum acri formæ de armis Burgundiarum Engingatum de serico.* *Galli diceremus, travaillé en soie.*

† **ENGLARATUS**, *Glareastratus*. *Annal. Mutin.* apud *Murator.* tom. 11. col. 66: *De anno 1262. Evacuata fuit civitas Mutinæ de omni letamina, et contraxit fuerunt Englaratæ, et multi porticus salegati.*

\* **ENGLATA**, pro *Oglata*. Vide in hac voce. *Charta* ann. 9. *Roberti reg. ex Tabul. Gellon.*: *Placuit animo Rainmundi... ut Gerardo abbati S. Salvatoris Gellonensis... mansum unum cum apendaria dominica in comitatu Lutevense... in casis, casaliciis, curtis, Englatiis, ortis... commutaret.*

\* **ENGLERIUS**, vel **ENGLESIUS**, *Anglicanus*, ab *Angl. English.* *Hist. belli ForoJul.* apud *Murator.* tom. 3. *Antiq. Ital. med. ævi* col. 1206: *Cum pluribus balistreriis et arceris Engleniis venerunt currentes usque ad bivium olim Antonii a porta.* *Engleriis* editum ex eadem *Hist.* in *Append. ad monum. eccl. Aquilej.* pag. 51. col. 2: *Dames Englesches de Saint Saan,* in *Ch. ann. 1310.* ex *Lib. rub. Cam. Comput. Paris.* fol. 325. v. col. 2. Vide *Englescheria*.

**ENGLESCHERIA**, vox formata ex *Saxónico English*, *Anglicus*, quasi, *nativitas Anglica.* Est autem forma juris, qua quis *Anglus* origine ac *nativitate* esse probatur. *Cujus vocis origo inde nata, quod, ut ait Bracton. lib. 3. tract. de Corona* cap. 15. § 3: *In diebus Canuti Regis Danorum. qui post Angliam acquisitam et pacificatam, rogatu Baronum Anglorum, remisit ad Daciam exercitum suum, et ipsi Barones Angliæ erga ipsum Regem Canutum fidejussorres extiterunt, quotquot Rex in Anglia secum retineret, firmam pacem per omnia haberent. Ita quod si quis Anglorum aliquem hominum, quos Rex secum adduxit, interficeret, si super hoc defendere non posset judicio Dei, scilicet aqua vel ferro, fieret de eo justitia: si autem aufugeret et capi non posset, solverentur pro eo 66. marcæ,*

et colligebantur in villa, ubi quis esset interfectus, et ideo quia interfectorem non habuerunt: et si in tali villa pro paupertate colligi non possent, colligerentur in hundredo, in thesauro Regis deponendæ. Hac autem via suorum securitati consulendum existimari Canutus, quod haud ita pridem Æthelredus Rex sub prætextu inspicendorum armorum uniuscujusque patriæ, uno eodemque die Danos omnes per regnum unversum Angliæ occidisset, ut est in Legibus Edwardi Confess. cap. 85.

Post hæc igitur si quis per murtrum cæsus esset, Anglorum intererat probare eum qui occisus erat, Anglum esse, non vero Danum, ut a præstatione et solutione 66. marcarum eximerentur: idque probabant per Englescheriam, seu Englescheriæ præsentatione, coram Coronatoribus, per duos masculos ex parte patris, et per duas feminas ex parte matris de propinquitioribus parentibus interfecti, uti pluribus ibidem Bracton. exsequitur § 7. Quæ quidem lex a Danis ad Normannos transiit; nam postquam Normanni Angliam occuparunt sub Guillelmo Notho, suæ securitati modo simili cautum esse voluere, ut si Francigena, id est Normannus, occideretur, illius qui cædem perpetrarat justitia fieret, hoc est, vel plecteretur, vel iudicio Dei se defendere ille teneretur; denique si aufereret, et capi non posset, villa aut Hundredus pro ejusmodi homicidio aut murthero 66. marcas exsolveret vel certe 46. ut est in Legibus Willielmi Nothi cap. 58. Porro, ut est apud eundem Bractonum § 2. et in Fleta lib. 1. cap. 30. § 1. et 2: Interfectus pro Francigena reputatur, nisi Englescheria rite coram justitiariis præsentaretur. Abrogata est tandem lex ista Statuto ann. 14. Edwardi III. ann. 1340. ut Stanfordius refert lib. 1. cap. 10. Anglescheria scribitur in Fleta. [\* Angleria, in Abbr. Placit. Rich. I. pag. 18. col. 2. Vide Ibid. Rich. I. pag. 18. col. 2. pag. 17. col. 1. 2. pag. 19. col. 2. et Philipps. Histor. Jur. Angl. tem. 1. not. 315<sup>a</sup> tom. 2. pag. 328. et infra Francigenæ.]

† ENGLUMEN, Incus. Gall. *Enclume*, in inventario munitionum castri Sommeriæ ann. 1260.

\* A vet. Gallico *Englume*. Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 213: *Un martel et une Englume à battre faux à faucher. Une Englume ou Eughmel, i. ob.* in Pedag. Peron. ann. 1295. ex Chartul. 21. Corb. fol. 355. Vide supra *Enclugia*.

ENGGORGARE, ex *Ingurgitare*, [Gallice *Engorger*. Obducere, impedire.] Fori Aragon. lib. 8. tit. de Ravis: *De duobus molindinis quorum unum super aliud sit constructum, si illud quod est inferius Enggorgat quod est superius, etc.*

† ENGGORGATA PISCARIA. Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte: *Et ad bordas similiter faciendas et super Enggorgatis piscariis et piscationibus, etc.*

† ENGRIPHIUS, *Azmeus*, id est, subcinericius panis. Glossar. Sangerman. n. 501. Melius legeretur *Encryphius*, a Græco ἐκρυφίαι, intus abscondere, unde ἐκρυφίαι ἄρατος, Luciano.

ENGRUNAGIUM. Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 77: *Requirebat 1. arietem 1. carucam ad sata sua ferenda, 1. gallinam, Engrunagium fabarum, et in mansionario, qui terram illam colebat explegium suum.* Et fol. 130: *Bernardus siquidem Duzac in unoquoque maisna-*

*mento mansi et borderiæ, quæstum fabarum, quæ vulgo dicitur Engrunatges, faciebat.*

\* ENGUAYNARE, Inducere. Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 2: *Solvit magistro Stephano Vestari pro duobus magnis lapidibus necessariis in quibus debent Enguaynari las paransbadas pontis dormen S. Anthonii. Enhacher, non dissimili notione, dicitur de agris, quorum partes extremæ inter se implicantur, in Chartul. Latiniac. fol. 259. v. : Quatre arpens et demy qui se Enhachent par le bout... Item cinq arpens trois quartiers de terre en une piece Enhachée aux deux bouz.*

\* Aliud vero sonat *Engaignier*, Irritare nimium, in Lit. remiss. ann. 1366. ex Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 220: *Icellui Jehan venoit pour Engaignier ledit Robin, auquel il avoit fait paravant signifier une sauvegarde... Lequel Robin Engaignié et esmeu de ce, etc.*

\* ENGUENALHA, Lues, contagio Mirac. MSS. Urbani V. PP.: *Passus fuit longo tempore unam Enguenalham in cocia.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7637: *Engue, Prov. Inguen.* Vide *Inquinaria*.

ENGUERA. Foci Oscis 1247. f. 9: *Debet dare 60. sol. pignorat pro calonia, et pignus reddere, et Engueras tales quales judicat forus, etc.*

\* ENGUERNARE, f. pro *Engrenare*, Moletrinæ infundere. Gall. *Engrenner*. Libert. Pontis-Urson. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 640. art. 32: *Famulus qui servit et Enguernat, per annum precium suum recipit quantum pugno suspensio levaverit. Vide Ingranare.*

\* ENGUISSE, vox vetus Gallica, qua Tributum, vectigal, collatio significatur. Charta Humb. Basil. episc. ann. 1404. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 229: *Ab omni steurarum et petitionum, in Gallico dictorum Enguisses, ... et actionibus quibuscumque exempti sint.* Vide *Quæsta*.

† ENIBRA, ἐβανρία, Contraria. Gloss. Lat. G. MSS. Sangerman. dicuntur de avibus contraria seu adversa minantibus in auguriis. Vide *Inhibræ*.

ENICA. Gloss. Eccles. Paris. MS. et Gloss. Regium Cod. 1013. *Enica, Adultera.* [Eadem habet Papias. Glossæ Isid. addunt *Mæcha*: *Quid tamen et unde sit Enica, haud facile divinat.*] [\* Vox hebraica, uti et sequens.]

ENICI, *Idolorum cultores*, in Gloss. MS. Eccl. Paris. sed legendum *Ethnici*.

\* ENICTARE, [Pernoctare, pernoctem vigilare. DIEF.]

† ENIGMANEUM, Genus masculinum. Papias. [\* e Placido.]

ENIM, non semel redundanter usurpat Lucifer Calaritanus, nulla necessitate vel notione, quemadmodum Græci δὲ. *Cur me incusas quod Enim sim. Interdum pro autem usurpatur.* Regula Magistri cap. 82: *Hoc enim ne sit in aliquo, frequenter omnes scrutentur a Præpositis.* Anastasius Bibl. in Nicolao I. pag. 209: *Fecit Enim in confessione ipsius sacratissimæ Basilicæ jugulum de auro, etc.* Ekeardus de Casibus S. Galli cap. 3: *Scio, inquit ille, et optime scio, nam Enim semper facit, quod semper fecit, etc.*

\* ENIMENTUM, Prædium rusticum, maxime si, ut puto, legendum est *Tenimentum*. Vide in *Tenere* I. Pactum inter Henr. IV. reg. et Pisan. ann. 1081. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 19: *Firmiter statuimus quemquam*

*hominum, nisi communi consensu eorum, nec rasas apprehendere, nec dissipare, nec sigillare infra civitatem Pise, neque in burgis, si foras civitatis ipsi habuerint Enimenta.*

† ENJOALARE, Tradere ornatus gemmeos aureosve, quos Galli dicimus *Joyaux*. Charta Johan. Boherii ann. 1409. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 418: *Item dictus dominus Delphinus debet et promisit Enjoalare dictam Johannam, et eam munire de jocalibus capitibus et aliis decentibus secundum statum partium prædictarum.* Vide *Jocalia*.

\* Nostris etiam *Enjoeler*. Contr. matrim. inter dom. Bonnam et Amed. Sabaud. ann. 1372. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 19. v. : *Item est accordé entre lesdites parties que ledit mons. le duc garnira ladite madame Bonne, et ledit mons. le comte la Enjoieler selon son estat.* *Enjoiller*, in altero ann. 1406. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 772. Vide infra *Injoquare*.

† ENISACRUM, ἐρυσίπτελας, *Erysipelas*, sacer ignis. Supplem. Antiquarii.

† ENITIA PARS, Quæ pertinet ad primogenitum, Gall. *Droit d'Ainessa*. Vide *Ainessia*.

† ENITITUM, pro *Enicium*. Guibert. lib. 1. de Vita sua cap. 3: *Diutinis cruciatibus, agitata, et hora propinquantis tortionibus augmentatis, cum in partum naturaliter putaretur Enitium, etc.*

† ENIXISSIMA, ἀσφαλτοτάτη, *Tutissima*, in Supplemento Antiquarii.

† ENIXUS passive, Partus, editus. Concil. Tolet. XVI. inter Hispanica tom. 2. pag. 738: *Ante sæcula ex Dei patris substantia genitus, in fine sæculorum de Virgine Maria, Evangelio teste, Enicus.*

ENLATENRA. Tabularium Carnotense ann. 1225: *Et eadem domus debet fieri de decem Enlatenris.* Occurrit ibi rursum.

\* ENLEIBIS, Supellectilis lectualis pars; vox fortasse corrupta. Charta ann. 1500. inter Probat. tom. 8. Hist. Lothar. col. 331: *Licheriis, Enleibibus, pulvinaribus, bassaghiis, linteaminibus, etc.*

\* ENMELES, *Canora vox modis et numeris composita.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* ENMESSURA, a Gallico veteri *Emmeasure*, vulgo *Charge*, Accusatio, criminatio; quo sensu dicimus *Imposer un crime*. Charta ann. 1318. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 344: *Jehan de Vignoy... fust tenuz en prison... pour la soupeçon de la mort Colinet... Lidiz Jehan de Vignoy aloit delivrez au cas de la soupeçon et de la Emessure (sic) devantdife.* Alia ann. 1334. in Reg. 69. ch. 181: *Comme au promovement et denunciation de mestre Symon de Buissay procureur du roy nostre sire, il eust esté donné à entendre... que Jehans Pepins citoienz de Reinz estoit diffamez ou renommiez de aler ou envoier aus fausses forges de monnoye... Ladiz Jehans Pepins devoit estre absoulz et delivrez des soupeçons, Emmessures et cas dessusdiz.* Ibid. titulus Ch. 91: *Confirmatio absolute Stephani Boussiaux burgensis de Louvriaco super impositione, sive Emessura cujusdam assecuramenti per eum infracti.* Vide supra *Amessura*.

\* ENNA, Lorum vel filum, quod Chartis appenditur. Charta ann. 1315. ex Tabul. S. Victor. Massil.: *Patentes litteras sigillo cere rubæ cum Ennis pergamentis sigillatas.* Inquisit. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 33: *Litteras regias originales in prædicto vidimus insertas,*



sigillatas sigillo regio in cera viridi et in lac seu Enna de cerico. Enne vero, Anas fera appellatur in Costum. Paris. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. fol. 34. r.: Le sommier de poullaille, de conins, d'oués, de perdriz, de mallars, de Ennes et de plouviars, iij. den.

\* ENNAFODIUS. Vide Enaphoti.

\* ENNANNUM, Edificium parvum alteri appensum, f. ab Hispan. Enano, parvus, brevis. Libert. Barchinon. MS. ann. 1283: Item est consuetudo quod si de lucernis, cloacts, parietibus et Ennanis, qui sunt in honore qui teneatur pro aliquo, etc. Charta Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1301: Insinuacionem acceptionis continentem quod bajulus Barchinonæ temporibus retroactis nonnullis constituendi Ennanna aliaque ædificia licentiam concessisse, etc. Quæ Charta sic inscribitur: Inhibitio facta per dominum regem Jacobum bajulus Barchinonæ super Ennanis constituendis.

\* ENNEATICUS, [Nonarius. Anni enneatici dicuntur a Firmic. 3. Mathes. 3. qui post octavum quemque annum recurrunt: sicut hebdomatici, qui post sextum.]

† ENNOMIO, γραφεὺς κληρονόμων, Notator hæreditatum, in Supplemento Antiquarii. Fictum videtur a Græco ἔννομος, legitimus.

† 1. ENNOS, *Habitator vel profundum.* Jo. de Janua.

2. ENNOS, ENNOYCUS. Ebrardus in Græcismo cap. 9. et Brito in Synonymis:

Mango caballorum sit porcorumque bubulcus, At asiati pastor sit agaso, boumque bubulcus, Mulio molorum, Ennoycusque caprarum, Nam caper est Ennos, oviumque sit opilio dux.

\* ENNUTIGIUM, Vespera. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 259: Quasi hora Ennutigii, Guillelmus Aymes de Rigny habens secum unum magnum cutellum seu ense, etc. [\* Ignitigium.] Vide infra Noctanter. Ennuut, Hodie, vulgo *Aujourd'hui*, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 138. ch. 232: *Je renye Dieu, se tu ne le comperras Ennuut quelle part que tu ailles... Colin Raoulhans oncle de Barigot lui dit: Beau neveu, va t'en, tu es bien taillé de faire Ennuut une grant folie.*

† ENOCHILIS, *Piscis stagnus, id est, anguilla.* Gl. Sangerman. n. 501. Græcis ἔνυχλις, Anguilla unde Enochilis, non satis recte.

\* ENOCHILIS, *Piscis stagnus, quæ latine anguis.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide Enochilis.

\* ENODATIO, Solutio, divisio. Vita S. Othrog. tom. 1. Sept. pag. 770. col. 2: Beati viri corpus absque ulla Enodatione membrorum incorruptum reperiunt, et velut recenti depositione... adhuc insolutum manebat.

\* ENODATOR, [Qui enodat, et explicat. Tertull. Pall. 6. Primus Enodator vocis. Al. minus recte leg. edomator.]

† ENODUS, ἄνθος, ὁ μὴ ἔχων ὄζον, Odore carens. Gl. Lat. Gr. Sangerman. Alia notione, pro Enodis, sine nodo seu simplici sumit Hieronymus, si vera est Erasmi correctoris conjectura: sed pro Enoda fides, quod vellet Erasmus, legendum otiosa fides probatur in Diariis Trevoltianis Junii ann. 1717. pag. 999. quæ si tanti est, potes consulere.

\* ENOGRATUS. Chron. Johan. Bayone tom. 5. Gall. Christ. col. 880: Anno M. LVI. Mathildis cænobii, quod dicitur Andela, religiosa abbatisa... cujus pignora, argenteus scilicet calix, albi que pallii capsula Mediani cænobii habetur, (Eno-

gratus) mortale hic consummat fœdus. An ingratis nostris, Gall. à notre grant chagrin?

ENOLA, in veteri Glossario Saxonico; redditur Pæri, 1. unio, margarita, perle. Ubi Somnerus legendum putat gemmula, lunula, vel murænula. [f. Enulum, wear.]

ENORMATE, Cui addi minus nihil potest, in Glossis Isidori. [Excerpta Pith.: Enormatæ, cui addi minui potest. Sed potior est lectio Papiæ qui habet:

ENORMIS, [Ingens, sine mensura, vel forma, cui nihil addi minui potest. Sic Papias. Pro Clarus, illustris, accipitur in Actis S. Cassiani apud Ill. Fontanum ad calcem Antiquit. Hortæ pag. 344:

Hinc pius Antistes Zonis, post Martyr Enormis, Instruxit verbo, redimivt stigmate pulchro.

Et pag. 359:

In Suggesta ergo Pastor suffectus Enormis, Sicut eques notas comiter moderabat habenas.]

Vide Abnormis.

† ENORMITARE, Normam excedere. Vita S. Forannani, April. tom. 3. pag. 817: Ne recedens ab ea justitia, contra eam Enormitet.

† ENORMITAS, Excessus normæ, mensura atque etiam numeri. Diomed. in Præfat.: Qui rusticitatis Enormitate incultique sermonis ordine sauciant, imo deformant examussim normatam orationis integritatem. Ecclitias crurum et Enormitas pedum, apud Senecam lib. 2. de Animi tranquillitate cap. 18. Enormitas stipendii, apud Spartianum in Caracalla cap. 2. et Geta cap. 6. Tertul. de Anima cap. 43: Omnis natura aut defraudatione aut enormitate rescinditur. Guibertus l. 1. de Vita sua cap. 8: Confluit Enormitas ut miremur tantam hominum frequentiam. Enormitas scelerum, in Mace-riis Insulæ-Barbaræ tom. 1. pag. 73.

\* ENOTARE, Notare, detegere. Translat. S. Troph. tom. 2. Jul. pag. 234. col. 2.: Cumque Domini sacerdotes diu tentarent ex qua parte latentem tumuli thesaurum possent Enotare, etc.

\* ENQUANTIUM, Auctio, hasta publica, Gall. Encan. Charta ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 349: Vindiderunt... emolumentum Enquantii, ... et Enquantium ponit ad manum domini regis. Vide in Incantare 2.

† ENQUESTA, Inquisitio, Gall. Enquête. Legitur in Instrumento anni 1338. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 371. col. 1. et alibi.

\* ENRABIADA HORA. Vide in Hora. ENS, pro Existens, ab Esse. Charta Pisanorum Capitanei, apud Guesnaium in Annalib. Massiliensib. pag. 397: Domino et Patronis unius galeæ vocatæ S. Catalinæ, tunc Entis in portu Massiliæ. [Et infra: Ex una galea tunc Ente prope plagias civitatis Massiliæ.]

† ENSA. Ad Ensa, Deinceps, in posterum. Charta ann. 1204. apud La Faille tom. 1. Annal. Tolos. pag. 54. Probat.: Scilicet de omnibus illis quærelis, quas inter se fecerint de illa die ad Ensa, quo concordia antiqua inter homines Tolosæ et homines de Rabastensis olim facta fuerat.

\* ENSAISINARE, a Gallico Ensaisher, In possessionem mittere. Charta ann. 1299: Ensaishavit per librum de feodo Malefolii, quod deguerpivit Odoardus Dumontés. Sed et Ensaisher, pro Capere, subripere, vulgo *Se saisir, prendre*, dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 179: Disoit l'en contre icellui Jehan qu'il c'estoit En-

saisiné furtivement d'une coste-hardie... dont il fu trouvé saisi. Laquelle suppliant eust prins et se feust Ensaisher furtivement d'une robe de drap vert, in aliis ann. 1419. ex Reg. 171. ch. 96.

† ENSALMUS, Incantatio certis superstitionis precibus constans, inquit Hofmannus in Lexico, cujusmodi fuit oratio illa, *Cruæ Christi salva me*, a quodam Græco Archiep. composita, de qua Diana part. iv. tom. 3. Resol. 62. Vide Hieron. Bardum Tract. Medico-Politic. Has precum formulas vocant Hispani *Ensalma* ad verbo *Ensalmar*, Fascinare, vel præstigiis uti, Gallicè *Enchanter*. Vide Concil. Mexicanum anni 1585. inter Hispana tom. 4. pag. 373.

\* Hisp. *Ensalmo*, Incantationis species, sic dicta quod in ea certis Psalmorum versiculis potissimum uterentur, ut observant Academicis Hispani in suo Diction. quibus præverat Naudeus in Apol. illust. vir. artis magicæ postulat. cap. 14. Exstat opusculum de Incantationibus seu *Ensalms* auctore Eman. de Valle de Moura Lusitano editum Eboræ ann. 1620.

ENSAPERDA, Quoddam unguentum, Papiæ.

\* ENSARIUS, Ensium artifex. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Ensarius, faiseur d'espées.*

ENSATUS, Ense armatus. Joan. de Janua.

\* ENSAYALADUS, Hispan. *Ensayalado*, Sago indutus. Vita S. Ignat. Loyolæ tom. 7. Jul. pag. 671. col. 1: *Erant id temporis Ignatio socii tres... eodem panno vestiti... Quos propterea a panni similitudine Ensayalados vulgo, Hispanico vocabulo, appellabant.*

\* ENSCONTRUS. Vide Incontrus. [Fr.]

† ENSEIGNAMENTUM, Ratio, argumentum, probatio in litigiis, Gall. *Enseignement*. Chartular. Monasterii S. Quintini pag. 132: *Poterit causam ostendere per Enseignementum Scabinorum, quare ad illam non erit subscriptionem.* Statuta Lossensia cap. 2. n. 7. apud Johan. Mantelium Hist. Comitum Loss. part. 3. pag. 11: *Item quand Von a Enseignement contre quelconque de le devoir panner, etc.*

\* Vel potius Judicium, sententia, maxime quæ per iudices ædilitios profertur: *Enseignement*, in Lit. ann. 1346. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 144: *Par sentence ou Enseignement de eschevins de ladite ville de Bethune, etc.* Infra: *Par la sentence ou jugement desdiz eschevins.* Rursus ibid. *Sentence ou Enseignement.*

† ENSENIATOR, Vexillifer equestris, ab Italo *Insegna*, Vexillum, Gall. *Enseigne, Guidon*. Chronicon Dominici de Gravina, apud Murator. tom. 12. col. 706: *Quos (equites) quum Rex vidit, regatians Enseiatori, illos, datis armis et equis, acquisitoribus suis liberari mandavit.*

\* ENSENIUM, Munus, donum, oblatio. Vide infra *Exenium venationis*.

\* ENSENNUM, Merces, pretium, Gall. *Salatre*. Comput. ann. 1351. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 142. col. 1: *Quibus (præconibus) dedi, factis dictis præconisationibus, pro Ensennis... xx. den.*

\* ENSERATUS, Cera imbutus. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 87. col. 2: *Item solvi Petro Duranti piperario de uno palmo telæ albæ Enseratæ, in qua plicavæ arratum regium mundinarum, etc.* Vide infra *Inseratus*.

**ENSICIUM**, *Occisio facta cum ense*, Ugitoni. Alia videtur apud nostros vocis *Encis* notio. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 25 : *Rat est fame efforcée. Encis si est feme enceinte, quant l'en la fert, et elle meurt de l'enfant*. Vide ibi Notas nostras, [et supra *Encimum*.]

† **ENSIFERI**, Ordo militaris Livoniæ, de quo vide *Lexicon Hofmanni*.

**ENSIGNE**, Sanguine minuti, phlebotomati, Gallis, *Qui ont esté saignez, vel ipsa sanguinis minutio*. Statuta Ecclesiæ Leichfeldensis in *Monastico Anglic. tom. 3. pag. 244* : *Si Vicarius Ensigne fuerit, duas noctes solummodo quietis habebit, communionem non amittat. Et quod solum 4. Vicarii, videlicet 2. ex utraque parte chori quolibet mense solum Ensigne recipient in festis tam 3. quam 9. lectionum, duplicibus festis, diebus Dominicis et festis omnino exceptis : proviso tamen quod si aliquis vel aliqui de dictis Vicariis diebus Dominicis et festis ex causa opportuna Ensigne recipient, quod horis intersit Canonis et Missis... sub pena perdendi communionem diurnam*. Charta Gallica ann. 1282. in *Hist. Monast. Deiparæ Suession.* : *Et si volons... que toutes les Dames et les rendues qui après l'aveulie se saineront, aient leur saintiez ainsi come en autre tams*.

\* **ENSILUDIUM**, Ludicra cum ensibus decertatio. *Contin. Chron. Estens.* ad ann. 1364. apud *Murator.* tom. 15. *Script. Ital. col. 487* : *Dominus marchio fecit fieri Ensiludium in palatio suo*. In usu quoque fuit apud nostrates ejusmodi ludus. *Lit. remiss. ann. 1426.* in *Reg. 173.* *Chartoph. reg. ch. 477* : *Le suppliant se feust transporté à ung lieu près de Bayeux, ouquel avoit grant nombre de gens assemblez pour ung jeu publique qui y estoit, c'est assavoir de l'espée à deux mains*. Aliæ ann. 1450. in *Reg. 176. ch. 775* : *Le suppliant et plusieurs autres estant assemblez en nostre ville de Paris en l'ostel de la pie près S. Gervais, pour apprendre à jouer et eulz ébatre du jeu de l'espée à deux mains souz maître Guillemet de Montroy, etc.* Neque aliud sonat vox *Escremie* in *Lit. remiss. ann. 1395.* ex *Reg. 149. ch. 100* : *Lambelin qui tenoit une grosse, et ledit suppliant un badelaire commencent à eulz esbatre et jouer du jeu de l'Escremie, et en getter l'un à l'autre*. Unde *Escremir*, in aliis ann. 1390. ex *Reg. 138. ch. 150* : *Oudinet le Fevre, pauvre varlet fevre tira un badelaire qu'il avoit, et en reculant commença à Escremir contre eux qui le suivoiënt,... en Escremissant, etc.* *Chron. MS. Bertr. Guescl.* :

Car il savoit assez d'estour et d'Escremie.

Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :

Ele (la Vierge) set tant de l'Escremie,  
Que de tous cex m'Escremira,  
Et par tout me garandira.

\* *Esmoucher*, eadem acceptance, in *Lit. remiss. ann. 1399.* ex *Reg. 154. ch. 595* : *Icehliu Bery commença à Esmoucher et defendre de son coustel, et en soy Esmochant en bleça les aucuns*. Aliæ ann. 1403. in *Reg. 158. ch. 329* : *Sacha icellui Frelon un petit coustel,... et s'en prist à Esmoucher et demener contre ledit Bourdois,... aussi que s'ils voulsissent jouer du boucler*. Unde etiam *Esquarmuncher*, in *Lit. remiss. ann. 1380.* ex *Reg. 118. ch. 458* : *Lequel exposant... tira un coustel ou baselaire qu'il portoît à sa ceinture, et en féri ledit Besançon en soy Esquarmunchant*. *Glossar. Lat. Gall.*

ann. 1352. ex *Cod. reg. 4120* : *Dimicare, Esquermir. Vide Scrama*.

\* **ENSIPOTENS**, [Fortis, strenuus, qui ense valet. *Coripp. 4. Laud. Justin. 368.* Nec non ensipotens membrorum robore constans.]

\* **ENSIS A ESTOC**, Cuspidatus. *Arest. parlam. Paris. ann. 1268.* in *Reg. Olim fol. 56* : *Sufficienter inventum est quod dictus Boso dictum Ademarum percussit cum Ense a estoc in dextro latere propria manu, et de ipso ictu cecidit dictus Ademar. Cui opponi videtur ensis, qui Batue nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1385.* ex *Reg. 126.* *Chartoph. reg. ch. 188* : *Perrin Bonnot, qui avoit une Espée batue en sa main, de laquelle il avoit joué le jour dessusdit au jeu du bouclier*.

\* **ENSIS GARNITUS** Vagina sua instructus. *Charta ann. 1276.* ex *Tabul. archiep. Auxit.* : *Et faciat dicto domino archiepiscopo unum Ensem garnitum trium solidorum Morlanorum in signum cognitionis, etc.*

\* **ENSIS JUSTITIÆ**, Quem defert tortor. *Lit. remiss. ann. 1453.* in *Reg. 182.* *Chartoph. reg. ch. 316* : *Pierre Regnault bourreau de la ville de S. Omer s'en ala vestir et querir en la ville une grant espée, que les bourreaux dudit S. Omer ont accoustumé de porter, que on appelle communément l'Espée de justice*.

\* **ENSIS SEGOVIANUS**, Qui et nude *Segovianus* dicitur, in Segovia Hispaniarum urbe fabricatus. *Acta Inquisit. Tolos.* ad ann. 1244. *inter Probat.* tom. 3. *Hist. Occit. col. 441* : *Petrus Aura similiter jactabat se de morte ipsorum (Inquisitorum) dicendo, quod cum quodam Segoviano percusserat in eos. Stat. synod. eccl. Carcass. ann. 1270. cap. 2.* ex *Cod. reg. 1613* : *Prohibemus insuper clericis universis quod Enses Segovianos, cultellos acutos, incongruos non deferant*.

† **ENSOINE**, in *Litteris anni 1306.* dicitur *Consuetudo quedam apud Audo-marensis olim in usu pro Sonia seu excusatione quam quis affert, quominus juri stare possit. Vide in Sunnis*.

\* **ENSUCARE**, a Provinciali *Ensuar*, In caput ictus impingere, *Gall. Assommer* ; *Sug Provincialibus, capitis vertex*. Inquisit. ann. 1268. ex *schedis Pr. de Mazaugues* : *Postea dicit quod audivit dici quod Petrus d'Arassa ; Ensucaverat Stephanum Gergola in dicto territorio. Infra : Ensucavit quemdam pastorem. Rursus : Vidit eum Ensucatum*.

† **ENTA**, f. *Manerum seu Domus*, ubi quis est seu habitat. *Chartul. S. Vincentii Genoman.* fol. 14 : *Idem quoque Odo dedit nobis olcam ad Entam Godefridi sitam, pro eccambio illius terre, que erat juxta cimiterium. Vide Ens*.

† **ENTALLIATUS**, Incisus, *Gall. Entaillé. Concl. Vallis-Oletan.* anni 1323. *inter Hispan.* tom. 3. pag. 571 : *Jubemus itaque, ut nullus conjugatus comam aut barbam nutriat, deauratos aut Entalliatos sotulares. tunicam cordatam, cappas, vestes virgatas vel partitas portare... presumat*.

\* Unde nostris *Entailleur*, *Cælator, Ciseleur, Graveur*. *Lit. remiss. ann. 1379.* in *Reg. 115.* *Chartoph. reg. ch. 199* : *Tassin Croiz, Hanequin Godefroy et Jehan Duffle Entaillieurs d'images, etc.* Aliæ ann. 1481. in *Reg. 209. ch. 185* : *Juques Hacq poure homme Entailleur de ymages demourant en nostre ville d'Amiens, etc.*

† **ENTALUM** vel *Entali* est alumen scisum, *Rocho le Baillif* in *Diction. Spagyrico*.

\* **ENTARE**, Inserere, *Gall. Enter. Stat. Avellæ* ann. 1496. cap. 47. ex *Cod. reg.*

4624 : *Persona quæ in aliena sorte.... arbores parvas alevatas, ibidem Entatas vel non Entatas, nundum tamen fructiferas... incisit, erradicaverit, vel cepit, etc.* Hinc *Anthaisons*, Juniores arbores recens insitæ appellantur, in *Lit. remiss. ann. 1448.* ex *Reg. 179.* *Chartoph. reg. ch. 237* : *Le suppliant apperceut la chievre qui broustoit ses antes ; que sa chievre avoit mengié et destruit ses Anthaisons. Enthe vero, pro Meatus, incile, canaliculus, in Lit. remiss. ann. 1391.* ex *Reg. 140. ch. 281* : *Icehliu munier fist un faulz conduit, appellé une fausse Enthe oudit moulin, par lequel conduit pouoit cheoir occultement blé ou farine, senz ce que aucun s'en apperceust. Vide infra Entus*.

† **ENTASSATOR**, Qui messem congerit et in struem ordinat, a Gallico *Entasser*, In struem componere. *Charta Nicolai Abbat. Corbeiensis* ann. 1158. ex *Tabulario ejusdem Monasterii* : *Dicens esse sui juris instante tempore Augusti mensis se positurum in campis nostris secatores segetum, carrucatores frugum decimarumque in horreo nostro, Entassatorem garbarum, batatores bladi, etc.*

\*\* **ENTCERA**, ENTECRU, pro *Integro*, in *Tradit. Sangallens.* ann. 745. ap. *Neugart. Cod. Diplom. Aleman.* num. 14. et 15.

† **ENTELLINUS**, Idem, ut videtur, quod *Cæstus*, seu *Arma quibus pugiles pugnare consueverant*. *Ratherius* in *Apologetico*, tom. 2. *Spicilegii Acher.* pag. 232 : *Qui pugnis vel potius cestibus, ut hæc ita pro Virgilianis dictum sit Entellinis, in gremio Ecclesiæ inter se dimicantes*. [\* Vide *Æneid. lib. 5. vers. 443. sqq.*]

**ENTELMA**, *ENTILMA*, Præceptum, mandatum, a Græco ἐντέλλομαι, *Mando*, ἐντάλλα apud *Georg. Acropolit.* cap. 68. *Glossæ Nomicæ MSS. Reg. Cod. 396* : *Μανδᾶτον, έντέλλα. Leo Ost. lib. 1. cap. 51* : *Hic Symbaticus cum esset Imperialis Protospatarius... Entilma fecit prædicto Abbati de Monasterio S. Sophiæ, etc.* *Regestum Petri Diaconi* apud *Angelum a Nuce* : *Ego Symbatico Entilma facio tibi Regem Prando*. Et infra : *Videntes et cognoscentes nostram Entilmam*. In altero Præcepto ibidem : *Entelma facta a Joamatio Imperiali Protospathario et stratigo Langobardiæ, etc.* *Perperam Entolina* habetur apud *Luthprandum*, pro *Entelma*. Vide *Ughellum* tom. 8. pag. 63. et *Notas ad Cinnamum* pag. 475.

† **ENTENADUS FILIUS**, Idem qui *Privignus*, *Gall. Beau-fils. Hisp. Anadado* vel *Ahnado*. Vide locum in *Viduitas*.

† **ENTENNA**, *Insecta*. *Gloss.* in *Amalthea*.

† **ENTERIA**, *Intestina*, ut *lego*, apud *Jo. de Janua. Rectius Entera*, ab ἐντέρον, in *Amalthea*.

† **ENTERAMENTUM**, *Gall. Enterement*, *Humatio, sepultura*. Ludicra provisio *Cardinalatus* relata superius a *Abbas Conardorum* : *Tua talis qualis vita et sancta reputatio cum bonis servitiis, Enterramentis ac obsequiis, quæ olim nobis et cathedræ nostræ perforatæ fecisti, etc.* Alludit *Scriptor* parum gravis ad hæc Gallica verba, *Service, Enterement, Obseques*, quæ totidem munia sunt defunctis debita, inde ridiculi arrepta causa, quod nostrum Gallicum *Service* perinde significet feralia defunctis et obsequia vivis præstita.

**ENTHECA**, *ENTHICA*, *INTHICA*, *Reconditorium*, ex Græco ἐνθήκη. *Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis* : *Enticam Græco nomine repositam rei copiosæ substantiam appellamus*. [\* Ex *Isidor. Ori-*

gin. lib. 15. cap. 5. sect. 8.] Glossæ Sax. Ælfrici: *Entheca*, *suppelleæ*, in-ed-clise, [\* Bosworth in-eddisc] vel in-orf. Glossæ Audomarenses: *Enchea*, *Repositorium*, *vel servatorium*, *sive pecunia*, *vel opes*. *Memoria Entheca*, apud Placiadem Fulgentium in Biblioth. Labbei tom. 1. pag. 668. Glossæ aliæ MSS.: *Entheca*, *pecunia commercis destinata*. Glossæ veteres: *Merces*, ἐνθήκη. Ita *Entheca* promiscue pro pecunia deposita ad quosvis usus, et thesauro, usurpatur. S. Augustinus in Serm. de Diversis 49. cap. 4: *Enthecā nobis habere non licet, non enim est Episcopi servare aurum*. Cassianus lib. 4. de Cœnob. Institut. cap. 14: *Cumque totam Enthecā Cœnobii suam credat esse substantiam*, etc. Anastasius Bibl. in Versione Vitæ S. Joannis Eleemosyn. a Leontio scriptæ num. 14: *Emit Enthecā, et misit in navem*. Num. 55: *Erat autem summa multa Enthecarum suarum: habebant enim tantum vestimenta, et argentum, et alias res altiores, ut computaretur pondus... Centenarium* 30. [*Entheca cordis*, in Miraculis S. Gibriani, Maii tom. 7. pag. 620. col. 1.] [\* Germ. *Schrein des Herzens*. Vide *Armariolum*.] Apud J.C. ἐνθήκη, fundum, seu fundi instructum significare observat Salmasius lib. de Modo usurar. pag. 24. 25. Vide Senatorem lib. 2. Epist. 4. Apuleium, Jurisconsultos, etc. [\* Pro manica, hipporeus occurrunt in Ruodlieb. fr. 1. vers. 19:

Nullus et hunc alius sequitur, nisi scitifer unus,  
Qui vehat Enthecā rebus variis onerata.

Vide ibid. fr. 3. vers. 561. fr. 9. vers. 87. et Murator. Antiq. Ital. tom. 2. col. 885. et 1198.]

ENTHICA, pro *Entheca* haberi in leg. 12. Cod. Th. de Operibus public. (15, 1.) observantur alii.

INTHICA, in Regula Magistri cap. 27. extremo.

ENTHICA, ibidem cap. 93.

ENDICA, vox etiam Italica. Vita B. Luchesii Tertiarii num. 2: *Frumenta ejus et blada singula observabat, Endicas, ut vulgo dicitur, faciens, etc.*

ENTHECARIUS, *Negotiator*, Ugutioni.

ENTHECARE, In horrea recondere, apud Fulgentium lib. 1. Mythol.

ENTHECA. Eademerus de Aede sacra Cantuariensi: *Venerabilis Odo corpus B. Wilfridi... in editiori Entheca, ut ipsemet scribit, hoc est in majori altari, quod in Orientali Presbyterii parte parieti contiguum de impolitis lapidibus et cæmento extractum erat, digniter collocaverat.* [Vide *Decussare*.]

\* ENTHEGATUS. [Repositus in theca. Translate. *Fulgent. Mythol.* 1. Quicquid Helicon verbalibus horreis *Antheatum* possederat.]

\*\* ENTHRONISTICUM. Vide in *Thronus*.

ENTILMA. Vide *Entelma*.

\* ENTHYMESIS. [Animatio, animæ infusio: item cogitatio, inventum. *Tertull. advers. Valentin.* 9. *ecatr.* Totam enthymesis, id est animationem cum passione, quæ insuper acciderat, exposuit. Adde *advers. Hæretic.* 7.]

ENTOLIN. Luithprandus in Legatione: *Cum Entolin, id est præceptum... non haberent, ex Gr. ἐντολήν.* Glossæ Gr. Lat.: Ἐντολή, *Commissum, Mandatum*. Hinc ἐντολαίριοι. Mandatarii, in Concilio Ephesino pag. 302. edit. 1618. Vide *Entelma*.

ENTOMA, Insectum, quasi ἐντομα. Vita S. Senorinæ Virg. num. 4. de Ranis: *Tunc Senorina garrulas animalium molestorum voces conspire disponens, ne in*

*cæterum perstreperent, imperavit: quod eventit; nam ulterius nullum hujus generis in termino illo conspexitur Entoma.*

\* ENTONADE, Infundibulum. Vide infra *Plenaderium*.

† ENTONARE, Hisp. *Entonar*, Gall. *Entoner*, Præcinere, aliis in cantando præire. Statuta Petri Episc. Helen. ann. 1875. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 607. col. 2: *Cantor chori dictæ Ecclesiæ Helenensis, qui omnibus horis diurnis et nocturnis habet esse in dicta Ecclesia pro Entonando et incipiendo ipsis horis.* Vide *Intonare*.

\* ENTORCA, ENTORCHA, Cereus intortus, tæda, Gall. *Torche*. Comput. ann. 1872. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 320. col. 1: *Item solvi Bertrando Aujacii speciatori Nemausi, pro iij. Entorcis sive brandonibus habitis ab eodem, ponderantibus xx. libras, vj. grossos, medium, pro libra; quæ Entorchæ erant necessariæ dominis consulibus Nemausi, etc.* Vide supra *Antorca* et mox *Entorticium*.

† ENTORIDIA, ἐν τῷ μεταξῷ, *Interea*. Gloss. Lat. Gr. Sangerman. Janus in Supplemento Antiquarii legit *Interidea*. Puto legend. *Inter id, ea*, divisivis vocibus, hoc est, *Inter id vel Interea*.

\* Castigat. in utrumque Glossar. Leg.: *Endoteridea*, pro *Interidea*. Vide Meurs. lib. 1. Exercit. crit. pag. 69.

\* ENTORTICIUM, ut supra *Entorca*. Stat. Confrat. S. Affrod. ann. 1893. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 313. *Accendant et illuminent dicta Entorticia et dictos cereos.* Vide *Entortitius*.

† ENTORTITIUS, Fax, tæda, Gall. *Torche*. Testamentum Mascarone Comitiss Ruthen. ann. 1291. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 551: *Damus dictæ Ecclesiæ unum Entortitium quatuor librarum semel.* Charta ann. 1380. ex Archivò S. Victoris Massil. armar. Ruthen. num. 15: *Sacrista S. Genesii tenetur annis singulis in Natale Domini Dare domino Priori unum Entortitium quatuor librarum cere factum et operatum sine fraude.* Statuta MSS. ejusd. S. Victoris ann. 1405. et seq.: *Dicta Monialis solvat unum Entortitium duarum librarum.* Vide *Tortisius*.

\* ENTRAPELIA, perperam pro *Eutrapelia*, εὐτραπέλια, apud Alan. in Dial. super deplorat. Gall. calamitatis pag. 456.

† ENTRATA, Vox Italica, Gall. *Entrée*. Introitus, ingressio. Memoriale Potestatum Regiensium apud Murator. tom. 8. col. 1175: *Dixit Capitaneus dicti domini Marchionis, quod intrare volebat, et si dictus Capitaneus volebat sibi dare Intratam... et habito consilio respondit, quod sibi daret Entratam, sed non libenter.*

\* Charta ann. 1317. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 39: *Casalia ipsa... concedimus... cum omnibus suis Entratis et cum omnibus suis foris, quæ in eis ad jus nostrum spectant.* Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 927: *Et venit, et fecit Entratam super uno equo rubeo, valoris, ut dicitur, circa florenorum vj.* Vide *Intrata* 1.

† ENTRATA, Jus, ut opinor, aliquo intrandi et ibidem hospitandi. Charta Senioris Galisdosani æra 1124. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Vascon. MSS. pag. 667: *Dono B. Petro Generensi Ecclesiam S. Juliani de Serve cum terris et aliis ad dictam casam pertinentibus, ut sedeat meliorata illa casa, et fabricent jam dictam Ecclesiam, et habeantur ibi Clerici qui cantent in illa Ecclesia die quotidie, et ego, vel filii mei,*

*et posteritas mea per secula cuncta, et habeamus ibi Entrata et exitas, et servitium et bona amore, et nos quod amporem eam similiter de totas gentes.* Vide *Gistum* et *Procurato*.

ENTREGA, In integrum restitutio, vox Hispanica, occurrit in Observantiis Regni Aragon. lib. 5. tit. de Fidejussorib. § 32.

\* *Entreget* nostris, idem quod vulgo *Jeu de passepasse, tour d'adresse*. Præstigiæ. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 127: *Le suppliant et Marques par esbatement printrent des festuz et les mistrent sur le plat d'un coustel mouillié de leurs salives, en feignant qu'ilz savoient bien jouer d'Entreget.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:

En la vile un Juis avoit,  
Ki tant d'engieg et d'art savoit,  
D'Entreget et d'enfantement,  
De barat et d'encaement, etc.

*Entrejetterie*, eadem notione, apud Guinevil. in Peregr. humani gener. MS.:

Gieus de tables et d'eschequiers,  
De boules et de merelliens,  
De dés et d'Entrejetterie,  
Et de mainie autre muserie.

\* ENTREMAILLUM, Retis species. Gall. *Tramail*. Pactum ann. 1303: *Possint piscare cum copis, et tempore Quadragesimali cum filatis et aliis ingentis quibuscumque, Entremaillo duntaxat excepto.* Vide *Tramailum*.

\* ENTREMULA, Viscera, exta, Gall. *Fressure*, sic dicta quod tremula sint. Homag. præstitum Aymer. vicecom. Narbon. ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. col. 59: *Tenetis pro ipsa vicaria... usaticum carnis de bocairia et Entremulas bocairæ, videlicet de qualibet tabula carnes qualibet septimana, una vice, ad opus avium, et qualibet die sabbati de qualibet tabula unam Entremulam.*

\* ENTREMUTIA, ENTREMUYA, Infundibulum molendini, nostris alias *Entremuye*, nunc *Trémie*. Pactum inter abbat. et consul. Aureliaci ann. 1350. in Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 246: *Item quod bladum ponderatum, quod fuerit ingratum, non levabunt de Entremutia, in qua projectum fuerit, etc.* Aliud inter Arn. de Villa-nova et homines de Trans. ann. 1288: *Postquam posuerunt dicti homines bladum suum in Entremuya, quod monerius non possit remove acium bladum de dicta Entremuya.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 201. ch. 195: *Le suppliant geta le blé dedens le molage du molin, et puis descendit de ladite Entremuye, etc.* Id est, de loco ubi est infundibulum. Vide *Tremuia*.

† ENTRENIER, forte pro *Entremets*, saltem eadem notione, scil. Medium prandii ferulum. Charta Petri Abb. de Talmundo ann. 1866. de Aquariatu: *Item tenebitur dictus Aquarius dare et ministrare dictis Religiosis, in quatuor festis principalibus... totum generale duntaxat, et Abbas tenebitur facere Entrenier et pictantiam, et ulterius pictantiam in cœna.*

\* ENTUS, Insitum, Gall. *Ento*. Stat. Astæ pag. 9. v: *Et teneatur nudo sacramento inquirere et capere lignamina virida et sicca vinearum, et omnia scalvamina et plantas et Entos arborum, etc.* Vide supra *Entare*.

\* ENVANARE, ab Hispan. *Envainar*, In vaginam mittere: unde metaphoricè pro Fossatis aliisve propugnaculis locum includere, munire. Comput. Ms. senescal. Bellicadri ann. 1360: *Dominus*

*Guiraudus Amici miles dom. Ruppefortis capitaneus electus ad custodiam turris capitis pontis Avinionensis, qui de ordinatione senescalli Bellicadri, seu ejus locum tenentis, et consilii ejus, prae timore inimicorum, qui tunc occupaverant locum S. Spiritus, fecit Envanare seu bolcrescare turrim praedictam, etc.* Vide infra Invannare.

† **ENUBILARE**, Nubes seu tenebras dissipare, illuminare. Occurrit apud Tertull. adver. Marc. lib. 4. cap. 36. Apolog. cap. 35. de Anima cap. 3. Quiricum Episc. in Epistola ad Tajonem inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 532. Mabillonium Liturg. Gall. pag. 444. etc. Hinc

† **ENUBILATUS**, Illustratus, apud S. Paulinum Carm. ad Cytherium versu 667. † **ENUCLEANTER**, pro *Enucleate*, Clare, dixit Anastasius in Vita S. Hadriani Papae, apud Murator. tom. 3. pag. 179. col. 2.

\* **ENUCLEARE**, Crescere. Acta S. Cassiani tom. 3. Aug. pag. 29. col. 2: *Ex eadem hora tam de finitimis quam de longinquis regionibus, Regis aeterni magnus atque mirabilis Enucleavit affectus.*

\* **ENVERNISARE**, a Gallico *Vernisser*, Glutinoso liquore linire. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 257. col. 1: *Solvit magistro Bernardo pictori, qui depinxit astam dicti penoni et eandem Envernissavit, pro toto ij. gross. iij. den.*

† **ENULESTIO**, **ENULESTINIUM**, τὸν δὲ δόκιμον, in Gloss. Gr. Lat. [Janus in Supplem. Antiquarii pro *Enulestium* habet *Enulestum*, δόκιμον Græcis est legumen.]

\* Castigat. in utrumque Glossar. Cod. Sangerm. habet nude *Evulsio*. Vulc. emendat, *Leguminum evulsio*: at regius habet *Evulsitium*.

† **ENULUM**, *Caldarium*. Gloss. Isid. Festus habet *Enulum*: quod est quasi *Ahenulum* diminutivum *Aheni*.

† **ENULUS**, νεβύλος, *Hymnulus*. Supplem. Antiquarii. Gloss. Lat. Gr. Sangerman.: *Emulon*, νεβύλον.

\* **ENUNDINO**. [Mercari. *Tertull. Idolo.* 9. *Spiritus Sanctum Enundinare.*]

\* **ENUGO**. [Abnuo. Gloss. Philox.]

† **ENUR**, est *Fumus aquæ occultus, ex quo lapides generantur*. Roch. le Baillif in Diction. Spagyr.

† **ENUSQUAM**, ἐν τὸν, Sicubi, in Glossis Sangerm. Lat. Græc.

† **ENKENIUM**, Munus, donum. Appendix ad Vitam S. Humilitatis, Maii tom. 7. pag. 891: *Qui die noctuque mihi dant confortamenta et de suis divitiis Enzenia.* Vide *Exzenium*.

\* **ENZENGAT**, Frusta mali aurei saccharo condita, Gall. *Orangeat*. Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 193. col. 1: *Solvit eidem pro... viij. oncis confimentorum, videlicet drageya perlata, Enzengat et manu Christi, etc.*

† **ENZENIUM**, ut *Enzenium*. Acta S. Franciscæ Rom. Martii tom. 2. pag. 113: *Enzenia nobis portastis, ut nos eis consolaretis.*

\* **ENZES**, Aucupii species. Constit. Mss. Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1333: *Quod nullus audeat capere columbos alienos ab Enzes, simbells, ne fillats, vel alio modo.*

† **ENZIA**, **ENZACUS**. Vita S. Hugonis Monachi Eduensis, sec. 5. Benedict. pag. 98: *Enziacus namque quasi Laudabilis seu Laudativus dici potest. Enzia quoque Argolice, Laudes latialiter nuncupatur.* Origo fortassis Græcum *Αἰνείτις*, Laus, vel ut legitur apud Callimachum *αἰνετικά*.

† **EOBLAGIÆ**. Capitul. Aquisgran. 817. ad calcem Chronici Casin. Angeli de Nuce art. 59: *Ut Eoblagiæ Fratibus a Presbyteris in refectorio dentur.* Lege et vide *Eulogia*.

\* **EODORBRUCE**, vox Saxonica, sepis fractio: ab Eodor, sepes, et Bryce, fractio: occurrit in Legibus Aluredi Regis Westsaxiæ cap. 45. editionis Saxoniciæ 86.

† **EOLOGIA**. Formula Andegavensis 2: *Quia conjunxerunt mihi culpas et meas magis negligentiis pro furta quid fieri, unde ego in turmentis fui, et Eologias feci, et morte periculum ex hoc incurrere debui, etc.* [Idem videtur quod *Eulogiæ*, Munus debitum, coactum.] [\* Idem videtur quod *Elogium*. Vide in hac voce.] [\* *Eologia* pro *Eulogia* in Vita S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 12. lin. 11. et pag. 17. lin. 8.]

† **EOLUS**, Αἰὼλος, Varius. Gloss. Lat. Græc.

\* **EOPSE**. [Eo ipso. *Plaut. Curc.* 4. 3. 6.] **EORLA**, et **EORL**, Comes, Dux, Consul, Anglo-Saxonibus, vox Danica, ut quidam volunt: quod in dubium vocat Somnerus in Glossario Saxonico. Certe *Jarl*, Danis priscis, Barones appellari observat Wormius. Ethelwerdus lib. 4. cap. 3: *Consules ruunt, quos illi Eorlas solent nominare.*

† **EOUS**, Cœlestis, a Græco εἶπος. Jacobus Cardin. de Canonizatione S. Petri Cœlestini, Maii tom. 4. pag. 492:

... Moresque senex complexus Eoos, Prosequitur.

*Eoa munera*, id est, ab Oriente allata in Hymno Epiphaniæ.

† **EPACARE**, Pacare, Gallis *Appaiser*. Baldricus lib. 1. Chron. Camerac. cap. 98: *Walterum multa mercede donabat, plus pollicitus, si quovis modo tantæ pestis molimina Epacaret.*

† **EPACTA**. Papias: *Epactas Latini vocant adjunctiones annuas, lunaresque per undenarium numerum usque ad tricenarium in se revolventes, quas ideo adjiciunt, ut lunaris emensio rationem solis sequatur. Luna enim juxta cursum suum 28. dies [29. dies cum dimidio] lucere dignoscitur, et fuit in anno lunares dies 354. remanentes ad cursum solarem dies 11. quos adimunt: absque iis enim non invenies lunam, quata sit in quolibet anno, mense, vel die. Istæ Epactæ semper 11. Kl. April. inveniuntur, quo quota fuerit luna, tota erit Epacta eodem anno: continentur enim Epactæ circulo decemnovennali. Vide Dionysium Exiguum de Ratione Paschæ, Isidorum [\* in Origin. lib. 6. cap. 18. sect. 29. quem exscripsit Papias], et Computistas: præterea ex neotericis Scaligerum lib. 7. de Emend. temp. Gassendum de Calend. Rom. etc. [et supra vocem *Annus*, pag. 293.]*

† **EPACTA MAJOR**, et *Epacta minor*. Charta Umberti Episc. Gratianop. ann. 1012. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. 581: *Facta est Charta hujusmodi an. ab Incarn. Dom. MXXII. fer. v. luna XXV. Indict. X. Epacta majore III. minore XXV. concurrente III. cyclo decemnovenali VI. Cum tot sint Epactæ majores quot Concurrentes, quos suo loco diximus esse Epactas solis, patet Epactas majores et solares non distingui; Minores vero Epactæ eadem sunt quæ lunares. Vide *Concurrentes* et vocem *Annus* pag. 294.*

† **EPACTIO**, vel **APACTIO**, in Tabular. S. Dionys. Lemovic. Chart. 5. Pactum. Vide *Apactare*.

† **EPADIRE**, Dicere, manifestare, Ugutioni. [Papias MS. Bituric.: *Epadiam, Dicam, Manifestem* ?]

† **EPANAGNOSTICON**, ut ait Anastasius Bibliothec. ad Synodum VIII. dicitur *Scriptum quod palam legitur.*

† **EPANALEPSIS**, Ἐπανάληψις, Repetitio. Ordericus Vitalis in Historia Eccles. apud Duchesnium Scriptor. Norman. pag. 716: *Materiam scribendi nuper ab Ulicensi Ecclesia capsi, sed ampla terrarum regna velut in ecstasim raptavi propevi, longe lateque oratione volitavi, et per plura perlustrans longissimam Epanalepsin protelavi.*

† **EPANLEUM**, *Ascensio tortuosa*, Papiæ. [Vide *Epauleum*.]

† **EPANOCLISTUS**, Superne clausus, ab ἐπάνω, Supra, et κλειστός, Clausus. Anastasius in Hormisda: *Regnum de auro purissimo Epanoclistum cum catenulis suis, habens in medio crucem auream.*

\* **EPAPHÆRESIS**. Apud Græcos est ablatio, detractio. [Transferitur ad tonsionem barbæ. *Martial.* 8. 52. Expingitque cutem, facitque longam Detonsis *Epaphæresin* capillis.]

\* **EPAR**, RIS, *Fosse*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1852. ex Cod. reg. 4120.

\* **EPARGUS**, a Græco ἐπαργος, Præfectus. Instruct. Pisan. legat. ad Alex. imper. CP. ann. 1199. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1492: *Præterea studente legati quod omnia pro Pisana civitate data, sint libera, nec aliquo modo supponantur, vel subiaceant Eparco et vestario.* [\* Ap. Liutpr. Antap. lib. 3. cap. 26.] Vide *Epartus*.

† **EPARTUS**, *Perfectus*. Papias. [Legendum *Eparchus* a Græco ἐπαρχος, *Præfectus*. MS. Bituric. habet *Eparcus*.]

† **EPATULA**, *Aqua*. Papias. [\* Glossar. in Cod. reg. 7644: *Epatula, patula aqua.*]

† **EPAVA** APUM, in Statutis S. Claudii pag. 73. dicitur de apibus perditis et a nemine repetitis, Gall. *Epave d'abeilles*. Generatim *Epave* vel *Espave* Practicis nostris dicitur de animalibus errantibus, quorum verus ignoratur dominus, quæque proinde fiunt Dominorum ad quos pertinent hujusmodi jura caduca. Vide D. de *Lauriere* in Glossario Juris Gallici et infra *Espava*.

† **EPAULEUM**, *Ascensio tortuosa*. Glossar. Sangerman. num. 501. Unde illud, dicat qui potest. Certe aliud omnino est ἐπαύλιον, quod Græcis est Villa, vel ἐπαύλια, quod est dies secundus a nuptiis, quo muneribus donantur sponsus et sponsa.

\* **EPDOMADA**, pro *Hebdomada*. Charta G. comit. Fores. ann. 1219. ex Tabul. S. Th. in Fores.: *Conventui sanctimonialium dedi et concessi mera et bona voluntate in una Epdomada unam quartam salis in foro Montisbrisonis; et hanc quartam debet reddere qualibet septimana ille, qui pro me tenebit mensuram salis.* Hinc

\* **EPDOMEDIARIUS**, pro *Hebdomadarius*. Testam. Petri de S. Ylario ann. 1177. ex Bibl. reg. cot. 17: *Capellanno de Luirano dimitto . . . duos superpelticos et unam flaciutam et unum frenum, quæ habet Petrus Epdomedarius in pignore.* Ubi nomen proprium, non officii, esse existimo.

\*\* **EPELEMTICA** PASSIO, pro *Epileptica*, in Hincmar. Remens. Annal. ad ann. 866. ap. Pertz. tom. 1. Scriptor. pag. 472. lin. 87. Vide *Epilepticus*, in *Epilepticus*.

† **EPEDETON**. Vide *Epidecten*.

† **EPENDIX**, pro *Appendix*, in Chartario Eccl. Auxitanæ cap. 65.

† **EPENDYTES**. Vide *Epidecten*.

† **EPERBOLIRE**, *Ebullire*. Vita S. Moduennæ, Julii tom. 2. pag. 303: *Vident*

*fluvii verticem contra se statim intumescere et Eperbolire.*

\* **EPERDICA**, vel **EPERDITA**. Charta Theob. episc. Ambian. ex Cod. reg. 4184. fol. 14. r<sup>o</sup>: *Quadriga quæ vendit ferrum, de centum Eperdicis debet unam.*

\* **EPERLEGHA**, Præstationis vel servitii species, idem f. quod *Escaeta*. Charta ann. 1236. in Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 264: *Confirmantes furna et molendina, aquas, aquarum decursus prædictis dominis Cadarossæ, et Eperlechas in eorum hominibus.*

**EPHALMATORRES**, apud Jul. Firmicum lib. 8. Mathes. cap. 8. sic dicti quod saltu corpora ejacularentur, a Græco *ἐπαλα*. Vide Manilium lib. 5.

\* **EPHEBATUS**. [*Ephebus factus*. Varr. apud Non. 2. 552. *Ephebatum* mulieravit. Al. leg. *ephebitum*.]

**EPHEBIA**. *Ἐφηβία*, prima pars adolescentiæ, Papiæ, vel juvenum eminens pulchritudo, vel collectio *Epheborum*. Alexander:

Quo prostant pueri, locus est Ephebia dictus.

Machab. lib. 2. cap. 4. v. 9: *Super hoc promittebat et alia centum quinquaginta, si potestati ejus concederetur gymnasium et Ephebiam sibi constituere*. Ubi Ephebia locus est ubi prostitutebantur Ephebi: seu ut est in Mammotrecto, *Prostitutio, vel prostibulum puerorum*. Brocardus in Descript. T. S. lib. 2. cap. 2. Edit. Venetæ 1513: *Loco lupanarium plerumque in urbibus constituunt Effebias*. Gloss. Isid.: *Ephebiion, locus constuprationis puerorum imberbium*. Virorum *lupanaria*, in Constit. Valentiniiani tit. 5. Colat. Legis Mosaicæ. Vide *Feminare, Molles*.

\* **EPHEBICUS**. [Ad ephebum pertinet, puerilis. Apul. 10. *Mæt*. Adest luculentus puer nudus, nisi quod *Ephebrica* clamya sinistrum tegebat humerum.]

**EPHETA**, vox Hebraica, i. *Adaperire*, quam in Baptismi ritu ac orationibus admittit Ecclesia, imple vero irridet Calvinus ac fœde conspuat, cum eam osculentur Patres Ambrosius, Augustinus, ceterique Scriptores, utpote profectam a facto Servatoris, qui cæci mutique aures et linguam obliniit sputo.

† **EPHIBATA**. Vide *Epibatâ*.

\* **EPHIBATI**, *Laici*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 764L. Vide *Epibatâ*.

† **EPHICERNA** et **EPICERNA**, *Anathema*. Papias. Ab *ἐπιχῆρος*, Proscriptus, diris vel letho devotus.

† **EPHIPHANIA** pro *Epiphania* constanter scribitur in Lectionario Gallicano, itemque in Missali Gothico, mendose quidem, sed veteri more, ut observat Mabillon. Liturg. Gall. pag. 117. Vide *Epiphania*.

**EPHOLÆ**, pro *Epulæ*, in leg. 20. Cod. Th. de Paganis. (16. 10.) Vide *Conjecturas Jac. Gotofredi*.

† **EPHORICA** DIGNITAS, in Compendiosa beneficiorum expositione fol. 37. est Dignitas illa Magistratum, quos Ephoros vocabant Lacedæmones.

**EPHOT**, vel **EPHOD**, Amictus, vestis Sacerdotalis. Exstat in Missa veteri ab Illyrico edita Oratio ad induendum *Ephot* vel amictum. Eucherius Lugdun.: *Ephod, vestis Sacerdotalis, quæ superindumentum, vel superhumeralis appellatur. Est autem velut in caracallæ modum, sed sine cucullo, etc.* Vide interpretes Biblior. ubi hæc vox Hebraica non semel reperitur.

† **EPIASTER**, Alveus, Gall. *Ruche*, ab *apis*, ut conjecto, dictus: quare f. leg. *Apiaster*. Eberhardus in Summaria Tra-

ditionum vet. Fuldens. cap. 4. apud Schannattum pag. 299: *Ratoto de Wormazfeld tradidit S. Bonifacio omnem elaboratum suum, hoc est porcos LX. vacas VI. oves XII. Epiastros. XL. Vide Apiastrum.*

† **EPIBATA**, *Insensor*, in Barthii Glossario ex Guiberti Hist. Palæst. *Institor*, Mabilonio ex Vita S. Hugonis Monachi inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 97. ubi sic habetur: *Cui (Bernoni sancto Abbati) . . . Hugo per omnia fidissimus adjutor existens, qui creditum sibi talentum a Domino, ut Epibatâ sagacissimus, amplificare studebat*. Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episc. cap. 17:

Frugiferis gravida gaudebant horrea glebis, Epibatæ facies ausu sprevere latrones.

*Epibatæ*, Gr. *Ἐπιβάται*, proprie dicuntur Milites classiarii, vel qui nave conducta utuntur; metaphorice vero Laici qui conscenderunt Ecclesiæ navim, cujus prorætæ, naucleri, nautæ sunt Clerici. Gloss. Isid.: *Epibatæ, Laici*. Joan. de Janua: *Epybata, Laicus vel superveniens. Hic nihil habet negotii in navi; sed nauulo dato in alias terras transire disponit*. Hinc emendo Canones Hibernos apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 10. ubi: *Antiqui decrevere Sancti, ut Episcopus pro capitalibus peccatis xxxiii. annis pœniteat, Presbyter XII. Diaconus VII. Sic Virgo Lectorque et Religiosus, Ebibatus autem III. melius enim Epibatibus legetur, ut satis patet*. Vide Lexicon Militare Caroli de Aquino.

† **EPIBATEGI**, *ἐπιβατηγῶν*, Naves vectoriæ. Memorantur leg. 1. § 12. D. de exerc. act. (14. 1.)

† **EPICÆDIUM**, vel **EPICEDIDIUM**. Carmen ad laudem defuncti decantatum. Placidus Diac. in Supplem. Virorum Illustr. Casin. cap. 8. de Angelo: *Scriptis . . . carmen heroicum de ineffabili Jesu Nomine . . . Epicædium in mortem Domini De Jesu beneficus in homines, etc. ἐπιχῆριον*, cadavere nondum sepulto, *ἐπιθῆριον*, completa sepultura, ἄρηγος, nullo tempore statuto, solebat decantari.

**EPICAUSTORIUM**, in Glossis MSS. est: *Eminentior locus in ædificio ad specularandum, vel solarium puellare*; apud Joan. de Janua, *Instrumentum quod fit super ignem causa emittendi fumum. Item est locus unguentorum ubi se ungebant ad ignem, vel ubi unguenta fiebant ad ignem, vel denique locus discernendi causas; et in qualibet harum significationum accipitur in Passione S. Thomæ*. Locus habetur apud Ordericum Vitalem lib. 2. pag. 412: *Ecce januas hic disponam et ad ortum solis ingressum; primo Proaulam, secundo Saluatorium, in tertio Consistorium, in quarto Tricorium, in quinto zetas hyemales, in sexto zetas æstivales, in septimo Epicaustorium, et triclina acubitalia, etc.* Papiæ etiam, *Epicaustorium, est locus unguentorum*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS.: *Epicastrum, stri, Epicausteres, cheminée, ou le lieu des ont-guemans, ou le lieu de discernales causes*. Hist. Subreptionis S. Crucis in Chron. Mellicensi pag. 257: *Et calices cum aliis ceteris in Epicaustorio coquinae in quadam foramine recondidit*.]

\* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Epicaustorium, Gallice astres. Alio modo dicitur Tabula vel cathedra*.

† **EPICEDIDIUM**. Vide *Epicædium*.

\* **EPICERNA**. [Anathema. DIEF.]

\* **EPICICLUS**. [Parvus circulus super majorem. DIEF.]

\* **EPICINUM**. [Festivitas pro victoria. DIEF.]

† **EPICITHARISMA**, *ἐπιχίθρισμα*, Ultima pars fabulæ. Tertull. adv. Valent. cap. 38: *Epicitharisma post fabulam*.

\* Citharæ sonus, in fine fabulæ adhiberi solitus ad reficiendos animos, Ion gioris auscultationis tædio affectos, ut scribit Martin. in Lexico.

**EPICENUS**. Gloss. Gr. Lat. *ἐπιχίτωνος*. *Promiscuum, Epicænum*. Utitur Quintilianus lib. 1. cap. 7. 10.

\* **EPICROCULUM**, *Pallium tenue meretricum, a croceo colore sic dictum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Vide *Epicrocus*.

**EPICROCUS**. S. Columbanus Ep. 3: *Idcirco quamvis trisulcus arcuato vulnere scorpium insurgat, in his, de quibus scriptum est extendere linguam suam, sicut arcum mendacii, qui nova quæque, licet Epicroca, judicant, etc.* Ubi leg. Videtur Epicrona ex *ἐπιχρόκος*, vel *ἐπιχρόνιος, vetustus*.

¶ Haud scio an non aliunde quaerenda sit vocis *Epicroca* notio, quam a Glossatoribus Papias habet: *Epicroca, Perluca*. Janus in Supplemento Antiquarii: *Epicrocium, τρυαγέ, Lucidum*. Quod hauserunt ab aliis, quibus *Epicrocium genus est amiculi croco tinctum, tenue et perlucidum*, ut habet Festus. Nævius apud Varroem de Lingua Lat.: *Amicitus erat Epicroco*. Glossar. Lat. Græc.: *Epicrocium, ἐσθήτος εἶδος, ἢ σκαιόν ἀρτέυου κατώτερον*. Ex his omnibus emendandum Glossar. MS. Bituric. ubi perperam, *Epipigra, Perluca*, pro *Epicroca*. † **EPICTACIUM**, Mandatum, a Græco *ἐπίταξις*, quod idem significat. *Epictacium jussionis tuæ*, in Chartario Ecclesiæ Auxitanæ cap. 41.

**EPICURIUS**, ex Græco *ἐπίκουρος*, et *ἐπικούριος*, Adjutor, defensor. Hesych. *ἐπικουρος, βοηθός*. Vita S. Vitalis Siculi n. 23: *Quod eidem civitati fieret Epicurius maximus et defensor*.

\* **EPICUSTERIUM**, *Sedes sutorum*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Vide *Epicaustorium*.

**EPIDECEN**, vel **EPIDICEN**, Vestis Monachorum, Ugutioni: sed videtur perperam scripta vox, pro *Ependytes*. Est autem ex Græca formata *ἐπενδύτης*, qua indigitatur vestis exterior, quæ Monachis Egyptiis pellicea, seu melotes, Occidentalibus ut plurimum lanea. *Superindumentum* vertit S. Augustin. in Quæst. super Judic. lib. 7. cap. 41. Ita usurpat S. Athanasius de Virg.: *Ὁ ἐπενδύτης σου μέλας. Tunica tua sit nigra*. Gloss. Græc. Lat.: *Ἐπενδύτης, Instata*, (legendum forte *Instrata*, vel *Instita*,) hæc *superaria*. Gloss. Lat. Græc.: *Superaria, ἐπενδύτης*. Joan. cap. 21. de S. Petro: *Τὸν ἐπενδύτην διαζωσάμενος*. Evagrius in Vita S. Antonii cap. 23: *Lavit Ependyten suum*. Ubi quædam Additiones addunt *scapulare*, quomodo forte hæc vox intelligitur apud Pachymerem lib. 4. cap. 7. Hieronymus in Vita S. Hilarionis: *Pellicem habens Ependyten*. Perperam vero Lexicon Gr. MS. Reg. Cod. 2062: *Ἐπενδύτης, τὸ ἐσώτατον ἱμάτιον, ὃς καὶ ὑποκάμισον λέγεται*. Ita Suidas confundit *ἐπενδύτην*, et *ὑποδύτην*, quæ est *Interula*. Vide Nicol. Fullerum lib. 2. Miscell. Sac. cap. 11. et Salsamium ad Tertul. de Pallio pag. 379. Hannagium Gerardi de Ventadour, ann. 1362: *Amotis Capuciis, et Jupileis, et amotis zonis, cultellis, et in cotardia, cum de subtus cotardiam, ut dixerunt, tunicam aliam decentem non haberent*.

**EPEDETON**, in Gloss. Saxon. Ælfrici: *Cop*, vel *hoppada*, vel *ufresrud*,

i. Ependytes, seu vestis quæ aliis ins-  
ternitur.

EPENDIS, *Amphibalum*, in Glossis  
MSS.

EPIDETES, in Vita S. Aventini Presb.  
cap. 2: *Vestimentum autem ejus ad mem-  
bra corporis hirsutum cilicium, tunica  
squallida, cingulum pelliceum, Epidetem  
habens laneam, cucullum vestutam.*

EMPEDITIS. Mammothrectus ad Legen-  
dam S. Hilarionis: *Empeditis, Vestis  
Monachorum congruens honestati usque  
ad pedes descendens in modum Diaconia-  
lis Dalmaticæ.*

Nescio an Ependyten intelligant Assi-  
siæ Hierosol. MSS. cap. 94: *Les Cheva-  
liers qui se combattent pour murtre, ou  
pour homicide, se doivent combattre à pié,  
et sans coiffe, et estre roignés à la reonde,  
et estre vestus de cotes vermeilles, ou de  
chemises, ou de doubles Decende courtes  
jusques au genouill, et les manches copées  
jusques dessous le coude, etc.*

† EPIDEMIA, Morbus contagiosus et  
popularis, ab ἐπί et δῆμος, Populus, Gall.  
*Epidemie*. Passim occurrit. Vide *Epidi-  
mia*.

\* Nostris etiam *Epidimie*. Lit. remiss.  
ann. 1889. in Reg. 137. Chartoph. reg.  
ch. 17: *Finablement la bosse et Epidimie  
le print, de laquelle et de la batteure, il  
ala de vie à trespassement. Impedimie,  
in aliis ann. 1400. ex Reg. 155. ch. 583:  
Pour l'Impedimie et la mortalié qui a  
esté et encores est en laditte ville d'Arras  
et environ, ledit Baudet qui estoit et a  
esté Impedimie et prins de la bosse. Espi-  
dimié, infra in ch. 299. Vide supra *Em-  
pidemia*.*

EPIDENDÆ. Felix Monachus Gyrwen-  
sis in Vita S. Guthlaci n. 5: *Peractis  
vero mensium Epidendarumque cursibus,  
cum parienti tempus immineret, etc.* Uti-  
censis Codex, uti monet eruditus Ma-  
billon. *mensium Epidendarum dierum  
cursu absque copula præfert. Ex quibus  
satis patet barbaro hoc et incerti licet  
etymî vocabulo innui totos illos novem  
menses, quibus uterum gerit mulier.  
Editio vero Bollandina hoc loco præfert:  
Peractis vero mensium hebdomadarumque  
cursibus.* Ubi Henschenius monet vocem  
*Epidendarum*, quæ in aliis codicibus re-  
peritur, poni pro *Interpendentium*: sed  
id meræ est conjectura ac incertæ. Alia  
suggerit eruditus Cotelierius in Notis ad  
tom. 1. Monumentor. Ecclesiæ Græcæ  
pag. 715.

\* EPIDERMEN, perperam pro *Epidecen*,  
vestis monachorum. Vide in hac voce.  
Andr. Floriac. lib. 4. Mirac. S. Bened.  
Mss: *Cumque me ad simile opus propa-  
tulo jam Epidermine, cum clericali birro  
aptato, etc.*

† EPIDETES, EPIDICEN. Vide *Epi-  
decen*.

\* EPIDIALIS, pro *Epidimalis*, conta-  
giosus. Mirac. Mss. Urbani PP. V: *Pati-  
ens febrem Epidialem cum bossa, etc.*  
Vide in *Epidimia*.

† EPIDIMIA, Ut *Epidemia*, Morbus  
popularis. Sæpius occurrit præsertim  
apud Scriptores Italicos. Hinc

† EPIDIMALIS AER, apud Nicolaum  
Specialem lib. 1. de Rebus Siculis cap.  
15. hoc est Pestilentia et contagiosus.

† EPIDIMALIS MORBUS, apud Mura-  
tor. tom. 12. col. 470.

† EPIDIMARIA PESTIS, in Epist. Joh-  
han. de Monsteriolo apud Marten. Col-  
lect. Ampliss. tom. 2. col. 1417.

EPIDIPNIS, ἐπιδίπνιον, *Postcæna*, [Bel-  
laria, Gall. Dessert.] Fragm. Petronii  
pag. 60: *Nec ullus tot malorum finis fuis-  
set, nisi Epidipnis esset allata, turdis,*

*iligine, uvis passis, nucibusque fartis.*  
[Martial. lib. 11. Epigr. 32:

Hic seras Epidipnidas parabit.

\* EPIDIXIS, [Specimen, demonstratio,  
ostentatio: Histriones artis suæ speci-  
men dantes *Epidixi ludere* dicuntur in  
*Inscript.* apud Maff. Mus. Ver. 127. 4.]

† EPIDOMETICI, *Dicuntur qui habebant  
sub se mensuratores, qui mensurabant  
hospicia, et in eminenti loco describebant  
nomina eorum, qui ibi habebant hospitari.*  
Vocabul. Juris utriusque. Vox formata  
ab ἐπί et δομή, Domus, ædificium.

† EPIFORA, Ἐπιφορά, Medicis, Fluxio in  
aliquam corporis partem irruens. Gloss.  
Lat. Gall. Sangerm. MS.: *Epifora, une  
maniere d'ordure des yeux, la toile.* Vide  
*Fremiticus*.

\* Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion.  
cap. 93: *Nescio an hoc melius sit ad ypo-  
pias aliud collarium, vel ad chimosas et  
Epyforas reumaticas.*

\* EPIGERGIIUM, [Fulcrum focarium.  
DIEF.]

\* EPIGIUM, *Warcoles*, in Glossar. Lat.  
Gall. ann. 1852. ex Cod. reg. 4120. Vide  
infra *Vercolerum*.

\* EPIGRAMMA, perperam editum ex  
Charta Roger. Sicil. reg. ann. 1129. tom.  
4. Cod. Ital. diplom. col. 404. pro *Epis-  
tagma*. Vide in hac voce.

\* EPIGRAPHIUM, Epitome. Chron. Tren-  
orch. inter Probat. ult. Hist. ejusd.  
abbat. pag. 16: *Hic denique Epigraphium  
inserendum, et de beati Philiberti vita  
virtutibus gloriosa silendum, vel transitu,  
quoniam hæc a præcedentibus sufficienter  
edita pernoscentur.* Vide *Epilogium* 2.

† EPIGRARE, pro *Epigrafare*, si bene  
conjecto, a Græco ἐπιγράφειν, Chartam  
subscriptione firmare. Chartularium Ap-  
tensis Eccles. fol. 110: *Acta commuta-  
tionis carta XIII. Jilii regnante Rodulfo,  
Indictione IV. Martinus Epigrare et fir-  
mare præcepit, manu sua roboravit.*

EPIGRI. Isidorus lib. 19. Orig. cap. 10:  
*Epigri et clavi sunt, quibus lignum ligno  
adhæret.* Ita etiam in Glossar. Isid.  
Gloss. Saxon. Ælfrici: *Epigri, vel clavi*:  
Nægles, i. Clavi. Meursius in Gloss.  
*Epturi* rescribendum censet. Gloss. Gr.  
Lat.: Ἐπίγραφοι, ἐπιγραφες, *Compages.* Hes-  
ychius: *Ἐπίγραφοι, ἥλαι ἐξόλωνοι.* Vide eum-  
dem Meurs. [Verum et ipse Seneca de  
Benef. 2. 12: *Nisi in os Senatoris inges-  
sisset Imperator Epigros suos.* Ita Grono-  
vius restituit, cum vulgo legeretur  
*pigros.* Vide ejus notas pag. 628. et Gata-  
ker. in Cinno 2. 19. pag. 278.]

\* EPIGROMA, [Tabula, in qua ab agri-  
mensore descripti sunt limites et men-  
suræ agrorum: Not. Tyr. p. 124. Com-  
mentarium, epitoma, epigroma.]

\* EPILATUM, *Leve adjutorium*, ex Glos-  
sis ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Pas-  
sion. cap. 144: *In pleuretici enim et  
ventrem deduci oportet, et non solum  
clysteri, sed et Epilatis uti necesse est.*

† EPILEMPSIA, EPILEMPTICUS, etc.  
Vide *Epilepticus*.

\* EPILENTUM, [Vehiculum puerorum.  
DIEF.]

EPILEPTICUS. Gloss. Lat. Gr.: *Cadu-  
cos, ἐπιληπτικόν.* Emendandum, *Caducus,*  
ἐπιληπτικός, et in Gloss. Græco Lat. Wil-  
helm. Apul. lib. 1. de Gestis Norman-  
norum:

Dum sedi Michael Epilepticus Imperiali  
Præsidet.

S. Bernardus in Vita S. Malachiæ cap.  
30: *Erat autem Epilepticus, et cadebat  
frequenter.* Vide Gregor. Turon. lib. 4.  
Hist. cap. 12. lib. 5. cap. 5.

EPILENTICUS, pro *Epilepticus*, scribitur  
apud Plinium lib. 8. de Medicina  
cap. 10. Jul. Firmicum lib. 6. cap. 31.  
lib. 7. cap. ult. Conradum Marpurg. de  
Vita S. Elizabeth pag. 288. in Vita S.  
Samsonis Episcopi Dolensis lib. 2. cap.  
3. apud Joan. de Deo in Penitentiario  
lib. 5. cap. 6. etc.

EPILENTICUS, apud S. Odonem lib.  
4. de Vita S. Geraldii cap. 8.

EPILEMPTICUS. Charta Ethelredi Reg-  
is Angl. tom. 1. Monastici Anglic.: *Si  
quis tam Epilempticus philargyriæ seduc-  
tus amentia, etc.* Utitur etiam Alexander  
Iatrosophista lib. 1. Passionum cap. 8. et  
alibi non semel. Vide *Epeleptica passio*.

EPILENCIA. Gloss. Lat. Gall.: *Epilen-  
cia, le mal de quoi on chiet.* [Aliæ San-  
german.: *Eplensia, le mal de quoi l'on  
chiet.*]

† EPILENTICUS, *Celui qui a tel mala-  
die, et Epilensiatus, Idem*, in fisdem  
Glossis Sangerm.

EMPILENTIA. Ugutio: *Empilentia, pas-  
sio sic dicta, quia mentem apprehendens,  
et corpus possideat, etc.* Ita apud Canti-  
pratam. *Epilentia*, pro *Epilepsia*.

† EPILEMPSIA, in MS. Bituricensi.

EPILENSIA, et EPILENCIA, in Vita S.  
Lamberti Episcopi Venciensis, et apud  
Michaëlem Scotum lib. de Physion. cap.  
12. Egidium Corboliensis MS. de Virtu-  
tib. medicaminum:

Per momenta suos Epilensia domat omnem  
Aurea nequitiam.

EPILENSIS, in Statutis Ordinis de *Sem-  
pringham* pag. 735. *Epilenticus* ibid. [et  
in Capitulis General. S. Victoris Massil.  
MSS.] *Epilense*, etiam nostris olim.  
Vide Guillelmum Tardif Lectorem Caro-  
li VIII. Reg. Franc. in tractatu de  
Falconaria parte 2. cap. 5. Gariopontus  
lib. 1. cap. 7: *Epilepsia dicta est a men-  
tis et sensus oppressione, quibus occupa-  
tis, corpus etiam occupatur.* [*Epilentica  
passio*, apud Bernardum de Breydenbach  
Itin. Hierosol. pag. 106.]

† EPILENTICUS MORBUS, pro *Epilentic-  
us*, tom. 3. Anecd. Marten. col. 1741.

EPILOGARE, *Iterare*, in Glossis MSS.  
Regiis. Italis, *Epilogare*, idem valet ac  
recapitulare, seu breviter repetere, ac  
in Epitome redigere, ut observat  
Alexander in Responione ad Occhial.  
Andreas Monachus Fontis-Evrardi de  
Morte B. Roberti de Arbesello: *Pemite-  
bat ex altera parte ex hoc quod omnia  
mandata non observaverat, et ut omnia  
ejus verba dicam Epilogando, se servum  
inutilem fuisse per omnia plangebatur eju-  
lando.* Alanus de Insulis in Plactu na-  
tura: *Illuc turtur suo viduata consorte,  
amorem Epilogare dedignans, bigamix  
refutabat solatia.* Rursum: *Tunc Hyme-  
neus solentiori vultu lætitiæ gratiarum  
actiones Epilogans, etc.* [S. Bernardus de  
Consideratione: *Libet jam et hunc clau-  
dere librum, sed in calce aliqua velim vel  
ante dicta quasi Epilogando repetere.*  
Vita B. Agneis de Montepolitiano num.  
67. April. tom. 2. pag. 806: *Ceteris omis-  
sis, quedam Epilogando in præsentî pa-  
ragrapho, Deo dante, narrabo.*]

† EPILOGATIO, *Epilogacion, c'est longue  
chose briefment recitée.* Gloss. Lat. Gall.  
Sangerman. MS.

1. EPILOGIUM. Gloss. Lat. Regium:  
*Epilogium, novissima pars controversionis,  
quæ preces tantum habet, vel narratio  
miserationis.*

2. EPILOGIUM, Epitome. Epist. Ale-  
xand. IV. PP. apud Baron. ad ann. 1148:  
*Qualiter scilicet 28. titulis eorumque Sa-  
cerdotibus tota urbs (Roma) distributa sit,*

quatenus posteris nostris, quasi *Epilogo* comprehensa, lucidiora sint.

\* 3. **EPILOGIUM**, Finis, conclusio, ad calcem 2<sup>a</sup> part. Comment. Alber. de Rosate Bergom. JC. ad lectur. Cod. pag. 206 : Pro fine hujus libri et operis *epilogo* seu *Epilogo* gratias agamus Domino et B. V. Mariæ.

**EPILOGONIUS** TERMINUS, Qui ratione potius et animo concipitur, quam per evidentia signa. Vitalis et Arcadius Gromatici : Terminus a ferro taxatus si fuerit, et subditum nihil habuerit, *Epilogonius* nuncupatur.

1. **EPILOGUS**, Epitome. Vita S. Drausii Episcopi Suess. n. 20 : Paucis de plurimis sub *Epilogo* recitatis. [Sermo de S. Valentino Episc. inter Acta SS. Maii tom. 7. pag. 544 : Hujus talis ac tanti Valentini Præsulis, unde superius *Epilogum* (Breve encomium) fecimus, latuit mortalibus corpus. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MSS. : *Epilogus*, a, um, *Epilogues*. *Epilogus* Latinis, ut ἐπίλογος Græcis, est Peroratio ; sed hoc notum.]

2. **EPILOGUS**, Epitaphium. Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 874 : Versibus hexametris *Epilogum* brevem super illo edidi.

\* 3. **EPILOGUS**, Mimus, scurra. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Epilogus*, genleaur.

**EPILOGICUM**, ἐπιλογικόν, Vestis quæ loriceæ internitur. Regestum Petri Diaconi Casin. n. 146 : Misit unum *Epilogicum* de dorso suo oculi deauratum. Vide Rigaltium et Meursium in ἐπιλογικόν, et Dissertat. 1. ad Joinvillam.

† **EPIMELETA**, ἐπιμελήτης, Curator bonorum a Magistratu constitutus, leg. 46. § 1. D. de admin. et per tut. (26, 7).

† **EPIMELEIA**, Græc. ἐπιμέλεια, Cura, assiduitas. Martianus Capella lib. 2 : *Epimeleia* et *Agrypnia* dilecta Philologiae mancipia.

**EPIMENIUM**, ἐπιμήνιον, Gloss. Isid. : *Epimenia*, senia, seu *xenia*. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1018 : *Epimenia*, *ecenia* quæ dabantur per singulos menses. Ita etiam Gloss. Isid. Ugutio : *Epimenia*, orum, *expensæ*, vel *ecenia*, vel tributa, quæ dantur per singulos menses post defectum lunæ, i. post novilunium. Gildas sapiens de Excidio Britanniae : Item queruntur non affluenter sibi *Epimenia* contribui, occasiones de industria colorantas, et ni profusior ejus magnificentia cumularetur, testantur se cuncta Insulæ, rupto fœdere, depopulatos. Paulo ante anno-næ verbo utitur : Impetrant sibi annonas dari, etc. Vita S. Maglorii Episc. Dolensis cap. 27 : Regi suadebant ut viros strenuissimos navigandi peritos inquireret, qui eandem navem cum tantis *Epimenis* Maglorio incolumem præsentarent. Usus est hac voce Juvenalis Sat. 7. ad quam vide veterem interpretem, et Pithœum.

**EPIMETRUM**, Quod a conlatoribus, suspectoribus specierum annonarum supra et præter modum collationis dabatur ad levandum dispendium in leg. 15. Cod. Th. de susceptor. (12, 6.) Pour le deschet, inquit Jac. Gotofredus.

† **EPINEPHRIDIUM**, ἐπινεφρίδιον, Pin-guedo renum. Fulg. 2. Myth. : *Epinephridia* formandis fœtibus opponuntur.

\* **EPINOMEN**, [Idem ac agnomen : vox hybrida, ex ἐπί ad, super, et nomen, Italice soprannome. Not. Tyr. p. 35. Nomen, epinomen, Perperam tamen hic legitur epinomen.

**EPIPANTI**, pro *Hypapanti*, in Charta anni 1119. apud Catellum lib. 5. Rerum Occitan. pag. 870 : Festum B. Mariæ quod

vocatur *Epipanti*, i. Occursus, Purificationis. Vide *Hypapanti*.

**EPIPEDONICUS** TERMINUS, Medius, ἐν ἐπιπέδῳ [id est, in loci superficie.] Frontinus : Sunt et medii termini, qui dicuntur *Epipedonici*.

**EPIPHANIA**, Festum quod Christiani celebrant ex antiquo ritu 6. Januarii, ut ex Ammiano lib. 21. colligitur. De nominis ratione ambigunt doctiores, etsi in eam videantur ire sententiam, ut putent ita dictum, quod cum hac die Baptismatis Christi solemnitas agatur, tunc primum Christus cœperit genibus manifestari, qui antea latuerat omnibus, atque adeo ipsi ejus Proderat, qui in Evang. Joan. cap. 1. 31. ait, Ego nesciebam illum. S. Hieron. lib. 1. in Ezech. cap. 1 : *Epiphaniarum dies huc usque venerabilis est, quod huic tempori congruit, quando dictum est, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.* Id etiam adstruit Joan. Chrysost. in Homil. de Baptismo Christi, qui auctor est ita dictum festum, quod Christus in Baptismo ἐπεφάνη, id est, demonstratus est, innotuit, cœlesti voce.

Isidorus vero Hispal. lib. 1. de Off. Eccles. cap. 26. vult *Epiphania* esse dicta, quoniam stella ἐπεφάνη, apparuit in cœlo, quando scilicet Magi Christum jacentem in præsepio adorerunt. Nam hac die non Baptismum Christi duntaxat, sed et Adorationem Magorum et primum in Cana miraculum celebrant Christiani. Consentit Ptolemæus Silvius in Laterculo : VIII. Id. (Januar.) *Epiphania*, quo die interpositis temporibus, et stella Magis Dominum natum nuntiabat, et aqua vinum facta, vel in amne Jordanis Salvator baptizatus est. Papias : *Epiphania*, Græce Apparitio dicitur, vel manifestatio : hoc enim die Christus videris indicio Magis apparuit adorandus, vel in Baptismate ostensus est, vel quo primo signo aquam in vinum mutans se propalavit.

Alii censent abusive *Epiphaniæ*, seu *Epiphaniarum* appellationem huic inditam festo : quippe cum plurimæ Ecclesiæ in diem illum Natalem Domini referrent et Baptisma, quod de Ægyptiacis testantur disertè Cassianus Collat. 10. cap. 2. et Jo. Chrysostomus Hom. in Lucam cap. 2. de Græcis Asiaticis et Syris, *Epiphanius* in Panar. Hær. 51. Natalis vero Christi ἐπιφάνεια, et ἐπιφανίον nomine donetur a Patribus, quia tunc primum apparuit nascendo Christus : factum postea ut Ecclesia CPolitana, quæ Romanæ usum amplexa, natalem Christi cepit celebrare die 25. Decembr. priorem nomenclaturam diei sextæ Januar. attribuerit, ut quæ prius colebatur tanquam Natalis Christi. Lexicon Græc. MS. Reg. Cod. 2062. et Suidas : Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ σωτήρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἕνσαρκος οἰκονομία. Ita Natalem Domini vocat Zonaras in Juliano, quem Ammianus loco laudato *Epiphania*. Vide Casaubonum ad Annal. Baron. Exercit. 2. cap. 11. eundem Baron. ad Martyrol. et Jacobum Gotofred. ad leg. 5. Cod. Th. de Spectaculo.

\* Ridiculi cujusdam apud Parisios usus, parum dissimilis ab eo quem *Charivari* dicimus, in vigilia hujusce festi olim habiti, mentio fit in Lit. remiss. ann. 1358. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 246 : Cum in vigilia *Epiphaniæ* Domini . . . ipse Johannes et plures alii sui socii causa solacii visissent de nocte per villam Parisios percutiendo pelves, prout est in eadem vigilia feri solitum, etc. Vide [20] Grimm. Mythol. Germ. pag.

178.] et infra *Montina* ; ubi quid simile legitur. Religiosius alibi colebatur isthæc vigilia, ut discimus ex Ordinar. Rotomag. Ms. : *Vigilia Epiphaniæ, quam plures diverse colunt ; alteri prædent, alteri jejuntant : nobis autem jejunando colere congruum videtur : . . . sed ecclesia Rothomagensis non jejuntat propter solemnitatem Nativitatis Domini.* Vide infra *Festum Apparitionis in Festum 1.*

\* **EPIPHARE**, [Equum ornare. DIEF.]

† **EPIPHIA**, *Epiphiorum*, Aornemens de chevaulx, si comme freins, petraus. Inde *Epiphare*, i. Equum ornare. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Leg. *Ephippia* a Græco ἐπιπῖον.

† **EPIPHYLLIS**, ἐπιφύλλις, Ultimus in summo vitis palmitis racemus, qui plerumque parvis rarisque acinis sero maturescit, quoniam postremus conceptus est, ideoque inutilis, et in vindemia plerumque negligitur. Vide Cæll. Rhod. lib. 7. cap. 6. *Epiphyllides sunt et ampullæ meræ, proverbium in blandiloquos, et verbis magis instructos quam factis.* Hæc Fabri Thesaurus. Vide Erasmi Adagia.

\* **EPIPIA**, [Musca equorum. DIEF.]

† **EPIPIGRA**, Vide *Epicrocus*.

**EPIRHEDIUM**, Currus, vox hybrida. Ex Græco ἐπι, et *rheda*, dictione Gallica. Papias : *Epirhedio*, *majora vehicula*. Contra [MSS. Bituric. et] Ugutio : *Epirhedio*, proprie *minora vehicula*. Britannicus ad istud Juvenal. Sat. 8. vers. 66 :

.... Trito ducunt *Epredia* collo  
Cornipedes.

*Epirhedium* ait currum significare, vocabulumque Romanos, auctore Fabio, ex duobus peregrinis suum fecisse. Gellius vero auctor est quosdam sensisse vocabulum totum esse barbarum. At veteri ejusdem Juvenalis interpreti, *Epirhedio*, ornamenta *rhedarum*, aut *plausitra* dicuntur. Jo. de Garlandia in Synonymis :

Sunt supra redam partes *Epredia* dictæ.

Acta S. Marcelli PP. lib. 1. cap. 3 : *Quem etiam opprobrio Christianorum in die processionis suæ, ante Epirhedio sua protracti fecit nudum et ligatum.* Vide Quintilianum lib. 9. cap. 7.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120 : *Epredium*, *barouesses*. Quo sensu occurrit in Comput. fabr. S. Pet. Insul. Ms. ann. 1367 : *Item pro quodam Epredio*, xij. sol.

**EPIRO**, NTS, Memoria, Ugutioni.

† **EPIRRIPTARIUM**, Græcis recentioribus, ἐπιρριπτάριον, Vestis quæ humeris injicitur, ἀπὸ τοῦ ἐπιρριπτειν, Injicere. Calyptræ species est, quæ caput et humeros tegit, cujusmodi est Canonicorum Regularium *Froccus* hyemali tempore. Vita S. Stephani Sabaitæ, Julii tom. 9. pag. 545 : *Laboro ergo fessus, parvum quod gestabat Epirriptarium deposui ac bibere tentavi per otium.* Vide Gloss. mediæ Græcæ.

\* **EPISCÆLUM**, [Superior pars celi. DIEF.]

**EPISCOPA**, uxor Episcopi, seu illius qui postea in Episcopum consecratus est. Concilium Turonense II. can. 13 : *Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum.* Vide Baron. ann. 84. n. 289. Sic *Episcopissa*, uxor, concubina Episcopi. Acta Episcoporum Genomanensium [\* tom. 10. Histor. Franc. pag. 385.] in Mainardo : *Quadam enim die cum egrotare cœpisset, placuit, ut sanguinem minueret : qui dum esset flebotomatus, nocte insecta dormivit cum*

*Episcopissa, etc.* [Abbatissas etiam quandoque dictas fuisse *Episcopas* coniectant Macri fratres ex quodam Ecclesiæ S. Praxedis lapide, ubi de reliquiis a S. Paschali Papa eo translatis fit mentio. Sic ibi: *Quocirca et in ipso ingressu Basilicæ manu dextra, ubi utique benignissimæ genitricis, scilicet dominæ Theodoræ Episcopæ, corpus quiescit.* Erat, inquit, Theodora ejusdem Papæ mater, forsan Abbatissa, quæ etiam Antista dicebatur; nam sicut Episcopus et Antistes synonyma sunt, sic Episcopa et Antista.]

\* **EPISCOPALE**, Quod ab episcopo cantatur dictum, in Ordin. eocl. Ambr. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 893: *In die Parasceve post cantatam Tertiam presbyter vel archiepiscopus vadit post altare, et dicit Dominus vobiscum. Et minor diaconus indutus rubea alba ascendit pulpitem, et dicit lectionem Esaiæ prophete in majori tono Evangeliorum. . . . Cantatur Episcopale aut sacerdotale, sive diaconile jussu archiepiscopi.* Vide in *Episcopus*.

\* **EPISCOPALES**, Qui partes episcopi tuentur, vel ejus familiares. Gualt. Hemmingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1300. pag. 190: *Qui presentatur episcopo, absque difficultate admittitur est; sed cum installari debuisset, invenit Richardum priorem in stallo suo reclamantem ut prius et appellentem. At illi Episcopales et quidam falsi fratres appositis manibus extraxerunt christum Domini de loco suo, tradentes custodiæ.* Vide *Episcopani*.

\* **EPISCOPALIS**, nude pro Episcopi filius. Charta ann. 1017. ex magno Chartul. S. Vict. Massil. : *Bernardus abbas et monachi S. Victoris fecerunt placitum cum filiis Geraldii Episcopalis.* Erat autem Geraldus filius Ingilranni episcopi Cabellic. et Adalgudæ ejus uxoris. Vide Instr. tom. 1. Gall. Christ. pag. 155. col. 2. Eodem titulo Ricavus subscribit Chartam Bertranni Foroju. episc. patris sui in eodem Chartul. pag. 123. ubi et *Episcopus medius* inscribitur: *Ego Bertrannus gratia Dei annuente Foroju. ecclesiæ indignus episcopus, . . . et ego Ricavus medius Episcopus hoc donum firmo.* Vide *Episcopa*.

\* **EPISCOPALISSIME**, Anastasius Bibl. in Versione Vitæ S. Dionysii a Methodio conscriptæ: *Et cum excoluisset Athenas, ac si quidam fructifer amplissimus, Episcopalissime venit Romam, præceptorem etiam in hoc imitatus.* Ubi vir doctissimus Petrus Franc. Chiffletius vim vocis Græcæ haud bene cepisse Anastasium observat, ἐπισκοπώτατος, *Directe ad scopum, quem sibi Dei instinctu proposuerat, etc.*

† **1. EPISCOPALITER**, Episcopali more, ut decet Episcopum. S. August. Confess. lib. 5. cap. 13: *Peregrinationem meam Episcopaliter dilexit.* De modis observandis in Coronatione Regis Hungariæ apud Ludewig. tom. 6. pag. 344: *Assistentibus omnibus Episcopis, similiter Episcopaliter indutis.*

\* **2. EPISCOPALITER**, Episcopali auctoritate. Charta Gaufridi Carnot. episc. ex Chartul. argenteo S. Pet. Carnot. fol. XI: *Has tres ecclesias in ea quam antiquitus habuisse noscuntur libertate a synodo et circada, seu qualibet alia exactione, salvo episcopali jure, permanere Episcopaliter decerno.*

† **EPISCOPANI**, Episcopo addicti et subditi. Guibertus lib. 3. de Vita sua cap. 5: *Cum Abbatiani in Episcopanos,*

*et Episcopani in Abbatianos indebito hoste furent.*

† **EPISCOPARE**, Vide post *Episcopus*.  
† **EPISCOPATIO**, Dignitas vel jura Episcopatus. Diarium belli Hussitici, apud Ludewig. tom. 6. pag. 180: *Pro prælatiis, dignitatibus, personatibus, plebanis aliis et Episcopationibus, et venditionibus indulgentiarum.*

† **1. EPISCOPATUS**, Munus Episcopale, dignitas, redivus. Epist. Ludovici XII. ann. 1498. ad Philippum Electorem Palatin. apud Ludewig. tom. 6. pag. 118: *Et de parte sua dabit illi bonos Episcopatus in regno suo, et de primis vacaturis.*

\* **Nostris Episcopali**. Charta Ludov. Jun. reg. Franc. ann. 1147. ex Tabul. episc. Paris. fol. 21: *Quando Episcopatus in manus regis devenit, consuetudinarios redditus et talliam statuto tempore episcopo debitam, ministeriales nostri et successorum nostrorum ex regio mandato possint accipere.* Lit. Caroli V. ann. 1375. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 105: *Tous les profits et émoluments, qui à nous... appartiennent pour raison du régale de ladite Episcopali. . . . Si vous mandons... que ladite Episcopali vous lui faciez délivrer, ou à ses gens pour lui.*

† **2. EPISCOPATUS**, Diocesis Episcopo subjecta. Manasses Archiep. Remens. Epist. ad Lambertum Atrebat. Episc. tom. 5. Miscell. Baluz. pag. 327: *In toto autem Episcopatu divinum officium interdicitur.* Et pag. 329: *Eum in Tullensem Episcopatum traduxerat; ubi postquam Tullensis Episcopus eum esse didicit, vocato ad se Duce Theoderico ceterisque Episcopatus sui Principibus, etc.*

\* **3. EPISCOPATUS**, urbis Venetæ regiones appellatur in Statutis Venetis lib. 1. cap. 8. *Vescovado.*

\* **EPISCOPELLUS**, diminut. ab *Episcopus*. Comment. Benzon. Episc. Albens. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 290: *Duo igitur Episcopelli sustentant manus unius provincie regulelli.* Occurrit præterea apud Luçam Cusent. et Marten. de Offic. divin.

\*\* **EPISCOPIANI** apud Byzantinos Officiales quidam Chartophylacis, qui Episcoporum ratiociniis vacabant. Vide Glossar. med. Græc. in hac voce col. 426. et Append. 73.

\*\* **EPISCOPICIDA**, apud Adalbold. in Vita Henric. II. Imperat. cap. 15.

\* **EPISCOPISSA**, Vide *Episcopa*.

† **EPISCOPIUM**, Vide *Episcopus*.

\* **EPISCOPIUS**, ex Gr. ἐπίσκοπος; quo nomine magistratus aliquos e suis vocabant Athenienses, qui per provincias et regiones suæ ditioni commissas excurrerant, quo eas in officio et fide continerent: Latini vero eos qui præerant panî, leg. ult. § 7. D. de Muner. et honor. (50, 4.) cujusmodi forte fuit ille cujus mentio est in veteri inscriptione apud Joffredum in Notit. urbis Niceniensis pag. 6. Eucherius: *Episcopus superinspector, et ideo Propheta ait, Speculatorem te posui domui Israel.* [In Auctario Janssonii ad G. Isidori: *Episcopus, visitator.* Amalarius in Eclogis de Officio Missæ: *Græce quod dicitur Episcopus, hoc Latine Superintendor interpretatur, quia superintendit, quia supervidet.*] Glossar. Lat. MS. Regium: *Episcopus, Visitator, superspector, speculator.* S. Augustin. lib. 19. de Civit. Dei cap. 19: *Episcopatus nomen est oneris, non honoris.* Græcum est enim, atque inde ductum vocabulum, quod ille qui præficit superintendit, curam eorum scilicet gerens. Ibidem libro primo cap. 9: *Ad hoc speculatores, hoc est populorum Præpositi*

*constituti sunt in Ecclesiis, ut non parcant objurgando peccata.* Rabanus Poem. 4:

Tu decus es populi, vocitatis Episcopus ipse,  
Et Superintendens, dux eris atque gregis.

Et Poem. 10:

Nam superintendens pie, Episcopus ipse vocaris.

Vide S. Hieronymum Epist. 85. Synodus Romana sub Eugenio II. PP. cap. 3: *Episcopum bono opere consistere oportet, ut factis congruentibus luceat, ut optimus speculator existat, etc.* Et cap. 26. de Episcopo: *Cum sit optimus Prospector.* Nicolaus PP. Epist. 12. Append.: *Frustra speculatores dicimur, si venientem lupum a longe non cernimus. Frustra enim Episcopi, id est, Superinspectores, vocamur, si futurum exitum per antecedentia signa minime contemplamur.* Adnuntiatio Herardi Archiep. Turon. in Concilio Suesion. III: *Hoc enim speculatorum officium est, quo nomine nos Episcopi, non merito, sed gratia nominamur a Domino, ut imminetia prospicientes pericula, his quorum salutem suscipere, adnuntiant.* In Charta Inæ Regis Anglorum Occidentalium a Spelmano inter Concilia ann. 725. edita, *Daniel Inspector plebis Dei* subscribit. Vide epistolas Sigefridi Episcopi Montaguni apud Tegnagellum, Amalarium in Eclogis de Officio Missæ pag. 1357. Innocentium III. lib. 1. de Sacrif. Missæ cap. 7. Rabanus lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 5. Hincmarum Remens. Opusc. 14. n. 5. etc.

Episcopos Apostolorum successores esse et dñci colligitur ex Cypriano Epist. 66. D. Hieronymo Epist. ad Evagrium, D. Gregorio Hom. 26. in Evang. Clemente Ep. 1. ad Jacob. fratrem Domini, etc.

† Diversis nominibus variisque titulis olim donati Episcopi pro variis temporibus et personis quibuscum ali quid egere negotii. Hanc in titulis honorariis varietatem vel maxime attulit aut dignitas Ecclesiarum quibus præerant, aut eximia quorundam ex iis sanctitas. *Summi Sacerdotes* dicti a S. Clemente Epist. 1. ad Cor. cap. 28: *Summo quippe Sacerdoti sua munita tributa sunt: et Sacerdotibus locus proprius præstitutus est.* Quod ad sæculum XI. usque perseveravit. *Summi Pontifices* in Lege Bajwar. tit. 11. § 2. et ab anonymo Scriptore de miraculis S. Florentii quem citat Mabill. Diplom. lib. 2. pag. 55. Circa initium XI. sæculi Frotharius Ne-mausensis Episc. *Summus Pontifex* appellatur in Chartario Albiensi, Diplom. Ibid. pag. 63. Vocati etiam *Papæ*. Fragmentum Epist. Dionysii Alex. ad Philemonem apud D. Coustant tom. 1. Epistolarum Rom. Pontif. pag. 282: *Hanc ego regulam et formam a Beato Papa nostro Heracla accepi.* Hunc titulum soli Rom. Pontifici reservandum censuit Charibertus Francorum Rex ann. 582. quem tamen subinde aliis Episcopis aliquando rursus concessum legimus usque ad tempora Gregorii VII. Vide *Papa*. *Principes* appellantur in Canon. Hibern. Spicil. Acher. tom. 9. pag. 25: *Synodus: Oportet Principem omnia pensare per manus ministrorum in usus parochiæ, et subsectorum et pauperum.* Quod ibid. sæpius recurrit. Episcopos vocat *Præsules* Julius PP. Ep. ad Euseb. apud D. Coustant tom. 1. pag. 383. n. 18: *Jamque antiquos Præsules, qui multos annos in Episcopatu transegerant.* Quo titulo ipsi etiam usi sunt (a Prædictis quippe, modestiæ causa cons-



tanter abstinere) ut patet ex Charta Johannis Sistaricensis Episc. ann. 812. cui subscribentes Episcopi sese *Præsules* ferunt, apud Mabill. Diplom. pag. 614. Nuncupatos etiam *Presbyteros* legitimus in Epist. S. Irenæi ad Victorem PP. apud D. Constant. tom. 1. pag. 103 : *Sed et Presbyteri illi qui ante Soterem Ecclesie præferunt, quam nunc gubernas, Anicetum dicimus.* A Rom. Pontifice compellati *Filii* ; a Presbyteris *Fratres*, ut videre est in Epist. Inter Cyprianicas 26. quod et ab Abbatibus et Monachis sæpius factitatum probat Mabill. Diplom. lib. 2. pag. 66. Qui electi erant, sed nondum ordinati dicebantur *vocati Episcopi*. De omnibus tamen qui ita subscribunt id nolim dictum ; constat enim plures jam in Episcopatu seniores hoc modo subscripsisse. Animi ergo summissæ de se sententis potius signum est quam ordinationis nondum acceptæ, nisi res aliunde constet. Denique non semel *Throni Dei* vocati sunt Episcopi in Capitularibus Regum nostrorum : cujus appellationis exempla relata sunt in *Doctor* 1. *Vicarii Christi*, in Capitularibus Caroli Calvi tit. 2. ex Synodo ad Teudonis villam, tit. 27. § 7. ex Epistola Episcoporum ad Ludovicum Regem, et alibi. *Apostolici*, ut dictum est in *Apostolicus* 1. *Sancti* nude apud Gregorium Thaumaturg. in Epistola Canon. Vide Marculfi Præfat. in librum 1. Formulæ. etc.

\* *Humiles* imo et *Humillimos* sese interdum inscribunt episcopi. Privil. Joan. VII. PP. ann. 878. tom. 3. Annal. Bened. pag. 219 : *Datum... per manum Walperti Humillimi Episcopi sanctæ Portuensis ecclesie*, etc. Charta ann. circ. 906. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 38. v. col. 2 : *Alexander sanctæ Viennensis ecclesie Humilis Episcopus*. Pluries occurrit ibi. Alia exempla videsis tom. 5. novi Tract. de re diplom. pag. 473. etc.

¶ Qui vero fuerit modus eligendi Episcopum primis Ecclesiæ sæculis nostri non est instituti longius persequi. Monere tantum sufficiat Episcopum e Clero Ecclesiæ cui præficiendus erat, de suffragio Cleri et consensu plebis ab Episcopis ejusdem Provinciæ assumtum vix ubique et semper fuisse. Cum tamen difficile prorsus esset ab unoquoque quem vellet eligendum cognoscere, id subinde arbitrio trium aut quatuor virorum aliquando permissum est, certo tempore designato quo inter se concordarent. Sic ann. 1265. *per viam compromissi ad certæ candele consumtionem* electum Johannem *Mahé* in Episcopum Dolensem legitimus in Epist. Capituli Dolensis ad Vincentium Archiep. Turon. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 962. Id etiam in Anglia usu receptissimum fuisse testantur Annales Waverleiensis tom. 2. Hist. Anglic. Scriptorum. Exteriori aliqua nota distinctos fuisse Episcopos jam sæculo rv. innuere videtur S. Athanasius in Hist. Arian. de Monach. num. 20. ubi refert publicum scortum ab Arianis secreto in cubiculum Euphratis noctu immissum reperisse dormientem virum quem Episcopum esse ut cognovit totis viribus exclamavit. Verum quæ fuerit illa nota haud in promptu est definire. Sæculo sequenti Cælestinus Epist. 4. apud D. Constant. tom. 1. pag. 1066. quosdam Episcopos exagitat quod Monachorum ritu, pallio uterentur, aut præcinctis lumbis sacra peragerent ; additque moribus, non vestimentis Episcopos a Laicis debere distinguere. Unde non absurde

colligi datur, nullo exteriori habitu a ceteris tunc fuisse distinctos. Quæ pugnantia ut quoquo modo concilies, dicendum videtur eosdem usum non ubique eodem tempore viguisse. Qui plura voluerit adeat Eruditos Viros qui hac de re ex professo scripserunt.

☞ Mortuo Episcopo, Ecclesiæ viduatæ regimen, quoad bona Episcopatus ad Laicos jure propinquitatis aut domini interdu pertinuisse probat Charta Hasculfæ ex Archivis Majoris Monasterii apud Lobinell. tom. 3. Hist. Britan. col. 150 : *Hasculfus D. G. Dominus Comburnii et signifer S. Samsonis. Cum de jure Iseldis uxoris meæ ad me pertinet vacante sede Dolensi res regere Pontificales, et de terris et hominibus Archiepiscopi tanquam Archiepiscopus disponere ; ea que me concedente in presentia mea fiunt, tantum vigoris et roboris efficacie et juris habeant, et ita rata sunt, dum vacat sedes, tanquam si coram Archiepiscopo et eo concedente fierent.*

\* Nostris *Veske*, in Charta ann. 1297. *Vesque*, in Poem. Ms. Rob. Diaboli :

Archevesque et Vesque et hermite.

EPISCOPUS ABBAS. Vide infra *Episcopi vagantes*.

EPISCOPUS CARDINALIS, id est proprius, Gall. *En chef*, in capite, quomodo *Abbatem Cardinalem* dici, supra annotavimus. Gregor. M. lib. 2. Ind. 11. Epist. 24. de Episcopo visitatore : *Et præter ordinationes Clericorum, cætera omnia tanquam Cardinalem et proprium te volumus agere Sacerdotem.* Ita *Presbyterum, Sacerdotem, et Episcopum Cardinalem*, pro proprio Episcopo alibi non semel usurpat, lib. 1. Epist. 77. 79. lib. 2. Ind. 10. Epist. 25. Ind. 11. Epist. 13. 14. lib. 12. Epist. 2. Hadrianus II. PP. Epist. 11. de Actardo Nannetensi Episcopo, qui a paganis Ecclesia sua pulsus fuerat : *Decernimus hunc sanctissimum... Actardum Ecclesie, quæ forte suo fuerit viduata rectore, penitus incardinari, quatenus in ea constitutus officia Episcopalia... exerceat, etc.* Idem porro Actardus Nannetensis ad Turonicam sedem postea incardinatus, *Cardinalis Metropolitanus et Archiepiscopus Turonicæ Ecclesie*, dicitur in Epistola ejusdem Hadriani PP. ad Episcopos Synodi Duziacensis edita a Sirmondo : ut Frotharius Burdegalensis Archiepiscopus ad Bituricensem Ecclesiam incardinatus, dicitur *Cardinalis factus in Bituricensem Ecclesiam*, in Epist. 8. Joannis VIII. PP. Vide ejusdem Epist. 13. et 14. Epistola Urbani II. PP. de Lamberto Episcopo Arebat. tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 553 : *Vestram ergo dilectionem literis præsentibus admonemus, atque precipimus, ut ei deinceps tanquam Cardinali Episcopo, tanquam Beati Petri manibus consecrato subesse et obedire curetis.* Adde Epistolam Hugonis Archiep. Lugdun. ibidem pag. 552. Alia Epist. ejusdem Urbani tom. 3. ejusdem Spicil. pag. 124 : *Per præsentis itaque privilegii paginam... statuimus, ut Arebatensis Ecclesia deinceps semper Cardinalem sortiatur Episcopum.* Hic autem agitur de Episcopatu Arebatensi, qui unitus Cameracensi, ab eo avulsus fuit ab Urbano PP. dato ei Episcopo Cardinali, seu proprio. Bulla Anacleti II. Antipapæ pro Ereptione Abbatie Cephaludensis in Episcopatum, apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 309 : *Præfatam Ecclesiam sedem Episcopalem fore deinceps... decernimus, in qua Cardinalem Episcopum volumus de cætero permanere, qui per manus Archiepiscopi*

*Messanensis mysteria consecrationis accipiat.* Aliis Episcopum proprius dicitur. Herimannus de Restaurat. S. Martini Tornacensis cap. 97 : *Mandavit etiam Clericis Tornacensibus ut ad eum irent, libertatem recepturi proprii Episcopi.* Et cap. 114 : *Novum pastorem Tornacensibus destinavit, et eos ab obedientia Noviomensis Episcopi absolvit, usque semper habeant proprium Episcopum auctoritate privilegii sui promulgavit.* Vide Hadriani PP. Epist. 15. Diurnum Romanum cap. 3. tit. 11. Hincmarum Rem. Opusc. 45. cap. 8. 12. Flodoardum lib. 3. Hist. Rem. cap. 21. lib. 4. cap. 6. Concilium Duziacense I. pag. 299. 301. 302. edit. Celloti, et Franciscum Florentem ad lib. 7. Decretal. pag. 267. 268.

Erant præterea Episcopi quibus id indultum erat privilegium, ut Romanæ sedis Cardinalibus accenserentur ; quod quidem per attributum Archiepiscopo Magdeburgensi aiunt. Historia Fundationis ejusdem Archiepiscopatus edita ab Henrico Meibomio : *Ordinavit et privilegio Apostolicæ auctoritatis sancit ac confirmavit eum in omni ordine Ecclesiastico primatum habere, omnium Ecclesiarum Archiepiscoporum qui in Germania sunt ordinati... et inter Cardinales Episcopos Romanæ sedis consortium habere : præterea 12. Presbyteros, 7. Diaconos, 24. Subdiaconos Cardinales ad morem sanctæ Romanæ Ecclesie ordinare, qui ad principale altare ministrantes quotidie, excepto jejuniis, dalmaticis, festis vero, sandaliis uterentur.*

EPISCOPI CARDINALES, quibus sui eligendi summum Pontificem datum est in Concilio Romano ann. 1059 : *Statuimus, ut abeunte hujus Romanæ universalis Ecclesie Pontifice, in primis Cardinales Episcopi diligentissime simul de electione tractantes mox ipsi Clericos Cardinales adhibeant, sique reliquus Clerus et populus ad consensum novæ electionis accedat, etc.*

EPISCOPI CATHEDRALES, ad discrimen Chorepiscoporum, in Capitulari Aquigran. ann. 803. cap. 6. et lib. 7. Capit. cap. 424. Vide *Cathedra*.

EPISCOPUS CATHOLICÆ ECCLESIE ita summi Pontifices seipsos indigarunt non semel. Vide Italiam sacram tom. 1. pag. 396. 502. etc.

EPISCOPI COMMENDATARI. Observat Onuphrius, Avenione, sede Pontificum Romanorum ibi translata, nulla habita antiquissimi instituti ratione, nullum fere Cardinalem creatum, qui non haberet Episcopatum, vel in titulum, vel in commendam, vel in perpetuam administrationem, eaque omnia nomina Avenione inventa : eamque consuetudinem ad sua tempora perdurasse, in quibus eo deventum fuerat, ut unus Cardinalis Presbyter vel Diaconus non unum tantum haberet in commendam Episcopatum, sed aliquando tres, quatuor, vel quinque, et aliquando sex : cui rei impositus fuit modus in Concilio Tridentino.

EPISCOPUS EPISCOPORUM, Vide Notata a Savarone ad Sidon. lib. 1. Epist. 6. et Franciscum Turrianum lib. 2. pro Epist. Pontific. cap. 2. præterea Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo Mag. cap. 27.

EPISCOPI EXEMPTI a Jurisdictione Metropolitanæ et sedi Romanæ immediate subjecti nonnulli recensentur. Vide Baron. ann. 1057. n. 24. Eugenium II. PP. Epist. 7. Acunha in Episcopis Portensibus. in Lusitania part. 2. cap. 1. Ughel-

lum in Italia sacra tom. 1. etc. Vide etiam *Suffraganeus*.

¶ EPISCOPUS FATUORUM, Festi fatuorum præses. Statuta MSS. Capituli S. Audomari: *Item et quia temporibus retroactis multi defectus et plura scandala, deordinationes et mala, occasione Episcopi Fatuorum et suorum evenerint, statuiamus et ordinamus quod de cætero in festo Circumcisionis Domini Vicarii cæterique chorum frequentantes et eorum Episcopus se habeant honeste, cantando et officiendo sicut continentur plenius in Ordinario Ecclesie.* Vide *Kalendæ*.

EPISCOPI FORENSES, in Diurno Romano cap. 1. tit. 8. dicuntur eadem ratione, quæ *Presbyteri forenses*, de quibus suo loco, Episcopi scilicet alienæ Dioceseos quam Romanæ.

¶ EPISCOPUS INNOCENTIUM, Qui Choro in festo SS. Innocentium præerat. Hujus ludicri Episcopi quædam ornamenta exhibet Inventarium ornament. et Reliq. Ecclesie Noviom. ann. 1419. ex Archivo ejusdem: *Item una parva Crossea argentea ad baculum nigrum pro Episcopo Innocentium.* *Item tres sendales rubæ.* *Item aliæ parvæ sendales pro Episcopo Innocentium.* Et in Breviario ad usum Ecclesie sarisburg. edito Londini ann. 1555. et asservato Pontisaræ in Monast. Benedictinarum Anglic. pro Festo Innocentium: *Pueri chori suum habebunt Episcopum.* Vide infra *Episcopus Puerorum*.

¶ EPISCOPI LEGALES, Legitime et canonicè electi, vita et doctrina conspicui. Gregor. PP. VII. Ep. 49. lib. 2. tom. Concil. Labb. col. 104: *Iterum cum mentis intuitu partes Occidentis, sive Meridiei, aut Septentrionis video, viæ legales Episcopos introitu et vita, qui Christianum populum Christi amore, et non seculari ambitione regant, inventio.*

\* EPISCOPUS MEDIUS. Vide supra in *Episcopalibus*.

\* EPISCOPI NULLATENSES, Nullius sedis, qui carent clero et populo. Conc. Armen. ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 313: *Episcopi vero nullatenses sunt isti. Dominus Johannes. Dominus Constantinus, etc.*

¶ EPISCOPUS ORDINUM, a sacris ordinibus, quos conferre solet, sic dictus Episcopus coadjutor, vulgo *Suffragant*, in Historia Monasterii S. Laurentii Leodiensis, apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1145.

EPISCOPUS PALATII dicitur Leo quidam in Vita S. Adelberti Episc. Pragensis, n. 20. Idem forte qui *Episcopus Regalis Capellæ* dicebatur, apud Bohemos: quippe Charta Caroli IV. Imper. data Prægæ ann. 1366. pro incolis oppidi de Romanis in Delphinatu, quæ habetur in Tabularii Regii Regesto ann. 1363. etc. ch. 97. ita clauditur: *Ego Johannes E. G. Colmucensis Episcopus Regalis Capellæ Boem. Comes, et sacræ Imperialis aulæ Cancellarius vice... Moguntinensis Arch... recognovi.* [Et in Charta Ludovici Regis Aquitanorum pro Monasterio Nobiliacensi apud Stephanotium Antiq. Pictav. MSS. part. 3. pag. 238: *In Dei nomine Reginpertus seu indignus vocatus Episcopus sive Caspalianus Hlodoico Regis Aquitaniorum.*] Sic porro dicti videntur Episcopi, qui ex indulgentia summi Pontificis in Palatio Regum morabantur, ut essent cum quibus ii de rebus Ecclesiasticis tractarent. Concilium Francofordiense cap. 55: *Dixit etiam Dominus Rex in eadem Synodo, se a sede Apostolica, id est, ab Hadriano Pontifice licentiam habuisse, ut Angilramnum*

*Archiepiscopum in suo Palatio assiduo haberet propter utilitates Ecclesiasticas. Deprecatus est eandem Synodum, ut eo modo, sicut Angilramnum habuerat, ita etiam Hildeboldum habere debuisset, quia et de eodem, sicut et de Angilramno, Apostolicam licentiam habent. Omnis Synodus consensit, et placuit eis eum in Palatio esse debere propter utilitates Ecclesiasticas.* Ad hoc porro delecti Angilramnus Episcopus Metensis et Hildeboldus Archiepiscopus Coloniensis, ut Capellæ Regiæ præessent, atque adeo Cleri Palatini curam gererent. Nam Archicapellani dignitate functi sunt. Hinc Hilduinus Archicapellanus, sacri Palatii antistes dicitur Agobardo in Epist. ad Proceres Palatii. Vide *Archicapellanus*, et *Codicem Carolinum Epist. 26.*

Ejusmodi Episcopos habuisse etiam Croatorum Reges, testatur Thomas Archidiaconus in Hist. Salonitana cap. 15: *Voluerunt etiam Croatorum Reges, quasi specialem habere Pontificem, petieruntque ab Archiepiscopo Spalatensi, et fecerunt Episcopum, qui Croatensis appellabatur, posueruntque sedem ejus in campo in Ecclesia S. Mariæ virginis iuxta castrum Tiniense. Hic multas obtinuit parochias, habuitque prædium, et possessiones per totum pene Regnum Croatiæ, quia Regalis erat Episcopus, et Regis curam sequebatur, eratque unus ex Principibus aulæ.* Sed et Reges Hungariæ, quod colligere est ex Diplomate Calomani Regis ann. 1108. quod exstat apud Joannem Lucium lib. 3. Hist. Dalmat. cap. 4. quod subscribitur a Petro Absarenis Episcopo et generalis Domini Regis curiæ.

In Concilio Agathensi ann. 506. subscribit inter Episcopos Gothicos *Petrus Episcopus de Palatio*: at cur ita indigetetur, non omnino constat inter eruditos, cum nulla civitas Palatii nomenclatura occurrat in veteribus Notitiis. Neque enim ausim contendere Petrum fuisse ex Episcopis Palatinis de quibus egimus. Marca in Histor. Beneharnensi pag. 847. fieri posse existimat, ut is Palatiæ in Hispania ex Metropoli Toletana, quæ tum a Gothis tenebatur, fuerit Episcopus, ita ut Petrus in aula Alarici tum commorans, Concilio Agathensi interfuerit.

¶ EPISCOPI nomen nonnunquam Presbyteris inditum, qui munia quædam obibant Episcopalia, prædicationem scilicet, baptismi collationem, Presbyterorum variis in locis institutionem et alia id genus. Hinc Sancti complures, inquit Mabillonius in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 2. pag. 409. præcipue in Belgio, Episcopi dicuntur qui tamen nusquam consecrati sunt Episcopi: quod fusius probat in Præfat. ad partem 1. ejusdem sæculi num. 37. S. Ancharius in Vita S. Willehadi Episc. Bremensis cap. 8: *Hac itaque de causa septem annis prius in eadem Presbyter est demoratus parochia; vocatus tamen Episcopus, et secundum quod poterat cuncta potestate præsidentis ordinans.*

¶ EPISCOPI PORTATILES, Qui Clero carent et populo. Concilium Lugdun. ann. 1449. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 377. n. IV: *Pro ipsis ordinibus nihil recipiant ordinatoris, nec Episcopi Portatiles, et ordinandi per tales Portatiles seu Episcopos carentes Clero et populo examinentur.* Vide mox *Episcopi vagantes*.

\* *Evesque Portatif*, eodem sensu, in

Satyra Menip. pag. mihi 90. Vide notam ibi.

EPISCOPI PRIMÆ SEDIS, Primate, in Concilio Carthag. III. can. 26. Milevit. II. can. 24. Carthag. V. in proœmio, in Capitul. Caroli M. lib. 7. c. 17. [29.] etc. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. in *Ἡρωδοτόπου*, col. 498.]

EPISCOPI IN VICEM Metropolitanorum constituti, in Synodo Vernensi ann. 755. can. 2. 4.

\* EPISCOPUS alterius episcopi *capellanus* et *vicarius* inscribitur, in Lit. remiss. ann. 1372. ex Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 159. *Guillaume de Cerceau, de l'ordre des freres Prescheurs; poure Eveque de Capré, oultre Naples dix lieux ou environ, chappellain et vicaire de nostre tres-cher et feal cousin l'arcevesque de Rouen, etc.*

EPISCOPORUM, quos in partibus infidelium vulgo dicimus, non omnino vetus est inventum, quod quidam tum primum putant introductum, cum Latini Hierosolymitanis provinciis a Sarazenis pulsati, in Latinorum provincias sese receperunt, ubi ad vitæ sustentationem attributæ iis Episcopatum, uti vocant, *Coadjutoris*. Vide *Altaserram* lib. 1. Dissertat. Juris. Canon. cap. 7.

\* *Episcopus Bethleemiticus*, frater Guillelmus de Valan, regi Carolo VI. a confessionibus, pensione annua xxxiii. lib. Turon. donatur literis ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 75.

EPISCOPUS PUERORUM. [Idem qui *Innocentium*.] Concilium Salzбургense ann. 1274. can. 17: *Ad hæc quidam ludi noxii, quos vulgaris elocutio Episcopatus puerorum appellat, in quibusdam Ecclesiis exercentes adeo insolenter, quod nonnunquam enormes culpæ, et gravia damna subsequuntur. Ex ipsis hos ludos in Ecclesiis et a personis Ecclesiasticis de cætero fieri prohibemus, nisi forte pueri 16. annorum et infra fuerint, qui hujusmodi ludos exercent, quibus alii, seniores ipsi nullatenus se misceant ac intersint.* Vide *Kalendæ*. [Testamentum Domini *Le Serop* apud Rymer. tom. 9. pag. 273: *Et etiam capa et casula, tunica et dalmatica, cum omni apparatu, quas habeo pro Episcopo Puerorum.*] [\*\* Hinc *Episcopatus puerorum*, pro Sumtus in festo Innocentium faciendi, in Stat. eccl. S. Dion. Leod. ann. 1350. tom. 2. Monum. sac. antiq. pag. 442: *Statutum est quod ultimus receptus in canonicum, qui in perceptione erit fructuum, et non fuerit foraneus, cujuscumque sit ordinis, solvet Episcopatum puerorum illius anni et semper, quousque alius de novo receptus fuerit canonicus, nisi canonicus scolaris sub virga existens, ipsum exemerit qui tenetur solvere dictum Episcopatum, quamdiu fuerit sub virga, et si duo sub virga fuerint, ultimus receptus tenebitur.*] [\*\* Vide Chart. Episcop. Mindens. ann. 1319. 1330 et 1392. apud Würdtwein. in Subsidi. Diplom. tom. 10. pag. 77. 103. et 152. Halthaus. Calend. med. ævi edit. German. pag. 168. ad diem 28. Decembr. et Dürrii Commentat. histor. de Episcopo Puerorum, quæ prodiit Moguntia ann. 1755. Dicitur etiam Episcopus *Scholariorum*, Germ. *Schulbischof*.] \* EPISCOPUS CAPELLÆ REGIS, Idem videtur qui nunc *Maitre de la Chapelle* nuncupatur, Inspector. Charta ann. 1262. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 63. rº.: *Domus in vico de hyrunde contigua ex una parte domui defuncti Danielis vinetarii, et domui Episcopi capellæ regis ex altera.* In alia ann. 1250. *ibid.*

fol. vº. : *Domus Episcopi de capella domini regis.* Vide *Episcopos Palatii.*

EPISCOPUS TURCORUM, Supremus Mahumetanæ sectæ sacerdos, apud Nangiacum pag. 346.

EPISCOPI VAGANTES, *Qui parochias non habent,* in Concilio Vernensi ann. 755. can. 13. [\**Vacantes. Vide Vacans Ecclesia.*] Συλάζοντες, in Synodo Antioch. can. 16. et apud Zonaram in Theodosio Jun. Ἀπόλλεις, et συλάζοντες, in Concilio Ephesino act. 5. pag. 664. Edit Labbei; quibus interdum castra quædam dabantur, in quibus sua munia obirent, ut apud Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 18. lib. 5. cap. 5. Interdum etiam ut essent qui ad infidelium conversionem pergerent, ut apud Baldricum Noviom. lib. 2. cap. 37. in Vita S. Ursuarii tom. 1. Hist. Franc. pag. 688. apud Baudemundum in Vita S. Amandi n. 9. Petrum Damian. in Vita S. Romualdi n. 62. 64. Vide Mabillonium in Præfat. ad tom. 3. Vitar. SS. Ord. S. Benedicti n. 37. [et tom. 4. pag. 313. in Vita S. Virgilio Episc. Saltzburg. n. 14.] Alias, ut ait Anselmus Cantuar. lib. 3. Ep. 167. ad Muriardachum Regem Hiberniæ: *Episcopus nisi certam parochiam et populum, cui superintendat, habeat, constitui secundum Deum non potest, quia nec in secularibus nomen vel officium pastoris habere valet, qui gregem quem pascat, non habet.* Vide *Chorepiscopus.*

EPISCOPI etiam nullis perinde parochiis donati, concedebantur a summis Pontificibus, exemptis ab ordinarii jurisdictione monasteriis, qui in iis munia Episcopalia exercerent, ex Monachis ab Abbate electi, et in Episcopos ab earum regionum in quibus consistebant Monasteria, Episcopis consecrati: cum alias liceret ex privilegio Monachis exemptis indulto, *cujuscumque ordinis gradum suscipere ubicunque Abbati placeret, et ad Abbates qui consecrandi erant, quemcumque vellent Episcopum advocare, ut est in Bullario Cluniacensi pag. 9. 11. 12.* Exstat hujusmodi exemplum in Bulla Stephani II. PP. pro Monast. S. Dionysii a Mabillonio edita, ex qua hæc excerptimus: *Nos etiam idem et habere vobis Episcopum per singulare privilegium concedimus, qui de vobis ab Abbate, vel a fratribus, in Monasterio vestro electus, et a fratribus nostris Episcopis de illa regione consecratus, illa vestra Monasteria a vobis edificata provideri, et vice nostri nominis ubi et ubi fuerint regat, et prædicationi tam in ipso vestro Monasterio, quam in sibi subjacentibus deserviat.* Adde Sirmundum tom. 2. Concil. Gall. præterea librum 1. Mirac. S. Dionysii cap. 6. et supra laudatum Mabillonium in eadem Præfat. n. 35. 36. Idem privilegium sancti Martini Turon. Ecclesiæ fuisse firmant Urbani II. PP. Ep. 11. et 12. apud Mosnerium in Defensione jurium Eccles. S. Martini Turon. cap. 2. [Quod testantur etiam veteres Annales Masciasenses apud Labbeum tom. 2. Biblioth. nov. ubi legitur: *Anno septingentesimo nonagesimo Andegarius Episcopus Monasterii S. Martini obiit.*] Neque id exemplo caret: legitimus enim apud Sozomenum lib. 6. pag. 34. Barsen et Eulogium Monachos Edesenos Episcopos creatos, non alicujus urbis, sed honoris duntaxat gratia, tanquam ad recompensata ipsorum præclara facinora, ἐν τοῖς ἰδιοῖς μοναστηρίοις. Quod si ita sese res habuit (cum non desint qui horum Pontificiorum diplomatum fidem convellere annexi sunt, atque in iis

Joannes Launois in Dissertat. in eam rem edita, et Carolus Coitinus in Annalib. Eccl. Fr. ann. 786.) Episcopi isti in Monachorum numero ac ordine non censebantur: cum Episcopis, qui abdicata dignitate in Monasteria concedebantur, ordines Ecclesiasticos Impertiri, vel munia Episcopalia facere non liceret: in quam rem exstat Epistola Silvestri II. PP. in laudato Bullario Cluniacensi pag. 11. adeo ut Episcopos ejusmodi exemptos fuisse ab obedientia Abbatis par sit credere. Episcopos porro qui abdicata dignitate in Monasteria secedebant, Episcopi nomen retinuisse, contendit Petrus Francisc. Chiffletius in Animadversionib. in S. Ferrandum redivivum pag. 338.

EPISCOPUS ABBAS. Vita S. Ursuarii Abbatis Lobienensis: *Et quia locus se oblit reddendæ dubitantibus et quærentibus rationis, cur scilicet (S. Ursuarii) dictus sit Episcopus, cum Lobia non sit sedes Episcopalis, pro tempore expediendum est paucis. Quia enim, ut præfatum est, intentus erat semper lucrandis animabus, et quia multi barbaricæ gentis, ut supra dicti Flandrensibus, adhuc detinebantur vanis idololatriæ superstitionibus, prædicandi tantum gratia, sicut competebat rudimentis novellæ fidei, est ordinatus Episcopus, quod factum quoque de S. Amando legimus. A quo etiam locus Lobienensis tantam dignitatem est adeptus, partim ob hoc, partim quia locus regius regia munificentia est constructus, ut nulli committeretur, nisi primum ordinatus esset Episcopus. Quæ dignitas perduravit etiam in multis successoribus, qui leguntur fuisse Episcopi et Abbates: de qua etiam adhuc tantum superest in eo loco, ut Abbati liceat uti sandaliis, tunica Subdiaconali, habere potestatem ligandi atque solvendi, et ubique uti annulo aureo et chiroteci.* In Charta Ludovici Pii apud Meurissium in Episcopis Metensibus pag. 185: *Magnulfus Episcopus et Abbas Monasterii Gorziensis dicitur: sed an ex Abbatibus Monasteriorum, de quibus egimus, fuerit, incertum.* Vide *Abbas Episcopus.*

\* EPISCOPI VILLANI. Vide *Chorepiscopus.*

\* EPISCOPUS URBS, suffraganeus Romani Pontificis, ex Mabil. in Museo Ital. pag. 147.

\* EPISCOPUS, f. Chorepiscopus, si mendum non est, ut moment docti Editores ad Mirac. S. Hildeg. tom. 5. Sept. pag. 697. col. 2: *Daniel sacerdos juratus idem dicit. Episcopus loci ejusdem juratus idem dicit.* Haud scio an non intelligendus sit pastor, custos ovium; quo sensu accipienda quoque videtur hæc vox in Actis S. Jeronis tom. 3. Aug. pag. 477. col. 1: *Sanctum virum sacerdotem Dei Jeronem, juxta Noortwyck populum regentem, ac in fide Christiana Episcopos instruentem, repererunt.*

EPISCOPARE, *Episcopatum habere, vel gerere, Ugutioni.* Arnulphus Lexov. Episc. pag. 42: *Quod adeo verum est, ut defuncto sæpedito Episcopo, eum qui successit Episcopari Ecclesia Romana nulla ratione permiserit.* S. Bernardus Episc. 234: *Non poterat Episcopari turpis infamisque persona.* [Et in Vita S. Malachie Episc. tom. 1. col. 667. edit. ann. 1690: *Quod nullus alius videretur dignior qui Episcoparetur in prima sede.* Chron. Monasterii Novalicens. lib. 3. cap. 14: *Erat ibi eo tempore S. Theodorus Episcopus, qui tunc ibi Episcopabat.*] Utuntur Gregorius Turon. lib. 1. de Mirac. cap. 33. Petrus Damian. lib. 1. Epist. 10. lib.

8. Ep. 5. Joan. Sarisberiensis lib. 7. cap. 18. et Epist. 234. Justus Abbas in Serm. ad Cistercienses, Fulbertus Episc. Carnot. Epist. 31. Alexander II. PP. Epist. 18. Eadmerus lib. de S. Anselmi similitudinib. cap. 23. etc. Ἐπισκοπεῖν, apud Ignatum in Epist. ad Roman. n. 9.

† EPISCOPARE, novum Episcopatum creare. Bartholomæi Scribæ Annales Genuens. lib. 6. ad ann. 1239. apud Murat. tom. 6. col. 481: *Eodem anno Dominus Jacobus Prænestinus Cardinalis Apost. Sedis Legatus venit Januam, et de Janua ivit ad partes ultramontanas, et sicut a Domino Papa habuerat in mandatis, respectu Communis Januæ, et ex summa gratia, Ecclesiam Nauli Episcopavit, et eam univit Ecclesie Briniati, existente Episcopo Domino Guilelmo Canonico Januo, et sic de Burgo Nauli fecit civitatem.*

† EPISCOPARI, Pro Episcopo se gerere. Vita sancti Raynerii tom. 3. Junii pag. 442: *Ille tanquam Episcoparetur, omnibus studiose intendens, ad fenestram supra viam sese illis ostendit.* Si tamen Episcopari hic non sit accipiendum in nativa significatione verbi ἐπισκοπεῖν, superinspectare, superintendere.

EPISCOPALE ROMANORUM, Historia Episcoporum Romæ apud Herkempertum in Hist. Langobard. pag. 20. quæ Liber Episcopalis dicitur in Codice Thuano Damasi, seu Anastasii Bibl. de Vitis PP. *Episcopalis liber, qui Gesta Pontificum Romanorum titulatur, in Concilio apud Theodonis villam ann. 985.*

EPISCOPALIA, Episcopatus insignia, annulus et baculus, in Historia Trevirensi pag. 231: *Sed quia ab homine excommunicato et laico Episcopalia susceperunt, Episcopalia inquam, annulum et baculum, etc.* Ita rursus pag. 241. Capitulare Francoford. ann. 794. cap. 8: *Gaerbodus, qui se Episcopum esse dicebat, et suæ ordinationis testes non habuit, qui tamen Episcopalia a Magnardo Metropolitano Episcopo consecutus est, etc.*

EPISCOPALIA, Præstationes quæ Episcopis fiunt, Synodaticum. Charta Walteri Episcopi Cestrensis in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 61: *Concedimus etiam ut prædictus Abbas et quisque successorum ejus sit Decanus de omnibus Ecclesiis quæ datæ sunt Ecclesiæ suæ in Derbysira, nec quisquam præsumat eum judicare, nisi solus Episcopus; Episcopalia reddat vel reddere faciat de Ecclesiis Decanatus sui, etc.*

1. EPISCOPIUM, Episcopalis dignitas, Episcopatus: ἐπισκοπή, in Canonib. Apostol. can. 69. Justiniano in Nov. 123. cap. 1. Theophani, Gregorio Presb. in Vita S. Gregor. Theol. et aliis. Raterius Veron. Episcopus Epist. 1. ad Joan. PP.: *Datum Episcopium est meo domino Hilduino, jure stipendiario.* Vita sancti Wolbodonis:

Sedit Episcopio ter denis mensibus: in quo Febre lassatus moritur.

Utuntur Stephanus Episc. Leod. in Vita S. Lamberti cap. 4. Walafridus Strabo de Mirac. S. Galli lib. 2. cap. 16. 18. Notitia Wambæ Regis, Monachus Sangall. in Carolo M. lib. 1. cap. 3. Anastas. de Exilio S. Martini PP. Baldricus Noviom. lib. 1. cap. 19. 30. 34. Dominico lib. 2. cap. 18. et alii passim, imprimis Diurnus Romanus cap. 5. tit. 10.

\* EPISCOPIA, Eodem sensu. Vita Antiq. S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 11: *Si ergo per eum Deus liberaverit*

filiam meam, dabo eum muneribus et dabo ei urbis Constantiæ Episcopiam.

† 2. EPISCOPIUM, Diœcesis ipsa Episcopo subjecta. Charta ann. 1109. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 268: Ipse quoque Johannes Episcopus concessit nobis et quidquid in Episcopio suo habebamus et quidquid exinde acquirere possemus. Vetus Breviarium ad usum Monast. S. Germani Autissiod. XIII. sæculi, ad diem Novemb. 8: Instituit (Episcopus)... sublimiter fieri ab omni cœtu humano ejusdem Episcopii festum diem omnium Martyrum, Confessorum ac Virginum qui intra confiniâ hujus tumulata consistunt. Vita S. Severi Episc. Abrinc. tom. 1. Febr. col. 191: Et quoniam adhuc eo tempore in Episcopio plurimi vanissimi tenebantur idolorum errore. Vita S. Guilielmi Abbat. Divion. tom. 1. Jan. pag. 59: Sed prædictum Monasterium in Verceilensibus urbis Episcopio situm, atque ejusdem Episcopi ditioni subjacebat. Rursum occurrit in Additamentis ad Chronic. Casar. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 960. et in Capitulari Metensi anni 757. § 5. [\*\* Adde Chart. ann. 990. ap. Marin. in Pap. Dipl. pag. 255.]

3. EPISCOPIUM, ipsa Ecclesia Cathedralis. Translatio S. Marci Episc. Atnensis n. 7: Et eadem nocte deputatis Clericis, in hymnis et spiritualibus anticis tota nocte pervigiles jussit manere, ut facto mane, ad Episcopium ejusdem urbis cum laude et gloria deportaret. Occurrit rursum infra. Apud Theophanem Cerameum, homilia quarta habita dicitur ἐν τῷ ἄρβωνι τῆς ἐπισκοπῆς, id est, in Ambone Cathedralis Ecclesiæ. [\*\* Marius Mercator pag. 171: Synodo congregata in Ephesiorum metropoli et sedentibus in Episcopio rev. et rel. episcopi Memnonis sanctissimis et Deo dilectissimis Episcopis, etc.] [Vide Ἐπισκοπεῖον in Glossario mediæ Græcitatibus.]

† 4. EPISCOPIUM, Domus Episcopi. Capitulare 2. anni 802. cap. 9: De adultariis et illicitis causis perpetratis tam per Episcopia et monasteria virorum et puellarum quamque inter seculares homines. Additio 3. ad Capitularia cap. 79: Sed priusquam ad consecrationem presbyteratus accedat, maneat in Episcopio discendens gratia officium suum, tamdiu donec possint et mores et actus ejus animadverti. Synodus Meld. cap. 26: Suggestendum est... ut Episcopium, quod Domus Episcopi appellatur, etc. Vide Appendicem ad Formulas Marculfi cap. 8.

† 5. EPISCOPIUM, Reditus Episcopatus. Charta ann. 971. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 251: Hinc Manguene dedit Gualterius Episcopus frater suus S. Ciricum de Episcopio.

\*\* EPISCOPALIS AUDIENTIA. Vide Audientia 1. et Codic. Theodos.

† EPISCYNIUM, Supercilium, ab ἐπί et σκῆνον, Cilium, summa palpebra. Tertull. de Pallio cap. 4: Censoris intentionis Episcynio disperso. Vide Turneb. Adversar. lib. 7. cap. 20. et Salmas. de Pall. pag. 342.

EPISIMUS, ex Gr. ἐπίσημος. Epistola Joannici Regis Bulgar. in Gestis Innocent. III. PP. pag. 70: Misi autem ad præsens in signo parvæ recordationis examita duo Episima dupla, unum est rubeum, aliud est album. Perperam editum est examina duo Episima. Ubi examita Episima seu ἐπίσημα, sunt tesseris auro textis vel purpureis clavata. Ita ἐπίσημον ἐσθήρα apud Laertium in Aristotele interpretantur viri docti. Vide Asemus.

† EPISTAGMA, Sigillum, ut videtur,

dictum, ab ἐπιστάγος, Instillatio, quod cera instilletur ad sigillum imprimendum; nisi forte legendum sit Epistigma ab ἐπιστίζειν, Notis compungere; unde Sussannæus in Vocabular. Epistigma, Subscriptio. Charta Rogeri Siciliæ Regis ann. 1129. apud Murator. tom. 6. col. 623: Nec ad regii Epistagmatis nec exemplorum cogantur solutionem. Et col. 626. in Charta Willelmi Regis Siciliæ ann. 1160: Ad hujus autem concessionis et magnificentiae nostræ memoriam ac perpetuo stabile firmamentum præsens hoc privilegium nostrum per manus Matthæi nostri Notarii scribi jussimus, nostroque quo utimur Epistagma roboratum.

\* EPISTATES, [Præses, præpositus alicui rei: Cato R. R. 56. Familiæ cibaria qui opus facient, per hiemem tritici modios quatuor, per æstatem modios quatuor semis: villico, villicæ, Epistatæ, opillioni modios tres.]

† EPISTOLA, pro Epistola, Fridegodus in S. Wilfrido Episcopo cap. 30:

Alfrido Regi direxit Epistole Petri.

† EPISTOLÆ, Chartæ et tabulæ veteres, diplomata, cæteraque, quibus negotia gerebantur, instrumenta, quod in Epistolæ modum conciperentur, atque adeo illius salutatione, in cuius scribebantur gratiam, inscriberentur. Hujusmodi Epistolæ formulæ exstant apud JC. non paucæ, quæ postmodum, inclinato imperio, crebriores esse cœperunt, uti observare est præsertim ex Senatoris formulis: unde quidam existimantur a Gothis, Longobardis, Francis, cæterisque Arctois Gentibus in Italicis Gallisque plagas dimanasse. Et certe apud nos Epistolæ invaluisse usum docent plus satis Formulæ Marculfi et aliorum, et infinita propemodum diplomata. En aliquot in exemplum. Testamentum S. Cæsarii Arelat. Episcopi: Et si cui aliquot per Epistolam, aut per pilacium, aut verbo, pietatis intuitu contuli, valere volo. Vetus Charta sub Chlotario Rege apud Doubletum lib. 3. cap. 2. Sed quia votus meus fuerat, ut per paginam testamenti villas ipsas superius nominatas basilicæ S. Dionysii concedissem, seu ut mos est loci illius, habetur per Epistolas delegasse, etc. Alia Caroli Martelli, apud eundem cap. 4: Si quis... contra hanc Epistolam donationis nostræ... venire voluerit. Quæ tamen Charta in formam Epistolæ non concepta est. Tabularium Brivatense ch. 296: Quem per Epistolam cessionis in sua elemosyna pro suis luminaribus condonavit. Mitto reliqua.

De Epistolis Canonicis et aliis agimus alibi suis locis in adjectis. [De Patentibus et Clausis in voce Sigillum secretum.]

† EPISTOLÆ FARCITÆ, Quæ leguntur in sacris liturgiis, nec solis constant Scripturæ verbis, verum plures etiam continent paraphrases intermixtas, quibus quodammodo farciuntur, hincque dicuntur farcitæ. Vide in Farsa 2.

\* EPISTOLÆ DOMINICALES, SANCTORUM, Quæ diebus Dominicis et festivis Sanctorum in sacris liturgiis leguntur. Chartul. majus S. Vict. Massil. fol. 95. vº: Ipsa semediata de vinea et terra nominata donavit pro filio suo Alcardo pro psalmis, himnis, canticis, et Epistolas dominicales et sanctorum.

† EPISTOLARE, Vide Epistolarium. EPISTOLARIS, Amanuensis, Ab Epistolis, Secretarius. Saxo Grammaticus in Præfat. ad Hist. Danicam: Regius Epistolæ effectus. Ἐπιστολεὺς, in veteri

Inscriptione apud Mabillon. tom. 4. Analector. pag. 503. Vide leg. 7. Cod. de Palatin. largit. lib. 12. tit. 23. [\*\* et Glossar. med. Græcit. in Ἐπιστολάριος col. 428. et Append. col. 73.]

† EPISTOLARITER, Vide Epistolatim.

† EPISTOLARIUM, Liber Epistolarum S. Pauli et aliorum, qui legitur in sacris Liturgiis. Leo Ost. lib. 3. cap. 19. (al. 20.): Librum quoque Epistolarum ad Missam describi faciens. Infra: Similiter fecit et de Sacramentalibus... et duobus nihilominus Evangelicis et Epistolario uno. Nam usque ad illud tempus in Plenario Missali tam Evangelia quam Epistolæ legebantur: quod quam esset tunc inhonestum, modo satis advertitur. Adde cap. ult. ejusdem libri, et lib. 4. cap. 90. al. 92. et Vita Abbat. S. Albani, [necnon Bernardi Monachi Ordinem Cluniac. part. 1. cap. 14.]

† EPISTOLARE, Eadem notione in Usib. antiq. Ord. Cisterciensis cap. 54. [et in Hist. Mediani Monasterii pag. 242.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: Epistolare, Epistolarium, liber epistolarum, Epistolier. Inventar. S. Capella Paris.: Un Evangelier et un Epistolier de grans volumes.

† EPISTOLARIUS, Nuntius, Epistolarum lator. Salvanus lib. 5. de Gubern. Dei: Veniunt plerumque novi nuntii, novi Epistolarii a summis Sublimitatibus missi, qui commendantur Illustribus paucis ad exitia plurimorum.

† EPISTOLATIM, per Epistolas. Alvarus in Vita S. Eulogii n. 3: Non odiose, sed delectabiliter Epistolatim in invicem egimus. Epistolariet eadem notione dixit Scriptor Vitæ S. Gaugerici Episc. Camedrac. lib. 1. cap. 10.

\* EPISTOLELLA, diminut. ab Epistola; brevis lectio, quam Capitulum vocant, ex Epistolis S. Pauli aliusque libris sacris desumpta, quæ ad Horas ecclesiasticas recitatur, vulgo Capitula. Constit. Franc. Pizzolpassi archiep. Mediol. ann. 1440. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 983: Volentes insuper et mandantes, quod in diebus, quibus de sancto aliquo divinum celebrabitur officium, Epistolellæ ad Tertiam, Sextam et Nonam speciales, prout inveniuntur in officio Ambrosiano dicantur..... Certas Epistolellas, ut eorum verbo utamur, quæ in Tertis, Sextis et Nonis ordinatæ sunt, breves quidem valde et compendiosas in Matutinis dicunt, loco ipsarum lectionum. Vide Capitulum 9.

\* EPISTOLICUS. [Epistolare, epistolaris, ut Epistolice quæstiones, Gell. 14. 7. et 8. ubi citat Varronis librum eo titulo. Item 7. 10. ubi eadem inscriptione librum Catonis appellat. Unde apparet ab illis quoque eam vocem fuisse usurpatam.]

† EPISTOLIUM, Litera formata. Synodica Concilii Sardicensis in Fragm. S. Hilarii pag. 17: Et ne ignorantes eorum accipiant literas communicatorias, id est Epistolia, quos justa Sententia degradavit. Infra: Omnes fratres et Coepiscopos nostros tuis admonere digneris, ne Epistolia, id est literas communicatorias eorum accipiant. Concilium Turonense II. cap. 6: Ut nullus Clericorum vel Laicorum, præter Episcopos, Epistolia facere præsumat.

† EPISTOLOGRAPHUS, Scriptor Epistolarum. Utitur Notherus Balbulus lib. de Interpretibus Scripturæ cap. 6.

\* EPISTULA, pro Epistola, Charta, Diploma, apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 52: Acta hæc Epistula, accepit eam ipse Timo propriis manibus

coram testibus seu cæteris adstantibus, atque hæc consentientibus, involuto palleo ipsam Epistolam super altare posita tradidit in manibus, etc. Vide Epistolæ.

\* **EPITA**, a Gr. ἔπιτα ap. Virgil. Grammat. pag. 87. et 88.

† **EPITAPHISTA**, Scriptor epitaphiorum. Sidonius lib. 1. Epist. 9: Merito enim collata vestris mea carmina non Heroicorum phaleris, sed Epitaphistarum nœniis comparabuntur.

1. **EPITAPHIUM**, pro sepulcro, in veteri Inscriptione apud Gruterum 669.

2. **EPITAPHIUM**, Quævis inscriptio, apud Sugerium lib. de Reb. in Administr. sua gestis cap. 28. et lib. de Consecrat. Eccles. S. Dionys. pag. 354. Descripsit eruditus Mabillonius in Vita S. Radbodi Hexasticon, hoc titulo: Radbodi Epitaphium de viatico Christi, [et aliud Gallicum Guillelmus a Vetus Fontanellensis Monachus in quodam Regesto MS. fol. 14. quod et hic exscribere visum est. Sic inscribitur: Epitafle à mettre sur la porte de Marcoussis.

En l'an sept cens et quatre que regnoit  
Hildebert Roy au Royaume de France,  
Et que son peuple en paix entretenoit,  
Le gouvernant et gardant de souffrance,  
Il conféra de la volonté France  
De Marcoussis la noble seigneurie  
Au bon Abbé de la royale Abbatie,  
Que l'on nommoit pour lors la Fontanelle,  
Est fist bastir une Eglise nouvelle,  
Au nom de Dieu et du bon saint Vandrille,  
Lequel estoit de Royale famille,  
Avant ce don quatre ans trepassé:  
Ce noble Roy en soit recompensé.]

† 3. **EPITAPHIUM**, Sermo funebris. Sic suos de Vita venerabilis Walæ Abb. Corbeiensis libros inscripsit Paschasius Radbertus, quos statim ab ejus morte orationis funebris vice aggressus est; eum ad modum, inquit Mabillonius, quo Ursus S. R. E. Subdiaconus, ejus temporis auctor, Basilii Magni Epitaphium appellat Orationem funebrem, quam de eo scripsit Gregorius Nazian. Locus iste habetur in Ursti præfatione ad Vitam Basilii Amphilocho adscriptam, his verbis: Sane notandum est, quia cum quidam legunt in his actibus, quæ S. Amphilocho scripsit, discrepasse autem autem ab his quæ S. Gregorius Nazianzenus in Epitaphio hujus magni viri commemorat.

\* **EPITATISTA**, Lo scriptor de Epistole. Glossar. Lat. Ital. MS.

**EPITECTICUM**, Epitecticalis terminus, voces Agrimensorum, forte ita dictus, inquit Rigaltius, quia sit ἐπιτεκτικός, et recturam aliorum terminorum ostendat et commonstret. Auctor incertus: Lapidés nativos, quod est, ex solo ipso, Centuriales in Epitecticum adsignamus. Item: Terminus, si aliquid fictum habuerit super se aurum, (f. æreum) aut plumbum, aut stannum Epitecticum, hoc est massatum fabricatum inter censa Centuriæ. Vitalis et Arcadius: Terminus Epitecticalis, sive in finitione agri, sive Præfecturæ, extenditur in pedes 400. et pedes 800. in quadrifinio vero si plus quatuor lapidibus fuerint inventi, Epitecticales vocantur: nam terminus iste vocatur maximus.

**EPITENDSION**, vox male confecta ex Græc. ἐπί των δεήσεων: dignitas in Ecclesia CP. de qua Codinus, et ejus Commentatores. Epistola Michaelis Palæologi Imp. ad Joannem XX. PP. apud Waddingum ann. 1277. n. 4: Et honorabilissimo Archidiacono cæteri Imperialis cleri, et Epitendesion ejusdem sanctæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ Georgio Melochitæ, etc.

\* **EPITHANIA**, pro Epiphania, in Constit. canon. Castell. apud Cl. V. Garramp. in Dissert. 6. ad Hist. B. Chiaræ pag. 207.

\* **EPITHECA**, [Additio, adjectio. Plaut. Trin. 4. 3. 18. Nisi etiam laborem ad damnum apponam Epithecam insuper.]

† **EPITHEMA**, ἐπιθήμα, quod rei alicui superimponitur. Vita S. Guilielmi Eremitæ, Febr. tom. 2. pag. 456: Infundens oleum consolationis cum vino mordaci Epithematis.

\* Unde Epithemare, Epithema admodere, in Velsch. Syllog. observat. pag. 87.

† **EPITHEMIUM**, pro Epitimum, ut infra. Paulus Bernriensis in Vita S. Gregorii VII. Papæ, Maii tom. 6. pag. 131: Mittens supplices ad apostolicam sedem nuntios, Epithemium penitentia postulantes.

\* **EPITHETIQOS**, Vulgariter. Mirac. S. Bertini tom. 2. Sept. pag. 599. col. 1: Plurimamque pro sui numerositate (veluti Epitheticos loquamur) magnus exercitus ab omnibus dicebatur.

† **EPITHYMA**, ἐπιθυμία, Desiderium. Vita S. Frederici Episc. Julii tom. 4. pag. 460: At cum sanctioris vitæ Epithymia, vigiliis et orationibus jejuniisque jugibus, pro Christi nomine corpus suum cepit affligere, etc.

† **EPITHYMUM**. Vide Epitimum.  
† **EPITIMIA**, ἐπιτιμία, Bona existimatio. Modest. leg. 21. § 2. de Tut. et Cur. (26. 5.) Manente Epitimia. Alii exponunt ut Epitimum.

**EPITIMIUM**. Gloss. Gr. Lat. ἐπιτιμίων. Pœna, mulcta: sed proprie pœna legibus Ecclesiasticis indicta Clericis delinquentibus. Anastasio ad VIII. Synod. Epitimum, est increpatio, vel indulta pœna pro culpis. Joannes Diacon. lib. 2. Vitæ S. Gregor. M. cap. 45: Tristatus est, quia antequam eivret de hac vita, non solvit eum ab excommunicationis Epitimo. [Albertus Abb. Miciac. Epist. ad Johannem XVII. Papam, apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 440: Monasteriis novos indictorum biblos corroboratis, quibus ipsæ Congregationes ab omni strepitu quiete Deo servire possint, maxime sub Epitimo excommunicationis.] Ἐπιτιμίων τὸ ἐκκλησιαστικὸν νόμον, apud Palladium in Vita Chrysostomi pag. 21. editionis D. Emerici Bigotii. Vita S. Nili Junioris pag. 47: Ὁρκοὶ αὐτῶν καὶ ἐπιτιμίων φρικωδέστατοις ἀπὸ τε τῆς ἁγίας τριάδος καὶ τῶν ἁγίων πατέρων ὁμόθυλα τοῦ καταδέξασθαι αὐτὸν αὐτοῖς ποιμένα, etc. Vide S. Basilium et Anonymum qui ei subjungitur περὶ ἐπιτιμίων, Pachymerem lib. 7. cap. 6. 22. lib. 9. cap. 24. lib. 11. cap. 6. et Notas ad Cinnamum pag. 458. [Præterea Morinum lib. 1. de Pœnit. cap. 1. n. 14. et superius Epithemium.]

† **EPITIMUM**, Flos thymi. Vide Epitimum.

**EPITOGIUM**, Britannico ad Juvenalis Sat. 6: Est genus vestis quod togæ superinduebatur. Joan. Sarisberiensis lib. 8. Policrat. cap. 11: Hic cepa tunicator, densatus pellibus et Epitogiis, chlamydi penulam superduci. Occurrit in Notis Tyroneis pag. 157. apud Quintilianum lib. 1. cap. 9. Dicitur etiam vestis superior Clerici ἐπιτόγιον, in Vita S. Joannis Theristæ cap. 1. [in Actis MSS. B. Yvonis non semel.] Vide in vocibus [Alna et] Caphardum. Concilium Londinense ann. 1342. cap. 2. de abusu Clericorum in vestibus: Epitogiis ac clocis ut patenter videmus. [Statuta Ecclesiæ Cadurc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 727: Omnibus (Clericis) etiam prohibemus, ne Epitogium, tabardum, seu mantam folia-

tam (folratam) usque ad oram curtam sic deferant, quod vestis inferior notabiliter videatur.] Vide tom. 4. Hist. Academiæ Parisiens. pag. 390. [et Lobinelli Glossarium ad calcem Hist. Britann. Epythogium foderatum, apud Rob. Goulet in Compendio Jurium Univers. Paris. fol. 13.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: Epitogium, housse. Aliud ex Cod. 7692: Epytogium, housse vel secot. Leg. Sercot. Memor. D. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1263. fol. 53. vº: Injunctum fuit... omnibus clericis (cameræ) quod de cætero habeant et deferant Epithogia longa, honesta, ipsaque deferant in camera et extra per villam continue. Conjugati vero in mantellis forratis penna alba vel nigra, et capucia forrata similiter vel Epithogia curta saltem ad honorem et decentiam cameræ supradictæ incedant, veniant et recedant. Epitogium anaptum, indecens, ut videtur, in Inquisit. ann. 1217. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 419. Fuit quoque mulierum vestis, ut colligitur ex Testam. Hugæ viduæ ann. 1347. in Chartul. Anton. Massil. fol. 220: Item lego Vivandæ Michaelæ de Massilia tunicam et Epitogium meum panni coloris pebrati pro diversis servitiis mihi per eam impensis.

† **EPLITOGIUM**, pro Epitogium. Statuta Cisterc. ann. 1493. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1585: Abbates et Monachi... a gestatione camisiarum linearum, gipponum, tunicarum nigrarum, diploidorum, Epitogiorum, aut aliorum quorumcumque habituum inordinatorum prorsus abstineant.

\* **EPITOGUS**, ut Epitogium. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: Epitogus i. Sourcot.

† **EPITOLIUM**, in Notis Tyroneis pag. 184. balneares ædes.

**EPITOMA**. Ermenricus Monachus Augiensis de Grammatica: Sed et hactenus rivo jucundissimo ac in omni virtutum stemmate præfulgido ex primoribus fontibus totius Europæ emananti Cohæres, Hludovico scilicet dilectissimo Regi nostro, qui licet augustiori limite terrarum, virtute tamen vincit Herculeum Centauros domitantem, et agilitate Ulissem. Interroga Sclavos in gyro, et non miraris Epitoma meum. Id est laudes meas, [vel memoriam i. quæ memoro; Epitoma namque apud Papiam significat memoriam.]

† **EPITOMARE**, Epitomen facere, non semel apud Scriptores inferioris ævi. Vide Fabri Thesaurum et Lexicon Golenii.

† **EPITOMARIUS**, Abbreviator, Papias.

† **EPITOMATOR**, Idem, in Thesaurio Fabri.

**EPITOMIUM**, pro Epitome, apud Ordricum Vitalem lib. 4. pag. 537.

\* **EPITOMO**. [In epitomen redigo. Trebell. Poll. XXX. Tyrann. 30. de Zenob. ad fin. Historiæ Alexandrinæ ita perita, ut eam Epitomasse dicatur.]

† **EPITRACHELIUM**, ἐπιτραχήλιον, Collare. Locum vide in Enchirium.

\* **EPITRAPEZIUS**. [Super mensam. Hercules Epitrapezius inscribitur Silva 6. lib. 4. Statii, in qua describitur, et laudatur mensarium vas, quod profecto, ut Itali dicunt, ad uso di dessert inservebat, opus Lysippi referens Herculeum dextra poculum, sinistra clavam tenentem, substrata pelle leonis. Laudatur etiam a Martial. 9. 44. unde lux magna Statiano carmini accedit.]

\* **EPITRIMUS**, Hippodromus, ut post Maffeu monent docti Editores ad Acta

SS. Firmi et Rust. tom. 2. Aug. pag. 420. col. 1 : *Sequenti vero die præcepit sibi tribunal in Epitrimo circi præparari, et sanctos Dei Firmum ac Rusticum conspectibus suis præsentari.*

\* **EPITRITUS**, Gr. ἐπιτριτος, Sesquiter-tius. Dudo apud Duchesn. Hist. Norm. Script. pag. 68 :

Sesquioctava tonum quoniam proportio claudit,  
Et diatessaron pax Epitrita ligat.

Vide **Diapason** et **Lex. Martin.**

\* **EPITROPHIUM**. [Domus in qua aluntur pauperes infantes. Dief.]

† **EPITROPUS**, ἐπιτροπος, Curator, cui rei alicujus cura committitur. Testam. Bernardi Comitum Armaniaci ann. 1302. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1409 : *Constitutum est ordinamus Epitropos et fideicommissarios ac executores et distributores prædicti testamenti nostri R. P. D. Amenevum Archiep. Auxitan. Fecit Testator ipse suos Epitropos et testamenti executores nos præscriptos, apud Ache-rium Spicil. tom. 9. pag. 287.*

**EPITUMUM**, EPITIMUM. Ordericus Vital. lib. 7. pag. 659 : *Ducatum Normannie, antequam in Epitumo Senlac contra Heraldum certassem, Roberto filio meo concessi, etc.* Idem lib. 10. pag. 775 : *Ultra pontem Engueniz in Epidimio spatioso tentoria figi præcepit.* Quibus locis hæ voces *Campum* procul dubio sonant, sed etymon inquiri. Apud Isidorum lib. 17. Originum pag. 9. *Epitimum, seu Epithimum, est flos timi, vel thymi.*

**EPI TU YKIACON**. Anonymus Baren-sis in Chron. ann. 1032 : *Et adducit Anato-lyki Epi tu ykiakon, id est, ἐπὶ τῶν οἰκει-κῶν. Dignitas in Palatio CP. qui λογοθέτης τῶν οἰκεικῶν dicitur* Pachymeri lib. 1. cap. 18. lib. 2. cap. 21. lib. 5. cap. 18. in Gloss. Lat. Gr. *Domesticus*, est οἰκετός, οἰκεικός. Ex quo forte hunc magistratum præfuisse Domesticis Palatii conjectarunt viri docti. Sed in nostra Constantinopoli Christiana, eundem fuisse cum eo, quem veteres *Comitem rerum privatarum* vocabant, pluribus ostendimus.

**EPIURUS**, Clavus ligneus, γόμπος, ἐπιούρος, in Gl. Gr. Lat. Occurrit apud Palladium lib. 11. tit. 8. et S. August. de Civitat. Dei lib. 15. cap. 27. Vide **Epigri.**

\* **EPLEMA**, *Lo impiastro*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **EPLITOGIUM**. Vide in **Epitogium.**

**EPLICEUS**. Vetus Interpres Juvenalis Sat. 6. v. 571 : *Membrana Mathematicorum, ut actus diurnos, quæ assidua tractatione colorem suum mutavit, et Eplocea facta est, colorem fecit, ut succinum.* Leg. forte *Glaucea.*

† **EPOCHA**, Mensura temporum seu Terminus fixus a quo numerantur anni; Epocha Christianorum est Nativitas Christi Domini, ex quo Dionysius cognomento Exiguus eam, quæ *Diocletiana* dicebatur, abrogavit. Tot fere fuerunt *Epochæ*, quot populi : sed de iis consulendi Chronologistæ. Vocis etymon ἐποχή, Inhibitio, retentio, sicque dicitur, quod *Epochis*, tempora sistantur et terminantur. Vide **Æra** et **Annus.**

† **EPOMIS**, ἐπωμίς, Superhumeralis. Vide locum in *Circumpedes*. Sussannæus in Vocabulario : *Epomis apud Erasmum significat capitium magisterii, notat etiam cervicem.*

† **EPONDENALE**, f. pro *Expositionale*. Vide in **Spondalis.**

† **EPOPTA**, ἐπόπτης, Inspector, inspec-

tator. Utitur Tertull. initio libri contra Valentinianos, ubi totam mysteriorum Atticorum scenam et apparatus expli-cans ait : *Diutius inchoant, linguam consignat, cum Epoplas ante quinquennium instituit, ut opinionem suspensio cog-nitionis ædificent, etc.* ubi *Epoplæ* iidem sunt qui *Mystæ* sacra discentes myste-riisque majoribus necdum initiati; aliis tamen Scriptoribus ἐπόπται juxta vim vocis Inspectores erant arcanorum et ad ipsa sacra interiora majoraque myste-ria admittebantur. Vide Scaligerum ad lib. 3. Tibulli et lib. 5. de Emendat. temp. et Casaubonum ad Athenæum.

† **EPOREDICA**. Plinius lib. 3. cap. 17 : *Oppidum Eporedia, Sibyllinis libris a populo Romano condi ceptum. Eporedicas Galli bones equorum domitores vocant.* Merula sic dictos putat, quasi *Oppertid-ers*, Belgice, i. primos equestres militiae, magistros equitum, vel equisones eximio-res. Alii alia censent. Id constat ejusdem originis haberi debere nomen appellati-vum Gallici Ducis, *Eporedigis* dicti Cæsari lib. 7.

† **EPENDIS**. Vide **Epidecen.**

† **EPROPINARE CEREVERISIAM**, Bibere vel eam singulatum dividendere. Mirac. B. Stanislai Can. Regul. Mail tom. 1. pag. 782 : *Heduginis Bychliangyna de Casimiria commisit tempore æstatis cere-verisiam braxare, et cum adhuc esset in braxatorio, destructa est a tempestate aeris in tantum, quod omnino alba et fetida effecta est. Cum votum fecit ad sepulcrum pii P. Stanislai, et statim meliorata est, in tantum quod eam totam Epropinaret.*

† **EPTATICUS**. [Septem priores libri ve-teris Testamenti, vulgo *Heptateuque*. Legitur in Anecdotis Martenianis tom. 5. col. 107.] Vide **Heptaticus.**

† **EPTÆUS**, Septimanus, ab ἐπτά, Sep-tem. Vide **Typica febris in Typus.**

† **EPUDORATUS**, EPUDORIS, *Sens vergogne, neant honteux.* Gl. Lat. Gall. Sangerman. Sine pudore.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Epudoratus, Epudorius, sans honte, afronté.* Vide **Expudoratus.**

\* **EPULÆ**, Cibaria. Lit. remiss. ann. 1359. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 120 : *Cum dictus Stephanus in stallo... existeret... ad vendendum publice cibaria et Epulas assatas et decoctas. Idem Guillelmus injurias dicendo tam de persona quam de Epulis, etc.*

\* **EPULARE**, pro *Epulari*, in Vita S. Maximi tom. 1. Jan. pag. 92. col. 1.

**EPULATITIUS**, *Qui epulis dat operam.* Glossarium Isidori.

\* **EPULCARE**. [Excludere. Dief.]

† **EPULICENIUM**, *Vas in quo epulæ ad cenam feruntur*, Ugutioni.

† **EPULONIUS**, Epulis deditus. Scriban. de Passione Christi cap. 18 : *Magis diligere breves Epulonios dies, quam breves jejunos Lazari.*

† **EPULUM**. Chartular. Vindocin. Ch. 374. ann. 1079 : *Venditoribus inter cen-sum et suæ consuetudinis Epulum XVIII. den. reddendi sunt omni anno ad diem festum Palmarum.*

† **EPYBATA**. Vide **Epibata.**

\* **EPYCEPHIUM**, Capitis tegmen. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Epycephium, couverture de chief.*

\* **EPYFORA**. Vide supra **Epifora.**

\* **EPYLEUTICUS**, Epilepticus. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 300 : *Qui ex morbo caduco seu Epyleutica passione frequenter affligitur.*

† **EPYMENIA**, *Xenia quæ dantur per*

*singulos menses.* Glossar. Sangerman. num. 501. Lege **Epimonia**, et vide **Epimenium.**

† **EPYPHÆA**, *Lippitudo oculorum.* Idem Gloss. Legendum *Epiphea* ab ἐπι et εἶδος vel εἶος, Oculus.

\* **EPYPHIUM**, pro **Ephippium**. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120 : *Epyphia dicuntur ab epi, quod est supra ; et phanos, quod est apparere, scilicet illud quod apparet in loco equi, Gallice Paroue.* Vide **Epiphia.**

† **EPYPIA**, *Maccor equorum.* Idem Glossar. Leg. **Ephippia**, **Macor**, ab ἐπι et ἵππος, Equus.

\* **EPYROGUS**, *Fumiere*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* **EPYSIUM**, *Colier*, in eod. Glossar.

\* **EPYTHALAMUM**, *Garderobe, vel bal, que l'en chante à coucher la bru*, ibidem.

† **EPYTHOGIUM**. Vide **Epitogium.**

-\* **EQUALIA**, Equa, Gall. *Cavalle*, alias *Eque*. Inquisit. MS. ann. 1448 : *Per eum calcavit ipse loquens in ipso castro (de Grauleriis) blada cum suis Equaliis, et audivit fieri præcontestationes ipsius nobilis Francisci de non calcando in eodem castro suo seu ejus territorio, nisi cum Equaliis per eundem nobilem Franciscum ordinatas seu ordinandas.* Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 139 : *Le suppliant habitant de Tarbe en Digorre loua les jumens ou Eques de Raymond de Fort de Bearn pour piquer ou battre son mil ou blé ; lesquelles jumens ou Eques, etc.* Pluries ibi. Vide supra **Egua.**

\* **EQUALIS**, *Chorus vel chaurus*, χωρός. Salmas. ad Plin. pag. 1258. 1260. ex Castigat. ad utrumque Glossar.

\* **EQUANTIA**, *Æquatio*. Terrear. Bel-lijoc. : *Debita Equantia prius inter.... confitentis.... facta, etc.* Vide supra **Ægalare.**

**EQUARE**. Vetus Scholiastes Juvenalis Sat. 2. v. 144 : *Græchi filius habitu gladiatoris plerumque ad infamiam Equabat, retiarius enim fuit, f. pro Equa vehebatur, vel leg. Equitabat.*

\* **EQUARIA**, *Equorum grex*, Gall. *Haras*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Equaria, Prov. armentum equorum et aliorum jumentorum. Polia, idem.* Charta pro monast. de Fontan. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 371 : *Si constitueret in eadem silva vaccarias, aut Equarias, vel porcarias, seu caprareas, sive ovilia, dederunt similiter omnes decimas fæctum et aliorum reddituum.* Vide **Equaritia.**

**EQUARITIA**, *Equorum grex*, **Equaria** Varroni lib. 2. de Re rust. *Equile, Equitium, Tacito*, et aliis. Joannes de Janua : *Equaritia, est armentum equorum, vel vaccarum.* Perperam ibi **Equiritia**. Descriptio Monasterii S. Galli apud Canisium tom. 5. Antiq. lect. pag. 781 : *Domus Equaritiz :*

Hic festas servabis equas, tenerosque caballos.

Cæsius Heisterbach. lib. 7. cap. 39 : *Venientibus eis in quemdam saltum, pole-drus Equaritiam, id est, gregem equarum de longe pascere conspexit.* Lib. 11. cap. 17 : *Habebat Conventus dextrarium pulcherrimum, quem Equaritiz suæ propter festum nobilem deputaverat.* [S. Tradit. Sangall. ann. 849. in Neugart. Cod. Diplom. Alem. num. 324 : *Dimidietatem Equaritiz meæ et totam vaccaritam meam.* Adde chart. Henric. I. Imperat. ann. 929. ap. Erath. Cod. Diplom. Quedlinb. n. 6. pag. 6.]

**EQUARIUS**. Gloss. Lat. Gr. : Ἴκποφορ-ός, *Equarius, Equipastor.* Jo. de Janua :

*Equarius, custos equorum.* Ita in Gloss. Lat. Gall.

\* Et equarum custos. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de *Mazanques*: *Et quod Equarii et vacquerii Arelatis custodiebant equas et vaccas.* Vide supra *Equezerius.*

\* **EQUASTRUM.** [Vas vini. Dief.]

\* **EQUATISSA,** *La femina a cavallo.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Equalia.*

1. **EQUES,** Equus, aut equa. Gesta Regum Francor. cap. 24: *Ascensisque Equitibus abscessit.* Ekeardus Junior. de Casibus S. Galli cap. 1: *Sternatur utique, ait, ambulatrix mea... ascendensque Equitem illam velocissimam.... circa Nonam aderat Cœnobio.* Mur. cap. 10: *Equite ascenso S. Gallum noctu invadens claustrum clandestinus introit.* Adde Vitam S. Aicadri Abbat. Gemetic. cap. 11. Vitam S. Hunegundis Virg. cap. 13. Chronicon Fredegarii cap. 90. [Waltharium vers. 216. 602. 1237. 1448.] etc. Ita Equitem usurparunt Gellius, Marcellus, Macrobius, Servius, etc.

\* 2. **EQUES,** Titulus honorarius militi inferiori, ut observat Murator. ex vet. Inscript. tom. 16. Script. Ital. col. 214. Inscript. ann. 1294: *Dominus Remundus de Annibaldi Eques Romanus et Senensium potestas fecit fieri hoc opus, etc.* Alia ann. 1300:

Ursus qui legitur, de Floris campo vocatus, Mathei filius Equitis de fonte renatus.

Rursus alia ann. 1394: *Johannes Acutus Eques Britannicus, dux ætatis suæ cautissimus et rei militaris peritissimus habitus est.* Consule ibi Murator. et Dissert. 6. P. Honor. de S. Maria pag. 106. et 107.

\* **EQUITES CHRISTI,** Monachi Christianæ militiæ peculiariter addicti. Grandamoldis Matriona sic alloquitur viatores in suo Epitaphio, tom. 4. Annal. Bened. pag. 552:

Quinque mihi nati fuerant, Equites duo Christi, Ordine dissimili tres Equites alii.

**EQUITES,** ita dicti nescio qui viri obnoxiiæ conditionis, in Charta Philippi I. Regis Fr. ann. 1050. pro Ecclesia S. Audoeni Rotomag. tom. 13. Spicil. Acher. pag. 287: *Et beneficium totum quod Gueslinus Clericus tenet a supra dicto Roberto de Barnavilla, et 40. acras de terra, et 2. rusticos, et decimam de equabus suis, et duos Equites, scilicet Goscelinum et Osbertum, etc.* Vide *Callalaria*, [et Guerdard. in Prolegom. ad Chartul. S. Petri Carnotens. § 25. Adelungio lidem videntur, qui in Saxonia *Pferdner, Pferdebauern* dicuntur, Rustici equis instructi.]

\* **EQUES,** pro Viro obnoxiiæ conditionis, in Charta ann. circ. 1082. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 73: *Ego Bernardus filius Ospaci trado cœnobio beati Stephani... prata quæ habeo ad Balpatmas et unum Equitem cum terra sua, qui eadem prata custodit.* Vide in *Eques* 1.

\* 3. **EQUES,** Monetæ species, eadem quæ *Scutum* appellabatur. Comput. MS. fabr. S. Pet. Insul. ann. 1460: *Dom. Guillelmo Morel pro scriptura trium codicum de officio dedicationis, pro quolibet codice unum Equitem. [Tunc temporis Vescu valoit 49. solz.]*

\* 4. **EQUES,** Urcæus aquarius, Gall. *Aiguiere* vel *Eguiere*; forte etiam quod equitis formam referret, sic dictus. Testam. Brunon. archiep. Colon. ann. circ. 965. in Suppl. ad Miræum pag. 295. col.

1: *Cuppam auream, sigillum,.... Equitem argenteum a Maguntiaci archiepiscopo datum.... trado.*

\* 5. **EQUES,** indeclin. usurpatur in Lit. Joan. reg. Franc. tom. 3. Ordinat. pag. 77. ann. 1356: *Barragium possint a transeuntibus per locum prædictum exigere et levare, videlicet a quolibet Eques transeuntium per locum eundem unum denarium Turon.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 154. col. 1: *De exitis diversimode Eques per dominos consules, etc.*

\* **EQUESTANCIA.** [Equa ligatio. Dief.] **EQUESTER,** Papiæ dicitur ille qui certaminibus, mediis intervenit, per quem utraque pars rectam fidem sectatur, et tunc videtur dici ab æquus. Sequester. Gl. MS. Ecclesiæ Parisiensis: *Eques et Equester unum est.* Aliud porro sonat apud Guillelmum Bibliot. in Adriano II. PP. pag. 222: *Cum die quadam a... PP. Sergio consuetudinaliter denariis 40. perceptis domus suæ portas revertens ingredi vellet, ac præ multitudine peregrinorum, quæ ibi fiducialiter more solito, velut ad horreum commune confugerat, omnino nequiret: misericordia motus, Equestri suo retulit, nil sine tantis fratribus in tantillis denariis sibi esse commune.* Infra: *In qua redundatione cum miraretur Equester non solum defecisse denarios, etc.* An *Equistrator*? Ita videtur innuere Petrus de Alectris Episcopus Senogalliensis in Itiner. Gregorii XI. PP.: *Equestres, seu habenarum Præsulis directores, erant manipulis induti panno simili.* [Vide *Equinus*.]

\* **EQUEVALENTER,** Gall. *Equivalentement*, Pari seu tanto valore. Legitur in Instrumento ann. 1271. e Chartulario Fiscamniensi.

\* **EQUALE,** Equile. Glossar. Saxonico Ælfrici: *Equiale, hors-ern, i. equorum locus: sic paulo ante Boviale, pro Bovile.*

\* **EQUICINIUM,** Officina ubi equi ferrantur. Wichbild Magdeburgense art. 125: *Nullus faber construere potest in platea angarium, seu Equicinium, hoc est officinam ubi equi sufferrantur,.... sine civium consensu.*

\* **EQUICIUM,** συνιπτία, ἀγέλη ἵππων, Grex equorum. Supplem. Antiquarii. Vide *Equitum*.

\* **EQUIES,** ἔξδοιον, Exitus. Supplem. idem. [\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. MSS. *Exequies. f. Exequiæ.*]

\* **EQUIFER,** EQUIFERUS, in Glossario Lat. Gall. *Maucheval*, id est, malus equus: ἵππος ἄγριος. Aristoteli. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Equifer, vilde cynnes hors, i. indomitus equus.* Glossarium MS. Ecclesiæ Parisiensis, de Equis: *Sunt autem hi de agresti ordine orti, quos Equiferos dicimus. Equiferi, apud Capitolinum in Gordianis, et in Gordiano III. Agrestis caballus, in Epist. I. Gregorii III. PP. ad Bonifacium Maguntin. Equus silvaticus, in Epist. 13. Zachariæ PP. ad eundem Bonifacium. Vide Notas nostras ad libr. 2. Cincinnati.*

\* **EQUILIBRATOR** [REGIS. Idem, ut videtur, qui alias *Magister Regis*, hodie *Gouverneur du Roi.*] Vide *Æquilibrator*.

\* **EQUILOCUS,** seu **ÆQUILOCUS,** Par. Simeon Dunelmensis de Gestis Angl. ann. 882: *Elfred Rex Saxonum audacissimus, Ducum navali prælio suffultus, contra paganicas naves in mari congressus est. Ex quibus ipse Equilocus duas potenti virtute naves exuperavit, occisis omnibus qui in eis erant.*

\* **EQUIMULGA,** Qui mulget equas, apud Sidonium lib. 4. Epist. 1.

\* **EQUINOCEPHALUS,** Vox ibrida, ab *Equo* et κεφαλή, Caput. Gervas. Tilber. de Otilis Imp. cap. 73: *Equinocephali jubus equorum habentes, validissimi immensis dentibus, flammam spirantes, etc.*

\* **EQUINUM,** Equestris palæstra, Equestre curriculum. Electio Potestatis Hortæ ann. 1359. apud Ill. Fontaninum ad calcem Antiq. ejusdem urbis pag. 417: *Et tenetur die lunæ ante carnisprivium ponere in Equinum dictæ civitatis, veluti consuetum est, unum anulum de argento, valoris medii floreni, ad quod currere possint cives Ortani.*

\* **EQUINUS,** ἵππος ἄνθρωπος, *Equester, Eques, in Supplem. Antiquarii.*

\* **EQUIRIA,** *Cursus equi.* Prov. Cors. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Vide infra *Equitatio* 3.

\* **EQUIRITIA.** Vide *Equaritia.*

1. **EQUISTATIUM,** *Stabulum ubi equi stant.* Johannes de Janua.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Equistatium, estable à chevauz.*

\* 2. **EQUISTATIUM,** *Officina,* ubi equi ferrantur. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 519: *Qui marescallus dictum equum posuit in Equistatio, Gallice travail, et ipsum, prout sibi visum fuit, ex pedibus ibidem alligavit.*

\* **EQUISTRACIUM,** *Estable à chevauz,* in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS.

\* **EQUISTRATOR,** qui nude *Strator* cæteris Scriptoribus, nostris *Escuier, ἀναβολαός,* de quo Manilius lib. 5.

Aut onerabit equos armis, aut duces in arma.

i. herum armatum in equum imponet, uti vult Scaliger. Auctor Vitæ S. Cypriani: *Venerunt ad eum Principes duo, unus Strator officii Galerii Maximi Proconsulis, qui Aspasio successerat, et alius Equistrator a custodiis ejusdem officii, etc.*

\* **EQUITA,** Equitis ordo, dignitas. Charta Alph. reg. Castel. tom. 6. Jul. Act. SS. pag. 56. col. 2: *Quisquis ex illis (Mozarabibus) Equitam voluerit in quibusdam temporibus, equitet, et intret in mores militum. Ubi Equitare est inter Equites seu milites adscribi.* Vide infra *Equitatura* 4.

\* **EQUITANTIA,** ut *Equitatura.* Brevis Hist. Cartusienensis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 155: *Eo tempore magis paupertatis et humilitatis ardore succensus dictus Episcopus, voluit Equitantias suas vendere omnes, et divisio pauperibus pretio propriis pedibus in prædicatione discurrere.*

\* **EQUITARE SUPER BESTIAS.** Vide *Diana.*

\* **EQUITARE BANNITOS,** Perquirere, provinciam percurrere, utrum bannum suum servant. Charta Phil. Comit. Fland. pro libert. franci et castel. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *Castellanus Equitabit bannitos, si vacaverit, sin autem officiales comitis et castellani Equitabunt, et hoc semel in anno, et si scabinis visum est, bis; et si adhuc opus est, ter. Ubi cumque inceperint, totum perequibunt; nisi sinuam (f. soniam) aut præ comite aut præ agritudine monstraverint.... Finita omni equitatione sua, comes habere poterit veritatem suam.* Vide alia notione supra in *Equita*.

1. **EQUITATIO,** [Exercitus vel necessitas eundi in exercitum.] Vide *Hostis*, [et chart. ann. 1225. in Albanus, mox *Equitatura* 2. et *Equitatus* 1.]

\* [Gallice *Droit de Chevauchée*: « Episcopum Parisiensem... ab omni exercitu et Equitatione absolvimus penitus et quitamus. (Cart. N. D. Paris. I. 59, an. 1200.) »]

† 2. **EQUITATIO**, Idem quod mox *Equitatura*. Jura Pontis Avenion. inter Acta SS. April. tom. 2. pag. 261: *Ut de singulis Equitationibus II. denarios, de asino I. denarium... habeant.*

† 3. **EQUITATIO**, Equestris cursus. Ordinatum ann. 1296. in Reg. *Olim* parlam. Paris.: *Item quod durante guerra regis torneamenta, josta vel Equitationes non fiant.*

† **EQUITATOR**, Cui cura est equorum. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1360. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatum. Reg. pag. 479: *Concedimus eisdem (Judæis) quod nulli magistrorum hospiciostrorum nostrorum, Equitatorum, captores, forreri, aut alii officari nostri, etc.*

\* Nostris olim *Chevaucheur*, officium in stabulo regio. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 678: *Ad requestam Girardi de Longo campo Equitatoris nostri ad Avinionem litteras tunc ex parte nostra deferentis, etc.* Vide supra *Caballerius* in *Caballus*.

1. **EQUITATURA**, Equus seu animal quo quis vehitur; vulgo *Chevauchure*, *monture*. Pandulfus in *Vita Gelasii PP.*: *Abbas Cluniacensis adveniens... 30. ei Equitaturas preparavit.* Dynamius Patricius in *Vita B. Marii Abbatis Bodanensis* cap. 2: *In urbe Lugdunensi vice alia suas Equitaturas recuperavit.* Chronicon Reicherspergense pag. 275: *Exercitus et Equitaturæ nostræ ad nimiam erant devolutæ inediæ. Et pag. 282: Castrametati sunt juxta quamdam magnam aquam, ubi Equitaturæ nostræ bene gramine refectæ fuerunt.* Petrus Abaelardus in *Hist. de Calamit. suis* cap. 15: *Die quadam de nostra lapsus Equitatura, manus Domini vehementer collisit.* Adde S. Bernardum de *Vita et morib. Relig.* cap. 7. initio, et *Epist. 276.* Lucam Tudens. æra 1109. Concil. Parisiense ann. 1212. part. 3. can. 12. Guignonem in *Vita S. Hugonis Episcopi Gratianopolitani* n. 12. eundem in *Statut. Ordin. Cartusiensis* cap. 19. Rodericum Tolet. lib. 8. de *Reb. Hisp.* cap. 13. Hugonem Monachum *Epist. ad Pontium Abbat. Cluniac.* Petrum Vener. in *Statutis Ordin. Cluniac.* cap. 40. Joan. Sarisber. *Epist. 182. 285. 286.* Gotfridum *Vindoc. lib. 3. Epist. 16.* Constitut. *Sicul. lib. 3. tit. 38. § 4.* Innoc. III. *PP. lib. 1. Epist. 14. lib. 15. Epist. 4.* Gesta ejusdem *PP. pag. 116. 193.* Willelmum *Neubrig. lib. 3. cap. 23.* Stephanum *Tornac. Epist. 224.* Egit. *Molineti, Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 49. 70.* Matth. *Westmonast. pag. 217.* Will. *Malmesbur. pag. 221.* Concilium *Ravennense* ann. 1317. cap. 11. *Miracula S. Eutropii Episc. Santon. num. 29. etc.* \* [« *Suis Cardinalibus ipsum in suis Equitaturis sequentibus.* (Diar. Burchard. ed. Thuasne, II, 181. ann. 1494.) »] Est etiam

2. **EQUITATURA**, Idem quod *Chevalcheia*, *Exercitus*. *Speculum Saxon. lib. 2. art. 11: Reus etiam ab ostagio seu Equitatura tunc liberatur.* [Jacob. Episcop. *Accon. Epist. ad Honorium III. Papam, de Gestis in Terra S. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 287: Sed sciatas quod plures ex nostris in eadem amissi sunt Equitatura, quam capti ab alienis.* Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1360. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatum. pag. 478: *Ipsos ab omnibus impositionibus, subsidiis, maletoltis, gabellis*

*et subventionibus, exercitu, Equitaturis, villarum et fortaliciozum custodiis.... quitto ramanere volumus. Vide Hostis.]*

\* 3. **EQUITATURA**, Equus citellarius, jumentum sarcinale. Inventar. MS. ann. 1366: *Item servire Romanæ ecclesiæ infra Italiam de centum equitibus decenter armatis cum uno equo ad arma, et duabus Equitaturis ad minus per quemlibet et v. c. peditibus. Vide Sagmarius in Sagma.*

\* 4. **EQUITATURA**, Equestris dignitas. Acta S. Franc. de Paula tom. 1. Apr. pag. 156. col. 1: *Postmodum ad conventum fratrum Minorum prope Turones accessit (Gregorius de Vico) et spretis ac relicti mundo, Equitatura et omnibus quæ habebat, habitum dicti ordinis ibidem suscepit. Vide supra Equita.*

\* 1. **EQUITATUS**, Exercitium, servitium militare. Charta Nic. abb. S. Joan. Laudun. ann. 1196. ex *Tabul. ejusd. monast.: Homines ipsius pacis talem nobis Equitatum persolvent, quod in die proprio negotii ecclesiæ nostræ propriis sumptibus cum armis venient, ita quod ad villas suas die secunda redire poterunt. Vide in Hostis.*

\* 2. **EQUITATUS**, adject. Equo instructus. Mandat. senesc. *Bellicad. ann. 1489: inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 50. col. 1: Adeo quod ipsi... subjecti ad ipsum bannum et retrobannum, essent prompti et parati ad arma, Equitati et armati decenti modo, prout tenentur.*

**EQUITARIUS**, Qui Equitiorum curam gerit, Armenti custos. Gloss. S. Bened. cap. de *Agricultura: Equitarius, ἵπποκόπος.* Firmicus refert *Equitarium* futurum, qui natus fuit oriente Centauro, lib. 3. cap. 18. Est autem **EQUITIUM**, Equorum armentum apud *Ulplanum: συνιπτία, seu ἀγέλη ἵππων* in *Gloss. Gr. Lat. Vide Scaligerum ad lib. 5. Manilii, et Leges Forestarum Scotiacum* cap. 8. § 1.

\* **EQUITIBALE**, *Gall. Jambes.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex *Cod. reg. 4120.*

\* **EQUITINA**, Equitum turma, *Gall. Compagnie de cavalerie.* Charta ann. 1356. inter *Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 183. col. 2: Obtulerunt illi missi pro universitate Nemausensi liberaliter et graciose... de quinque milibus numerorum de glavis equitum de facto bene minorum duarum Equitinarum, et de mille servientibus armatis equitibus.*

† **EQUITIO**, Equus quo quis vehitur. *Sebast. Fanton. tom. 2. Hist. Avenion. pag. 83. in Charta Consulium Avenion. ann. 1195: Concessimus ut de singulis Equitionibus duos denar. de asino unum den. de currello quatuor den. de singulis peditibus singulos obulos, etc.* Supra legitur *Equitatio.* Vide *Equitatura* 1.

\* **EQUITISSA**, *Chevaucheresse*, in *Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.* Vide supra *Equitator.*

\* **EQUITIUM**, f. Equorum stabulum, vel grex. Vide supra *Equaria.* Charta ann. 1200. apud *Berner. inter Probat. Hist. Bles. pag. 4: Adelicia Blesensis comitissa ibidem Equitia fecit.* Vide alia notione in *Equitariis.* [Eadem omnino notione. *Custodes Equicium Regis, memorantur in Abbr. Rotul. tom. 1. pag. 234. b. Suthr. rot. 10. et pag. 273. b. Essex. rot. 12. et tom. 2. pag. 53. b. 71. b. 97. b. etc. Equi, jumenta et Equitia, pag. 257. b. Ebor. rot. 5. Custodia equorum, jumentorum, pullanorum et Equicii, ibid. pag. 211. b. Ebor. rot. 23. Equos, equas, et pullanos de Equitio Dom. Reg. Oxon. rot. 11. pag. 131.]*

\* **EQUITRACTIO**, Supplicii genus, cum

quis ad caudam equi alligatus per urbem trahitur. Chron. *Claustro-Neoburg.* ad ann. 1227. apud *Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 481: Alium equo ad caudam ligatum et confuse per civitatem tractum rotatur* (i. rotavit)... quorum unus... civis *Winnensis Equitractionem et postea rotationem pertulit.*

\* **EQUITURA**, Equus vel animal quo quis vehitur. *Gualter. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Angl. ad ann. 1300. pag. 189: Habebat enim secum episcopum jubileum, qui ab ejus episcopatu per Sarasenos expulsus morabatur cum eo, cum Equituris sex.* Vide *Equitatura* 1.

\* **EQUIVALERE**. [Parificari, conferri, assimilari. *DIEF.*]

† **EQUONOMUS**, *Papiae, Ministerialis, vel qui modo Advocatus dicitur. Leg. Oeconomus.*

**EQUORABILITER**, [Navigio, Navigando.] Vide *Aguorare.*

† **EQUOTUS**, *Privatus.* Gloss. *Isid. Excerpta Pith. Privatus vita.* Grævius putat legendum *Evitatus*, quod est *Vita privatus* *Papiae. Vide Evitatus.*

**EQUULEUS**, Patibulum, furca cui decollatorum Martyrum cadavera affigebant. S. *Eulogius lib. 3. Memorial. SS. cap. 8. de Martyre decollata: Nec mora consternatis corruens membris, Equuleo deorsum versa suspenditur.* Cap. 10: *Nec mora ut erat lineis indutum cadaver sporta immissum alveo projici Principes mandaverunt, nec sicut cetera occisorum cadavera, aut pro foribus neglexerunt, aut Equuleo suspenderunt.* Cap. 17: *Confestim exanime corpus cujusdam homicidæ patibulo... capite deorsum suspendi præcepit.* Ita passim *lib. 1.*

**EQUUS**, *EQUI ALBI*, ut olim triumphantium fuere, quod docent *Demsterus lib. 10. Antiquit. Romanorum, et alii Criticorum filii; ita et principium in solennibus in urbes ingressibus. Sugerius in Ludovico VI. pag. 318. de Innocentio PP.: Albo et palliato Equo insidentem educunt.* Adde pag. 290. Acta *Alexandri III. ann. 1177. de ejus ingressu in urbem Jaderinam: Itaque preparato sibi de Romano more albo Caballo, processionaliter duxerunt eum per mediam civitatem, etc.* Continuatur *Nangil de Ingressu Caroli IV. Imp. in urbem Lutetiam: Et fut mis sur un Cheval sur le destrier que le Roy lui avoit envoié à S. Denis, lequel estoit morel: et semblablement monta le Roy des Romains sur celui que le Roy lui avoit envoié, lequel estoit pareillement morel. Et apensement le Roi de France les leur donna de celui poil, qui est plus loin et opposite du blanc, pource qu'ès coutumes de l'Empire, les Empereurs ont accoustumé entrer es bonnes villes de leur Empire, et qui sont de leur Seigneurie, sur un Cheval Blanc: si ne vouloit pas le Roy que en son Royaume le fait ainsi, afin qu'il ne peut estre noté aucun signe de domination: et ce temps partit le Roy de son Palais, monté sur un grand Palefroy Blanc, richement ensellé tout aux armes de France, etc.* Vide *Hadrianum Valesium ad Berengeri Imper. Panegyricum* pag. 205. *Johannes VIII. PP. pro Ecclesia et Episcopo Ticinensi: Sancimus etiam Apostolica auctoritate, tuisque successoribus Crucem habere, et quocunque volueris ferre. Pallium quoque similiter concedimus, nec non Album Equum coopertum equitare in Ramis palmarum, et secunda feria post Pascha. Bulla alia Honorii III. ann. 1217. pro eodem Episcopo: Fraternalitatis siquidem tuæ inter sacra Missarum solennia pallio uti, et tam tibi quam successoribus tuis in pro-*



*cessione Palmarum, et feria secundæ post Pascha, Equum Album udone cooperum equitare, nec non et Crucem inter ambulandum præferre concedimus.* Adde Leonem Grammatic. pag. 470. Scylitzen pag. 682. Edit. Reg. Innocent. III. lib. I. Epist. pag. 36. Edit. Venet. Jacob. Cardinalem lib. I. de Coronat. Bonifacii VIII. cap. 9. [Vide Grimmii Antiquitat. Jur. Germ. pag. 255. sqq.]

[EQUUS, nude, pro Equo majore et cataphracto, quo utebantur potissimum in bellis et præliis. Libert. Dalphin. ann. 1349. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 89. art. 2. : *Si ex quo Barones, nobiles, vel alii mandati pro dictis cavalgatis, recesserint de eorum domibus, amiserint Equum, rossinum vel sommerium quemcumque, ipse dom. delphinus et successor ejusdem teneantur et debeant dictum Equum, rossinum seu sommerium emendare.* Interdum

\* EQUUS AD ARMA dictus: *Chevaux d'armes*, in Libert. Villæ-novæ Ruthen. ann. 1368. tom. 5. earumd. Ordin. pag. 306. art. 7. Inquisit. ann. 1270. in Access. ad Hist. Cassin. monast. part. 1. pag. 318. col. 2. : *Si contingat infra dictos quindecim dies dictum Equum ad Arma mori, periculum et casus ipsius equi erit dictæ universitatis.* *Equus conveniens armis*, in Ch. ann. 1116. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 58. *Equi de armis*, in alia ann. 1281. ibid. col. 79. [Vide *Equus armiger*, in alia ann. 1252. ibid. tom. 2. col. 485.]

\* EQUUS AMBULATORIUS, Tolutarius, Gall. *Qui va l'amble*. Charta ann. 1097. ex Tabul. S. Pet. Carnot. : *Accepto a nobis quoddam ambulatorio Equo centum solidos appretiati, etc.* Dipl. Caroli III. imper. ann. 880. tom. 5. Corp. Diplom. : *Duo equi, unus currens, alter Ambulans, etc.*

EQUI APPRETIATI, dicebantur Equi militares vassallorum qui ad Regum aut Principum *submunitiones* in castra proficiscerentur. Eorum enim, priusquam ad bella aut prælia sese accingerent, equi aestimabantur, ut si in bellis ac præliis interfici, perire, vel mori contingeret, eorum pretium dominis a Rege aut Principe restitueretur, seu, ut tum loquebantur, *restauraretur*. Vetus Charta apud Seldenum de Titulis honorariis 2. part. cap. 5. § 39. : *Dominio Joanni de Segrave Bannereto pro vadis suis, Domini Jo. de S. Joanne Bannereti, II. Militum Jo. de Scutiferorum suorum, a i. die Octob. quo die Equi sui fuerunt Appretiati, usque ad tertium diem ejusdem mensis, utroque computato per tres dies, cuiuslibet Bannereto 4. solidos, cuiuslibet Militii 2. solidos, et cuiuslibet Scutiferorum suorum per diem 12. denar.* Duplici porro pretio aestimabantur ejusmodi equi militares, majori ac minori : ita ut Scutiferis, qui equis majoris pretii veherentur, majus daretur stipendium, minus qui minoris. Ut plurimum vero majus eorum pretium 25. librarum erat, licet pluri valeret. Hæc universim discere est ex Computis *Thesaurariorum guerrarum Regis*, asservatis in Camera Computorum Paris. ex quibus ad hæc firmanda sequentia descripsimus. Ex Computo Bartholomæi *du Drach*, ann. 1338. : *Despense : Pour Chevalier Banneret 20. s. tourn. par jour, pour Chevalier Bachelier 10. s. pour Escuier monté au pris 6. s. 6. den. pour Escuier monté au moins de pris 5. s. pour Gentilhomme a pié 2. s. tourn. pour Sergent a pié 12. den. et pour Arbalestrier 15. den. tourn.* Computum Joan. *du Cange* ann. 1840 : *On*

*compte par jour aus Chevaliers a Bannerie 30. s. t. aus Chevaliers Bacheliers 15. s. t. à Escuier monté sur cheval de 25. livres et au dessus, 7. s. 6. d. à Escuier monté sur cheval du pris dessous 25. livres, 5. s. t. et à chascun Sergent de pié 2. s. t. Denique Computum ejusdem Barthol. *du Drach* ann. 1350. : *Len a compte par jour pour Chevalier Banneret 30. s. t. pour Chevalier Bachelier 15. s. t. pour Escuier monté au pris, 7. s. 6. d. t. pour Escuier monté à non pris 5. s. t. pour Archer à cheval, 4. s. t. pour Archer et Arbalestrier à pié 3. s. t. pour Sergent à cheval 2. s. t. et pour homme d'armes à pié 4. s. t. Et mox : *Compte fait aux gens d'armes. Monseig. Gui de Neelle, Sire de Mello, Mareschall de France, Capitaine dessus nommé, pour les gaiges de lui Banneret, I. Chevalier Bachelier et 26. Escuiers montez au pris, etc.* Ex præallatis igitur colligitur bifariam censitos equos militares, eosque qui majoris censebantur pretii, *Chevaux de pris*, appellatos : quæ etiamnum loquendi ratio obtinet. Le Roman *de Roncevaux* MS. :**

Et sui monté el bon Cheval de pris.

Le Roman *de Gaydon* MS. :

Un Chevalier sor un Destrier de pris.

Le Roman *de Garin* MS. :

En Destre meinent les Auferrans de pris.

Infra :

Girbert se sist sor le Cheval de pris.

Le Roman *de Girard de Vienne* MS. :

S'or me donnez ce bon Destrer de pris.

[Vide *Emendare equum.*]

† EQUUS ARABICUS. Le Roman *d'Athis* MS. :

Chevaux d'Espagne et Arabis.

[Vide *Farius* et Glossar. med. Græcit. in *Φάρμακ.* col. 1665.]

EQUUS ARMATUS, Præstationis species. Charta ann. 1306. in 9. Regesto Philippi Pulcri Ch. 14. ex Tabul. Regio : *Exceptis 30. solidis censuibus, quos Faciunt Domino Regi quidam nobiles dicti loci pro Equo armato, etc.*

\* EQUUS BRADUS, pro *Badius*, ni fallor, Color equi. Vide supra *Bradus*.

EQUI CANONICI MILITARES, Qui ex canone seu in canonem ad militares usus præstabantur, in leg. 3. Cod. Th. de Equorum conlat. (11. 17.) Adde tit. Qui a conlatione tironum vel equor. excus. tit. de Stratoribus, tit. de Oblat. equor. eodem Cod. et Just. Vide præterea quæ ex Frothario Tullensi Epist. 21. de equis adnotamus, qui in canonem, seu in *donum* Regibus nostris ab omnibus dari solebant, in Dissert. 4. ad Joinvillam pag. 154. 155. quibus adde S. Basilium Epist. 423. Capitulare 3. Caroli M. ann. 808. in Addit. cap. 2. Capit. 5. ejusdem ann. cap. 20. et Constantin. de Adm. Imp. cap. 50. 51.

† EQUUS CAPITOSUS. Vide *Equus indomitus*.

EQUI CATAPHRACTI, COOPERTI. Vide infra *Equus vestitus*.

\* EQUUS CRUCITANS vel CRUCITANS. Chart. ann. 1335. ap. Guden. in Cod. Diplom. tom. 2. pag. 1065. : *Dextrarium meum cum Equo meo Crucitante.* An Tolutarius? Vide *Crucitans*.

EQUI CURATORICI, in leg. 29. Cod. Th. de Annona et tribut. (11. 1.) qui *curatorio nomine flagitantur*, in leg. 2. eodem Cod. de Equor. conlat. (11. 17.) ii forte quibus *Curatores* in provinciis ad

peragenda negotia utebantur, quique iis a provincialibus subministrabantur. Vide *Conjecturas Jacobi Gotofredi*.

† EQUUS CURSORIUS *Abbat. de Gimonte*, in Charta anni 1351. ex Regesto 80. Charthophylacii Regii. Nostris *Coursier*, Bellator equus. Vide *Cursor Equus* in *Cursor* 6.

EQUI DETRUNCATI. Concilium Calchutense ann. 787. cap. 19. : *Equos vestros turpi consuetudine Detruncatis, nares funditis, aures capulatis, verum etiam et surdas redditus, caudas amputatis : et quia illos illæsos habere potestis, hoc nolentes cunctis odibiles redditus.*

\* EQUUS DIMIDIUS, *Mulus*, in chart. ann. 1336. in Alsat. Diplom. num. 966. Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 255.

EQUUS DOMITUS, vel EQUITATUS, in Legibus Malcolmi II. Regis Scotiæ cap. 3. § 4. et in Legibus Forestarum Scotiæ cap. 8. § 2.

† EQUUS EMISSARIUS. Vide *Emissarius*.

† EQUI FRISII, quos a Frisio aliquo inventore dictos conjicit Carolus de Aquino in Lexico militari, Trabes sunt, ut exponit idem Auctor, ad figuram exagonam dedolata, ex quibus clavi prominent, ad hostium ac præsertim eorum incessum infestandum et remorandum. Equos dici existimat, vel quod hostium equos infestant, vel quoniam similes sunt trabibus, quæ domorum fastigia suffulcunt, et a Latinis quidem *Cantherii*, a Gall. *Cheurons*, ab Italis dicuntur *Cavalli*. Horum formam exhibet *Mollet* in *Agonibus Martis*.

EQUI HERMOGENIANI, olim in pretio, a quodam *Hermogene*, a quo forte distrahebantur, aut curabantur, dicti *Hermogenis Equi*, in leg. 1. Cod. Th. de Equis curulibus (15. 20.) ; *Hermogeniani* vero in leg. 1. eodem Cod. de Grege dom. (10. 6.) ubi Gotofredus.

EQUUS INDOMITUS et CAPITOSUS, cui opponitur *Equus domitus*, in Quoniam Attachiam. cap. 48. § 10. 11.

\* EQUI MAGNI, Qui a grege separati in æquilibrium custodiebantur, in Abbr. Rot. tom. 2. pag. 218. Lond. rot. 20. Vide *Equus Domitus*.

† EQUUS PALLIATUS. Vide *Equus vestitus*.

EQUI PALMATI, PALMATII, Equi Cappadoces, olim in pretio, a quodam *Palmatio* Cappadoce ejusmodi equorum curatore et nutritore, qui *Andavilli* oppido prope Tyanam habitabat, dicti, ut habet Itinerarium Hierosolymitanum, seu Burdegallense. Vide Gloss. Basilic. in *Παλματιος*. De his copiose egit Jacobus Gotofred. ad leg. 1. Cod. Th. de Grege dominico (10. 6.). Joannes de Janna *Palmatos* equos, *spadiceos* interpretatur, seu fulvi et rubicundi coloris, sicut est palma, vel quod palmæ figuram in cruribus habent. In veteri Inscript. apud Sponium tom. 3. Itiner. pag. 24. ubi varia Equorum nomina describuntur. : PALMAT. AF. 11. S. Basilium Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, de divitum equis : Ἴπποι παραλθεῖς καὶ οὗτοι γεναλογοῦμενοι ἀπὸ εὐγενείας πατέρων, ὡσπερ οἱ ἄνθρωποι. Vide Eustath. Swartium lib. 3. *Analector*. cap. 7.

† EQUUS PHALERATUS. Vide *Equus vestitus*.

\* EQUUS PILI BAY SCURI. Charta ann. 1319. ex Tabul. dom. de Vencia : *Cujus Raymundi Latili garcio... equitabat unum roncium pili bay scuri.* Id est, obscuri, vulgo *Bay brun*.

EQUUS SERVITI. Tabular. Vindocinense fol. 246. : *Cæteram terram Girardus Abbas dedit Guiscelino, et concessit*

in feodo habendam Servitio unius Caballi annuatim, ad summonitionem domini Abbatis, vel ipsius vicarii reddendi. Fol. 275 : In molendino Cortorii habemus unum Equum Servitii, et 2. den. censuales. Tabular. Absiense fol. 5 : Finit et concessit placitum quod in ea habebat, et Equum de Servitio, et omne servitium excepta decima blaiorum, etc. Alibi : Et concesserunt se eam garire et defendere de Equo, de placito, et omnibus Servitiis. Rursum : Quinque solidos quos in terra Garnerii Audebert pro Equo de Servitio mihi retinueram. Hinc Cheval de service, in Consuetudine Andegav. art. 177. Castellanovi art. 11. 21. Perticensi art. 76. Drocensi art. 12. Dunensi art. 24. etc. Vide Runcinus.

EQUUS AD STALLUM, Admissarius, in Legib. Wisigoth. lib. 8. § 4. unde nostri Estalon. Vide Stalonus.

\* EQUUS STELLATUS, Stella in fronte signatus. Tabul. collegii. S. Martialis. Tolos. ex Cod. reg. 4223. fol. 82. r. : Dicitur Guillelmus cum bayardo, modicum stellato, etc. Monstra ann. 1339. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 182 : D. Arnaldus de Yspania miles et baro cum Equo bayardo claro, stellato in longitudine frontis, æstimato cl. libras Turron.

† EQUUS STRATUS. Vide mox Equus vestitus.

\* EQUI VASCONES. Vide infra Gasconenses.

EQUUS VESTITUS, Sago instructus, apud Arnoldum Lubecens. lib. 2. cap. 4. M. Justinus Lippiensis in Lippiflorio pag. 187 :

Tyro noster adest equitum pulcro comitatu,  
Quos ornant phalera, splendida vestis Equi.

Palliatas apud Sugerum in Ludovico VI. pag. 318. Equus phaleratus, non semel in Annalibus Colmariensib. S. Basiliius Homil. πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, de Equis : Τάπητις ἀλουργοὶ κοσμοῦντες τοὺς ἴππους ὡς περ νομάρχους. Apud Constantin. de Adm. Imp. cap. 51. extr. : Ἰππάρια ἐστρωμένα καὶ γαλινωμένα. Equus cooperatus, apud Albertum Argent. pag. 131. Equus stratus. Anselmus Episcopus Havelbergensis lib. 3. Dialog. cap. 12 : Isti ingressi urbem cum magna honorificentia suscepti die Dominico, advocati sunt in processione ad sanctam Dei Genitricem ad Blachernas in tanto honore, ut etiam de Palatio Caballos stratos eis dirigeret cum obsequio Pietas Imperialis, ut sic eos susciperet. Equi cooperati, seu bellici, vel quibus in bellis utebantur. Charta Edwardi I. Reg. Angl. apud Guillelmum Prynneum in Libertat. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 787 : Fecit nobis servitium suum... cum Equo cooperato, etc. Joan. Britton in Legibus Angliæ cap. 53 : Tantost soit enquis queux fuerent à la disseisine à baner despleyé, ou à Chevaux couverts, ou autre force d'armes. Cheval couvert et ensellé, apud Willhardinum n. 83. Rotulus Cameræ Computorum Paris. cui titulus Compte du voyage de Gascoigne qui fu l'an. 1294. et 1295 : Pour les gages M. Bertran Massole retenu aus gages accoutumés pour luy et 2. Escuiers, etc. Et estoit luy et autre à Chevaux couverts, et un autre sans Cheval couvert. Infra : Pour 11. Escuiers à Chevaux couverts à chacun 7. sols. 6. d. par jour, et pour deux qui n'ont pas Chevaux couverts, à chacun 5. sols. Hos sic describit Chronicon Colmariense ann. 1298. ubi de Dextrariis : Hi equi Cooperati fuerunt Cooperatoris ferrets, id est, veste ex circulis ferreis contexta. Sic

etiam describuntur ejusmodi equi vestiti ab Hemricurtio lib. de Bellis Leodiensibus cap. 41 : A cely temps des verres, et encor par l'espasse de dix ans apres les pais faites, tos Chevaliers et Escuiers d'honneur soy kebatoint sor destriers, ou sor corsiers de tel bonteit, qu'il soy pawissent sus asseguereir, et estoient for hautes selles de tournoy sans stoitir, tos Couviers de couvertures overées d'œuvres de brosdure de leurs blazons armoitez et estoient armiez de plates de bons harnas de menut fer, et hiet sor les plattes bons riches wardecors d'armes armoiez de leurs blazons, et avoit cascon un heaume sur son bachinet à on timbre bin jolite, et plusieurs Saingnors Chevaliers et atres y avoit, qui al desos de lor couvertures avoient lors destriers armeis de couvertures de menues mailhes de fier por la dotanche de leurs chevas. Philippus Mouskes in Hist. Francor. MS. :

Ses Couvais fu de fier Couviers,  
Par desuro et un cendal piers,  
A nouns d'or les armes le Roi  
De France, et s'ot tout le corol.

Vide Notas nostras a Villharduinum, [22] Glossar. med. Græcit. in Σρῶσια, col. 1468. et Σρῶσιον, col. 1493. et supra in Dextrarius.]

Equos ejusmodi vestitos in Nobilium funeribus offerri solitos, docet vetus Ceremoniale Gallicum. Vide Heriotum.

EQUUM ET ARMA PATRUM senioribus suis dare tenebantur majorum Valvasorum filii, qui in eorum beneficia succedebant, ut est in Constitutione Conradi et Henrici II. Imp. lib. 3. Legis Longob. tit. 8. § 4. et lib. 3. Feudor. Vide Heriotum.

† 1. ERA pro Aira, Area, seu Ager vel locus inculcus, Gall. Aire. Chartarium Ecclesiæ Auxitanæ cap. 108 : De alia Era. Duæ Era fuerunt, ambæ erant et adhuc sunt francadas S. Mariae, ita tamen quod si Cellarius habeat clamorem de eis, quinque solidos habet pro lege de una Era. Donatio Borelli Comitis Barchin. ann. 964. in Appendice Marçæ Hispan. col. 884 : Faciant ad jam dictam Ecclesiam... jornals novem ad ipsas vineas, et jornals duos ad messes colligendas, et jornals duos ad ipsa Era ; id est, locum sive tectum sive apertum, ubi frumentum teritur. Charta Philippi Aug. Fr. Regis ann. 1211. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1100 : Ab Era S. Venantii usque ad cuneum muri per viam pratorum S. Juliani, et a cuneo muri usque ad Ligerim, totum est de eleemosyna Regum Franciæ. Ut Area quandoque, sic Era pro Cæmeterio posset accipi hoc in posteriori loco. Vide Area.

† 2. ERA. Pecuniarum subsidium ab Æs, æris. Littera Regis Aragon. Edwardo I. Angl. Regi, apud Rymer. tom. 2. pag. 461 : Per loca terræ nostræ, ad defensionem ejusdem, adjutorium sive Era colligitur et præstatur ; unde fit armata, cum qua poterimus, etc. Gloss. Lat. Gall. Sangern. MSS. : Era, Ere, Decime, monnoie.

† 3. ERA. Supputatio, numerus, sectio capitibus, etc. de quo supra in Era 1. Almoius in Vita S. Abbonis Abb. Floriac. cap. 11 : Sed et idem venerabilis Abbo... scribens, quid capitula, Eræ, sive adnotata, quæ in Evangeliiis habentur, inter se discrepent, etc.

4. ERA. [Initium aliquod fixum, unde anni numerantur.] Vide Era 2.

\* ERABAMUS pro Erasmus, Ital. Eravamo, in Chron. Salernitano cap. 117.

ap. Pertz. Scriptor. tom. 3. pag. 531. lin. 42.

\* ERACIUM, [Cista in qua excutitur farina. DIEF.]

† ERADICARE, Expellere, quasi radicitus avellere. Ottonobonus Scriba lib. 3. Annal. Genuens. ad ann. 1196 : At quum videret se eos minime posse de campo et castris Eradicare, et nihil proficere posse... retraxit se cum militia sua et fortia.

ERADICARIUS, Radicitus avulsus. Faustus Regiensis Serm. ad Monachos : Quid gravius, quando subito, tanquam aliquis repentinus Eradicarius de loco ad quem te Dominus vocaverat, ... oblivisci loci illius, in quo primum et dulcissimum immutationis habitum et nomen secularis exueris.

† ERADICATIO, Exstirpatio non semel in Bibliis sacris ; interitus, cædes, Tertulliano de Resurr. carnis cap. 27 : Post Antichristi Eradicationem agitabitur resurrectio. Juramentum fidelitatis Ordinum regni Daciæ Christierno Regi ann. 1523. apud Ludewig. tom. 5. pag. 322 : Postremoque cum effusione sanguinis nostri, etiam Eradicatione floris Danice Nobilitatis... victoriam adversus prædictum regnum obtinuimus.

\* ERADICITUS, [Vim majorem videtur habere, quam radicitus. Plaut. Most. 5. 1. 62. Malefacta reperire non radicitus quidem, verum etiam Eradicitus.]

† ERAMEN, pro Eramen, Opus ære confectum. Vide in Eramentum.

\* ERAMENTIUS, [Ære confectus : « Concas in Eramentis. (Thes. eccl. Clarom. mus. arch. dep. 40, an. 980. »)]

\* 1. ERAMENTUM, pro Eramentum, Opus ex ære confectum. Glossar. Lat. Ital. Ms. : Eramentum, lo instrumento de metallo.

\* 2. ERAMENTUM, Enrieulement, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* ERANARII, Qui stiptem accipiebant. Alii scribunt Arenarii. Vide in hac voce et Glossar. med. Græcit. in Ἐρανάρια, col. 432. et Append. col. 74.

ERANEM EQUUM vulgus vocat, quod in modum ærei sit coloris. Papias. [22] Ex Isidori Orig. lib. 12. cap. 1. sect. 53.]

\* ERANGO, Piscis genus. Tract. de Piscibus ex Cod. reg. 6898. C. cap. 49 : Aquila secunda pastinacæ species est, quæ dicitur a Genuensibus rospo, id est bufo et pesce ratto, a nonnullis ratepade, ab Aquitanis tarefranke, ab aliis falco, ab aliis Erango et ferraza. Latera veluti alæ expansæ magis in angulum desinunt quam in priore (pastinaca) ; a quibus ratepade, id est vespertilio, nuncupatur.

† ERANUM, Moneta minor ex ære apud Siculos in usu. Vide locum in Cantarium.

\* ERARE, Ducere nostris olim Errer, eadem acceptione. Vide Erraticus. Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. monast. part. 1. pag. 388. col. 1 : Macellarii tenentur ire per contratas Erando bestias, et ipsas macellare ad expensas curiæ. Sed et Errer, pro Iter facere, ambulare ; unde Erre, Iter et quiddam itineri necessarium est, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 177 : Si apparelierent leur Erre sanz le conseil dou commun et dou roy... Li conte venoient et Erroient par nuit. Froissart. vol. 1. cap. 9 : Cependant la roine Ysabel fist appareillier son Erre et ses besongnes. Guill. Guiart. :

Parmi les grans chemins pleniens,  
Rissi pour aler en cele Erre,  
Le comte de Blois de sa terre.

Le Roman de Rou ad calcem Joinvill. edit. reg. in Glossar, *Le jour dormoit, la nuit Erroit*. Inde *Desarer*, pro *Aller ça et la*, errare, in Vitis Patrum Mss. :

Un jor se mist à Desarer,  
Et lais le rivage à aler.

Hinc etiam *Eerier*, pro Viator, apud Guignevill. in Peregr. hum. gen. Ms. :

De che certes ont grant mestier  
Tout pelerin et tout Eerier,  
Qui passent par icelle terre :  
Car on y est toujours en guerre

*Esver*, pro *Derrer*, apud eumd. Vide infra *Esarpa*.

† **ERATOR**, *Debitor, reus, obligatus*. Glossar. Sangerman. n. 501. Scribe et vide *Erator*.

\* **ERAVENENDERA**, vox corrupta videtur, f. pro *Cravenendera*, aut quid simile ; quæ tamen idem sonat, ut opinor, quod *Incantator*, præco publicus. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 663. art. 13 : *Ipsi- que consules instituere poterunt corretarios, prozonetas, Eravenenderas et incantatores quos et quot volunt et volent, et distituere eosdem*. [\*\* F. ab Arrhabo formata vox.]

† **ERBAGIUM**, Jus herbarum succiden- darum. *De pasnagio et de Erbagio*, in Tabulario S. Sergii Andegav. Vide *Herbagium*.

\* Vel pascendarum. Charta Gaufr. vicecom. Castridun. ex Chartul. B. Magdal. ejusd. loci : *Erbagium propriis animalibus, et pasnagium porcis, etc.*

† **ERBALDUS**, Germanice, Vir audax. Walafridus Strabo in Visione Wetini num. 4 :

Dicitur Erbaldus, verso sermone Vir audax.

† **ERBAND**, vel *Erbannum*, Exercitus *herbanno* seu citatione aut submonitione subditorum coactus. Vide *Erbannum* post *Herbannum*.

\* **ERBAROLUS**. Vide *Herbarolus*. [FR.]  
† **ERBATICUM**, Idem quod *Erbagium*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 21. v. col. 1 : *Incol. S. Germani... ad tertium annum propter Erbaticum germa 1*. Vide in *Herbagium*.

† **ERBEJARE**, Herbas depascere. Statuta Massil. lib. 5. cap. 19. § 5 : *Item quicumque Erbejara in aliena, seu alienis vineis, vel in alieno devesno, vel in alieno prato, vel de venduda solvat pro banno XII. den. et de nocte v. sol*. Vide *Herbjare*.

† **ERBERGAMENTUM**, Lobinello in Glossario ad calcem Hist. Britan. Domus. Gall. *Herbergement*. Vide *Hereberga*.

\* **ERBERJAGIUM**, Jus gisti ac procurationis, seu divertendi in domum vassalli et in ea hospitandi ; vel præstatio pecuniaria pro ejusdem redemptione. Charta ann. 1190. ex Tabul. Nivern. : *Publici professi sunt* (Willelmus comes Nivern. et filius ejus) *se nullum penitus gistium vel Erberjagium in locis sancti Cyrici habuisse*. Vide in *Hereberga*.

\* **ERCHIA**, Candelabrum ecclesiasticum in modum *ocæ* seu trigoni confectum, nostris *Herce*. Ordin. Ms. S. Pet. Insul. ann. circ. 1400 : *Feria v. (hebdomadæ sanctæ) ad matutinum circa horam quintam vespertinam accenduntur viginti septem cerei super Erchiam positam super altare B. Mariæ in choro, qui per singulos psalmos in nocturnis et per singulas antiphonas, et ad 3. 6. et 9. responsoria, et antiphonas in Laudibus extinguntur ; ultimus vero cereus extingui-*

tur cum incipitur antiphona ad Benedictus. Vide *Herca 2*.

† **ERCIARE**, Occare, Gall. *Hercer*. Chartular. SS. Trin. Cadom. fol. 20. v. : *In Oistrehan habemus XXIX. vilanos plenarios... acram terræ arant per annum... et Ericiant et seminant de semine nostro*. Vide *Erptia*.

† **ERCIATURA**, Occatio, Gall. *Hersage*. Legitur in eod. Chartulario fol. 61.

\* **ERCINIA**, *La roseza de rame*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **ERCTUM**, Hæreditas, patrimonium. Vide *Herctum*.

† **ERCULINUS**, Sciurus, Gall. *Ecureuil*. Paulus Venetus lib. 3. cap. 48 : *Varia producens animalia, ut sunt Rhondes, Armelini, Erculini varii, Vulpes nigre, etc.*

\* **ERECLITARIA**, *ERECLITRA*. Charta S. Bern. abb. Clareval. ann. 1145. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 46. col. 1. quæ etiam exstat inter Epist. ejusd. num. 426. col. 375. edit. 1690 : *De illis qui pisces vendunt, comes habet quatuor Ereclitarias in quibus episcopus nihil accipit... Similiter in aliis victualibus faciant. Ereclitram habet episcopus in omnibus victualibus quadraginta diebus la*. Ubi legendum puto *Credentiarum* et *Credentiam*. Vide *Credentia 6*.

\* **ERECTIO**, Suspendium, ut videtur. Charta Pipini reg. Aquitan. pro monast. S. Florent. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 264 : *Si vero in eadem immunitate reus repertus fuerit vel ductus, a nemine distringatur nisi a jam dicti loci mandatorio ; nisi forte exinde ipsius latronis fuerit Erectio* [\*\* f. *Ereptio* vel *Eruptio*. Vide *Ereptio*].

\* **EREGIA**, Prov. *Hæresis. Erega*, Prov. *hæreticus*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Italis *Eresia*, eadem notione. Vide infra *Herugia*.

\* **EREMANNI**, Idem qui *Herimanni*. Vide infra in hac voce.

† **EREMIA**, ut *Eremus*.

† **EREMIGOLA**, vide *Eremita* S. Hieronymo.

† **EREMIPETA**, Qui petit eremum Tertulliano.

**EREMITÆ**, Monachi qui vitam solitariam in eremis agunt, quorum vita est *devitare sæculi tumultus, et permanere in cellulis suis, quatenus vacent orationi et silentio*, aiebat S. Stephanus Fundator Ordinis Grandimontensis, apud Geraldum in ejus Vita cap. 3. Philoni, οἱ ἐρημίται ; Chrysostomo, οἱ ταχῶν ἔξω ποιοῦνται διατριβὰς ἐν κήποις, ἢ μοναγίροις, ἐρημίαν διώκοντες ; eidem, ἐρημοπολίται. Nazianzeno, οἱ τῆ ἐρημίας ἐνδιατρώμενοι, οἱ τὴν ἐρημίαν κατελήφοτες, οἱ τῆς ἐρήμου πολιταί. Vide *Anachoretæ*.

**EREMITÆ**, pro quibusvis Monachis, in Charta Hispanica æræ 1016. apud Antonium de Yopez in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 445.

**EREMITORIUM**, Habitaculum Eremitæ, *Eremitage*. Robertus de Chorcon Cardinalis in Tract. de Pœnitentia quæst. 1. cap. 99 : *Sed esto quod nullum inveniat claustrum, nisi tali rapina infectum, vel aliquod Eremitorium, nisi latronibus obsitum*. *Eremitorium Fratrum Minorum*, apud Albertum Stadensem ann. 1244. H. Knighton lib. 5 : *Eremitorium in bosco D. Ducis petiit, ibique domum hanc aliquanto tempore coluit*. Occurrit præterea in Vita Endei Abbatis Araniensis n. 7. 21. apud Innocentium III. PP. lib. 13. Epist. 61. et in Monastico Anglic. tom. 3. pag. 18. 50. Adde Luithrandi Pseudochron. pag. 309.

**EREMITA**, Cui competit ejusmodi

cella, qui ei deservit, apud Gul. Prynneum in Libert. Eccles. Anglic. tom. 3. pag. 1250 : *Robertus Capellanus liberæ Capellæ Dom. nostri Regis juxta Knypelgat, et loci ejusdem Heremita, etc.*

**FRATRES EREMITORIORUM**, Religiosi Ordinis Fratrum Minorum, qui loca deserta et solitaria, *Eremitoria* nuncupata, sub disciplina Fr. Pauli incolebant. Sed paulo post defecit hoc nomen, inquit Waddingus ann. 1375. n. 44. dum ab Eremitoriis ad occupanda etiam et reformanda majora Cœnobia Conventualium transierunt.

**EREMITAGIUM**, in Regesto Philippi August. Herouvalliano fol. 172. et lib. 2. Epist. Innoc. III. pag. 415. Edit. Venetæ, [necnon in Litteris Geraldii Episcopi Utic. ann. 1424. apud Stephano- tium tom. 2. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 495. Galli dicunt *Hermitage*].

† **EREMITALIS**, Spectans Eremitas, in iisd. Litteris Geraldii Episc.

† **EREMITANUS FRATER**, pro *Eremita*, tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 274. *Eremitanus Ordo Fratrum S. Augustini*, in Venditione anni 1410. Hos Augustinianos, alias discalceatos et intonsos, nunc autem a paucis annis calceatos et tonsos, etiamnum appellamus, *Les Hermites de S. Augustin*, Parisiis *Les Petits Peres*, ad distinctionem aliorum Ordinis S. Augustini Monachorum.

\* **EREMITÆ Ermoufles** deridendo a dæmonibus appellari videntur, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Mais quant tenons par les illiers  
Ces nonains, ces convers, ces moines,  
Ces chevaliers, et ces canoines,  
Ces papulars et ces Ermoufles,  
Assés les tient pires qu'escouffles.

**EREMUNCULA**, in Vita S. Domitiani.

1. **EREMITARE**, Vitam eremiticam ducere. Laurentius Leodiensis in Episcopus Virdunensis. pag. 327 : *Ibi Robertus venerabilis nostri Cœnobii Monachus cum duobus sociis primum Eremitavit, etc.* Utitur etiam Felix Gyrwensis in Vita S. Guthlaci num. 17.

2. **EREMITARE**, vel **HEREMITARE**, Vastare. Chronic. Gothor. seu Lusitan. era 904 : *Et maris littora Heremitavit atque destruxit*. Ibid. : *Conimbram ab inimicis possessam Heremitavit*.

**EREMITAS**, Vastatio, S. Eulogius in Documento Martyrii : *Proponunt vobis... Eremitatem Ecclesiarum, compeditionem Sacerdotum, dispersionem ministrorum*.

† **EREMITICA SILVA**, *Deserta*, tom. 4. Annal. Bened. pag. 712. col. 1. Vide *Eremus*.

† **EREMITORIUM**, Vide in *Eremitæ*.

† **EREMITTERE**, *Contra hostes e munitis pugnare*. Barthii Glossarium ex Raimundi Agilæi Hist. Palest.

† **EREMODICIUM**, Ἐρημοδικίον, Desertio causæ, quæ fit cum actor vel reus per absentiam suam defugit iudicium. Juxta Bleynianum Institut. lib. 4. pag. 489 : *Id inter contumaciam et Eremodicium est differentia, quod contumacia respectu rei, ad quem mandatum de comparando dirigitur, proprie dicitur : quemadmodum et Eremodicium respectu actoris, ut ita ad eum, per quem introducitur causa, magis referendum videatur. Vel, ut quidam volunt, et fortasse melius, Eremodicium contrahatur elapso a vera contumacia triennio. Juxta alteram doctrinam Gloss. in Dict. L. Etai sine §. fi. in verb. eremodicis. Ex eremodicio lis amittitur, non autem ex deserto vadimonio*.

\* Adde ex animadversionibus Fr. de *Mazaugues* : Hesychius ἐρήμον δίκην interpretatur μονομερῆ ἀγωγήν, id est, Ju-

dicium ex uno litigatore constans, cum reus, qui se non stetit in iudicio, condemnatur; quod in iure Romano non admittitur: nam *Eremodicium* ad rei et actoris absentiam refertur, ex Cujacio. Exstat hæc vox in L. 7. § 12. ff. de minorib. (4, 4.) ubi Gothofredus notat apud Gallos dici *Peremption d'instance*. *Heredimodicum* non semel legitur in L. 13. ff. iudicat. solv. (46, 7.) et in L. propeandum 13. § 3. et 4. Cod. de iudic. (3, 1.) ubi *Eremodicium ventilatur*. Vide Brisson. de Verb. jurid. significat. ad hanc vocem.

† **EREMUNCULA**. Vide *Eremitæ*.

† **EREMUS**, Incultus, *Erema terra*, inculta:

... Immunis, rastroque intacta, nec ullis  
Saucia vomeribus.

*Heremps*, in Consuetudine Solensi tit. 13. art. 1. 3. 4. *Terme Herme*, in Marchivensi art. 425. Burbonensi art. 331. Arvernensi cap. 28. art. 3. Gloss. Græc. Lat. Ἐρημος, *Deserta*. Lex 4. Cod. de Censib. lib. 11. tit. 49: *Omne territorium censeatur, quoties defectorum levamen exposcitur, ut sterilitas atque jejuna his, quæ culta vel opima sunt, compensentur*. Ubi Cujacius notat quosdam Cod. pro *jejuna* habere *Erema*, et Græcos hæc verba sic extulisse, τὰ ἔρημα μετὰ τῶν εὐθάλων συμψηφίζονται. Michaël del Molino in Repertorio fororum Aragon. in v. *Ganatum*: *Si illa hæreditas est Herema, et talis quæ non possit rigari nisi de celo, etc.* Præceptum Caroli M. pro Hispanis ann. 812: *Erema loca sibi ad laborandum porripserunt*. [Præceptum Ludovici Pii ann. 821. Marcæ Hisp. col. 767: *Cellulas quas ipsi ab Eremo construxerunt*.] Præceptum Carlomanni Regis ann. 881: *Terras quas ex Eremo traxerunt, quiete possideant*. Charta Sancti Navaræ Regis apud Oybenartum pag. 99: *Cum omnibus terminis et pertinentiis... cum Eremo et populatu*. Alia Petri Episcopi Aginnensis ann. 1246: *Eundem montem cum suis pertinentiis licet desertum, nemorosum, et Eremum, ad nostrum dominium ratione feudi pertinere dicentis*. Alia Willelmi Comit. Tolosæ ann. 1080: *Ipsum boscum cum omnibus terminis, affrontationibus, ecclis, et regressis suis, omnia et in omnibus, cultum et Eremum, sine reservatione*. [Vita S. Judoci Presbyteri n. 12. inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 569: *Post hæc vero præcepit Haymo, ut incidere tur Eremus, qui erat in gyro densissimus, quatenus locus ille habitationem Dei famulo redderet aptam*. Spinetum hic esse intelligendum ex superioribus liquet.] Adrevaldus de Translat. S. Benedicti cap. 1. *Ita ut in Eremi vastitatem loca prius desiderabilia conversa viderentur*. Cap. 2: *Qui locus ad Eremum redactus cepit esse ferarum... habitatio. Erema hæreditates*, in Testamento Jacobi Regis Aragon. ann. 1272. Vide Foros Beneharn. rub. de *Herbagas* art. 13.

INHERMÆ TERRÆ, Cultæ, in Charta ann. 1148. apud Joffridum in Nicia pag. 168.

EREMLE DIFFICILES, ex Græco ἔρημα, apud Luciferum Calaritanum lib. 1. pro S. Athanasio.

† **ERENACHUS**, Ecclesiastica dignitas apud Hibernos. Vide *Herenachus*.

† **EREPTOR**, Libertatis vindex, qui vincula rumpit. Rhaban. Maurus de reverent. filior. ad Ludov. Pium cap. 12: *Ereptori et defensori tuo Domino Christo in omnibus gratias agas*.

† **EREPTORIA**, Adimenda, reddenda.

Gloss. Isid. In Excerptis Pithœan. omititur *Reddenda*. Credit Grævius, posteriorum temporum Scriptores *Ereptoria*, dixisse bona, quæ eripiuntur seu adiuntur. Vox *Reddenda* fortassis adjecta est, quod injuste ablata sint restituenda.

† **ERETINA**, Charta Desiderii Morinorum Episc. in Chronico Andresi pag. 474: *Quod si forte in hieme, vel ex abundantia pluviarum, vel ex resolutione nivium aquæ nimis inundantia fieret, quam vulgo Eretinam vocant, etc.*

† **ERGA**, Versus, Gall. du côté de. Charta ann. 1010. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. sævi col. 185: *Et per ipsa bia pergentibus in partibus Septentrionis usque ballone, qui descendit Erga campu, qui dicitur de Erveruse*. Libert. civit. Caturc. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 326. art. 10: *Infra duas leucas a civitate prædicta, Erga dictum locum*. Charta ann. 1406: *Sicut se extendit de fonte et pascurali au brun Erga la Vinhole... per quam (viam) publice itur de nemore nobilis viri Aymerici Borque domicelli Erga Tarallium ex altera*. Pluries ibi. [\*\* Prudent. Annal. ad ann. 842. ap. Pertz. tom. Script. 1. pag. 438. lin. 27: *Erga Parisiorum Lotifiam fluvium Sequanæ transiens*.]

† **ERGALUM**, ἔργαλειον. Instrumentum. Luithprandus lib. 6. cap. 3: *Per vertibile, quod supra laquearium est, Ergalium in mensam subvehuntur*. [\*\* Argalium lib. 6. cap. 5. *Ergalium*, cap. 8. ap. Pertz. tom. 3. pag. 338. 339.]

† **ERGARE**, Gloss. Isid.: *Ergat, circat. Leg. Errat, circat*. Vide Grævium.

† **ERGASTARIUM**, Radericus Frising. de Gestis Friderici I. Imper. lib. 2. cap. 2: *Nam et fabrorum et opificum multitudo, et mercatorum copia... sequitur exercitum cum suis papilionibus ac Ergastariis*. Murator. annotat in uno MS. legi *Ergasteris*. Vide *Ergasterium*.

† **ERGASTERIACUS**, Artifex, apud Muratorum tom. 1. part. 1. col. 1.

† **ERGASTERIUM**, Glossæ MSS.: *Ergasterium, Monasterium, vel officina medicorum, vel operatorium*. Iso. Magister: *Ergastron, Operatorium*. Ἐργαστήρια, Tabernæ mercimonis deputatæ; passim in Cod. Th. et Justin. Vide Jac. Gothofredum ad leg. 4. Cod. Th. de Operib. publ. (15, 1.) [Pro theca sacrarum reliquiarum accipit Bernerus Abbas in Translatione S. Hunegundis Virginis, inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 225: *Summopere efflagitaverant, ut eis concederetur mutationi adesse, sanctaque ossa propriis conspiciere oculis... Clauso igitur tandem cum diligentia solertiaque honorabili Ergasterio, cum cereis et thuribus et crucibus de crypta erumpunt, etc.*]

† **ERGASTERIUM**, Ouvrouer. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Ergasterium, Ouvrouer*.

† **ERGASTICUS**, ἔργαστικός, Efficax, operosus. Martian. Capella lib. 6. pag. 231: *Ergastica schemata, quæ faciendæ cujuslibet formæ præcepta continent*. *Ergasticus* Jurisconsultus idem est qui Operarius. Vide *Ergaticus*.

† **ERGASTULARIUS**, Pertinens ad ergastulum. Ammian. lib. 14. extr.: *Eunus quidam, Ergastularius servus, ductavit in Sicilia fugitivos*. Utitur Columella, pro

eo qui præest mancipiis in ergastulo conclusis.

† **ERGASTULARIS**, Eadem notione. Sidon. lib. 7. Epist. 9: *In tenebris Ergastularibus constitutus*.

† **ERGASTULUM**, Compedes, quibus rei vinciantur in ergastulo, Gall. *Entraves*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 278: *Cum dicti iustitarii captum adduxissent eundem Johannem cum duobus pedibus in Ergastulo seu compede ponendo... nonnulli carnales aut alii ipsius Johannis amici de nocte ad dictum carcerem clandestine accesserunt, murumque lapideum dicti carceris ad latius versus campos perforarunt, et ibidem intrantes dictum compedem seu Ergastulum, in quo dictus Johannes erat positus, cum quodam cutello ad modum sciræ facti scinderunt, et dictum prisonarium a dicto carcere extraxerunt*.

† **ERGATA**, Operarius, Papias: *Ergata, vicinus, vel operator*. Gloss. S. Benedicti. cap. de Agricultura, Operarii, ἔργαται. Testatur Casaubonus ad Suetonium in Vespas. cap. 2. Epirotarum agmina patriam quotannis relinquere, et ulteriora ditionis Turcicæ adire, operis simul et quæstus faciendi gratia, et ab iis *Ergatas* patrio sermone dici. Ital. *Ergata* idem est ac *organum*.

† **ERGATICUS**, uti legunt Notæ Tyronis, idem forte qui *Ergasticus*. Gloss. Græco-Lat.: Ἐργαστικός, operosus: *Ergaticos* enim vocari operas quæ in operibus publicis conductis ab aliquo quasi Principe et magistro gubernantur, ait Hotomanus. Sed an idem cum *Ergostotanis*, de quibus in leg. 5. Cod. de Episcop. audient. (1, 4.) addubitant viri docti. Ubi Dionysius Gothofredus probabili conjectura pro *diocetæ ergostotanorum* emendat *ergostotinarum*: ita ut fuerint præfecti eorum qui Alexandriæ frumentum comparabant, quasi ἔργοστῶνται: *sitonæ* enim dicuntur qui frumento comparando præficiuntur.

† **ERGATIVUM Contemplativum**, Papias. \* **ERGEDIACRES**, [Labor compulsio]. DIEF.]

† **ERGODIOCTES**, Gr. Ἐργοδιώκτης, Executor operis. Walafridus Strabus in Prologo ad Vitam S. Othmari Abb. Sangall.: *Quem etiam in hac occupatione instantissimum Ergodioctem sine tædio læti sustinimus*. Vide Glossar. mediæ Græc. **ERGODOCHIUM**, Officina, ex Græc. ἔργοδοχίον. Sermo Petri Damiani de S. Severo: *Audiistis, fratres carissimi, ex B. Severi, dum legeretur, historia, qualiter illum Deus de lanificii Ergodochio sustulit, i. gynæceo*. Vide in hac voce.

† **ERGOLABUS**, Operarius, operarum redemptor. Gloss. Græco-Lat.: Ἐργολάβος, redemptor. Lexic. Gr. MS. Reg.: Ἐργολάβος, τὸς ὑπὲρ τινῶν ἔργων μισθὸν λαμβάνωντας. Infra: Ἐργολάβος, ὁ ἐπὶ μισθῷ κακουργῶν, ἐξ οὗ καὶ τὸ ἐργολαβείσθαι, ἢ κρίσις. Glossæ nomicæ MSS.: Ἐργολάβος ἐστὶν ὁ χρήματα δεδοχῶς ἐπὶ τῷ ἐκχωρηθῆναι ἀγωγῆν. De significatione hujus vocabuli videndi Cujacius lib. 8. Obser. cap. 31. et alii passim.

† **ERGOSTIANI**, Vide *Ergaticus*.

† **ERGUA**, pro Erga. *Nolens Ergua ipsum ingratus remanere*, in Charta ann. 1322.

† **ERGUM**, Causa. Virgil. Grammat. pag. 15: *Etiam ex aliis Ergis genitivus in ium pluralis finiri solet*. Pag. 75: *Cu-*

*ius rei Ergum inquirenti mihi, ita exsolvit dicens.*

† **ERGUMINIS**, id est, Abbas. Papias in MS. Bitur. Lege et vide *Hegumenus*.

\* **ERIA**, *La lana*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **ERIBANNUM** PLENUM COMPONERE dicebatur qui solvebat 60. solidos, quod non perrexisset in exercitum post evocationem. *Eribannum* legit Muratorius in Legibus Caroli M. tom. 1. part. 2. pag. 98. col. 2. pro *Heribannum*, quod habetur infra in voce *Heribannum*.

† **ERICIT**, *Custodit*. Papias. Gloss. Sangerman. n. 501. *Erichtare*, *Custodire*. Melius Papias, si bene conjecto, ab *Ericius* 2. [\*<sup>2</sup> *Ἐριχίτης* Suidæ δ' ὀφθαλμ.]

1. **ERICIUS**. Papias: *Icinius*, marinum animal, a terrestri *Ichino* nomen traxit, quem vulgus *Ericium* vocat.

2. **ERICIUS**, Machina bellica. Otto de S. Blasio cap. 23: *Cæsar itaque omnem reliquum apparatus, quem ad expugnationem civitatis fecerat, scilicet talpas, vulpeculas, Ericios, cattos, (talibus enim censentur nominibus) exciri præcepit.* [Hac notione vocem *Ericius* usurpavit Cæsar de Bello Civ. lib. 3. quam exponunt Machinam infestis undique horrentem telis. Lambertus in Histor. Comit. Ardens. apud Ludewig. tom. 8. pag. 475: *Turrim... quis nesciat apud Sanganam ab eodem Comite Balduino firmatam et fossatis circumcinctam et Ericiis et propugnaculis munitam.* Et pag. 547: *Reparato exterioris Ardensis munitiois valli fossato et amplificato, et sepiibus et Ericiis consepto.* Quibus in locis *Erici* idem sunt quod Livio Portæ pendule Nostris *Herse*: qua etiam notione vocem hanc usurpavit Salustius. Sed si veram indigent originem melius scriberetur *Heritius* cum aspiratione; derivant enim ἀπὸ τοῦ Ἑρκεῖν, Arcere.]

\* *Eric* vocat Phil. *Mouskes*:

Et si ont bien leurs murs ourdés,  
Et de nouvel fais et fondés  
Les Ericos ont pris et raïens.

\* **ERICOPARTA**, *Lo gran principe*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **ERICTARE**, Vide *Ericit*.

† **ERICUTALIS**, f. pro *Eritudalis*, Dominicus, proprius. Bulla Greg. IX. PP. ann. 1231. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 398: *In Clarholte curtim Eriucatalem cum decima, novam curtim cum decima, etc.* Vide *Eritudo*.

**ERIGENA**, vulgo dictus Joannes, qui *Scotus* Inghulpho pag. 870. vixitque sub Carolo Calvo, et cuius scripta varia circumferuntur, quod Hibernus esset. *Eriugenam*, non *Eriugenam* vocari in veteribus Codicibus, monet Sirmondus ad Concilium Valentinum III. *Irensæ* porro non semel Hibernos vocat Ordericus Vitalis lib. 11. et 12. nostri *Irois*, ex hodierna etiam appellatione: nam Hiberniam *Eriam* vocant. Guill. *Guiart* MS.

Arriva là Richart II Rois,  
Normans, Anglois, Iscos, Irois.

Et anno 1212:

Tant i r'ot li Cornevalois,  
D'Escos, d'Irois, et de Galois.

Sed et Hibernos *Scotorum* nomine innouisse palam est. Vide *Gratianum* Lucium in Cambrensi everso pag. 148. 398.

† **ERIGERE**, pro *Exigere* bis terque legitur in Litteris anni 1363. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 63.

**ERILIS**, [Principis filius.] Vide *Herilis*.

\* **ERILIUS**, *Inferius*, in Glossar. Cassin. ann. circ. 700.

† **ERILIZ** Teutisca lingua, *Armorum depositio*, in Legibus Lotharii I. Regis, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 143. col. 1. Vide *Heriliz*.

† **ERIMANIA**, Exercitus. Vide *Arimania* post *Herimanni*.

**ERIMARIUS**, [Miles sub Comite aliisque Officialibus militans in oppidis et castris.] Vide *Herimanni*.

**ERINACEUS**, *κτερίς ναυαχίς*. [Pecten fulonium.] Ita emendat Salsmasius in Gloss. Gr. Lat. pro *Remaceus*.

\* **ERINUS**, Hesternus, Gall. olim *Ersoir* vel *Her soir*, nunc *d'hier*. Charta ann. 1501. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 13: *Cum... contractum fuerit matrimonium et die Erina in facie sanctæ matris Ecclesiæ solennisatum, etc.* Judic. ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 88. col. 2: *Satisfaciendo ordinationi Erina die per dictum dominum consulem latæ, etc.* Chron. S. Dion. lib. 4. cap. 8. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 256: *Ersoir, dist-il, à la vesprée... Lors respondi uns de ses compains: Encore routes tu la viande que tu mangas Her soir.* Ubi Aimoin. lib. 3. cap. 81. habet: *Cum hesternò vespere... Cui socius: Tu, inquit, pridianas adhuc ructans epulas, etc.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 211: *L'exposant meu des injures et villenies que lui avoit faites et dites ledit Perrin, lui dist ces paroles: Ribaut tu me vouloies Ersoir tuer d'un espie, sans ce que je t'eusse meffait, etc.* Vide infra *Herinus*.

† **ERIOIUS**, Incile, elix, sulcus aquarius, Gallis *Rigole*. Charta Dumbensis ann. 1379: *Aimonelus debet duos den. pro dimidia excola facta in Eriolis domini necessaria ad adzacadum dictum pratum; et debet capere aquam in dictis Eriolis pro adzacadum prata.*

\* **ERIPENNUS**, Modus agri, idem qui *Arapennis*. Vide in hac voce. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 17. v: *Ego Rannumnus miles dono abbati Humberto et congregationi sancti Sulpitii decem Eripennos de terra, qui sunt siti retro mansionem clavellum ad Solemgiaco.*

† **ERIPES**, Pedibus valens, pro *Eripes*, æreos habens pedes. Appendix ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 196. col. 2: *Qui dum velocissimum cursibus uteretur, lorpæ conversus est de Eripede.* Gloss. Sangerman. ann. 501: *Eripis, Velox.* Aliud Lat. Gall.: *Eripes, Qui a pied d'airein.*

† **ERIPICA**, *ERIPICARE*. Vide *Erptia*.

\* **ERIS**, *Ventris modicum*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Ubi emendandum *Contentionis Dea*.

† **ERISCLID**, pro *Eriliz* legi in Estensi Codice monet Muratorius loco in *Eriliz* citato.

\* **ERISIBE**, *Erugo, vel rubigo messium*, in Glossar. Cassin. ann. circ. 700.

† **ERISIPELA**, pro *Erysipelas*, ἐρυσίπελας, Tumor ex ferventi sanguine ortus, Gall. *Eresipele*. Vide locum in *Farsa*. [\*<sup>2</sup> *Eresipilatum corpus* ap. Richer. lib. 1. cap. 11. *Erysipilata papula*, ibid. cap. 65. Vide *Erysipelata Turgido*.]

\* **ERISPILIA**, *La feza e puza*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Erisipela*.

† **ERITLID**, pro *Eriliz*, apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 103. col. 2. ex Legibus Caroli Mag.

† **ERITUDO**, *Dominus, dominatio, proprietatis, δεσποτία*. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Melius aliæ apud Janum in Antiquario: *Erus*, δεσπότης, *Eritudo*, δεσποτία. Ibidem ex Festo: *Nam erus antiqui scripsere a Græco, ἔρας, unde ἔρειπος*. Idem Festus habet: *Eritudo*,

*Servitudo*, unde *Erus* etiam pro *Servus*, veriusque accipitur quam pro *Dominus* juxta vim antiqui ἔρας; sed si pro *Herus*, recte dicitur Dominus. Gloss. Sangerman. MSS. n. 501: *Erutudo, Dominatio*. Vide *Heritudo*.

\* **ERLOTUS**, Ganeo, nebulo. Vide supra *Arlotus*.

† **ERMA** TERRA. Vide *Ermus*.

**ERMANA**, Papiæ, *Calamitas*. Ita etiam in Gloss. MS. Eccl. Parisiensis. [\*<sup>2</sup> *Leg. Ærumna*.]

† **ERMANTATUS**, Scutis gentilitiis ornatus, Gallice *Armoirié*, vel potius idem qui infra *Esmailatus*, vel *Esmantatus*, Gall. *Emaillé*. Testamentum Beatrix de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1524: *Item, legamus Conventui sororum Minorotarum de Asilhiano unum salinum argenti, in quo quidem salino est deobychatus unus dracho Ermantatus cum signis, sive armis nostris, cum brancha, sive arbore de corallio, cum linguis serpentinis... Item... unum alium salerium Ermantatum cum brancha de corallio et linguis serpentinis.* Vide *Armentatus*.

\* **ERMASSIUS**, Ager incultus, vel etiam qui coli non potest. Charta Caroli IV. ann. 1327. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 492: *Item idem Johannes quemdam Ermassium seu heremum, pro quo servit unam eminam ordeï. Neque aliud forte est Ernel, in Charta ann. 1321. ex Reg. 61. ch. 156: Pour un petit Eurnel (sic) seant au dessous du mostier de Chambors.. lesquiez gire (f. groe) et Ernel souloient rendre, etc.* Vide *Eremus* et infra *Hermaustum*.

\* **ERMAUDUS**, Lapis pretiosus viridis coloris, smaragdus, nostris *Emeraud*; nisi sit Encaustum, Gall. *Email*. Inventar. ann. 1419. ex Tabul. monast. Montisols.: *Unum calicem cum sex cadimiris, et cum tribus armoribus, et cum patella argenti.* Vide *Emaudus* et *Esmaraldus*.

† **ERMELINUS**, ut mox *Ermena*, Pellis muris Pontici. Vide in *Hermellina*.

† **ERMENA**, Pellis muris Pontici, Velus Armeniacum, Gall. *Hermine*. Testament. Beatrix de Alboreya Vicecomitissæ Narbonæ ann. 1367. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1524: *Item, legamus Conventui sororum Minorarum Biterris raudam nostram de scarlata sanguinea, cum caputio operato de floribus Ermenis et perlis.* Vide *Hermellina*.

\* **ERMENII**, pro *Armenii*. Barel. serm. in festo S. Domin: *Prima (regula) fuit Basilii, sub qua militavit monachi Orientales seu Græci, et fratres Ermenii vulgo dicti; quæ regula est satis dubiosa.* Vide *Ermini*.

† **ERMENSUL**, Priscorum Saxonum fanum vel idolum. Vide *Irmisul*.

† **ERMINATUS**, *Ornatus erminis*. Subtus regalibus indumentis depictis et *Erminatis*, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 872.

† **ERMINEA**, ut *Ermina*. *Cappæ cum cappucis etiam suffultis ex Erminis*, in Epitome Constitut. Eccles. Valent. inter Concil. Hisp. tom. 4. pag. 175.

**ERMINII**, apud Radulfum de Diceto, et alios, iidem sunt quos Geographi *Armenios* vocant, nec erat quod se hic torqueret Somnerus. Vide *Hermellina*.

**ERMINSTREAT**, Una e quatuor Angliæ viis militaribus celebrioribus, quam eæ intersectant ac percurrunt, olim a Romanis extractis. Harum primam *Watlingstreat* (de qua Vita Offæ II. Regis pag. 19.) et *Werlamstreat*, quod per Verolamium duxerit; alteram *Ikenildstreat*, quod ab *Icenis* initium habuerit;

tertiam Fosse, quod fossa, ut putant, utrinque munita fuerit: et quartam *Erminstreet*, Germanico vocabulo appellitant, a Mercurio, quem sub nomine *Irmisull*, i. *Mercurii columna*, Germani coluerunt: qui quidem Græcis ἐνδίοις dicitur, quod viis præesse crederetur. Hæc viæ quatuor *Chemini regales* dicuntur in Legibus Edwardi Confess. cap. 12. et 13. quorum duo, inquit, in longitudinem regni, alii duo in latitudinem distendantur. Hi pacem Regis habere dicuntur, ita ut qui delicta in iis committunt, Regis iudicio nude subiaceant. Quod et statuitur in Legibus vernaculis Willelmi Nothi § 30. ubi tres tantum ex his viis militaribus recensentur, *Wetlingstreet*, *Ermingstreet*, et *Fosse*: quarta omittitur *Ikenildstreet*. Notum autem *street*, his locis, *stratam*, seu viam denotat. Horum itinerum meminit præterea Robertus Glocesterensis in Poem. Anglico MS. ex Bibl. Bodleiana, apud Will. Dugdalum in Antiquitatib. Warwic. pag. 6.

Faire weyes many on ther ben in Englonde,  
But four most of all ther ben zunderstonde,  
That thurg an old king were made ere this,  
As men schal in this boke aftir her telle iwis.  
Fram the South into the North takith Ermingestræte  
Fram the East into the West goth Ikenildstrete,  
Fram Southeast to Northwest, this is sum del grete,  
Fram Dover into Chestre goth Watlingstrete.  
The ferth of thise is most of alle that tilleth fram

[Toteneys,  
Fram the one end of Cornwalle anon to Cateneys,  
Fram the South west to Northest into Englonde

[ende,  
Fosse men callith thise way thay by mony town  
[doth wende.

These foure weyes on this londe kung Belin the wise  
Made and ordeyned hem with gret franchise:  
For whose dide therein ony thefle ober ony wouze  
He madde juggement therof and gret vengeance  
[lynouze.

Vide Galfridum Monumthensem lib. 1. cap. 18. [\*] Grimm. Mythol. German. pag. 212. sqq.] et infra *Pax Regis*.

† **ERMINUS**, ut *Ermina*, in Litteris Caroli Franc. Regis pro Monspelien-sibus ann. 1381.

† **ERMISINUS**, pro *Crema-sinus*, Gallicæ *Cramoist*, in Processu de Translat. S. Antonini pag. 768. apud Bolland. tom. 1. Mail.

\* Nequaquam; est enim Sericus pannus subtilis, Ital. *Ermistino*, nostris *Armoisin*, ut ex loco laudato patet: *Sandalibus ex Ermisino rubeo, etc.* Ita quoque interpretantur docti Editores. Unde *Armoisseur*, hujusce panni artifex, in Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 484: *Lesquelz entrèrent en la maison d'un Armoisseur et là prindrent chacun une huvette ou capeline.*

\* **ERMOFRODITUS**, pro *Hermaphroditus*. Vide infra in hac voce.

† **ERMONYE**, pro Armenia. *Nuncii de Ermonyne*, apud Rymerum tom. 4. pag. 678. col. 2.

† **ERMULA**, *Statua sine manibus*. Papias. Vide *Irmisul*, et mox *Ermulus*.

† **ERMULUS**, Aldhelmus Abbas Malmesburiensis: *Et ubi pridem ejusdem nefandæ natricis, Ermuli, cervilique crudafanis colebantur stoliditate in profanis, versa vice discipulorum gurgustia, imo almæ oraminum ædes, architecti ingenio fabre conduntur.* Ubi Usserius Armachanus ad *Ermisul* Saxonum deum hic alludi putat, de quo suo loco agimus: sed indubie legendum *hinnuli*, ut habet S. Augustinus. Locum vide in *Cervulus*.

† **ERMUNIUS**. Vide *Infanciones*.

† **ERMUS**, pro *Eremus*, Incultus. Diploma Guillelmi et Fulconis Vicecomitum Massil. ann. circiter 1060. apud

Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 356: *Et in territorio quod dicitur Albania, cum suis altaribus, et cum suo alode et suis adjacentiis... cum suis garricis et pascuis cum Ermis et boschis ipsis, etc.* Chartularium Aptense fol. 25. v: *Est pecia de terra Erma, quæ habet consortes de uno latus, etc.* Vide *Eremus*.

\* **ERNAUDINI**, Monetæ species, eadem quæ supra *Arnaldensis*. Inquisit. ann. 1311. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Quatuor libras monetæ Ernaudinorum in valore sexaginta quatuor solidorum Turo-nensium.*

† **ERNES**, Spicæ a messoribus derelictæ, a Germano *Ahr*, *Spica*, *Ernde*, *Messis*, *Ernden*, *Metere*, unde quibusdam in locis *Ern*, *Spicas* derelictas legere, Gall. *Glaner*. Kennettus in Glossario ad calcem Antiq. Ambrosden.: *Conducto ad præparandum usque ad carectam xxix. seliones... ordeï cum les Ernes viz. VIII. den.*

† **ERNESIUM**, Anglis *Earnest*, Arrha, Gall. *Erres*, *Denier à Dieu*, apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 91: *Hæc indentura testatur, quod Frater Willelmus Abbas de Pipewell vendidit omnia blada sua... Hugoni de Meriton mercatori de Coventre pro xl. lib. argenti, de quibus idem Abbas recepit unum denarium racione Ernestii super vendicionem prædictam.*

† **ERO**, *Lignum*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613. Aliud sonat apud Plinium.

† **EROGARE**, *Rogam* seu donativum distribuere. Leo III. PP. Epist. 4: *Promittens ei thesaurum absconditum multum, per quod populum Erogare debuissent.* [*Erogare pecunias ex erogario, apud Cicero-nem.*] Vide *Roga*.

† **EROGATARIUS**, Eadem notione qua *Erogator*, de qua voce mox. *Erogatarii Ecclesiastici*, qui legata in pios usus erogant et distribuunt. Synodus Pontigon. ann. 876. cap. 14: *Ut quotiens divinum iudicium aliquem Ecclesiæ Præsulem et seculo vocaverit, nullus ad suimet partitionem facultatis ejus invadat, diripiat; sed Erogatariis et Eleemosynariis Ecclesiasticis, cum ipsius Ecclesiæ constituto œconomò, liberum sit canonico more, juste, rationabiliterque deputata successuro reservare, vel quibuscunque, sicut expedit, pro ejus spiritu distribuere.* Baldus ad I. Nulli C. De Episc. et Cleric. hac etiam voce utitur pro testamentariis executoribus. Vide *Eleemosynarius*.

† **EROGATOR**, Testamentarius executor, qui ultimam voluntatem testatoris exequitur, et ab eo relicta legata in pios vel alios sibi indictos usus, erogant et distribuit. Unde *Distributores* dicuntur ejusmodi executores in veteri Charta apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacra pag. 566. Gloss. Gr. Lat. Ἐροδάρω, *Erogo, expendo*. Capitulare Pipini Regis Italiæ ann. 798. cap. 9. et Lex Longob. lib. 2. tit. 20. § 5: *De filia cujus pater per manum Erogatoris omnes servos suos jussit fieri liberos, quia contra legem esse videtur, statuimus, etc.*

† **ROGATOR** pro *Erogator*, in Testamento Audonis Episcopi Veronensis exarato anno II. Ludovici Pii Imp. apud Ughellum.

† **EROGATOR MILITARIS ANNONÆ**, in l. 16. C. de Castrensi pecul. lib. 12. tit. 36. qui *rogam* militibus et stipendia persolvit, de qua dignitate agit Gregorius M. lib. 7. Ind. 2. Epist. 77. et 130. *Erogatio*, distributio, ἐροδίασις, in Gloss. Græco-Lat. et in d. l.

† **EROGATOR OBSONIORUM**, apud Sena-

torem lib. 12. Epist. 11. qui obsonia a Principe collata populo distribuerebat.

† **EROGATORIUM**. Gloss. Isid.: *Vestiarium, Erogatorium*. Vide *Vestiarium*.

\* **EROICUM**, *La bataya*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Heroicus*.

† **EROISA**, Apum examen in arboris cavo. Instrumentum ann. 1088. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Brit. col. 178: *De omnibus vasis apum, quæ in tota sylva illa reperta fuerint, quæ vasa truncos vocant vel Eroisa.* Hæc vox forte derivatur ab Aremorico *Er-waz*, in ligno, vel ab articulo *er* pro *ar* et Aremorico *Rusk*, Alveus apum, paululum, ad dulciorem sonum, immutata terminatione.

\* Vel *Eroisum*, Germ. *Reusch*, Angl. *Rusc*, nostris *Ruche*, ejusdem originis atque Latinum *Ruscus*, ut vult D. Falconet.

† **ERONIUS**, pro *Erroneus*, Falsus, Gall. *Erroné*, Angl. *Erroneous*. *Factum justiciariorum prædictorum, ut sibi videbatur Eronium, præcipere vellent revocare*, apud Rymerum tom. 8. pag. 575. col. 1.

† **EROOD**, Charta Premihli Marchionis Moraviæ ann. 1235. pro fratribus Hospitalis S. Francisci Pragensis, apud Waddingum tom. 1: *Absolvimus autem villam illam ab omni jure quod spectat ad usum principum, sive in jure quod datur de capita, vel Erood, vel pro fure.*

\* **EROSNA**, male pro *Crosna*. Vide supra *Crosina*, mastruca. Charta ann. 1105. inter Delic. erudit. Lamii part. 3. Hodoepor. Charit. pag. 1100: *Pro ipsa investitione et refutatione launichild exinde fecerunt istorum omnibus jam dictorum comiti Erosna una.*

\* **EROTEMATA**, Quæstiones, passim, auctore D. Falconet.

\* **EROTUNDATUS**, [rotundus factus. Translate *Sidon*, 9. ep. 7. Structura verborum lubrica, et lævis, ac modis omnibus *Erotundata*, h. e. elaborata, composita, et perfecta.]

† **ERPES**, *Cingulus*, id est, *Impetigo*, in Glossis MSS. ad Alexandrum Iatrosoph. Sic dicitur ἀπό τοῦ ἔρπειν, Serpere, repere. Vide alium locum in *Frigillitis*.

† **ERPIGA**, *ERPICARE*, *ERPICARIUS*. Vide *Eruvia*.

† **ERPIGENUS**, Qui serpit, grassatur, ab ἔρπειν, morbus serpens, et ἔνοος, genus. Acta consecrationis Ecclesiæ Cuxanensis ann. 974. in Appendice Marcæ Hisp. col. 909: *Postquam Salvator, Erpigena omnium ineffabiliter calcata morte, resurgens et exuvios utri raptas de faucibus profundis, evexit excelsum, etc.*

† **ERPILLUM**, *Cicer agreste*. Papias in MS. Bituric. Est pro Græco ἔρπωλλον, de quo Dioscor. lib. 3. cap. 46.

† **ERPLANT**, id est, *Terra accrescens*, quasi *aerdel plan*, Terra plana: in Charta Winemari Castellani Gandensis in Prob. Hist. Guinensis pag. 66.

† **ERPTIA**, Adalardus in Statut. Corbeiens. Abbat. cap. *De ordinationes hortorum: Ipsi dent unusquisque ad hortum cui deseruit in tertio anno aratrum, id est, jugum cum amblicio et conjunctis... et in quarto Erptiam ad hortum excollandum.* Hic *Erpicam*, instrumentum ad terendas glebas interpretatur vir doctus, nostris *Erce*. Ugutio: *Erpica, est instrumentum rusticorum ad terendas glebas, et trahitur a bobus, unde dicitur Erpica, quasi arpica, ab arpe, quod est rapere, quasi arapeta, aratra petens: prius enim terra aratur, postea Erpicatur, et hinc Erpicarius, qui Erpicam trahit et facit.* Ex his patet *Erpicam* non esse hortorum, sed agrorum. [Papias

MS. Bituric. : *Erpicarius, Qui Erpicam trahit, qua terra planatur. Hinc emendandum Glossar. Lat. Gall. Sangerman. MS. ubi : Erpica, Herce à hercer terre ; Erpicare, Hercer terre : leg. enim Erpica, Erpicare.*] [\* Vide Herpiz, Ocça, Gall. Herse.]

**ERRA**, pro *Arrha*, quomodo *Erres* dicimus. Glossæ MSS. : *Arra, i. erra. Arraboni, id est, vadimonium, etc.*

\* Charta ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 216 : *Fecit voce præconia palam et publice... præconizare... ut si quis esset qui Erras ponere vellet in dictis domibus... quod ipse huc personam accederet.*

† **ERRADIARI**, Errandum vagari animi gratia. *Miracula S. Amalbergæ, Julii tom. 3. pag. 109: Quodam tempore duæ mulieres in territorio de Brabantia juvenes... gradiebantur et Erradiabantur in platea quadam.*

\* *Deambulare, Gall. Se promener. Vide supra Erare. Esbanoyer nostris alias, pro Oblectare se, ludere, recreare. Lit. remiss. ann. 1456. in Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 33 : Lesquelz se retrahirent en un jardin... pour dancier et eux Esbanoyer, comme l'en fait communement aux nopces. Vita J. C. Mss. :*

*Li rois ala un jour cachier, En la forest Esbanoyer.*

Guill. Guiart. ad ann. 1365 :

*Et toutesfois que li vouloient, Aus chans Esbanoyer aloient.*

\* Unde *Esbanoyis*, *Lætitia, gaudium, ludus*, in Chron. Bert. Guescl. Ms. :

*De monestriers y fust moult grant li Esbanoyis.*

\* *Esbatant*, *Lætus, hilaris, a verbo Esbatre*, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 277 : *Iceului Petitpain qui est homme joyeux et Esbatant, etc.* Sic *Esbatre* active sumitur, in aliis Lit. ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 509 : *Jehan de Verrignas qui avoit Esbatu les bonnes gens de la ville de Foullay à jouer d'une cornemuse, etc.* Pro ludere vero, animum recreare, passim occurrit. Hinc *Esbatement*, pro *Amusement*, *Occupatio jocosa*. Charta ann. 1358. in Reg. 90. ch. 92 : *Considerez plusieurs bons, loyaulx et agréables services... avec plusieurs bons Esbatemens que nostre amé sergent d'armes Jehan Musart, dit Darras nous a faiz, etc.* Sed et pro loco amœno recreandisque animis apto, legitur in Lit. ann. 1364. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 473 : *Lequel (hostel de S. Pol) est hostel solennel et de granz Esbatemens. Tourneant et Esbatiquant, id est, inambulando, et spatiando in Stat. ann. 1344. tom. 2. earum. Ordinat. pag. 223. art. 8.*

† **ERRAMENTA**, Practicis nostris *Erremens*. Ultimus litis status seu ultimæ litigantium actiones. Litteræ Ludovici Franc. Regis ann. 1236. super homagio de Supplevilla in Tabulario S. Clodoaldi : *De expensis autem factis pro dictis querelis et arrearagio equi annalis servicii emende, et omnibus Erramentis occasione predictarum querelarum habitis, idem Gaufridus de Capell. partes hinc inde absolvit, et per dictum suum quitavit.* Adorn. Regis Angliæ apud Rymeyrum tom. 2. pag. 635 : *Responsuri ac juri parituri secundum omnia Erramenta, et quod justum fuerit audituri.* Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1222. in Hist. Harcur. tom. 3. pag. 239 : *Quod cum non fecisset, mandaverunt et Petrum de Constantiani predictos citari coram se ad certam diem, secundum processum et*

*Erramenta prædicta processuros, cum intimatione. Hujus vocis etymon Arrha; quoniam exhibita litis instrumenta in civilibus causis locum habent arrharum in criminalibus olim dari solitarum. Id manifeste nos docet Bellomanerius cap. 61. pag. 318. sub finem, ubi vocem Erremens vocibus Gages de bataille opponit. Chascun doit savoir, inquit, que li plet des apiaux soit de défauts de droit ou de faire jugement, comment que li apiaux soit demenez, ou par gages ou par Erremens d'où plet le Cour ou li apiaux est, doit être demené selon le coutume de lieu, où li apiaux fût faits, selon la Coutume qui couroit ou tant que li apiaux fût faits, etc. Idem cap. 50. pag. 271. versus finem : Chacuns de Quemune... puet aussint bien apeler de défaut de droit et de faus jugement, comme feroit un estrange, qui ne seroit pas de Quemune, et doit li apiaux demenez par le Seignor, à qui le ressort que le Quemune appartient, et non pas par Gages de batailles, mais par les Erremens d'où plet. Eumdem vide cap. 7. pag. 49. lin. 7. et 8. et supra vocem Adramire.*

\* *Petitiones juridicæ, litis instrumenta, imo et jura Chartis vel ex consuetudine firmata.* Charta Hug. primogen. comit. Regitest. ann. 1221. in Chartul. Campan. fol. 218. rº. : *Si vero invenerit (arbitr) quod ex parte dominæ meæ (Blanchæ comit. Trecent.) sit aliquid interceptum... contra me vel gentes meas secundum Erramenta mea; ipsa ud dictum ejusdem Simonis reddi faciet quod fuit interceptum.* Charta Drochonis de Melloto ann. 1222. ex Chartul. S. Steph. Autiss. : *Compromissimus in eodem videlicet de terris, quas homines de Egligny venientes ad S. Mauricium tenent ad costumam vel tertias... tali modo quod dicti tres, quantum ad terras prædictas, inquirent bona fide consuetudines, Erramenta et tenentias, quæ tam nos quam capitulum obtinuimus. Sentent. arbitr. ann. 1223. ibid. : De terris vero quæ sunt ad tertias vel costumam, inquisitis omnibus et cognitis quodcumque circa hoc investigare vel inquirere potuimus, etc.* Scacar. S. Mich. ann. 1223. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 22. rº. col. 2 : *Radulphus et Rogerus poterunt attornare alium, si voluerint; ita quod omnia Erramenta prioris attornati computaverunt.* Unde Errementer, Litigare, postulare. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 36 : *Jaquier Girart prist à parler audit Pierre Martin teles paroles en effect : Pierre Martin, tu m'as fait cemonâre et Errementer de privileges par ceulz de chapitre de Reims. Nostris olim Erramment et Erraument, idem quod Continuo, nunc Incontinent, aussilôt. Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 360. vº. col. 1 : *Stature releva de mort Erraument, et si aoura l'Apostre. Le Roman de Cléomadès Ms. :**

*Au roy Erramment respondy, Que pour chou n'iert pas veaus la.*

**ERRANEI**, *Errantes*, in Gloss. Isidori. \* **ERRANTIA**, [Erratio. Accius apud Non. 8. 86. Neque ego Errantia animi prave morigerabor.]

**ERRARIUS**, *Errans, vagans.* Charta Thomæ Marescalli et Comit. Nottynghamæ tom. 2. Monastici Angliæ pag. 240 : *Habebunt etiam præfati Canonici cignos suos Errarios, quantos voluerint, natantes et nidificantes cum pullis et cigneolis eorum, depascentes et errantes in omnibus aquis meis, etc.*

**ERRATICUS**, *Errabundus, vagus, gabundus, Italis Erratico.* Gloss. Gr.

Lat. : *Ἰνάδος, Erraneus, Erraticus, seductor.* Cornel. Fronto : *Erraticus, et potest errare, et solet. Erraticus, animus est qui solet errare, et desinit.* Vita S. Deicoli Abb. Lutrensis num. 15 : *Cumque vir sanctus per erenum, quasi Erraticus viator, convenientia manendi loca disquireret. Erraticum pecus, quod vulgo dicitur Weredif, in Concilio Islebonensi cap. 27. quod nostris Espave. Errandi verbum de pecoribus proprie efferi docet Maro Ecl. 7. vers. 7 :*

*Huc mihi dum teneras defendo a frigore myrtos, Vir gregis ipse caper Decraverat.*

Plauto in Bacchid. *Errantia pecora, solivaga et seorsim pascentia dicuntur.* [Le Roman d'Athis MS. :

*Or ne vous chault à demeurer, Car tout sui prest de vous Errer.*

Ubi *Errer* idem videtur quod *conducere*.]

\* Unde *Errandonner*, Incomposito agmine ire, apud Froissart. 1. vol. cap. 277 : *Si venoient (les Anglois) tout Errandonnant, bannieres et pennons ventelans.*

**ERRATOR**, *Papiae debitor, reus, obligatus.* Sed legendum *Ertator*.

\* **ERRATRIX**, [Front. de differ. vocab. p. 2199. *Putsch. Erratrix* per se rapta est, ut venatrix : *Erratica*, ut hedera, vitis.]

† **ERRENISARE**, *Lætari, triumphare*, ab εἰρήνη, Pax. Vide *Sancenissat*.

† **ERRHINUM**, ἔρρῖνον, Quod tegit nasum. Vide *Nasale*.

† **ERROLUS**, *Errans, vagus.* Alphabeta orationis S. Isidori Episc. Hisp. April. tom. 1. pag. 341 : *Et paterna pietate sume precor Errolum.*

**ERROR**, *Vaticinatio*, in Gloss. Isidori. **ERROVAGARE**, *Vagari, errare*, hinc inde discurrere, Alemannis *Irrivagen*. Ekehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 7 : *Compulit tandem Cralo fratres Errovagari, post arsuram solitos claustris stabiles vivere.*

\* **ERSATUS**, Chartul. Pontisari. : *Dedit Radulfus miles monachis S. Martini Pontisarensis Ersatos de Clery, et ex hoc habuit sexaginta solidos.* An pro *Essartos* ex muratione s in r? Vide *Ecartus*.

**ERTHEMIOTUM**, *Conventus vicinorum terræ.* Vocem Somnerus deducit a Saxónico *earth*, terra, et *gemote*, vel *mote*, *Conventus*. Solebant quippe convenire ad vicinorum inter se discrepantium querimonias summarie audiendas et sedandas, arbitrio comparium Curia vel convassallorum. Leges Henrici I. Regis Angli. cap. 57 : *Ita ut ne damnum incurrat... aliquando in divis, vel in Erthmiotis suum hominem ubique manu teneat, aliquando super ipsam terram.*

**ERVATIO**, *Enervatio, exinanitio.* Papias.

\* **ERUBESCENTIA**, [Verecundia, pudor. Tertull. 1. ad Nation. 16. Exemplum *Erubescentiæ* scelerum. Adde *Pœnitent. 10.*]

† **ERUBESCIBILIS**, De quo erubescendum est. *Fuga Erubescibilis nimis*, in Opusculo Gualvanei de la Flamma, apud Murator. tom. 12. col. 1323.

\* Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 5 : *Hanc (pillorii) penam publicam et Erubescibilem eidem imponentes.*

\* **ERUBIGINARE** vel **ERUGINARE**, *Desrouyller. Eruginator, desrouyller ou fourbisseur.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide infra *Eruginator*.

\* **ERUGA**, *Escalonne vel chatepelose.*

Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Chartul. Latiniac. fol. 240. v° : *La somme d'Eschalongnes, obole.*

\* **ERUCTUARE**, Evertere. Acta S. Sabiani cap. 1: *Tunc loquitur Imperator Crispino Præsidi in ira sua, ut exeat currens in furore suo, et milites principales in toto orbe Eructuent Christianos, et destruant eos.* Alii Cod. habent, *Evertant.*

\* **ERUCTUS**, [Gell. 11. 7. Furfureum panem esitare vinumque Eructum et foetidum portare, h. e. impurum, fœculentum, sordidum, corruptum, quasi ructu et vomendo emissum : ab ἐρυγω, Eructo. Alii crudum, vel eruptum leg.]

† **ERUDERATUS**, Expurgatus, sanatus. Vita S. Johannis Abb. Parmensis, sæc. 5. SS. Benedict. pag. 724: *Nactus est manum dexteram ita a cancro Eruderatam, ut nullatenus pristina incommoditatis pene inveniretur vestigium.* Eruderare dixit Varro pro Ruderibus expurgare.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fambréer, Eruderare. Frambée, Eruderatus.* Ubi Eruderare, est rudera terere ad mortarium conficiendum, quo pavimenta terrena inducuntur.

\* **ERUDIBILIS**, [Qui Erudiri potest. Fulgent. de contin. Virgil. p. 747. Staver. Neque enim eruditur, nisi quod Erudibile nascitur.]

† **ERUDIMENTUM DOCTRINÆ** Papias suum appellavit *Elementarium*, hoc est, Glossarium, in Præfatione.

\* **ERUDIRE**, Mederi, remedium dare. Gregorius Turon. in Vita MS. S. Felicis: *Cumque profuente sanguine nullus manum ad Erudiendum aunderet apponere, etc.*

† **ERUDIS**, Indoctus. Vide *Inrudis*.

† **ERUDITAS**, Eruditio, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 112. de S. Sparchio.

\* **ERUDITORIUM**, διδασκαλείον παιδευτήριον, Academia, Schola publica. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis num. 7: *Ut... in omnibus transmarinis Eruditoriis nulli pateret secundus.*

† **ERUDNÆ**, ἔριδος, (lege ἔριδος vel ἔριδης, i. Rixæ.) Gloss. Lat. Gr. Sangerman.

\* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. leg. *Erucinae*. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 130.

\* **ERUERE**, [Evacuare, liberare. Dief.]

† **ERUGA**, pro *Eruca*, Genus plantæ. Gall. *Roquette*. Hist. Daphin. tom. 2. pag. 312. in Ordinatione Humberti II. super numero et ordine mensarum: *Cum una libra de carnibus falsis et dimidio rotulo de carnibus bovinis in aqua, cum mustarda et Eruga pro salsamento.* Rursus occurrit ibidem.

\* **ERUGINATOR**, Armorum politor, Gall. *Fourbisseur*. Arest. parlam. ann. 1412. in Lib. 1. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 55. v°: *Ad supplicationem magistrorum juratorum Eruginatorum seu fourbissorum ensium villæ nostræ Parisiensis, etc.* Vide supra *Erubiginare*.

† 1. **ERUGINATUS**, Eruginosus, metaphoricè Morosus. Vita S. Severi Archiep. Ravennæ, apud Murator. tom. 2. pag. 189. col. 2: *Si quis superciliosus Eruginata mente et insulsa objectione B. viro detrahat, etc.*

\* 2. **ERUGINATUS**, Lebetum faber, Gall. *Chaudronnier*, in can. 4. Conc. Andegav.

† **ERUGO**, pro *Hirudo*, Gall. *Sangsue*. Papias: *Erugo, Sanguisuga vel tinea.*

† **ERULLI**, Domini. Gloss. Isid. Excerpta Pyth. addunt *Domnuli*. Vide *Eritudo*.

\* **ERUNDO**, ἑλιδών. Leg. *Hirundo*, ex Castigat. in utrumque Glossar.

\* **ERUPTOR**, [Qui Erumpit, seu Eruptionem facit. Ammian. 24. 5. *Eruptores perterriti reverterunt.*]

† **ERUS**, ERUTUDO. Vide *Eritudo*.

\* **ERUSIGIA**, [Agilitas, gestarum rerum subtilis inductio. Dief.]

\* **ERYSIPELATA** TURGIDO, Erysipelas, tumor ex fervente tenuique sanguine cum flavæ bilis permixtione existens, quem Latini sacrum ignem appellant, ut moment docti Editores ad Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 688. col. 2: *Nunc autem quoniam Erysipelata turgido præter spem sensim resoluta, etc.*

\* **ERZA**, [Occa Gall. *Herce*.] Vide *Hercia*.

\* **ESACAR**, vox vulgaris, Ponere in sacco. Instr. ann. 1213. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 59. col. 2: *Ponit Bertrandus quod Stephanus venit ad Esacar erbam in prato domini episcopi.* Vide infra *Essacare*.

† **ESAIANI** Ægypto dicti sunt Acephalorum quidam ab Esaia Diacono, qui e Palæstina missus Alexandriam, ut eorum Episcopus esset, sed non receptus ab omnibus est. Hofmannus ex Breviario Liberati cap. 18.

† **ESAMENTUM**, Jus utendi in alieno fundo rebus non suis. Vide *Aisantia*.

\* **ESBAIA**, Canalis ad educendas aquas superfluas. Charta Ludov. X. ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 128: *Pro fimo, quem præpositus noster de Bellomonte... in domibus eorumdem (prioris et conventus ejusdem loci) capiebant... pro exclusis et Esbaiais molendinorum nostrorum.* Vide *Baia 2*. et *Esbia*.

† **ESBARDARE**, Scandulis tegere, ab Hisp. *Barda*, Scandula, Gall. *Bardeau*. Charta ann. 1382. ex Archivo Massil.: *Item plus pro omnibus adventagiis, vid. 2. palmorum canandi, et pro implendo dictam turrim, et pro avantagio crotæ, et pro angueriis, et Esbardando solerium et crotam.*

† **ESBATHAMENTUM**, f. *Ambulacrum*, vel locus amoenus recreandis animis aptus, a Gallico *Esbatement*, Recreationis animi. Litteræ Garini Abb. Vallium Sarnaii ann. 1261. ex Tabulario Portus Regii: *Quem quidem censum debebat Conventus Portus Regii... terra et prato sitis inter duos rivos duos solidos, et pro Esbathamento tres denarios.*

\* Legendum procul dubio *Estachamentum*. Vide in hac voce.

† **ESBATRE**, Species ferramenti. Statuta Massil. lib. 5. cap. 52: *De fabricis quantum debeant accipere... de palo ferro et de Esbatre tres obolos.*

\* Abest particula et in iisd. Stat. Mss. unde verbum esse manifestum est.

† **ESBIA**, ESBIA. Canalis ad educendas aquas restagnantes. Usus stagnorum Bressiæ apud Guichenonem Probat. pag. 170. et Revellum pag. 285: *Item, an domini possint Esbias suorum stagnorum in quacumque parte calcatearum facere seu Esbiare et illas claudere.* Charta Thosiac. in Dumbis signata Bonet ann. 1455: *Licentia datur faciendi molendinum cum omnibus Esbiis et cæteris ædificiis necessariis.* Vide *Bedum*.

† **ESBIARE**, Aquas superfluas et restagnantes educere, mox in *Esbia*.

\* **ESBOELLARE**, Eviscerare, Gall. *Eventrer*, alias *Esboeler* et *Esboeler*. Inquisit. ann. 1266. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Comminat fuit quod ipsum evisceraret et Esboellaret.* Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1.:

Se tu la porte ne nous ouvres...  
T'Esboelera comme un chien.

Bestiarius Ms.:

Dou pié trencant comme alemele  
Si forment que tout l'Esboele.

\* **Esbouler**, eadem acceptio, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 342: *Le suppliant lui respondi derechief que se elle ne se taisoit et ne lessoit en paix le devant dit signifiant, il la Esbouleroit.* Aliæ ann. 1391. in Reg. 142. ch. 65: *Pierre de Choques dist au suppliant que se il aloit quever lesdiz fagos, il Esbouleroit ses chevaulz.* *Esra-bouller*, in aliis ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 189.

† **ESBONACHIUM**, Jus Competens Majoribus villarum ex bonnis seu metis defigendis. Litteræ officialis Paris. de emptione Majoriæ de Berrone ann. 1266. in Tabulario Calensi: *Vendidit... partem suam vinorum et metatarum sive Esbonachiorum... exceptis censibus et sub-censibus.*

ESBONARE, ESBONAGIUM, [Eadem notatione.] Vide *Bonna*.

\* **ESBONDATIO**, Terminus, limes; a verbo *Esbundare*, nostris *Esbonder*, litem figere, Charta ann. 1280. ex Chartul. S. Vinc. Laudun.: *Cum quæstio verteretur inter nos episcopum Laudunensem ex una parte et nos abbatem et conventum S. Vincentii ex altera super limitatione seu Esbondatione territorii ecclesiæ S. Vincentii prædictæ contra territorium episcopatus... Item habebunt prædicti religiosi justitiam limitandi, cercheminandi et Esbundandi in treffundo suo.* Alia ann. 1290. ex eod. Chartul.: *Li chemin... demourra dores-en-avant, à tousjours de telle leesse, comme il est ore tous Esbondés.* Vide *Bonna 2*.

\* **ESBORRARE**, Borram seu tomentum avellere, artificibus nostris *Esbourrer*. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 120. ex Cod. reg. 4659: *Teneantur Esborrare pannos antequam parentur.* *Esborare*, in iisd. Stat. ex museo meo. *Esbrouer*, eodem significatu, in Stat. pannif. Rotomag. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 151: *Ne pourra nul mouiller les draps jusques à ce qu'ilz soient seellez tous escruz, ou qu'ilz aient prins congé aux boujonneurs de les Esbrouer seulement.* *Esbusquier*, in aliis Stat. ex Lib. rub. fol. magno domus publ. Abbavil. art. 18: *Tous pareurs seront temus de bien et souffisaument parer les draps qui baillés leur seront et y Esbusquier.*

\* **ESBOZIGARE**, f. *Officinas* seu tabernas ædificare, vel in culturam redigere. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 152. col. 1: *Item quod nulla persona sit ausa... accipere ab aliquo aliquid de dictis patuis, causa rompendi, Esbozigandi, plantandi seu aliter innovandi in aliquo loco patuorum Ne-mausi.* Vide supra *Boziga* et mox *Esbuscare*.

\* **ESBRANCATURA**, Ramorum abscissio, ex Gallico, *Esbrancheure*. Rogerus Hovedenus pag. 784: *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi, sive per culpaturam, sive per Esbrancaturam, etc.* Vide *Branca*.

\* **ESBRIGA**, Later, Gall. *Brique*. Procc. crimin. ann. 1488. ex Tabul. D. Venciæ: *Invenerunt... multos lateres fractos et Esbrigas.*

\* **ESBUNDARE**, Limites figere. Vide supra *Esbondatio*.

\* **ESBURSARE**, Pecuniam e bursa seu crumena depromere, Gall. *Débourser*. Aponcha ann. 1423. in Tabul. S. Vict. Massil.: *Tam pro pecuniis per eundem dominum baronem mutuatis, quam etiam*



pro alimentis præstitis et aliis usque in præsentem diem Esbursatis et factis, etc. Vide *Esbursare*.

† **ESBUSCARE**, Provincialibus *Desboucar*, Vepreta extirpare, tollere. Ordinatio Judicis Aquensis ann. 1471. Regest. *Columbia* fol. 283. ex Camera Comput. Provincia: Videant et inspiciant, si valata circumquaque sint debite curata, reparata, constructa et Esbuscata... si teneriæ, sive ripæ aquæ frontieræ... non sint legitime, curatæ, Esbuscatæ et reparatæ.

\* Nostri *Esboutures* dixerunt dumeta. Charta ann. 1457. in Chartul. sign. *Cæsar* Corb. fol. 23. r. : Lesquelles terres par longue continuation de temps et au moyen de nosdiz bos se soient abocquies et peuplés en partie d'aucuns menus bos, que on dit *Esboutures* ou *espailles*. Hinc *Congnée Esbouchaire*, securis quæ tignarius faber ad dolanda tigna utitur, in Lit. remiss. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 426.

† 1. **ESCA**, Modus agri. Fundatio Prioratus S. Petri de Soldiaco ann. 1070. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 481 : *Tres Escas terræ, ubi seminantur duo modii frumentii et amplius*. Forte leg. *Acras*.

2. **ESCA**, Glandatio, *Glandée* Gallis; *Maste* Germanis et Anglis. Lex *Bajwar*. tit. 21. § 2 : *Si quis aliena nemora præderit, si portat Escam, et rubus est, cum solido et simili componat*. Edit. *Heroldi*, ubi porcorum *Escæ* et robur est. Charta *Alemann*. Goldasti 62 : *Per singulos annos 2. corvadas de grano bono non scusso, 1. de spelda, et alterum de avina, et quando Escæ est, porcum solido valentem 1. et quando Escæ non est, arietem bonum*. Lex *Longobard*. lib. 1. tit. 23. § 3. [\**Rothar*. 354.] : *De porcis, si in Escæ alterius paverint, et inventi fuerint, etc.*

**ESCATICUM**, vel **ESCHATICUM**, Ead. notione ac origine. Charta *Friderici Imp.* ann. 1178. apud *Ughellum* tom. 7. *Italix sacræ* pag. 1434 : *Cum casis, edificis, ... pasuis, capilo, aquario, herbatice, Escatico, etc.* Alia *Aistulf* Regis *Longobard*. ann. 753. apud eundem tom. 2. pag. 107 : *Quod si in ipsis silvis aliquis roncæ fecerit, aut si peculia pabulaverit, redditum, Escaticum, seu casum ad fratres Nonantule famulantes perveniant totum*. Occurrit præterea apud eundem tom. 5. pag. 221. et in *Chron. Farfensi* pag. 664. Pag. vero 657. *Scaticum*, pro *Escaticum* habetur.

3. **ESCA**, vulgo dicitur quod fomes sit ignis. *Papias*. *Æxxa*, Græcis : *Hispanis hysca*. [\**Esca* in *Diction. Academ. Matrit.*] Vide *Gloss. med. Græc.* *Guigo II*. Prior *Cartusien* in *Statutis* ejusd. Ord. cap. 28. § 5 : *Ad ignem facile, Escæ, lapis ignitus, ligna, securis*. [*Miss. Mozarab* : *Offertur vero Episcopo petra et Escæ et excussorium*.]

\* Munitio *Peronæ* in Reg. 34. bis *Chartoph. reg. part. 1*. fol. 97. v. : *Et ligna et ferrum quod sufficit ad xl. dies secundum cibaria, Escam fuesil et chaillou ad faciendum ignem novum*. *Medicis Escæ*, quævis materia uestioni partium apta, ex *D. Falconet*. *Theod. Prisc.* lib. 2. cap. 21 : *Escas et cauterer partibus thoracis infigo*. *Consule Reines*. var. *Lect.* lib. 3. cap. 1. [\**Ἰσκα* in *Alex. Trallian.* Vide *Glossar. med. Græc.* in hac voce [\**Confer Livium* lib. 25. cap. 39.]

† **ESCAANCHIA**, **ESCAANCIA**, **ESCAANGIA**, Iisdem notionibus quibus mox *Escaeta*. *Chartularium Monasterii S. Quintini* in *Insula* pag. 125 : *Omnes Escaanchiæ et omnia forisfacta partiri debent*. Hic *Escaancia* Jus est *Domino* competens

ratione forisfacti seu delicti, ut per se patet. Verum id non ita clarum est in omnibus locis mox subjunctis. In priori saltem *Escaangia* posset accipi pro certo censu quotannis percipiendi. Charta anni 1238. ex *Chartulario S. Vandreg.* tom. 1. pag. 500 : *Ita tamen quod nec dicti Radulfus Burgensis et Johannes Louvel, nec eorum hæredes Monachis S. Vandregisilli reddent servitium, nec Escaangiam quam iidem Monachi in dicto tenemento annuatim percipiunt sive percipient. Imo ego et hæredes mei dictis Monachis prædictum servitium cum Escaangia reddere tenemur annuatim supra nostrum aliud feudum. Tenenda igitur Joanni Louvel et suis hæredibus omnia prædicta, quæ eidem vendidi, libere... reddendo inde mihi et meis hæredibus pro omnibus querelis et Escaangius quoddam par cyrotecarum, vel tres denarios monetæ currentis. In antiquo *Normanniæ Stylo* tit. de *Successionibus* pag. 301. edit. 1552. *Escaetes* sunt Prædia vel redditus jure successionis possessa, de qua notione Charta anni 1268. ex *Chartulario Fiscamnensi* : *Juaverunt insuper... quod in dicto campo seu dicta terra ratione hereditatis, elemosine, petitionis, conquestus, Escaanchie, domini... nihil de cetero reclamabunt*. Similia leguntur in Charta anni 1270. *Chartularii S. Vandreg.* tom. 1. pag. 29. et in altera Charta *Officialis Rotomag.* ann. 1232. ex *Tabulario B. M. de Bono-Nuntio Rotom.* Charta anni 1235. ex parvo *Chartulario Gemeticensi* cap. 118 : *Tradidi feudum et hereditagium totam Escaanciam, quam habebam in parochia S. Petri de Warengvilla*. Vide in *Escaeta* voces *Escaanchia* et *Eschanchia*.*

† **ESCAAUNIA**, **ESCHAAUNIA**, Bona in fisco Domini feudi cadentia, cum quis sine hærede moritur. Sic in quatuor *Chartis Tabularii Corbeien* ann. 1219 : *Recognoverunt se in omnibus... nullum omnino jus habere, nec in majoria nec in mortuis manibus... nec in Escaantiis illorum, qui ibidem sine hærede moriuntur*. Eadem habent duæ ejusdem *Tabul. Chartæ* : *Nec in Eschaauntiis illorum, qui ibidem sine hærede moriuntur*.

\* Nostri etiam *Escaanche*. Charta ann. 1268. in Reg. 4. *Armor. gener.* pag. 8 : *Quod in dictis duodecim solidis annui redditus ratione hereditatis, Escaanchiæ, seu quacumque alia ratione sibi competentis nichil de cetero reclamabit*. Alia ann. 1310. in *Lib. rub. Cam. Comput.* *Paris.* fol. 368. v. col. 2 : *Jamais sur ladite terre ne demandai, ne ferai demander par moi, ne par autre, chose nule par raison d'Escaanche, ne de droiture naturel, etc.* Vide infra *Escahentia*.

\* **ESCABOTUM**, **SCABOTUM**, a Provinciali *Escaboue*, *Grex*, *Gall. Troupeau*. *Inquisit.* ann. 1268. ex *schedis Pr. de Mazaugues* : *Scabotum ovium dicti Andree intraverat in quoddam bladum dicti territorii. Infra : Vidit accipere pasqueum de singulis Escabotis ovium, quæ pascebant ibi, unum annoje*.

\* Aliud sonat *Escabort*; est enim vox contumeliæ, quæ idem forte significat quod *Escabousseur*, quo homo fraudulentus, vulgo *Trompeur*, indigitatur. *Lit. remiss.* ann. 1400. in Reg. 155. *Chartoph. reg. ch.* 343 : *L'exposant qui est boiteux et mutilé de ses jambes, tant qu'il le convenoit aler à une pontence, par grant chaleur ledit Murat lui dist qu'il estoit un faulx, mauvaix boiteux, Escabort, avec plusieurs autres paroles injurieuses*. Alia ann. 1390. in Reg. 140. ch.

22 : *Escabousseur, qui vault à dire ou pais (d'Aunis) trompeur de gens*.

\* **ESCACARIUM**, a Gallico *Echiquier*, *Suprema curia* apud *Normannos*. Charta pro capit. *Carnot.* ann. 1375. in Reg. 107. *Chartoph. reg. ch.* 299 : *Item supra nemoribus desuper dictum pontem S. Petri, quæ tenuit in feodali firma seu feodo firmo Johannes de saint Lienart, xx. lib. Turon. ad duos terminos Escacarii*. Vide *Scacarium* in *Scact* 1.

\* **ESCADAFFAULT**, vox vulgaris, pro *Echafaud*, *Tabulatum altius eductum*. *Ch. ann.* 1379. in *Cod. reg.* 8542. 6. fol. 152. r. : *Existens apud Montepessulanum serenissimus princeps dom. Ludovicus regis quondam Francorum filius... extra portale saunneriæ super quodam Escadaffault, in quo si quidem Escadaffault lata steterat sententia contra villam Montepessulanam, etc.* Vide mox *Echafaudus* et *Scadafale*.

\* 1. **ESCADERE**, *Decidere*, *deficere*, *Gall. Déchoir*. Charta *S. Ludov.* ann. 1263. in Reg. 30. *Chartoph. reg. ch.* 297 : *Si vero contingeret quod aliquod stallorum prædictorum Escaderet pro portione census dictum stallum contingente, aut si combustio, vel aliquis alius casus fortuitus eveniret per quod halla prædicta, sive aliquod stallorum prædictorum dampnificaretur, etc.*

\* 2. **ESCADERE**, *Advenire*, *Gall. Echoir*. *Pactum inter Carol. VIII. reg. Franc. et Ferdin. reg. Castel.* ann. 1493. inter *Observat.* ad *Hist. Carol. VIII.* pag. 667. art. 17 : *Et similiter recipientur et recuperabuntur denarii terminorum Escadutorum et debitorum, sicuti Escadent usque in diem dictæ possessionis*. Vide *Escadere*.

\* 3. **ESCADERE**, *Jure hæreditario obvenire*; nostris *Eschoiter*, *verbum acti- vum*, pro *Hæriter*, *jure hæreditario obtinere*. *Homag. Poncii Amenein* ann. 1214. in Reg. 30. *Chartoph. reg. ch.* 28 : *Fect hominagium ligum... domino Simoni comiti Leycestris... de tota terra Guillelmi Amenein, quæ ipsi erat Escaduta, quam mihi dedit*. *Libert. hominum de Boussac* ann. 1427. in Reg. 179. ch. 42 : *Item qu'ilz puissent Exchoiter et succéder les ungs ès autres, et avoir les biens, exchoite et succession quelconque les ungs des autres par droit de succession et hoirerie à eux appartenans*. Vide *Esca- dère*.

\* **ESCADUCHA**, *Occupatio rerum mobilium vel immobilium ex delicto et forisfactura, vel ex alia qualibet causa*. Charta ann. 1230. ex *Bibl. reg.* : *Habeat (episcopus Biter.) ea, quæ occupaverat per Escaducham comes Montisfortis. Eschéete*, eodem sensu, in *Assis. Hierosol.* cap. 146 : *Se le fié vient en la main dou seignor par Eschéete, ou par défaut de service ou autrement, etc.* Vide *Escaeta*.

\* **ESCADUTA**, Eadem notione. Charta *Ermeng. abb. Montisol.* ann. 1231. inter *Instr.* tom. 6. *Gall. Christ. col.* 446 : *Excipimus tamen, quod de cetero non liceat bajulo nostro alienare, dare ad acapitum, vel vendere seu impignorare possessiones vel Escadutas nostri monasterii absque nostro consilio et voluntate expressa*.

\* **ESCAEMENTUM**, *Eodem intellectu*. Charta *Mauric. Episc. Paris.* in *Char- tul.* ejusdem fol. 47. v. : *Hudeardus de Victoricio, assentientibus filiis Reginaldo et Godofrido, dedit in uxorem filiam suam Sancelinam, quæ erat femina nostra de corpore, cuidam libero homini, Drogoni scilicet Saviniaco. Et nos pietatis intuitu eidem Drogoni concessimus... quod si*

contingeret eum decedere sine liberis, nullum de bonis ejus habebimus Escaementum.

**ESCAETA, ESCHAETA, ESCHETA, ESCHETA, EXCAETA, ESCADENTIA, ESCASURA.** [Adde *Escaanchia, Escaantia, Escaducha, Escaduta, Escaementum, Escadentia, Escadentia* et *Escaducum*, quæ voces suis locis videndæ sunt.] Horum vocabulorum non una semper, sed varia et diversa est significatio. Nam interdum, et ut plurimum, sic appellatur bona, prædia, immobilia vel mobilia quævis, quæ ex delicto et forisfactura vassalli vel alio quolibet casu cadunt in fiscum Domini feudi. Ita Rastallus, et practici Angli. Vide Britton. pag. 27.

Duplicis porro generis *Eschetæ* statuunt Leges Baronum Scotticorum. seu Quoniam Attachiamenta cap. 48: *Eschetæ enim accidunt, quandoque in mobilibus, quandoque in terris et tenementis*: in mobilibus, veluti ἀνερότοις, quæ nullius Domini sunt, Thesauris, rebusque aliis inventis, animalibus confiscales, etc. in immobilibus, veluti prædiis damnatorum, proditorum, sine hærede decedentium, <sup>scilicet</sup> bastardorum sine hærede defunctorum et usurariorum apud Glanvill. lib. 7. cap. 16. et in Rotul. Abbrev. passim. [nothorum, ut apud Perardum in Burgund. pag. 350. debitam talliam non solventium statuto tempore, in Charta ann. 1457. ex Bressia, etc. *Nihil* autem, ut est ibidem § 13. *judicatur Escheta, nisi propter culpam aut transgressionem alicujus partis, quam ipsa res tangit.* Quæ quidem bona, *Caduca* dicuntur jurisconsultis. Gloss. Lat. Græc.: *Caducum*, τὸ χωρὸν εἰς τὸν πῖνον. Ita in Charta Guillelmi Episc. Paris. ann. 1244. apud Brollum in Histor. Paris. lib. 2. pag. 283. 2. edit. et aliis, *caducum* vox usurpatur.

Interdum et sæpe sumuntur hæ voces pro legitimis hæreditatibus, quæ quibusvis obveniunt: unde ut ab escaetis, quæ ex delicto vel ex defectu hæredis Domini feudi obveniunt distinguantur, sæpe *Eschaetæ* vocabulo additur vox *recta*, id est, *legitima*, ut quæ ex lege obvenit: quæ etiam *Recta hæreditas* dicitur in Legibus Henrici I. cap. 1. Charta ann. 1279. apud Duchesn. in Probat. Hist. Burgund. cap. 91: *Salvo sibi et hæredibus suis recto caduco, sive recta Escheeta, et alio jure futuro, si in præmissis contingeret evenire.* Vide Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 21. [Bellomanerius cap. 14. pag. 79: *Echoite si est quant hirtage descend du côté par la defaute de che que chil qui muert n'a nus enfans, ne nul qui de ses enfans soit issus, si que ses hirtages échoient à son plus prochain parent, si comme à ses freres ou à ses sereurs, et se il n'a nus freres à ses oncles; se il n'a ne freres ne sereurs, ou à ses antains; ou se il n'a ne freres, ne sereurs, ne oncles, ou à ses cousins germains, ou à son plus prochain parent dedant le quart degré de lignage.* Litteræ Guidonis Comitis Nivern. ann. 1231. insertæ Litteris Caroli primogeniti Johannis Franc. Regis. ann. 1356. apud D. Secousse tom. 3. Ordinatio. pag. 118: *Si aliquis vel aliqua sine filio vel filia decesserit, Escheeta mortui vel mortue sine mercamento aliquo ad propinquorem liberum heredem deveniet. Quod si statim hujusmodi propinquior heres Escheetam non requisierit, anno et die reservabitur justo heredi per manum dictorum quatuor burgenstium. Si autem ipse propinquior heres infra annum et diem Escheetam non requisierit, dum tamen requirere*

potuerit competenter, deinceps super hoc nullatenus audietur, ymo ad nos plenarie deveniet Escheeta. Aliæ Philippi cognomento Audacis ann. 1281. ibid. pag. 216: *Comitatus Pictavensis ex Escheata prædicti patris nostri ad nos deveniet.*

**ESCAETA** cum **HEREDE**. Gervasius Tilberiensis lib. 2: *At cum pater familias, miles, vel serviens, de Rege tenens in capite fata debita solverit, relicti tamen liberi, quorum primogenitus minor est annis, redditus quidem ejus ad fiscum redeunt: sed hujusmodi non simpliciter Eschaeta dicitur, sed Eschaeta cum hærede, . . . de ipsa hæreditate per regios Officiales tam ipse hæres, quam ceteri liberi necessaria percipiunt.* Vide *Custodia, Hæres, et Warda*. Varie porro hæ voces exaratæ leguntur:

**ESCAETA**, in Vitis Abbatum S. Albani pag. 88. apud Radulfum de Dico ann. 1191. Matth. Paris pag. 394. et alios.

**ESCHAETA**. Charta Itherii de Mengnac Domini de Closis ann. 1278. apud Thomasserium, in Biturig. pag. 110: *Quod Eschaeta seu successio ipsorum tam de bonis mobilibus, quam de immobilibus deveniat ad propinquorem de genere eorundem.*

**ESCHATA, et ESCHETA, ESCHETAÆ**, Anglis *Escheat*, apud Mat. Paris pag. 179. Littleton. sect. 4. Tho. Walsingh. pag. 100. [et in Charta Theobaldi Comitiss Campaniæ ann. 1233. pro Abbate Molismensi.]

**ESCHAANCIA**. Charta anni 1234. ex Archivo B. M. de Bono nuncio Rotomag.: *Totum illud tenementum meum, quod habui de Eschaancia avunculi mei.*

**ESCANCHIA**. Charta Officialis Rotomag. ann. 1303: *Juraverunt . . . quod . . . ratione hereditagii, successiois, petitionis, divisionis, domini, conquestus, Escanchiæ, dotis, dotatitii, seu donationis propter nuptias, seu quacumque alia ratione sibi competente vel competitura in dicto annuo redditu nichil reclamabunt in futurum.*

**ESCHANCHIA**. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1670: *In terris, ædificiis, vineis, redditibus, rippariis, censibus, homagiis, redevanchiis, et aliis quibuscumque ad me spectantibus, quæ omnia possidebam de Eschanchia cognati mei Johannis de Fraxinis defuncti.* Vide Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1277.

**ESCHETA**, in Leg. Baron. Scotie. loco cit. in Statutis Roberti III. Regis Scotie cap. 28. in Regiam Majest. lib. 2. cap. 55. § 2. 3. in Itinere Camerarii Scotiæ cap. 34. etc.

**ESCHETA**, in Libertat. Montis regalis apud Guichenon. in Histor. Bress. in Consuet. Comitatus Burgund. art. 100. Autisiodor. veteri art. 39. Bituricensi tit. 19. art. 16. 33. etc.

**ESCHETA**, apud Thomam Madox Formul. Anglic. pag. 374: *Ego Ricardus de Waleton quietum clamavi. . . . redditum viginti solidorum, et regale servitium, et wardos, et Escetas, et cartam, et quidquid juris mihi. . . . evenire potuit, etc.*

**ESCHIDENTIA**. Charta M. Abbatis S. Vedasti Atreb. in Chartulario v. ejusdem Abbatie pag. 1: *Dominium et justitiam et Eschidentias justitiæ nobis integre detinemus.* Charta anni 1243. in Chartular. S. Vandregesill. tom. 1. pag. 384: *Quod ego et hæredes mei tam per Eschidentiam, quam aliter de cætero habere poteramus.*

**ESCHIDERE**, Obtingere, obvenire, Gall. *Echoir*. Instrument. anni 1242. ex Chartulario S. Vandregesill. tom. 1. pag. 505:

*Cum omni jure, libertate et domino quod . . . habebam, et quæ mihi et meis hæredibus accidere poterant et Eschidere de cætero.* Charta P. Ducis Britannie min. ann. 1237. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 335: *Nos tradidimus domino nostro Regi Franciæ omnes terras, quas de eo tenemus in Francia . . . et etiam terram hæreditariam fratris nostri . . . si interim nobis Eschideret, tenendas in manu sua, etc.*

**ESCHIDENTIA**, in Consuetud. Siculis lib. 1. tit. 77. [et in Charta Officialis Rotom. ann. 1279. ex Archivo B. M. de Bono Nuncio.] *Terræ Eschidentiales*, in Flela lib. 6. cap. 1.

**ESCHASUGA**, apud Acherium tom. 8. Spicil. cap. 242.

**ESCASURA**. Charta de Chableis in Tabulario Campan. Thuano fol. 189: *Comes habet Escasuras apud Chableis omnium hominum liberorum, et suorum, et omnium extraneorum qui non habent Dominum.* Charta Libertatum Villæ de Villereys ann. 1253: *Escasuræ ad propinquorem hæredem devenient.* [Charta Philippi II. Franc. Regis ann. 1204. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 1. pag. 7: *Quidquid idem Comes habebat citra mare Angliæ, et quidquid de Escasura ipsius Comitiss ad eam jure hæreditario devenit, et poterat devenire citra mare Galliæ.* Martenius noster tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1048. habet *Escasura*. Hist. vero Harcur. tom. 4. pag. 2174. *Excassina* perperam.] Vide Roverium in Reomaio pag. 259.

**EXCASSURA**. Charta foundationis Monasterii Veteris pediculi ann. 1172. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 887: *Item, dominus Matthæus Vanne et dominus Stephanus Putet dederunt eisdem Fratribus cesum manus firmæ cum omni justitia et dominatione, et cum Excassura, si forte evererit.*

**EXCASURA**. Acta-Abbatum S. Germani Autissiod. cap. 13: *Excassuræ decedentium nequaquam ad alios homines, licet propinquos, sed tantum ad homines Ecclesiæ devolvantur.* Et cap. 10: *Nam cum dimidia pars domus ex quadam Excassura jus Monasterii devenisset, aliam medietatem emit.* Charta P. Comitis Nivern. ann. 1104. pro Burgensibus Autissiod. apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 326: *Certum est, quod franchi homines suas habent in integrum Excassuras, et habebunt in perpetuum.* Codex MS. reddituum Episcopatus ejusdem urbis: *Excassura, hoc est, manus mortua . . . Excassuræ emptæ a Guillelmo Armigero. . . Domus de Valen, quæ fuit de Excassura x. sol. Excassuræ, sive manus mortua circa LX. lib.*

**EXCAUCIA**. Pro hereditate vel *Excaucis uxoris suæ*, in Litteris Ferrandi Comitis Flandriæ ann. 1214. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 842. Mallet *Excaucis*.

**ESCADUCA**, in Charta ann. 1243. in Regesto Comitum Tolosæ fol. 88: *Albergas, successiones, Escaducas, furnos, etc.*

**ESCADUTA LEGITIMA**, in Charta anni 1311. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 579.

**ESCASUTA**. Vide locum in *Francia*. **ESCATATA**. Inquisitiones factæ in loco Oysentil, pro juribus Comitiss, Hist. Delphin. tom. 1. pag. 20. col. 2: *Debet respondere domino Comiti de duabus partibus bannorum et Escatarum, quæ eveniunt quum tenentur dicta placita.*

**ESCHAAMENTUM**. Charta Ludovici filii natu majoris Philippi Aug. pro

Communia Atrebat. ann. 1211: *Duodecim Scabini debent eligere quatuor probos viros, qui debent recipere omnia Eschaementa civitatis, et de eis debent reddere computationem Scabinis.*

† ESCHAEMENTUM. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 83. v: *Quæ ad eum pertinent tam in hominibus, quam in campis... in censibus, et in reguarz, et in omnibus Eschaementis, quæ ad Dominum pertinent.*

† ESCHHEEMENTUM, infra in Forismaritatum.

† ESCHAYDA. Charta Guillelmi Alameiæ ann. 1276. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 526: *Excepta successione sive l'Eschayda, quæ utriusque dictarum partium posset inantea evenire.*

† ESCHHEANCIA. Charta Archidiaconi Rem. ann. 1241. ex Tabulario S. Nicasii: *Nisi aliquid ratione dotis vel Escheancie reclamabunt.* Charta Curie Suess. ann. 1261: *Tertiam partem totius hereditatis eorum et totius Escheancie, etc.* Rursus occurrit apud Miræum tom. 1. pag. 770.

† ESCHHEETA. Homagium ann. 1205. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 108: *De portione, quæ me contingit de Escheeta Comitibus Barri super Secanam, deveni homo ligius illustris dominæ meæ Blanchæ Comitissæ.*

† ESCHHEOTES. Charta Commun. Divion. apud Perardum in Burgund. pag. 935: *Dedi... omnes Escheotes in hominibus, quæ ad me venire debent.*

† ESCHHEYTA, infra in Eventimentum.

† ESCHOETA, apud Thomasserium in Biturig. pag. 123.

† ESCHOITA, apud eundem Thomass. pag. 732.

† ESCHOUETA, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 487.

† ESCHUTA, in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 134. et alibi. *Espava seu Eschuta apum et quorumcumque animalium, in Statutis S. Claudii ann. 1448.*

ESCAETOR, ESCHAETOR, Magistratus apud Anglos, cujus munus erat, res in fisco Principis quolibet jure redactas in Provinciis diligenter exquirere et colligere: *Escheators*, vulgo. Articuli Episcoporum Angliæ in Additam. ad Matth. Paris: *In tantum jam crevit malitia, quod Escaetores non ad bona Abbatum et Priorum usui decedentium deputata, manus extendunt, verum etiam ad blada instaurata, etc.* Will. Thorn. ann. 1306: *Walterus de Glocestr. Eschaetor.* Idem ann. 1316. in Charta Edward. II: *Ita quod nullus Escaetor, seu alius minister noster... se intromittat.* Vide eundem ann. 1363. Monast. Angl. tom. 1. pag. 48. Concil. Lambethense ann. 1261. cap. de Custodia Eccles. Edw. Cokum ad Littletonem sect. 4. Fletam lib. 1. cap. 20. § 60. Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 978. etc. In Charta Gallica apud eundem Thorn. ann. 1388: *Eschetour.* Ejusmodi erant *Cæsariani*, qui bona ad Principem devoluta veluti vacantia occupabant, in leg. 2. Cod. Th. de Bonis vacantib. (10, 8.)

Habent, ait Spelmanus, vel potius habuere, Magnates aliquot hujusmodi Officialem: suum autem Rex in unoquoque Comitatu Angliæ, qui a Magno Thesaurario annuatim constitutus, fisco militat et piscatur, exacto vero ministerii sui anno, iterum infra triennium non ad idem recipiatur exequendum. Stat. Henrici VIII. cap. 8. et ann. 3. ejusd. cap. 2. [Vide Kennetium in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden.]

ESCAETRIA, Officium *Escaetoris*, in veteri magna Charta fol. 160. 161. etc.

SUBESCAETOR, Locum tenens ac Vicarius *Escaetoris*, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 60. et apud Gul. Prynneum in Libertatibus Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 847. *Eschetours et Dessouth-Eschetours*, apud Britton. cap. 21.

\* ESCAENTIA, Legitima hæreditas, quæ alicui obvenit vel obvenire potest, nostris alias *Encheue*, *Eschéeste*, *Eschéison*, *Eschoaiste*, *Eschoete*, etc. Charta Folqueti de la Forsa et Aymer. Berm. ann. 1407. ex Tabul. Flamar.: *Se deserviens totaliter et exuens de omni jure, deverio, actione, possessione, proprietate, parte, portione et Escaentia sibi pertinentibus.* Charta ann. 1270. in Chartul. S. Pet. de Monte: *Houdrois et Hawions donent et acquient pour Dev et en aumône à l'agleise de S. Pierre leur menandies devant dites, et tous leur preis et toutes leur terres où qu'il les ont, et l'Encheue qu'il doivent avoir après la mort la maraistre Hawion.* Alia ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 63. v. col. 2: *Denisot afferma par devant nous en droit qu'il avoit, recevoit et poursuivoit de la succession des devans Jaques son pere et Perronnelle sa mere que de l'Eschéeste de feu Jaquet et de Robin ses freres... vint livres de Paris... pour sa partie, porcion, division et Eschéeste qui li appartenoit.* Rursum alia ann. 1301. ibid. fol. 142. r. col. 1: *En ladite composition ait esté reservez à moi ladite Hyolent les aeneages en l'Eschoaiste dudit Gilbert.* Charta ann. 1254. apud Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1326: *Com il eust contenz... pour Eschéison de la descendue, etc. Eschoete*, in Lit. ann. 1293. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 514. art. 1. Vide supra *Escaanchia* et *Escaeta*.

ESCAIRE, Jure hæreditario obvenire, Gall. *Echoir*, alias *Eschayer*. Scacar. Paschè ann. 1219. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 20. r. col. 2: *Judicatum est... quod custos talis sit, quod hæreditas puellæ non possit ei Escaire ex morte puellæ vel sororum suarum.* Charta ann. 1294. ex Chartul. episc. Carnot.: *Je Guace de Loygni... fais assavoir à tous que je ay gagé à R. pere en J. C. et seigneur monsr. Symon par la grace de Dieu eveque de Chartres à faire toute sa volonte haut et bas de la finance du rachat du fé et des appartenances de la terre de Loygni, laquelle m'est Eschayté de la mort monsr. Girart jadis seigneur de Loygni mon frere.* Vide supra *Escaedere* 3.

1. \* ESCALA, Locus, ut videtur, ubi religionis causa congregantur Judæi. Testam. Isaac medici Carcass. Judæi ann. 1305. ex Chartoph. reg. Montispesul.: *Item volo et mando Vitali filio et hæredi meo infrascripto, quod ipse faciat fieri nomine meo unam coronam... ad opus rotuli quod ego feci fieri ad opus Escalæ Judæorum Carcassonæ.*

\* 2. ESCALA. [Scala, escalier: « Laborerii per eum facti in lumaca turris introitus palatii apostolici et in Escalis dicti introitus. (Archiv. Vatican. Ed. publ. 1460-1464, f. 199.) »]

† ESCALARE, Gall. *Escalader*. Scalas muros ascendere. *Fortalitia obsessa, assalhiata, debellata, Escalata clandestine nec furtive capta*, apud Rymerum tom. 8. pag. 618. col. 2. [\* Vide infra *Escalare*.]

\* ESCALFATOR, Instrumentum cibariis recalefaciendis aptum, Hisp. *Escalfador*, Gall. *Réchaud*. Invent. ann. 1361. ex

Tabul. D. Venciæ: *Item Duos Escalfatores de aramo.*

ESCALIARE. Eximius Salanova de Privilegiis Baronum Aragon.: *Item possunt Escaliare in villis regalibus ubi sunt vicini tantum.* Vide *Scalia*.

\* ESCALINGIA, Terra paludosa, ut opinor; nisi sit nomen loci. Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5139. fol. 49. r.: *Dominus Guillelmus Demenanni medietatem terrarum de terra Paan S. Valerii et medietatem Escalingiarum.* Vide *Scalinga*.

\* ESCALIS, Discus, patina. Vita B. Osan. tom. 3. Jun. pag. 684. col. 1: *Cum mensæ accubisset, universum tempus in distribuendis rebus, quas suo imponebant Escali, consumebat.*

ESCALIUM. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1158. apud Blancam: *Confirmo etiam... omnes decimas terrarum, villarum, Escaliorum, et omnium alodiorum suorum, etc.*

† ESCALLARDUM, a Gallico *Echalar*, Palus, adminiculum, ridica, pedamentum. Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1291. in Charta anni 1279: *Juravi insuper ego dictus Gaufridus, quod prædicti clausi sarmento, dictis Escallardis ego nec hæredes mei nihil poterimus nec in omnibus in dicto clauso existentibus vel pertinentibus de cætero reclamare.*

† ESCALLATA, Coccum, Gall. *Escarlate*. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 187: *Ebur, roballum, lapides pretiosos, insuper Escallatam, warmigrisium, et pelles sebelinas, etc.* Vide *Scarlutum*.

\* Comput. MS. ann. 1244: *Pro quatuor alnis Escallatæ violetæ pro domina comitissa, alna xxvij. sol. cxij. sol. Testam. Phil. episc. Sabin. ann. 1372: Item mantellum estellatum (i. escallatum) folratum de penn de Narbona... Item capam et mantellum Escallatæ muretæ cum capucis folratæ dominæ de Podio nepti mæx. Escarlata brune, purpuram intelligo, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 444: *Une piece d'Escarlata brune, et une autre d'escarlata vermeille.* Esquallate, in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 251. r.*

† ESCALMAMENTUS. Vide *Eschalmamentus*.

ESCAMBIUM, [Permutatio, Gall. *Echange*. Sententia arbitraris anni 1235. ex Tabulario S. Nicasii Remensis: *Dicebat dictam Ecclesiam alias terras in Escambium et commutationem recepisse.* Occurrit rursus infra, et apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1277. et alibi non semel.] Vide *Cambiare*.

≡ ESCAMBIUM COMPETENS, Præstatio indemnitas ob rem evictam. Glanvilla lib. 3. cap. 1: *Et nota quod cum constiterit, eum qui trahitur ad Warrantum, debere ei Warrantisare rem illam, de cetero non poterit eam perdere is, cui Warrantisare debet eam, quia si res illa in curia disratornetur, tenebitur ad Competens Escambium, si habuerit, unde id facere possit.* Vide *Escannicum*.

≡ ESCAMBIUM CAMPIONIS, Si... producatur alius Campio, quam ille qui duelum vadiavit, apud eundem Glanvillam lib. 8. cap. 8.

≡ ESCAMEN, Esca. Esbasis vers 1113:

Mortis hic est annus viroso Escamine tectus,  
Propinat mortem dum fingit ferre salutem.

† ESCAMPOR, Nummularius, Gall. *Changeur*. Consuetud. Lemov. art. 42: *Aurifabri sive deaurarii et Escampores annulos, monilia, zonas et garlandas argenteas, etc.* ubi versio Gallica sic habet:

*Orfevres, Changeurs de bagues, ceintures, perles et semblable orfeverie, etc.* Vide *Campsor post Cambiare.*

† **ESCANCHIA**, Vide in *Escaëta.*

\* **ESCANGIUS**, Pincerna, a poculis, Gall. *Echanson*. Charta Ludov. VII. ann. 1188. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 200: *Ita nos Ebrardum servientem nostrum... et Escancium meum... recipimus custodiendum.* Vide *Escantio* et *Scancio.*

† **ESCANDA**, ut *Esca*, Cibaria, si bene coniecto. Mabill. tom. 4. Annal. Bened. pag. 460. ad ann. 1044: *Ex villis monasterio Coriensi subjectis annuus census præbatur de Escanda, de sicera, de carnibus et de sale.*

† **ESCANDALEUM**, Mensuræ genus pro liquidis. Litteræ cujusdam Judæi ann. 1471. Hist. Massil. pag. 307: *Item lego elemosynæ Judæorum, quæ vocatur Mahor, unum Escandaleum olei annis singulis distribuendum in qualibet vigilia magni jejunii Judæorum.* [\* Vide *Scandalium* 1.]

\* **ESCANDILARE**, ut supra *Echandilare*, Mensuras ad examen publicarum mensurarum exigere, nostris alias *Escandilier*, nunc *Echantillonner*. Charta ann. 1489. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 280: *Jus et facultas Escandilandi et signandi quascumque mensuras tam bladi, vini, olei, salis, ... illasque tradendi, visitandi, marquandi, nec non etiam ulnas tam panni, quam etiam telæ, etiam dandi, Escandilandi et marcandi.* Libert. Villæ de Chagny ann. 1282. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 381. art. 6: *Peuvent et doivent tenir et avoir boisseaut et mesure de vinz et de oile, qui davent estre Escandilliez à la mesure du soignour. Espaaler, Espaeler et Espaler, eodem significatu Picardis nostris.* Charta ann. 1262. in magn. Chartul. nig. Corb. fol. 180. r.: *Avons vendu... toute nostre mairie... en quelesconkes choses que che just... en desgren au moelin, du boistel faire et Espaeler au moelin.* Alia ann. 1314. in Chartul. Regal. loci part. 1. ch. 70: *Et mesme ment (auront droit) de penre les mesures dudit molin, ou faire penre par leites gens, d'Espaaler et de justifier lesdites mesures toutes fois et quantes li cas s'i offeront.* Infra *Espailler*. Charta commun. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: *Item toutes mesures doivent estre taillées et Espalées par le bailly, par le maiieur et par les eschevins.* Chartul. 23. Corb. ad ann. 1448: *Pourveu toutes voyes que lesdites aunes, pois et mesures eussent préalablement esté Espalées à l'espal des mesures desdits religieuz.* Vide *Eschantillare* et infra *Scandaglare.*

\* **ESCANDIS**, Stipes, palus, Gall. *Pieu*. Joan. Germ. Cabill. episc. in vita Phil. Boni apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 93: *Perlongas picides, quas grossos bombarbes dicunt, ad bases turrium complantantur, eas forti stipite, quem Escandis nuncupant, colligant, etc.*

\* **ESCANGIA**, [Pisa. DIEF.]

\* **ESCANGIA**, Permutatio, Gall. *Echange*. Charta ann. 1219. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 221: *Robertus de Erlons feodarius meus in præsentia mea recognovit se quosdam redditus... pro tribus galeis terræ arabilis sitæ apud Erlons in Escangiam contulisse. Ego autem præfatam Escangiam cum Margareta uxore mea ratam habui et firmam approbavi.* Vide in *Cambiare.*

\* **ESCANGIUM**, Eadem notione. Charta ann. 1186. ex Chartul. Vallis B. M. diœc. Paris.: *Dederunt vineam suam de Naisel assensu uxorum suarum et liberorum*

*monachis de Valle B. M. in Escangio pro vinea de la Heise.* Nostris *Anteschanger*, pro Vicissim permutare. Charta Hugon. Archiepisc. dom. de Partenay ann. 1268. *Lesquaus choses il nos Anteschange, e laisse, e quipte.* Vide *Escambium.*

† **ESCANNA**, Vide *Essanna.*

† **ESCANNICUM**, ut *Escambium*, Commutatio vel Compensatio. Gall. *Echange*. Instrum. anni 1079. apud Severtium in Episcopis Matiscon. pag. 114: *Et tamen pacto ut si aliquid inde haberent supra medietatem, unde ipse Hugo Escannicum non haberet, hoc illi dividerent.* Vide *Escambium Competens.*

† **ESCANTIO**, A cyathis, pincerna, Gall. *Echanson*. Liber niger Scaccarii pag. 350: *De Escantionibus. Quatuor tantum debent servire simul vice sua, etc.* [\* Vide supra *Decancius* et *Scancio.*]

\* **ESCAPAMENTUM**, Vide in *Escapium.*

† **ESCAPINUS**, ut *Scabinus*, Assessor in iudiciis, Gall. *Echevin*. Placitum anni 783. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. pag. 501: *Ibique veniens Advocatus S. Dionysii... nobis suggerebat dicens, eo quod inter Riferonem Comitem et suos Escapinos in pago Tellas, in mallo publico, etc.* Vide *Scabini.*

\* **ESCAPITIS**, Præstatio, quæ fortuito quolibet ex causa domino feudi obvenit; nisi sit pro *Accapitis*, præstatio scilicet, quæ nomine relevii domino capitali redditur. Vide in *Accaptare*. Charta C. domine Larreii ann. 1237. ex Cod. reg. 9612. A. B. N.: *Concessi... ecclesie Alberippe centum solidos Divionenses censusuales percipiendos singulis annis in perpetuum in censusibus de Ris ad festum beati Remigii... Si vero census tantum non valeret, id quod deficeret de prædictis centum solidis perciperetur a fratribus dictæ ecclesie in Escapitibus prædictæ de Ris.*

\* **ESCAPIUM**, Evasio, fuga, Anglis *Escaping*, ex Gallico *Escapper*, et Angl. *to Escape*, Effugere, evadere, ex *captione* se subducere, [*Scapha*, Aremoricis *Achap*,] unde vocis origo: quæ quidem usurpatur apud Anglos, de reo aliquo detento, et in carcerem misso, qui libertate donatur, antequam iudicio, seu iudicis sententia et præcepto liberetur. Duplex autem est *Escapium*: *voluntarium*, cum quis reus in crimine deprehensus et detentus, liber abire permittitur: alterum *neglectum* *Escape*, dicitur, cum scilicet idem reus detinetur, ac per negligentiam seu incuriam custodis evadit, custode non admodum laborante in eo rursus comprehendendo. Utroque casu, is cuius custodiæ incumbit reus, ejusdem criminis quo reus, damnatur, et si feloniam, tanquam felo, si proditionis, tanquam proditor punitur. [\* Placit. ann. 33. Edw. I. Oxon. rot. 19 in Abbrev. Placit. pag. 253: *Et quod custos gaolæ et Castri Oxoniensis permisit quandam Aliciam de Droys, quæ convicta fuit et adjudicata mori, sed quia prægnans fuit remittebatur gaolæ... evadere, et ad evasionem illam consensiens fuit idem custos adjudicator... et dicit quod clericus est... et garcio suus quem misit cum prædicta Alicia adjudicator, quod suspendatur, etc.*

Reorum autem custodia non tantum Carcerarium spectabat, sed et loci incolas adeo ut si reus per eorum incuriam evaderet, ii *Escapi*, quam dixit, pœnam incurrerent. Quinetiam si quis homicidium intra urbem commisisset, et ille ex urbe evasisset, incolæ *Escapii* pœna tenebantur, ut pluribus hanc materiam exequuntur Auctor Fletæ lib. 1. cap. 20. § 75. cap. 48. § 7. Guillelmus Stanford.

in *Placitis Coronæ* lib. 1. cap. 26. et seqq. ut et *Rastallus* verbo *Escape*, et *Cowellus* lib. 4. Instit. tit. 18. § 14.

Cum igitur non leve esset onus urbium incolis reos custodiendi, ab eo sæpe exempti leguntur, beneficio Principum. Charta Gilberti Tisoni summi Vexillatoris Angliæ in Monaci. Angl. tom. 1. pag. 372: *Sint quieti in civitatibus, burgis, ... et de omni terreno servitio et seculari exactione: similiter de sectis curiæ... et de murthero, et latrocinio, et Escapio.* Alia Charta ibidem pag. 977: *Et omnia americiamenta, redemptiones... necnon omnimoda Escapia felonum, de et in villa, terris, etc.* Charta Henrici III. tom. 2. pag. 660: *Et sint quieti... de murthero, de francoplegio... de Escapiis latronum, de roberis, etc.* Adde pag. 511: *Charta Philippi Ebroicensis pro incolis Mellenti anno 1320. in Tabulario Prioratus sancti Nicasii pag. 72: Lesdiz habitans de la ville de Meulant et des Muriaux... ne sont tenuz à gaitier les prisonniers estans en notre geole de Meulent et des Muriaux: mès s'il avenoit que aucun, ou aucuns malfaitteurs occissent un homme, ou fissent aucun murtre ou autre meffait, ou aucune malfacon, et il se botoit en monstier, ou en lieu semblable, lesdiz habitans seront tenuz à gaitier: mès hors la ville ils n'iron point gaitier, ne n'y seront contrains.* Willelm. Thorn. ann. 1268: *Et si ille qui captus fuerit per prædictum Abbatem infra prædictas bundas et metas evaserit de prisona dicti Abbatis, non debent respondere de ipso Escapio coram Justitiariis.* Vide Statutum 1. Westmonasteriense cap. 3. et Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 39. 81. lib. 2. cap. 95. et Consuetud. localem de *Menetou*, apud Thomasserium pag. 196. *Incarceratorum Evasio* dicitur in Charta Thomæ Regis Manniæ ann. 1055. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 718: *Et quod habeant incarcerationem, et incarcerationum Evasionem, et furcas seu patibulum super terram suam.* Vide *Radulfum* in Vita sua S. Richardi Episcopi Cices-trensis n. 87. et Gul. Prinnee in *Liberatibus Ecclesie Anglic.* tom. 3. pag. 765.

\* **ESCAPIAMENTUM**, Idem. Charta Henr. VI. reg. Angl. ann. 1457. in Chron. Joan. Wethamst. pag. 425: *Propter Escapiam dicti domini Egremont extra prisonam nostram et ipsorum custodiam.* Nostris *Se embler* dixerunt, pro Effugere, evadere, vulgo *S'échapper*. Lit. remiss. ann. 1406. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 148: *Les supprians forjurerent nostre pais de Normandie... et furent conduis... jusques à Traessy, auquel lieu... ilz se Emblerent et eschapperent de ceulz qui les conduisoient.* Hinc *Embler le tonlieu*, pro Solvendo vectigali se subducere, vulgo *Frauder les droits*, in Charta ann. 1249. ex Chartul. 21. Corb. fol. 99: *Et s'il avenoit cose par aventure que aucuns Emblast ou forchalat le tonlieu, etc.* Inde etiam accersenda vox *Escap*, Effugium, nunc *Echappatoire*, in Poem. Rob. Diaboli MSS.:

Mais ains ne me vausistes croire,  
Ainchois teniez tout à faloise,  
Et à Escap et à folie,  
A gas et à mélancoilie.

\* **Eschampée**, eodem sensu, in Assis. Hieros. cap. 33: *Die toutes les raisons et les Eschampées que il pora trouver à ce que il ne devra respondre.* Unde *Eschamper*, in Lit. remiss. ann. 1422. ex Reg. 172. ch. 47: *Lequel cheval effroyé et espouvanté acoup se Eschampa de costé, ou recula parmi de grosses pierres.* Vide *Escapium.*

† **EXSCHAPIUM LATRONIS**, in veteri Glossario apud H. Vanleium de ant. Litter. Septentr. pag. 284.

† **ESCAR**, Lapidus agger ad ripam fluvii, Gallis Quai. Legitur in Statutis Massil. MSS. lib. 1. cap. 51. § 3. ubi Edita habent *Scar*. Vide in hac voce.

† **ESCARA**, Combustio. Vide *Scara*.  
**ESCARAMIS**, Gauterius Cancellarius de Bellis Antioch. pag. 454 : *Adeo belli campo clauditur, montium valliumque aditus Escaramis obfusantur, quod nec unius fugientium illibaturo pertransire potuit. Leg. forte, et a ramis.*

† **ESCARCELLA**, Crumena scorteae, Gallis *Escarcelle*, ab Italico *Scarcella*, Crumena. Extractum computi ann. 1836. Hist. Delph. tom. 2. pag. 307. col. 2 : *Item pro duabus parvis caligarum, pro una corrigia et una Escarcella pro Domino, III. s. v. d. gr.*

† **ESCARETA**, pro *Escaeta*, quod vide. Litteræ Thomæ Prioris S. Michaelis in periculo maris ann. 1217. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 862. A. : *Exceptis placitis, relevagiis et servitiis vavassorum ad equum, et aliis Escaretis in prædictis maneris, quæ nobis volumus reservari.*

† **ESCARGATA**, ESCARQUAITA, Excubiæ. Vide *Scaraguayta*.

**ESCARIA**, Mensa escis plena, Ugutioni.  
 † **ESCARIARE**, quasi *Esgardiare*, Didicere, Cognita causa dirimere. Codex Legum Norman. cap. 19. § 6. apud Ludewig. tom. 7. pag. 301 : *Notandum etiam est, quod desreniator, si verba dimiserit vel mutaverit, que et in desresnacione fuerint Escariata, ejus desresnacione reprobat. § 7. Et similiter, si quis coadjutor defuerit, vel verba Escariata dimiserit vel mutaverit, vel etiam si ad desresnacionem oporteat evocari, vel compelli, vel attrahi.*

\* Vel potius *Dictare*, Gall. *Dictier*, suggerere, a veteri Gallico *Escarir*, eodem significatu. *Eschariare* habet Codex MS. ex Bibl. reg. sign. 4651. Ordinatio MS. super Duellis apud Camerac. : *Uns des eskievins... prent le main de celui ki a apelet et li met sor les Sains, et dont li devise-on et Escarir sen sairement en la veue et en l'oye de sen adversaire. Ubi in Edicto Phil. Pulc. edito in voce *Duelum* : *Alors le mareschal ou conseilier... prent l'appellant par ses deux mains, ostées des gantelets, et luy dit que il die les paroles après luy que il dira, et les met sur la Croix. Hinc Eskerisseur, qui dicenda suggerit, in Lib. r. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 29. r. ubi de Duello : *Chil qui claime doit premiers venir ad Sains devant le visconte et devant le maieur et les eskevins, et en leur presence doit baillier sa vouerie et sen droit de chele querelle à sen campion, et li autres au sien, et doit jurer li campions par ledit de l'Eskerisseur, que li viscuens et li maires i meteront ou jour.* [\* Germanis *den Eid staben* ; confer *Eschara*, Palus.]**

\* **ESCARIUM**, Census pro jure pasceendi greges persolutus. Charta Henr. imper. ann. 1040. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 38 : *Et ubicumque supra terram ejusdem ecclesiæ residentes greges pascere videntur, nulli herbatum sive Escarium dare, nisi Aquileiensi ecclesiæ debeant. Vide *Esca* 2.*

**ESCARIUS**, Vetus Pœnitentiale apud Morinum : *Si est ministerialis, si est negotiator, si est monetarius, si est Escarius, etc. Infra : Si est Escarius, non teneat annonam familiaræ. Idem videtur cum Cellerario.*

III

**ESCARLETUM**, [Coccus, Gallis *Escarlate*.] Vide *Scarlatum*.

† **ESCARAZONATA**. Vide *Escarrazonata*.

**ESCARRETA**, Inquesta de Foresta Andeliaci in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti Reg. fol. 123 : *Habent suam Escarretam per liberationem Vicecomitum, et furcos fagi ad suas domos faciendas. Forte pro Carreta. [Vide *Escarreya*.]*

\* **ESCARREYA**, Jux palos, quos *Escarras* vocabant, excindendi. Unde emendanda vox *Escarreta* supra. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 159 : *Repertum extitit quod... in dicta foresta habebant... Escarreya bosci de quercu per livreiam viridarii ad ædificandum. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. ch. 68 : *Furtive ceperat prædictus Johannes certam quantitatem lignorum, Escarras vulgariter vocatorum. Fagos, bourrées, Escarras et autres choses, in Reg. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1509. fol. xj. v. Vide *Eschara* 1. infra *Escharo* [\*] et *Scara* 2.]**

\* **ESCARRUM**, Angulus Gall. *Encoignure*. Pactum inter Guichard. dom. Bellijoc. et Guichard. de Marziaco ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 474 : *Usque ad Escarrum ejusdem muri eundo iuxta cimiterium S. Germani, et ab illo Escarro muri usque ad Escarrum domus Johannei Giraudi, etc.*

\* **ESCARTUS**, perperam pro *Essartus*, Ager recens proscissus. Charta Henr. 1. reg. Angl. ann. 1190. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 129 : *De Roberto de la Barduna de uno Escarto et partem decimæ, etc. Vide *Esartus*.*

\* **ESCASAMENTUM**, Casa, domus, ædificium. Charta ann. circ. 230. in Chartul. Barbel. pag. 501 : *Guldouinus abbas Fontis Johannis vendidit... vineam... quam elemosina defuncti Gunterii habebat, insuper et Escasamentum quod adhuc expectabat. Vide *Casamentum* 2.*

**ESCASSA**, Usatici Barcinonenses MSS. editi a Raimundo Bereng. et Adalmodi Comitib. Barcin. cap. 2 : *Si vero fuerit captus, et in ferris, vel in Escassa missus, per mediam mortem sit emendatus, requisitus, et cæsus, vel vulneratus, sive in tavega missus, vel per redemptionem distractus, sit per mortem emendatus. Cap. 9 : Si amplius erit retentus in Escassa, sive in ferris, vel in tavega missus, vel in quocumque vinculo aut custodia, detentus, etc. Idem videtur quod *cippus*, [forte ad instar *grallarum*, quas Galli dicimus *Echassas* efformatus.]*

**ESCASURA**, [ESCASUTA, ESCATA.] Vide *Escaeta*.

\* **ESCASURA CHRISTIANA**, an Bonorum quæ ad clericos vel ad ecclesiam pertinent ; an eorum quæ a decedentibus ecclesiæ conceduntur ? *Christianitas* enim et bona ecclesiastica et clericos designavit, ut videre est in hac voce. Charta ann. 1263. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 208. r. : *Danieta domina de Vilorcello recognovit... se vendidisse... Guidoni episcopo Lingonensi... medietatem Escasuræ Christianæ. Vide in *Escaeta*.*

**ESCATICUM**. Vide in *Esca* 2.  
 † **ESCATILIS**, Qui potest comedi. Tertull. de Patientia cap. 5 : *Post manna Escatitem pluviam, post petra aquatitem sequellam desperant de Domino.*

**ESCAUDA**, Navis amnicæ species, nostris olim nota. Aresta anni 1258. in 1. Regesto Parlam. fol. 10 : *Quoniam debent solvere costumam apud Pontem Audemari de lignis suis, quæ ipsi faciunt*

*adduci de venda prædicta per aquam in batellis seu Escaudis suis ad lignagia ibidem facienda, etc.*

† Eadem, ut puto, notione Le Roman d'Athis MS. :

Ne esquippe n'y trovissiez  
 Ne feust chargie à sa maniere,  
 Et si com sa façon requiere :  
 Car es Eschas sont les armeures, etc.

\* Non alia videtur esse, quæ *Escarpoise* appellatur inter Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Se doit une nef Escarpoise ki seil amainne, viij. solz... Li Escarpoise ki mainne blet u autre grain, doit iij. solz.*

† **ESCAUDEIS**, Species porci. Vide locum in *Baco*.

\* Gallica vox est, qua significatur porcus, cujus pili aqua calida avelluntur, Gall. *Echaudé*. Chron. abbat. Corb. MS. fol. 5. v. : *De porco uslato, etc. De porco Escaudé, etc. Vide *Excaldare*.*

\* **ESCAUDETUS**, Panis leviter coctus. *Hescaudel*, in Charta ann. 1329. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 298 : *Item à la saint Remy quarante-deux deniers. Item demy Hescaudel. Escaudis, unde Escaudisseur, qui ejusmodi panes facit, in Stat. pro pistor. Atrebat. ann. 1355. tom. 5. Ordinatio reg. Franc. pag. 511. art. 14 : *Et leur Escaudis et tout autre pain qui est tournex pour vendre, etc. Et art. 15 : *Chil vuastilier ne cil Escaudisseur, etc. Charta Pet. de Maloleone ann. 1230. ex Tabul. S. Dion. : *Concesserunt singulis diebus unam michiam in pistrino suo, vel unum Escaudetum in festis, item duas justas vini, etc. Vide *Escaudati* et infra *Escaudetus*.****

† **ESCAUSERIUS**, f. Scutarius, Gall. *Ecuier*. Chronicon S. Martialis Lemovic. apud Stephanoium tom. 1. Fragm. Hist. MSS. : *Erat in Lemovico castro quidam Miles nomine Petrus, Escouserius S. Martialis. Hic cum Abbati Cluniac. Hugoni familiaris existeret, A. Lemovic. Vicecomiti, ut monasterium S. Martialis Cluniacensis pertraheret, sapsissime persuadebat.*

† **ESCAZA**, Vide *Escassa*.  
 \* **ESCAZUCHA**, Quidquid fortuito obvenit, sive jure hæreditario, sive alia qualibet ratione. Testam. Raym. VI. comit. Tolos. ann. 1209. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 215 : *Totum residuum quod ego habeo... aliquo jure, vel aliqua ratione, vel successione, vel Escazucha, etc. Charta Simon. Montisfort. ann. 1211. in Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 126 : *Similiter habeas... omnes Escazuchas et obventiones præsentis et futuras. Vide supra *Escaducha*.**

† **ESCEITA**. Vide *Escaeta*.  
 † **ESCENDERE**, Contingere, Gallice *Echoir*. Supplem. Antiquarii : *Escendit, cupulive, Descendit, accidit.*

† **ESCENGIA**, Census in blado percipiendus, Gall. *Esenge*. Charta ann. 1253. ex Tabulario Floriac. : *Girardus quitat et concedit quidquid habet in grangia de Figaco, scil. vigesimam partem bladorum... receptionem Escengiarum, etc. [\* Vide infra *Essengia*.]*

**ESCENLA**, Scindula, *Escengle*, Gallis. Charta ann. 1257. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 9. ch. 25 : *Domos ejusdem grangia, sive appenditia cooperta de Escenlis et stramine. Occurrit etiam in Regesto Herouvalliano Phil. Aug. f. 118.*

**ESSENDOLA**, Eadem notione. Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 114 : *Et 1. cartallum de fabis, et 3. trannas de lignis, et 10. faxos de majeria, et 5. Essendolas, obra et manobra, et per vindemias 2. costas.*

\* **ESCENNA**, f. pro *Escenia*, Scindula, assar sectitius ad tegendum aptus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Eyssendol, Prov. scindula, quod scindatur*. Chartar. Norman. ex Bibl. reg. Cod. 4658. A. fol. 84 : *Burgenses de Lyons et de Bellovidere habent in foresta... fagum et quercum per liberationem, si faciunt domum tectam de Escenna. Escande et Eschaule nostris, eodem significatu*. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 433 : *Un plain panier de petits coiffeaux ou Escandes de bois*. Hinc emendanda Statuta ann. 1399. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 366. ubi *Estende et Esterde* editum, pro *Escende*. Charta Joan. Atrebat. comit. Augi ann. 1379. in Reg. 115. ch. 348 : *Donnons à nostre très cher et très amé filz Philippe d'Artois... son franc maisonner de chesne, ... et late, Eschaule, etc.*

**ESCENUM**. In formula 3. ex Andegav. titulus ita concipitur : *Hic est venditio de homine in Esceno posito*. Titulus Form. 28. Marculfi lib. 2 : *Qui se in servitio alterius obnoxiat*. Vide *Sunnis*. [\* Confer *Eschenun*.]

**ESCEPTA**. Vide *Escheppa*.

\* **ESCEPRA**, a vet. Gallico *Escerpe*, nunc *Echarpe*, Fascia, balteus, zona : unde *Escerpa*, oblatio, quæ sacerdoti a peregrinantibus fiebat pro benedictione *Escerparum*. Charta ann. 1173. in Chartul. Cluniac. : *Capellanus habere debet confessiones, Escerpas, baptisteria, reconciliationes mulierum, etc.* Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 136 : *Colinet Luillier sacha un grant couteau badelaire qu'il portoit à Escerppe pendu à son col*. Ubi male scriptum *Escreppe*. Vita J. C. MS. :

Vous alestes en mon sermon,  
Portant Escerpes et bourdon.

*Esquerpe* apud Guigneuil. in Peregr. humani gener. MS. ubi de Eucharistia :

Et c'est li pains que doivent metre  
Li pelerin en leur Esquerpe.

Quomodo etiam legendum pro *Esquerre* supra :

Tantost après me pourpense  
Qu'Esquerre et bourdon me faloit,  
Et qu'avoir me les convenoit :  
C'est cose moult bien avenant  
A cascun pelerin esrant.

Vide in *Burdones* et infra *Escharpa*.

**ESCEWINGA**, [Tributum nundinarum dominis feudalibus a mercatoribus exsolutum.] Vide *Scavagium*.

\* **ESCHAAMENTUM**, ESCHAANTIA, ut supra *Escazucha*. Necrol. MS. Paris. ad xij. Cal. Oct. : *Quoddam Eschaamentum apud Orli, quod venditum fuit quadraginta libris de voluntate capituli, ab Odone archidiacono possessore ejusdem domus*. Charta ann. 1268. ex Chartul. Campan. fol. 520. vº. col. 2 : *Si quod in aliis partibus terræ castri Portuensis ad fratres suos et sorores suas pertinentibus eidem Radulfo ex Eschaantia fratrum suorum et sororum suarum seu hæredum eorumdem in posterum perveniret*. Vide in *Escaeta*.

\* **ESCHAGUS**, Modus agri, Vasconibus *Eschach*. Charta ann. 1346 : *Tres conchatas vinearum, et octo Eschacos vinearum, etc.* Vide infra *Estiro*.

\* **ESCHADERE**, a Gallico *Echoir*, Obvenire. Charta ann. 1319. ex Tabul. Savigniac. : *Et quancumque contigerit redditus et rendam de Drace obvenire vel Eschadere per mortem illius qui tenet dictos redditus, actum est quod dominus*

*Bellijoci teneat Draciacum*. Vide supra *Escadere* 3.

† **ESCHAETOR**. Vide *Escaetor*.

† **ESCHAFAUDUS**, Tabulatum vel Tiggillum quo tabulata fulciuntur, Gall. *Echafaud, Etaye*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 128 : *Cum dicti Guillelmus et Johannes quemdam caminum de plastro... reparassent mediantibus estessibus, qui Eschafaudi vulgariter nuncupantur ; ... et dum præfati deponuntur per ipsos operarios Eschafaudi, etc.* Hinc *Eschauffauder*, Fulcire, tabulatum construere, et *Eschauffaudis*, ipsa constructio. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. ch. 454 : *Lequel maçon et son compaignon alerent Eschauffauder le lieu où ilz devoient besoigner, ... et pour ledit Eschauffaudement faire furent emprunter du merrien*. Aliæ ann. 1471. ex Reg. 195. ch. 642 : *Pour ce que iceulx charpentiers avoient besoing d'eulx establissement ou Eschauffaudis, etc.* Vide *Eschaffaudus*.

**ESCHAFFAUDUS**, Tribunal, pulpitum editius, Gall. *Eschaffaud*. Ordo ad consecrandum Regem Franc. editus a Renato Benedicto : *Primo paratur solium in modum Eschaffaudi aliquantulum eminens, etc.* De vocis origine vide quæ adnotamus ad *Joinvillam*, [et *Menaigium* in Orig. Gall.]

\* **ESCHAÏETA**, ut *Escaeta*, quiddam fortuito obvenit. Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 145 : *Item nonnulla cavadia et quædam corveya cum emolumentis obvenientibus et Eschaïetis præmissorum*. Vide supra *Escazucha*.

\* **ESCHAILLO**, ESCHAILLONUS, Scala, gradus. Pactum ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 681 : *Nos dalphinus et comes (Sabaudie) damus et dabimus concorditer potestatem ordinandi et discernendi limitationes hujusmodi sive per Eschailionum S. Apri, et per ripariam de Bievro, sive per flumen de Guyer, ... seu de Eschailione S. Apri, etc.* *L'Eschailon de saint Aure*, in Ch. seq. *Eschalho* ex eadem Charta in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 35. vº. Nomen loci ab ejus situ inditum.

\* **ESCHALACIUS**, a Gallico *Eschalas*, Pedamentum cui vitis innititur. Inquisit. forestæ de Reste in Reg. 84. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 94. rº. col. 1 : *Comes Suesionensis in illa parte forestæ, quæ dicitur Siccum almetum, habet Eschalacios ad proprias vineas*. Unde *Eschalacier*, Pedare, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 131 : *Pour ce que en icelles vignes... failloit metre et employer lors environ dix javelles d'eschales pour icelles du tout Eschalacier, etc.* Vide infra *Escharsonare*.

\* **ESCHALATUS**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 489 : *Apportavit ad domum habitationis suæ unum fasciculum sive onus passillorum sive Eschalatorum, Gallice Eschalais, ad quos vineæ ligantur*.

† **ESCHALGAITA**, Excubiæ. Regestum *Probus* fol. 12. ad ann. 1262 : *Exceptis nobilibus et illis qui debent gaytam et Eschalgaytam... omni tempore guerræ debent gaytam et Eschalgaytam*. Vide *Scaraguayta*.

† **ESCHALHO**. Vide supra *Eschaillo*.

† **ESCHALLA**, Scala, Gall. *Echella*. Vide locum in *Hurdamentum* post *Hurdicium*.

\* **ESCHALLARE**, ESCHELLARE, Scalas muros ascendere, a vet. Gallico *Escheller* et *Eschieler*, nunc *Escalader* : unde *Eschallamentum*, nostris *Eschèlement* vel *Eschiellement*, ipsa admotis scalis as-

ensio. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 352 : *Plures malefactores ipsum accusaverant fore consentientem de Eschellando quædam villas, quæ numquam fuerant Eschallatæ, et quæ, si Eschellatæ fuerant, hoc fuit factum ipso ad dictas partes Pullix existente, ... quia dicto baillivo de prædictis Eschallamentis non constabat ipsum armigerum fore culpabilem, ipsum a dicto carcere relaxavit*. Aliæ ann. 1359. in Reg. 90. ch. 500 : *Plusieurs charrettes qui menoient eschielles au chastel d'Alleux, qui estoient pour Escheller icellui, Eschieler, in Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 532. Eschetier, in aliis ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 431. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 91. ch. 377 : *Plusieurs bonnes villes, chastiaux et fortesces... estoient prises tant par Eschèlement comme autrement*. Aliæ ann. 1373. in Reg. 104. ch. 145 : *Lequel chastel de Gonzac par l'Eschiellement de nos ennemis fu prins. Eschièlemens et arsins de villes, chasteaulx, maisons, in aliis ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 362. Hinc Eschalleur, in ejusmodi ascensione exercitatus, in Lit. remiss. ann. 1445. ex Reg. 177. ch. 189 : *Icellui Gailleteau dist au suppliant que le sire de Pons (qui estoit en prison) avoit fait venir deux des meilleurs Eschalleux de son pays, qui avoient failli deux fois à le metre hors.... Le suppliant lui fist ung petit Eschellement de corde de viij. toises de long. Le Roman du Chevalier Délibéré MS. :***

Pour la grant cité de Dieu prendre,  
Et pour les cieulx beaux Escheller, etc.

Vide *Escalare* et *Scalare*.

† **ESCHALAMENTUS**, Superior pars trunci, ubi arbor in ramos dividitur. Charta Petri de Roteys Vicarii Tolosæ ad Bajulos de conditione materiæ ann. 1272. in Consuetudinib. MSS. Tolos. fol. 27. e Bibl. D. Abbatis de Crozat : *Faciatis fieri per magistros et carpentarios vestros fustas bonas et pulcras et de legitimis peccellis, videlicet quod peytrales de cor et de abiète de vi. brachiatis et de v. et de iv. quod illas habeant infra trancos et infra Eschalmamentos... et quod trabett de terna brachiata habeant suas paiellas infra trancos et infra Escalmamentos, etc.*

\* **ESCHAMENTUM**, Hæreditas, successio, quæ alicui obvenit. Charta ann. 1235. ex Chartul. Vallis B. M. dioc. Paris. : *Dedit præterea tres jornellos terræ apud Crucem de Sendecorn, quas habuit de Eschamento Odelinæ sororis suæ, excepta decima*. Vide supra *Eschaamentum*.

**ESCHANCHIA**. Vide *Waterpain*.

† **ESCHANCHIA**, ESCHANCIA. Vide in *Escaeta*.

† **ESCHANDELHO**, ESCHANDILIARE, etc. Vide *Eschanillare*.

**ESCHANGIARE**, ex Gallico *Eschanger*, Commutare. Vetus Charta in tom. 1. Monastici Anglic. *Et unam virgata Eschangiavi ibidem pro illa virgata*.

**ESCHANGIRE**, in alia ann. 1197. in Probat. Hist. Vergiac. pag. 122. Vide *Cambiare*.

† **ESCHANGIUM**, Permutatio, Gallice *Echange*, apud Thomasserium in Biturig. pag. 728.

\* **ESCHANJATIO**, Permutatio, Gall. *Echange*. Charta ann. 1219. in Chartul. Buxer. part. 6. chap. 26 : *Petrus li Bergiers... dedit in Escangio Deo et B. Mariæ de la Boissere et fratribus ibidem Deo servientibus unam peciam vineæ... Istam autem Eschanjationem tenentur*

dictus Petrus li Bergiers et uxor sua... dictis fratribus... imperpetuum... garante. Vide *Eschangiare*.

\* **ESCHANSONNUS**, a Gallico *Eschanson*, a poculis, pincerna. Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 25. v. : *Petrus d'Espineuse in comitatu Clarimontis in Belvacensi praestitit ad burellum dictum juramentum 27. Sept. 1381. et est Eschansonus dicti domini Karoli. Eschansonus*, in Instr. ann. 1401. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 159. col. 1.

**ESCHANTILLARE**, vel **ESCHANDILLARE**, Mensuras ad examen publicarum mensurarum expendere, exigere: Gallis *Eschantillonner*. Charta Libertatum Montis regalis in Bressia ann. 1287. apud Guichenonum : *Et si dicatur mensura falsa vel ulna, ad mensuras vel ulnas Eschantillandas vocentur duo vel tres burgenses meliores de villa, et ille cuius est mensura vel ulna, et in praesentia eorum Eschantilletur, et videatur utrum sit falsa vel non*. Eadem habet Charta Libertatum Villæ Bellijoc. ann. 1274. Hinc *Escandillonage*, apud Sanjulianum in Cabilone pag. 394. pro eo jure, quod in mensuris comprobandis Domino feudi competit.

† **ESCHANDILIA**, Exemplar ad quod mensurae sunt exigendae, Gall. *Echantillon*. Arrestum parliamenti Paris. ann. 1472 : *Ulmasque non consuivisse signari, sed Eschandiliari in Eschandiliis publicis*.

† **ESCHANDELHO**, Eadem notione supra in *Bajulus confratriæ*.

† **ESCHANDILLÆ TABERNARUM**, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 369.

† **ESCHANTILLIO**, a Gallico *Eschantillon*, Exemplar. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 331. v. : *Transcriptum litterarum domini regis concessarum Cælestinis Parisiensibus, per quas permittitur eis quod possint facere fluere per conductus fontis hospitii S. Pauli usque ad domum suam, usque ad quantitatem grossiciei capitis unius spinteris mediocris. Cum quo transcripto obligantur Eschantilliones sub quodam sigillo rubeo*. De anno 1402. unde *Escantailon*, pro *Estantailon*, legendum in Stat. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. Reg. Franc. pag. 253. art. 8.

\* **ESCHAOTA**, Fasciculus filii, Gall. *Echeveau*, alias *Eschet*, *Eschevete*, et *Escaigne*. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Septem Eschaotas filati albi... septem Eschaotas tam parvas quam magnas filii nigri*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 38 : *La suppliant prins... trois Eschez de fillet*. Aliæ ann. 1401. in Reg. 156. ch. 158. *Deux Eschevetes de fil*. Rursum aliæ ann. 1409. in Reg. 163. ch. 467 : *Le suppliant a prins et emblé es yslas de Suresnes et de Puteaux... certaines Escaignes de fil*. *Trois eschevaux ou Escaignes de file, qui pouvoit valoir huit frans ou environ*, in aliis Lit. ejusd. ann. ex Reg. 164. ch. 184. *Eschief*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 147. ch. 95 : *Le suppliant print six ou huit Eschiefs de fil blanc*. Hinc *Eschaivoir*, *Devolutorium*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 3 : *Laquelle femme devoitoid du file en un Eschaivoir*.

\* **ESCHAPOLUS**, Læctualis quædam supellex, vel vestis species. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris. : *Unum coopertorium panni brunni... et unum Eschapolum panni albi*. *Eschapin* vero, pro *Crepida*, vulgo *Pantoufle*, in Lit. remiss. ann. 1384. ex Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 81 : *Icellui Thevenin estant en une houppelands, sanz autre*

vestment fors sa chemise et en Eschapins, etc. At *Eschar*, vestimenti genus videtur, in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 201. ch. 110 : *Jehan Chavet laissa... ses esclous qu'il avoit en ses piez, tous piez nuz et en Eschar s'en courout*.

1. **ESCHARA**, Pedamentum cui vitis innititur, vulgo *Eschallas*, vel *Escharas*, quasi *scalula*, Latinis *Ridica*. Quidam a Græco γάρφα vocis etymum accersunt. Gloss. Græc. Lat. : *Χάρφα, sudis, ridica*. Onomast. : *Ridicæ, ῥύζιοι*. Ulpianus l. 11. § 8. D. Quod vi aut clam, etc. (48, 24) : *Si quis in vineas meas venerit, aut Ridicas abstulerit*. Charta Mauricii Episc. Parisiensis ann. 1189. in Tabul. S. Maglorii : *Boscum habeat in Foresta... ad ædificandum et ad Escharas vinearum, etc.* Occurrit passim in Regesto Philippi Augusti Herouvalliano. [Charta Rotrodi Rotomag. Archiep. ann. 1168. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1388 : *Concedimus nuper in foresta nostra Escharas ad vineas prædictæ terræ*.]

† 2. **ESCHARA**, Rocho the Baillif, in Dictionario Spagy. est *Mortua ac livida caro, a carne sana separata*.

\* **ESCHARCELLUS**, Cognomen Hildeberti cujusdam, in Charta ann. 1095. haud dubie a veteri Gallico *Eschars*, *Parcus*, *avarus*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod reg. 7684 : *Escharceté, esparnabieté ou sobriété, Parcitas. Eschars, parcus. Escharcément, parce*. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 8 : *Icellui Renouf dist qu'il n'estoit que un Eschars et un larroncel*. Aliæ ann. 1395. in Reg. 149. ch. 151 : *Hennequint dit que le plus Eschars, ou le plus large paieroit ledit escot*. Chron. Bertr. Guescl. MS. :

Eschars prince n'ira ja honneur conquestant.

Le Roman de Cléomades MS. :

Car ne vault riens princes Escars,  
S'il avoit d'or chargiés mil chars.

Unde *Scharseté*, Ital. *Scarsita*, *Parcitas*, *avaritia*. The Roman d'Alexandre MS. part. 2 :

Orgueilh, Scharsetés, envie, outrecuidiers, etc.

*Escarsément*, *Parce*, moderato seu viliori pretio, Gall. *Au plus bas prix*, in Invent. Jocal. Edwardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Item une coupe d'or haute et de ample ouvrage sans pieres, poise cinq marcs, Escarsément prisie le march dix lib*. Ita *Escarsse* dicitur, qui *parcus* est in solvendo quod debet, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 118 : *Henry Dupuis qui tenoit à ferme l'imposition de la marchandise de pourpointerie de la ville d'Abeville trouva Pierre Loncheron que ledit Henry disoit à lui estre Escarsse pour cause de ladite imposition*. Hinc monetariis *Escharcer*, imminuere, et *Escharceté*, imminutio. Mandat. Joan. reg. Franc. ann. 1351. tom. 2. Ordinat. pag. 428 : *Ne puisse faire l'œuvre de nos doubles dessusdits, plus Escharcée d'un grain de la loy que vous leur deviserez*. Consule *Poullain* de *Monet*. pag. 432. *Boisard* pag. 24. et 27. etc. Inde etiam accersenda videtur vox *Aescherti*, qua aliquis paucis viris comitatus significatur, in Poem. Garini :

Mes n'alez mie de gent Aescheri,  
Qu'en ceste terre sont tuit vostre anemi.

Vide *Scardus*.

\* **ESCHARFACH**, vox nautica, f. Tabulatum, Gall. *Pont*. Contract. navium Massil. ann. 1268. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Noster* fol. 287. r. : *Si domi-*

nus rex Franciæ voluerit habere aliquas naves ad *Escharfach*, etc.

**ESCHARGAITA**, [ESCHARGUAITA, etc. *Excubiæ*, Gall. *Le Guet*.] Vide *Scaraguaita*.

\* *Escharguete* etiam nostris, pro *Excubitor*, vulgo *Sentinelle*, qui *fait le guet*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 38 : *Wyardet le permentier Escharguete de nostre chastel de Passavant, etc.* Hinc emendandus *Marten*. tom. 5. Ampl. Collect. col. 615. ubi *Eschargaites*, pro *Eschargaites*. Ita *Eschauguete*, pro *Escharuete*, legendum in Ch. ann. 1343. apud *Thaumasser*. inter notas ad *Consuet. Bitur.* pag. 429.

† **ESCHARGAYTARE**, *Excubiæ* agere. *Inquisit. de Moras* ann. 1262. in *Regesto Probus* fol. 42 : *Illi de castro et de mandamento debent gaytare et Eschargaytare castrum, et illi de burgo burgum*. Visitatione ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 67. col. 2 : *Item quod quatuor gaytas et duas Eschargaytas in dicto burgo constitui faciat, qui noctium temporibus ibidem in dicto burgo gaytent et Eschargaytent*.

\* *Nostris Eschargaiter, Eschargaitier et Eschergaitier*. Vide in *Scaraguaita*. Charta Phil. dom. Jonvil. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 338 : *Item lidit habitant doivent gaitier et Eschergaitier ladite ville toutesfois que mestier serait*. Vita J. C. MS. :

Gil s'esvillierent qui dorment,  
Qui malement Escargaitoient.

Unde *Eschaugueter*, pro *Insidiari*, Gall. *Epier, guetter*, in Lit. remiss. ann. 1483. ex Reg. 209. ch. 268 : *Icellui Michel espia et Eschaugueta le suppliant*. Sed et *Eschargueter*, pro *Vexare*, molestiam exhibere, Gall. *Tourmenter, chagriner*, occurrit in aliis Lit. ex Reg. 170. ann. 1418. ch. 267 : *Icelui Denisot Eschargueter et attainnoit tousjours le suppliant en le injuriant*. *Eschage* vel *Escharge*, in Lit. ann. 1371. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 391. art. 4. de *servitio excubiarum* interpretatur *doctus Editor* : at vocem corruptam esse suspicor, quæ præstationem agrariam significare mihi videtur ; idemque fortassis quod *Tasca* 2. Vide ibi.

\* **ESCHARIARE**. Vide supra *Escariare*.

\* **ESCHARONÇONNUM**, Census qui pro jure tigna seu palos, quos *Escharsones* appellabant, excindendi, exigebantur. Vide supra *Escarsse*. *Reditus Roie* in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 91. v. col. 2 : *Saxminas de Bernastre ad modium Paris, et valet in tallis et foagiis et Escharonçonnis, xvij. lib. iij. den. minus*. Vide supra *Escharso*.

\* **ESCHARPA**, ut supra *Escherpa*. Charta Rob. Cabilon. episc. ann. 1188. in Chartul. Cluniac. ch. 322 : *Capellanus habere debet confessiones, Escharpas, baptisma, etc.* Vide mox

\* **ESCHARPIA**, a Gallico *Echarpe*, Balteus, zonæ species qua vestes constringuntur. Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 76 : *Ipsi servientes nisi fuerunt tollere et amovere dictis mercatoribus enses suos, quos secum in Escharpia deferebant*. Memor. H. Cam. Comput. Paris. fol. 4. r. ad ann. 1413 : *Johannes de Pulligny, dictus Chappellain, scutifer ordinatus custos... coffrorum in quibus ponuntur seu poni consueverunt Escharpia, colleria, monilia seu fermalia, et alia jocalia pro corpore regis*. Antiquus est, Francorumque proprius balteorum alborum usus, maxime in præliis. Guill. Guiart. ad ann. 1304 :

Pour les uns les autres connoître  
A trébucemens et à tours,  
Ont entre eux tous sus leurs atours,  
Et les grans pens et les menues  
Escherpetes blanches cousues.

Et ubi de prelio ad Montem in pabulis :

Lors fait faire commandement  
Par le bannier qui en l'ost crie,  
Que tout homme de sa patrie  
Face tant, comment qu'il la tranche,  
Qu'il soit seigniez d'Escherpe blanche  
Pour estre au féric conneus.

Infra :

Ains que li midiz fust tourne  
Fu tout l'ost le Roy atournez  
Sus beaux garnemens et sus ferpes  
Çà et là de blanches Escherpes.

\* **ESCHARSO**, Pedamentum, cui vitis innititur, Gall. *Echallas*, alias *Escharson*, *Eschaslason*, etc. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 231 : *Propter suspicionem furationis... certorum Escharsonum et ceptorum captorum in vineis vicinorum ipsius Madole, et in suis delatorum, etc.* Aliæ ann. 1356. in Reg. 85. ch. 119 : *Item d'avoir emblés en la vigne Simone dou puis de Acy deux fais-siaux d'Escharsons. Six jarbes d'escalas ou Escharçons, in aliis ann. 1419. ex Reg. 172. ch. 20. Aliæ ejusd. ann. in Reg. 171. ch. 15 : Eschaslasons ou bastons à ploier et soustenir vigne, etc.* *Escherson*, in Lit. ann. 1384. ex Reg. 124. ch. 537 : *Jehan Afilet et Guillaume Tribou avoient acheté ensemble un cent d'Escherons... et emportez en leurs vingnes.* Chartul. sign. *Ezéchiel Corb.* ad ann. 1423. fol. 198. r<sup>o</sup> : *Pour le faichon d'un millier d'Eschar-chons, ij. sols iiij. den.* *Escharde*, non alio sensu, in Lit. remiss. ann. 1441. ex Reg. 176. ch. 387. : *Avec une Escharde ou baston de chesne qu'il avoit en sa main, etc.* *Eschesse*, idem quoque videtur, in aliis ann. 1374. ex Reg. 106. ch. 182 : *Iceelui Henneguin entra en sa maison, et prist une Eschesse et puis issy hors, et en féry ledit Colart.* Vide supra *Escharreya*. Hinc

\* **ESCHARSONARE**, Pedare, vulgo *Echallas*. Arest. parlam. Paris. ann. 1814. in Reg. Olim : *Judicatum est abbatem et conventum S. Remigii Remensis esse in saisina scindendi boscum suum et ducendi ad domos suas pro vineis suis Escharsonandis, et aliis avasementis suis.* Vide supra *Eschalacius*.

\* **ESCHARTARE**, Interculare silvas et eas in culturam redigere. Gall. *Essarter*; unde *Eschartum*, Ager exaratus. Charta Will. Comit. Pontiv. ann. 1219. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 18. v<sup>o</sup> : *Johannes comes Pontivi nemus juxta Abbativillam, quod brusium appellatur, Eschartare præcepit... Canonici in quibusdam Eschartis ejusdem nemoris decimam receperant.* Vide in *Exartus*.

† **ESCHASSA**, Fulcrum subaxillare. Processus de Vita Yvonis, Maii tom. 4. pag. 571 : *Obviavit Henrico sic contracto, eunti cum potentiis seu Echassis. Nostris Echasses sunt Grallæ.* Vide *Escassa*.

† **ESCHASUCA**, **ESCHATA**. Vide *Escaeta*.  
\* **ESCHASURA**, Bona, quæ quolibet casu cadunt in fiscum domini feudi. Charta H. episc. Trecons. in Chartul. Floriac. fol. 31. r<sup>o</sup> : *Cum discordia venisset inter priorem de Diaco ex una parte, et liberos Ysabellis de Aquis ex altera super eo quod idem prior petebat Eschasuram.* Vide supra *Escaducha*.

† **ESCHATICUM**. Vide in *Esca 2*.

**ESCHAUDATI PANES**, qui Parisiensibus *Eschaudez*, leviter cocti. Charta Episcopi Paris. ann. 1202. in Tabulario Episc. Paris. ex Biblioth. Puteana, nunc

Thuana, fol. 56 : *Ego Episcopus inducere bona fide studebo Capitulum Parisiense, ut panes, qui Eschaudati dicuntur, et oblatæ, et vinum, quæ solent reddi Clericis Parisiensibus in vigilia Ascensionis Domini... quitentur.* Regestum peagiorum Paris. : *Le jour de la feste de sainte Genevieve, qui est es foires de Noel, si ont li peagier de petit pont, et le Prevost de Paris à chascune feste 12. sestiers de vin, et 2. Eschaudez, et 2. sols, et 12. Eschaudez petits.*

\* **ESCHAUDETUS**, Panis leviter coctus, nostris *Eschaudé*. Charta ann. 1243. in Chartul. S. Dion. pag. 206. col. 2 : *Percipiunt centum panes conventuales et quinquaginta Eschaudetos in pistrino ecclesie beati Dionysii.* Aliæ ann. 1231. ibid. pag. 227. col. 1 : *Concesserunt singulis diebus unam michiam in pistrino suo, vel unum Eschaudetum in festis.* Tabul. capit. Carnot. ad ann. 1241 : *Cum ecclesia nostra consuevisset et teneretur canonicis ecclesie Carnotensis et etiam clericis de choro non canonicis, cibum et potum in tribus processionibus, quas ipsi faciunt ad ecclesiam nostram, exhibere, videlicet feria v. post Pascha quosdam panes, qui vulgariter vocantur Eschaudez, etc.* Vide supra *Eschaudeta*.

† **ESCHAUGUETA**, Excubiæ, Gall. *Le Guet*. Vide in *Scaraguayta*.

† **ESCHAYDA**, **ESCHEANCIA**. Vide *Escaeta*.

\* **ESCHEAMENTUM**, Hæreditas, successio quæ alicui obvenit. Charta Odonis episc. Paris. ann. 1199. ex Chartul. ejusd. fol. 51 : *Si autem herbergagium aut terram ad aliquem per Escheamentum devenire contigerit, qui non sit mansionarius in villa, etc.* Vide supra *Escheamentum*.

**ESCHECCUM**, Jurata, seu Inquisitio apud Matth. Paris. ann. 1240 : *Si habuerint venationem illam, vi, aut permissione prædecessorum prædicti Abbatis, vel per Escheccum. Et mox : Vel si habuerunt venationem per vim, vel ex remissione prædecessorum Abbatis S. Albani per Escheccum, ut idem Abbas dicit.* Ubi Watsius *Escheccum*, vertit increpationem, vetationem, interruptionem, a *Check* Angl. increpare ; *Check*, Chaucero, est impedire, inhibere ne faciat, vel eat aliquis.

\* *Eschequer*, nescio unde, pro *Jetter de côté et d'autre*, Disjicere, in Lit. remiss. ann. 1382. ex Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 151 : *Iceelui Rogier atout un glaive dont il lanca et Eschequa après eulz, etc.*

† **ESCHEEMENTUM**, **ESCHEETA**. Vide *Escaeta*.

\* **ESCHELLARE**. Vide supra *Eschallare*.

\* **ESCHENTIA**, Idem, ut opinor, quod mox *Eschenium*. Charta Anselmi milit. dom. de Buisiaco ann. 1260. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 461 : *Quittavit quicquid juris habet, vel habere potest, ratione homagii, servitii, Eschentie seu debitionis, etc.*

† **ESCHENUM**. Charta Henrici Trecons. Comit. Palatini ann. 1189. ex Archivo Monasterii S. Urbani : *Statutum etiam fuit, quod si homo S. Urbani... in terram meam mansurus venerit, Eschenium suum tantummodo solvet, sed ab eo plus exigere non licebit.* Vereor ne mendum sit in hac voce, cujus eadem forte notio est, quæ *Hostisii*, seu præstationis ab *Hospite* quotannis domino loci exsolvendæ. Vide *Hospes*. [\*] Confer *Eschenum*.]

\* Præstatio, ut videtur, quæ ex conducto a vassallis domino exsolvitur.

Charta ann. 1223. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 199. v<sup>o</sup> : *Dicitur Guillelmus (tradidit) præposituram sive sergentiam perpetuam de dicto Montignacio, de Villa-nova et de Champis... cum omnibus juribus et pertinentiis ejusdem præposituræ, videlicet laudibus venditionum... percipiendum uno Escheni in medietate des Escheniz villarum prædictarum in festo beati Remigii in capite Octobris.* Ubi forte legendum *Escheviz*, ut et supra *Eschevum*. Vide infra *Escheuta*.

**ESCHEPPA**, **ESKEPPA**, Mensuræ frumentariæ apud Anglos species. *Monasticum Anglic.* tom. 1. pag. 823 : *Richardus de Revesbia recepit unam boveta in Sticcefordia per idem servitium per annum, excepto quod Escheppa bractis quam debet dare, erit de avena.* Charta Henrici III. Regis Angl. ibidem pag. 488 : *Ex dono Roberti filii Gilberti dimidiata Escheppam frumenti.* Vide *Sceppa*. [\*] *Sceppa*, *Scapilus*, et confer Bosworthi *Glossar. Anglosaxon.* voce *Scep*.]

**ESCEPTA**, tom. 2. pag. 96 : *Et 30. Esceptas vivæ annonæ de molendino de Hunglet.*

**ESKIPPA**. Vide in *Mina*.

**ESCHETA**. Vide *Escaeta*.

\* **ESCHEUDUS**, Canalis ad educendas aquas superfluas. *Terrear. Bellijoc.* ann. 1529. fol. 131. r<sup>o</sup> : *Cum jure... construendi becia, Escheudos, terrellos et exclusas necessarias ad dictum sarritorium construendum.* *Escheus*, pro albo molendini, in Lit. remiss. ann. 1410. ex Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 360 : *Iceelui Jehan cuidant aler frapper sur la roë du moulin... chut en l'Escheus, par ou coule l'eau de la riviere dudit moulin.* Hinc *Escauvas*, Canalis, per quem aqua effluit, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 35. r<sup>o</sup> : *Li Escauvas, qui est deseure le pont Setine, ne puet estre estoupés fors de wason et de ramille.* Vide *Echadium*, *Eschua* et supra *Esbaia*.

\* **ESCHEVELLAGIUM**, idem forte quod *Chevagium*, Capitis census, nostris *Chevaige*. *Recognit. feud. dom. de Veteriponte* ann. 1366 : *Item vint soulx de cens ou environ et de Eschevellages.* Vide in *Capitale 5*.

\* **ESCHEVINAGIUM**, Locus ubi *Eschevini* seu judices urbani congregantur et causas civiles dijudicant, domus publica, vulgo *Hôtel-de-ville*, alias *Eschevinage*. Charta commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. *Ordnat. reg. Franc.* pag. 672. art. 5 : *Si major et eschevini sederint in Eschevinagio, et loquente majore aliquis verba ejus interrupit, etc.* Art. 7 : *Si major et Eschevini sedent in Eschevinagio, et tunc aliquis contrarietur alii in audientia, erit in misericordia majoris et eschevinorum.* *Eschevinatus*, pro Officio *eschevini*, ibid. pag. 673. art. 12. *Libert. Angeriæ.* ibid. pag. 679. art. 3 : *Le sain sonnant, tous les eschevins, conseillers et pairs s'en vont audit Eschevinage.* Adde pag. 682. art. 7. Vide infra in *Scabini*.

† **ESCHEVINATUS**, **ESCHIVINATUS**, Gall. *Echevinage*, Officium *Eschevini*. Legitur in Charta Communiæ Rotomag. apud de *Lauriere* tom. 1. *Ordnat.* pag. 308. et apud Chesnium *Histor. Norman.* pag. 1067.

† **ESCHEVINUS**, **ESCHIVINUS**, Consul, Magistratus, Gall. *Echevin*. Memorantur passim. Vide *Consultores* et *Scabini*.

\* **ESCHEURS** vel **ESHEURS**, Vox vulgaris, quæ inclamari solebat in rixis publicis. Vide infra *Haro*. Lit. remiss. ann. 1344. in Reg. 106. Chartoph. reg.



ch. 326: *Jehan Daoust frappa ledit Bernes d'un halot ou bras et le fist sainnier, et commença lors li Escheurs, auquel survint ledit Henry Jorron.* Aliæ ann. 1363. in Reg. 101. ch. 59: *Assés tost après fu aperçu que ledit Enguerran estoit navré et que il se mourroit; dont lors fu crié Escheurs, auquel cry s'enfuirent lesdis Ferron et Regnaut.* Huc spectare videtur Escheus, forte pro Rixator, vulgo Querelleur, ex Bestiar. Ms.:

Chi mondes est si desloiaus, . . .  
Si Escheus et si guerrioiant, etc.

\* **ESCHEUTA**, Reditus species, alius ab *Escaeta*, fortassis Præstatio, quæ ex conducto a vassallis domino pensitabatur, *Eschié* et *Eschief* vulgo dicta, a verbo *Eschever* et *Eschiéver*, Pacisci, convenire; unde *Eschiévement*, Conventio, pactum. Charta Ren. de *Choiseul* milit. dom. de *Bourbonne* et de *Verecourt* ann. 1316. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 423: *Je ai Eschevei et abonei apperpetuité pour touzjours... tous mes hommes et femmes de ladite ville de Verecourt.* Libert. de *Perusses* ann. 1347. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 82. art. 1: *Mes diz hommes et femmes de Perrices, avec toute leur posterité pour moy, pour mes hoirs... Eschieve et débonne perpétuelment aux débite et redevances et services qui s'ensuent.* Art. 2: *Il payera à moy ou à mes hoirs par chascun an cinq souz Tournois de rente ou Eschief.* El pag. 84: *Lequel affranchissement, Eschiévement et débonnement... je promet... bien et loyaument tenir et garder.* Charta Henr. Dalph. episc. Metens. regent. Dalph. ann. 1323: *Tertiam partem judicatorum, compositionum et Escheutarum quarumcumque ad nos in locis prædictis... spectantium... venditionibus, judicatoribus, compositionibus et Escheutis.* Alia ann. 1405. apud Spon. tom. 2. Hist. Geneven. pag. 115: *Prout in diversis inde confectis literis dictarum donationis, concessionis, et confirmationis sententiæ definitivæ, Escheutæ et commissionis, etc.* Charta Milon. de *Marchais* ann. 1210. in Reg. 66. ch. 123: *Garbagium nostrum, et vicomitatum nostrum, et omnes Eschiés, sicut erant in blado et denariis... quitum clamavimus.* Reg. Gam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 119. v°: *Touz émolumens appartenans à ladite ville (d'Agenville) tant en hommages, feus, corvées, gelines, courratages, et une rente appelée Eschiez.* Ibid. fol. 123. r°: *En laditte baille (de Chaumont) a 54. fuis, qui peuent valoir pour redevance de Eschié par an au jour de la feste S. Remy environ 52. s. Tour.* Charta Phil. V. ann. 1316. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 20: *Item quosdam alios redditus dictæ villæ (d'Aubepierre) vocatos Eschiez.* Item quandam aliam redibentiam, vocatam *Eschiez*, debitam in quolibet festo S. Remigii, in alia ejusd. reg. ann. 1318. ex Reg. 56. ch. 510: *Toutes les rentes, les Eschiés de blés, in Charta ann. 1339. ex Chartul. eccl. Lingon. fol. 281. r°. Alia ann. 1354. in Reg. 84. ch. 21: Paieront lesdis hommes de Réecourt et leurs hoirs pour cause de leur Eschié à tousjours chascun an seze livres de Tournois.* Priv. vil. villæ de *Chaseaux* ann. 1312. in Reg. 60. ch. 220: *Chascuns qui ara autres bestes à charrue, porra mettre ses chevau à la charrue, se mestier li est, sans payer Eschief, et se il li mettent plus d'un tor, il en devoit l'Eschief entier... Se aucuns de laditte ville deffaut de paier Eschief, ou censive, ou redevance, etc.* Charta ann. 1321. in Reg. 61. ch. 123: *Guyot sires de Clermont... a loué, otroié,*

*confermé, ratifié et agréé cestdit abonnement, cestdit affranchissement et cestdit Eschief.* *Eschets*, eadem notione, in Glossar. Jur. Gall. si tamen legendum non est *Eschiés*. Vide supra *Eschenum* et infra *Eschivre* et *Eschivium*.

† **ESCHEUTA**, ESCHETA. Vide in *Escaeta*.

† **ESCHIES**. Vide *Echudium*.

† **ESCHIFFA**, Architectis nostris, *Eschiffre*, Murus scalarum basis, quo tota illarum moles sustinetur. Computum Castellani de Turre ann. 1324: *Pro una Eschiffa et uno furno factis in magno castro 60. sol. 4. den.* Computum Vienn. in Delphinatu ann. 1318: *Item pro Eschiffis factis LV. sol. Vide Eschisa.*

\* Vox haud bene intellecta; idem quippe quod *Schiffa* et supra *Chiffa*, Munimenti genus, specula, Gall. *Guerite*, alias *Eschiffe*, *Eschiffle* et *Eschipe*. Lit. remiss. ann. 1360. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 463: *Comme Guillaume Beauvallet et Odet Chopillet fussent ordenés à faire l'arrierequet en aucunes parties de la ville d'Aucerre, et une nuit entre les autres eulz feissent leurdit arrierequet et feussent venuz à une des Eschiffes d'icelle ville, et à icelle eussent uché et dit, qui est là... celui qui devoit faire le quet en icelle Eschipe leur respondi moult rudement, qu'en avez-vous à faire vous? Rursum occurrunt eodem Lit. Reg. 90. ch. 502. ubi bis legitur *Eschiffes*. Charta Guill. episc. Lingon. ann. 1363. in Reg. 105. ch. 83: *Comme de nouvel en la forteresse de la ville de Montanion soient cheuz et ruinez deux pans des murs, ensambles les Eschiffes qui sus estoient.* *Eschif*, in Comput. ann. 1374. tom. 2. Hist. Autiss. pag. 262. Pro domuncula legitur in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1086: *Lesquelz linceulz le suppliant lya par les deux cornetz, et les attachà à une Eschiffle ou petite maisonnette.* Vide infra *Eschopa*.*

† **ESCHILLA**, Campanula, Italis *Squilla*, Gall. *Cloche*. Instrum. Ecclesiæ Brivat. ann. 1365: *Porta claudetur usque ad horam de Eschilla.* Vide *Skella*.

\* Nostris alias *Eschelle* et *Eschielle*. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 126: *Jehan Dagaut print la corde de la cloche ou Eschelle établie sur icelle tour pour rasveiller le quet, et icelle cloche ou Eschielle eust sonnè si fort, etc.* Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 406. r°. col. 1: *Li abbes les mena en refoitour, ou li premiers signes de l'Eschielle fu sonéz.* Vide supra *Chille*.

\* **ESCHINARE**, a Gallico *Echigner* vel *Echiner*, Multare, egregie verberare. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 9: *Dictus Johannes dicit quod tædebat eum quod ipsi Philippo non fraterat renes, et Eschinaverat, et morti traderat eundem.* Unde *Eskené*, Dimissus, fractus, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:

Aval la vile vit un homme...  
Maigre, remis et Eskené.

**ESCHIPARE**, Gall. *Esquipper*, Instruere. Vox a re nautica desumpta; naves enim bene adornatæ dicuntur, quæ suis *Scaphis* instructæ sunt. *Scaphas* porro vernacule *Esquifs* appellamus. [\* Scip, Navis, Anglosaxonibus, etc.] Math. Paris: *Naves bene Eschiptas bonis et probis marinellis.* Charta Philippi Aug. ann. 1207. in Normannicis Andr. Duchesnii: *Nulla navis de tota Normannia præterquam de Rothomago poterit Eskippare ad Hyberniam.* Vide Henr. de Knyghton pag. 2718. Ab hac

porro voce *Esquifs*, derivata alia *Esquiver*, vitare, sese subducere; quod quæ in majoribus navigiis tempestate actis et agitatis de vita periclitantur, in scaphas ut plurimum sese demittant, atque ita imminenti mortis periculum vitent. Vide *Eskippare* et *Esquibare*.

\* **ESCHIRAPA**, Vasis genus. Arest. ann. 1380. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris.: *Duos pitalphos, unam Eschirapam stagni, unam pairolam, etc.*

† **ESCHISA**, f. pro *Eschifa*. Computum ann. 1324. Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 1: *Pro merlando vinteno burgi dictæ villæ, pro faciendis tribus Eschisis, pro emparando et copertiendo magnum chafallum villæ in somma L. lib. III. s. III. d. Vide Eschiffa.* [\* Idem quod mihi *Eschiffa*.]

**ESCHIVIRE**, ESCHIVARE, [Sibi vindicare, addicere, assumere, Gall. *S'approprier*.] Regestum feodorum Campaniæ fol. 73: *Ipsi autem Præpositi non poterunt Eschivire forisfactum, quod non erit plus quam 20. solid. nisi per Dominam Comitissam, nisi de homine errante: si tamen forisfactum illud non fuerit de furto vel raptu vel de multro. Forisfactum quod non montabit plusquam 20. sol. Eschivabit Præpositus et Scribanus, et duo probi homines villæ, quos Domina Comitissa ad hoc faciendum apponet, etc.* [Nostris *Esquiver*, Fugere, est, Vitare vel eludere. Fortassis inde fieri potuit *Eschivare*, Rem quasi furtim auferre, sibi que asserere. Vide versionem Gallicam D. Brussel tom. 1. de feodorum usu pag. 435. Litteræ ann. 1455. D. *Secousse* tom. 3. Ordin. reg. pag. 35: *Avons ordené et ordenons que pour Eschiver les fausses postes et le peril qui en peut avenir, etc.* Aliæ ann. 1356. pag. 130: *Item pour Eschever et relever les subgez du royaume des grans mises et depens. Pour Eschever le peril de feu, ibid. pag. 371.*

\* *Eschivire forisfactum*, idem mihi videtur quod *Abonare* mulctam ex forisfacto debitam, id est eam moderari atque de ea convenire; quo sensu *Eschever* a nostris usurpatum monuimus supra in *Escheuta*. Hinc

\* **ESCHIVIVUM**, Præstatio quæ ex conducto a vassallis domino pensitatur, idem quod supra *Escheuta*. Charta ann. 1270. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 172. v°: *Erardus de Ortis domicellus... recognovit se... imperpetuum concessisse Guidoni episcopo Lingonensi... quartam partem omnium Eschivivorum de Ortis, partem suam curvatarum carrucarum servitiorum nativitatibus Domini, censuum pratorum, etc.*

† **ESCHOCHARE LINUM**, Eum terere, seu ejus corticem eximere, Gall. *Broyer*. Polyptych. Fiscam. ann. 1235: *Et debet fena facere, coadunare et adducere, et debet tundere et Eschochare sexaginta cheria lini.* Vide *Eschuchare*.

† **ESCHOETA**, ESCHOITA, etc. Vide *Escaeta*.

\* **ESCHOPA**, ESCHOPIA, ESSOPIA, a Gallico *Eschope*, [\* Germ. *Schoppen*. ADEL.] Officina, domuncula, tugurium. Liber nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 39. v°: *Domus Petri Lothoringi et Eschopa subtus domum dicti Petri, cum alia Eschopa versus pontem, debent ecclesiæ de annuo censu xviij. lib. Paris.* Charta ann. 1291. in Lib. albo domus publ. ejusd. urbis fol. 76. v°: *Septem libras Paris. super tribus domibus seu Eschopis contiguis sitis in cellaria Abbatis villæ... et octo libras Paris. quas Jacobus Lormerius debet... ratione duarum Essopiarum seu*

*mansionum contiguarum, quæ sita sunt in dicta cellaria. Hinc*

\* **ESCHOPARIUS**, Qui *Eschopam* tenet, *Eschopier*, in vet. Consuet. municip. Ambian. et *Essopier*, in Lit. ann. 1403. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 599. art. 3. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 6: *Pro aliquibus casibus, de quibus dictus Petrus erga Johannem dictum Courtois Eschoparium negotiari habebat, etc. Vide in Schoppa.*

**ESCHOT**, [Contributio.] Vide *Scot*.

† **ESCHUA**, pro *Esclusa*, Locus ubi concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*, vel idem quod *Eschies* aut *Eschudium*, Canalis ad derivandas aquas superstantes. Computus anni 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CXCVI: *Pro pallicio de Eschuis fossatorum faciendo, et pro minutis expensis et nunciis, XIX. l. et v. s. Andeg. Vide Echudium, Escheudus et Exclusa.*

† **ESCHUDIUM**, Vide *Echudium*.

**ESCHUMELLUS**. [\* Modus agri, vel forte idem quod *Cheminellus* supra, semita ex utraque parte vineis consita.] Tabular. Fossatense ann. 1282. fol. 144: *Possidebant ex eorum hereditate duo arpenta et dimidium terræ arabilis, et duos Eschumellos treilleix vineæ, etc.*

† 1. **ESCHUTA**, Quod obvenit alicui vel hereditario jure vel dominico. Vide *Escaeta*.

† 2. **ESCHUTA**, **ESCOUTA**, Hisp. *Escucha*, *Espia*, Gallis *Espion*, quibus etiam *Ecoute* est Locus observando quid agatur aut dicatur aptus; hinc illud Gallicum *Etre aua Ecoutes*, Aucupium aurbibus facere; hinc etiam apud Sanctimoniales *la Sœur aux Ecoutes* dicitur illa quæ Sororis alterius cum extraneo sermonem habentis dicta observat et facta. Computa Dalphin. tit. Graisivod. anni 1394. fol. 42: *Pro diversis espis seu Eschutis missis per eum diversis temporibus in Sabaudiam ad sciendum statum Sabaudiensium, etc. XIV. lib. Ibid. fol. 288: Pro diversis consultationibus spis et Escoutis et aliis imminentibus VII. lib. x. s. Vide Collocare sub finem.*

\* Froissart. vol. 1. cap. 17: *Aussi leur convenoit continuellement quetter,.... et envoyer Escoutes,.... parquoy si ces Escoutes oyotent gens emouvoir, etc. Escoutete, Excubitor, in Hist. compend. Caroli VII. pag. 341. Unde *Faire escout* vel *Donner escot*, pro *Explorare*, speculari, Gall. *Epier*, in Contin. Guill. Tyrri apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 622: *Li mandoit... que li Crestiens s'en devoient la nuit fuir, et s'il ne le voloit croire, feist faire Escout qui orroit la noise au port. Ibid. col. 687: Il avenoit que chascun haut home faisoit l'eschargite une nuit à son tor, tant que cela nuit eschai au cardinal. Cele nuit donnerent Escot, si comme il soloient faire, et se merveillerent que ce pooit estre.**

\* **ESCIERE**, an Tributum, quo pro statione in portu exigebatur? Charta Amauri comit. Montisf. ann. 1239. ex Tabul. Corb.: *Noveritis quod pro xv. libratis redditus, quas assignare debebamus nobili viro G. vicedomino Ambianensi domino Pinconii, assignavimus eidem apud Conflatum in portu remigium et medietatem Esciere.*

† **ESCIFER**, Qui fert escas. *Esciferæ volucres*, apud S. Paulinum Natali S. Felicis 4. de Corvis Eliæ.

† **ESCIT**, *Lentus*, Glossæ Isidori. Lege *Esculentus* cum Grævio, forteque adendum *Pinguis*. Vide *Esculentia*.

\* **ESCLAFARE**, Infigere, impingere, quo sensu vulgari locutione *Flanquer*

dicimus. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 49. col. 2: *Ipsæ cum decem vel cum viginti armatis venirent ad domum B. de Geolon, et quemcumque prius inveniret,.... Esclafaret ei talem ictum, quod non porteret ei alium dare. [\* Vide Eclaffa.] Esclaffer de rire, pro Cachinnum tollere, vulgo *Eclater de rire*, apud Rabelais. lib. 1. cap. 11. et 20.*

\* **ESCLATIDOR**, Canalis ad educendas aquas superfluas, seu alveus molendini, idem quod supra *Escheudus*. Charta ann. 1287. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 73. col. 2: *Ita etiam quod justa prædicta staria tenebit dictus Petrus de Fons locum mundum curatum in profundo de iij. palmis, et in latitudine per unam cannam et duos palmos, quod libere possit ibi currere aqua de sobrevers, seu Esclatidor molendini canonici. Vide Echudium et infra Sclaffitorium.*

\* **ESCLAVA**, **ESCLAVUS**, Calceus lignarius, quod *Esclavorum* seu servorum calceamentum esset, vel quod confectus ex *Esclicho* seu ligno sectili dictus, Gallice *Sabot*, alias *Esclap*. Leudæ Nem. circa finem 15. sæc. inter Probat. tom. 4. Hist. ejusd. urbis pag. 77. col. 2: *Item pro quolibet Esclavo aut Esclava, duo denarii Turonenses. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 368: Item fustes, trabes, cabinones, latas et alia necessaria ad edificandum domos et cabanas, vasa vinaria, arquas, Esclaps, et aliorum quorumque fustarum supplementa necessaria de dictis memoribus et forestis acceptarent. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 187. ch. 291: *Giraut Gerner se party du village de Fagiote et s'en tira avec ses Esclaps ou solliers de bois chaussés. Aliæ ann. 1466. in Reg. 201. ch. 110: Jehan Chavet laissa... ses Esclaps qu'il avoit en ses piez, tous piez nuz... s'en courut.**

\* *Esclas* Servus, captivus, si tamen legendum non est *Esclos*, apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 646: *Il vouldierent le chastel de fames et d'enfans et de fiebles gens, et de tous les Esclas qui dedens estoient... Quant le charpentier vist que li Sarrazins furent tuit fors du chastel, il vint à deus Esclas Crestiens, etc. Vide Sclavus.*

\* *Esclaut* appellatur *Brachium sinistrum*, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 162. ch. 16: *Le suppliant frappa icellui Audinet le Noir en l'Esclaut braz, au-dessus du coude un cop tant seulement, dont mort s'ensuyt. Nisi legendum sit *Esclant* ut et *Esclangè*, pro *Esclauche*, in aliis Lit. ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 259: *Icellui Manise feust navré ou costé de l'Esclauche bras. Aliæ rursus in Reg. 189. ch. 113: Le suppliant frappa du railon sur la hanche et sur le neu de la cuisse Esclauche. Esclenche, apud Guill. Guiart. ad ann. 1297:**

A main, ne sai droite ou Esclenche,  
Au plus vistement qu'il peut trenche,  
Les cordes à quoi l'en le hale.

Hinc potior videtur *Esclanche* quam *Esclauche*.

† **ESCLAVINA**, Vestis villor. Vide *Sclavina*.

† **ESCLAUSA**, Locus ubi concluduntur aquæ, Gall. *Ecluse*. Charta anni circiter 1185. ex parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 146: *Colligat ibi ligna ad reficiendam Esclausam molendini. Aliæ ann. 12. regnante Rodulfo ex Archivo ejusd. Monasterii, armar. Arelat. num. 22: Nos venditores sumus de una Esclausa de subtus Ecclesia, per tale pretium*

*sicut boni homines pretiaverunt. Vide Exclusa.*

\* Alias *Esclauche* et *Esclousure*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 25: *Guillaume Largier vint à ladite Esclousure (infra Esclauche) et s'efforca l'ouvrir outre le gré et volenté du suppliant, lequel deboutant icellui Largier le fist tumber dans le besal ou rase dudit molin.*

1. **ESCLAVUS**, [Captivus, Gallice *Esclave*.] Vide *Sclavus*.

\* 2. **ESCLAVUS**. Vide supra *Esclava*.

\* **ESCLICHUM**, Asser, palus, tigillum sectile, nostris *Eclisse*, a verbo *Esclicher*, Dividere, separare. Charta ann. 1337. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 257: *Concedimus ut ipse (Johanes) in dicto flumine (Rhodani) infra terminos villæ de Grigneu sitæ justa dictum flumen, unum vel plura molendina habere et tenere possit et valeat super navigiis, cum Esclichis firmis, tamen non in alveo dicti fluminis infixa, etc. Charta ann. 1363. in Reg. 95. ch. 141: *Ladite tour et manoir doivent estre séparés, Esclichés et départiz desdiz hommaige et pairie. Aliæ ann. 1371. ex Chartul. 21. Corb. fol. 206. vº: Requerant en grant instance que ledite vente je come sires voulsisse gréer, consentir et accorder, et les onze muys de grain desusdits Esclichier, oster et separer de son dit fief qu'il tient de my. Le résidu des terres ostées et Esclichées de la maison et cense de Guisy, in Reg. 13. sign. Habacuc ejusd. monast. ad ann. 1511. fol. 85. Esclisier, eadem acceptance, in Ch. ann. 1459. ex Chartul. 23. ibid. Hinc *Esclissement de fief*, in Comput. MS. baillivi Insul. ann. 1410. Vide infra *Feudum minuire*.**

\* Aliud vero sonat *Esclisier*, Traha scilicet, quæ ex asseribus compingitur, vehere, in Stat. scabin. Macer. ad Mosam MSS: *Se aucuns marchans... vouloient faire roullier leurs vins, qui seroient près du rivage, sans porter, Esclisier ou charrier, ils doivent pour chacune queue de vin vij. den. comme s'ils estoient Esclissiez, etc. Unde Esclaidage dicitur Tributum, quod pro ejusmodi vehiculo exigitur, in iisd. Stat.: *Sont tenus tous fermiers dudit Esclaidage de sougnier toutes fortes cordes, charrios, Esclisses, etc. Ordonnance comment la ferme de l'Esclaidage se doit lever, ibid.**

**ESCLIGNIATIO**, [vel *Escluniatio*, Jus inquirendi per domos res furto ablatas. Singulare est Justitiarius Comitum Bellovac. sed alibi permissum. Mandari non debet hæc inquisitio, nisi præsentem Justitiario aut ejus locum tenente: ita intelligendus Plinius cum ait *Per parietes inquiritur*.] Vetus Inquesta apud Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. pag. 334: *Dicit quod Episcopus habet omnimodam justitiam in villa, videlicet multrum, raptum, sanguinem, anvoirre, (leg. Avouire, i. adulterium) Esclignationem, et viariam.*

\* *Escluignement* et *Esclung*, nostris eadem notione. Charta ann. 1262. in magn. Chartul. nig. Corb. fol. 180. rº: *Avons vendu... toute nostre mairie... en quelesconkes choses que che fust,.... en ajournemens, en cherquemanemens, en Escluignemens, etc. Lit. remiss. ann. 1401. ex Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 339: *Jehan Capon se plainy de ce vol à justice et requist que Esclung fu fait; lequel Esclung lui fu adjugé; et par icellui Esclung fu trouvé en un fumier en la maison de l'exposante grant planté desdites pommes. Aliæ ann. 1454. in Reg. 184. ch. 489: *En laquelle ville d'Agenville le lieutenant du bailli de Rua sercha et***

*fist Esclung par les maisons et habitations d'icelle ville, et tellement que il trouva ledit sac et laine. Hinc Esclugnier et Esclugnier, pro Perscrutari, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1 :*

Se soutiennent les Esclugniers,  
Moult trouverons en lor affaire  
D'angles de coi Dex n'a que faire.

Et infra :

Esclugnier faites sa maison,  
Se li murres n'est trovés, etc.

Eodem sensu a Lat. Exquirere, *Esquerir* legitur in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 105. ch. 22: *Deputis icellui Vitet entra en l'ostel dudit Robert et Esquist l'ostel pour savoir se il pourroit trouver ledit prestre; et après ce que il ot cerchié l'ostel, et que il ne pot trouver icellui prestre, etc.* Aliæ ann. 1375. in Reg. 107. ch. 244: *Furent les lieux visitez et Exquis, tant que ledit file fu trouvé.*

† **ESCLUSA**, ut *Esclusa*. Legitur in Charta Sebusiana. Vide *Exclusa*.

† **ESCLUSA**, Agger aquis oppositus, Gall. *Ecluse*. *Esclusa molendini*, in Charta anni 1284. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 134. *Molendinum cum duabus Esclusis*, in Chartulario S. Frotondi pag. 1. Vide *Exclusa*.

\* **ESCLUSAGIUM**, Pensitatio, quæ a domino feudi exigitur pro jure habendi *exclusam*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 235. vº: *Exclusagia molendinorum, cloturam culturarum et pratorum*. Hinc *Escluser*, *Exclusam* facere, in Ch. ann. 1339. ex Tabul. S. Joan. Laudun.: *Quant il veulent peschier leur estant d'Esclussant, il peuvent Escluser la riviere dessus le pont et faire rigollas pour ladite riviere escouler*. *Escluster* vero est Aqua vel luto respergere, vulgo *Eclabousser*, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 269: *Icellui Sarquin eust commencié à férir en l'eau d'un baston qu'il tenoit et eust mouillié ledit Pierre; . . . persévérant de mouillier et Escluster ledit Pierre, etc.* Vide in *Exclusa*.

† **ESCLUVIAMENTUM**, Pensitatio Domino feudi debita pro jure habendi *exclusam*. Charta Hugonis Domini de Huseia ann. 1224. ex Tabulario Corbeiensi: *Ego vero dictam Præposituram . . . quitavi in perpetuum cum omni jure ad eam pertinente videlicet justitiis . . . assenamentis, vicecomitatu, Escluviamentis, antesolariis, stakis figendis cum omnibus censibus, etc.*

† **ESCO**, Ἐσκόψω, *Cyso superinduco*. Suppl. Antiquarii.

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar. *Esco*, ἔσκολος. MSS. *Ceso*.

\* **ESCOBALARIA**, Scoparia, quæ scopis purgat, in maj. Chartul. S. Vict. Massil. Vide mox *Escobolarius*. A verbo *Escobare*.

\* **ESCOBALS**. [Gall. *Balais*: « *Escobals*, palas, furcas, plumals pro scobandis tabulis. (Cart. Magalon. ap. Rev. Soc. Sav. 1873. p. 416.) »]

\* **ESCOBARE**, Verrere, scopis purgare, Gall. *Balayer*, Provinc. et Occit. *Escobar*; unde *Escoube*, Scopæ, vulgo *Balay*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 130: *Une grant Escoube ou balay, dont l'en nettoye le blé batu en l'aré. Stat. ann. 1350. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 133. col. 2: Quod quilibet debeat Escobare suam frontieram et rigare qualibet die Sabbati*. Hinc *Escobat*, Virgis cæsus, in Chron. MS. Monspel. ex Cod. reg. 4656: *L'an 1364. le pilori fust dressé, . . . et ung homme*

*y fust foeté ou Escobat*. Vide mox *Escobilhæ*.

\* **ESCOBER**, Casus seu ingruens necessitas, qua vassallus domino capitali vectigal ex jure vel consuetudine præstare tenetur, idem quod *Aucitium*. Charta ann. 1303. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1: *Petrus Flamenc recognovit et constituit se esse homo franchus et liberæ conditionis Bernardi Cati domicelli, et promisit dicto domicello domino suo dare ad quatuor causas sive Escobers, prout est de hominibus franchis dare suis dominis in patria (Lemovicensi) consuetum, videlicet ad quamlibet causam sive Escober quinque solidos*. Alia ann. 1328. *ibid.*: *In quolibet casu consueto quatuor Escobers*. Vide *Scobere* 2. et *Scobrones*.

\* **ESCOBILHÆ**, Sordes quævis, purgamenta, Gall. *Ordures*, *Balayeures*, Provinc. et Occit. *Escoubilles*. Stat. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 279. col. 2: *Quod nulla persona sit ausa prohcere Escobilhas sive finum infra circumcirca muros civitatis prædictæ, nec in fossatis*. Vide infra *Scoba* 1.

\* **ESCIBOLERIIUS**, Clericus, cui ex officio ecclesiam scobis purgare incumbit; quod ad Ostiarium spectabat. Testam. Petri de S. Hilario ann. 1177. ex Bibl. reg. cot. 17: *Capellano de Luirano dimitto unum mantellum, quod Guillelmus Escobolarius habet de me in pignore*. Vide *Scobolarius*.

\* **ESCOCHEIUM**, Quod alicui, ut videtur, jure hæreditario obvenit, hæreditas seu successio pars. Charta Phil. Aug. ann. 1222. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 120. rº. col. 1: *Nos Ela sorori quondam comitis de Alenchon concedimus Escocheium tenendum in perpetuum, sicut fuit assignatum hæreditibus dicti comitis pro exambio de Essayo: ita quod dicta Ela et hæredes sui tenebunt Escocheium de nobis, sicut dominus Escocheii ipsum Escocheium tenere solebat*. Assis. apud Cadom. ann. 1234. ex Cod. reg. 4655. A: *Nullus potest uni eorum qui ei succedere debent aliquid dare vel vendere de his quæ jure hæreditatis debent ad eos devenire; ita quod partem alterius diminuat, ut fuit judicatum de filio Maleti cui domina Ala dederat Escocheium*. Sed forte loci nomen est proprium.

\* **ESCOCIA**, pro *Escroa*, ni fallor, a vet. Gallico *Escroe*, Panni species. Arest. ann. 1397. 2. Mart. in vol. 9. arest. parlam. Paris: *Inferiores hallæ in quibus . . . venduntur pannorum peciæ et Escocæ. Escroes ou pieces de draps*, in Instr. Gall. ad calcem ejusd. aresti. Costum. Paris. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. fol. 84. vº: *Les grans tiretaines de Caen, ij. solz. Les Escroes d'icelle ville, xij. den. Stat. pannif. Rotomag. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 365: Ne doit aucun drapier porter . . . ses draps ou Escroes tistre, fouler ne laver hors de la ville de Rouen*. Pro panno tot unarum adhiberi videtur in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 136: *Quatre aunes de Brusselles et deux Escroues d'autre drap montant à trois quartiers de drap*. [\* Germ. Kotze est Vestis intonsa, gausape. ADEL.]

\* 1. **ESCODATUS**, Hircus castratus, Occit. *Escouat*. Vide supra *Coittum*. Leudæ min. Carcass. MSS.: *Item de duodena Escodatorum apparatorum, tres denarios*. Id est, pellium hircorum castratorum. *Escouillé*, pro *Eunuchus*, in Vit. SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 245. rº. col. 1: *Sainz Mathez l'apostres entrez en cele cité et herbergiez en l'ostel de l'Escouillé de Candace Roi, etc.*

*Escouller*, Testiculos avellere, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 48: *Laquelle Perratte s'adreceoit toujours à prandre le suppliant par dessous, et disoit que par le sang Dieu elle l'Escoullerot*. Vide *Excolatius*.

\* 2. **ESCODATUS**, Cui præcisa est cauda. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 99. rº: *Debent trahere currum duæ vaccæ Escodatæ vel sine caudis*.

\* **ESCOERIA**, Merx coriacea, seu vectigal quod ex ea percipitur, Belgis *Schoen*, calceamentum. Charta Phil. Pulc. ann. 1392. pro locat. præposit. Ambian. in Reg. donor. Cam. Comput. Paris. fol. 149. rº: *Omne jus nobis competens . . . in theloneo bladi et aliorum granorum, vierziæ, Escocriæ, bateriæ, piscis, etc.* Ubi Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252. præfert *Esteria*; sed male, ut videtur. Pedag. de Cappi in Chartul. 21. Corb. fol. 845. vº: *Chascuns fardeauls d'Escoerie ou de freperie doit ij. den. Redit. comitat. Hanon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul.: Se li avoires est vendus, u acatés en feste, et on le porte à col, se c'est Escoherie, u corduans, u crue oeure, li fardians doit deux deniers*. Charta Margar. comit. Fland. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 286. in ead. Cam.: *Nous avons donné à loyal cense . . . non tonkieu dou biei, de l'Escoherie, de le vies ware, lingers et langes, etc.* Hinc *Escohier*, Artifex coriaceus, in Chron. Bald. d'Avesnes MS. lib. 7. cap. 77: *Le Cambrelenc manda un Escohier pour un sien pelichon rapareiller*. Vide supra *Coherium* et *Escofferius*.

† **ESCOFFERIIUS**, qui vendit coria, Coriarius, Gall. *Tanneur*, apud Sabaudos *Escoffier*, Calcearius, Nostris *Cordonnier*. Charta Thossiac. ann. 1404: *Hugoninus Giraud Escoffierius Thossiani tenet quandam parvam pesam terræ, in qua situs est suus pelanus iuxta becium d'ous eschies ex Meridie*. Altera Calomontis ann. 1397: *Johannes mercator Escoffierius*. Hinc *Banclu Escoffieria* et *Scannum Escoffieria*, Officina *Escofferii*, alias *Escoffraie*. Hinc etiam forte *Stallus Escoirs*, in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1036. ex Chartulario S. Vedasti Atrebat. pag. 248. ubi sic legitur: *Qui facillas vendit, in anno 1. facillam. Qui ferrum palarum, in anno 1. ferrum. Qui manubria palarum, in anno 1. manubrium. Stallus Escoirs in Sabbato 1. obol.* Etiamnum Ambroniaci platea est dicta de *l'Escoffraie*, in qua plures habitant coriorum et pellium mercatores.

† **ESCOCOCIA**, Adulterium, raptus virginum vel viduarum. Donatio ann. 1071. Marcæ Hisp. col. 1162: *Dono ad præfato cœnobio (Cuxanensi) . . . omnes apparatus, sive albergas, sive census, sive usaticos, sive homicidia, sive Escogocias, sive arsina, etc.* Vide *Cucucia* in *Cugus*. [\* Vide infra *Esguogozamentum*.]

† **ESCOLITHA**, Apud Provinciales, Cloaca, eluvies, effluvium, Gall. *Egout*, *Ecoulement*. Possunt recipere versaduras et *Escolithas resclausæ et bedalis*, in Regesto *Columba* ex Camera Comput. Provincie. [\* Lege *Escobilha*. Vide supra in hac voce.]

\* **ESCOLLATA**, perperam pro *Escallata*, in Charta ann. 1335. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 492. Vide supra *Escallata*.

**ESCONDIRE**, **EXCONDIUM**. Vide *Excondicere*.

\* **ESCONSA**, Cæca laterna, nostris alias *Esconse*. Vide supra *Absoncia*. Chartul. eccl. Carnot. ann. circ. 900: *Debet (matricularius) cum luminari sufficienti po-*

sito in Esconsa ostendere sacerdoti orationem.

† **ESCONTRUM**. Vide *Excontrum*.

\* **ESCOPIRE**, ut supra *Escobare*, Vertere, scopis purgare, Gall. *Balayé*. Castigat. pœnit. ex Cod. 86. S. Mart. Lemov. sæc. 10: *Dic mihi, rogo te, quomodo te pœnitentiam agere profiteris, qui quotidie pœnitenda committis; . . . qui ad ecclesiam rarius quam sæcularis accedis, qui ecclesiam tuis manibus non Escopas, etc.* Vide *Scoba*.

\* **Escopir** vero nostris est Spuere, spuitis conspurcare. *Inspuere, Escopir*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684: *Escopissement, crachement, serea, spulamen. Escopir, cracher, screare*. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 20: *S. Remis récitait la maniere de la passion Jhesucrist, comme il fu liés à l'estace, batuz et Escopis*. Contin. Guill. Tyr. apud Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 588: *Lors Jesus Christ Escopi à terre, et prist un poi de boe, etc.* Vita SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 10. v. col. 2. ubi de S. Anast.: *Li un le batoint de verges, li autre li Escupissoient en la face*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 71: *Icelui Lambin se prist à Escrupir ou crachier contre terre en injuriant ledit exposant de parole*. Vita JO. MS.:

Il le (J. C.) depinchent, rechinnent li,  
Ennis le vis l'ont Escopi  
Li fel Juis, li malcuvert.

\* **ESCOPIARIUS**, **ESCOPIARIA**, Qui vel quæ *Escopam* seu officinam vel domunculam tenet. Lib. 2. nig. S. Vulfr. Abbat. fol. 45. v.º: *Mathæus Escoparius vij. sol. 1. den. minus ad Natale. Mathildis Escoparia vij. sol.* Ch. ann. 1301. ibid. fol. 136. v.º: *Jacobus dictus l'Escopier et Johanna dicta l'Escopiere, etc.* Vide supra *Escoparius*.

\* *Escopasse*, Vestis ex tela confecta, vulgo *Souquenille*, in Lit. remiss. ann. 1481. ex Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 114: *Bernard Grant vesti une Escopasse de toile, etc.* *Escopel* vero, Pertica seu tigillum sectile videtur, in aliis Lit. ann. 1474. ex Reg. 195. ch. 1212: *Icellui Andrieu lui rebouta le cop d'un Escopel ou baston qu'il avoit apporté en menant ses beufz*. Ut et *Escoperche*, in Instr. ann. 1470. quomodo forte legendum, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 600: *Lates et Escorberges, etc.* Vide supra *Esclichium*.

**ESCORAGIUM**. *Scacarium* Paschæ apud Falesiam ann. 1221. in Regesto Joannis de S. Justo, in Camera Comput. Paris.: *Judicatum est quod forestaria quæ contagram suum, et Escoragium suum in foresta de Bonsmoullins, quæ destructa est modo de arboribus, nihil in ea capient, sicut in herbagio, vel in brueria, vel hujusmodi terra Escoragium (sic) vel Escoragium, cum in foresta illa evenerit.* [Idem videtur quod *Escoriatio*.]

\* Hæc utcumque emendare licet ex Cod. reg. 4653. A: *Judicatum est quod foristaria quæ tocagium (leg. estocagium) suum et Escoragium in foresta de Bonsmoullins, quæ destructa est modo de arboribus, nihil in ea capiet, sicut in herbagio, vel in brueria vel hujusmodi, nisi tantum estocagium vel Escoragium, cum in foresta illa evenerit.* Vide infra *Escorca* et *Escorciare*.

† **ESCORAMENTUM**, ut *Instauramentum*, *Suppellex*, *Instrumentum*. Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 596. ex Regesto Parlamenti ann. 1408: *Ad restituendum ante omnia et in domibus ipsius*

*Episcopatus utensilia et instauramenta supradicta vel talia, prout rationis esset, reponendum, aut eorum justum valorem, vel de aliis utensilibus et Escoramensis fulciendum et muniendum dictas domos, prout instructæ et munitæ erant tempore decessus dicti Bernardi.* [\* Leg. Estoramentum. Vide in hac voce.]

\* **ESCORCA**, Cortex. Ital. *Scorza*, Gall. *Ecorce*. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 85. v.º: *Habetur vicarius. . . de unaquaque quadrigaria lignorum unam buscam, et de Escorcis similiter*. Hinc forte virgam vimineam seu vinculum ex cortice in-textum *Escorte*, *Escortelle* et *Escortoire* appellabant. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 156. r.º: *En reconnaissance dudit fé et service il feront au roy un lien de limier et une Escortelle, sans Escorte*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 187: *Jehan des chiens serviteur et braconier de nostre amé et féal cousin et chambellan Guy seigneur de la Trémoille. . . donna de son Escortoire ou verge, qu'il tenoit en sa main, deux ou trois cops audit hoste*. Nisi legendum sit *Estorte*, *Estortelle* et *Estortoire*, vinculum nempe ex tortilibus virgultis, ut infra in *Exortoria*. Vide infra *Escortare* et *Scortia*.

\* **ESCORCHERIA**, a Gallico *Ecorcherie*, Laniena, locus ubi mactantur et excoriantur boves, etc. Charta ann. 1316. in Chartul. S. Maglor. ch. 176: *Nobis episcopo Paris. licebit in aqua et loco prædictis construere seu construi facere unum pontem, qui incipiet de domo Symonis Tyberii sita in Escorcheria Paris. etc.* Stat. ann. 1408. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 356: *Excoriari seu mactari consueverunt solum et dumtaxat infra dictam villam Bitterris, videlicet in quodam loco diuinus ad hoc destinato, vocato lo Escoriador, aliter la boquaria*. Vide infra *Escorgare*.

\* **ESCORCIA**, Putamen, Gall. *Ecale*. Stat. pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod nullus possit. . . tingere seu tingi facere aliquos pannos. . . in lana seu filatura cum Escorcis nucis.*

\* **ESCORCIARE**, Corticem avellere, Gall. *Ecorcer*. Pactum inter Joan. dalph. et Petr. Barral. ann. 1319: *Ordinamus quod homines et singulares personæ universitatis prædictæ (de Alavardo) in et de memoribus dictæ vallis non possint in posterum aliquatenus Escorciare seu escorcias vel ruschias percipere seu habere. Escorchage nuncupatur Præstatio, quæ pro eo jure domino forestæ solvitur, in Ch. ann. 1348. ex Tabul. Castri Radulphi. Vide supra *Escoragium*.*

\* **ESCORGARE**, Excoriare, pellem detrahere, Gall. *Ecorcher*. Stat. ann. 1352. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 150. col. 2: *Item quod nulla persona sit ausa Escorgare sive prohicere animalia mortua, nisi in boysseria Nemausi consueti*. Vide supra *Escorcharia*.

**ESCORIATIO**. Rogerus Hovedenus pag. 784: *Qui autem forisfecerit in foresta Regis de viridi, sive per culpaturam, sive per foditionem turvarium, sive per Escoriationem moræ, [hoc est, per evulsionem erices,] sive per culpationem desub nemore, etc.* [Habetur *Excoriatio* in *Culpatura* 2.]

\* **ESCORIO**, Hordei species, Gall. *Escourgeon*. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 427: *Furtive ceperrat certam quantitatem gerbarum Escorionis*. Vide infra *Scario* 2.

\* **ESCORRADORIUM**, *Cursus* aquæ, rivulus. Charta ann. 1318. ex Tabul. S.

Maur.: *Durat pecia terræ de dicto molendino usque ad bozulam sitam in dicto prato ante primum Escorradorium sive ichac versus rivum de Gasquis*. Vide supra *Corratorium*.

\* **ESCORZAGIUM**, Flagellationis supplicium, pœna. Ex charta an. 1331, apud Revue hebdom. du dioc. de Lyon (1883) p. 111: *(Arbitri) pronunciaverunt. . . quod tota jurisdictio alta et bassa ville Firminiaci sit et remaneat omnino et directe priori Firminiaci supradicto, exceptis tantum ultimo supplicio et mutilatione membrorum et Escorzagio*. In eo autem casu *Escorzagii* si cognitum fuit per judicem dicti prioris. . . pœna pecuniaria sit et remaneat ad priorem. . . sed debeant insimul fugigare.

\* **ESGOSUS**, *Escis plenus, pinguis, crassus*. Ugutioni.

† **ESCOT**, *Contributio, Conjectum*. Vide *Scot*.

\* **ESCOTUM**, *Symbolum*, a Gallico *Escot*. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 457: *Quilibet in ejus simbolo seu Escoto vinum bibere inceperunt*. Vide *Scot*.

**ESCOTUS**, pro *Scotus*, quomodo nostri *Escots* dicebant, quos hodie *Escossois*. Formula 15. ex Baluzianis: *Vadit tanquam latro, ad aura psallit, ut Escotus mentit, semper vadit toritus, et occidit quod nunquam vidit*. Nempe solemnne est peregrinantibus, ut fuere *Scoti*, mentiri. Joan. Molinetus Valentianensis pag. 25:

Atheniens, Turcs, Barbarus, Escots,  
Gauls, Espaignois, Hongrois, Bretons, Gallots.

[Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1360. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1458: *Et qu'ils ne feront autres alliances avec lesdits Escos en aucun temps à venir contre les Rois et royaume d'Angleterre.*]

\* *Alias Escot*. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 148: *Colart de Benachin escuier Escot, familiar de nostre chier et bien amé Stewart arceidiacre de S. Andrieu, estudiant à Paris, fils de nostre très-cher et très-amé frere le roy d'Escoce, etc.* Vide *Scoti*.

\* **ESCOUFFLE**, *Monetæ Flandrens* species, a milvo, quem *Escouffe* appellamus, in ea, ut probabile est, insculpto, sic dicta. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 174: *Icelluy exposant s'en ala en la ville de Ailly sur Noye (près Amiens) et print en la bourse dudit Nicolas une piece de monnoie d'argent, nommée Escouffe, du pois de xij. deniers*. Allæ ann. 1398. in Reg. 153. ch. 483: *Le suppliant presta audit Alizandre jusques à la somme et valeur de cxiij. solz Paris, un Escouffe, monnoie de Flandres pour xij. deniers Par. Une piece de monnoie, que l'en dit une Escouffe, in aliis ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 679. Chartul. sign. Ezechiel Corb. fol. 260. v.º: 1.º. *Le Escouffe vault ij. gros, le gros ij. estrellins*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Escouble, milvus*.*

† **ESCOUTA**. Vide *Eschuta* 2.

† **ESGRA**, *Species vasculi* apud Hibernos. Vita S. Moduennæ, Julii tom. 2. pag. 303: *Protulitque vasculum argenteum, quo potum Hibernenses Principibus haurire solent, quod vocant Escra*.

\* **ESCRANNIA**, *Præstationis species*. Assignat. totalit. Joan. regin. Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69: *Item pro Escrannii et costumis octo modia et septem sextaria*. *Escregne* vero, vel *Escrienne* etiamnum rusticis,

pluribus in locis, dicuntur cameræ, ubi hyeme mulieres vel puellæ simul convenientes nendo pervigilant ad mediam noctem. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. ch. 130 : *Comme les exposans environ deux heures de nuit feussent alez en la ville de Combertrix de costé Chaalons pour eulz esbatre avec les jeunes filles à marier, et femmes qui filioient es Escrignes, comme il est acoustumé à faire en temps d'iver, en laditte ville et pays d'environ.* Aliæ ann. 1478. in Reg. 206. ch. 189 : *Willemet Maillart sachant que le suppliant estoit de nuit aux Escriennes, ou estoit entre les autres jeunes filles Marroye Cloque. Quod ibi linum præparatur seu excutitur, Escruserie dicitur, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 189. ch. 485 : Lesquelz freres alerent au soir à la serie pour veoir les jeunes filles à l'Escruserie de lin. Vide Sereo.*

\* **ESCRANNUM**, an idem quod infra *Escrium*? Comput. MS. ann. 1239 : *Adam de Mellente pro Escrianis factis ad Meledunum, xx. sol.* [\*] Germ. Schranen sunt ligna concellatim loco sepi posita. ADEL.]

† **ESCRINIUM**, Gallice *Esclin*, Scrium, cimelium. Charta anni 1311. apud Baluzium tom. 2. Histor. Arvern. pag. 141 : *Retinuit dictus donator.... omnia utensilia et jocalia et vasa argentea quæcumque.... et potiora et Escriinia et animalia quæcumque.*

\* Arca, arcula ; unde *Esclinée*, et *Esclinet*, quarum artifex *Esclinier* appellabatur. Inventar. Guid. de Kaours magist. monet. ann. 1321. in Reg. A 2. Cam. Comput. Paris. fol. 12. v° : *Item un Esclinet a trebucher.* Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 54 : *Il fut ordené que par maniere d'esbatement seroit donné un joyel ou présent au jeu de barres.... avec l'Esclinée, ainsi qu'il est acoustumé à faire au jeu de pris.* Unde emendanda Lit. ann. 1389. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 279. art. 3. ubi editum *Estrinée*. Aliæ ann. 1404. in Reg. 158. ch. 425 : *La suppliant print un petit Esclinet ou forcier fermant à clef,.... ouquel Esclinet ou forcier avoit un escu en or.* Rursum aliæ ann. 1411. in Reg. 166. ch. 152 : *Colart Monnart Esclignier pour lors qu'il demourait à Tournay, etc. Pierre Buridan Escliner ou charpentier de menyserie demourant en la ville de Guise en Thieresse, in aliis Lit. ann. 1454. ex Reg. 191. ch. 107. Vide Scrium.*

† **ESCRIS**, Eadem notione. Inventarium Ecclesiæ Anciensiensis ann. 1444 : *Item quatuor mappæ de cirico in quodam Escri fusteo rotundo, etc.*

\* **ESCRIVETUM**, Theca calamaria, Gall. *Ecritoire*. Charta ann. 1328 : *Item unum Escrivetum de argento.* Vide *Scripturale*.

\* **ESCROA**, a Gallico *Escroue*, Professio feudalisis, qua scilicet quis feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo juribus ac oneribus descriptionem domino capitali ex debito offert : *Escroe* enim appellant nostri schedam ; in qua per ordinem res describuntur. Arest. 28. Nov. ann. 1386. in vol. 10. arestor. parlam. Paris. : *Quod dictus miles compelleretur ad tradendum saltem denominationem et Escroam, quæ contra usum et consuetudinem patriæ et loci est.* Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 406 : *Plusieurs biens, comme biez, vins et autres choses pris de plusieurs bonnes gens, auxquelz pour ce que paieez n'estoient, eussent esté faites et baillées plusieurs*

*cédules ou Escroes de ce qui deu leur estoit ; desquelles cédules ou Escroes, etc. Vide infra Scroua.*

\* Sed et ligamen pergamenum, *Escroe* appellatur, in Charta ann. 1399. ex Chartul. 23. Corb. : *Iceilli dailly.... avoit juré grant serment que ledit procès seroit scellé, et l'avoit reprins en sa main, rentourteillié, et le lye d'une Escroe de parchemin en plaçant et mettant de la cire sur ladite Escroe pour icellui procès sceller.* Haud scio an inde *Escroux*, pro Contractus emptionis vel venditionis conclusio, in Libert. villæ d'Aigueperse ann. 1374. ex Reg. 198. ch. 360 : *Se aucuns marchans ou autres estrangers achaptoient aucunes denrées dedans ladite ville, et le marché se faisoit en la présence d'aucuns des habitans de ladite ville,.... ou y sourvenoient tantost à l'Escroux du marché, ils y auront leur part.*

† **ESCRONELLUM**, Species retis ad capiendos pisces. Vide *Saurarium*.

\* **ESCROWETUS**, Prætor, ex Belgico *Scoutet*, *Escoutet*. Charta Ferrandi et Joannæ Comitum Flandr. ann. 1228. pro Scabinagio Duacensi, apud Buzelinum pag. 517 : *Videlicet quod transactio 13. mensibus Scabini, qui ecient a Scabinagio, debent eligere 4. burgenses in villa de Duaco in 4. Escrowetis, etc.* Sed videtur leg. *Escowetis*.

\* Unde *Escouteterie*, pro Officio *Escouteti* seu prætoris. Charta ann. 1330. ex Chartul. 2. Fland. ch. 296. in Cam. Comput. Insul. : *Renunchons... à nostre manoir de Ardemborch,.... à le Escouteterie de la ville de Ardemborch, et à toutes les droitures et choses qui y appartiennent.* Vide *Scultetus*.

\* **ESCUA**, Escæ, Edulia. S. Isidorus hymno in SS. Torquatum et Socios :

Mittunt asseculas Escua querere,  
Ut fessa dapibus membra redirent.

\* **ESCUAGIUM**, [Obligatio pergendi in exercitum vel præstatio pro feudo militari.] [\*] Feuda Norman. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 160. v. col. 1 : *Philippus de Blarru tenet unum feudum lorice de rege ; unde debet unum annum et dimidium diem de custodia apud Vernonem ad custum suum et ad submitionem domini regis ; et in anno quo facit custodiam, non debet Escuagium, et debet exercitum et equitatum ad suum custum.* Charta ann. 1225. ex Bibl. reg. cot. 19 : *Præfati vero homines et hæredes eorum de tenementis præfatis reddent Escuagia et capitalia auxilia.]* Vide *Scutagium*.

† **ESCUALLATA**. Vide *Escuellata*.

\* **ESCUALLIUM**, Patena, scutella, Gall. *Ecuelle*. Charta official. Paris. ann. 1382. ex Tabul. S. Germ. Prat. : *Bona mobilia quæ sequuntur, videlicet viginti libras sterlingorum Angliæ,.... unam malletam, quædam Escuallia, duo calcaria, duo paria sotularium, etc. Escuale*, apud D. Bouquet tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 320 : *Et me doit-on trouver en ladite maison pos de couvre (l. couvre) pailles de couvre ou d'airain, pos, platias, Escuales et causserons d'estain.* Ubi male editum *Escuales*. *Escuellier*, Scutellarum mercator, in Lib. 1. Stat. artific. Paris. ex Cam. Comput. fol. 188. r. : *Quiconques veult estre Escuellier à Paris, c'est assavoir vendierres d'escuelles, de hanaps de fust et de madre, des auges, fourches, pelles, besches, pesteux, et toute autre fustaille, estre le peut.* Ludi inter duas scutellas mentio fit in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph.

reg. ch. 508 : *Lesquelz jouerent ensemble toute nuit.... à croix et à pille, et entre deux Escuelles, et à autres jeu.* Vide *Escuella*.

† **ESCUANGIUM**, ut *Escuagium*. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 515 : *Reddendo inde mihi... decem et octo denarios monetæ currentis annui redditus.... excepto Escuagio Domini Regis, quum venerit in feodo, de quo prædictæ peciæ terræ moventur.*

\* **ESCUARE**, Tabulatione, Scutum dicta, ad excutiendos imbres munire, alias *Escuer*, nostris. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 96. r. col. 2 : *Tornellæ erunt de vj. pedes spissitudinis et v. pedes concavitatis, et duo paria stagiaram, et scutum et krenellum magis altum quam murus.... Tota turris (de Ribemont) volvenda, planchanda et solennda (sic) et quernelanda et Escuanda ; et turriculum quæ erat ante portam oportet volvere, et desuper facere 1. Estage et quernelare et Escuer.* Vide in *Scutum*.

\* **ESCUBIERA**, Libertates concessæ Barcinonensis a Pet. Rege Arag. ann. 1283. MSS. cap. 91 : *Concedimus quod cesset Escubiera, et quod de cætero non sit Escubiera in molendinis.* [Forte idem quod *Escluviammentum*.] [\*] Forte ab *Escoba* formata vox significat Purgamentum, quod scopis everrigit. Vide *Scopaticum* et *Scopatura*.]

† **ESCUCHONETUS**, Gall. *Escusson*, Lamina per quam inducitur clavis in foramen serræ. Inventar. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419 : *Item duo coffreti pares trium pedum longitudinis vel circiter ferrati et armurati armis de la Boissiere ; Escuchoneti autem cuprei sunt.*

\* Idem potius videtur quod *Scuchonetus*, Scutum gentilitium. Vide in hac voce. Hinc *Escucéné* et *Escuchené*, Scutis gentilitiis ornatus, in Inventar. MS. jocal. Eduardi I. reg. Angl. ann. 1297 : *Une coupe esmaillié et Escucené (infra Escuchenée) desus et desous de France, de Navare, de Flandre, de Braybant et de Pontiu. Esquigronné, Angulatus, vox heraldica, in Reg. Castel. ad ann. 1404 : Noble homme Jehan de Garancieres.... dit qu'il avoit laissé le jour précédent son seel à un sien serveilleur, auquel avoit empreint deux lions tenans un escusson et trois chevrons ; le premier Esquigronné avec une croisette pour différence des armes du seigneur de Garancieres son frere.*

† **ESCUDELEYR**, Scutorum opifex, a Gallico *Ecu*, Scutum. Charta ann. 1308. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783 : *Escudeleyr, freneyr, et celeyr, et carnifices tres denarios (solvunt) quilibet pro annata.*

\* **ESCUDELLORIUS**, SCUDELLORIUS, Parva scutella, Occit. *Escudelo*. Instr. ann. 1498. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 159. col. 1 : *Item xiiij. Scudellorios, cum aurelha, non brunitos. Item ii. Scudellorios brunitos.* Et pag. 260. col. 1 : *Scutellas, platellos, et alia propter poteriam, et xiiij. Escudellorios, etc.* Vide infra *Escutella*.

\* **ESCUDELONUS**, Eadem notione. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. ejusd. Hist. pag. 88. col. 1 : *Locavi quinquaginta perabsides, et quinquaginta Escudelonos, etc.* Vide infra *Scudelo*.

† **ESCUDERIA**, Stabulum, Gall. *Ecurie*. Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 433. col. 1. in Conventionibus Dalphini cum Agouto de Baucio : *Sitque unus ex dictis Scutiferis Forrerius, et alius Magister Escuderie seu marescallie suæ. Vide Scura.*

**ESCUDETIUS**, Scutifer, ex Gallico *Escuier*, sed proprie famulus: nam ita famulos suos vocabant Monachi, ut supra in voce *Armiger* docemus. Charta Raimundi Abbatis Moissiacensis ann. 1212. in Regesto 3. Tabularii Regii Ch. 18: *Nos nec alii Monachi quicumque fuerint, et Escudarii nostri, vel eorum, nihil dabimus in portu de Moissiac, sed ibi liberum transitum et reditum habemus.* Infra: *In uno quoque manso 3. minas frumentii, et 3. minas avenæ, et albergam duobus Militibus, et duobus Escudariis, etc.* Vide *Escuierius*.

\* **ESCUDETUS**, Gall. *Ecusson*, Ital. *Scudetto*, Scutum, insigne. Comput. ann. 1800. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 29. col. 2: *Solvi magistro Bernardo pictori, pro emendo duos palmas telæ albæ, pro faciendō xij. Escudetos armorum comunis, et sex palmas telæ blavæ pro faciendō xij. Escuts armorum domini nostri regis.*

† **ESCUELLA**, Scutella, Gall. *Ecuelle*. Polyptych. Fiscamn. ann. 1235: *Nicolaus Lohier tenet unum masagium, unde reddit sex solidos ad Natale, et debet culcitram et linteamina in adventu Abbatis, Escuellas et ciphos, etc.* Nostra vox *Ecuelle* sæpe sumitur in Instrumentis pro parva aridorum mensura. Sic in Statutis Gallic. Scabinorum Maceriarum ad Mosam, e Bibl. D. de *Cangé*: *La quarte doit XII. d. p. la demie quarte IX. d. p. l'Escuelle VI. d. p. le picotin à l'avoine.... XII. d. p. Enumeratio mobilium, immobilium et reddituum Nosocomii Commercii et Codice MS. ejusdem urbis pag. 25: Les heritages qui appartiennent à la holiere, seans ou ban, et frinage de Leronville... doivent chascun six Escuelles assis sur plusieurs heritages.* Vide *Scutella*.

† **ESCUELLATA** SPONSARUM, Species tributi, quod recens nuptæ tenebantur exsolvere. Histor. Dalphin. tom. 1. pag. 143. ex Computo ann. 1202: *Item pro tributo viduarum maritatarum VI. lb. XII. s. Item pro Escuallatis (melius pag. 113. Escuellatis) sponsarum remissæ sunt ei de gratia.* Computa Castellana. Grasiwod. ann. 1333: *De coraotis boum, Escuellatis nuptarum, de successioneibus, etc.* Vide *Espaules*.

\* **ESCUERIUS**, a Gallico *Escuier*, Scutifer; non raro idem quod famulus, præsertim ubi de clericis vel monachis agitur. Charta ann. 1234. ex Bibl. reg. cot. 19: *Ego Johannes de Ferreris miles dedi, concessi et feodavi Roberto de Jumeliis Escuero meo pro homagio suo et servitio, quod mihi fecit, quadraginta solidos annui redditus.* Pactum inter Odon. episc. Paris. et Joan. abb. S. Genov. ann. 1202. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 227: *Extra septa canonicorum sex servitores, scilicet tres Escuerii abbatis, unus serviens capicerii, etc.* Thomas Dampont *Escuier de chambre du Duc de Bedford*, in Lit. ann. 1432. ex Reg. 175. Chartoph. reg. ch. 178. Vide *Escudarius* et in *Scutiferi*.

\* **ESCUIRERE**, Ob crimen aliquod per urbem traducere, i. pro *Escurrere* vel *Escurrere*. Charta ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 697: *Item quod gentes dicti domini de Revello fecerunt Escuierere et bannire per loca prædicta quemdam hominem et quandam mulierem.... deprehensam in adulterio.* Vide *Currere* et *Trotare*. [\* f. pro *Excoriari*, Virgis cædere, Provinc. *Escorjar*; nisi sit pro *Exquirere*.]

\* **ESCULARIUS**, an Cocus, qui escas præparat, in Sent. arbitr. Guill. archiep.

Lugdun. ann. 1335. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 385. ubi inter varios cives Matisconenses, quorum artes designantur, occurrit *Gaufridus Escularius*. Vide *Esculentia*.

**ESCULENTIA**, *Pinguedo*, in Gloss. Isid. Libellus, precum Marcellini et Faustini pag. 65: *Hic erat in eadem urbe Roma Presbyter miræ continentiae, non vino stomachum relevans, non carnis Esculentia corpus curans, sed oleo solo escas asperiores mitigans, etc.*

† **ESCULETUM**, pro *Esculentum*, in Statutis Arelat. MSS. art. 175.

**ESCULEUM**, Amplum spatium circa ædem. Charta Joannæ Reginae Castellæ ann. 1225. in Histor. Eccles. Abbavil. cap. 27: *Retentis nobis et hæredibus Pontivi alta justitia, pomerio et Esculeo.* Etiamnum Picardi nostri *Esculus* vocant spatium quod sibi retinet qui longius prosilire cupit. Chronicon Bertrandi Guesclini MS.:

Pour monter au destrier, prenoit son Esculie.

Vox videtur efficta ab eo spatio quod *scuti longitudinem* occupat, nisi referatur ad spatium 12. pedum, de quo Additio ad Legem Frisionum tit. 3. § 24. Lex Ripuar. tit. 70. § 1. et 2. Leges Rotharis Longob. tit. 18. § 8. [\* 47.] Vide *Scutum*.

\* Vel **ESCULEUS**, Eadem notione qua *Esculus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7646.: *Esculus, arbor glandifera.* Quod autem eo sensu intelligenda sit Charta a Cangio laudata, manifestum fit ex Ch. Mariæ comit. Pontiv. ann. 1247. in 2. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 20. et 76. quam confirmat Joanna reg. Castel. non ann. 1225. sed 1225. in qua legitur: *Retentis mihi et hæredibus Pontivi (in dicto nemore de Cresciao) alta justitia, pomerio et mellerio.* *Esculle* vero, Globulus ligneus, qui clava propellitur, idem quod supra *Choulla*, in magn. Coustum. pag. 88. Sed leg. *Estulle*. A voce autem *Esculus*, qua spatium, quod sibi retinet, qui longius prosilire cupit, vulgo *Escousse*, significatur apud Picardos, eodem Cangio interprete, accersendum videtur, verbum *Esculer*, quod de vehementi vento, qui ex impetu interdum stat, dicitur in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 12. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 227: *Li venez... tournoit les homes si forment, quant il Esculoit, que à bien petit que il n'en moroient.*

\* **ESCULSA**, pro *Escusa*, ni fallor, Gall. *Echusse*. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 645. r°. *Una cum facultate... manutendi in dicta riparia de Magier unam Esculsam pro capiendâ aquam.*

\* **ESCULUS**. Vide supra *Esculeum*.

† **ESCUATOR**, Pirata, Maritimus prædo, Gall. *Ecumeur de mer*. Regestum Parlamenti ann. 1374: *Coertionem et punishmentem omnium prisiarum... per marinariorum, Escumatores vel alios factorum perpetratorum.*

\* Cujus navigatio *Escumerie* appellatur. Lit. Caroli V. reg. Franc. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. ann. 1371: *Les quelles denrées et marchandises... furent prises et robées en mer par certains Escumeurs de mer de la coste de Normandie.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 34: *Robin Fosse dist au suppliant que se il le vouloit croire ilz seroient riches et auroient la finance des compaignons du pays de Bretagne, qui estoient venuz d'Escumerie, et arrivez avec eulz audit lieu de Hareffleu. Aquoy le suppliant se consenti, et la nuit ensuiant ainsi que ils estoient couchiez prez*

*de la chambre où estoient couchiez lesdiz Escumeurs, etc.*

\* **ESCURA**, Stabulum Equorum, vel Horreum in quo fruges reconduntur, Gall. *Ecurie, grange*. Charta ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 822: *Cum domibus, albergementis, boris, Escuris, grangiis, etc.* Alia ann. 1374. in Reg. 106. ch. 113: *Item acquisivit quandam Escuram, sitam in castro Lemovicensi prope arborem pigam.* Hinc *Escuier*, Stabulo condere, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. ch. 307: *La mere dudit Regnaut dit à son filz qu'il se demourast à l'ostel... pour Escuier et mettre en toit leurs vaches.* Vide *Scura* et *Scuria*.

\* **ESCURARE**, vox pannificum, vulgo *Escurer*, Detergere, Gall. *Dégraisser*. Stat. pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 121: *Item quod casu quo reperitur aliquis pannus... qui esset vel sit Escuratus, ambroatus, seu alias quovis modo paratus in toto vel in parte, etc.* Stat. ann. 1359. tom. 3. Ordin. reg. Fr. pag. 416. art. 19: *Que aucuns ne puisse ou doie soubz ycelle paine Escurer au foulon aucuns draps à sain.* Aliud sonat *Ecuré*. Securum scilicet qui sine cura est, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 2. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 158: *Les Alainz trouverent Escurés, qui d'euls ne se prenoient garde, etc.*

† **ESCURATUS**, ut mox *Escurellus*, in Litteris Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Mospeliensibus, de forma vestium.

† **ESCURELLUS**, *Sciurus*, Gall. *Escureuil*. Pro pellicis *Escurellorum*, in Computo anni 1202. apud D. Brussel Tract. de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLVI. Nova Gall. Christ. tom. 2. col. 294: *Canonici deferant cappas et almutias de griseis... et Capellani de cirogulis sive d'Escuroiz.* [\* Charta Guill. dom. de Pesmes ann. 1250. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris. fol. 421. v. col. 1: *Trois mil et ve. aunes de toilles d'Allemagne, et trois milliers et ve. d'Escurias.*]

\* **ESCUTARIUS**, Armiger, Gall. *Escuer*. Vide *Scutarius*.

\* **ESCUTELLA**, Scutella, patena, Hisp. *Escudilla*. Leudæ Nem. circ. fin. 15. sæc. inter Probat. tom. 4. Hist. ejusd. civit. pag. 77. col. 2: *Item pro quolibet mercenario aut quocumque extraneo vendente Escutellas... una Escutella.* Item de centum *Escutellis*, quatuor *Escutellas*, in Leud. minut. Carcass. Mss. *Aceuelle*, pro *Ecuelle*, in Consuet. Aurel. Mss. Hinc quod scutellæ formam referat vas, in quo ignis thuribuli ponitur, *Escussiau* appellatur in Lit. remiss. ann. 1339. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 130: *Iceulli Jehannin prist en l'esglise cathédral d'Auceurre un encencier... et en vendi deux chesnez et un Escussiau qui estoit audit encencier.* Vide supra *Escudellorius*.

† **ESCUTUM**, ut *Scutum*, Tesseræ gentilitiæ, Gall. *Ecu*. Testam. anni 1367. inter Aned. Marten. tom. 1. col. 1525: *Item legamus conventui fratrum Minorum Carcassonnæ unam cupam argenti deauratam, cum suo pede et signatam circumquaque, Escus vertis, et in medio unum Escutum cum arboribus.*

\* *Escutel*, in Comput. Rob. de Seris ex Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 3. r°: *Six selles de guerre garnies de cordouan vermeil à un Escutel de bordeure.*

**ESDEVENIMENTUM**, [Quod obvenit alicui vel ex hæreditate vel alio modo.] Curia Generalis Gerundensis ann. 1321. sub Jacobo II. Rege Aragonum MS.: *Super exitibus, proventibus, Esdeveni-*

mentis vel iuribus officii sibi commissi. [Vide Evenimentum.]

† **ESDIRE**, ut infra *Excondicere*, Excusare, satisfacere. Charta ann. 1123. ex Chartulario Aptensi fol. 16: *Nec aufere- mus tibi vel tuis, nisi pro fortisfacto quod nec emendare possitis aut velitis.*

\* **ESSEDUM**, pro *Essedum*, in Glossis ad Doctr. Alex. de Villa-Dei: *Essedum, currus quod claudi portantur.*

**ESENCIA**, [Jus fruenti re aliena, Gall. Aisance.] Vide *Aisancia*.

\* **ESENTUS**, pro *Ezentus*, immunis, Ital. *Esento*. Charta Bern. abb. Casin. ann. 1273: *Set omnino a præstatione prædictorum sint liberi et Esenti. Essenti*, in Diar. Ital. D. Montisfalc. pag. 324.

\* **ESEX**, pro *Esax*. Vide in hac voce. Hist. Richar. Cluniac. tom. 1. Collect. var. script. D. Le Beuf. pag. 411. *In adventu ejus et ingressu... diei noctisque unius spatium in clausa monachorum centum magni caperentur pisces Eseces, qui vulgo salmones dicuntur.*

† **ESFORCIUM**. Vide *Esforcium*.

† **ESGAGIUM**, Fundus oppigneratus, Gall. *Fonds engagé, hypothéqué*. Consuetud. Lemovic. art. 69: *Præterea emphiteotæ et alii qui debent census annuos, si non solvant ad diem statutum casum vel canonem, vel etiam pensionem, non sunt ex hoc de Eszagio puniendi; sed ille cui debetur census, canon vel pensio potest pignora pro censu suo, vel canone, vel etiam pensione in terra de qua sibi debetur, nec debet aliqua arte vel ingenio aliquid attentare propter quod Eszagium debeatur seu etiam exigatur. Vide Vadum.*

\* Multa videtur pro censu ad indicatam diem non persoluto, vel fidejussio, ut mox

\* **ESGAIDUM**, Fidejussio. Charta ann. 1283. in Chartul. archiep. Bitur. fol. 105. v: *Item voluerunt quod ipsi procuratores, et quilibet ipsorum possint facere talias et Esqaida pro promissis perficiendis. Vide Gaid.*

\* **ESGARDAMENTUM**, Jus, potestas sententiam, causa inspecta et cognita, ferendi executionique mandandi. Homag. præstat. Aymer. vicemom. Narbon. ann. 1273. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 59: *Tenetis pro ipsa vicaria.... Esgardamentum frangendi panes et spargendi per plateam, si ultra rationem.... vendatur panis in foro. Vide infra Esgardium 2.*

\* **ESGARDIATOR**, Inspector, rebus examinandis præfectus. Lit. ann. 1351. in vol. 2. arestor. parlam. Paris.: *Ut Esgardiatores atque drapararii villæ Catalaunensis, etc. Protocol. vet. ex Cod. reg. 4184. fol. 60. v: Esgardiatores super aliis victualibus ponere... niteris, etc. Pro arbitro, videsis in Esgardium 1.*

1. **ESGARDIUM**, ESGUARDIUM, Judicium, sententia iudicis cum cognitione causæ, Gallis *Esgard*. *Escardium*, seu *Scardium*, in Statutis Ordinis Hospital. S. Jo. Hieros. tit. 2. § 23. tit. 8. § 1. 2. et seqq.: *Gallica vox est, et significat rationem, considerationem, seu, ut sic dicam, respectum. Quod quidem scardium est antiquissimum et primum iudicium domus Hospitalis, tit. 19. de Verb. signific. § 9. Constitut. Siculæ lib. 3. tit. 17: De vassallo delinquente in Dominum, Dominus potest de eo quod tenet ab ipso, ipsum per Esquardium dissaisire. Id est, iudicio parium suorum intervenire. Assisiæ Hierosolymitanæ MSS. cap. 23: Or dit Esgart ou connoissance n'est mie une mesme chose: car l'on fait d'une parole connoissance de court, ne Esgart peut hom faire d'une parole, pourquoy il est*

*clere chose que Esgart et connoissance ne est mie une meime chose. Cap. 29: Et se preigne à lui d'Esgart, que court ne peut faire Esgart d'une parole. La Court Es-garde, demander conseil par Esgart de Court, se mettre en l'Esgart de la court sauf son retenail, in iisdem Assisis Hierosol. cap. 3. 4. 5. 6. 7. 8. etc. S'aerdre à l'Esgart de sa partie, cap. 28. Premier Esgart, second Esgart, cap. 30. Se prendre à sa partie d'Esgart, cap. 29. [\* Regula hospit. S. Jac. de Alto passu ann. circ. 1240. ex Tabul. Archiep. Paris. 61: Frater si pro aliqua offensa in justitiam (sic) per Esquardium fratrum sit, etc. Eswart, pro Statutum, vulgo Règlement, in Lit. ann. 1399. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 337. art. 9.] [Charta ann. 1291. inserta in Litteris ann. 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 294: Soixante sols pour l'amende, ou l'Esward du Maître et des Eskevins devant diz. Et pag. 295: Se aucuns manufacturer quois que il fust, estoit pris, en chu lieu, en l'Eskevinaige d'Abbeville seroit amenés et jugiez à l'Esbart des Eskevins.] Guillelmus Guart. ann. 1209:*

Li Rois voust pour ce qu'en pais fussent  
Que l'Esgart de sa Court eussent.

Le Roman du Renard MS.:

Itel amande li fora  
Come vostre Cour Esgardera.

Alibi:

N'a pas esté a bon escole  
Isangrin pour jugement faire,  
Dont il li venist mieix a taire,  
De faire Esgard ne jugement.

*Discours et Esgardours*. i. Judices, arbitri, in Charta Jacobii Episc. Metensis ann. 1251. apud Hieronym. Vigner. in Alsaticis pag. 140. [Esgardator, et Esgardiator non semel apud Rymerum.] Hinc formula in pronuntiationibus arestorum, *ayant esgard, etc.* Vide Chronicon Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 30. 31. et supra in voce *Consideratio*, mox *Esgardum* 1.

**ESGARDARE**, Judicare, sententiam ferre. Codex Leg. Normann. cap. 64. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 269: *Hoc vidit et audivi, et quod curia Es-gardaverit super hoc, facere sum paratus.*

\* 2. **ESGARDIUM**, Rerum venalium inspectio et examinatio. Arest. ann. 1351. 30. Apr. in vol. 2. arestor. Parlam. Paris.: *Ipsi major et jurati villæ de Hamo habeant jurisdictionem seu Esgardium super victualibus. Vide supra Esgardiator. Es-gardeure vero, pro Aspectus, contuitus, in Poem. Alex. Ms. part. 2:*

Joennes et avennans et vermes et rouvens,  
De simple Esgardeure, de biau conteneuens.

*Regardeure*, eadem acceptione. in Poem. de *Vacce* Ms.:

Oilz droiz et apers out et douce Regardeure.

† 1. **ESGARDUM**, ut *Esgardium* 1. Litteræ Philippi Audacis Regis Franc. ann. 1277. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 67: *Si contra orationem venerint in toto vel in parte, id ad bonum Esgardum Vicecomitis, qui pro tempore fuerit, emendatur. Edictum Philippi Pulcri Fr. Regis ann. 1302. apud Menestierum Hist. Lugdun. pag. 82. col. 2: Si vero de cetero per aliquem vel aliquos contra prædicta fuerit attentatum, ut dictum est, graviter puniantur, damnaque restaurabuntur... ad Esgardum Consilii nostri. Charta anni 1369. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 350: Ad Es-gardum duorum proborum virorum per*

*dictas partes eligendorum. Et apud Rymerum tom. 2. pag. 856. col. 1: Ad quos bonorum virorum electorum seu eligendorum hinc inde refertur iudicium vel Esgardum, seu in quibus de inquisitione vel examinatione per eosdem facienda fit mentio. Vide Awardum.*

\* 2. **ESGARDUM**, Modus, ratio. Charta Adami de Vilers ann. 1227. in Chartul. Campan. fol. 339. v: *Dedit mihi xxx. libratas terræ assidendas ad Esgardum terræ, et dominus Mathæus de Tosquino debet eas mihi assidere ad Esgardum terræ. Practici nostri dicerent, Au regard de, etc.*

\* **ESGARRARE**, Poplites incidere, nostris *Esgarter, Esjarret, Esgerreter, et Esjarreter*. Charta official. Lemov. ann. 1326. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 206: *Item et quod postmodum idem clerici... dictum quondam presbyterum Esgrarraverunt et sibi poplites ceciderunt. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 69: Monseigneur Raoul de Wanou... avoit esté Esjarreté à la grant bataille, etc. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. ch. 338: Iceillui prieur accorda à iceulz supplians certaine somme d'argent pour battre et Esjarreter lesdiz Andrez. Aliæ ann. 1417. in Reg. 170. ch. 16: *Lequel Valeton dist que s'il trouvoit le suppliant, il le Esgerreteroit lui et ses bestes. Aliæ ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1379: Lesquelz compaignons alerent en la maison de Tassart Dupuys pour les Esqarter et affouler. Rursum aliæ ann. 1442. in Reg. 176. ch. 182: Lesquelz dirent qu'ilz seroient bien contents qu'icellui Fabre donnast à Pasquier ung cop sur la jambe, et qu'il feust Esjarreté d'une jambe seulement. Esgrarrade, Arvernus, idem quod Grave vulnus. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 267: *Une grant Esgrarrade par le visage, qui vault autant à dire comme une très grant plaie.***

\* **ESGRATINEURA**, a Gallico *Esgratineure*, Cutis evulsio. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494: *Vulnus modicum erat, et non apparebat esse nisi quod Esgratineura. Esgriffure, eodem sensu, a verbo Esgriffer, Unguibus notare, vulgo Esgratigner. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. ch. 273: *Combien qu'il n'y ait plaie ouverte, ne mehaing, fors seulement ainsi comme une petite Esgriffure à sang. Lui fist une Esgriffure ou esgratigneure sur le nez, in aliis ann. 1463. ex Reg. 199. ch. 1. Aliæ ann. 1367. in Reg. 97. ch. 396: *Lequel Rifflart bati, féri et Esgriffa ledit Colin des mains et de poins en la teste et par le visage. Esgraffer, eadem notione, in Lit. ann. 1455. ex Reg. 189. ch. 41: *Le suppliant mist icellui Quenivet soubz lui, et lors ledit Quenivet l'Esgraffa au visaige. Arraffter, eodem quoque sensu, in aliis ann. 1394. ex Reg. 146. ch. 83: *Lequel Charle navra et Arraffla des ongles ledit Naudin parmi le visaige et ès yeux jusques au sang.*****

**ESGRINIRE**. Liber Ordinis seu Regula S. Victoris Parisiensis MS. cap. 48: *Mensæ lector aperte, et distincte, et tractim legat, et dum legit aurem accomodet Priori, ut si quando emendaverit, intelligere possit quod emendet, humiliter dicat si non intelligit, versum reincipiat, et hoc totiens faciat, quotiens Priorem propter hoc Esgrinire cognoverit. Ubi Esgrinire, est nostrum Gronder, vel Rechigner, Grunnire.*

† **ESGUARDIUM**. Vide *Esgardium*.

\* **ESGUOGOZAMENTUM**, Adulterium, seu ejusdem cognitio et iudicium. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657:

*Escogossar, Prov. curucare. Charta ann. 1142. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 495: Demandabam... placitare per meam curiam, præter homicidium et Esquogozamentum... Nec placitare (cogatur) per curiam meam vel successorum meorum, nisi in duobus delictis, homicidio scilicet et Esquogozamento. Hinc Esquoceresse, Mulier libidinosa, meretrix. Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 311. rº. col. 1: Liguels ournements fait les Esquoceresses et les sers amer en pellerinage, et en les aigues defundre. Vide Escogocia et Escogociamentus.*

† **ESIBILIS**, Aptus ad edendum, Comestibilis. *Panis quoque Esibilis et bene præparatus, in Regula Reformat. Monasterii 333. Occurrit etiam in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 454. Aprilis tom. 8. pag. 888. apud Raim. Duellium Miscell. lib. 1. pag. 83. etc.*

\* **ESICIARIUS**, Fartor, Testam. Grun. Porcelli inter supposit. Inscript. a Grut. editas pag. 18: *Donabo... bubulariis intestina, Esiciariis femora, etc.* Vide Lambec. ad hoc Testam. lib. 3. de Bibl. Cæsar. pag. 357. et **Esiciatus**.

† **ESICIATUS**, Fartus, cujus venter impletus est minutali. Vet. Epigramma de Anseræ farto apud Hofmannum in Lexico:

Eminet impletus pullorum carnibus anser  
..... ventrisque soluti  
Truditur e medio Esiciata nitens.

Vide **Isicium**.

**ESINGÆ**: dicti Reges Cantia, ab Ohta cognomento *Ese*, Æthelbyrthi Regis avo: ita Ethelwert. lib. 2. cap. 2.

\* **ESIRDATUS**, Tonsus, rasus. Leudæ major. Carcass. Mss.: *Item pro cargua de Esirdatis, iij. sol. Turon. Ubi versio Gallica ann. 1544: D'une charge de peaux tondues, etc.*

† **ESITAMENTUM**, Jus fruenti rebus non suis, Gall. *Aisance*. Vide **Aisancia**.

**ESKEATA**. Vide **Escaeta**.

**ESKEPPA**, **ESKIPPA**, Mensura frumentaria apud Anglos. Vide **Escheppa**, **Mina**.

† **ESKIPARE**, Instruere, armare, Gall. *Equipper*. Vide **Esquipare**.

† **ESKIPPAMENTUM**, Instructio navis, Gallice **Equipement**. Passim occurrit apud Rymerum tom. 5. pag. 4. 6. 12. 24. 67. 127. 134. 135. et alibi.

† **ESKIPPARE BOVES et ad partes Flandriae traducere**, apud eumd. Rymer. tom. 12. pag. 137. col. 1. pro **Contrudere** in navem, Gall. *Embarquer*. Vide **Eschippare**.

† **ESLAGIUM**, Ager urbi vel pago vicinior, ex quo decimas percipere solet Rector parochia, Normannis *Ailage*. Instrum. autographum ann. 1481. ex Archivis B. M. de Bono-nuncio Rotomagens.: *Asserendo illam peciam terræ fore et esse Esлагium, et in ea habere jus percipiendi decimas. Septies recurrit in illo Instrumento. Vide Aalagium.*

\* **ESLARGAMENTUM**, Dilatio, procrastinatio, Gall. *Delay*, alias *Eslargissement*. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 33: *Per longum tempus in processu prisonarium, tam per Eslargamentum de assisia in assistiam, quam aliter eundem (Aymericum) detinuit. Charta ann. 1346. in Reg. 75. ch. 530: Icellui Guerart et sediz complices se estoient meffait... de mil livres à apliquier à nous pour cause d'un Eslargissement à lui fait par nostre baillif d'Amiens, pour ce qu'il se deust estre presentez en l'assise d'Amiens en habit lays, et il se presenta en habit de clerc en decli-*

*nant nostre jurisdiction. Vide supra Elargare 2.*

\* **ESLARGARE**, Emittere, libertate donare. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 192: *Ipsium clericum infra portas villa Claromontis prisonarium Eslargavit. Vide supra Elargare 1.*

† **ESLAVEIDIUM**, Pluvialis aquæ per itinera compositæ decurrentes, rusticis Dumbensibus *Laveides* et *Availles*. Charta Thossiac. ann. 1462: *Debet sex denarios pro licentia sibi data de capiend aquam... Esclaveidiorum labentium ab itinere de Thossiac ad Castellionem Dumbensem. Et infra: Omnia Esclaveidia cadentia per itinera de sancto Stephano.*

\* **Nostris Lavasse, alias Elavasse et Eslavasse**. Charta Galt. d'Estrommel ann. 1308. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 309: *Disoie encores que lidiz religieus (du mont S. Martin) me grevoient es ce qu'il avoient tourné par un certain cours les yaves tourbles hors de leur dit vivier de Makincourt, et ainsy par temps d'Elavasses, etc. Non semel ibi. Sentent. arbitr. ann. 1313. in Reg. 53. ch. 50: Se il avenoit que li yave dudit biés s'encreussent par Eslavasses, ou en autre maniere par quoy li habitant y fuissent damagié, lidiz religieus... seront tenus de rompre l'escluse. Très souvent les coulis pleins et Eslavasses redondoient es fosses d'icelle ville, in Ch. ann. 1448. ex Chartul. 23. Corb.*

\* **ESLUARE**, Dumeta succidere et in culturam redigere. Charta ann. 1407. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xxix: *Cum nobilis Alziacius de Pracomitali... olim tradiderit Johanni Gontardi... quamdam ramieriam... ad ipsam ramieriam Esluandum... et pratium in ea faciendum ad et per sex annos. Eslauer, eadem acceptance, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 335: Icellui Perrin dist à l'exposant que c'estoit grant honte à lui de se venter qu'il avoit Eslaqué le jour plus de demi arpent de bois... que il en copperoit plus en un jour que l'exposant n'en Eslaueroit en deux.*

† **ESMAGIUM**, Jus quoddam Ducis Britannia minoris et Nannetensis Episc. commune. Instrum. Ecclesie Nannet. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Britan. col. 331: *Assignamus ei VII. libras currentis monetæ quæ de Esmagio primo exierunt a prima die Maii quousque in integrum persolvantur habendas in perpetuum. Aliud. Instrum. ejusd. Ecclesie ann. 1259. tomi citati col. 421: Eudo Archidiaconus Nannet. et Renerius Senescallus ejusdem loci. Notum facimus universis, quod nos a nobili viro D. Johanne Duce Britannie... ex una parte, et a R. P. Jaleranno D. G. Nannet. Episcopo ex altera, electi arbitri de contentione, qui inter eos vertebatur, super articulis, qui in presentibus litteris continentur, dictum nostrum proferimus de prædictis articulis in hunc modum. Super articulo de curra nova, quod dicto Comiti et successoribus ejus, remanente dicta turre cum clausura sua, dictus Comes et successores sui solvent in perpetuum Episcopo Nannet. et successoribus suis LV. sol. annui redditus super portione quam idem Comes perceperit in Esmagio Nannet... Super archa communi in loco tuto reponenda: Dicta archa deponetur sub fida custodia in feudo Comitibus de consensu Comitibus et Episcopi, in loco idoneo ab eis eligendo... et Allocatus Comitibus unam clavem habebit, et Allocatus Episcopi aliam; et ambo Allocati jurabunt, quod fideliter colligent ea que ad dictum*

*Esmagium pertinebunt et quod unus sine altero vel ipsius voluntate nichil colliget, et quidquid collectum fuerit, fideliter in dicta archa reponetur, nec unus sine altero aliquando liberabit super his quæ ad dictum Esmagium pertinebunt. Pluries recurrit in eod. Instrumento.*

† **ESMAILLATUS**, Distinctus, vermiculatus, ornatus, Gall. *Emaillé*. *Nodus Esmailatus, Lozengia Esmailata, Tassellus argenteus deauratus et Esmailatus, Tabulatum Esmailatum, Tassellus argenteus et Esmailié Gallice, etc.* In Inventario Ecclesie Noviom. ann. 1419.

\* **ESMAILLATOR**, Encaustes, Gall. *Emailleur*. Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 52. vº. ad ann. 1317: *Item dominus rex concessit Garnoto Esmailiatori unum operatorium supra magnum pontem. Vide mox*

\* **ESMAILLIATUS**, Encausto ornatus, distinctus, Gall. *Emaillé*. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Quod caput habet unam coquiciam desuper firmatam cum una verula Esmailiata. Aliud Gall.: Et a (le chief) une coqsse d'argent sur la teste fermant à une viz Esmailiée. Vide Esmailatus et mox Esmaldus.*

† **ESMAILLUS**, Encaustum, Gall. *Email*. Invent. Noviom. mox laudatum: *In dicta cruce sunt quinque Esmaili. Ordinarium MS. Eccles. Lexoviensis: Acollitus deferens crucem cum Esmailis.*

\* **ESMALCTUM**, Encaustum. Vide in **Smaltum**.

\* **ESMALDUS**, Eadem notione, Gall. *Email*. Invent. S. Capel. Paris. ann. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7: *Item unum pulchrum et pretiosum paramentum thobalix altaris, cum magnis Esmaldis aureis ad ymagines, ... et deficiebant... septem gemmæ et unus Esmaldus. Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg.: Item unus pulcherrimus calix aureus cum sua patena aurea nobilissime esmailata Esmaldis aureis. Esmailerie, opus encausto ornatum, in Lit. remiss. ann. 1417. ex Reg. 169. ch. 526: *Lequel de Gernes ne fut oncques de mestier: mais estoit tant subtil et imaginatif que il faisoit... orfavreries d'or et argent, Esmaileries et autres choses, comme se il eust esté maistre. Vide infra Esmaldus.**

† **ESMALTATUS**, ut **Esmailatus**, in Inventario ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 555. et 556.

\* **ESMALTULUM**, diminut. ab **Esmaltum**, eodem significato. Invent. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1195: *Item unam cupam de cristallo, ... in pede tria Esmaltula virideria rotunda.*

\* **ESMALTUM**, [Gallice *Email*, (B. N. Mss. l. 5180. f. 66).]

† **ESMALTUS**, pro **Esmailus**, in Inventar. ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 555. et 556. ut et infra in voce **Timbrum**.

\* **ESMANDARE**, pro **Esmendare**, Satisfacere, reparare. Ordin. Caroli delph. ann. 1357. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 18. vº.: *Teneatur idem Guido fidejuberi sufficienter... de Esmandando, juri stando et parendo in curia nostra. Vide in Esmenda.*

† **ESMANTATUS**, ut **Esmailatus**. **Scutum Esmantatum**, in Instrumento anni 1332. ex Archivis S. Victoris Massil. Vide **Amantatus**.

† **ESMARALDUS**, Lapis pretiosus viridis coloris, Nostris *Emerauda*, Anglis *Emerald*. Legitur apud Thomam *Madox Formul. Anglic. pag. 423.*

\* **ESMARADUS**, **Smaragdus**, Ital. *Smeraldo*, Gall. *Emeraude*. Inventar.



factum Avenione ann. 1364. apud Gar-ramp. in Disquisit. de sigil. Garfagn. pag. 87: *Item una alia mitra magis nobilis, munita de grossis saffiris, Esmaraudis, balasis, etc.* Vide *Esmaraldus*.

† **ESMATATUS**, ut *Esmailatus*. *Scutum Esmatatum*, in Charta anni 1352. ex Archivio S. Victoris Massil. num. 342. armarii Massil.

\* **ESMAUDUS**, ut supra *Esmaldus*. Necrol. eccl. Paris. Ms. ubi de calice et laminis argenteis emptis: *Aurum Esmaudorum est ij. marchæ, quinque estel-lingis minus*.

† **ESMENDA**, ut superius *Emenda*, Emendatio, compensatio. Autenticum Jacobi Regis Majoric. ann. 1332. ex Archivio S. Victoris Massil.: *Facta satisfactione aliqua sive Esmenda*. Episcopus Botentinus (Butuntinus) in quadam epistola Massiliensibus directa: *Si qua sunt dampna illata per gentes Regis Aragonum aut foriseca... procurarent quod fieret Esmenda*. Testamentum Guillelmi de Turre ann. 1315. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 589: *Donec totaliter ultimam voluntatem... meam, exequias, legata, debita, clamores, et Esmendas solverint et compleverint. Sub refectione, restitutioneque et integra Esmenda omnium et singulorum dampnorum, expensarum, etc.* in Schedis Præsidis de Mazaugues non semel.

\* *Esmande*, in Ch. ann. 1270. ex Tabul. S. Mich. in Eremo: *Et en oustre en aient pris, heu ou recehu Esmande de sept solz et sex deniers*.

† **ESMENDARE**, Emendare, satisfacere, reparare, compensare. Conventio Caroli Comitiss Andegav. et Provincie ann. 1251. e MS. D. Brunet fol. 59. v°: *Rapinas factas tam in trocellis quam in rebus aliis, in stratis publicis terre vel aque... Esmendent*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 54: *Qui duo probi homines... teneantur... facere Esmendari et restitui a molnertis molendinorum dampnum datum seu factum in biado male mouto*. Confirmatio transactionis ann. 1463. ex Archivio Præsidis de Mazaugues: *Instrumenta quæ possint dictari, corrigi, refici et Esmendari*.

\* **ESMERARE**, Merum seu purum reddere vel purgare, ad *Esmerum* seu ad monetarum in metallo probitatem, vel ad *Legem*, ut cum monetariis loquar, revocare. Vide *Esmerare*. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 49. v°: *Significavit nobis... rex Majoricarum illustris quod cum nos in parte nostra, quam habemus in Montepessulano, nostram faceremus cudi monetam in monetagio nostro, quod noviter de Sumidrio apud Montepessulanum mutatum extitit, ex hoc valde dicto regi, juri et jurisdictioni suæ præjudicaretur, ut dicit, qui cum ad Esmerum auri et argenti Montepessulani, quod ad ipsum pertinet, totum argentum quod portatur ad dictum monetagium debeat Esmerari, ut dicit; hoc fieri gentes nostræ nullatenus patiantur... Non impediat quominus Esmeram auri et argenti, in operibus tamen aurifabriæ habere, tenere et exercere possit*. Charta Leon. Sublac. abb. ann. 986. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 804: *Accepimus nos suprascripti venditores a vobis suprascripti emptores... videlicet in argento bono optimo Esmeratos libram justoque pensantem*. Huc etiam referenda quæ ex Stat. Massil. laudantur in voce *Esmerus*, quæ de Encausto minus bene exponuntur. Hinc

\* **ESMERUM**, Id quod monetarii domino, cujus est moneta, exsolvunt ex

rei monetariæ probitate. Contract. matrim. ann. 1156. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 556: *Ego Guillelmus Montispessulani dominus in Dei nomine duccens te Mathildem... dono et mitto tibi... balnea Montispessulani et Esmerum argenti*. Cujus vocis originem a Merus repetere videtur Cangius in v. *Esmerare*; quæ fortassis accersenda est a Gallica *Esme*, ponderare. Charta ann. 1415. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 150: *Lesquelz marchans tiennent secretement en leurs hostelz plusieurs autres grans et greigneurs pois qu'ils appellent Esmes, pour esmer leurs denrées*. Unde sicut metaphoricè *Esmer* usurpamus, ita *Esmer* dixerunt pro *Æstimare*, opinari, censere. Cons. Pet. de Font. cap. 32. art. 3: *Encoi il convient Esmer caubien cascuns i eust de preu et de damage*. Chron. Franc. Ms. desinens ad ann. 1822. sub ann. 1097: *Si estoit li os des Chrestiens Esmés à bien trois cens mille hommes*. Le Roman d'Athis Ms:

Esmer leur veullent combien sont,  
A trois mille les ont Esmez,  
De bien faire tous conraez.

Garin le Loherans :

Tant en i a que nus nes puet Esmer.

*Aesmer*, eodem sensu, apud Phil. Mouskes :

Droit à l'entor de mi-quareame,  
Si com l'estor al voir Aesme, etc.

Hinc *Esme* et *Esmance*, pro *Æstimatio*, opinio, vulgo *Estimation*, *opinion*. Guill. Guiart. ad ann. 1212 :

Et de gens d'autres nations,  
Que nombrer ne les sarrions  
Par compte certain, ne par Esme.

Alibi :

Lois et Clotaires li tiers  
Tindrent le royaume, à mon Esme,  
Puis vint Childeric li deusième.

Le Roman de Robert le Diable Ms. :

Et bien le cuidant par Esmance  
Qu'il ne fu pas d'itel semblance  
Li blans chevaliers que ils virent.

\* Ejusdem originis videtur voces Gallicæ *Aesmer*, *Aymer*, *Esmer*, *Haumer* vel *Hausmer*, pro *Ajuster*, *dresser*, *miser*, *viser*, *Dirigere*, intendere, collineare. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 886: *Fremin print une coignée; et atout icelle va courre sus, et icelle enteser ou Aesmer sur le suppliant, lequel doutant le cop de ladite coignée Aesmée sur lui, etc.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 191: *Andrieu d'Azencourt print hors des mains d'une desdittes bachelettes le baston, et le Ayma devant ou contre le visage du suppliant, faisant semblant de le en vouloir fêrir par les dents*. Aliæ ann. 1398. in Reg. 158. ch. 558: *Le suppliant, qui estoit couroucié et eschauffé, tira son coustel, duquel il Esma et cuida fêrir saditte femme*. Unde *Faira esmance*, eadem acceptione, in aliis ann. 1452. ex Reg. 184. ch. 248: *Le suppliant voulant obvier au péril... fist Esmance d'un espieu qu'il tenoit, sans navrer aucunement icellui Jaquet*. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 445: *Jehannin Armenault, qui avoit une pierre en sa main, Hausma son cop et en la gettant droit contre Gau-chet*. Aliæ ann. 1418. in Reg. 170. ch. 221: *Icellui Cosseron sacha son espée, Hausma son cop, en cuidant bailer de saditte espée au travers du visage*. *Hemer*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 130. ch. 58: *Lequel Estienne d'iceulz baston et coutel Hema roidement...*

contre lesdiz André et Mace, tant que se il les en eust attainis, ils eussent esté affollez. *Hesmer*, in aliis ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 496. Neque forte aliud sonat *Hat-tisser* in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 194. ch. 207: *Le suppliant esmeu de challeur Hatissa ung petit baston, qu'il portoit et fist maniere d'en vouloir fêrir icellui Ducastel*.

\* **ESMERAUDA**, a Gallico *Emeraude*, Smaragdus. Comput. Ms. ann. 1245: *Pro duabus Esmeraudis xl. sol.* Vide *Esmaraldus* et *Smarauda*.

\* **ESMERUM**. Vide supra in *Esmerare*.

† **ESMERUS**, Encaustum, Gallice *Email*. [Male, ut videre est in *Esmerare*.] Statuta Massil. lib. 1. cap. 57: *Statuimus inviolabiliter observandum, ne aliquis homo sit ausus facere argentum nisi in Esmero Communis Massiliæ, et quod ille vel illi qui habebunt inde Esmerum, teneantur speciali sacramento facere in dicto Esmero argentum bene et legaliter, etc.* Pluries occurrit ibi.

\* **ESMOTAEUR**, vox vulgaris, f. Flagellum, Gall. Fléau. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 444: *Cum uno magno baculo, vocato ad partes Esmotaeur, nisis fuit eundem percutere*.

\* **ESMUNDÆ**. Vide supra *Emondæ*.

\* **ESNA**, Scopus uvarum, Gall. Marc, alias *Ainsne*, et forte *Esne*. Charta ann. 1278. ex Chartul. Vallis B. M. dioc. Paris.: *Eustachius quondam vicecomes Mesiaci miles, olim in extremis laborans, legavit abbati et conventui Vallis B. M. ut ipsi religiosi possent aquam ponere in Esnis suis vignearum, quas possident in parochia et territorio de Mesiaco*. Aliæ ann. 1300. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 414: *Les bonnes gens du pais... doivent de tous les vins que il pressent le disime pot, le disime muy, ou le disime tonnel, et demeure touz les Ainsnes au Seigneur*.

† **ESNETIÆ Jus**, id est, Primogenituræ, Gallis, *Droit d'ainesse*, apud Spelmannum in *Ænescia*. Vide *Ainescia*.

† **ESO**, pro *Esox*, Piscis genus. Ler-beccius in Chronico Episcoporum Mindens. apud Leibnium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 176: *Esones et alios pisces in copia*. Vide *Esox*.

† **ESOCIUS**, Eadem notione. Vide *Esox*.

† **ESOLNA**, Assulâ. Vide *Esporium* et *Essanna*.

† **ESONO**. Anastasius Bibl. in Epitome Chronici Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 352. col. 2: *Aquinum cum Ecclesiis, villis... portubus, aquis, aquarumve decursibus, silvis, pedaticis, phociis, Esononibus, nosocomis, omnia et in omnibus Patri Benedicto in perpetuum concessit*. Si Phocia sit pro Phoca, Vitulus marinus, dici potest *Esono* esse pro *Esox*, quod vide suo loco.

**ESOPHICUS**. Alcuinus Poem. 198 :

Hæc studiis floret sacris, Esophica jura  
Perlegit, et tractat clancula dicta senum.

An vox hæc usurpata pro *Philosophica*, an vero legendum, et *Sophica*, lector judicet.

**ESOPHORUM**, ἐσφορίον, Interula, vestis interior. Glossarium Camberonense: *Esophorium, vestis interior, id est, camisia, quæ a Marciano (Capella) Interula vocatur*. Glossæ MSS.: *Esophorium, vestis quæ fibula collo penditur*. Anastasius Biblioth. in versione Vitæ S. Joannis Eleemosynarii a Leontio Episc. scriptæ num. 38: *Esopolavit se Esophorium suum, quod illius melius erat, et dat ei*. Epist.

Basili Maced. Imp. ad Hadr. PP. in fine VIII. Synodi: *Transmissimus autem Sanctitati vestræ... vestimenta diaspra* 3. *Eosphorin dicitrinum cancellatum unum.* Huchaldus Monachus Elnonensis in Vita S. Rictrudis cap. 9. apud Mabillonium: *Crebra ducens jejunia, Esophorio amicitur cilicino.* Ita legendum pro *Elephorio*, ut est editum.

**ESORTA**, æ, *Canabum*. Ugutioni.

**ESOX**, Piscis, cujus meminere Plinius, Isidorus lib. 20. cap. 2. Gregorius Turon. lib. 1. de Glor. Confess. cap. 5. Severus, Paulinus et Fortunatus in Vita S. Martini, Adamnanus Scotus de S. Columba cap. 24. Chronicon Montis-Sereni ann. 1171. etc. Glossæ Latine Saxonice cap. de Piscibus: *Esocius, vel salmo, Lex: vel Læx, i. salmo.* [*Esox, Esocis, Salmo piscis.* Papias in MS. Bituric. Editus, *Eeme, Salmo, piscis.* Charta anni 1252. in Histor. Mediani Monast. pag. 319: *Dederunt... medietatem Esocium, qui vulgo Salmones vocantur.*] Flodoardus lib. 14. Carm. 18:

Sumunt tres de quinque Esoces, ad prandia tollunt.

Adde Legem Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 29. Hesychio ἑσοξ est piscis, qui non alius ab *esoco*: nam et *isocem* dixit Ardo Mon. in Vita S. Benedicti Abb. Anianensis n. 96. edit. Mabillonii. [vide *Eso.*] <sup>102</sup> *Unum Esocem, qui vulgariter Chlobhousen dicitur*, in chart. ann. 1337. apud Huber. in Austria ex Archiv. Mellic. Germ. Hausen. ADEL.]

† **ESPAERIUS**, Ensium faber, a Gall. *Epée*, Ensis, gladius. Computum Johan. Humberti ann. 1328. ex Adversariis D. Lancelot: *Amandrico Espaerio pro quadam gladio empto, etc.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Espéer, qui vent les espées, spatarius, vel qui facit spatias.*

\* **ESPAFUT**, Nostris armorum genus, f. Gladii latoris species. Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 892: *Les aucuns armez de costes de fer, les autres portans et aiens hachettes, Espafus, espées, boucliers et autres manieres d'armes.* Aliæ ann. 1384. in Reg. 125. ch. 236: *Colart prist un Espafut et féri le suppliant de rechief. Jehan de Lourme armé de haubergon et garni d'un Espafu, etc.* in alib. ann. 1415. ex Reg. 168. ch. 240. Vide *Espata*.

\* **ESPAGIUM**, f. Jus sibi vindicandi res furatas, et de iis cum earum dominis componendi, ut ipsis restituantur. Charta Henr. III. reg. Angl. ann. 1232. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 584: *Pro licentia concordandi de Espagiis latronum et robbertiis, de seisina et de placitis et querelis, etc.* Vide *Espatium*.

† **ESPALLA**, ut *Spalla*, a Gall. *Epaule*, Armus ferarum, vel etiam porcorum, etc. quem *tenentes* dominis sæpius præstare tenebantur, vel pecunia redimere. Rotulus XII. sæc. de Prioratu S. Pauli de Tartas in Archivo Casæ Dei: *Ex quibus exeunt duo agni... duæ gellinæ ad Kal. et duas Espallas.* Antiq. Recogn. Albæ ripæ in Regesto *Probus* f. 67: *Tenant insimul de Comite I. curtile... et debent inde III. myt. frum. et IV. quartas vini et XII. denar. pro Espalla.* Similia mox repetuntur ibid. Vide *Spalla*, et *Coppa* post *Cupa* 3.

\* (« Et habet ipse masus census, agnum in madio, ... et ad Kalendas III sestarios de civada et III sestarios de vinum et III panes et III *espaldas*. ») (Cart. Conchar. Ruthen. p. 182, xi sæc. »)

**ESPALTUM**. Charta Gaufridi Ducis

Aquitan. ann. 1076. ex Regesto 66. Tabularii Regii ch. 602: *Cuncta etiam quæ egomet ad præsens dono, scilicet quantum ex silvis meis necesse fuerit, tam Ecclesiæ, quam officinis, excepto Espalto, vel ea quæ alii fideles de casamentis ad me pertinentibus dedere, ... annuo et concedo, etc.* [Vide *Expallum*.]

\* Et **EXPALLUM**, Idem videtur quod *Espaud* et *Espaut* alibi appellatur. Charta Gaufr. episc. Carnot. in Reg. 104. Chartoph. reg. ch. 49: *Concessit in eadem foresta ubique, excepto in defensis, quæ dicuntur Espaud, pascua equis fratrum, etc.* Alia Otton. ducis Aquit. ex Reg. 185. ch. 157: *Concedimus quod fratres de Gratia B. M. accipiant imperpetuum de lignis, quantum opus habebunt, ... etiam in defensis, quæ dicuntur Espaut.* Forte quod palis ejusmodi loca claudantur, sic dicta. Vide infra *Espaulles* et *Espallum*.

**ESPANDAGIUM**. Vetus Charta inedita: *Ego G. Comes Andegavensis pro salute animæ meæ et uxoris meæ... dimitto Espandagium quod in Montigniaco scilicet villa Canonicorum B. Petri de Cocia causa foagii mei capiebatur. Præcipio itaque, et sigillo meo confirmo ne amplius capiatur, sed mina legitime mensuræ tantummodo capiatur, etc.*

\* Intelligendum videtur de præstatione quadam avenæ, quæ ad cumulatam mensuram exigebatur. Aliud est *Espendouere*, Furcæ species scilicet, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 91: *Le suppliant la frappa (sa femme) par le costé au travers des flans d'une Espendouere de bois, dont il chargeoit le fumier. Espensément, Sparsim, in Bestiario Ms.:*

Tant fait qu'en la vigne est montés,  
Ou plus a de roisins plantés;  
Si le crolle si durement,  
Que il chient Espensément.  
Quant à terre sont espandus, etc.

\* **ESPANNUS**, Spithama, quantum manu extensa metimur, a veteri Gallico *Espan*, nunc *Empan*. Comput. Ms. reddit. et expens. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Uno trahe æ pedum longitudinis et unius Spanni latitudinis.* Stat. ann. 1377. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 304. art. 12: *Les roolles de copie auront trois Espans de long, et un Espan d'écriture en lé.* Reditus comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul.: *Et si a li quens comme avouweis... en fenail mois de candeille de chire, quan qu'il en puet Espanner entre ses deux mains, et de la longheche d'Espane et demie.* Vide *Spanna*. *Espaneir* vero *Expiare*, crimen eluere, vulgo *Expiere*, sonat in Serm. 20. ex Cod. Ms. S. Vict. Paris.: *Que l'an esgardast par quel poine il devroit Espanneir lo peichié que il auroit fait.*

\* **ESPARVAGIUM**. Libert. Cadomi ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 569: *Item prædicti burgenses poterant conferre... quatuor personis officium deonerandi sal existens in vasis in riparia, et officium de l'Esparvage in riparia d'Oulne.* *Espériage* legitur in Confirm. earumd. libert. ann. 1466. ex Reg. 202. ch. 51: *Item peuvent les diz bourgeois... donner l'office de l'Espériage en la rivière d'Oulne.* Ubi nauleri littorarii, vulgo *Lamaneur*, officium significari videtur.

**ESPATA**, pro *Spatha*, [Gladii latoris genus, Græcis σπάθη. Vincentius Civgault de Bello Italico: *Voluit ipse Deus vincere Anglicos per femellam, cum de femella ageretur, et cognitionem rei incognite eidem Puella (Aurelianensi) attri-*

*buit de Espata ab illa nuncupata apud sanctam Katherinam de fert boix existente.]* Vide *Testinia*.

† **ESPATGIUM**, Jus sibi vindicandi animalia deperdita, quorum dominus ignoratur. Instrument. Eccl. Aniciensis ann. 1365: *Quædam equa fuit inventa de Espatgio et ducta ad Curiam.* Vide *Cocha*.

\* **ESPATLA**, Armus, aut membrum ferarum, vel porcorum, quod vassalli dominis sæpius præstare tenebantur. Charta ann. 1150. ex Cod. reg. 5132. fol. 106. v.: *Et tenent bajuli istius honoris ad fevum ij. mansos, ... et lxxij. Espatlas de carne.* Vide *Espalla* et *Spalla*.

† **ESPAVA**, *ESPAVIA*, Gall. *Espave*, dicitur de animalibus aberrantibus quorum dominus ignoratur, quæ aut longe fugerunt *Expavefacta*, aut vagantur et dispalantur sine certo custode vel domino, ut habetur in antiqua Consuetudine Perticensi, sed et de rebus aliis mobilibus, quæ domino carent, hominibus ipsis extra regnum natis, rebusque nonnunquam immobilibus, ut prædis, quæ inter jura dominorum caduca recensentur. Passim occurrit vox *Espaves* in Consuetudinibus Gallicis. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1352. apud Acherium tom. 10. pag. 220. pro Fundatione Canonicorum S. Audoeni prope S. Dionysium: *Ut dictas forefacturas et Espaves integraliter tradant et reddant gubernatori seu præceptoris dictæ domus... et de quacumque forefactura et Espave mobili vel immobili cujuscumque valoris existat, etc.* Ibidem pag. 219: *Concedimus et donamus per presentes ad opus dictæ domus, omnes forefacturas tam in hæreditibus quam in mobilibus, et omnes Espavias, seu Espaves vulgariter, quæ in regno nostro eventient et ad nos pertinebunt, propter crimina lezæ Majestatis, et alia quacumque de causa, cujuscumque valoris existant, convertendas in dotationem dicti Collegii Canonicorum.* *Espava apum*, in Statutis Monasterii S. Claudii. Vide *Epava*, *Espavus* et *Espava*.

\* Quod de feris etiam, quæ intra aliquod dominium reperiuntur a venatoribus fugientes, intelligitur, ut jam dictum est in voce *Spavæ*. Charta ann. 1278. in Chartul. episc. Paris. fol. 143: *Dicens quod illum (cervum) capiebat ratione altæ justitiæ, eo quod cervus ille a casu, qui vulgariter dicitur de Espave, venerat ad partes illas.*

\* **ESPAVEA**, Eadem notione. Charta ann. 1311. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 517: *Habent eadem religiose S. Mariæ Andegavensis mensuras ad vinum et bladum, et omnes Espaveas seu Espaves ibidem inventas et repertas.* Sed et *Espaves* dixerunt res ex forisfactura fisco addictas. Stat. ann. 1378. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 390. art. 26: *Et es forfactures et Espaves qui seront trouvées par lesdiz maîtres des orfevres, du prouffit que nous y avons, lesdiz orfevres en auront le quint denier.*

\* **ESPAULA**, a Gallico *Espaule*, Armus. Charta ann. 1225. in Chartul. Arremar. ch. 94: *Reddet dictus abbas annuatim... tres panes, unum sextarium vini et duas Espaulas porcinas, etc.* Libert. Belliv. ann. 1333. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 162. art. 20: *In venacionibus aprorum retinemus nobis caput et umgulas; et de venacionibus... bicharum Espaulam.* Vide supra *Espalla*.

† **ESPAULES**. Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296: *Burgenses de Castellione remanebunt et erunt quitti et*

*immunes... de omnibus redemptiis... de omni hospitatio, de ferculis nuptiarum vocatis Espaules, de aqrentio, de fusticulis, etc.* Vide *Escauella sponsarum*, et *Espalla*. Charta Officialis Paris. ann. 1264: *Merramentum... scilicet duo millia et centum de chevrones, item quingentos et duodecim peanios, item quingentos esteuz et Espaules potis, item viginli tria milia de late eidem Abbati (S. Germani a Pratis) reddere et restituere tenetur.* Hic *Espaules* species est materiae, at quænam illa sit non satis videtur. Juxta *Borellum Espautier les arbres*, est earum ramos inutiles amputare: sed neque eo indicatur vocis *Epaules* certa notio.

\* Prima notione idem est quod *Misus* 1. Jus nempe quod domino competit ex singulis cibis, qui in vassallorum nuptiis apponuntur. Altera vero tigillum seu palum significare existimo. Neque aliud videtur *Espraule*, in *Consuet.* Camerac. Mss.: *Li carée de mairien doit à le porte une Espraule.* Vide supra *Esphaltum* et *mox*.

\* **ESPAULUM**, Locus palis circumseptus, nostris *Espaule*, ut jam jam dictum est. Charta Ricardi reg. Angl. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 49. v. col. 2: *Duella, tam de Marchaio quam de Cainone, sunt archiepiscopi, si fuerint inter homines suos; et solent fieri in Espaulo apud Cainonem.* Vide supra *Esphaltum*.

\* **ESPAVUS**, Alienigena, extraneus, qui dimisso proprio domicilio, alio migrat, ibique sedes figit, nostris *Espave*. Notæ ex vet. Reg. commissar. ann. 1378. Cod. reg. 5991. A: *Espaves sont hommes et femmes nez dehors le royaume, de si loigtains lieux, que l'en ne peut ou royaume avoir congnoissance de leurs nationalitez: et quant ilz sont demourans au royaume se peuvent estre ditz Espaves.* Lit. remiss. ann. 1347. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 269: *Comme Jehan de saint Pol se fust alez esbatre avecques une femme Espave venue à S. Riquier et Pontieu, etc.* Charta ann. 1315. in Reg. 80. ch. 605: *Nonnulli homines et feminæ nostri de corpore, Espavi, aubenæ et bastardi, etc.* Jus vero in *Espavos*, appellatur *Essonie*, in Charta ann. 1270. ex Chartul. Latiniac. fol. 124: *Erant in possessione cum aliquis extraneus veniebat ad commemorandum in dicta villa, quod vulgariter appellatur aubanie vel Essonie, ipse efficiebatur de dominio ipsorum.* Vide supra *Albani* et infra *Expaveyus*.

\* **ESPAZERIUS**, Aquarius, æquæductum exstructor vocis *Espasier*. Testam. ann. 1336. ex Cod. reg. 8409. fol. 37. r.: *Ego Bernardus de Lacis Espazerius de Montepessulano facio meum testamentum.* Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 384: *Icellui Talhade envoya un Espasier dudit Montpellier appellé Jehan Morel... un fustier ou charpentier appellé Micheau Valdun.* Vide *Spacerium*.

\* **ESPEC**, vox vulgaris, nunc *Pivert*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Espec, picus, quidam avis.*

\* **ESPEDITAMENTUM**. Vide *Expeditare*.

\* **ESPERATUS**, Desperatus, ad desperationem adductus, Gall. *Désespéré*. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 61. col. 2: *Quod populus minutus videns ita se exheredari, non obstante quod contribuerant dictæ defensionis, et dicti nobiles non contribuebant, et sic ab utroque latere erant immunes, populus dictarum communitatum quasi fuit Esperatus, et cepit murmurare con-*

*tra consules et rectores villarum. Espoir* vero, pro *Peut-être*, vraisemblablement, Fortasse, probabiliter, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 123: *Doutai que se il portoit au roy la pez, que Espoir c'estoit un assaci, un mauvez homme et pourroit occirre le roy.*

\* **ESPERGICIA**, pro *Spargicia*, editum ex eadem *Odonis* Charta inter Probat. tom. 1. Hist. Burgund. pag. 95. col. 1. Vide in hac voce.

\* **ESPERICLUS**. Testamentum Gerardi de Abbativilla Archidiaconi Pontivensis in Ecclesia Ambianensi ann. 1271. in Hist. Comitum Pontivens. pag. 205: *Et meliorem culcitram quam habeo Parisius, et unum coopertorium de Espericlis, et quatuor linteamina.* [² Leg. et vide *Esperiolus*.]

\* **ESPERIOLUS**, Sciurus, Gall. *Ecureuil*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Esperiolus, animal est, Gallice Escurnes.* Aliud ex Cod. 7679: *Esperiolus, escureul.* Vide supra *Escurellus*.

\* **ESPERO**, Calcar, Gall. *Eperon*. Vide locum in *Vicarii servi*.

\* Ejusdem nominis monetæ Alemanica mentio fit in Chron. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 3. col. 1: *Item pour ce que mossehor du Puy... avoit... fait decrier et abatre les petits blancs d'Alamaigne, appellés de la rodete, autrement de l'Esperon, etc.* Ita etiam appellatur baculus ad usum carri, in Lit. remiss. ann. 1452. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 115: *Ung baston que l'en appelle au pais (Valognes) ung Esperon Ung baston approprié à l'usage de charrete, appellé Esperon, in aliis ejusd. ann. ibid. ch. 170. Esperonne dicitur in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. ch. 594: *Icellui Huguenin ala contre le suppliant à tout une Esperonne à quoy trayent les chevaux à la charrue.* Vide infra *Sparro*.*

\* **ESPERONNUS**, Calcar. Vide in *Sporones*.

\* **ESPERVERIUS**, [ESPARVARIUS, Accipitris genus, Gall. *Epervier*.] Vide *Sparvarius*.

\* **ESPEUSALATA**, Modus agri, conquatæ pars quarta reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 34. r.: *Petrus de Barra vij. denarios et obolum et octavum bladi pro una conquata terræ et quadam Espeusalata, seu quarta parte conquatæ, et una pecia prati. Reymondus de Ugor vij. denarios ob. et octavum bladi pro una conquata et una Espeusalada terræ quæ tenet ibidem.* Vide *Concha* 3.

\* **ESPEYSO**, Sponsio. Libert. Montifer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item, qui facit sponsonem seu Espeyso Montisferrando, si succumbat, de ea non dabit, nisi velit, nisi unum sextarium vini.* Vide *Espisio*.

\* **ESPIA**, vox Hispanica, Explorator, Gall. *Espion*, alias *Espie*. Charta Guillelmi Ducis Aquitanicæ, apud Stephanot. tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia pag. 511: *Si quis miserit inde Espiam, et aliquis per viam captus fuerit, qui eum misit salvitatem infregit, et nisi se purgare hinc potuerit, salvitatem ibi non habebit.* Computus Vienn. ann. 1324: *In expensis nunciatorum, Espiarum et alius necessariis, XI. lib.*

\* Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 40: *Les Turs... sorent par leur Espies que le roy l'avoit defendu.* Occurrit passim. Vide *Spio*. Unde *Espiemet*, Insidiæ, vulgo *Embuscade*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 47: *Icellui Pierre fist plusieurs ageuz et Espiemens sur et contre ledit Hennequin Pepin*

*pour le cuidier grever et dommager en corps et en biens, ou mettre à mort.*

\* **ESPICLÆ**, Aromata, Gall. *Epices*. Computum anni 1324. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 132. col. 2: *In diversis quantitibus de Espiclis et de salsa et de aliis sibi necessariis in summa VI. lib. III. s. I. d.*

\* **ESPICARIUS**, a Gallico *Epicier*. Qui omne genus specierum vendit. Charta ann. 1327. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 583: *Domus Petri dicti le Vaillant Espicarii, etc.* *Espié*, inter res aromatarias recensetur, in Lit. ann. 1349. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 320. art. 3. Vide *Espiciæ* et *Speciarius* in *Species* 6.

\* **ESPICURNANTIA**, Officium obsignatoris litterarum regiarum, a Saxonico *Sparran*, obdere, obsignare, sigillare. Kennetus in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden.: *Per serjeantiam Espicurnantia in Cancellaria Domini Regis.* Vide *Spigurnellus*.

\* **ESPIETUS**, Pilum, hastile, spiculum, nostris etiam *Espiet*, et *Espiot*, vulgatus *Espieu*, Hisp. *Espeton*. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 556: *Quem Marotum cum uno Espieto percussit, ex qua percussione mors fuisse dicitur insecuta.* Arest. parlam. Paris. ann. 1338. in Reg. 71. ch. 296: *Item sex lanceas, item duos Espieus, etc.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. ch. 38: *Icellui Jossel... print en sa main un baston, appellé communément Espiet... et féry le suppliant dudit Espiet un grant cop sur l'espaule.* *Espriet*, pro Remo, legitur in Lit. ann. 1450. ex Reg. 176. ch. 773: *Pour ce que le suppliant n'avoit point d'aviron ou Espriet à conduire le batelet.* Aliæ ann. 1450. ex Reg. 186. ch. 7: *Le suppliant print ung baston ferré, appellé Espiot.* *Le navrerent ou corps d'un Espoit ou espée, in aliis Lit. ann. 1384. ex Reg. 125. ch. 150. Gladii species est in Lit. remiss. ann. 1355. ex Reg. 84. ch. 735: *Cum quodam enses seu gladio evaginato, nuncupato Espoy de guerre, supervenit.* Aliæ ann. 1457. in Reg. 187. ch. 65: *Les supplians portants chascun un baston ferré, c'est assavoir... Hugonin du Plan ung Espy.* Vide infra *Espiotus*.*

\* **ESPINAIRIA**. Leudæ maj. Carcass. Mss.: *Item pro cargua d'Espinairia, iij. sol. Turon.* Ubi legendum videtur de *speciaria*, ut colligitur ex versione Gallica earumdem ann. 1544: *D'une charge d'episseries, etc.* *Espode*, species quædam, in Chartul. Latiniac. fol. 240. v.: *Espode, j. den. la livre.*

\* **ESPINGLA**, Acicula, Gall. *Epingle*. Etymon *Spinula*, juxta Nicottum, vel *Spilren*, quod idem est Celtis et Aremoricis. Computus Vienn. ann. 1318. fol. 123: *Item pro rauba brunetæ nigre Dominæ, et pluribus aliis necessariis in dicta rauba, et pro Espingliis et bellis.*

\* **ESPINGLARIUS**, **ESPINGLERIUS**, **ACICULARIUS**, Gall. *Epinglier*, alias *Espingleur*, *Espieuler*. Arest. parlam. ann. 1320. in Lib. 1. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 157. r.: *Cum inter Espinglarios Parisienses ex una parte, et boutonarios ejusdem villæ ex altera certa judicata seu arresta .... prolata fuissent, etc.* Aliud ann. 1321. ex Cod. reg. 9822. 2. fol. 164. v.: *Inter Espinglerios et bonnetarios villæ Paris. fuit facta quædam ordinatio, etc.* Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 331: *Icellui Barthelme dist qu'icellui signifiait rendroit les espingles que il avoit prinnes à un Espingleur. Jehan du Parc Espieuler, in Lib. nig. S. Pet. Abbavil. fol. 22. r. Espinglier, Acicularum theca, in Lit. remiss.*

ann. 1456. ex Reg. 183. ch. 113: *Ung petit Espinglier à mettre espingles de drap. Vide Espingla et Spinula.*

† **ESPINGLES**, ut *Espingla*, in Hist. Dalphin: tom. 2. pag. 216. ex Computo anni 1327: *Pro emendo bursas, zonas, Espinglies, ad dandum Dominabus, etc.*

† **ESPIONES**, recensentur inter armaturas et munitiones inventas in castro Carcassonensi ann. 1294. ubi forte idem sunt quod Enses, a Gall. *Espées*. [\* f. idem quod supra *Espietus*. Vide in hac voce.]

\* **ESPIRIOLUS**, Vide supra *Esperiolus*.

† **ESPISIO**, Sponsio, Pignus, Gall. *Gageure*. Consuetud. Lemovic. art. 44: *Item, consuetudo est in dicto castro, quia si aliquis cum altero faciat Espisionem, non tenet nisi ad valorem unius sextarii vini infra villam. Vide Espoisso.*

\* **ESPLECHIA**, Jus utendi aliqua re. Dicitur potissimum de nemoribus. Pactum ann. 1514. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Et ad tres Esplechias dumtaxat, videlicet pro calefaciendo, pro edificando et pro aratri componendis, de quibus dumtaxat remanebit facultas dominis et hominibus dicto nemore se juvando, non aliter nec alio modo. Vide Esplencha et Expletum 2.*

† **ESPLECTUM**, ESPLAITUM. Vide *Expletum*.

\* [Reditus: « Ego Ermengardis visce comitissa filia Rangardis donator sum domino Deo et sancte Fidis illa alberga et illa *Especta* que habeo in ipsa villa que vocatur Licairag. (Cart. Conchar. Ruthen. p. 395. an. 1087.) »]

† **ESPLENCHA**, ESPLENCHARE, SPLENCHARE, ESPLENCHIA, EXPLECHA. Privilegia Raymundi Berengarii Aquensibus concessa Kal. Maii ann. 1206. apud Pittonem Hist. Aquens. pag. 114: *In recompensationem vestre fidelitatis... licentiam, franchisiam et libertatem in terris cultis et incultis quibuscumque et quorumcumque locorum distantium circa civitatem meam Aquensem, spatio quinque leucarum, pascendi, pasturgandi quorumcumque animalia vestra, necnon Splenchandi et bosqueirandi, seu ligna scindendi pro vestro beneplacito tradimus, etc.* Ibi laudatus Historiographus Jus Splenchandi exponit Facultatem pecorum pascendorum post messem, quam facultatem, inquit, Arelatenses vocant *lou drech d'Esplencho*. Hanc in sententiam citat Fortium, qui in suis ad Decisiones Stephani notis decis. 9. duplicem distinguit pascendi facultatem, *viridis* pascui et *vacui*: *Viridis* seu pratorum tempore quo herbæ virent, et silvarum tempore quo glans est; *Vacui* seu pratorum excisso feno, agrorumve collectis fructibus: quod ultimum *Espleches* vocant Arelatenses. Dubitari tamen potest, propter adjunctas voces *Bosqueirandi* seu *ligna scindendi*, an *Esplenchandi* facultas in laudata Charta non sit idem quod jus lignorum in nemoribus ad certos usus excindendorum, ut *Espletum* accipitur in Charta anni 1256. e Tabulario Sangermanensi: *Quæ omnia teneo in feodum cum toto usuario sive Espleto, quod habeo in foresta quæ dicitur Castrium Mauri. Certe ipsa vox Esplecha amplius quid interdum significat quam nudam in locis vacuis pascendi facultatem. In Sententia arbitrari ann. 1497. inter Dominos et Communitatem Calliani legimus: Ex adverso ipsa Universitas de Calliano, seu habitantes in eadem, dicunt et asserunt, ipsos homines habuisse, et in præsentialiter habere, ac fuisse in antiquissima et vera possessione pastor-*

*gandi, eyssartandi, leignerandi, fustandi, glandeandi et omnes Esplechas in eodem territorio faciendi: quo in loco vox Esplecha significare videtur quasvis aisantias seu commoditates usuales ex eo territorio percipiendas. Neque satis scio an æque pateant voces Esplencha et Esplenchare in confirmatione privilegiorum urbis Aquensis per Renatum Provinciam Regem ann. 1477. apud laudatum Pittonem pag. 118: Ob illius grata et grandia servitia et alia virtutum merita diversis privilegiis et præcipue facultate depascendi, bosqueirandi, Esplenchandi circumquaque per quinque leucas decoraverunt cunctos Cives Aquenses tanquam bene meritos in prædictis eorum privilegiis, usibus, facultatibus et Esplenchis manutenerere et tueri, quocumque impedimento sublato. His in locis Esplecha vel Esplencha idem prorsus videtur quod *Expleta*; quæ vox in Consuetudinibus Ausciorum, ut dicitur infra, non solum significat pascendi facultatem, sed etiam venandi, piscandi et ligna in nemoribus excindendi. Certum tamen est quibusdam aliis in locis ad solum pascendi jus has voces esse restringendas. Conventio Civitatis Arelatensis cum Ludovico II. Comite Provinciae ann. 1385. art. 19: *Item retinet dicta Universitas pacta Castelleti, Montismajoris et Auriculæ, et quæcumque alia, tam piscationes quam venationes, lignaria et Esplechas quorumcumque pactuorum territorii Arelatensis. Altera Conventio inter Dominum de Rupe et Priorem S. Aegidii Arelat. ann. 1379: Habeat jus, Expletum et usum cum averbis suis, et aliis quibus voluerit, depascendi. Vide Expletum 2.**

† **ESPLETUM**. Vide *Expletum*.

\* **ESPLINGA**, Acicula, Gall. *Epingle*. Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22: *Quædam magna quantitas Esplingarum, et plures aliæ res et nummatæ diversæ de nummatæ merceræ. Vide supra Esplingarius.*

† **ESPOISSO**, Sponsio, pignus, Gall. *Gageure*. Charta anni 1303. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 783: *Item qui fecerit Espoisso, quicumque sit, solvat unum sextarium vini subcumbens optinenti. Quæ sic lingua patria habentur in altera Charta anni 1270. pag. 512: Qui sui Espoisso à Bessa ia ta grans no sera que ia do s'is vol mas 1. sesteir de vi. Vide Espisio.*

† **ESPOLIE**, Messis, fructus, Gall. *Depouille*. Litteræ Officialis Paris. de Emptione Majoris de Berrone ann. 1266. in Tabulario Calensi: *Vendidit partem suam Espoliarum de Jamaco et aliunde.*

\* **ESPONDARIUS**, Tutor, qui pro pupillo spondet. Testam. Bert. de Gahaco ann. 1295. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 2: *Constituit executores testamentarium et tutorem et curatorem Espondarium prædictis liberis suis prænominatum Bernardum de Gahaco fratrem suum. Vide Spondarius.*

† **ESPONDERIUS**, [Limitaneus. Testam. Guigonis Dalphini ann. 1267. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 5. col. 1: *Hugo Dux Burgundia... Castra sibi assignet in quibus prædictas mille libras percipiet, quæ tamen castra non sint in Esponderis terræ meæ. Hoc est in locis limitaneis, seu in confiniis, Gall. sur les frontieres. Litteræ Humberti II. Dalph. ann. 1334. ejusd. tom. pag. 247: Vosque nihilominus castra Esponderia visitetis.] Statuta Delphinalia pag. 38: *Qualiter nobiles possunt facere domos fortes.... dummodo**

*dictæ domus non fiant in locis Esponderiis, seu limitrophis. Vide Spondarius.*

† Gallo-Belgis *Esponde* dicitur Lecti pars anterior, qua notione Le Roman d'Athis MS:

Prophilas du lit leva,  
Par le congé d'Athis s'en va,  
Au lit s'en vint droit à l'Esponde,  
Mais ny entrast pour rien du monde.

Infra:

Moitié joyeux, moitié doulant,  
Entra au lit passa l'Esponde.

Italys *Sponda*, Margo, ora et alia hujusmodi. [\* Vide *Forcellinum* in *Sponda*.]

\* **ESPORARIUS**, Lignarius faber, qui tigilla, *Esportes* vel *Esportes* dicta, parat. Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Talis est usus forestæ Brotonniæ, quod omnes illi, qui reddunt pro consuetudine forestæ avenas, ... possunt et debent capere... emundam... lignifabri, et caronni, et tynerarii, et Esporarii, quando manovre prædictorum operariorum erit inde remota. Vide mox *Esporium*.*

\* **ESPOIDIUS**, Armorum genus, fortassis quo *spallæ* seu humeri teguntur, Gall. *Epauliere*. Munit. castr. dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 94. r. col. 2: *æ. lorculæ, v. scuta, æ. Espordii ferri.*

† **ESPORIUM**. [\* Tigillum, vulgo *Esporte*. Vide supra *Esporarius*.] Charta pro Vicariis Biturigensibus ex Tabul. S. Sulpitii Bituric. : *Habebit... ex uno quoquo asino qui portat ollas ad vendendum, unum potum: de quadrigario Esporis, unum Esporium, similiter una esolna, et similiter unam latam de lignis quæ intrant.*

\* **ESPORIARE**, dicitur vassallus, cum domino capitali propter feudi investituram, *sporlam* seu *relevium* præstat, clientelam profiteri; *Esporler*, in Consuet. Burdeg. art. 82. 88. 85. 88. 98. et 94. Reg. feodor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. J. J. rub. fol. 21. v: *Debet ipsi partiari ambo decem libras Burdegalesium de sporta in mutatione domini solvere in una bursa alba, vel in duabus bursis, quilibet centum per se, si velit Esporiare. Vide infra *Sporlare* et *Sporta* 2.*

\* **ESPOUSSORIUM**, Stragulum, vel id quod detergitur. Comput. Ms. ann. 1245: *Pro saccis et Espousoriis, æj. sol. pro horticis linguis et de burello, cævj. sol. Espoussete, non multum dissimili notione, pro sacco vel detrito panno scilicet, in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1079: *Ouquel chemin le suppliant trouva un Espoussete, en laquelle il boula les tasses et autres utenciles par lui prises, et icelles mist au bout de son espés pour porter sur son col.**

\* **ESPOZADA**, Prov. *Nimpha*, pro beneficio absolutionis, quia abluitur. *Sponsa*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **ESPRAVICURA**, Servitii species, an cura *Espraverii*, Gall. *Epervier*? Charta ann. 1301. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 122. v. col. 1: *Dicta domus remansit et adhuc remanet libera ab omnibus aliis censibus, redditibus, redevantiis, servitute, Espravicuris, pressoraguis, etc. Vide mox*

\* **ESPREVERIUS**, quibusdam *Eprevier*, Accipitris genus, Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 202. v: *Unus Espreverius, unus anser, etc. Vide Sparverius.*

† **ESPRINGALA**, Balista validior, qua telum emittitur, Gall. *Springale*, vel *Espringale*. Vide locum in *Muschetta*. [\* et vocem *Spingarda*.]

† **ESQUAQUERIUM**, Scacarium, Gall.

*Eschiquier*: de quo plura in *Scacarium*. Litteræ Guillelmi Senescalli Aquitanie pro Monasterio S. Crucis Burdegal. ann. 1383. ex Archivis ejusdem: *Quasdam litteras nobis presentatas in castro regio Burdegalæ, videlicet in Esquiquerio dicti castri.*

† **ESQUARTA**, Mensura frumentaria, eadem quæ *Quarta*. Litteræ Helie Archiep. Burdigal. anni 1192. pro Monasterio S. Crucis, inter Instrum. tom. 2. Gall. Chr. col. 286: *Item quod mater dictæ mulieris per compositionem in ipsa Ecclesia duas Esquartas frumenti retinuit annis singulis quoad viveret persolvendas.*

• **ESQUEVINAGIUM**, Districtus, jurisdictionis *Esquevinorum* seu iudicium urbanorum, nostris etiam *Eschevinage* et *Esquevinage*. Arest. ann. 1346. 8. Apr. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Dicti scabini erant in possessione iudicandi super omnibus personis .... captis pro quocumque casu in dicta villa Duacensi, Esquevinagio et banleuca. Et aussi, se le debat estoit de chose qui feust advenue dedens leur banlieue, en leur Eschevinage, seroit jugiee par eschevins, in Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 367. Stat. ann. 1355. ibid. pag. 509. art. 1: Et quant lidit maires est fait et Esquevin, il vont pardevers Esquevins d'Arras. Et art. 2: Par toute le ville et dedans l'Esquevinage d'Arras, etc. Examin, in Ch. ann. 1285. ex Chartul. S. Petri de Monte: Li maires et tuit li Exavin et toute li communiteis de Liexieres, etc. Vide infra in *Scabini*.*

• **ESQUEVINESSIA**, Gall. *Esquevinessa*, Pellitium ex *Esquirois* seu *sciuris*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 427: *Quandam pravam vestem de acoleto forratam de Esquevinessis, quoddam supertunicale forratum de grossis variis . . . cepit. Reg. feud. et reddit. comitat. Clarimon. ex Cam. Comput. Paris. fol. 9: Item d'une panne d'Esquevinessa, le vendeur doit ij. den. et l'acheteur ij. den. Escuireus et Esquevinesses, le millier v. sols, in Reg. sign. Pater ex ead. Cam. fol. 248. r. Ita etiam legendum, pro *Esquemnestis*, in Lit. ann. 1315. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 600. Vide infra *Esquirolos*.*

• **ESQUEYRA**, Equile, stabulum equorum, Gall. *Ecurie*. Terrear. villæ de *Busseul* ex Cod. reg. 6017. fol. 24. v.: *Item unam gallinam pro quadam Esqueyra contigua in dicto hospicio iuxta viam communem. Vide supra *Egua* et *Eguezorius*.*

• **ESQUIGUEYTA**, ut supra *Eschargaita*, *Excubiæ*. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 32. v.: *Item tenentur (babitatores Millani castri) custodire castrum ipsum et villam eorum expensis et in personis et in corporibus propriis et eorum familia de gueyitis et Esquigueyitis.*

**ESQUILLA**. [Tinnabulum.] **ESQUILLATUS**, [Qui defert *Esquillam*.] Vide *Skella*.

• Nostris *Esquelle* et *Esquille*. Ordin. Ms. S. Pet. Aureæ-val.: *Tunc pro Prima non pulsabitur illa Esquilla in mane, de qua pulsatur pro Prima de levée. Esquelle, in Stat. ann. 1390. et 1403. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 353. art. 6. et tom. 8. pag. 601. art. 14. Lit. remiss. ann. 1464. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 598: Lequel Grasset print l'une des brebis qui portoit une Esquille au col. Vide supra *Eschilla*.*

\* [Campanas seu *Esquillas*. (Cart.

*Magalon*. ap. Rev. Soc. Sav. 1873. p. 417.) »]

• **ESQUINA**, Imbrex porci, Gall. *Echinée*. Consuet. Mss. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305: *Cellarius.... dat . . . unam peciam bovis, et sex dornos dictarum Esquinarum porci. Leudæ min. Carcass. Mss.: Item de macellaris quadam die Jovis a quolibet porco, inde remota Esquina, j. denar.*

† **ESQUIPARE**, Navem instruere, Gall. *Equipper*. Edictum Philippi Aug. Franc. Regis ann. 1207: *Nulla navis de tota Normannia, præterquam de Rothomago, poterit Esquipari ad Imberniam, excepta una sola, cui semel in anno de Cæsaris Burgo, licitum erit Esquipare, etc. Duchesnius in Normannicis pag. 1063. legit *Esquipare*. Vide *Esquipare*.*

• Hunc locum sic emenda ex Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 150: *Nulla navis de tota Normannia, præterquam de Rothomago, poterit Esquipare ad Yberniam, etc. et interpretare Navigare, Gall. Mettre en mer, faire voile; quo sensu Equipper usurpat Froissartus vol. 3. cap. 29: Entrerent dedans (la nef) et Equipperent en mer. Ibid. cap. 27: Entrerent audit vaisell, et singlarer et Escliperent en mer vers le royaume d'Angleterre. Ita quoque Guill. Guiart.:*

Chacun d'eus la Grois sus lui mise,  
En mer s'Esquipent à Venise.

• Aliis præterea notionibus *Equipper* dixerunt nostri. Pro *Eclabousser*, Aqua lutosa respargere, in Lit. remiss. ann. 1434. ex Reg. 175. ch. 370: *Le suppliant ne scet la cause pourquoy icellui Jehan lui Esquipa l'ordure du ruissel de la rue encontre lui. Elabi, vel Reflectere, vulgo Glisser, réjaillir, sauter sonat, in aliis Lit. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 223: Le suppliant getta un baston après les pourceauls, . . . en telle maniere que en glissant ou Esquipant outire, ledit baston ala cheoir sur le chief d'une jeune fille. Esquipeson vero, pro *Equipage*, *fourniture*, in Ch. ann. 1379. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 220: *Et aura aussi ledit duc pour luy et toutes lesdites gens convenable Esquipeson pur leur passage en la mer.**

† **ESQUIROLUS**, *Sciurus*, Gall. *Ecu-reuil*. Vetus Collectio MS. Statutorum Eccl. Augustinæ: *Clerici beneficiati cap-pas portant de pelibus Esquiroolorum forralas.*

• Leudæ min. Carcass. Mss.: *Item de duodena d'Esquiroil. ij. ob. Unde Esquille, Pellitium ex *esquirois*, in Ch. Math. ducis Lothar. ann. 1250. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris: *Huardus miles de la Fuillée .... recognovit se recepisse et habuisse octo marchas argenti, mille et quingentas Esquilles. Vide *Esquevinessia* et *Squirelus*.**

• **ESSACARE**, In saccum mittere, Gall. *Ensacher*. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 29. col. 1: *Solvi Petro Mariote et cuidam alteri extraneo, qui.... portaverunt ad hospitium senescallie xxv. sestaria avenæ . . . presentata domino senescallo, et dicta xxv. sestaria mensuraverunt et Essacaverunt. Vide infra *Saccare*.*

• **ESSAGIUM**, Jus quod ex probata monetaria materia magistro monetario competit, ipsaque rei monetariæ probatio. Ordin. Caroli dalph. ann. 1357. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 18. v.: *Ipsè magister.... habent punctas, levatas, Essagia et electionem Essagiorum . . . Quod nullus Essays ligæ vel ponderis, nec recursus possit haberi ad*

*monetam expeditam. Vide *Essayamentum*.*

• **ESSAITA**, Eadem fortassis notione. Charta Ebali vicecom. de *Ventedorn* inter Probat. Hist. Tutel. col. 438: *Similiter do .... Essaitam et decimum et præferentiam de omni re, ac sepulturam, et omnia sicuti ad ecclesiam pertinent.*

1. **ESSAIUM**, Examen, *Essai*. Vide *Caigiium*, et *Dealbare*. et Oct. Ferrarium in *Saggiare*, [et mox *Essayum*.]

• Hinc *Essaier* pro *Examiner*, Alicujus periclitari doctrinam. Stat. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 441. art. 2: *Que aucun barbier... ne doit faire office de barbier en ladite ville et banlieue de Paris, se il n'est Essaiez par ledit mestre et les quatre jurez. Unde etiam *Essaieur de pourceaux*, Inspector suarius, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 314: *Perrin Landry langoier ou Essaieur de pourceaux... print douze deniers du langoiement... Le prevost de Montleherij lui défendi vendre et langoyer pourceaux en la chastelenie dudit Montleherij.**

• 2. **ESSAIUM**, Panni species. Charta Mauric. episc. Genoman. ann. 1227. ex Tabul. monial. S. Juliani de prato: *Inhibemus etiam ne moniales habeant tunicas de cordeto Castridunensi, aut sargia de Bonavalle, aut Essao de Normannia;... mantellis etiam non utantur nisi de præfatis pannis, ... aut de Essao de S. Dionysio.*

• Aliud vero sonat *Essaie*, Stramen scilicet, in Lit. remiss. ann. 1406. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 163: *Lesquelz se logerent en un cuignet des bergeries, ou il avoit un tas d'Essaies à brebis ouquel ilz furent, attendant que icelle Gilon venist quant jour seroit affourer icelles brebis.*

• **ESSALATUS**, Sella instructus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308. fol. 99. r.: *Guillelmus frater suus quadam nocte... tradidit sibi mulam, seu mulam, Essallatum et infrenatum.*

• **ESSALET**. Vide supra *Eissalet*.

† **ESSAMPLATUS**, pro *Essartatus*, de quo infra. Instrum. ann. 1205. ex Archivo Fontis Danielis: *Junellus Dominus Meduanæ dedit Abbatij Fontis Danielis decimam partem redditus sui de terra Essamplata in foresta. Vide *Exartus*.*

• Sic *Essambli*, pro *Dumeta* succidere et in culturam redigere. vulgo *Défricher*, in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 3: *Le suppliant a prins à défricher et Essambli plusieurs terres et héritaiges qui estoient en grans buissons et habiers.*

**ESSANNA**. Charta Philippi Aug. ann. 1216. in Regesto Herouvalliano fol. 74: *Si vero contineatur in baco, vel in cocheto merremum ad dolia faciendam, reddet pro quolibet milliario 4. den. et sibi contineantur Essannæ ad clavos, reddent pro quolibet milliario 4. den. Occurrit ibi pluries; ubi *Essanna* est id quod vulgus *Essangles* vocat, asses scilicet sectitii, quibus tecta operiuntur. Fol. 93. *Essanna* scribitur: *Navis ad lignum, ad fenum, ad Escannas, ad minutum merrenum, etc. Fol. 159: Si faciant domum tectam de Essanna. [Idem videtur *Esolna* in *Esporium*, ut etiam *Essoulla* suo loco.]**

• Nostris quoque *Essanne*. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 119: *Icellui Raoulet monstroist audit Guiot une Essanne de bois, dont il avoit fait la semblance d'un coustel. Sed et variis appellationibus idem significaverunt. *Eschaugne* et *Essaugne*, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421.*

fol. 95. r. : *Esseul*, in Coust. Paris. ex Reg. sign. Noster Cam. Comput. fol. 87. v. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 178. Chartoph. reg. ch. 599: *Le suppliant fist un trou en la couverture d'icelle maison, qui estoit couverte d'Essil ou d'Essaule vieille*. Aliañ ann. 1467. in Reg. 195. ch. 36 : *Estienne Noquin dist au supplians qu'ilz tirassent hardiment, et que s'il avoit une petite Essaule de boys, qu'il retourneroit bien toutes leurs fleches*. Denique aliañ ann. 1483. in Reg. 209. ch. 262 : *Colin Robine voult frapper Jehan Blandel d'une Essale, laquelle il print en la couverture de la maison*.

\* **ESSARGITUS**, pro Exercitus. Lit. ann. 1356. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 354 : *Datum in Essarcitu nostro ante Bretholium*.

† **ESSARTUM**, ESSARTARE. Vide *Exar-tus*.

‡ **ESSARUM**. Edictum Philippi Pulcri Francor. Regis apud *Lauriere* tom. 2. Ordin. reg. pag. 159 : *Essarum nostrum dictæ villæ parabitur et ponetur in tali statu, quod dicti mercatores absque solutione caagii poterunt suas denariatas et Mercaturas bono modo onerare et exonerare de die et de nocte*. Lubentius legerem *Escarum*, quod puto Aggerem lapideum ad ripam fluminis, Gall. *Quai*. Idem de *Lauriere* in summario hujus articuli ducto ex Gallico exemplari habet. : *Le pavé de la ville, les Quais et les issues seront mis en bon estat, etc.* Vide *Escar*. [\* Leg. *Essayum*. Vide infra hanc vocem 2. notione.]

† **ESSAVARE**, EXSAVARE. Trahere. Charta Thossiac. ann. 1461 : *Pro licentia piscandi in riparia Sagonæ... absque trahendo seu Essavando aut Exsavando ad terram*. Altera Charta anni 1449. signata *Bonet* : *Sive trahendo, sive Exsavando ad terram*.

\* A veteri Gallico *Essaver* et *Essiaver*, Effluere, decurrere, vulgo *s'écouler*. Sent. arbitri. ann. 1313. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Aura dedans ce mur ou clouture un treillich de fer par où les yaues de la ville se porront Essiaver*. Charta ann. 1322. in Reg. 74. ch. 443 : *Lequel moelin il feront el dit manoir à Essiaver l'iaue parmi cedit manoir, en faisant venir l'iaue par dessus et Essiaver dessous*. Chartul. Corb. sig. Ezechiel ad ann. 1415. fol. 18. r. : *Regeter le fossé... et faire tant que le vivier se puis Essaver, et qu'il soit à secq. Esseaver* vero, pro *Vuider*, Evacuare, in altero sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 92 : *Et il sera tenu ledit predeur de Esseaver et oster chacun an tout le bos abatu. Esseuwer*, pro *Exsiccare*, in Ch. ann. 1235. ex Chartul. sign. Decanus S. Pet. Insul. fol. 129. v. : *Sis libres doit il mettre as fossés faire por les terres Esseuwer. Escegner*, eodem sensu, in cod. reg. 9493. fol. 11. v. : *Foucé qui Excegne les bas champs. Hinc mox Essaveria*.

\* **ESSAVEGOTUS**, Corbis species. Charta ann. 1434. ex Tabul. Massil. : *Ordinamus quod piscatores possint reponere et reponi simant pisces in vasculis quibuslibet, cujuscunque formæ et capacitatibus existant, sive sint banastoni, canastelli, sive sint Essavegotorum*.

† **ESSAVERIA**, Agger stagni, quo concluduntur aquæ. Charta anni 1269. ex Tabulario S. Nicasii Remensis : *Debemus habere et retinere imposterum vantalla Essaverie vivarii nostri... nec poterimus sedum vel solum dicte Essaverie dicti vivarii altius elevare quam modo sit*.

\* Vel potius qua aquæ excurrere possunt seu evacuari, Gall. *Bonde d'un*

*etang*, alias *Essiaviere*, *Esse*, et *Esseau*. Charta ann. 1281. in Chartul. Montis S. Mart. part. 7. fol. 124. r. col. 1 : *Consent ke li abbés et li couvens... pussent... faire noviaus cliiers, Essaviers et rateres. Jehan Grossin musniers ouvrist les Esses de son moulin, in Lit. remiss. ann. 1473. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1008. Lit ann. 1295. in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 801. v. : En travers la cauchié doit avoir un Esseau, que le seigneur de Corbon et Guillaume du Mesnil doivent mettre et tenir en estat ; car il ne sert que à eulz à esseaver leurs prez. Unde *Essaigouere*, Incile, sulcus aquarius, vulgo *Rigole*, *tranchée*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. ch. 362 : *Icellui Servatu saichant lesdz deux champs... estre moult chargiez d'eaues... vint à leurdiz champs aiant une pelle ferrée en sa main, et faisant voie et Essaigouere aux eaues. Essayau*, Fluxio, corrivatio, Gall. *Écoulement*, in Ch. ann. 1308. ex Reg. 72. ch. 309 : *Il pourront... estlarguir le cours de l'yaue.... pour avoir mieulz l'yaue son Essayau*. Inde etiam *Essau*, et *Essiaw*, pro vulgari *Evier*, *Emissarium* aquarium. Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 86. r. : *Congie pour faire... un Essau en son estable*. Bello-man. MS. cap. 24 : *Il ne m'affiert pas à faire mon essayer ne mon Essiaw de ma quizine, etc.* *Essuwer*, in Ch. ann. 1400. ex Chartul. Latinic. fol. 217.*

† **ESSAYAMENTUM**, Jus seu Emolumentum Inquisitoris et Probatoris monetarum, a Gall. *Essay*. Ordinatio anni 1342. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 420. col. 2 : *Remedia vero ligæ et ponderis punctas, levatas, Essayamenta, et alia jura et privilegia habeatis, que in nostris monetis antea habebatis*. [\* Vide supra *Essagium*.]

† **ESSAYATOR** MONETARUM, Inquisitor, Probator, Gall. *Essayeur*. Legitur in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 215. col. 1.

† **1. ESSAYUM**, Gall. *Essay*, Probatio. Charta Hugonis Comitiss Marchiæ ; apud Stephanotium tom. 5. Fragm. Hist. MSS. : *Notum facio omnibus, quod intuitu Dei et salutis nostræ Essayum monetæ nostræ Grandimontis Ecclesiæ in puram et perpetuam elemosynam dedimus. Rursum occurrit tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 414. col. 1. Vide *Essaium*.*

\* *Dicti magistri monetarum, possint facere fieri sua Essaya de dicta boyta*, tom. 2. Hist. Dalph. pag. 417. col. 1.

\* **2. ESSAYUM**, Locus onerandis et exonerandis navibus aptus. Edict. Phil. Pulc. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 172 : *Essayum nostrum dictæ villæ parabitur et ponetur in tali statu, quod dicti mercatores absque solutione caagii poterunt suas denariatas et mercaturas bono modo onerare et exonerare*. Ita etiam habet Reg. 72. ch. 176. ut videre est in v. *Caya*. Unde patet male editum *Essarum* tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 159. quod iterum probat vox Gallica *Essay*, eadem notione, in Ch. Rob. de Veteriponte ann. 1330. ex Chartul. S. Joan. in valle : *En fesant touz les pons, Essays et chaucées de Dalence, de Chevreau et de la Chaucée*.

\* **ESSCENGIA**, Modus agri, idem quod *Andecinga*. Vide ibi. Charta ann. 1236. in parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 44. v. col. 2 : *Recognoverunt se vendidisse abbati S. Germani de pratis Paris. quandam Esscengiam terræ sitæ, ut dicitur, apud Paretum juxta cimiterium ecclesiæ ejusdem villæ*. Vide *Escengia*.

**1. ESSE**, Status, *Estat*, *condition*, *comportement*. Capitularia Caroli C. tit. 11. cap. 5. [\* apud Valentian. ann. 853. Adnunt. Karol.] et *Comites ac cæteros*

*fideles nostros admonemus, ut ipsi sic suum esse et vivere ordinent, qualiter propter illorum necessitatem vicini eorum ac pauperes non opprimantur*. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 601 : *In omni Esse suo venerabili pollebat modestia, etc.* Lib. 8. pag. 688 : *Et in omni Esse suo sese modeste gerere nitebatur*. Lib. 11. pag. 840 : *In Claustro Monachorum diu sedit, Esse eorum consideravit*. Alio vero sensu videtur accipi vox Gallica, *Estre*, in consuetudine Nivernensi tit. 26. art. 13. tit. 31. art. 1. 6. 16. 27. tit. 34. art. 5. 7. 16. ubi pro gentilitate, seu consanguinitate videtur sumi, vel certe pro *Statu* ac conditione. Gtolutus Pruvinsensis in Biblia MS. de Cartusiensibus :

Leur ordre ne blasme, ne lor Estre,  
Més por riens ge n'i voldroie estre,  
Trop ont estroit et dur convine.  
Chascun fet pour lui sa cuisine.

† **2. ESSE** pro *Ire*, ut Galli dicimus *Etre* pro *Aller*. Breviarium Hist. Pisanæ, apud Murator. tom. 6. col. 171 : *Ad quod castrum vincendum Pisani Fuerunt cum quinquaginta navibus, plattis et schafis, etc.* Vide *Fuit*.

\* Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 190. col. 2 : *Pro loqueris novem vonssinorum, quos equitarunt quatuor ex dominis consulis... cum fuerunt ante ad eventum uxoris Petri Scatisse. Phrasis Gallica : Lorsqu'ils ont été au-devant*.

\* **3. ESSE AD ALIQUEM**, Gall. dicimus, *Estre à qu'elqu'un*, De alicujus familia esse. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 55 : *Quidam nuncius dicens se Esse ad dominum Montismorenciaci, bustam quandam de armis dicti domini secum deferens, etc.*

\* **4. ESSE DE GUERRA**, Gall. *Estre en guerre*, Bellum gerere, esse in armis. Charta Eduardi reg. Angl. ex Cod. reg. 3387. 4. fol. 57. v. : *Cum barones partium illarum (Vasconiæ) quasi continue ad invicem Sint de guerra, etc.*

\* **5. ESSE DESUPER**, Supereminere. Vide supra *Desuper esse* 2.

\* **6. ESSE INTER**, Interesse, adesse. Charta Sangallens. ann. 745. ap. Neugart. Cod. Diplom. Alem. num. 15. tom. 1. pag. 21 : *Ego Quolfivimus Fui inter ubi hunc cartala facta est*.

**ESSEDUM**, *ESSEDA*. Servius ad illud Virgilii, Georg. lib. 3. vers. 204 :

Belgica vel molli melius feret *Esseda* collo.

ait *Belgica Esseda esse Gallicana vehicula*. [Papias MS. Bituric. : *Esseda sunt Gallorum vehicula, quibus Reges victi captivi ducuntur. Essedum, Basterna, vehiculum*. Hinc emenda Glossar. Sangerman. MS. n. 501. ubi perperam : *Esseria, Basterna*.] Glossæ Isonis Magistri : *Essedum, genus vehiculi Gallicani, i. Sambuch, quasi assedum, ab assidendo dictum*. Jornandes de Reb. Goth. cap. 2. de Britannis : *Non tantum equitatu, vel pedite, verum etiam bigis, curribusque falcatis, quos more vulgari *Essedas* vocant*. Ubi malim *Esseda* : nam *Essedum* dixit Propertius lib. 2. El. 1. vers 86 :

*Esseda cælati siste Britanna jugis*.

Lib. 4. El. 3. vers. 9. de iisdem :

*Hibernique Getæ, pictoque Britannia curru*.

De *Essedis* et *Essedariis* Britannicis agunt etiam Cæsar lib. 4. de Bello Gall. cap. 24. et Cicero lib. 7. Ep. 6. et 10. Vide Ausonium Epist. 21. [et Pitis-cum in Lexico Antiquit. Rom. et Carolum de Aquino in Lexico Militari.]

\* **ESSELLA**, Assula, segmentum. Lit.

remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 125: *Dictam monetam abscondit retro caminum operatorii sui, et posuit ante de Essellis ne reperiretur. Essellete*, in Stat. ann. 1384. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 101. art. 14: *Unde Esselleter, inter asseres premere, in Arest. ann. 1395. 13. Febr. ex vol. 8. arestor. parlam. Paris.: Ordinatam fuerat quod non venderentur panni... tincti mala tinctura, neque etiam inter asseres pressurati, quod Gallice vocant Ensselletez. Stat. pro pannif. Paris. ejusd. ann. ibid.: Quiconque vendra draps qui aient esté ou soient Essellez, ou mallaints, ou non entresuivans en teinture, etc. Hinc etiam Esselée, Sepimentum ex assulis, in Charta ann. 1347. ex Chartul. Regal. loci part. 1. ch. 156: *Item une estable tenant à ladite maison close d'une Esselée, et est li combles à apentis. Vide infra Essoulla et Estella.**

**ESSENDOLA.** Vide *Escenla*.

\* **ESSENUM**, Retis species, Sagena, Gall. Seine vel *Senne*. Charta Ric. reg. Angl. ann. regni ejus 1. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 130: *Exceptis molendinis et anguillis, quæ captæ sunt ad Essenum.*

1. **ESSENTIA**, Substantia, subsistentia: vox Scholasticis et Philosophis non hodiernis duntaxat familiaris, sed et veteribus. Quintilianus lib. 3. cap. 7: *Ὀνία, quam Flavius Essentiam vocat: neque sane aliud est ejus nomen Latinum. Adde eundem lib. 2. cap. 15. S. Hilarius in fragm. pag. 34: Essentia ex eo, quod semper est, nuncupatur: quæ quia extrinsecus opis ad continentiam se nunquam eguerit, et substantia dicitur, quod intra se id, quod semper est, et in æternitatis suæ virtutem subsistat. S. Augustinus lib. 2. de Morib. Manichæorum cap. 2: Itaque ut nos jam novo nomine ab eo, quod est esse, vocamus Essentiam, quam plerumque substantiam etiam nominamus. Id vocabuli Ciceroni asseruisse Senecam observavit Muretus lib. 5. Variar. utitur etiam Sidonius in Epithal. Polemii.*

2. **ESSENTIA**, Status, Conditio. Gasp. Barthii Glossarium ex Hist. Palæst. Baldrici Dolensis: *Postquam vero fuerunt Turci adocti de nostra Essentia, cæperunt paulatim urbe exire, nostros peregrinos undique coangustare, non solum ex una parte; sed undique erant latentes obviam a nobis a mare et ad montaneam. Vide Esse 1.*

3. **ESSENTIA**, Possessio. Henric. Huntindon. de Contempu mundi, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 182: *Nescio quid magis afferebat ei certa spes in futurum regnandi, quam patri suo ipsa Essentia regni, quia patri magnum regnandi spatium jam præterierat.*

4. **ESSENTIA**, Usus, jus utendi. Charta W. Mermere milit. ann. 1226. ex Tabul. Fossat.: *Concessi etiam eis (monachis) Essentiam totius terræ meæ apud Bonolum, quittantes eis quicquid solebant mihi dare pro herbugio. Forte pro Esentia. Vide in Aisantia.*

5. **ESSENTIA**, Existentia, qua res actu existit, ratio existendi. Testam. cardin. Talayr. de Petragor. ann. 1360. ex Cod. reg. 4223. fol. 110. r.: *Salubri meditatione pensantes quod præsentis vitæ conditio statum habet instabilem, et ea quæ visibiliter habent Essentiam, tendunt visibiliter ad non esse, etc. Occurrit etiam inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 459. Arest. ann. 1414. 12. Maii in vol. 11. arestor. parlam. Paris.: Optio quoque hujuscemodi locum habebat, ... quando in*

*uno batello seu una navi vix. dolia seu peciæ vino plenæ ejusdem formæ seu essentia, qualitatibus existebant, et ad unum solum mercatorem pertinebant.*

\* **ESSENTUS**. Vide supra *Esentus*.

**ESSERE**, **ADESSERE**, pro *Esse*, occurrit in veteribus Chartis aliquot apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 33. 34. 35. et 36. Vetus inscriptio Romæ in Eccl. IV. Coronator: *Cod estis fui, et quod sum Essere abetis.*

\* **ESSERMANTARE**, Sarmentis vineam purgare, vel pampinare. *Espuler*, pro *Ebourgeonner*, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 112: *Laquelle Jehanne demanda à icelle Laurence s'elle seroit bien à elle pour Espuler es vignes. Charta ann. 1357. in Reg. 89. ch. 521: Item octo corveyas a mulieribus... solveræ consueta pro vineis domini dicti loci (de Nantiau) Essermentandis, Gallice Essermenter. Ita Esserber, pro Herbas evellere, sarrire, vulgo *Sarcler*, dixerunt. Lit. remiss. ann. 1372. in Reg. 103. ch. 324: *Lequel Remion estoit en un jardin, qui estoit son oncle Robert le Moine du bourg de Véelle ou il Esserboit.**

† **ESSERTA**. Vide *Essadum*.

\* **ESSERTUM**, Ager exaratus, ad culturam recens proboscissus. Charta Henr. Hosati inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 535: *Dedi totam decimam Esserti mei de Standene. Vide Ecartus.*

† **ESSETUS**. Computus anni 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. CXLVII. ad calcem: *Pro galeis reparandis x. sol. Pro cordis ad essetos pendendos circa murum XII. s. et dimid.*

\* **ESSINUM**, Modus agri. Charta pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442: *Item dicti decanus et capitulum acquisierunt... tria Essina et viginti quatuor virgas nemoris. Vide supra Aissinus.*

† **ESSINUS**, Species mensuræ frumentariæ, Gall. *Aissin*. Charta Theobaldi de Valliaco ann. 1168. ex Tabulario Corbeiensis: *Quartam partem cujusdam molendini, quam antea jure hæreditario apud Valliacum a S. Petro tenui, deinceps sub jure suo libere possidendum concessi B. Petro de Corbeia, hac interposita conditione, ut quamdiu in domo mea et hæreditate mea manerem, sexdecim Essinos annonæ de eodem molendino acciperem. Charta Curie Sussionens. ann. 1252. in Tabulario S. Medardi: Se vendidisse recognovit... reditus subnotatos, quos se habere dicebat... videlicet viginti Essinos bladi hyemalis uno bueto minus. Vide Aissinus.*

\* **ESSIULARE**, Sibilare, Gall. *Siffler*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36 v: *Unus dictorum hæreticorum Essiulet, et quidam alius, qui veniebat ad eos, ut credit, respondit similiter sibilando.*

\* **ESSO**. Charta ann. 1023. apud Murator. tom. 1. Antiq. Italic. med. ævi col. 188: *Et si qualiscumque homo servus vel ancilla jam dicti archiepiscopi battiderit... ad Esso componat, sicut ad liberi homines et ad liveras feminas. Id est, eandem mulctam componat, ac si liberum hominem venberasset.*

\* **ESSOIGNIA**, **ESSOIGNARE**. Vide infra in *Sunnis*.

\* **ESSOLIUM**, Axis, Gall. *Essieu*, alias *Esseul* et *Essoul*. Charta ann. 1239. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 349: *Ita etiam, quod omnes transeuntes mercatores per cheminos forestæ supradictæ, qui costumatas dicto Jacobo debuerint, poterunt capere in dicta foresta pro unaquaque quadriga duodecim hairas eisdem neces-*

*sarias, et Essolium novum. Un Essoul de char, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 12. Aliæ ann. 1388. in Reg. 132. ch. 325: *L'une des roës d'icellui chariot yssi hors de l'Esseul, pour ce qu'il n'y avoit point d'esse.**

† **ESSONIA**, Excusatio causaria, Ejuratio vadimonii propter impedimentum, Gallice *Essoine* vel *Ecoine*. *Essonior*, Excusator in causis et litigiis, Gall. olim *Ecoineur*, *Exoniateur*. *Essoniare*, Excusationem proponere. Vide *Sunnis*.

† **ESSONIUM**, Impedimentum. Chirographum ann. 1209. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1092: *Comitissa vero jurari fecit super animam suam, quod ipsa et successoræ sui Domini Campaniæ infra quadraginta dies, postquam ab Essonio suo fuerint expediti, reddet Simoni vel hæredibus suis Musterialium in eodem statu, in quo eos illud constituerit accepisse. Litteræ Matthæi Ducis Lotharing. ann. 1220. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 881: *Ipsi autem infra quadraginta dies, postquam de Essonio, vel de guerra sua liberati erunt, tenentur mihi reddere per juramentum suum castrum illud ita munium et in eo puncto, in quo eis traditum fuerit bona fide. Vide in Sunnis.**

\* Hinc *Dessonier* et *Dessonniier*, Impedimento liberare, expedire. Charta ann. 1270. ex Chartul. S. Petri de Monte: *Et doit Dessonier ces choses davantiades de toutes rantes et de toutes droitures qu'elles doivent. Alia circ. ann. 1280. ibid.: Et doit Dessonniier à mien toutes ces choses davantiades et retenir. Vide infra in Sunnis.*

\* **ESSOPIA**. Vide supra *Eschopa*.

† **ESSOULLA**, Assula, seu asser sectitius ad tependum aptus. Chartular. S. Vandregisili tom. 1. pag. 84: *Et præterea veteres Essoullas de Monasterio, quæ non poterant mitti in opere, et insuper quidquid libertatis et proventus in supradicto Monasterio habere consuevi.*

\* *Nostris Esseule*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Esseule, comme de quoy l'on couvre les maisons, scindula. Item pour cent millier d'Esseule, ij. sols. vj. den. in Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 249. v. Vide supra *Essella*.*

\* **ESTA**, Sedes in foris et nundinis, ubi merces venum exponuntur, mensa, Gall. *Etau*. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 169. v. col. 2: *Jura furnorum, molendinorum, Estarum, tabularum, etc. Establerie, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 365: *Sur les estauls ou Estableries de la corratierie de Besiers, etc. Unde Establier, qui ad stallum merces suas dividit, in Stat. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 253. et Baston estauillier, quo fulcitur ejusmodi mensa, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 76. Vide *Stabellum* et *Stallum* 1.**

\* **ESTABILITAS**, Vox fori Normannici, cum scilicet res, de qua est controversia, in manu regis ponitur, donec judicio decisa fuerit. *Héritage qui est demandé par Establie*, in Consuet. Norman. cap. 66. et 91. Scacar. apud Cadom. ann. 1236. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 25. r. col. 2: *Guillermus de Reniers miles petiit ab hominibus suis quædam servicia. Ipsi dixerunt se fecisse illa servicia; sed nec (per) feodum, nec per costumam miles habuit saisinam illorum serviciorum. Petebant homines Estabilitatem: miles tanquam saisitus volebat se defendere per duellum tantum. Judicatum est quod homines debebant et pote-*

rant habere breve de sordemanda. Vide *Stabilia* 2.

**ESTABLIA.** Monast. Anglic. tom. 1. pag. 922: *Sint quieti de thesauro portando, de chaciis, Establiis, scotallis regalibus, de purprestura, etc.* [Judicium Scaccarii Normanniæ XIII. sæculi, apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 965: *Audivi ibi, quod minor bene potest procedere per duellum vel Establiam, hoc est, Breve Ducis Normanniæ, quo in manu Regis ponitur feudum vel tenementum, donec oborta de eo lis dirimatur.*] Vide *Stabilia* 2.

\* Primo loco *Establiam* interpretor de stabulo, seu obligatione vassallorum recipiendi equos domini in stabulo; alterum vero sic emendo ex Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 27. v. col. 1: *Audivi ibi quod minor bene potest perdere (sic sine nota abbreviationis) ad finem per duellum vel per Establiam.* Ubi idem quod supra *Establiis*.

† **ESTACAMENTUM.** Vide *Stacamentum*.  
\* **ESTACARE PLACITUM,** Illud firmare vadiis receptis; quod ad iudicem vel dominum pertinebat. Vide in *Stacamentum*.

\* **ESTACATURA,** Locus palis circumseptus ad capiendos pisces. Charta Claremb. dom. Cappar. ann. 1235. in Chartul. Arremar. ch. 221: *Prior de Cappis debet piscem per totam aquam de Follis... exceptis vannis et becis et Estacaturis molendini.*

† **ESTACHADA BATALIA,** Duellum seu certamen singulare, ligatum, ininitum et perfectum, ut opinor, ab Hispano *Estacada*, locus clausus ubi pugnatur. Charta ann. 1065. Marcæ Hisp. col. 1136: *Damus vobis... medietatem de totas ipsas justitias, exceptus... de ipsa civitate... fecerint homicidium, aut fragerint pacem, aut habuerint aliquod placitum unde batalia sit Estachada.*

† **ESTACHAMENTUM,** Sepimentum, ut coniecto, seu locus palis, Gall. *Estages*, clausus. Gall. Christ. tom. 4. col. 808. Johannes II. Abbas Clarevallensis ann. 1281: *Literis suis profitetur, sibi minime licere facere Estachamentum in quodam loco, nisi de voluntate Episcopi Lingonensis.* Vide *Estecha*.

\* Vel potius Agger aquis oppositus, quo scilicet aquæ concluduntur; quod fulcitur palis sic dictus, Gall. *Ecluse*. Charta quæ supra indigitatur his concipitur verbis in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 230. r.: *Saichent tuit que nous de la volunté et dou consentement de Guy evesques de Leingres avons fait un Estamchement desoz Gevoles.* Vide infra *Estanchua*.

† **ESTECHARE,** Alligare, Gall. *Attacher*. Ordinatio ann. 1340. super Officio Marescalliæ, Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394: *Item ipsos equos fretari, estrehari, acomari, letterias eis fieri et bene Estachari facere cum omni diligentia teneatur.*

\* **ESTACHIA,** Acicula, in quo vestis constringitur. Comput. MS. ann. 1289: *Pro liij. duodenis laqueorum et pro Estachiis habitis per Odonem de Cörmall. cxiij. sol.* Vide *Stacha*.

**ESTACO,** Taberna, officina. Charta ann. 1163. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 268: *Concedo prænominatæ Ecclesiæ... et absque servitio S. Escatones in civitate Laodicæ, cum suis omnibus continentis, ut in eis ipsi Malfetani maneant, stent, ac super Stacones, prout voluerint, ædificent atque laborent. Habent itaque prædicti Estaconi ab oriente viam, ab occidente habent portum maris, etc.*

\* Locus, ubi quis sedet, stat, nostris

alias *Estacon*. Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 31: *Nos quatre Estacons mouvans de l'éritage nostre seigneur le roy, assis en la ville d'Orliens, fesanz le coing de la chaucerie. Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 136. ch. 40: Godefroy porta lors ledit mandement en l'ostel ou Estacon de Pierre Bertaut clerck de ladite prévosté. Aliæ ann. 1412. in Reg. 167. ch. 41: Lesquelz entrerent ou change ou Estacon d'un nommé Andrieu Griu changeur. Hinc *Estacenez*, Campsores seu nummularii, qui ad mensam sedent, appellantur in Pedag. Divion. MSS.: *Li estavux des changeours et des Estacenez, chascun paiera iij. solz en ladite foire.* Vide infra *Estagilis*.*

\* **ESTAGA,** Domus, in qua quis stat, habitat. Vide in *Stagium* et *Stare* 4.

\* **ESTAGARIUS,** in Charta Phil. Pulc. ann. 1222. ex Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 150. r. pro *Estagiarius*, ut ex ead. Ch. legitur in *Stagium*, Qui *estagam* seu domum habet in aliquo loco, nostris *Estagier*. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 262: *Lesquelz Regnaud et Chivriere s'entretoient fait adjoiner en la court du sire de Clerc, dont ils sont Estagiers.*

† **ESTAGERIUS,** ut *Estagiarius*.  
**ESTAGGA,** Idem quod *Estagium*, Gallis *Estage*. Charta W. D. de Montispessulani ann. 1103: *Dono etiam vobis totum sestairalicum omni die et nocte in Montepess... et si Dominus Montispess. acciperet letdam de villanis de Sustantionensi Comitatu qui habent domos in Montepess. et non starent in Montepess. per Estaggam, habeatis sestairalicum.* Id est, qui in Montepessulano domos habere tenentur. Vide *Stagium*.

\* **ESTAGIA,** Domus, habitatio. Vide in *Stagium*.

† **ESTAGIARIUS,** Qui *Etatium* seu Domum habet in aliquo loco vel qui debet *Stare* in castro Domini. Vide *Stagium*.

\* **ESTAGILIS,** Officina, apotheca. Charta ann. 1224. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 295: *Boscus, bartas, domos, casallaggios, Estagiers, vineas et prata, etc. Maison Estagiere,* in Lit. remiss. ann. 1466. ex Reg. 203. Chartoph. reg. ch. 37: *Le suppliant trouva grant nombre de personnes, qui venoient de la grange et estoient ja plus près de la maison Estagiere de son frere que de ladite grange.* Vide *Estaco*.

† **1. ESTAGIUM,** a Gall. *Etage*, Cœnaculum, domus, vel obligatio, qua vasallus tenetur *Stare* in castro Domini sive ad illud custodiendum sive ex alia ratione. Regestum Campaniæ fol. 49. apud Dom. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. 689: *Clarembaudus de Capis, ligius de duobus feodis, scilicet de Vicecomitatu, et de Capis et Gii cum suis appenditiis. Et debet Estagium pro Vicecomitatu.* Pro debet *Estagium* mox infra legitur, et debet custodiam. Rursum occurrit eadem notione ibid. tom. 1. pag. 124. Pro Cœnaculo vero seu Tabulato, in Charta Officialis Autissiod. ann. 1278: *In quibus (domibus) sunt quatuor Estagia cum cellario. Litteræ Officialis Paris. ann. 1291. ex Tabulario Calensi pag. 270: Recognoverunt in iure coram nobis se ad censasse quandam domum... continentem a parte vici in primo Estagio de fronte duas thesias dimidio pede minus vel circiter, et in longo sex thesias vel circiter, et in Estagio superiori tres thesias, etc.* Vide *Stagium*.

† **ESTAGIUM FACERE,** Canonicis idem est quod *Præsentem esse*, Gall. *Resider*. Charta Petri Abb. S. Benigni Divion.

ann. 1259. ex Archivis ejusdem Abbatiae: *Qualiter Canonici debent facere Estagium. Canonici prædictæ Capellæ in eadem de cætero facient Estagia personaliter anno quolibet per duos menses et septimanas in ipsa Capellæ antiquitus institutas... Capellani, qui Missas habent vel habeant in prædicta Capella, residentiam continuam in ea facient.*

\* **2. ESTAGIUM,** Mansio, commoratio, idem quod *Residentia*. Charta ann. 1246. ex Chartul. S. Pet. Carnot.: *Prædictus miles et Petronilla uxor ejus, necnon et armiger prædictus numquam de cætero habebunt nec facient Estagium suum sive residentiam suam in terra vel dominio seu potestate monasterii S. Petri Carnotensis.*

\* **3. ESTAGIUM STAGNI,** an idem quod supra *Estachamentum*? Charta ann. 1265. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 996: *Excambiavimus... etiam unum Estagium cujusdam stagni in terra nostra prope terram ipsius Eudonis super rivulo, qui descendit de Saent Gonery ad aquam, quæ vocatur seu nuncupatur Aule.*

\* **ESTAGNA,** Mansio, commoratio. Vide in *Stagium*.

\* **ESTAGNUM,** Stannum, ESTAGNATUS, Vas stanneum, quævis suppellex ex stanno; unde *Estaymier*, ejusmodi vasorum artifex, vulgo *Potier d'étain*. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 117: *Les supplians porterent vendre ledit plon à un Estaimyer (sic);... et ce fait ledit Estaymier ou autre les dénonça.* Invent. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ: *Item duodecim parasides Estagnatos... Item duos frascos de Estagno.* Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 260. col. 1: *Poterii præfati... promiserunt... bene et diligenter furnire præsentem villam Nemaus... de bona poteria, scutellis Estagnatis, scudelloriis, etc. Estanh,* pro *Estain*, ibidem non semel. Vide *Stannum* 3.

\* **ESTAGRARIUM.** Vide infra *Estragerium*.

† **ESTALAGIUM,** ut *Estallagium*. Inter varia regii domanii officia in villa Laudunensi recensetur *Officium Estalagii super calceyam et introitus domorum*, in Memoriali D. Cameræ Comput. Paris. pag. 57. ann. 1362.

\* Sive in foris et mercatis, sive in domo seu, ut aiunt, ad fenestram officinæ, nostris *Estaillage, Estallage et Estellaige*. Charta Unfredi de Rohon confirmata a Carolo IV. ann. 1324. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 42: *Concessi Roberto Postello... domum suam... ab omni servitio quietam... exceptis istis... quatuor (nummis) Estalagii, etc.* Chartul. Latinic. fol. 242. v.: *Quiconques soit cordouanner... tenant ouvrer et fenestres ouvertes sur rue au dit Laigny, il doit par chacun an pour le droit d'Estaillage douze den.* Tour. Estaillage, in Libert. Jonvil. ann. 1354. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 296. art. 14. Charta ann. 1208. ex Chartul. 23. Corb.: *Jou ay vendi et escangié... toutes les justices que jou avoie à Corbye, les cambaiges, les Estallages, etc. Terrear.* Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2: *Item que mondit seigneur de Lengres, avec mondit seigneur de Bourgoigne, a droit de prendre... de toutes personnes foraines... qui viennent demeurer audit Chastillon ung trehu, qui s'appelle francmarchief et Estellaige, qui est tel que pour eulz affranchir de ventes perpétuellement en icelle ville, etc.* Vide *Stallagium* in *Stallum* 1.

\* **ESTALARIA,** Pali in fluvio fixi ad sustinendum rete eisdem annexum in



piscium capturam, nostris *Estalliere* et *Estalée*. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Monachi Gemeticis* (habent) *vj. haistras ad Estalarium de Wigeria*. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 256: *Guillot Noguet disoit avoir une Estalée de traux de pescher poissons de mer*. Vide *Estalarius* et *Stalaria* 2.

† **ESTALARIUS**, Pali in fluvio fixi ad piscationem. Charta anni 1279. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 970: *De omnibus aliis participibus meis tam in Estalariis Sequanæ, quos habebamus, quam in batello de la Mesterée et redditibus seu pertinentiis ejusdem batelli currentis in aqua Sequanæ ad portum de Calido becco*.

† **ESTALE**, f. Vas ad usum mensæ, ab Anglicano *Stall*, Mensa. Mandatum anni 1428. apud Rymerum tom. 10. pag. 392. col. 1: *Duo millia vasorum de electro, ut in Estalibus, parapsidibus, discis, saursariis et ollis*.

† **ESTALLAGIUM**, [Tributum pro licentia vendendi ad *Estallum*.] Vide in *Stallum*.

\* **ESTALLAMENTUM**, Assignatio, addictio, oppigneratio. Charta Henr. VI. reg. Angl. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 376: *Omnimodis debitis et compotis nobis debitis et pertinentibus, quæ vigore litterarum nostrarum patencium, seu brevium nostrorum de magno vel privato sigillo, aut per Estallamentum sive assignaciones respectuata existunt, omnino exceptis*. Vide supra *Estabilitas*.

† **ESTALLUM**, Mercatorum sedes in foris et nundinis. Codex MS. censuum Episcopatus Autissiod: *Omnes de villa residentes ad Estallum debent per quamlibet quindenam unum obolum, et illi extra villam vendentes similiter ad Estallum debent in quolibet sabbati unum obolum*. Et infra: *Quisquis vendat unctum diebus sabbatis ad Estallum, quilibet debet obolatam*. Vide *Stallum*.

\* **ESTALLUS**, Relicta ad propagationem quercus, nostris *Estalon*; unde *Estallonner*, silvam ejusmodi estallis instructam relinquere. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Isti forestarii debent servare Estallos de haya Mauri*. Chartul. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1514. fol. 224: *A charge qu'ils seront tenus Estalonner lesdits bos de cent estalons en chascun journal bons et souffisans*.

\* **ESTAMENHA**, Lanea interula, vel panni species, nostris *Estamine*. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 153. col. 1: *Pro Estamenha pro coquo, I. gross. medium. Pro iij. palmis telæ, etc. Leudæ maj. Carcass. MSS. Item pro cargua d'Estamenhis, ij. sol. Turon. Ubi versio Gallica ann. 1544: *D'une charge d'Estamine, etc.* Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 343: *Et toutesvoies fist-il tant vers l'abbé que il enporta une coule et une Estamine*. Vide *Estamina*.*

† **ESTAMINA**, Textum subtile, Nostris *Estamine*. Charta Guillelmi de Burgo Officialis Lugdun. pro Monasterio Insulæ Barbaræ, in Maceris hujus Monasterii tom. 1. pag. 202: *Camerarius det et dare teneatur culibet Monacho... in festo omnium Sanctorum quasdam Estaminas ad valorem sexdecim solidorum Viennensium*. Vide *Stamina* et *Estamenha*.

† **ESTAMINETA**, Eadem notione. Vestimentum de *Estamineta*, in veteri Indiculo ornamentorum S. Martialis Lemoicensis.

† **ESTANGHIA**, Agger aquis oppositus, a Gallico *Estancher*, Impedire ne fluat aqua. *Juxta levatam vel Estanchiam*, in Adversariis V. Cl. D. Aubret.

\* Quod palis fulciatur sic dictus. *Estanchat*, eodem sensu, in Charta ann. 1334. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1333: *La mote de Neuzy, les maisons estans en icelle, les fosses avec leurs giés et l'Estanchat estanz environ, etc. Estanche vero, pro Vivario piscium, in Charta ann. 1386. ex Reg. 129. ch. 190: Estanches ou carpières à garder et nourrir poisson*. Vide supra *Estachamentum* et infra *Stancarium*.

† **ESTANCIA**, pro *Escancia* vel *Eschaancia*. Quod obvenit alicui. Charta Margareta Comitissæ Flandriæ ann. 1251. e Tabulario Audomarensi: *Extraneos hospites in suo predicto feudo non recipient... præter illos, ad quos hæreditas adveniet, predicto fundo jure successorio, reliqui per maritagium vel per Estanciam fundum intraverint*. Vide *Escaeta*.

\* Hinc *Estanchié*, Qui jure hæreditario succedit. Charta ann. 1348. in Chartul. Godef. dom. Asperim. fol. 25. vº. ex Bibl. reg.: *Comme nous aiens entendu qu'il est à présent escheus à relever... uns fiefs tenu dou chastel de Kievraing... et que li hoirs et Estanchiés doudit fief a refusset et débatut à délivrer liget pour le cause doudit fies à noble home non chier et bien ameïmons. Aubret Turk chevalier, etc.*

\* **ESTANFORDIUS**, Panni species in burgo *Stenfordia* texti, unde nomen. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Pannarii sunt nimia cupiditate fallaces: vendunt enim pannos albos et nigros... radiatos, Estanfordinos... male tenendo pannos et una curta cum pollice fallaci*. Vide infra *Stanfortis*.

\* **ESTANNUS**, Idem videtur quod *Stagium*, Obligatio scilicet, qua vassallus tenetur *Stare* in castro domini sui, sive pro eo tuendo contra hostes, sive ex alio debito. Charta Phil. III. ann. 1279. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 284: *Cum cives Xantonenses in nostra curia proposuissent se dominis Xantonensibus ad exercitum non teneri, nisi eadem die, qua a suis domibus recedunt, possint reverti, Estannis dumtaxat exceptis;... præceptum fuit restitutionem sibi fieri... de eo quod ab eis pro nobis levatum fuerat pro fiancia dicti exercitus, rata dictæ fianciæ, dictos Estannos contingente, pro nobis retenta*. Vide infra *Estiguachia* et *Stagium*.

\* **ESTAPLA**, a Gallico vet. *Estaple*, nunc *Etape*, Emporium, forum publicum, in civitatibus præsertim maritimis constitutum, ubi merces extraneæ publice distrahantur. Privil. mercat. Harefloti ann. 1344. in Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 126: *Donabimus fustes et ligna necessaria pro ædificandis domibus pro curia dicti gubernatoris, et pro pondere et pro aliis ædificiis necessariis ad Estaplum mercaturæ in villa prædicta*. Lit. Phil. VI. ad ann. 1336. in Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 66. rº.: *D'un tonnel vendu en l'Estaple sur la charrete, vij. den. Par. Une Estaple de quedes, in aliis ann. 1397. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 186. Unde Estappler, Venum exponere, in Chartul. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1514. fol. 227: *Les bledz et autres grains que on vendt sans Estappler et sans mesurer au marchié, etc.* Aliud sonat *Estappe*, Palum nempe, in Lit. remiss. ann. 1479. ex Reg. 205. ch. 321: *Faire rompre et couper les paulx et Estappes de la pescherie*. Vide *Estapula* et *Stapula* 1.*

† **ESTAPULA**, Emporium, forum. Instrum. ann. 1314. de Stapula Regis Franciæ. apud Rymer. tom. 3. pag. 482. col. 1: *Olim mercatoribus lanarum regni vestri et aliarum partium conversantibus in eodem, qui Estapulam suarum mercaturarum prædictarum apud Anwers extra regnum nostrum tenere solebant, venientibus, etc.* Testam. Guillelmi Montipessulani ann. 1211. apud Acher. Spicil. tom. 9. pag. 166: *Istius publicationis ultimæ voluntatis juratas depositiones sub præsentia et testificatione multorum suscepit dominus G. de Flexio Magal. Episcopus in Estap. suo de Montepessulano*. Statuta Scabinorum Maseriæ ad Mosam e Bibl. D. de Cangé: *Touchant l'Estaplage. Primo, Tous marchans forains, qui vendront vins à Maisieres et es fauxbourgs, doivent pour queue VI. den. Vide Stapule*.

\* **ESTAQUA**, a vet. Gallico *Estaque* vel *Estache*, Postis, palus, unde pro Pila, columna. Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 118: *Je alai au roy là où il se seoit en un paveillon, apuié à l'Estache du paveillon*. Inventar. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 266. col. 2: *Item quædam caxia cum Estaquis de cristallo, et quibusdam reliquiis*. Hinc *Estaque* appellatur locus pilis suffultus, ubi iudices sedent, vel ipsium *pilorium*, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 16: *Ainsi que le suppliant... se partoit de l'Estaque ou auditoire dudit lieu de Corbie, etc. Estaque, pro paxillo, vulgo Poteau, legitur in Ch. ann. 1249. ex Chartul. 21. Corb. fol. 99. vº. et apud Bellom. MS. cap. 69: *Aucune fois avient il que un hons tret avecques autres aïs Estagues*. Ubi signum palo affixum significatur. *Estiquete*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 259: *Comme le suppliant et plusieurs autres compagnons de la ville de Neelle... eussent pris jeu aux grans billes à férir à l'Estiquete, etc.* Aliæ ann. 1387. ex Reg. 131. ch. 109: *Lesquelz compaignons de leurs arcs trayoient aux bersaulz et à l'Estiquete, etc. Jouerent ensemble aux platines de fer de chevaux au plus près de deux Estiquetes, in aliis ann. 1457. in Reg. 189. ch. 213. Hinc fortassis *Estempel* dicitur *Decursio*, sive pedestris sive equestris, quia loco metæ, palus stans igitur, in lib. 4. Consol. Boetii MS.:**

Quant aucuns court à l'Estempel,  
Il court pour gagner le chapel;  
C'est li loiers qu'il doit avoir.

Ejusdem originis vox *Estombel*, qua Palus cuspidate ferrea munitus ad stimulantium boves significatur. Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 196. ch. 266: *Le suppliant print son baston que l'on appelle (en Auvergne) Estombel, duquel il touchoit ses bœufs*. Vide infra *Estecha*.

\* **ESTAR**, Domus, ubi quis *stat*, manet, Vide in *Stare* 3.

† **ESTARE**, Domus, ubi quis *stat* seu habitat. Testam. Guidonis Gueregiati ann. 1177. Spicilegii Acheriani tom. 9. pag. 152: *Factum est atque completum in castello de Armazanicis in Estari, quod fuit R. de Armazanicis*. Vide *Stare*.

\* Charta ann. 1171. ex Chartul. Casæ Dei: *Concedo... unam partem Estaris;... de Estari non debent quartana, sed caminum. Estre, eadem acceptione, in Charta ann. 1328. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 112: *Guillaume le Hayer nous segnifia que li avoit acquis... un Estre... ovegues métayrie à quatre beux et prez et pasturages*. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg.*

125. ch. 105: *Guillot Perier ala en l'ostel et l'Estre de Michau des Haies, dit Mace, et entrast ou tait ou Estable aux bestes d'icellui Estre. Estaire, pro Estre, Stare, vulgo Estre debout, in Vita J. C. MS. ubi de S. Joseph :*

El temple derier l'uis se trait,  
Sa verge tint, iluec s'Estait.

*Estre en Estant, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 81: Comme ilz furent touz levez pour eulz en aller d'icelle taverne, firent traire un pot de cervoise en l'aire de l'ostel, eux estant en Estant pour boire au départir.*

† **ESTASIS**, pro *Ecstasis*, a Græco ἐκστασις, Raptus animi extra sensus, Gall. *Extase*. Legitur in Agnelli libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 66. col. 1.

\* **ESTATICUM**, Thesaurus. Vide in *Scatz.*

\* **ESTATUS**, a Gallico *Estat*, Ordo. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 28. col. 2: *Ad finem ut tres Estatus se possent congregare, et dominus noster papa prelati daret licentiam, etc.* Vide *Status* 6.

\* **ESTAULAGIUM**, Præstatio pro *Staulis* seu *stallis*, pro jure scilicet ea habendi in foris et mercatis, nostris etiam *Estaulaige*. Vide *Staulus* 2. Charta ann. 1270. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 145. r.: *Dicti homines capituli et canonicorum de civitate et burgo et suburbio Lingonensi eodem modo solvent ventam et Estaulagium, sicut et homines nostri de civitate et burgo et suburbio Lingonensi;... et si contingat nos vel successores nostros hominibus nostris vendere Estaulagium, promittimus et tene-mur bona fide pro nobis et successoribus nostris, qui pro tempore fuerint, vendere predictis hominibus eodem modo sicut nostris. Libert. villæ de Grancey ann. 1348. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 160. art. 3: *Octroyons qu'ilz soient... franc et quitté d'Estaulaiges, d'esminaiage et de toutes vantes des choses vendues et esche-tées par leur.* Vide supra *Estalagium*.*

\* **ESTAURAMENTUM**, Quidquid ad vitæ necessaria pertinet, ut *Stauramentum*. Reg. visitat. Odon. archiep. Roto-mag. ab ann. 1248. ad 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 90. v.: *Visitavimus hospitale de Novo-castro... Habent satis Estauramenta, ut pote bladum, avenam, carnes, vinum, cervisiam, et sinceram.* Vide infra *Esto-ramentum*.

\* Hinc *Estauceure*, pro *Vestitus*, et ornatus quilibet; unde *Estaucier*, *Vestire*, ornare, tom. 1. Fabul. pag. 126:

Et feist faire Estauceure,  
Et preist telle vesteure,  
Come à jone home convanroit.

Ibidem pag. 129:

Come vallez fu Estauciëe,  
Et fu de boens houzius chauciëe,  
Et de robe à home vestue.

Inde etiam fortassis *Este*, pro Ornamentum ecclesiasticum, capa scilicet, vulgo *Chape*, in Charta Rodulp. ducis Lothar. ann. 1341. ex Hist. Med. monast. pag. 353: *Lidis religiosus, abbé et convent ont promis... de recevoir à procession tous nos successeurs ducs de Loherenne à toujours maix, lai premeure foix qu'ils vanront en lor englisë... et venir à l'encontre revestis en lor Estes jusques à lai premeure porte.*

\* **ESTAZOS**, Officina, apotheca. Charta Ludov. de Bellojoco ann. 1290. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 646: *Item necetiam*

*pro aliis bonis immobilibus lotgiis sive Estazos, etc.* Vide supra *Estaco*. Quid autem fuerit nostris *Pourcel estayé*, explicat Lit. remiss. ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 412: *La char d'un pourcel Estayé, qui est à dire, les ossemens et costelletes qui estoient dessus le lart dudit pourcel.*

† **ESTECHA**, Postis, palus, paxillus, Gallis *Estache*, vel *Esteche*. Charta Joan. de Vergeio Senescalli Burg. anno 1278: *Inter illos 4. postes vel Estechas qui vertuntur juxta domum, etc.* Vide *Staca*. Willelm. *Guiart*. in Philippo Augusto:

A douloueres et à hasches  
Vont desrompant piex et Estaches.

Infra:

Les Estaches du pont assaillent.

Idem Anno 1025:

• Cil qui sont de hardies taches,  
Embattent le feu és Estaches.

Hinc, cum palis vel ad palos pugna, *Estacheis* dicitur in Chronico Bertrandi Guesclini MS.:

A nos François se vont fierement assemblant,  
Fier fu l'Estechais, quant se vont enconrant.

Infra:

Là peust enoir marteleis grant,  
Et grant Estachais, et fouleis pesant.

\* *Estace*, Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 20. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 171: *Comme il (Jesus-Christ) fu liés à l'Estace, batuz et escopis.* Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 77: *Le jour de la feste S. Laurens un chat eust esté lié ou estachié à une Estache ou estoc estant en une fosse plaine d'eau, et eust esté ordené et crié publiquement de par les seigneurs dudit Mont-facon (sic)... que qui estrangeroit ledit chat aus dens, les mains liées derriere le dos, il auroit quarante soiz Parisis.* Hinc *Prendre Estache*, *Navim* ad pallium alligare, quam ob rem tributum exigebatur. Lit. Caroli VI. ann. 1383. in Reg. 124. ch. 222. et in Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 67. v.: *Ottroyons que les maistres mariniers dudit royaume de Castelle soient francs de prendre Estaches pour leurs nefz et navires en touz les ports de nosdiz royaume et seignories.* Unde emendandum *Escache* tom. 4. Ordin. pag. 430. art. 14. Inde *Estachette* dimin. in Lit. remiss. ann. 1348. ex Reg. 77. ch. 228: *Iceului vallet se jouoit d'un coustel à autres compaignons estant ou chemin d'entre S. Denis et Paris à un jeu que l'on dit à l'Estachette.* Vide supra *Estaque* et infra *Staca* 2.

\* **ESTELAGIUM**, Idem quod supra *Estalagium* et *Estaulagium* Redit. præposit. Ambian. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 91. r. col. 2. part. 1: *In Estelagio, quod in Sabbato colligitur, la. sol.*

\* **ESTELLA**, Assula, segmentum, nostris etiam *Estelle*. Arest. ann. 1303. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 106: *Nitebantur facere rengias, Estellas et forellas, ac cetera opera de corio et ligno necessaria pro ensibus.* Ubi significantur assule, quibus compingitur vagina. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 163: *Ipsa significans Johannem Bergoin maritum suum quadam Estella fustea... percussit.* Aliæ ann. 1379. in Reg. 114. ch. 349: *Iceului Jehannot... oyle le cop d'une busche appellée Estelle.* Rursum aliæ ann. 1410. in Reg. 164. ch. 289: *Comme le suppliant s'en feust alé querir en une estallerie, nommé ayse... une voiture d'Estaille. Estaille, in aliis ann. 1425. ex*

Reg. 173. ch. 348: *Iceului Charmillon print une busche à faire feu, nommée esclat ou Estoille.* Non alia, ut videtur, notione, *Estenet* in Lit. ann. 1396. ex Reg. 151. ch. 147: *Iceului Astruc d'un Estenet de bois qu'il avoit en sa main, féry ledit Vigier un cop sur la teste.* Et *Eytene*, in aliis ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 134. *Esteil* vero, Postis, vulgo *Poteau*, *jambage de porte*, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. ch. 321: *Iceului Perrinet bouta sa hache entre l'uis et le postel ou Esteil, ou il le devoit clorre.* Vide supra *Essella*.

\* **ESTELLATUS**. Vide supra *Escallata*.  
\* **ESTELLUS**, Palli in fluvio fixi ad sustinendum rete eisdem annexum in piscium capturam. Charta ann. 1084. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Ego Clemens episcopus Cabillonensis dono... de aqua ad piscandum de superiori Estello usque in illum Estellum, qui est prope gurgitem, quem vocant patenam.* Vide supra *Estalaria*.

1. **ESTEMA**. [\* Membri, ut videtur, absciscio, mutilatio.] Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Reg. Arag. f. 32: *Si homo infanticionis occiderit hominem infanticionis, talem homicidam potest Dominus ejus occidere in captione, fame, siti, aut frigore, non faciendo de illo aliquam justitiam vel Estemam. Quod si justitia corporalis habeat fieri de eo, tradatur Bajulo Regis, quia omnes justitiæ, aut Estemæ corporales spectant ad dominum Regem.* Observantia Regni Arag. lib. 9. tit. de Salva infanticionem, § 10: *In causis vero criminalibus, et ubi debet fieri Estema corporis aut membri, recurrendum est ad Dominum Regem, etc.* [Vide *Extema*.]

STEMA, in iisdem Observant. lib. 6. tit. de Privilegiis Militum § 10.

† 2. **ESTEMA**, Papiæ, *Ramusculi*, quos faciunt, cum gradus cognationum partiuntur, ut puta ille filius, ille pater. Est pro *Stemma*. Eadem, qua Papias, notione Plinius dixisse videtur lib. 35. cap. 2: *Stemmata vero lineis discurrebant ad imagines pictas.*

† **ESTEMARE**. Vide *Extema*.

\* **ESTEPA**, Palus, tigillum. Vide *Stapa*.  
**ESTER**, Ignis sacer, morbi species. Acta S. Dymphnæ Virg. num. 9: *Habet enim ignis ille apud Archiatros plura nomina: dicitur quippe Ignis sacer, ignis persicus, et ignis infernalis, et est qui Ester dicitur Græco vocabulo.* Ex Gr. ἄστρον, Titio, torris.

† **ESTERA**, Seditio. Charta Guidonis Comitis Flandriæ pro Ecclesia S. Barthol. Bethun. ann. 1257: *Omnes justitiæ sanguinis, latronis, violentiæ, mesleyæ, burinæ, Esteræ et immuratorum.*

\* Hinc *Estere*, *Seditiosus*, in Lit. remiss. ann. 1430. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 461: *Ung surnommé le Scellier homme fort Estere et de grant couraige, etc.*

\* **ESTERIA**. Vide supra *Escoeria*.

† **ESTERIUM**, pro *Estuarium*, Canalis quo intrat æstus maris. Lobinellus in Glossario ad calcem Hist. Britan. Fundatio Monasterii Sarmaciæ Ord. Grandimont. ann. 1192. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 646: *Concessimus memoratis Priori et Bonis hominibus in dicto loco servientibus prata de Audillec, sicut duo Esteria, pro quibus mare ascendit et descendit, distinguunt.*

\* Nostris *Ester* et *Estier*. Charta Henr. V. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 44. r.: *Aqua appellata la Blanca descendit usque ad bocam Sterii de Coreyano, ubi dictum Esterium cadit in mari, vocato Geronda.* Alia ann. 1312. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 522.

vs. : Une piece de terre... ainsi comme elle se levat, o le fons du fossé, qui est et fiert à l'Estier du port dessous le chasteau,... ainsi comme ledit Estier et ledit fossé se estandent. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 390 : Comme les suppians feussent en un vaisseau, nommé gabarre... et estoit en sa eau en un lieu nommé l'Estier du port de Corsse près de ladite ville de saint Jehan d'Angely,... oudit Estier sur l'eau estoit aussi un autre gabarre... et estoit en la fin dudit Estier à l'entrée de la ditte riviere. Vide Exterium.

**ESTERLINGUS**, **STERLINGUS**, voces Anglis, et inde cæteris nationibus familiares in re monetaria. Trifariam vero accipitur *Esterlingus*, seu *Sterlingus*: primo pro monetario pondere, deinde pro qualitate monetæ, tertio denique pro quapiam monetæ specie.

**ESTERLINGUS**, priori significatione, seu pro monetario pondere. Assisa Davidis I. Regis Scotiæ de Ponderibus et mensuris : *Imprimis Sterlingus debet ponderare 32. grana boni et rotundi frumenti.* Eadem habentur in Assisa de Pond. et mens. Roberti III. in illius Statuto cap. 22. § 6. sed additur secus ea tempestate esse, *propter minorationem monetæ.* Statuta Edw. I. : *Denarius Angliæ, qui vocatur Sterlingus, rotundus sine tonsura, ponderabit 32. grana frumenti in medio spicæ, et 20. Denarii faciunt unciam, et 12. uncia faciunt libram.* Adde Fletam lib. 2. cap. 12. § 1. et Poros Morlanenses art. 18. Hocsemius in Adolfo a Marka Episc. Leod. cap. 18. ait, in provincia *Coloniensi unciam 20. Sterlings ponderare, sterlingum 36. vel circiter hordei grossi grana, sive speltæ, 8. vero uncias marcam adæquare.* In Regesto Pater, in Camera Comput. Paris. fol. 204. dicitur *Esterlingus* appendere 4. obolos Turon. : *Chascun Estellin doit pezer 3. oboles Tournois.* Solidus vero ponderalis appendebat 12. obolos. Vide in Marca.

¶ Eadem vox *Estellin* pro uncia parte minoriori, etiam ubi non fit sermo de re monetaria, pluries accipitur, in Edicto Johannis Franc. Regis ann. 1350. apud de Lauriere tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 352. n. 13. : *Bled couste trente-huit sols le septier. La paste du pain d'un denier de Chailly pese cinq onces et demie; et le pain cuit quatre onces treize Estellins.* Occurrit eodem num. ut et seqq. passim. Vide *Estrellingus*.

**ESTERLINGUM**, pro monetæ qualitate, usurpat Matth. Paris. ann. 1247 : 50. millia librarum denariorum Viennensium, quorum quilibet denarius valet. 3. obolos *Esterlingorum.* Statuta Davidis II. Regis Scotiæ cap. 37 : *Moneta nostra, videlicet Sterlingi, non deferatur extra regnum per mercatores regni.* Joan. Sarrisber. Ep. 31 : *Centum marchas Sterlingorum... tradidit.* Jo. Bromptonus : *Promisit se daturum Regi Franciæ 4000. millia Sterlingorum pro expensis suis.* Matth. Paris ann. 1255. pag. 104 : *Marcas bonorum et legalium Esterlingorum, 13. solidis et 4. Esterlingis pro marca qualibet computatis.* Lambertus Ardensis pag. 256 : *Pecuniam denariorum Esterlingorum... ei distribuit.* Charta Henrici III. Reg. Angl. ann. 1261. apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 981 : *In centum marcis bonorum, novorum, et legalium Sterlingorum, tresdecim solidis et 4. Sterling. pro qualibet marca computatis, etc.* Eadem fere habentur pag. 1035. Le Roman de Garin le Loherans MS. :

Et trois cens mars de Deniers Esterlins.

Le Roman de Rou MS. :

Més je ne suie mie venus  
En cest pais ô tans escus,  
Pour ses Estellins recevoir,  
Més pour la terre toute avoir.

Statuta MSS. Aurificum Parisiensium : *Nul Orfevre ne peut ouvrer à Paris d'argent, que il ne soit aussi bon, comme Esterlins, ou meilleurs.*

**STERLINGUS**, pro monetæ specie, quam *denarium Sterlingum* vocabant. Matth. Paris. ann. 1247 : *Præceptum Dominus Rex... ut quicumque deinde Esterlingus in regno suo pondere non legalis inveniretur, statim funderetur.* Infra : *Eodem tempore moneta Esterlingorum, propter sui materiam desiderabilem... cepit deteriorari et corrumpi per illos falsarios monetarum, quos Tonsores appellamus, adeo ut via interiori circulo nummi parcendo, limbum literatum totaliter asportarent.* Ordinatio Philippi Regis Franc. et Henr. II. Reg. Angl. pro subsidio Terræ Sanctæ ann. 1184 : *In terra Regis Angliæ cismarina 2. den. Andegavensis monetæ, et in Anglia unus Sterlingus persolvetur.* In Tabulario S. Bertini ann. 1230 : *Sub pœna mille marcharum Sterlingorum majoris ponderis.* In veteribus Tabulis Camera Comput. Paris. legi S. Ludovicum statuto ann. 1265. vetasse ne *Esterlingi* altiori pretio quam 4. Turonensium caperentur, idque ad 15. mensis Augusti, eoque elapso illorum penitus usum interdixisse. De *sterlingorum* Anglicorum *recti ponderis* in Francia valore, idem statuatur Statuto Philippi Pulcri ann. 1289. mens. Aug.

¶ Statutum S. Ludovici mox a Cangio laudatum edidit de Lauriere tom. 1. Ordinat. Reg. pag. 95. cui alterum præmisit ejusdem anni ibid. pag. 94. ubi *Esterlingi*, seu *Estellins* (Gallica sunt hæc duo Statuta) quatuor Turonensibus pariter æstimantur. Currebant autem in Galliis nostris *Esterlingi*, quod in iis plures olim provincias Angli possiderent.

¶ Charta ann. 1219. ex Bibl. reg. : *Tenetur integre sine difficultate persolvere in proximis mundinis S. Johannis Trecentis apud Treacas... triginta marcas bonorum novorum et legalium Sterlingorum, scilicet, viij. solidis et quatuor Sterlingis pro marca qualibet computandis.* Idem pretium *Sterlingi* assignatur in Ch. ann. 1232. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. Alia ann. 1324. in Reg. C. Chartoph. reg. ch. 28 : *Estellins chascun baillié pour cinq petiz deniers, gros Tournois d'argent à un O chascun pour quinze deniers.* Liber nig. S. Petri Abbat. scriptus ann. 1487. fol. 53. r. : *Lesquelz vingtz sols d'Estrelins sont estimez chascun an à six escus, qui vallent vij. livres, iiij. sols.* Vide infra *Stellingus*.

De vocis etymo et origine discrepant viri docti, quorum sententias breviter retexam, uti lectori, que magis arriserit, liceat amplecti. Lindwodus ad Provinciale Cantuar. Eccl. lib. 3. tit. 13. a voce Anglica *Starling*, quæ *Sturnum* sonat, deducit, et dictum vult quod in nummis Eduardi Confessoris deprehenderit quatuor aves effectas ad Crucis ibi depictæ latera. Sed an Sturni sint, vel Columbæ, vix quispian pro certo affirmavit. Deinde in cæteris Regum Anglo-Saxonum nummis nullam prorsus reperire est dilineatam avem.

Buchananus ait *Scoticum* vulgus *Sterlingum* dictum existimare, a castro *Starlin*, et *Striveling*, nuncupato. Verum

etsi *sterlingorum* mentionem fieri in veteribus Regum *Scoticorum* legibus certum sit, nemo tamen sanæ mentis inde *sterlingorum* originem manasse censet, nisi certis argumentis probetur in eo castro cusos primum *sterlingos*.

Watsius *sterlingos* denominatos censet, a *starro*. Ita vero apocham, seu *adquietantiam*, vocabant Judæi Anglici, ita ut probati nummi sic appellati sint, quod scilicet tam boni purique essent, ut eos non recusarent vel ipsi Judæi : vel a voce Anglica *Starre*, id est, stella, quod plerique veterum Anglicorum nummorum stella insigniti sint. Nam et *Starlingus*, perinde ac *Sterlingus* scribi annotavit Spelmannus.

Sommerus vocis originem a Saxonico accersit, steore, i. e. lex, canon, regula, quod ejusmodi nummi, pondere, forma et materia *legales* sint, seu regulares. Unde vulgo probata moneta, *bona et legalis*, dicitur : *ling*, addito in vocis productionem, uti in plusculis Anglicis vocabulis factum observat.

Postrema denique super vocis etymo sententia, quam amplectuntur Cambdenus in Scotica, Spelmannus, Jacobus Wareus in Antiq. Hibernic. cap. 25. et alii, ea est quam ex Annalibus Anglicis erutam scribunt, a Germanis scilicet Daniæ vicinis, quos ab Orientali situ, *Esterlingos* appellamus, *Esterlingos* nummos nuncupatos : seu, ut in iisdem Annalibus habetur, quod ii in Angliam aliquando venientes artem purgandi argenti et feriendi intulerint : vel (quod mihi videtur probabilius) quia Normanni nostri, ut primum in Angliam sedem fixerunt, Willelmo Notho duce, veteres regionis incolas, origine Saxonicos, nulla alia denominatione donarent, quam ea quæ apud Francos in usu passim habetur, *Esterlingorum* nempe, qua appellatione ii Germaniæ populi, qui in Daniæ confiniis habitabant, vulgo innotescebant. Unde cum Anglo-Saxonicum Regum monetam denotare vellent, quæ probator erat quam Francia et Normannica, *monetam Esterlingorum*, id est, Regum Saxonum dicebant, eam scilicet quæ ante Normannorum in Angliam ingressum in commerciis obtinebat. Paulo aliter Cambdenus, scribens *Esterlingos* a Joanne Rege in Angliam primum evocatos ad argentum in suam puritatem redigendum. Utcumque se res habeat, constat ante Normannos Anglicos vix in quopiam diplomate aut scriptore vocem *Sterlingorum* usurpatam reperiri. Primus enim, ni fallor, Ordericus Vitalis eam extulit, vocabulo parum immutato, jam ab ann. 1066. nam *libras Sterilensium* vel *Sterilensis monetæ*, vocat non uno loco, pag. 495. 523. 544. 580. 602. 768. 786. 788. quæ aliis *Sterlingorum* dicuntur. Sed et observandum pag. 495. Anglicam monetam a *Sterilensi* videri distinguere, dum ait Mainerio Abbati 44. *libras Angliæ monetæ* Monasterio S. Ebrulfi erogatas a Lanfranco Archiep. Cantuar. et a Rogero de Sappo 40. *libras Sterilensium* eidem missas Abbati : ubi Anglica moneta pro *usuali*, *Sterilensis* vero pro probata sumitur.

Jam vero Saxones Germanicos, a quibus originem duxere Anglici, *Osterlingorum*, seu *Esterlingorum* appellationem Scriptoribus nostris innotuisse, probant plus satis Annales Francorum veteres, qui ita dictos observant quod ad austrum, seu ad Orientem habitarent, aliorum Saxonum respectu, qui ad Septentrionem et ad Occidentem vergebant.

Quippe olim Saxonia, seu potius Saxonum ditio, procul in Germaniam protendebatur; dividebaturque in tres potissimum provincias, quarum una ad Orientem, altera ad Occidentem, tertia ad Aquilonem porrigebantur. Hanc Saxoniam partitionem docet plane Witi-kindus lib. 1. Gest. Saxon. pag. 7. dum ait in *Orientalis populos, Angarios, atque Westualos*, Saxones fuisse divisos. Quod etiam ante Witi-kindum agnoverat Poeta Saxonicus lib. 1. de Gestis Caroli M. ann. 772. vers. 24 :

Quot pagos, tot pene Ducas, velut unius artus  
Corporis in diversa forent hinc revulsi,  
Sed generalis habet populus divisio ternos,  
Insignita quibus Saxonia floruit olim.  
Nomina nunc remanent, virtus antiqua recessit.  
Denique Westfalos vocitant in parte manentes  
Occidua, quorum non longe terminus amne  
A Rheno distat. Regionem solis ad ortum  
Inhabitans Osterlingi, quos nomine quidam  
Ostvalos alio vocitant, confinia quorum  
Infestant conjuncta suis gens perfrida Selavi.  
Inter prædictos media regione morantur  
Angarii, populus Saxonum tertius, horum  
Patria Francorum terris sociatur ab Austro,  
Oceanoque eadem conjungitur ex Aquilone.

Osterlingorum denominationis rationem ipsa prodit appellatio. Dicti enim, quia ad Austrum, aliorum Saxonum respectu, habitabant. Haud procul ab Obacro statuuntur a Poeta Saxon. ann. 775. vers. 40 :

Inde movens Carolus regiones venit ad illas,  
Quos Osterlingi retinent, seditque locatis  
Ad fluvium castris, qui nunc Ovacra vocatur.

Ex quibus abunde patet Osterlingos eosdem esse qui alias in Annalib. Francor. et in Vita Caroli M. ann. 775. *Austrelindi* vocantur, ubi perperam libri omnes editi, *Austrelendi*, præferunt. [\*\* Utroque loco Poetæ Saxon. Pertz. legit *Osterliudi*.] Nec scio, quod fere ausim affirmare, an mendum irreperit in Annal. Franc. Metens. ann. 688 : *Pippinus successibus prosperis Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlindo vocant, suscepit principatum*. Nam pro *Francorum* restituendum censuerim, *Saxonum*, et pro *Osterlindo*, facili emendatione, *Osterlinds*.

Fuit igitur Saxonum gens in tres potissimum distributa populos, *Osterlingos* nempe, *Angarios* seu *Angrarios*, et *Westfalos*. Postremorum manet etiam appellatio in Westfaliæ provincia, Rheno finitima.

De Osterlingis crebra est mentio in Annalibus Franc. Hi numero cæteris præpollebant, ut est in Annalib. Bertinianis ann. 841 : *Saxonibus, qui Stellinga appellantur, quorum multiplicior numerus in ea gente habetur*. Ubi obiter observandum jam inde non modo *Osterlingorum* nomen in *Sterlingorum* appellationem contrahi cœpisse, sed et littera *r*, in *l*, mutata, *Stellingos*, vocatos, uti vocem hanc in re monetaria extulisse Francos posterioris ævi constat. [Litteræ Philippi Augusti Francorum Regis ann. 1211. apud de *Lauriere* tom. 1. Ordin. pag. 31 : *Et volui et concessi eisdem (Monetariis), quod ipsi pro mercede operariorum (f. operarum) eorum habeant et percipere valeant de XVI. marchis et XL. Stellingis LX. solidos et IV. denarios ad marcham de civitate Trencensem.*] Willelmus Guiart. ann. 1204 : *Qui coustassent tant d'Estellin*.

\* **ESTERMINARE**, Extra terminos ejicere, abigere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Eyssilhar, Prov. exulare, Exterminare*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 44. vº : *Quidam be-*

*ginus fuerat absconditus seu Esterminatus, quia volebat decipere et tradere inquisitoribus Petrum et Guillelmum Auterii hæreticos*. Vide *Exterminium*.

\* **ESTERNULUS**, [Avis. Gall. étourneau. DIEF.]

\* **ESTESSUS**, Gall. *Etaye*, Fulcrum, tabulatum. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 128 : *Cum dicti Guillelmus et Johannes quemdam caminum de plastro... reparassent mediantibus Estessibus, qui eschafaudi vulgariter nuncupantur, etc.*

† **ESTEVENENSIS**, vel **STEPHANENSIS** **MONETA**. Vide in *Moneta Baronum*.

\* **A Gallico Estevene, Stephanus**. **Estiar**. MS. :

Li coulons qu'est stephanin  
Nos doit saint Estevene nonchier,  
Qui pour Dieu se laisse pener.

Unde *Estevenon*, nomen proprium mulieris, *Stephania*, in Ch. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 11. rº. col. 2 : *Jehan Fouquet le Genne et Estevenon sa femme, etc.*

† **ESTIBULATIO**, pro *Stipulatio*, Sponsio, promissio. Vide in hac voce.

† **ESTICKE**, Numerus anguillarum. Vide *Stica*.

† **ESTIFER**, *Ferens estatem vel estum*. Jo. de Janua.

† **ESTIGIA**, Idem quod *Hostisia*, ut patet ex Charta Benjamin Abb. Branensis ann. 1213. cujus inscriptio est, *De duabus Estigiis ; tenor vero Nos duas Hostias, quas habebamus, etc.* Habetur in Tabulario S. Medardi Suesionensis. Vide *Hospitatus in Hospes*.

\* **ESTILGUACHIA**, Obligatio, qua vassallus tenetur excubias agere in castro domini sui, idem quod supra *Eschargaita*. Charta Guid. vicecom. de Combornio ann. 1284. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 424 : *Ipsos (homines nostros) ab omni quæsta, tallia, Estilguachia et manobru... excepta Estilguachia, si cum aliquo barone vel bona villa nos seu successores nostri guerram haberemus, liberamus*. Vide supra *Estannus* et *mox*.

\* **ESTILLUS**, Somnus, Angl. *Sleepe*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Estillus, sompne*.

\* **ESTIMA**, Æstimatio, pretium, valor, Gall. *Estimation*. Charta ann. 1299 : *Bajulus ad instantiam illius qui recipit damnum et emptoris talarum facit pignorare malefactoris usque ad Estimam prædictam factam per taxatores eosdem*. Alia ann. 1326. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 104 : *Quia vero Estima pretii Estimam rerum ad dictam donationem pertinentium videtur excedere, etc.* Vide *Æstimium* et infra *Estima*.

\* **ESTIMAGIUM**, pro *Esmagium*, in Charta ann. 1163. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 617. Vide in hac voce.

\* **ESTIMERE**, Facultates et omnia quæ sunt in bonis, idem quod *Averium*. Charta Rob. de Cocciaco dom. de *Pinon* ann. 1213. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 116 : *Si quis mansionariorum de Pinon in ipsa villa manere renuerit, ejus possessionem, quæ vulgo Estimere nuncupatur, sine reclamacione possidebimus*.

**ESTIMIUM**, Æstimatio, quæ species est opinionis, velut de visu. Papias. Hinc nostris *Estime*. [Vide supra *Æstimium*.]

\* **ESTIMUM**, Major ætas, cui sua est existimatio, opinio. Charta ann. 1183. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 169 : *Hoc est sacramentum et pactum, quod dominus Weccello et Gabriel ejus filius de Camino fecerunt hominibus et communi Tarvisis : quod pac-*

*tum et sacramentum filii prædicti Gabrielis, quando erunt ad Estimum, nisi fuerint clerici, debent facere*.

\* **ESTIRO**, Modus agri. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. J.J. rub. fol. 27. rº. : *Nec ab aliquo vivente tenebant aliquid, nisi ab ipso domino rege, exceptis decem Estironibus terræ, quos dicti Arnaldus et Vitalis de Saubar tenent... et exceptis septem Estironibus terræ, quos prædictus P. de Cabanes tenet cum iij. den. Burdegal. de feodo*. Privil. concessa ab Eduardo reg. Angl. habitatoribus Salveter. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 658 : *Item statuimus quod quilibet burgensis dictæ villæ possit retinere de terris et possessionibus, quas habebit circa villam, duo boves per aratrum excolere poterunt bono modo, et unum Estironem terræ pro orto, et ad opus vinearum unam conquatam terræ*. Vide supra *Espeusalata*.

1. **ESTIVA**, [Johanni de Janua, dicuntur loca in nemoribus, ubi in estate bestie sub umbra morantur, ut vitent calorem ; unde *Estivare*, ad umbram in estate quiescere.] Vide *Æstiva*.

† 2. **ESTIVA**, Dolium. Inventar. ann. 1841. ex Archivo S. Victoris Massil. armor. Arelat. num. 1 : *Item unum inbucum magnum et aliud parvum, unam Estivam de fuste*.

\* Hinc forte *Estivelot*, vasis genus, in Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbat. fol. 117. vº. ad ann. 1365 : *Un pot de demi lot d'estain, trois Estivelos et deus sausserons d'estain*.

\* **ESTIVAGIUM**, Jus quod ex piscibus percipiebatur. Charta ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 305 : *Item sur le prin et l'Estivaige piscium apud Caynonem, etc.*

1. **ESTIVALIA**, *Ocreæ*, in veteri Vocabulario Juris utriusque. Species calceorum sunt, de quibus jam in *Æstivalia*. *Estivalibus etiam largis seu botis altis pro calceamentis utantur*, in Capitulo generali S. Victoris Massil. ann. 1312. *Nullus vir vel mulier audeat portare in suis Estivalibus sotularibus vel botinis punctas dictas de Polayna*, in Litteris Caroli V. Franc. Regis ann. 1367. pro Monspelensibus de forma vestium. Vide *mox Estivallus*.

\* *Estuvaux*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 312 : *Uns Estuvaux, deuz besasses, etc. Estivall. apud Joivil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 26. Le Roman de Perceval ibid. in Glossar. :*

Uns Estivaux forrés d'armins  
Chauça li rois, etc.

**ESTIVALLUS**. Statuta Ord. Cartusien-sis ann. 1368. 2. part. cap. 1. § 1 : *Quicunque incisos sotulares, quos vulgo Estivallos vocamus, portaverit aut inter duo lintheamina jacere præsumperit, etc.* [Rursum occurrit in quodam Codice MS. S. Martialis Lemovic. n. 58. pag. ult. ubi de Raymundo Abb. et in Computo J. Humberti sub Guigone Dalphino ann. 1328. *Estivellus*, in Spicilegio MS. Fontanell. pag. 422. Vide *Estofferius* et] *Æstivalia*.

\* **ESTIVARE**, [Ad umbram in estate sedere. DIEF.]

† **ESTIVATICUS**, Æstivus. Vide *Corrogata*.

\* **ESTIVELLUS**. Vide *Estivallus*.

† **ESTIVUM**, Æstas, Gall. *Esté*. Præ-senti *Estivo*, præterito *Estivo*, passim in lib. Sentent. Inquisit. Tolos. a Ph. Limborch. edito.

\* **ESTOBLAGIUM**, Præstatio pro facul-

tate depascendi porcos in stipulis, nostris Estoblage et Estoublage ; a voce *Estouble*, Stipula vel culmus, nunc *Esteule* : unde *Esteuler*, Stipulas colligere, in Ch. ann. 1343. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Que nous avons aisement de Esteuler audit terroir de Bucy*. Charta ann. 1114. ex Tabul. episc. Carnot. : *Item confirmamus eis Estoblagia et quadrigagia, quæ ultra nos super ipsiis terris habent*. Alia ann. 1242. ex Cod. reg. 5456 : *Item totam decimam Estoblagii porcorum et herbagii ovium, quos burgenses habent, percipient*. Alia ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 118 : *Le pasnage et l'Estoublage des pors aus homes de la ville, la. solz Par. Denique alia ann. 1401. in Reg. 162. ch. 341 : Icelux prévostz et chacun d'iceulx... doivent avoir sur l'Estoublage d'icelle forest chacun six deniers Tournois*. Lit. remiss. ann. 1470. in Reg. 196. ch. 280 : *Ainsi que les supplians faisoient pasturer leurs beufs arans en une Estouble ou garet, etc. Estroble*, eadem notione, in aliis ann. 1469. ex Reg. 197. ch. 107 : *Les supplians frent mener leurs beufz et porceaulx en leurs Estrobles ou chaumes dudit champ pour illecques les faire paistre*. Vide *Estoublagia* et *Stoublagium*.

\* **ESTOCAGIUM**, ut *Estochagium*, Jus stipites extirpandi. Locum vide supra in *Escoragium*. *Etançot*, Truncus, stirps, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 38 : *Estienne Clément... chei à terre sur un tronç d'arbre coppé, que l'en dit au pais* (Lyonnais) *Etançot*. Idem forte sonat vox *Esgot*, nisi sit pro *Surculus*, in Lit. Phil. du cis Aurel. ann. 1361. ex Reg. 124. ch. 357 : *Oudit usaige peuvent prendre... la fouchiere et les racines d'icelles érachier et fauchier à quelconques ferremens qu'il leur plaira, hors l'Esgot des chasnes*.

\* Aliud sonat *Estocage* in Ch. Andr. de Chauvingni dom. Castri Radulfi ann. 1325. ex Reg. 65. bis ch. 278 : *Avons franchi... Ameline fama feu Grangier... et touz leurs hoirs mastes et femeaux... de taille... vendes, Estocage et de toutes autres costumes*. Ubi idem videtur quod *Estocage* in Consuet. de *Surene* art. 3. Censu scilicet, qui pro relevio solvit, Vide *Ectocare*.

† **ESTOCHAGIUM**, Lignatio seu Jus percipiendi ligna in silvis. Charta Theodorici de *Sanzeilles* ann. 1217. in Tabulario S. Nicasis Rem. : *Forestarius Estochagium suum in nemore accipiat*. Altera Nicolai de *Ruminiaco* ann. 1214 : *Famuli nemora custodient et suum Estochagium... ad medietatem inter se divident*. Vide *Stoc*.

† **ESTODIRE**, pro *Studere*, Curare. Charta Childeberti III. Franc. Regis, ann. 694. apud *Felibianum* Hist. Sandionys. pag. xv : *In autoricio eus Estodiant defensare*.

\* **ESTOFFA**, nostris *Estoffe*, Res seu materia quævis, unde aliquid conficitur vel ornatur. Arest. parlam. ann. 1368. in Lib. 1. stat. artif. Paris. fol. 306. rº. ex Cam. Comput. : *Conseuerunt dicti mercerii... a mercatoribus foraneis Estoffas eboris, iweor, seu burnei, et alias diversas denariatas ad dictum eorum ministerium cutellorum necessarias.... emere.... Conseuerunt etiam dicti mercerii suas Estoffas diversis artificibus villæ Paris. tradere ad opus et ministerium cutellorum faciendum*. Charta Rob. abb. Marchiens. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 106 : *Et se en aucun temps, tant comme il le (manoir) tenront, gros marien y falloit par enviesissure,*

*livrer leur devons l'Estofe au devant dit manoir*. Stat. ann. 1407. in Reg. 162. ch. 188 : *Aucun dudit mestier... ne face cauderons, cauderetes ou pos d'arain de vielle Estoffe sans reffondre. Le suppliant doit paier le mire et les Estoffes qu'il conviendrait pour saner la playe*, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 195. ch. 260. Unde *Estofer*, Instruere, munire. Pactum ann. 1318. in Reg. 59. ch. 150 : *Li habitant estoient tenuz et devoient amener nostre vins à leur voitures pour Estofer nostre hostel*. Hinc *Estoffure*, Ornamentum, vulgo *Garniture*, in Invent. MS. ecll. Camerac. ann. 1401 : *Un cornet d'yvoire sans Estoffure*. Et *Estofferesse*, Sacculorum seu crumenarum artifex, Gall. *Boursiere*. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. ch. 64 : *Alipson l'Aignelette Estofferesse de bourses demourant à la Croix du Tirouer, etc. Estofferesse*, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 429 : *Jehanne la Poulaine Estofferesse de bourses de soye en la rue de la Harpe à Paris*. Gens d'*Estoffe*, Virtute illustres, apud *Froissart*. 2. vol. cap. 27 : *Thomas Trivet n'avoit en sa compagnie que cent lances ; mais c'estoient tous gens d'Estoffe*. Vide *Stuffare*.

† **ESTOFFATUS**, Instructus, munitus, Gallice *Estoffé*. *Chronicon Bonæ Spei* pag. 264 : *Tenebuntur exhibere mille et sexcentas corruas de carribus munitis et Estoffatis rationabiliter sine dolo*. Charta Walteri de *Hamello* ann. 1217. ex Tabulario *Corbeiensis* : *Volu etiam et concessi, quod si decima ipsa undecim modios bladi, sex scilicet frumenti et quinque avenæ ad mensuram Corbeix plenarie Estoffatos singulis annis non valeret, defectum undecim modiorum prædictorum de meo teneor adimplere*. Ubi plenarie *Estoffatos* idem est quod bene mensuratos et impletos. Vide *Stuffare*.

† **ESTOFFERIUS**, Cælator, intertextor, Gall. alias *Estoffeur*. Extractum *Computi Joan. Humberti* de exitu sigilli D. Guigonis Dalphini ann. 1328. in *Adversariis Domini Lancelot* : *Item, pro unis estivallis et quatuor paribus sotularium ad opus Domini solvit Granjono Estofferio Gratianopolitano, xx. Turonenses argenti... Item solvit cuidam Estofferio qui moratur Gratianopoli ante domum Johan. sellerii pro estivallis Domini, xviii. sol.* Ordinatio *Humberti II.* pro Hospitio Dalphinali ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 308. col. 2 : *Item, Johannes Vitoni et Franciscus sint Codurerii nostri... Item, Colivrus sit Estoffarius noster*. Vide *Stuffare*.

\* Leg. *Escofferius*, qua notione etiam intelligendum. Vide in hac voce.

† **ESTOLIUM**, [Classis, navis, vel etiam Exercitus terrestris.] Vide *Stolus* 2.

\* **ESTOLUM**, Classis, Gall. *Flotte*. Lit. Sold. ad *Pisan.* apud *Lamium* inter not. ad Hist. Sicul. *Bonincont.* part. 1. in *Delic. erudit.* pag. 209 : *Quando nostrum Estolum exiit, eum imperamus ut non tangant aliquem (de) vestra gente*. Vide *Stolus* 2.

\* **ESTON**, inter minutas fruges, si tamen bene lectum est, recensetur. Charta ann. 1244. in *Chartul. S. Corn. Compend.* fol. 124. rº. : *Si vero vechia non triturata vendita fuerit, vel abbas Eston non trituratam retinere voluerit, habebit ipse duas partes et major tertiam*. Forte pro *Escou*, aut quid simile. Vide supra *Escorto*.

\* **ESTOPA**, a Gallico *Etoupe*. *Stupa*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 336 : *Cape de Estopis et ponas sibi in vulnere, adeo quod ulterius*

*non valeat sanguinare*. Unde nostris *Estoupillon*, Id quo aliquid obturatur. *Alia* ann. 1427. in Reg. 173. ch. 80 : *Le suppliant coppa l'Estoupillon d'une cane ou cruche qu'il portoit, en laquelle avoit de la servoise*. Vide infra *Extopare*.

† **ESTOPPARE**, Impedire, a Gallico *Estoupper*, Angl. to *Stop*. *Obturare*. Charta *Edwardi IV.* Angl. Regis ann. 1473. pro *Episcopo Dunelmensi*, apud *Rymer*. tom. 11. pag. 783. col. 2 : *Et quod nec præfatus nunc Episcopus, nec successores sui, occasione præmissorum seu aliquid eorum, nec acceptationem præsentium, de libertate prædicta (obolorum fabricandorum) aliquo modo in futurum Estoppentur seu præjudicentur ; set omnibus libertatibus et regalibus suis per antea gaudeant et utantur, præsentibus non obstantibus*.

\* **ESTOQUETUS**, Hisp. *Estoque*, Verutum, gladius. Invent. ann. 1361. ex *Tabul. D. Venciæ* : *Item unum Estoquetum*. Vide *Stochus*.

\* **ESTOQUUM**. DE *ESTOQUO*, Punctim, Gall. d'*Estoc*. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 462 : *Dictum Johannem Squatii a parte retro in squinis sive renibus uno magno ictu de Estoquo percussit Johannes Vincentii*. Unde *Estiquer*, *Estocer*, *Estochier* et *Estiquer* nostris, pro *Punctim ferire*, Hisp. *Estoquiar*. Lit. remiss. ann. 1367. in Reg. 99. ch. 208 : *Icellui Ancel et ses complices fèrèrent et Estoquerent de bastons ferrez et de coutiaux après ledit exposant*. *Alia* ann. 1365. in Reg. 98. ch. 671 : *Hannequin de la Wagne chaudralier cuida et vult Estochier et fèrir ledit Jehan d'un coutel*. *Alia* ann. 1372. in Reg. 104. ch. 96 : *Icellui Heulin eust trait son coustel, duquel Estoca par trois fois ledit Jehan*. Occurrit rursus *ibid.* ch. 241. *Alia* ann. 1374. in Reg. 105. ch. 274 : *Icellui bastard et ses complices se avancerent vers la porte de la ville que il trouverent fermée et y Estiquerent de lances et de piques en faisant assaut fourmel*. *Icellui Jehan Estiqua ou ficha de son plançon sur le rondel, tant qu'il le fendit*, in aliis ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 197. Vide infra *Stochum*.

† 1. **ESTOR**, *Johanni* de *Janua*, *Vorator*, epulo, manducans, mandax, ardelio, ab *Edo*, es. Gloss. Lat. Gall. *Sangerman.* MSS. : *Estor, ris, Mangeur, Gouliart*. Vide *Estrix* et *Goliardus*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Estor, Goliart, ou grant mangeur. Estrix, Gloutonne*.

† 2. **ESTOR**, ORIS, *Clavus quo temoni aptatur jugum*, apud *Laurentium* in *Amalthea*.

\* **ESTORAMENTUM**, Quidquid ad vitæ et vestitus necessaria pertinet, nostris *Estoirement* et *Estoremment*, eadem notione, et pro omni apparatu, sive bellico, sive domestico, a verbo *Estorer*, Instruere, vulgo *Meubler*. *Annal. regni S. Ludov.* edit. reg. pag. 318 : *Le Roi Estora ladite meson de liz et d'autres ostillemenz, qui leenz estoient nécessaires*. Reg. visitat. *Odon. archiep. Rotomag.* ab ann. 1248. ad 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 23. vº : *Plura habent Estoramenta et sufficientia usque ad annum*. Charta ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 918 : *Comme lesdiz moines aient peu de bois pour leur Estoirement de chauffer et ardoir, ne pour leurs édifices faire, etc.* Pactum inter *Joan. du cem* et *episc. Maclov.* ann. 1365. tom. 1. *Probat. Hist. Brit. col.* 1603 : *Des bléz... que ils feront charger pour convertir en vins ou autres vivres et denrées pour leurs Estoremmentz*

etc. Lit. ann. 1374. tom. 6. Ordinatio reg. Franc. pag. 55. art. 2: *Ordonnons que Marie nostre fille soit contente de cent mil frans que nous lui avons ordonné donner en mariage, avecques tels Estoremens (infra non semel Estoremens) et garnisons, comme il appartient à fille de roy de France.* Christ. Pisana in Hist. Caroli V. part. 2. cap. 9: *Et ainsi de tous Estoremens de guerre se pourvey.* Infra: *Envoya le roy gens d'armes en bel et bon Estoremement.* Charta ann. 1357. in Reg. 89. ch. 103: *Huches, huchiaus et autres communs Estoremens d'ostel, etc.* Pierre Canin avoit baillé à titre de loter audit Demia certains instrumens ou Estoremens, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 518. Vide supra *Estauramentum* et infra *Estornamentum*.

ESTORAMENTA LECTORUM. Quidquid ad instruendum lectos necessarium est, forte pro *Instrumenta*. Charta Philippi VI. Franc. Regis ann. 1340: *Quod fuerint in possessione et saisina talis libertatis et immunitatis quod dictus Archiepiscopus existens in villa Remensi, aut gentes suæ, lectos, culcitra, cussinos, coopertoria, aut alia Lectorum Estoramenta, in domibus istorum conquerentium capere nequeunt, nisi ad hoc eorumdem conquerentium voluntas occurrat.*

ESTORCHERA, Joan. Germ. Cabillon. episc. in Vita Phil. III. ducis Burgund. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 68. ubi caput 40. inscribitur: *De cohortibus quas Estorcheras appellant. Perperam haud dubie pro Escorcheras: ibi enim sermo est de iis militum turmis, quos les Escorchers vocabant; de quibus ita Monstrel. in vol. 2. ad ann. 1437. fol. 150. v: Lesquels (François) on nommoient en commun langage les Escorchers. Et la cause pourquoy ils avoient ce nom, si estoit pour tant que toutes gens qui estoient rencortrez d'eux, tant de leur party comme d'autre, estoient dévestuz de leurs habillemens tout au net jusques à la chemise: et pour ce quand iceux retournoient ainsi nuds et dévestuz en leurs lieux, on leur disoit qu'ils avoient esté entre les mains des Escorchers.* Lit. remiss. ann. 1441. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 85: *Aucuns compaignons de guerre, nommés ou pays (Laonnois) les Escorchers, avoient, ou les aucuns d'eux, bouté le feu en une maison.* Vide infra *Scoriaris* et *Escorioras*.

ESTORIATUS, Acu pictus, figuris intextus. Charta ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armat. Massil. n. 988: *Item unam stolam pulchram Estoriatam imaginibus B. Mariæ cum manipulo.* Vide *Historiare* 2. et *Historiatus*.

ESTORIUM, ut infra *Estoverium*, Subsidium, nutrimentum corporis, et generalius quidquid convenit necessariumve est ad victum, vestitum, conditionem, ut olim *Estovoir*. Charta Henrici Regis Angliæ circ. ann. 1155. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 111. ad calcem: *Vidua post mortem mariti sui... si de castro recesserit, statim provideatur ei domus competens, in qua possit honeste morari, quousque dos sua ei assignetur secundum quod prædictum est, et habeat rationabile Estorium suum.*

ESTORNAMENTUM. Quidquid ad navim instruendam conducit. Charta ann. circ. 1256. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 522. *In quibus (pecuniis) idem dom. rex tenetur dom. comiti pro navibus suis de Ruppella, quas habuit idem dom. rex, et pro Estornamento ipsarum... Vel si non placeat dom. regi solvere hujus pecuniam; quod saltem dom. comiti*

*tradam unam de navibus suis cum Estornamento ejus, etc.* Vide supra *Estoramentum*.

\* Aliud sonat *Estocement*, Cautela scilicet, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 238. *Michelet de Voir a telement menée ladite Simonne, que il a eu compaignie à elle, et les a ledit Mathe trouvez ensemble couchiez en sa propre maison Estocement enfermez.*

\* ESTORRESSA, Emendatio, multa, compensatio. Charta ann. 1308. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 341: *Pro quolibet porco mentito, quem habent ultra numerum quem asserent se habere, quinque solidos pro pena seu Estorressa sui mendacii solvere tenentur.*

ESTOUBLAGIA. Charta Odonis Archiep. Rotomagensis ann. 1262. in Regesto archivi regii 31. fol. 27: *Costuma denarii et oboli, vendæ, furni, molendina, molia sicca, Estoublagia, quarriagia, messeria, servitia vavassorum, servitia rusticorum, etc.* Vide *Concilia Ecclesiæ Rotomag.* pag. 268. Vox formata ab *Estouble*. Will. Guiart in Historia Francica MS. ann. 1304:

La ens giet d'armes et de nus,  
Par jaschieres, et par Estoublies.

Infra:

Et grant planté de charretons,  
Par Estoublies et par bruières.

Ubi *Estouble* videtur esse quod *Esteule*, stipula, vel culmus. Unde *Estoublage* fuerit onus colligendi vel censitandi stipulas post peractam messem, ad rusticarum ædium tecta. Sed hæc sunt mæra conjecturæ. [Vide *Manducalis*.] [\* Vide supra *Estoblagium*.]

ESTOVERIUM, significat apud Practicos, ait Cowellus, quandoque nutrimentum corporis, quandoque potestatem capiendi ex aliena silva lignum foco, aratris et sepibus reparandis necessarium.

Prima notione dicitur *Sustentatio rationabilis*, in Legibus Malcolmii II. Regis Scotiæ cap. 3. § 5. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 22. n. 4: *Vidua... quousque dos sua sibi assignetur... habet rationabile Estoverium suum interim de communi.* Statuta secunda Roberti I. Regis Scot. cap. 22. § 5: *Si idem captus fuerit de feloniam, tunc residuorum catalorum suorum, ultra Estoverium suum prædictum, Domino Regi remaneat.* Assisiæ Hierosol. MSS. cap. 122: *Le Seigneur li doit donner ses Estoviers souffisamment, tant come il sera en cel sien service, tout soit ce que il n'ait mie en fié Estovieres heus.* Adde cap. 250. 267. Willelmus Guiartus de S. Thoma Cantuariensi:

Mais il trouva tel recouvrance,  
El vaillant Roy Lois de France,  
Qui lui bailla son Estovier  
Sept ans, sans soi de lui mouvoir.

[Le Roman d'Athis MS.:

Or vous convient moult enseigner,  
De pou parler de pou mouvoir,  
C'ils nous diront vostre Estovoir.]

Vide Bracton. lib. 2. cap. 40. § 1. lib. 4. tract. 1. cap. 98. § 2. cap. 41. § 1. Fletam lib. 1. cap. 26. § 2. lib. 2. cap. 41. § 33. 94. cap. 25. § 1. Brittonum pag. 117. Ske-neum de Verborum significat. Vide *Estoverium*, Glossarium ad Willharduinum, et infra in voce *Stuffare*, [supra vero in *Estorium*.]

Altera notione. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 29: *De Estoveris bosci, proficuo capiendi in bosco, de nucibus et*

*glandibus et aliis fructibus colligendis, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 849: *Quicquid ei necesse fuerit ad usus proprios, et ad omnia Estoveria sua, tam ad omnes granngias suas intra forestam, etc.* Adde pag. 875. 938. 1001. et Brittonum cap. 60. [Thom. Madox Formul. Anglic. pag. 122.]

\* Quidquid alicui necessarium est. *Estavoir*, in Bestiario Ms.:

Tousjours est par coutument  
En une place solement;  
Nule fois ne s'en quiert mouvoir,  
Car tout i a son Estavoir.

\* *Estevoir*, Res quævis, negotium, quidquid ad aliquem spectat, in Charta ann. 1262. ex Chartul. S. Pet. Insul. sign. Decanus ch. 156: *Et le m'ait donné frankement sans les quatre choses, c'on apiele justice haute, ensi ke jou suis tenuis de l'église aidier et consellier, et de venir et d'aler à ses consaus et à ses Estevoirs, s'oulonc cou ke jou serai requis de par li.*

† 1. *ESTRA*, Porticus, Gall. Galerie. Inquisitio anni 1279. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 20. col. 2: *Et vidit et audivit, quando dominus Petrus de Morgis in Estrā domus Episcopalis Dyensis recognovit, et confessus fuit publice, etc.* Charta concordie inita inter Hugonem II. Episc. Gratianop. et Guigonem Comitem qui vocatur Delphinus, in Chartulario Eccl. Gratianop.: *De Estrā Aimonis statutum est, ut destrueretur, quando Estræ Episcopi destructæ essent.* Charta Thossiac. ann. 1404: *Tenet quamdam domum altam et bassam cum Estris existentibus ante dictam domum: habet plateam Stammi subtus Estras suas. Estræ vel Estrée, Gallis veteribus erat Iter, a quo dici potuerunt Estræ, quod facilem aditum pendant.* Vide *Strata*.

\* Atrium aliis ædificiis, murisve aut alio sepimento circumdatum et superius apertum, Gall. *Cour*, in Inquisit. ann. 1279. supra laudata, ut mihi videtur. *Estræ*, eadem acceptio, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 513: *Guillemet le Prévost demoura en l'Estræ ou la court dudit hotel, et il estant oudit Estræ ou court il oy bien crier les commatissaires sur les faulx marchans de sel.*

\* 2. *ESTRA*, Ædificium alteri appensum, vel domuncula, turgurium, Gall. *Appentis, maisonnete*. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 278: *Gallinas renduales debitas per particulas quæ secuntur;... borda defuncti Matthæi Eyraudi, meteria defuncti Gileti de Caturco, Estrā defuncti Colini Morelli, Estrā Borelleri. Neque aliter interpretor Chartam ex Chartul. Gratianop. 2. loco propositam supra. Estræ et Estrage, eodem sensu, nostris. Recognit. feud. dom. de Buri ann. 1366: *Une place assis en la ville de Cangy joust l'Estræ Noel Foacier d'une part, et joust l'Estræ feu Regnaut Pinari.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 153. ch. 119: *Hugues Crestien avoit fait faire un Estræ sur les murs de ladite ville de Vienne.* Aliæ ann. 1466. in Reg. 194. ch. 212: *Le suppliant et sa femme allerent demeurer en ung petit estrage (sic) qu'ilz avoient prins à rente, ou quel Estrage ils ont tousjours demouré. Estrage vero, pro Aræ, ubi frumentum excutitur, in Lit. remiss. ann. 1462. ex Reg. 198. ch. 279: *Ainsi que le suppliant battoit du blé... en l'aire ou Estrage de l'ostel de lui et de son frere.* Aliud sonat *Estræ* in aliis Lit. ann. 1477. ex Reg. 203. ch. 61: *Le suppliant... passant son chemin par l'Estræ de Beauchesne, ouquel Estræ demouroit lors un nommé Jehan***

*Berry, etc.* Ubi iter, seu via publica significatur. Vide infra *Estrada*.

\* 3. **ESTRA**, Fenestra, præsertim ubi merces levioris momenti venum expontuntur, *Estro* Provincialibus, nostris quoque *Estre*. Sic intelligenda videtur Charta Thossiac. ann. 1404. in *Estra* 1. prolata. Le Roman d'*Athis* Ms. :

Aux Estres soit demain en hault.

Infra :

Et quant sera le grant tournois,  
Montés aux Estres se verrois.

\* *Estature*, eadem notione, in Judic. ann. 1812. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 135 : *Issues, saillies, huisseries, huvelas, appentis, Estatures, ou manuels apuys, ne autres manieres d'ouvrages ou edifices es fros de la ville de S. Richier*. Pro loco ubi quis stare potest, *Estre* legitur, in Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 176. v° :

Le premier Lundi de Quaresme,  
Du mois de Mars le jour huitième,  
Qui est en la fin de l'iver,  
Messire Guy de Champdiver  
Fu installé en la présence  
Du maistre chancelier de France  
En la Chambre des Comptes maîtres,  
Et ly fu ordené ses Estres  
Au bout dessoubz pour ly lever,  
Quand il voudra, sanz ly grever.

Quæ ultima non unam ob causam expressa censebit oculatus lector.

† **ESTRADA**, Via strata, Gall. *Estrade*, Ital. *Strada*. Chartular. Camalariensis Monast. Diœc. Anic. : *Donavit unum campum à l'Estrada et alterum ad aula-nerium*.

\* Charta ann. 1080. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 311 : *Manifestum est quia Petrus comes interpellavit et rancuravit... de ipsis aquis, et de ipsa herba, et de ipsa petra, et de ipsis Estradis*. Hinc *Estrader*, Itinera obsidere, vulgo *Battre l'Estrade*, in Lit. remiss. ann. 1444. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 206 : *Ung jour ainsi que le suppliant et ses compaignons aloient Estrader par le pais, ilz trouwerent un homme..... chevauchant une jument, laquel ilz lui osterent*.

\* **ESTRAGERIUM**, **ESTRAGERIUM**. Vide *Estrajeriz*.

**ESTRAJERIE**, Caduca, derelicta, bona quæ in fiscum ex quavis causa cadunt, proprie alienigenarum et *extraneorum*, quos nostri vulgo *Estrangers* vocant : hic enim je, tanquam g effertur. Regestum Cameræ Comput. Paris. : *Estrahiere, c'est quant un homme par ses demerites est executé par crimé de leze Majesté, et vaut autant à dire comme confiscation au Souverain*. Tabulæ conventionis Roberti Teneremundæ Domini cum Canonicis Camerac. ann. 1302. apud Lindanum in Tenerem. lib. 3. cap. 6. num. 23 : *Si Catalium Estrajers invenitur in teneamento Ecclesie Cameracensis, etc... si vero illud quod est Estrajers sit terra vel immobile, etc*. Arrestum ann. 1307. in Tabular. S. Quintini in Insula pag. 11 : *Super eo quod dicti Religiosi asserebant se esse in saisina capiendi, levandi, apportandi, et habendi Estrajeriam, seu forisfacturam in suo districtu de Insula*. Edictum Philippi Magni Regis Franc. 28. Maii ann. 1320. de Receptoribus domanii : *Item ils ne signifieront à personne de quelconque estat ou condition qu'elle soit les aventures qui escherront en leurs receptes, comme mainmortes, Estrajers, et autres revenus, etc*. Computum terræ Campaniæ ann. 1348 : *Mainz mortes, fors-mariages, et autres*

*aventures en cette baillie. De l'Estrajere de Humbelot justicie à la Ferté sur Aube. Justitia spavie, quod Gallice dicitur Estrahere, in 1. Reg. Parlamenti ann. 1260. fol. 22. Espaves ou Estrajers, in Consuet. municipali Salæ et Bailliviæ Insulensis tit. 1. art. 27. Estrejueres de bastards, in Consuetud. S. Audomari art. 7. Estrajure, in antiqua Monstroliensi art. 44. [Estrayeure et chose espave, in Boloniensi art. 111.] Attrajere in Consuet. Vitriac. art. 1. ubi jus istud explicatur, et art. 15. 36. 79. in Calvimontensi art. 50. Lotharingiæ tit. 6. art. 5. etc.*

† **EXTRAHERIA**. Litteræ Philippi Franc. Regis in Chartulario S. Quintini in Insula pag. 60 : *In casu possessionis et saisine habendi, capiendi et levandi Extraheriam et forisfacturam... intentata super predictis Extraheria et forefactura*. Et pag. 63 : *In casu proprietatis ratione Extraheriz sive forefacturæ*. Alium locum vide in *Espava*.

† **EXTRAHTURA**. Charta anni 1224. e Tabulario Corbelensi : *Omnes Extrahituræ, infractiones tramitum, emendationes sanguinum, etc.*

\* **ESTRAERIA**, **ESTRAHERIA**, ut *Estrajeriz*. Notæ in veteri Reg. commissar. ann. 1378. ex Cod. reg. 5991. A : *Estrayres sont les biens demourez de tels albains et espaves, qui sont demourans ou royaume, et vont de vie à trépassement sans hoir naturel de leurs corps nez ou royaume. Estrayres pareillement sont les biens des bastars, qui vont de vie à trépassement, sanz hoirs naturels de leurs corps ; et tels biens appartiennent au roy. Plusieurs autres seigneurs veulent nommer tels biens, biens vacans ; et par ce les lievent comme biens vacans : mais ilz ne doivent mie ainsi estre entendu ; car biens vacans, sont biens d'aventure, comme ung cheval eschappé que l'en ne sceit à qui il est, une bourse trouvée en ung chemin, ung homme incongneu trouvé mort ou murdry en ung chemin. Et telles choses et semblables appartiennent au hault justicier, et les doit garder en forme ou valeur ung an, et rendre à celui qui y voudroit clamer et monstrier droit*. Charta ann. 1233. ex Tabul. S. Gauger. Camerac. : *Item si aliqua fuerit Estracria, præpositus nihil habet in omnibus istis*. Alia ann. 1280. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. : *Item in Estracriis exceptis mobilibus foraneorum, quæ erunt episcopi Laudunensis... Tali modo quod tota commoditas Estracrie, quæ erit in villa et territorio de Creutis, etc*. Locat. præposit. Ambian. ann. 1292. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 252 : *In omnibus bannis fractis, Estracriis seu derelictis, etc*. *Estraherias et espaves ex aliis casibus quibuscumque pertinentes eisdem concedimus*, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1292. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 398. r°. Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Si a li quens à Jemappes le truef et le Estrajer. Estrayures, in Pacto ann. 1324. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 2. Tabul. S. Joan. Laudun. ann. 1375 : Item une vigne qui leur vint par Estraiere. Estrée, eadem acceptio, in Charta ann. 1320. ex Reg. 59. ch. 459 : *Se aucune Estrée, ou espave, ou autre forfaiture en cas de haute justice y avient, etc*. *Espaves et Estraners, in Libert. Insul. ann. 1392. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 544. art. 13. pro Estrajer, ut supra*. Unde *Estréer son sief*, Feudum domino capitali remittere, in Assis. Hierosol. cap. 190 : *Qui se veaut départir dou pais, ou en aucune maniere laisser son sief, il**

*le doit comander au seignor ; car la comande est plus seure chose, et mains y a de périll que l'Estréer... Mais garde se bien en quel point il Estraiera ou comandra son sief, etc.*

\* **ESTRAGERIUM**, Idem videtur quod *Estraeria* ; nisi sit Tributum, quod a novis incolis, pro jure standi in castro, domino pensitabatur. Charta ann. 1189. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 357 : *Petrus vero de Brion dedit prædictæ abbatiz census de Motaia, et mediatarium, et hortos, et nemus, et venditiones, et Estragerium, et omne dominium suum*. Minus bene *Estragerium* ex eadem Charta editum inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 354.

**EXTRAHURA**, Idem quod *Estrajeria*. At JC. Anglis dicitur proprie res derelicta, *Wayvium* : præsertim vero animalia et pecora, quæ oberrantia reperiantur in feudo aliquo, quæ post annum et diem, nisi a Domino vendicentur, ad Dominum feudi pertinent. Cowell. lib. 2. tit. 1. § 45. et Rastallus in verbo *Estray*. Adde Jo. Britton. pag. 26. 30. 81. etc. Vide *Extraria*, *Wayvium* : præterea Christophorum de S. Germano in Dial. de Fundamentis legum Angliæ cap. 18. pag. 59. v°.

† **EXTRAHURATA**, Eadem notione, apud Rymerum tom. 14. pag. 366. col. 2.

† **ESTRAMEN**, Stramentum, culcita, Gall. *Paille*. Acta SS. Junii tom. 2. pag. 61. de SS. quatuor Martyr. Gerundens. : *Jacente dicta puella in quodam Estramine, quia aliter stare non poterat nisi jacendo*. Alterum locum vide in *Galnaxis*.

\* A Gallico *Estrain*, stramen, vulgo *Paille*. Charta ann. 1299. in Chartul. S. Vandreg. : *Noef vins garbes d'Estrain, c'est asavoir sexante de formentis, sexante d'orjas et sexante d'avenas*. Le Roman de Robert le Diable Ms. :

Et comande c'on li voit  
A porter ferre, Estrain et paille  
Dessoubz le vante, ou le chienaille,  
La face là le lit au fol.

*Estrein*, in Poem. Garini :

Tu ne vaus pas l'Estrein sor coi tu gis.

Vide *Stramen* 2.

\* **ESTRANGURIA GUTTA**, Morbi genus, catarrhus, fluxio. Charta ann. 1263. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 553 : *Propter infirmitatem validam guttæ Estranguriz, quæ me quasi continue vexat*. Vide *Gutta* 2.

**ESTRE**, pro *Esse*, in Pacto Legis Salicæ tit. 76. § 1. edit. Heroldi, unde nostrum *Estre*.

**ESTRECIATUS**, Arctatus, Gall. *Estreci*, ex voce *Strictus*. Rogerus Hovedenus pag. 783 : *Inquirendum est... de vis Domini Regis Estreciatiz*. Joan. Britto de Jure Anglico pag. 32 : *Puis soit acquis de gors levez en euves communes, et des euves et des chemins estoppez, ou Estreites, etc*. [Guillelmi Archiep. Tyr. continuata Historia Belli sacri apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 732 : *En ce tant avint en Antioche que une gent que l'en appelle Turquemans s'escumerent par Estrif d'atainment et d'ennui, que l'en lor faisoit, et se pristrent à grever la terre d'Antioche, et à corre et à grever les casiaus et tuer les vilains*. Le Roman d'*Athis* MS. :

Nous n'en pourrons eschaper vier,  
Entré sommes en fol Estrif.

Sic infra *Estrier*, Premere, urgere

Des gnés leur toillent la charriere,  
Et les Estrient par derriere.]

\* *Chemins que on a estoupés ou Estrechies*, apud Bellom. Ms. cap. 9. *Estriner*, pro Cogere, vulgo *Contraindre*, *forcer*, apud Guill. Guiart. ad ann. 1269 :

Tost sont cil de là si menez,  
C'on les a de fuire Estrenex.

† **ESTREGBORDS**, Axes, Tabulæ abiegnae, apud Kennetum in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden.

† **ESTRELINGUS**, ut *Esterlingus*, Parvum pondus, minuta pars unciae. Obi-tuarium MS. Eccl. Morinensis fol. 8 : *Duo panes celarii ponderis, quilibet duarum unciarum et quinque Estrelingorum*. Chartular. M. S. Vedasti Atrebat. : *Une miche doit peser 34. onces 12. Estrelins et demi.*

\* **ESTRENA**, Munus, donum, Gall. *Etrene*. Stat. pro Jud. Apamiens. ann. 1279. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 71 : *Si qui Judæorum Apamiensium faciat filiolum, non sit ausus dare eidem filiolo pro Estrena, nisi usque ad xij. denarios Tolosanos*. Necrol. Ms. eccl. Bitur. : *Quilibet canonicus habebit duos solidos pro Estrenis*. Sermo in die Circumc. ex Cod. Ms. xiv. sæc. S. Vict. Paris. : *Aujordui solent metre lor créance an Estrenes, et dient que bien ne puet avenir à icelui qui n'est Estrenex. Estraigne, pro Tempore quo strenæ dantur, in Charta ann. 1327. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 263 : Item trente sols Tournois de menus cens, portans los et ventes, à paier chascun an aus Estraignes. Estrene, Reditus species, in Oh. Phil. VI. ann. 1328. ex Reg. donor. ejusd. reg. fol. 29. v. : Item les illes du chie du pont et les Estrenes d'Alomme, c'est assavoir la coppe des souches, l'erbe et autres petites illettes, qui sont en Loire, priéte vint livres l'an. Vide *Strena*.*

† **ESTRENGUEDOIRA**, Instrumentum doliariorum, Gall. *Estreignoir*. Munitione et machinæ bellicæ castri Sommeriæ in Occitania : Item III. *limæ*, II. *Estrenguedoiras ad stringendum doliæ, etc.*

**ESTREPAMENTUM**, vox forensis, Des-tructio, quasi exstirpamentum. In Bre-vibus Regiis Anglicis non semel occurrit *vastum et Estrepamentum facere*. Vide Rastallum verbo *Estrepment*. Charta Alemanica 17. apud Goldastum : *Quidquid in saltu Swarzuval... hodierna die Extirpatum et cultum haberent. Faire Wast ou Estrepement du tenement tenu en douaire, in Statuto Glocestriensi ann. 6. Edw. I. cap. 13. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1 : Li Bers les doit ardoir, et les prés arer, et les vignes Estreper, et les arbres cerner*. Will. Guiart. in S. Ludovico :

N'est à trois lieues près des portes  
Remese de vigne cepée,  
Qui ne soit arse, ou Estrepée.

† **ESTRIDA**, quam veteres canapum nominaverunt. Papias. MS. Bituric. habet : *Exereta, Plena malitia. Hæc est ira quam Canopum veteres nominaverunt.* [\*] Pro ira legendum terra, scil. Ægyptus, terra tribulationis.]

† **ESTRIF**, **ESTRIS**, **ESTRIVIVM**, **ESTRIVUM** : Species sagittæ. Epistola Guidonis de Dampetra ad Philippum Aug. ann. 1113. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1114 : *Guaterannus de Corbelles et Robertus tradiderunt mihi de*

*munitione de Tornoilles hæc quæ sequuntur : XI. balistas corneæ, VII. ad Estrivivum et III. ad duos pedes et unam ad tor... et duas Archas quarellorum unam ad Estrif, et alteram ad duos pedes, et II. tors, etc.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CXCIV : *Consergii Lorriaci 64. miliaria (carellorum) à Estrif, et 15. miliaria ad duos pedes*. Ibidem pag. CXL : *Pro 20. millibus quarellorum à Estris 70. lib. et pro bistis et pro du-cendo Parisius 48. s. Et pag. CLXXIX : Et pro clavibus et pro Estrivis ad balistas 24. s.*

\* Vel potius *balistæ*, quæ a forma, vel a materia, aut a ratione eas tendendi, aut ab iis quæ emittunt, denominationem habebant, ut jam monui supra voce *Balista*. Munit. castr. dom. reg. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 93. r. : *Pictaviæ, x. balistæ ad Estref et ij. balistæ ad duos pedes... Losdunum, iv. balistæ ad duos pedes et vj. ad Estrevivum, xx. quarelli ad Estrevivum*. Vide infra *Stapha 2.*

\* Aliud sonat *Estrif*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7634 : *Estriver, certare. Estrif, certamen. Estriveur, certator*. Infra : *Estriver, noyser, jurgare*. Guill. Guiart. :

L'Estrif en la mer recommaïco.

Hist. Franc. MS. ubi de Guerino episc. Silvanect. : *Il estoit l'un des hommes, qui mieux cognoissoit les vaillans et preudommes chevaliers du roy Philippe, car en maint Estrifs les avoit veus*. Le Caton en Roman :

Fois est qui en la mer Estrive,  
Qui nagier puet selonc la rive.

\* *Estrif* et *Estrivement*, pro Jurgio, rixa. Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 178 : *Il empereres (Frederic) estoit contraires à l'Eglise... et duré avoit longuement cat Estrif. Fust meu un Estrif de paroles, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 17. Aliæ ann. 1415. in Reg. 169. ch. 200 : *Acause de ce se sourdy entr'eulx si grant attaynement ou Estrivement, etc. Sans Estris de jugement, in Lit. ann. 1359. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 364. quod in aliis passim sic exprimitur : Sine strepitu judicii. Vide in *Planum*.**

† **ESTRILIARE**, Equum dstringere, Strigili defricare, Gall. *Etriller*. Ordina-tio ann. 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394. col. 2 : *Item, ipsos equos fretari, Estriliari, acomari, letterias eis fieri et bene estachari facere cum omni diligentia teneatur. Vide *Striliare*.*

† **ESTRIS**, **ESTRIVIVM**. Vide *Estrif*.

\* **ESTRIVERIA**, a Gallico *Etriviere*, Habena scandularia, lorum cui stapes alligatur. Arest. parlam. Paris. ann. 1304. in Reg. Olim fol. 64 : *Declarantes quod licet dicti selarii sui officii ratione pectoralia, Estriverias et culerias de duobus cortis suere non possint, etc.*

\* **ESTRIVUS**, Strigilis, Gall. *Etrille*, in eod. Arest. : *Declarantes quod licet dicti selarii sui officii ratione... nec strigiles seu Estrivos (non possint) facere aut fabricare, etc. Vide *Estriliare*.*

**ESTRIX**, *Femina gulosa*. Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Estrix, Mangeresse ou Gloutonne. Vide *Estror*.*

† **ESTROMENTUM**, Instrumentum. Charta, in Placito Chilperici III. Franc. Regis ann. 716. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. Charta 32.

† **ESTRUERE**, pro Exstruere, compo-

nere. Appendix ad Agnelli lib. Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 188. col. 2 : *Græcis et Latinis literis eruditus, multa volumina Estruit.*

\* *Nostri Estroer*, pro Perforare, vulgo *Trouer, percer*, dixerunt. Le Roman de *Garin* :

Sor son escu féri un sodoier,  
Que il li fist Estroer et percer.

† **ESTRUMENTUM**, pro Instrumentum, Charta, in Chronico Monasterii Nova-liensis apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 752.

† **ESTUARIUM**, pro *Æstuarium*, Bal-neum, apud Bernardum de Breydenbach Itiner. Hieros. pag. 223.

† **ESTUFFAMENTUM**, Omne genus panni, quem Galli *Estoffe*, Angli *Stuff* vocant. Occurrit apud Rymerum tom. 10. pag. 619. col. 1.

† **ESTUGERUM**, ut mox *Estugium*. In-ventarium ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. armar. Massil. n. 988 : *Item unum calisem argenti super deauratum cum patena et armis luporum, et cum Estugero ; item quassdam canetas argenti cum Estugero corii bolhiti.*

**ESTUGIUM**, ex Gallico *Estuy*, Theca, occurrit non semel in Charta ann. 1231. apud Catell. in Occitan. pag. 901 : [*Estugium de corio bolhito, in Inventario ann. 1258. ex Archivo S. Victoris Massil. Vide *Estugium*.*]

\* Inventar. MS. eccl. Aniciens. ann. 1444 : *Item quoddam Estoy corporatum de panno nigro Damacii. Estuy præterea appellarunt naviculam, in qua pisces servantur. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 194 : *Icellui Rondel les passa en un petit batel oultre la riviere de Saine et jusques à l'Estui dudit Bachelier, lequel ilz despecerent, et en icellui prindrent xxij. anguilles. Estuyer, pro Scrinio, conditorio, arca, apud Froissart. vol. 1. cap. 148 : Ces brigans brisoient maisons, coffres et Estuyers, et prenoient ce qu'ils trouvoient. Hinc *Estuyer*, Theca includere, in Lit. remiss. ann. 1373. ex Reg. 104. ch. 365 : *Lequel suppliant dist audit Perrin : me welz tu tuer en franchise, Estuye ton coustel, ou je le te osteray. Unde *Restuyer*, pro Gladium in thecam seu vaginam recondere, in Lit. remiss. ann. 1387. ex Reg. 135. ch. 21 : *Lequel Jaquet descendi de sur son cheval, et Restuya son espée qu'il avoit tiré. Sed et *Estuyer*, pro Horreo condere, legitur in aliis ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 167 : *Icellui Guillaume.... qui en Estuyant en son hostel ledit foing avoit très-bien beu, etc.*****

**ESTUNUM**. Testamentum Heccardi Comitis Augustodun. apud Perardum pag. 26 : *Uno fanono viridi, cum brusdo, uno de gliso, uno Estuno (f. de stuno) cum sirico amnistare.*

\* **ESTURGIUS**, a Gallico *Esturgeon*, Acipenser. Vide supra *Asturgius*.

\* **ESTURJONUS**, Eadem notione. Charta ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 49 : *Omnis estraera extraanea, sicut de Esturjono, de thesauro invento... ad jus et superioritatem regalem spectantibus, nobis perpetuo remanebunt. Vide *Sturgio*.*

† **ESTUS**, Status, Quod aliquis est. Ve-tus Formulæ Andegav. art. 25. de eo qui seipsum vendit : *Vindedimus a vobis Estus nostros cum omni peculiare quod habemus aut locare poteremus, manso et terra vel viniolas, etc.*

**ESUADIRE**. Charta MS. W. D. Montis-pessulani ann. 1013 : *Vicarius, nec illi qui placitabunt placita Montispessulani.*



pro eo non Esuadriant ullum placitum Montispesullani propter hominem illum.

\* **ESUADRIANT** editum inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 361. Vide supra *Estacare placitum*; unde hæc forte emendari possunt. [Forte idem quod *Vadiare*. Vide in hac voce. ADEL.]

† **ESVANUARE**, f. *Esvaluare*, Æstimare, compensare, Gall. *Evaluere*. [Nequaquam; de jure enim agitur, quo quis fundum ad manum suam ponere potest propter censum non solum.] Instrum. anni 1282. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 508: *Quam dictam masuram dictus Robertus et ejus hæredes poterunt justiciare et Esvanuare per redditum supradictum sine aliquo contradicito*. Aliud Instrum. Gall. ann. 1298. ibid. pag. 509: *Laquelle mesure deus dite edifiée ledit Guillaume et ses héritiers pourront justicier et Esvanuer sans contredit pour la rente sourtenue, vel potius soutenue, ut habet secundus amanuensis.*

**ESUMARE**, inquit Spelm. pro *Essonariare*. Computus antiquus penes Camerarium Scacarii: *Et cum dies placiti mei venit, non potui pro mea infirmitate adire, sed nisi Esumatores qui me Esumaverunt apud Cantarbur.* Sed non advertit vir doctus scriptum *Esumiatores*, et *Esumaverunt* pro *Esumatores*, etc. Vide *Sunnis*.

\* **ESURIALIS**. [Ad *Esuriendum* pertinet. Joculariter parasitus apud *Plaut.* *Capt.* 3. l. 8. *Esuriales ferias* vocat dies, quibus ad cœnam vocatur a nemine, et *Esurire* cogitur: quemadmodum dicuntur *feriæ novendiales, denicales*, etc.

† **ESURUS**, Famelicus. Acta SS. April. tom. 2. pag. 379:

*Esuris alimenta simul, nexisque levameo, Hospitibus pandans aditum, etc.*

**ESUS**. Pastus, [procuratio. Charta ann. 1153. apud Lobinell. tom. 2. Hist. Britan. col. 157: *Rogaverunt me supradicti Monachi, ut quasdam consuetudines, quas eis dominus Gaufridus pater meus dederat, confirmarem, scilicet censum, ostagium, Comitum Esam, maritacionem, terre emptionem, corporis sui redemptionem.*] Charta ann. 1342. [ex Tabulario Nantoliensi in Pictavibus:] *Amplius Dom. Prior habet a me unum Esam cum duobus paribus epularum cocatarum et assatarum.* In Tabulario S. Michaelis Ulterioris portus ann. 1101. Guillel. Comes Augi dimittit consuetudinem edendi, quam in eadem abbata die festivitatis S. Michaelis cum suis hominibus ipse et Comitissa habebant.

\* **ESWARDIATOR**, Inspector, rebus examinandis præfectus, *Eswarde*, in Stat. MSS. scabin. Macer. ad Mosam: *Lequel sergent au rapport des Eswardes... y apposera à ses depens ledit marc au feu sur chacune tonne ainsi souffisamment eswardée.* Unde *Eswardage*, quod ejusmodi inspectori solvitur ibid: *Les fermiers de l'Eswardage des harens en la ville de Maisieres doivent avoir pour chacune mande de harens, deux harens.* Arest. parlam. Paris. ann. 1373. 27. Aug. in Reg. 22. fol. 83. r.: *Præpositi, jurati, scabini, Eswardiatores communie Tornacensis, etc.* Vide supra *Esguardiator*.

\* **ESYAMENTUM**, Quidquid alicui proprium est, quo pro libito uti potest. Charta ann. 1445: *Quæ omnia sita sunt extra villam Allavardi foris postertam alborum, et cohærent Esyamenta dicti nobilis Joannis Gilbertii a partibus bizie et occidentis, etc.* Vide infra *Eysia*.

\* **ET** interdum pro *Vel* in veteribus

Chartis, ut moment probantque Auctores novi Tract. diplom. tom. 4. pag. 576.

\* **ETALLIZARE**, Componere, conficere, ut videtur. Docum. artium ante ann. 900. scripta apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 371: *De vitri arena. Arena, unde vitrum Etallizatur, est enim et lapis, et ipsi vitri coloris.* Leg. fortassis *Cristallizatur*. Vide supra *Cristallum*. [Forte An *Metallizatur* ?]

† **ETALLUM**, Locus ubi venalia proponuntur, Gallis *Etal* vel *Etau*, Pluteus venalitus. Instrum. anni 1241. ex Archivo S. Gildasii de Nemore: *Consuetancia nobilis Domina Pontis-castris dedi Abbatie S. Gildasii de Nemore quoddam Etallum, quod habebam apud Pontem-castrum... ita tamen quod manstonarius, qui fuerit in dicto Etallo, bannum meum ad vinum meum venundandum, sicut Burgenses mei de Pontecastri custodiat.*

**ETARCHARTEA**. Lex Bajwar. tit. 9. cap. 11. § 2: *Superiorem vero virgam, quam Etarchartea vocamus, quæ sæpis continet firmitatem, si eam injuste resciderit, etc.* In quibusdam MSS. *Etarita* legi monet Lindenbrogius. Anglis, Ice-nis præsertim, *Edar*, et *Ethar* idem sonare testatur Spelmannus. [Forte *Etar*, Sæpis et *Gartja*, Virga. Vide Graffii Thesaur. Ling. Fr. tom. 1. col. 157. tom. 4. col. 256.]

\* Vide Schilt. Glossar. in *Etheron*. *Ethaliens* apud Cenomannos vocantur Virgultorum fascies, quibus agri clauduntur. *Estamperche*, Pertica erecta, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 319: *Un engin ou estoit lié une Estamperche.*

† **ETARITA**. Vide *Etarchartea*.

† **ET CÆTERA**. Vox primum in notis, brevitatis causa, a notariis adhibita, quæ dehinc, cum instrumenta luculentius scribebant, explicabatur. Passim legitur: *Dantes, etc. Cedentes, etc. Constituentes, etc. Promittentes, etc.* Etiam nunc in usu apud nostros notarios sub hac formula: *Promettant, etc. Obligeant, etc.*

† **ETELECHE**. Vide *Filaterium*.

† **ETERNALITER**. In æternum. Non semel occurrit. Vide *Æternaliter*.

\* **ETERNARE**, Æternæ memoriæ commendare. Litteræ Alberonis de Veldsberg Dapiferi, apud Ludewig. tom. 4. pag. 43: *Ne gestarum rerum memoria processu temporis evanescat aut pereat, discretorum virorum prudentia eas solet per litteras Eternare.* [Forte *Civium sigillis fecimus Eternari*, in charta ann. 1252. ap. Kopp. Init. Fœder. Helvet. pag. 6.] Vide *Æternare*.

† **ETEROCLITUM**, Idem quod *Diversicinium*. Vide in hac voce.

† **ETESA**, Armorum vel armaturæ species. Odo l. 2. de varia Fortuna Ernesti Bavarie Ducis inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 320:

*Ad fera bella viri veniunt, quos inter in armis Sexcenti fulgent equites clypeisque coruscant. Lunatas Morini peltas, Etasque comati Apponant Galli, Germani quæ agitata Funda jacit glandes; hi fastibus, ære minantur, Præstitis animas jaculis penetrantibus illi.*

**ETFUNDUS**, Fundus, ager. Ordericus lib. 7. pag. 657: *Ingentem exercitum Gallicæ in duas partes dimisit Rex Henricus, ut nostros opprimeret Etfundus geminis irruptionibus.*

† **ETHATIA**. Pactus Legis Salicæ tit. 2. art. 8: *Si quis porcum anniculum furaverit Malb. inzymis Ethatia CXX. den. qui faciunt sol. III. culpabilis judicetur, excepto capitale et delatura.* Locus hic videtur corruptus Eccardo, qui legen-

dum censet, in *azymis sehsatia*. Vocula *in*, inquit, hoc loco est præpositio nostra *in*, *Zymis* idem est ac *Zuymis*, Duplum et duplex a *Zuuey, Zuuy*, Duo formatum. *Sehsatia* vel *Sechsatia* compositum est ex *Sechs*, Sex, et *Tia*, Decem, quod supra etiam *Tehun*, nobis Saxonicibus *Tein*, Germanis cæteris *Zehn* effertur, unde sexaginta designat. Hac ratione in *zymis sehsatia* erit in duplo sexaginta; Germanice: *Zweymahl sechzig*: Bis enim sexaginta denarii faciunt CXX. qui in lege nominantur.

\* **ETHEETA**, pro *Eschaeta*, ni fallor. Charta ann. 1224. ex Chartul. Campan. fol. 87: *Contra alios homines suos ligios de feodo dicti comitis non existentes, quos modo habet vel in futurum per Etheetam est habiturus, non obligat se erga Theobaldum comitem Campanie supradictum.* Vide in *Escaeta*.

**ETHELINGI**, [Nobiles.] Vide *Adalungus*.

\* **ETHEUS**. [Pallidus. DIEF.]

† **ETHICA**, nude, vel *Ethica febris*, quam Medici *Hecticam* a Græco ἠθικός, Habitualis, ab ἔξω, Habitus, Febris solutu difficilis, Gall. *Hectique*. Occurrit in Actis S. Martii tom. 3. pag. 869. Maii tom. 4. pag. 480. Junii tom. 1. pag. 793. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 503. etc. *Ethicus morbus*, in Anecdosis Martenianis tom. 3. col. 1892.

† **ETHISIS**, Eadem notione, apud Tiburtium Navarrum in Miraculis S. Francisci Solani, Julii tom. 5. pag. 896.

\* **ETHICALIS FEBRIS**, Hectica, Gall. *Fievre étique*. Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 604. col. 2: *Cum quædam puella... febre Ethicali afficeretur, essetque multum extenuata, etc. Ecthicalis*, ibid. pag. 582. col. 1. Vide *Ethica*.

\* **ETHICE**. Inter aliquot monasteria abbati Cluniacensi subjecta memoratur *Monasterium sancti Eugendi Ethice*, in Charta Frider. I. imper. ann. 1158. ex Chartul. Cluniac. ch. 214. Forte pro *Euthice*, feliciter.

\* **ETHION**. [Gaudiosus. DIEF.]

\* **ETHIQUETA**. Vide infra *Etiquetta*.

† **ETHNA**. Litteræ Bartholomæi Camerarii Franciæ ann. 1220. mense Novemb. ex Archivo Sangerman: *Et sciendum, quod ipsi Burgenses habebunt Ethna sua pressorata ad quintam ollam ad torcular Abbatis prædicti in eodem territorio edificatum.* In Chartulario AB. fol. 48. recentior manus correxit, *Et vina*. Non male, ut puto.

\* Vox, ut opinor, mendose scripta, pro *Esna*. Vide supra in hac voce.

† **ETHNIKE**. Donatio Deodati Clerici facta Monasterio Sithiensi ann. xxxii. regni Karoli gloriosissimi Regis [Forte Guerrard. pag. 66.]: *Mancipia cum omni Ethnike et peculiari eorum, campis, silvis, pratis, etc.* Charta Waldberti pro eod. Monasterio apud Folquinum: *Vendidi et tradidi... mancipium unum cum omni Eteke et peculiari suo, etc.* Forte idem est quod *Familia*, a Græco ἔθνος, Gens, natio, et metaphorice Societas et genus hominum. Vide tamen ne idem sit quod *Etica*. [Forte Anglosaxonibus *Ead*, Possessio, unde *Eaden*, Angl. *given up, conceded, granted*, apud Bosworthum. Vide *Alodis*.]

\* **ETHOS**. [Mores: item res *Ethica*, h. e. philosophia morum. *Sidon. carm.* 15. 101. *Physica* vel *logico*, logicum vel jungit ad *Ethos*.]

\* **ETHYRODIANI**, Hæretici, qui dicunt *Mariam virginem ante partum, non post partum*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. [Forte Ap. Papiam *Ethiodiani*, sed leg.

*Elvidiani*, ex Isidor. Orig. lib. 8. cap. 5. sect. 57.]

\* **ETIA**, Modus agri. Charta pro canonicis Castrivil. ann. 1373. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 158: *Sub quadam masura sita ou Churtri, cum duabus Ettiis vingnearum silis in Buaci, triginta solidi Turonenses*. Vide supra *Estiro*.

† **ETICA**, *Proprietas, Eticon, Proprium*. Gloss. Isid. Neutrum intelligit Grævius.

\* **ETIQUETTA**, a Gallico *Etiquette*, Scheda inscripta. Inventar. Chartar. reg. ann. 1482. fol. 96: *Nunc includuntur litteræ in quodam saculo cotato in Etiquetta viii<sup>xx</sup>. xvj*. Ibid. fol. 114: *In Etiquetta sive membranula pergameni, etc.*

**ETLEHA**. Capitulare de Villis cap. 40: *Ut unusquisque iudex per villas nostras, singulares, Etlehas, pavones, fasianos,.... semper habeant*. Leg. *Et Lehas*. Nostri etiamnum *Layes*, apri feminas vocant.

**ETLIDUS**. Vide *Lidus* post *Litus*.

† **ETNEKE**. Vide *Ethnike*.

\* **ETRIDIA**, *Indigne vel moleste*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* **ETRONUS**, *Senza regno*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **ETTHESAAL**. Leg. Danicæ lib. 3. § 71. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 183: *Item statuendum est, quod in quolibet saal sit summa xxx. marcarum in prompta pecunia et nullus cognatus emendare cum cognato suo cognatum, tamen si pace privatus fuerit, tunc solvant cognati duo Etthesaal semel et non sæpius*. Vide *Gorsum*.

**ETUNIARE**, pro *Idoneare, Etuniatus*, pro *Idoneatus*, in aliquot Codd. Legis Ripuar. tit. 59. cap. 2. uti monet Steph. Baluzius. Vide *Idoneus*.

\* **ETYMOLOGICARE**, Etymologiam vocis scrutari, explicare. Vita S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 559. col. 2: *Dominicus, qui (Domini) custos, vel a Domino custoditus Etymologatur, etc.*

† 1. **EVACUARE**, Vacuum seu irritum reddere. Epistola Stephani VI. Papæ adv. Selvam et Hermemirum: *Volens ipsius sanctorumque Apostolorum ejus instituta.... penitus Evacuare*. Vide *Evacuare*. [2. Vide hanc vocem in *Vacuus*.]

\* 2. **EVACUARE**, Ventrem exonerare, vox Italica, Gall. *Vuider*. Charta ann. 1196. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 92: *Et dixit, quod pater Ezali Eruacanni debebat canes curiæ ducere ad Evacuandum pro suo feudo, quod a curia tenebat*.

\* **EVACUARIUM**, APOCHÆ species. Vide in *Vacuus*.

\* **EVACUATIO**, Abdicatio, rei possessæ dimissio; *Evacuacionis Charta*, qua quis ad majorem auctoritatem coram iudicibus vel testibus rem aliquam ad alium transfert. Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 367: *Facta carta Evacuacionis vel diffinitionis hujusmodi xv. Kal. Julii... Sign. Guillelmus Udalgarii, qui hanc scripturam donationis et Evacuacionis fieri firmavi et testes firmare rogavi*. Vide *Evacuare* et *Finis* 1.

**EVACUATORIA**, [APOCHÆ species.] Vide *Vacuus*.

**EVADARI**, *Reposcere, flagitare*. Papias, [et Gloss. Isidori.]

\* *Evadant*, pro *Invasor, aggressor*, in Lit. pro restaur. commun. Tornac. ann. 1370. tom. 5. Ordinar. reg. Franc. pag. 373. art. 26: *Que s'aucuns forains couroit sus, ou fasoit assault ou invasion contre les bourgeois,.... et les bourgeois... mutiloit ou metloit à mort l'assaillant ou Evadant, etc.*

† **AVADIATUS**, Is a quo ratione *forisfacti vadium* seu pignus ablatum est. Charta Florentiæ Calensis Abbatissæ in Tabulario ejusd. loci pag. 183: *Si autem vel latro vel alius homo aliquid forefactum faciens in illa prata inventus et captus vel Evadiatus fuerit... justitia omnino nostra est*. Vide *Vadium*.

\* **EVAGATORIUM**. Ita inscribitur Peregrinatio Felicis Fabri Dominicani. Vide *Amenit. liter. tom. 3. pag. 51. et Bibl. Script. Prædicat. tom. 1. pag. 872*.

† **EVAGIUS**. Charta Theobaldi Abb. Floriac. ann. 1250: *Item dictus Hugo debet citare Evagios et alios ballivæ suæ coram Cellerario*. Puto legendum *Estagios* vel *Estagiarios*. Vide in hac voce.

\* **EVALLEFACIO**. [Expello, et quasi extra vallum ejicio. *Varr. apud Non. 3. 158. Retrimenta cibi, quæ exierant per posticum, Evallefecerunt*.]

† **EVALUATIO**, Gall. *Evaluation*, Æstimationo. Legitur in Registro Parlament. ann. 1450. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 396.

† **EVANADOTUS**, εὐανόδοτος, Cibus qui facile digeritur. Vide *Incorporatio*.

\* Vox Græca bonæ notæ, Cibus optimus, εὐγυμος, εὐπεπτος. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959: *Euanadotum vinum, Alexandro bene nutritibile, ab Ev, quod est bene; et anadosis, reddito*.

**EVANGELIARIUM**, Liber, in quo continentur Evangelia, quæ in singulis Missis leguntur aut cantantur, quem, ut hodie habetur, a D. Hieronymo compositum scribit Honorius Augustod. l. 1. cap. 88. [Gesta Gaufredi de Loduno, apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 391: *Collectarium epistolarum, Evangeliarium, Missale et duos ordinarios*.]

**EVANGELIARIUM**, Eadem notione. Chronicon Fossæ novæ ann. 1196: *Quatuor Evangelistaria argentea, 12. cruces argenteæ*. Vide *Monasticum Anglic. tom. 3. pag. 384. Εὐαγγελιστάριον* Græcis recentioribus, de quo pluribus Leo Allatius Dissert. 1. de Libris Eccles. Græcor. ubi de lectione Evangelii in Ecclesia multa commentatur. [2. Vide Montef. Palæogr. Gr. pag. 386, 387.]

\* *Nostris Evangelier*. Invent. Gall. S. Capel. Paris.: *Un Evangelier et un epistolier de grans volumes*. Reg. sign. *Pater Cam. Comput. fol. 164. v.* ubi de inauguratione regis et reginæ: *L'Evangile leue, li graindres des archevesques et des évesques doit prendre l'Evangelier et porter au roy et à la royne à bestier*.

\* **EVANGELISMI FESTUM**, Dominica Rogate. Vide in *Dominica*.

\* **EVANGELISTA**, Lætus nuntius. Eo nomine intitularur S. Nicolaus in Charta ann. 1325. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 528: *Ce fu fait l'an de grace mil ccc. vint et chinc le Vendredi jour de feste saint Nicholas Euvangeliste*. An quod nomen Græcum Νεῦλαος, victor populi, boni ominis est? an quia puellis, ut fert vulgi opinio, connubium proxime futurum nuntiat.

**EVANGELIUM**, seu Evangelii lectiones ex veteri instituto stantes audiisse fideles pluribus probat Henric. Valesius ad lib. 3. Philostorgii cap. 5. pag. 208. [et D. Coustant, tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 738.] Evangelium nudato ense in Vigilia Natalis Domini, in Matutinis, Moguntia legit Carolus IV. Imperator, ut est in M. Chronico Belgico pag. 286. Continuator Nangii ann. 1378. de eodem Carolo: *Et pour ce que de coustume l'Empereur dit la septiesme leçon à Matines, revestu de ses habits et enseignes Impe-*

*riaux, il fut avisé par les gens du Roy, que ou Royaume ne le pourroit il faire, ne souffert ne lui seroit*. Berrius in Carolo VII. pag. 87. de Sigismundo Imp.: *Le lendemain vint l'Empereur à la Messe S. Pierre de Rome, et le Pape chanta la Messe, et l'Empereur dit l'Evangile en l'habit de Diacre*. Vetus ceremoniale MS. cap. *Comme on fait un Empereur: Le Pape doit chanter la Messe, et le Roy de France y peut estre, et doit dire l'Epistre: en son absence, le Roy de Sicile la doit dire: l'Empereur doit dire l'Evangile, et y estre couronné Empereur à S. Pierre de Rome, etc.*

† **EVANGELIA PARVULA**, hoc est, Evangeliorum particulas in Schedulis descriptas, inter superstitionosa phylacteria recenset S. Hieronymus in Matthæum cap. 23.

† **EVANGELIUM PLENARIUM**, Liber ecclesiasticus, in quo omnes ex Evangelio lectiones in sacris liturgiis recitari solitæ continentur. [2. Mallem quatuor Evangelia simul compacta intelligere.] Harulphus l. 2. Chronici Centul. cap. 10: *De libris, Evangelium unum auro scriptum cum tabulis argenteis auro et lapidibus pretiosis mirifice paratum unum: aliud Evangelium plenarium unum*. Vide *Missale plenarium*.

**PURGATIO PER S. EVANGELIUM**. Anastas. Bibl. in Pelagio PP: *Qui Pelagius tenens Evangelia, et Crucem Domini super caput suum, in ambonem ascendens, satisfecit cuncto populo et plebi, quia nullum malum peregrisset contra Vigilium*. Marcellinus Comes de eodem Pelagio: *Apud S. Petrum ambone ascenso, Evangelioque super caput suumposito, juramento se crimine purgavit*.

**DIVINATIO PER EVANGELII INSPECTIONEM**. Vide *Sortes Sanctorum*. [2. Et Glossar. med. Græcit. in Συρδς τοῦ εὐαγγελίου col. 468.]

**EVANGELIUM IN DORSO PORTARE**. Tabularium Ecclesiæ Landavensis, in Monast. Anglic. tom. 3. pag. 192: *Et Rex circuiens totum territorium, et portans Evangelium in dorso, cum Clericis ferentibus Cruces in manibus, et aspersa aqua benedicta, simul cum pulvere pavimenti Ecclesiæ et sepulchri, in omnibus finibus perambulavit per totum, facta maledictione et excommunicatione ab omnibus uno ore, illis specialiter quicunque locum istum cum suo territorio, et finibus istis subscriptis, ab Ecclesia Landaviæ, et a Pastoribus illius in æternum separaverit; data autem benedictione servaturis in pace*. Similia habes pag. 198: *Et Rex Arthruis circuiens territorium totum in giro suo, sparso pulvere sepulchri S. Cinuanchi discipuli S. Dubricii per totum confirmum, antecedente sancta Cruce, cum aspergine aquæ benedictæ, et præsentè Episcopo Comeregio, cum suo Clero, solus Rex portabat Evangelium in dorso confirmans eleemosynam factam pro anima patris sui*.

\* **EVANGELII CONCENTUS**, Canticum Evangelicum *Magnificat* recte interpretatur *Mabil*. ad vit. S. Arnulphi sæc 6. Bened. part. 2. pag. 550: *In vigilia Dominicæ Assensionis ad concentum sancti Evangelii intra synaxim vespertinam, etc.* Neque enim, ut monet Vir doctissimus, alia pars sancti Evangelii cantata fuisse videtur tunc temporis in synaxi vespertina. Id autem omnino aperte probat Officium proprium S. Emmer. tom. 6. Sept. Act. SS. pag. 512. col. 2. et pag. 514. col. 1. ubi ad Vesperas legitur: *Antiphona ad Evangelium*; quæ etiam ad nunc in monasterio S. Emmerami ad

*Magnificat* cantatur, ut ex priore ejusdem monasterii testantur docti Editores.

† **EVANGELIUS** DOMINI ABBATIS, hoc est, Capellanus, ut conjicit Mabillonius Annal. Bened. tom. 5. pag. 299. ad annum 1092.

† **EVANGELIZARE**, Scripturas probare, Practicis.

† **EVANTATGIUM**, Jus præcipuum, prærogativa, Gall. *Avantage*. Charta Officialis Claromontensis ann. 1354. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 319: *Post mortem tamen dictæ Ysabellis sint et remaneant... in omni eventu de constitutione dotis prædictæ duo millia dictorum florenorum auri... in Evantatgium ac majoritatem procreatis liberis ab ipsa Ysabelle et ab alio viro, si contingebat, procreandis*. Vide *Aventagium*.

\* **EVANUARE**, Dissipare, e conspectu tollere, Gall. *Faire évanouir*. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 264. col. 2: *Sed sanctus singulas species illusorias, edito signo crucis Evanauavit*.

**EVANUTUS**, Elapsus. Petrus de Alectis Episcopus Senogall. in Itinerario Gregorii XI: *Evanutis octo diebus Pentecostes, adest dies sanctæ Trinitatis*. Utitur non semel.

† **EVARE**, *Provocare*. Glossar. Sangerman. n. 501.

\* *Eo spectare videtur vox Esvaudis, qua jurgium, rixa significatur, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 186. Chartoph. reg. ch. 240: L'exposant esposuente d'icelle noise sailli de son hostel... et rencontrent Martin Fromont lui dist: Qui te fait faire ces Esvaudies?*

**EVASIO** LATRONUM, in Fleta lib. 1. cap. 20. § 12. Vide *Escapium*.

**EVASTARE**, pro *Vastare*, ἐκπορθῶν, in Gl. Græco-Latinis.

\* **EUBANUS**, *Uno ligno*, in Glossar. Lat. Ital. MS. [An *Ebenus*, Germ. *Ebenholz?* ADEL.]

\* **EUCARMEN**, Antiphona, quæ ad oblationem in Liturgia sacra canitur. Grad. Albiense XI. sæc. ex Bibl. reg.: *Offertoria vocantur Eucarmina, quæ super hostias oblatas Domino canit Ecclesia*.

† **EUCHARIS**, εὐχαρί, Gratius. Interpres Eccl. 6. 5: *Lingua Eucharis in bono homine abundat*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MSS.: *Eucaris, Gratieux*.

**EUCHARISTIA**, ex Gr. εὐχαριστία, sacrum Christi Corpus in Missæ sacrificio confectum, de qua appellatione audiendus in primis Michael *Dufresne* Soc. Jesu Presbyter, frater ὁ μακαρίτης, in Dissertation. sacris ac historicis ineditis de Antiquis Sacramentorum ritibus, diss. 4. cap. 2: *Præterea huic etiam Sacramento ab institutione factoque Servatoris, idque præcipuum Eucharistiæ nomen inditum est. Quippe sacri testantur Evangelistæ, cum illud institueret, Patri Redemptorem egisse gratias, εὐχαριστήσαι. Ita cap. 26. Matthæus, de Calice saltem. Et accipiens Calicem gratias egit: εὐχαριστήσας ἔδωκεν αὐτοῖς. Tum Luc. 22. cap. De ipso pane: Et accepto pane, inquit, gratias egit, εὐχαριστήσας ἔκλασε. Paulus denique easdem omnino usurpat voces hoc de Sacramento agens in Epist. 1. ad Corinth. cap. 11. Accepit panem, et gratias agens fregit, ἔλαβεν ἄρτον, καὶ εὐχαριστήσας ἔκλασε. Hoc igitur Sacramentum id nominis ab exemplo Servatoris obtinuit, quod etsi non extet in Scriptura, usurpat illud Syrus Paraphrastes antiquissimus, usurpat Ignatius in sua ad Smyrnenses Epistola, Justinus, Irenæus, alique primorum Ecclesiæ sæculorum scriptores; ut nihil dicam de recentiori-*

*bus. Quo in vocabulo, quod a parte una totam Domini designat actionem, qua Deo Patri gratias egit, antequam panem vinumque consecrans, merito nonnulli observant quomodo Filius Dei umbras legis ad veritatem traduxerit. Quippe mos fuit populo Judaico convivium illud in quo Paschalis Agnus edebatur, poculo claudere, quod Poculum laudis appellabant. Exploratum autem ab gratiarum actione dictam Eucharistiam, ut pluribus explicat Homil. 6. in Matthæum Chrysostomus: nec enim probatur quod in Libris Orig. εὐχαριστία bonam gratiam S. Isidorus interpretatur: cui S. Thomas assentitur 3. pag. 78. a. 4. quod nomen petitum ait vel ex significatione futuræ gloriæ, quia gratia Dei vita æterna, ad Rom. 6. vel ex re quam continet, Christo videlicet, qui summa Gratia. Eucharistiæ vocem passim usurpat Cyprianus Epist. 11. et alibi, ut et Patres alii, cujus aliquot et præcipuos ritus hic perstringemus.*

\* *Eucharistici panis forma præscribitur in Stat. MSS. eccl. S. Laur. Rom.: Ordinarunt quod sacratissimum Corpus Domini nostri Jesu Christi in parvis formis et rotundis factum sit, et non per frusta pro infirmis reservetur.*

Olim quotidie sacram Eucharistiam sumebant fideles, quod jam inde ab Apostolis usitatum fuisse docent non uno loco eorum Acta, ut et Cyprianus de Orat. Dominica. [Et quod maxime notandum, Canon. Apost. 6. et 7. a communionem separantur omnes sive Clerici sive Laici qui Sacris intersunt, et sanctis Mysteriis abstinere.] At desit mox iste Romæ, Hieronymi potissimum ætate, ut ipsemet testatur in Epist. ad Lucam et Beticum, et in Apoget. ad Pammachium: Mediolani vero sub S. Ambrosio, ut patet lib. 4. et 5. de Sacramento, in Africa denique usque ad S. Augustini ætatem, ut colligere licet ex d. lib. S. Ambrosii de Sacramento, et lib. 2. de Serm. Dom. S. Chrysost. Homil. 61. ad populum Antiochæ. 3. in Epist. ad Ephes. et 17. ad Hæraos, eodem Augustino Epist. 118. cap. 2. etc.

☞ *Refrigescente sensim charitate, eo devenit esse ab Eucharistia abstinentiæ, ut coacti fuerint Episcopi leges ferre ad compellendos fideles ad sacram communionem præcipuis saltem festivitibus. Pascha, Pentecoste, Natali Domini communicandum statuunt Eliberritani Patres in Fragmentis can. 2. Idem decernit Concil. Epaon. can. 35. Agathense can. 18. habet: *Seculares qui Natale Domini, Pascha et Pentecosten non communicaverint, Catholicis non credantur, nec inter Catholicos habeantur*. Simili modo in Capitularibus Regum nostrorum lib. 2. cap. 45. præcipitur, *Ut si non frequentius, vel ter laici homines in anno communicent, nisi forte quis majoribus quibuslibet criminibus impediatur*. Vide Concilium Turon. III. can. 50. Reginomem lib. 2. cap. 195. Burchardum lib. 5. cap. 17. Ivonem part. 2. cap. 27. Gratianum dist. 2. de consecrat. cap. 16. Et si non.*

*Eucharistia in manus fidelium data S. Augustinus Serm. de Temp. 252: Omnes viri quando communicare desiderant, lavant manus suas, et omnes mulieres nitida exhibent linteamina, ubi corpus Christi accipiant*. Vide Baron. ann. 690. n. 55. Biniuum ad Concil. Toletan. I. Menardum ad Sacramentum. Gregorii pag. 378. Henric. Valesium ad Eusebii Hist. Eccles. lib. 7. cap. 9. Virum doctissimum Joan. Mabillonium in Præfat.

ad tom. 3. sæculi 3. Benedictini num. 11. Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 17. num 3. etc.

☞ *Eucharistiam accipientes, cum dixisset sacerdos: Corpus Christi, respondebant, Amen*. S. August. Serm. 272: *Audis Corpus Christi, et respondes Amen*. Et lib. 12. cont. Faustum cap. 10: *Habet enim magnam vocem Christi sanguis in terris, cum eo accepto ab omnibus respondetur, Amen*. Idem testantur Cornelius PP. Epist. ad Fabium Antioch. Hieronymus Epist. ad Pammach. Ambrosius lib. 4. de sacram. cap. 5. et alii.

*Eucharistiam domum delatam, et in arca asservatam, scribunt Tertullianus sub finem libri ad Mart. lib. 2. ad uxor. [S. Cypr. lib. de Lapsis.] S. Augustin. lib. 3. contra Crescon. cap. 11. Basil. M. Epist. 289. Joan. Moschus cap. 29. 79. etc. Verum id can. 3. Concilii Cæsaraugustani vetitum, quo anathematizatur is qui Eucharistiæ gratiam acceptam in Ecclesia non consumperit*. Vide Baron. ann. 57. n. 149. 150. ann. 293. n. 2. [Concil. Tolet. I. cap. 14. Capitul. lib. 7. cap. 473.]

*Eucharistiam in sacra Liturgia a se confectam, in Communionis Symbolum, sibi mutuo impertiebant Sacerdotes ac Episcopi; cujus moris exemplum habetur apud Evagrium lib. 1. cap. 13. initio.*

☞ *Eam ob rem etiam mittebatur Episcopis et Sacerdotibus qui sacro non interfuerant. Testis est Irenæus Epist. ad Victorem PP. apud D. Constant tom. 1. Epistolæ. Rom. Pontif. pag. 106: Verum qui te præcesserunt Presbyteri, quamvis minime observarent [eundem actu morem] Ecclesiarum Presbyteris qui observabant, Eucharistiam miserunt*. Vide Epist. Innocentii ad Decentium ibid. pag. 856.

*Eucharistiam a jejuniis sumptam testantur [Tertullianus lib. 2. ad uxor. cap. 5. S. Ambrosius Serm. 8. in Psal. 118. n. 48.] S. August. Epist. 118. cap. 6. Concil. Carthag. III. can. 29. S. Eligius Noviom. Episc. Homil. 8. S. Dorotheus doctr. 9. Walafridus Strab. lib. de Reb. Eccles. cap. 19. Capitula Theodori Cantuar. cap. 50. etc. [S. Johann. Chrysostomus Epist. 143. calumniatores refellit, qui eum accusarant, quasi Eucharistiam quibusdam non jejuniis tradidisset. In quibusdam tamen Ægypti Ecclesiis post cœnam offerebatur Sabbato, dabaturque non jejuniis, si Socrati lib. 5. cap. 22. et Sozomeno lib. 7. cap. 19. fides habeatur.]*

*Eucharistiam, seu Hostiam sanctam, de manu Episcopi sumebant Presbyteri usque ad quadragesimum diem consumeabant*. Vide Fulbert. Carnot. Ep. 2.

*Eucharistia olim data, suscepta Extrema Unctione*. Vide usus antiquos Ordin. Cisterciensis cap. 93. Riculfum Suessionensem in Statut. ann. 889. cap. 10. et quæ annotat Menardus ad Sacramentum. Gregorii pag. 384. [et Mabill. in Præfat. ad tom. 3. sæculi 3. Benedict.]

☞ *Eucharistiam a sæculo iv. in Ecclesia adservatam fuisse etiam sub utraque specie, testis est S. Chrysostomus in Epist. 4. ad Innocent. PP. apud D. Constant tom. 1. pag. 783: Neque hic malum stetit; sed ubi sacra erant reposta ingressi milites, quorum aliqui, ut comperimus, initiati non erant, viderunt omnia quæ intus erant, et Sanctissimum Christi Sanguis, ut in tanto tumultu, in prædictorum militum vestes effundebatur*. Mediolani in dolio aureo, ut scribit S. Ambr. Epist. 4. n. 4. quod in Sanctuario

repositum erat, servabatur. Nec aliter intelligendus, ut arbitror, Anastasius in Vita Nicolai PP. I. apud Murat. tom. 3. col. 253: *Fecit autem (Nicolaus) in Basilica Salvatoris... Cruces de argento purissimo, quæ pendent ante Figuram substantiæ Carnis ejusdem Domini nostri Jesu Christi.* Vide Cyprianum lib. de Lapsis, Basilium Epist. 389. Cyrillum Alexand. in Præfat. adv. Antropomorphyas, Vitam Sancti Galli cap. 19. etc.

☞ *Eucharistiam Presbyter semper habeat paratam, ut quando quis infirmaverit aut parvulus infirmus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur,* lib. 1. Capitulum. cap. 155. lib. 5. cap. 57. Vide lib. 6. cap. 178. Walterum Aurel. cap. 7. Reginonem lib. 1. cap. 69. Burchardum lib. 5. cap. 10. Ivonem part. 2. cap. 20.

\* *Eucharistia, quæ asservatur, post quindecim dies renovanda statuitur ibid.: Ordinarunt quod de xv. in xv. diebus sacratissimum Corpus Christi renovetur, et capsula seu vas in quo reponitur super calicem bene mundetur, et quotienscumque Corpus Christi renovatur, fenestra in qua reponitur ab araneis et pulveribus mundetur et pannus circum circa ponatur, quos rectores ipsi mundos et sine pulveribus servare teneantur.*

*Eucharistia infantibus statim post baptismum etiam lactentibus data, ut est in Ordine Romano, et apud Alcuinum in Ordine ad Baptismum, et Hugonem a S. Victore lib. 2. Speculi Eccl. cap. 20. Vita MS. S. Gervasii Diaconi Cenomanensis Mart.: Dicebant enim quod in hora qua sæpeditus Pontifex, peracto baptisate in os illius infantis, sicut moris est, sanctum Christi Corpus misit, in labiis illius guttam sanguinis vidit, etc.* Cæteris porro infantibus non modo datam Eucharistiam, sed etiam porrectum sacrum Calicem, scribunt S. Cyprianus lib. de Lapsis, S. Augustinus Epist. 23. 106. 107. lib. 3. de Trinitate cap. 10. lib. 3. contra Cresconium cap. 11. contra 2. Epist. Pelagianor. cap. 22. lib. 4. cap. 4. lib. 1. contra Julian. cap. 4. 6. lib. 3. cap. 1. lib. 1. de Peccator. merit. cap. 19. 20. Jesse Ambian. Episc. etc. Adde Lanfrancum Epist. 33. et ibi notas D. Lucæ Acherii, Menardum ad lib. Sacram. Gregorii pag. 106. Joan. Garnerium ad Marium Mercatorem tom. 1. pag. 79. et Card. Bona lib. 2. Rerum Liturg. cap. 19.

\* *Ejusdem ritus meminit antiquissimus Ordo eccl. Ambros. ubi et Hostiam sacro Sanguine intinctam iisdem porrectam fuisse observare est, apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 844. Peracto baptisate sequitur communio, quæ sub his verbis ministrabatur: Corpus Domini nostri Jesu Christi sanguine suo tinctum conservet animam tuam in vitam æternam. Amen.*

*Eucharistiam, seu Hostias consecratas in libro Manuali, itinerantes Presbyteros Hibernicos a collo suspensio deferre olim solitos, testatur Silvester Giraldus in Topogr. Hibern. dist. 2. cap. 19. [Idem de Monachis extra Monasterium exeuntibus innuit inscriptio quam initio cujusdam codicis, in quo Gregorii M. expositio in Ezechielem continetur, antiquissimo caractere scriptam legisse se monet Mabill. Analect. tom. 4. pag. 40: Oportet Monacho ubicumque exierit, Eucharistiam semper secum vehat. Vide Gregorium M. Præfat. in Job, et lib. 3. Dialog. cap. 36.]*

*Eucharistiam, seu panem Eucharisticum, in sanguine intinctum sumebant*

interdum Laïci, quod mixto sacrificio communicare vocat Missa antiqua ex Codice Ratoldi Abbatis Corbeiensis, quod tamen non semel vetitum. Vide Micrologum cap. 26. Paschalem II. PP. Ep. 32. Ivon. Carnot. part. 2. Decret. cap. 85. Concilium Londinense ann. 1175. can. 16. Ernulfum Roffensem Episcopum Ep. 2. tom. 2. Spicileg. pag. 432. Joan. Abrincens. de Off. Eccl. pag. 19. præterea Marcam ad Canon. 28. Concilii Claromontani, et ad calcem Hist. Beneharn. in Addition.

\* *Sanguine intincta præcipue ægrotis data ut eam facilius deglutirent: unde Paschalis II. PP. in Epist. 32. in qua hunc ritum pro laicis improbat, exceptionem addit hanc: Præter in parvulis, ac omnino infirmis, qui panem absorbere non possunt. Missale MS. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 844: Impositio manuum super infirmum: nempe Olei sancti unctio, subinde additur: Communica eum, et dic: Corpus Domini nostri Jesu Christi sanguine suo tinctum conservet animam tuam, etc. Oratio: Domine sancte Pater, te fideliter deprecamur, ut accipiente fratre nostro sacrosanctam hanc Eucharistiam Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, etc. Rituale MS. Monast. Bobiens. ibid. col. 845: Et cum viderit eum ad exitum appropinquare, dandum est illi Corpus et Sanguinem Domini, etiamsi ipso die comedisset... Et cum posuerit in ore ipsius Eucharistiam, dicat sacerdos: Corpus Domini Jesu Christi Sanguine suo intinctum mundet te, etc.*

☞ *Eucharistia ori moribundorum infusa, lib. 5. Capitulum. cap. 120. 140. et in Canonibus Isaaci Episc. Lingon. tit. 1. §. 5. et 20.*

*Eucharistiam mortuis datam, et in os missam, antequam humo mandarentur, observare est ex Concilio III. Carthag. cap. 6. et Antisiod. can. 12. 36. Crisostom. cap. 247. ubi id vetatur.*

*Eucharistiam dari emergumentis, vetant Capitularia Attonis Episc. cap. 76 [Si dociles sint, permittunt Concilia Araus. can. 14. et Arelat. II. can. 39.]*

\* *Eucharistiam ægrotis deferebant laici, cum presbyter infirmus aut absens erat. Stat. synod. Guid. Lexov. episc. ann. 1321. ex Cod. reg. 4653: Nefc permittant (sacerdotes) diocesanos deferre infirmis sanctum Corpus Domini, nisi in necessitate, cum sacerdos fuerit absens vel infirmus. Vix perspicio quo spectat caput 12. Stat. eccl. Turon. ann. 1396. b. ex cod. reg. 1237: Inhibetur presbyteris ne hostias sacratas dent pueris nullo modo, nisi communicandi causa in die Paschæ. Obscurior videtur Gallica versio ibid.: Il est deffendu aus prestres que ilz ne donnent par nulle maniere aus enfans les hosties sacrées, fors le jour de Pasques pour paour d'escommingés. Quod de Eulogiis videtur intelligendum. Vide Eulogiæ 2.*

*Eucharistia in navibus delata legitur apud S. Ambros. lib. de Obitu Satyri fratris, lib. 3. de Offic. cap. 36. Gregorium M. PP. lib. 3. Dial. cap. 37. Matthæum Paris ann. 1247. Joinvillam in S. Ludovico pag. 8. et 112. Sed id peculiari privilegio sancto Regi indulgentiam a Legato Apostolico, scribit in ejus Vita Gaufridus de Belloloco cap. 9. ut nempe sacram Eucharistiam in Ægyptum profecturo in navigio suo deferre liceret: quod alii peregrini quatumcumque magni facere non solebant. Vide Missa sicca.*

*Sacram Eucharistiam in vase aureo in*

equo albo delatam in solenni in urbem Romam summi Pontificis ingressu, scribit Martinus Ballaius sub ann. 1533: *Lui etant assis sur une chaire portée sur les espauls de deux hommes, et en ses habits Pontificaux, hormis la tyare, marchant devant lui une haquenée blanche, sur laquelle reposito le Sacrement de l'Autel, et estoit ladite haquenée conduite par deux hommes.*

☞ *EUCCHARISTIA, Pro sacra pyxide, seu Ciborio, Gall. Ciboire. Hist. MS. Beccens. Monast. ex Archivo ejusd. pag. 96. n. 2: Festinato ivit Abbas, sed nullam in Eucharistia invenit hostiam. Et pag. 581. num. 17: Dedit dono Ecclesiæ S. Petri de Prætelis Eucharistiam, ubi Corpus Domini debet esse super altare.*

*EUCCHARISTIA, pro Festo sancti Sacramenti, non semel in Ordinario MS. Ecclesiæ Rotomagensis.*

\* *Occurrit etiam in Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 121. v.*

☞ *PURGATIO PER EUCCHARISTIAM, iis, quas vulgares vocant, videtur accenseri, cum unicum Sacramentum, seu juramentum pro Canonica receptum sit; etsi ab ipsis summis Pontificibus et Episcopis legatur inita, et in Conciliis approbata; in quibus ejusmodi purgatio per divinæ Eucharistiæ, seu Sacramenti Dominici perceptionem, Sacerdotibus potissimum imponitur, a quibus juramentum exigere nefas ducebant, ne manus, per quam Corpus et Sanguis Christi conficitur, juramento pollueretur. Concilium Triburiense cap. 21: Laicus per juramentum si necesse sit, se expurget; Presbyter vero vice juramenti per sanctam consecrationem interrogatur, quia Sacerdotes ex levi causa jurare non debent. Manus enim per quam Corpus et Sanguis Domini conficitur, juramento polluetur? Absit, etc. ubi Consecrationem intelligo, non in Sacerdotem, sed Corporis et Sanguinis Christi Sacramentum, inter Missarum solemniam: quod indicat Concilium Wormaciense cap. 10: Si Episcopo aut Presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, et maleficium imputatum fuerit, pro singulis Missam celebrare debet, et communicare, et de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere. Idem Concilium cap. 15: Sæpe contingit, ut in monasteriis furta perpetrentur, et qui hæc committant, ignorentur. Idcirco statutum, ut quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint, Missa ab Abbate celebratur, vel aliquo cui ipse Abbas præceperit, presentibus fratribus, et sic expleta Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie. Vide Notas Binii ad hoc Concilium, et Capitulare Aquisgran. de Vita et conversatione Monachorum cap. 64. Leges Kanuti Regis cap. 5. edit. Saxonica, et apud Bromptonum, Presbytero, si Sacramentales non habeat, super sanctum Corpus Domini se purgare permittunt.*

*Ita apud Ditmarum lib. 2. pag. 25. cum Abraham Frisingensis Episcopus, quod a Julitta Henrici Bavarici Ducis uxore, ac tum vidua, impensius dilectus fuisset, ab aliquot invidis infamaretur: ea extincta, in die ejus depositionis, ab eodem Antistite Missam cantante sic expurgata est: Ante communionem, is versus ad populum, quæ merita ejus fuerint, circumstantibus indicat: hoc, inquiens, delictum, quo diffamata fuit, si hæc unquam commisit, faciat omnipotens Pater Filii suimet Corporis et Sanguinis salutare remedium mihi provenire ad*

judicium, et ad debitam damnationem, animæque ejus ad perpetuam salvationem. Ac tunc cum mentis ac corporis innocentia sumpsit unicum cunctis fidelibus remedium. Creditique populus, quamvis sero, et cum detractioe injusta plus ei profuit, cum nocere studuit. Nec absimile illud quod profert exemplum Adam Bremensis cap. 147. et ex eo Albertus Stadensis ann. 1051. ubi ait in Concilio Moguntino, Spirensis Episcopum Sibiconem, cui adulterii crimen intendebatur, examinatione Sacrificii purgatum esse. Sic apud Reginonem ann. 941. Fridericus Archiepiscopus conspirationis in Imperatorem accusatus, publica se examinatione, perceptione Corporis et Sanguinis Domini coram populo in Ecclesia purgavit.

Eodem perinde se judicio purgavit Gregorius VII. apud Lambertum Schafnab. ann. 1077: Absoluto eo (Henrico Imp.) ab excommunicatione, Papa Missarum solemniam celebravit, confectaque sacra oblatione, Regem cum cætera, quæ frequens aderat, multitudine, ad altare evocavit, præferensque manu Corpus Dominicum, Ego, inquit, jam pridem a te tuisque favoribus litteras accepi, quibus me insimulabas Sedem Apostolicam per simoniacam hæresim occupasse, ... et licet multorum idoneorum certe testium adstipulatione crimen refellere queam, ... ego tamen ne humano potius quam divino niti videar testimonio, ut satisfactionis compedio omnem omnibus scandali scrupulum de medio auferam, ecce Corpus Dominicum, quod sumpturus ero, in experimentum mihi hodie fiat innocentie meæ, ut omnipotens Deus suo me hodie judicio vel absolvat objecti criminis suspicionem, si innocens sum: vel subitanea interimat morte, si reus. Hæc et alia, ut solenne est, præfatus verba terribilia, quibus Deum causæ suæ æquissimum judicem, et innocentie assertorem adesse precabatur, partem Domini Corporis accepit, et comedit, etc. Vide eundem ann. 1050. Existit, inquit Glaber Rodolph. lib. 5. cap. 1. quidam nostro tempore in Clericali habitu, dum jure culparetur quodam crimine, contigit ut sumeret audacter judicio examinis donum Eucharistie, Calicis videlicet sanguinis Christi: cui protinus per medium umbilici egredi visa est pars candidissima quam sumpserat ejusdem sacrificii, dans procul dubio evidens indicium reatus se indigne percipientis. Illico vero confitens, quod prius negaverat, digne pœnituit.

Non pauca alia istiusmodi per Eucharistiam purgationis a Presbyteris, Clericis, ac Monachis initæ exempla suggerunt Scriptores: in quibus præ cæteris insigne admodum est, quod ex Tabulario Flaviniacensi descripsere Sirmondus post Concilium Remense ann. 894. et Chiffetius in Historia Trenorchensi pag. 242. quod Gyrfredus Monachus Flaviniacensis objectum sibi crimen cædis Adalgarii Episcopi Heduensis in Synodo per Eucharistie sumptionem diluit, ubi hæc habentur: Quod tertio sub testificatione S. Spiritus clamari jubentes, et nihil prorsus verisimile reperientes, sanciverunt communi consilio, ut quia nec convictum, nec etiam confessum experiebantur, tamen quia ventilatum, et usquam locorum erat divulgatum, ut ab omni suspitione liberimus redderetur, in vicini Synodo, quam omni reverentia dignus Gualo Antistes erga filios Ecclesie celebraret, Corporis Christi et Sanguinis illo examine, quod solum verius probatur et terribilius, immo salubrius creditur, a

flagitio divulgato publice expiaretur. Eo scilicet tenore eundem prius testificantes, ut si in aliquo conscius tanti piaculi foret, nullo modo ad sacra sumenda accederet: et si forte temerarie præsumeret, censura sancti Spiritus, et auctoritate Apostolorum Principis ab ipso vivifico redemptionis nostræ pretio extorris fieret, et cum Juda Domini proditore damnatus, æternis irremediabiliter suppliciis addiceretur. Sin vero immunem se esse per omnia pernosceret, fuis misericordie Dei, tanti muneris donum ad salutis suæ remedium saluberrime percipere non diffideret; quod omnibus usquequaque satis fuit. Igitur Pastor piissimus misericordia motus, illius causa apud Flaviniacum Cænobium et castrum publicum sanctam Synodum propriæ Ecclesie colligens, juxta statuta supradictorum Anistitum, Missarum solenniis deductis, omnibus in unum qui adfuere in primori Ecclesia S. Petri collectis, jam suprafatum præmonuit virum, ut sicut sibi ipsi conscientia diceret, ad sacra sumenda, aut etiam refugienda quoquo vellet modo seipsum præfereret. Quique in nullo hæsitans, Deum sibi et ipsum quod percepturus erat redemptionis pretium in testimonium et judicium invocans, fidissime, omnibus in prospectu positus, quæque supra fuerant præfixa votis omnibus peregit. Mox addit in purgationis ejusmodi fidem datum accusato instrumentum. Historia Trevirensis pag. 245. de quodam Sacerdote de hæresi suspecto: Contra ille timens, ne Presbyterii privaretur honore, respondit ob hujus suspensionem notam abolendam libenter velle summæ examinationis subire sententiam. Quod dictum cum placuisset omnibus, jussus est Missam celebrare, et sacrum Canonem, qui Secreta, vel Actio dicitur, sicut cætera, excelsa voce decantare, ut qui mysterio pretiosi Corporis et Sanguinis Christi præsumpisset detrahere, ipsius probaretur virtute. Missa itaque decursa, ubi ad communicandum perventum est, Episcopus verba imprecationis hujusmodi intulit, dicens: Si vivificum hoc salutis nostræ Sacramentum, quod manibus tenes, non vere Corpus Christi et Sanguinem esse ausus es impio re garrere, cum istius mysterii contestatione interdicto quoquomodo præsumas accipere: si vero non ita, sed Catholice profiteris, accipe, et accepti. Verumtamen qualiter idem redemptionis munus ad damnationem sui in os ejus intraverit referre supervacaneum non judicavi. Cum enim esset in examinationis anxietate constitutus, omnipotenti Deo de admissis pœnitentiam, de futuris custodiam pollicens, corde contrito supplicavit, et obtinuit ab instanti confusione liberari. Aliud exemplum ejusmodi judicii per sacram Eucharistiam in ita in Imbricone Augustensi Episcopo recitat Bertholdus Constansiensis ann. 1077. Prædictis denique addendum videtur quod habent Leges Hoeli Boni Regis Wallie cap. 25. ubi de Sacramentis et jurejurando: In alio casu novem dies dantur Domino ad connumerandum qualiter juramentum præstiterit: Sacerdoti vero ad idem dantur inducie usque ad tempus quo possit Missam celebrare.

Fatendum tamen non ipsis duntaxat Sacerdotibus propriam fuisse ejusmodi per divinam Eucharistiam purgationem: cum hanc ab Eulalio Arverneni Comite, a quo matrem suffocatam ac strangulatam fama erat, exegerit Cantinus ejusdem civitatis Episcopus, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 8. Cum enim ad communicandum ventum esset, et Eulalius ad altare accessisset, ait

Episcopus: Rumor populi parricidam te proclamant esse, ego vero utrum perpetraveris hoc scelus, an non, ignoro: idcirco in Dei hoc et Beati Martyris Juliani statuo iudicio. Tu vero si idoneus es, ut adseris, accede propius, et sume tibi Eucharistie particulam, atque impone ori tuo. Erit Deus inspector conscientie tuæ. At ille accepta Eucharistia communicans accessit. Eandem legem olim præscripsit Adrianus PP. Lothario Regi Lotharingæ. Chronicon Reicherspergensis Monasterii ann. 870: Lotharius Rex ab Adriano vocatus Romam venit, qui cum ab eodem Præsule interrogaretur, si monita prædecessoris sui Nicolai PP. hactenus observasset, et jusjurandum custodisset, et ille mentitus, omnia se observasse respondisset: et Proceres et Optimates qui cum eo venerant, eadem testificarentur, nec ulla persona inveniretur, quæ contra Regem legitimum auderet certamen inire controversiæ: Adrianus PP. dedit Regi, et omnibus consensibus, qui accedebant, communionem Corporis et Sanguinis Domini de manibus suis ad Missarum solemniam: ita ut si vera essent quæ ipsi testificati fuerant, proficeret eis in vitam æternam. Ita Lotharius Roma egressus morbo corripitur, et Placentiam civitatem perveniens, diem clausit extremum 6. id. Aug. Omnes etiam sui, qui ausu temerario communionem sub tali contestatione porrectam sumere præsumserunt, divino iudicio percussi, ab hac luce substracti sunt, antequam subseqvens anni rediret principium. Eadem narrat Annales Francorum Metenses, et Regino ann. 869. Florentinus Wigorn. ann. 870. et Radulphus de Diceto ann. 872.

Simili pariter lege obstringere voluerat Henricum Imp. Gregorius VII. PP. quod ille renuit, conscientia sua prohibitus, uti habet Schafnaburgensis ann. 1077. Meminit præterea Helgaudus in Vita Roberti Regis Franc. ejusmodi per Eucharistiam examinationis, formulamque indicat: Præstuli cuidam de Domino non bene sentienti, et quærenti pro quibusdam causis probationem in corpore Domini nostri Jesu Christi, indigne tulit Rex... et scripsit ei in his verbis: ... Miror qua ratione quæseris pro tuis iniquissimis imperiis, et pro infestato odio, quod erga Dei servos habes, examinationem in Corpore et Sanguine Domini, et cum hoc sit quod a dante Sacerdote dicitur, Corpus Domini nostri Jesu Christi sit tibi salus animæ et corporis, cur tu temerario ore et polluto dicas, si dignus es accipere, cum sit nullus qui habeatur dignus? cur divinitati attribuis ærumnas corporis, et infernum doloris humani divinæ connectis naturæ? Adde Albertum Stadensem ann. 1224. et Gilbertum lib. 3. de Vita sua cap. 13.

Priusquam autem quis admitteretur ad ejusmodi purgationem, tenebantur, sacramento ad sancta Evangelia præstito prius, se culpa exuere. S. Leo PP. aut quis alius, ex MS.: Statutum ait, ut per quatuor sancta Evangelia testetur, qui verum dicere probatur, antequam Communicet, et deinde sub iudicis flamma relinquatur. Vide Judicia Withredi Regis Cantuarior. cap. 23.

\* EUCARISTIALE, Vas in quo Eucharistia asservatur, in Pontif. Mogunt. Ms. fol. 110. v. Eucharistiale vasculum, in altero antiquissimo Pontif. Vide infra Missa Eucharistialis.

† EUCHETE, vel EUCHITÆ, Græcis Εὐχῆται, Orantes. Sic dicti sunt quidam hæretici, qui solas preces ad salutem satis esse somniabant. De his Epiphanius

Hær. 80. August. Hær. cap. 58. Rhodig. 2. 16.

\* **EUCHIMUS**, Gr. εὐχίμος, Optimus. Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 81: *Sint omnes cibi Euchimi*. Ubi Glossæ: *Euchimi, bonos humores generantes*. Vide supra *Euanadotus*.

\* **EUCHONOMUS**, pro *Economus*, semel et iterum in Charta Henr. comit. ex Lib. albo episc. Carnot. et in alia Phil. I. reg. Franc. ann. 1105. ibid.

\* **EUDILIA**, *Service fait à homme*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

\* **EUDOXUS**, ex Gr. εὐδοξος, Gloriosus. Frīdegodus in S. Wilfrido cap. 6:

Cui queat Eudoxas moriens committere caulas.

[\*\* Forte Fidelis, Εὐδοξία enim recta fides dicitur ab Epiphan. Vide H. Stephan. Thesaur. ling. Græc. edit. Didot. tom. 3. col. 2281.]

**EVE** et *Treue*, dicuntur nativi de avo et tritavo, quorum majores servitutum servierunt. Ita Skeneus lib. de Verb. significat.

**EVECTIO**, Diploma, codicillus, libellus, quo cursu publico utendi facultas datur. Gloss. Gr. Lat. : *Εὐεκτήριον, sigillum, evectio*. Alibi : *Ἐκχομῆθι πράγματος, Evectio, exportatio*. Nestorius Patr. CP. contra Pelagianos apud Marium Mercatorem pag. 180: *Evectioem regiam non habentes, cursu regali iter quo pacto conficiet?* Theodericus Rex apud Senotorem lib. 5. Ep. 5: *Ut sive Gothus sit, aut Romanus, qui sine nostra, vel eorum, quorum interest, Evectioe vere dum præsumit attingere, per unum equum centum statim solidos a te cogatur evolvere*. Idem lib. 6. Ep. 3. *Præfectorem Prætorio muneris fuisse innuit Evectioes dare*. Passim in Cod. Theod. et Justin. tit. De cursu public. de Munerariis, De Commeatu, etc. apud Symmachum lib. 1. Epist. 6. lib. 4. Ep. 48. lib. 7. Ep. 95. lib. 9. Ep. 20. S. Augustinum lib. 5. Confess. cap. 13. et Ep. 55. Serm. de Temp. 180. B. Hieron. in Hilarione, Gregorium Tur. lib. 9. Hist. cap. 9. Marculfum lib. 1. form. 11. Sulpitium Severum lib. 2. Hist. Paulinum lib. 4. de Mirac. S. Martini, Sidon. lib. 5. Ep. 20. etc. Exstat præterea formula istius Evectiois apud S. Athanasium Apologia 2. de fuga sua pag. 787. eundem vide in Epist. ad Solitar. pag. 821. Hinc

**EVECTIO**, pro ipsis *Equis*, seu *Equitaturis*, ubi de visitationibus Episcoporum et Archidiaconorum, etc. in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. pag. 1467. Bibl. Cluniac. in Concilio Toletano VII. can. 4. Lateranensi III. sub Alexandro III. can. 4. Lateranensi IV. sub Innocentio III. can. 11. 33. Albiensi ann. 1254. can. 58. Viennensi ann. 1267. can. 2. Londinensi ann. 1268. cap. 19. Synodo Santonensi ann. 1282. can. 4. (ubi Concilium Sarisberienne ann. 1217. can. 77. habet *equos* : ) apud Stephanum Tornac. Epist. 130. 690. in veteri Charta apud Jacob. Petium post Pœnitentiale Theodori pag. 685. etc.

**EVECTIO NAVALIS**, apud Victorem Vitensem lib. 3. de Persecut. Vandal. pag. 42. pro ipsis navibus : *Omnis simul civitas Evectioe Navali de proximo confugit*. Fredegar. ann. 767 : *Inde Navali Evectioe per Ligerim fluvium usque ad Sellus castrum... pervenit*.

**EVECTIUNCULA**, apud Paulum Diacon. Emeritensem lib. de Episc. Emerit. in S. Masona cap. 10. ubi perperam editum, *Eventiunculis*. Vide *Synthema*.

\* **EVEGERE**, pro *Evehere*. Gall. *Voi-turer*. Charta ann. 869. apud Murator.

tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 721 : *Et ipso nostro grano vel vino redditum quamque exenia et operas... studere et triturare, atque Evegere facera, dare et consignare debeamus*. Alia ann. 957. ibid. tom. 3. col. 719 : *Illi vero, qui de villa Lemonta videntur esse, non debent olivas premere, nec ligna ad ipsas olivas dare, nec Evegere ipsum oleum, sed tantum debent omnes colligere, et vasa eorum ad utilitatem prædictæ olivæ, quantum opus est, debent dare, seu et simul omnes debent ceteri adjuvare ad incarcandum, prout necesse fuerit*. Vide *Evectio*.

\* **EVELLATIO**, Destructio, quasi *Evlisio*. Charta ann. 1381. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 524 : *De quibus (fossatis) erant et eorum prædecessores fuerant in possessione pacifica vel quasi a tempore Evellationis seu destructionis murorum, et implectionis fossatorum seu vallatorum Tholosæ*. Vide mox

\* **EVELLATUS**, *Evlulsus*. Hist. transl. S. Corn. PP. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 374 : *Demptis acutis vepribus, surculisque silvarum radicibus Evellatis omnibus, etc.* Nostri *Esrachier* et *Esrager*, eodem sensu, dixerunt. Charta ann. 1849. in Chartul. S. Vinc. Laudun. : *La poursuite... de bos coppé ou Esrachié, etc.* Lit. remiss. ann. 1879. in Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 262 : *Iceillui Hennequin empoigna ledit Colin par sa barbe en le tirant et sachant si fort qu'il en Esraga une partie*. *Esrager* et *Esrager*, eadem acceptione. Vita J. C. Ms. :

Pour chou fist Diex l'arbre Esragier.

Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1 :

Et si durement l'enraja,  
C'a ses dens sa langue Esraja.

*Errager*, in Poem. Alex. Ms. part. 1 :

Un Grieu qui tint sa lance, qui ert venus jouter,  
Du poing li Errage, le cuir en fist voler.

\* **EVELLENS-PALUM**, Cognomen, Gall. *Arrache-pel*. Chartul. S. Petri Carnot. ch. 10 : *Ingelgerius de Merevilla et Odo cognomine Evellens-palum, etc.*

† **EVELLERARE**, *Vellere, spoliare*. Wilhelmus Brito lib. 7. Philipp. v. 189 :

Dum lupus ejus oves dumis Evellerat aspris.

† **EVENDEGATUS**. Vide in *Evindicare*.  
† **EVENDICARE**, Sibi asserere, obtinere, Gall. *Revendiquer*. Charta Hedeni Ducis ann. 704. apud Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 14... *Qui Dominum tradidit, et insuper inferat tibi una cum cogente fisco auri libras v. argenti pondo xv. et nec sic quidem quod repetit Evindicare valeat*. Vide *Evindicare*.

\* **EVENDO**, [Vendo. Borrich. cogit. 275.]

\* **EVENIENTER**, Casu, fortuito. Vocabul. compend. ex Summa Januens. voce *Accido* : *Evenienter, advénamment, eschéamment*.

† **EVENIMENTUM**, Possessio obvieniens alicui : quod varie fit, ut supra dictum est in *Escaeta*. Charta anni 1371. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 377 : *Totum jus et omnem actionem, successio-nem, evenimentum (l. evenimentum) et escheytam, quæ mihi nobili Annæ... pertinere poterunt*.

\* **EVENTAGIUM**, Jus præcipuum, prærogativa. Charta Theob. comit. Campan. ann. 1224. de partitione inter liberos masculos baronum post obitum parentum suorum, in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Si haberent inter se domum fortem, secundonatus haberet eam cum omni Eventagio de feodis, carucagiis, pratis, vineis, aquis, stagnis,*

*quæ essent infra parrochiatus villæ in qua esset domus illa... Ita quisquis eorum haberet in suo castello Eventagium castelli, sicut superius est expressum*. Vide supra *Eventagium* 1.

**EVENTAMENTUM**, *Eventus, casus*, Gall. *Evenement*. Schedula MS. oblata Concilio Constantiensi : *Reductentes ad memoriam processum, acta, Eventamenta, sententias et pronuntiationes dudum Pisis contra Petrum de Luna... factas, facta et latas, etc.*

\* Locum citatum vide apud Marten. tom. 7. Ampl. Collect. col. 1209. ubi rursum legitur : *Prædictos processus, acta, Eventamenta et sententias... cassamus et annullamus*. Unde manifestum fit de litis instrumentis intelligendum, legendumque fortassis *Erramenta*. Vide supra in hac voce.

1. **EVENTARE**, *Aerem sibi vel alteri concitare, vel captare*, *Eventer*. Mich. Scotus lib. 1. Mensæ Philosophicæ cap. 5 : *Est quærendus locus tranquillus et frigidus, et a vento Eventatus*. Lib. 4. cap. 17 : *Et cum ille Eventaret se, etc.* [Le Roman. de Partonopex MS. :

Gaudins est oissus du tornoi,  
Partonopex emaine o soi  
Pour ax esbate et Esventer,  
Se vont un poi pour ax ester.]

\* Hinc nostris *Esventour*, Flabellum. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 43 : *Le suppliant trouva d'aventure un Esventour de plumes, duquel il esventa le feu, où l'en faisoit laditte fausse monnoye*. Ejusdem originis *Esventoir*, et *Esventure*, pro *Doli umbilico*, vulgo *Bondon*. Lit. remiss. ann. 1391. in Reg. 140. ch. 294 : *Le treu ou Esventoir parmi lequel l'en mettoit le vin ou dit tonnel*. Alia ann. 1413. in Reg. 168. ch. 97 : *De laquelle queue de vin le suppliant but par plusieurs fois a un chalumeau par le bondon ou Esventure*.

\* 2. **EVENTARE**, Alia notione, apud Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 129 : *In quibus autem non satis Eventare aut desiccare opus habemus, utilisimi sunt sacelli de furfuribus facti*.

\* **EVENTATIO**, *Aeris captatio et ejusdem impressio*. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 314 : *Vulneravit in capite, ita quod infra quatuor dies, forte propter suum malum regimen et Eventationem seu majoris aeris quam oportebat sumptionem, diem suum clausit extremum*.

† **EVENTIO**, pro *Eventus, Casus*, dixit Bernardus Monachus in Ordine Cluniac. part. 1. cap. 17.

1. **EVENTURA**, *Fortuna*. Gall. *Avanture*. Lambertus Ardensis pag. 251 : *Senes et decrepitos, eo quod veterum Eventuras, et fabulas, et Historias ei narrent, venerabatur*. Vide *Aventura*.

\* 2. **EVENTURA**, *Caducum, seu quidquid ex confiscationibus et escaetis domino feudi aut prædii quasi fortuito obvenit*. Stat. super redit. Dalph. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 48. r. : *Erunt domino grossæ emendæ pretium prædictum excedentes et compositiones grossæ, Eventuræ extraordinariæ et confiscationes*. Vide *Aventura* 3.

\* **EVENTUS**, *Adventus*, Gall. *Arrivée*. Comput. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 190. col. 2 : *Pro loqueris novem ronssinorum, quos equitarunt quatuor ex dominis consilibus, cum fuerunt ante ad Eventum uxoris Petri Scatisse*. Deliber. consul. Nem. ann. 1358. ibid. pag. 203. col. 2 : *Quod solvatur financia, et manulevetur usque*

ad Eventum illorum, qui accedere debent apud Biteris, etc.

\* **EVERA**, La mondia, in Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Everriatores*.

† **EVERBERARE**, Vi quadam excitare, impetrare. Barthii Glossarium ex Baldrici Hist. Palæst.

**EVERGLUM**. Papias: Sagenæ, retia, verundum Græce, vulgo *Everclum* dicitur. [\* In Gloss. cod. reg. 7644: *Vulgo autem Nerunclum dicitur.*] Latini *Everriculum*, et *verriculum* rete piscatorium vocant. Ulpianus in l. Injuriarum. D. de Injuriis (Lib. 47. tit. 10. fr. 13. § 7.): *Si quis me prohibeat in mari piscari, vel Everriculum, quod Græce σαγήνη dicitur, duere.*

† **EVERGORES**. Vide *Ewes*.

† **EVERENDA**, *Distollentia*. Papias.

\* **EVERNARE**, malim pro Invitare, quam pro Enervare, ut suspicantur docti Editores ad Acta S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 604. col. 2: *Multis enim fallaces divitiæ malignandi præstitere occasiones: dum vel ad luxuriam Evernant, vel ad superbiam inflant.*

\* **EVERRÆ**, [Dicuntur purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per everriatorem, certo genere scoparum adhibito: ab extra verrendo dictæ. *Fest.* in *Everriator*, ubi alii scribunt *Exverræ*, et *Exverriæ*, et *Exvertæ*.]

† **EVERRIATORES**, Qui defunctorum umbras colligunt. Glossar. Sangerman. num. 501. Quid hæc sint nos docet *Festus*, a quo *Everriator* vocatur, *Qui, accepta jure hæreditate, justa facere defuncto debet: quæ si non fecerit, seu quid in ea re turbaverit, suo capite luat: Id nomen ductum a Verrendo. Nam exverræ sunt purgatio quædam domus, ex qua mortuus ad sepulturam ferendus est, quæ fit per Everriatorem, certo genere scoparum adhibito, ab extra verrendo dicitur.*

† **EVERSALICA MINOR**, Scripturæ gen. Vide in *Scriptura*.

**EVERTERE PECORA**, CABALLOS, Injuria occidere, vel disperdere dolo malo: in Legibus Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 20. tit. 5. § 7. et in *Lege Burgund.* tit. 49. § 4.

**EVEX**, [Episcopus, Gall. *Evesque*, ut videtur Hoffmanno, haud sine probabilitate.] Versus scripti in Codice Evangeliorum, in Chronico Novalicensi cap. 19. tom. 2. Hist. Francor. pag. 227:

Frodoinus qui pridem Pastor et inelytus Evex;  
Nam per decies quater stabuli custos oviumque est.

† **EVEXUM POLI CLIMA**, in Translatione S. Guthlaci, April. tom. 2. pag. 55. idem quod Virgilio *Convexum cælum*; *Convexum* autem, ut exponit *Festus*, est ex omni parte declinatum, qualis est natura cæli, quod ex omni parte ad terram versus declinatum est. Verum fortassis etiam legendum, *Convexum poli clima*.

† **EUFORTUNIUM**, Bona fortuna, in Vita B. Lidwinæ n. 10. April. tom. 2. pag. 308. Glossar. Lat. Gall. Sangerm. [\* et ex cod. reg. 7684.]: *Bonne fortune*.

\* **EUGA**, f. Inguen. Gall. *Aine*, Mirac. Mss. Urbani PP. V. *Habebat febrem pestilem et bossam in Euga*.

\* **EUGASTORIUM**, [Bona taberna. DIBF.]

\* **EUGE**, *Esjoys-toy*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

† **EUGIUM**, pro Nota silentii in Musicis. Tempora silentii quinque modis accidunt, quæ ad Hebræorum accentus accommodandis Franciscus Junius Hebrææ

Grammaticæ lib. 4. cap. 9: *Primus, inquit, intervalli modus est diastema διχοπον, quem prisci Latini Evgeum vel Eugium, duo justa tempora capiens: secundus est diastema χρονον, quod unius est temporis, Latine Distina: tertius est diastema ημιχρονον, dimidium justis temporis complectens: quartus est τετραχροπον χρονον, quadrantem habens temporis, quale spatium apud Musicos suspirium vulgo appellatur; quintus est diastema εχοπον, quod angustissimum temporis spatium obtinet ac prope nullum. Sed silentii quantitates seu tempora proprie dicuntur: intervalla autem sunt proportionales sonorum inter ipsos, ut diatessaron. Illud Eugium videtur sumi ab ea significatione, qua est paxillus, quo sonus duorum temporum velut obstruatur; sicut *Distina* est a *Distinendo*, id est, rememorando. Hæc paulo fusius post Martinium.*

† **EUGOMENUS**, mendose pro *Egumenus*, vel *Hegumenus*. Vide *Hegumeni*.

† **EUHODIA**, Gr. εὐδοκία, Prosperum iter. Utitur Tertull. ad Scapul. cap. 4.

† **E VICINIO**, Statim Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 44: *Ad offerendum itaque nobis in hac parte subsidium vestra devotio non moretur, quod totum et integrum E vicinio vobis... reddere pollicemur.*

\* **EVICOME**. Passio Alberti pueri tom. 2. April. pag. 896. col. 2: *Et ad suos (sanguinem) in panis massam (quem illi Evicomen, quasi Dei auxiliatoris omen, appellant) fundendum mittunt.*

**EVICTIO**. Vetus Calendarium Romanum editum ab Egidio Bucherio ad Victorii Canonem Paschalem, mense Octob. *Evictio Tyranni*, i. victoria relata de Tyranno.

\* **EVICULATUS**, [Genitalibus privatus. DIBF.]

\* **EVIDARE FABAS**, Excutere, siliquis exuere, Gall. *Ecosser*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 652: *Cum ipsæ mulieres certam quantitatem fabarum... pro certo pretio Evidare promississent, etc.*

† **EVIDENTIA**, Præsentia, conspectus. Charta Guillelmi D. Montispessulani ann. 1103. Facta dicitur ix. Kal. Febr. in *Evidentia* et *audientia Stephani de Cerviano... et in Evidentia et audientia Guillelmi Bertrandi de Monte-rotundo*. Simili modo altera ejusdem anni Charta Guillelmi Episc. Nemaus. Facta dicitur feria VII. luna XIII. nono Kal. Febr. in *Evidentia et audientia Stephani de Cerviano et... in Evidentia et audientia Guillelmi Bertrandi de Monterotundo*. Vide *Videntia*.

**EVIDENTLÆ**, Chartæ, tabulæ, instrumenta, testimonia, quibus jus prædiorum firmatur, quod rem evidentem faciunt, unde ut plurimum ejusmodi diplomatum initia ita concipiuntur: *Notum sit omnibus præsentibus et futuris. Evidentiæ Ecclesiæ Christi Cantuariensis habentur cum cæteris Anglicis Historicis editis ann. 1652. in quibus continentur variæ donationes prædiorum huic Ecclesiæ factæ. Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 485. [et Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1464.]*

\* **EVIDENTALE JUDICIUM**, apud Perard. in Burg. pag. 149. Idem quod *Evinditale Judicium*. Vide ibi.

\* **EVIDERE**, Evidens esse. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 4: *Ejus vero (Angliæ) sufficientia, sive excellens prærogativa ex hoc Evidet quod, etc.*

† **EVIGESCERE**, Vigorem amittere, marcescere. Tertull. de Anima cap. 38:

*Quæ cibis sustineatur, denique derogatis eis Evigescat.*

**EVIGILANS-CANEM**. Ordericus Vitalis lib. 3. pag. 487: *Post obitum Herberti Senioris (Comitis Cenomanensis) qui vulgo Evigilans-canem cognominabatur, propter gravissimas infestationes, quas a perfidis affinitibus suis Andegavensibus incessanter patiebatur, etc.* Et lib. 4. pag. 532. de eodem Herberto: *Et vulgo, sed parum Latine, cognominari Evigilans-canem pro ingenti probitate promeruit. Nam post mortem Hugonis patris sui, quem Fulco senior violenter subjugarat, in eundem arma levans, nocturnas expeditiones crebro agebat, et Andegavenses homines et canes in ipsa urbe, vel in munitionibus oppidis terrebat, et horrendis assultibus vigilare cogebat. Acta Episcoporum Cenoman. pag. 315: *Erat autem uxor ejusdem Marchisii Gesrendi nomine, filia Herberti Cenomanorum Comitum, qui vocatus est Evigilans-canem. Neque id nomen joculariter Herberto duntaxat proprium fuit: nam in Tabulario S. Albini Andegav. occurrit nescio quis Miles, Martinus, Evigila-canem pariter cognominatus.**

**EVIGILANS-STULTUM**: sic appellabant boni illi Monachi campanam, quæ pulsabatur ad Malutinos: quod tepescere eo ævo pietate, stultos eos, qui e lecto exurgerent, quo procederent in Ecclesiam ad concinendos hymnos matutinos, existimarent. Vetus Charta ann. 1188. in Tabulario Domus Dei Andegav.: *Item quatuor Capellani in Eleemosynaria positi non habebunt præter unum tintinnabulum, neque sonabunt, antequam tintinnabulum quod Evigilans-stultum dicitur, sonuerit. Stultum scilicet, cujusmodi fuit Vigilantius ille, qui nocturnas vigiliæ carpebat, atque ob id Dormitanus a S. Hieronymo appellatus est.*

† **EVIGILARE DORMIENTES**, Expergefacerere, Gall. *Eveiller*, in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 806. et Julii tom. 2. pag. 408.

\* **EVIGILATOR**, Ἐπιτηρητής, Officium monasticum apud Græcos, cui scilicet cura incumbit evigilandi monachos. Vide Glossar. med. Græc. in hac voce col. 160. et *Append. 32. d. Excitator* vero Ἐπιτηρητής, qui cæteros monachos in sacris liturgiis dormitantes excitat. Vide *ibid.* col. 408.

† **EVIGORARE**, Vigore privare. Tertull. de Pallio cap. 4: *Exuvie mollitæ et Evigoratæ et ececuratæ. Idem Apolog. cap. 17: Anima libidinibus ac concupiscentiis Evigorata.*

\* **EVIMATURUS**, pro *Evimaturus*, senex, γέρων, in Castigat. ad utrumque Glossar. Vide *Evitaneus*.

\* **EVIMETA**. Tabul. S. Vict. Massil.: *Hæc scriptio anno 1035. incarnationis Domini est facta... et a nonnullis robortata, quæ sit sine Evimeta intacta. [\* Sine ævi meta, i. e. in perpetuum.]*

† **EVINCTI**, Coronati. Papias. *Revincti. EVINCULARE*, E vinculis solvere, liberare, apud Sugerium in Ludov. VI. cap. 1.

**EVINDICARE**, Evincere, rem seu possessionem judicio, vel lata sententia sibi asserere, obtinere. Placitum Chlotarii III. Regis Franc. in Actis SS. Ord. S. Benedicti pag. 617: *Jubemus ut memoratus Chaino Abbas vel pars basilicæ sui S. Dionysii ipsa villa Nocito una cum omne merito, vel integritate sua, inspecta ipsa strumenta, sicut per ipsas declaratur, abque repetitione memorata Angantruide vel suis hæredibus omne tempore habeant Evendegatum. Adde pag. 619. Flodoardus lib. 2. Hist. Remensis cap.*

4: *Quasdam quoque res a quibusdam pervasas, apud Regiam Majestatem, agente prefato Sonatio Archidiacono, Evindicasse reperitur.* Adde lib. 2. cap. 6. 17. 19. lib. 3. cap. 10. 16. Concil. Duziac. I. part. 2. pag. 204. Annales Bertin. ann. 867. Chron. Besuense pag. 520. 522. Hincmarum Opusc. 13. n. 7. Opusc. 17. pag. 260. Opusc. 35. pag. 606. Marculfum lib. 2. form. 9. Vitam Aldrici Episc. Cenoman. pag. 135. 136. 140. Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 85. Chartam Caroli C. apud Baluzium in Append. ad Capitul. n. 65. etc. [\*\* Vide Haultus. Glossar. German. voce *Behaben mit Urteil*, col. 119.]

**EVINDICATORIUM.** *Charta Evindicatoria, Præceptum Evindicatorium*, in Chronico Laurisham. ann. 776. Sententia judicis, qua quis in rei controversæ possessionem mittitur, vel in ejus possessione contra invasores conservatur; ubi hæc formula inseritur: *Taliter visum fuit iudicavisse, ut de hac causa omni tempore ipse Abbas habeat Evindicatum atque elitigatum, et sit illis in postmodum ex hac re sublata causatio.* [Præceptum Evindicacionis, in Gestis Aigilberti Episc. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 189. *Certa pro Carta Evindicatoria*, in Necrologio Lareshamensis inter Vindemias Litter. Fred. Schannatti pag. 36.]

**EVINDITALE JUDICIUM**, vel forte *Evindiciale*, datum videtur contra eum qui re cujuspiam ablata, in jus vocatus, ad placitum, nulla missa vel nuntiata *sumnia*, seu excusatione, venire distulit: tunc enim is cui res ablata erat, eam iudicio secundum loci legem lato *Evindicabat*, seu *evincebat*. Exstat illius formula apud Marculfum lib. 1. form. 37. *Judicium Evindicatum*, in Formulis MSS. Cod. Reg. 1197.

\* **EVINGO.** Vide *Unitas*.

\* **EVIRESCO**, [Virorem amitto, expallesco. Varr. apud Non. 2. 258. Atque exsanguibus dolore evirescat colos.]

\* **EVIRGINARE**, Virginem corrumpere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Despuizelar. Prov. Evirginare, corrumpere.*

† **EVIRIATUS**, pro *Eviratus*. Gloss. Lat. Græc. Sangerm.: *Eviratus, ἀπόκοπος, ὁ εὐνοῦχος, Castratus.*

† **EVISCUS**, Planta medicinalis. Vide locum in *Bauculus*. [\*\* et Forcell. in *Hibiscus*, Gr. Ἴβισκος, Germ. *Eibisch*.]

† **EVITANEUS**, Qui in ævo durat. Gloss. Isid. in Editione Grævil. Cangius noster melius legit *Evitaneus*, ab *Evitas*, ut *Ataneus* ab *Ætas*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.: *Evitaneus, Perdurabile.*

† 1. **EVITARE**, Vitam auferre, Occidere. Papias: *Evitatus, Vita privatus, vel perterritus.* Hoc verbo usus est vetus Poeta apud Ciceronem tertia Tusculana:

Hæc omnia vidi inflammari,  
Priamo vitam Evitari.

Vide Lipsii lib. 11. Antiq. Lectionum cap. 11. unde Grævius censet corrigendum quod in plerisque Glossis habetur: *Evirat, Eeanimat, Evacuat*; legendum quippe juxta hunc Scriptorem *Evitat* pro *Evirat*.

\* 2. **EVITARE**, Impedire, prohibere, Gall. *Empêcher*. Chron. Veron. ad ann. 1243. apud Murator. tom. 8. Script. Ital. col. 634: *Et ab alio capite dicti pontis erat Entius rex filius ipsius imperatoris cum Parmensibus extrinsecis, defendentes et Evitantes quod victuaria non intrarent in Parma.*

**EVITUDO.** Bonitus Subdiac. in Vita S. Theodori Ducis n. 13: *Hujus professionis*

*rumor, varias distentus per urbes, æmulos tuos ingenti Evitidine vibrat.* Ubi Bollandus *An evidencia et claritate? an hebetudine et stupore?*

\* **EULOBIVM**. [Bona fama. DIEF.]

1. **EULOGIA**, Ἐλογία, ipsum Eucharistiæ Sacramentum. S. Paulus 1. ad Cor. 10. 16: *Τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας, ὃ εὐλογοῦμεν, Calix benedictionis, cui benedicimus.* Quia Christus dum hocce divinum Sacramentum instituit, *gratias agens, benedixit, dedit discipulis suis, etc.* Μυστικὴ εὐλογία, pro Eucharistia apud Cyrillum in Epist. ad Calosyrium. Interdum pro hostiæ particula quæ communicantibus porrigebatur, apud eundem Cyrillum Epist. ad Nestorium, et Clement. Constit. lib. 8. etc. Atque hac notione *Eulogiæ* vocem accipi censent quidam in Vita S. Melanii Episc. Rhedon. n. 22. quod improbat Bollandus. Vide S. Augustinum Epist. 86. Jo. Moschum cap. 25. et Chartam Fulconis Comitiss Andegavensis apud Sammarthanos in Abbatibus Roncerei. Postmodum

2. **EULOGIÆ** vocabulo donati panes, qui in Ecclesia offerebantur ad Sacrificia, et benedicebantur, ex quibus pars aliqua seligebatur ad Christi corpus conficiendum. Germanus Patr. CP. in Mystica Theoria: *Ἡ δὲ προσφορά, ἡ καὶ ἄρτος, καὶ εὐλογία, καὶ ἀπαρχὴ λεγομένη, ἐξ ἧς τὸ κυριακὸν σῶμα διατέμεται, etc.* Distribuebantur autem eulogiæ istæ iis qui ob impedimentum quoddam diebus festis et Dominicis *communicare non erant parati*, ex Decreto Pii PP. apud Burchardum lib. 5. cap. 28. et Concilio Nannetensi cap. 9. atque adeo ipsis Catechumenis, qui jus sumenda Eucharistiæ non habebant: quibus id erat loco Sacramenti, vel etiam *Sacramentum* quoddam, uti appellat S. Augustinus lib. 2. de Peccat. remiss. cap. 26. laxiore videlicet notione, quia precibus sanctificabatur. Unde non desunt qui in Concilio Carthaginensi III. can. 5. quo vetatur per Paschales dies Catechumenis *Sacramentum* dari, *Eulogias* intelligi censent. Atque inde, panem illum ἀντίδωρον vocarunt Græci, quod vicem δώρου præstaret, hoc est, divinæ Eucharistiæ, quam δώρον, et ἅγια δώρα nuncupabant, ut in voce *Munus*, observamus. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. in Ἐλογία, col. 437.]

Distribuebatur, inquam, post Missam per Sacerdotem cunctis præsentibus, paulo ante dimissionem. Leo IV. Papa de Cura pastorali: *Eulogias post Missas in diebus festis plebi distribuit.* Liturgia S. Basilii: *Μετὰ τὴν εὐχὴν ἐξέρχεται ὁ τερεὺς, καὶ στὰς ἐν συνῆθει τόπω δίδωσι τὸ ἀντίδωρον, εἴτα ποιεῖ ἀπόλυσιν.* Et summa cum animi submissione et cultu ex manu Sacerdotis, oris osculo prius salutata recipiebatur. Cæbasilas: *Οἱ γοῦν ἐν εὐλαβείᾳ πάσῃ δέχονται, καὶ καταφιλοῦσιν τὴν δεξιάν, ὡς ἂν προστάτος ἀγαπήνην τοῦ παναγίου σώματος τοῦ Χριστοῦ σωτήρος, καὶ τὸν ἐκεῖθεν ἅγιασµόν, καὶ δεκαμένην, καὶ μεταδοῦναι τοῖς φάουσι πιστευομένην.* Quippe ait S. Augustinus lib. 2. de Peccat. remiss. cap. 26: *Hic panis quamvis non sit Corpus Christi, sanctus est tamen, et sanctorum cibis quibus alimur.* Unde θεὸς ἄρτος, divinus panis, dicitur Pachymeri lib. 5. Hist. cap. 8: *Ἐν μεταλήψει τοῦ θείου ἄρτου, ὃν ἀντίδωρον λέγουσιν.*

Atque inde, quemadmodum sacra Eucharistia, a jejunis manducabatur, et si quis jejunis non esset, et si acciperet, vicino porrigebat ad manducandum: quod etiamnum observari in Ecclesia Græca tradunt Allatius lib. 3. de Eccl.

Occid. et Orient. consens. cap. 9. § 1. et Goarus ad Eucholog. De Eulogiis post Missam distributis agit etiam Pius Papa et Martyr lib. 2. Quinque libror. cap. 117. et ex eo Hincmarus in Capitulis Presbyteris suæ parochiæ datis ann. 752. cap. 7: *Ut de oblatiis quæ offeruntur a populo, et consecrationi supersunt, vel de panibus quos deferunt fideles ad Ecclesiam, vel certe de suis, Presbyter convenientes partes incisas habeat in vase nitido et convenienti, ut post Missarum solennia, qui communicare non fuerunt parati, Eulogias omni die Dominico, et in diebus festis eamde accipiant, et illa unde Eulogias Presbyter daturus est, ante in hæc verba benedicat, et sic accepturis distribuatur, etc.* Eadem habent Concilium Nannetense ann. 895. cap. 9. et Regino de Vita et conversatione Presbyter. cap. 61. Fundatio Monasterii S. Vincentii ad Lisbonam: *Factum est autem, ut populus ad Ecclesiam iturus, peractis Missarum solenniis, Eulogiis vel pane benedicto cuperet præmuniri. Ita enim quotidie consueverat.*

Eulogiarum primam institutionem Synodo Antiochenæ sub Constantio celebratæ videtur adscribere Balsamon ad can. 2. sed illas antea in usu fuisse ex Scriptoribus constat. Vide S. Augustin. lib. 3. contra Petilianum cap. 16. Atque hæc quidem *Eulogias* publicas spectant, quæ scilicet populo post peractam sacram Liturgiam distribuebantur. Aliæ porro fuere

3. **EULOGIÆ** privatæ, quas Episcopi ac Presbyteri ultro citroque dabant et accipiebant, ab ipsis a quibus mittebantur, benedictione consecratæ, et ut plurimum panes ab iis benedicti, quo nomine interdum appellatur, ut a Floardo lib. de Pontificib. Roman. in Calixto pag. 603:

Panem pro grato benedictum muners legat.

Qui quidem mittendum ultro citroque ab Episcopis et Sacerdotibus Eulogiarum mos inde forte fluxit, quod olim Episcopi qui invicem communicabant, in communicationis indicium vicissim sibi Eucharistiam mitterent, ut testatur Eusebius lib. 5. Hist. cap. 26. quod postea vetitum in Concilio Laodiceno apud Balsamonem: *Περὶ τοῦ μὴ τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογίων κατὰ τὴν ἑρτηρὴν τοῦ πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας μεταπέμψειν.* Unde *Communicare se de Eulogia alterius*, in Vita sancti Melanii Episcopi: *Post cuius (Missæ) celebrationem, antequam recessissent ab invicem, dedit eis beatus Pontifex in caritate cum Dei gratia et sua benedictione: Beatus vero Marsus præferens jejuniū Dei caritati, et Eulogiam, qua communicare debuit, vilipendens, particulam quam acceperat a S. Melanio, in sinu suo cadere permisit.* Infra: *Post cuius absolutionem, mox versus est sensus in pristinam Eulogiam, quam assumens B. Marsus, gaudens se communicavit de ea, quod prius malo suo facere neglexerat.* Vita B. Stephani Abb. Obazinensis lib. 1. cap. 23: *Et ex his, quæ sibi offerebat, Eulogias fratribus illis, prout poterat, exhibebat.*

*Eulogiæ* vero, sive panes, sive cibi alii, in mensa ab Episcopis, Abbatibus, aut Sacerdotibus benedictione consecrabantur, ac postea distribuebantur, ut est in Vita S. Huberti cap. 12. Capitula Monachorum ad Augiam directorum cap. 7: *Ut in refectorio facta benedictione veniant duo Presbyteri ad Abbatem frangentes panem, et dant ipsi Eulogiam cæteris fratribus, antequam accedant ad men-*



sam. Mittabantur etiam cum literis salutatoriis, quarum formulam exhibet Marculus lib. 2. form. 42. 43. 44. ad quas pariter literas spectant Epistolæ 9. 10. et 11. ex iis quæ scriptæ sunt ad Desiderium Episcopum Cadurcensem apud Canisium tom. 5. Antiq. lection. Has *Eulogias salutis* appellat Gregorius Turon. in Vita S. Maurilii Episc. Andegav. cap. 8: *Eulogias salutis sibi dari ab eodem fideliter postulavit: quas dum B. Sacerdos sanctificatas illi de more porri-geret, languor qui Monachum diutius fatigaverat,.... evanuit.* Has etiam attigit Poeta Christianus in *Gratiarum actione pro susceptis Eulogiis*, editus a Guill. Morellio:

Quid quod crebro etiam mitis pia verba salutis,  
Pluribus et donis hucque domique oneras.  
Sic mea nunc redolet proles velut inculta rara  
Munera divino quæ benedicta cluunt.

De ejusmodi *Eulogiis* ac panibus benedictione consecratis agunt passim Scriptores, quos indicasse suffecerit: S. Basilius in Regula cap. 133. Paulinus in Epist. ad Alypium, et in Epist. ad Romanianum, S. Fructuosus in Regula edita in pace cap. 23. Regula S. Columbanii cap. 10. Regula Magistri cap. 76. Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 16. lib. 5. cap. 14. lib. 6. cap. 5. lib. 8. cap. 2. 20. lib. 10. cap. 16. de Gloria Confess. cap. 31. Fortunatus lib. 11. Poem. 8. 11. Hincmarus Remensis in Capitul. ad Presbyt. parochiæ suæ cap. 7. 16. Theophanes ann. 40. Theodosii junior. Additio 1. ad Capitula Caroli M. cap. 68. Flooardus lib. 2. Hist. Remens. cap. 11. pag. 219. lib. 3. cap. 3. pag. 590. Vita sancti Thuribii Episcopi Cenomanensis num. 7. Vita S. Genovefæ num. 11. Vita sancti Salvii Ambian. num. 4. Vita S. Præjecti n. 6. Vita S. Melanii Episcopi, Vita S. Medardi cap. 7. Vita S. Sori Eremitæ n. 6. Medibardus in Miraculis S. Walpurgæ lib. 2. n. 3. Baudemundus in Vita S. Amandi n. 25. Vita S. Joannis Abbat. Reomaensis lib. 1. n. 13. lib. 2. n. 4. Petrus Damiani in Vita S. Romualdi n. 88. Eckearius Junior de Casib. S. Galli cap. 2. Ratherius Veronensis in Synodica ad Presbyteros pag. 262. Almoius lib. 3. Hist. Franc. cap. 21. Patriarchium Bituricense cap. 30. pag. 37. etc. His addenda quæ in hanc rem congressere Baronius ann. 313. Albaspi-næus lib. 1. Observat. Eccles. cap. 8. Pithæus ad Capitula Caroli M. Durantus lib. 2. de Ritibus Eccles. Hæftenus lib. 4. Disquisit. Monastic. tract. 7. disq. 4. Sirmundus lib. de Azyzo cap. 6. Card. Bona lib. 2. Rerum Liturgic. cap. 23. etc.

4. **EULOGIÆ** dicta præterea quævis munera, quæ offeruntur, non tam ex debito, quam ex convenientia: verbi gratia, [lib. 1. Reg. cap. 25. 27. Quod Davidi ab Abigail offertur a Vulgato dicitur *Benedictio*, a LXX. *Eulogia* dicitur.] In Regula S. Benedicti cap. 54. vetantur Monachi a parentibus suis nec a quocumque hominum, nec sibi invicem *Litteras, Eulogias, vel quælibet munuscula accipere, aut dare sine præcepto Abbatis.* [His concinunt Acta Reformationis Monasterii *Blankenau* ann. 1420. apud Schannattum Diocæs. Fuld. pag. 323: *Prohibemus omnes vanas deductiones... et quod nullæ Eulogiæ sive litteræ dirigantur.*] In Concilio Meldensi ann. 845. cap. 45. ubi prohibentur Episcopi munuscula a Presbyteris exigere, hæc verba adduntur: *Decet tamen Presbyteros cum voluntariis Eulogiis tempore congruo visitare et venerari suos Episcopos.* Ita apud

Leonem IV. PP. Ep. ad Episcopos Britannicæ cap. 3. non cogendos Presbyteros ad sacra Concilia *Eulogias* deferre statuitur; ut apud Hincmarum Remensem in Capitulis ad Archidiaconos cap. 5. *Eulogias* nisi sponte oblatas a Presbyteris accipere vetantur iidem Archidiaconi. Eodem sensu ac significato passim usurpatam vocem hanc pro munusculis quibusvis observare est apud Gregor. M. lib. 11. Ep. 49. Eginhard. Epist. 52. Theophanem pag. 84. [Fortunatum in Vita S. Radegundis Reginæ lib. 2. num. 6. inter Acta SS. Benedict. sæc. 1. pag. 327.] In Definitione Synodi II. Duziacensis de Doda Monacha cap. 2. etc. [Pro elemosynis vero habetur in Vita S. Wlmaris Abb. num. 11: *Sanctus vero Wlmarus indesinerent respiciebat eas (Sanctimoniales) inquiring: Abundanter ministrabit vobis Dominus alimentum, sicut per Evangelium pollicetur dicens: Primum quaerite regnum Dei, et hæc omnia adjicientur vobis. Sed sicut vir Domini prædixerat, ita sæpius contigit evenisse. Nam aliquando antequam exhortatio finiretur, tabella percutebatur adnuntians Eulogias advenisse. Occurrit rursus hac notione num. 13.]*

5. **EULOGIÆ** denique vox postmodum accepta pro munere debito, seu, ut tum loquebantur, pro *dono coacto*, vel pro quavis pensatione vel præstatione, adeo ut in malam partem sæpe usurpetur. Polyptychus Floriacensis: *Unusquisque mansus ingenuis et servilis debet in Eulogiis panes 6. ad carnem den. 2. etc.* Chronicon Viridunense Hugonis Flaviniacensis: *Ea lege ut ipsi quoad vivant, illo fruuntur, et debitum synodale Ecclesiæ S. Mammetis solvant, paratam et Eulogias.* Charta Isaaci Lingonensis Episcopi in Tabul. Flaviniacensi: *Nostrum quoque memoriale et successorum Pontificum hujus sanctæ Lingonensis Ecclesiæ debito venerationis obsequio percelebrent, et debitum synodale, quod S. Mammeti debetur, paratas scilicet et Eulogias statutis temporibus persolvant.* Alia Roberti Episcopi Lingonensis ex Tabulario Cluniacensi Ch. 160: *Ea vdelicet conditione ut salvum et integrum in ea perseveret jus Lingonensis Ecclesiæ, suis scilicet temporibus, paratæ et Eulogiæ reddantur.* Chronicon Besuense pag. 524: *Ut omnibus annis in corvata Monachorum giornalem unum de tritico, et alium de avena persolverent, et Eulogias, et in cera 2. denarios.* Et pag. 548: *Et carroperam et censum cum Eulogiis.* Denique pag. 609: *Archidiaconibus... debita servitia exhibeant, paratas et Eulogias suo tempore communiter persolvant.* Charta Udonis Episc. Tullensis ann. 1069. apud Hieronymum Vignerium in Hist. Alsat. pag. 128: *Non hospitabitur Comes, nec inde accipiet ullum debitum vel servitium propter (i. præter) Eulogias et carratas vini quas ei dant officiales.* Charta Caroli Calvi apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510: *Exquirere... aut mansionaticum, aut paratam aut parafredum aut Eulogias non præsumant.* Tabular. Eccles. Augustodunensis ann. 937: *Repererunt etiam in villa Frololfenci mansos 4. vestitos et ingenuiles, quæ solvit Eulogias.* [Primordia Calmosiacensis Monast. lib. 1. n. 4. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1164: *Cum his quoque (agræ scilicet prætis, etc.) Eulogias, quas ex parte Ecclesiæ ipse Theodoricus et antecessor ejus consueverant accipere simul contradidit: videlicet porcum unius anni, denarios 12. et 12. panes, et tria receptacula in anno.] Adde Perardum in Burgundicis pag. 60. [\*\* et*

Eginhardi Epist. 52. Vide *Eulogium* 2. et 3.]

† **EULOGIÆ SYNODALES.** Vide *Synodalis census.*

**EULOGIARIUS**, in Notis Tyronis pag. 192. *Eulogiarum confector, aut donator.* † **EULOGICUS.** In peretusto Necrologio Bibliot. Floriac. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 147. num. 86. laudato: *Anno Incarnationis Domini DCCC. LXVIII. panis oblatas est Sennis ad benedicensum, ex quo plurimi Deo gratias agentes, Eulogicos sumpserunt.* Vide *Eulogia* 3.

**EULOGIOSE.** Baldricus lib. 2. Chr. Camerac. cap. 1: *Hujus vero familiares mærore affecti, Dominum triste incusabant, et maxime in S. Mariam Eulogiose fremebant.* Ubi Colvenerius recte, ni fallor, elegiose, reponit, id est, flebiliter, dolenter. Vide *Elegus.*

1. **EULOGIUM**, pro *Elogium*. Liber de disciplina Scholarium cap. 1: *Nugatoriæ loquacitatis Eulogio perusa, ubi S. Thomas: Eulogium, sapientia, bona fama, vel testimonium dicitur.* Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albani pag. 73: *Fecerat plura de ipso Eulogia in laudem ipsius.* Vide Andr. Monachum in Vita S. Ottonis Episcopi Bamberg. lib. 2. cap. 11.

2. **EULOGIUM**, Epistola missa ad aliquem, vice muneris quod *Eulogia* vulgo dicitur. Epistola Caroli M. ad Offam Regem: *Cum deceat Reges potentes et famosos amicitia federe convinciri,.... vestræ Serenitati hoc Eulogium duacimus destinandum.*

† 3. **EULOGIUM**, Munusculum. Vita S. Liudgeri Episc. lib. 1. cap. 25: *Munere prævio studuit sibi placare eum, mittens quasi Eulogium, vas testium pergrande melle plenum.*

† 4. **EULOGIUM ANGELICUM**, Salutatio Angelica. Menoti sermones Quadragesim. fol. 1. recto: *Recurramus ad thesaurarium ipsius, videlicet gloriosissimam Virginem Mariam offerentes ei Angelicum Eulogium: Ave gratia plena.*

† 5. **EULOGIUM**, Dispositio, propositum. Concilium Trevir. ann. 1310. num. 74. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 256: *Et nihil est quod magis debeat hominibus, quam ut eorum supremæ voluntatis Eulogia impleantur.* Eadem habentur in Statutis MSS. Augerii II. Episc. Conseran. ann. 1280. Vide *Eulogium*.

\* Testamentum, ut supra *Eulogium* 2. Bulla Innoc. IV. PP. in Chartul. Compend. fol. 43: *Mandamus quatenus predictos abbatem, majorem et alios ut ab hujusmodi præsumptione desistant, juxta desiderium decedentium de bonis ipsorum, ut tenentur, extremum Eulogium exsequantur,.... compellas.* Testam. ann. 1440. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 403: *Concedens.... omnimodam potestatem dictis suis fidei-commissariis et executoribus præsentis sui ultimi Eulogii, etc.*

† 6. **EULOGIUM**, Prædictio, vaticinium. Sebastianus Perusinus in Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii col. 320: *Huic numero forte alludit Virginis Eulogium, quo prædixit, etc.* Et col. 388: *Impletum est Eulogium et irrefragabile vaticinium, quod prædixerat.*

† 7. **EULOGIUM**, Dictum sapienter, aptum responsum. Vita S. Gumberti tom. 4. Julii col. 70: *Illud tamen viri sapientis semper ad memoriam revocabat Eulogium.* Vide S. Carauri tom. 6. Maii col. 750: *Spiritus S. gratia repletus, castitatis flore comptus, hoc reddebat eis Eulogium.* Hac notione Tullius in Catone Majore cap. 20: *Solonis sapientis Eulogium est, etc.*

8. **EULOGIUM**, Sermo, dictio quævis. Passionarius Galeni in Præfat. : *Si quis intente desiderat cognoscere intentionem totius libri, prius cursim relegat hæc prænotata capitula, quæ brevi Eulogio in fronte hujus libelli prænotata repererit.*

† **EULOGIUM**, Consuetudo. Chron. Wormalt. apud Ludewig. tom. 2. pag. 84: *Wolframus ergo custos Ecclesiæ S. Pauli, miratus eum longi concubinatus Eulogio perstitisse, hortari cepit quod incestus copulam commutatione matrimonii adornaret.*

\* Vox in malam partem interdum, sumpta, ut *Elogium* 1. Vide in hac voce.

\* **EULOIA**, Munus debitum, præstationis species. Notitia vet. ex Cod. reg. 3562. initio: *Prima area, quam tenet Langaudus, habet in longum pedes xxx... debet denarios iij. cum Euloias.* Vide *Eulogiæ* 5.

† **EUMENICUS**, Infernus. Acta SS. Julii tom. 4. pag. 103. de S. Ansuero Mart.: *Per quos Slavi doctrinis docti roris mellici, et erepti a latrinis carceris Eumenici.* Sic per ἀντιπαρσιν ab εὐμενής, Benevolus, amicus, dicitur infernus carcer, quemadmodum ab eadem radice εὐμενίδης appellatur Furia, licet immites fingantur et ut plurimum malevolæ. Gr. Lat. Gall. San-German. MS.: *Eumenis, Forcenerie d'enfer.*

\* **EUMETRIA**, [Justa proportio: *Veget. 4. Veterin. 2.* Hæc *Eumetria* equi convenit staturæ honestæ ac mediæ.]

† **EUMORPHUS**, Græce εὐμορφος, Formosus, in Translatione S. Wandregisili, inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 203.

† **EUNICIZATUS**, *Castrato*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. pro *Eunuchizatus*. Vide in *Eunuchus*.

† **EUNICUS**, Vulcanius: *Eunicus*, εὐνικός. Idem est qui mox *Eunuchus*.

† **EUNUCHUS**, Dignitas in palatiis Imperatorum, cui cubiculi augustalis cura erat, Cubicularius. Leo Nov. 98: Κατὰ τῆς εὐνῆς ἀνυπόπτους φύλακας εἶναι, τοῦτο γὰρ ἡ κλησις ἐγγυῖται. *Eunuchus sacri Cubiculi ministeris adhesurus*, in I. penult. C. Just. de Præpos. sacri cubic. (12, 5.) Evagrius lib. 4: Οἱ τοῖς βασιλικαῖς ἐμπτηροτάτοις κοιτῶσιν, οὗς εὐνοῦχος ἢ συνήθεια καλεῖ. Apud S. Ambrosium Epist. 27. ad Valentinianum II. quidam Gallicanus Præpositus Cubiculi *Eunuchus Regius* nuncupatur, velut apud Isidorum Pelusiotam alius, *Eunuchus Palatinus*. *Eunuchi* inter præcipuos aulæ Davidis Magnates recensentur lib. 1. Paralip. Primus vero Eunuchorum ἀρχιενοῦχος dicitur in Chronico Alexandr. ann. 5. Valentiniani, et in Synaxariis et Menæis 28. Decemb. in S. Domna. Μέγας τοῦ παλατίου εὐνοῦχος, apud Theophanem ann. 1. Mauricii. Scribit Julianus Imp. in Misopogone, antequam Imperium iniret, Eunuchum fuisse nomen honoris, suo vero tempore contumeliæ: et Lampridius, Heliogabalum plerosque Eunuchos rationibus et procuracionibus præposuisse, iisque veteres dignitates sustulisse Severum. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. in Ἀρχιενοῦχος col. 130. et de Eunuchorum monasteriis ead. voce in Append. col. 27. d.]

\* [Legitur in Cart. N. D. Paris., 1, 321, an. 1011: « Signum Alcheri, archiprebiteri et *Eunuchi*. »]

† **EUNUCHARE**, *Castrare*, Eunuchum facere, apud Brompt. pag. 1046. Usus est Varro apud Nonium.

† **EUNUCHIZARE**, Eadem notione, in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 650. Julii tom. 3. pag. 753. etc.

† **EUNUCHINUS**, S. Hieron. Epist. 22. ad Eustochium: *Impudenter erigunt facies Eunuchinas.*

† **EUNUCHINATUS**, apud Tertullianum. **EVOCATORIE**, Epistolæ, quibus absentes ad Comitatum evocabantur a Principe, aut quibus iis, qui Principis aspectum ambiebant, veniendi facultas dabatur. Nam sine *Evocatoria* ad Comitatum venire omnibus non licebat, leg. 3. C. Theod. (6, 23.) et Justinian. (12, 16.) de Decur. et Silent.: *Permissa veniendi ad Comitatum licentia præter Evocatorie securitatem.* Utriusque generis formulam exhibet Senator lib. 7. Epist. 34. et 35. Jornandes de Reb. Getic. cap. 57. ait Zenonem Imp. Theodorico Ostrogothorum Regem *Evocatoria ei destinata, ad se in urbem venire præcepisse.* Adde Sidon. lib. 8. Epist. 12. et Zachariam PP. Epist. 9. ad Bonifac. Mogunt. Episcop. præterea Juretum ad lib. 4. Symmachi Epist. 5.

† **EVOCATUS**, Gloss. MS. Ecel. Paris.: *Evocati, qui militant sine sacramento.* Vetus Gloss. cap. de Militia: *Evocatus, ταξιαρχος.* Vide Isidor. lib. 9. cap. 3. et JC. [\*\* Glossar. med. Græcit. voce Ἰουάχατος, col. 518.]

† **EVOLAGIUM**, Jus aquæ et piscium stagni, alibi *Volagium*. Qui fruitur jure *Evologi* debet solvere census fundorum stagni dum aquis plenum est, nisi alia fuerit conventio, secundum Chartas et Terrearia Calomontis. Sic testis oculatus Vir Cl. D. *Aubret* in Adversariis.

\* **EVOLATUS**, Dicitur de arbore ventorum vi ad terram dejecta. Reg. 54. Chartoph. reg. ad ann. 1317. fol. 33<sup>ro</sup>: *Dominus rex concessit Stephano coquo domine regine unam cadrigatam bosci sicci, stantis, et viridis jacentis et Evolati pro suo ardere in foresta regia de Bieria.* Et fol. 44. <sup>ro</sup>: *Unam quadrigatam... bosci sicci, tam stantis et erepti, quam viridis jacentis seu prostrati.* Vide supra *Cabulus*.

\* **EVORATUS**, mendose unica voce editum ex Charta Henr. VI. imper. ann. 1191. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imperat. Leon Urbevat. pag. 201: *Hæc omnia sæpe dicto monasterio omni Evorata, etiam firma jubemus permanere.* Ubi leg. *Evo rata*.

\* **EUPERPIA**, *La belleza*, in Glossar. Lat. Ital. Ms. pro *Euprepia*. Vide in hac voce.

\* **EUPHORMIO**, [Pulcher forma. Odo Cluniac. in Patrol. latin. CXXX, 650, C.]

\* **EUPLOGAMUS**, [Calamistratus, Lucil. apud Non. 1. 155. *Euplogamo* digitos, discerniculumque capillo.]

† **EUPREPIA**, *Pulchritudo, decor.* Gloss. Sangerman. n. 501. a Græco εὐπρέπεια, Decor eximius. Prosa S. Martialis in MS. S. Martialis Lemovic. n. 40:

Concelebretus sacrum  
Hujus diei Euprepiaum.

Fridegodus in Vita S. Wilfridi Episcopi cap. 40:

Ut tua præcibus gliscens Euprepia sceptris.

\* **EVRAJDARE**, In carcerem conjicere, vel manum injicere in aliquem. Charta ann. 1331: *Item quod nulla persona... recolligat fayditos, bannitos, latrones... infra dictum castrum nec ejus territorium; imo si videret eos, quod ipsos capiat seu Eurajdet, aut saltem manifestet.*

† **EVROC**. Vide *Evoech*.

† **EURYTHMIA**, εὐρυθμία, Concinnitas, corporis decens et aptus motus. Anonymus in Translatione S. Sebastiani cap.

13: *Ecce vir quidam ephebus Eurythmiam domni Sebastiani prætendens, etc.*

\* **EUSCHEME**, [Decore, speciose: præsertim si de vestibus, et habitu sermo sit. Vox Græca, qua utitur *Plaut. Mil.* 2. 2. 58. et *Trin.* 3. 1. 24.]

\* **EUSEBIA**, Gr. εὐσεβία, Pietas, misericordia. Formula quæ passim occurrit in libris, qui prelo primum subjecti sunt; ac præcipue ad calcem Psalterii in Bibl. Cæsarea asservati, ubi fol. ult. <sup>ro</sup>. hæc legebam ann. 1751: *Præses spalmorum (sic) codex venustate capitalium decoratus... et ad Eusebiam Dei industrie est consummatus... anno Domini 1457.* Vide supra *Characterizare*.

\* **EUSSINUS**, Arboris species, Ilex, ni fallor, Gall. *Yeuse*. Vide *Euves*. Charta ann. 1391. in Reg. 148. Chartoph. reg. ch. 59: *Item quod in dictis memoribus... sunt arbores modicæ et batæ, et nullo modo abiles pro hedificiis construendis vel reparandis... videlicet buxi, Eussini, etc.* Nostris *Eusse de l'ueil*, Pars oculi orbiculata, ut videtur. Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. ch. 7: *Le suppliant frappa Jehan Chiron... d'un baston sur l'Esse de l'ueil.* *Euz*, et *Euz*, pro *Yeux*, in Annal. regni S. Ludov. edit. reg. pag. 166. et in Vita ejusd. reg. ibid. pag. 389. *Eusse*, pro *Esse*, Rotæ retinaculum, in allis Lit. ann. 1336. ex Reg. 129. ch. 195: *L'exposant osta l'Esse de l'esseau d'icelle charrete.*

\* **EUSTOMACHIUS**, *Bonus stomacho*, in Glossis ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 3: *Sint omnes cibi euchimi et Eustomachii.* Vide *Eustomachus*.

† **EUSTOMACHUS**, εὐστωμαχος, Conducens stomacho. Theod. Prisc. de Diat. cap. 7: *Ovum molle plus est Eustomachum, quam sorbile.*

\* **EUTERONOMIUM**, pro *Deuteronomium*, Secunda lex. Abrogat. festi Stult. ann. 1394. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 140. col. 1: *In qua quidem archa recondita erant urna aurea, manna, tabulæ testamenti, virga Aaron, liber de Euteronomio reconditus in latere archæ... In libro de Euteronomio, secundæ legis, id est Evangelii, intelligitur in Christo consummatio.*

† **EUTHECA**, Theca pretiosior, ab εὖ et θέκη, Repositorium. Transmissio reliquiarum S. Odulphi an. 1274. apud Johan. Mantellum in Hist. Lossensi part. 2. pag. 32: *Hunc enim toti terre nostræ, ob multiplicia miraculorum insignia, venerabiliter in sacratissimis Ecclesiæ nostræ Euthecis et pretiosissimis gazophylacis reconditum.*

† **EUTICE FLERE**, in Vita B. Petri Urseoli Ducis Venet. apud Mabill. sæc. 5. Bened. pag. 886. idem videtur quod abundanter flere ab εὖ et τήκω, Liquefacio, unde efformari potuit εὐτήκως Græce pro quo Latine dictum *Eutice*.

† **EUTYGES**, Gr. εὐτυχής, Felix, apud Fridegodum in Vita S. Wilfridi cap. 21.

† **EUTYCHEUM**, ita dictum videtur Prætorium Præfecti Augustalis Alexandriæ, in leg. 1. C. Th. de Alexandrinæ plebis Primatibus, (14, 27.) cujus subscriptio ita concipitur: *PP. (i. proposita) Alexandria Eutycheo.* Vox efficta ex Gr. εὐτυχιστον, forte quod ab Alexandria Romam et Constantinopolim adveniret *Felices Embolæ*, atque adeo in Prætorio Præfecti Augustalis ea pararentur. Ep. 32. MS. Mich. Pselli: *Εἰ μήπω λέγεις τὴν εὐτυχή Ἀντιόχειαν, τὴν χρυσὴν Ἀλεξάνδρειαν.* Vide Cujac. lib. 23. Observ. cap. 3. et J. Gotofredum ad hanc legem.

† **EWA**, Glossar. Keronis: *Læx*, *Ewa*, *Testamentum*, *Ewa*. Vox Germanica ve-

tus, Anglo-Saxonibus etiam familiaris. Capitulatio Caroli M. de Partibus Saxonie edita ab Holstenio cap. 7: *Similiter quidquid aut eorum omnibus factum fuerit, omnia tripliciter faciant restaurare, et secundum eorum Ewa componere.* Ibidem cap. 10: *De malefactoribus, qui vitæ periculum secundum Ewa Saxonum incurere debent.* Adde cap. 8. Legem Aleman. tit. 6. Capitula ad Legem Bajwar. § 11. Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 65. lib. 4. Addit. 2. cap. 94. [\*\* 35.] lib. 6. cap. 250. Legem Longob. lib. 1. tit. 14. cap. 9. [\*\* Carol. M. 30.] Ewe, in Legib. Normannicis Willelmi Nothi cap. 17. Vide Steph. Baluzium ad Capitular. pag. 1075. 1186. [\*\* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 58. Eichhorn. Hist. Jur. German. § 144. not. e. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 510.]

EWA, si Vendelinum audimus, idem sonat ac Ewa, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 31. ubi *Landovefa*, eidem est, jus publicum, *lex hominum.* Hunc adi.

† EUVES, vox Provincialis, Dices, Gallicis *Yeuses.* Transactio ann. 1501. ex Schedis Præsidis de *Mazauques*: *Non possint... aliquis evercores, nec Euves aglanderatas acomare.*

† EWALAPUT. Vide *Walapaus.*

\* EUVANNAMENTUM, Umbraculum, ligneum projectum, Gall. *Auvent. Euvant.* in Stat. Avenion. lib. 1. rub. 46. art. 1. pag. 129: *Ad decorem civitatis ordinamus, ne posthac projecta seu tigna, vulgo dicta Euvans, quæ extra parietes domus protendantur, fiant.* Inquisit. super destruct. bast. Sabranorum ann. 1663. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 82. rº: *Item Euvannamentum turris factum circumcirca... devastatum... Item Euvannamentum januæ turris totaliter destructum.*

† EWARIA, f. Officium Aquarii, ab Anglico *Ewer*, Aqualis. Charta anni 1447. apud Rymorum tom. 11. pag. 182. col. 1: *Sciatis quod per quandam supplicationem, nobis per dilectum servientem nostrum Robertum Boley, servientem Evarie nostre, exhibitam, accepimus qualiter, etc.* Item: *Valetto Evarie nostre.*

\* Officium ejus qui redditus ex aquis percipit; *Ewage* enim, eanotione, occurrit in Charta Margar. comit. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam. Comput. Insul.: *No fevage par tiere et par ewe... nos throsnes, nos cambages et nos Ewages de Valenchiens. Ewe,* pro *Eau*, aqua, legitur in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 392. Occurrit præterea in Ch. ann. 1326. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 248.

EWBRICE, *Adulterium et infractum conjugium* exponitur in Legib. Edmundi Regis § 4. apud Bromptonum ubi perperam *Ewice* editum: vox Anglo-Saxonica effecta ex *Ew*, conjugium, et *Bryce*, violatio: Belgis, etiamnum *Ewen*, sive *Hewen*, est matrimonii lege jungi: *Evebreken*, legem sacramenti violare, adulterari.

† EWE. Vide *Ewa.*

† EWER, Anglis, Aqualis, Gall. *Aiguere.* Occurrit apud Rymorum, tom. 8. pag. 117. col. 1. et apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 452.

EWCEGE, Oppidani, villani. Occurrit in Legibus Hungaricis, apud Sambucum. At Albertus Molnarius in Dictionario Hungarico Latino habet *Evvoc.*

EWRII, Hungaris, Finium custodes, viarumque observatores, quarum securitati, ne in iis furtum committeretur, invigilabant: divisi erant in centurias et decurias. Vide Decreta S. Stephani

Regis Hung. lib. 2. cap. 17. lib. 3. cap. 1.

\* EUXONIA, Idem quod *Essonia*, Excusatio ob ingruens impedimentum proposita. Charta ann. 1496. in Lib. nig. S. Petri Abbavil. fol. 112. vº: *Si impeditus fuero, eis meam Euxoniam denunciare faciam et procurabo.* Vide *Essonium* et in *Sunnis.*

\* EUZARE, f. Manubrium aptare, Gall. *Emmancher.* Stat. Montis-reg. pag. 269: *Item statutum est quod ferrarii teneantur... Euzare saram seu massam pro denariis sex.*

\* EUZERIA, Provincialibus, idem quod *Area* 1. Ager, qui nec colitur, nec aratur. Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Confrontatam cum affari Jacobi de Balma eundo usque ad Euzeriam del Vidil sequendo lo valon, draya in medio.*

\* EUZOMA, *Juscella*, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Pass. cap. 67: *Multas Euzomas semper fugere oportet.*

† EX DE POST, Ex eo tempore, Gall. *Du depuis*, vulgatus nunc *Depuis.* Legitur apud Baluz. tom. 2. Histor. Arvern. pag. 342. ex Regesto Parlamenti anni. 1409.

† EX NUNG, Ex hoc tempore, *Ex tunc*, Ex eo tempore, passim apud Scriptores sævi medii.

† EX POST, Eadem notione, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 207.

\*\* EX IN ANTEA, Eodem sensu, in Pace Princip. ad Rhen. ann. 1259. ap. Kindling. Anecd. Monast. tom. 3. pag. 197.

\* EXACERARE, [Purgare. DIF.]

\* EXACERBESCO, [Inacerbisci], valde acerbus flo. Apul. Apolog. Quis est tam mitis, quin *Exacerbescat*?

† EXACIARE, Exacuere, excitare, ut opinor. Rather. Veronens. de Contemptu Canonum, apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 199: *Falsa veris, opinabilia certis atque conjungam, rumusculos hic congerens pro valentia vestros, quo vos utique Exaciem cunctos, quæ dicatis, quæve de me, quali quoque sensu dicere valeatis, per quamdam præveniens anticipationem hujuscemodi, similem cui ante me, credo, de se nullus fecit, de me promere tento ipse relatum. Legat ergo qui volet et de me proferat, pejus quidquam si valet.*

† EXACINARE, Acinos ex uvis eximere. Medicina Salern. pag. 103. edit. 1622: *Belle nutriunt Exacinate (uvæ), pectus et pulmonem juvant: stomachum, jecur et lienem corroborant.*

† EXACISCLARE ARCAM, in antiquis Inscriptionibus, quid significet, inquiri Ph. a Turre Monument. vet. Antii pag. 355.

\* Discerpere, in frusta scindere, Gall. *Mettre en pieces.* *Ascle* vocant rustici Dombenses cujusvis rei particulam, fragmentum. Bertolo in Antiq. Aquilej. pag. 222. *Exacisclare*, Destruere est id, quod *ascia* est constructum.

\* EXACTA, Exactio. Dipl. Pipp. reg. ann. 753. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 700: *Nec ulla Exacta, nec consuetudines, nec illos dinarios quatuor, de omnes nationes qui ibidem ad ipso marcado adveniunt, etc.* Vide *Exactura.*

EXACTARE, pro *Exigere.* Diploma Dagoberti Regis pro Monaster. S. Dionysii: *De ipso mercado ex ipsa mercimonia Exactare poterit.* Aliud ejusdem Dagoberti: *Quidquid exinde fiscus noster poterat Exactare.* Vide [Chartam emunitatis Childoberti Regis Franc. apud Mabill. tom. 3. Analec. pag. 222. Theodorici II. Reg. Fr. apud Miræum tom. 1. pag. 128. col. 1.]

Præceptum Caroli M. pro Hispanis edit. a Steph. Baluzio, [aliud ejusd. Caroli Præceptum edit. tom. 1. apud Marten. Ampliss. Collect. col. 43. Chartam Ludovici Pii apud Miræum tom. 2. pag. 932. col. 2. alteram Chartam ejusd. Imper. Marcæ Hisp. col. 767.] Capitula Caroli C. pag. 37. 109. 1. Edit. [\*\* Synod. Belvac. ann. 845. cap. 5. Apud Silvac. ann. 853. cap. 9.] Chronicon S. Vincentii de Vulturno pag. 679. tom. 4. Actor. SS. Ord. S. Benedicti pag. 618. Passim.

\*\* EXACTATIO, Exactio, in Capit. Carol. C. locis modo laudatis.

† EXACTIO, *Crudelitas*, Barthius in Glossario ex Gauto de Bellis Antiochen.

EXACTIONARE, Idem quod *Exactare*, Exigere, per vim auferre. Occurrit semel ac iterum apud Joann. de Beka in Chronico Trajectensi pag. 46. 57. 1. Edit. [et supra in *Depactiare*.]

† EXACTIONARIUS, Exactor. *Ut nullus Judex publicus aut Exactionarius, apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 75.*

\* EXACTIVUS, Qui exigi solet, Gall. *Exigible.* Chartul. B. M. de Josaphat: *Furnus monachorum Josaphat, qui juxta portam Drocensem situs est, liber et immunis sit in perpetuum ab omni Exactiva consuetudine, quam in illo antecessores mei vel ego antea de jure exigere consuevimus. Exactif, Qui exigit, in malam partem sumitur, in Lit. ann. 1474. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 325. col. 2: *Cotin, qui est homme Exactif et fort importun, etc.**

EXACTOR, Publicanus, τειλώτης. Gloss. S. Benedicti: *Exactor, ἀραιστής.* Apud Harmenopolium lib. 1. cap. 12. § 31. Ἀραιστής δημόσιος. Glossæ Biblicæ MSS.: *Exactores, expectatores tributæ.* S. Augustin. lib. 2. de Civit. Dei cap. 19. *Exactores* vocat, quos Lucas cap. 3. *Publicanos.* Idem Epist. 124: *Ut nullas Exactorum molestias pateretur.* Salvanus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Leviore his hostes quam Exactores sunt: et res ipsa indicat, ad hostes fugiunt, ut vim exactiorum evadant.* Senator lib. 5. Epist. 39: *Exactorum quoque licentia fertur amplius a provincialibus extorqueri, quam nostro cubiculo constat inferri. Exactor tribut. civit. Gall. in veteri Inscript. Exactor vel publicus minister, in Bulla Agapoti PP. apud Sanjulianum pag. 278. Adde Legem Longob. lib. 3. tit. 1. § 42. [\*\* Lothar. 1. 41.] et quæ passim habentur in Codice tit. de Exactionib. tributor. et alibi. [\*\* Vide Savin. Histor. Juris Rom. med. temp. tom. 1. § 129.] *Exactor tributorum, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 217. [\*\* 969.] Exactor fiscalium præstationum, apud Firmicum lib. 4. cap. 3. lib. 6. cap. 3. Exactor Regiarum annonarum, apud eundem lib. 3. cap. 12. Exactores rerum publicarum, in Charta Hlotharii Imper. filii Ludovici Pii, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 4. pro facultate erigendi mercatum absque teloneo: *Igitur compertiant publicarum rerum Exactores, etc. Exactores publicarum, i. rerum, vel consuetudinum ac præstationum, in Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 122. [\*\* 124.] Exactores Reipublicæ, in Charta Lotharii Imp. apud Beslium pag. 260. [\*\* Rei publicæ judices et Exactores, in chart. ann. 798. apud Schannat. in Histor. Wormat. tom. 2. num. 1.] Exactor loci, in Trad. Fuldensis. lib. 2. Trad. 209. Exactor sæcularis, in Charta Henrici I. Regis Franc. ann. 1036. apud Loiselum in Bellovaco pag. 253. Exactor regalium operum. Chronicon Fontanellense cap. 16: *Exactor operum regalium in Aquisgrani Palatio****

regio, sub *Heinhardo Abbate. a Domino Rege constitutus est.* Vetus Inscriptio: *Q. Anno Januario Exactori operum publ. [Exactor sacri Palatii, apud Johannem Mon. in Prologo ad Vitam S. Odonis Abbatis Cluniac. inter Acta SS. Benedicti. sæc. 5. pag. 150. ubi Mabill. coniectat publicæ pecuniæ Præfectum intelligendum esse.] Ἐξάτωρ, apud Jo. Tzetzem chil. 5. cap. 17. v. 610. Joannes Euchaitarum Episcop. :*

Μυστογράφος ἡδὲς εὐγενὴς νεανίας,  
Καὶ σημερον πάρεστιν Ἐξάτωρ νέος.

[Vide Glossarium mediæ Græcitatatis.]

† **EXACTURA**, Exactio. Baluz. tom. 1. Hist. Arvern. pag. 29. ex Chartulario S. Odilonis: *Omnes consuetudines malas et importunas... Exacturas, vestituras etiam de omnibus terris... perdonavit.*

\* **EXACUCERE**, Punctim ferire. Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 288: *Idem Matheus retrocessit modicum, et uno ictu vibravit et Exacucit in latere seu ventre ejusdem Jacobi sub costa; de quo ictu idem Jacobus... fuit mortuus.*

**EXADELPHUS**, Ἐξάδελφος, Fratris filius, patruelis. Julius Africanus lib. 7. Hist. Apost.: *Et accepit Hyrtacus Exadelphus Imperium ejus.* Chronic. S. Vincentii de Vulturno lib. 8: *Alter Grimoaldus Exadelphus ei successit.* Sic etiam ex sorore nepotem vocat Petrus Damian. lib. 6. Epist. 29. pag. 567.

**EXADITUARE**, Excludere ab adytis, in Gloss. Isid.

**EXADONIARE**, [Idoneum seu innocentem se probare.] Vide *Idoneus*.

† **EXADUM**, Species vehiculi. Vide *Broeta*.

† **EXADUNARE**, ut *Adunare*, Addere, conjungere. Greg. Monachi Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 594: *Adunata et Exadunata sunt modiola cccc. et in monte de Caballara et in Seliora modios vii.*

† **EXADVOCATUS**, Qui fuit Advocatus, in Lexico Martini.

**EXAQUARE**, [Æqualiter partiri. Dividere et *Exaquare*, apud Marculfum lib. 2. form. 13. in Appendice form. 39. 47. 49. Sirmondum form. 25. Bignonium form. 18.] Gloss. Lat. Gr.: *Exaquatio, ἔξλωσις. Diviso et *Exaquatio* inter consortes, apud Marculfum lib. 1. cap. 20.*

\* **EXAERES**, *Navis exordium.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

\* **EXÆRUGINARE**, *Fourbir; inde Exæruginator, fourbisseur.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Exaggare, Démonceler, f. pro Exaggerare.* Vide infra *Examorare*.

**EXAFOCI**. Anastasius in Benedicto III. PP.: *Obtulit Canistra Exafoci ex argento purissimo.* Sed legendum indubie *Exafota*, ex Gr. ἔξάφοτα, id est, canistra sex luminibus, lucernis, vel candulis instructa. Ita in Leone II. *Canistra Enafoti*, et *Canistra Enafodia*, perperam pro *Enafota*, id est, unius luminis, ἔνδος φωτός, nisi quis malit legere *Enneafota*, seu ἔνεναφωτα, novem lucernis instructa. Atque ex his emendandus idem Anastasius pag. 123: *Canistrum ex cede Cafotii pensant. libras 12. et semis.* Legendum enim *Excedecafoti*, seu ἔξκαδεκαφώτιον, *sedecim luminum*, quomodo rectius præferunt alii Codd. *Excedecafoti*. Vide *Afocis*.

† **EXAGA**. Vide in *Exagium* 3.

**EXAGEG**. Vide *Alchaz*.

**EXAGELLA**, Trutina, seu potius quota pars quæ unicuique hæredum ex successione obvenit: legitima pars hære-

dis, cum aliis veluti ad *exagium*, seu trutinam exæquata. Ennodius, in Vita B. Epiphani Episc. Ticinensis pag. 413: *Ninguido aere, et quali solent homines ad tecta confugere, Ravennam egressus est, et per omnes Æmilie civitates celer venit, tanquam ad sepulcri receptaculum properans, omnibus Sacerdotibus in itinere positis munificus, communis, affabilis, et quasi Exagellam relinquens, seipso præstantior.* Id est, Sacerdotibus omnibus, ac si hæredibus, ex suis bonis concessa legitima portione. Utitur etiam S. Zeno Veron. Serm. 6. ad Neophytos. Hinc *Exagellario* titulo possidere, aut relinquere. Regula Magistri cap. 91. ubi de bonis Monachi: *Audite regulæ nostræ a patribus salubre statutum consilium. De portione ejus tres fiant partes æqualiter, una distributa Abbatis manibus pauperibus vel indigentibus erogetur: aliam vobis, vel fratribus suis pergens ille ad Comitatum Sanctorum Exagillario munus titulo derelinquat: tertiam vero partem viatici sui utilitate deferat secum Monasterii usibus profuturam.* Ubi legendum videtur *Exagellario*.

\* **EXAGGATIO**, *Agréance*, in Glossar. ex cod. reg. 7692. Forte pro *Exaggeratio*. Vide mox.

\* **EXAGGERARE**, Exasperare, Gall. *Aigrir, irriter.* Epist. Hinc. Rem. ann. 870. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 534: *Contra domnum regem in tantum te sine ratione contumaciter existi ut... et a te Exaggeratus duriora ingerenda tibi proponeret... Sed tu, addens pejora prioribus, sic domnum regem... iterum Exaggerasti, ut, etc.*

\* **EXAGGERATOR**. [Quidquid novum insonuerit, aut auctor, aut exaggerator est fame, h. e. amplificans, augens.]

† **EXAGIES**, ἀπὸ τοῦ ἐντυπῆ, *Panis subactio.* Supplem. Antiquarii. Gloss. MSS. Sangerman. habent *Exagios*. Lege *Exagium*, ut mox in hac voce.

† **EXAGILIARIUS**. Vide *Exagella*.

1. **EXAGIUM**, Trutina, et certæ ponderationis genus, inquit Cujacius. Gloss. Græco-Lat.: Ἐξάγιον, *Pensitatio.* Ἐξάγιον, *Examino, perpendo.* Rursum: Ἀπὸ τοῦ ἐντυπῆ, *Exagios, leg. Exagium, ponderis scilicet nota quæ pani imprimitur, σταθμὸν interpretatur Casaubonus ad Suetonium. Matth. Silvaticus in Pand.: Exagion est nomen ponderis, et est idem quod aureus, et est sexta pars 3. etc. Exagium, apud Saladinum de Ponderibus, est pondus unius 3. cum dimidia 90. granorum tritici.* Additque Solidum solo nomine differre ab *Exagio*. Versus MSS.:

Exagium solido differt a nomine solo,  
Si solidum queris, tres dragmas dimidiabis.

Hac notione passim *Exagium* usurpat Constantinus Africanus in libris de Morborum curat. In veteri Inscriptio præcipitur submota *micandi* consuetudine pecora sub *Exagio* vendi. Ratio docuit utilitate suadente consuetudine *micandi* summota, sub *Exagio* potius pecora vendere, quam digitis concludentibus, etc. Nov. Theodosii de Pret. solid.: *De ponderibus, ut fraus penitus amputetur, a nobis aguntur Exagia, quæ sine fraude debeant custodiri.* Cassianus Collat. 1. cap. 22: *Sive illa quorum pondus ac pretium ærugo vanitatis arrodens, Exagio seniorum adæquari non sinit.* Zeno Serm. 6. ad Neophytos: *Habetis aginam, Exagium facite, quemadmodum vultis ponderate.* Adde Zonar. tom. 3. pag. 162. Ἐξάγιον vero pro pondere apud veteres Medicos non se-

mel usurpatum, observat Jo. Crato ad Dioscor. lib. 2. Parabil. cap. 67. et Leonhardus Fuchsius ad Myrepsum sect. 1. cap. 5. [Charta Richeri Viridun. Episc. ann. 1099. apud Mabill. lib. 6. de Re Diplom. Ch. 166: *Coram Camerario fidelitatem tam de pondere, quam de Exagio, hoc est de metalli (monetarum) sincerate, rite faciat.*] Vide Dissertationem nostram de Nummis Imperat. Constantinopolitan.

2. **EXAGIUM**, Examen, purgatio, iudicium Dei. Vetus Instrumentum apud Guesnaum in Annal. Massiliens. ann. 850: *Illum transgredientis terminum, petierunt sibi aliud spatium, in quo possent facere Exagium, quo peracto, Dei iudicium contra se videntes, recesserunt dolentes.* Vide *Examen* 1. et *Essayum*.

3. **EXAGIUM**. Vetus Charta ann. 1025. tom. 7. Spicilegii Acheriani: *Mansum unum, quem tenet Guibaldus, cum curte et Exagio suo, et cum ipsis arboribus.* Alia apud Columbum lib. 1. de gente Simiana n. 11: *Hoc est, mansum unum cum Exagio suo pertinente ibidem in Apta civitate, etc.* Alia ibid. n. 12: *Mansos duos cum chartis, [curtis] et Exagis suis, cum campis cultis et incultis, etc.* Ubi *Exagium* videtur esse *Exiagium*, Exitus, proventus. Vide *Exitus*.

† **EXAGUM**, EXAGA, Eadem notione. Divisio bonorum, quam fecit Bradingus Benedicto Aniano, apud Mabillonium tom. 2. Annal. Bened. pag. 719. col. 2: *Curtes, Exagæ et regressæ, terras et vineas cultas et incultas, ortos, oclatis, arboribus, etc.* Et paulo post: *Et in villa Calvaniacus similiter domos, curtes, oclatos, ortos, Exaga et regressa eorum, terras et vineas, etc.* Rursus occurrit ibid. Chartularium Aptensis Ecclesiæ fol. 92. verso: *Arnaldus Presbyter dat et cedit ad Ecclesiam S. Mariz et S. Castoris mansum cum exago suo.* Ibidem fol. 125: *Cedo tibi ipsa vinea cum ipso campo, cum ipso casale, cum Exago suo, quod ibi consistit.* Ibidem fol. 129: *Quantum visus sum habere in casalicis, curtis, Exavis, vineis, campis, etc.* Et fol. 140: *Vendidimus vobis casales disruptas cum curtis et Exagis suis, etc.* Chronicon Novaliense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 746: *Commutavimus cum ædificis, cortiferis, exavis, ortis, vineis, campis.* Ead. habentur apud Mabillon. lib. 6. Diplom. pag. 507. *Exagum cumunale*, vulgari idiomate, *La sortie commune*, in Authentico Arelat. fol. 14. verso: *Consortes de uno lacus Exago Cumunale de uno fronte cum rata publica.*

† **EXAGUSTA**, *Infesta*. Papias in MS. Bituric. Editus habet: *Exhausta, Infesta*.

\* **EXALABRARE**, *Alabro* flum evolvere, Gall. *Devider*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exalabrare, desvoyder.* Vide supra *Alabrum*.

† **EXALAPARE**, Alapis cedere. Passio SS. Cypriani et Justinæ, Anecd. Marten. tom. 3. col. 1646: *Comes autem iussit eum suspensum unguinari; beatam autem virginem crudis nervis in manus cædi, et Exalapari a duobus spiculatoribus.* [\* Vide *Expalmari*.]

\* **EXALARE**, [Evaporare. DIEF.]

\* **EXALBO**, [Dealbo. Tertull. 4. advers. Marcion. 10. Si fuerint delicta vestra tanquam roseum, velut nivem Exalabo.]

† **EXALMATUS**. Synodus Oriolana ann. 1600. inter Hisp. Concilia tom. 4. pag. 739. col. 1: *Invaluit quorundam hominum superstitiosa nequitia, qua sub religionis prætextu et salutis corporalis*

ementita spe, miseros homines inducunt, ut relictis artis medicinæ remediis ad ligaturas et alias superstitiones confugiant. Quod ne posthac fiat, omnes et quascumque incantatorum, vel ut vulgo dicitur, Exalimatorum orationes, preces et figmenta a nostra diocesi explodimus, cum sint superstitionibus et erroribus plena. Vide Ensalmus.

**EXALODIS**, Idem quod Alodis, Proprium, proprietates. Tabul. Monasterii Brivatensis : Placuit... ut res congruas tam Ecclesiasticas, quam Exalodes una cum consensu... Regis Karoli et Ranulphi Episcopi inter se communicare et concambire debuissent. In Probat. Hist. Arvern. pag. 10. apud Justellum.

\* **EXALRARE**, f. Fodere vel exhaurire. Charta ann. 1228. in Lib. nig. S. Petri Abbavill. fol. 308. r° : Et sciendum quod ego et hæredes mei dicta fossata vel marisca, sine licentia prædictorum prioris et conventus expressa, non potero noctare, vel Exalrare, vel aliquem cursum facere.

† **EXALTARE**, pro Exartare, r in l mutato, ut alibi sæpe, et in ipso sequenti exemplo, ubi Flichium est pro Frichium pari mutatione. Silvas in culturam redigere. Litteræ Officialis Paris. anni 1278. in Tabulario Calensi pag. 59 : Recognovit, quod omnes terras de censiva dictæ Abbatissæ et Conventus, seu campiparte moventes et in flichis existentes Exaltare poterit et reducere ad agriculturam. Vide Exaltatus.

† 1. **EXALTATIO**, Exstructio, vel Restauratio. Exaltatio turris incendio dirutæ, apud Marchisium Scribam lib. 5. Annal. Genuens. ad ann. 1222.

† 2. **EXALTATIO**, Fastus. Tertull. de Cult. fem. cap. 3 : Exaltatio non convenit professoribus humilitatis. Diversis notionibus, sed notis accipitur apud vulgatum Interpretem veteris Testamenti, ut Exod. 17. 15. Psalm. 149. 6. Prov. 3. 35. etc.

† **EXALTATIO MONETÆ**, apud Rymorum tom. 12. pag. 67. et 85. de accessio-nibus factis pretio monetarum, Gall. Augmentation.

\* **EXALTATIO CRUCIS**, Festum Ecclesiast. 14. Sept. Vide Glossar. med. Græcit. in Ἐξάλτις, col. 1651.

\* **EXALTATUS**, Ager exaratus, in culturam redactus, idem quod Exartus. Charta ann. 1059. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 14 : Do etiam ego Robertus comes eidem ecclesiæ (Uterioris-partus)... decimam... omnium Exaltatum earumdem sylvarum, ubicumque fiant. Vide Exaltare et mox Exaltus.

\* **EXALTERATUS**, a Gallico Altéré, Imminutus, depravatus. Lit. remiss. ann. 1363. in Reg. 94. Chartoph. reg. ch. 39 : Ex hiis gravi desolatione percussus, ac sensu suo quasi Exalteratus, etc.

† **EXALTIO**, Elevatio. Anonymus apud Spelmannum : Absis est illa pars circuli, in qua principium Exaltionis in suo circulo incipit elevari.

\* **EXALTUS**, pro Exartus, ex frequenti mutatione r in l ; Ager proscissus, exaratus. Assign. dotal. Joan. reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69 : Item pro novis Exaltibus duo modia, quatuor minæ. Vide supra Exaltatus.

\* **EXAMARICARI**, Amariorem facere, inamarescere. Vetus Interp. Comment. Orig. in Matth. : Plorat Petrus ex amaritudine peccati, Examaricans in penitentia fletum suum.

† **EXAMANTISSIMUS**, pro Amantissimus, id est, valde dilectus. Ego Sulpitius dono tibi Examantissima conjux, etc.

III

apud Marten. in nova Collect. vett. Scriptorum part. 2. pag. 2. edit. 1700.

\* **EXAMARE**, [Amare desino. Not. Tur. p. 60. Amat, adamat, examat.]

† **EXAMBIARE**, pro Excambicare, vel Excambiare, Rem cum re commutare, Gall. Echanger. Charta anni 1339. in Hist. Comitatus Ebroic. Probat. pag. 12 : Quod si Eustachia uxor mea aliquid in donatione mea ratione dotis reclamare voluerit post decessum meum, hæredes mei tenebuntur Excambicare dominæ dictæ dictam dotisam de valore ad valorem alibi in hæreditate mea. Vide Cambiare.

† **EXAMBIRE**, pro Ambire, Desiderare. S. Cyprianus in Epistola ad Hispanos de Basilde : Ut Excambiret reponi se injuste in Episcopatum, de quo fuerat juste depositus.

1. **EXAMEN**, EXAMINATIO, Purgatio, Judicium Dei. Examinatio ignea, in Actis Concilii Lateran. sub Alexandro II. PP. apud Baron. ann. 1063. n. 22. Regino ann. 941 : Publica se Examinatione, perceptione Corporis et Sanguinis Domini, coram populo in Ecclesia purgavit. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 62 : Ab Adventu Domini usque ad Octavas Epiphaniæ... non est tempus leges faciendi, i. vel jurandum pro fidelitate domini, vel concordia, vel bellum, vel ferri, vel aquæ, vel alias leges Examinationis tractari. Legitimo Examine monstrare, etc. cap. 87. Ad Dei judicium se Examinare, in Capitulis Caroli C. tit. 39. § 3. [\*\* ap. Carisiac. ann. 873.] Vide Judicium Dei.

† **EXAMEN PEDALE**. Vide Vomeres igniti.

EXAMINATIO PLAGARUM. Anastasius in Hormisdas PP. pag. 34 : Hic invenit Manichæos, quos etiam discussos cum Examinatione plagarum exilio deportavit. \* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : Examen, esprovement, vel languete de balance.

2 **EXAMEN**, pro Origo, apud Abbonem in Præfat. ad libros de Bellis Parisiac.

\* 3. **EXAMEN DOTIS**, JC. dicitur Donatio, quæ uxori a marito fit in compensationem dotis, quam ipse ab ea accepit ; unde nomen. Vide supra Dos 1.

\* **EXAMEN ABBATUM**. Electi in abbates monasteriorum, ecclesiæ Lugdunensi subditorum, in capitulo solemniter ratione solebant interrogari, ut discimus ex Actis ejusd. capit. in Cam. Comput. Paris. ad ann. 1341. fol. 171. r° col. 2 : Pro ipso (electo in abbatem S. Regneberti) examinando ipsum adduxerunt ad capitulum, et ipsum introducerunt in domo thesauri, ubi ipsum, præsentibus dictis dom. Guidone et Hugone in litteratura, videlicet lectura, cantu et questione juris examinauerunt. Quod et erga abbatissas fiebat, præter quæstionem juris, ut docetur infra.

\*\* **EXAMENTUM**. Virgil. Grammat. pag. 9 : Sunt tamen quædam nomina, quæ duas per omnia declinationes habere noscuntur, ut lætitia lætamen, calciamentum calciamen, Examentum examen, etc.

**EXAMETUM**, EXAMITUM, Pannus holosericus, Græcis recentioribus ἐξάμετρος, de qua voce Meursius in Gloss. Leo Ost. lib. 3. cap. 19 : Alia Exameta Phrygio nihilominus in gyro circumdata. Dalmatica Exameta auro et albis a pectore pedibus manibusque insignita. Adde cap. 78. Occurrit apud Will. Tyrium lib. 13. cap. 27. lib. 21. cap. 23. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 92. apud Æneam Sylvium Epist. 142. Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 289. etc. Ex quibus emendanda Gesta Innocentii III. PP.

pag. 70 : Examina duo episciva dupla, pro Examita duo episciva dupla. Rectius pag. 138 : Dalmaticam de optimo Examito rubeo, etc. Pag. 150 : Pretiosam vestem de exameto rubeo. [Apud III. Fontaninum ad calcem Antiq. Hortæ pag. 401 : Idem Papa dicitur dono dedisse Ecclesiæ Ortanæ unam planetam de Examito rubeo cum aurifigio decenter ornata.]

XAMITUM, in Chartis variis apud Ughellum tom. 1. pag. 1083. 1085. tom. 7. pag. 1274. 1275. Ἐξάμιτρος, apud Anonymum de Nuptiis Thesei.

SCIAMITUM. Liber Anniversariorum Basilicæ Vaticanæ apud Jo. Rubeum in Vita Bonifacii VIII. fol. 345 : Item undecim planetas diversorum colorum de Scyamito, panno Tartarico, et Diaspro. Bocacius : Vestita d'uno Sciamito verde.

SAMITA. Chron. Reichersperg. : Et misit et... duodecim Samitas, et duos scyphos aureos... fratri Saladini Sabidino misit sex Samitas et duas vestes Imperiales.

SAMETUM, in Chron. Valciodorensi pag. 579. et in Vita Balduini Lutsemburg. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 10.

SAMITUM, SAMITTUM, rubeum, croceum, viride Samitum, apud Conradum Moguntinense Episc. in Chronico : Rubeum Samitum apud Joannem de Vitriaco lib. 3. initio. Occurrit præterea apud Arnoldum Lubec. lib. 2. cap. 5. Matth. Paris pag. 122. Petr. Blesens. Epist. 66. Vincent. Belvac. lib. 31. cap. 143. lib. 32. cap. 35. Rollandinum in Chron. lib. 1. cap. 13. in Vita Caroli Abbat. Villariensis cap. 4. n. 18. in Synodo Coloniensi ann. 1280. in Præfat. etc.

SAMIS et SAMIT. Vincentius Belvac. lib. 30. cap. 85 : Deferunt canistrum... ornatum undique serico vel Samita, atque margaritis et monilibus circumdatum. Hinc emendandus Will. Brito lib. 12. Philipp. pag. 244 :

... Nullum

Indumenta tegunt, nisi Samis byssus, et ostrum.

Perperam enim Samnis editum. Samit lividum, Samit purpureum, in veteri Charta apud Catellum lib. 5. Rer. Occitan. pag. 901. Le Roman de Garin MS. :

L'enfant Girbert envoia un Samit,  
Et le mantel à son col li pandi.

Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Regii, ann. 1351 : Pour 6. pieces de Samit vermeil en graine, pour faire coles et manteaux fourrez de menu vair aux Chevaliers nouveaux nommez dessus, la veille de leur Chevalerie, etc.

† **EXAMINATUM RUBEUM**, in Chronico Episcoporum Hildeshem. cap. 25. apud Leibnitium Scriptor. Brunsvic. pag. 749.

AURISAMITUM, Samitum ex auro, Drap d'or. Vetus Charta apud Rocchum Pirrum in Episcop. Agrigent : Unam cappam de diaspero Aurisamito vel Tartarisco auro de sindone foderatam, etc.

Ejusmodi vocabulorum primigenia quibusdam videtur origo Samit : cum et hodie alutum, seu scorium tenue, et pilis adeptis emollitum, et in usum vestium concinnatum Samisch vocent Belgæ, inferioris Germaniæ dialectus Semen, ut auctor est Cluverius lib. 1. Germ. antiq. cap. 16. unde postea tracta vox ad quosvis pannos læviores, atque adeo holosericos. Kilianus Sammet Theutonicum seu nostrum Samit, quasi Samnitum sericum dictum putat. Sed et Barthius ad lib. 12. Philipp. vocem a loco quodam ortam putavit. Verum hæ videntur leviores momenti con-

jecturæ, cum potius Græcæ originis censeri debeat vocabulum, ut ἔξαυτος dictus fuerit sex licibus seu filis textus, quemadmodum μονόλιθος, simplici licio, τριμύτος, ternis licibus, πολύμύτος, multis licibus, etc. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 10 :

Est, mihi crede, Mitos filium, sed fabula Mythos :  
A Mitos, Examitum ; de Mythos, Mythologia.

† **EXAMINA.** Vide *Exametum*.

1. **EXAMINARE** dicuntur apes, quæ una coeunt, et in examen congregantur. Apuleius de Virtutibus herbarum cap. 6 : *Ne apes Examinent et effugiant.* [Unde apud Barthium in Glossario *Examinati* dicuntur in *Examina* seu agmina redacti, ex Baldrici Hist. Palest.]

\* **Examier**, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1465. ex Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 75 : *Le suppliant ala aidier..... à mettre à point un exam ou bournay de mouches à miel, qui icellui jour estoit Examiné ou vergier d'icellui Charretier.*

\* 2. **EXAMINARE.** Ad disquisitionem vocare. Leg. S. Steph. reg. Hungar. tom. 1. Sept. Act. SS. pag. 548. col. 1 : *Nemo etiam quemlibet clericum in publico nisi ecclesia Examinare præsumat.*

\*\* **EXAMINATA PECUNIA**, ut *Parata pecunia.* Vide *Paratus* 2. et *Examinate Argentum.* Chart. ann. 1256. in Wenck. Hist. Hassiac tom. 2. num. 154. pag. 181 : *Pro 80. marcis et una Examinate Pecuniæ.*

\* **EXAMINATIA**, Examen, doctrinæ periclitatio. Stat. Univers. Aurel. ann. 1336. ex Cod. reg. 4223. A. fol. 55. r. : *Quando imminet bachalariorum Examinate faciendæ, etc.*

† 1. **EXAMINATIO**, Examen. *Habita super eis Examinatione et inquisitione diligenti inventum est, etc.* in Transactione Caroli II. Regis et Comitiss Provincie cum Capitulo S. Salvatoris Aquisi ann. 1292. ex Schedis Præsidis de Mazaugues. Vide *Examen* 1.

\* 2. **EXAMINATIO**, f. Invocatio. Cærem. Rom. MS. fol. 9. ubi de Consecratione Papæ electi in Episcopum : *His dictis electus procumbet cum mitra in faldistorio ante altare in suis scabellis, et per unum ex subdiaconis fit letania. Nam Examinatio antiqua sanctorum et alia præcedentia omittuntur. Nisi sortes sanctorum hic indigitar quis existimet. Vide *Examen* 1. [\*] Vide *Sancta* 1.]*

† **EXAMINATOR**, Dignitas apud Longobardos. Vide Chartam Siconis Principis in Chron. S. Sophiae Benevent. pag. 628. [Examinateores post Geolarios recensentur inter Officiales Præposituræ Paris. in Edicto Caroli Pulcri Franc. Regis ann. 1325. Vide Tract. de Politia tom. 1. lib. 1. tit. 11. cap. 1. 2. 3. etc.]

\* **EXAMINATORIUS**, Ad probationem conducens. Tertul. de Scorp. cap. 7 : *Utique per tormenta ignium et suppliciorum, per martyria fidei Examinatoria.*

† **EXAMINATUM ARGENTUM**, Probatum, Gall. *De bon aloi*, in Chronico Ecclesie Hamelensis Auctore Johanne de Polda, apud Leibnitium, Scriptor. Brunswic. tom. pag. 510. *Argentum igne Examinateum*, in Psalmo 11. 7. *Sicut examinateur argentum*, Ps. 65. 10.

† **EXAMINATUM RUBEUM**, EXAMITUM. Vide *Exametum*.

\* **EXAMORARE**, f. pro *Examontare*, Ex acervo detrachere, Italis quippe *Amontare* est Congerere, acervare, cui addita præpositione *Ex*, oppositum significare voluit Stephanus de Infestura MS. ubi de Innocentio VIII. PP : *Ubi aliqua domus feni reperiebatur, absque*

*ulla licentia, ac si ipsorum esset, Examorabatur ; et sic cives Romani et habitantes in Urbe tam ab inimicis quam a defensoribus nostris deplecebantur omni die.* Vide supra *Exaggare*.

† **EXAMPLARE**, [Ampliare, extendere, augere. Joan. Longinus in Vita S. Stanislai, Maii tom. 2. pag. 222 : *Qui suam horridam et olidissimam libidinem in brutorum amorem Examplabat, animum a bellicis artibus ad sordida quæque et nefanda traducens.* Charta anni circiter 1100. ex Archivo S. Victoris Massil. arm. Ebrodun. num. 9 : *Mansiones... modo Examplatæ sunt in antea, quia latior erat via quam modo.*] Vide *Exemplare*.

† **EXAMPLARIUM**, EXAMPLATA TERRA. Vide *Exemplum*.

\* **EXAMPLEXOR**. [Amplexor, complexor. Auct. ad Herenn. 4. 52. Et tu per Deos, inquit, hunc examplexare.]

\* **EXAMURCO**. [Est sublata amurca oleum defæcatum reddere. Translate. Apul. 4. *Met. de corio ursæ detracto.* Soli siccandum tradimus : ac dum cælestis vaporis flammis Examurcatur, etc.]

† **EXANCINGUM**, f. Modus agri, idem quod *Ancinga*. In Charta foundationis Abbatie S. Salvatoris apud P. Benoit Hist. Tull. p. LXXX. Probat. inter ea quæ dat Udo Episc. Tullensis in alodo Steivelt enumerat, *Annonam Exancingi et croadi et pastum copiosum multitudini porcorum.* Vide *Andcinga*.

† **EXANCLARE**, pro *Exantlare*, apud Papiam. Vita S. Rigoberti MS. e Bibl. B. M. Roncensis : *Statuit S. Rigobertus novem mansis Ecclesie S. Hilarii adjacentibus puteis intra Monasterii septa non deesse oborta occasione Exanclandis, rudera latrinarum efferre, etc.* Putei *Exanclandi*, hoc est Exbauriendi et purgandi. Vita MS. S. Winwaloei, fol. 70. v. : *Quod autem firme et inreprehensibiliter sive relatu, sive exemplaribus pro certo Exanclamus (i. e. exantlamus, eruimus) illud procul dubio intinmare curabimus.* Gloss. Lat. Sangerman. MS. : *Ecanclare, Puisier, Haurire.* Simplex *Anclare* apud Livium est Ministrare ; item *Haurire* apud Festum, a Græco, inquit ἀνκλᾶ : quod etymon indicat præferendum esse *Anclare*, hac ultima notione.

† **EXANCORARE**, Anchoras vellere, solvere, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. *Desencrer*.

\* **EXANESCERE**, pro *Evanescere*, aut saltem eodem sensu, in Chartul. S. Joan. Laudun. ch 137 : *Quantum ea quæ geruntur, cum ex transitu temporum, tum ex defectu hominum adnullata Exanescunt, etc.*

† **EXANGUACHA**, Custodiæ, Gall. *le Guet.* Vide *Guaccia*.

† **EXANGULARE**, *Per angulos inquirere*, in Glossis MSS. Regiæ Bibliothecæ.

† **EXANGYSIS** Julius Africanus lib. 5. Hist. Apostol. : *Quid jam vobis pro Exangysi relinquam ? Ubi recte monet editor Græcam vocem esse ἔγγυσσις, id est, vadimonium, pignus.*

\* **EXANHELARE**, Peroptare. Hist. episc. Autiss. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 132 : *Ad quam (electionem) nonnulli non zelo spiritali, sed avaritia honoris ambitione Exanhelabant.*

\* **EXANIMABILITER**. Næv. apud Non. 4. 384. Ubi vidi, exanimabiliter timidis pedibus protinam me dedi. mezzo esanimato mi diedi a fuggire.]

\* **EXANIMALIS**. Qui est sine anima, exanimis. Plaut. Bacch. 4. 8. 6. Neque

Bellona mihi unquam, neque Mars credant, ni illum exanimalem faxo.]

† **EXANIMARE**, neutr. Animam agere, exspirare. Vita SS. Paterni et Scubillonis, April. tom. 2. pag. 429 : *Quidam puer Milevo nomine a serpente percussus est, quo jam Examinate Sanctus vir accessit, ne puer morte decederet.*

† **EXANTHEMA**, ἔκάνθημα. Quod effluit metaphorice Pustulæ subrubræ, Leves eruptiones humorum per cutem florescentium. *Papulas, Exanthemata et impetigines tollit*, in Epistola Alphonsi Ciaconii ad Principem Cardinalem, apud Marten. tom. 3. Collect. Ampliss. col. 1323.

† **EXANULARE**, Annum deponere, apud Sugerium lib. de Administr. sua cap. 31.

† **EXANUM**. Vide *Exagum*.

\* **EXAPERIO**. [Prorsus aperio. Augustin. Confess. 10. Quis exaperit istam tortuosissimam et implicatissimam nodositatem ?]

† **EXAPLA**, *Exempla*, in Gloss. Pith. [cum Isidorianis. Glossar. Sangerm. n. 501 : *Exapla, Sex implica.* Papias MS. Bituricensis : *Exapla, Sex implica, Sex angularis.* Editus vero : *Exaplois, Exemplaribus.* In omnibus emendandum cum Reinesio in variis : *Hexapla, Secupla* : Gloss. Græc. Lat. : Ἑξαπλοῦν, *Sexuplum*. Respicunt, ut coniecto post Grævium, Glossarum sutores *Hexapla* Originis.]

\* **EXAPTO**. [Apul. 11. *Met.* Visus est quiete proxima, dum magno Deo coronas exapto, etc. h. e. apte imponit, vel apte necit Dei capiti imponendas.]

\* **EXAPTOTUS**, *De sey pede.* Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Exapla*.

\*\* **EXAQUARI**, Aquæ spatium emeti. Richer. lib. 2. cap. 59. ap. Pertz. Script. tom. 3. pag. 600 : *Navesque paratas cum remis inventi, quas tirones cum armis ingressi, navigant ac Exaquantur.*

† **EXAQUATIO**, Privilegium Ledunii Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. e Chartulario v. ejusdem loci pag. 243 : *Si venditur aut emitur vinum ad Exaquationem, id est, ad probationem, de unoquoque tonello debet emptor II. denar. et venditur II. denar.*

\* **EXAQUATORIUM**, Canalis, per quem aqua decurrit. Parlag. inter reg. et abb. Gemondi ann. 1323. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 53 : *Item retinuerunt dicti abbas et scindicus sibi et dicto monasterio molendina... cum paxeriis, Exaquatoris, etc.*

† **EXAQUESCERE**, Aquosum fieri. Utitur Censorinus de Die Nat. cap. 18.

† **EXAQUIA**, Michaël del Molino in Repertorio Foror. Aragon. voce *Magnates* : *Magnates Aragonum possunt recipere in commandam oves et alias bestias sive ganata villanorum, et cum eis facere ad Exaquiam, id est, ad medias : ita tamen quod ex hoc herbajarii Domini Regis non ledantur propter dictam communionem, sive commandam.* Vide *Chronicon Petri IV. Regis Arag.* lib. 3. cap. 9.

\* Quasi *Exæquia* ; ibi enim sermo est de animalibus, quæ colono nutrienda traduntur, quorum quæstus et damnum inter eos ex æquo dividuntur : quod *Exiguer* appellant Consuet. Nivern. tit. 21. art. 9. 10. 14. Bituric. tit. 17. art. 1. 2. 3. Burbon. art. 553. etc. Vide supra *Catallum*.

\* **EXARATIO**. [Actus exarandi, seu arando eruendi. *Capell.* 9. p. 204. Etruria Tagetis *Exaratione* celebrata, h. e. qua in agro Tarquiniensi, inter arandum Tages ille exstitit, de quo Cic. 2. *Divin.* 23.]

**EXARATUM.** Vide *Exartus*.

† **EXARCHATUS.** Vide *Exarchus*.

† **EXARCHIATRUS,** Qui *Archiatri* seu Medici Principis comitatus munere defunctus est. Vide Cod. lib. 10. tit. 52. leg. 6. de Profess. et supra vocem *Archiatri*.

**EXARCHUS,** Ἐπαρχος, Gloss. Græc. Lat. Ἐπαρχος, *Proceres, Principes.* Ἐπαρχοῦ τῶν πραριτῶν, Duces factionum, apud Cedrenum.

**EXARCHI ITALIÆ,** vel *Ravennæ,* qui ab Imperatoribus CPolit. in Italiam cum Imperio mittebantur. Quorum ea erat potestas, ut *ministerium Imperialis fastigii peregrisse* in Italia dicantur in Diurno Romano cap. 2. tit. 4. Horum passim meminerunt Gregor. M. lib. 1. Epist. 32. Anastasius Bibl. in Vitis PP. pag. 47. 49. 50. 59. 60. 63. 66. 69. 70. 72. 77. 83. 107. Leo Ost. in Chronico Casin. Horum præterea seriem habes apud Hieron. Rubeum et Scaligerum in Canonib. Isagogicis pag. 155. Vide *Catapanus,* [et Glossar. mediæ Græcitat.] [¶ Dicitur etiam *Præfectus.* Vide Savin. Histor. Jur. Romæ. med. tempor. tom. 1. § 113. not. g.]

**EXARCHATUS RAVENNÆ** a Pipino Ecclesiæ Romanæ concessus. Anastas. in Stephano III. PP. Paul. Diac. lib. 6. Hist. Longob. cap. 61. Annal. Francor. ann. 756. etc.

**EXARCHUS AFRICÆ.** Apud Gregor. M. Ep. 59. et 72. libri 1. inscriptæ sunt, *Gennadio Patrio et Exarcho Africæ.*

**EXARCHUS,** Dignitas, ut videtur, militaris, in vet. Inscript. apud Gruter. 528. 7.

**EXARCHI** dicuntur Pipinus et Carolus Martellus Majores domus, non semel in Chronico Fontanellensi cap. 2. 3. 9.

**EXARCHUS DIOECESEOS,** Dignitas Ecclesiast. quæ Patriarchica minor, major vero Metropolitana erat, ut pluribus probant Justellus ad Canones Eccl. universæ. Morinus lib. 1. Exercit. cap. 15. Sirmondus in propemptico cap. 3. Allatius de Consensu Ecclesiæ lib. 1. cap. 8. Meursius, Ludovicus Thomassinus, etc. Vide Notitiam Græcam post Codinum Goari pag. 406. et Joannem Cameniatam de Excidio Thessalon. cap. 80. Nicolaus. I. PP. Epist. 8. ad Michaelem Imp.: *Porro scripsit nobis Imperium vestrum, ut Theognostum, qui a fratre et Coepiscopo nostro Ignatio super quasdam provincias Exarchatus pondus suscepisse dignoscitur, etc.*

**EXARCHUS,** Dignitas in Ecclesia CPolitana apud Codinum de offic. cap. 1. n. 41. de qua Gretzerus et Goarus ad eumdem pag. 15. 176.

**EXARCHI MONASTERIORUM,** in Novella Justiniani 135. cap. 4.

¶ **EXARCHONTES.** Ex Liutprandi Legat. habet Cangius in Glossar. med. Græc. Append. col. 70. voce Ἐπαρχόντης. *Haud multo post magistro Exarchontæ accurrunt.*

**EXARCHUM REGNI BURGUNDIÆ,** et summum Principem Consilii sui, et in omnibus faciendis agendisque suis præcipuum, Heraclium Archiep. Lugd. instituit Fridericus I. Imp. Bulla sua aurea anni 1157. quam descripsit Paradinus lib. 2. cap. 35. [et Auctores novæ Gall. Christ. tom. 4. Instrum. col. 17. Idem Imp. eamd. dignitatem contulit Johanni de Belles mains Heraclii successori Præcepto ann. 1184. quod refert Menesterius inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 35. col. 1.]

**EXARCIA,** Funalis apparatus navium, Hispanis *Xarcias,* nostris *Cordage.* Gloss.

Gr. Lat. Ἐξάρτια παντὸς πρῶτος, hoc instrumentum. Græci Byzantini ἐξάρτιον appellabant instrumentum navis. Ita Harmenopolus lib. 2. tit. 11. § 9. Vide Notas ad Cinnamum pag. 452. Charta Alfonsi Regis Arag. ann. 1325: *Quod si forsitan dictæ galææ, vel ex eis aliqua, aut aliquæ perderentur, vel Exarcie illarum, ... quod restitueremus valorem ipsarum cum Exarcis et apparatus earumdem.* Secunda Curia Generalis Cataloniæ sub Jacobo Rege Arag. ann. 1299. MS: *Quod non possit aliquis extrahere de terra nostra istas res prohibitas scilicet peguntiam, cepum, alquitranum, fustam, canabum, flum, Exarciam, ferrum, nec arma.* Chron. Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 24: *Anam presentat a ladita Verge una galera ab totes ses Exarcies d'argent en reverentia de la victoria, etc.* Vide *Sarco,* Oct. Ferrarium in *Sarte,* et Gloss. med. Græc. in Ἐξάρτιον.

† **EYSSARTIA, SARCIA,** Eadem notione. Statuta Massil. lib. 3. cap. 16: *De Sarcia non faciendâ nisi de canabo femello. Statuimus quod corderit omnes de Massilia teneantur speciali sacramento se non facturos per se, vel per alios, gomenas, vel prohocios, vel amannos, vel hostas, nisi de canabo femello et filo subtili, et si quis contra hæc fecerit, ipsam Essartiam dictam perdat, si eam habeat; sin autem illius Essartie dictæ estimationem. Ibid. § 2: Similiter eisdem penis subjaceant omnes de Massilia quicumque fecerint fieri alicubi prædictam Eyssartiam, si eam apportaverint.*

¶ **Nostris Essarcie.** Charta ann. 1338. in Reg. B. Cam. Comput. Paris. fol. 135. rº: *Pierres Eaviaz chevaliers ira quérir vers Narbonne et Bediers quatre cent mariniers avironneurs, et les amerra ès parties par deça pour les mettre en deux galées, que les gens du roy li baudront toutes garnies d'armeures, de cordailles et d'autres apparauls, que l'en appelle Essarcie.*

¶ **EXARCOLA.** Jovius Hist. lib. 4: *Janizari peculiari prærogativa Exarcolum, hoc est, pileum album aurea anteriore fascia, et cristis insignem acinaci impenetrabilem, demissaque per tergum lata cauda cervicis munientem, pro galea gestant.* Hæc post Carolum de Aquino in Glossar. milit.

† **EXARDIUM, EXARDUM.** Vide *Exartus*.

† **EXARENTASMA,** f. Ornamentum, ut Aulæum, vel aliud hujusmodi a Græco Ἐπαρτίσµα, Ornare, instruere. Hugonis Falcandi Histor. Sicula, apud Murator. tom. 7. col. 256: *Nec vero nobiles Palatio adhærentes silentio præteriri convenit officinas, ubi in fila variis distincta coloribus serum vellera tenuantur, et sibi invicem multiplici tendendi genere coaptantur... Hic Exarentasmatâ circulorum varietatibus insignita, majorem quidem artificum industriam, et materiæ ubertatem desiderant, majori nihilominus pretio distrahenda.*

¶ Ad quem locum rursus idem Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 406. hæc annotat: *Carusius Exanthemata legendum suspicatur, ita ut fuerint telæ floribus intextis speciosæ, unde fortassis pro *Circulorum* emendandum opinatur *Flosculorum.**

¶ **EXARERE,** Exarescere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exarere, Estræ sec.*

¶ **EXARIATA.** Vide supra *Eissasiata.*  
**EXARCHUS,** Agrorum colonus, arator, Hispanis. Vitalis Episcopus Oscensis, apud Hieron. Blancam in Comm. Rer. Arag. pag. 781: *Si quis Peyterius fuerit*

*Exarichus Infancionis, peytabit ut alii, et de omnibus bonis suis.* Fori Oscæ ann. 1247. f. 5: *Cum homo aliquis habet in sua hæreditate Exaricum, si forte alius homo habuerit clamum de prædicto homine, et propter illum pignoret ipsum Exaricum, talis est Forus, quod si Exaricus vult se defendere secundum Directum, etc.* Fol. 30: *Cum Christianus oves pignorat Judæo, aut etiam Saraceno, pro aliqua querimonia quam habet de suo Exarich Christiano, etc.* Adde Observantias Regni Arag. lib. 6. tit. de Privilegiis Militum, § 5.

¶ **EXARIDUS.** Omnino aridus. Translata. Tertull. Resurr. carn. 30. Statum enim Judeorum deformari quodam modo emortuum et *Exaridum,* etc.]

¶ **EXAROCRARE,** Succernere, Gall. Bluter. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Exarocrare, passer vel beluter.* Forte pro *Excernere.*

¶ **EXARRARE,** Augere vel instruere. Bonincont. part. 1. Hist. Sicul. in Delic. erudit. pag. 328: *Deinde suasionibus pontificis excitati numero navium ampliore classem Exarrant, bellum contra Fridericum intentaturi.* Vide supra *Exarcia.*

† **EXARSUS,** Incensus. *Adhuc sua malitia Exarsus,* in Actis S. Austregisili, Maii tom. 5. pag. 233\*.

† **EXARTARE, EXARTARIUS.** Vide in *Exartus*.

¶ *Excerter,* in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 97: *Jean Poinchon estant allé en un pré... qui estoit à Thomas Frapilly pere de sa femme, pour lui aider à Excerter et gitter de ruyné ledit pré, etc.* Vide in *Exartus*.

¶ **EXARTHARE,** Membra dissolvere, dirumpere, ex Græco Ἐαρθρῶν, apud Julianum Antecessor. Nov. 125.

¶ **EXARTICULATUS.** [Novum articulatus, inarticulatus. Tertull. 1. ad Nation. 8. Si ergo Philomela vixit, potuit effutire aliquid obtusum et *Exarticulatum* sonum tinnitumque.]

¶ **EXARTUARE,** Artus seu membra dissolvere, dirumpere. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exartuare, desmembrer.* Vide *Exarthrare.*

**EXARTUS, EXARTUM, EXARTES, ESARTUM, ASSARTUM, SARTUS, SARTUM:** voces unius ejusdemque notionis, quam ita prodit liber Scacarii Anglici parte 1. cap. 13. *Essarta vulgo dicuntur quæ apud Isidorum Occationes nominantur: quando scilicet forestæ, nemora vel dumeta quilibet pascuis et latibulis ferarum opportuna succiduntur, quibus succis et radicibus evulsis terra subvertitur et excollitur.* Mox subdit, *vastum,* ab *Essarto* differre, quod *vastum* dicatur nemus, seu foresta, in qua succisæ multæ arbores, quasi vastatum.

De horum vocabulorum etymo discrepant viri doct. Spelmannus *Essartum* a Latino *Ecerium* dictum putat, quod est evulsus et eradicatus. Alii a *Sarrire,* quod est sarculis fodere, purgare; unde *Sarrura* et *Sarritura,* frugum vinearumque a noxiis herbis purgatio. Alii denique ab *Exaro,* unde *Exaratum,* ager exaratus, proscissus, et per contractionem *Exartum,* uti scribi passim in vetustioribus Chartis observare est. Quam ultimam sententiam fulciunt Tabulæ veteres in Chronico Besuensi, ann. 5. Ludov. Imp. pag. 513. ubi *Exaratum* scribitur: *Ædificiis desuper positis, campisque, pratis, sylvis, Exaratis, pomiferis, etc.* [¶ Vide Grimm. Antiquit. Jur. German. pag. 524.]

¶ **EXARTUM** usurpat Lex Burgund. tit. 13: *Si quis... in sylva communi Exartum*

fecerit : aliud tantum spatii de sylva hospiti suo consignet, et Exartum quem fecerit, remota hospitii communione possideat. Tit. 41 : Si quis in Exarto suo focum fecerit, etc. Ita et tit. 55. § 2. et tit. 67. et in Lege Bajwar. tit. 16. cap. 1. § 1. et 2. in Lege Longob. Edit. Heroldi tit. 13. in Capit. Car. M. lib. 7. tit. 200. [229 276.] in Concilio Aurelian. III. cap. 28. Cabilonensi cap. 18. apud Oudericum Vital. lib. 3. pag. 466. etc. Charta Albitii Comitit (Genevensis) apud Guichenon. in Hist. Press. pag. 215 : Trado quoque villam de Chivilico... cum pascuis, Exartit, et cunctis pertinentiis eorum. Charta ann. 1196. in Probat. Hist. Drocens. pag. 241 : Et quidquid in toto territorio Laussiniaco diruptum et extirpatum est, quod vulgo dicitur Exars.

EXARTES. Charta Caroli Regis in Tabulario Ademarensi : Karolus gratia Dei Rex. Quia veniens carissimus avunculus noster Ruodolfus Comes, humiliter petit Magnificentiam nostram, quatenus sanctis Fratribus sub monastico ordine in cellula quæ Dervum vocatur, conferremus stirpes, vel, ut vulgo dicitur, Exartes quasdam, quos ex rebus Tricassinensis Comitatus ipsi proprio labore de heremo ad agriculturam perducisse noscuntur... Causlenus Notarius ad vicem Hludovici recognovit.

EXARTARIA. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitane sub Hugone Episcopo fol. 25 : Exartarias vero quas fuerunt Bernardi Bernardi, ipse Bernardus Bernardus dimisit prædictam decimam de prædictis Exartariis in manu Hugonis Episcopi, etc. Occurrit in Tabulario Priaratus de Domina in Delphinatu fol. 56.

ESSARTUM. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 17 : Placitum quoque forestarum... de Essartis, de cæsione, de combustione, de venatione, etc. Capitula Placitor. Coronæ sub Ricardo I. Rege Angl. apud Rogerum Hovedenum : Et videnda sunt in regardo nova Essarta et vetera imbladata post ultimum regardum, etc. [Charta anni 1212. inter Instrum. tom. 4. nov. Gall. Christ. col. 199 : Dedi etiam eisdem Fratribus ad ædificationem ejus vallem cum declivis lateribus a stagno usque ad Essartum magistri Johannis, etc. Index MS. Beneficiorum Eccl. Constantiens. fol. 81. verso e Musæo D. de Cangé : Transaction faite... pour les dixmes novales des fiefs et Essarts de ladite paroisse.] Le Roman du Renard MS. :

Tant est alex les tros menus,  
En son Essart en est venus.

Le Roman de Guillaume au Court-nez MS. :

Veez le lé où il gist près de lez cel Essart.

EXSARTUM, in Chronico Fontanell. cap. 6. pag. 203.

ASSARTUM, apud Matth. Paris pag. 180. in Additam. pag. 100. apud Will. Thorn. ann. 1178. Bractonum lib. 4. Tract. 1. cap. 38. § 11. in Fleta lib. 2. cap. 41. § 1. etc.

ASSARTA, fem. gen. tom. 1. Monast. Angl. pag. 118.

EXARDIUM et EXARDUM, in Charta Ludovici Regis Franc. ann. 1147. apud Sammarth. in Abbat. Barbell.

SARTUS. Charta Gerardii Decani S. Quintini ann. 1127. in Tabulario Abbatie Montis S. Martini : Silvestris autem terra quæ Sartus vocatur, ab Ecclesia obtinebitur. Adde Hemerum in Augusta Viromand. pag. 120.

SARTUM, Charta Placitor. Coronæ

apud Hovedenum pag. 785 : Nova autem Sarta erunt in manu Regis. Si vetera Sarta imbladata sunt de frumento, vel siligine, etc. Adde Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 106. 316.

QUIETUS ET LIBER a Sartis, vel Essartis, in Privileg. Henr. I. Regis Angl. apud Spelm. et tom. 1. Monastici Angl. pag. 316. ubi sic : Liberam et quietam esse constituit... ab omnibus auxiliis, et lestagiis, et Sartis, et clausuris, et omnibus operibus Castellorum, et parcorum, et pontium, etc. Spelmannus putat quietationem istam spectare boscorum, ut vulgo loquimur, degradationes, ita ut si quis in forestis Essarta fecerit, in illum non inquiratur.

EXARTARE, SARTARE, ESSARTARE, ASSARTARE, interlucare silvas, et dumeta succidere, et in culturam redigere, Gallis, Essarter. Lex Bajwar. tit. 16. cap. 1. § 2 : Habeo testes qui hoc sciunt, quod labores de illo campo semper egotuli, nemine contradicente Exartavi, mundavi, possedi usque hodie, etc. Lex Burgund. Addit. 1. tit. 1. § 1 : Observandum viam publicam, vel inter agros communiter divisam, nec possideri, nec intercludi, nec Exartari posse. Sed hic Exartari, videtur accipiendum pro artari. Charta Caroli M. apud Perardum in Tabulis Burgundicis pag. 13 : In silvis Exartandis, et terris laborandis. Charta ann. 1281. in Tabulario Campaniæ Thuano fol. 295 : Cum nos vellemus Essartare, et ad terram arabilem redigere memora nostra, etc. [Charta anni 1233. apud Thomasserium in Biturig. pag. 233 : In nemore quod Essartabitur. Boscos non potero Essartare, apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1106. Charta Johannis Domini Commercias ann. 1312. in MS. Codice ejusdem urbis fol. 172 : Et ne devoient lesd. pourteries rien vendre desd. bois et donner ny Dessarter sans l'octroie Desdits Signours de Morville.]

EXARTARIUS, Operarius, qui exartat silvas. Charta Alienordis Regina Angl. apud Beslium pag. 598 : Exartarius pro fossorio 3 den. dabit.

EXARTATOR, Eadem notione, in Cinerarius.

EYSSARTARE, EYSSARTAJARE. Sententia arbitralis ann. 1497. inter Dominos et Universitatem Calliani : Sunt in possessione... de eodem territorio disponere... pro Eyssarteiando, fusteaiando, rusquetiando, etc. Mox dicitur Universitas de Calliano fuisse in possessione pastor-gandi, Eyssartandi, leignerandi, fusteaiandi, glandeaiandi et omnes explechas in eodem territorio faciendi.

EYSSARTUS, pro Exartus, non semel ibidem.

SARTARE, in veteri Charta apud Hemerum in Augusta Virom. ann. 1191 : Vallis Geraldii et medietas memoris de Berencourt, quod dicitur Forestel, Sartanda et excolenda conceduntur, etc. Hinc emendanda Lex Vervini ann. 1233. art. 2. ubi perperam editum terram Sarrandam, pro Sartandam.

ASSARTARE, apud Will. Thorn. ann. 1178. Assarter vignes, bois, in Consuet. Bituric. tit. 15. art. 8. et Trecensi art. 177.

EXASIA vel EXASIAM, Canalis, ut videtur, per quem aqua superflua excurrit. Charta Alani de Montetenero in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 543 : Cum omnibus et singulis dictionum molendinarum pertinentiis, scilicet, chauceis, Exasiis, exclusis, etc. Vide supra Escheudus et Exaquatorium. [\*] German. infer.

Esse est Stillicidium, canalis, haustum, Esen, Haurire. ADEL.]

EXASTERANS, Ubertim fluens, vel exhauriens. Papias.

EXATERIUS, Idem forte qui alienigena, vel qui dumeta succidit. Constit. Petri I. reg. Aragon. ann. 1200 : Sancimus ut nullus in mansis nostris vel ecclesiarum... acaptis sive exactiones aliquas exigere vel facere præsumat... Exaterios et bordarios, pelliparios, sutores, textores et omnes ministeriales sub hac pace et securitate constituimus. Vide Exarter et Exarichus.

EXATERRA. Glossæ saltem sæculi ad calcem Collectionis Canonum MS. e Bibl. D. Chauvelin Custodis sigillorum regiorum : Extorrens (Extorris) Exaterra, vel alienus.

EXATICUM. Papias : Cantarinum, genus orde, i. Exaticum. [Sic dictum, quod spicæ ejus sex ordines habeant, ut est in MS. Bituric. Vide Cantarium.]

Unde emendandum Glossar. vet. ex Cod. reg. 7646. ubi pro Exaticum, legitur Effaticum.

EXAUCTORITAS, Exauctoratio, qua quis suo gradu dejicitur, in leg. 35. Cod. Th. de Cursu. (8, 5.)

Vide Loissell. Tract. de Ordin. cap. 9. art. 9.

EXAUDIBILIS, Facilis et promptus ad exaudiendum. Occurrit in Testamento Rudesindi, tom. 3. Concil. Hisp. pag. 183. col. 2. et in Chronico Siciliae, tom. 3. Anecd. Marten. col. 13.

Charta ann. circ. 1065. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 426 : Ecce B. Martino, quod grate obtuli, exacte requiris ; vere, ut decet, Exaudibilis es in voto, sed carus in negotio. Quod jam pridem a Clodoveo rege dictum fuerat ex Chron. filii Petri Bechini ad ann. 693 : Clodoveus inde rediens Turonis venit, et multa B. Martino obtulit, equum etiam suum, quem ante pugnam dederat ; datis centum solidis nullatenus movit, sed datis aliis centum solidis, statim solutus est. Tunc rex ait : Vere B. Martinus bonus est in auxilio, sed carus in negotio.

EXAUDIBILITER, in Exceptione Urbani II. Papæ ab Aganone Episcopo Augustod. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 88.

EXAUDINARE. Charta ann. 1117. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 234. col. 2 : Et concedimus ipsi homines, et qualemcumque terram ad sanum Exaudinaverit, in hereditatem habeant ad respondendum, etc. An pro Excaudicare ? Vide infra in hac voce.

EXAUDITIO, Benevolentia. Charta Loth. reg. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 654 : Si pius petitionibus summo regi Christo in cenobis militantium nostræ Exauditionis aurem declinaverimus, etc. Ubi aliæ ejusd. reg. Chartæ habent, Clementiæ.

EXAVELLARI. Vide Axivellari. [Fr.]

EXAUGERARE, Augere, accrescere. Charta Galt. episc. Camerac. ann. 1095. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 508 : Ad usus autem fratrum in hoc loco Domino famulantium beatique Augustini regulam observantium Exaugerandos, etc.

EXAUDESCERE, Deficere. Acta S. Gauger. tom. 3. Aug. pag. 688. col. 2 : Quorum (miraculorum) quia multiplex copia et series materiosa succrescit ; contraque meum ingenium in superiori labore consumptum, penitus Exaugescit, etc.

EXAURATUS, [Particip. ab inusit. exauro, indorato, inauratus, ut Exaurati



crateres apud *Auct. fragm.* c. 15. quod cum *Censorio* edi solet.]

\* **EXAUREARE**, Aura seu leviori vento in aere sese purgare, aerem captare, quod faciunt falcones, s' *Airier*. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Arte venandi cap. 54: *Consueverunt namque rapaces circa medium diem sublimi volare, præcipue in æstate, et in diebus calidis ad refrigerandum se in sublimi, et Exaureandum.*

\* **EXAURICULARE**, Aures abscindere, supplicii genus in fures præsertim statutum, quod *Essoreiller* nostri dicebant. Vide supra in *Auris*. Inquisit. ann. 1351. ex Tabul. Bellijoc.: *Exauriculatus per officarios Bellijoc.*

\* **EXAUSPICARE**, [*Plaut. Capt.* 3. 5. 108. *Exauspicavi* ex vinculis: nunc intelligo Redauspicandum esse in catenas denuo, h. e. auspiciam hujus itineris ex vinculis duxi: quare ut malo auspicio huc veni, ita ad vincula mihi denuo redeundum est, quasi ad auspicia rependa.]

† **EXAUTORIZATUS**, Quasi extra auctoritatem, Qui defugit auctoritatem et disciplinam contemnit. Meisterlini Historia rerum Norberg. apud Ludewig. tom. 8. pag. 20: *Legio denique Germanica Romæ caput Cæsaris custodiens per vigiliis licentiata et Exautorizata, ignominiam suam ultorem Deum habuit.*

† **EXAVUM**. Vide *Ezagum*.

\* **EXBALLISTARE**, [ballistæ ictu prosternere. Festive *Plaut. Pseud.* 2. 1. 9. Nunc inimicum ego hunc meum Ballionem *Exballistabo* lepide. Sic *Bacch.* 4. 4. 58. De ducentis nummis primum intendam ballistam in senem.]

\* **EXBANNIARE**, **EXBANNIRE**, Bannire, proscribere. Tho. Walsingham. ann. 1306. pag. 90: *Flandrenses omnes ex Anglia Exbanniauit. Exbannire*, apud Petrum de Vineis lib. 5. Epist. 111. et 112. ubi formula *exbannitionis* refertur. [Rursum occurrit in Breviario Hist. Pisane ad ann. 1172. apud Murator. tom. 6. col. 186. in Chron. Trivetti ad ann. 1213. apud Acher. tom. 8. Spicil. pag. 723. in Chronico Siciliae, apud Marten. Anecd. tom. 3. col. 66. etc.] Vide *Bannum*.

† **EXBANNIMENTUM**, ut *Bannimentum*, Proscriptio. Diploma Jacobi Insulani Card. ann. 1415. apud III. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 463: *Et vos et vestrum quemlibet ab omnibus Exbannimentis, condemnationibus, penis, censuris ac processibus, sententiis, diffidationibus... absolvimus.*

† **EXBANDITI**, Proscripti, in Bulla Bonifacii PP. IX. in eadem Appendice pag. 444. *Exbanniti*, ead. notione, apud Murator. tom. 12. col. 1041.

† **EXBIA**. Vide *Esbia*.

† **EXBLATARE**, Reditus terræ, vineæ vel prædii percipere. Placitum anni 862. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occit. col. 113: *Iste Duvigildus hoc (curtem, terram et vineam) inuasit de illorum potestate malum ordinem injuste infra istos duos annos, et Exblatavit hoc injuste.* Vel est pro *Expletavit*, quod idem significat apud auctores mediæ ævi, vel pro *Exbladavit*: ut enim *Imbladare* dixerunt Agrum *blado* vel segete conserere; sic et *Exbladare* dicere potuerunt, *Bladum* colligere, et inde quosvis fructus demerere. Vide *Bladum*.

\* **EXBOLA**, [Fax aut telum missile: *Varr.* 6. L. L. 6. Nævius in Tunicularia: *Exbolas* quassant, ejiciunt.]

\* **EXBONATIO**, Metarum positio juridica, nostris *Esbonnage*; a verbo *Esbonner*, Limites figere. Charta] Ingel-

ranni Codic. ann. 1267: *Consenserunt quod fiat Exbonatio alia a prædicta ipsarum bannileugarum; nos pro hæredibus et successoribus nostris in hoc consentimus, quod fiat, et ipsam Exbonationem, quæ fiet, observabimus in futurum.* Alia ann. 1293. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 201. v. col. 1: *Item quiconque voudra Esbonner ouidit terroir par nous ou par nostre commandement, sera fais li Esbonnages; et pour chascune bonne deux deniers Parisis seront paié.* Vide supra *Esbondatio*.

\* **EXBONNARE**, Ex pacto statuere, moderari; unde *Esbonner*, subditorum servitia aut præstationes vendere, commutare, vel certis finibus definire. Charta ann. 1161. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 8. r.º: *Dotem etiam altaris de Aeniis, sicut testimonio et sacramentis legitimorum hominum Exbonnata est... Thenoliensibus cedere debere dixerunt.* Alia ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 98: *Icellui chevalier Ancel sire de Pontmolain franchi et Esbonna ses hommes et femmes de serve condition... Il estoient paravant ledit Esbonnement audit chevalier.* Lit. manumiss. ann. 1387. in Reg. 163. ch. 353: *Avons iceulx Jehan Tinet et Peronnelle sa femme... Esbonné et par ces présentes Esbonnons, mettons et ostons hors de la servitude de mortemain et formariage.* Vide *Abonare* 2.

\* **EXBORARE**. Vide supra *Esborrare*.

\* **EXBRANCARE**, Ramos avellere. Charta ann. 1316. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Si ipsam arborem Exbranchaverit, teneatur... emendare vij. denarios.* *Estrower*, eadem notione, in Charta ann. 1358. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 157: *Si poet lidi censiers toutes les sauls... Estrower de trois ans en trois ans.* Nisi forte legendum sit *Estronner* vel *Estroncer*, hoc est, ad truncum usque scindere, quomodo de salicibus fieri solet. Vide *Exbranchiare*.

\* **EXBRANCHIARE**, Ramos avellere, ex Gallico *Esbrancher*. Fleta lib. 2. cap. 41. § 5: *Inquiratur utrum bosci deteriorati fuerint de subbosco, et Exbranchiatura et deterioratio subbosci, et Exbranchiaturæ scribantur per se.*

† **EXBRIGARE**, Extra brigam ponere, Lite et jurgio liberare. Charta anni 1350. apud Ludewig. tom. 6. pag. 413: *Quam venditionem ratam et gratam et invariabilem tenere spondemus, bona fide et absque dolo... eadem bona Exbrigando ab omni impetitione usque ad finem anni et diei venditionis, more consueto et observato.* Vide *Briga*.

\* **EXBROMARE**, Apitius lib. 6. de Recullin. cap. 1: *Rapas quoque ut Exbromari possint, levabis de olla, et iterum lavabis.* Ubi alii Codd. habent *Expromi*. Vide *Bromosus*.

† **EXBUÆ**. Vide *Exibus*.

\* **EXBURSARE**, Pecuniam e Bursa seu crumena depromere, Gall. *Débourser*. Charta ann. 1478. apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. xxxix: *Debunt præfati Consules... dare et realiter Exbursare atque solvere, etc.* Litteræ Caroli VIII. Regis Franc. Ducis de Bourbonio, apud Marten. tom. 2. Itiner. litter. pag. 386: *Scripti generali Balhardo de Normandia quatenus larga manu Exbursat omnia, quæ per vos ordinata fuerint.* Etiam occurrit in Actis S. Secundi, Martii tom. 3. pag. 808. Vide *Bursa*.

\* [« Benedicto de Guithalottis: florenos auri de camera 15. cum dimidio, quos ipse in Feraria de suis propriis pecuniis Exbursavit. (Mandat. camer. apostol. Archiv. Vatic. 1417-21. f. 39). »]

† **EXCAANCIA**, Quod obvenit alicui, Gall. *Ce qui Echoit à quelqu'un*. Charta Corbeiensis: *Tertiam partem terræ... quæ devoluta est jure hereditario ad uxorem meam prædictam de Excaancia Roberti de S. Albino defuncti... residuas autem duas partes Excaanciae ejusdem Ecclesie Corbeiensis Capitulo vendidimus.* Vide *Escaeta*.

\* **EXCADENTIA**, Legitima hæreditas, quæ alicui obvenit. Charta ann. 1261. ex Chartul. 23. Corb.: *Dicta siquidem domicella... receperat excambium, videlicet totam Excadentiam, quæ ipsi Johanni ex parte patris et matris poterat obvenire.* Vide supra *Escahentia*.

\* **EXCADENTIE**, *Excadentia Curie* in Regno Siciliae, nostris *Parties Casuelles*: Caduca bona quæ in fiscum cadunt, seu ex commisso, seu alia quavis ratione. Bulla Alexandri IV. ann. 1255. in Regesto Vatic. lib. 1. Epist. 574: *Cum igitur intendamus ad præsens eidem nobili in regno Siciliae de aliquibus bonis ad demanium, seu Excadentias Curie pertinentibus... providere, etc.* Ita Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 84. 85. lib. 3. tit. 5. Diploma Constantie Imperatricis apud Rocchum Pirrum tom. 1. pag. 131. Fleta lib. 6. cap. 1. etc.

SCADENTIE, apud Petrum Diaconum lib. 4. Chron. Casin. cap. 96.

SCADITIO, Eadem notione, in Præcepto Pandulfi Principis Capuæ, apud Camillum Peregrinum in Hist. Longobard. lib. 1. pag. 231. ubi perperam servitii militaris speciem fuisse ait. Aliud Præceptum Roberti II. Capuanorum Principis ann. 1128. apud Angelum a Nuce pag. 521: *Similiter et terras quas relinquunt homines qui sine hæredibus moriuntur, quæ dicuntur Scaditiones.* Vide *Escaeta*.

† **EXCADERE**, In aliquem cadere, ei obvenire, Gall. *Echoir*. Charta P. Episc. Meldensis ann. 1229. in Tabulario Meldensi fol. 59: *Si vero terra bladata Excadat in prædictis villis et territoriis sive justitiis earum, sicut erit bladata ad propinquorem heredem deveniet.* Vide *Escaeta*.

† **EXCADUGUM**, Quod alicui obvenit jure hæreditario, aliave ratione. Charta ann. 1273. e Tabulario Portus Regii: *Johannes de Ormaio miles dedit xv. lib. Paris. annui redditus, quæ mihi obvenierunt in Excadugum sive successione Johannis dicti Briare Militis.* Vide *Escaeta*.

**EXCAETA**. Vide *Escaeta*.

\* **EXCAITA**, Quidquid in fiscum cadit, seu ex commisso, seu alia quavis ratione. Bened. abb. Petroburg. de vita Henr. II. reg. Angl. edit. Hearn. tom. 2. pag. 569. ad ann. 1189: *Ricardus rex constituit Johannem... custodem et receptorem omnium Escaitarum suarum in Anglia.* Vide *Escaeta*.

**ESCALCEATI**, Hæretici, qui exalceatos ambulare debere homines adserabant, inquit Philastrius. [Salvianus lib. 3. de Gubern. Dei habet: *Ambulare Excalcios præcipit.*]

\* **EXCALDARE**, Leviter coquere, in aquam calidam immittere, *Eschauder*. Petrus Cellensis lib. 5. Epist. 7: *Est proverbium, Excaldatus aquam timet.* Vide Apitium lib. 8. cap. 6.

EXCALDARE SE, In thermis lavari. *Excaldationes*, lavationes in calidis balneis, apud Vulcatium Gallican. in Avdio Cassio, et Spartianum in Albino. Vide ibi Casaubon. et Salmasium, et supra *Eschaudati*. Joan. Britton. cap. 1: *Et puis vist le Coroner et les jurors que lui voer le cors et les playes et les coups,*

ou si ascun ait esté estranglé, ou Eschaude, ou par autre peine à mort issue.

\* Nostris alias Eschauder, pro Exaspere, ad iracundiam provocare. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 75: *Iceillus Guillaume meu de couroux contre Jean sans terre en le voulant Eschauder, etc. Eschauffé vero pro Etouffé, Calidis vaporibus suffocatus, in aliis Lit. ann. 1455. ex Reg. 187. ch. 138: Pour ce qu'il faisoit froit ledit de la Vernale faisoit bailler du feu avec du charbon de pierre audit prisonnier,.... lequel on trouva mort et Eschauffé. Ita quoque intelligendum videtur Joan. Britton. supra laudatus. At minus nota mihi vox Eschau, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 116. ch. 54: *Le valleton soilart de laditte cuisine sonna une paele... Le maistre d'hostel leur dist, est-il maintenant temps d'estre en cuisine, et print laditte paele et la frota sur un chotier ou Eschau de laditte cuisine, ainsi comme on a acoustumé à faire, et après ce le ressus. Locus forte, ubi vasa coquinaria mundantur. Vide supra Escheudus.**

† EXCALGAYTUS, Excubiæ. Vide Scarguayta.

EXCALLERIUS. De hac voce audiendus Ammiratus lib. de Familiis Neapolitanis pag. 56: *Essendo chiamato à tempi de Federigo Imperadore sotto l'anno 1248. Jacobo Tomacello Imperiale Excallerio, ne sapendo quel che volesse dire, ho finalmente ritrovato, non dinotar altro, che Proposto, o Proveditore delle fabriche regie. Perciocche sotto il Re Carolo primo si legge di giudice Francesco da Melfi, et un altro essere Excallerio delle mura di Manfredonia, et perche si vede, che queste opere erano fatte ad Extallium, che e quelle che si dice, dar in sommo, non so se da questa voce fosse formata quell' altra dell' Excalerio.*

† EXCAMBIARE, Permutare, Gall. *Eschanger*, in Chart. Ludov. Pii inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 224. in altera ejusd. Imp. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1424. apud Th. Madox Form. Angl. pag. 155. etc. Vide *Cambiare*.

† EXCAMBIRE, Eadem notione, in Charta Gilonis de Cuisiaco Militis ann. 1238. ex Archivio Cameræ-fontis.

† EXCAMBITARE, apud Madox Form. Angl. pag. 187.

† EXCAMBIATOR, Trapezita, mensarius, supra in *Cambiare* et apud Th. Blount in *Nomolexico*.

† EXCAMBITIO, Permutatio, in Charta anni 1169. apud Miræum tom. 2. pag. 829. col. 1. in altera Charta anni 1178. apud Thomasserium in Biturig. pag. 139. et alibi pluries.

† EXCAMBIUM, Eadem significatione, in Charta Azonis Episc. Atrebat. ann. 1295. Concilio Turiasionensi, inter Hispanica tom. 3. pag. 494. in Edicto Philippi VI. Franc. Regis ann. 1328. etc. Vide *Exchangium*.

† EXCAMERE, ut *Excambire*. Chartular. SS. Trinit. Cadom. fol. 30: *Dedit terram Fraxini, quam Regina Excamsit sanctæ Mariæ Bajocensi.*

† EXCAMIARE, Eodem intellectu, supra in *Exquamiare* post *Cambiare*.

† EXCANGIA, Bonum caducum, obveniens, de quo supra in voce *Escaeta*. Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. in Tabulario S. Barthol. Bethun.: *Nullum aliud jus, nullumve aliud dominium, nullamve Excangiam... potest habere.* Charta Petri Episcopi Atrebat. ann. 1259. ex eod. Tabulario: *Cum omni*

*justitia, dominio et Excantiis quæ ad dictum redditum pertinere noscuntur.*

\* EXCANDALUM, Damnum, detrimendum, Gall. *Esclandre*. Stat. ann. 1400. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 400: *Ex præmissis Excandalum pullulabit, nisi per nos super præmissis de remedio provideatur opportuno. Vide infra Scandalum 1.*

\* EXCANDEFACERE, [Incendere. Varr. 3. R. R. 2. ad fin. Triumphus, et collegiorum cœnæ, quæ tunc innumerabiles, Excandefaciebant annonam macelli, h. e. pretium annonæ augebant, incendebant.]

† EXCANDENTIA, Paleæ leviores et cætera purgantia e frumentis in areatritris cadentia. Charta anni 1221. in Tabulario S. Richarii: *Pro Straminibus, hautumnis et omnibus Excandentibus, et quidquid in grangia reclamare poterat, novem sextarios avenæ percipiet.*

† EXCANDIDARE, Candidum reddere, dealbare. Remigius Autistod. Homilia in feriam iv. post Dominicam iv. Quadragesimæ: *Sed quid prodest exterius Excandidare cutem? Vide Candidarius.*

EXCANGIUM, EXCHANGIA, ex Gallico *Exchange*, Permutatio. In Monastico Anglic. tom. 1. pag. 826: *Decem acras in Excangio pro vigulto meo, etc.* Et infra: *Dedi eis in Excangiam corucroftam vicinam suis ædificiis.* [Charta Philippi Aug. Franc. Regis, in Ampliss. Collect. tom. 1. col. 1008: *Interim donat et concedit uxori suæ domum suam de Cruissi cum omni terra pro Exchange domus de Livreio.*] Vide *Cambium* post *Cambiare*.

† EXCANONICARE, Canoniatum alicui auferre, apud Petrum Blesens. Epist. 21.

† EXCANTIA, Vide *Excancia*.

† EXCAPILLARE, Papias: *Excapillare, Exerere, discooperire.* Glossar. MS. Eccles. Paris: *Excapillato, Exerto brachio ad mammam. Vide Excapillare.* [\*\* et *Effasillatus.*] [Lex Salica ex MS. tit. 76. apud Eccardum pag. 137. *De muliere cæsam vel Excapillatam, id est, Cui denudati sunt capilli, Gall. Decoiffé. Si quis mulierem Excapillaverit, ut ei obtonis ad terra cadat, sol. xv. culp. jud. Et mox: Si servus mulierem ingenuam percusserit aut Excapillaverit, aut manum suam redemat, aut sol. v. reddat.*]

† EXCAPILLATUS, Denudatos et sparsos habens capillos. Passio SS. Agapes et Chionis, April. tom. 1. pag. 249: *Omnes autem sui sive uxor sive ancillæ, Excapillatæ in occursum ejus venerunt.*

† EXCAPITARE, Decapitare, caput amputare. Henricus Huntindonensis lib. 2. pag. 365: *Novem semper Excapitati sunt, et decimus remansit.*

\* EXCAPSATUS, Helymandus ad ann. 1150. tom. 7. Bibl. Cisterc. pag. 194. col. 2: *Quædam (acus) ut vulgo dicitur, Excapsatæ, quædam admittendis idonea filis foramina præferentes, etc.* Ubi *Aciculæ, Gall. Epingles, et Acus, vulgo Aiguilles*, significantur, unde *capsam* appellasse verisimile est acus foramen, quo cum careant aciculæ, *Excapsatæ*, dictæ sunt.

† EXCARCERARE, E carcere educere, in Synodo Hispal. ann. 1512. inter Hisp. tom. 4. pag. 6. col. 2.

† EXCARITUS, In scaras seu partes distributus, etc. Vide *Scarire*.

† EXCARNARE, Carne spoliare. S. Zeno Veronensis Serm. 8. de Exodo, *Excarnatam ambram tractabilem vocat hectica febre laborantem.*

† EXCARNIFICARE, Σαρκοφυεῖν, Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm. Carmen vorare; Latinis est Dilaniare.

† EXCARSPUS, pro *Excerptus*. Vide Ca-

pitulare 4. Caroli M. ann. 805. Epistolam Cathwiphi ad Carolum M. sub finem, Lambecium lib. 2. Commentarior. de Biblioth. Cæsarea pag. 854. et quæ annotat Stephanus Baluzius ad Capitular. tom. 2. pag. 1067.

† EXCARRAZONATA, Vetus Inquesta ann. 1211: *Item prohibuit homines Comitibus Tolosani qui faciebant Excarrazonatam in loco in quo est modo Castrum Vasionense, ne eam facerent, et excommunicavit: et Episcopus fecit portare ligna dictæ Excarrazonatæ ad Palatium ad comburendum.* Joannes Columbus a quo refertur, lib. 2. de Gestis Episc. Vasionensium, id vocabuli sibi ignotum esse, forteque mœnium aliquod genus significare ait. [Sebast. Fanton. tom. 2. Hist. Avenion. pag. 356. legit *Excarrazonata*: quod vocabulum a Latino-barbaro *Eschara*, Pedamentum, efformari potuit, vel forte a *Scara*, Acies, et *Zonare*, Cingere: quia hujuscemodi præsidio veluti cingebantur copis militares, ut ab hostibus facilius sese defenderent. Hæc munitionis species eadem forsitan est, quæ Latinis Vallum, Nostris *Palissade*: quæ notio si vera est, ab *Eschara* et *Zonare Excarrazonata* effingi potuit per facile.]

† EXCARRICARE, [Exonerare.] Vide *Caricare* 1.

† EXCARTELLATUS, Quadrupartitus, Gall. *Ecartelé*. Dicitur de scutis gentilitiis quadrifariam divisus: *Portabit nomen et arma Excartellata in medietate de Beaufort et de la Tour*, in Contractu matrimonii ann. 1445. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 734.

\* Hinc *Escartelaige* appellatur lapis sepulchralis quadratim dissectus, in Epitaph. quod legitur part. 3. ult. Hist. Trenorch. pag. 257:

Sous ce pierreux Escartelaige,  
Gist un notable personnaige,  
D'Olehis et Pristy curé,  
Receveur loyal estimé  
De ce monastere en son aage,  
Maistre André Fugier bon corage  
Estoit.

† EXCASINA, male pro *Escasura*. Vide in hac voce post *Escaeta*.

† EXCASSURA, Vide in *Escaeta*.

† EXCASTRARE, Ἐξοστρίειν, alibi ἐξέρπειν. *Excastratio, ἐξοστρη*, in Gloss. Gr. Lat. Gloss. Isid.: *Excastratus, Eccoliatus*. Scribonius Largus cap. 9: *Sinapi ex aceto tritum, et non Excastratum*. Vide Gellium lib. 9. cap. 9. et infra *Incastrare*.

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar: *Excastro, ἐξοστρίω, debello*, in Cod. reg.

† EXCASURA, Vide in *Escaeta*.

† EXCATTARISARE, Fragment. Petronii: *Quid, inquit Habinnas, Excattarisasti me, ut tibi emerem fabam vitream?*

† EXCATURIZARE, Aqua calida perfundere. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS.: *Excaturizo, as, Eschauder*.

† EXCAUCIA, Vide *Escaeta*.

\* EXCAUDICARE, Caudices avellere. Tertull. lib. de Pudic. cap. 16: *Ut intelligas quanta securi censuræ omnem silvam libidinum cædat et eradicit et Excavidet, etc.*

1. EXCAVERE, Præcavere. Gloss. Isid.

\* 2. EXCAVERE, Bannire, Edicto publico proscribere, interdicerere; unde *Excavementum*, Proscriptio. Arest. ann. 1373. ex Tabul. S. Joan. Laudun: *Pro dictarum obligationum debito sive summis non solutis, debitores a dictæ pacis terminis banniverant ei banniebant, quod bannimentum, Excavementum vocaverant et*

vocabant, ipsosque bannitos.... a dicta pace expellebant eis inhibendo et dicendo ne terminos dictæ pacis deinceps intrarent; quod si facerent, eos caperent et in terra infoderent... In possessione et saisina... compellendi per expulsionem seu exclusionem et interdictionem dictæ communis ac iurium et libertatum ejusdem, quæ exclusio, Excavementum dicebatur;... ipsosque malefactores, si rebelles aut absentes se redderent, a dicta communia Excavendi et excludendi.

† **EXCAUSARE**, f. *Causam* seu litem intendere, instruere. Vett. Formulæ Andegav. art. 50: *Quicquid exinde ad vicem meam prosequere et Excavare, vel admallare eas faceas: et quicquid per hunc mandatum egeris, feceris, gesserisve, etenim me habiturum esse cognusce ratum.*

◊ **EXCAUSARIUS**, Qui causas seu vices alterius agit. Codex S. Mart. Lemov. ubi plura de iuribus *Excavarii*: *Excavarius non habet potestatem distinguere iudicem sancti Martialis, neque wadium accipere, nisi tantum abbas.*

† **EXCEDECAFOTI**. Vide *Ecafoti*.

† **EXCEDERE** HOMINEM. Decedere, mori, in notula marginali Cod. reg. 7887. fol. 16. r.: *Excessit hominem Jordanus proconsul Lemovicensis, ut videtur: co-dex quippe erat ad usum S. Martialis Lemov. Vide infra *Esire* 4.*

**EXCELLARE**, Cum uxore esse, In Gloss. Isid. infra *Excilare*, Cum uxore esse in libertate. [*Excilare* male dictum putat Grævius pro *Excellare*. Est autem *Excellare*, si bene conjicit Reinesius, Extra cellam vivere, relicta professione monastica, libere cum uxore in sæculo vivere.]

◊ **EXCELLENS** DOMINUS, dicitur Doctor medicus, in Testam. Jac. de Grassa ann. 1519: *Ordinavit suos... dispositionis finalis executores... Joannem de Grassa, et Excellentem dominum Augustinum Grifony in medicina doctorem civitatis Grassæ. Quippe ad Doctorem pertinere non opinor.*

**EXCELLENTIA**, Titulus Principum, atque adeo Imperatorum. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. pag. 106. de Carolo M.: *Eosque recipiens ejus Excellentia, denuo repedavit Papiam.* Ibidem: *Excellentissimus ac benignissimus Carolus Rex: Excellentissima Hildegarda Regina. Vestra Augustalis Excellentia,* in Epist. 5. Nicolai PP. ad Michaelem Imp. CP. et Epist. 55. Adde Capitulæ Caroli C. tit. 5. cap. 8. Alcuinum Ep. 23. Epistolas Francicas tom. 1. Hist. Franc. 39. 40. 49. 52. Joannem VIII. PP. Epist. 52. 54. Gregor. VII. PP. lib. 1. Epist. 18. lib. 3. Epist. 10. Joan. Mabillonium tom. 2. Analector. pag. 687. et quæ observavit Bivarius in Comment. ad Pseudomaximi Chron. pag. 65. et seqq. [Observat. Mabillonius lib. 2. Diplom. cap. 7. summos quoque Pontifices *Excellentis* titulo quandoque fuisse donatos; Eo quippe, inquit, Hadrianum Papam affecit Carolus M. in Epistola apud Chesnium tom. 2. Epist. 22. eundemque Alcuinus Epist. 33. Leonem III. Kenulfus Rex Merciorum apud Willelmum Malmesbur. fol. 16. Paschalem II. Ivo Carnutensis. Hunc quoque titulum Leutherico Senonum Antistiti tribuit Fulbertus Carnut. Episcopus, eundemque S. Bernardus Ricuino Tullensi.] [\* Charta ann. 1182. ex Chartul. S. Corn. Compend. fol. 112. r. col. 1: *Domino suo Dei gratia venerabili Silvanectium episcopo, G. Theno-liensis abbas salutem et reverentiam. Sciatis Excellentia vestra, etc.*]

◊ Eo præterea insignitur Dalphinus, in Charta ann. 1391. ex Reg. 141. Char-toph. reg. ch. 95: *Notum fieri volumus universis nos reperiisse in recognitionibus dalphinalibus... per dom. Guignonem Borrelli commissarium in hac parte ab Excellentia dalphinali specialiter deputatum receptis.*

◊ **PER EXCELLENTIAM**, Phrasis Gallica, *Par excellence*, Excellenter, egregie. Lit. Caroli reg. Franc. primog. ann. 1357. ex Bibl. reg.: *Nos igitur qualiter in ipsa sacrosancta capella divinum servitium fuit hactenus Per excellentiam celebratum, etc.*

† **EXCENNIUM**, ut *Exennium*, Munus, donum. Linborch. Sent. Inquisit. Toslos. pag. 63: *Aliquæ personæ apportaverunt eis ibi *Exennia* de comestilibus. Vide *Exennium*.*

◊ **EXCENTOR**, pro Executor. Decreta Placent. ad calcem stat. fol. 114. r.: *Significatio nobis per presbiterum Gerardum rectorem ecclesiæ sancti Protazii de Placentia et Manfredum ferrarium fabricum *Excentores* quondam presbiteri Oberti, etc.*

† **EXCEPTACULUM**, ut *Receptaculum*, quo aliquid excipimus. Tertull. de Spectaculis cap. 2: *Non sumimus aures ad Exceptaculum matilquii.*

† **EXCEPTARE**, Excipere, demere, numero excimere, Gall. *Excepter*, Ital. *Excettuare*. Gregor. Monachus in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 457: *Exceptatae sunt res de opitanis, quæ in hoc Monasterio reservatae sunt. Et col. 512: Hugo Abbas tradidit et in feudum ipsas res usque in Saltum et usque Turanum... Exceptavit Ecclesiam S. Agathæ. Rursum occurrit col. 593. Vide *Exceptuare*.*

◊ *Essieuter*, apud Bellom. MS. cap. 7: *Nous en Essieutons les cas qui touchent au roy. Vide infra *Excepto*.*

† **EXCEPTATIO**, Exceptio. Nullam exinde fecimus reservationem vel Exceptationem, in Cambio anni 969. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 960.

◊ **EXCEPTATIO OFFICIUM**, an Usu-receptum? Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. sæv. col. 915: *Expositio Exceptati.... Statui ordinem Exceptati officii tam de psalmis cum antiphonis, quam de homeliis, et de vesperis, et matutinis, et missis Dominicalibus seu psalterio, ubi incipiat post Epiphaniam, hactenus a multis dubitatum, secundum morem et institutionem Mediolanensis ecclesiæ posteris per futurum compendiose perstringere et evidenter patefacere.*

† 1. **EXCEPTIO**. *Exceptionis pagina*, apud Maff. Istor. diplomat. pag. 172. ex Instr. med. sæc. vii. Libellus seu Charta, qua quis prædium sub annuo censu ad vitam utendum accipit vel concedit, ut observant Auctores novi Tract. diplomat. tom. 1. pag. 267. quod a notariis, qui *Exceptores* appellabantur, aiunt illi, notis excipiebatur, sic dicta; nisi forte ita nuncupatam malis ab exceptionibus in ea appositis; nimirum quod censu non soluto, vel morte usufructuarii interveniente, ad dominum prædium illud revertetur. Vide *Præstaria* et *Precaria* 1.

◊ 2. **EXCEPTIO**, Festum S. Martini quarto Idus Maii in Gallia celebratum, cuius appellationis rationem prodit Odo Cluniac. in Hierol. Macri voce *Subventio*: *Hæc est igitur gloriosa, solemnisque Exceptio, qui archiepiscopus Turonensis Martinus ab exilio revertens, ab alumnis suis officiose adeo excipitur.* [\* Hagiolo-

gion Franco-Galliæ, quod ex Martyrol. Bituric. edidit Labbeus: *Septimo Idus Mart. Apud Saziacum Exceptio reliquiarum SS. Cancii, Canciani, etc.*

◊ **EXCEPTIONES**, **EXCEPTA**, pro *Exceptiones* et *Excepta*, non semel occurrunt, ut videre est apud Baluz. in notis ad Ant. August. dialog. de Emendat. Gratian. pag. 425. [\* et apud Savin. Hist. Jur. Roman. med. temp. part. 2. cap. 9. § 49. not. b.]

**EXCEPTO**, adverbium, Præter. S. Isidorus: *Habuit enim Christus animam prudentem, intellectualem, Excepto divina natura, ut humanitas integra fieret.* Ita Cod. MS. Gesta Dagoberti Regis Franc. cap. 35: *Excepto Comitibus plurimis, qui Ducem super se non habebant.* Adde Leges Wisigoth. lib. 5. tit. 7. § 12. Leg. Longob. lib. 2. tit. 18. § 3. [\* Aist. 3.] Capit. 5. Caroli M. ann. 803. cap. 2. Chron. S. Vincentii de Vulturno pag. 690. Epistolæ Francicas tom. 4. Hist. Franc. Epist. 559. Anastasium in S. Zepherino PP. Concilium Narbonense ann. 589. cap. 4. Capitul. ann. 804. cap. 61. Capitul. 1. ann. 806. cap. 1. 3. etc. Occurrit etiam non semel in Veteri Testamento, Genes. cap. 9. etc.

◊ Nostris *Essieuté*, eadem acceptance. Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101: *Hormis et Essieuté tout le fief que je tieng de monseigneur le comte de saint Pol. Excepté, pro vulgari Sauf,* in Lit. remiss. ann. 1400. ex Reg. 155. Char-toph. reg. ch. 70: *Un frere de l'ordre de S. Augustin, nommé frere Richard, respondit audit Courdant, en disant tu es un mauvais ribaut de ce que tu dis... Lequel Courdant courroucé lui respondi telles paroles: vous y mentez, Excepté chappellenie.* Hoc est, salvo honore clericali.

**EXCEPTIS**, Eadem notione. Julius Africanus lib. 6. Hist. Apost.: *In quo spatio amplius quam sexaginta millia virorum baptizati sunt, Exceptis parvulis et mulieribus.* Id est, præter parvulos et mulieres. Utitur alibi Marcellinus Comes in Justiniano: 20. *Leones, 30. pardos, Exceptis aliis feris in amphitheatro simul exhibuit.* Stephanus Eddius in Vita S. Wilfridi cap. 6: *Ita ista (Brunehildis) Exceptis Sacerdotibus et Diaconibus, novem Episcopos occidere jussit.* Vita B. Gregorii Trajectensis: *Ut ante obitum suum 400. circiter Monachorum, Exceptis pulsantibus, et aliis minoribus personis... pater existerit et præceptor.*

**EXCEPTOR**, Notarius, amanuensis, qui acta judiciorum describit, iudicis sententiam excipit. Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Scribas, Exceptores, qui dicta iudicis et responsa Martyris excipiebant.* Collatio 1. Carthagin. cap. 10: *Qui Excipiendi funguntur officio.* Jul. Firmicus lib. 3: *Seu scribas vel Exceptores, etc.* Ennodius in Vita S. Epiphani Episc. Ticinensis: *Notarum in scribendo compendia, et figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus, in Exceptorum numero dedicatus enituit.* In Ecclesia B. Laurent. Mart. Romæ:

Hinc pater Exceptor, Lector, Levita, Sacerdos.

Vetus Inscriptio: *Exceptor Præsidis Provinciae.* Auctor Homiliæ de Natali S. Genesii: *Cum secretis adhuc Dei famulus in Exceptorum ordine militaret, pium dexteram ab excipiendo.... temperavit.* Acta SS. Tergeminorum n. 19: *Neon autem Exceptor, qui ipsa gesta scripsit.* Petr. Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 66: *Logothetam, Exceptorem et Auditorem*

*Impertii illum constituit.* S. Augustin. Ep. 108: *Si enim notarius non mendose Excipit, aut scripsit.* Et 110: *A notariis Ecclesiae Excipiuntur quæ dicimus.* Vide eundem lib. 3. contra Crescon. cap. 29. Collat. 1. Carthag. cap. 1. Concilium Calchedon. act. 1. pag. 96. 117. edit. 1618. et S. Eulogium lib. 3. Memorial. Sanctorum cap. 2. et 15. Occurrit passim in Notit. Imp. in Cod. Theod. et Justin. etc. [\* Vide Savin. Histor. Jur. roman. med. temp. tom. 1. cap. 2. § 16. et Cramer. Supplem. ad Brisson. pag. 22. not. 8.]

PRIMICERIUS EXCEPTORUM, Primus Exceptorum, seu primus inter Exceptores Hujus dignitatis formulam habet Senator lib. 11. for. 25.

EXCEPTORES, Ἐκλήπτορες, Publicorum vectigalium Exceptores, apud Julianum Antecess. [\* Vide Glossar. med. Græcit. in Ἐκλήπτορες, col. 336.]

EXCEPTORIA, EXCEPTORIUM. Gloss. Isid. et Glossæ MSS. Ecclesiæ Paris.: *Exceptoria, cisterna, lacus, collectoria.* Papias: *Exceptorium, collectorium, lacus.* Gloss. Gr. Lat.: Ἐκδοχέον, *Exceptorium.* Hoc sensu cisternas δεξαμενὰς vocant Græci Gloss. Gr. Lat.: Δεξαμενὴ, *Cisterna, lacus.* Hesychius: Δεξαμενὰ, δάκτων δοχεῖα. *Exceptoria aquarum,* Ecclesiastic. 39. 22. ubi Mamotrectus, *receptacula.* Gr. Interpres, ἀποδοχέα δάκτων. Itinerarium Hierosolym.: *Sunt ibi et Exceptoria magna aquæ subterraneæ et piscinæ magno opere ædificate.* Infra: *Ibidem modo jussu Constantini Imperatoris basilica facta est, ... habens ad latus Exceptoria, unde aqua levatur, et balneum a tergo, ubi infantes lavantur.* Siculus Flaccus: *De superioribus vicinisque agris defluentes aquas Excipiunt, ne inferiores terræ laborant.* Cæsarius Arelat. Serm. 9. ad Monachos: *Ecce præparo Exceptorium cordis mei influenti per vos aquæ divinæ, etc.*

EXCEPTUARE, Exceptionibus cavere. Gocl. Lex Phil. Addimenta ad Chronicon Casauriense, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 984: *Exceptuasti in Batuniano viginti modiorum terram.* Vide *Exceptare.*

\* Ital. *Eccettuare.* *Salvis etiam superioribus Exceptuatis in statuto,* in Stat. crimin. Ripet. fol. 28. v°. Correct. stat. Cadub. cap. 109: *Præterquam in concessis et Exceptuatis casibus per statuta.*

EXCEPTUATIO, Exceptio. Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 976: *Nullam fecisti reservationem, nec Exceptuationem.* Similia leguntur in Charta ann. 969. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 1542.

EXCEPTUM, Præceptum. Charta Sigismundi Regis Burgund. de fundatione S. Mauriti Agaunensis in Marceriis Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 31: *Instituimus, ut omnes obediant ei, et sine Exceptis illius nihil agatur.*

\* EXERCITIUM. Vide infra *Exercitium* 1.

EXCEREBRARE, Cerebrum excutere; Ad insaniam adigere, Gall.: *Faire tourner la cervelle.* Gloss. Gr. Lat.: Ἐξεγερῶ, *Excerebro.* Vet. Interpres Isaïæ 66. 3: *Qui maculat pecus, quasi qui Excerebret canem.* Tertull. adv. Marc. lib. 4. cap. 11: *Inflatus es utribus veteribus et Excerebratus es novo vino.* Hoc autem significato legitur *Excerebratus,* in Vita S. Morandi, Junii tom. 1. pag. 352.

\* Nostris *Excerveler.* Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 13. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 228. ubi de Hermenigilde: *L'excervela d'une coignée.* Lit. remiss.

ann. 1469. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 315: *Jcellui Pierre print ung queminel et s'en ala vers ledit Jehan, en disant que d'icellui il donroit si grant cop, qu'il le Escherveleroit.* Le Roman de Robert le Diable MS.:

Là u les troeve chà et là,  
Robiers tant en Esciervela,  
Et tant en occist de sa lance.

EXCEREBRATIO, Cerebri amissio, insaniam, Gall. *Cervelle tournée.* Acta SS. Julii tom. 2. pag. 519: *Videretur periculum Excerebrationis et dementionis ipsi imminere.*

\* EXCERNERE, Fluere, in Gloss. ad Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Pass. cap. 142: *Quod si... non secundum naturam ventem Excernat, sed inordinate, plusquam debet, fluat, ut ipsam dejiciat virtutem, etc.*

EXCERPTUM IVONIS, Liber, cujus meminit Reginbertus episc. Brixin. in Ch. ann. 1140. inter Probat. tom. 2. Anal. Præmonstr. col. 688. Vide *Excptiones.*

EXCERVICARE. Lex Salica tit. 36. § 1: *Si quis... ritortas quibus sepes contineatur, capulaverit, aut tres cambortas Excervicaverit, etc.* In margine Edit. Heroldi, *wt-kerven, i. concidere.* Vetus Interpres Philonis Judæi quæst. 76. in Genesim: *Hoc modo deficientie continentie verbo Excervicante contumaces, vitiorum intemperantia decurrunt.*

EXCESSIO, vel EXCESSUS, Immoderatio, intemperantia, Gall. *Excès,* Ital. *Eccesso.* Roland. Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. XI. cap. 18: *Et nisi quod dubitabant Ecclesiæ indignationem incurrere, plus forsitan in suis Excessionibus processissent.* Cod. Estens. habet, *Excessibus.*

EXCESSIVITAS EXPENSARUM, Superfluitas, nimietas, Gall. *Dépenses Excessives,* in Concilio Tarraconensi ann. 1591.

\* *Excessiveté,* eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1362. ex Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 472: *L'exposant avoît confessé avoir prins par Excessiveté de vin les dites choses.*

EXCESSIVUS, Immodicus, immoderatus, Ital. *Excessivo,* Gall. *Excessif.* Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 568: *Prædictus Hugo qui de sua natura multum Excessivus et calidus.... existebat, etc.* Aliæ ann. 1381. in Reg. 119. ch. 290: *Irruendo fortiter contra eosdem Excessivos ictus baculorum et ensium, etc.* Correct. stat. Cadub. cap. 134: *Cuicunque condolenti de livellorum excatione nimia et Excessiva, etc.*

EXCESSOR, Immoderatus, inobediens. Promissio Alberti Ducis Austriæ ann. 1341. apud Ludewig. tom. 5. pag. 528: *Contra eosdem rebelles et Excessores sæpe dicto Marchioni vel sibi substitutis manu potestativa assistere, adhærere et coadjuvare debemus.* [\* Occurrit in Chart. ann. 1445. ex Diplom. Kilon. ap. Westphal. Monum. Cimbr. tom. 4. col. 331.]

EXCESSUALIS, Excedens, immoderatus. Vita S. Adalberti, Junii tom. 5. pag. 100: *Eatenus temperat appetitum, ut satisfaciatur usuali delectationi, non Excessuali succumbat oneri.*

1. EXCESSUS, quod excedit, nostris *le Surplus.* Statuta Collegii Navarrei Paris. ann. 1315. apud Joan. Launoium: *Si autem quis ab extra venerit, et sex diebus comederit, solvet bursam similiter cum Excessu, etc.*

\* 2. EXCESSUS, Flagitium, delictum, Gall. *Excès,* Ital. *Eccesso.* Inquisit. ann.

1268. ex schedis Pr. *de Mazaugues: Funiendo etiam curia Arelatis pro Excessibus commissis.* Annal. Bertin. ad ann. 839. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 202: *Quo palam omnibus ad genitoris vestigia suppliciter procedente, et præteritorum Excessuum veniam humiliter postulante, etc.* [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 488. et 1817. Multa delicti dicitur *Excessus* in Epistol. ann. 1303. ap. Lappenb. in Docum. Init. Fœder. Hanseat. pag. 229.]

\* 3. EXCESSUS CLERICORUM dicuntur, cum in officiis obeundis nimium agunt. Vide Decretal. lib. 5. tit. 31. de Excess. Prælat. Gallice *Excès de pouvoir.*

EXCHAETA, apud Th. Madox in Formulari Anglic. pag. 194. Idem quod superius *Escaeta.*

EXCHALCIARE, Ære spoliare, Nummos auferre. Porphyrio in Horat.: *Belle te nummularius ille Exchalciavit.* Jocus est in furacem, nummos de mensa subtractos in calceos sibi infarcientem. Vide Cæl. Rhod. 19. 9.

EXCHALGAYTA, Excubiæ. Vide *Scaragayta.*

EXCHANGIUM, a Gallico *Echange,* Permutatio. Charta ann. 1219. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 29. v°. *Hoc Exchangium factum fuit apud Chans in presentia mea.* Vide *Exchangium.*

EXCHEETA, Idem quod *Escaeta,* in Computo anni 1232. apud D. Brussel pag. CLXXX. ad calcem tomi 2. de Feudorum usu.

\* EXCHERTUS, Insertus, additus. Stat. Perus. pag. 3: *In qua sententia per dictum nostrum consilium pronuntiatum extitit inter cætera, feuda quæcumque, res, bona, et jura feudalia, quas et quæ dictus dominus Jacobus frater noster carissimus a nobis tenebat, fore commissas et commissa nobis, et nostris Exchertas et Excherta.*

EXCHINTONATA, Fascis cingulo astricta, ut videtur, ab Italico *Cintolo,* cingulum, cinctus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624: *Si vera dossas prædictorum fresagiorum vel leguminum.... ceperit, et inde faldatam, Exchintonatam,.... aut aliter usque ad quantitatem unius stulæ et infra exportaverit, solvat pro qualibet vice pro bampno solidos v.*

EXCHIRGAITIA, Excubiæ. Vide *Scaragayta.*

EXCHUCHARE. Vetus Charta in Tabulario Fiscanensi fol. 71: *Si arbor ipsi abscissa fuerit, homines ipsius possunt ibi Exchuchare ad stipitem, quandiu robur ipsius arboris ibi jacuerit. f. pro Exsucare, Gall. Essucer.* [\* Vide *Eschochare.*]

\* EXCIBILATORES, [Sunt qui furantur de bonis antequam heres possit hereditari. DIEF.]

EXCICOTUM, EXICOTUM, Symbolum, Gall. *Ecot.* Lit. remiss. ann. 1362. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 195: *Cum dicti fratres ab ipsa taberna recederent absque eo quod Excicotum sive scotum solvissent... Aliud Excicotum sive scotum debebat.* Vide supra *Escotum.*

EXCIDENTIA, EXCIDERE. Vide in *Escaeta.*

\* EXCIDIUM, Jus domini superioris in bona vassalli decedentis, simul et quod nomine relevii domino exsolvebatur ab hærede, ut eorum possessionem adire legitime posset. Charta Hugon. abb. S. Germ. Prat. in Chartul. ejusd. monast. sign. tribus crucibus fol. 66. v°. col. 2: *Parvulo autem qui remanserat viam universæ carnis ingresso, possessionis ejus-*

dem hæreditas per Excidii consuetudinem ad nostrum dominum redacta est. Fratres itaque et parentes prænominati Adalardi diligenter commoniti ut ipsam possessionem ab universo debito liberarent, et Excidium nostrum a nobis relevarent; illis vero redimere sive relevare nolentibus, Gillebertus miles... super eam propter Excidium nostrum xxxij. libras nobis accomodavit. Vide *Excitare*.

† **EXCILARE**. Vide *Excitare*.

\* **EXCIMATICUS**, pro Schismaticus, in Charta ann. 1065. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 198: *Et cum omnibus hereticis et Excimaticis tenebrosa partem possideat*.

**EXCIMIGARE**, Ἐξομιγίζω, Gloss. Gr. Lat. MS.

\* Adde ex Castigat. in utrumque Glossar.: *Excimico*, ἔξομιγίζω.

† **EXCINIUM**. Vide *Exenium*.

**EXCIPIUM**. Isidorus lib. 18. cap. 7: *Venabula dicta sunt quasi venatui habilia. Excipia, quia venientem excipiunt, quasi Excipiabula, excipiunt enim apros, etc.* Respexit illud Martialis in Apophoretis Epigram. 30:

Excipient apros, expectabantque leones,  
Intrabunt ursos, sit modo firma manus.

Ubi *Excipere* artis venatoriæ est vocabulum. Grætius in Cynegetico:

Ille etiam valido primus venabula dente  
Induit, et prout moderatus vulneris iram,  
Omne moris Excepit onus.

At auctor Gloss. Arabico-Lat. et idem Isidorus in Glossis [ut et Gloss. Sangerm. n. 501.] videntur legere *Excipulum*, aiuntque venabulum ita appellasse veteres. [Gloss. Lat. Sangerman. MS.: *Excipulum*, Espie à bouler contre le port Sanglier.]

\* *Excipulum* quoque habet Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Excipulum*, espie à férir sangler.

**EXCIPULUM**, Ἐξοπιζέω, in Gloss. Gr. Lat. [Plinius lib. 25. cap. 7: *Incisæ conto (herbæ) subditis Excipulis, ventriculo hædino, humor lactis videtur effluere; ubi intelligit vasculum, quo liquo excipitur, ne effluat; sed lib. 9. cap. 22. de anguillis Benaci lacus et Mincii fluvii, fossam intelligit vel instrumentum quoddam, quo pisces excipiuntur: Hæmato, inquit lacu, fluctibus glomeratæ volvuntur, in tantum mirabili multitudine, ut in Excipulis ejus fluminis ob hoc ipsum fabricatis, singulorum millium globi reperiantur.] Vide *Excipium*.*

\* **EXCISURA**, Imum fossati solum, vel ejus incisura. Charta H. episc. Matiscon. ann. 1234. in Chartul. Cluniac.: *Quod de vercheria sua et de clauso vineæ in Excisura fossatorum cadet et obveniet, et quod infra fossata continebitur, ecclesie Cluniacensi dedit.*

\* **EXCITATORIA**, Rixa, jurgium. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 26: *Supranominatis propter hoc ad iram excitatis, accidit quod in illa Excitatorie (leg. Excitatoria) dictus Johannes Mensart ex gantellis ferreis vel calibetis et ense suis præfatum Johannem le Borgnet... percussit.*

**EXCLAMARE**, Alta voce pronuntiare. Vox liturgica, quæ in libris Ecclesiasticis Græcorum per ἔκρωεντι passim redditur. Diurnum Romanum cap. 7. tit. 17: *Omnes diacones et pauperes Christi, qui ibidem conveniunt, Kyrie eleyson Exclamare studeant.* Vide Gloss. med. Græcit. in Φωνή.

\* Nostris *Esclamasse*, Exclamatio seu expostulatio. Lit. remiss. ann. 1367. in

Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 462: *Icelle Hurée dist à laditte suppliante que elle avoit les choses dessusdites, et que elle les lui rendroit, ou elle feroit telle Esclamasse, que elle en auroit honte et blâme.* Gloss. Gr. Lat.: Ἐκλαμίζω, *Esclamo*. Rectius codex Sangerm.: *Expalmo*. Vide *Expalmare* 1.

1. **EXCLARARE**. Anonymus [Nicolaus de Jamsilla Muratorio] de rebus Fridrici II. Imp.: *Cumque... armati omnibus armis quasi ad pugnam venissent... et se Exclarassent in aciem ante civitatem, etc.* Idem: *Visa est quedam acies equitum in quodam loco eminenti Exclarata consistere, etc.* Id est, *Expansa*.

\* 2. **EXCLARARE**, Declarare, pronuntiare. Stat. crim. Saonæ pag. 127: *D. Horatius Lercarius gubernator Saonæ, visis dictis litteris, et habitis summaris informationibus oretenus a personis fide dignis de contentis in eis, Exclaravit nullam dandam esse solutionem dicto M. vicario occasione revisionis processuum criminalium, attentæ decima parte condemnationum, quæ ei solvitur.*

† **EXCLAVATIO**. Bartholomæus Scriba l. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230: *Requisitis primo Astensibus, quod prædictos detentos facerent liberari et termino dimitti, tandem ex Decreto Consilii Januæ obsides de Aste, qui erant in Janua, dati fuerunt dicto Guillelmo Embriaco, ut eos custodiret pro Communi Januæ, et quod eandem commoditates et Exclavationes eis posset facere, quæ sibi et aliis secum captis fierent et fiebant. Ut per Commoditates bonam, sic per Exclavationes, a Gallico Esclave, Captivus, malam intelligo tractionem. Vide *Sclausus*.*

† **EXCLETUM**. Greg. Mon. in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 395: *Et cuidam viro Presbytero concessit res cum piscinis v. ad linum mace-randum in Decano, et de Excletio in casale Surinæ, et vineam de Riello.*

\* **EXCLINARE**, [Extra inclinare. Not. Tir. p. 109. Clinat, inclinat, Exclinat.]

\* **EXCLIPTICARE**, Deficere, deffalhir, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **EXCLORARE**. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 205. ex Cod. reg. 4622. A: *Si quis alium in Taurino vel districtu malo et irato animo sine gladio percusserit in personam, vel personuliter Excloraverit vel pulsaverit in capite sine sanguine, solvat duplum.* Vide infra *Exclolare*.

† **EXCLOSA**, ut mox *Exclusa*. Locus habetur in voce *Eriolus*.

\* **EXCLOSORIUM**, Aquarii canalus valvula, cataracta, vulgo *Pale*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 335: *Item quod dictus Girimus... venit de nocte ad retrocursum, sive le rerebiez aquæ molendini, vocati del Faugias, et ibi Exclosorium dicti retrocursum aquæ cepit.* Hinc *Esclourre un moulin* dicitur, cum demissa cataracta et aqua alio decurrente, molendini rota versari cessat. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 268: *Le suppliant dist que le moulin ne moudroit plus de tout le jour, ainsois l'Esclourroit.*

† **EXCLOTORIA**, Eadem significatione. Charta concordie inter Capitulum Autissiod. et Præmonstratenses S. Mariani ann. 1216: *Fratres S. Mariani viam habent liberam sibi et suis, quando opus fuerit, per aquam, terram, pontem, inter præhalorum et molendina, ad exclusam et Exclotorem nostram, quæ est in ponticulo, per quem aquæ derivantur ad eos, et Exclotorem illam, quamdiu molendina non moluerint, libere et absque*

contradictione per se vel per suos levare poterunt.

\* *Exclotouaire* et *Escloutoire* vero, Retis species, tragula, Gall. *Traineau*. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 65: *Un engien nommé Escloutoire, duquel on prend les oiseaux à la nuit.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 153. ch. 140: *Lesquelz prinrent à un harnois, appelé Esclotoueres, à prendre oiselles de nuit, plusieurs poissons.* Denique aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 182. bis: *Depuis que ledit Jehannin eust souppé, s'en ala aus Esclotouaires autour de la maison, etc.*

1. **EXCLUDERE**, Erogare, promere, in leg. 16. C. Th. de Erog. milit. ann. (7, 4.)

\* 2. **EXCLUDERE**, Præcludere, Gall. *Boucher l'entrée*. Judic. inter episc. Lingon. et ducem Burg. ann. 1153. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 48. col. 1: *Quero, inquit episcopus, ut novos muros Divionis (dux) destruat, quia abbatias nostras Excludunt et super terram nostram fiunt.*

**EXCLUSA**, ex Gall. *Escluse*, *Clusa*, Locus ubi concluduntur aquæ. *Conclusio aquarum*, in Lege Wisigoth. lib. 8. tit. 4. § 30. Gregorius Turon. de Vitis Patrum cap. 18: *Deficisque per flumen palis, aggregatis lapidum magnorum acervis Exclusam fecit, etc.* Fortunatus lib. 10. Poem. 12:

Inde per Exclusas cauta rate pergimus undas,  
Ne veluti piscem me quoque nassa levat.

Synodus Metensis ann. 753. cap. 4: *Ut ipsos per nullam occasionem ad pontes et ad Exclusas, aut navigio detineatis.* Charta Henrici III. Regis Angli. in Monastico Anglic. tom. 1: *Et ripam Saverne in foresta sua ad tenendam Exclusam piscarie vel molendini de Ettona.* Alia Humberti I. Comitis Sabaudie apud Guichenonem: *Donamus Exclusam ad capiendos pisces factam, et in aqua quæ vocatur Lisa, positam.* Tabularium Dervense: *Faciebat proclamationem de firmamento cujusdam molendini, quod dicitur Exclusam.* Vide Probat. Histor. de Chasteauvillain pag. 5. etc.

† **ECLUSA**, in Charta Th. Abbatis S. Germani a Pratis pro manumissione hominum de Antogniaco ann. 1248. e Tabulario ejusdem Abbatie.

† **EXCLUSUS**. Capitul. Pipini Regis ann. 755. in Synodo Vernensi cap. 26: *Et de peregrinis similiter constitutum... ut ipsos per nullam occasionem ad pontes vel Exclusos aut navigatio detineatis.* Capitular. ejusd. Regis ann. 757. cap. 6: *Ad pontes et ad Exclusos aut navigio non teneatis.* Baluzius in indice ad calcem tom. 1. Capitul. utrobique legit *Exclusæ*.

† **EXCLUSATORIUM**. Tabular. S. Cypriani Pictav. fol. XLV. in Hist. MS. pag. 269: *Damus illis viam per terram nostram ad omnia transeuntia et ripam per terram nostram, concedimus illis ad Excusatoria jactare sine ulla contradictione.*

**CLUSA**, Eadem notione, apud Lambert. Ardens. pag. 143.

**SCLUSA**, in Lege Salica tit. 24. § 3: *Si quis Sclusam de farinario alieno ruperit, etc.* Statuta Corbeiensis Adalardi lib. 1. cap. 7: *Omne materiamen quod ad illud molinum emendandum pertinet, adducere, Sclusam emendare, molas adducere, etc.* Adde Capitular. ann. 813. cap. 35. [Pithæus in Glossario Legis Salicæ ex Anonymo in Pipino: *Astulphus Rex Langobardorum supradictum justitiam vetando Sclusas Longobardorum petiit.*

Aimoinus vocat *Clausuras*: quæ sunt montium aditus augusti, ut dictum est suo loco.]

SLUSA, in Charta anni 1136. in Hist. Guinensi pag. 91. ex Flandrico *Sluyse*.

EXCLUSAGIUM. Pensatio quæ a domino feudi exigitur pro iure habendi exclusam. Charta Ranulphi Meschines in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 398: *Dedi in puram Eleemosynam... Exclusagium et stagnum de piscaria et molendino de Wederhalle. Alia Henrici III. R. Angl. ibid. pag. 587: Et duo Molendina in eodem manerio cum aquis, Exclusagiis, et cum tota moltura ejusdem manerit.* Adde tom. 2. pag. 8. [et vide *Escluiamentum*.]

SLUSAGIUM. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 868: *Ex dono Richardi filii Lucæ, Slusagium unum super terram suam, ad molendinum Monachorum fulloricum.*

EXCLUSATOR, Cui competit pensatio ex facultate habendi *exclusam* alicui concessa. Vetus Notitia in Tabulario Eccl. S. Laudi Andeg.: *Hæc est conventio inter Sanctimonialia Ecclesie Caritatis et S. Laudi Canonicos de supra dicto ductili, ut equaliter mittant Canonici et Sanctimonialia quæcumque necessaria fuerint ad ædificationem ductilis... et equaliter accipiant omnes profectus, qui inde exituri sunt de piscibus, excepto quarto pisce Comitit, et quarto pisce Exclusatorum.*

1. EXCLUSARIA. Ballivia seu Præfectura *Exclusarum*, in Monasteriis. Innocent. III. PP. l. 13. Ep. 55: *Bucheria Domini, Exclusaria, tabernaria, et forestaria.*

\* 2. EXCLUSARIA, ut *Exclusa*, Locus ubi concluduntur aquæ. Charta Phil. Pulc. ann. 1303. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 120: *Item molendinum de Torota cum Exclusaria.*

EXCLUSATICUM, Tributum quod a prætereuntibus ad *exclusas* pensatur. Tabulæ Caroli M. apud Doubletum pag. 708. 709: *Nullum telloneum, neque Exclusaticum, neque decimum, nec barganicum, etc.* Infra: *In nullo modo, nullo telloneo, ut nullo Exclusatico, infra Regna Francie et Italie seu ubicumque, neque decimum exigere, nec exactare non debeat.* [Annal. Benedict. tom. 4. pag. 904: *Urso Miles restituit S. Petro Carnutensi medietatem de Exclusatico molendinorum ejusdem Cænobii.*]

\* EXCLUSARIUS, f. pro *Excluserius*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Excluserius, portier. Excluser, idem.* Vide mox *Excluser* 1:

\* EXCLUSI, Obsessores, Gall. *Assiégeans*. Elmham in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cop. 62. pag. 167: *Tanto inclusorum anxia furbundaque severitas correspondenti certamine in Exclusorum præjudicium instancius anelabat.* Vide supra *Excludere* 2.

1. EXCLUSOR, *Excluserius*. Ugutio: *Excluser, janitor, qui foras excludit homines.* Jo. de Janua: *Triensis, i. janitor, ostiarius, Exclusarius, patiginarius, januarius.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Excluser, Excluserius, hostiarius, janitor.* Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684: *Excluser, janitor, portier.*

2. EXCLUSOR, Faber ferrarius vel argentarius. S. Augustinus Enarrat. in Psalm. 67: *In arte argentaria Excluseros vocantur, qui de confusione massæ noviter formam vasis exprimere.* Vita S. Egwini Episc. Wigorn. cap. 9: *Et cum conflandi ferrum locus esset aptissimus, et fabris, et ferri Excluseribus maxime*

repleretur. [Adde Epistolam Gibbonis Floriac. ad Gregorium V. PP. pag. 404.]

EXCLUSORES DÆMONUM, dicti Exorcistæ. Translatio S. Joannis Abbat. Reomaensis n. 9. de Energumeno: *Unde cum collo ejus statim hærent, pro more, Excluseros dæmonum ferri præfati patris, ita agitur, ut exenteratim dirumpi... cerneret.*

EXCOCIARE. Monastic. Anglic. tom. 2. pag. 71: *Et pratum de Elmore, quod Rogerus de Cokeham Excociavit.*

\* F. Glebas frangere, vel dumetis purgare.

\* EXCODICARE, Circa codicem terram aperire, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 521: *Excodicare, cherfoir.* Pro *Serfoir*, Sarrire, runcare. [\*\* Vide Murator. Antiquit. Italic. tom. 2. col. 1012. D. et Forcell. in hac voce.]

EXCOGATIO, inter pœnas judicum sententiis decretas interdum recensetur. Vide *Abacinatus*.

EXCOGERE, pro *Cogere* non semel apud Innocentium Agrimensorem pag. 237. 238.

† EXCOGOCIAMENTUS, Adulterium, vel raptus virginum aut viduarum. Charta Bernardi Atonis Vicecomitis ann. 1114: *Excepto placitum de Judeis... et exceptis ipsos homicidios et Excogociamentos, quos ego et uxor mea et infantes nostri retinemus in nostro dominio.* Vide *Cucucia* in *Cugus*. [\* Vide supra *Esguogozamentum*.]

† EXCOLA, Alienigena, apud Eymerum tom. 3. pag. 766. col. 2.

† EXCOLATA, Carnis decoctum, aposema, Italis *Scolata*. Miracula B. Ægidii. April. tom. 3. pag. 245: *Rogo ut mihi faciās Excolatam, ut ea vobiscum manducem hoc sero.*

\* EXCOLATUS. *Sotulares Excolati*. Vide infra in *Subtalares*.

EXCOLENTIA, a voce *Excolere*. Lex Longob. lib. 3. tit. 9. § 8. [\*\* Lothar. I. 26.] *Si ultra tres numerus (fratrum) excreverit, unus semper propter domesticam curam, atque rerum communium Excolementiam remaneat.*

EXCOLIATUS, *Excastratus*, in Glossar. Lat. MS. Reg.: *Ecouillé a κόλαος, testiculus Couille.* Vide *Ecetesticulatus*. Gloss. MS: *Ementulare, Escoulier.* Gloss. Gr. Lat.: *Μοβορυς, unitestis, unicolus.* [\* Vide supra *Excodatus* 1.]

EXCOLIGUS. Fridegodus in S. Wilfrido cap. 53:

Hactenus Excolicum quanto sudore sacellum Emerit, exposul.

† EXCOLIDUS AGER, Squalidus, inculcus, apud Auctorem de Limitibus Agrorum.

\* *Esconlonrable*, eadem notione, in Bestiar. Ms:

En tai et en limon se moulle,  
Et illusc se devoitre et soulle,  
Pour estre plus Esconlonrable.

\* EXCOMEDO. [Totum comedo, consumo. *Apul. Herb. 8. Herba scelerata Excomedet putredinem.*]

\* EXCOMIARE, Licentiam abundi facere, imo ejicere, expellere. Decr. Placentæ ad calcem Stat. fol. 107. v: *Præterea volumus quod si in aliqua viciniantia vel contrata habitaverit aliqua mulier inhonestæ vitæ vel famæ, ita quod de (ea) ipsi vicini propter ejus inhonestatem male contententur, talem Excomiari facere debeatis.* Italis *Scomiare*, Veniam abundi petere. Vide *Comiatus*.

\* EXCOMMUNIATUS vel *expulsus*, in Stat. Castri Rebaldi lib. 1. pag. 22. r.

\* EXCOMMUNICARE, Obtestari. Placit. ann. 920. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 18. col. 2: *Cum ibidem fuissent, dominus Ugbertus episcopus Excommunicavit homines commanentes de jam superscriptas villas per Dominum Patrem omnipotentem et Ihesum Christum filium ejus unicum Dominum nostrum, ut veritatem dicant.* Aliud sonat vox Gallica *Excommunier*, Exsecrari nempe et imprecari, in *Fragm. versionis Passionis* D. N. J. C. secundum Matth. laudato tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 725: *Et cil (S. Pierre) encomencoit Excommunier et jurier ke ju ne sai ke cest hom soit ke vos dites.* Ubi Textus sacer cap. 26. v. 74. habet: *Tunc cepit detestari et jurare quia non novisset hominem.* Et S. Marcus cap. 14. v. 71: *Ille autem cepit anathematizare et jurare, etc.* Vide in *Excommunicatio*.

EXCOMMUNICATIO, A communione fidelium prohibitio. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 9. leg. 1: *Descomulgacion es sentencia que extranna et aparta al home contra quien es dada, a las veces de los Sacramentos de la santa Iglesia, et a las vegadas de la companna de los leales Christianos. Et descomulgacion tanto quiere decir como descomunaleza que aparta, et descomunla los Cristianos de los bienes espirituales, que se facen en santa Iglesia. Et son dos maneras de descomulgamiento, la una mayor que vieda al home que non pueda entrar en la Iglesia, nin haya parte en los Sacramentos, nin en los otros bienes que se facen en ella, nin se pueda acompañar con los otros fieles Christianos. La otra es menor, que departe a ome tan solamiente de los Sacramentos, que non haya ni parte ni pueda dellos usar.* S. Cyprianus Epist. 28: *Si quis... ausus fuerit ante sententiam nostram Communicare cum lapsis, a communicatione nostra arceatur.* Epist. 41: *A communicatione cohibere dixit. S. Augustinus de Genesi ad literam lib. 11. cap. 40: Tanquam Excommunicatus, sicut etiam in hoc paradiso, id est, Ecclesia, solent a Sacramentis altaris visibilibus homines disciplina Ecclesiastica removeri.* Idem lib. 1. de Corrupt. et gratia cap. 15: *Quia et ipsa quæ Damnatio nominatur, quam facit Episcopale judicium, quæ pœna in Ecclesia nulla major est. Excommunicatio, quam disciplina inveniit Ecclesiastica, successit veteris synagogæ gladio, et præfigurata eo fuit, ut docent Cyprianus lib. 1. Epist. 11. et Hieron. Epist. 1. ad Heliodor. Augustin. de Fide et oper. cap. 2. Vide Baron. ann. 57. n. 11. et seqq. Morinum in Exercitat. Eccl. lib. 2. etc. [Varias vero Excommunicationis formulas apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 663. et seqq. in Hist. Eccl. Meld. tom. 2. pag. 178. in Statutis Eccl. Trecor. ann. 1371. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1121.]* \* Varie hanc vocem, ut et verbum *Excommunicare* reddiderunt nostri. *Escumeniement*, in Ch. Theob. comit. Campan. ann. 1256. apud Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 1018. col. 2. *Escumeniement*, in Lit. Phil. Pulc. ann. 1314. ex Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 153. v. *Escumeniement*, in Lit. remiss. ann. 1456. ex Reg. 183. Chartoph. reg. ch. 103. Aliæ ann. 1359. in Reg. 87. ch. 231: *Iceilui Colin eust esté Escommiaché en plusieurs Escomminges, etc. Escomminge*, in aliis ann. 1389. ex Reg. 135. ch. 210. *Escumenge*, in Lit. ann. 1305. ex Reg. 160. ch. 259. *Escumminge*, in Reg.

sign. Noster Cam. Comput. fol. 291. r. *Escumenier*, in Ch. Guild. episc. Lingon. ann. 1262. ex Chartul. Campan. fol. 208. col. 1. *Escomenier*, in Chartul. Carnot. ad ann. 1306.

¶ EXCOMMUNICARE ECCLESIAM, Interdicere, vetare ne in ea divinum peragatur officium, apud Canisium tom. 6. Lect. antiq. pag. 1155.

*Excommunicationis* species sex recensent Canones Hibern. lib. 30. cap. 1: *A celebratione, a communicatione Missæ, a cohabitatione, a benedictione, a conloquio pacifico, a comœatu*. Adde cap. 4. 7. 8. et 11. et lib. 44. cap. 32. et Scripta S. Patricii pag. 26. 32. Has fere attigit Concilium Vernense ann. 755. cap. 9: *Et ut sciatis qualis sit modus istius excommunicationis, in Ecclesiam non debet intrare, nec cum ullo Christiano cibum vel potum sumere, nec ejus munera quisquam accipere debet, vel osculum porrigere, nec in oratione se jungere, nec salutare, antequam episcopo suo sit reconciliatus*. [Quæ omnia uno versiculo resumuntur:

Os, orare, vale, communicio, mensa negatur.

Cujus regulæ exceptiones altero versu sic exprimuntur:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.]

Vide præterea Isidorum in Regula cap. 16. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 42. [\*62.] lib. 6. cap. 92. 140. [\*93. 142.] lib. 7. cap. 216. [\*295.]

EXCOMMUNICATIO A PACE, *Missæ, et mensa*, Episcopis inflictæ qui parochiam alienam invadunt, in Canonib. Hibern. lib. 1. cap. 22.

MAJOR ET MINOR EXCOMMUNICATIO. Synodus Nemausensis ann. 1284: *Dicitur autem Major Excommunicatio, cum dicit Prælati, Excommunico te... Talis excommunicatio separat excommunicatum a communione fidelium, et participatione et perceptione Sacramentorum. Minor autem Excommunicatio, [quæ locum non habet in Galliis,] dicitur, cum quis communicat excommunicato majori excommunicatione: et tunc participans excommunicatus, est remotus a perceptione Sacramentorum: ita non debet recipere Eucharistiam vel alia Sacramenta, quousque fuerit absolutus. Interdictum dicitur cum dicit Prælati, Interdicto te; vel dicit, Suppono te Ecclesiastico interdicto; vel, Interdicto se prohibeo tibi ingressum Ecclesiæ: et talis interdictus, et ille qui est Majori Excommunicatione ligatus, non debent intrare Ecclesiam quandiu sunt in sententia, sed nec juxta Ecclesiam stare, quando divina officia celebrantur, etc.* [Lib. 6. Capitul. cap. 190. et Isaacus Lingon. Episc. tit. 9. cap. 8: *Ut excommunicatus a Sacerdote, quamdiu in ipsa est Excommunicatione majores natu vel Episcopos accusare non præsumat. Quod si præsumperit, non recipiatur, sed aut Majori Excommunicationi subjaceat, aut ab Ecclesia pellatur*. Hinc Excommunicationem majorem putō idem atque anathema: quod olim ab Excommunicatione simpliciter distinguebant.] De minori Excommunicatione, Sulpitius Severus lib. 3. Hist. Sacræ, ubi de Synodo Cæsaraugustana: *Additum etiam, ut si quis damnatus in communionem recepisset, sciret in se eandem sententiam promerendam*. Bertholdus Constant. ann. 1089: *In tertio autem gradu (anathematis) eorum communicatores posuit, quos etsi non Excommunicaret, adeo tamen eos externa communione commaculatos asseruit, ut in Catholicam societatem sine*

*absolutione et poenitentia recipi non deberent, videlicet qui excommunicatis salutatione, osculo, oratione, convictu, et ignominanter communicassent*. Vide Pachymer. lib. 7. cap. 6.

¶ Aliæ rursus distinguuntur Excommunicationis species. Antiquissima est Excommunicationis distinctio *Medicinalem* inter et *Mortalem*. Medicinalis erat cum quis, crimen suum confessus, inunctam poenitentiam ultra subibat. Ea vero aut ad mortem usque, pro gravius scilicet criminibus, aut ad præfinitum tempus præscribatur. Mortalis qua quis ob hæresim aut crimen in quo obstinate perseverat ab Ecclesia habetur ut Ethnicus et Publicanus. Utriusque meminit Augustinus Serm. 357: *Nos vero quoniam a communione prohibere non possumus, quamvis hæc prohibitio nondum sit Mortalis, sed Medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sæculare sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum*. Vide Dupin. tr. Hist. de Excommunicationibus.

¶ Recentior distinctio quam a jure, et ab homine appellant, vel *sententiæ ferendæ*, et *latæ sententiæ*, seu *ipso facto incurrendæ*. A jure dicitur quam lex delinquentibus intentat. Ab homine vero quæ a Superiore cum aliqua temporis, personæ locive circumstantia profertur. *Sententiæ ferendæ* vocant quam meretur quis ob factum a Lege interdictum. *Latæ autem sententiæ*, vel *ipso facto*, ea est quæ eo ipso quo, etiam nemine conscio, fit actio prohibita, incurritur, ita ut nulla alia requiratur sententia. Hujus profecto difficile erit vel unum exemplum apud Antiquos reperire. *Casus in quibus*, recentioribus sæculis, quis excommunicatur ipso facto a jure fusius recensentur in Statutis Ecclesiarum Cadurc. Ruthen. et Tutel. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 742. et seqq.

¶ Olim Excommunicatio ab anathemate nihil differebat. At in sequioribus sæculis haud leve discrimen inter utrumque interjectum est. Gratianus causa 8. qu. 4. refert *Engeltrudam uxorem Bosonis non solum Excommunicatione, quæ a fraterna societate separat, sed etiam Anathemate, quod ab ipso Christi corpore, quod est Ecclesia, recidit, crebro percussam esse*. Vide cap. 11. qu. 3. *Nemo Episcoporum et Audi*, cap. 5. qu. 2. *Præsentii*, etc. Concil. Turon. ann. 570. cap. 24: *Necatori pauperum, qui res pervadit ecclesiasticas, psalmus CVIII. dicatur, ut veniat super eum illa maledictio, quæ super Judam venit, qui dum loculos ferret, subtraheret pauperum alimenta, ut non solum Excommunicatus, sed etiam Anathematizatus moriatur*. Et Hadrianus PP. II. Epist. 25: *Non solum Excommunicationis nexibus innodabitur, verum etiam vinculis anathematis obligatus in gehenna cum diabolo deputabitur*.

\* *Excommunicationum* species earumque ferendarum ritus exhibet Pontif. Ms. eccl. Elnensis: *Super Excommunicationis et absolutiois formam prænotandum est quod triplex est Excommunicatio; minor, major et anathema... Anathema vero, id est sollempnis Excommunicatio, pro gravius culpis profertur hoc modo, etc. Et est notandum quod in prolatione anathematis debent duodecim sacerdotes episcopum circumstare et lucernas, id est candelas ardentem, in manibus tenere, quas in conclusione, id est in fine anathematis, projicere debent*

*in terram et pedibus conculcare: quæ candelæ, sicut sal infatuatum projici et ad nullum usum ulterius poni possunt*. Ejusdem moris testis est Charta Eustacii de Campanis ann. 1210. inter schedas Mabill.: *Omnes isti (sacerdotes) sacris vestimentis induti, pulsatis campanis, candelis accensis, Excommunicabunt illos, qui hanc eleemosinam ab ipsis eorum alienare præsumperint*. Vide in *Candela*.

[\* In sententia excommunicationis lata a Bernardo Belli-loci abbate in capellanum sancti Hilarii Bonevallis, legimus: « Præterea vobis mandamus sub pena excommunicationis, predicta quatinus finita missa, indutis sacris vestibus, minus casula, una cum cruce, stola et aqua benedicta ante domum habitacionis dicti excommunicati personaliter accedatis et ibidem dictas sententias denunciatis alta et intelligibili voce, dicendo psalmum *Deus, venerunt gentes* cum oracione consueta *Hostium nostrorum* proicientesque tres lapillos versus domum dicti excommunicati, primum in signum maledictionis, secundum ad terrorem populorum, tertium ut nimio rubore confusus ad sanctam matrem Ecclesiam se convertat, taliter super his vos habentes et dictas sententias denunciatis ut a nobis possitis de inhobedientia seu contemptu merito redargui seu puniri. » (Arch. dép. Haute-Vienne, Solignac, II, 1388.)]

\* Nec minori pompa atque apparatu lata Excommunicationis sententia adversus Chartarum futuros violatores, ab iis, ad quos spectabat earum utilitas; quod etiam a monachis, ex licentia tamen Romani pontificis, factum non semel legitur. Charta Rob. abb. Corb. ann. 1196. ex magno Chartul. nig. ejusd. monast. fol. 89. vº: *Ut autem hoc privilegium permaneat ratum, auctoritate Domini Dei nostri et clavigeri celi B. Petri et dom. papæ Innocentii II. et nostra, qui eorum vice, auctore Deo, huic ecclesiæ præsideo; ego et sacerdotes nostri sacramentalibus jugi divini stolis induti, et omnes fratres reliqui tenentes lucernas ardentem in manibus nostris, conservatoribus hujus sancti et devote peracti privilegii portas inferi horribiles claudimus, et civitatis Iherusalem cælestis duodecim portas ex singulis margaritis pandimus. Scienter vero violatoribus hujus privilegii nos idem omnes de manibus extinctis proicientes lucernas, regni cælestis januas claudimus et horribiles inferi portas pandimus, ut cum Datan et Abiron et cum Juda de fure traditore viventes, hoc est scientes in eas decursi, et cum divite carnali filio sancti Abraham in flammis sulfureis sepulti, non adiciant ut inde resurgant*. Bulla Alex. PP. III. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 68. rº: *Præterea abbati (Vindocinensi) et successoribus ejus precipimus, ut quocienscumque tu (episcopum Carnot. alloquitur) vel tui successoris eis justitiam negaveritis, tociens ipsi oppressores monasterii sui nostra auctoritate Excommunicent, et quos excommunicaverint, in vestra diocesis ecclesiis non suscipiatis, sive suscipi consentiatis*.

¶ Regum et Principum id singulari fuit privilegium, ut si cui excommunicato Rex communicaret, statim Ecclesiasticæ communioni restitueretur. Id ex Capitularibus Regum auctoritate Episcoporum constitutis refert Ivo Carnot. Epist. 171: *Si quos culpatorum Regia potestas, aut in gratiam benignitatis receperit, aut mensæ suæ participes*

effecerit, hos et Sacerdotum et populorum conventus suscipere ecclesiastica communione debet; ut quod principalis pietas recipit, nec a Sacerdotibus Dei extraneum habeatur. Idem exstat in Conc. Toletan. XII. cap. 3. Vide Gregor. Tur. lib. 5. Hist. cap. 19. et lib. 7. cap. 7. Regibus nostris id quoque concessum est a Rom. Pontificibus, ut in terra Regia nemo excommunicationem vel interdictum ferre posset, nisi speciali mandato Sedis Apostolicæ. Literæ Philippi VI. ann. 1335. apud de Lauriere tom. 2. Ordinatio Regum Franc. pag. 103: *Ad nostrum pervenit auditum, quod licet a Sede Apostolica Nobis et nostris prædecessoribus per plures Rom. Pontifices, per privilegium sit indultum, ut nullus in terra Regia Excommunicationis, vel interdicti sententias proferat, absque mandato Sedis Apostolicæ. Sed hoc privilegium non omnibus Gallis sapit.*

\* Nemo, sive ex ministris, sive ex familia regis, absque ejusdem aut senescalli illius consensu excommunicari debet, ut definit Scacar. Rotomag. ann. 1205. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 25. v. col. 2: *Item ecclesiastica persona non debet Excommunicare baronem vel baillivum regis, vel servientem, vel clericum domus suæ, rege non requisito vel senescallo suo.*

¶ An vero jure aut injuria lata fuerit ab archiepiscopo sententia excommunicationis vel interdicti, iudices fore eligendos inter diaconos presbyterosve, omissis episcopis, conveniunt Philippus Augustus rex Francorum et Richardus rex Angliæ in Pacto ann. 1195. ex Reg. 3. Chartoph. reg. ch. 5: *Si contigerit quod archiepiscopus Rothomagensis in terram regis Franciæ aut suorum sententiam interdicti vel excommunicationis miserit, dominus rex Franciæ poterit assignare ad Andeliacum et ad ea quæ archiepiscopus ibi habet et ad ejus pertinentias, usque dum duo diaconi vel presbyteri, quos rex Franciæ per sacramentum suum bona fide ad hoc elegerit, et duo diaconi vel presbyteri, quos nos per sacramentum nostrum bona fide elegerimus, decreverint utrum interdictum vel excommunicatio juste latum fuerit, an injuste. Si decreverint quod juste, rex Franciæ prædicto archiepiscopo reddet Andeliacum et ea quæ interim exinde levaverit, et ad verbum dictorum faciet emendari. Si vero decreverint quod injuste positum fuerit, ea quæ rex Franciæ de Andeliaco et de ejus pertinentiis levaverit, in deperdito erunt archiepiscopi, et archiepiscopus interdictum vel excommunicationem solvet.*

EXCOMMUNICATIO inter pœnas monasticas recensetur in Regula S. Benedicti cap. 23. 24. 25. in Regula S. Isidori cap. 16. sub finem, in Regula Magistri cap. 19. 23. 80. etc. Ea autem varia fuit, interdum a mensa, interdum ab oratorio, ut est in Regula Magistri cap. 13. Cæsarius Arelatensis serm. 14. ad Monachos Lerinenses: *Illis ipsis qui apud nos gravius delinquent, nullam tristiorum, nullamque acerbiorum possumus invenire sententiam, quam a corpore congregationis abscisci sine prece abscendant. A mensæ participatione privari, in Regula S. Donati cap. 69. ubi exponitur ejusmodi est ea excommunicatio, ut et in Regula Magistri cap. 23. Vita S. Benedicti Abbat. Anianensis: *Tanta erat ejus sollicitudo, ut si vel modica grana leguminum, vel exiguæ porri comæ cauliumque folia ab eo neglecta invenirentur, mox digna Excommunicationis**

advertibat sententia, cujus probaretur esse delictum. Veteres consuetudines Ordin. S. Benedicti de septem modis pœnitentiæ: *Primus ammonitio semel ac iterum atque tertio. Secundus correptio publica coram omnibus absque Excommunicatione. Tertius Excommunicatio pro levioribus culpis. Quartus Excommunicatio pro gravioribus culpis. Quintus verberum vindicta, vel corporis castigatio. Sextus oratio communis ab omnibus. Septimus expulsio de Monasterio.* [Excommunicatio Monastica sicut et Ecclesiastica in majorem et minorem dividitur. Utriusque formam videre est apud Schramb. Chronic. Mellicens. pag. 331. col. 2: *Excommunicatio regularis Minor est privatio a communis mensæ Fratrum consortio, ut quando quis in terram comedit, etc. Major est quando frater excluditur tam a refectorio quam a choro, ita ut publice solus nil audeat incipere aut facere, vel quando separatur a Conventu in loco privato, sive in carcere includitur.] Vide Cumeanum Abbatem de mensura pœnitent. cap. 2. et Vitam S. Eupraxiæ virg. n. 20. De hac excommunicationis specie pluribus disserit Hæftenus lib. 8. tract. 5. disq. 1. et seqq. Ad ejusmodi excommunicationes monasticas referri potest Charta Hugonis Abbat. S. Dionysii ann. 1193. ex Tabul. ejusdem Monast.: *Eos autem, qui contra hanc constitutionem nostram aliquatenus venire præsumperint, de clavo et corona domini solenniter in capitulo nostro accensis candelis Excommunicavimus.* [Alia Lucianæ Abbatissæ Faræmonasterii ann. 1168. Hist. Meld. tom. 2. pag. 57: *Et si quis hanc nostram institutionem quassare præsumperit, et inde damnum ad pretium duodecim denariorum fuerit, sciat se inde reum esse, et a quatuor Sacerdotibus in Capitulo coram omni Conventu excommunicatum.* Notandus est hic ritus, quo Sacerdotes in Capitulo Monialium introducuntur ad promulgandam excommunicationem, quam ipsæ non poterant promulgare.]*

¶ Apud Cistercienses, Dominica Palmarum, generalis quadam excommunicatio ferebatur a Capitulo Præsidente in conspiratores, incendiarios, fures, proprietatem habentes, aliosve maleficos, ut habetur in Statutis ejus Ordinis ann. 1183. 1184. 1300. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1255. 1257. 1497. ex antiquis vero Constitutionibus Ordinis Vallis-Caulium promulgabatur Dominica Passionis, ibid. col. 1658. et 1660.

EXCOMMUNICARI CIBO. Pœnitentiale Egberti Archiep. Eborac. cap. 25: *Si quis Clericus superbire præsumperit, sæpius proprio Excommunicetur Cibo. Id est, in pane et aqua pœniteat, ut est in cap. 32.*

EXCOMMUNICATIO OB DEBITA non soluta interdum inflicta, ut colligitur ex Stabilim. S. Ludov. lib. 1. cap. 121. et ejusd. Edicto ann. 1245. Pontesiæ exarato. Vetus Consuetudo Franciæ lib. 3: *Si un homme, animo indurato se laisse en Excommunication par an, l'Official dit qu'il le peut convenir sur crime de heresie. Toutefois puis que l'Excommunication est pour cause de dette, ce n'est mie si propre heresie que Ven le doit poursuivre.* In Concilio Marciaensi ann. 1326. cap. 55. *Vetatur, nec locus ullus pro pecuniario debito supponatur Ecclesiastico interdicto, sine Sedis Apostolicæ speciali licentia.* Concilium Herbipolense ann. 1287. cap. 29: *Nonnulli, sicut audivimus, pro maritorum seu filiorum debitis, ucores seu matres Excommunicant, ordinaria fulti*

jurisdictione. Quod juri et æquitati contrarium reputamus, id fieri de cætero prohibemus, nisi mater et uxor succedant in bonis mariti, seu filii, defunctorum. Videtur deesse patris. Habentur exempla ejusmodi excommunicationum in Manuali placitorum, in Parlamento 3. Febr. ann. 1364. et apud Radulphum de Rivo in Engelberto a Marka cap. 5. Vide Stephanum Tornac. Epist. 39. 40. et tom. 6. Spicilegii Acheriani pag. 481. 494. En aliud ineditum: *In nomine, etc. Quod anno 1350. venerabilibus et discretis viris N. N. ex parte una, et nobili viro D. Galchero de Lauda Milite Trecentis diocesis, ex altera, etc. Joannes Maurelli Præpositus Ecclesiæ S. Crucis Leodiensis Curie Cameræ D. Papæ generalis Auditor, discretis viris Trecentis et Parisienai Officialibus ad quos præsentem litteræ pervenerint, salutem in Domino. Vobis committimus quatenus nobiles et magnificos viros dominos Joannem de Noeris, Comitem de Joigniac, Senonensis diocesis, Robertum de Graffis, Dominum de Murisallo, Eduensis diocesis, Gaufridum Dominum de sancta Livia, Cathalaun. dioc. et Hugonem Liberum de Vulpilleris, Lingon. diocesis. Milites, Galterum de Lauda, Dominum de Soyleris, Trecentis diocesis, et Anseletum de Brecuria, Rathomagensis diocesis, domicellum et familiarem commensalem D. N. Papæ, ab Excommunicationis sententia in eos lata propter solutionis moram cujusdam debiti 1500. florenorum auri, etc. absolvas. Actum anno et mense prædictis.* Vetantur etiam hujusmodi excommunicationes in Consuet. Britan. art. 6. [Jam eas prohibuerat Bonifacius PP. VIII. ann. 1302. Sub ejus tamen Successoribus iterum valuisse, imo ab ipsismet usurpatas, ubi de re eorum agebatur, certum est ex Charta ann. 1341. inter Instrum. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 437: *Anno 1341. Ind. 9. die 23. mens. Aug. Illustris Princeps Dom. Humbertus Dalphinus Vienn. tam in solutum et recompensationem sexdecim millium et ducentorum auri ponderis Florentiæ, in quibus tenetur SS. Patri Benedicti PP. XII. quam Dei et S. Matris Ecclesiæ contemplatione, ut absolutioem Excommunicationis qua tenetur ligatus pro dicto debito mereatur obtinere.] Cæterum hoc referri potest, qui olim obtinuit mos inhumanus, ut creditor liceret mortuum debitorem humo mandari prohibere, nisi debito satisfactum esset; cujus quidem meminit S. Ambrosius in Tobia cap. 10: *Quotiens vidi a feneratoribus teneri defunctos pro pignore, et negari tumulum, dum fœnus exposcitur.* Et Edictum Theoderici Regis cap. 75: *Si quis autem sepeliri mortuum, quasi debitorem suum adserens, prohibuerit, honestiores bonorum suorum partem tertiam perdant, et in quinquennale exilium dirigantur: humiliores cæsi fustibus perpetui exilii damna sustineant.* [22 Conf. Paul. R. S. lib. 5. tit. 26. § 3.] Vide Mæna in S. Donato 7. Augusti.*

Excommunicatorum corpora insepulta, nec corrupta. Vide Imblocatus.

Excommunicati tenebantur intra annum absolutioem ab Episcopis impetrare, et Ecclesiæ satisfacere, ad idque cogebantur a iudicibus sæcularibus. Edictum S. Ludovici ann. 1228. a nobis allatum in Not. ad Joinvillam: *Et si aliqui per annum contumaces extiterint, ex tunc compellantur redire ad Ecclesiasticam unitatem, ut quos a malo non retrahit timor Dei, saltem pœna temporalis compellat. Unde præcipimus quod Ballivi nostri omnia bona tatum excommunicata-*



*torum mobilia et immobilia post annum capiant, nec eis aliquo modo ea restituant, donec predicti absoluti fuerint, et Ecclesie satisfecerint.* [Et in Stabilim. ejusdem Regis lib. 1. cap. 123: *Se aucuns est excommunicés un an et un jour, et li Officiaus mandast a la justice laie, que il le contrainst par la prise de ses biens, ou par le cors... Et si ne le doit pas prendre pour que ce soit de detes, mès la justice doit tenir toutes les choses en sa main, sauf son vivre jusques à tant que il se soit fet absoudre. Et quand il sera absous, il paiera neuf lib. d'amende, dont les soixante s. seront à la justice laie, et les six liv. seront à l'autre justice, et les doit avoir par la main de la justice laie. Et se il étoit sospeçonneus de la foy, la justice laie le devoit prendre adoncques, et envoier au juge ordinaire; car quand sainte Eglise ne puet plus fere, elle doit apeler l'aide des Chevaliers, et la force.... Et quand li juges l'auroit examiné, se il trouvoit que il feust Bougres si le devoit fere envoier à la justice laie, et la justice laie le doit faire ardoir.*] Interdum etiam ad absolutionem petendam a iudicibus Regiis cogebantur sub pœna carceris, ut ibi docuimus ex Chronico Abbatum Castrens. cap. 19. Vide eundem Joinvillam pag. 13. In Anglia ad id tenebantur intra 40. dies, quibus elapsis, Ordinarius Cancellarium regni de ea re certum faciebat, qui continuo ad Vicecomitem breve mittebat, quod de *excommunicato* capiendoc dicebatur; vi cuius excommunicatum in carcerem compingebat. Si ille Ecclesie satisfecisset, tunc aliud breve ad Vicecomitem mittebatur, quod de *excommunicato deliberando* vocabatur. Ita Bracton. lib. 5. de Except. cap. 23. § 3. 4. Fleta lib. 6. cap. 45. § 2. et Rastallus verbo *Excommungement*. Quod si denique post dictos 40. dies Barones vel alii et eo amplius excommunicationem in se latam sustinissent, eorum subditi ab eorum fidelitate absoluebantur, et eorum terra interdicto supponebatur, eorumque feuda in manus superioris domini transibant, quousque injuriam passis et Ecclesie ab eisdem fuisset satisfactio competenter, ut est in Chartis Anglicis apud Gul. Prynneum in Libertatibus Anglicis tom. 2. pag. 858. et 410. [et in Tabulario Episcopatus Ambian. f. 5. v.] Agunt de hac re Concilia varia, Triburiense ann. 821. cap. 5. apud Campinacum ann. 1238. cap. 18. Bitterrense ann. 1246. cap. 36. Coprinaciense ann. 1260. cap. 15. Lambethense ann. 1261. cap. de *Excommunicatis* capiendis, Burdegalense ann. 1262. cap. 1. 2. Coloniense ann. 1266. cap. 38. Langiense ann. 1278. cap. 6. apud Pontem Audomari cap. 1. Synodus Santonensis ann. 1282. cap. 2. Senonensis sub Petro Archiep. cap. 2. Avenionensis ann. 1286. cap. 41. Concil. Londinense ann. 1342. cap. 13. Synodalia Statuta Anonymi ann. 1287. cap. de Sententiis tom. 2. Concil. Angl. Provinciale Ecclesie Cantuariensis. lib. 3. tit. 28. lib. 5. tit. 17. Vide præterea Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 121. et aliud ejusd. Edictum Pontesie exaratum ann. 1245. a nobis laudatum ad ead. Stabilim. Hemereum in Augusta Viromand. in Regesto pag. 51. Legem Friderici I. Imp. apud Conrad. Usperg. ann. 1187. veterem Consuetud. Normann. cap. 21. etc.

☞ Durius etiam aliquando actum est contra excommunicatos, præsertim cum absolutionem petere et Ecclesie facere satis non festinabant; lapides

projiciebant in domum excommunicati, feretrum deferebant quasi illius funus curaturi, aliaque similia facitabant quæ nec a jure nec ab Episcopis permitterentur, ut discere est ex Concilio Avenion. ann. 1337. apud Baluzium in Conc. Gallie Narbon. pag. 352. ubi genuinam lectionem restituimus ex ipso Concilii autographo quod vidit vir probatæ fidei D. le Fournier: *Statuimus quod abinde in antea nullus ecclesiasticam jurisdictionem exercens, contra Excommunicatos ab ipsis, quancuncque tempore Excommunicationis sententiam animo sustinerint induratus, procedat ad faciendum projici lapides in domum Excommunicationis sententia innodati, vel faciendum venire capellanum indutum veste sacerdotali, vel alios ad domum Excommunicati predicti, vel portandum literiam seu ferret (l. libitinam seu feretrum) vel alia similia quæ a jure non reperiuntur expressa, sed aliis a jure provisis (l. permissis) remediis utatur ad pœnam contumaciam aggravandam.*

\* Addere placet antiquius eadem de re monumentum, aliaque, unde manifestum fiat ubique eosdem viguisse ritus. Juram. præst. a recipiendis in studio Montispess. ex Ch. S. Ludov. ann. 1280. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 350: *Juro... quod contra eundem (episc. Magalon), ejusque ecclesiam non me scienter opponam, nec etiam aggravandi excommunicatos per eum, aut per ejus vicarium seu officialem, qui in sua malitia persistentes, ad obedientiam sanctæ matris ecclesie venire contempserint, per projectionem lapidum, et portationem feretri seu beræ ante domos ipsorum excommunicatorum; et alias juxta modum et consuetudinem in dicto episcopatu, contra tales excommunicatos ab antiquo observatos.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 168: *Toutes les festes et Dimanches le curé de la ville venoit tout revestu à grant procession portanz la croix et l'eau benoite, à l'uis dudit Jaquelin chanter et getter pierres à sa porte.* Aliæ ann. 1383. in Reg. 122. ch. 379: *Lors icellui Perrin... lui dist: male santé te suye; nous te saluons bien et courtoisement, nous ne sommes pas excommuniés, ... et tu nous huches, aux veaulx, aux veaulx.* Rursum aliæ ann. 1449. in Reg. 180. ch. 64: *Le suppliant fist porter, ainsi qu'il est acoustumé de faire oudit pays (de Comminges), quant ung homme est ainsi excommunié, engregié et rengregié, une biere, ou l'on met les mors, devant l'huys d'icellui Jehan Loo.*

\* Inflicta quoque non semel excommunicatio bestiis agros depopulantibus, facta tamen prius ipsis monitione; cuius moris testis est Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 342. col. 1: *Item solverunt pro litteris monitoriis a curia domini officialis impetratis, ad instantiam dominorum consulum Nemausi, contra mures, darbos et talpas et alia animalia fera dampnum inferencia in fructibus excretis in campis.* Solemnis vero est hac in re sententia officialis Trec. ann. 1516: *In nomine Domini. Amen. Visa supplicatione seu requesta pro parte habitantium loci de Villanova Trecensis diocesis nobis officiali Trecensi in iudicio facta, adversus bruchos seu erucas, vel alia non dissimilia animalia, Gallice Hurebecs nuncupata, fructus vinearum ejusdem loci a certis annis, et adhuc hoc præsentis anno, ut fide dignorum testimonio, et quasi publico rumore asseritur, cum maximo incolarum*

loci et vicinorum locorum incommodo depopulantia, ut predicta animalia per nos moneantur, et remediis ecclesiasticis mediantibus compellantur a territorio dicti loci, abire, etc. visique, etc. Nos auctoritate qua fungimur in hac parte, predictos bruchos et erucas et animalia predicta, quocumque nomine censeantur, monemus in his scriptis sub pœnis maledictionis et anathematisationis, ut infra sex dies a monitione in vim sententiæ hujus, a vineis et territoriis dicti loci de Villanova discedant, nullum ulterius ibidem, nec alibi in diocesi Trecensi nocumentum præstitura. Quod si infra prædictos dies, jam dicta animalia huic nostræ admonitioni non paruerint cum effectu, ipsis sex diebus elapsis, virtute et auctoritate præfatis, illa in his scriptis anathematisamus et eisdem maledicimus. Hanc sententiam et alias haud absimiles aliorum officialium refert Theoph. Raynal. in tract. de Monit. et Excomm. cap. 12. qui consulendus omnino est, ut et Malleolus de Exorc. Vairus de Pascin. et Mart. de Arles in tract. de Fursit. contra maleficia seu sortilegia, quæ hodie vigent in orbe terrarum, edito Romæ ann. 1560. Vide supra Darbus.

† EXCOMMUNICATOR, Qui sententiam fert excommunicationis. Statuta Synodalia Ecclesie Leodiensis. in Anecd. Marten. tom. 4. col. 874: *Si autem sic absolutus convulerit ab infirmitate sua, tunc accedat ad suum Excommunicatorem cum litteris ejus qui eum absolvit, continentibus absolutionem, et qualiter fuerit absolutus; et tunc ipse absolutus faciat id quod Excommunicator ei injunxerit super his pro quibus fuerat excommunicatus.*

EXCOMMUNIONES, Excommunicati, passim in Canonibus S. Patricii cap. 17, 18. 20. 27.

EXCOMMUNIS, Excommunicatus. Concilium Arelat. II. cap. 90: *Ut Ecclesie inimici habeantur Excommunicus.* Turonense II. cap. 24. ex Cod. Belloc. : *Non solum Excommunicus, sed etiam anathematizatus moriatur.* Alii Codd. habent *Excommunicatus*. [Canon. Hibern. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 2: *Clericus inter epulas cantans... Excommunicus sit.*]

† EXCOMMUNITER, Communiter, una. Litteræ Prælatorum Normannie super contentione juris patronatus Ecclesiarum ann. 1200. apud Acher. Spicil. tom. 9. pag. 155: *Et quatuor Presbyteri et quatuor Milites jurabunt super sacrosancta, et Episcopo exinde Excommuniciter, sive Archiepiscopo, quod ipsi octo dicent, ad quem spectare debeat donatio Ecclesie de jure patronatus.*

† EXCOMMUNUS, ut *Excommunis*. Veteres formulæ Andegav. apud Mabill. Analect. tom. 4. pag. 248: *Et a liminibus Ecclesiarum, Basilicarum vel omnium Sacerdotum Excommunus, accipiat illam maledictionem, quem Judas Scariotis accipiat.*

† EXCOMMUNUS, Eadem notione, in Charta ann. 766. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. xxix.

† EXCOMPARATIO, Comparatio, acquisitio. Charta Adalindis Comitisse, apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 14: *Quantum Acfredus Comes et ego superscripta Adalindes ibidem habuimus tam de alode, quam de Excomparatione, id est, domos coopertas, casales, curtes, hortos, etc.*

† EXCOMPUTARE, Computare, numerare. Bulla Clementis VI. ann. 1349. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 609. col. 2: *Sed dictam summam in prima solutione*

facienda de hujusmodi pecunia solvenda tibi omnino Excomptare, etc.

\* **EXCONCILIARE** ALTARE, Interdicere, vetare ne in eo sacra peragatur Liturgia. Bulla Leonis PP. IX. ann. 1050. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 107: *Insuper auctoritate apostolica judicamus ut nulli archiepiscoporum, episcoporum... aliquem pertinentem ad ipsum monasterium excommunicare vel anathematis vinculo innodare, seu aliquod altarium ejusdem loci vel aliquam ecclesiam Exconciliare liceat.* Vide in Reconciliare.

**EXCONDIGERE**, Excusare, satisfacere, purgare se sacramento, affirmare. Capitula Caroli C. tit. 39. [§ ap. Carisiac. ann. 873.] § 3: *Ad malum veniant, et ibi aut se legaliter, ut permisisimus, Excondicant: aut si se Excondicere non poterunt, quod male fecerint legaliter emendent.* Hincmarus Opusc. 31: *Quia fratri Hadulfo missaticum tuum commiseris... de quo missatico non se Excondixit.* [Vide Exdicere.]

**ESCONDIRE**, Eadem notione. Pactum inter Episcopum Meldensem et Comitum Campan. ann. 1218. in Tabulario Camp. Bibl. Thuan. f. 276. et in Tabular. Eccl. Meldensis fol. 18: *Et si ad submonitionem prædictam non venerint, Escondient quod non audierint submonitionem, vel emendabunt quod non venerunt. Si autem venerint ad submonitionem, Escondient, vel emendabunt illud quod eis obicitur a Præposito de his quæ pertinent ad mercatorum, etc.* Occurrit ibi pluries. Charta Communis Nantoliensis ann. 1233. quæ est Radulphi Comitis Suesion.: *Et dicta die tenetur mihi vel servienti meo emendare per 7. sol. et dimid. moneta Suesionensis, vel se Escondire quilibet, cui admissum imponeretur super alio quam super latrocinio, septima manu hominum. Et si latrocinium imponatur, Escondiet se vicesima una manu hominum. Et si dicta die placiti Escondita non capiam, extunc non potero aliquem super his querelare; imo omnino extunc quieti et absoluti remanent, quantum ad illa Escondita.* [Extractum libri S. Just fol. 27. r. apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 173: *Abbas S. Michaelis dicebat se non esse submonitum. Serviens in assisia attornatus dicebat se submonuisse eum ad manerium suum de Bretevilla, absentem tamen; sed serviens, qui custodiebat manerium, dicebat se citasse. Abbas dicebat, quia Baro Regis est, et quod ad vocem talis serviens non debebat intrare legem de Escondenda submonitione. Judicatum fuit quod debebat. Illud autem observant, in contentionibus hujusmodi eum, qui escondierat submonitionem emendam non exsolvisse, licet servientes præsentem essent et jurare parati se submonitionem fecisse, quoniam, ut ait Des Fontaines apud de Lauriere in Glossario, *Lour offre à jurer encontre le serment de ciaux qui Escondirent le sermonce ne peut rien faire.* Qua in re eadem erat et franci hominis et villani conditio. Sed cum Dominus propter defectum gagia seu pignora ceperat, si francus homo illa repeteret, ei reddebantur ante escondium, secus autem villano, nisi fuisset prohibitus suo sacramento. Ratio discriminis est juxta laudatum des Fontaines; *Que moult plus est tenu li frans hom à son Seigneur par le raison de l'oretage, ke li vilains par ses rentes payant, par quoi on puet plus guidier pour le franc hom qui ne sceut pas le sermonce, ke pour le vilain.* Quod explicat regulam 90. Institut. Loyselli lib. 1. tit. 1.] Curia Generalis Cataloniae ann.*

1321. MS.: *De bausiatoribus et traditoribus, qui fidem suam noluerunt Escondire... possint præstare auxilium et favorem reptato volenti se Escondire, sicut possunt alii Barones Cataloniae.* Vide *Bosiare et Intercipere.* Chronicon Petri IV. Reg. Aragon. lib. 3. cap. 31: *E apres mossenyen Gil Royg de Liordi direren que eren appellats d'Escondir la fe de Don Petro de Exerica.* Leges Willelmi Nothi vernacula cap. 50: *Si est ascons qui blamez seit dedinz le hundred e 4. humes le retent, si 12. main s'espurget, e se il s'en fuist dedenz la chalenge, li Sire rende sun were: e si l'un chalenge le seignour, que per li s'en seit alé, si s'Escundie sei 6. main, e s'il ne pot, envers li Rei l'ament, et cil soit utlage.* Id est: *Si quis absconsus est, qui intra hundredum accusatus, et a 4. hominibus recatus sit, duodecima manu se purget, et si fugerit post calumniam, dominus reddat veram suam, et si quis calumniaverit, seu in jus vocaverit dominum, quod per suum factum abierit, purget se sexta manu; quod si non potest, emendet versus Regem, et sit utlagatus.* Hic enim cæcutiit Seldenus. Adde cap. 16. Le Roman du Renard MS.:

Si que j'en feroie un joise,  
De chaude yane et de fer chaud,  
Mais non Escondire que vaut:  
Lasse chaitive mal ostrue.

Alibi:

Gel com jugeront mi baron,  
Qui l'en doit faire de larron,  
Et con de felon trahitour,  
N'en partirés sans mauvais tour,  
Se ne vous potés Escondire  
De quanque l'en vous vouldra dire.

Le Roman de Thibaud de Mailly MS.:

Au plet en Champfleury  
A la grand departie,  
Tuit y sommes semons,  
Nuns ne s'en Escondie,  
Ne je ne voi nului,  
Qui ja s'en essonie.

Interdum ea vox pro vetare usurpatur. Pactum Tongrense ann. 1403. in Magno Recordo Leodiensi pag. 25: *Lidit fermetteurs ne puissent Escondire de faire leur chace, quant chacun d'eux verra à son tour, de ce affaire, sans mettre en ce Escondit ne empeschement.* Et pag. 57: *Que li Maire de Liege ne autre li puist defendre ou Escondire, etc.* Et pag. 41: *Et de ce ne peut on venir à loy, ne Esconduire nul, se ce n'est pour monstreir paiement par quittance, etc.* Adde pag. 119. Hinc vulgaris vox *Escondire* apud nos, pro, aliquem re infecta dimittere, vel repellere.

† **EXCONDITUM**, Privilegium Fratris Andree de Coloors domorum Militiæ templi in Francia Præceptoris ann. 1215. in Tabulario S. Remegii Rem.: *Si maluerimus aliquis Fratrum nostrorum secundum consuetudinem loci illius super hoc faciet Esconditum, ad quam emendam vel Esconditum faciendum tenebimur quotiens fuerimus requisiti.*

\* **ESCONDIST**, Damni reparatio, compensatio, quæ parti læsæ tribuitur, in Libert. Castrivil. ann. 1286. apud D. Bouquet tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 414: *Qui dira lait de cordis à autre... cinc sols d'amande et l'Escondist... Qui clamera homme marié coup, secante sols, et femme mariée de bon nom, putain, secante sols et l'Escondist. Escondit, Denegatio, vulgo Refus, in Lit. remiss. ann. 1413. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 273: *Nonobstant l'Escondit et reffuz fait par icellui Paillole, etc.* Escondit, alio significato, in Ch. ann. 1333. inter*

Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 201. col. 1: *Promet lidis messire Henris... non mie venir encontre pour lui ne pour autre, ne pourchacier que d'autres y veigne en recaler, ne en Esconduit.* Id est, neque occulte, neque aperte, quod vulgariter dicebant, *Ne en repost, ne en appert.* Vide supra Apparentia 3.

**ESCONDITUM**, Charta Guillelmi de Marigneo Armigeri ann. 1257: *Et sciendum est, quod si ego dictus Guillelmus Armiger, vel meum mandatum aliqua animalia sæpe dictorum hominum vel heredum suorum invenerim in aliquo forefacto nemorum meorum, potero capere vadimonium, si mihi placuerit; sed oportebit ut procedam per plegios: et si dictus homo cujus habeo vadimonium, petit ostensionem loci, oportebit quod ego sæpedictus Armiger vel meum mandatum eam concedat: et si forefactum cognoverit, oportebit quod emendet, videlicet pro quolibet animali 2. den. Tyron. Si autem negaverit, gagiabit unum Escondium, et ego dictus Guillelmus vel meum mandatum capiam juramentum Escondii in domo Militum Templi de Marigneo per manum meam coram Templariis, ad usum et consuetudines patriæ. Infra: *Et si aliquos jam dictorum hominum vel heredum suorum in dictis nemoribus meis secantes, vel in callibus animalia servantes invenerim, secationem vel servationem ad usum et consuetudinem emendabunt, vel etiam Escondibunt per manum meam, et manus heredum meorum coram Templariis vel eorum mandato.**

**EXCONDIRE**, **EXCONDIRE**, Idem quod *Excondicere*. Jacobus I. Rex Aragon. in Constitutionib. Cataloniae MSS.: *Si aliquis nobilis aliquem Militem suum reptaverit, vel aliquam aliam querimoniam habuerit, et ipse Miles velit se Escondire de reptamento illo secundum Usaticos Barcinonenses, et de aliis querimoniis directum facere, secundum quod debuerit, et dominus Sccondimentum suum, vel directum noluerit accipere, etc.* Alibi, *se de bausia Escondire.* Occurrit ibi non semel, et in Curia Generali Barcinon. sub Petro II. Rege Arag. cap. 22. ubi *Excundire* scribitur. Curia Generalis Catalan. ann. 1321: *Quod possit fidem suam Excundire per battalliam.* Libellus Catalanicus MS. de Battalia faciendi: *Et si aquell qui reptat es no vol venir à la Cort, ne Escundir sa fe, deu len forçar la Cort, etc.* Vide Probat. Hist. Turenensis pag. 35.

† **EXCONSULES**, dicti quod jam a Consulatu exierint sive discesserint peracto vicis suæ anno. Glossar. Sangerman. n. 501. ex Isidoro lib. 9. Orig. cap. 3. *Exconsules memorantur apud Lampridium, Sidonium lib. 1. Epist. 11. et alibi.*

† **EXCONSULARES**, Eadem notione non semel.

\* **EXCONTRARE**, Permutare. Petrus de Vineis lib. 5. Epist. 57: *Licentiam eis taliter Excontrandi de nostra gratia concedere dignaremur.* Vide *Excontrum*.

**EXCONTRUM**, Permutatio, quod contra aliam rem, seu pro alia reddatur. Proprie autem est, cum obses loco alterius obsidis cum licentia discedentis, aut dimissi datur. Petrus de Vineis lib. 5. Ep. 57: *Supplicarunt obsides de Montefalconis... apud Capuam commoratis, ut cum velint pro seipsis Excontrum personarum concedens exhibere, videlicet fratrem pro fratre, etc.*

\* **EXCOPARE**, Verrere, scopis purgare. Stat. Saluciar. collat. 3. cap. 89: *Quod quilibet habens domum in platea Saluciarum, teneatur ipsam ejus domum usque*

ad medium plateæ bene Excopare. Vide supra Excopare.

**EXCOPIARE**, Exscribere, Gall. *Copier*. Chronicon Windesem. lib. 1. cap. 2: *Libros SS. Patrum per eos describi fecit et Excopari*. [Legitur apud Marten. tom. 4. Collect. Ampliss. col. 1152. et alibi.] Vide *Copia*.

**EXCORDARI**, Comedianus Instr. 21: *Excordaris, homo, si putas ut ipsi te salvent. Id est, aberras.*

**EXCORDATUS**, Corde privatus. Sugerius in Ludovico VI. cap. 16: *Quia vecors vivus fuerat, mortuus est Excordatus, Cor siquidem exilis ereptum fraude et iniquitate turgidum, palo imponit, etc.*

\* *Escuerser*, Dolore cordis affici, graviter se habere, vulgo *Avoir mal au cœur, se trouver mal*. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 96: *La suppliante en soy esbatant, elle qui estoit grosse d'enfant... se feust blecée et Escuersé tellement qu'il convint qu'elle partist dudit hostel*. Vide supra *Cordia* 3.

\* **EXCORDOR**, [Excors sum, insanus. Comedianus. Instruct. 21. Excordaris, homo, si putas, etc.]

**EXCORIARE**, Virgis vehementius cedere, Gall. *Escorcher*. Fridericus I. Imper. de Pace tenenda: *Si quis quinque solidos valens, aut amplius, furatus fuerit, laqueo suspendatur. Sin minus, scopis et forcipe Excoriatur et tondatur*. Arnolodus Lubec. lib. 2. cap. 37: *At illi indignati, virgis Excoriaverunt eos, et decalvatos ad dominum suum remiserunt*. Vide Sicamam ad Leges Frisonum tit. 9. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Excoriatus, Be Beflæ, a Beflean, decorticare, excoriare, unde forte nostrum Befler quelqu'un, Subsannare, irridere quempiam tanquam cæsum virgis*. [\*\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 470. voce *Bifilljan*.] [In Legibus Rotharis, apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 43. col. 2. *Excoriare*, est Corium detrahere: *Si in flumine animal cujuscumque mortuum fuerit, aut ubicumque, et alius homo cujus non fuerit, Excoriaverit, componat solidos XII.*] [\*\* Vide Leg. Sal. emend. tit. 68. supra *Decorticare Cabalum*.] [Occurrit iterum hac notione in Memoriali Potestatum Regensium ad annum 1218. et in Consuetud. Auscico-m. MSS. ann. 1301. art. 88. et 89.] [\*\* Gesta Episc. Viridun. cap. 2. apud Pertz. Scriptor. tom. 4. pag. 40: *Vidimus cocam hominis cum cruore usque ad nates Excoriatam. Vide Decoriare et mox Excorticare.*]

\* Supplicii genus, in Charta ann. 1328. ex Reg. donor. in Cam. Comput. Paris. fol. 90. r. : *Item en tous cas là ou l'en fait justice, li mounier de la ville (de Baugency) font l'exécution à leur coust, soit pendre, ardoir, boullir, enfouir, Escorcher et fuster. Excoriation, Morbi genus, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 42: *Iceullu Jacques fut surprins d'une très grieve maladie, nommé Excoriation ou autrement, et pour avoir et trouver garison d'icelle feust alez en la ville de Bourges, de là à Tours, et dudit Tours à Lyon sur le Rosne, et de là à Avignon, etc.**

**EXCORIARE CRUCES**, Aurum et argentum ab iis epilare, apud Radevicum lib. 3. de Gest. Frider. cap. 10.

† **EXCORIATIO**, Vide *Escoriatio*.

\* **EXCORIATOR**, Lanius, Gall. *Boucher*. Charta Phil. Pulc. ann. 1295. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 2: *Cum valeret Excortiores Parisiensis liberaliter concesserint quod ultima subventio, quæ pro necessitate regni nostri a subditis*

*nostris exigitur et levatur, ab eisdem præstetur et levatur hac vice, etc.* Vide supra *Escorcheria*.

\* 1. **EXCORIATORES** metaphorice nuncupati, qui lites Provocant in Synod. Andegav. ann. 1302. apud Bochet. pag. 1174.

\*\* 2. **EXCORIATORES**, Quædam militum turba. Vide *Estorcheria* et *Scoriatio*. Felic. V. PP. Epist. ann. 1442. in Alsat. Diplom. num. 1326. tom. 2. pag. 369: *Quasdam Excortiores vulgariter sic nominatos, aliosque armigeros et iniquitatis filios*. Chart. ann. 1445. num. 1343. ibid.: *Der Telfin des künigs von Frankkrich sun, mit den Franzosen und bosen lüten, den man spricht den Schindern, etc.*

\* **EXCORNIS**, [qui sine cornibus est. Tertull. Pall. 5. Murnæa bestiaedentula, et *Exunguis*, et *Excornis*.]

† **EXCORPORARE** SE, A corpore seu societate discedere. Vincent. Lirin. Com-monitorii cap. 2: *Julianus se collegarum sensui aut incorporare neglexit, aut Excorporare præsumpsit.*

\* **EXCORRENTIA**, Caduca bona, quæ in fiscum excurrunt vel cadunt, seu ex commisso, seu aliqua quavis ratione. Charta Amalr. vicecomit. Narbon. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 22: *Retine-mus feoda et retrofeoda, incursus et Excortientias ipsorum feodorum et retrofeodorum*. Vide *Excadentia*.

† **EXCORRIGIARE**, Corrigrum solvere. Vide *Decorrigiare*.

1. **EXCORTICARE**, [Caudam animali detrahere, Gall. *Ecouer*. Vett. Formulæ Andegav. art. 34: *Et ipsa animalia per sua menata aliquas mortas fuerant, et ipsa pecora illi Excorticassit, posteaque mortas fuerunt... Et ipsi illi taliter locutus fuit, quod nec sua animalia numquam menassit, nec per sua menata ipsa animalia degere numquam habuissit, nec de manus suas Excorticasat numquam fuis-sent.*] Vide *Decorticare*. [\*\* Corium detrahere.]

\* 2. **EXCORTICARE**, Corium detrahere, Gall. *Ecorcher*. Chron. Ast. ad ann. 1311. apud Murator. tom. 11. Script. Ital. col. 233: *Tunc omnes, qui capti erant a Brianis, Excortocabantur, et pellis et caput extendebantur super muros civitatis.*

\* **EXCORTIZARE**, Cutem evellere. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 217: *Dictus exponens quandam situlam fusteam, in qua erat aqua, accipiens, aquam ipsam super caput dicti Mignoti effudit, quam effundendo, situla ipsius Mignoti vultum attigit et modicum Excortizavit.*

\* **EXCORZARE**, Corticem avellere. Ital. *Scorzare*, nostris *Ecorcer*, Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 121. ex Cod. reg. 4622. A: *Item quod nullus audeat vel præsumat Excorzare plantas aliquas seu arbores alienas*. Vide supra *Excortiare*.

† **EXCOTERE** BLADUM, Excutere, exte-rere, flagellare peticis. Sententia arbitralis inter Dominos et Universitatem Calliani ann. 1497: *Ordinamus quod pro necessitate liceat dictis hominibus ad succurrendum Excotere de blado excreto in dictis Mauris ante tempus medi mensis Julii, et quantitatem bladi sit Excoti intimare debeant dicto calcadurerio.*

\* Nostris alias *Escourre* et *Escoudre*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 349: *Iceullu Jehannot gaignoit sa journée pour battre et Escourre blé*. Aliæ ann. 1450. in Reg. 186. ch. 45: *Il seroit bon qu'ilz alassent battre ou Escourre du blé*. Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 250: *Le suppliant estoit en sa grange ou il Escoudoit ou battoit des gerbes de*

*seigle... ayant ung fleau ou Escoussour, ainsi que l'en a accoustumé de faire au pays d'Auvergne*. Unde *Escoux*, f. Area ubi frumentum excutitur, in Terrear. dom. de Nerenæ ex Cod. reg. 9899. fol. 40. r. : *Item plus quatre deniers et malhe Tournois de cens pour une Escoux... Item plus demie geline de cens pour une peason et Escoux*. Vide *Excussorium* in *Excussor* 1.

\* *Ecoter*, rusticis Dombensibus, idem quod vulgo *Etêter*, Arborem decacuminare. Hispanis, *Ecotados* in arte heraldica, Rami amputati significantur.

\* **EXCREARE**, pro *Exscrare*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Excreare, Esriler*.

1. **EXCREDERE**, Facere ut aliquis non credatur. Synodus Rajocensis ann. 1300. cap. 63: *Excommunicamus sortilegia de Sacramentis Ecclesie facientes, et qui ad conjungendum et disjungendum falsa matrimonia, vel ad Excredendum aliquem, scienter deponent testimonium falsitatis.*

\* 2. **EXCREDERE**, Mutuare, nostris alias *Croire*. Acta S. Sebaldi tom. 3. Aug. pag. 771. col. 2: *Sed cum hospitaliter illum tractare vellet, et vas lucidum, in quo potus cernitur, non haberat, a vicino quodam vitrum solenne Excredidit*. Vide supra *Credere* 1.

\*\* 3. **EXCREDERE**, Eximere sotentem aut captivum a vinculis, sponsione data. Epistol. ann. 1330. in Guden. cod. Diplom. tom. 2. pag. 1056: *Deprecamur... quod idem noster concivis a sui captivitate usque ad Domini nostri Colonien-sis adventum Excredatur*. Vide *Haltaus*. Glossar. Germ. col. 78. voce *Ausburgen*. Ita etiam intelligenda sunt, quæ laudantur in *Excredere* 1. et in *Excreditus*.

\* **EXCREDITUS**, Cujus sponsio seu cautio nondum accepta est. Charta ann. 1327. tom. 2. Hist. Trevir. Joann. Nic: ab *Honthem* pag. 111. col. 1: *Si capti fuerimus... tunc infra annum et diem post nostram captionem, et quamdiu Excrediti et induciati fuerimus, aliquam exactionem solvere non debemus pro nostra liberatione*. Vide in *Recredere*.

\* **EXCREMENTUM**, Incrementum, accretio. Charta Phil. Aug. ann. 1207. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 110. r. col. 2: *Damus terram, quæ fuit Johannis Mauduit et Roberti Mauduit, integre cum omnibus Excrementis et melioramentis, quæ in eadem terra. Escroistre, pro Accroître, Accrescere, augere, in Ch. ann. 1322. ex Tabul. S. Petri Carnot. : *Esgardans que iceulx religieux estoient moult estreins et moult enserrés dedens les fermetés de nostre chastel de Bruroles, et ne se pouvaient pas bien largir ne Escroistre sans nostre assentement, etc.* Alia ann. 1458. ibid.: *Voulons... aussi Escroistre et augmenter les biens de l'Eglise, et non les diminuer.**

† **EXCRESCENTIA**, EXCRESCENS, Fortuita Clericorum obventio, Gall. *Le casuel*. Charta Elisabeth Reginae Angl. ann. 1560. pro Capellano suo, apud Rymer. tom. 15. pag. 580. col. 2: *Cum præminentis, jurisdictionibus, libertatibus, privilegiis, titulis, quotidianis distributionibus, Excrecentiis, allocationibus, aliisque proficiis, commoditatibus, etc. Fructus, quotidianas distributiones, Excrecentes, etc. ejusdem tomi pag. 704. col. 1.*

† **EXCRETA**. Vide *Estrida*.  
\* **EXCRETORIA CASA**, Ab aliis secreta ac seorsim posita, interpretibus doctis Editoribus ad vitam B. Schetzel. tom. 2. Aug. pag. 178. col. 2: *Veniens autem ad Excretorias ejusdem viculi casas, si quem*

ibi pauperulum et honeste conversationis hominem manere cognosceret, ad eum libentius divertebat. Ubi, iisdem notantibus, editio Chiffetii ac tria MSS. habent *Extractorias*.

\* **EXCROLARE**, Italis *Scrollare*, Quasare, agitare, nostris *Crolo*. Stat. Taurin. ann. 1860. cap. 162. ex Cod. reg. 4632. A: *De pena illius qui incideret seu Excrolaret alienam arborem*. Vide infra *Grollare*.

**EXCRUSTARE**, Crustam auferre. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 210: *Duas imagines... quarum unam auro et gemmis Excrustavit*. [Radulphus Cadom. de Gestis Tancredi, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 196: *De argento milites creare iste pervertendo et depravando vocat Ecclesiis Excrustare*. Vide novam Gall. Christ. tom. 3. col. 863.] Vide *Decrusare*.

\* Metaphorice pro Spoliare, detrahere. Charta ann. 1146. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 324: *Si quis autem hæc beneficia ecclesie data Excrustare voluerit, anathema sit, donec ecclesie satisfecerit*. Franco Legiens. apud Jarland. Chrysop. ex Cod. Clareval. sæc. XII. in festo Invent. S. Crucis: *Quod autem rex (Salomon) Excrustavit totum aurum de ligno*.

\* **EXCRUTARE**, pro *Excrustare*, Eodem significatu. Charta Henr. episc. Tull. ann. 1163. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 660: *Neullus cuiuscumque conditionis homo, sive nobilis sive ignobilis, super his omnibus injuriosus ecclesie vestre existat, vel aliquid horum Excrutare præsumat*.

\* 1. **EXCUBARE**, E cubili surgere, Gall. *Sortir du lit*. Comœd. sine nomine act. 6. sc. 4. ex Cod. reg. 8163: *Mane nimis nocte, ante lucanum applicui, nondum Celius Excubavit, ostia clausa sunt*. Vide *Excubitare*.

† 2. **EXCUBARE**. Vide *Excubiæ* 4.

\* **EXCUBIA**, Vigil, excubitor. Stat. Avenion. MSS. cap. 15. ex museo meo: *Ab hoc tamen statuto excipimus notarios, scriptores et cursores, et Excubiam turris episcopalis*.

1. **EXCUBIÆ**, proprie sunt Vigiliæ custodum, παννυχίδες, νυκτοφυλακία, νυκτοφύλαξ, ut est in Glossariis. At sequioribus sæculis hæc vox sumpta est pro quavis gravamine, aut quavis injusta molestia, quæ subditis inferitur a dominis. Lex Long. lib. 3. tit. 9. § 2. [Lothar. I. cap. 8.]: *De illis hominibus qui res suas alienaverunt, ubicumque super eas resident, distringat eos Comes per Excubias publicas, sicut lex continet*. Ubi Glossa, id est, *servitium ad pontes restaurandos*. [Muratorio tamen *Excubia* nihil hic aliud sonare videtur quam urbium custodia.] Paschalis L. PP. in Confirmatione privilegiorum Eccles. Ravennat. apud Rubeum lib. 5. pag. 237: *Nec nullum molestia, aut angarias, aut gravamina, aut Excubias quilibet inferre parti sanctæ tuæ Ecclesie, etc.* Charta Caroli Imp. in Chronico Farfensi pag. 658: *Aut homines ejusdem Monasterii... distringendos, vel ad publicas Excubias compellendos, aut ullas redhibitiones, vel quaslibet occasiones requirendas, etc.* Adde pag. 667. Fundatio Abbatissæ Pinarolensis ann. 1078: *Similiter cum areis suis, teloneis, aliisque Excubis, et conditionibus jure inde exigendis*. Charta Marini PP. ann. 883. apud Ughellum tom. 4. pag. 896: *Pro omni Excubia et expeditione tam palatina quam hostili, etc.* Alia Widonis Imper. ann. 895. ibid. pag. 1342: *Nullasque redhibitiones, aut publicas Excubias, nullas angarias facere sive*

*persolvere cogantur*. Adde pag. 1845. Vide *Scubiæ*.

2. **EXCUBIÆ**, Vigiliæ Ecclesiasticæ. Gloss. MSS. Eccl. Parisiensis: *Excubiæ, officia vigiliarum. Excubiæ celebrare, agere*, apud Liberatum Diac. cap. 20. in Vita S. Arnulphi Episc. Metensis cap. 23. 25. in Vita S. Virgilio Arelat. Episc. apud Lambertum in S. Heriberto Coloniensi Archiep. n. 18. etc.

**EXCUBIUM**, Eadem notione. Isidorus Pacensis Episc. in Chron. æra 680: *Fasus est... quod quadam nocte se ab hostiariis Ecclesie B. Petri Apostoli expetisse Excubium, etc.* id est, ut in ea excubiis seu vigiliis ageret.

3. **EXCUBIÆ**, pro *Excubiæ*, Reliquiæ Sanctorum. Vita MS. S. Juliani Episc. Cenoman.: *Equi qui lecticam sanctorum gestabant Excubiarum, etc.* Vita S. Popponis Abbat. n. 59: *Sæpe limina adiens Apostolorum, sæpe etiam, atque, ut ita dicam usitatus, Excubiis cæterorum frequentans sanctorum*. Ibi enim *Excubiis*, id est, reliquiis legendum puto.

4. **EXCUBIÆ**, Jus quod *Wardæ* dicitur, *Droit de garde*, quod scilicet Vassalli ac Tenentes debent in Castris Dominorum. Charta Theobaldi Comitis Blesensis ann. 1131: *Habeo talem consuetudinem in burgo de Camariaco, quod homines castri illius burgi pergunt mecum in exercitum, et in expeditionem, et si ibi castrum firmaverint, illud claudent de palis et virgis, et in castro nihil plus facient præter hoc quod corpus meum Excubabunt*.

\* Pactum inter Reg. Carol. II. comit. Prov. et capit. S. Salvat. Aqueus. ann. 1292. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Dicebant etiam Excubiam seu custodiam faciendam in dicto burgo de die vel de nocte, cum armis vel sine armis ad præfatum dominum regem seu præfatam curiam jure debito pertinere*. Hinc *Excubicibilis*.

† **EXCUBIÆ OBSEQUIUM**, Obsequium excubitoris seu vigiliis, apud Johannem Sarisber. lib. 2. Polycratici cap. 27.

† **EXCUBIARE**, Excubare, Excubiis agere. Franchesiæ habitatoribus Bellivis ann. 1256. concessæ per Guillelmum de Bello-videre. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 59. col. 1: *Item, habitatores castri et burgi debent Excubiare et gaytare, ... Excepto quod Nobiles gaytare et Excubiare tenentur*. Charta Henrici de Soliaco pro habitantibus Castrum de Ais ann. 1301. apud Thomasserium in Biturig. pag. 123: *Quotiescumque Burgenses, si moniti fuerint a Præposito villæ vel ejus mandato, villam tenebuntur Excubiare*.

\* **EXCUBICIBILIS**, Qui *excubias* agere tenetur. Charta ann. 1457: *Recognoscetes dicti assensarii se fuisse et esse causa et ratione præmissorum assensatorum justiciabiles et Excubicibiles seu queytabiles ejusdem domini, causa et ratione dicti ejus castri, justitiæ et castellaniæ de Droiz*.

† **EXCUBICULARIUS**, Defunctus munere cubicularii, leg. 13. Cod. de Excusat. libert. [\* Cod. Theod. lib. 11. tit. 16. Const. 15. de extr. s. sord.]

**EXCUBITARE**, **EXCUBITUM**. Gloss. Gr. Lat.: Παραιοῦμα, *Excubito*: Ἐκκοιτησις, *Excubium*. *Excubitare* igitur dicitur qui e strato exsurgit, sed proprie qui ad alterius salutem vigilat. Gloss. Gr. Lat.: Παρυγις, hoc *Excubium*, *pervigilium*. Παραιομῆσις, *Excubium*. Alibi: Ἀγρυπνία, *lucubratio*, *Excubium*, *pervigilium*. Hinc facere *Excubium*, est vigilare. Vegetius lib. 3. cap. 8. et Modestus de Vocabul. rei militaris: *De singulis centuriis quaterni equites et quaterni*

*pedites Excubium nocte faciunt*. Rufus in Legibus militaribus: Κατακλιθὼν τὰς περιγυρῶνας καὶ ἔκκοιτα.

**EXCUBITUS**, Eadem notione. Jul. Firmicus lib. 3. cap. 14: *Faciet Scutarios, vel Imperatorum Protectores, vel qui proprio Excubitu salutem Principibus servant*. Sic vero potissimum appellabantur universim cohortes custodiæ Palatinæ addictæ. *Constantinopolitanum enim Palatium ob Imperatoris salutem multorum præsidii militum custodiebatur*, ait Luitprandus lib. 1. cap. 4. et lib. 5. cap. 9. Corippus lib. 3.

Ingens Excubitus divina palatia servans.

Idem lib. 1.

... Glipis pia terga tegebat  
Ingens Excubitus.

Anastasius in Hist. Eccl.: *Populus Scholasticorum et Excubitum*. Idem in Histor. exilii S. Martini PP.: *Fecit eum in clausum sub multa custodia, præcipiens Excubiti custodibus, ut nullus penitus sciret civitatis, quia est in eodem Excubitu*. [Agnelli liber Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 178. col. 1: *Frægerunt januam ipsius Excubiti calce percussi, et extraxerunt eum foras*.] Τὼν ἐκκοιθῶτων τάγμα, cohors excubitorum, apud Annam in Alexiade lib. 4. et Constantinum de Them. pag. 96.

† **EXCUBITATOR**, ut *Excubitor*, sed malus, qui non excubat, nisi ut circumveniat. Bodonis Chron. Clusin. apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 367: *O dementiæ! Domini pulchrum exercitum, sive Virginum choros filii diaboli circumdant, sed supervacaneo labore Excubitatores atteruntur*.

† **EXCUBITI**. Papias MS. Bituric.: *Liba, Panes, tonsuræ, barbæ, qui Excubiti ducuntur*.

**EXCUBITOR**. Gloss. Gr. Lat. Ἀγρυπνητής, *Vigil, Excubitor*. Alibi: Παννυχιστής, *Excubitor*. Rursum: Παραιομῆσις, *Excubitor*. Procopius lib. 2. Vandal. cap. 12: Ὅς τῶν ἐκκοιθῶτων ἡγεῖτο, οὕτω γὰρ τοὺς φύλακας Ρωμαῖοι καλοῦσι. *Timarchus Excubitor*, apud Gregor. M. lib. 8. Epist. 52. His qui præerat, *Comes Excubitorium* dicitur, Nicephoro Patr. CP. in Herachio, et aliis a Meursio et Fabroto ad Cedrenum, et Alamanno ad Procop. Hist. arcan. laudatis. [*Excubitor Tribunus*, apud Suetonium in Claudio cap. 42. et *Excubans Tribunus*, in Nerone cap. 9. Apul. lib. 2. Doctr. Plat. pag. 26: *Excubitorium loco militi juventus pro utilitate cunctiarum*. Utitur etiam Cæsar de Bello Gall. lib. 7. Hæc igitur vox potuisset prætermitti.] Vide Gloss. Basil. [\* Glossar. med. Græcit. in Ἐκκοιθῶτω col. 403. et Append. col. 70. Σκοῦκα, col. 1396. et Τετράδια, col. 1450.]

**EXCUBITORIUM**, Idem quod *Excubitus*, Locus palatii in quo excubabant milites excubitores. Anastasius in Collectaneis: *Duceruntque in custodiam Excubitorii*.

† **EXCUBITUM**, **EXCUBITUS**. Vide *Excubitare*.

**EXCUBIUM**. Vide *Excubiæ* 2.

† **EXCUBIUS**, *Excubitor*, vigil. Ordinato Humberti Dalphini ann. 1348. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 274: *Ecclesia, Sacrista, et Capitulum de Romanis habuerunt... pro servitio Ecclesie, Sacristæ et capituli inter cæteros cellarium, panatorium, boycellerium, mantilium datorum, coquum, coquulum, portarium, Excubium, campanarum pulsatorum, etc.*

† **EXCUBUS**, ut *Excubitor*. Johan. Sa-

risber. lib. 2. Polycrati cap. 27: *Vulgo dici solet, Quovis Excubo vigilique mendacior est.*

\* **EXGUDIA**, *Excudia* Plauto, Vestiarum scopula, Gall. *Vergette*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Excudia, Gallice Escou-veste*. Vide infra *Excudis*.

\* **EXCUGUATHIÆ**, *Excubiæ*, vigiliæ. Lit. ann. 1079. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 46. art. 5: *Jurent autem publice dicti consules... de eorum officio mandare vel facere mandari gathias et Excuguthias et alias custodias, quando videbitur expedire curiæ nostræ. Gatas et Excugathas editum ex iisdem Lit. in Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 119. tom. 7. eaurumd. Ordin. pag. 155. Sed minus attente lectum est; ibi enim habetur: *Gathas et Excurgathas*; et infra *Gache vel Excurgache*. Vide supra *Eschargaita*.*

† **EXGULARE**, *Chronicon Siciliæ*, inter *Anecd. Marten. tom. 3. col. 7. Imperator cepit dictum Maniachum per barbam et Exculavit eum*. Id est, interfecit, ut laudatus Editor interpretatur in Glossario ad calcem tom. 5. procul dubio quod articulus, unde hic locus excerptus est inscribatur de *Deceptione et morte dicti Maniachii* (sic) nullaque sit alia vox in integro articulo, qua occisio illa significetur. Haud contemnenda sane ratio; vereor tamen ne forte legendum sit *Excuculavit*: ex oculorum evulsione mors subsequi potuit.

**EXGULCATOR**. Vide *Collocare*.

**EXGULEUS**, *Importunus*, in Gloss. Arabico-Lat.

\* **EXGULIT**, *Dicit aut sculpsit*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7613.

\* **EXGULPARE**, *Exculpere*, Ital. *Scultare*, Gall. *Sculpter*. Charta ann. 1402. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 175. col. 1: *Magistro Johanni Jouglaris, pro ejus labore et salario impensis in faciendis seu Exculpando duas ymagines lapideas, positas in capella castri regii Nemausi*.

† **EXGULPATIO**, *Culpæ liberatio*. Roland. Patav. de Factis in Marchia Tarvisina lib. 4. cap. 3: *Rogamus eos propter ipsorum Exculpationem, et ne cresceret aliqua rixa in Padua, quam Dominus noster Imperator optabat in pace tenere præ cæteris locis, quod paucis diebus parum longe de civitate secederent*.

**EXGULTARE**, *Ratherius Veron. de Qualitatis conjectura*, [tom. 2. Spicilegii Acher. pag. 203.]: *Sede, non tibi dicit; non sedentem vero Excultare nequamquam omittit*. Vide *Collocare*.

† **EXGUNDIRE**. Vide in *Excondicere*.

† **EXCUNEATUS**, *Cuneo spectatorum ejectus*. Apuleius lib. 3. Florid.: *Extimus quisque Excuneati queruntur*. In theatris subsellia erant per cuneos disposita; circa cuneos viæ, ubi spectabant, qui locum non habebant in subselliis: hos *Excuneatos* vocat Apuleius. Tertull. de Spectaculis: *Apud spectacula in via statur*.

\* **EXCUNIARE**, *Collocare, condere, vel Excutare*. Charta ann. 1065, apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 198: *Iterum concedimus... adunare omnem laborem ex ipsa nominatibus terras, et Excuniare in scripta area Pictula Fabrita pertinente scriptæ nostræ sanctæ Neapolitanæ ecclesiæ in sempiternum*.

\* **EXCUPARE**, *Exsecare, rumpere*, Ital. *Scoppiare*. Arest. ann. 1341. 12. Sept. in vol. 3. arestor. parlam. Paris.: *Cum ensibus evagnatis quandam canaveriam... cum suis complicitibus Excupaverat*. Lit. ann. 1366. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 390: *Animalia sua grossa ut alia in*

*vineis ipsis vindemiatis per modum paquerugii immittunt; quæ vineæ ex eo dampnificantur, destruantur et multo modo Excupantur*.

† **EXCUPATOR**, *Qui scopis purgat*. Leges Palat. Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii, tom. 3. pag. XL: *In nostro deposito sint duæ personæ, quæ Excupatores nominentur; ipsi enim tam cameras nostras quam palatia scobare et mundare teneantur*.

\* **EXCURGACHÆ**, *EXCURGATÆ*. Vide supra *Excuguthiæ*.

1. **EXCURSUS**, *Qua aquæ excurrere possunt, seu evacuari*. Charta ann. 1217. apud Duchesium in Probat. Hist. Castaneor.: *Dedi... liberam licentiam faciendi et habendi in dominio meo et feodo de Chaillec quemdam Excursum liberum et immunem ab omni costuma et exactione ad excurrendas aquas de maresiis de Langun... Aquæ autem... excurrunt, et tenentur excurrere... per prædictum Excursum, etc.* Vide Gall. Christ. Sammarth. in Abbat. Absie ann. 1217.

\* 2. **EXCURSUS**, *Præstatio, quæ in avena exsolvebatur, ob Excursum seu percursum subditis a domino concessum; vel pastio in alterius domini pascuis*. Vide *Percureus*. Charta Odon. I. ducis Burg. ann. 1101. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 84. col. 1: *Item Excursum, quem mareschalci et armigeri ducis apud Longum-vicum inter villam faciabant, ulterius fieri prohibeo*. *Percursus* legitur in Ch. Hugon. II. ann. 1102. ibid. pag. 95. col. 1.

1. **EXCURTARE** *CABALLUM*, in Lege Salica tit. 40. § 15. in Lege Aleman. tit. 70. § 2. *Caudam auferre*, Gallis, *Escouer* [et *Escourter*.] Leges Wisigoth. lib. 8. tit. 8. § 3: *Si quis alieni caballi comam turpaverit, aut caudam Curtaverit*.

\* 2. **EXCURTARE**, *Contrahere*, Gall. *Accourir*, Ital. *Scortare*. Tract. MS. de Re milit. et mach. belic. cap. 90: *Canape capsam levans aqua balneatur; tunc canape restringitur ac Excurtatur, et Excurtato canape, campana elevari potest ad locum deputatum*.

† **EXCUSA**, Gall. *Excuse*. Ital. *Scusa*, *Excusatio*. Concil. Lugdun. ann. 1527. inter *Anecd. Marten. tom. 4. col. 418: Johannes Ferlat Notarius civis Lugdun. Procurator R. P. D. Stephani de Niceyo Abb. dicti Monasterii, ad hoc ab eo fundatus, in publico docuit procurationis instrumento, producto et dimisso, allegans ipsius R. Abb. gravem infirmitatem, petendo propter ipsam a personali præsentia Excusam*.

† **EXCUSADI**. Vide *Excusati* sub finem.

† **EXCUSAMENTUM**, *Excusatio*, apud Martian. Capellam lib. 8. pag. 272.

1. **EXCUSARE**, *Recusare, renuere*. Gloss. Gr. Lat.: Παραινοῦμαι, *Excuso, recuso, evito*. Pontius Diaconus in Vita S. Cæsarii: *Magis enim dignus efficitur, qui quod meretur, Excusat*. S. Benedictus in Regula cap. 65. et Grimalicus in Regula Solitar. cap. 15: *Non liceat... collum excutere de sub jugo regulæ, quam sub tam morosa deliberatione licuit et Excusare*. Regula S. Basilii cap. 69: *Si licet alicui Excusare opus quod ei injungitur, et aliud querere?*

\* *Inquisit. ann. 1288. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 388. col. 1: Interrogatus a quo tempore acuratus Excusat domum suam a præstatione gallinæ, dixit quod, etc.* Vide mox *Excusatio*.

2. **EXCUSARE**, *Purgare se a crimine*. Gloss. Græc. Lat.: Ἀπολογία, *Excuso me*. Gloss. aliæ MS.: Ἐκχοῦσεν, ἐκδικᾶται. Sic *Excusatio* in Gloss. vet. apud

*Menardum: Apologia vel apologesis, Excusatio. Hinc apologeticus, sermo Excusativus*. Gloss. Gr. Lat.: Ἀπολογία, *Excusatio, purgatio, satisfactio*. Vide Petrum Fabrum lib. 3. Semestr. cap. 23. pag. 357.

3. **EXCUSARE**, *Absolvere, reum liberum dimittere*. Hist. Episcop. Eystetensium ann. 1129: *Probabili septem probabilius virorum testimonio canonice Excusatus*.

**EXCUSATI** autem potissimum dicebantur dimitti servi, aut liberti, qui cum pro qualibet culpa ad Ecclesiam veniæ impetrandæ causa confugissent, dominis reddebantur, de omni pœnarum genere securi, et ad servitium consuetum redibant, datis prius a dominis ad Evangelia sacramentis de concessa venia, et quod nullam iis pœnam pro ea culpa, a qua absoluti erant, irrogarent. Quod si domini sacramenta violassent, excommunicatione, tanquam perjuri, mulctabantur. Ita passim in Concilio Aurelianiensi I. can. 1. et 3. Aurel. III. can. 13. Aurel. IV. can. 24. Aurel. V. cap. 22. Ilerdensi sub Joanne II. P. can. 8. apud Gregor. Turon. lib. 5. Hist. cap. 3. 4. 49. lib. 9. cap. 20. de Vitis Patrum cap. 5. in Vita S. Joan. Abb. Reomaensis lib. 1. cap. 3. n. 16. etc.

**EXCUSATI** in Monasteriis, videntur ii qui ad Ecclesias vel ad Monasteria confugebant, et majoris securitatis gratia iis se quodammodo in servos dabant. Charta Caroli M. in Chronico S. Vincentii de Vulturno lib. 1. pag. 679: *Vel reliquas possessiones quæ... ibi sunt datæ, vel delegatæ, seu etiam Excusatos, seu offertos, qui in præfatis Monasteriis legitime jam subjecti sunt, vel qui devote offerre se cum suis rebus voluerint*.

**EXCUSATI**, *Liberi, Quieti*, nos *Quittes* dicimus. Charta Henrici Magnopolensis Domini ann. 1323. apud Pontanum lib. 7. Rer. Danicar. pag. 434: *Ac pro omnibus obligationibus... quitos dimittimus et Excusatos*. Alia Waldemari Danicæ Regis apud eundem: *Et tunc pro tali equo dato suo... liber est et Excusatus*.

**EXCUSATI**. Andreas Dandulus in Chron. MS. in Urso Duce Venet. ann. 879: *Hic in Heraclia civitate de qua progenitores sui originem duxerant, palatium construxit, et licentiam tribuit in Rivualto paludes cultandi, et domus ædificandi contra orientem et insulam, quæ Dorsum durum vocatur, eo consulente composita est: quæ gentibus aliquibus ad servitia Ducis deputatis, qui Excusati Ducatus dicti sunt, concessa est: et usque in hodiernum diem omnes in eodem degentes territorio, [melius quam sextario, quod legitur apud Murator. tom. 11. col. 183.] piscatores et aucupatores, de his quæ capiunt tenentur tributum annum persolvere Duci*. Ex eo excerptis, quæ habet Petrus Marcellus in Urso Particiaco Duce XIII. Sansovini in Venetia lib. 6. sequentia ex veteri Instrumento profert: *Excusati de Muriano, et eorum nomina, et sunt 44. Excusati de Mazorbo, et isti sunt de majoribus, et sunt 24. etc. hæc sunt nomina Excusatorum qui serviunt in palatio, et sunt 124. nomina Excusatorum nostri Palatii, et sunt 198. Sansovinus hoc loco Excusatos dictos censet quasi Scutatos, quos Scutiferos vocavit ætas posterior. Sed vix est ut id probem: quin potius hac videntur appellatione donati propter indulgentiam munus civium et personarum, quæ gaudebant ex quadam officii et functionis prærogativa, uti sunt hi de quibus est titulus *De Excusationibus artificum*, Cod. Theod. lib. 13.*

Vide quæ de his observamus in Notis ad Alexiadem Anream.

**EXCUSATI**, in Chartis Hispanicis, videntur perinde appellati qui ab oneribus publicis excusantur, et soli *Glebæ* serviunt. Charta æræ 1049. apud Anton. de Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 5. pag. 465. v.: *In villa Castro 2. Casatos: in Cupiellos 4. Escusatos: in Raneto 2. Casatos, etc.* Charta Sanctii Regis pro fundatione Monasterii Deiparæ de Naxara æræ 1090: *Sanctum Pelagium de Cerasso cum sua hereditate: alium sanctum Pelagium in ejusdem Cerassi suburbio, cum suo Excusato.* Charta Ferdinandi I. Regis Castellæ æræ 1100. apud eundem Yezep tom. 1. pag. 38. Appendic.: *Hæc supradicta omnia decima damus cum suis Excusatos.* Alia Alfonsi VII. Regis æræ 1175. tom. 7: *Et prædictum Monasterium habeat duodecim Excusatos in Zamora, et in termino suo, quos ipsi Monachi elegerint, et sint Excusati de martiniega, et de fossado, et de fossadera, et de omnibus servitiis et exactionibus regalibus, excepta moneta factoria: et ipsi Excusati persolvant omnia tributa ipsi Monasterio, et quartam pro aliis operibus, etc.* [Charta Aldefonsi Castellæ Regis æræ 1230. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. Hist. MSS. pag. 288: *Do et concedo Deo et S. Joan. Baptistæ Monasterio de Burgis... X. Excusatos in barrio sancti Johannis vicinos directos qui domus S. Johannis et Priori et Monachis serviunt quoscumque Prior sancti Johannis elegerit excusandos: et sint illi X. Excusati ab omni pecto, posta, fossado, fossadera, pedido, facendera, et ab omni prorsus regio et alio tributo et gravamine in perpetuum, et ab omni regia exactione semper liberi et immunes existant.* Regula Toribii Archiep. Limæ inter Concilia Hispan. tom. 4. pag. 676. col. 1: *Oeconomus Ecclesiæ et ejus Fabricæ, habet munus exigendi omnes redditus qui ad eam pertinent, tam de novenis et mediis, quam de Exceptis vulgo Excusados, superfluis et redemptionibus domorum, censibus, sepulchris, elemosynis et aliis rebus.*]

**EXCUSATICUM**. In Capitulari Sicardi Principis Beneventani edito a Camillo Peregrino, cap. 29. ita concipitur, *Ut non tollatur a tertiatoribus Excusaticum et porcos.* Textus vero capituli deest in MS. ubi quid sit *Excusaticum*, non est proclivis divinatio. Sunt quibus est glans quercæ, qua pascuntur porci, ita ut *Excusaticum* legendum sit, quod excutiantur glandes a quercibus ad victum porcorum. Sed hæc non omnino arridet conjectura. Alii legendum volunt *Exclusaticum*, de qua voce alibi. Sed quid habet commune exclusaticum cum porcis? Alii denique volunt *Excusaticum* esse ipsam pensationem quæ exsolvebatur pro excusatione seu immunitate a muneribus publicis, quæ ἐξουσιαστικὰ appellatur in Diplomate Imperatoris Joannis Palæologi pro Narbonensibus, a nobis descripto in Familiis Augustis Byzantinis.

\* Feliciori, ut videtur, conjectura proponit Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 8. restituendum *Escaticum*, quo significatur præstatio, quæ pro esca seu gladatione porcorum exsolvi solitum erat, ut dictum est in *Esca* 2. Vide supra *Escarium*.

\* **EXCUSATIO**, **EXCUSATUM**, Immunitas ab aliquo onere, Gall. *Exemption*. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 427. col. 2: *Item universitas tenetur Excusato tarenis sex.* Et pag. 429. col. 1: *Homines de Vallero-*

*tunda tenentur cameræ pro Excusatione bajuli et castaldi anno quotlibet in tarenis xvij. et ipsi homines non tenentur dare castaldum, neque bajulum rectori.*

**EXCUSATOR**, in Lege Alemannor. tit. 6. § 2. et 5. Reus qui se a crimine excusat, aut certe qui rem quampiam sibi petitam debere negat.

**EXCUSATORIA**, Epistola, qua quis se excusat. Vide Diurnum Romanum cap. 3. tit. 14.

\* Vel etiam qua alicujus excusatio approbatur. *Excusatio* quoque interdum appellata, ut videre est apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 599.

\* **EXCUSATUM**. Vide supra *Excusatio*.  
† **EXCUSATUS**, Excusatio. Acta S. Casiani apud Illust. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 358:

Compellunt illi, defenditur ipse viritum,  
Hi precibus pugnant, ille Excusatibus obstat.

† **EXCUSATUS**, adjective. Vide *Excusati*.  
† **EXCUSARE**, Frequenter excutere, apud Tertullianum de Virg. veland. cap. 7.

\* *Escouir* et *Escourre* nostris, eadem notione. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 287: *Icellui Vincent Escouit ledit espie en disant j'en ferai ainsi. En escouant lequet espie, le fer sailli hors du manche ou de la hante, et vola dedens la gorge dudit Jehan.* Aliæ ann. 1450. in Reg. 176. ch. 774: *Le suppliant commença à hocher ou Escourre les potres.* Mirac. MSS. B. M. V. lib. 3.:

Quant on fait son mantel Escourre,  
Ne s'en va pas toute la pourre.

\* Unde *Esquoux*, pro *Excussus*, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 158. ch. 176: *Et ainsi que icellui suppliant aperceut que tout le glan dudit chesne estoit abatu, choisit et Esquoux.* Vide supra *Escotere*.

† **EXCUSATUS**, **EXCUSSUS**, apud Paulum leg. 46. § 6. D. de administ. tut. (26, 7.)

**EXCUSSIO**, Frumenti nempe. Concilium Vernense ann. 755: *De operatamen rurali, arato, aut vineæ sectione, Excussione, vel sepe, (die Dominico) censuimus abstinendum.* Totidem habentur in Capitulis Caroli M. lib. 7. cap. 200. [\*\* 276.]

**EXCUSSIO**, Alia forte notione, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 40: *Pundreche (infractura parci) fit pluribus modis, emissione, evocatione, receptione, Excussione.* Intelligitur forte crimen ejus qui venationem alterius de manibus excutit.

\* **EXCUSSIO**. [Excussione, actus escutiendi, seu spoliandi aliquem bonis suis. *Gloss. Philox. Excussio.*]

**EXCUSSO**, a Gallico *Excusson*, Scutum, insigne. Comput. ann. 1498. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 71. col. 1: *Item pro armis sive Excussonibus habuit frater Franciscus Berarderii summam trium librarum.* Vide supra *Escudetis*.

† 1. **EXCUSSOR**, Spicarum in area tritor, Gall. *Batteur en grange.* Charta anni 1253: *Omnia quæ pertinent ad grangiam.... Excussores ligare tenebuntur.* Occurrit in altera Charta anni 1220. ex Tabulario B. M. de Charitate.

**EXCUSSORES** **SEGETUM** in granicis ponere, inter jura dominica recensetur. Charta Philippi Reg. Fr. ex Tabul. S. Victoris Paris.: *Custodes decimæ ponere debet Ecclesia S. Victoris et Theobaldus de Ultevoisin: Excussores etiam quotquot necessarii fuerint ex consensu partium apponentur. Et tam custodes quam Excussores, et tractores, qui in campis decimas colligunt, fidelitatem facient Ecclesiæ*

*S. Victoris. Excussores nihil habent facere de foragis, nisi quæ extra clausuram projiciat.* Vide in *Mestivariis*.

**EXCUSSORIUM**, Area ubi frumentum excutitur. *Gloss. Sax. Ælfrici: Excussorium: flor on huse Belgis Vloer.*

2. **EXCUSSOR**, *Parricida, homicida, sicarius, satelles, latro, etc.* in *Gloss. MS. Eccl. Paris.*

\* **EXCUSSURA**, Excussio, qua grana e spicis in terram cadunt. Excerpta ex Lib. Mirac. S. Genov. Cod. reg. 4182. apud D. Le Beuf tom. 8. Dissert. pag. 42: *Si vero expectarent donec aer humidus serenaretur, Excussuram iterum messis maturissimæ formidabant.* *Excoussure de loups*, Luporum præda appellatur, in Reg. forest. comit. Alencon. ex Cam. Comput. Paris. fol. 101. r.: *Item l'Excoussure de loups, c'est assavoir quant une beste est estranglée de loups; et il les treuvent, dient qu'il la peuvent prendre.* Vide *Recussa*.

**EXCUTERE**. Eripere de manibus alterius, *Enlever, Tirer des mains de quelqu'un.* Lex Salica tit. 10. § 9: *Si qua pecora propter damnum messis alienæ inclausa fuerint, aut minentur, qui ea Excutere vel expellere præsumperit, etc.* Lex Wisigoth. lib. 7. tit. 2. § 20: *Si quis furem captum aut reum alicui Excusserit.* Lib. 8. tit. 3. § 14: *Si quis expellenti de frugibus pecora Excusserit.* Utitur hac notione Paulus lib. 1. Sentent. tit. 30. [Persius Satyra 6. vers. 100:

Calidumque trientem  
Excutit e manibus.

Literæ ann. 1231. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 117: *Quod si forte caperetur (burgensis) burgenses possent captum Excutere a quocumque capiente sine se mefacere.* In Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 51: *Excutere namium, est si quis viam tollat, et avertat retro namium ipsum.* Adde cap. 40: *Oculum, auriculam, nasum, manum, pedem Excutere,* in Lege Ripuar. tit. 26. *Digitum de pede Excutere,* in Edicto Rotharis Regis Longobard. tit. 44. § 25. 26. etc. [\*\* 114. sqq.] [*Excutere oculos*, Plautus dixit pro *Eruere.*]

\* Nostris alias *Estordre, Estortre*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 212: *Icellui Geoffroy pour soy eschapper s'Estordi escout de lui, et en soy Estordant et eschappant, etc.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 136. ch. 200: *Icellui exposant.... en soy Estordant desdiz sergens, etc.* Aliæ ann. 1387. in Reg. 132. ch. 187: *Estienne le Jay arresta le suppliant.... et tantost d'iceulx se Estorti, et se tray devers son pere.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 152. ch. 74: *Pour ce qu'ilz ne le vouloient latssier aler, veant et sentant les grans villenies et injures que on lui faisoit, se Estorty tant qu'il s'eschappa de leurs mains.* *Esturdre* et *Esturdre*, eodem significatu. Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 126. ch. 278: *Quant l'exposant se senti ainsi batu et villenné, il s'Esturdi d'euilx et leur eschappa.* *Icellui Hastenc s'Esteurdi pour avoir son baston,* in aliis ann. 1398. ex Reg. 154. ch. 16. Guill. Guiart:

Pour s'ame à l'ennemi Estordre.

\* **EXCUTIA VENTRICULI**, Instrumentum ad everrendum stomachum, apud Heister. Institut. chirurg. cap. 100. ex animadv. D. Falconet.

† **EXCUTUM**, pro *Scutum*, infra in *Victarii servi*.

† **EXDIGERE**, ut supra *Excondicere*, Excusare, etc. *Vetus Formula* apud Mu-

ratorium tom. 1. part. 2. pag. 81: Si vero appellaverit, *Exdicat se*. Altera Formula apud eumd. tom. 2. part. 2. pag. 91. col. 1: De torto approbet appellator, si potuerit: *sin Exdicat se appellator, aut emendet*. Et pag. 132. col. 1: *Petre, te appellat Imperator, aut ejus Advocatus, quod tu habuisti epistolam ipsius domni Imperatoris in despectione. Non feci. Ergo Eadic te solus*. Et infra: *Petre, appellat te Martinus, quod tu malo ordine tulisti sibi solidos VI. toloneum illic, ubi non fuit rectum... Da sibi vadimonium, si recordatus fueris, ut ei illud teloneum secundum suam legem emendes; sin autem, ut ta Exdicas secundum tuam legem*.

**EXDIGNUS**, Non dignus, in Glossis Arabico-Lat.

**EXDOMARIL**, Sine domibus et foris versantes. Decreta Colomani Regis Hung. lib. 1: *De civilibus Exdomariis 8. denarios precipimus colligi*.

**EXDORSUARE**, Gloss. MS. Eccl. Paris.: *Exdorsuandum, Judicandum*. [Idem habent Glossæ. Isid. ad quas recte monet Grævius pro *Judicandum* legendum esse, ut apud Nonium, *Nudandum dorso*. Hac notione Plautus dixit, *Murenam Exdorsua*; et Apuleius, *Disquamari et Exdorsuari pisces solere*.]

\* **EXDOSSARE**, Italisch *Sdossare*, E dorso deponere, levare. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624: *Si vero dosas prædictorum fresagiorum vel leguminum Exdossaverit vel ceperit, etc.*

\* **EXDUTÆ**, [Exuvia. Fest.]

**EXECARE**, pro *Exsiccare*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Execare, Essorbir*.

\* **EXECUTORIUM**, Canalis, per quem aqua decurrit, pro *Exaquatorium*. Vide supra in hac voce. Pariag. inter reg. et monast. Grandis-silvæ ann. 1290. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 25: *Item molendina cum suis pæriis et Executoriis et aliis pertinentiis suis et marguillis... sint perpetuo per medium inter dictum dominum regem et dictum monasterium. Cum suis pæriis et Executoribus, ex eadem Charta pariagii in Reg. 77. ch. 431.*

\* **EXECATUS**, *Excitus*, ἐκτεταμένος, pro *Exsecutus*. MSS. *castratus*, ex *Castigat*. in utrumque Glossar.

**EXECRABILITAS**, utitur Apuleius lib. de Philosophia.

**EXECRARI** dicitur mensa altaris, si superior tabula in qua principaliter fit consecratio, mota, vel in sui forma mutata, vel enormiter, puta ultra medietatem, fracta sit: tunc enim iterum consecrari debet. Vide Durandum lib. 1. Ration. cap. 6. n. 32.

\* **EXECREARE**, *Esboucler*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. pro *Exenterare*, ut opinor. Vide in hac voce.

\* **EXECUTA**, Idem quod *Precaria*, prædii ecclesiastici concessio ad vitam sub annuo censu. Charta Alberti archiep. Magdeburg. ann. 1383. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 473: *Item nos et nostri successores nullam Executam seu precariam extraordinariam faciemus in bonis ecclesiasticis temporalibus et mundanis*. [\* Idem quod *Precaria* 2. Qwesta, roga, tributum quod exigitur, Germ. *Bede*.]

† **EXECUTARE**, Exsequi, perficere, Gall. *Executer*. Conventus Episcoporum apud Caspem in Aragonia, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 646: *Ita quod illud, quod nos nomen... publicaremus, vel alias pro Exsequitione capitulorum inter dicta parlamenta concordatorum faceremus, aut Executarem quovis modo, haberetur pro facto constanti, valido at-*

*que firmo*. Constitutiones Ludovici de Canossa Episc. Bajoc. ann. 1518: *Et mandata nostra absque mora exequantur et exequi procurent, atque Officiariis nostris reportent Executata et relatata, sub pena pecuniaria et emenda arbitraria*. Testamentum Audæ de Lasserano Dominæ de Bonluco ann. 1351: *Item dicta Domina testatrix, et suum supradictum testamentum Executari valde possit, ordinavit, etc.* Litteræ Executatae, in Decreto Curie Paris. ann. 1446. ex Chartulario Aduensi. *Executare promissum*, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 100.

\* Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 568: *Qui servientes habeant et habebunt de cetero plenariam potestatem Executandi, levandi, arrestandi, pignorandi et capiendi omnia bona, etc.*

† **EXECUTARE BONA DEBITORIS**, Eum sublatis pignoribus ad solvendum æs alienum adigere. Consuetud. Tolosæ art. 3: *Quamvis etiam fuerit allegatum primo principale debitorum fore conveniendum, et bona sua Executare, etc.*

\* **EXECUTARE**, Extremo supplicio afficere, Gall. *Exécuter*. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1423. fol. 164. v.: *Fuit appunctatum et deliberatum quod domum factum per regem... super hæreditagiis defuncti magistri Johannis de Rouvres... propter ejus demerita Executari, expeditur... et ita de cetero pro aliis quibus similiter donum fiet per regem super bonis et hereditagiis illorum, qui propter eorum demerita per justitiam Executabuntur*.

\* **EXECUTERE**, Eadem notione, in Arest. parlam. Paris. ann. 1348. ex Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 62. v. col. 1: *Qui per nos seu alios condemnati et Executi ad mortem fuerunt, etc.* Hinc

\* 1. **EXECUTIO**, Pœna capitis, animadversio, Gall. *Exécution*, in eod. Arest. ibid. col. 2: *Alia bona... ipsis acquisita per condemnationem et Executionem dicti Hugonis... Quodque dictus Hugo (de Crusiaco) per nos condemnatus ad mortem, et justiciarius fuerat propter plures errores, corruptiones, favores et infidelitates, quos contra nos et rempublicam commiserat, eo tempore quo ipse fuerat præsidens in parlamento nostro Parisius*.

\* 2. **EXECUTIO**, Pignorum ablatio. Libert. Dalph. ann. 1349. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 48. art. 33: *De quibus (commissis) non esset ad debitam Executionem devenitum, etc.*

\* 3. **EXECUTIO**, Exsecutoris testamentarii potestas. Necrol. Ms. eccl. Paris. ad Non. Oct.: *Quæ quidem volumina fuerunt posita et in cathenata in libraria ecclesiæ in una bancha nova, sumptibus Executionis dicti defuncti. Exécuterresse, pro Exécutrice, cui exsequenda committitur suprema voluntas, in Ch. ann. 1320. ex Tabul. episc. Paris.: *Aeole Marie par la grace de Dieu roynne de France dessus dicte, principale Exécuterresse du testament, ordonnance ou derreniere volenté de nostredit chier seigneur et pere*.*

\* 4. **EXECUTIO CAMPI**, Duelli seu monomachia exsecutio. Charta Ludov. VII. reg. Franc. ann. 1152. in Chartul. Maurign. ch. 83: *Et cum abbas Landricus Executionem campi et bellum vellet adducere Maurigniacum, etc.* Vide supra *Campus* 3.

\* **EXECUTOR NEGOTII CRUCIS**, Ad provocandas expeditiones sacras deputatus, qui cruce et privilegia cruci adscripta distribuebat. Charta ann. 1264. ex Bibl. reg.: *G. miseratione divina Tyrensis archiepiscopus Executor negotii*

*Crucis in regno Franciæ, nec non in Cameracensi, Leodiensi, Tullensi, Metensi et Viridunensi civitatibus et dyocesisibus a sede apostolica deputatus, etc.* Vide in *Cruz*, pag. 680. col. 2.

**EXECUTORES**, in libris Jurisconsultorum, dicuntur qui iudicum mandata, et decreta exequuntur. *Executor Comitum, judicis, civitatis*, in Lege Wisigoth. lib. 12. tit. 2. Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 225. [\* 378.]: *Si quis hanc constitutionem violaverit, in magistratu positus 10. librarum auri pena multabitur. Si Executor est, in Decanicis Ecclesiarum recludatur pœnas luiturus, et officium perdat*.

† **EXECUTORES CHALENTI**, Eadem, ut opinor, notione: *Chalentum* enim hic idem puto quod *Calengum* vel *Calengam*, seu litem vel actionem qua quis rem suam repetit apud Judices. Litteræ Philippi Franc. Regis ann. 1307. apud le Brasseur Hist. Ebroic. Probat. pag. 29: *Restat quod frater noster prædictus et ejus successores tenebuntur solvere singulis annis Executoribus Chalenti et aliis feodis et elemosynis in castellaniam de Meullento 427. libras et 3. solidos et 8. denarios Turon. et nos et successores nostri Reges Franciæ reddemus et solvemus residuum de quo est onerata castellaniam de Meullento*. Quæ sic exprimuntur in alia ejusdem Regis Charta Gallica ann. 1298. ibid. pag. 25: *De ce rendra nostre tres chier frere Loys Comte d'Evreux aux Exécuteurs Chols et aultres fiefs, etc.* Feudatariis annumerantur *Executores Chalenti*, quod, si recte coniecto, suum tenerent officium fideiutario jure, ut *Servientes* seu *Apparitores* non raro tenebant. Vide in *Serviens*.

**EXECUTORES**, *Exactores*. Isidor. lib. 10: *Exequutor, ab exequendo, idem et Exactor*. Petrus Chrysol. Serm. 25: *Idem ipse est et Executor et debitor. Impietas Executorum*, apud Sidon. lib. 4. Epist. 24. quæ eadem Epist. dicitur *Exactorum circum latrantium barbara instantia*.

**EXECUTORES** denique appellati iudices vel alii a Principe delegati, qui Episcoporum in Conciliis, contra sæculares, statuta executioni mandari cœarent, ab ipsis Episcopis ad id fere semper postulati. Concilium Milevitanum II. cap. 16: *Placuit præterea ut Exequutoribus in omnibus justis desideriis impertiat*. Cap. 25: *Si in matricibus Cathedralis Episcopus negligens fuerit adversus hæreticos, conveniatur a vicinis Episcopis... quod si ex die quo convenitur, intra sex menses, si in ejus provincia Executio fuerit, et non eos ad unitatem Catholicam convertendos curaverit, non ei communitur*. In Cod. Canon. Eccl. Afric. *Executores ἐπισκοπικὰς dicuntur can. 96. Ἐκθίβαται. Ἦσαν πρὸς τοὺς ὡστε Ἐκθίβατας ἐν πάσῃ τῆς ἐκκλησίας χρειώδει πέντε ἐπιλεγῆναι αἰτηθῆναι, οἱ τινες ἐν ταῖς διαφόροις ἐπιμερισθῆναι ἐπαρχίας*. Concilium Toletan. IV. can. 3: *Omnes autem qui causas adversus Episcopos aut iudices aut potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem Concilium concurrant, et quæcunque examine synodali a quibuslibet prave usurpata inveniuntur, Regii Executoris instantia, justissime his, quibus jura sunt, reformentur; ita ut pro compellendis iudicibus vel sæcularibus viris ad Synodum Metropolitanam studio idem Executor a Principe postuletur*.

† Romanorum quoque Pontificum *Executores* fuere, qui tamquam *Executori apostolicæ sedis sententiam* destinabantur, ut loquitur S. Augustinus in sua ad Cælestinum PP. Epistola. Ho-

rum munus erat, ut recte exponit D. *Constant* tom. 1. Epist. Rom. Pontif. col. 1062. eos quorum intererat convenire, ac de dicta sententia admonere et certiores facere, ut si intra certos dies iudicata re stare nollent, velut rebelles haberentur ac segregarentur. Hinc et actus ille quo conveniebantur *Conventionis* perinde et *Executionis* nominibus donabatur: quod demonstrat idem D. *Constant* locis adductis, quos videre potes loco citato. Nobis satis sit observare Afris parum placuisse huiusmodi Executores, ut patet ex eorum Epistola ad eumd. Cœlestinum PP. num. 5: *Executores etiam clericos vestros quibusque potentibus nolite mittere, nolite concedere; ne fumosum typhum sæculi in Ecclesiam Christi, quæ lucem simplicitatis et humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.* Innuit Augustinus in Epistola jam laudata n. 4. clericos illos Executores potestatum et militarium manuum præsidium, quo apostolicæ sedis sententiam exsequerentur, interdum adhibuisse. Sed hic Afri fastum in eis, non violentiam arguunt, inquit *Constantius noster hic omnino consulendus.*

† EXECUTOR OFFICII, in antiquo Ecclesiæ Sarisburiensis Breviario edito Londini ann. 1555. passim dicitur idem qui alibi *hebdomadarius Sacerdos*, is scilicet qui per hebdomadam integram in Choro fungitur munere Sacerdotis.

\* Ordinar. Ms. S. Petri Aureæ-val.: *Missæ finita, Executor officii incipiat Deus in adiutorium, et dicuntur Vesperæ de B. M. Infra: Executor officii, sive ebdomadarius, etc. Esequiteur, pro Executeur, in Charta ann. 1274. ex Chartular. Vallis N. D.*

† EXECUTOR TESTAMENTI, Ilius curator, quem spectat testatoris placita perficere, Gall. *Executeur Testamentaire*. Imperantibus in Francia stirpis Merovingicæ Regibus, raro Curatores testamentorum instituebantur; quod testatores hisce temporibus gravissimas imponerent hæredibus pœnas et multas, si suas ultimas voluntates rescindere præsumerent. Accedebat excommunicatio a Conciliis Gallicanis decreta in omnes et singulos, qui quovis colore bona Ecclesiis legata retinerent. Verum octavo sæculo hic usus cœpit abrogari, tumque hæredes mortuorum bona omnia, nulla testamentorum habita ratione, invaserunt sæpissime. Hinc Executorum oborta necessitas. Quanta fuerit eorum potestas, non docet Donatio Raymundi de Medullione facta Raymundo filio, cum emancipatus fuit anno 1281. Vult pater, *Ut castra Barreti, Villæ-franchæ et Sadaroni possint (Executores Testamentarii) sua propria auctoritate absque alicujus Judicis licentia capere et possidere, fructus et obventiones percipere, quousque plenarie prædictæ eleemosynæ, remunerationes, sive dona fuerint soluta.* Infra: *Et quod dictus Raymundus non patietur aliquid impedimentum fieri contra voluntatem prædicti patris, quæ quidem si per dictum Raymundum non fuerint observata, feudum superius sibi datum committatur, ex eo quod prædicta non observaret.* Denique additur: *Et pro exequenda ultima voluntate præd. Dom. Patris nostri quondam, venditionis titulo tradimus vobis castrum et villam de Molanis sub hac forma, videlicet, quod dict. castrum teneatis in feudum francum ab executione prædicta, quousque dicta executio finita fuerit.* Hæc ex Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 106. Vide

ibi Venditionem prædicti castri de Molanis, *Executorio nomine et ex potestate Executoribus data et commissæ in prædicto Testamento facta propter magnam et evidentem utilitatem et necessitatem executionis prædictæ, et pro exequenda ultima testatoris voluntate.*

† EXECUTRIX TESTAMENTI, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 427.

\*\* EXECUTOR DONATIONIS. Vide *Salamannus*.

† EXECUTORIÆ LITTERÆ, Specialia Pontificum maximorum mandata seu rescripta, quæ pro beneficiorum provisionibus concedebantur, forte sic appellatæ, quod ad certos Executores eas dirigerent summi Pontifices. Ab initio hæc mandata non imponebant necessitatem, erantque quasi precariæ seu monitoriæ Litteræ in gratiam eorum pro quibus scribebantur. Deinde præceptoræ, quibus sub pœna collationem præcipiebant, si Ordinarii non obtemperarent; ac demum Excutoriæ, quibus certis mandabatur personis, ut Ordinarios reluctantis compellerent ad conferendum. Tandem summis Pontificibus ultra progredientibus, monitoriæ et præceptoræ Litteræ antiquatæ sunt, solusque Excutoriarum usus remansit, quibus Executores dari cœperunt, ne dum ad compellendum, sed et ad conferendum, et revocandum Ordinarii recusantis collationem. Ita Bleynianus Instit. lib. 1. pag. 96.

\* EXECUTORIALIS LITERA, Quæ iudicium exsequendum alicui committit. Pactum inter Joan. ducem Brit. et legatos papæ ann. 1441. ex Bibl. reg.: *Cum litteris Excutorialibus etiam brachii secularis invocatorialibus, etc.*

† 1. EXEDA, *Basterna*, Papias et Gloss. Sangerman. n. 501. Lege et vide *Esseda* in *Essedum*.

† EXEDERE, pro *Excedere*, Gall. *Exceder*, Modum exire. *Delinquant seu Exedant*, in Capitulis General. MSS. S. Victoris Massil.

† 1. EXEDITIO, Vita S. Althelmi n. 13. Maii tom. 6. pag. 86: *Et cujuscumque Exeditionis sive belli turbatio inter confines ferret, loca supradicti Patris sanctitate et scientia reverenda, libera ab omni statuerunt fore servitio.* Continuator Bollandi in Glossario ad calcem reddit *Exactio*, sed puto mendum esse et pro *Exeditio* legendum *Expeditio*, Gall. *Expeditio*, Exercitus, apparatus belli et bellum ipsum.

\* Satis arrideret Seditio; nisi fortassis idem sit quod sequens

\* 2. EXEDITIO, Exitus, egressus, Gall. *Sortie*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 5: *Et viso quod dicti castellani vident se coactos quod aquam non habent bibendi pro se et animalibus suis intus castellum, nec habere possunt extra castellum Exeditionem.*

EXEDRA, Gr. Ἐξέδρα, Gloss. Gr. Lat.: Ἐξέδρα, Triclinus. Joan. de Janua, et auctor Mamotrecti ad 4. Regum cap. 23: *Exedra, i. cathedra, thronus, sedes, sella, suggestus. Vel Exedra est camera secreta, vel locus thesauri, vel locus subcelliorum, i. absida, vel camera, vel locus quidam separatus a palatio. Vel Exedra est genus fenestræ, quæ exterius dilatatur, et interius coarctatur. Item invenitur Exedra pro gazophylacio, et etiam pro thalamo. Ita fere etiam Gloss. MS. Eccles. Parisiens. ex Walafrido Strabone lib. de Reb. Eccles. cap. 6. ubi ait *Exedram, esse absidam quandam separatam modicum a templo vel palatio, et dictam quod extra hæreat.* [\* Gloss. Mss. Biblicæ*

ex Bibl. reg.: *Exedra dicuntur Domunculæ juxta templum, in quibus habitabant ministri, et reponebantur vasa; et dicebantur Exedra quia extra adem. Item Exedra dicuntur sedes assessorum ab assidendo, quasi assidra.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Exedra, Gallicæ Trelleiz.* Sunt igitur *Exedra* conclavia a reliquis ædificiis separata, quæ interdum porticibus adjungebantur, uti colligitur ex vet. Inscript. 65. 3. 172. 3. Regula S. Antonii ad Monachos cap. 18: *Ne loquaris in Ecclesia, nec resideas in Exedris Monasterii.* [Vita S. Sulpicii Pii n. 19: *Hic locus non longe a Basilicæ ponitur domo, ubi Dei Sanctus in cujusdam Exedra loco refectionis gratia cum fratribus recumbebat.*] Monachus Altisiodorensis in Chr. ann. 905: *Exedras quoque B. Lupi et S. Columbæ bracteis aureis atque argenteis fabrilis artificis sculptis ambiit.* Concilium Nannetense can. 6: *Prohibendum etiam... ut in Ecclesia nulatenus sepeantur, sed in atrio, aut in porticu, aut in Exedra Ecclesiarum.*

Interdum *Exedra* dicuntur throni Episcoporum in Bematibus, seu ipsa Bemata, vel sacra templorum adyta. Glossæ MSS.: *Exedra, vel Clithedrum, sedes Episcopalis.* Papias: *Exterior sedes, ubi Papa sedet, quando populus concitatur.* [Vel ut habet MS. Bitur. quando communicat populus.] S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8: *In gradibus Exedra, in qua de superiore loquebar loco, etc.* Idem in Gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo: *Cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsariensis una cum... Episcopis in Exedram processisset, scilicet Ecclesiæ majoris Cæsariæ, etc.* Vide Henric. Valesium ad Euseb. lib. 3. de Vita Constantini cap. 50.

\* EXEDRIOLA, in Vita 2. S. Columbæ tom. 2. Jun. pag. 293. col. 1: *Virgnow... in quadam exedra, quæ oratorii adharebat parieti, devotus orabat... Sed et illius Exedriolæ separatum conclave, ubi se Virgnow, in quantum potuit, latitare conabatur, etc.*

\* EXEGNIUM, pro *Exenium*, munus, donum, oblatio. Charta ann. 1196. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiaræ pag. 515. col. 2: *Promissimus... annuatim facere Exegnium unum in nativitate Domini.*

† EXEMARE. Vide *Exeniare* post *Exenium*.

† EXEMINA, Mensura vinaria. Vide *Eximina* et *Hemina*.

\* EXEMMIUM, [Stirps, progenies, genus. DIEF.]

† EXEMPLA, fem. gen. pro *Exemplum*, pluries apud Mabil. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 705. Alibi non semel mendose scribitur pro *Ex epistola*, ut multis probat Stephanus Baluzius tom. 2. Capitul. col. 1241. et seq.

EXEMPLABILE, Quod alicujus comparatione exempli simile est. Papias.

\*\* EXEMPLANS, ut *Exemplar*. Vide locum in *Exemplator*.

EXEMPLAR. In quo differunt *Exemplar* et *Exemplum* docet Rollandinus in Summa de Notaria: *Exemplar dicitur originalis scriptura. Genus videlicet ex quo generatur vel ducitur Exemplum, quod quidem appellatur Originale, Autenticum. Exemplum vero quod etiam vocatur Intextum, vel Sumpsum, est scriptura exemplata, generata, vel sumpsa ex priori sive originali scriptura, unde versus:*

Exemplar genus est, Exemplum quod trahis inde.



Et:

Exemplar generans, Exemplum quod generatur.

Vide Salmasium de modo usurar. cap. 1. Et Goclenium in Lexico Philosoph. pag. 307.

1. **EXEMPLARE**, Describere, exemplar exprimere, effingere, Gall. *Copier*. Papias: *Exemplare*, *Assimilare*. Gloss. Græc.: *Exemplum*, ἀντιγράφον, ἀντίτυπον. *Exemplo*, ἀντιγράφω. Gregorius Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 64: *Ille vero . . . nocturno tempore, famulante lumine, fideliter Exemplavit*. Rathertus de Casibus S. Galli cap. 5: *Cum nequaquam invenisset (Chartam) quia omnino non erat, delatum est ei quod Amalgarius eam Exemplari tradere voluisset*. Ekeardus Junior cap. 8: *Epistolae Canonicas Græcas . . . multis sudoribus ille Exemplaverat*. Alanus de Insulis lib. 4. Anticlaudianian:

In studiis Exemplat eam, factumque sororis  
Respiciens, ejus factio sua facta sigillat.

Et lib. 6:

..... Mortisque figuram  
Exemplans moritur vivens.

Idem in Planctu naturæ: *Dentes quadam sui coloris consonantia eboris faciem Exemplabant*. Utitur in eodem libello non semel, et in Anticlaudianiano lib. 1. cap. 7. lib. 3. cap. 1. 2. 5. lib. 7. cap. 3. ut et Sidon. lib. 4. Epist. 16. Ruricus lib. 1. Epist. 8. Gregorius Tur. de Vitis Patrum cap. 6. Marculfus lib. 1. Form. in Præfat. Rusticus Episc. Burdegal. in Epist. ad Eucherium edita a Sirmondo ad Sidonium lib. 2. Epist. 11. S. Bonifac. Moguntin. Episc. Epist. ad Zachariam PP. apud Serrar. de Reb. Mogunt. lib. 8. cap. 15. Walafrius Strabo in Præfat. ad Visionem Wettini Monachi, etc. Adde Baronium ad ann. 745. n. 33. Columbum in Episc. Vivariensis. lib. 3. n. 2. etc.

2. **EXEMPLARE**, Explanare. Glossæ Biblicæ MSS.: *Exemplavi*, *Explanavi*, *Exemplis dilucidavi*. [Vide *Exemplificare* 8.]

3. **EXEMPLARE**, apud S. Augustinum Epist. 59. sumitur pro traducere et ludibrio palam exponere.

4. **EXEMPLARE**, Interlucare silvas. Vide *Exemplum* 2.

5. **EXEMPLARE**, Exemplo probare. Vita S. Glaræ tom. 2. Aug. pag. 761. col. 1: *Docet novitias Christum plangere crucifixum, et simul, quod verbis docet, factis Exemplat*. S' *Exemplar*, Exemplum ex aliquo sumere, vulgo *Prendre exemple*, apud Froissart. in vol. 3. cap. 33: *Sachez que si vous estes pris de force, vous serez là dedans tous mis à l'espée: parquoy les autres s'y Exempleront*.

6. **EXEMPLARI**, Imitari. Ruodlieb. fr. 6. vers. 36:

Exemplaris Adam, qui culpam vertit in Evam.

**EXEMPLARITAS**, qua quis se præbet in exemplum. Rythmus de B. Marco Minorita:

Splendor Exemplaritatis et sanctitatis integræ.

[Utitur eadem notione Menotus in Sermon. Quadragesim. fol. 144. v°.]

7. **EXEMPLARITAS**, Charta ann. 1525. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Quæ plantula observantiæ regularis illuc per Dei gratiam translata, tantorum patrum Exemplaritate vitæ et verbo doctrinæ, velut imbore spirituali, convalescat*.

8. **EXEMPLARITER**, Ad exemplum, Gall. *Exemplairement*. Hist. Archiep. Roto-

mag. apud Marten. tom. 1. Collect. in 4. part. 2. pag. 243: *Quatenus Exemplariter correcti, et posteris sibi similibus sint terrore, et parvulis spei*.

9. **EXEMPLARIUM**. Vide in *Exemplum* 2.

10. **EXEMPLATIO**, Descriptio, exemplum. Gall. *Copie*. Mabill. lib. 1. de Re Diplom. cap. 2. n. 9. ex Epistola Wicardi Abbat. ad Frotharium Tull. Episc.: *Mittimus dignationi vestræ donationem illarum rerum exemplatam, pariter cum ipsa et domni Imperatoris Exemplationis chartam*. Diploma Sigismundi Imp. ann. 1434. apud Ludewig. tom. 5. pag. 301: *Coram nobis in jus comparent ad videndum et audiendum literas hujusmodi imperiales, ut præmittitur, et faciendum exemplar, vel dicendum causas rationales, quare hujusmodi transumptio et Exemplatio fieri non deberent*. Processus de S. Wernhero, April. tom. 2. pag. 733: *Quia præscriptorum munimentorum, litterarum ac scripturæ production et Exemplationi. præsens interfuit*. Vide *Exemplare* 1.

11. **EXEMPLATIO**, Dumetorum purgatio, extirpatio. Vide in *Exemplum* 2.

12. **EXEMPLATORIUM**, simili notione. Vide ibidem.

13. **EXEMPLATOR**, Librarius, qui exemplar exprimit, describit. Statut. Schol. Vercell. ann. 1228. apud Savin. in Hist. Jur. rom. med. temp. tom. 3. pag. 669: *Item habebit commune Vercellarum duos Exemplatores, quibus taliter providebit quod eos scolares habere possint, qui habeant Exemplantia in utroque jure et in theologia, competentia et correctia, tam in textu, quam in Glossa. Ita quod solutio fiat a scolariis pro exemplis secundum quod convenit, ad taxationem rectorum*.

14. **EXEMPLATURA**, Descriptio, exemplum. De quorum actorum *Exemplatura et scriptura*, etc. in Stat. Placent. lib. 6. fol. 83. r°. Vide *Exemplatio* 1.

15. **EXEMPLATUS**, Descriptus, Gall. *Copié*. Vide *Exemplatio* 1.

16. **EXEMPLATUS**, Eruncatus. Vide in *Exemplum* 2.

17. **EXEMPLIFICARE**, In exemplum proferre. Gesta quarundam soror. ord. Prædicat. ex Cod. reg. 5642. fol. 83. r°: *Soror Eligenta de Subzmaecte retulit priorissæ suæ ex familiaritate, quod nunquam petiit aliquid a Deo quin continuo optineret, et Exemplificavit de copula maritali, a qua petiit a Deo absolvi, ut se transferret ad frugem vitæ*.

18. **EXEMPLIFICARE**, Idem quod *Exemplare*. Ad exemplar describere. Charta Edw. III. Reg. Angliæ. tom. 2. Monast. Anglic. pag. 408: *Nos autem irrotulamentum ordinationis prædictæ . . . tenore præsentium duximus Exemplificandum*. Est etiam

19. **EXEMPLIFICARE**, Exemplum præbere. Inscriptio in Abbatis S. Martini Ambiani:

Hic Christo chlamydem Martinus dimidiavit:  
Ut faciamus idem, nobis Exemplificavit.

20. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 15:

Scandalizare malum dicitur Exemplificare.

21. Vide Will. Malmesbur. in Vita S. Aldelmi cap. 5. Cæsarium Heisterb. lib. 6. cap. 5. et Joannem de Janua in voce *Parum*, [Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 198. 207.]

22. 3. **EXEMPLIFICARE**, Narrare. Papias. Vide *Exemplare* 2.

23. **EXEMPLUM**, Argumentum, figura. Epistolæ Pontificum Romanor. Ep. 67. [et apud Miræum tom. 1. pag. 643. col.

1.]: *Præfulgidos atque neclareos regalibus potentia vestra per Arvinum Ducem suscepimus apices, in quibus referebatur, quod Palatii Ravennatis civitatis musiva atque marmora, cæteraque Exemplata, tam in strato, quamque in parietibus sita, vobis tribueremus*. Anastasius in Leone III. PP. pag. 123: *Fecit autem in Patriarchio Lateranensi triclinium majus . . . et in circuitu laminis marmoreis ornavit, atque marmoribus in Exemplis stravit*. Ibid. pag. 127: *Et in pavimento marmoreis Exemplis stratis*. Ita pavementum *Exemplis stratum*, idem est ac tessellatum, in quo diversæ formæ et figuræ exprimuntur. Hinc vestes variis *Exemplis*, et figuris ornatæ ἐξεμπλωτά dicuntur apud Eustathium ad Od. 2. et ἐξεμπλωτά πευκία apud Nicetam in Codice Babaro-Græco, tapetes *Exemplati* et figurati, pro quo in Græco est ἀλουροί τάπητες. Ita Nicolaus Alemannus in Dissert. de Lateranensib. Pariet. lib. 3. cap. 2. et Salmasius.

24. **EXEMPLUM**, Idem quod *Exartum*, *Essartis*, [Silvæ vel dumeta in terram cultam redacta. Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 28: *Concessi . . . Abbatie S. Vincentii Cenoman. duas partes totius decimæ de feodo de la Bastine de omnibus Exemplis tam in plano quam in nemore factis et faciendis*]. Charta ann. 1126. in Tabulario Vindocinensi: *Joannes filius Goffridi Comitiss Vindocinens. calumniatus est Exemplata Wastinæ, quæ adjacent Villæ Dei, et suisivit*. Regestum Castrum Castri Lidi in Andibus fol. 50: *De nemoribus militum et feodalium de foresta, ipsi habent sua, tali conditione, ut ipsi non poterunt Exemplare, nec vendere, nec dare omne forestagium*. Fol. 47: *Exemplata etiam nemoris S. Joannis, quod de feodo Belimensis constat, quantum juxta feodum Gusz continetur, habet in dominicum*. In eodem Tabular. f. 54: *Nul ne puet vendre bois ne pleysses es viez Essauples de Burçoy, ne es noviaus, sans asentement au Seigneur de cette forest*. Vide Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 63. 64. 87. [et Lobinel. Hist. Britan. tom. 2. col. 211.]

25. **EXAMPLUM**, in Notitia ininitæ pacis inter Gaufridum Comitem Andegav. et Gervasium Episcop. Cenoman. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 159: *Statuit ei dare illico de Exemplis intra foresten Guastinæ, etc.*

26. **EXEMPLARIUM**, **EXAMPLARIUM**, Eadem notione. Charta Ludovici Regis Franc. ann. 878. ex Tabul. Eccles. Barcinon. in Append. ad Capitul. n. 110: *Et villam Campinos cum Exemplariis, ædificiis, casticis et vineis, etc.* Charta Willelmi Comitiss Belimensis apud Egidium Bry in Hist. Comitum Perticensium: *Dedimus etiam Ecclesias de Domfronte, et decimas omnium agriculturarum quæ sunt in Exemplariis forestarum prædicatarum*.

27. **EXEMPLATA TERRA**, Eruncata, virgultis purgata. Charta Philippi Reg. Franc. ann. 1260. apud Sammarth. in Abbat. Fontis Danielis: *Decimam partem totius redditus . . . de terra Exemplata et Exemplenda in eadem foresta*. Charta Philippi Regis Fr. ann. 1206. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1299. Tabularii Regii num. 57: *Et decimam partem totius redditus ejusdem juelli (de Meduana) de terra Exemplata et Exemplenda in eadem foresta de Fossa Loven, etc.* Alia ejusdem Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1310. ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 77: *Plateas, landas, bruerias, et Exemplata seu essarta, etc.*

28. **EXEMPLARE**, Eruncare. Chartular.

B. M. de Bono-nuncio Aurelian. tit. VDA. in Transactione ann. 1205: *Illud nemus Exemplare non poterit.*

\* Nostris alias *Exempir* et *Exemplir*. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 65: *Pour laquelle cause icellui suppliant... print ung sermeau (ou fermeau) à Exempir hayes et buissons.* Alia ann. 1477. in Reg. 203. ch. 61: *En alliant icellui suppliant ainsi Exemplir, essarter et deschaller les terres de son maistre, etc.*

EXEMPLATIO, EXEMPLATORIUM. Charta Gaufridi Comitis Andegavensis in Tabulario Eccles. S. Laudi fol. 81: *Et prope ipsum locum Exemplationem quam permisi facere Joannem Clericum in eadem foresta.* Alia ann. 1067. tom. 11. Spicilegii Acheriani pag. 294: *Dedimus... unam mediaturam terræ cum pratis quæ ad illam pertinent; et Exemplationes bosci de Boeria, quæ erant mæz propriæ.* Charta Goffridi Comitis Andegavorum ann. 1040. apud Sammarthanos in Episcopo Andeg.: *Et terram veterem quam ibidem habere dinoscimur, pariterque cum novalibus et Exemplationibus quæ postmodum ibi facta sunt.* [Perperam Exemplationibus in Annal. Benedict. tom. 4. pag. 782. col. 2.] Alia Goffridi alterius Comitis Andegav. apud eosdem Sammarth.: *Et prope ipsum locum Exemplationem quam permisi facere... in eadem foreste.* Charta Caroli C. apud eosdem in Episcopis Vivariensib. n. 34: *Districtum quoque ex burguitate, ... Melatem quoque usque ad aqueductum, cum Exemplatorio, silvis, et insulis, etc.* Infra: *Usque ad summum montis Conati, et usque ad Exemplatorium.* Vide Columbum in iisdem Episcopis lib. 1. n. 25. lib. 2. n. 49. Quidam his locis Exemplatorium esse putant locum in quem rivus influit. Sed cum silvis adjungatur, quæ aliquando exemplatur, malim existimare sartum significare.

Harum vocum originem vix agnoscunt ipsi, apud quos obtinent, Andegavenses: neque enim pro vero dare velim ab *Eximplere* ortas, ut *essarta*, silvarum partes fuerint *Eximpletæ*; alii melius forte divinabunt.

\* 3. EXEMPLUM, *Arpago*, *χρέαγρα*. Germ. codex. *Hoc excipulum.* Castigat. in utrumque Glossar.

\* EXEMPTARE, a Gallico *Exempter*, Eximere, liberare, immunem facere. Arest. parlam. Paris. ann. 1306. in Reg. Olim: *Ipsius communis (de Poix) homines ac bona eorum... Exemptaverunt totaliter a jurisdictione et potestate dicti domini et hæredum suorum.*

† 1. EXEMPTIO, qua Monasteria ab episcopali jurisdictione eximuntur. Vide *Monasteria exempta.*

\* 2. EXEMPTIO. Charta ann. 1201. in Chartul. Cluniac.: *Abbas Cluniacensis non exigit de prædicta domo (Lewensi) nisi centum solidos nomine census annui, nec aliquam ibi faciet Exemptionem.* Sed legendum existimo *Exactionem.*

EXEMPTO, pro *Excepto*, adverbialiter, in Bibl. Cluniacensi pag. 543.

EXEMPTOR, Carnifex. Thomas Cantiprat. lib. 1. cap. 25. § 8: *Nec mora, Exemptore vocato, jubet, aperto pectore martyris, cor ejus evelli.* Apud Papiam MS. *Exemptores, Tabellarii*, in Edito Tabularii dicuntur. Sed legendum videtur *Exceptores.*

\* EXEMPTUS. Lit. ann. 1367. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 93: *Cum in villa, terra, castro et castellania, de Bussenceyo, sibi titulo Exempto obvento, etc.* Ubi doctus Editor emendandum pro-

ponit *Emptionis* vel *Ex empto*; quo idem sensus apertus fit.

EXENARRARE. Glossarium MS. Ecclesie Parisiensis: *Exenarrabant, ignorabant.*

\* EXENDOLA, Scindula, asser sectitius ad tegendum aptus; *Exil*, in Lit. remiss. ann. 1406. ex reg. 160. Chartoph. reg. ch. 399: *Demi cent de tuille, deux fais-seaux d'Exil.* Unde *Exsil*, pro *Vagina* seu theca ex scindulis compacta, in aliis Lit. ann. 1464. ex Reg. 199. ch. 519: *Ung becquet en ung Exsil en sa main, etc.* Inquisit. super destruct. bastidæ Sabran. ann. 1368. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 81. v.º: *Item plantatum ante furnum copertum de Exendolis devastatum.* Vide supra *Escenna.*

† EXENIA, fem. ut *Exenium*, *Quod undique non venirent ad eos Exeniæ a fidelibus transmissæ*, in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 115.

† EXENIARE. Vide post *Exenium.*

† EXENIM, *Valde*. Gloss. Isid. Putat Grævius Enim delendum esse, et significari *Ex* in compositis habere potestatem augendi, ut in *Exaugeo*, etc. suamque opinionem confirmat auctoritate *Papæ*, apud quem: *Ex præpositio interdum pro valde accipitur, sic ut Excelsus.*

1. EXENIUM, EXENNIUM, Idem quod *Xenium*, Munus, donum, oblatio, atque adeo quævis præstatio vel tributum sub nomine doni. *Papæ*: *Exenium, Donum, Servitium.* Glossæ MS.: *Gaza, multa Exenia.* Gloss. Græc. Lat. Cod. Reg. 85: *Ἐνιον, Hospitale, unde Latin. Exenium.* Idem Gloss. Edit.: *Ἐνιον, τὸ δῶρον τὸ παρὸθενον ξένῳ, Hospitale.* Mamotrectus ad Ecclesiastic. cap. 20: *Exenia, id est, dona de longinquo missa, ab e et xenos, quod est peregrinum.* Editio hodierna habet *Xenia*. Catholicon parvum: *Exenium, vel Excinium, Present. Exenium nuptiale*, in Legib. Rotharis Reg. Longobard. tit. 67. [22 184.] quod ab amicis vel agnatis novæ nuptiæ datur. Justus Episcopus Urgelitanus in Epist. ad Sergium Papam: *Quoddam tibi in corporali specie spiritale Exenium dirigere procuravi.* Hincmarus Remensis in Quaternion. ad Carolum Regem: *Quia idem frater noster ab eo Exenium acceperit, et patris sui beneficium ei donaverit.* Honorius III. PP.: *Superflue dubitatis... quin teneatur vicesimam solvere de reventibus illis qui ex gratia, intuitu officii, vel loci Ecclesiastici provenire noscuntur, nisi forsan aliqua Exennia sint, quæ ad esculentum, vel poculentum pertineant.* Alanus de Insulis lib. 4. Anticlaudiani:

Et vultu quædam cantus Exenia donant.

Ita Cod. MS. pro *Encenia*. Occurrit passim hisce notionibus apud Scriptores, in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. § 6. [22 Roth. 184.] in Annal. Francor. Bertin. ann. 867. apud Paulum Warnefrid. l. 4. de Gest. Longobard. Alcuinum Epist. 84. Paulum Diacon. in Vita S. Masonæ Episcopi Emerit. cap. 2. Ingulfus pag. 877. Ordericum Vitalem pag. 868. Petrum Damiani in Vita S. Odilonis Abbat. Cluniac. pag. 17. Fringedodum in Vita S. Wilfridi cap. 44. Hincmarum in Capitulis ad Presbyt. parochiæ suæ cap. 12. 13. Guibertum lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 22. Guill. Tyrium lib. 7. cap. 13. Anonymum in libro Miraculor. S. Mauri Abb. cap. 17. Anonym. Poetam de Episcopis Eboracensibus pag. 559. Simeonem Dunelmensem ann. 1044. et 1147. Gervasium Dorobern. Willelmum Briton. l. 4. Philipp. pag. 141. 145. [Guillelmum Parisiensem Episcopum in Rhetorica divina

cap. 50.] Mussatum lib. 4. de Gestis Henrici VII. rubr. 2. Thomam Archidiaconum Spalatensem cap. 19. Petrum de Vineis l. 3. Epist. 67. Bractonum lib. 5. tract. 5. cap. 4. Fletam lib. 2. cap. 71. § 11. Thwrocium in Ludovico Rege Hungar. cap. 4. et alibi, in Formula 37. ex Baluzianis, etc.

Vocem porro Ulpiano notam in lege 6. D. de Offic. Procons. (1, 16.) observat Dempsterus ad l. 1. Antiq. Roman. Rosini, scribens in MS. Codice legi *Euæniorum*, pro *Xeniorum*, uti Editi præferunt. Vide Felicem Osium ad Mussatum pag. 98. et supra *Encenium*.

EXENIARE, Dona conferre, in Chronico Frædegarii cap. 45. [et in Appendice ad Agnelli librum Pontificalem, apud Murator. tom. 2. pag. 212. col. I. Hincque corrigendus locus Chronici Sicilia, inter Anecd. Mart. tom. 3. col. 79. ubi legitur: *Cui Dominæ Universitas hominum dictæ Panormitanæ urbis Exemavit in dicto transitu plures et diversas res comestibiles.* Legendum enim *Exeniavit.*]

\* EXENIUM DE COQUINA, Dapes, ferculum. Feoda Norman. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 153. v.º. col. 2: *Henricus Waupal tenet terram suam per sergentiam, et debet servare portam dou baile castelli Rothomagensis per liberationem sex denariorum in vicecomitatu unaquaque die, et quando rex jacebit Rothomagi debet habere unum sectarium de vino et quatuor panes et quatuor Exenia de coquina, quæ omnia movent de ducatu.* Vide supra *Coquina.*

\* EXENIUM VENATIONIS Ecclesie Romanæ in præcipuis anni festivitibus exhibendum, cujus mittendi formula extat in Cod. reg. 4189. fol. 12. r.º: *Vos requirimus... districtius injungentes quatenus venationis Exenium, ut moris est, sic devote sicutque honorifice in proximo futuro festo Nativitatis Dominicæ nobis pro Romana ecclesia faciatis... ita quod quinque diebus ante festum Nativitatis prædictæ, dictum Exenium, vestro nomine coram nostra presentia præsentetur.* Infra: *Enenia venationis in festivitibus Nativitatis et Resurrectionis Domini.*

\* 2. EXENIUM. [Donum: « (Regine Cypri) facere unum Exenium valoris librarum L<sup>a</sup> parvorum, pro quolibet locorum ad que accedet ipsa regina. (Venise, Senat. misti, LX. f. 218. an. 1440.) »]

† EXENNIUM. Vide *Exenium.*

† EXENODOCHIUM, pro *Xenodochium*, in Codice MS. Cathedralis Mutin. haberi testatur Muratorius tom. 1. part. 2. pag. 120.

† EXENSIS, *Hors de sens*, in Glossis Lat. Gall. Sangerman. MSS. Leg. *Exsensu*, ut apud Gellium.

† EXENTERARE, Sontis interanea seu viscera extrahere. Cornelius Zaniflet in Chronico, apud Marten. tom. 5. Collect. Ampliss. col. 392: *Post pauca tres præcipui totius mali promotores vivi comprehensi sunt et Bavaro presentati; quorum primarius, Jacobus dictus Babdu, in quatuor portiones apud Trajectum extitit depeccatus et Exenteratus, Helias de Flemalia in agro decollatus, Egidius Lambertus ad arborem suspensus.* Vide *Exinterare.*

EXENTERATIO, EXENTRICATIO, Pœnæ species in læssæ majestatis reos, apud Anglos, apud quos eorum interanea seu viscera extrahuntur et comburuntur. Th. Walsinghamus in Ricardo II: *Auditum et confessum turpissima scelera, tractioni, suspendio, decollationi, Exenterationi, et quaterizationi, ut usu vul-*

gari loquar, adjudicavit. Et pag. 354: *Adjudicatus est tractioni, suspensioni, Excentricationi, combustioni interiorum, et quarterizationi.* Sententia edita in Hugonem Dispensatorem sub Edw. II. apud Knyghtonem: *Et pur ceo que vous abbatastes et procurastes discorde entre nostre Seigneur le Roy et la Roynne et les autres del Realme, si serez Emboellez, et puis ils seront ars.*

**EXEQUIÆ**, apud S. Zenonem Veronensem in Serm. de Fide, Spe et Caritate, dicuntur lineæ quibus defunctorum corpora involvuntur, vel certe ipsum, ut aiunt, funus. [Interdum Officium est pro Defuncto sollemniter celebratum, etiam absente cadavere. Charta ann. 1442. ex Schedis D. Lancelot: Audierat Johannem de Liveris Episc. Vivar. apud Valentiam dies suos clausisse extremos et ibidem corpus suum traditum fuisse ecclesiasticæ sepulture; quare si aliis DD. Canonicis consonum videbatur, dicit fore honestum missam et Exequias celebrari debere... qui quidem Canonici... ordinarunt Missam sollemnem et Exequias celebrandas fore incontinenti. Testamentum Rotherami Ebor. Episc. ann. 1498. in Libro nigro Scaccarii pag. 679: *Do etiam et lego omnibus locis, in quibus habeo perpetuas Exequias, tales denariorum summas, quales exequutores mei æstimabunt honestas et salubres animæ meæ... et si forte exequutoribus meis, vel ad minus tribus eorum videbitur, quod Exequiæ tales erunt multum honorosæ (onerosæ) aliquibus locis... volo, quod commutent prædictas Exequias in numerum Missarum, cicius quo bene fieri poterit, pro salute animæ meæ post mortem meam per eos celebrandarum.]*

\* *Exeques nostris alias, eadem acceptione. Inventar. eccl. Camerac. ann. 1371. ex Tabul. ejusd.: Item un drap lequol on suet mettre as Exeques des mors sur le lusel ou autre representation du corps.* Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. ann. 1376. pag. 188. art. 20: *Et s'il advenoit que aucun sergent d'armes trespassast en quelque lieu que ce feust, qui n'eust de quoy l'en lui peust faire son service et ses Exeques, etc.* Vide infra *Funeralia* et *Heriotum.*

**EXEQUIALES**, [Monitores funerum.] Vide *Pulsatores.*

**EXEQUIARE**, Exequias celebrare. Vita B. Eusebiæ Abbatissæ Hamaticensis n. 12: *Tunc ex more funebribus exequiis Exequiatur.* [Bernard. Guido in Hist. Conventuum Ord. Prædicat. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 516: *Exequiebatur corpus ejus in Ecclesia. Nonius: Exsequantur, ab Exequiis, ut convivantur, epulantur.* Affert locum Varronis.] *Exequialis honor*, apud Willelm. Briton. lib. 12. Philipp. extremo.

\* **EXEQUIARIUS**, quo exequias curat et dirigit, pecuniamque ob id erogandam distribuit. Acta Mss. monast. S. Arbo-gasti Argent.: *Cum distributione decem solidorum ab Exequiario monasterii.* Vide supra *Annualarius.*

**EXEQUITARE**, Ex equo deicere, Gall. *Démonter.* Petrus Diac. lib. 4. Chr. Casin. cap. 62: *Victoria itaque Romani potiti, Normannos Exequitatos et prædatos per vios et oppida persequabantur.* [Camillus Peregrinus in Hist. Princip. Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 251. col. 2: *Dum Capuam repeteremus, a Græcis capti exutique sumus et Exequitati: ablatisque equis et spoliis et ministris cunctis, homines argento redempti sunt. Equos recollegimus quinque.]* Occurrit apud Erchempertum in Hist. Lon-

gov. cap. 61. et in Epist. 326. tom. 4. Hist. Franc. At in Speculo Saxonico 1. 2. art. 72. § 4. sumitur pro *Equitare.* Vide *Eques.*

**EXEQUIUS**. Testamentum MS. Guill. Jordani Comitis Ceritanæ Id. April. ann. 42. Philippi Regis: *Et ipsas franchedas de villa Targasona, et albergas et omnes Exequios quæ habeo in villa Marchexanes, etc.* [Editum est in Appendice Marcæ Hisp. col. 1224. et seq.] Vide *Exequia.*

\* 1. **EXEQUITARE**, Pignora auferre, Gall. *Exécuter.* Charta ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 20. col. 1: *Præcepistis et injunctistis Henrico de Broua subvicario regio Nemausi, nec non pluribus servientibus regis, quod Exequarent me et bona mea realiter et de facto.* Vide supra *Executare* 2.

\* 2. **EXEQUITARE**, Pœna capitis plectere. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 89. Chartoph. reg. ch. 275: *Fuit ratione dicti homicidii... ad ultimum supplicium condemnatus et Exequiatus.* Vide supra *Executare* 3.

\* **EXEQUITORIA**, Practicis nostris *Exécutoire*, Literæ quibus executio judicaria permittitur. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 627. art. 6: *Valeant eorum officium exercere et exequi... absque aliqua requisitione faciendâ seu petendâ ab ordinariis dictarum senescalliarum sive ipsorum locorum, et absque annexa seu Exsequitoria aliquali eorumdem.*

**EXERCIPES**, Cursor, qui in currendo pedes exercet. Gloss. Lat. Gr.: *Exercipes*, ταχυδρομος, δραμεύς, κορσάρ.

**EXERCITALES**, Milites, qui in exercitio militant. Capitulare Sicardi Principis Benevent. ann. 886. cap. 7: *Si quispiam Exercitalem aut militem, vel quilibet aliam personam simpliciter ambulantem præsumpserit occidere.* Cap. 20: *Ut non præsumat aliquis tertiatorem Exercitalem aut militem facere.* Cap. 21: *Si tertiator absconse Exercitalis factus fuerit, aut miles.* Occurrit in Legibus Wisigoth. lib. 9. tit. 2. § 9. in Legib. Longob. lib. 1. tit. 9. § 21. tit. 14. § 1. 3. lib. 3. tit. 1. § 18. [\*\* Liutpr. 62. (6, 9.) Rothar. 20. 23. Pippin. 2.]

**EXPEDITIO EXERCITALIS**, in Capitulis Caroli Calvi tit. 31. § 27. [\*\* Edict. Pist. ann. 864. Vide *Haltaus*. Glossar. voce *Reise*, col. 1544. et mox *Exercitus* 1.]

**EXERCITALE ITER**, Gall. *Marche d'armée*, in Capitulis Caroli M. lib. 2. cap. 14. et inde in Capitulis Caroli C. tit. 20. [\*\* i. e. Convent. Carisiac. ann. 857: *De pace vero in Exercitali itinere servanda usque ad marcham, etc.*]

\* **EXERCITALE** seu **HOSTILE ITER**, *Exercitus*, obligatio pergendi in hostem. Charta Carlomanni ann. 6. regni ejusdem in Reg. III. Chartoph. reg. fol. 169: *Pro persona libertatis suæ iter Exercitale, sicut ceteri homines faciat... Ceteri vero pro persona ingenuitatis suæ, sicut diximus, itinera hostilia exercent.* Vide in *Iter.*

[**EXERCITALES HOMINES**, Milites qui colebant mansos sibi mercedis loco attributos. [\*\* Homines liberi qui expeditionem exercitalem facere possunt. Vide Edict. Pistens. art. 27. Aliter sentit Carpent. in *Exercitator*.] Donationes Ecclesiæ Saltzburgensi factæ apud Canisium tom. 6. pag. 1151: *Et ipse Duac... tradidit ibidem in alimonia ancillis Dei... villam quæ vocatur Einherga cum commanentibus ibidem servis et aliis Exercitalibus hominibus triginta. Infra: Dedit etiam... casam et curtem cum omni-*

*bus appenditiis suis et mansis LX. inter servos et tributales necnon et Exercitales homines.* [\*\* *Viri Exercitales*, apud Erchemp. in Hist. Langob. cap. 34.]

**MANSI EXERCITALES**, [Qui *Exercitalibus* hominibus attribuebantur ad culturam.] Vide *Mansus*.

\* **PLACITUM EXERCITALE**. Vide in *Placitum*.

\* **EXERCITALITER**, Cum armis rebusque aliis militaribus. Epist. Caroli M. ad Fulrad. inter Anecd. Pez. tom. 6. part. 1. col. 73: *Ita vero præparatus cum hominibus tuis ad prædictum locum venies, ut inde, in quacumque partem nostra fuerit jussio, et Exercitaliter ire possis, id est, cum armis atque utensilibus, nec non et cetero instrumento bellico, in victualibus et vestimentis.* Vide *Exercitalliter*. [\*\* *Pandonulfus... Exercitaliter super Calvum profectus est, stipatus agmine Neapolitum, ibique munitionem extruens residebat, in Erchemp. Hist. Longob. cap. 45. Armata manu.]*

\* **EXERCITAMENTUM**. [Exercitatio. Apul. Florid. n. 15. Mentium documenta, corporum exercitamenta.]

**EXERCITARE**, Bellum gerere, vel in exercitum pergere. Capitulare ann. 807: *Memoratorium qualiter ordinavimus, propter famis inopiam, ut de ultra Sequanæ omnes Exercitare debeant.* Adde Capitul. 4. incerti anni Caroli M. cap. 7. Capitula Caroli C. apud Marsnam ann. 847. etc. Capitulare Sicardi Principis Beneventani ann. 886. cap. 19: *Ut ubi Exercitare volueritis a nobis nullam læsionem habeatis.* Acta S. Prudentii Episcopi Garayacensis apud Bivarium: *Aragonensis Rex Ildefonsus tam longo tempore cum exercitu suo in Saracenos Exercitando extitit, ut, etc.*

\* **EXERCITAS**, [\*\* *Exercita*.] Actus præsertim judicialis. Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 74. col. 2: *Item ponunt... quod domini senescalli, iudex major, ... et fere majores officarii regii lingue Occitanæ fuerunt in dicta civitate Nemausi, et cotidie sunt et conflunt, in eadem Exercitas justiciæ, prout ad quemlibet ipsorum tangit, tam per se quam suos servientes, familiares et ministros, faciendo et exercendo.* *Exerciter*, eodem sensu, in Charta ann. 1318. ex Chartul. S. Nicas. Mellet.: *Ont esté en bonne saisine paisible Exerciter toute maniere de justice au lieu contentieux.* *Exercité*, pro *Exercice*, exercitatio, in Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 112: *Parquoy plusieurs desdits confreres se sont retardéz et retardent de l'Exercité dudit joeu de l'arcq a main.*

\* **EXERCITATOR**, Operarius mercenarius; quomodo etiam intelligendus *Exercitalis homo* in *Exercitales*. Lit. Henr. comit. Trecons. ann. 1156. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 315: *Omnis alius Exercitator, illic inhabitans, cui non esset data facultas cum bobus terram colere, duodecim denarios, secundum aliorum consuetudinem solveret.* Vide in *Exercitatores*.

**EXERCITATORES MONACHI**, in Vita S. Macharii Alexandr. Abb. cap. 5. et 7. in Vitis Patrum, dici videntur qui aliis *Circatores*.

**EXERCITATOR EQUORUM**, apud Jul. Firmicum 1. 8. *Exercitator corporum*, παιδορρηγής, γυμναστής, apud Macrobius lib. 2. cap. 24. [Exercitator nude inter eos, qui in navi præminentiam habent, numeratur apud Rhymerum tom. 12. pag. 692. col. 1. Vide *Exercitor*.]

\* **EXERCITIO**. [Exercitatio: ab *exercitus*, ut *Fest.* docet. *Cato* apud *Gell.* 11. 2.

extr. Inertia plus detrimenti facit, quam Exercitio.]

† **EXERCITIUSUS**, Exercitatus. Richerii Chronic. Senon. in Hist. Mediani Monasterii pag. 329: *Veniens igitur ad villam... invenit illum angelum sathanæ Rainaldum Bailiulum Domini de Salmis in malitia nimis Exercitiosum.*

\* 1. **EXERCITIUM**, Usus, jus utendi aliqua re. Lit. ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 210: *Abbiensis episcopus et sui prædecessores... habuerunt omnimodam altam, mediam et bassam jurisdictionem, merum et mixtum imperium, et etiam Exercitium habebat a forestis regis per duas leucas vel circa.* Charta ann. 1270. in Chartul. S. Germ. Prat. sign. AD. fol. 74. v. col. 1: *Quædam domus prout se comportat... et cum tertia parte usus seu Exercitii putei, qui est intus domum Guillelmi de Maronciis.* Vide Usagium.

\* 2. **EXERCITIUM**, Ars, Ital. *Esercizio*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 327. ex Cod. reg. 4622. A.: *Quilibet verberans lanam... debeat præstare juramentum... de non batendo sive verberando aliquam lanam pravam seu insufficientem, et de non ponendo ipsam in aliquibus tramis aut aliquo Exercitio pannorum.*

† **EXERCITOR**, Ulpianus leg. 1. § 15. Dig. de exercitoria actione: *Exercitorem cum dicimus, ad quem reditus et obventiones omnes proveniunt, sive is dominus navis sit, sive a domino navem per aversionem conduxit, vel ad tempus, vel in perpetuum.*

† 1. **EXERCITUALIS**, Gloria militari illustris. Cassiod. lib. 11. var. Epist. 1: *Respicite Patritium, Liberium, Præfectum etiam Galliarum, Exercitualement virum, etc. Rex Manfredus curas Exercitualement aggrediens, id est, militares, apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 231.*

\* 2. **EXERCITUALIS**, Militaris, ad exercitum spectans. Epist. 40. Theod. reg. Ital. tom. 4. Collect. Histor. Franc. pag. 7: *Exercitualement juvenit expensæ: quia illos in totum devotio non debet deserere, quos pro se labore cognoscit.*

† **EXERCITUALITER**, Armata manu, cum exercitum. Legitur apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 293. et Ludewig. tom. 5. pag. 529. Vide supra *Exercitualement*.

**EXERCITUARE**, Castra sequi, conscribere militum, Sambuco ad Leges Hungaricas.

† **EXERCITUM**, neutro gen. legitur in quodam veteri Chron. ad annos 778. et 779. inter Fragmenta Hist. MSS. Stephanotii tom. 4. apud Duchesnum tom. 2. pag. 6. et Muratorum tom. 2. pag. 257. col. 1. in Capitulari Sicardi Princip. Langobard.

1. **EXERCITUS**, *Esercitus* debere dicuntur vassalli, cum dominorum expeditionibus bellicis interesse, ac pro his dimicare tenentur. Henricus Huntingdon. lib. 7. de Guillelmo Rufo Rege: *Suos Exercitibus frequentissimis et geldis continuivis vocabat.* Vetus Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 276: *Et Exercitum faciant D. Regi, sicut et cæteri de parte Regia.* [\*\* Ad mandatum domini sui... extra opidum Exercitum facient, in Chart. ann. 1312. in Alsat. Diplom. tom. 2. pag. 101.] Charta Philippi August. ann. 1185. in Hist. Vastinensi lib. 5: *Ita et quod universi homines illius libertatis ad omnes citationes nostras nobis Exercitus et equitationes debent, quocumque eos ducere voluerimus.* Charta Gastonis Vicecomitis Beneharvensis ann. 1215: *Præter Exercitum quem mihi duxi et meis hæredibus retinendum.*

Aresta ann. 1294. in Regesto Parlamenti B. f. 105: *Dom. Rex remanebit in saisina percipiendi Exercitum, seu servitium Exercitus ab Abbate S. Savini ratione homagii et juramenti fidelitatis quæ ab Abbate fiunt D. Regi.* Fol. 107: *Exercitum et equitationem habere. Exercitatus obedit, in Capitulari S. Caroli M. ann. 811. Occurrit passim. Vide Hostis, [\*\* et Placitum Exercitus Regis in Placitum.]*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exercitus, Chevauchée, ou assemblée, ou ost.*

† 2 **EXERCITUS**, Aulicorum turba, Proceres, optimates. Idatius in Chronico: *Apud CPlin Marcanus a militibus et ab Exercitu, instante etiam sorore Theodosii Pulcheria Regina efficitur Imperator.* Translatio S. Germiniani Mutin. Episc. ann. 1106. apud Murator. tom. 6. col. 90: *Nullus enim locus, nulla platea, nulla domus, nulla porticus, nullum atrium saltem vel modicum a conventu populorum poterat inveniri vacuum. Adest etiam ad hoc spectaculum Princeps Mathildis cum suo Exercitu, omnes unanimiter præstolentes tanti patris translationem.* Similis est locutio Lucæ 23. 11: *Sprevit autem illum (Jesus) Herodes cum exercitu suo: ubi Græcum etiam habet, οὐδὲν τοῖς στρατηγικοῖς ἀπόου.* Vide Valesiana pag. 79. [\*\* et Glossar. med. Græcit. in Στρατιώτων, col. 1461.]

† **EXERCITUS BESTIARUM**, Grex ferarum in silvis, apud Kennettum in Gloss. ad calcem antiqui. Ambrosden.

\* **EXERCITIUM**, Munus, negotium. Stat. Cadub. cap. 28. pag. 57. v. *Intelligatur etiam de illis, qui ad aliquod officium vel Exercitium communis per consilium deputati fuerint, et non interfuerint, et quod de predictis sibi nulla fiat remissio.*

† **EXERE**, Ejicere. Chartularium S. Vincentii Genoman. fol. 139: *Quod nisi Gaufridus de Langolio infra octo dies juri apparebit, ipse erit penitus foris banitus et quod omnes tam milites quam rustici qui eum viderint, ipsum capiant, vel a terra domini Regis Exant.* Forte pro *Exeat* active sumto, Gallice *Qu'ils le fassent sortir.*

\* **EXERES**, *Naves sex ordinum.* Papias MS. Bituric. Sic dicitur *Trieres* vel *Triremes*, trium ordinum.

\* **EXERMIS**, Exarmatus. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exermis, Désarmé.*

† **EXERQUIA**, ut *Exorquia*. Vide locum in *Cucucia* post *Cugus*.

† **EXERS MACILENTIA**, in Vita Sancti Guthlaci, April. tom. 2. pag. 45. pro *Iners macilentia*, quo sensu *Dolor iners*, apud Senecam.

† **EXERSERUNT**, pro *Eseruerunt*, ab *Ecerere*, Educere vel exportare. *Esererunt dictum carrocium de Ecclesia majori in plateam ipsius Ecclesie cum magno gaudio*, in Chronico Parmensi ad ann. 1281.

\* **EXERUGO**. [Vetus quidem Grammaticus apud Hieron. *Column.* asserens *eruco* ad *erugo* derivari, productum hunc *Ennii* versum: *Contempsit fontes, quibus Ecerugit aquæ vis. Al. mallent exaruvit* pro *exaruit*.]

† **EXEUS**. Vide *Exius*.

\* [« In villa quæ dicitur Bassiago mansos tres... cum curtes et ortos, cum *Exeos* et regressos. (Cart. Conchar. Ruthen. p. 182. XI. sæc.) »]

**EXFAIDUM**, Placitum Chlodovei III. Reg. ann. 3. editum a Mabillonio tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti pag. 619: *Nisi inventum fuit quod contra rationis ordinem ipsa subsadina contradixisset, vel in ac causa introisset, sicut fuit judecatum,*

*ut in Exfaido et fredo solidos quindenos pro hac causa fidem facere debirint, quod ita et in præsentem persistere ausus est, fecisset.* Vide *Faida*.

† **EXFAMILIARIS**, f. e familia. Vide *Dagewardus*.

† **EXFAVILLARE**, *Eseruere*. Papias.

† **EXFEBRUARE**, *Expurgare*; *Februare enim purgare est.* Glossar. Sangerman. num. 501. *Februare Varroni Purgare est seu Lustrare: quod flammis ferventibus fieri solebat; hinc a Fervere dictum putant Februare.*

\* **EXFELGORARE**, Stercorare, fimo pinguefacere, Gall. *Fumer*, alias *Afflensser*. Charta Rob. Hunocurt. abb. ann. 1196. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 7. fol. 121. v. col. 1: *Terram suam... simili modo excellendam dominavit (leg. donavit) excepto quod non marlabitur, sed Exfelcorabitur, ubi modo Exfelcoranda est.* Reg. B. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1510. fol. 19: *Et maineront (les fermiers) tous les flens qu'il conviendra chascun an pour Afflensser les vignes.* *Fambrer* et *Fiambrer*, eodem significatu, in Chartul. Latiniac. fol. 162. v. *Ausit fumer et Fiambrer les terres et prez.* Et fol. 232. v. *Seront tenus lesdits preneurs... de defficher prez et terres fumer et Fambrer près et loing.* A voce *Fambroy* et *Fembroy*, *Fimus*. Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 230: *Icellui Jehannin avoit mené aux champs deux chevaux avec une charette ou tumberel chargé de Fembroy ou marlays.* *Aliæ* ann. 1480. ex Reg. 207. ch. 64: *Pour curer et nettoyer icelle maison de Fambroy.* Vide infra *Fiens*.

\* **EXFEODARE**, In feudum conferre. Charta Bald. comit. Fland. ann. 1201. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 237: *Hoc et (abbatias Niniv.) statuens decretum, ne deinceps ejus advocatia de manu Flandrensium comitum dari vel Exfeodari prævaleat.* Vide *Infeodare*.

**EXFESTUCARE**, [Abdicare, per *Festucam* dimittere, abjicere. Passim occurrit.] Vide *Festuca*.

**EXFIAT**, pro *Exeat*, in veteri Inscriptione apud Gruterum 755. 1.

**EXFIBULARE**, *Fibulam* detrahere, solvere. Utitur Prudentius.

\* **EXFIDA**, Pensitatio pro facultate pascendi pecora, ut videtur; nam *Fida* Academicis Cruscantibus, *Terreno venduto, e assicurato per pascolo del bestiame*, ipsum scilicet pascuum. Inquisit. ann. 1871. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 427. col. 2: *Item fida et Exfida montanearum est dicti officii (cellararii).* Et pag. 429. col. 1: *Camera Cassinensis habet... herbatium, videlicet fidam et Exfidam.* Nisi intelligere malis de facultate depascendi primam et secundam herbam aut aliis depascendam locandi.

**EXFINARE**, Terminare, definire. Charta anni 1141. apud Ughellum in Episcopis Cumanis: *Sicut Exfinat viam quæ pergit ad stratum, etc.* Ibi rursum.

\* Pactum inter episc. Neapolit. et abb. SS. Sergii et Bacchi apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 455: *A parte Occidentis est terra vestra... quomodo inter se tres terminis Exfinat.*

**EXFOLIARE**, Folia decerpere, apud Apicium lib. 4. cap. 2.

**EXFORBIARE**, Vetus Charta apud Ughellum tom. 9. pag. 905: *Qui... hæc pagina hujus præcepti inanire quæsierit, vel de eis quæ continentur, minuire, aut Exforbiare voluerit, habeat maledictionem, etc.* Forte *Esforciare*, per vim auferre. Vide in hac voce *mox*.

**EXFORCIARE**, Vim inferre. [\*\* Pippin.

Reg. Capitul. Aquitan. ann. 768. ap. Pertz. vol. Leg. 2. pag. 14. cap. 7: *Quicumque homo super suum parem dum ad nos fuerit aliquid abstraxerit aut Exfortiaverit, secundum suam legem tripliciter componat. Exfortiaverit, in Capit. ann. 789. ibid. pag. 15.] Vetus Notitia apud Beslium in Regibus Aquitan. pag. 23: Ipse Agnaldus venisset super homines in sua forcia ex villa Cavadado; et Exfortiasset et eos batuisset injuste. Tabularium Brivatense Ch. 114: Ipsas res prædictas ab ipso servo ipsi prædicti per malas occasiones invadendo tulerunt, vel Exfortiaverunt. Perperam tibi scriptum Exfortiaverunt. Vide Effortiare.*

**EXFORCIUM**, Auxilium, ex Gall. *Effort*, [Ital. *Sforzo*.] Epistola Roberti Siciliæ Regis apud Albertinum Mussatum lib. 7. de Gest. Henrici VII. rubr. 4: *Ac eos prompta vestri Exfortii... adhibitione juvare. Uturum non semel Anonymus de Gestis Friderici II. Imp. pag. 769. 800. Petrus de Vineis lib. 2. Ep. 54. et alibi, Richardus de S. Germano ann. 1198. et 1228. etc. Esfortium, in Foris Aragon. lib. 9. tit. de Homicidio. [Exsfortium, in Epistola Roberti Regis Hierusalem et Siciliæ apud Murator. tom. 10. col. 500. Esfortium, apud eundem Murator. tom. 12. col. 505. 513. et 793.] Vide in Incalcare.*

\* Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 620: *Et que ledit viconte, à qui ledit malfaitteur a esté déliuré, requiert aux dix supplians leur Effort pour aler faire ladicte exécution.*

\* **EXFORTIATOR**, Qui vim alicui infert. Stat. eccl. Reat. ann. 1303. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 1511: *Anathematizamus omnes et singulos, tam clericos quam laicos, invasores, occupatores, Exfortiatores, malefactores et detemptores possessionum.... ecclesiæ Reatinæ. Vide Exfortiare.*

† **EXFOTUIT**, Ἐξέθωψε, Fovendo excludit. Supplem. Antiquarii.

**EXFRACTOR**. Vide Effractor.

\* **EXFRACTUS**, pro Extractus. Scacar. Paschæ apud Rotomag. ann. 1228. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 28. r. col. 1: *Judicatum est quod de puero Exfracto de ventre matris, utrum postea fuerit usus vita, etc.*

**EXFREDIARE**, Quasi extra pacem ponere, violare, a Saxon. frede, vel frið, pax, friðian, protegere. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 81: *Si quis ad arma prosiliat, et domum Exfrediet, nec tamen aliquem percutiat, dimidio forisfacto culpa consistat.*

**EXFRETARE**, Navigare ultra, in Gloss. Isid. et apud Papiam, Fretum enavigare.

**EXFRUCTARE**, EXFRUCTUARE, Fructus percipere. Tabularium Casauriense: *Ad usum fruendum, ad laborandum, ad Exfructuandum.* [Addimenta ad Chronicon Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 953: *Ut omnem ipsam suprascriptam curtem et res ejus habeamus ad usum fruendi, laborandi, Exfructuandi. Usuare et Exfructuare, in Charta anni 855. Marce Hispan. col. 789. Hinc metaphora ex agris ducta in dictis B. Ægidii, inter Acta SS. April. tom. 3. pag. 280: *Beatus qui Exfructat corpus amore Altissimi.*]*

\* Hinc *Exfruit* nostris, pro *Usufruit*, *jouissance*, *Ususfructus*. Charta ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 93: *Item les Exfruis des jardins prisés à quarente solz.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 164. ch. 251: *Jehan le Marois délaisseroit au suppliant la propriété d'icelles*

*terres, réservé à lui l'Exfruit sa vie durant seulement. Unde Exuffructaire, Usufrectuarius, vulgo Usufrectuier, in Charta ann. 1380. ex Reg. 117. ch. 85: *Laquelle terre du Bec de Mortemer, dit Crespin, avecques ses appartenances, ledit des Bordes avoit achetée de Jehan de Chaallon comme Exuffructaire, et de Loys de Chaallon comme propriétaire. Vide infra Usufrectuare.**

† **EXFRUCTICARE**, Eadem notione, in Privilegio Caroli Crassi, apud Mabillonium tom. 3. Annal. Benedict. pag. 688. col. 1.

**EXFUNDARE**, EXFUNDATA. Pactum Arechis Principis Beneventani cum Neapolitanis: *Si census homo de Liburia patitur oppressiones a parte de Neapolim, et voluerit Exfundare se de ipso fundo, ponit post regiam domus suæ ipsum fustem, sicut antiqua fuit consuetudo, et vadit ubi voluerit. Si autem pars de Neapolim cum parte Langobardorum potuerit revocare ipsum tertiatorem, in ipsum fundum, et fundare illum ibi, potestatem habeant, et serviat ambobus partes, sicut antea servivit. Idem Pactum: Si orta fuerit contentio de fundis Exfundatis, et dixerit una pars, quia ista fundora de talibus tertiatoribus fuerint. Ibidem non semel Fundora, Fundata, sive Exfundata occurrunt; locos produxi in Fundora. Cbart Pandolphi Ducis Longob. apud Ughellum in Beneventanis Archiep.: *Concedimus cum omnibus rebus Exfundatis quæ fuerunt de hominibus quæ ex hoc sæculo absque hæredes migraverunt. Adde pag. 599. 601. 603. 604. Ubi Fundare, est in fundi possessionem mittere; Exfundare vero, ipsius fundi possessionem dimittere et abdicare. Apud Nonium Marcellum Exfundare, est a fundo avertere, ubi ex Cœlio Antipatro lib. 7. Annal. hæc citat: *Respublica amisso Exfundato pulcherrimo oppido.* [In Onomastico ad calcem SS. Junii tom. 2: *Exfundare, Funditus evertere.*]**

\* **EXFUSTICARE**, in Disquisit. Pasquerii lib. 8. pag. 747. perperam pro *Exfustucare*. Vide in hac voce.

† **EXGALATIO**, EGALATIO, Æquatio, æqua partitio census et servitorum inter vassallos cohæredes, Gall. *Egalisation, Partage egal*. Censualis Codex Calomontis: *Secundum Exgalationem inter dictas partes factam.*

**EXGARDIUM**. Vide *Exgardium*.

\* **EXGRAVARE**, Ital. *Sgravare*, Levare, alleviare. Mirac. S. Rosæ tom. 2. Sept. pag. 465. col. 2: *Quo voto facto, in continenti se sensit à dicta pena Exgravari, et sic sanata est. Hinc*

**EXGRAVATOR**. Charta MS. Matthæi, Barnabovis, et Galeacii Dominorum Mediolani ann. 1354: *Potestates et Vicarios, Capitaneos et Rectores, Exgravatores, Judices appellationum, Exactores, etc.*

\* Officium municipale apud Italos, qui de querelis et molestiis judicat. Constit. reipub. Senens. ann. 1288. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 84: *Item quod nullus possit nominari vel recipi in . . . judicem, qui debet recolligere pecuniam comuni Senensi debitam, seu avere comunis, vel pro Exgravatore, vel aliquod aliud officium comunis Senensis, etc.* Charta ann. 1315. in Delic. erudit. Lamii inter notas ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 2. pag. 350: *Actum in castro Citerne . . . præsentibus . . . sapiente viro dom. Gutto de Prato majori syndico et Exgravatore, etc.* Stat. Pallav. lib. 1. cap. 4. pag. 6: *Et ab ejus processu, cognitione et pronuntiatione seu definitione non possit peti Exgravator seu con-*

*silium sapientis, nec adversus prædicta possit de nullitate, seu quavis alia exceptione opponi.*

\* **EXGRUNIRE**, EXGRUNITIO, Grunire, Grunitus. Richal. abb. lib. Revelat. apud Pez. tom. 1. Anecd. part. 2. col. 383: *Et sicut ipsi scitis aut notare potestis quam frequenter idem frater Exgrunit et excreat, ad hoc solum a malo spiritu inductus, ne audiat vocem illam optabilem spiritus boni; . . . quia ei semper excreationes et Exgrunitiones excitantur, quibus auditus ejus obturatur.*

† **EXHABITARE**, Locum habitatoribus viduare. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 590: *Et in securitatem Principis excelsum montem Centurbii, quem olim Exhabitari fecerat Imperator, pro tutiori statione consendunt.*

† **EXHABITATIO**, Loci desertio, ibid. col. 589: *Qui sub fortuna regia viribus instauratis, perurgens obsidionis instantia, superbiam montis ejusdem per extremæ desolationis et Exhabitationis excidium potenter edomuit.*

† **EXHÆREDARE**, Bonis possessis spoliare. Sugerius in Vita Ludovici Grossi apud Duchesium tom. 4. pag. 288: *Henricus Imperator, vir affectus parti et totius humanitatis expers, qui et genitorem Henricum crudelissime persecutus Exhæredavit. Rigordus de Gestis Philippi Aug. apud Duchesium tom. 5. pag. 32: *Unde Rex Angliæ vehementer iratus, eos (G. de Rancho) et Vicecomitem de Castelloduno) Exhæredare juravit.* [\*] Vide Beseler. *Erbvertræge*, tom. 1. pag. 18. et Heltaus. Glossar. vocib. *Enterben* et *Sich enterben*. col. 384.]*

† **EXHÆREDITARE**, Eadem notione. Capitul. lib. 6. cap. 282: *Ne forte parentes contra justitiam fiant Exhereditati, et regale obsequium minuat. Salvianus lib. contra Avarit.: *Si illi tunc ob Deum donantes omnia sua, etiam se ipsos Exhæreditavere viventes, etc.* Vide Concil. Mogunt. can. 6. Turon. can. 51. Cabillon. can. 2. *Exhæreditari* apud Ludewig. tom. 5. pag. 619. dicitur de terris, quarum nullus hæres est.*

**EXHÆRES**, Ἐκκληρονόμος. Testamentum S. Remigii apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. cap. 18: *Hæc ita do, ita lego, ita testor: cæteri omnes Exhæredes estote, suntote.* Adde Marculfum lib. 2. form. 17. Vox Plauto et aliis nota.

† **EXHALATUS**, Mors, qua quis *Exhalat* animam. Miracula B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 531: *Unde illa mox capitis collique tumorem incurrit pergrandem. Exhalatumque et vicino præstolans semiviva recipitur ac emortua.*

† **EXHALATUS**, adjective, Exanimatus. Acta S. Bonifacii Mart. Maili tom. 3. pag. 281: *Vidit eos inter tormenta positos... alium stipite in collo infixum et Exhalatum in terram.*

\* **EXHALITUS**. [Halitus foras expressus. Not. Tir. p. 165. *Exhalat, Exhalitus.*]

† **EXHAURITORIUS**, Qui exhaurit. Gloss. Isid.: *Antlia, Rota Exhauritoria.*

† **EXHAUSTA**. Vide *Exagusta*.

\* **EXHAUSTIO**. [Actus *Exhauriendi*. Adhibetur a Serv. ad Virg. 2. G. 398. Aspera tamen vox est (vel ipso fatente) si in carmine usurpetur.]

\* **EXHEDRA**. Vide supra *Exædra*.

\* **EXHERDARE**, Tortilibus virgultis, quæ *Hardæ* appellabant, ad majorem ignominiam collo innectis, furcæ appendere, suspendere. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 86. Chartoph. reg. ch. 110: *Qui Petrus eidem dicitur respondisse, . . .*

quod in hujus despectum ipsum supplicentem *Echeredari* faceret aut suspendi. Vide *Hardes*.

\* **EXHEREDARE** Se, Bona sua dissipare ac disperdere, Gall. *Se ruiner*. Instr. ann. 1438. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 258. col. 2: *Præfati, inquam, poterit dixerunt quod... non possent vivere, quinhymo se Echeredarent, si tenebant contenta in statutis prædictis.*

† **EXHEREDARI**, Extra familiam, quæ naturalis est hæres, exire. Constitutio Leduini Abb. S. Vedasti ann. 1020. apud Edmund. Marten. Ampliss. Collect. tom. 1. col. 382. D: *Si noluerit, vel non poterit redimere, dabit ei licentiam vendendi, non alicui extraneo, sed proximo generis sui, aut alicui ejusdem legis, ne alodium placiti videatur Echeredari.* Vide *Echæredare*.

\* **EXHEREDATIO**, **EXHEREDITATIO**, Bonorum spoliatio, dissipatio, jactura, Gall. *Ruine*. Stat. ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 140: *Quod jam cessit et gravius cedere posset in futurum in rei publicæ scandalum et grave dampnum, ac dactorum nostrorum subditorum oppressorum... Echeredationem, grandæque præjudicium et jacturam.* Aliud ann. 1419. tom. 11. earumd. Ordin. pag. 42: *In gravamen et Echæredationem subditorum Dalphinatum, etc.* Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 33. r: *Item debent ipsum juvare pro ejus Echæredatione evitanda.* Vide *Echæredare*.

\* **EXHERESTERNA**, ἀπό χθός. Germ. *ex hesterno*. Reg. ab *hesterno*. Castigat. in utrumque Glossar.

1. **EXHIBERE**, Præbere alimenta et ad vitam necessaria apud JC. Lactantius de Mortib. Persecutor. n. 7: *Hæc quoque tolerari possunt, quæ ad Exhibendos milites spectant.* Et num. 11: *Dapibus suis sacrificabat pene cotidie, ac vicarius epulis suis Exhibebat.* [Nicolaus Trivetius in Chronico ad ann. 1165: *Transiit igitur (S. Thomas Cantuar.) ad S. Columbam, Rege Francorum eum humaniter tractante, et in necessariis Exhibente, cui etiam successoribus suis in Ecclesia Lugdunensi præbendam perpetuam assignavit.*]

**EXHIBITIONES**, Præbitiones, præstationes, tributa, etc. Charta Andreæ Laudensis Episc. apud Ughellum: *Cunctasque Exhibitiones quæ hactenus ad Laudensium comitatum de ipsa civitate, et suburbano ejus redhibitæ sunt, etc.* Usurpatur etiam eadem notione in Charta Henrici Regis Franc. ann. 1048. Locum vide in *Vicaria*.

\* 2. **EXHIBERE**. Acta S. Alex. tom. 6. Sept. pag. 232. col. 2: *Euntes ministri in vico Bacatensi præparaverunt fornacem, quoniam thermæ publicæ in eodem loco populum Exhibebant.* Id est, ut notant ibi docti Editores, Occasione thermarum erat ibi populi multitudo.

\* 1. **EXHIBITIO**, pro adject. *Exhibitus*, in Lit. ann. 1350. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 34. *Eshendisement*, pro Auxilium, adhortatio, a verbo *Eshendir*, Adjuvare, excitare, in Sent. Baillivi Duac. ann. 1382. ex Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 38: *Lui (suppliant) maintenu desordenément oudit lieu, ainsi que pour vouloir faire Eshendisement oudit fait.* Infra: *Eshendir*.

\* 2. **EXHIBITIO**, Mandatum judicis, bannus. Chart. ann. 1316. in Gudén. cod. Diplom. tom. 2. pag. 453: *Sculthetus... post primam et secundam Exhibitionem, quæ Gebott vulgariter dicitur... tertiam Exhibitionem suam... posuit et*

*locavit.* Eadem Germanice exstant ibid. pag. 458. ubi *gewann sinen dritten Bann.* Vide alio sensu post *Exhibere* 1. et JC.

\* **EXHIBITOR**, Qui exhibet, literarum seu instrumenti lator, Gall. *Porteur*. Procurat. ann. 1340. ex Tabul. Flamar.: *Ordinat. reg. procuratorem suum... generalem ac etiam specialem, videlicet Guillelmum de Gorsolis, sive sancti Ripperii domicellum, Exhibitorem præsentis publici instrumenti.*

† **EXHIBUCE**. Vide *Exibus*.

\* **EXHIGERE**, pro *Exigere*, passim in Chartis.

\* **EXHILARATIO**. [Actus exhilarandi. Augustin. 8. de Gen. ad litt. 8. *Exhilaratio voluntatis.*]

† **EXHIMITUM**, ut supra *Examitum*, Pannus pretiosior, holosericus. Locum vide in *Dimitum*.

\* **EXHINONORARE**. Vide infra *Exinhonorare*.

\* **EXHITA**, Egressus obviam alicui. Comput. ann. 1380. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 26. col. 2: *Eundo quæsitum rosinos in Echita facta dicto domino cardinali d'Amié. Et pag. 28. col. 1: Pro quinque Exhitis per dominos consules factis tam dominæ duchessæ, quam domino senescallo Bellicadri.*

\* **EXHIUS**, Exitus. Charta ann. 883. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 21: *Cum mansis, pratis, pascuis, silvis, Exhiis et regressis, etc.* Vide *Exitus*.

**EXHOMINARE**, Hominem exuere, ἐξωμοποιεῖν. Alanus de Insulis in Planctu naturæ, de Sodomitis:

Humanos hominis exiit usus,  
Non humanus homo. Degener ergo  
Bruti degeneres induit artus,  
Et sic Exhominans Exhominandus.

† **EXHOMOLOGISTA**, Confessarius, seu Administrator sacræ penitentiae, ab ἐξομολογῆν, Confiteri. Scriptura Johannis de Ribera ad Concilium Compostell. inter Concil. Hispan. tom. 4. pag. 98. col. 2: *Plurimi reperiuntur, qui domestico Exhomologistæ peccata præ verecundia celant, quæ extraneis libere produnt.*

**EXHONORARE**, *Vituperare*, in Glossis Arabico-Lat. [Gall. *Deshonorer*, Probrum, infamiam inferre, Labem aspergere. Interpres Ecclesiastici 10. 23: *Semen autem hoc Exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.* Et 7. 32: *Quis honorificabit Exhonorantem animam suam?*] Est etiam honorem, id est, feudum adimere. Rathbertus: *Quid putas Imperator? numquid vindicare te putas, hunc virum Exhonorando, et qualibet terrarum parte exulare jubendo?*

**EXHOSPITARE**, Sugerius in Ludovico VI. pag. 321: *Cum autem antequam cum filio exissemus, cum venerabili Ecclesiæ Priore Hervæo sepulturam ejus ante altare S. Trinitatis, ex opposito tumuli Caroli Imperatoris, mediante altari providissemus, occupato loco Carlomanni Francorum Regis, quia nec fas, nec consuetudo permittit Reges Exhospitari, quod proposueramus, fieri non potuit.* Id est, Regum corpora de tumulis suis extrahi, et alio transferri. Vide *Dehospitare*.

† **EXHUMARE**, Cadaver ex humo effodere, Gall. *Echumer*. *Echumatio*, Effusio, Gall. *Echumation*. Utrumque legitur in Concilio Regiensi ann. 1285. can. 7. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 193.

\* **EXHUMERATUS PANNUS**, Vox artis pannificæ. Arest. ann. 1395. 13. Febr. in vol. 8. arestor. parlam. Paris.: *Ordinatum fuerat quod non venderentur panni... tincti mala tinctura... nec in-*

*super Echumerati, quod dicitur vulgari nomine Espaulæ.* Cujus vocis vim explicat Stat. ann. 1403. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 171. art. 17: *Nul ne pourra avoir drap Espaulé, c'est assavoir drap duquel la chaenne ne soit aussi bonne ou meilleur comme les listeres.*

† **EXIBUS**, *Pinguedo*. Gloss. Isid. Excerpta Pith.: *Exibus, Pinguedo*. Apud Festum legitur: *Eabuetes, Exinteratas, sive Exbus, quæ ebiberunt, quasi epotæ; ubi vide Scalligerum.* Post Grævium dicam: Sed quid hoc ad pinguedinem? Quærant acutiores.

\* **EXIGIUS**, *Exul, extorris*, Gall. *Exilé*, alias *Eschis*. Charta Phil. VI. ann. 1337. ex Bibl. reg. col. 15: *Quod multi Januenses... erant Exicii, exules et apolides civitatis suæ prædictæ.* Belloman. cap. 45. MS.: *Mais en tiex cas, se il voloit prouver que li barons fust Eschis les dix mois dessusdis et plus par mellée, ou par dettes, ou par bannissement, tele prueve ne li vaudroit pas; car il avient souvent que chaus qui sont Eschis pour tiex choses vont et viennent à la fois là ou leur femmes repairent, couvertement et en repost; et en tiex venuez porroient il engendrer. Eskieæ et Eskia, eodem sensu, apud Pet. de Fontan. cap. 31. art. 2: *Quant li maufeterres est Eskiez de se terre... S'il est Eskia de se terre pour tel cas li n'i puist entrer.* Eschassé vero, pro Absens, remotus, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 484: *Lesquelz freres, qui estoient Eschassez de la conté de Boulougne pour le fait et occasion de nos guerres.* Vide *Exiticus*.*

\* **EXIGOTUM**. Vide supra *Exiccotum*.

**EXIDONEARE**. [Idoneum reddere, Purigare.] Vide *Idoneus*.

† **EXIENS**, *Moribundus*, Gall. *Moribond*, de quo etiam dicimus, *C'est un homme qui s'en va.* Processus de Vita S. Yvonis, inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 557: *Domine Yvo, veniatis pro Deo ad audiendum confessionem cujusdam infirmi Exeuntis in domo quadam.*

**EXIGENDA**, vox fori Anglici: ita autem dicitur conditio ejus qui quinquies in Comitatu aperto exactus, aut vocatus ad comparandum, non venit, ideoque exlex propter contumaciam proclamari potest. Ita Gouellus. Adde Rastallum verbo *Exigent*, et Brittonum pag. 5. 14.

† 1. **EXIGENTIA**, Gall. *Exigence*, Pro res postulant exiguntque. *Pro temporis Exigentia sermonem facere*, apud Barthium in Adversar. 44. cap. 9. ex Prudentio juniore in Vita S. Mauræ. *Juxta honestatis Exigentiam*, in Epistola anni 1497. apud Ludewig. tom. 6. pag. 106. *Juxta ordinis sui Exigentiam*, in Instrumento anni 1503. apud Th. Madox Formul. Anglican. pag. 336. *Juxta Exigentiam status*, in Litteris patentibus Caroli V. Franc. Regis pro Monspelienibus ann. 1367. *Secundum sui naturam et causæ Exigentiam*, in Venditione Vicecomitatus Bellanæ 25. Aprilis ann. 1410. ex Schedis Præsidis de Mazaugues.

2. **EXIGENTIA**, Tributum, exactio. Rogerus Hovedenus pag. 592: *Concessit quod... quieta sint de telonio et omnibus aliis consuetudinibus et Exigentis.*

**EXIGENTIA**, Debitum quod exigitur. Bromptonus. pag. 1183: *Nisi Tancredus Rex Siciliæ... pacem celerius cum ipso fecerit de omnibus Exigentis, quas ab ea exigebat.*

\* **EXIGENTIA**, Necessaria, quæ quis, habita suæ conditionis ratione, exigere potest. Charta Godefr. Camerac. episc. ann. 1282. ex Chartul. S. Sepul. ch. 36: *Habebit capellanus ad minus pro suis*

*Exigentis decem libras Cameracensis monetae... Contentus autem erit capellanus proventibus superius expressis, ita quod nihil prorsus a domo S. Johannis pro suis Exigentis, sive pro competentiā sui beneficii poterit exigere. Vide Exhibere 1.*

† **EXIGERE** Se, Rem possessam dimittere, cedere, Gall. *Se dessaisir*. Judicium ann. 782. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 26: *Et ordinavimus Milone Comite, ut de ipsas villas se Exigere fecisset, et Arloyno assertore et mandario Danielo Archiepiscopo per suum suionem revestire fecisset.* [\* Vide infra *Exire* Se.]

\* **2. EXIGERE**, Exire. Lit. ann. 1394. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 236: *Alquierius de Deodata... eques et armatus per puncta... equitando equum magnum, et Exigendo de loco de Columberio de domo hæredum Guillelmi de Bello-loco, etc.*

\* **3. EXIGERE**, pro Eligere. Charta ann. 1222. ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 21. v. : *Insuper quicumque exactus est pro patrone causæ, ille exactus tenetur proponere verbum illius, qui ipsum Exegit.*

\* **EXIGUUS**, pro Humilis, eo titulo Chartam sub Alex. archiep. ann. 910. in Chartul. eccl. Vienn. fol. 49. v. col. 2. subscribit Remegarius sanctæ Valentiniensis ecclesiæ Exiguus episcopus. Vide *Extremitas*.

† **EXILIARE**, In exilium agere, Gall. *Exiler*. Lex Aleman. tit. 35. § 1: *Exiliet eum de provincia*. Lex Bajw. tit. 1. cap. 11. § 4. tit. 2. cap. 10. § 1: *Hoc in potestate Regis vel patris sui ibit, ut Exiliet eum, si vult*. Annales Franc. S. Nazarii ann. 786: *Ibidem comprehensi sunt, et exinde Exiliati*. Ann. 787: *Fraudulentissimos eorum in Franciam Exiliavit*. Leo Ost. lib. 1. cap. 32: *Siconolfi filio de Salerno Exiliato*. Lib. 2. cap. 9: *Joannes PP. de Roma Exiliatus venit Capuam*. Ekehardus Junior de Casib. sancti Galli cap. 16: *In curtes longius sitas pane sordidore aquaque alendos Exiliaverat*. Dositheus lib. 3: *A quo Exiliatus est*. Adde Miracula S. Bavonis lib. 1. cap. 14. lib. 2. cap. 11. Capitul. 2. ann. 813. col. 13. Vitam Ludovici Pii ann. 818. Vitam S. Wolphelmi Abbat. n. 33. etc. [Vide *Exilium*.]

† **EXILIARIUS**, Qui mittit in exilium. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.: *Exiliarius, Cils qui exile*.

† **EXILIATIO**, Exsilium, Gall. *Exil*. Charta Lamberti Episc. Lingon. ann. 1018. pro Monasterio S. Valentini, inter Instrum. tom. 4. Gall. Chr. col. 139: *In hujus Exiliationis lacrymosam convallem secum omne propuginis suæ traduxit genus*.

\* Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 110: *Et post Exiliationem ambos, inconsultis magnatibus, ad solum proprium revocavit* (Edwardus II. rex). *Assil* et *Essil*, eodem sensu, in Pœn. ducat. Aurel. apud Thaumass. ad calcem Assis. Hierosol. pag. 468: *Se aucun n'a nul biens en tel forfet, il seuffre Assil perdurable*. Infra: *Essil*.

1. **EXILIUM**, Dissipatio, destructio. *Exiliare*, destruere, dissipare. Statutum Marlebridgense sub Henrico III. Rege Angl. cap. 25: *Firmarii tempore firmarum suarum vastum, venditionem, vel Exilium non facient de domibus, boscis, vel hominibus, nec de aliquibus, quæ ad tenementa quæ ad firmam habent, spectant, etc.* [\* Placit. ann. 8. Johan. Reg. Bedf. rot. 9. in Abbreviat. Placit. pag. 54: *Milo de Everesh summonitus ad ostendendum quare ipse vastaverat boscum et terram Roberti... Robertus perdonavit*

*eidem Miloni Exilium terræ, etc.*] Fleta lib. 1. cap. 11: *Vastum et destructio fere æquipollent, et convertibiliter se habent in domibus, boscis et gardinis, sed Exilium dici poterit, cum servi manumittantur, et a tenementis suis injuriose ejiuntur*. Adde lib. 4. cap. 9. § 9. et Bracton. lib. 4. tract. 5. cap. 18. § 1. Vilharduinus n. 220: *Ne remest nulle riens à Essilier fors la cité de Versoi*. Chronicon Flandrense cap. 75: *Puis alla vers Peronne ardent ou Essilant tout le pais*. Adde cap. 89. Le Roman de Vaces MS.:

Ne soffrez vos homes Essilier ne porprendre.

Le Roman de Garin MS.:

Le resne avons Essilié et gasté,  
Et meint monstier contre ferre geté.

[Le Roman de Partonopeus MS.:

Quant verront le leu de venger,  
Pour moi destruire et Essilier.

Le Roman de la Violette MS.:

Je n'y seay aultre jugement,  
Fors de l'ardoir isnelement...  
Sans le sceu de vos bons amis,  
Ne soit son corps à Exil mis.]

Hinc etiam Picardi verbum *Essiller* usurpant pro, *bona dissipare*. *Essileurs de biens*, apud Philippum de Beaumanoir cap. 58.

\* **Bestiarius**. MS.:

Chest goupil, qui tant set barat,  
Que nous apelon chi renart.  
Senefle le mal goupil,  
Qui le peuple met en Essil.

\* **2. EXILIUM**, Peregrinatio, iter in longinqua. Vita S. Lugini. tom. 1. Aug. pag. 348. col. 1: *Quadam autem die S. Luginus ecclesiam circueiens, invenit post ecclesiam quatuor viros, qui in Exilium ire cogitabant; quibus Luginus ait: Vos cogitatis ire in Exilium; ego autem dico vobis, quia locus, ubi nunc pedes vestri stant, ibi corpora vestra sepelientur*. Vide *Exil*.

† **EXILTA**, Erronum marinus. Gloss. Isid. La Cerda legit: *Erronum manus*. An bene, dicat qui potest.

**EXIMENTUM**, Idem quod *Exitus*, Fructus, et proventus prædii. [Judicium ann. 1165. Marce Hisp. col. 1340: *Cumque de Eximentis inter eos quæstio vertetur, (prædictus enim Guillelmus Raimundi tertiam partem omnium fructuum, qui cultura et cura habitatorum Dentosæ proveniebant, inter Eximenta computabat.) diffinivit prædicta curia, ea tantum Eximenta recte appellari, quæ ad jus proprium ac fiscum regium pertinent, sive ea in leudis, questis, placitis seu aliis quibuscumque usaticis, sive etiam terris, vineis, hortis consistant; fructus autem hereditatum eorum qui in civitate habitant, sive hi clerici sint, sive milites, sive burgenses, nullo modo inter Eximenta computari, præcipue quia ipse in eis senioratum vel adempamentum et mandamentum habet districtum.] Charta Raimundi Comitis Barcinon. ann. 10. regni Leovici Regis junioris: *Et habeas tertiam partem de omnibus Eximentis ejusdem civitatis ac villæ, omniumque terrarum sibi pertinentium*. Alla Ildefonsi Regis Aragon. æræ 1211: *Omnia Eximenta et expleta quæ exient de prædicto honore*. [Charta Philippi Pictav. Episc. ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 797: *In terris omnium bladorum, leguminum, lino-rum, carrharum, et in omni Eximento terrarum frostarum quæ de arbergamentis non fuerint, percipient semper dictus Abbas et sui similiter duas partes, et tertiam servientes.*]*

**EXIMEQUI**, *Proxenete*, in Gloss. Isid. **EXIMERE**, Interimere, occidere. Leges Luithprandi Regis Longob. tit. 12. § 1: *Si quis frater fratrem suum in peccatis Exemerit, etc.* [\* Murat. Occidit. Luitpr. 17. (3, 3.)]

† **EXIMIETAS**, *Sublimitas*, in Gloss. Isid. et apud Papiam. Gloss. Gr. Lat. Ἐξοχή, ἡ ὑπεροχή, *Excellentia, Eximietas, Eminentia*. Titulus honorarius, et compellatorius, qui occurrit non semel apud S. Augustin. Epist. 82. 129. 133. 135. 158. Radbertum in Epitaphio Walæ Abb. Corbeiens. pag. 513. etc.

† **EXIMI**, *Optimates*. *Eximii regni*, apud Radbertum in Vita Ven. Walæ Abb. lib. 1. cap. 13. sub finem; *Primi et Eximii palatii*, lib. 2. cap. 17.

\* **EXIMINA**, pro *Hemina*, mensura frumentaria. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241: *Item unum mal-hollium... ad censum unius Eximinæ ordi*. Infra: *Eymina*. Vide *Hemina*.

† **EXIMIUM**, pro *Exerium*, Munusculum. Statuta Arelat. MS. art. 175: *Neque consules, neque iudices... accipiant aliqua munera vel Eximia ab aliquo cive*.

† **EXIMMUTUARE**, Vide *Eximnutuare*.

† **EXINANIRE**, *In nihilum redigere*, in Barthii Glossario, ex Raimundi Agilæi Hist. Palæs. Pluries occurrit in Scripturis. *Exinanire* Latinis est Evacuare, Exhaustire, Exonerare. De Filio Dei dicitur apud Apostolum: *Semetipsum Exinanivit formam servi accipiens, etc.* [\* Vide Forcellinum.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Anienter, amandrir, adnichiler, Exinanire*.

\* **EXINANITAS**, *Exinanitio*. Castigat. in utrumque Glossar.: *Exinanitio, vacuitas, ἀποκένωσις*. MSS. *Exinanitas*. [\* Mar. Mercator in Cyrilli Episc. Alexandr. Respons. contra Theodoret. pag. 296: *Si vero ipsum verbum, quod erat in forma et æqualitate Dei et patris, exinanisse se dicitur, quomodo rursus vel qua ratione exinanitum sit, si recuset Exinanitatem. Exinanitas autem Dei verbi est ejus, quod nescit pati conversionem, agere aliquid vel dicere humanorum, etc.* Vide ibid. pag. 262. 315. et 375.]

\* **EXINANITUS**, Qui deliquitum animi patitur, Gall. *Evanoui*. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 501. *Quodam vase tenente chopinam per ipsum supplicentem accepto, percussit in capite dictum Chicardum, unde mors inopinata secuta est; credens dictus supplicans dictum Chicardum esse solummodo prædicto ictu læsum seu Exinanitum, etc.*

\* **EXINHONORARE**, Probro afficere. Pasch. Radbert. in vita vener. Walæ tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 286: *Idcirco errat qui arbitratur Arsenium in periculum exsilii vel capitis vocari... quod Augustum et filios Exinhonoraverit*. Mabil. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 503. edidit: *Exinhonoraverit*. Vide *Exhonorare*.

† **EXINTEGRO**, Plene, integre, in leg. 28. Cod. Th. de Suscept. (12, 6.) [et in Instrum. anno 1327. apud Ludewig. tom. 5. pag. 481.]

† **EXINTERARE**, *Intestina eruere*. Parvulus Episc. Laudunensis in Epist. ad Hincmarum Remensem: *Quæ (volatilia) oportet primum Exinterare, et diligenti cura sale humores exsiccare*. [Vide *Exenterare*.]

† **EXINUARE**, *Exemplare, Aperire*. Gloss. Sangerm. n. 501. Puto legendum *Exsinuare*, vel *Insinuare*, quod est in notitia alicujus adducere.

\* Hinc, ut videtur, *Exinete*, Dumetum quod *exinuatur*, in Lit. remiss. ann.

1410. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 356 : *Comme le varlet du suppliant feust alé aux champs... pour couper un poy de branches en une haye ou espine... pour eultz esbatre et oster Exinete, afin de faire une haye pour preure un lievre.*

\* **EXIPERE**, pro Excipere, in Procurat. ann. 1340. ex Tabul. Flamar. et alibi passim.

† **EXIPPITARE**, *Rare oscitare*. Gloss. Isid. Paulo aliter apud Papiam : *Exipito, as, are, Oscitare, os aperire, hiare, et in Glossario Sangerm. n. 501 : Exipitare, Hiare, os aperire.*

1. **EXIRE** de aliquo crimine, eo absolvi : *Exire de latrocinio*, in Lege Salica tit. 49.

\* 2. **EXIRE**, Offerre, liceri, Gall. *Mette l'enchere*. Stat. ann. 1371. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 309. col. 1 : *Et sic continue recipere novas oblationes seu exitas ab eisdem seu aliis volentibus amplius Exire seu offerre... Item quod nullus corratarius sit ausus revelare aliqui aliter exitores qui Exierint seu Exire voluerint, etc.* Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 62 : *Et qui voluerit plus Exire, Exeat... et nullus fuerit seu apparuerit qui ad ipsa plus voluerit Exire seu offerre, etc.* Charta ann. 1388. in Reg. 133. ch. 127 : *Non invenit præco aliquem, qui in dictis bonis majorem exitam fecerit, seu majus pretium se datum obtulerit, quam magistrum Johannem de Betiziaco civitatis Biterrensensis, qui die præsentis Exivit ac se dare obtulit... summam sexcentorum francorum auri.* Hinc

\* **EXITA**, Auctio, licitatio, Gall. *Enchère*. Lit. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 68 : *Præconizare fecit quod quinque supradictos et designatos census emere seu in eis Exitam seu oblationem aliquam facere volentes, venirent et compararent die præsentis hora vesperorum in curia ordinaria et coram Bauduchio commissario prædicto, Exitas seu oblationes eorum... facturi.* Charta ann. 1395. in Reg. 148. ch. 287 : *Dicta bona subhastari fecisse, et non reperiisse aliquem alium exitorem, qui in prædictis bonis et hereditagiis dicere seu Exitam facere vellet.* Registrando etiam *Exitas et encherias*, in Ch. ann. 1489. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 50. col. 2. Vide supra *Dica* 2. Inde etiam

\* **EXITOR**, Licitator, Gall. *Enchériseur*. Lit. Ludov. ducis Andegav. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 334 : *Ad incantum publicum diu ducti ad precium quingentorum francorum auri quondam nomine regio existente et offerente, cum nullus alter Exitor nec emptor tutus reperiretur, etc.* Occurrit præterea in locis jam laudatis.

\* 3. **EXIRE DE CONVENTIONE**, Pactum perfringere, violare, Gall. *Ne point tenir une convention*. Charta Petri comit. Autiss. ann. 1199. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 1 : *Hæc faciam jurari domino regi ab omnibus illis militibus et hominibus comitatum Altissiodori et Tornodori, qui hæc nundum juraverunt, quos in manu mea teneo; ita quod si Exirem de aliqua istarum conventionum, ad dominum regem irent cum omnibus feodis suis absque fidem mentiri.*

\* 4. **EXIRE HOMINEM**, f. pro *Evare*, loquendi formula haud infrequens, Decedere, mori. Charta ann. 1152. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 615 : *Eodem anno Radulfus Monfortensis dominus hominem Exivit; cum autem appropinquaret dies ejus, etc.* Vide supra *Excedere*.

\* 5. **EXIRE SE**, Excedere. Gall. *S'en aller*. Charta ann. 1374. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. xvij : *Bajulus... audita supplicatione dictæ nobilis Morosæ... ordinavit quod dictus serviens se a dicto hospicio Exeat.*

\* **EXIRETANUS**. Theodor. de Niem de vita et fati Johan. XXIII. tom. 2. Conc. Constant. col. 340 : *Nec istis lucris contentus (Balthasarus dictus Joan. XXIII. PP.) sed amplius ditari satagens, quosdam eloquentes et audaces apostatas, de Spoleto in vicinis partibus oriundos, quos Ialici Exiretanos appellant, et nuncios dicti Bonifacii (IX. PP.) ad prædicandas in Almania et adjacentibus provinciis indulgentias et peccatorum remissiones de omni peccato largissimas fieri procuravit.*

† **EXISCERARI**, pro *Exsecrari*. Papias in MS. Bituric. : *Exisceratur, Detestatur, horret.* Melius in Editio : *Execratur, Detestatur, horret.*

† **EXISSA**, *Disrupta*. Papias MS. Bituric. Puto legendum *Exscissa*, ab *Exscindo*.

† **EXISTENTIALITAS**, Vis existendi, qua quid existit. Utitur Marius Victorinus in Responsione ad Candidum Arrianum, apud Mabillonium Analect. tom. 4. pag. 161.

**EXISTIMARE**. Charta commutationis anni 985. ita subscriptum apud Ughellum in Episcopis Bergomensib. pag. 613 : *Petrus qui Existimavi ut supra me subscripsi, Aroaldus qui Existimavi ut supra me subscripsi, etc.*

† 1. **EXITA**, pro *Exitus*, Gall. *Sortie*. Vide *Entrata*.

\* 2. **EXITA**, Licitatio. Vide supra in *Exire* 2.

\* 3. **EXITA**, Vectigal pro evehendis mercibus ex aliquo loco persolutum. Charta ann. 1366. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 55 : *Pro Exita sive exitu seu passagio centum et sexaginta sex balarum pelliū agnellorum.* Vide *Exitus* 5.

\* **EXITARE**, *Dubitare*. Papias in MS. Bitur. Lege *Hæsitare*.

**EXITATORIE**. Vide supra *Excitatoria*.

† **EXITABILITER**, *Perdite, damnose*, cum exitio. S. Aug. lib. 6. Confess. cap. 7 : *Compereram, quod circum Exitabiliter amaret.* Epistola Capreoli Episcopi Carthag. inter Concilia Hispan. tom. 2. pag. 198 : *Tantum igitur abest Deum Dei filium incommutabilem atque incomprehensibilem ab inferis potuisse concludi, ut nec ipsam adsumtionis animam credamus Exitabiliter susceptam, aut tenaciter derelictam.*

† **EXITICIUS**, *Exul, extorris. Exiticiusve aut bannitis*, apud Rymer. tom. x. pag. 120. col. 2. *Exititii seu banniti*, in Charta Bonifacii IX. PP. ann. 1396. apud III. Fontaninum in Appendice Antiq. Hortæ pag. 424. *Rebelles et Exititii dictæ civitatis*, ibid. pag. 459. in Diplomate ann. 1415. Ibid. pag. 460 : *Providemus etiam et jubemus quod aliquis Exititius dictæ civitatis non possit nec debeat in præfata civitate restitui vel remitti, nec de eorum bandis extrahi.* Rursus occurrit infra, ut et lib. 3. Rer. Sicul. Sallas Malaspinæ apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 278. in Epistola Philippii Mariæ Ducis Mediolan. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1567. etc.

† **EXITIRE**, *Periclitari*. Vide *Exitum*.

† **EXITITIUS**. Vide *Exiticius*.

† **EXITIUM**, ut *Exitus*. *Aquis aquarumve decursibus, Exitia et regressia earum*, apud Mabillon. tom. 3. Annal. Benedict. pag. 696. col. 1.

\* **EXITOR**, Licitator. Vide supra in *Exire* 2.

**EXITURA**, *Jus exituræ, Droit de sortie*. *Exitura*, apud Phavorin. in Lexico. Charta Rogerii Ducis Apuliæ pro Monasterio Cavensi ann. 1092 : *Prædictum vero Monasterium mercimoniam suam absque omni datione, solutione, seu Exitura, libere vendat, etc.* Occurrit præterea in Statuto Honorii IV. PP. pro regni Neapolit. incolis ann. 1285. Vide *Fundicus* in *Funda*.

**EXITURÆ**, *Impetigines*, Matthæo Silvatico.

1. **EXITUS**, Græcis *ἐξοδος*, *Expensæ rationum* : unde *ἐξοδάσαι*, in Vet. Testamento. Proprie autem dicuntur *Exitus*, *Reditus annui*, vel alia terrarum commoda qua exeunt et proveniunt ex re aliqua, ut fructus terræ, et exitus tementi. *Issues*, apud Littletonem sect. 193. nostri *Revenus* dicunt. *Exues*, in Testamento Roberti II. Ducis Burgundiæ ann. 1297. apud Duchesnum. Statutum 2. Westmonasteriense cap. 43 : *Et sciat Vicecomes, quod redditus, blada in grangia, et omnia mobilia, præter equitaturam, indumenta, et utensilia domuum, continentur sub nomine Exituum.* Vetus Charta in Monastico Angl. tom. 2 : *Donationem de tota terra... cum Exitu duorum annorum, etc.* Vide *Regiam Majestatem* lib. 2. cap. 22. § 2. cap. 46. § 1. et *Skenæum* lib. de Verbor. significat. in *Exitus terræ*. Occurrit passim.

\* *Issue*, eadem notione, in Ch. ann. 1332. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 28 : *Profit, Issues et emolumentis qui d'icelui pré pourront venir ou Issir.* Hinc

\* **EXITUS LIGNORUM** dicuntur *Assulæ* et *recisamenta*, vulgo *Copeau*, quæ ex ligno exeunt et proveniunt, in Lit. remiss. ann. 1353. ex Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 810 : *Cum Robertus emisset... coispellos seu Exitus lignorum, quæ Johannes Gossellini carpentaverat, etc.*

2. **EXITUM FACERE**, pro *Evare*, *Devestiri*, quasi *Exire ex re aliqua*, *Rem* dimittere. *Tabularium Prioratus Perisaci* in Burgundia apud Perardum : *Istas... res warpiverunt, et se Exitum fecerunt pro amore Domini.* Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam in illius Vita : *Et mihi Mathilda Marchionissa foras exinde verpavit, et Exitum fecit.* Regestum Petri Diac. Casin. num. 244 : *Nos foras guerpivimus, et exinde ab omnibus Exitum foras fecimus, et ipsa supradicta Ecclesia S. Felici investivimus, et investiri dimisimus.* Vetus Charta in Chr. Laurisham. ann. 776 : *Sed per festucam ante nos se dixit Exitum.* Occurrit præterea in vet. formul. 69. 158. 155. 156. apud Lindenbrogium.

3. **EXITUS**, *Filii, liberi*, qui de aliquo exeunt. Statutum Westmonasteriense 2. ann. 13. Edw. 1. Regis Angl. cap. 1 : *In omnibus enim prædictis casibus, post prolem suscitam et exeuntem ab ipsis quibus tenentur, sicut conditionaliter fuit datum, huc usque habuerunt hujusmodi feoffati potestatem alienandi tenementum sic datum, et hæredandi Exitum eorum contra voluntatem donatorum, etc.* Infra : *Licet Exitus, si quis fuerit, obiisset. Habetur ibi non semel. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 607 : Qui genuit Robertum de Alfreton Baronem... qui per Agnetem uxorem ejus habuit Exitum, Thomam filium et hæredem, etc.* i. ex quo natus est, etc. Galli dicunt, *duquel est issu*. Occurrit eadem phrasia pag. 869. [Charta anni. 12. Henrici IV. Angl. Regis, apud Th. Madoc Formul. Anglic



pag. 16: *Genuit Johannem Shapwyk Cappellanum, et priorem prædictum de modo viventem, hæredem prædictorum Willelmi et Thomæ pro defectu Exitus. Sine Exitu de corpore dicti Willelmi, pag. 432. ejusd. Formul.*

¶ 4. **EXITUS**, in rationibus Expensum. Caffarus in Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 284: *Præterea in fine eorum Consulatus introitum et Exitum Reipublicæ totum, quomodo et unde receperant, sicuti et ubi distribuerant, in concione facta palatii coram omnibus per ordinem in scriptis apte et lucide ostenderunt; cujus enim pecuniæ de prædicto introitu et Exitu, etc.* Hoc est, de accepto et expenso, Gall. *Recette et mise*. Commissio data Guillelmo Remerville ann. 1469. ex Schedis D. de S. Quintino: *Ac de eadem summa compotum teneatis ac faciatis introitum fideliter atque probe, pariterque et Exitum.*

¶ 5. **EXITUS**, Vectigal pro evehendis mercibus ex aliquo loco, Gall. *Droit d'issue*, vel *de sortie*. Diploma Lotharii II. Imp. pro Wibaldo Abb. Stabulensi ann. 1137. apud Marten tom. 2. Ampliss. Collect. col. 99: *Nullum pontaticum, nullum transitum vel Exitum, nullum denique terra aquave vectigal... persolvant.* In quibusdam Consuetudinibus municipalibus Francis *Droit d'issue*, idem sunt quod *Laudimia*, Gall. *Lods et ventes*, aliæ similia, quæ subditi dominis feudilibus debent exsolvere, cum fundum emunt, vendunt, aliæ ratione comparant vel alienant. Hac notione accipitur in Consuetudinibus Aquarum Tarbellicarum tit. 9. art. 19. 20. 22. 27. 28. 34. 38. Balonæ tit. 5. art. 42. Sed in Consuetud. Hedenensis art. 4. *Droit d'issue* de eo dicitur, quod dominus percipit, cum quid e sua in alienam jurisdictionem transfertur: de quo jure etiam fit mentio in Consuetud. S. Pauli in pago Atrebat. Vide Glossarium de Lauriere voce *Issue*.

\* 6. **EXITUS**, pro *Exercitus*, ni fallor, Expeditio militaris. Charta commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordinatio. reg. Franc. pag. 675. art. 27: *Si communia præcepto domini regis vel justitiæ suæ debeat exitum facere, major et eschevini providebunt quos statuunt remansuros ad urbem Rothomagensis custodiendam; et qui post horam nominatam exeundi, inventus fuerit in dicta civitate... erit in misericordia domini regis, et in misericordia communie de domo sua prosterenda, vel de centum solidis, si domum non habuerit.*

\* 7. **EXITUS**, Actus, factum. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 159: *Dictus Johannes de la Treille fuit longo tempore et continue ante mortem suam homo insanus, capitosus, quasi furiosus, et faciebat Exitum furiosus.*

¶ **EXITUS FORI**, de eo dicitur, si bene coniecto, qui deserit forum seu jurisdictionem legitimi domini, ut *exeat* seu transeat in alienam. Charta Roberti Comitis Mellenti tom. 4. Hist. Harcur. pag. 2173: *Si miles vel alias et quicumque aliquando coitatevit castrum vel Exitum fori fecit, capiat, et donec inde nobis satisfacit, teneantur feoda.*

¶ **EXITUS MENSIS**. In veteribus Instrumentis non semel occurrunt hæ voces *Introitus et Exitus mensis*, ad quarum notionem observandum a majoribus nostris menses in duas æquas partes divisos fuisse. Prioris partis, quam *Introitum* vocabant, dies naturali ordine numerabant, ita ut prima dies mensis esset prima *Introitus mensis*, sique per-

gebant usque ad diem 15. Posterioris vero partis seu *Exitus* dies ordine retrogrado, ut Romani Kalendas numerabant; ultima igitur dies mensis erat prima *Exitus mensis*, penultima secunda et sic de cæteris. Lapis marmoreus in claustrum B. M. Deauratæ: *Anno Domini MCCLXXXIII. tertia die Exitus mensis julii obiit domina Ancelina soror domini Petri de Castro novo pro qua fit Officium, etc.* Charta ex Archivis ejusdem Monasterii: *Et fuit actum hoc septimo die Exitus mensis januarii, Philippo Rege Francorum et Petro Episcopo Tholosano anno ab Incarnatione Domini MCCCLIII. [\* Vide Mensis intrans.]*

**EXITUS PLACITI**. Jo. Fortescutus de Laude Legum Angliæ cap. 20: *Materiæ facti, quam legis Angliæ periti Exitum placiti appellant... veritas per leges civiles testium depositione probari debet, in qua duo testes idonei sufficiunt; sed per Leges Angliæ veritas illa non nisi 12. hominum de vicineto, ubi factum hujusmodi supponitur, sacramento, judici constare poterit.* Adde cap. 26.

¶ **EXITUS VILLÆ**, Quod Majori et Juratis alicujus villæ solvere debebat Burgensis, qui in aliam migrabat villam seu urbem oppidumve. Arrestum Parlamenti ann. 1266. relatum apud de Lauriere tom. 1. Ordinatio. Reg. pag. 315: *Petebant Major et jurati Compendii contra Johannem le Riche, Burgensem modo Corbiensem, quod cum ipse fuisset et adhuc esset Burgensis suus, nec unquam eis solvisset Exitum ville, solveret eis talliam sicut et alii Burgenses dicte ville, vel saltem Exitum ville et partem debite ville eis redderet. Et ad hoc petebant per Curiam eum compelli.* Quod factum est, ut in sequentibus habetur. Hoc autem parlamentum iudicium consonum est Edicto Philippi Pulcri ann. 1287. n. 6. ibidem: *Item, il est ordonné que se aucuns, ou aucuns reçu à la Bourgeoisie, ou à recevoir en la fourme dessusdite, s'estoit partis ou partoît de cy en avant, d'aucun lieu, ou d'aucune Commune, il payera les tailles, les frez de la ville, de tant comme il fut tailliez, ou gité sus li, avant qu'il fut reçu et avoiez comme Bourgeois à l'autre ville, dont il aura requis la Bourgeoisie, ou la partie de doite pour Yssue de la ville.* Vide *Gabella Emigrationis*.

\* **EXIVELLARI**. Vide *Arxivellari*. [Fr.]

**EXIUS**, Exitus. Tabularium Bellio-cense num. 130: *Cum terris et pratis et cum ipsis broliis, cum Exiis, et regressibus.* Occurrit ibi pluries. Ita in formula 28. ex Baluzianis, Aliæ Chartæ ejusdem Tabularii habent vulgo *Exitibus*. [Chartularium Ecclesiæ Aptensis *Eceis*. Instrumentum Ecclesiæ Ruthen. tom. 1. Gall. Christ. pag. 53. col. 2: *Cum curtes et hortos, cum Exeis et ingressis et egressis. Cum Exeis et regressis.* in Donatione ann. 810. inter Instrum. tomi 1. novæ Hist. Occitanæ col. 36. *Cum Eceæ et ingresseæ*, in Charta ann. 922. Marcæ Hisp. col. 842. *Cum Exiis et regressis*, ibid. col. 819. ex Charta ann. 888. Vide ibid. col. 823. Acta SS. Martii tom. 3. pag. 719. Chartam ann. 825. tom. 4. Gall. Chr. Instrum. col. 265. 266. etc.] Vide *Exitus*.

**EXLEGALITAS**, **EXLEGARE**. Vide *Exlex*.

1. **EXLEX**, Alterius legis, seu Religionis, qui extra legem est. Gloss. Lat. MS. Reg: *Exlex, extra legem*. Fulcherius Carnot. lib. 1. Hist. Hieros. cap. 11. de Christianis: *Cum civitatem ingressi fuissent, confestim cum feminis Exlegibus concubuerunt plures ex eis.* [Charta Theobaldi Episc. Ambian. de compositione inter Bernardum de Morelio et

homines ejusdem villæ: *Si quis aliquem verbis contumeliosis Exlegem nominavit, decem solidos pro lege Domino dabit.*]

2. **EXLEX**, Qui beneficio legis privatur, adeo ut lege agere non valeat. [Barthius in Glossario ex Hist. Palæst. Fulcherius: *Exlex, Excommunicatus, is ad quem nec divini nec humani juris quocquam pertineat.*] Leges Edwardi Confess. cap. 19: *Pueri vero qui ante malefactum fuerint nati vel generati, non erunt Exleges pro malefacto post generationes eorum pe-racto.* Adde cap. 37. Continuator Florentii Wigorn. ann. 1127: *Clericus ab ordine deponatur, laicus vero Exlex et excommunicatus habeatur.* Ordericus Vital. lib. 10. pag. 327: *Absit a me ut credam quod bonus Miles violet fidem suam; quod si fecerit, omni tempore velut Exlex despicabilis erit.* Charta anni 1240. in Tabulario Campan. Biblioth. Regiæ fol. 965: *Si quis dixerit aliquem Exlegem, vel aliquid quod sit æquivalens tali convictio, 5. sol. reddet Dominis, et Majori 6. den.* Bracton. lib. 3. tr. 2. cap. 11. § 1: *Si infra tempus illud non venerit, pro Exlege tenebitur, cum Principi non obediat, et extunc utlagabitur, sicut ille qui est extra legem, sicut Langhelesman.* Adde lib. 5. tr. 5. cap. 31. § 7. Apud nostros dicebatur ille *Perdre respons en Court*, cui juri stare haud licebat, aut cujus testimonium in jure nullum erat. Occurrit sæpe hæc formula apud Petrum de Fontanis.

**EXLEGARE**, Exlegem facere, beneficio legis exuere. Mattha. Westmonast. ann. 1020: *Rex Anglorum Cnuto... apud Orencestriam Concilio congregato Æthelwardum Ducem ibi Exlegavit.* Vide eumd. ann. 1021. Occurrit passim apud Scriptores Anglic. Ingulfum pag. 899. Roge-rum Hoved. ann. 1065. 1070. Simeonem Dunelm. de Gestis Angl. ann. 1017. 1052. 1055. 1063. 1065. 1074. etc.

**EXLEGALITAS**, **Calumniari** de *Exlegalitate*, in Legibus Edw. Confess. cap. 38. dicitur is qui postulat, vel accusatur tanquam *Exlex*. [Chronicon S. Trudonis apud Acher. tom. 7. Spicil. pag. 421: *Pars maxima de illa Luiponis conjurata factione, adhuc tunc truncas manus portantes in signum damnationis et Exlegalitatis suæ, hoc est, si bene interpretor, factorum contra legem, facinorum, et malefactorum.* Vide *Exlex* 3.]

3. **EXLEX**, Factum contra legem, injuria, maleficium, delictum. Charta anni 1236. in Tabulario Ecclesiæ Ambian. Ch. 271: *Ego Petrus Major de Fontanis... notum facio quod cum propter multiplices injurias, Exleges, et damna quæ irrogaveram Capitulo Ambian. etc.*

*Desléel*, in Vita. S. Ludov. edit. reg. pag. 331: *Il disoit que li jugemenz de sa court estoit faux et Desléel. Escalavorgement, eadem acceptatione, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 76. vº. col. 1: *Car la Incarnations n'estoit mie faite tant solement pour la réparation de l'humain Escalavorgement, etc.* Unde *Escalavorgans*, Perditus et dissolutus, vulgo *Libertin*, ibid. fol. 187. rº. col. 2: *Uns Escoliers, qui estoit avant vains et Escalavorgans, fu faiz chastes et contenanz.**

¶ **EXLORATORES**, Nebulones, iidem qui *Holerii*, de quibus in voce *Hullæ* 1.

\* **EXLORATORES** relictus editum tom. 4. Ordinatio. reg. Franc. pag. 499.

**EXMELLARE**, *Scalpellum vel lanceola* quibus inciditur cutis. Ita Glossæ MSS. ad illud Alexandri Iatrosophistæ lib. 1. *Passion. Scarificantes venas cum acuto Exmellari.*

† **EXMEMBRARE**, Mutilare. RATHERIUS Veron. Epist. ad Joannem II. Papam, apud Acher. tom. 2. Spicil. pag. 249 : *Adiciens amicabile satis consilium, melius scilicet esse, ut secederem, quam Milonis dolo aut Emembrarer, aut interficerer.* Vide Emembrare.

**EXMERARE ARGENTUM**, in Capitulis Caroli C. tit. 91. [\*\* Edict. Pist. ann. 864.] § 13. est *merum*, seu purum reddere vel purgare. Id nempe requirebatur in denariis, ut puro essent argento, et non mixto, et *pensam*, seu legitimum pondus haberent. Synodus Francoford. cap. 5 : *De denariis, si mero sunt argento, et pleniter pensantes.* Le Roman de Parise la Duchesse MS. :

S'il voit le roge or, et l'argent Esmera.

Vide *Merus*. [\* et supra *Esmerare*.]

\* **EXMETARE**, Metas ponere. Charta. Andr. reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 19 : *Prædicta igitur sylva et pratam a duobus pritaldis nostris... sic est Exametata. Prima meta exit, etc.* Vide supra *Exbonatio*.

\* **EXMETHODIUM**, pro *Odeum*, Genus ædificii, legebatur apud Sueton. in Domit. edit. Mediol. ann. 1475. monente D. de Montefalc. in Diar. Ital. pag. 230. Ipsum consule.

† **EXMINA**, pro *Hemina*, Mensura frumentaria, legitur in Obituario S. Gerardi Lemovic. fol. 2. et 30. Vide *Hemina*.

**EXMINUTUARE**, *Pauperem facere*, in Gloss. Isid. Ugutio habet *Eximmutuare, Depauperare, pauperem facere.* Forte, *Exsumptuare*. Vide in hac voce.

**EXNAMMIARE**, [Namium seu pignus auferre.] Vide *Namium*.

† **EXNUDIUS TERTIANA**, Ἐξοδίου τριτῆς ἡμέρας, *Nudius tertius*. Supplem. Antiquarii.

\* Ex Castigat. in utrumque Glossar. : *Ex nudius tertianus*.

\* **EXOBIGARE**, Ab obligatione liberare, Gall. *Dégager*. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 144 : *Et si aliquid de rebus et possessionibus dictæ civitatis Castellanzæ... per nos aut per ipsum quondam dom. Petrum de Altegia, vel per suos heredes et successores mole fuerit debiti obligatum, illud ex prædicta summa argenti recolligere et Exobligare sub inferiori pœna promittimus.*

† **EXOCATACELI**, Ἐξοκατάκειλοι, Præcipui Patriarchæ Constantinop. Officiales et Consilarii, qui in publicis cœtibus Episcopos præcedebant. Sex enumerat Hofmannus post Macro fratres in Hierolexico, magnum Oeconomum, magnum Sacellarium, magnum Scenophylacem, magnum Chartophylacem, Præpositum parvo sacello et Proteclicum. Memorantur in actis Conc. Florent. De vocis etymo multi multa dixerunt. Potior mihi videtur opinio Roberti Creighton in notis ad historiam ejusd. Concilii, ubi primitivum, inquit, nomen ab initio fuit ἔξοκατάκειλοι, cujus terminatio jam corrupta est in κείλοι vel κήλοι a barbaris, et vulgo Græcorum ἔξιο, quod extra thronum Patriarchæ sederent, sed omnino primi et proximi : et κατὰκειλοι, Residentarios significat a κέλλη et κέλλιον, sedes, domuncula. Asserit idem Scriptor ibidem Exocatacelos quinarium numerum nunquam superasse. Hunc, si cupis, consule. [\*\* Vide Glossar. med. Græc. in hac voce, col. 409. sqq. et Append. col. 71.]

\* 1. **EXOCUPARE**, Occupationibus liberare. Ugutio : *Exoccupare, expedire.* Joannes Sarisber. lib. 1. Polic. cap. 4 :

*Si majoribus, (Magistratibus) quod quidem rarum est, eos Exoccupari contigerit.* Lambertus in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 12 : *Laborabat Exoccupari ulterius curis vitæ hujus.* Hinc *Exoccupatus*, ab occupationibus liber, otiosus : qua voce utuntur passim Scriptorum, idem Sarisber. lib. 1. Polic. cap. 8. Philippus Eystetens. Episc. in Vita S. Willibaldi cap. 35. Vita S. Henrici Imp. cap. 29. Gerardus Abb. Silvæ major. in Vita S. Adelardi cap. 4. 5. Regula S. Bened. cap. 5. Petrus Venerab. lib. 1. Epist. 24. Hugo Flaviniacensis in Chron. pag. 243. Liber. usuum Cisterciens. cap. 37. etc.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exoccupare, destituer, destier.*

2. **EXOCUPARE**, De possessione dejicere, occupantem et possessorem expellere. Vetus Charta sub Henrico I. Rege, ex Tabular. Dervensis Monasterii : *Et adhuc promissit... quondam se daturum Ecclesiam, si eam posset aliquo modo Exoccupare suis Militibus.* Quibus scilicet inbeneficiata erat. Radulphus de Diceto ann. 1106 : *Militibus patris concurrentibus ad Exoccupandum pontem, milites filii a ponte repelluntur.* Chronicon Andrense pag. 379 : *Militibus concurrentibus ad Exoccupandum pontem, qui nempe occupatus fuerat ab hostibus.*

\* **EXOCEREARE**, pro *Exocreatre*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7687 : *Descausar, Prov. Discalcire, Exo cereare camberias vel stivalia.*

\* **EXOCHAS**, Gr. ἔχοχας, Tuberculum in ano genitum. S. Aug. epist. 149. edit. 1576 : *Corpore autem in lecto sumo. Nec ambulare enim, nec stare, nec sedere possum, rhagadis vel Exochadis dolore et tumore.* Vide Martin. Lexic. in hac voce.

**EXOCIONITE**, in Historia Ecclesiastica Anastasii Bibliothecarii, Ariani dicti quod Constantinopoli in loco *Exocionio* dicto conventus suos agerent, uti pluribus probamus in Constantinopoli Christiana.

1. **EXOCULARE**, Oculos evellere, excæcare, in Chronico Uspergensi in Philippo Imp. in Statutis Venetor. lib. 6. cap. 79. etc. Plautus in Rudente :

Vos adeo, ubi ego innumero vobis, si non ei caput Exoculassitis, Quasi murtela juncis, item ego vos virgis circumvinciam.

Willelmus Brito libro 5. Philippidos :

Exoculat ter quinos, etc.

Charta ann. 1266 : *Dictus Vicarius debet et tenetur, per se vel per alium, suspendere, et Exoculare, amputare membra, fustigare condemnatos cum suis expensis... debet cogere homines in cavalcatis, et dictos homines cadellare (alias capdellare) per se vel per alium idoneum in expensis jam dicti Domini (de Salve)... debet recipere castrum de dicta vicaria pro jam dicto Domino, quando sibi redduntur a vassallis, et vexillum in jam dictis castris dicti Domini ponere. Et quando dictus Dominus habet guerram, debet dicere et præcipere vassallis dictorum castrorum ex parte dicti domini, quod dicta castra muniant, et fideliter custodiant secundum morem terræ. Occurrit etiam apud Joannem de Parisiis de Potestate Regia et Papali cap. 22. et apud alios.*

† 2. **EXOCULARE**, Oculis seu conspectu subducere, abscondere. Vita B. Ursulinæ Parmensis April. tom. 1. pag. 727 : *Jejunia, disciplinas, orationes... omni sollicitudine et prudentia exquisita Exoculare intendebat.*

**EXODIUM**, EXODIARIUS. Jo. de Janna : *Exodium, initium cantilenæ. Hinc Exodiarius, præcentor, qui cantum incipit ante alios.* Notæ Tyronis pag. 173 : *Exodium, Exodiarius.* Vetus Inscriptio Romæ 687. 1 : *Sum victus ipse fateor a ter Consule Vero patrono, nec semel, sed sæpius, cujus libenter dicor Exodiarius.* [Glossar. Sangerman. n. 501 : *Exodiarius, in nimis est turpitudine detestabilis.* Hac quoque voce usus est Ammianus lib. 28. cap. 4. *Exodiarius* est Actor *Exodii*, seu qui fabulæ affert *Exodium*. Est autem *Exodium* Isidorus in Glossis, *Cantio in theatris ludicra et scurrilis*, versibus intexta quæ quod penitus extra fabulam esset, nomen accepit. Hac notatione *Exodii* vocabulum usurparunt Suetonius et Livius. Veteres alii pro exitu vel fine cujuscumque rei acceperunt. Festus : *Exodium, Excitum.* Nonius : *Exodium est finis, a Græco tractum, quasi ἔξω τῆς ὁδοῦ, id est, contra viam.* Varr. *Ἐξοδιστὴν περὶ θυσιῶν. Socrates cum in vinculis publicis esset, et jam bibisset κένετον in Exodio vitæ.* Idem τὰρῆ Μενίππου. *Quod cæperas modo in via narrare, ut ad Exodium ducas.* Hinc]

Græcis recentioribus ἔξοδιον, *Exequias* sonat, ut observat Meursius, ex Gloss. Gr. Lat. : Ἐξοδιον, *Exequias*. Ἐξοδιστὴν, ritus exequiarum, in Eucholog. Ἐξοδία πῆματα, ultimæ morientium preces, in Vita S. Hesychii Thaumaturgi n. 4. Ἐξοδιστὴν κρᾶθβατος τοῦ νεκροῦ in Synodo VI. Act. 15.

\* Vide Suppl. M. Velsari ad Amœnit. Liter. tom. 5. pag. 129. et 130.

† **EXOINA**, EXOIMNA, Gall. *Exsoine, Esoime*, etc. Ejuratio vadimonii, Excusatio quam quis affert, quominus juri stare possit. Vide *Sunnis*.

† **EXOLERARE**, Olera auferre. Vide *Olerare*.

† **EXOLUTIM**, Quasi Exsoluto timore, secure. Lupus Ferrar. Epist. 127 : *Verum quia non misistis equum, nec idoneum qui me Exolutim ferret, habebam.* Vide *Exsolute*.

**EXOMIUM**, Ἐξομίον, Substricta ac brevis tunica, circa humerum desinens. Fabius lib. 5. cap. 10 : *Non possum togam prætextam sperare, cum Exomium pulvum videam.* Ita emendat vir doctus pro *Exordium*. [Tum vili ad corpus *Exomide* seu *cilicio cinctus*, in Annal. Bened. tom. 5. pag. 379. Festo *Exomides sunt comici vestitus exertis humeris*.]

† **EXOMNIARE**. Vide *Exsomniare*.

**EXOMOLOGESIS**, Ἐξομολόγησις, Peccatorum confessio, apud S. Cyprianum Ep. 11. 13. etc. et lib. de Lapsis, Tertullianum, Pacianum Ep. 3. etc. Vide *Pamelium* ad eosd. Auctores, et Isid. lib. 6. cap. ult.

**EXOMOLOGESIS**, Litania publica. Concilium Moguntinum ann. 813. can. 31 : *Inter litanias et Exomologeses hoc differt, quod Exomologeses pro sola peccatorum confessione agantur : litanix vero indicantur propter rogandum Deum, et impetrandum in aliquo misericordiam ejus. Sed nunc, utrumque vocabulum sub una designatione habetur.* Atque hac ultima notione usurparunt in Concilio Tolet. XVII. cap. 6.

\*\* **EXONERATIO**. Vide *Stapula* 1.

\* **EXONERE**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641 : *Exonar, nascaris.* Vide infra *Exoria*.

**EXONIA**, [ut *Exoia*, Excusatio, quam quis affert, ut non stet juri. *Exoniare*, Excusare, *Exoniator*, Excusator, *Exonium*, Excusatio.] Vide in *Sunnis*.

† **EXOPERARI**, Absolvere, perficere.

Gloss. Græc. Lat. : Ἐξοπέδαζον, Exopemor.

**EXOPINARE**, Fragm. Petronii pag. 50: *Viderint qui de hoc alibi* [<sup>2</sup> Exopinassent, al.] *Exopinassent; ego si mentior, Genios vestros iratos habeam.*

**EXORABULA**, Exorandi modi, apud Apoleium Florid. lib. 4.

\* **EXORATIO**, EXORATIONUM EPIS-  
TOLÆ, Quibus aliquid exoratur. Silvest.  
PP. Epist. an. circ. 1001. tom. 10. Col-  
lect. Histor. Franc. pag. 428: *Exoratio-  
num epistolis, quoties te monuimus, et ab  
his periculis eruere te desudamus.*

**EXORBARE**, Excæcare. Leo III. PP.  
Ep. 4: *Uxorem vero Leonis Imperatoris  
Exorbavit, et filium ejus parvulum inte-  
remi. Et infra: Neque uxorem Leonis  
Imp. Exorbaverunt.*

† **EXORBITA**, Via latior. Vide Carre-  
ria.

† **EXORBITANTIA** MOTUUM, Violentis-  
simus motus et maxime impetuus.  
River. Cent. 4. observ. 35. ubi de uterina  
specie mali hypocondriaci gravioris:  
*Affligit potius mulieres quam sexum  
masculinum, ex debiliore, imbecilliore et  
tenuiori systematis nervosi textura, et  
spirituum animalium eorumdem majori  
raritate, et faciliori promptitudine in va-  
rias motuum Exorbitantias.*

1. **EXORBITARE**, Ab eo quod rectum  
est, recedere. Utuntur Sidon. lib. 5.  
Epist. 16. lib. 8. Epist. 11. Jul. Firmicus  
de Errore profan. relig. Tertull. in  
Exhortat. ad castit. S. Augustinus lib.  
9. de Civit. et alii sine numero.

\* Vel ab usu recepto et consueto jure  
deviare, quo sensu sæpissime occurrit  
apud J.C. Faber Jurispr. Papin. tom. 11.  
Princ.: *Jus vero succedendi ex pupillaria  
substitutione, speciale est et Exorbitans,  
ut loquuntur, a regulis juris communis.*  
Vide Calv. Lex. Jurid. voce *Exorbitan-  
tiantia*.

\*2. **EXORBITARE**, De possessione deji-  
cere, possessorem expellere. Epist. prior.  
Curtus. de Schene in Angl. ex Tabul.  
Derv.: *Illustris rex Francorum Carolus...  
animo ferventi, virtute parliamenti sui  
omnes Anglicos habentes possessiones in-  
fra ligianciam suam, de eisdem possessio-  
nibus Exorbitavit.* Vide *Exocappare* 2.

\* **EXORBITATIO**, Effrenatio, immode-  
ratio. Gall. *Eccès, dérèglement.* Charta  
ann. 1400. inter Addit. ad observat. in  
Carol. VI. pag. 775: *Propter multas præ-  
gnantes causas nos urgentes et intolerabi-  
les Exorbitationes, etc.* Vide in *Exorbi-  
tare* 1.

† **EXORBITATIO DISCIPLINÆ**, apud  
Tertullianum de Idololatria cap. 14.  
[<sup>2</sup> *Exorbitationes a catholica veritate,*  
apud Marium Mercatorem pag. 5.]

† **EXORBITATOR** JUDAÏSMI et destruc-  
tor, apud Tertullianum lib. 3. adv. Marc.  
cap. 6. Vide *Exorbitare* 1.

† **EXORCHIA**, EXORCHUS. Vide *Exor-  
quia*.

**EXORCIDIARE**, pro *Exorcisare*, in anti-  
quissimis Cypriani Codicibus Concilii  
Carthag. legi monet Rigaltius ad Com-  
modianum. Quæ quidem vox etiam legi-  
tur in Archelai Mesopotamiæ Epis-  
copi disputat. adversus Manichæum  
edita ab Henrico Valesio post Socratis  
Historiam: *Præcepit autem electis suis...  
ut cum desiverint manducantes, orarent  
et mitterent super caput oleum Exorci-  
diatum, etc.* Missale Gallicanum vet.  
pag. 472: *Opus ad baptizandam. Præfa-  
tio antequam Exorcidiatur.* Et pag. 477:  
*Exorcidio te, fons aquæ perennis, etc.* [et  
apud Martenium tom. 1. de Antiquis  
Ecclesiæ ritibus pag. 169: *Exorcidio te*

*creatura aquæ, in nomine Dei Patris  
omnipotentis, etc.]*

**EXORCIZARE**, apud Scriptores Ecce-  
siasticos, est per divina adjurando vim  
inimicam expellere. Ulpianus in lege 1.  
D. de extraord. cognit. (60, 13.): *Si in-  
cantavit vel imprecatus est, vel, ut vulgari  
verbo impostorum (Christianorum) utar,  
si Exorcizavit, non sunt ista medicinæ  
genera.* Duplex autem est in hominem  
dæmonum potestas, interior et exterior,  
quando videlicet animam vitiiis et pec-  
catis captam et obnoxiam tenent, vel  
sensus exteriores interioresque pertur-  
bant, et furorem quemdam inferunt:  
ergo qui malis illis curandis, sive Cate-  
chumenorum, sive Energumenorum in  
Ecclesia præsent, *Exorcistæ* vocantur,  
preces ipsæ *Exorcismi*. Vide S. Augusti-  
num lib. de Vita beata sub finem, dis-  
put. 2. diei, et Isidor. lib. 8. Orig. cap.  
12. De divina vero Exorcistarum in dæ-  
mones potestate, qua eos de obsessorum  
corporibus exire compellunt, multa habent  
Tertullianus lib. ad Scapul. et in  
Apol. Cyprianus tract. ad Demetrian. et  
lib. 1. Epist. 6. et lib. 2. Epist. 2. Epist.  
2. Lactantius lib. 2. cap. 21. Justinus  
Martyr, Arnobius, Octavius Felix, etc.

**EXORCISMUS**, Isidoro lib. 2. de Eccl.  
Off. cap. 20. *est sermo increpationis con-  
tra immundum spiritum in Energumenis  
sive Cathecumenis factus, per quem ab  
illis diaboli nequissima virtus et inveterata  
malitia, vel excursio violenta fugetur.* S.  
Leo M. Epist. 4. ad Episcopos Siciliæ  
cap. 6: *In baptizandis electis, qui secun-  
dum Apostolicam regulam, et Exorcismis  
scrutandi, et jejuniis sanctificandi, et fre-  
quentibus sunt prædicationibus imbuendi,  
etc.* Ferrandus Diacon. Carthagin.: *Cele-  
brato sollemniter scrutinio, per Exorcismum  
contra diabolum vindicatur, cui se  
renuntiare constanter respondit, etc.* Vide  
*Abrenuntiare*, et *Scrutinium*.

**EXORCISMUS** usurpatur etiam in re-  
bus inanimatis, quæ scilicet benedicun-  
tur cum adjuratione qua ab iis repellun-  
tur dæmones: ita *Exorcismum florum,  
olei, chrismatis olei, olei Cathecumenor-  
um, etc.* habet Ordo Romanus: et  
*Aqua Exorcizata* quibusdam dicitur,  
quæ vulgo *benedicta*, ut supra docuimus.  
Optatus lib. 2: *Exorcizatis et lavatis sine  
causa parietes, ut hoc nequitie genere  
subrueretur simplicissimorum hominum  
mentes.* Infra: *Quid iniquius quam  
Exorcizare Spiritum sanctum, altaria  
frangere, Eucharistiam animalibus pro-  
ficere?* Althelmus de Laude virgin.  
cap. 21:

Sic Exorcizans lychnos benedixit aquosus.

**EXORCISMATA**, Incantationes, in Con-  
stitutionibus Siculis lib. 3. tit. 42. § 9.

**EXORCISTA**. Gloss. Lat. MS.: *Exor-  
cista, adjurans. Exorcistæ* tertium Ordi-  
nis Ecclesiastici gradum constituunt,  
qui cum ordinantur, accipiunt de manu  
Episcopi libellum in quo scripti sunt  
*Exorcismi*, accipientes potestatem manus  
imponendi super energumenos, sive bap-  
tizatos, sive *Cathecumenos*, ut est in Con-  
cilio Chartag. IV. can. 7. Ita etiam Ordo  
Romanus, Sacramentarium Gregorii,  
Missale Francorum vetus pag. 399. Isi-  
dorus lib. 2. de Eccl. offic. cap. 13. Al-  
cuinus lib. de Divin. offic. Amalarius  
lib. 2. de Eccl. offic. cap. 9. Rabanus  
lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 10. Ivo Car-  
not. serm. de Excellentia sacror. Ordi-  
num, Honorius Augustod. cap. 177. Ste-  
phan. Eduensis Episc. lib. de Sacra-  
ment. cap. 3. Gillebertus Lunicensis  
Episc. de Usu Ecclesiastico, etc. Ad vo-

cis originem, et Exorcistarum munus  
alludit Firmilianus in Epist. ad S. Cy-  
prianum: *Quod hodie etiam geritur, ut  
per Exorcistas voce humana et potestate  
divina flagelletur, et uratur, et torquea-  
tur diabolus.* Ut et Paulinus Epist. 24.  
sub finem: *Exorcista dæmonis terribilis.*  
Et Nat. 4. Felicis pag. 545:

... Primis Lector servivit in annis,  
Inde gradum cepit, cui munus voce fidei  
Adjurare Malos, et sacris pellere verbis.

Infimum Exorcistarum gradum statuere  
videtur Fortunatus lib. 10. Poem. 25:

De tirone duces veniunt, de mille princeps,  
Ut reliquos taceam, Justinianus erat.  
Hoc et in Ecclesia Christo tribuente refertur,  
De Exorcista aliquo Pontificalis honor.

Vide Synodum Atrebatensem ann. 1127.  
pag. 32. Vitam S. Arnulfi cap. 5. in  
Bibl. Floriac. Anastasium Bibl. in S.  
Caio, et S. Silvestro pag. 10. 13. Capit.  
Caroli M. lib. 7. cap. 27. [<sup>2</sup> 42.] etc.  
Exorcistarum mentio occurrit apud ve-  
teres Scriptores Christianos passim, Cy-  
prianum Epist. 2. 76. Tertullianum lib.  
ad Scapulam, Minutum in Octavio,  
Augustinum lib. 2. de Gratia Dei de  
peccato orig. cap. 40. et lib. 2. de Nuptiis  
et concupisc. cap. 29. in Epistola Cornelii  
PP. ad Fabium Antioch. apud Euseb.  
lib. 6. Hist. Eccl. cap. 31. apud S. Igna-  
tium in Epist. ad Antioch. in Concilio  
Arelat. I. Laodiceno can. 24. Carthagin.  
IV. can. 7. 9. apud S. Hilarium lib. de  
Synodis, S. Epiphanium in Expositione  
fidei Catholica, Severum Sulpitium de  
Vita S. Martini cap. 3. Exorcistarum  
meminerunt etiam Scriptores aliquot pa-  
gani, Ulpianus loco laudato, Lucianus  
Epist. 30. et Julius Firmicus lib. 3. Ma-  
theseos cap. 5. et 9. Exstat. liber Itali-  
cus Hieronymi Menghi Observantini,  
*dell' Arte Essorcistica*, edit. Bononiæ ann.  
1584. [<sup>2</sup> Adde Glossar. med. Græcit. in  
Ἐξορκιστής, col. 406. et Append. pag. 70.  
Alteserram de Jurisdic. Eccles. lib. 11.  
cap. 4.]

† **EXORDIA**, fem. gen. Judicium ann.  
782. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist.  
Occitanæ col. 24: *Cumque ibi residerent  
prescripti Missi et Judices... ad rectas ju-  
sticias terminandas, et causarum Exor-  
dias dirimendas, etc.*

**EXORDIARIUS**, Qui incipit, vel *exor-  
dium* facit. Ugutio. Vide *Exodium*.

† **EXORDINACIO**, Decretum, definitio.  
Placitum ann. 873. apud Mabillon. Dip-  
lom. lib. 6. Ch. 103: *Conditiones sacri-  
mentorum, ad quas ex Exordinacione  
Salamon Misso, Irimberta, seo et Judices,  
qui jussi sunt causas dirimere, etc.* Forte  
redundat syllaba *ex* mendose repetita.

**EXORDINARE**, Turbare, extra ordinem  
ponere. Gerardus Abbas Silvæ Majoris  
in S. Adelarado cap. 9: *Cumque remeas-  
set, ordinabat si quid ex suis Exordina-  
tum fuisset.* [Sigebertus Monachus  
Epist. ad Leodienses ann. 1102. apud  
Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col.  
592: *Taceo Guacherum, qui Apostolici  
assensu approbatus et prior ordinatus  
fuit, subito Exordinatum (ex ordine de-  
jectum seu depositum) et excommunicatum,  
et alium ei superordinatum.] Vide  
*Ordo*.*

\* Charta Car. Crassi imper. ann. 885.  
tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 341:  
*Præcipientes ergo jubemus... ut... nullus...  
ipsam ordinatam congregationem pertur-  
bare vel Exordinare juste præsumat.*  
Vide mox

\* **EXORDINATOR**, Qui sacris ordinibus  
alium privat, Annal. Bertin. ad ann.  
866. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag.

94 : *Contra omnes leges ecclesiasticas sæpatus Vulfadus pro ordinatione episcopali maledictione indutus est sicut vestimento. Cujus Exordinator, potius quam ordinator, Aldo Lemovicensis episcopus, in ipsa ordinatione febre correptus, in brevi moritur. Vide supra Exordinare.*

† **EXORDINATIO**, Perturbatio, Gall. *Desordre*. S. Benedictus Reg. cap. 65 : *Hinc suscitantur invidia, detractiones, æmulationes, dissensiones, Exordinationes.*

† **EXORDITUS**, pro *Exorsus*. *Primores igitur Exorditi precibus instabant, in Vita S. Columbæ Reat. Mail tom. 5. pag. 378.\**

† **EXORIA**, Exordium. Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS. : *Exoria, Exorie, Naisance.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Exoria vel nascentia, naissance.*

**EXORIUS**, Immanis, Insiptens. Papias. Leg. *Exormis.*

**EXORMIS**, Immanis, in Gloss. Isidori.

† **EXORNAMENTUM**, ut Ornamentum. *Exornamenta Templorum, apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 289.*

**EXORNARE**, Nudare ornato. Anastasius Bibl. in S. Hadriano PP. pag. 104 : *Ecclesias B. Petri et Pauli Exornare fecit ejus Sanctitas, et cuncta eorum cymilia et ornatus in hanc civitatem introduxit.*

**EXORQUIA**. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 62 : *Statuerunt siquidem prædicti Principes, ut Exorquiæ nobilium videlicet et Magnatum, tam Militum, quam Burgensium, omni tempore in Principum potestate deveniant, videlicet omnia illorum allodia : quod quidem Principi placuit legis habere vigorem. De mobilibus vero illorum faciant ipsi Exorchi quodcumque voluerint tam parentibus quam Ecclesiis, sive pro illorum animabus ea attribuant. Cap. 98 : De rebus et facultatibus de pagensibus sterilibus Exorchis illis ab hoc sæculo decessis, eorum seniores habeant partem illam, quam debent habere insimul filii, si ibi remansissent, ab Exorchis procreati.*

☞ Haud scio an Exorchus idem sit qui sine hærede, Gall. *Sans hoir*, Exorchia vero bona defuncti, cujus nullus est hæres legitimus, proximus et directus, nullus filius, nulla progenies directa. Hæc notio cum locis citatis cohæret satis, nec cum sequentibus pugnat. Bernardi Vicecomitis Ceritanie Donatio ad Monasterium Cuxanense ann. 963. Marcæ Hisp. col. 883 : *Dono... quantum habeo... in honore S. Michaelis de Coxano atque infra omni vicecomitatu meo, scilicet homicidiis, cugucis, arsinis et Exorchis et omni senioratione. Charta ann. 1238 : Et ostem, et cavalcatas, et sequis, et cucucias, et Exorquias, et homicidia, et intestationes, et arsinas, etc. Alia Rogerii Comitis Fuxensis ann. 1250 : Enfranguimus omnes et singulos homines de valle de Meranges et eorum proles in perpetuum de Exorquia, intestia, arsina, cugucia, etc. Michael Carbonellus in Chron. Hisp. fol. 97 : Especiallement los enfranqui quels vene los usos e costums mals : ço es intesties, Exorquies, cucucies, etc. Voces Intestatio, Intestia et Intesties in his locis vero Exorquia adjunctæ favere videntur nostræ interpretationi. Pro Exorquia, Exerquia legitur in Cucucia post Cugus.*

\* **EXORS**, *Excepté*, in Glossario. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

\* **EXOSA**. Charta ann. 1118. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 214 : *Et de bestiis, et vitulis, et porcis, et pecoribus, et jumentis, et volatilibus, seu*

*qualibet rem, ferrum, arigentum, seu Exosam, suprascriptis hominibus de Taspacio usque in Bronam consuetudo fuerit reddendum. Vocem ab amanuensis corruptam suspicatur Cl. Editor.*

\* **EXOSSARE**, *Ossa auferre vel extrahere. Item pro Debilitare vel infirmare : ossa enim sunt solidamenta corporis et robur. Glossar. Bibl. Ms. anonymi. Aliud Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : Afebli, Exossatus.*

**EXOSSATUS** AGER, sine ossibus, i. lapidibus. Papias. [Epistola Baldrici ad Monachos Fiscamn. apud Mabill. tom. 5. Annal. Bened. pag. 523 : *Institi paulisper Agris Exossandis, oleis plantandis, etc.*]

† **EXOTICUS**, *Odiibilis*, in Glossis Arabico-Latinis.

† **EXOVAR**, EXOVARIUM, Dos, Gall. *Dot.* Pactum matrimonii inter Arnaldum de Castro-Bono Vicecomitem et Eliesendam de Cardona ann. 1206. Collect. Ampliss. tom. 1. Col. 1071 : *Et concedo prædictos decem millia solidorum sua dotis sive Exovar, et illa decem millia solidorum sui sponsalitiu, ut habeat super omnem meum honorem, quem ego habeo, vel habere debeo in Comitatu de Ceritania.*

Ibidem col. 1070. in Charta Ermengaudi Comitis Urgellensis : *Convenimus vobis Arnaldo de Castro-Bono Vicecomiti dare Eliesendam de Cardona neptem nostram in uxorem, et cum illa in Exovario decem millia solidorum Barchinonensium, etc.*

† **EXOUCONTII**, Arit sectatores sic dicti, quod docerent Filium Dei *ἐκ τῶν οὐκ ὄντων*, i. e. ex nullis substantiis factum esse.

† **EXPAALTARE** CANEM, ut infra *Expeditare*. Nullus dominicos Canes Abbatis et monachorum *Expaaltari* cogat, apud Th. Blount in Nomolexico.

† **EXPACTIO**, Pactio, in Charta Bolkonis Ducis Silesiæ pro Rege Bohemiæ ann. 1337. apud Ludewig. tom. 5. pag. 615.

\* **EXPALIDUS**. [Valde pallidus. *Terull. Resurr. carn.* 57. Corpus frigidum et *Expallidum.*]

**EXPALLUM**, EXSPALMUM. Charta Gaudredi Ducis Aquitanie ann. 1076. apud Beslium pag. 475 : *Cuncta etiam quæ egomet ad præsens dono, scilicet quantum ex meis silvis necesse fuerit, tam Ecclesiæ, quam officinis, excepto Espalmo, vel ea quæ alii fideles de casamentis ad me pertinentibus dedere, etc. Alia Willelmi Ducis Aquitanorum ex Tabulario S. Cypriani Pictavensis : *Dono et concedo... omnes consuetudines meas quæ erant in obedientia nomine Exoletia, videlicet præposituram et bannum, et ucham, et Expallum, et bannum et friscingam, et pullos, et anseres, et annonam, etc.* [Gallis alias *Espaulx* erat mensura genus. Informatio obsidionis Constantinopolis ann. 1453. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1820 : *Oudit siege s'y avoit plusieurs bombardes et autres instrumens pour abatre le mur, et entre les autres une grande Bombarde de metal, tirant pierre de neuf Espaulx et quatre dois d'entour.*]*

[\* Vide supra *Espaltum*.]  
**EXPALMAMENTUM**, vox Italica, *Spalmamento*, ex *Spalmare*, Ungere navem. Relatio legationis Ambassiatorum Ducis Andegav. ad Judicem Sardinie ann. 1378 : *Intrant portum Marsiliæ cum dicta galea, ubi per totum diem residuum fuerunt pro apunctando et apunctamento faciundo cum dicto Joanne Casse de nauo et *Expalmamento* faciendis.*

1. **EXPALMARE**, Palma manus cedere, percutere, depellere. Gloss. Gr. Lat. : *Πατίζω, Expalmare, Alapare*, Gloss. Isid. : *Expalmare, Depellere*. S. Augustinus in Psalm. 103. Conc. 3. de Christo.

*Ille contemptus, ille Expalmatus, ille consputus, etc.* Petrus Blesensis serm. 18. de Christo : *Vide eum in horto ligatum, in atrio Pontificis Expalmatum, sputis illitum.* Et serm. 3. *Colaphis Expalmatum*, pro quo et Sermon. 24. ait, *Palmatum colaphis*. Acta Proconsularia SS. Didymi et Theodora n. 4 : *Judex dixit, Expalmate eum arctius, etc.* [S. Laurent. Justinian. in Ligno vitæ tract. 1. de Fide cap. 6 : *Ducitur et Expalmatur qui vere est palma victoriæ, spinis coronatur, qui peccatorum spinas venit confringere.*] Vide Oct. Ferrarium in *Spalmare* et supra *Evalapare*.

† 2. **EXPALMARE** dicuntur Sacerdotes, cum peracta Communionem digitos abluunt, ut fit in sacris liturgiis. Statuta Eccl. Aurelian. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1276 : *Nullus Sacerdos audeat bis in die celebrare, excepta die Nativitatis Domini et S. die Paschæ... hoc tamen addito, quod si Sacerdos perfuderit in prima Missa, hoc est Expalmaverit, quod ille non præsumat celebrare.* Id est, Si digitos abluerit, et abluitionem sumserit, non præsumat secundo celebrare ob infractum jejunium. Vetus Pontificale MS. Eccl. Autissiod. de ordinatione Presbyterorum : *Pontifex... se communicet corpus Christi et sanguinem accipiendo : quo communicato anlequam Expalmet, veniant dicti novi Presbyteri ad eum et communicet eos.* Missale Autissiod. ann. 1518. in Coena Domini : *Tunc presbyter facit quod in se est, ut in alijs Missis consuetum est, et cum Expalmet, incipitur Communio.* In altero Missali ejusd. Ecclesiæ ann. circiter 1404. exarato habetur, et cum *Epanuat*, perperam, ut et in alio circa ann. 1540. typis mandato, ubi legitur et cum *Epanuat*. *Pelvis ad usum Expalmationis*, in veteri Necrologio Ecclesiæ Carnut. ubi *Expalmatio* forte significat hanc manuum lotionem quæ sumta digitorum abluitione fieri solet ab Episcopis Sacra peragentibus.

\* 3. **EXPALMARE**. Italis *Spalmare*, Gall. *Espalmer*, Navem illinire bitumine, sebo, etc. Charta ann. 1388. in Tabul. Massil. : *Item pro tribus quartaronis quintalis cepi ad ungendum seu Expalmandum ipsam dextreriam.* Vide *Expalmamentum*.

**EXPALMITARE**, In palmitem excrescere. Pactus Legis Salicæ tit. 37. § 3 : *Si quis per alienam messem jam Expalmitantem sine via transierit.* Ubi Editiones aliæ : *Si quis per alienam messem, postquam in culmum erigitur, etc.*

\* **EXPALPO**. [Valde palpo, blandior, blandiundo extorqueo. *Plaut. Pœn.* 1. 2. 144. Exora, blandire, *Epalpa.*]

\* **EXPANCIARE**, *Panciam* seu intestina animalium evacuare. Stat. Taurin. ann. 1860. cap. 8. ex Cod. reg. 4622. A : *Ordinaverunt quod nulla persona, sive beccarius, sive quicumque alius, non præsumat Expanciare, seu evacuare aliquam panciam seu budellas alicujus bestie in macello Taurini.*

**EXPANDIOSUS**. Vita S. Samsonis Episcopi Dolensis lib. 1. cap. 20. in Actis SS. Ord. S. Bened. : *Grave valde apud se reputans illud Monasterium, quippe quod jam tumultuosum et Expandiosam per patriam erat.* Id est, cujus fama longe expandebatur.

**EXPANSALE**. Joann. de Janua : *Aculeus, est etiam Expansale in quo expanditur pannus, vel cutis ad faciendum pergamenum.*

† **EXPAPILLARE**, Nudare, exerere ad papillam usque. Gerardus in Vita S. Adalhardi Abb. n. 30 : *Præparantur ru-*

*dentes, impelluntur naves, et velis aureæ patentibus, solvantur anchoræ; Expapillatis brachiis aptantur remiges et antennæ.* [\*\* Vide Festum.]

† **EXPARTA.** Vide *Experta*.

† **EXPARES.** Epistola Incerti ad Pipinum Regem, tom. 2. Hist. Francor. pag. 664: *Quoniam vero omnia quæ dicta sunt, ille servulus vester viva voce vobis potest narrare, fuerunt quidam Expares, quos et amicos habere putabam, pectore venenoso currentes, antequam venissem, meam conati sunt accusare miseriam.* An ii, quos vulgo *Expres* dicimus, qui ad rem certam peragendam mittuntur?

† **EXPARTA, Partu vacua, Expadata, vacuata.** Papias. Ita etiam Isid. Gloss. [Varro lib. 2. de Re Rustica cap. 5: *Pecudes Expata, Effeta.*]

† **EXPARTATIO,** Discessus, Gallice *Depart.* Instrum. anni 1150. ex Archivo Ecclesiæ Massil.: *In portu antiquo laudamus, quod homines Ecclesiæ nihil tribuant pro applicatione et Expartatione navium, vel pro qualibet alia mercatura sua.*

\* *Nostri Expartin,* pro Dispergere, Dissipare. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 266: *Lesquelz compaignons se mistrent et Expartinrent en plusieurs lieux pour dancier et esbatre en la dite feste.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 17: *Lequel de Blainville haroit son chien avec pourceaus... pour les effreer et Expartin, afin que le suppliant ne les peust avoir ne appréhender.*

\* **EXPARTIA,** Aliena. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Vide *Experti*.

† **EXPARTUA, Patula aqua.** Gloss. Isid. Grævius existimat scripsisse Glossarum auctorem, *Expata, Patula loca, quod Expatare sit, teste Festo, In locum patentem se dare.* Vide Scaligerum.

† 1. **EXPATRIARE,** Perpetrare. Supplem. Antiquarii: *Expatriavit, ἐπετέλεσεν Perpetravit.* Legendum ἐπετέλεσεν.

† 2. **EXPATRIARE,** Exhæredare, ibidem: *Expatrio, ἐκπίνω ἐπὶ συνοχία.* Gloss. Lat. Gr. Sangerman.: *Expatriare, ἐκπίνω.* Affine est subsequenti.

† **EXPATRIARE,** A patria recedere. Libertates concessæ ab Henrico D. Solliaci incolis villæ des Ays ann. 1301: *Non poterit jus reclamare, nisi fuerit Expatriatus, vel nondum venerit ad ætatem.* *Expatriez ou voyageurs,* in Consuetudine Namurcensi art. 11. 33. Camerac. tit. 5. art. 9. [Leodiensi cap. 11. *Expaisé,* in Valentianensi art. 22. Vide *Dispatriare,* et *Forispatriatus*.]

† **EXPATULARI,** Humerum frangere, Gallice *Espauler.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman. MS.: *Expatulari, Despauler, c'est hoster l'espaule.*

\* **EXPAUSATUS.** [Delassatus. *Veget.* 5. *Veterin.* 38. *Expausatum* jumentum, h. e. quod a labore requievit.]

† **EXPAVA,** [\* Vel potius *Expavus.* Vide supra *Expavus,* et mox *Expaveyus.*] Animalia aberrantia, quorum dominus ignoratur, quæque proinde fiunt juris Domini principis locorum, ubi aberrant. Privilegium Philippi Regis Franc. in altero Chartulario Monasterii S. Quintini in insula pag. 60: *Bona mobilia et immobilia in districtu predicto bastardorum, Expavorum, extraneorum seu aubanorum, quæ ad casum extraheræ pertinent.* Vide *Expava*.

\* **EXPAVEYUS,** Alienigena, extraneus, qui dimisso proprio domicilio, alio migrat, ibique sedes figit, idem qui supra *Expavus.* Charta ann. 1317. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 14. bis v.: *Hugo de Sarqueus et Odardus... constituti sunt collectores manuum mortuorum, foris-*

*maritigiorum hominum et feminarum, albenorum, bastardorum, Expaveyorum in toto comitatu Campaniæ.*

† **EXPECIFICATIO,** Gall. *Specification,* Specialis declaratio, expressa rei designationi. Charta Aymerici Archiepresbyteri de Luzziaco ann. 1278. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 899: *Et resarcituros dicto domino Abbati et ejus successoribus, vel mandato suo ea et eas ad simplex dictum suum sine aliqua taxatione iudicis et sine ulla probatione, declaratione, cognitione seu Expecificatione, et sine oppositione aliqua facti vel juris ab iisdem, vel eorum alio faciendi.* Vide *Specificatio*.

† **EXPECTABILIS, EXPECTATUS,** Eximius, illustris. Prudentius contra Symmachum lib. 2:

Imputat attonitæ virgo Expectabilis urbi.

Vita MS. S. Magnobodi Episc. Andegav. cap. 40: *Secundum humanæ propaginis genealogiam Expectabiles.* Vita S. Winoci cap. 1: *Genere quidam expectabiles, et vita probabiles.* Occurrit præterea in Vita B. Mariani Abb. Ratisp. cap. 2. et in Chronico Monasterii Cavensis apud Ughellum tom. 7. pag. 512. Sic *Expectatum,* pro *expectatum* dixisse Symmachum lib. 2. Epist. 79. observat Juretus. Adde Epist. 20. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc. Gloss. Gr. Lat.: Προσδοκίμος, *Opinatus, Expectatus.*

† **EXPECTACULUM,** Spectaculum, in Appendice ad Agnelli Librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 196. col. 1. et in Vita S. Eparchii Confess. Julii tom. 1. pag. 115.

\* **EXPECTANTES,** Stat. Ardacens. ann. 1356. cap. 33. apud Raim. Duell. tom. 1. Miscell. pag. 125: *De electione Expectantium. Item quando nova fieri debet electio canonicorum ipsius ecclesiæ, qui dicuntur Expectantes.*

† **EXPECTANTIA,** pro *Expectatio,* in Speculo Saxon. lib. 1. art. 33.

† **EXPECTARE,** pro *Spectare,* occurrit non semel apud Innocentium Gromaticum pag. 296. [Rymerum tom. 8. pag. 578: *Hæc Historia Expectat vos, et ostendit quid debeatis facere,* in Sermone edito ad calcem Joannis Abrinc. de Off. Eccl. pag. 372. edit. 1679.] [\* Vide alia in *Expectare*.]

\* **EXPECTARE JUS SUUM,** dicebatur actor qui citatum reum per tres dies separatim indicatas usque ad finem iudicis stans expectabat, causamque ita jure obtinebat. Vide Sentent. Sigismund. reg. ann. 1431. apud Haltaus. in Glossar. German. voce *Erstehen sein Recht,* col. 408.

\* **EXPECTATIO,** Contemplatio, Gall. *Considération.* Charta Conani ducis Brit. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Notum sit vobis omnibus me dedisse... Alano Rupho meo militi pro servitio suo in Expectatione sui varisum.* Vide *Expectare*.

\* **EXPECTATIO MARÆ.** Vide *Festum Expectationis.* Hebdomas Expectationis est quæ festum Pentecostes præcedit.

\* **EXPECTATIVA,** Spes succedendi in feudum vacaturum. Vide *Vet. Auctor.* de Ben. lib. 1. cap. 27.

\* **EXPECTATIVE GRATIÆ,** Canonistis sunt quibus designantur successores præbendorum ante horum obitum; quod ne fieret concilia non semel providerunt. Vide *Decretal.* Gregor. IX. lib. 3. tit. 5. cap. 19. Concil. Trident. Sess. 24. cap. 19. et Marcam. de Concord. lib. 6. cap. 9. sect. 4. Formulæ Expectativarum Gratiarum a sede Romana concessarum exstant apud Würdtwein, in *Subsid. Diplom.* tom. 5. pag. 2. sqq.

† **EXPECTORARE, Exsolvere, firmaculum a pectore remove.** Ugutio et Jo. de Janna. [Festus habet: *Expectorat, Ex pectore ejicit.* Ennius apud Ciceronem *Tuscul.* 4. 8: *Tum pavor sapientiam mihi omnem ex animo Expectorat.* Verbum illud, ut antiquum nimis repudiat Fabius 8. 3. Non semel utitur Accius apud Nonium, idemque est quod e pectore educere. Hac quoque notione accipitur in Actis SS. Maii tom. 7. pag. 275. ubi de S. Hucberto. Gerardus Silvæ-majoris Abbas in Vita S. Adelardi n. 21: *Tandem vir Dei inter eos mediis caduceator deambulat, et utriusque consultum pacis Expectorat, id est, suadet, ex pectore, ex animo. Expectoratus affectus, Amor e pectore ejectus, in Concilio Ilerdensi inter Hispana tom. 2. pag. 384.]*

\* **EXPECTORATUS,** Dicitur de veste a superiori parte plus æquo aperta. Stat. synod. Mss. eccl. Carnot. ann. 1538: *Præcipimus vestes clericorum, maxime in sacris constitutorum, esse talares, non Expectoratas, non frongiatas, non partitas, sed clausas undecumque a collo desuper.* Vide *Expectorare*.

† **EXPECULIATI,** Servi peculio privati. Amalth.

† **EXPEDENDUS,** pro *Expetendus,* in Privilegio ann. 696. apud Felibianum Hist. San-Dionys. pag. xvi.

† **EXPEDIBILE,** Quod expedit. *Aptum nobis et Expedibile visum est, etc.* in Concilio Tolet. IX.

† **EXPEDICATUS,** Cui pedes fuerunt amputati. Codex Legum Norman. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. pag. 196: *Tripliciter autem dampnantur homines, prout vite merita hoc requirunt; aut per corporis destructionem, ut de suspensis, incensis, suffocatis, cecatis, mancatis, Expeditatis.*

\* *Textus Gallicus ex Cod. reg. 4651. habet: Comme de ceux qui sont pendus, ou ars, ou enfouiz, ou qui ont les yeux crevez, ou les poings ou les piez couppez.* Vide *Expeditare*.

\* **EXPEDICULARE SE,** Pediculos eximere, Gall. *S'épouiller.* Consuet. Mss. canon. regul. Plenipend. dioc. Bitur.: *Illo tempore quo post prandium, dormitorium est petendum, liceat cuilibet super lectum suum stare et legere, vel se Expediculare, vel pannos suos consuere.*

† **EXPEDIENTIA,** Res expediens. Litteræ missiles a Rege Siciliæ ad Imperatorem, apud Ludew. tom. 5. pag. 475: *Maxime quia communis exigebat decencia et Expedientia suadebat, quod refirmata utrorumque caritas ad votiva incrementa proficeret, et turbationis olim exortæ reliquias dispositiva sinceritate deleret.*

† **EXPEDIMENTUM,** Impedimentum, sarcinæ, *Bagage.* Epistola S. Thomæ Cantuar. Archiep. apud Baron. ann. 1167: *Dixit se non habere (litteras) præ manibus, quia miserat eas cum Expedimento suo usque Wintoniam.*

† **EXPEDIOSE,** Expedite, prompte, compe-diose. Vita S. Aicadri Abb. Geme-ticensis cap. 11. apud Mabillonium: *Qui missi fuerant, de Viatico Expediose tractabant.*

1. **EXPEDIRE,** Dominum, seu dominium alicujus dimittere, homagio domini renuntiare. Vitalis Episc. Oscensis, pag. 732: *Per quem Forum habes, quomodo potest Infancio se Expedire a Domino Rege, dimittendo beneficia Regi, et comandam debet recipere et custodire fideliter, sicut dominus naturalis; qua Expeditione facta, potest cum alio, vel aliis, guerram Regi facere, salvo quod*

non potest ignem in terra Regis apponere: et si ad campale bellum cum aliquibus venerit contra Regem, debet transire in adiutorium Regis cum equo, et armis, ut in dicto Foro, etc. Infra: *Expeditus de ussancia, non remanet in Regno, nec in senioria Regis, et quicumque parte anni se Expediat, ammittit beneficium Regis pro toto illo anno et sequentibus.* Vide Foros Regni Aragon. lib. 7. tit. de Expeditione Infantonum, Observantias Regni Aragon. lib. 6. de Conditione Infantonum § 8. tit. de Privileg. Militum § 16. et Michaëlem del Molino in Repertorio f. 232.

2. **EXPEDIRE**, Mittere, legare: dicimus, *Expedit un message.* Primum Testamentum Widradi Abb. Flavin. apud Mabillonium: *Quod vero Deus avertat, ne ibidem sanctus ordo tepescat, potestas maneat Monachis ibidem habitantibus, ad unum de sanctis Monasteriis Expeditare, et per eorum salubre consilium eorum regulam emendare.*

3. **EXPEDIRE**, Destinare, proponere, accingere. Charta ann. 1293. apud Schwartz. in Hist. finium princip. Rug. pag. 223: *Item burgenses qui se ad petendum mare Expederint, pro sua libera velificabunt voluntate et commodo nostro.*

\* **EXPEDITAMENTUM**, Vectigal, tributum, quo persoluto quis *Expeditus* dicitur. Pactum inter Januens. et march. de Carreto ann. 1292. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1920: *Quod in navigando, redeundo, veniendo facient sicut Januenses,.... et quod Expeditamenta solvent, sicut et quantum solvent Januenses.*

**EXPEDITARE CANEM**, vox Forestarii familiaris: Canum pedes quodammodo mutilare. Legibus enim forestarum cautum erat, ut accolarum, atque adeo ipsorum Forestariorum canes *Expeditarentur*, ne cervos aut lepores regios venarentur, et ud ad feras insequendas minus essent pernicies. Fiebat autem *Expeditatio canum* duobus modis, scilicet abscissione trium *ortellorum*, seu unguilum pedis anterioris, puta juxta ipsam cutem, vel excisione montis pedis; quem *Pellotam* vocant. Tenentur qui in forestis degunt, molossos et majores omnes canes sic habere *expeditatos* sub pœna 3. solid. 4. den. Regi pendendum: renovandaque est *expeditatio* quolibet triennio, juxta Legem Joannis Regis Angl. pag. 180. et Edw. I. de Forestis, quæ exstat apud Matth. Paris ann. 1215. Prynneum in Libertatib. Eccl. Anglic. tom. 3. pag. 843. Refert Manwodus cap. 16. § 12. *Expeditationem* istam inventam fuisse ab Henrico II. Rege Angl. vocabuloque initium dedisse in Assisia de Woodstock art. 6. Sed modum hunc de cohibendis canibus longe esse antiquiorem constat ex Legibus Canuti Regis de Foresta cap. 31. et 32. ubi eam *Expeditationem, genuissionem* appellat, Anglice vero *Horing*. Illius præterea mentio est in Legibus Henrici I. cap. 17. ubi *miseria canum Expeditatio* dicitur. Sed et de eodem Henrico sic Ordericus Vitalis lib. 11. pag. 823: *Omnem ferarum venationem totius Angliæ sibi peculiarem vendicavit. Pedes etiam canum qui in vicinio silvarum morabantur, ex parte præcidi fecit, et vic paucis nobilioribus ac familiaribus privilegium in propriis saltibus venandi permisit.* Meminit denique *expeditationis canum* idem Matth. Paris ann. 1225. pag. 224. et Charta Henrici III. Regis Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 661: *Sint in perpetuum quieti de sectis Swanemotorum, et omnium*

*aliorum placitorum forestæ, et de Expeditamentis canum, et de omnibus summotionibus, placitis, querelis... ad forestarios et viridiarios pertinentibus.* *Expeditatis canibus* opponuntur qui integros pedes habent. Idem Monastico Angl. tom. 2. pag. 165: *Habebunt etiam idem Canonici ad prædictas vaccarias quatuor canes cum integris pedibus, duos ad unam, et duos ad alteram, solutos noctibus, et ligatos diebus: qui si inventi fuerint soluti a prima hora diei usque ad vesperam, custodes eorum erunt in forefacto domini, et canes in misericordia ejus.* Charta Hugonis Episcopi Dunelmensis in eodem Monastico tom. 3. pag. 92: *Et pasturam ad omnia averia sua habebunt undique in eadem: et pedes canum eorum non sint ibi, neque ad wacheriam de Werdale truncati: sed pastores ducant eos ligatos pro feris, ad averia sua servanda pro lupis. Crura enervare dixit eodem fere sensu auctor Queroli: Utinam tibi crura ipsa enervasset, ne unquam inde movisses pedem.*

**IMPEDIARE**, Eadem notione. Vetus Inquesta apud Will. Dugdalum in Antiq. Warvicensis provincie pag. 665: *Et dicunt quod audierunt antecessores dicere, quod tempore quo manerium de Sutton prædictum fuit in manibus Regem Angliæ, tota chacea fuit afforestata, et omnes canes infra forestam solebant esse Impediati, et amputati sinistro ortello. Et postquam devenerunt in manum Comitum Warwici,.... licentiam habere et tenere canes operias (sic) ex omni genere canum, et non Impediati.*

**EXPEDITARE ARBORES**, apud Fletam lib. 2. cap. 41. § 31: *Inquiratur de quercubus et aliis arboribus Expeditatis in foresta,.... vel si aliquo ingenio alio dictas quercus cedere fecerint.* Nostris *Arbres abattus par le pied.*

1. **EXPEDITIO**, Glossar. Lat. Gr.: *Expeditio*, ἔθοδος ἐξόρητικῆς σπαρτωρῶν. Sed sequioribus sæculis hæc vox usurpatur pro obligatione eundi in exercitum domini. Charta ann. 1124. apud Hemereum in Augusta Viromand. pag. 96: *Si extra provinciam exercitum duxerit, homines villæ juxta antiquam consuetudinem Expeditationem ei tantum faciant.* Chronicon Montis-Sereni ann. 1171: *Ut Imperatori Saxoniam adveniens 20. talenta de ipsa Ecclesia redderentur, insuper etiam regalis Expeditio ei administraretur.* Historia Episcop. Bremens. ann. 1142: *Concessit etiam omnes colonos Ecclesie ab omni censu, Expeditioe, villæ, vel urbis munimine, et petitione precaria liberos et immunes. Expeditio hostilis, in Lege Longob. lib. 1. tit. 4. § 17. Charta Caroli Crassi Imp. pro Ecclesia S. Salvatoris Francofordiensi: Et ab illo Abbate, cui prædicta capella commissa fuerit, nulla unquam hostilis Expeditio exigatur, nec ullus ei inde quicquid auferre præsumat.* Tabularium Campaniæ Bibl. Reg. fol. 363: *Homines villæ ibunt in Expeditationem et exercitum.* Tabular. Eccles. Parisiensis: *Condona-mus illis, ne ulterius in hostes nostros vel Expeditioes ire non compellantur. Expeditio exercitatis, in 3. Capitul. Ludovici Pii cap. 7. Charta Ludovici VIII. ann. 1223. apud Hemereum in Aug. Viromand.: Cum nos ex spirituali domino Expeditationem et servitium pro Expeditatione ad submonitionem nostram habere-mus super villam, et super omnes homines ut hospites villæ Humolariensis, etc. Vide Burchardum de Casib. S. Galli cap. 12. et infra in verbis Hostis, Cavalcata, Equitatus.*

2. **EXPEDITIO**, Renuntiatio. Vide *Expeditare* 1.

3. **EXPEDITIO**, Agendi celeritas, diligentia, Gall. *Expeditio*. Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1860. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. pag. 446: *Attamen quia ipsi mercatores et vectuarii tam in eorum Expeditioe quam aliter, per nonnullos venditores suorum piscium et alios in dicto ministerio deputatos Parisius, qui ad hoc fore dicuntur minus apti, idonei et insufficientes, super hoc sepius impediuntur, etc. Aliæ ejusdem anni Litteræ ibid. pag. 449: In augmentatione hujusmodi numeri (venditorum minutatim piscium), sollicitioes (solutiones) et Expeditioes dictis vectuariis faciende, facilius et celerius fient, et sic dicti mercatores et vectuarii sepius Parisius accederent et abinde recederent. Iis in locis agitur de *expedita* ac diligenti solutione.*

4. **EXPEDITIO**, Distributio. *Faciendo Expeditioem* diciturum *tunicarum* (Monachis) in Litteris anni 1362. ex Regesto 92. Chartophylacii Reg. Ch. 155.

5. **EXPEDITIO**, Solutio, pecuniæ, rei alicujus commodo applicandæ, numeratio, traditio. Lit. ann. 1867. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 65: *Ita quod prædictam florenorum summam, pro prædictis castris concessam, in Expeditioe reali ditorum castrorum et in defensione patriæ, et non in alios usus, solvere teneantur; nec alias solutiones vel Expeditioes monetæ levandæ... facere possint, nisi de consilio eligendorum a subditis, cum auctoritate nostri gubernatoris.*

6. **EXPEDITIO CAUSARUM**, Promulgatio decursus causarum ex judicis ordine, Gall. *Promulgation des rôles*. Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1363. apud D. Secousse tom. 3. Ordin. Reg. pag. 652: *Precipimus et per Curiam nostram precipi volumus et injungi omnibus actoribus, quod ex quo publicatum fuerit Expeditioem causarum alicujus Propositure, Baillivie, etc.*

**EXPEDITIOES SERVI**, quibus in *expeditionibus* uti solebant domini, in Lege Burgund. tit. 10. § 1: *Si quis servum natione barbarum occiderit, lectum, ministerialem, sive Expeditioalem, 55. sol. inferat.*

\* **EXPEDITIONALITER**, Armata manu, cum exercitu. Vita Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 89: *Estare vero subsequente jussu patris Ludovicus rex Warnaciam simpliciter, non Expeditionaliter venit, etc. Vide Expeditio 1.*

**EXPEDITOR**, apud Sambucum in Gloss. ad Leges Hungaricas, est *Qui liberat ab onere*. Unde

**EXPEDITORIÆ LITERÆ**, Quietantiales, in Jure Hungarico.

**EXPEDITORIÆ RES**, Arma bellica, quibus quis in *expeditionibus* bellicis utitur. Speculum Saxonicum lib. 1. art. 19: *Suevus tam res Expeditorias, hoc est arma bellica, seu Hergeweth, quam hæreditarias, non solum in septimo tollit gradu, etc. Vide art. 22. 24. lib. 3. art. 15. § 3.*

**EXPEGATORIUM**, Retis species, qua capiuntur perdicæ, coturnices, phasiani, etc. Describitur a Petro de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 25.

\* **EXPELARE**, Ital. *Spelare*, Pilos radere, avellere, Gall. *Dépiler* et *Peler*. Stat. Montis-reg. pag. 208: *Item statutum est quod aliqua persona non possit tenere, ponere vel Expelare coria in aqua Elleris juxta pontes ubicumque sint, per*

spatium quinque thesaurum. Vide infra *Expilatus*.

\* **EXPELLERE**, Compellere, Gall. *Contraindre*. Charta ann. 1264. ex Chartul. Campan. fol. 369. v. col. 1: *Quandoque baillivus Trecentis, quandoque baillivus Pruvincensis, quandoque præpositus de Nogeno, quandoque præpositus de Braio, quandoque præpositus Villemauri coram se nos conveniant, et etiam (l. coram) ipsis sine causis rationabilibus comparere Expellant. Expeller, eodem sensu, quo Latinum Expellere, pro Repousser, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 93: Icellui Dupuis tira une dague,.... et s'efforça d'en frapper le suppliant, lequel mist la main au devant et Expella le coup. Vide *Expelleuta*.*

**EXPELLEUTA**, apud Julianum Antecess. Constit. 124. § 6. qui in Novella Justiniani 128. § 6. ἐπελλευτής dicitur: *Impulsor, qui scilicet canonem publicum Canoniciis solvere ultro reuencus compellebat. Vide Compulsores.*

† **EXPENDIBILIS**, f. Legitimi ponderis, ab *Expendere*, ponderare. Gregorius Monachus in Chronico Farfensi, apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 898: *Ad annualiter persolvendum argenti solidorum cc. denarios Romanicos Expendibiles, et in pingui vini decimatas centum.* [\* Rectius, Qui in usu est, qui expendi possit. Vide *Expenditus*.]

† **EXPENDITIO**, *Expensæ*. Thomas Monachus in Actis S. Etheldredæ Abb. Junii tom. 4. pag. 525: *Hoc est decem millia anguillarum, quæ omni anno in villa quæ Wellam dicitur, pro Expeditione redduntur fratribus ad victualia.*

† 1. **EXPENDITOR**, Qui expendit seu exsolvit. Vide locum in *Aquangium*.

\* 2. **EXPENDITOR**, Idem qui Dispensator, economus, Gall. *Maitre d'hôtel*. Acta B. Amadei tom. 2. Aug. pag. 582. col. 2: *Decreverunt ipsi illustrissimi principes ac imposuerunt domino Joanni Giapano, tunc ducali Expenditori et secretario, ut cibaria pro ejusdem patris et sociorum suorum necessitate conventientia ex ducali dispensa quotidie transmitteret.*

\* [Fabianum magistrum domus sive *Expenditorem* defuncti cardinalis.] (Diar. Burchard, éd. Thuasne, II, 36, an. 1493.)

† **EXPENDITUS**, *Expensus*, exsolutus. Charta Edwardi III. ann. 1333. apud Rymerum tom. 4. pag. 559. col. 2. de pecunia Papæ solvenda: *Præsertim cum pecunia prædicta circa negotia Ducatus prædicti Expedita fuisset. Rursum occurrit infra.*

1. **EXPENDIUM**, pro *Dispendium*. Charta ann. 1152. in Tabulario Ecclesiæ Viennensis: *In quo respectu guerræ cum magno comitatu demorantes, de propriis facultatibus vehemens passus sunt Expendium.* [Barthius in Glossario ex Hist. Palæst. lib. II. c. XIV: *Nam totam terram in Expendio miserant. Hoc est, spoliarent et vastaverant.*]

† 2. **EXPENDIUM**, *Expensæ*, sumtus, Gall. *Depense*. Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum, apud Muratorium tom. 8. col. 610: *Solemnes nuncii destinantur, qui sibi tanquam Regi venturo aurum, thus offerbant et myrrham, ac ei de propriis pecuniis et civitatibus ipsarum, thesauros promittentes pro Expendiis necessariis ampliores.*

\* Bulla Gelas. II. PP. ann. 1119. ex Tabul. S. Andr. Avenion.: *Nec clericis Avenicensibus ullo modo liceat pastus, Expendium, nec omnino aliquid commodi*

temporalis exigere. Charta ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 83: *Si aliquod Expendium factum fuerit, vel pro placitis, vel pro acquisitione honoris, faciant illud isti prædicti præpositi usque ad decem solidos.*

**EXPENSARE**, pro *Expendere*, usurpavit Scævola, in leg. 41. D. de Fideicom. libert. (40, 5). [Chron. Andree Danduli apud Murator. tom. 12. col. 497: *Et sciat quod, si quas expensas contingat vos facere pro eundo ad Regem, si forte abeset, vel aliter vos contingeret Expensare pro dicto facto. Hoc est, Expensas facere. Vide mox *Expensere*.] Alias *Expensare*, pro *Compensare*, dixit Macrobius lib. 1. Saturn. cap. 13.*

**EXPENSATICUS**, Liberalis, qui largas expensas facit. Lambertus Ardensis pag. 167: *Munificus, liberalis, et Expensaticus.*

† **EXPENSERE**, *Expensas*, sumtus facere: Gallice *Depenser. Expensas et custos, quos ipse Dux fecerit seu Expensuerit*, apud Lobinellum tom. 3. Histor. Britan. col. 1300.

\* **EXPENSE**, [Impense, vehementer. Cic. 5. Att. 2. a med. Cum me *Expense* e sua villa, numquid vellem, rogasset. Alii rectius leg. ex Pansa villa. Theodor. Priscian. de dicta 15. Cœliacos expense desiccant.]

\* **EXPENSIO**, [Actus expendendi, sumtus. *Imp. Valens, Gratian. et Valentinian. Cod. Theod. 6. 4. 24. Ne qui semel præstituta Expensionis transeat modum. Symmach. 5. ep. 74. (al. 76.) Cessantibus novis Expensionibus.*]

\* **EXPENSO**, [Pondero, examino, numero. *Plaut. Pseud. 2. 2. 81. Res rationesque heri curo, argentum accepto, Expenso, et cui debet, dato.*]

† **EXPENDENS**, ληστής, Fur, in Glossis Latino-Gr. Sangerman. MSS. in Supplemento Antiquarii et apud Laurentium in Amalthea.

† **EXPERGENCIUS**, Vigilantius, diligentius. Privilegium Agradi Episc. Carnot. apud Felibian. Hist. San-Dionys. pag. XVI: *Liceat eis talem Gubernatorem elegire, qui honestis moribus sit, non generositatis nobilitum, sed in Dei amore Expergenicus atque sagacius imbutum.*

† **EXPERGESCERE**, *Expergefacerere*, excitare: *Interea coperunt me mordacissimis verbis ab inertili studio Expergescere Fratres*, apud Ardonem in Præfat. ad Vitam S. Benedicti Anian. num. 2.

\* *Esperiger*, eodem sensu, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1. ubi de Dæmonum visione:

Tous li pais Esperrige et arde,  
D'anemis voit plus de cent mille, etc.

**EXPERGIFICUS**, Ἐξεργητικός, apud Apuleium lib. 2. Florid.

\* **EXPERGO**, [A somno excito. Acc. apud Non. 2. 278. Heu vigiles properate, expergite pectora tarda sopore: exsurgite.]

\* **EXPERIARI**, pro *Experiri*. Ermold. Nigellus lib. 3. vers. 151:

Namque semel quicumque duello hos Experiar  
Coperit, ipse luet et genus omne suum.

† **EXPERIMENTALITER**, *Experiendo*, experimento, Gall. *Par Experience. Experimentaliter comprobare*, in Charta Ludovici Regis Siciliae e MS. D. Brunet fol. 108. *Experimentaliter clarere*, in Charta ann. 1409. ex Schedis D. de Mazaugues. *Experimentaliter cognoscere*, in Vita B. Coletæ cap. 5. n. 32. et

apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 477.

**EXPERIMENTARE**, pro *Experiri*. Utuntur non semel Octavius Horatianus lib. 4. *Rerum medicarum* pag. 89. 90. Alexander Iatrosophista lib. 2. *Passion. et alii.*

\* *Nostris alias Expermenter, vulgo Tenter, sonder. Sermo Maurit. episc. Paris. in Circumc. ex Cod. S. Vict. Paris. : A icesit jor solement li mauvés Crestien, selon la costume des Paiens, solotent faire sorceries et charmes; et por ce solent enquerre et Expermenter les aventures, qui sont à avenir.*

\* **EXPERIMENTATOR**, Circumforaneus pharmacopola, Gall. *Operateur*, alias *Esprouveur*. Arest. ann. 1410. 29. Nov. in vol. 11. arestor. parlam. Paris. : *Johannes Cognati Experimentator et venditor, ex eo quod tyriacam inutilem et ineptam vendebat, etc.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 278: *Jehan de la Tour poure jeume homme vendeur et Esprouveur de triacle..... fist faire à son varlet son espreuve si forte, que trois ou quatre heures après icelle faite, il ala de vie à trespasement. Vide infra *Exprobare*.*

**EXPERIMENTATUS**, *Expertus, Experimenté*, in Regula S. Fructuosi cap. 20. [et apud Murator. tom. 12. col. 454.]

\* Arest. ann. 1449. 17. Maii inter Instr. ad vit. Guill. Menag. pag. 523: *Ipsum appellanlem, literatum, Experimentatum... in suum locum tenentem commiserat. Avoir grant Expériment. Multarum rerum usum habere, in Lit. Caroli VI. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 519: *Acertenez... du grand Expériment qu'il (le duc de Bourgogne) a des besoignes de nostre royaume, etc.**

\* **EXPERIRE**, pro *Experiri*. Antiq. Mal-leac. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 181: *Cum vicinia hostilis exercitus Experisset, etc.* [\*\* *Experiri* pro *Reperire*, in Vita S. Galli ap. Pertz. Script. tom. 2. pag. 19. lin. 41. pro *Reperiri* ibid. pag. 18. lin. 16.]

† **EXPERITUS**, *Non peritus vel valde doctus*. Papias.

\* *Espertement*, Prudenter, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 108: *Icellui Berout appuya telement son coustel à la poitrine dudit exposant, que s'il ne se feust Espertement reculé, il l'eust tué, ou mis en péril de mort.*

\* **EXPERJURO**, [Valde juro. *Afran. apud Non. 7. 45. Experjurabant, exsecrabant se, ac suos.*]

\* **EXPERNARE**, *Spernere*, parvi aestimare, Gall. *Dépriser*. Pactum ann. 1174. inter Soldan. et Pisan. apud Lam. in Delic. erudit. inter notas ad Hist. Sicul. Bonincont. part. 1. pag. 196: *Ad nullum servientem duanæ non debent dare ali-quid,.... et nullum tortum non debent habere nec recipere, et nulla eorum merces non se debet Expernare, ut minus se venderet.*

† **EXPERTI**, *Extranei, extra partem notitiæ*. Gloss. Isid. Melius Papias: *Expers, extra partem, vel patriam, alienus, extraneus. Expertia, Extranea, vel ut habet Johannes de Janua, Extraneitas. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: Expers, sens partie.*

\* **EXPERTIO**, [Verbale ab *Experior*, experimentum, probatio, prova. Vitruv. 8. 5. *Expertiones* et probationes eorum sic sunt providendæ.]

† **EXPERTUM**, *Experimentum. Cujus ingenium, mores et merita ab adolescentia sua probavimus et novimus ab Ex-*

perito, in Epist. Henrici III. Reg. Angl. apud Rymerum tom. 1. pag. 787. col. 2.

\* **EXPETERE**, Obtinere, recuperare. Charta Roricon. episc. Laudun. ann. 15. Loth. reg. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 6: *Idem monachi et eorum abbas, Melcallannus nomine, nitebantur Expetere terram villarum abbatis S. Vincentii, quam nostri fideles a longis temporibus in beneficio tenebant.*

\* **EXPETESSO**, vel Expetisso, [Antique pro Expeto: a petisso, vel petesso. Plaut. Mil. 4. 1. 13. Tuam Expetissit pulcritudinem.]

\* **EXPIAMENTUM**, [Expiatio. (Gloss. MS. Bibl. Nat. n° 7642.)]

1. **EXPIARE**, ex Gallico *Espier*, Speculari. Tudebodus 1. 2. Hist. Hieros.: *Totamque terram in Expiando miserunt, i. Gallice, en Espiant et cherchant de tous costez. Vide Spia.* [\* Occurrit pluries in Chronic. Salernit. ap. Pertz. Script. tom. 3. pag. 489. lin. 29. pag. 498. lin. 14. etc.]

\* 2. **EXPIARE**. Glossæ Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 680. col. 2: *Accipit prævenda in omni corvada panes duos et cervisiæ sextarium duos: et si Expiaverit in ipsa corvada, accipit panem unum et cervisiæ sextarium unum. An si mediam tantum corvadam expleverit?*

\* 3. **EXPIARE SEPULCRUM**, vox paganicæ religionis, Purificare, benedicere. Cæremon. Ms. S. M. Crassens.: *Post hæc a sacerdote Expietur sepulcrum asperione aquæ sanctæ et hodore (sic) incensi.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Apayement, purgement, expiament. Apaysier, adoucir, netoyer, Expiare.*

† **EXPIARIUM**. Gloss. Isid.: *Mappa, Gausape, Tegilla, Expiarium.* Pro Tegilla alii legunt *Togilla*, et pro Expiarium Grævius suspicatur olim scriptum fuisse *Sudarium*, quo sudor detergetur, aut hujus notiois vox alia, ut *Orarium*. Sed tam dici potuit Isidoriano Glossatori *Expiarium*, quam Johanni de Janua, *Manupiarium, Gausape quasi manus pians.*

† **EXPIGNORARE**, Rem appositam pignori liberare, Gall. *Degager*. Appendix ad Agnelli Librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 208. col. 1: *Plurima bona huic Ecclesiæ contulit, VII. C. libras in Expi gnorando possessiones Ravennatis Ecclesiæ expendit.*

\* **EXPILARE**. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Expilat, occultat, exterminat, vel elapidat.*

\* **EXPILATUS**, Pilis orbatus. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 2: *Denique postquam sanctus in fata concessit, equus ille Expilatus emarcuit, et usque ad interitum suum elanguit. Vide supra Expelare.*

\* **EXPIOTUS**, Pilum, hastile, spiculum, Gall. *Espieu*. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. Chartoph. reg. ch. 171: *Cum arundine sive hasta sui Expioti, et cum postibus cujusdam bastii seu sellæ, quam iuxta ipsum casualiter invenit, dictum Jacobum percussit. Vide supra Espietus.*

\* **EXPLACABILIS**, [Qui valde placabilis est. Not. Tir. p. 106. Placabilis, implacabilis, Explacabilis.]

**EXPLACITARE**, [Ex placito seu lite evadere.] Vide *Placitum*.

† **EXPLAITABILIS**. Vide *Expectabilis* post *Expletum* 1.

\* **EXPLANARE**, Eruncare, interlucare silvas. Charta ann. 1143. in Chartul. Pontiniac. ch. 120: *Nemus etiam Explanare et in agriculturam redigere, si voluerint, concedit. Vide supra Exemplare* 4. et infra *Explicare* 2. Hinc

\* 1. **EXPLANATIO**, Ager exaratus, proscissus. Charta Rotroci comit. Pertic. ann. 1190. ex Chartul. S. Dion. Novigent.: *Concessi eisdem monachis decimas Explanationum nemoris factarum et faciendarum.*

† 2. **EXPLANATIO**, Finis, quasi Expletio. Guidonis Disciplina Farsensis cap. 6: *Ad Explanationem Sacræ omnia signa pulsantur. Et cap. 18: Ad inchoationem Sacræ duodecim cerei accendantur ante altare: ad Explanationem Missæ omnia signa pulsantur.*

**EXPLANTARE**, Eradicare, Gall. *Déplanter*. Utitur Petrus Blesensis Epist. 129. [Occurrit etiam in Actis SS. Martii tom. 1. pag. 412. de B. Petro a Castro novo.]

† **EXPLECHA**, **EXPLECHIA**, ut *Expletum* 2. Charta pro Communia Balneoli ann. 1208. inter Schedas D. Lancelot: *Certum est quod Domini non habent quisquam neque tallam, neque per vim Explecham in hominibus habitantibus villam. Vide alia notione in Esplencha.*

\* **EXPLECHARE**, Uti re aliqua. Sent. arbitr. ann. 1309: *Quod dictus dominus comes (Pictav.) seu ejus successores, vel alii quicumque infra limitationes supradictas devesi supradicti causa depascendi seu aliter Explechandi sua animalia ex nunc inantea non immittant nec immittere audeant seu præsumant, nec ligna scindere contra voluntatem dicti domini abbatis, seu aliter Explechare. Vide infra *Explicare*.*

\* **EXPLECHIA**, Reditus, proventus terræ, prædii. Charta ann. 1212. ex Tabul. Montis-maj.: *Willelmus abbas... pro hujusmodi restitutione constituit Willelmo prædicto comiti usum fructum in solidum, quamdiu vixerit, in molendinis, vineis, pascuis, et in omnibus Esplechis, etc. Vide *Expletum* 2.*

† **EXPLECIA**, ut *Expletum* 2. *Explecias, exitus et proficua*, apud Rymerum tom. 4. pag. 354: *Cum omnibus exitibus et proficiis inde provenientibus, ac etiam Expleciis, in eod. tomo pag. 736. Rursum occurrit Explecia et Explecia eodem significato tom. 12.*

† **EXPLECTABILIS**, **EXPLECTUM**, **EXPLEGITOR**, **EXPLEGIUM**, **EXPLEITUM**. Vide in *Expletum*.

\* 1. **EXPLECTA**, Jurisdictio. Libert. loci de Viridi-folio ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 278. art. 7: *Quæ quidem nemora atque devesias ab omni Explecta officiariorum et firmanorum (firmariorum) regionum quorumcumque exhimimus. Vide *Expletum* 1.*

\* 2. **EXPLECTA**, Supellex quævis. Charta ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 227: *Exceptis et retentis domino nostro regi ante omnia quæ sequuntur, vayssella seu Expleta, quæ in domo dicti castri pro domino rege esse solebat. Vide infra *Expleta* 2.*

\* **EXPLECTAMENTUM**, Facultas utendi re aliqua, ipseque usus. Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 77. v°: *Noveritis quandam causam diu agitatam exitisse... inter procuratorem dicti domini regis procuratorum nomine ex una parte, et priorem domus de Rameria ordinis de Corona nomine dictæ domus ex altera, super usu et Explectamento nemorum de Marsilagheria, alias vocati de la Rameria. Infra: *Calvagium aut Explectamentum. Libert. Montisfalc. ann. 1369. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 53. art. 12: Quod omnes habitatores dicti loci et pertinentiarum suarum, nunc et in futurum habeant sua Explectamenta**

*pro se ipsis et suis animalibus in aquis, herbis et nemoribus.*

\* **EXPLECTARE**, ut supra *Explicare*, Frui, uti. Charta ann. 1302. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Nos abbas prædictus et successores nostri ex nunc in perpetuum tenebimus et Explectabimus, possidebimus, et levabimus census et redditus sitos apud Theodasium una cum una granchia. Exploiter, pro Negotiari, pecuniam fenori dare, vulgo *Faire valoir*, in Bestiario Ms.:*

Apela trois de ses serjans,  
Et bailla à l'un cinq besans...  
Les cinq besans Exploita tant,  
Qu'il en gaigna autretant.

\* **EXPLECTIVUS**, Dici videtur de silva, cujus arbores exciduntur. Charta ann. 1247. in Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 104: *Servitia, homagia, ... emptiones et pignora, ... tallivos et Explectivos, etc. Ubi Explectivus opponitur Tallivo, id est, silvæ cædus.*

\* **EXPLECTUM**, Instrumentum, id omne quo rei alicui perficiendæ utimur, nostris *Exploit* et *Exploit*. Libert. Granat. ann. 1291. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 19. art. 7: *Quicumque de nocte intraverit vineis (vineas) ortos aut prata alterius, ... et cum panerio, vel sacco, vel capucio, aut cum alio Explecto fructus extraxerit; ... et si tantum modo manibus et sine alio Explecto extraxerit, etc. Charta Phil. dom. Jonvil. ann. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 338: *Item ludit habitant, qui ont ou auront Explois de cherues en ladite ville, nous devront pour chascun Exploit trois courvées de cherrue. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 113. ch. 243: *Comme se feussent meues certaines paroles... pour cause de certains Exploit et cordailles de vaisseaux de mer, etc. Aliæ ann. 1452. in Reg. 181. ch. 225: *Maistre Jehan de Tours, exécuteur de nostre haute justice en la ville de Thoulouse, ... tenant l'Exploit avec lequel il avoit acoustumé de descapiter gens par justice, etc. Exploicte, eadem acceptione, in aliis Lit. ann. 1467. ex Reg. 200. ch. 196: *Les supplians prendrent leurs Exploictes, dont ilz faisoient leur fossé. Vide *Aploidum* et *Expletum* 4. Exstat alia notione in *Expletum* 1.*****

\* **EXPLEMENTUM**, Vide in *Expletum* 2.

† 1. **EXPLETA**, Jus pastus, venationis, piscationis et lignationis, de quo jam in *Esplecha*. Consuetudines Auscorum MSS. ann. 1301. art. 54: *Item est consuetudo ibidem quod homines de Ruscio habeant usum et Expletam lignorum omnimodam depascendi cum animalibus suis herbas, folia, glandes et ceteros fructus arborum silvestrium, aqua et alia necessaria predictis animalibus per omnes pertinentias et laborantias civitatis predictæ, in quantum in die ire et redire possunt... Habent ultra hæc dicti cives Expletam omnimodam apud Aucium et ejus pertinentias... venandi omnem venationem cum canibus et retibus vel filatis, et quicumque alio modo voluerint venari, et recipiendi, capiendi et piscandi in omnibus aquis, exceptis piscariis et stagnis, columberis, claperiis et deffensis. Art. 55: *Consueti sunt insuper et usi cives predicti incidere (incidere) ligna et fustes ad suam omnimodam voluntatem pro suis Expletis et necessariis suis, illi tamen qui habitant et larem habent in civitate predicta et ejus pertinentiis, per omnes forestas et nemora Comitatus prædicti, libere et absque aliquo denario, excepto quod qui operatur cum dolabro, debet solvere unum denarium Morliannum. Vide alia notione in *Expletum* 2.**



\* 2. **EXPLETA**, ut jamjam *Explectum*. Charta ann. 1252: *Qui Durantes dixit domino Amalrico, quod monachi dicti monasterii... ruperunt cabanam, quam fecerant in dicto opere, et picones et palas et Expletam et alia aptamenta inde asportaverant. Vide supra Explecta 2.*

† **EXPLETAMENTUM**, **EXPLETARE**. Vide in *Expletum*.

\* **EXPLETIO**, Reditus, proventus terræ, prædii. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 133. v°: *Ego Geraldus de sancto Asterio dedi Deo sanctoque Joanni... rusticos de Massalia quæ in Dupla, et Expletionem terræ, et tertiam partem de quarto. Vide supra Explechia.*

\* **EXPLETTUM**, Opera domino debita, Gall. *Corvée*. Charta ann. 1406: *Quittaverunt ab omni et quocumque alio genere servitutis, et quidquid juris... deverii ac Expletti dicti conjuges assensatores habebant. Vide Expletum 3.*

† 1. **EXPLETUM**, Actus quivis juridicus, quem quis habens jurisdictionem exercet per se vel per ministros suos. Charta Edwardi I. Regis Angl. de Jurisdictione Episcopi Agennensis apud Rymerum tom. 1. pag. 425: *Rex universis... Noveritis, quod cum venerabilis pater J. Dei gratia Agenn. Episcopus nobis exponeret, quod gentes nostræ in jurisdictione Agenn. communi nobis et sibi, aliqua Explectaverunt et adhuc Explectabunt per se ipsos et solo nomine nostro, ratione jurisdictionis Agennensis... Nos, licet prædecessores nostri eadem Explecta fecissent... nolentes eisdem Explectis insistere... nonobstantibus Explectis nostris... salvis etiam nobis omnibus aliis Explectis et juribus... Et quod per aliquod Explectum talium appellationum... non possit contra hoc aliquod præjudicium generari. Litteræ Ludovici Regis Franc. ann. 1315. apud eumd. Rymer. tom. 3. pag. 522. col. 1: *Item, intentionis nostræ non existit, nec volumus quod gardiatores... jurisdictionem dicti Ducis (Aquitaniæ) ratione gardiæ hujusmodi, aliquatenus impediant, vel aliquid Explectum justitiæ faciant, nec, etc. Litteræ Philippi VI. Franc. Regis ann. 1390. 8. Febr.: *Item statuimus concedentes quod Officiarii nostri in terris Dominorum dicti Ducatus (Aquitaniæ) jurisdictionem habentium non faciant aliqua Expleta, nisi in casibus ressorti et superioritatis, et in casibus istis Officiales et Servientes nostri, citationes, adornamenta et executiones et alia Expleta per manus Dominorum jurisdictionem hujusmodi habentium, aut eorum Officiarium fieri requirant et permittant, nisi ipsi Domini, vel eorum Officiarii super hoc requisiti, in his faciendis vel exequendis fuerint negligentes.***

\* Item, Emolumentum quodlibet inde proveniens. Charta ann. 1419. in Stat. Delphin. pag. 91. v°: *Item fuit ordinatum per judices inhiberi exactoribus Expletorum ipsarum Delphinalium curiarum, ne a decem libris et infra, pro apodixâ solutionis, recipient nisi unum liardum.*

**EXPLETUM**, Denuntiatio, vadimonium et quævis actio in litigiis. Arrestum Parlamenti Paris. ann. 1446. ex Chartulario Eduensi: *Per arrestum dictæ Curie nostræ dictum fuit, dictum opponentem ad bonam et justam causam contra dicta Expleta se opposuisse, et quod ob hoc remanebat dictus Episcopus Eduensis defensor et opponens in administrationis spiritualitatis et temporalitatis dicti Archiepiscopatus Lugdunensis gaudencia, de qua sicut dictum est, per dictos Cousinsoti et Varmeni desappropriatus seu ex-*

*pulsus fuerat. Litteræ Josselini Maclov. Episc. ann. 1383. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britann. col. 648: *Nobis dixerunt quod totum territorium et temporale nostrum et Ecclesie predictæ in manu Ducis ejusdem accipiebant, et acceperunt de facto, cum de jure non possent, et nobis perhibuerunt totum Expletum de premissis. Consuetudo Andegav. art. 411: *Aucun ne sera receu à faire adjoindre autre en demande de retrait, s'il n'est sujet ou resseant au pays auquel il fera bailler ledit ajournement, s'il ne baillie pleige suffisant dudit pays et resseant en iceluy audit Sergent, auquel il requerra l'ajournement avant le faire bailler, lequel pleige sera tenu de recevoir les adjournemens, significacions et Exploits dependans dudit retrait. Exploit de Sergent, Exploit de Justice, in plerisque Regum nostrorum Edictis, ut et in Consuetud. Britan. art. 77. 92. 229. Bituric. tit. 2. art. 29. 32. Apparitoris relatio est et declaratio de vadimonii denuntiatione a se facta, executione, obsignatione bonorum vel personarum comprehensione, etc.***

† **EXPLETUM**, Manus injectio, ablatio pignorum. Charta Senecalli Rhodonsis ann. 1250. in Archivis Eccl. Dolensis: *Cum non inveniamus in Comitatu Britannicæ extra feudum vestrum de bonis Guillelmi Buticularii Militis, inde Capitulo Dolensi de summa novies viginti et octo librarum satisfieri possit, Paternitati vestræ mandamus (Dolensem Episc. alloquitur) quatenus tradatis eidem Capitulo jus quod habet in buticulagio Dolensi idem Guillelmus, et si illud non sufficiat, de bonis ejus ad valorem dictæ summæ nomine pignoris tradatur Capitulo, et bannum faciatis et Expletum sicut de pignore. Venditio ann. 1329. et Chartulario Eduensi: *Volverunt insuper... se ac hæredes et successores suos compelli a nobis seu a nostra Curia... per captionem, distractionem seu alienationem et Explectum omnium bonorum suorum.**

† **EXPLETARE**, **EXPLETARE**, Quemlibet jurisdictionis actum exercere; Apparitoris munus obire, Gall. *Exploiter*. Charta paragiagii Regem inter et Episcopum Mimat. ann. 1306. ex Tabulario Mimatensi: *Ad Episcopum et Ecclesiam Mimatensem pertinet jus... cudendi monetam ære contaminatam et monetam argenteam, levandi compensum seu paxiagium pro pace servanda et omnia alia Explectandi pro majori potestate et signoria sua, quæ ad majorem potestatem, regaliam et majus dominium pertinere noscuntur. Edictum Philippi Franc. Regis ann. 1293. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1251: *Si gentes nostræ justitiano, sicut ad nos pertinet, aliquid saisiant, capiant, vel Expletent, vel saisire vellent, capere aut Expletare, etc. Aliud ejusd. Regis Edictum eodem ann. pro Comite Hannoniæ col. 1256: *Philippus Dei gratia Francorum Rex Ballivo Viromandensi salutem... Hoc proviso, quod ressortum dictæ terræ Ostrevanni nullatenus per justitiam vel dominium Alemanniæ vel Hannoniæ, sed per nostrum Franciæ ressortum et superioritatem nostram, quam ibidem habemus, justiciari et Explectari permittas. Volumus insuper quod Servientes tuæ ballivæ non permittas in terra Ostrevanni justiciare vel Expletare, nisi in casibus ressorti et aliis casibus ratione superioritatis ad nos pertinentibus. Occurrit hac notione apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. LVII. col. 1. et pag. 75. col. 1. alia vero notione mox infra in *Explectum 2.****

† **EXPECTATIO BONORUM**, In ea manus injectio, eorum ablatio, apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 321. Rymerum tom. 10. pag. 203. col. 2. et in Privilegiis Equitum Melitensium pag. 21.

† **EXPECTATIO JURISDICTIONIS**, Exercitium vel actus jurisdictionis, in Charta paragiagii ann. 1306. jam laudata in *Expletare*.

† **EXPLETATIO PERSONARUM**, Manus injectio in personas. Litteræ Philippi VI. Franc. Regis ann. 1329: *Ad hoc compellendo per captionem et Expletationem personarum et bonorum eorumdem, si et infra regnum nostrum potuerint reperiri. Exploiter le vassal, in Consuetud. Aurelian. est in ejus bona manus injicere, cum dominus feudalibus vassallis feudum Expletat, hoc est, illius feudi fructus facit suos vassallum spoliando.*

† **EXPLECTABILIS**, **EXPLAITABILIS**, etc. Obnoxius *Explectationi*, qui *Explectatione* personæ et bonorum cogi potest ad solvenda domino debita servitiæque exhibenda. Venditio anni 1320. Historiæ Dalphin. tom. 1. pag. 81: *Hugo de Breysiaco domicellus... vendit... Henrico de Turre... los Meyers de Sayseu et homagia eorumdem, taillabiles et Explectabiles (vel Explaitabiles, ut habetur ibidem pag. 69.) cum posteritate eorumdem ad voluntatem et misericordiam dicti domini Henrici emptoris. Emptio anni 1329. et Chartulario Eduensi: *Vendiderunt... mansum... cum omnibus et singulis juribus aliis et pertinentiis prædictorum mansorum taillabilibus et Explectabilibus de alto et basso, serva conditione et manu mortua. Charta Dumbensis anni 1371: *Bernardus Mitod recognoscit se esse hominem ligium, quitum, justiciabilem, Explectabilem et taillabilem pro medietate sui et suorum hæredum, sine reclamatione alterius domini Baronis vel superioris, et tenere de directo domino Antonii de Saxo domino Barbarelli domum, etc. Charta Villæ-novæ in Dumbis ann. 1426: *Joannes Baro recognoscit se esse homo taillabilis, corveabilis, justiciabilis, Explectabilis, manus mortuæ et servæ conditionis, atque burgensis domini Ducis Borbonii. Homines taillabiles et Explectabiles rursus memorantur in Litteris anni 1358. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. pag. 318. Charta ann. 1446. apud Thomasser. in Bitur. pag. 106. etc.****

2. **EXPLETUM**, **EXPLETUM**, Reditus, proventus terræ, prædii, *Expleito*, Occitanis; [*Expleit*, in Chartulario Aureliensi fol. 49. et 52.] Gallis practicis, *Explets*, *Exploits*; Anglis *Esplées*. Chronicon Vosiense part. 1. cap. 66: *Hoc anno Burgenses de Subterranea ad invicem juraverunt, ut nullum omnino Monachis darent Expletum, quod vocatur Tailliada. Bracton. lib. 2. cap. 18. § 2: *Item nec Expletia capere possit, quia nondum venit tempus messium nec vindemiarum. Si autem fructus non maturus perciperit, ista non debent dici Expletia, cum sint potius ad damnum quam ad commodum. Charta Retroci Comitis Perlicensis ann. 1126. apud Souchetum in Notis ad Vitam Bernardi Abb. Tiron.: *Volumus et largimur ex nunc ipsos usus, actus, Expletum, et possessionem, nullas ferre saisinas, vel præscriptionem, etc. Alia Raimundi Vicecom. Turenæ ann. 1276. apud Justellum: *Cum omnibus redditibus, taillis, quæstis, servitiis, et Expletis et aliis obventionibus, etc. Fleta lib. 5. cap. 8. § 9: *Poterit quis habere liberum tenementum sine usu et Expletiis. Fori Oscæ Jacobi I. Regis Aragon. ann.*****

1247. f. 4: *Et qui tenet ipsum (haver) in pignore, debet accipere in compositum, si quod Explectum acceperit de ipsa hereditate. Infra: Et antequam accipiat Expleyos, traxerit illam de pignore ille de quo est hereditas, etc.* [Privilegium Ermengaudi Comitis Urgell. ann. 1162. inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 374. col. 2: *Ex ipsa vero die, qua prefata castra in manu Comitis esse incipient, et redditibus et censibus et Expletis quæ de ipsis castris exierint prænominata castra custodiantur.*] Tabular. Eccl. Cadurcensis: *Espleita minuta per capten et per terras quas tenet Hugo, habet intra ejus Espleitam propter utilitatem quam consequuntur de terra, etc.* Occurrit passim. Cowellus vocem ab *explea* deducti, quod vix crediderim. Forte quod ex placito, seu pacto cum firmariis, domino cedit ex proventibus agri.

EXPLETUM, sumitur etiam pro dominio et prædio, cuius fructus percipit dominus. Charta Arnaldi Comitis Inculismensis ann. 1199: *Pro eo quod prædicti homines, et eorum animalia in terris meis, pascuis, et Expletis deambulabant. Et infra: Et volo et concedo ut liberi et securi, et eorum animalia per terras et pascua mea et Expleta eant et redeant absque ullo servitio.* Galli dicerent, dans mes revenus.

EXPLETA, æ. Testamentum Raymundi Comitis Tolosæ apud la Faille tom. 1. Annal. Tolos. Probat. pag. 127: *Dispono ut omnes Expletæ, quæ exierint in hoc anno de omnibus meis bouariis de Tolosano mittantur in potestate hospitalis de Hierusalem et domus Militiæ Templi, et illæ Expletæ distribuantur et dividantur amore Dei et in redemptionem peccatorum meorum.*

EXPLEGIUM. Eadem notione, in Charta A. Comitis Inculism. ex Tabular. S. Eparchii fol. 13. 14: *Cum... multis modis gravarem in collectis, in mestivis, in avena, gallinis, caseis, et multis aliis exactionibus et servitiis occasione Explegii, quod habebam in quibusdam terris, extrinsecus positis, etc.* Explee dicitur fol. 27. v.

EXPLEGITOR, f. Qui percipit Explegia, nisi quis malit Exploratorum intelligi, Gall. *Espion*: quo posito forte melius legeretur Explorator vel Explicator, quia solent exploratores explicare quod inspicunt. Litteræ Episcopi Hereford. ad Henricum Regem Angl. ann. 1263. apud Rymer tom. 1. pag. 755. col. 2: *Quidam malivoli vestri sanguinem nostrum sitiunt, qui nos Explegitorem reputant, dicentes quod nichil in Marchia, quod vobis non revelamus.*

EXPLETIVUS, Idem quod Expletum. Regestum Comitum Tolosæ in Camera Comput. Paris. in Charta ann. 1247: *Et vendidit ei dictus R. Joannes totam illam condaminam terræ, quæ vocatur del Bacudel... terras cultas et incultas, boscos et barcas, prata et pascua, tailivos et Expletivos, venationes et forestagias, etc.* Alia ann. 1236. ibid. fol. 51: *Prata et pascua, memora et barras, et alberetas, et ramerios, et devesios, et adempra, et Expletivos, et forestagias, etc.*

EXPLEMENTUM, Eodem significatu. Charta Erardi Episc. Autiss. ann. 1272: *Nos dictas xx. libras... Decano et Capitulo, consensu ipsorum super hoc accedente, assidemus et assignavimus percipiendus ab ipsis perpetuo super proventibus sigilli curiæ nostræ Autiss. et Explementis ipsius curiæ.*

EXPLETARE, Expleta seu redditus terræ vel prædii percipere: *Exploiter*, in Con-

uetud. municipalibus passim, [quod maxime dicitur de dominis feudalibus, qui ex vassallorum prædiis fructus colligunt et faciunt suos.] Edictum seu Statutum Philippi Pulcri Regis Franciæ de Nobilibus ann. 1302. art. 5: *Ordinamus quod res, bona, maneria, et jura dictarum regaliarum manteneantur, custodiantur, et Explectentur absque detrimento ac devastatione, ac si nostra essent.* Adde Continuatore Nangii ann. 1327. [Charta Officialis Autissiod. ann. 1276. de Præpositura S. Germani ejusd. urbis: *Cum Præpositura a tempore a quo non extat memoria, descendisset de hærede in hæredem usque ad ipsum Johannem, et eam aliquandiu tenuerat, possederat et Expletaverat sine lite.* Litteræ Johannis Franc. Regis ann. 1356. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1414: *Cum temporalitas Episcopatus Andegavensis ad nostram regaliam ratione obitus Episcopi dicti loci nuper devenerit, vobis (Senescallo) tenore presentium committimus et mandamus quatenus temporalitatem prædictam ponentes, omnes redditus, fructus et emolumenta ejusdem cum suis pertinentiis universis levare et Expletare nomine nostro... faciatis.* Vide alia notione in Expletum 1.]

EXPLETARE, Silvas vel arbores succidere, Gall. *Exploiter*. Fundatio Monasterii de Bosco-Raherii Ord. Grandimont. post annum 1172. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 572: *Dicti Fratres in dictis forestis et in omnibus defossis (f. defensis) earundem factis vel faciendis a nobis vel successoribus nostris indifferenter capiant et Explectent quidquid ad usum et edificationem ipsorum, et domorum suarum, et omnium pertinentiarum suarum viderint expedire.* Apud Stephanotium tom. 2. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 449: *Habebit etiam unum hominem, qui Explectabit ad collum nemus de Broeis ad omnia necessaria domus suæ.*

EXPLETATOR, Qui Expleta seu redditus percipit. Tabular. Nantoliense: *In Pictonib. an. 1479. homines mansionarii et Expletatores dicti territorii.* [Explocteurs in Consuetudine Andegavensi art. 168. sunt Operarii demetendis segetibus adstricti. Vide Expletum 3.]

EXPLETAMENTUM, Idem quod Expletum, in Charta Philippi Regis Fr. ann. 1317. apud Argentreum in Hist. Armoric. lib. 5. cap. 34. [Lobinellum in ead. Hist. tom. 2. col. 472. Thomasserium in Biturig. pag. 780. et strictiori significato pro cassione lignorum apud Acherium Spicil. tom. 10. pag. 279.]

EXPLETUM, Opera domino debita tempore messis: *Exploit*, in Consuetudine Andegavensi. Donum Agnetis de Bré in Tabulario Vosiensi fol. 33: *In manso Stephani Dagrefol et Acouzac II. sol. in Aug. et I. popadam, et I. gallinam et Expletum .... in manso de Crotas II. sol. ad S. Mariam in Aug. et IV. den. et III. sextar. de segl. et IV. de civada adferat de Comborn et I. gallinam et I. popadam et Explectum et suem. In manso Abrudes des Pirizas I. mod. d. gl. et II. sol. in Aug. et IV. sext. de civadae et VI. de vinada et Expletum et trogam et I. gallinam.* Vide Expletator in Expletum 2.

EXPLETUM, Corbis species ad colligendos fructus. Sententia arbitralis ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte: *Si forte accipiant racemos, ficus vel alios fructus causa comedendi, ad aliquam missegariam vel talam minime teneantur, nisi cum sacco, panerio vel*

alio Expleto extraxerint dictos fructus. Vide Expleta 2. et Expletum.

\* 5. EXPLETUM, Exemplum, descriptio, Gall. *Copie*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar. : *Item plus quoddam aliud instrumentum possessionis, in quo continetur inter cetera Expletum litterarum exegutionis cum processu vigore ipsarum facto super receptione possessionis locorum de Flamarenais... Super Expleto quarundam litterarum a dicto domino iudice parvi sigilli Montispessulani et curia parva obtenturam.*

EXPLETUM BELLI, Bellicum facinus, incursio, Gall. *Exploit de guerre*. Epistola Caroli VII. Franc. Regis apud Acherium Spicil. tom. 7. pag. 300: *Licet alias vobis scripsissemus vos caritative et amicabilem adhortando... ut... ab illationibus damnorum et aliis Expletis belli adversus eum (Archiep. Colon.) et ejus Ecclesiam, terram et gentes abstineretis.*

\* EXPLETUS, Immunis, exemptus. Ch. Jord. de Insula ann. 1171. inter Probat. Annal. Præmonst. tom. 1. col. 365: *Concedo vobis et familiæ vestræ, pecoribus, jumentis et agnelis vestris padogutiam liberam, sive Expletam ab omni censu et exactione.*

EXPLETURA, ut Expletum 2. Proventus, redditus. Tabular. S. Nicolai Andegav. *Goffredus puer de Candeio dedit S. Nicholao seipsum cum decima suorum redditum et expleturam de Candeio.* Annal. Andegav. pag. 205: *Donavit S. Nicolao... quidquid habebat in Ecclesia S. Sigismundi, scilicet medietatem presbyteragii et omnium Expleturarum aliarum quæ ad Ecclesiam pertinent.*

EXPLETARE, Distrahere, exigere, Gall. *Debiter*. Edictum Johannis Franc. Regis ann. 1363. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. Reg. pag. 623: *Quod dictum sal semel dumtaxat debeat et possit gabelari et non ultra, imo ex quo fuerit semel gabelatum emptor salis possit dictum sal ubique libere portare et vendere, et aliter modo quolibet Expletare.*

EXPLEYTUS. Vide Expletum 2.

EXPLICABILITER, adverb. apud Diodemedem lib. 1. Artis Grammaticæ.

EXPLICARE LOCUM, Jurisdictionem omnem in eo exercere. Instrum. anni 1297. Gall. Christ. tom. 2. col. 453: *Item Episcopus per gentes suas poterat condemnare, vel facere absolvi per sententiam secundum quod ei videretur et tenere et Explicare Locum tamquam verus dominus.*

\* 2. EXPLICARE, Eruncare, colere, laborare, Charta ann. 1137. in Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 136. v: *Damus... terram arabilem, quantum poterit Explicare per omnes sationes una carruca integra cum tria parva boum.* Alia Hugon. de Baucio ann. 1210. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Homines Castilionis... possint in prædicta palude se Explicare, et fructus quos inde habuerint, quibuscumque voluerint possint etiam dare vel vendere. Infra: Quicumque hominum Castilionis noluerit particeps esse ad solvendum prædictos xxx. solidos censuales annuatim, ille sine voluntate aliorum in prædicta palude de ulla re non possit se Explicare, et etiam quicumque hominum Castilionis ibi modo habitantium noluerit particeps esse ad solvendum hoc acapulum, non possit se absque aliorum voluntate in prædicta palude Explicare; sed quicumque de cætero ibi stare advenerit, soluta tamen parte sua annuatim de censu prædicto in prædicta palude possit lucrari et laborare, sicuti homines Casti-*

lionis ibi laborantes. Nisi idem sit quod supra *Explectare*.

† **EXPLICIO**. Vetus Inscriptio apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 514: *Anno centesimo post Explicionem numeri S. Victori Episcopi cicum recapitulantem*. Hoc est post finem seu post absolutam primam periodum cycli Victoriani.

**EXPLICIT**, Finitur, absolvitur, cui opponitur *Incipit*. Voces frequentes in MSS. verbi gratia, *Explicit Plinii historiarum mundi liber primus, Incipit secundus*. Constat *Explicit* vocabulum minime Latinum esse, quamvis a Latino sermone ortum: sed *Explicitum* Martialis lib. 14. Epigr. 1. *Explicitum tractatum* Ulpianus dicunt, finitum significans, seu absolutum. Annotant Editores Prisciani Grammaticæ, hæc verba in fine libri 8. in MSS. Cod. inveniiri: *Artis Prisciani viri disertissimi Grammatici Cæsariensis doctoris urbis Romæ Constantinopolitanæ præceptoris mei liber octavus de verbo Explicitus feliciter*. In libro veteri Psalmorum apud Anton. de Yezep in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 1. pag. 92: *Explicitus est liber iste a Notario Sebastiano Diacono, notum perfectionis diem 4. Kalend. Februarii æræ 987. etc.* Orosius lib. 7. cap. ult.: *Expliciti, adjuvante Christo, secundum tuum præceptum... ab initio mundi usque in præsentem diem, etc.* Sulpitius Sever. lib. 1. Hist.: *Salomon ceptum templi opus vicesimo anno Explicituit*. Lib. 2: *Nihil territus, cepta Explicituit*.

**EXPLICIT**. Papias MS.: *Explicit, cujus prima et secunda persona non habetur in usu, quia neutrum est, nec ad homines pertinet, sed ad librum refertur*. Jo. de Janua: *Explicit, ab explicio, as, derivatur. Explicit et Explicituit, verbum defectivum, i. terminatur, et finitur, vel finiuntur et terminantur, nec inveniuntur de eo plus*. Hieronymus ad Marcellam: *Scire debemus apud Hebræos in fine librorum unum e tribus solere subnecti: ut aut Amen scribant, aut Sela, aut Salom, quod exprimit pacem, unde et Salomon pacificus dicitur: ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere, Explicit aut Feliciter, aut aliquid ejusmodi*. Testamentum Corocottæ Porcelli, cujus meminit idem Hieronymus, ita clauditur: *Explicit testamentum Porcelli sub die Kl. Lucerninas Chibanato et Piperato Consuliibus feliciter*. Matthæus Vindocinensis Carmen suum in Thobiam sic claudit:

Explicit, explicitum Thobiam qui legit, instet  
Thobiam merita religione sequi.

Vide Scaligeriana pag. 15. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. MS: *Explicit, Il est finis, Explicitum, Eux sont finis, et se decline Explicit, Explicitum, et non plus.*]

† **EXPLICIUM**, Idem quod *Expletum* 2. Redditus. Kennettus Antiqui. Ambrosden. ad ann. 1830. pag. 414: *Prior S. Fridesvold Oxon... fuit seisisus de prædicto manerio... capiendo inde Explicia ad valentiam quinque solidorum et amplius*.

\* **EXPLICITA**, ut supra *Explechia*, reditus. Charta ann. 1096. ex magno Chartul. S. Vict. Massil. fol. 87. vº: *Donamus, imo vendimus malnare de Pirois Deo sanctoque Victori absque malo ingenio et sine omni usu et Explicita et quista et retentione*. Vide in *Expletum* 2.

\* **EXPLOITAMENTUM**, Reditus, proventus terræ, prædii, Charta ann. 1281. in Chartul. S. Dion. pag. 488. col. 2: *Omnes alias possessiones, Exploimenta,*

*racheta, ventas, et alias obventiones, etc.* Vide in *Expletum* 2.

\* **EXPLUERE**, Effundere. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 46: *Bombarda cerbotana ad longe pillulas suas Expluit, quia virtus unita est fortior dispersa*.

\*\* **EXPLUMARE**, Plumas evellere. Reinard. lib. 1. vers. 1803:

Melo quod edidici gallum Explumare vel aucam,  
Ducere quam rigida religione chorum.

**EXPONENTES**, [Qui publicam egerant poenitentiam.] Vide *Pœnitentes*.

**EXPOGNA**. Charta libertatum Montis Regalis ann. 1287. apud Guichenonum Hist. Bress.: *Burgenses Montis Regalis debent coquere quartallum bladi pro 5. denariis Viennensibus sine Expognas, et sine aliqua alia re vel mercede*. In Dumbis et Bressia rustici hodie *Epoigne* vocant exiguum panem rotundum ex frumento et butyro confectum.] Vide *Pugnaia*.

**EXPOLIUM**, Spoliatio. Papias: *Expolia, hostium præda dicta a palliis, quasi Expallia, victis cum detrahuntur. Expoliare, nudare, mundare, mactare*. Vita S. Leodegarii Episc. cap. 2: *Quorundam animi ob hujus causam Expolii dolore tacti*. Et cap. 16: *Cernens autem vir ille jam post Expolium mortem sibi imminere*. Paulo ante spolum eadem notione habet: *Cuidam optimati eo usque intulit Spolium... donec pene auferret omne ejus prædium*. Utuntur præterea Marculphus lib. 2. form. 1. Concil. Bracar. II. cap. 7. etc. Hinc *Expoliare hominem*, in Lege Salica tit. 15. et 17. Vide Isid. lib. 18. cap. 2. extremo.

**EXPOLIA**, Æ, *Præda, sic dicta ab expoliando*. Johannes de Janua.

**EXPOMONGERON**. Tradit Ambrosius Morales lib. 16. cap. 36. Ordonium Monachum librum scripsisse, cui titulum fecit *Expomonogeron*. Quid hæc vox sonet, non plane percipio, licet Græca videatur. [\* Alii *Exomologes* librum inscribunt, qui est instar Rationalis divinatorum officiorum. Vide Fabricium tom. 5. pag. 172.]

**EXPOMPARE**, Vituperare, detestari. Johannes de Janua in Catholico.

† **EXPONDERE**, pro *Spondere*, in Præcepto Chlotarii III. Regis Franc. apud Felibianum in Histor. San-Dionys. pag. VIII. et in Addit. ad Chron. Casaur. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 931.

\* *Faire Esponse*, eodem sensu, in Lib. cens. terræ d'Estilly ann. circ. 1430. ex Cod. reg. 9493. fol. vº: *Aucun des farescheurs de ladite faresche ne pourront faire Esponse des choses obligées à ladite faresche, s'ilz ne font Esponse de toute la faresche*. Vide supra *Espondarius* et infra *Expositio*.

† **EXPONDERIUS**, Limitaneus. Visitatio castrorum Dalphini ann. 1347. Hist. Dalph. tom. 1. pag. 66. col. 1: *Castra... Exponderia personaliter et continuatis diebus sine interpolatione qualibet visitatis*. Vide *Esponderius*.

\* **EXPONENCIA**, Expositio, promulgatio. Libert. Figiaci ann. 1318. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 659: *Attendentes igitur... honestorum incolarum ipsius (villæ) prestinam probitatem, quorum assidua fidelitas atque prompta devocio nostris prædecessoribus et nobis exhibitæ, prout rerum Exponencia et vulgaris opinio attestantur, usque hunc innolevit*.

1. **EXPONERE**, pro *Deponere*, non semel occurrit. Non. Marcellus lib. 4: *Expo-*

*nere, deponere*. Nomen virginitalis *Expone-re*, apud Arnobium: *Expone-re Episcopos*, in Fragmentis S. Hilarii, pro *deponere*. *Togæ Expositio*, apud Tertull. de Pallio. *Expone-re veterem hominem*, apud eundem lib. de Resurrect. carnis. *Expositionem peccatorum de lavacro re-promittit*, lib. de Præscript. hæret. [\* Marius Mercator pag. 20: *Quia nullum quod Exponerent onus habuere*. Proprie est navem exonerare, e navi dimittere, ut in sequenti. Vide Forcellinum.] Virgil. lib. 10. vers. 287:

... Socios de puppibus altis  
Pontibus Exponunt.

Vide tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 534.

**EXPONERE hominem ad occidendum**, Aliquem adsciscere, ut alium occidat, in Lege Frision. tit. 2. § 1. 2. 3. 9. *Elocare*, in Lege Salica tit. 31. § 1. 3. [\* Pro Dimittere, concedere, elocare, occurrit in Chart. Theoder. Episc. Misn. ann. 1473: *Ipsumque agrum perpetue Expone-re pro dicto annuo censu*. Vide Hattaus. Glossar. German. voce *Lassen*, col. 1195.]

\* 2. **EXPONERE**, Impendere, Gall. *Employer*. Necrol. eccl. Paris. Ms. ad Non. Oct.: *Obitus pro magistro Guillelmo Evrardi in theologia professore, quondam canonico Parsiensi, qui dedit nobis sex viginti scuta auri Exposita in reparacione domus feodi de Casteneto*. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 388. col. 1: *Exposuerunt tam in carnibus, pane et vino, ac frucha xj. solidos; vj. den. Item Exposuerunt pro pane albo, empto pro dicta cena, videlicet xv. solidos*, in altero Comput. ann. 1488. ibid. pag. 48. col. 1.

\* 3. **EXPONERE**, Expellere, ablegare. Charta Barthol. Laudun. episc. ann. 1141. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 318: *Visum est Hugoni (abb. Præmonst.) sorores suas, quæ in eadem valle penes se morabantur, veluti nimis sibi propinquas removere... Ego autem nolens eas ab episcopo meo Exponi, etc.*

**EXPONTANEUS**, pro *Spontaneus*, in Capitulari 3. ann. 789. in Append. cap. 2: *Propria Expontanea voluntate, etc. nisi legendum sit, et spontanea*.

\* Nostris alias *Esponge* et *Esponge*, eadem acceptioe. Libert. Auxon. ann. 1229. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 394. art. 1: *Et ce nous ont il donné communément de leur Esponge grey et senz force faire*. Charta ann. 1249. in magn. Chartul. nig. Corb. fol. 124. rº: *Et che ont il gréé et oitrié par leur Esponge volenté*. *Sponge*, eodem sensu, in Charta ann. 1330. ex Chartul. 2. Fland. ch. 296. in Cam. Comput. Insul.: *Renunchons de nostre Sponge volenté, nient à ce contraint, à nostre manoir de Ardenborch*.

\* **EXPONTONUS**, Hasta minor. Ital. *Spontone*, Gall. *Espon-ton*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 124. ex Cod. reg. 4624: *Nulla persona... portare audeat... aliquem cultellum seu Expon-tonum... majorem et longiorem uno pede et dimidio*. Vide *Spontonus* 1.

† **EXPORTELLUM**, An parva porta exterior, an foramen majus in modum fenestræ, inquit Bollandi continuator. Miracula S. Paulini Episc. Julii tom. 3. pag. 272: *Cum enim in carcere esset cum multis, ipse solus per Exportellum exivit; custodes carcerem custodientes, nullus eum vidit nec impedimentum præstavit*. [\* Italico Sportello, ostiolum. Vide infra *Sportellum*.]

**EXPOSITE**, Ἐπιθετικῶς, ἀναπερὸυγμένως, Explicare, apud Gellium lib. 3. cap. 2.

\* **EXPOSITIO**, Cautio, obligatio, Gall. *Caution*. Charta Henr. Rem. Archiep. ann. 1295. ex Chartul. Campan. in Cam. Comput. Paris. fol. 114: *Nos sumus plegii erga dominum regem Navarrae super Expositione rerum nostrarum patrimonialium, reddendi apud castrum Theodorici Blancham filiam suam, uxorem nepotis nostri Johannis filii comitis Britannie karissimi fratris nostri, si dictus Johannes, quod Deus avertat, decederet sine herede. Alia Gaufr. vicecom. Castrid. ejusd. ann. ibid. fol. 283. r. col. 2: De hoc sumus plegii super Expositione rerum nostrarum. Vide supra Expondere.*

**EXPOSITIONES CENSUALES**, apud Julianum Antecess. cap. 73. dicuntur exemplaria publici census in veteribus Scholiis ejusdem Juliani, ἐπιθετικῶς apud Justinianum.

\* **EXPOSITIS**. [Pulpi species: *Expositites II.* (Thes. Eccl. Clarom. Mus. Arch. dep. p. 41. an. 980.)]

**EXPOSITUM**, Expositio, commentarius, Testamentum Riculfi Episc. Helenensis ann. 915: *Librum Rabanum unum, Expositum in Evangelium et Epistolas, Epitolicum unum, Expositum super librum Genesis unum, etc.*

\* **EXPOST**, Postea, exinde. Charta ann. 1331. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 527: *Item et quod Expost incontinenti executis praemissis, etc.* Lit. ann. 1871. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 393: *Quas quidem litteras Expost, de nostra speciali gratia dicimur confirmasse.*

\* **EXPOSTULATUS**. [Expostulatio, Symmach. 9. ep. 18. *Expostulatus modum facere.*]

\* **EXPRÆSIDES**. Vide Glossar. med. Græc. in Ἀπαργοντες, col. 152.

† **EXPREHENDERE VITIA**, pro Reprehendere, Reprimere, apud Rymerum tom. 15. pag. 305. col. 1.

† **EXPRESSA CHARTA**, Idem quod *Expressa*, seu quod *Charta exprimit*. Chartularium Malisconense fol. 83: *Quidquid in dotalium tuum insertum est in Carta Expressa, totum tibi dono.*

**EXPRESSARE**, Exprimere. Thomas Walsinghamus pag. 231: *Post Expressata negotia sua.* [Charta Philippi Pulcri Franc. Regis ann. 1307. inter Instrum. Hist. Ebroic. pag. 29: *Villis et earum pertinentiis superius Expressatis et assignatis.* Charta Johannis de S. Amore ann. 1375. in Maceris Insulae Barbara tom. 1. pag. 214: *Sub dictis formis et conditionibus in litteris dictæ unionis Expressatis.* Epistola Jacobi Regis Aragoniæ apud Acherium tom. 8. Spicil. pag. 280: *Causis inferius Expressatis.* Hinc emenda Chartam Caroli IV. Imp. ann. 1355. apud Ludewig. tom. 6. pag. 385. ubi legitur, *Punctis et clausulis de verbo ad verbum prout Expressanter superius, etc.* Lego *Expressantur.*]

\* Nostris etiam *Expresser*. Charta ann. 1292. ex Tabul. S. Joan. Laudun.: *Dis sous de Paris aveques la rente qui deseur est Expressée. Esprainte, pro Empreinte, Impressio, nota, in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 275: Ouquel patron de cire n'y avoit que l'Esprainte et enseigne du tuel de la serrure. Espraindre vero, pro Exprimer, Succum ex re aliqua exprimere, in aliis ann. 1381. ex Reg. 119. ch. 372: Comme... Baudrot Fermelet et Jehanne sa femme eussent bouté un tinel dedens le trou d'un viez ourme cheu, afin de Espraindre ver-guz en un auge, etc.*

\* **EXPRESSIM**, Expresse, distincte, Gall. *Expressément*. Charta ann. 1203. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 308: *Acta sunt hæc apud Uctem in capitulo canonicorum, præsentibus et Expressim consentientibus, etc.*

\* 1. **EXPRESSIO**, Enunciatio, verbum, Gall. *Expression*. Marius Mercator pag. 406: *Quod vero in Expressionum summa noster sermo vincatur, non negabo; sed non idcirco Christi mysterium non credatur, sed magis sit merito mirabilius. Quanto enim omni est mente superius et sermone, etc.* Virgil. Grammat. pag. 69: *Unde et hii, qui non octo, sed plures orationis partes annumerare volunt, adverbium in duas partes dividunt, unam prisco nomine adverbium vocantes, alteram expressorium. Ecce enim adverbia, quæ nominibus et aliis adverbis applicamus, non tam adjunctionem solitam, quam sensum Expressionem significant. Vide *Exprimatio, Veritatis integrator et Expressor*, dixit Tertull. in Apolog. 46.*

† 2. **EXPRESSIO**, Clausula in instrumentis *expressa*. Liga anni 1338. apud Ludewig. tom. 5. pag. 488: *Quoad omnes et singulos suos articulos, Expressiones, promissiones et sponsiones mutuum subsidiorum, etc.* Charta anni 1356. ejusd. tom. pag. 580: *Sub omnibus conditionibus, modis et verborum Expressionibus.*

† **EXPRESSITAS**, Diligentia, celeritas, Ital. *Prezza*. Dominicus de Gravina in Chronico, apud Murator. tom. 12. col. 719: *Tunc jussum est per Marescallos exercitus parari trabuccos, pontes et scallas plurimas... et sic convocatis magistris quam pluribus incipiunt facere ingenia ipsa cum Expressitate magna.*

\* **EXPRESSOR**, EXPRESSORIUM. Vide in *Expressio* 1.

\* **EXPRETA**, Valde consumpta, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7618.

† **EXPRETUS**, pro Spretus, Contemptus, apud Rymerum tom. 8. pag. 577.

**EXPRIMARIO**, Qui *Primarii* munus obit. Novella Valentini de Episc. judicio tit. 12: *Non corporatus urbis Romæ, vel cujuslibet urbis alterius, non curialis, non Exprimario, non aurarius... ad Clericale munus accedat.* [Ex primario scil. ordine.]

† **EXPRIMATIO**, ἔκφρασις, *Expressio, Eloquentio*. Supplement. Antiquarii cum Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. Vide *Expressio* 1.

† **EXPRIMENTALITER**, ut *Experimentaliter*, Experimento, Par *Experience*, apud Rymerum tom. 7. pag. 354. col. 1.

† **EXPROBARE**, Probare, demonstrare. Clemens IV. Papa S. Ludovico, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 488: *Virtuosa pietatis studia, quibus vocare sollicitus per evidentia operationis indicia Exprobaris, apostolica sedes digna meditatione considerans, etc.*

\* Stat. ann. 1314. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 19. col. 2: *Ostendere teneantur monetam auri quam ponere habebunt... ad Exprobandum si est ibi aliquis denarius de illa moneta falsus.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 300: *Fuit tamen materia in dicta piscide existens illico in judicio per expertos in talibus examinata et Exprobata; et repertum quod hoc erat bonum et finum triaculam absque macula pravitate.* Vide supra *Experimentator* et mox *Exprobrare*.

† **EXPROBRARE**, Examinare, ad probandum vel reprobandum. Charta Ludovici Domini Bellijoci pro civibus Tysiaccensibus, apud Acherium Spicil.

tom. 9. pag. 261: *Item addimus, quod quando mensuræ in villa Tysiacci captæ fuerint, duo burgenses, vel tres de villa Tysiacci Exprobrationi ipsarum mensurarum advocentur, et sine duobus vel tribus burgensibus dictæ villa non possint Exprobrari. Vide Exprobrare.*

† **EXPRODITA**, *Exclusa*. Gloss. Isid. et Papias.

**EXPROMISSUM**. Capitula ad Legem Alamannor. cap. 38. Edit. Baluzianæ: *Si quis ingenuum aut ingenuam, Expromissum cujus fuit in terra miserit, 40. solidis sit culpabilis.*

**EXPROMPTARE**, Expromere, apud Fulgentium Placidem de Virgiliana continentia, semel ac iterum.

\* **EXPROPERATUS**. [Valde properatus. *Inscript.* apud *Grut.* 669. 10. Hic Aquilæ cineres miserabilis urna sepultos Contegit: et fatis Exproperata nimis Occidit infelix, etc.]

† **EXPROPRIARE**, Quod alicui proprium est auferre, spoliare. Dicta S. Ægidii inter Acta SS. Aprilis tom. 3. pag. 235: *Quæ sibi bona quæ Dei sunt appropriat, Deus eum Expropriat.*

**EXPUDORATUS**, Absque pudore. Glossar. Isid.: *Expudoratus, impudicus.* Fragmentum Petronii pag. 16: *Caput præterea durum, frontem Expudoratum, cornu acutum... habet.* [\* Vide supra *Expudoratus.*]

† **EXPUGNALIS**, Ad expugnandum seu oppugnandum aptus: *In muris, turribus, pontibus et domibus ac aliis defensilibus et Expugnabilibus*, apud Rymerum tom. 4. pag. 508. col. 1.

† **EXPULPARE**. Janus Lauremberg. in Supplem. Antiquarii: *Expulpo, ἔκκαρπῶ, Carmen exscindo.*

\* **EXPULSATUS**. [Pulsatus, vexatus, afflicus. *Ammian.* 23. 6. Seleucia per duces *Expulsata*, h. e. expugnata.]

\* **EXPULVERARE**, Pulverem excutere, abstergere, Gall. *Epoudrer*. Rather. Veron. lib. 6. Præloq. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 962: *Quo collyrio oculi inunguendi, quo bono an noxio pulvere Expulverandi, etc.* Hinc vox Gallica *Espoutre*, qua rei cujusvis minutias significantur. Stat. ann. 1415. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1: *Un minot de sel des Espoutres, c'est assavoir du fons et nettaieurs desdiz nefz et bateaux.* Vide infra *Pulveratus*.

\* **EXPUMICO**. [Pumice polio. *Tertull. advers. Valentin.* 16. Ab omnibus injuriis passionis *Expumicat*.]

† **EXPUNCTA**, *Fibras pectorum*, in Gloss. Isid.

\* **EXPUNCTIO**. [Actus expungendi. *Tertull. Idolol.* 16. Operæ meæ *Expunctio*, h. e. præstatio.]

† **EXPUNGERE**, quod proprie Delere est, sic exponit Papias: *Expungit, Excerat. Expungit, Expugnat, efficit, peragit.*

\* **EXPURGARE SE**, Innocentiam probare. Statut. Lubec. ann. 1263. art. 42: *Quicquid homo coram judice vel judicio recognoscit, de hoc melius convincit potest, quam se possit Expurgare. Occurrit passim. Vide Guillelm. Nothi Leg. vernac. cap. 50.*

**EXQUAMIARE**, [Permutare.] Vide *Cambiare*.

\* **EXQUILLA**, Tintinnabulum, campanula. Stat. Petri abb. Cassin. tom. 2. Hist. ejusd. monast. pag. 541. col. 2: *Liceat tamen missam illam dicere ante missam majorem, usque ad pulsationem Exquillarum.* Vide supra *Equilla*.

\* **EXQUISITIO**. [Inquisitio, investigatio. *Imp. Justinian. Cod.* 5. 9. 9. *extr.*

Neque aliam in ea re *Exquisitionem* fieri. Adde *ibid.* 7. 17. 1.]

† **EXQUISITUM.** Donatio Rostagni Episc. facta Roman. Eccl. circa ann. 960: *Dono ad ipsam Casam Dei... vinea una usque in Exquisitum... totum et ab integrum dono ad ipsam Casam Dei usque in Exquisitum*, id est, Absolute, omnimode. Præceptum Ludov. Pii ann. 815. inter Instr. tom. 4. Gall. Chr. col. 264: *Totum et ad integrum, vel in Exquisitum prædictæ Ecclesiæ S. Vincentii Martyris et Congregationi ibidem Deo famulanti in nostra concessimus elemosyna.* Charta noni sæc. labentis inter ead. Instr. col. 269: *Totum et ad integrum vel in Exquisitum... dono, trado, etc.*

\* Ubi unica voce *Inexquisitum* legendum esse existimo. [\* Eodem sensu vulgo dixerunt *Quæsitæ* et *inquirenda* vel *exquisita* et *inexquisita*, scilicet omnia proprietatis jura tam explorata quam intermissa, neglecta et ab altero occupata.] Vide infra *Inexquisitus* et mox

\* **EXQUISITUS.** Quod quis qualibet ratione, præterquam emptione, acquirat; quo ab *Inexquisito*, pecunia scilicet empto, distingui videtur. Charta ann. 20. Imper. Ludov. Pii ex Chartul. eccl. Vienn.: *Hæc omnia infrascripta, tam Exquisita quam inæquisita, prælibato sancto Maximo Regensi episcopo suisque consociis, quorum corpora secus eum fore videntur humata, ... vendo. Exquis, pro Extortus, subreptus, in Charta ann. 1471. ex Chartul. Latinac. fol. 98. v: Et s'aucune chose en estoit, ce seroient sentences particulieres, Exquisées par iceulx demandeurs par inductions, menasses et autrement. Vide *Exquisitum*.*

† **EXREFECTUS.** Impransus, qui prandium inceptum dimittit, interrumpit. Sancti Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 2. cap. 20: *Benedictionem nullus causa prandii negligit, si cum ministris tempore quo Nona canitur, reficit. Nam Exrefectus eam accipit, iterumque ad refectionem redit.*

† **EXSARTARE, EXSARTUS.** Vide *Exartus*.

† **EXSAVARE.** Vide *Essavare*.  
† **EXSCAMBIARE,** Permutare, Gall. *Eschanger*. Charta Ricardi Tropin ann. 1245. ex Archivio B. M. de Bono-nuncio Rotomag.: *Si necesse fuerit valore ad valorem Exscambiare. Vide Cambiare.*

**EXSCARITUS.** Vide *Scarite*.  
**EXSCATURIZARE.** Will. Brito in Vocab. MS. in voce *Assare*: *Nota quod pulli prius Exscaturizantur in aqua calida, ut facilius deplumentur: deplumati ustulantur, ut subtiles plumæ, quæ manibus extrahi non possunt, comburantur.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Exscaturizare, Eschauder pour oster plume, comme qui eschauderait un poulet pour le plumer.*

\* **EXSCALERATUS,** pro *Sceleratus*. Mirac. S. Audom. tom. 3. Sept. pag. 405. col. 1: *Non longe post obitum ejus, fuit quidam vir pravus moribus Exsceleratus, atque avaritiæ iniquitate accensus, etc.*

† **EXSCHAPIUM.** Vide *Escapium*.

**EXSCUTUM,** Scutum, ex Gallico *Escu*. Vide *Vicarii servi*.

\* **EXSCUDIS,** Instrumentum, quo pulvis excutitur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Exscudis, Gall. Escuche, et derivatur a verbo Excutio, quia excutit pulverem et stupas de dentibus mataxæ mundando.* Vide supra *Excudia*.

† **EXSECRATIO,** pro *Excreatio*. Antiquæ Consuetud. Fontanell. ex Cassiani Colatione 10: *Cum dicitur Oratio a Sacer-*

*dote, tantum a cunctis præbetur silentium, ut nulla vox alia a Sacerdote audiat, nec sputum emittitur, non Exsecratio obstrept, etc.*

\* **EXSECRATOR.** [Qui exsecratur, et detestatur. *Tertull. Pudic. 15. Exsecrator impuritat. Adde Augustin. ep. 166. sub fin.*]

\* **EXSENODOCHIUM,** pro *Xenodochium*. Charta ann. 787. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 587: *Constat sancto Exsenodochio, quod divina adjuvante clementia Dalheus archipresbyter s. Mediolanensis ecclesiæ... intra hanc Mediolani civitatem juxta ecclesiam majorem instruere et confirmare videtur.... Confirmo ut sit Exsenodochium prædictorum parvulorum in domo mea.*

\* **EXSENSUS.** [Qui est sine sensu, insensato. Unde *excensam mentem* dixit *Nævius* apud *Gell.* 19. 7. et *Non.* 4. 345. sed non est imitandus.]

\* **EXSEQUIOR.** [Exsequias facio. *Varr.* apud *Non.* 2. 298. Ipsum propter vix liberti semeltrati *Exsequianur*.]

† **EXSEQUITIO,** pro *Executio*, apud *Rymerum* tom. 2. pag. 138.

\* **EXSEQUATOR,** Judex, vel alius a principe delegatus, ut statutum executioni mandari curet. Charta ann. 1385. ex Tabul. Flamar.: *Gæteris servientibus, bajulis, castellanis, Exsequatoribus et officiaris regis, etc.* Vide in *Executores*.

\* **EXSEVIA,** Qua aquæ excurrere possunt et evacuari, idem quod supra *Essaveria*. Charta an. circ. 1200. in Tabul. S. Petri Carnot.: *Calceiam sui stanni possunt in altum erigere, prout eis visum fuerit melius expedire: suas etiam Exsevias in eadem calceia, ubicumque voluerint, etsi licet tollere et locare.*

† **EXSFORTIUM.** Vide *Exforcium*.

\* **EXSIGILLARE,** Sigillum appositum dissolvere, Gall. *Rompre le scelle*. Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261: *Item quod nocte subsequenti dicta domus, quæ pluribus sigillis fuerat sigillata, fuit per aliquos Deum vel hominem non verentes Exsigillata et aperta.* Vide supra *Dissigillare*.

\* **EXSILIARE,** In exsiliium agere, Gall. *Exiler*. Translat. S. Viti mart. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 528. num. 6: *Accusaverunt venerabilem Adalhardum, et ejecerunt eum de honore suo absque culpa, et Exsiliaverunt sine causa.* Vide *Exiliare*.

\* **EXSILICA,** [seu *Exilica* causa, quæ adversus *Exculem* agitur. *Festus*.]

† **EXSIM,** Ἐξέσις, *Exemplo, statim*. Supplem. Antiq. [\* Pro *Exin*, ut vult. *Vulc.* in *Castigat.* ad utrumque Glossar.]

\* **EXSINUATUS,** [particip. ab *exsinuo*, e sinu emissus, *Expansus*. *Propert.* 3. 13. 3.]

† **EXSISA,** pro *Assisa*. Tributum in publicis *assis* ex optimatam et populorum consensu impositum. Instrumentum ann. 1490. apud *Rymerum* tom. 12. pag. 391. col. 2: *Exsisis, gabellis, vel daciis, vini, frumenti et aliorum victualium, aliter quam pro usu navium eorundem emendorum, dumtaxat exceptis: quas Exsisas, gabellas et dacias dicti subditi Regis Angliæ in dicta civitate Pisarum solvent.*

† **EXSOLARE.** *Extra solum suum habitare*. Glossar. *Sangerman.* num. 501.

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Exsolavit, sine termino fecit. S'Esseuler nostris, Digredi, vulgo s'Ecarter. Lit. remiss. ann. 1375. in Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 136: Un buef se Esseula des autres et s'égara par l'espace de six ours ou de plus.* Aliæ ann. 1382. in Reg.

122. ch. 67: *Après ce que ledit Jehannot ot souppé avecques ledit gardien des moulins, se Esseula et destourna jusques à ce que grant partie de la nuit fu passé.*

\* **EXSOLIDO,** [Idem ac *consolido*. *Not. Tir. p. 66. Obsolidus, Exsolidat.*]

**EXSOLUTE,** Absolute, indubitanter. *Anonymus Gromaticus: Ipse finem Exsolute facit. Idem: Sine dubio Exsolute finem facit.* [Vide *Exolutim*.]

**EXSOMNIARE.** Gloss. Græc. Lat.: Ἐξομνίζουσαι, *Exsomnia, expergisco, expergefacio*. [Janus *Lauremb.* in Supplemento *Antiquarii: Exomnia, ἐξομνίζουσαι, Evigilo.*]

† **EXSPALTIUM.** Vine *Expallum*.

† **EXSPATHARIUS,** ut infra *Spatharius*, Custos corporis Imperatoris. Vide locum in *Basilicus*.

\* **EXSPECTARE,** pro *Spectare*. Charta ann. 1389. apud *Lamium* inter notas ad *Hodoeper. Charit.* part. 2. in *Delic. erudit.* pag. 471: *Sub infrascriptis modis inferius adnotatis pertineat et Expectet in solidum et pleno jure ad dicta communia sanctæ Crucis.* Vide *Expectare*.

† **EXSPINARE,** *Spinas auferre vel extrahere*. *Johannes* de *Janua*.

† **EXSPINIS,** *Extra spinas vel sine spinis*. Idem *Joh. de Janua*.

† **EXSPOLIARE VITEM,** Ejus adminicula et pedamenta auferre, in *Legibus Rotharis*, apud *Murator.* tom. 1. part. 2. pag. 40. col. 2.

**EXSPOLIUM.** Vide *Spolium* [et *Expolium*.]

\* **EXSTIMAMENTUM,** *Æstimatio*, Ital. *Stimamento*. *Stat. an. circ. 1225.* apud *Murator.* tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 342: *Et propter hanc communicationem non intelligatur terra diminuta ad Exstimamentum et ingrocamentum terrarum.* Vide supra *Estima*.

† **EXSTOLIUM, EXSTOLEUM.** Idem quod *Stolium, Classis, Chronic.* *Siciliæ* inter *Anecd. Marten.* tom. 3. col. 81: *Faciebat armare in Messana suum Exstolium galearum grossarum.* Occurrit *ibid.* col. 77. et alibi: *Exstoleum* vero in *Chronico Andree Danduli*, apud *Murator.* tom. 12. col. 456. 460. etc. *Exstoleum*, *ibidem* col. 422.

† **EXSTROMENTUM,** pro *Instrumentum*, in Charta *Chlodovei III.* ann. 691. apud *Felibianum Hist. San-Dionys.* pag. XI.

\* **EXSTRUCTORIUS,** [Qui *Exstruit*. *Tertull. Car. Christi* 17. *Dei* verbum *Exstructorium vitæ*.]

† **EXSTRUSCARE,** *Evellere*. *Andreas* de *Marinis* in *Epist.* ad *Rupertum Regem Rom.* inter *Anecd. Marten.* tom. 1. col. 1697: *Quamobrem adeo vitis inveteratis mos consentit, ut ferro durata cutis Exstruscanda sit protinus, et reformanda orbis terrarum et totius Romani imperii facies deformata.* Vide *Extruncare*.

\* **EXSUCHIUM,** *Scaccorum ludus*, ni fallor. Charta ann. 1379. ex *Cam. Comput.* *Aquens.* inter schedas *Pr. a S. Vinc.*: *Possint incedere sine lumine sine pœna, et ludere ad taxillos, ad Exsuchium, etc.* Et *possint, ludere ad Eisuc sine pœna*, in alia ejusd. ann. *ibid.* Vide infra *Eysuchum*.

**EXSUFFLANTISSIMUS,** vox ejusdem originis, cuius mox *Exsufflare*. *Formula* 56. ex *Andegav.* de *dissolutione matrimonii: Domino non dulcissimo, sed amarissimo et Exsufflantissimo jocali meo illa, etc.*

**EXSUFFLATIO,** vel *Insufflatio*, in *Baptismi ritibus* usurpata occurrit passim apud *Scriptores Ecclesiasticos*, qua inter renuntiandum ter repetita, significat *Baptismi candidatus sese dæmonem,*

cui fœdam hactenus servierat servitutum, execrari penitus et abominari. Apud Dionysium cap. 2. Hierarchiæ Catechumenus jubetur a Pontifice conversus ad Occidentem Sathanam  $\tau\epsilon\mu\phi\upsilon\sigma\eta\epsilon\alpha$ , *insufflare*. Cui ceremoniæ proxime accedunt Moscovitæ, apud quos, ut est apud Gagunium et Hebersteinium, susceptores ac fidejussores, baptizandi nomine, ter interrogati, num diabolo renunciant, toties respondentes in terram expuunt. Sed et in Baptismo Sacerdos ter in faciem illius qui ad Baptismum comparatur, sufflat, signum exprimens crucis capitis motu, orisque, ut est in Sacramentorum libro Gregorii, iis adjectis vocibus, *Exi ab eo Sathan, etc.* De qua quidem exsufflatione agunt Cyrillus Catech. 2. Optatus lib. 4. Augustinus lib. 6. Contra Julian. cap. 2. lib. 2. de Nuptiis et concupisc. cap. 17. 18. lib. 5. Hypognost. et alii Patres passim, ut mirum sit Calvinum lib. 4. Instit. cap. 19. ejusmodi ritum irridere ausum, tanquam rem, ut loquitur, inanem atque fictitiam, quæ ab omni memoria totius Ecclesiæ consensus fuit comprobata, ut e Justino etiam Martyre constat dialog. cum Tryphone, Tertuliano lib. de Corona, lib. de Spectact. Cypriano, aliisque innumeris. S. Augustinus Epist. 105: *Quod exorcizantur et Exsufflantur infantes*. Idem. lib. 2. Contra Pelagium et Celestin. cap. 40: *In remissionem peccatorum non fallaci, sed fidei mysterio baptizantur, etiam prius exorcizantur et. Exsufflatur potestas contraria, cui etiam verbis eorum a quibus portatur, sese renuntiare respondent.* Sulpitius Severus dial. 3: *Videt post tergum Avitiani dæmonem miræ magnitudinis assidentem, quem eminus (ut verbo, quia ita necesse est, parum Latino loquamur) Exsufflans, Avitianus se Exsufflari existimans, Quid me inquit, Sancte, sic aspicias?* Gregorius Turon. de Vitis Patr. cap. 18: *Dedit autem ei Dominus et gratiam curationis, ita ut Insufflatis enervementis propterea dæmonia ejiceret a corporibus obsessis.* Vide Rabanum lib. 1. de Instit. Cleric. cap. 27. etc. Hinc

EXSUFFLARE, Contemnere, despuere, rejicere: Græcis,  $\epsilon\mu\phi\upsilon\sigma\eta\epsilon\iota$ ,  $\epsilon\mu\phi\upsilon\sigma\eta\epsilon\iota$  et  $\kappa\alpha\tau\alpha$   $\kappa\upsilon\sigma\eta\epsilon\iota$  metaphora ducta ab exsufflationibus dæmonum. Vide Vitam. S. Eudociæ Mart. n. 93. Tertullianus de Idololat: *Quo ore Christianus fumantes aras despuet et Exsufflatit.* S. Augustinus Epist. 162: *Blasphematur hæreditas Christi, Exsufflatur baptisma Christi.* Ibid. *Exsufflata sacramenta.* Vide eumdem Epist. 50. 168. 170. 172. Tractact. 2. in Ep. S. Joan. lib. 3. contra Epist. Parmeniani cap. 4. lib. 1. contra. Donatist. de Bapt. cap. 1. lib. de Unitate Eccles. cap. 18. lib. 2. contra Grescon. cap. 4. 5. Dungalus contra Claudium Taurinensem: *Quia Christus Exsufflatur.* Idem: *Adversus dissipatores Ecclesiæ, adversus Exsufflatores Christi, adversus blasphematores Sanctorum ejus. Exsufflare idola, apud Notkerum in Martyrol. 12. Januar. Vita S. Fulgentii: Christum Regem Regum miserabiliter Exsufflaverat. Insufflare, eadem notione, in Actis S. Ananiæ et S. Petri Martyr. cap. 1. n. 7: *Et signo Crucis muniens labia oris sui, Insufflavit simulacra, et statim elisa sunt.* Prudentius lib. Perist. 1: *Ingressus ille, ut hos paratus (sacrificii) perspicit, Insufflat ipsos ceu videret dæmonas.**

SUFFLARE, Eadem etiam notione, apud S. Augustin. Epist. 56. ad Dioscorum: *Nomen Anaxagoræ, quod propter literarum vetustatem omnes, ut milita-*

*riter loquar, literatores libenter Sufflant.* Dungalus: *Unus homo blasphemare, reprehendere, conculcare, proficere, ac Sufflare præsumit.* Vide Concilium Trosleianum ann. 909. cap. 1. Matthæum Westmonast. ann. 1085. et 1242. Arnoldum Abb. Bonæ-Spei de Operib. sex dier. pag. 98. et Henric. Valesium ad Eusebii Histor. Eccl. lib. 7. cap. 10.

\* **EXSULABUNDUS**, [Qui Exsulat, vel Exsulaturus est. Gloss. Philox. Exsulabundus.]

\* **EXSULATICIUS**, [Qui ad Exsulem pertinet. Gloss. Philox. Exsulaticius.  $\phi\upsilon\gamma\acute{\alpha}\varsigma$ .]

\* **EXSULATIO**, [Exsilium. Flor. 1. 22. Clarissimos principes Exsulatione multavit.]

† **EXSULITAS**, Exsilium. Vita S. Boniti Ep. Arvern. n. 4. inter Acta SS. Benedict. sæc. 3. part. 1. pag. 90: *Non multo post inibi, ut moris erat, homines venundari, atque Exsulitatis captivitatique pœna damnari, suo nusquam præcepti fieri decreto.*

\* **EXSULOR**, exsulo, Voss. de vit. 711.] **EXSUMPTUARE**, Papiæ, *Pauperum facere*, Sumptibus exhaurire; *Pauperare*, ut est in Gloss. Lat. MSS. Reg. Cod. 1018. Gloss. Isid.: *Exsumptuavit, pauperavit.* Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 120: *Domesticos sane Exsumptuabat, locupletabat alienigenas.*

\* **EXSUPERATOR**, et *Exuperator*, [superator, victor. In nummo Constantini M. apud Eckhel D. N. V. T. 8. p. 88. *Exuperator omnium gentium.*]

\* **EXSUPPULO**, [pus amoveo. Translate. Tertull. Pall. 5. extr. Non facile quis has purulentias civitatis eliciet, et Exsuppurabit. Al. leg. evaporabit.]

**EXSUSDARE**, Surdum facere. Lex Aleman. tit. 60. § 1: *Si quis alterius aurem absiderit, et non Exsurdaverit, etc.* Glossar. Latin. Græc.:  $\epsilon\chi\sigma\upsilon\phi\epsilon$ , *Exsurdare.*

\* **EXSURPARE**, pro Usurpare, ut videtur. Libert. Figiaci ann. 1818. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 672. art. 59: *Sed... ne valeat aliquid restringi contra prædictorum congruum et debitum intellectum, aut etiam ampliari, et perinde aliquid (quod) per hanc præsentem largitionem non conceditur, sibi credant Exsurpari, etc.*

**EXSUS**, Exitus. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavini. [in Actis SS. Bened. sæc. 3. part. 1. pag. 684. et 685: *Totum illum clausum, quem nos jussimus plantare ad integrum, cum Exso et regresso, una cum manso, etc.* Infra: *Cum Exso et regresso in integrum. Cum Excitu et regressu*, in Testamento Guillelmi Ducis pro Cluniaco. Sed legendum *Exio*. Vide *Exius*.]

\* **EXSUTORIUM**, f. Locus ubi aliquid exciccandum exponitur. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624: *Que extraxerit seu exportaverit alienum canapum vel linum in et de aliena canaperia, linerea, nasoyro, Exsutorio vel repositorio, etc.*

\* **EXTÆDIARI**, Tædio affici. Vita Ludov. Pii tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 117: *Ebo tandem moleste ferens talibus Extædiari, consilio petito aliquorum episcoporum, ipse in se quamdam confessionem prædicavit.* [\*\* Vita Deoderici I. Mettens. Episc. cap. 7. ap. Pertz. Script. tom. 4. pag. 468: *Possent recensere plures ejusque ordinis ea tempestate insignes set nolo Extædiarentur aliorum mentes vel aures.*]

\*\* **EXTAGIUM**. Vide *Stagium*.

† **EXTAGNARE SANGUINEM**, Gall.

*Etancher le sang, Sanguinem sistere, claudere.* Vide *Siagnare*.

† **EXTAIRUS**, Exortus. Tabularium Vosiense fol. 22: *Ego Geraldus Derrocira dono B. Petro Vosiensi eorum domino Stephano Rainaldum de Brota, filias ejus et filios omnes quoque ab his Extairos, etc.*

**EXTALES**, Extæ. Gloss. Ælfrici: *Extales, s n æ d e l, vel B æ c - p e a r m*; i. Extæ, Longanum. Papias: *Extales et ani idem sunt, i. viæ alvi purgandi.* Jo. de Janua: *Extales, viæ alvi purgandi: unde in 1. Reg. cap. 5. v. 9. Computrescebant prominentes Extales eorum, etc.* Marcellus Empiric. cap. 31: *Extalem prominentem vino lavari prius, deinde cedro ungi, et pollice propelli introrsum oportet.* Gariopontus lib. 3. Passionarii cap. 21: *Tenasmon est passio intestinorum, quod Longaonem vel Extalem dicimus, etc.* Alcuinus Poem. 5:

Nec non Extales... multa pœna pudenda  
Curavit citius, Domino tribuente medellam.

Petrus Blesensis Epist. 102: *Mures... qui Extales, id est, interiora corroduunt.* In Gloss. Lat. Græc.: *Extalis, ἀργός.*

\* **EXTALIA**, Clunes. Mirac. S. Aug. Cantuar. tom. 6. Maii pag. 398. col. 1: *Calcanei Extalibus arcabantur infici, etc.*

**EXTALIATUS**. Charta Guillelmi Comitis Marsici ann. 1179. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacræ pag. 704: *Cujus Ecclesiæ subsidio villanos quindecim in eadem terra nostra Marsici erogavimus, octo videlicet Extaliatos, quorum nomina hæc sunt, etc.* Infra: *Quos volumus semper habere liberam potestatem emendi hæreditagia ab hominibus nostris Marsici, excepto ab angarariis et Extaliatis, etc.* Alia ann. 1296. ibidem pag. 714: *Cujus Ecclesiæ subsidio villanos 15. in eadem terra nostra Marsici erogavimus, 8. videlicet Extaliatos, quorum nomina hæc sunt... angararios vero 7. quorum nomina hæc sunt, etc.* Ubi Angariarii videntur fuisse operis seu Corvæ, Extaliati vero talliis obnoxii: nisi vox orta sit ab

**EXTALIUM**. Constitutiones Siculæ lib. 1. tit. 61: *Locorum bajuli, qui a magistris Camerariis et a Curia nostra, quamquam in credentiam, vel in Extalium bajulationem recipiunt, etc.* Et tit. 68: *Bajulationes omnes ubique per Regnum Kalendis Septembris inchoari præcipimus, sive in Extalium, sive ad credentiam collocentur.* Charta ann. 1281. apud Ughellum tom. 7. Ital. sacr. pag. 301: *Cujusdam horti... quem nunc tenet in Extalium Philippus Mustaculus. Ammiratus lib. 1. de Famil. Neapolit. pag. 56. ait dare ad Extalium, idem sonare, quod dar in sommo, et si vocis originem ignorare se fateatur. Vide Extallium.*

\* **EXTALLERIUS**, Qui ad Extallum tenet, idem qui Firmarius. Charta ann. 1399. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 281. col. 1: *Mandantes dilectis in Christo monachis, conversis, oblatiis, subditis, parochianis, laboratoribus, Extalleriis, pensionariis, censuariis, etc.* Vide *mox*

\* **EXTALLIUM**, EXTALLUM, Prædium seu villa alteri elocata ad certum tempus, sub præstatione annua vel annuaria, vel rerum ad victum necessariorum, vel denique pecuniaria, idem quod Firma 3. Charta ann. 1286. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 88. col. 2: *In Extallium concedimus, damus et tradimus tibi Johanni... subhastatione præmissa, plus exinde offerenti omnes terras, possessiones, et jura, et proventus prædicti nostri monasterii (S. Bened. de Teano)... Convenimus tamen tibi quod si infra prædictum tempus*

qui Extallii (quinque scilicet annorum) discensionum scandalum seu guerrarum emergerit, vel tempestatem aeris ingentem adeo venire contingerit, quod prædictum Extallium in partem vel totum tu, vel tui hæredes percipere non possesit... liceat tibi... dictum Extallium tenere et percipere, quamdiu vobis fuerit de toto prædicto dampno... integre satisfactum. Formul. MS. Instr. fol. 34. v.: *Discretus vir N. canonicus Pictavensis vendidit, dedit et concessit in Extallum seu ad firmam... omnes et singulos fructus, redditus et proventus præbendæ et beneficiorum, quæ optinet in civitate et diocesi Pictavensi. Vide Extallium.*

† **EXTANTIA**, Bona quæ exstant alicujus. Charta Guidonis Comitiss Flandriæ pro Capitulo S. Bartholom. Bethun.: *Sciendum est nullum aliud jus, nullumve aliud dominium, nullamve Extantiam aliam in toto vel in parte... habere in dicta terra. Ibidem: Habere debent omnes Extantias bastardorum... habent infra villam... tot et tales justitias, tot et tales Extantias, tot et talia dominia, etc.*

† **EXTAR**, Olla ubi exta coquebantur, Gloss. MSS. Sangerman. Plautus adjective dixit, *Extaris olla*, eadem notione.

\* **EXTARIATA**, pro *Sextariata*, Modus agri. Charta ann. 1293. ex Tabul. Busser.: *Ranulphus vendidit duas Extariatas terræ abbatisse et conventui de Busseris ordinis Cisterc. diocesis Bituricensis. Vide Sextarata.*

\* **EXTASIS**, Defectus cordis, Gallice *Pasmeson*. Glossar. Lat. ex Cod. reg. 521.

\* **EXTELARIUS CERVUS**, domesticus, mansuetus, quem venatores præmittunt in silvam, quo cervi alii et hinnuli nihil metuentes periculi, illius facti socii, facilius in eorum casses aut tela incidunt, cervo domestico collare, aut aliud quodlibet signum habente, ne venator erret in mittendo telo. Unde *Extelarius* dicitur, quod extra teli periculum habendus sit. Ita Wendelinus. In Gloss. Lat. Gr. *Extelare*, est ἐλευθερώσαι. Lex Salica tit. 36. § 3. Edit. Heroldi: *Si quis cervum domesticum signum habentem furaverit qui ad venationem faciendam mansuetus factus est, et Telarium (i. Extelarium) potuerit adprobare, quod Extelarius fuisset, etc.* [In aliis edit. et testibus potuerit adprobare, quod eum in venatione habuisset.] De cervis domesticis agunt Justinianus de Rerum divisione, et Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 13. 14. [\*\* Rothar. 320. 321. 322.]

\* **EXTEMA**, EXTEMARE, ESTEMARE. Eximinius Petrus de Salanova Justitia Aragonum apud Hieron. Blancam pag. 748: *Bene recolit Dominatio vestra, qualiter illi, qui fecerunt in regno Valentie Extemam, in Regno Aragonum secundum forum Aragonie fuerunt castigati, quia justitia corporalis, seu Extemæ, ad vos spectant, et non debent fieri nisi per justitias vestras, vel illos, qui merum imperium habent in locis suis. Fori Aragonenses lib. 1. pag. 14. v. edit. 1624: Absque cognitione judiciaria et debita secundum Forum non occidemus, non Extemabimus, nec exilabimus, etc. Lib. 3. pag. 31: Quicumque Infancio... fecerit justitiam aut Extemam de aliquo homine Regis, etc. Jacobus. I. Rex Aragonie in Foris Osceæ ann. 1247. fol. 8: Pro quo (crimine) posset homo justitiam, vel Estemari, vel infamari perpetuo, etc. Adde Observantias Regni Aragon. pag. 25. 35. etc. Vide Estema.*

† **EXTEMPORALITER**, Extra tempus. Guibertus lib. 1. de Vita sua cap. 3. sic

loquitur de se ipso recens edito: *Adeo miseranda erat exilitas, ut cadaveruli Extemporaliter nati species videretur.*

\* **EXTENDARIUM**, Vexillum. Vide Standardum.

\* **EXTENDERE**, Æstimare, appretiare: vox fori Anglici, quæ occurrit passim apud Bractonum, Fletam et Anglicos Practicos. Britton. pag. 138. v.: *Par mesmes les Joursors soient les terres Estendues à la very valu.*

\* **EXTENTA**, Æstimatio, ex Anglico *Extend*, Æstimo. Monasticum Angljc. tom. 1. pag. 548: *Hæc est Extenta terrarum... de terris et tenementis Prioris de Derhurst, quantum valeant instaurare, et quantum deinstaurare, etc. Tom. 2. pag. 321: Et quia onera prædicta et reprisa eorumdem tenementorum... in multo excedunt valorem eorumdem per æstimationem et Extentam per probos et legatos viros... factam, etc. [Pro Extenta et valore Comitatus Richemundie, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 394. Extenta jurium Comitiss Sabaudie apud Costam sancti Andree et Boczosellum, in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 85.] Vide Fletam lib. 2. cap. 74. § 2. Skenæum lib. de Verbor. significat. v. *Extent*. [Occurrit eadem vox apud Thomam Madox Formul. Angljc. pag. 122. Rymerum tom. 2. pag. 728. etc.]*

\* **EXTENSOR**, Æstimator publicus, cujus munus est res hereditarias inter participes æstimare et partiri. Bracton. lib. 2. cap. 34. § 1: *Officium Extensorum est, in rebus hereditariis extendendis et appretiandis, quod in primis videant, quid et quantum sit in dominico in quolibet manerio, scilicet quot acree terræ arabilis, vel quot virgate, et quantum valeat acra vel virgata per annum, etc. et in summa omnia, quæ sunt de corpore manerii, et de quibus commodum posset evenire. Adde Fletam lib. 5. cap. 9. § 5. 8. 9. 12.*

† **EXTENDERE SE**, Exercitium se Extendit ad 150000. armatorum, hoc est, Complectitur 150000. armatos apud Ludewig. tom. 6. pag. 167.

\* **Estendellier**, pro *Etendre*, in Mirac. MSS. B. M. V. lib. 1:

Ensevelir ja le volent  
Et mettre en biere, quant le volent  
Remuer et Estendellier.

Ejusdem originis vox *Estendelle*, Linteam, quod super mensam extenditur seu expanditur. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. fol. 162. v. ad ann. 1391: *Huit nappes de hostel, un autre Estendelle de fin linge, etc.*

\* **EXTENSE**, Fuse, copiose, abundanter. Joan. ab Insula apud Lamium in Delic. erudit. pag. 23: *Alibi Extense a me alias scriptum fuit.*

\* **EXTENSITAS**, Extensio. Catalog. oper. B. Raym. tom. 5. Jun. pag. 699. col. 1: *Liber de Intensitate et Extensitate.*

\* **EXTENSIO**, Regio, in Glossis Isidorianis.

† **EXTENSIVA INÆQUALIS**, INÆQUATA, Species scripturæ. Vide Scriptura.

† **EXTENSOR**, Vide in *Extendere*.

† **EXTENSUM**, Notariorum vox, Archetypum, majus scriptum, unde nota seu commentariolus exscriptus est. Processus ann. 1459. ex Regesto Columba Camera Comput. Provincie: *Et inde facta decenti collatione de nota cum suo Extenso.*

† **EXTENTA**. Vide in *Extendere*.

\* **EXTENTUS**, [Extensus, intentus, prolatus. Cic. 2. Orat. 59. *Extento* brachio, paulum etiam de gestu addidit.]

\* **EXTERCUS**, pro Stercus. Stat. ann.

1408. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 356. art. 2: *Ad hoc ut gentes non valerent infici ex putrefactione sanguinis, etc. et eiam ex Extercoribus fetidis et aliter sordiciis provenientibus ex dictis animalibus.*

\* **EXTERGIFACIUM**, Mantile, quo facies extergitur, Ugutioni.

\* **EXTERGIMENTORIUM**, Togilla, gausape, mantile, Ugutioni.

\* **EXTERIOR**, Qui extra urbem vel castrum manet. Charta ann. 1227. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 387. art. 8: *Si quis autem Exterior de manentibus in castro conquestus fuerit, jus recipiat et faciat in castro coram quatuor electis.*

† **EXTERIORES FRATRES**, Idem qui *Conversi*, apud Mabillonium in Actis SS. Benedict. sæc. 5. pag. 316. sic procul dubio dicti quod rebus exterioribus et temporariis vulgo occuparentur.

† **EXTERIUM**, pro *Æstuarium*. Tabularium Majoris Monasterii: *Hildebertus cognomine Escharsellus civis Nannetensis habuit ibidem duos molendinos in Exterioris marinis. Vide Externi.* [\*\* Vide supra *Esterium*.]

† **EXTERIUS DISCERE**, pro Memoriter discere, scripsit Buschius de Reform. Monast. apud Leibn. tom. 2. Script. Brunsvic. pag. 980. [\*\* Germ. *Auswendig lernen*.]

\* Occurrit passim in Lib. de Imitat. Chr. *Scire Exterius*. Locutio Belgica, ut observat D. Falconet, *van Buyten leeren*.

\* **EXTERMINARE** TERMINOS, Effodere, evellere, extra fines ponere, in Lege Longob. tit. 96. [\*\* Roth. 240.] [\*\* Vide supra *Esterminare*.]

\* **EXTERMINATIO**, Terminus, finis, limes. Charta Caroli C. ann. 865. in Tabulario Abb. Belliloci in Lemovicibus n. 4: *... Farinarius, pascuis, exitibus, et regressibus, et omnibus legitimis Exterminationibus.* [Similia prorsus habes in Præcepto ejusdem Caroli ann. 840. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 40. et in Charta ann. 856. inter Instrum. tom. 1. novæ Hist. Occitanæ col. 100.]

† **EXTERMINATUS FUROR**, Audax et ignitus furor. Memoriale Potestatum Regiensium ad annum 1265: *Et tunc intraverunt civitatem dicti Mutinenses et Guelphi, et incoeperunt proelium cum illis de Sesso, et expulerunt eos extra civitatem cum Exterminato furore.* Gallice *Determiné* vocamus virum audacem, temerarium et maxime confidentem.

1. **EXTERMINIUM**, proprie, Extra terminos ejectio. Gloss. Lat. Gr.: *Exterminium*, ἀφανισμός. Occurrit non semel apud veterem Bibliorum interpretem, Tertullianum adversus Judæos, Petrum Blesens. Epist. 86. et alios. Salvianus lib. 5. de Gubernat. Dei: *Spoliati reculis suis, et Exterminati ab agellis suis, etc.*

\* 2. **EXTERMINIUM**, Exitium, strages, Ital. *Esterminio*. Chron. Pet. Azar. ad ann. 1362. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 395: *Rusticus, licet invite, venit in castro Maragnani, sperans quod, quum in ipso castro esset, poneretur in Exterminiis.* Acta S. Franc. Rom. tom. 2. Mart. pag. 164. col. 2: *Vidi animas proditorum habentes maxima Exterminia et tormenta.*

\* **EXTERMINUS**, [Qui est extra terminum, exsul, expulsus. Tertull. *car. de Sodom.* 3. Atque hinc *Exterminus* ito.]

\* **EXTERNARE**, Extraneum facere, in Gloss. Isidor. Utitur Apuleius in Apolog. ubi Casaubon. [Hac notione Itali dicunt *Estermare*.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Externare, Estranger*. Lit. remiss. ann.

1889. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 95: *Aymé ne voulut point souffrir que aucuns de ces variés demeurest à son service; mais les en Estrangea et débouta du tout. Vide infra Extraneare 2.*

EXTERNATUS, Amens. Glossæ Latino-Græcæ: *Externatus, ἔτρος, ὀρεβόν.*

EXTERNARI, Retro inclinari. *Externata, id est, a se alienata, i. extra se nata.* Papias Synodus Rom. sub Bonifacio II. sess. 1. apud Holstenium in Collect. Rom. pag. 27: *Miseremini homini humilit et Externato animo.*

\* Aliud sonat *Esternir*, Sternere scilicet, spargere, in Lit. remiss. ann. 1378. ex Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 216: *Comme les diz Colin et Simonnet eussent Esterny du blé en la grange dudit Raoulin et enbatu, etc.*

† EXTERNI, vel EXTERNA. Charta Othonis Aquitan. Ducis pro B. M. de Sabluncellis, inter Instrument. tom. 2. Gall. Christ. col. 478: *Rursus confirmo illis locum qui dicitur de Mansagro cum nemore et terra culta sive inculta, dulci et salsa, et cum Externis, et cum captione volatilium, quadrupedum et piscium.* Hac voce cum *Externis*, inquit D. Sammarthanus, intelligitur fortasse præstatio solvenda a mercatoribus, vel aliis transeuntibus, aut advenientibus, aut negotiatoribus in hac regione. Sed potu legendum *Externis*. Vide *Exterium*.

\* EXTERNICIUM, Substramen, Gall. *Litiere*. Vide infra *Sternicium*.

\* EXTERNUS, pro Hesternus, Stat. ann. 1454. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 286. col. 1: *Quod die Martis proxime Externa, quidam mercator sive mulaterius... applicuit in Nemauso cum certis chargiis allecorum, etc.* Acta invent. SS. Vict. et Satyri tom. 5. Sept. pag. 495. col. 1: *Accesserunt ad altare majus dicte ecclesie nove, in quo Externa die reposita fuit capsula, etc.*

EXTERRENUS, [EXTERRIMUS, EXTERRANEUS EXTERRICINEUS.] Gloss. Gr. Lat. MS.: *Ἀπόδητος, Peregrinus, Exterrinus, Exterrenus.* Forte *Externus*, vel *Exterraneus*. Vox *Exterrimus* abest in Edito. Festus: *Exterraneus, Ex alia terra.* [Exterraneus, quoque dicitur, et qui ante tempus natus, vel potius ejectus est. Dicitur autem Exterraneus, quod eum mater exterrita alvo ejecit. Martinius hic recte legit, *Exterricineus.*]

† EXTERSORIUM, Mantile, Gallis, *Essuie-main*. Occurrit semel et iterum in Statutis Ecclesie Leodinienses ann. 1287. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 839.

\* *Essuyon*, in Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 586: *Des toullons ou Essuyons à escuelles.*

\* XETERSUS, [Actus Extergendi. Plaut. *Curc.* 4. 4. 22. Linteumque *Extersui*, h. e. ad estergendum aptum. Al. minus recte leg. *Extersum.*]

EXTERTIUM. Charta Hugonis Ducis Burgund. ann. 1077. tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Præter hæc omnia ex meo jure unam condemnant, quæ sufficit ad Extertium unius caruce, ipsam quoque carucam instauratam et integram similiter do. Ubi Editor ad marginem, f. exercitium.*

\* EXTERULA, Vestis exterior, quæ *Interulæ* opponitur. Hist. Franc. Sfortiæ apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 958: *Cardinalis Capranicus abjecto pileo, abjectoque pallio, exuta etiam linea Exterula a victoribus eodem fugiens comprehenditur.*

EXTESTICULARE, Castrare. Willelmus Malmesbur. lib. 4. pag. 124: *Dum sese*

*segniter expurgat, cæcatus et Extesticulatus est.*

EXTESTINUS, Alienæ gentis, extraneus, Papiæ Gl. Isidori: *Extestinum, extraneum.*

\* EXTEXO, [Retexo, destruo quod textum est. Translate. Plaut. *Bacch.* 2. 3. 5. *Extezam* ego illum pulcre jam, si Dii volunt, h. e. auro eum spoliabo: vel omnia ejus consilia et rationes pervertam et destruum.]

\* EXTIMA, Æstimatio, ut supra *Estima*. Lit. Ludov. ducis Andegav. ann. 1378. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 12. col. 1: *Exhigere et levare possint pro centum sestariis... quinque grossos argenti... ad advaluationem et Extimam supradictam.* Instr. ann. 1391. ibid. pag. 111. col. 1: *Item quod dicti consules, volentes facere dictam Extimam, eligunt multos homines diversorum statusum ad dictam Extimam faciendam, qui... promittunt et jurant secundum eorum bonas conscientias extimare dicta bona.* Vide *Extimare*.

† EXTIMARE, pro Æstimare, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 279. Baluzium Hist. Arvern. tom. 2. pag. 363. Interdum pro *Existimare* accipitur apud Scriptores Ecclesiasticos.

† EXTIMATIO, pro Æstimatio, apud eumd. Acherium loco citato, et apud D. Brussel de Usu Feudorum tom. 1. pag. 674.

† EXTIMATOR, pro Æstimator, in Privilegiis anni 1348. ex Archivis Præsidis de Mazaugues.

† EXTIMATUS, pro Æstimatus, apud Rymerum tom. 7. pag. 18. col. 1.

† EXTIMUM, ut *Estimatio*, Æstimatio. Synod. Pergam. ann. 1311. apud Muratorum tom. 9. col. 576. A: *De registris et Extimis faciendis de bonis Ecclesiarum, ut collectæ et onera equaliter persolvantur.* Eugenius IV. in Constitutione ann. 1440. in Bullario Carmel. pag. 197: *Taxam et Extimum imposuerunt, et castato in Archivio Ecclesie Pistoriensis collocarunt.*

\* EXTIMARUM, Vocem corruptam suspicio pro *Sextarium* vel *Carterium*, aut quid simile: certe Mensura annonaria indicatur. Charta ann. 1361. in Reg. 103. Chartoph. reg. ch. 78: *Raimundus Boneyti et Bernardus ejus frater serviunt unum Extimarum frumenti census pro quadam pecia vineæ.* Vide supra *Extariata*.

\* EXTIMUM, Census, tributum, quod, facta prius bonorum æstimatione, exigitur, Ital. *Estimo*. Stat. Vercell. lib. 1. pag. 22. v.: *Item quod loca sive homines ipsorum locorum, qui sunt in Extimo communis Vercellarum, tam in curte Vercellarum quam in districtu, licet in libris Extimi contineatur scriptum homines habitantes in tali loco solvere debeant partem eis eventientem de prædictis.* Vide infra *Fumans*. Pro æstimatione extat in *Estimare*.

IN EXTINCTO. Chronicon Fredegarii cap. 110: *Carlomanus devotionis causa in Extincto succensus, Romam advenit. Id est, divino instinctu, vel in instanti.*

\* EXTINCTUS. Ad *Extinctum* candela licerit, usque eo scilicet quoad candela exstinguatur, phrasis Gallica, *Jusqu'à l'extinction de la chandelle*. Lit. ann. 1344. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 25: *Legitima substatione præcedente... ad Extinctum candela ardentis vendi et librari legitime feci... bona infrascripta.* Vide infra *Stinctus*.

\* EXTIPENDIUM, pro Stipendium. Li-

reg. Franc. pag. 727. art. 12: *Unus grossus Turonus argenteus seu valor singulis diebus, quibus extra dictam bailliviam steterunt in Dalphinales cavalgatas, pro suis Extipendiis et salario solvatur.*

EXTIRPARE. Leges Edwardi Confess. cap. 6: *Si latro vel raptor est, reddat: et si illud penitus Extirpaverit... in integrum ei, cui damnnum intulit, restituat.* Ubi *Extirpare*, est consumere, amittere. Vide *Stirpare*.

\* EXTO, pro Esto, in Stat. crimin. Saonæ cap. 27. pag. 54: *Statuerunt quod pueri... si cum frondis vel lapidibus manu jactis inter se ricati fuerint, condemnentur... Exto quod non fuerint, doli capaces, vel etiam fuerint minores ætatis annorum quatuordecim... etiam si lapsi vel lapides jacti per eos nullum percussissent.*

EXTOCARE. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 71: *Dedi etiam eis pratum... quod Rogerus de Tocheham de grava quadam Extocaverat.* Alio pertinet vox *Estocage* in Consuetudine de Surene art. 3. ubi ita dicitur census 4. denariorum, qui pro relevio feudi domino solvitur.

\* Eruncare, interlucare silvas, truncos, qui *Estocs* dicuntur, evellere. *Estoque* vero, pro Glebas frangere, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 98: *Un maillot de boys, duquel l'en Estoque les terres des champs, etc.* Vide supra *Estocagium*.

† EXTOLÉUM, EXTOLIUM, Classis. Vide *Extolium* et *Stolium*.

\* EXTOLICUS, Superbo, in Glossar. Lat. Ital. MS. An eo sensu intelligenda vox *Estous*, unde *Estoutie* in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Un en i ot qui desor tous  
Estoit creua, fol et Estous,  
Et maintes fois par s'Estouille  
Fist honte, anui et felonie  
Au saint prodome, au saint provoire.

Vide *Extollatio*.

† EXTOLLATIO, Elevatio, elatio. Pro *Extollatione, promotione, expositione, manutenzione, etc.* apud Rymerum tom. 14. pag. 596. et 597.

\* EXTOLLENTIA, Eadem notione, in Bibliis sacris non semel, Agnelli Libro Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 108. col. 2. Actis SS. Julii tom. 3. pag. 128. tom. 4. pag. 58. et apud Ludewig. Reliq. MSS. tom. 4. pag. 311. etc.

EXTOLNEARE, Teloneo, quod Angli *Toln* vocant, liberare, in Legibus Ethelredi Regis Angl. § 23. apud Brompt. [Vide *Ostensio*, Tributum.]

\* EXTONQUIUS, Instrumentum piscandi. Charta Bonæ princip. Sabaud. ann. 1424. inter Stat. Perus. pag. 31: *Eis licitum sit die noctuque ac libere et impune piscari et piscari facere ad rete, navissam, trubiam, lignoliam, bertavellos, Extonquios, extortam, et alia quævis ingenia, etc.*

\* EXTOPARE, Obturare, obstruere, Ital. *Stoppare*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 64. ex Cod. reg. 4624: *Si aliqua persona clauserit seu Extopaverit, vel obturaverit... aliquam seu aliquas vias publicas, etc. Estocquier, eodem sensu, in Reg. Corb. 13. sign. Habacuc ad ann. 1515. fol. 247: *A esté ordonné au cevelier de le cuisine de faire Estocquier et restouper, tant par hault comme par bas une courroye d'eau.* Vide *Estoppare*.*

EXTORPARI. Leges Edmundi Regis § 4. apud Bromptonum: *De servis si qui furentur, senior ex eis capitur, et occidatur, vel suspendatur, et aliorum singuli verberentur ter, et Extorpentur, et trun-*



*ctus minimus digitus in signum.* Forte extirpentur. Vide Notas ad Cinnamum pag. 458. et infra *Strepare*.

† **EXTORQUAMENTUM**, Tributum extortum. Instrum. anni 1236. apud Duchesium Histor. Bethun. lib. 3. pag. 113. Probat.: *Quitat de omnibus Extorquamentis, talis, corveis et aliis exactio-nibus.* Vide *Extortiones*.

† 1. **EXTORQUERE**, Expellere. Canones Hiber. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 5: *Non oportet intra domum Dei cibum carnalem comedere, nec accubitos ad dormitationem sternere. Inde Christus vendentes et ementes Extorquebat dicens: Domus mea domus orationis vocabitur.*

\* *Esturquer*, Pulsare, pellere, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 7: *Ostellet Guisot Esturqua ou bouta aucunement contre la mahutre Colin Marchant,... et à cette cause dist: pourquoy m'as-tu Esturque?*

† 2. **EXTORQUERE**, Torquere, aliquid ab aliquo quærere tormentis, Gall. *Donner la torture.* Major pars nationis Britannicæ voluisset ipsos Extorquere, ut ipsi notificarent, etc. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 870.

3. **EXTORQUERE**, dicitur terminus, qui deflectit, nec recta linea procedit. Incertus Gromaticus: *Maritimus limes frequentius solet recte statui, quod interpretatur: Non Extorquet.* Idem: *Gammatus limes frequentius corrumpit, Extorquet, et saltum dat,... jugum facit.* Siculus Flaccus: *Flexus, qui de limite Detorquetur.*

**EXTORQUERE PEDEM**, quod vulgo dicimus, *Donner une entorse au pied.* Chronicon Moriniacense lib. 2: *Corruit, et sic pedem Extorsit, quod in omni vita sua recta ambulare non potuit.*

\* *Estorceer*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 220: *Ainsi que Jehan de Morges s'efforça de frapper et poursuivre le suppliant, se Estorcy la jambe bléece et la soy rompy en deux.*

† **EXTORRENS**, pro *Extorris*. Glossæ MSS. x. saltim sæculi ad calcem Collectionis Canonum et Bibliot. Domini de Chauvelin Custodis Sigillorum Regionum: *Extorrens, Exaterra vel alienus.*

\* *S'Estourner*, Subtrahere se, discedere, vulgo *se cacher, s'éloigner*, in Lit. remiss. ann. 1396. ex Reg. 149. Chartoph. reg. ch. 329: *Après le trespassement d'icellui deffunt, ledit Symon, quant ce vint à sa congnoissance, s'Estourna pour doubte de rigueur de justice.*

† **EXTORRENTIA**, Exsilium. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1306. in Tabulario Mimatensi: *Jure tamen commissionis vel Extorrentiæ cujuscumque ad nos nihil proprium de locis Communitatis venire poterit, quin nobis et dicto Episcopo absque recompensatione aliqua sit commune.*

**EXTORRES**, apud Cyprianum Epist. 19. 20. dicuntur, qui ne Christum negare cogerentur, dimissis omnibus, se subtrahebant, qui etiam inter Confessores adnumerabantur. Nam etsi coram iudice libera voce minus confiterentur, tamen facti potius, quam verborum ista confessio videbatur: dum, ut Christi fidem salvam custodirent, neve religionis dispendium paterentur, bona sua fisco possidenda dimitterent, carosque suos dulcemque patriam relinquerent, in externas regiones migrantes.

\* **EXTORTA**, Fasciculus ex tortilibus virgultis, quo inter piscandum aliquando utuntur. Locus est supra in *Extorquius*.

**EXTORTIONES**, JC. Anglis, Rastallo et Cowello lib. 4. tit. 18. § 51. sunt corruptelæ Subvicecomitum, aliorumque Officialium. Definitur autem *Extortio, illicita quævis pecuniarum emunctio, vel expilatio, qua colore officii sui quis utitur.* Alias *Extortiones* dicuntur quævis exactiones illicitæ, *Malatolta* Rollandino in Chr. lib. 8. cap. 5. [Hoc sensu legitur in Charta Rogerii I. Regis Siciliae ann. 1129. apud Murator. tom. 6. col. 623. et altera Theobaldi Comitum Campaniæ ann. 1233. pro Abbate Molismensi.] Vide *Malatolla* in *Tolta*.

\* **EXTORTURA**, Tormentum, Gall. *Torture.* Instr. ann. 1384. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 71. col. 1: *Diversos cruciatus, Extorturas dabant, donec de hiis quæ interrogabantur ad votum ipsorum deponerent.* Sed leg. fortassis, et *torturas.* Vide *Extorquere* 2. *Eteurse*, Distortio, in Lit. remiss. ann. 1426. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 431: *Le suppliant fist tant qu'il gangna laditte espée par Eteurse de bras sur icellui Regnault.* *Etorse* vero, idem quod *Presus* sonat, in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 190: *Ce sont les coutumes des presseors de Charronne. 1°. Qui aura au presseor le marc d'un tonel de vin creu en vigna, qui doit dime et prainte, il doit avoir de la seconde Etorse, ou de la tierche, deus setiere de vin.* Hinc *Estore*, metaphorice, pro *Contentio*, conatus, Gall. *Effort*, in Poem. Rob. Diaboli MS.:

Car ce est la fins et l'Estore,  
A l'ermite ay pris tel amorse,  
Dont jamais ne me quier oster.

\* **EXTRA-AGERE**, Ab eo quod conventum est recedere, contra conventiones agere. Charta ann. 811. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 957: *Quod si in aliqua tardietate aut neglectu vel controversia inventi fuerintus Extra-agere de ea, quæ superius adficus conditionibus, etc.* Vide supra *Exorbitare* 1.

† **EXTRACAUTIS**, Foris versos. *Extraculas*, Foris versos. Glossæ Isid. Pro *Extracautis* legendum puto *Extracaulas*, i. e. Extra caulam, et pro *Extraculas*, *Extracolas*, quasi colentes seu habitantes extra. Pro *Foris versos*, lubentius legerem *Foris versantes*. Scaliger emendat *Extrarius*, quem vide ad *Festum*. Vide etiam *Extrarius*.

\* **EXTRACHA**, Idem quod *Extracta* 1. quæ vox rectius intelligi videtur de Tributo, quod pro mercibus extrahendis penditur. Charta ann. 1352. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 101: *Pro quolibet troussello averi ponderis sex denarios Turonenses, tamen de Extracha nichil levatur.* *Extrache*, Origo, genus, in *Bestiario* MS.:

Que dirons dou niticorace,  
D'un oisel de mauvais Estrace?  
Fresacie a nom en droit Roumans,  
Cest oisel est ort et puans.

**EXTRACLUSUS**, AGER, Frontino est, qui intra *finitimam lineam* et *centurias interjacet*, ideo *Extracclusus*, quia ultra *limites finitima linea* cluditur.

† 1. **EXTRACTA**, Amplitudo, spatium amplum, Gall. *Etendue*, Angl. *Extent*. Concordia inter Regem Angliæ et Vicecomitem Fronciaci ann. 1313. apud Rymerum tom. 3. pag. 518: *Item quod tertia pars leudæ seu Extractæ S. Emiliani, quam celebris memoriæ D. Edwardus genitor noster gratiose restituit prædecessoribus prædicti Comitum... restituitur eidem tenenda de nobis et hæredibus nostris.* Similia habes pag. 517. Vide *Extracta*.

2. **EXTRACTA**, Excerpta, archetypi

exemplar, vel notæ inde sumptæ, nostris *Extraits*, Anglis, *Estreats*, Brittoni pag. 35. *Estrette*. Matth. Paris. ann. 1254: *Habeant Extraitas rotulorum.* Occurrit etiam in Fleta lib. 2. cap. 32. § 12. et apud W. Thorn. ann. 1384.

\* **EXTRACTORIUS**, Vide supra *Excretoria casa*.

**EXTRACTUS**, Idem quod *Extracta* 2. in Statutis Roberti III. Scotor. Regis cap. 27.

† **EXTRACULA**, Vide *Extracautis*.

\* **EXTRAERIA**, Jus in bona delinquentium. Charta Joan. abb. S. Remig. Rem. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. 664: *Retenta omni jurisdictione alta, media et bassa, excepta tamen Extraeria, si contingat, quod absit, aliquo tempore evenire.* Vide supra *Extraeria*.

**EXTRAFAMILIATUS**, Qui sui juris est, extra familiam positus, emancipatus, vel qui uxorem duxit. Statutum Philippi Aug. Regis Franc. de Decimis Saladinis, apud Rigordum ann. 1188: *Si autem filius eorum, vel gener crucem habens, hæres legitimus, Extrafamiliatus fuerit, vel et si Miles non fuerit, et crucem non habeat, pro eo respectum non habebit.* Ubi *Extrafamiliatus filius* opponitur ei, qui in *manupastu* patris constitutus est, et in familia positus dicitur *Papiano* lib. Responsor. tit. 24.

\* **EXTRAFIDARE**, Fidejubere, per fidem suam aliquem vadari, Gall. *Cautionner*. Charta Phil. comit. Fland. pro libert. Brug. ex Cam. Comput. Insul.: *Illi autem, in quorum parte homo occisus est, debent Extrafidari per bonos plegios quatuor ad minus.*

**EXTRAFILATUS**, Papiæ, *Exerto humero*, quasi *extra manum præferens*. [\*\* Vide *Festum*.] Hinc forte vox nostris familiaris. *Extrafilé*, vel *Extrafilé*, de eo, qui cœsim vulneratus fuit. [\* Neutrum dicimus; *Estafiladé* vero vulgariter usurpatur, a voce *Estafilade*, plaga cœsim inflictæ.]

† **EXTRAHERIA**, *EXTRAHTURA*, *EXTRAHERA*. Vide *Extraheria*.

† **EXTRAIRE**, Ire extra. Discedere. Gregorii Monachi Chron. Farsense apud Muratorum tom. 2. part. 2. col. 432: *Isti tres Extraherunt a servitio S. Mariæ.*

† **EXTRAJUDICIALITER**, Extra formam iudicii. *Non in forma iudicii, sed Extrajudicialiter*, apud Rymerum bis tom. 5. pag. 381. *Judicialiter sive Extrajudicialiter*, apud Lud. Laguille in Probat. Hist. Alsat. pag. 161. col. 2.

\* **EXTRAMEATUS**, [Et *Extromeatus*. Actus meandi extra. *Not. Tir. p. 85. Meatus, Extrameatus, Extromeatus.*]

\* **EXTRAMUNDANUS**. Ut *Extramundana* intelligitur, *Capell. 9. p. 308.*

**EXTRANEÆ MULIERES**, in leg. 44. Cod. Th. de Episc. (16. 2.) et in Leg. Bajwar. tit. 1. cap. 13. § 1. 2. quæ Græcis *ουει-αυτοι*, quarum consortia interdicitur Clericis. Ita etiam appellantur a Ruffino, quæ aliis *Subintroductæ* dicuntur.

1. **EXTRANEARE**, Alienare. Charta Sanctii Regis Navarræ æræ 1045. apud Sandovallum in Episcopis Pampilonensibus: *Quæcumque ealienata vel Extraneata a perversis hominibus ab eadem Ecclesia fuerat.* Nostri etiam *Extranger*, pro alienare dixerunt. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 33: *L'en doit savoir, que le Duc de Normandie a par raison de la Duché la garde de ceux, qui sont en nonage, jusques à tant qu'ils aient 21 an accompli, par cette raison, que quant il seront issus hors de garde, il peuvent enquerir des saisines, qui à eux appartient; et est tenu à leur rendre, se*

elles ont esté induëment Estrangées. [Le Roman d'Athis MS. :

Savis mon pere me het tant,  
Ne me connoist à son enfant,  
Ains m'a Estrangié de sa terre,  
De tout son cuer me porte guerre.

Edictum ann. 1356. apud D. Secousse tom. 3. Ordinat. reg. pag. 140: *Item pour ce que les gens desdits trois etats nous ont avisé et montré moult gratuitement, comment plusieurs choses avoient été Estrangées ou temps passé par dons excessifs et inutiles.*

† EXTRANIARE. Charta ejusdem Sancii apud Jos. Moret Antiq. Navar. pag. 610: *Damus et confirmamus... Malleolum quem senior Azenari Sanchiz miserat pro anima sua ad prædictum Sanctum in villa Formella, et pater meus Garsea Rex sæculi cupiditate inflammatus a parte S. Æmilianii habuit Extraniatum.*

\* Charta ann. 1317. ex Chartul. 21. Corb.: *Ne poons vendre, despandre, n'Estrangier en autrui main, etc.* Alia ann. 1330. in Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 40. vº.: *Ne pourront aucune des dites piéces de terre séparer, ne deuiser l'une de l'autre, ne vendre, ne Estrangers, fors toutes ensemble.*

\* 2. EXTRANEARE, Extraneum facere, expellere, nostris *Estranger*, eadem acceptione. Chron. Joan. Whethamst. pag. 371: *Laborarunt cum summo eorum conatu ad elongandum et Extraneandum nos a vestra maxime desiderata præsentia, etc.* Vide supra *Externare*.

\* EXTRANEUM ESSE, Insolens, quod extra ordinem est, Galli *Etrange*, eodem significatu, dicunt. Arest. ann. 1361. 4. Sept. in vol. 10. arestor. parlam. Paris.: *Dicebat insuper quod Esset Extraneum quod capitaneus terræ de Nigella, quæ sic est nobilis, fieret, etc.* Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 607. col. 2: *Unum tamen de sollicita hujus horti custodia, quod, quanto Extranius, tanto carius enarrabo.*

EXTRANEUM FACERE, Idem quod *Exitum facere*, de quo supra, *Destivere*, possessione exuere. Tradit. Fuldens. lib. 3. trad. 243: *Qui seipsum de subnotatis locis, si in eis aliquod proprietatis haberet, vel habere deberet, fecit Extraneum adversus me, quatenus ego legitimam in eis haberem potestatem in meam elemosynam tradendi, etc.* Vita S. Sifredi Episcopi Carpentoracensis, apud Vincent. Baralem pag. 133: *Actibus sæculi se Extraneum faciens, nunquam in foro, nunquam in vico, nisi animarum lucris videbatur.*

\*\* EXTRANEUS, Ex aliena terra vel potestate. Sæpe occurrit in Polyptycho Irminonis; vide ibi Guerardi indicem generalem.

\* [Legitur in polyptyco Massiliense, an. 813. mus. arch. dep. pag. 6. et sqq.: a Arbertus, mancipium, uxore *Extranea*.] ... Siverina, marito *Extraneo*.] Dominica, marito *Extraneo*, baccalaria.]

\* EXTRAPROVINCIALIS. [Concil. Rotom. ann. 1189. can. 7: *Ab Extraprovincialibus vel transmarinis episcopis p. 95.*]

EXTRARIA, Modus tenendi hundredum pag. 130: *Item dicunt, quod unus bos niger vel unus equus... provenit de Extraria infra dominium ad festum Paschæ ultimo præteritum; et præceptum fuit Baillivo proclamari in foro et in Ecclesia, prout moris est, et modo ad istam eandem Curiam, præter quod dictus bos niger venditur de Extraria infra istud dominium, et modo proprietatis pertinet domino, quia remansit post annum et diem, et proclamatio debita modo fuit facta. Vide Estrajeria.*

EXTRARIUS, Papiæ, *Extraneus*, alienigena. Claudianus Mamertus lib. 1. de Statu animæ cap. 7: *Sicut oculi sine formis corporum, atque Extrario lumine contemplari nequeunt, etc.* [Extrarium lucem etiam dixit Lucretius lib. 4. Extrarium arbitrum Suetonius in Vespasiano cap. 5. Extraria bona Apuleius Apol. Terent. Phorm. 4. 1. 13: *Hanc conditionem si cui tulerò Extrario.* Extrarium ab Extraneo sic distinguit Festus: *Extrarius est, qui extra focum, sacramentum jusque sit; Extraneus ex altera terra, quasi Extraneus.* Aliter utrumque distinguit Corn. Fronto apud Calepinum, quem potes consulere.] Joannes Archithrenius lib. 1. cap. 17.

... Necdum comes improbus instat  
Proximus, urgenti cedens, Extrarius errat.

Utuntur etiam JC.

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613: *Extrarium, extra ordinem, extraneum. Extrarius locus, qui est extra domum, in Vita S. Elphegi tom. 2. April. pag. 634. col. 1. Estraigne, pro Extranger, in Poem. Rob. Diaboli MS. :*

Voiant toutes les gens Estraignes, etc.

\* EXTRATERIUS, Qui ex extraneo dominio venit. Charta ann. 1265. in Chartul. 2. Fland. ex Cam. Comput. Insul. fol. 39. rº.: *In emolumentis quæ proveniunt ex bastardis, vel de exteris, vel Extrateriis, qui vulgiter Estraiier vocantur, ecclesia duas partes, et comes tertiam partem habebit. Vide supra Estræria.*

\* EXTRATES, per oppositionem ad *Nostrates*, usurpant Scriptores Dominiani apud Echard. tom. 1. pag. 459.

EXTRATICUS, pro *Straticus*, στρατιωτικός, Strategus, seu potius *Exstraticus*, εστρατιωτικός, qui *Strategi* functus est magistratu. Anastasius Bibl. in Constantino PP.: *Theodorus Patricius Extraticus.* Rursum in Gregorio III: *Ablata sunt a Sergio Patricio Extratico ipsius insulæ Siciliae.*

EXTRAVAGANTES, in Jure Canonico dicuntur Pontificum Romanorum Constitutiones, quæ *Extra* Corpus Canonici Gratiani, sive *Extra* Decretorum libros vagantur. Ita Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 71. ubi de Joanne XXII. PP.: *Hic multas fecit constitutiones utiles, quæ hodie cum in corpore Juris non contineantur, Extravagantes dicuntur.* Ita etiam Anton. Augustin. et Franc. Florens.

\* EXTRAVASATUS SANGUIS, Extra venas effusus, passim apud Medicos, momente D. Falconet.

† EXTREMARE, *Extremum facere vel ultimum, vel purgare, auferre extrinsecus*, Joan. de Janua.

\* EXTREMA-UNCTIO, Unum e septem Ecclesiæ sacramentis, ordine quintum, de quo S. Jacobus in Epist. cap. 5. v. 14. sic dictum quod iis, qui in extremis agunt, subministrari solet. Illud a Spiritu Sancto institutum fuisse, quod an alibi legatur nescio, definiunt Statuta Corisopit. ann. circ. 1380. ex Cod. reg. 1547: *Extrema-unctio est sacramentum institutum a Spiritu Sancto, per Apostolos promulgatum.*

\* Varii fuere in ejus administratione ritus ac cæremoniæ. Et quidem quinque corporis sensus unctionem sacram antiquissimo ritu excepiisse videntur, dehinc aliæ etiam corporis partes, ut docet imprimis rituale MS. ad usum, ni fallor, ecclesiæ Lugdun. ex Cod. reg. 940: *Instrum ungitur ad oculos, aures, nares,*

labia, manus, collum, guttur, pectus, scapulas, renes, pedes, et ubi dolor plus tenet.

\* Inungendus indumentis lineis vestiebatur, aut cooperiebatur, pluresque in cubiculo accendebantur candelæ, ut discimus ex Stat. synod. eccl. Tornac. ann. 1366. pag. 29: *Ad sacramentum Extremæ-unctionis sæpe presbyteri monent populum, ut indifferenter a quatuordecim annis et supra anguli, cum necesse fuerit, inungantur, ut pauperes qui pro egestate se excusant, si non possint infirmi habere multitudinem candelarum, vel indumenta lineæ, qui causa reverentiæ in hoc sacramento exhiberi solent, non propter hoc dimittant eos inungere, quia sufficiat una candela; et inuncti cum stupa diligenter in singulis membris extergantur, et stupæ comburantur.*

\* Non una quoad hoc Sacramentum vulgi animos invaserat superstilio; has explicat Synod. Wigorn. ann. 1240. tom. 2. Conc. Angl. pag. 247: *Sunt autem quidam, ut audivimus, qui post perceptionem hujusmodi sacramenti sanitati pristina restituti, nefas reputant vel uxores suas cognoscere, vel carnes comedere, vel etiam aliqua ratione nudis pedibus ambulare.* Quam falsam persuasionem non statim desiisse, probat Synod. Guid. episc. Levo. ann. 1321. ex Cod. reg. 4653: *Docent sæpe sacerdotes populum hoc sacramentum (Extremæ-unctionis) licite reiterari, et post susceptum licite reverti ad opus conjugale.* Consule Mabill. Præfat. ad Sæc. 1. Bened. pag. 47.

\*\* EXTREME, Ultimo loco, Virgil. Grammat. pag. 85.

\* EXTREMIA, EXTREMITA, Vocatio ad arma, Gall. *Alarme*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 114. ex Cod. reg. 4624: *Quandocumque tempore alicujus guerræ corambitur vel pulsabitur ad Extremiam in Avilliana, quilibet homo Avillianæ et ibi habitans ætatis xxv. annorum... debeat exire incontinenti cum suo arnesio seu arnesco sibi injuncto.* Et cap. 125: *Nisi tubicinaretur vel pulsaretur in Avilliana ad Extremiam.* Vide Stormus et Stremita.

1. EXTREMITAS, Titulus animi submissioris, quo de se loquendo utebantur Prælati Ecclesiastici, Jonas Aurelian. Episc. in Epist. ad Pipinum Aquitanæ Regem, et in Epist. ad Matfredum, Landericus Paris. Episc. in Privilegio pro Monasterio S. Dionysii, Agobardus Lugdun. de Judaicis Superstit. cap. 1. etc.

\* 2. EXTREMITAS, Austeritas. Raccolta Angel. Calog. tom. 21. pag. 218. ubi de S. Romualdo: *Mira ubi regularium exercitationum frequentia, vigiliarum assiduitas, jejuniorum Extremitas, etc.*

† EXTREMIZARE, Extremum spiritum agere. Miracula B. Kingæ Virg. Julii tom. 5. pag. 754: *Quem dum Extremizaret, B. Cunegundi obtulit, et sanum de repente videre meruit.* Picardis nostris *Extremiser* est moribundo conferre extrema Ecclesiæ Sacramenta.

† EXTRENA, Strena, minusculum, Gall. *Etrenne*. Consuetudines Tolos. rubr. de Donationibus: *Item omnia illa, quæ in crastinum diei, qua vir duxit uxorem, dantur vel mittuntur pro Extrenis viro vel uxori, sunt similiter dicti mariti.* Vide Strena.

† EXTRENUITAS, Jonas Aurelian. in Præfat. ad libros de Institutione laicali: *Tuæ nuper Strenuitatis litteras suscepti, quibus meam Extrenuitatem commonefisti, etc.* Lege et vide *Extremitas*.

EXTREUS, Abortivus, qui de exercitio ejicitur extra. Papias. Legendum forte

**excicio**, vel **excicio**, pro exercitio, ut sit nostrum **Encis**, de qua voce diximus ad **Stabillimenta S. Ludovici**. [Vide **Encimum**.]

\* **EXTREX**. [Occiput, posterior pars capitis. **DIEF**.]

**EXTRICARE**, **Papæ**, **Exterminare**, **profligare**. **Anastasius Biblioth.** in **S. Joanne PP.**: *Eodem tempore Justinus Imperator vir religiosus summo ardoris amore religionis Christianæ voluit hereticos Extricare*. Ita **Extricare** apud **Columellam** lib. 4. est locum aliquem purgare mundare.

**EXTRILIDUS**, **Exalbidus**, apud **Gellium** lib. 19. cap. 1. [ubi: *Atque ibi hominem conspicimus impavidum et Extrilidum*. Hunc **Faber** interpretatur, **Extralesionem** positum.]

\* **EXTRINCARE**, **Eruncare**, in culturam redigere, excolere. **Charta** ann. 1185. inter **Instr.** tom. 10. **Gall.** **Christ.** col. 323: *Willelmus (S. Audomari castella) dedit perpetuo in elemosynam prædictæ ecclesiæ (S. Andree de Nemore) quinque carrucatas nemoris ad Mensuram Monastrii Extrincandas ad medietatem propriis expensis ecclesiæ, et seminandas de proprio, etc. Ut autem istam medietatem fratres libenter acciperent... dedit eis unam carrucatum nemoris omnino liberam Extrincandam... Cum igitur pater meus, sicut supra dictum est, prænotatæ ecclesiæ concessisset quinque carrucatas ad medietatem Eccolendas, etc. Vide **Extricare**.*

\* **EXTRINCECUS**. [Exterior, **Extérieur**: « **Dantes**... plenam et liberam potestatem eligendi... tres... monachos de dicto conventu, sive sint de residentibus in conventu, sive sint de prioribus intrinsecis vel **Extrinsecis** dictæ domus. (B. N. coll. **Burgund.** 82. **Cart. Cluniac.** 14. **Aug.** 1260. **Moissac.**) »]

\* **EXTRO**. [Exeo, apud veteres. **Afran.** apud **Non.** 2. 279. Simul limen intrabo, illi **Extrabant** illico.]

† **EXTROMIS**, **Extremus**. **Gloss.** **Isid.** **Lege** ut apud **Festum Extimus**, cui contrarium **Intimus**.

**EXTRUNCARE**, **Truncis** seu stipitibus purgare, **Essartare**. **Charta Guarini** **Episc. Ambianens.** ann. 1138. ex **Tabulario Abbatie S. Fusciani** pag. 8: *Godefridus et Gislebertus Ecclesiæ sepe dictæ terram, quam Extruncaverant, in Castellione dederunt: et furnellos suos in Altis Avenis*. **Glossæ Isid.**: **Extruncis**, arbor truncata. [Vide **Extruscure**.]

\* **EXTUBERASCO**. [Idem ac **extubero**. **Particip.** **Extuberascens** apud **Jul. Val. res gest. Alex. M.** (edente **A. Maio**) 1. 29. **Eminentias** quinque, quibus in cetero æquore **Extuberascens** decus urbis est maximum.]

\* **EXTUMULARE**, De tumulo extrahere, effodere. **Glossar. Lat. Gall.** ex **Cod. reg.** 7692: **Extumulare**, **Deffouir**.

\* **EX TUNC**. [Ex illo tempore, **Apul.** 7. **Met.** Ex tunc pœnæ reservatus. Alii melius leg. **Extremæ pœnæ**. **Addunt** quidam locum **Val. Max.** 1. 5. in **fin.**, sed ibi et tunc est legendum.]

\* **EXTURARE**, **Returare**, **aperire**, **Gall. Deboucher**. **Vita B. Vict. PP.** III. pag. 438. col. 1: *Conceptam diu ambitionis flammam cibarius Exturatus evomuit.*

\*\* **EXTUS**, **Exter**, **alienus**. **Erchempert.** **Hist. Longobard.** cap. 53. ap. **Pertz.** pag. 275. tom. 3. **Scriptor.**: *At ille durius hoc accipiens Extus factus est illis. Ubi al. hostis.*

† **EXTUSSIRE**. **Limborch.** **Sentent.** **Inquisit.** **Tolos.** pag. 119: *Pridie Nonas Ja-*

*nuarii ann. D. 1311. tempore quo blada Extussuntur. Lege Extussuntur.*

\* **ESTOUSSIR** pro **Toussier**, **Tussire**, apud **Guignevill.** in **Peregr. humani generis MS.**:

*Ne deussies ainsi venir  
Sans parler, ou vous Estoussir.*

† **EXVACUARE** dicitur ille qui causa cadebat in litigiis, cum sententia Judicum cogebatur scripto declarare se nullum jus habere in res controversas, easque ab adversario legitime possessas esse aut deinceps possidendas. Hanc declarationem vulgo vocabant **Exvacuationem**; quia per illam litigator **Exvacuabatur** seu spoliabatur rebus, quas sibi perperam arrogabat. **Placitum** ann. 852. in **Probat. novæ Hist. Occitanæ** col. 99: *Ad tunc nos supradicti interrogavimus Odilone, si poterat habere aliam scripturam, aut ullum judicium veritati, aut per testimonia, ut ipsas res ad partibus suis vindicare valuisset. Ad tunc ipse Odilo se recognovit vel Exvacuabit, quia de ipsas res superius dictas... ego prendidi injuste mea propria presumptione absque judicio de potestate Gondesalvio Abbati, dum ipse jure suo legibus tenuisset, quando suam recognitione simul et Exvacuatione scripti fecit. Cum nos vidissemus suam recognitione et Vacuatione... hordinavimus vel crebimus judicio, ut Bidegisis saione nostrum, ut super ipsas res venisset, et Odilone exinde exegere fecisset, et secundum legem ipso Ramnone ab omni integritate revestire fecisset a partibus Gondesalvio Abbate, sicut et fecit. Notitia judicati ann. 874. **Marçæ Hisp.** col. 797: *Sic me recognosco vel Exvacuo ab interrogatione Judicum et presentia bonorum hominum in villa Verneto in Ecclesia S. Saturnini, et ut sacramenta fecerunt isti testes veraciter recepti per jussionem Senioris mei, et ea quæ facta recte et veraciter me recognosco vel Exvacuo in vestrorum judicio vel suprascriptorum presentia. Facta recognitione vel Exvacuatione sub die VIII. Kal. Apr. ann. xxxiv. regnante Karolo Rege. Similis exstat Exvacuationis formula ibid. col. 781. Alia apud **Stephanotium** tom. 8. **Fragm. Hist. MSS.** pag. 54. ann. 21. regnante Carolo Rege: *Recognosco me Aldebertus mandatarium, quod negare non possum, et sic facio meam professionem atque Exvacuationem, quia de ipso villare superius nominatum, unde ego per vocem Seniori meo interpellavi sonario mandatarium Arifonso Abbate injuste et malum ordine eum interpellavit atque mallavit, quia plus debet esse ipse villares cum finis et terminis suis, sicut scriptum est, alodes legitimus de ista jam dicta casa Dei atque venerabili loco suo Arifonso Abbate vel ad ejus Congregatione per illorum autoritates et pro regia donatione. Infra Evacuare recurrit eadem notione. Notitia judicii ann. 869. apud **Balz.** tom. 2. **Capitul.** col. 1490: *Iterum predicti Judices Recosindo mandatario Salomonis Comitibus dixerunt: Fac cito Exvacuationem sicut superius responsum dedisti. Sic me Evacuio ego Recosindus ab interrogatione Judicum, quod non possum diffamare ipsos testes et scripturas, nec testes ampliores nec meliores ut legibus convincere possim, ut beneficium debeat esse nec per scripturas, nec per nullum indicium veritatis, nec in isto placito, nec in alio, nec nulloque tempore, et hæc mea Exvacuatio vera est, quod negare possum in vestro supradicto judicio. Facta Exvacuatione sub die xv. Kal. Sept. ann. xxviii. regnante Karolo****

*Rege. Recosindus subscripsi et feci. Vide Vacuus.*

\* **EXUBERATUS**. [Sub ablactatus, ap. **DIEF.**: a lacte remotus.]

\* **EXVENTRARE**, a **Gallico Eventrer**, **Exenterare**. **Mirac. S. Ludov. episc. Tolos.** tom. 3. **Aug.** pag. 795. col. 2: *Cum coquinarius dictum piscem Exventraret seu separaret, reperit in pisce multam pecuniam.*

\* **EXUERE HOMINEM**, **Mori**. **Charta** ann. 961. tom. 9. **Collect. Histor. Franc.** pag. 624: *Hugo comes... tactus infirmitate qua hominem Exuit, etc.* Formula loquendi **Scriptoribus** mediæ ævi usitatissima. Vide supra **Excedere**.

**EXUERE SE de re aliqua**, **Rem relinquere**. **Concilium Duziacense** I. cap. 15: *Nisi ab ipsis rebus, quas invaserat, se mox Exueret, etc.*

**EXUERE SE de latrocinio**, in **Pacto Legis Salicæ** tit. 50. est purgare se in jure non esse reum furti: *Istud si fecerit, Exuit se de latrocinio*. Quo loco aliæ **Edit.** habent **exivit**; sed perperam. **Lex** 12. **Cod. Th. de Accusat.** (9. 1.): *Neganda est accusatis licentia criminandi, priusquam se crimine, quo premuntur, Exuerint. Exuere se de crimine*, apud **Gregorium Turon.** lib. 9. cap. 16. **Cæsarius** in **Vita S. Cæsarii Arrelat.** *Ego me Exuo, etc.* **Chrysost.** hom. 2. in **Epist.** ad **Rom.**: *Τότε ἐγκλημα ἀποδυσάμενος τῆς βαβυλίας.*

† **EXVERRE**, **Sordes** quæ everruntur. Vide **Everriator**.

**EXUGIA**, in **Gloss. Anglo-Saxon.** exponitur per **gihsung**; et **gescinc**, ubi **Sommerus**, forte, **Azungia**.] [\*] Apud **Bosworthum Gesaneo**, **exugia** et **Micgern**, **exugium**. **Culex** quod sanguinem exsugat ita dictus videtur.]

\*\* **EXUL** pro **Peregrinus**, **passim**. **Exemplum** firmat **Maius Classic.** **Auctor.** tom. 5. pag. 405. not. 2.

† 1. **EXULARE**, active sumitur pro **Mittere** in **exilium** vel **servitutum**, in **Actis S. Athanasii Episcopi Neapol.** apud **Murator.** tom. 2. part. 2. cap. 1059: *Captivos... innumerabiles Saracenorum Exulabat offeritis insatiabilis. Et infra: Eodem igitur tempore quo Ludoycus piissimus Augustus Beneventanam provinciam Evulatione Sudan crudelissimi Ismaëlitum Regis advenit eruendam. Exulatio hic Muratorio videtur sumenda esse pro tyrannide vel servitute. Pro Exsilio usurpavit **Florus**: *Clarissimos Principes... Exulatione multavit.**

\* 2. **EXULARE**, f. pro **Eciliare**, **Dissipare**, **destruere**. **Epist. monach. B. M.** de **Josaphat.** ad **Innoc. PP.** ex **Tabul.** ejusd. monast.: *Propter exilium et exiguum dicti monasterii facultatem; quod quidem propter guerras taliter extitit Exulatum ac redditibus attenuatum, etc. Vide Exilium.*

**EXULATITIUS**. **Glossæ Cyrilli**: *Φυγάς, Fugitivus, Exulativus, fugitivus.*

† **EXULATUS**, **Exsiliium**. **Messala Corvin.** pag. 19. *In Exulatum perrexit.*

† **EXULTARE HORAM**, **Horam** canonicam recitare. **Bernardi Monachi Ordo Cluniac.** part. 1. cap. 74. num. 36: *Qui propter Missam suam ad regularem Horam non occurrere possunt... finita Missa ibidem ante altare quiete Exultabunt Horam.*

**EXUMBRES**, **Ascii**, seu **ἀσχοι**, in **Glossis Isidori**.

\*\* **EXULTIO**, **Finis** ac **depositio** **faidæ**. **Vide Haltaus.** **Gloss. Germ.** col. 2000. voce **Urphede**.

† **EXUNARE**, ut **Adunare**, **Congerere**. **Chronicon Farfense Gregorii Monachi**, apud **Murat.** tom. 2. part. 2. col. 471: *Et*

in Ponticello modia II. millia *Exunata...* in fundo Virgiliano modios XX. *adunata*. Ibid. col. 987. in Additamentis ad Chronicon Casaur. : *Silvas et terras cultas et incultas Exunatas per singulas petias per mensuras insimul faciunt modios trecentos*. Et col. 985 : *Silvæ per singulas petias Exunatæ insimul faciunt per mensuram modiorum mille*.

\* **EXUNCTUS**, [Particip. ab *exungo*. *Plaut. Trin.* 2. 4. 5. Quid factum est eo ? (argento). Comesum, expotum, *exunctum*, elotum in balneis, h. e. unguentis emendis absumptum.]

\* **EXUNGUARE**, pro *Exungulare*, unguem evellere. *Mirac. S. Rosæ* tom. 2. Sept. pag. 474. col. 2 : *Ilia autem (monialis) pecuniæ dono collecta unam de unguibus digitorum manus virginis violenter evulsit... Monialis autem prædicta cernens, quia sacrilegium, quod commisit, bono modo tegi non poterat, pro eo quod ex digito Exunguato patenter quædam difformitas resultaret, etc.*

**EXUNGULARE**, [Ungularum ferrearum tormento cruciare. *Passio S. Mammarii* in Africa apud Mabilionium *Analect.* tom. 4. pag. 103 : *Tunc Præses jussit eos equuleo suspendi et Exungulari, et super plagas eorum sal et calcem et acetum superaddidi.*] Vide *Ungulare*.

† **EXVOLARE**, Amandare, rejicere, apud Mabil. *Liturg. Gallic.* pag. 467 : *Interrogo vos qui ista (Gesta SS.) inter apocryphas litteras Exvolanda censetis, per quos constat Canon Scripturarum omnium divinarum ?*

**EXUPERARE**, Superare, subjugare, Latinis *Exuperator omnium gentium*, in Nummo Constantis. *Exuperatorius mensis*, Novembris a Commodo dictus, apud *Lampridium*. *Simeon. Dunelm.* ann. 882 : *Duas potenti virtute naves Exuperavit*. Vox Latinis notissima.

Est enim *Capere*, vel *Prehendere*. *Leges Edmundi Regis* cap. 2 : *Vult etiam, ut ibi fur pro certo cognoscetur, Thwelsindi... consocietur, et Exuperent cum vivum vel mortuum, alterum quod poterunt*. Ita in *Legibus Alfredi* cap. 7. apud *Bromptonum Exuperetur, et Episcopi judicio reservetur*. Ubi Saxonice habetur *gevilde*, quod idem ac *Prehedito*, vulgo *Capias* : unde *Forensium* apud *Anglos Breve Capias* : dictum a *gevealdan*, et *gevilan*, regnare, dominari, imperium tenere.

**EXUPERANTISSIMUS**, pro ἐξοχράτος, dixit *Apuleius* in *Hermetis Asclepio*.

**EXURGBAT**, pro *Poterat*, apud *Anastasio Biblioth.* in *Joanne V. PP.* : *Sed et ceptum frumenti similiter vel alia diversa, quæ Ecclesia Romana minime Exurgebat persolvere*.

† **EXURGITARE**, *Exhaurire*. *Laurent.* in *Amalthea* ex *Isidoro*.

\* **EXURIRE**, pro *Esurire*, in *Comœdia* sine nomine act. 2. sc. 5. ex *Cod. reg.*

1638 : *Exuriant (ancillæ) farsitæ, stent gerræ, agant inertes*.

\* **EXUVIALIA**, Arma defuncti, *Germ. Heergewedde*. *Chron. Osnabr.* ad ann. 1424. ap. *Meibom.* *Rer. Germ.* tom. 2. pag. 248 : *Inter Johannem Episc. et consules Osnabr. fuit conventum quod Hervadia sive Exuvialia, etc.* Vide *Haltaus. Glossar. German.* col. 883. et infra *Heervadium*.

\* **EXUVUS**, Exitus. *Notit. MS. rer. monast. Gellon.* : *Almeradus manso uno cum curte, et ortos, et Exuvos, et regressus suos, etc.* Vide *Exius*.

\* **EYBAMD.** Charta *Emenonis domini Auxeliiduni* pro hominibus *Burgi S. Martini*, apud *Thomasserium* in *Biturig.* pag. 697 : *Ut nemo illorum pergat ad pugnam, quæ alio nomine vocatur Eybamd, neque bottagium vini alicui reddat*. Vide *Hérebannum*.

† **EYCHALGAYTA**, *Excubiæ*. Vide *Scaraguayta*.

\* **EYCHARGUETA**, *Excubiæ*. Charta ann. 1387. ex schedis *Pr. de Mazaugues* : *Et se asserunt esse francos et liberos... ad modum nobilium, tempore guerræ faciendo pro custodia dicti castris Eychargetas*. Vide supra *Eschargaita*.

\* **EYCHEYUTA**, Quidquid qualibet ratione domino obvenit. *Libert. Brianc.* ann. 1349. tom. 7. *Ordinat. reg. Franc.* 725. art. 8 : *Concessit dictus dom. daphinus omnia jura sibi competencia et competitura in laudimiiis... et omnibus aliis obvencionibus et Eycheyutis, etc.* Vide *Escaeta*.

† **EYGUATGIUM**, *EYGACIUM*, Alveus, canalis. *Inventar. Recognit. num. 18.* cap. 41. de *Vouta* fol. 333. verso : *Item pro Eyguatgio molendini nuncupati Guyot, sive pro transitu atque in possessione ipsius charrerit, etc.* Fol. 336 : *Item pro Eygacio dicti prati... II. denar.* Fol. seq. : *Item pro quodam Eyguatgio ad riganda prata*. Denique fol. 339 : *Pro Eygatgio sive perceptu atque in territorio, etc.* Vide *Echudium*.

\* **EYGUESINUM AVERE**, Equorum et Equarum grex. *Pactum ann. 1501.* ex schedis *Pr. de Mazaugues* : *Quod si et ubi ipse magnificus dominus non haberet aliquas equas, sive avere rossatinum sive Eyguesinum, etc.* Vide supra *Eguesinum animal*.

† **EYLNESCIA**, *Hæreditas primogeniti*. Vide *Ainescia*.

† **EYMERAUDUS**, *Smaragdus*, *Lapis pretiosus*, *Gall. Emeraude*, in *Inventario Ecclesiæ Anic.* ann. 1444 : *Perlis Eymeraudis*.

† **EYMINA**, Species mensuræ. Vide *Hemina*.

\* Mensura frumentaria. Charta ann. 1324. ex *Tabul. Flamar.* : *Retentis sibi ac suis una Eymina frumenti et sex moluris*. Hinc

\* **EYMINATA**, *Modus agri*. *Testam.*

ann. 1469. ex eod. *Tabul.* : *Item plus mediam Eyminatam prati in pertinentiis dicti loci*. *Terrear.* S. *Maurit.* in *Fores.* ad ann. 1472 : *Dictus conflens tenetur solvere... in quadam Eyminata terræ, etc.* Vide in *Hemina*.

† **EYNEIA**, ut *Eylnescia*. Vide *Ainescia*.

† **EYNICIUS**, *Natu major*, *Gall. Ainé. Eynicia filia*, apud *Th. Blount* in *Nomolexico*.

\* **EYSCHOUTIA**, Quidquid fortuito obvenit, sive jure hæreditario, sive alia qualibet ratione. *Contract. matrim.* inter *Margar. Bermunde* et *Fulc. de Fortia* ann. 1349. ex *Tabul. Flamar.* : *Pro omni parte, portione, frayreschia, successione, Eyscheutia, etc.* Vide supra *Escazucha*.

\* **EYSIA**, Quidquid alicui proprium est, quo pro libito uti potest. Charta ann. 1507 : *Decursum aquæ bialeriæ molendinorum, troillati, batitorii et aliarum Eysiarum ipsius recognoscentis, etc.* Vide supra *Eysamentum*.

† **EYSIAMENTUM**, Jus utendi rebus non suis. *Madox Formul. Anglic.* pag. 163 : *Cum omnibus libertatibus, Eysiammentis et pertinenciis dictæ terræ spectantibus*. Vide *Aisantia*.

† **EYSSADONUS**, *Parvus ligo*. Vide *Eissadonus*.

\* **EYSSARIATA**. Vide *Eissariata*.

† **EYSSARTAJARE**, *EYSSARTARE*. Vide in *Exartus*.

† **EYSSARTIA**. Vide in *Exarcia*.

† **EYSSARTUS**, pro *Exartus*. Vide in hac voce.

\* **EYSSUCHUM**, *Scaccorum ludus*, ut opinor, idem quod supra *Eaxsuchium*. *Stat. ann. 1337.* ex *Tabul. S. Vict. Mas-sil.* : *Quod nulla persona audeat nec præsumat ludere ad taxillos, nec ad paginas, ad Eyssuchum, etc.*

† **EYTE**, *Insula vel locus humilis, humidus et paludosus*. Vide *Kennettum* in *Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden.*

**EZCIPHAM**, *Sampirus Astoricensis* in *Chron. æra 971* : *Rex quidem jam securus perrexit ad domum suam cum victoria magna in pace. Deinde post duos menses Ezcipham, id est, exercitus, ad ripam Turmi ire disposuit, et civitates desertas ibidem populavit*. Vox Arabica, ni fallor.

\* **EZRIZENY**, *Retis genus*. Charta *Joan. archiep. Prag.* ann. 1336. apud *Pez.* tom. 6. *Anecd. part. 3.* pag. 76. col. 2 : *Item præfati nostri censuales homines... in aqua Multavæ cum parvis seu retibus, quæ vulgariter sachi et Ezrizeny appellantur, poterint piscari duntaxat*.

**EZZISCZUN**, *Lex Bajwar.* tit. 9. cap. 11. § 1 : *Si illam sepe ruperit, vel dissipaverit, quam Ezzisczun vocant, cum uno solido est restitutio*. [Baluzius legit *Ezziserum*.] Vide *Etarchartea*.

# F

## FAB

F. LITTERA numeralis, 40. denotat ; unde versus :

Sexta quaterdenos gerit F quas distat ab alpha.

Eidem literæ si recta linea superaddatur, 40. millia significat.

F. In superscriptione cantilenæ, ut cum fragore, seu frendore feriatur, efflagitat. Ita Notkerus Balbulus Opusc. Quid singulæ literæ significant in superscriptione cantilenæ.

F. pro Ph, occurrit passim apud Scriptores inferioris ætatis ; sed et in veteribus aliquot Inscriptionibus. Locos indicavit Josephus Scaliger indice 19.

Occurrit præterea F pro V et vice versa : quo spectat Ambrosii Moralis observatio in Eulogii Vitam pag. 198 : *Tam in his duobus exemplaribus, quam in aliis pervetustis libris Mozarabum Christianorum litteris descriptis, quos mihi videre hucusque contigit, F pro V, et V pro F semper cernitur appositum. Itaque hic Referentia, non reverentia fuit scriptum ; et semper Provanus non Provanus. Jam supra vidimus Devensum pro Defensum. Sic et Latinum Vates a Græco φάτης, et Vesica a φύσις docent esse derivata. Hispani F in H mutant quam frequentissime ; sicque dicunt Hablar pro Fabulari, Hace pro Fasce, Halcon pro Falcone, etc. Pro B positum F infra videmus in Faro pro Baro.*

¶ FABA, est tertia pars scrupuli unius. Roch. le Baillif in Dictionar. Spagyrico.

¶ FABA ASIANA, vel Campanica, Phaseolus, Gall. Haricot : quod leguminis genus Belgæ vocant Fabas Turcicas vel Romanas. Acta SS. Junii tom. 8. pag. 451. de S. Raynerio : *Vocavit virum suum, et aspiciens vidit lapidem ascendere de maxilla, ad modum Fabæ Asiænæ, id est Campanicæ, quam digitis accipiens traxit.*

\* FABA FRESA, Feve frésée, a faba et frusus, quod est fractus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7684 : *Faba frach. Prov. fabe fresca, faba fracta*, in Gloss. Provinc. Lat. ex Cod. 7657. Cui opponitur *faba solida*. Vide infra Fresa et Fresus. Ludi ad fabas mentio fit in Lit. remiss. ann. 1460. ex Reg. 190. Chartoph. reg. ch. 106 : *Certain jeu, nommé à las Fabes et à une salliere du fust.*

\* FABAS DICERE. Vide Dicere Fabas.

¶ FABACENA, Præstatio ex fabis. Vide Mestivarius in Mestiva.

## FAB

¶ FABALIA, Idem quod Fabaria. Terull. lib. de Anima cap. 31 : *Pythagoras ne per Fabalia quidem transeundum discipulis suis tradidit.*

FABANA, Fabæ decoctæ. Vita S. Carilelphi : *Tantam Fabanam coxit, ut per totam hebdomadam satis haberet. Perperam, inquit Meursius, in MS. Fabianam. Φαβάρων, Græci recentiores dicunt, ut idem observat.*

FABARIA, in Pacto Legis Salicæ tit. 27. § 6. Campus fabis consitus. Vide Favaria.

FABARE, Eadem notione, in Observantiis Regni Aragon. lib. 8. tit. de furtis : *Si dominus invenerit aliquem de die in sua vinea, horto, vel Fabari, colligendo fructus, etc.*

FABARIUM, Pensitatio de fabis. Charta ann. 1241. in M. Pastoralis Eccl. Paris. lib. 10. Ch. 21 : *Ita quod nihil amodo percipiet, nec in campiparte, nec in decima, nec in ædificiis, nec in lignis, nec in Fabario, nec in straminibus, item nec in veciis, etc.*

FABARIUS, Cantor, qui cibis vescebatur, qui mollem vocem reddunt. Vet. Glossar : *Vocalis, Fabarius, Cantor*. Isidorus lib. 2. de Divin. Offic. cap. 12 : *Antiqui pridie quam cantandum erat, cibis abstinebant, psallentes tamen, leguminibus causa vocis assidue utebantur. Unde et Cantores apud Gentiles Fabarii dicti sunt.*

\* FABARIUM, Cantatori di pagani. Glossar. Lat. Ital. Ms. f. pro Fabularii.

FABATARIA, Vasa amplissima, in quibus fabatia, de qua Apicius, vel puls fabata solebat apponi, apud Lampridium in Heliogabalo. [Vide Martini et Hofmanni Lexica.]

¶ FABATRUM, Φάβατος κίκκος, Granum fabæ. Supplem. Antiquarii. [Ex Castigat. in utrumque Glossar. leg. Fabatum. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 187.]

¶ FABEA, Παῖδιον, Puella, Fabeus, παῖς, Puer. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman.

¶ FABELLA, Sermo brevis. Vita S. Adalberti Mart. April. tom. 3. pag. 179 : *In extremo anhelitu, cum tamen adhuc magna pars animæ superstes foret, astantibus, quarum ille adolescens unus erat, hanc Fabellam ægra voce retulit: Heu mihi! Qualis eram et quantum diversus ab illo.*

\* FABELLARE, Fubulari. Glossar. Gall.

## FAB

Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Fabellare, c'est parler*. Vide Fabulare.

¶ FABELLATIO, Μυθολογία, Sermo de Fabulis. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerman.

\* FABER. Piscis genus. Vide supra Aurata et Citula.

\* FABER DE CORONA, idem qui Regius. Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 119. r. col. 2 : *Cum nos quatuor denarios Parisienses, quos Perroto Fabro de corona dedimus, pro ferris fabricandis pro nemoribus ad opus nostri, per diem percipiendos... adjunxerimus, etc.*

\* FABER GROSSARIUS. Vide Fabri grossarii et in Grossarius.

\* FABERCULUS, Petit feure ; Fabrissa, femme de feure, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

¶ FABERRA, Φάβα, Faba, Supplem. Antiquarii.

FABERIME, pro Affabre, dixit Apuleius Florid. lib. 2. [et Metamorph. lib. 2. et 11.]

¶ FABEUS. Vide Fabea.

¶ FABIACUM, Præstatio ex fabis. Charta ann. 1211. in Chartularie Eccl. Carnot. n. 180 : *Viciacum, Fabiacum, ordeiacum, investitiones, submonitiones hominum, etc.* Vide Fabarium.

¶ FABIANA. Vide Fabana.

¶ FABICORA, Proverbium in eos qui domesticis alimentis usi cum aliis laborant. Papias MS. Bituric. Editus habet Fabricora.

\* FABILIA, perperam inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 401. pro Fatalia. Vide in hac voce.

\* FABILIS, Dicendus, memorandus. Hist. invent. S. Baudel. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 4. col. 1 : *Cum hoc donum quanto est revelatum tardius, tanto Fabile talentum eos latebat, major bonitatis Dei magnificentia eis subtracta erat.* Vide supra Fabellare.

¶ FABIOLA, est flos fabarum. Roch. le Baillif in Diction. Spagyrico.

\* FABIOLUM, inter ornamenta vel vasa ecclesiastica annumeratur, in Ord. Ambros. eccl. Mediolan. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 881 : *Cicendelarius observator portat patenam cum manutergio volutam... et casulam argenteam et FABIOLUM argenteum, et duas alas textus Evan-*

geliorum. An leg. Fasciolum? Vide in hac voce.

† **FABISOR**, pro Favitor. Gall. *Fauteur*. Papias MS. Bituric.: *Fabisor, Fautor, favens*.

\* **FABOLARI**, pro Fabulari, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Fabolor, fabellor*. Vide *Fabulare*.

† **FABONIUM**, FABONIUS. Vide *Favonium, Favonius*.

† **FABRARIA**, Ars ferraria. Statuta Massil. lib. 5. cap. 52: *Ordinamus presentii capitulo quod fabri exercentes... ministerium Fabrarie per se, vel per alios in Massilia, vel ejus territorio non accipiant pretium, vel mercedem ultra modum infra scriptum, videlicet pro ferando equo IV. den. de pede uno, etc.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fabraria, Prov. Fabreria*.

**FABRATERIA**, Ornatus fabrorum, vel domus, vel locus, ubi fabricæ sunt, Uguitiona. Glossæ MSS.: *Fabrateria, Fabrica, qua sedent fabri, vel ornatus equorum*. [Almoius in Vita S. Abbonis Floriac. sæc. 6. Benedict. part. 1. pag. 44: *Certe qui volunt essequi in Fabrateria mendacii cupiditates suas pravas, ipsi nituntur condere leges iniquas*. Pro ipso opere utitur idem Abbo in Epist. Qui nunc Hierosolymis exulat pro suorum mendaciorum Fabrateria.]

\* **FABREFACTUS**, Ars, fabrica. Chron. de S. Maria Magdal. Ms. ad ann. 1279: *Caput vero ipsius postmodum in concha pretiosissima ex auro puro et lapidibus pretiosis miro artificio ac decoro Fabrefactu inclusit, ubi devote corpus et caput reservatur et miraculis evidentibus declaratur*.

1. **FABRICA**, FABRICÆ, pro operibus publicis, leg. 18. Cod. Th. de Prætorib. (6, 4.) leg. 14. 30. de Oper. publ. (15, 1.) etc. *Fabricatio publica*, opus publicum, leg. 2. de Sepulcr. (9, 17.) viol. Vide leg. 37. de Decurion. (12, 1.) eod. Cod. Proprie vero *Fabricæ* dictæ, in quibus arma fabricabantur. Ammian. lib. 14: *Tribunos Fabricarum insimulassent, promittens arma*.

\* Occurrit, eadem notione, in Correct. stat. Cadubr. cap. 116: *Sancimus quod quotienscumque contigerit effici aliquod opus pro communi... massarius communis... teneat in quaterno computum... hominum centenarii, qui laborarent sive operas darent ad Fabricam vel opus illud quod fieret*. Pro extructione vel refectione murorum urbis seu castris accipi videtur in Charta ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 318: *Item pro Fabrica dictæ villæ, duo modia frumenti*. Nisi eodem sensu intelligas, quo infra *Fabrica* 4. adeo ut civilibus perinde atque ecclesiasticis bonis attributa fuerit hæc vox.

2. **FABRICA**, Gallis, *Forge*, Ordinatio Hospitalii S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1261: *Cambellani habent... 12. pecias candelæ minutæ, et Fabricam ad tres equos*. Occurrit ibi pluries. Id est, Cambellani habent quiddam ferri necesse est pro tribus equis, ex fabrica Regia.

\* Charta ann. 1317. in Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 3. rº: *Item concessit Felisio de Autisodoro Fabricam seu forgiam, quam nunc habet supra magnum pontem Parisius*.

Accipi etiam videtur hæc vox pro quovis ædificio, in Lege Burgund. addit. 1. cap. 1. § 7. et in Lege Bajwar. tit. 8. cap. 2. § 1. in qua alii Codd. habent *basilica*, ut monet Steph. Baluzianus, adeo ut fabrica et basilica idem fuerint. [Litteræ Alberti Imp. ann. 1300. apud Lude-

wig. tom. 6. pag. 40: *Quaque Fabrica in Nurnberg solvet* (Burgravio) *unum solidum annuatim*.]

\* Pro quavis officina, quo sensu *Fabrica* utuntur Itali, legitur in Charta ann. 1048. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 1034: *Una cum casis et hediticis et universis Fabricis suis, etc.*

† 3. **FABRICA**, Opificium quodvis ferrarium. Tradit. Fuldenses Schannatti pag. 403: *Slavi CXX. singulas libras lini* (debent) *Scutatores scuta XII. et una Fabrica*. Extractum computi anni 1327. Histor. Dalphin. tom. 2. pag. 216: *Cum Dominus veniret de Jostis Tollini solvit pro Fabrica XXI. den.* Hoc est, pro calcendo equo, qua notione non semel accipitur vox *Fabrica* in Instrumentis Dalphinilibus.

† 4. **FABRICA**, Proventus Ecclesiæ, illius reparationi aliisque divinum cultum spectantibus destinati, Gallis *la Fabrique*. Addit. 4. ad Capitul. cap. 58: *Quod in unaquaque ecclesia cui Episcopus præest, quatuor tam de redditibus quam de oblationibus fidelium fieri debeant portiones; ut una sit Episcopi, alia clericorum, tertia pauperum, et quarta Fabricis ecclesiasticis adplicetur*. Litteræ Caroli VI. Franc. Regis ann. 1385. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1614: *Interdum contingit, ut in Ecclesiis in quibus Prælati fructus, redditus et proventus unius anni, et Fabrica fructus alierius anni percipere consueverunt*. Testamentum ann. 1423. apud Blount in Nomolex. Angl.: *Item lego Fabricæ ecclesiæ cathedralis Hereford. XII. den.* Item lego *Fabricæ capellæ B. Mariæ de Bromyard XL. den.* *Fabrica Ecclesiæ*, in Obituario Morinensi f. 32. Occurrit præterea apud Madox Formul. Anglic. pag. 430. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 6. col. 2. pag. 19. col. 2. etc.

\* *Fabricæ*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 183: *La Fabricæ de la paroisse de maille, etc.*

† **FABRICALES LITTERAS** appellat Clemens IV. Papa ann. 1267. in Epistola ad Archiepiscopum Hispal. inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 476. Litteras quibus Rom. Pontifex Regi concederet licentiam accipiendi partem proventuum ad *Fabricam Ecclesiæ* pertinentium.

† **FABRICALES DECIMÆ**, Ead. notione, ibid.

\* **FABRICABILIS**. [Qui fabricari potest. Gloss. Philoz.]

† **FABRICARE**, Clavis figere. Acta SS. Aurei et Sociorum Mart. Junii tom. 3. pag. 51: *Deinde duxit eos ad nemus... et eos ibi Fabricari fecit ad duas arbores, cum catenis et compedibus per fabros, ponens duos custodes super arborem*.

† **FABRICARIUS**. Gloss. apud Martinium in Lexico: *Ἐὸλα ἐργάστρια, Ligna Fabricaria*.

\* **FABRICATOR**, Cui ædificiorum cura demandata. Charta Jacobi Adriens. episc. ad calcem Stat. Mss. eccl. S. Laur. Rom.: *Qui tres scilicet canonicus et duo laici eligendi, vocentur magistri operarii seu magistri Fabricatores ecclesiæ S. Laurentii in Damaso*.

† **FABRICATOR ECCLESIE**, Ædis sacræ procurator, Æditus, Gall. *Marguillier*. Index MS. beneficiorum Ecclesiæ Constant. fol. 89. verso: *Decem libras Turon. .... levandas super communiam ejusdem Canonici, si contigerit ipsum residentiam personalem facere; sin autem, supra fructibus prebendæ capientur per Fabricatorem Ecclesiæ*. Vide *Fabricerius*.

**FABRICATURÆ**, Vasa aurea aut argentea, aurum omne, argentumve factum, aut in vasa conflatum, in Formulis antiquis apud Lindenbrog. 49. 67. 72. 75. 77. 78. 83. in Formula 18. ex Baluzianis, Form. 82. ex Andegavensibus, etc. Gesta Regum Francorum cap. 13: *Aurum quoque multum et argentum, Fabricaturasque speciosissimas tradens Legato, etc.* Primum Testamentum Widradi Abbatis Flaviniacensis: *Et quod superius memorari debueramus, iam aurum, quam argentum, vel reliquas Fabricaturas seu ministeria Ecclesiæ, etc.* [Litteræ Deodati Clerici pro Monasterio Sithiensis ann. 82. Caroli Regis ex Archivo Audomar.: *Fabricaturas Ecclesiarum auro argenteoque, drappalia, etc. vobis pro venditionis titulum, accepto pretio, Ecclesiæ vestræ a die presentii transfirmo*. Extenta jurium Comitum Sabaudie ann. 1309. tom. 1. Histor. Dalphin. pag. 86: *De quolibet vendente... caseos, coria, Fabricaturam auri, cyphos, etc.*]

† **FABRICATUS TESTIS**, Subornatus, Gallice *Suborné*, in Depositione variorum testium coram Officiali Rotomag. ann. 1395. ex Archivo B. M. de Bono-Nuncio Rotomag.

\* **FABRICENSES**, Qui in sacris fabricis arma cudebant et fabricabant, de quibus est titulus in Cod. Th. (10, 22.) et Justin. (11, 10.) quorum Præpositi, *Primicerii Fabricæ* dicebantur. Erant *Fabricæ* et *Fabricenses* sub dispositione Magistri officiorum. Vide Cujac. Gothofred. etc.

† **FABRICERIVS**, Æditimus, Curator ædis sacræ, Gall. *Marguillier*. Diploma anni 1580. in Dissertatione V. Cl. Muratorii tom. 2. Anecd. pag. 315: *Convocatis... venerabilibus Canonicis et Fabriceris sacelli S. Johannis Baptistæ Modestie... cupientesque... Canonici et fabricerii huic honesto voto satisfacere, etc.* Vide *Fabricuerius*.

\* *Nostri* alias *Fabriqueur, Fabricer* et *Fabrisseur*. Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 215: *Jehan Pinart procureur et Fabriqueur de la paroisse de la Revestizon, etc.* *Jehan Marschal Fabrisseur de la paroisse de Maille*, in aliis ann. 1476. ex Reg. 204. ch. 183. Infra: *Fabriqueur de ladite paroisse*.

† **FABRICLE** BUCELLÆ, Gall. *Oublie*. Vide *Nebulæ*.

† **FABRICINA**, Officina ubi faber operatur. [\*\*] Vel potius ipsa opera in hujus officina fabricata. Guerard.] Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 72. vº. col. 1. [\*\*] Brev. 18. sect. 104.]: *Hado faber pro solvit medietatem mansi de Fabricina sua*.

† **FABRICINIUM**, Idem quod *Fabricatura*. Capitula Caroli C. tit. 31. [\*\*] Edict. Pist. ann. 864.] cap. 23: *Aurum vel argentum, vel quodcumque Fabricinium ex auro vel argento, etc.* Occurrit ibi iterum.

\* **FABRICOLA**. [Parva fabrica. DIF.]

† **FABRICORA**, *Proverbum* in eos qui domesticis alimentis usi cum aliis laborant. Papias. MS. Bituric. habet, *Fabricora*.

† **FABRI GROSSARI**, Ferrarii, vel ærarii, ut vocantur a Plinio lib. 34. cap. 8. In Statutis antiquis Abbatie Corbeiensis lib. 1. cap. 1: *Fabri grossarii sæc, artifices duo*. Vide in *Grossarius*. [\*\*] Germ. *Grobschmid*. ADEL.]

\* **FABRICATIO**. [Tertull. Apolog. 12. Non sentiunt injurias et contumelias suæ Fabricationis Dii vestri.]

† **FABRILES** UVÆ, Fumi vapore siccata.

Cælius Aurel. lib. 4. Chron. cap. 3: *Item Uva, et magis fumi vapore siccata, quam Fabrillem appellant.* Adde lib. 2. cap. 7. 18. lib. 3. cap. 2.

\* **FABRILITER**, Fabri arte. Charta ann. 1315. ex Bibl. reg.: *Ostia dictæ turris prius firmata, ... Fabriliter aperiri fecerunt, et amotis serraturarum præpediis, introierunt ibidem.* Utitur Prudent. Apotheos. v. 519.

\* **FABRILLA**, et **FABRISSA**, Uxor fabri, Ugutioni et Joanni de Janua. [Vide supra *Faberculus*.]

\* **FABRIO**. [Idem ac fabrico. *Venant. 2. carn. 12. 23.* Quod nullus veniens Romana gente *Fabrivit*, Hoc vir barbarica prole peregit opus.]

† **FABRIQUERIUS**, ut *Fabricerius*, Synodus Oriolana ann. 1600. tom. 4. Concil. Hisp. pag. 787. col. 2: *Fabriquerios qui fabricæ ecclesiasticæ præficiantur, homines divites, pecuniosos, conscientie integritate insignes. ... elegant, quibus fabricarum redditus. ... et totius anni proventus committantur Fabriquerii collectos fructus absque majori consensu Parochianorum. ... minime vendant; et elapso annuali munere, intra mensem accepti et expensi rationem reddant.* Vide *Fabricator*.

\* **FABRIRE**, Fabricare. Fortunatus lib. 2. Poem. 8:

Quod nullus veniens Romana gente *Fabrivit*,  
Hoc vir barbarica prole peregit opus.

\* **FABROSUS**, Verboso. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Fabolari* et mox *Fabulare*.

1. **FABULA**, Pactum, conventio, *Pour-parler*. Glossarium vetus: *Fabula, id est, pactum conditionis.* Qua notione vocem hanc usurpat non semel Lex Longobard. lib. 1. tit. 9. § 9. tit. 23. § 2. tit. 30. § 3. lib. 2. tit. 1. § 1. Leges Rotharis Regis tit. 53. 65, tit. 105. § 30. etc. apud Heroldum. [Roth. 144. 351. 191. 178. Vide Grimm. Antiq. Jul. Germ. pag. 433.]

In Foris Hispanicis lib. 3. tit. 1. § 6. lib. 5. tit. 2. § 4. dicitur ille *morir sen fabla*, seu *morir sine fabula*, qui moritur intestatus, tabulis testamenti non confectis. *Mori sine lingua*, apud Tyrium. Vide *Gamales*, et *Inordinatus*.

2. **FABULA**, pro Rumore, apud Senecam lib. 3. de Benefic. cap. 23. et aliis locis, S. Hieronymum Ep. 39. ad Castrutium, Tertullianum Apoget. cap. 21. etc. Fortunatus Carn. ad Justinum Imp.:

Currit ad extremos fidei pia *Fabula* gentes.

Epistola Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem tom. 1. Hist. Franc.: *Dum Fabula currente a pluribus et fidelibus nostris cognovimus, etc.* Gregorius Turon. lib. 5. cap. 49: *Fabulam fingit, quod Guntrannus Rex capere vellet. Turonicam civitatem.*

3. **FABULA**, Historia, narratio. Vita S. Eparchii Abbatis Inculism. cap. 17: *Fabulas eremitarum eis sæpius exponebat.* [Fortunatus Presbyter in Vita sancti Medardi Episcopi, apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 410: *Vos, vos, inquam, qui dicimini Pastores, Abbates, Rectoresque Ecclesiarum, vos, hæc Fabula, non fabula, sed res veruciter gesta respicit, vos instruit, vos ammonet, etc.*]

\* **FABULARE**, *Fabulari*, Confabulari. Gloss. Lat. Gr. *Fabulari*, μυθεύεται, λαλεῖ, κωμῶδες. Italis *Favellare*, Loqui. [Hispanis *Fablar*, hodie *Hablar*.] Regula S. Cæsarii ad Virgines: *Dum psallitur, Fabulare omnino, vel operari non licet.*

Vetus Charta apud Beslium pag. 388: *Nunciandisque Hugoni ut invicem Fabularentur.* Alia Alfonsi Regis Castellæ, æræ 1129. apud Anton. de Yezpe tom. 6: *In sua vita, in quantum cum loquela sua poterit Fabulare.* Occurrit etiam in Synodo Rom. sub Eugenio II. PP. cap. 15. apud Joann. Sarisber. Ep. 190. in Vita S. Samsonis Episc. Dolens. lib. 1. cap. 23. 55. in Epistola scripta sub nomine Jesu Christi sub Carolo M. etc. Atque hac notione vox ista non semel usurpatur a Plauto. *Fabulas conferre*, dixit Capitolinus in Pertinace; *Fabulæ privatæ, literatæ*, pro privatis ac doctis sermonibus, Lampridius in Heliogabalo, et in Alexandro Severo. [Marius Mercator pag. 353: *Si passus est, quomodo impassibiliter? Si impassibiliter, quomodo passus est? Fabulemur ineffabiliter, ut sentiatur insensibiliter.*]

\* **FABOIER**, pro *Fabulas* narrare, nugas dicere apud Guignevil. in Peregrinat. hum. gener. Ms.:

Qu'est che, a dit le paisant,  
Que m'alez vous chi *Faboierez* ?

† **FABULARIUS**, Fabulator, qui scribit vel narrat *Fabulas*. Lambert. Ardens. apud Ludewig. tom. 8. pag. 473: *Tot et tantorum ditatus est copia librorum, ut Augustinus in Theologia, Areopagitam Dionisium in Philosophia, Millesium Thalem Fabularium in neniis Gentilium, in cantilenis gestoris sive in eventuris nobilium, sive etiam in fabellis nobilium, joculariores quoque nominatissimos æquiparare putaretur.*

\* **FABULATIO**. [Faceta narratio, vel colloquio. *Capell. 6. p. 189.* Cura dstrictior tibi forensis fabulationis partibus alligata aciem industriæ melioris obtudit.]

† **FABULATORIUM**, Locus Monasterii, ubi Fratres confabulantur. Utitur Martinianus Monachus a Mabilonio laudatus tom. 3. Annal. Bened. pag. 324.

\* **FABULATORIUS**, Superfluous, inutilis. Stat. comitat. Venais. sub Clem. PP. VII. ex Cod. reg. 4660. A cap. 23: *Quia in testium attestationibus ordinandis, aliqui ex dictis notariis... verbis Fabulatoriis, infructuosius utuntur, statuimus quod verba superflua omittendo inantea, etc.*

\* **FABULO**. Gloss. Isid. *Fabulas componens. Fabulones, fabularum inventores.* Utitur Macrobius lib. 2. Saturn. cap. 1. [Ubi alii legunt *Sabulo*. Vide Forcell. in hac voce.] [Glossar. Sangerman. num. 501. habet: *Fabulonius, Fabularum inventor.* Vide Lexicon Hofmanni. Nostri *Fableur* dixerunt. Vetus Poëta MS. e Bibl. Coislin:]

Un Roi un *Fableur* avoit  
A qui deduire souloit.]

\* **FABULOSE**, Fabulando, Gall. *Dans la conversation.* Fragm. Hist. Brit. Armor. tom. 7. Collect. Hist. Franc. pag. 49: *Accedens (Nomenoius) Ad Conoveum monasterii Redoni abbatem, virum simplicem et innocentem, et sub specie veritatis illum seducens, exposuit illi *Fabulose*, ut erat alloquax, de dignitate regni Britannia.*

\* **FABUNDUS**. [Loquax. DIEF.]

\* **FACCES**, *Lenticula aquatica*, in Gloss. MS. ad Alexandrum Iatrosophistam. Vide *Falcata*.

\* **FACCHINUS**. [Italis *Facchini*: « Quos sequebantur duodecim *Facchini* sive pauperes portatores xxxiii intortitiorum. (Diar. Burchari, ed. Thuasne, II, 291. an. 1497.) »]

\* **FACCINERIIUS**, Fascinator, præstigia-

tor, alias nostris *Facinier*. Lit. ejusdam inquisit. ann. 1492. apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 162: *Ager Dominicus ibidem quasi squallet incultus, licet magnas executiones de multis hæreticis et Faccinervis fecerim a duobus annis.* Lit. remiss. ann. 1455. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 109: *Le pere des supplians venant de la ville de Riom... commença à crier aux supplians, ... tuez ces ribauls Faciniers et Faccinieres.* Alia ann. 1456. in Reg. 189. ch. 87: *Estoit commune renommée ou pais qu'icellui Jehan estoit sorcier et Facinier.* Vide *Fachinerarius*.

† **FACEITIAS**, Elegantia. Vita S. Galterii Abb. auctore Monacho ejus discipulo, inter Acta Sanctorum Aprilis tom. 1. pag. 757: *Non hic attendas dictorum Faceitatem, aut verborum rusticitatem, sed rei quam narraturum sum veritatem.* Vide *Facetia*.

\* **FACELLA**, diminut. a *facula*, uti hoc a *face*, vox Petrarchæ et Danti nota, *Facellina*, Senensibus. Occurrit in Actis S. Tharaci Martyris. Pachymeres lib. 6. cap. 31: *Φακέλλους ἐκ πατρῶν ποιήσαντες.*

\* **FACELLA**, apud Lampridium in Heliogabalo, quid sit, vide apud Casaubonum.

\* **FACELLUM**, *Lo cicero*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **FACEMINÆ**, *Cantilenæ, quas cantant mulieres pro pueris dormientibus, vel pro sopiendo pueros.* Glossar. vet. ex Cod. reg. 521.

\* **FACENDEIRA**, [Cultura prædii rustici species *corvatæ*, ab Hispan. *Fazer*, *Facere*, operari.] Charta Aldefonsi Regis Castellæ æræ 1218. in Hist. Segoviensi cap. 18. § 2: *Absolvo etiam omnes Clericos et Sacerdotes totius regni mei ab omni *Facendeira*, et fossadeira, et posta, et qualibet alia pecta in perpetuum.* Vide *Fazenda*.

\* **FACENDERA**, Servitii seu *corvatæ* species. Charta Hedef. reg. Castell. inter Acta SS. tom. 6. Jul. pag. 55. col. 1: *Essent excusati et absoluti ab omni alio pecto et *Facendera* in toto regno.* Alia ibid. col. 2: *Facenderam faciant in civitate Toleti.*

1. **FACERE**, Commorari. Exodi cap. 34: *Fecit ergo ibi cum domino Moyses 40. dies et 40. noctes, etc.* Papianus in leg. Miles, ad leg. Jul. de Adulter. (lib. 48. tit. 5. fr. 11. § 5.): *Ne sibi computarentur dies, quos in custodia *Fecisset*.* Adde leg. 14. D. de Statu lib. (40. 7.) In Monumentis Christianis: *Fecit annos xx. etc.* pro *vixit*, passim habetur, apud Gruterum 447. 3. 838. 12. 842. 7. 1051. 1. 1176. 9. In Actis Apostol. cap. 18: *Ποίησας χρόνον τίντα.* Et cap. 20: *Ποίησας τε μήνας τρεῖς.*

Occurrit hæc loquendi formula non semel apud Scriptores, Senecam Epist. 67. Capitolinum in Maximo, Julianum Antecess. Constit. 15. § 57. in Collat. Carthag. cap. 142. apud S. Jacob. Ep. 4. in Actis S. Theogenis Mart. n. 12. S. Fructuosi n. 2. in Actis SS. Nicandri et Marciani apud Carracciolum sub finem, apud Gaufridum lib. 2. de Vita S. Bernardi cap. 3. Anastasium Bibl. in S. Marcello PP. in Hist. Eccl. pag. 77. 99. Domnizonem lib. 2. cap. 18. Lupum Ferrar. Epist. 4. etc. Vide Glossar. Pithœi ad Julianum Antecess. [Ubi et Marin. Pap. Diplom. num. 73. not. 34.] *Ubi Fecit mensis talis dies tot, etc.* Loquendi formula frequens in Actis quinti et sexti sæculi, pro diei ac mensis characterem. Nicetius Episcop. Epist. 2. tom. 1. Concilior. Gall. pag. 323: *Per festivitatem S. Martini, quam undecima die Facit November.* Vetus Epitaph. in Monast. S. Crucis Burdegalensis: *Hic re-*

quiescit bone recordationis humilis KPI. Monmolenus, qui vixit annus CCC. (circiter) septuaginta, apud quem nullus fuit dolus malus, qui fuit sine ira jocundus, hoc est accepit transitum sub die VI. Idus Augustas, ubi fecit Augustus dies septem, anno V. regnum Donnii nost. Chlodovai res †. Alia bina Epitaphia conjugum paris, inventa in Ecclesia S. Acheoli juxta Ambianum ann. 1660 : †. *Leudelinus hic requiescit in pace, vixit annus L. defunctus est ubi Fecit genar. dies XV.* † *Valdolina hic requiescit in pace, vixit annus XXX. defuncta est, ubi Fecit Julius dies XXVIII.* Tabular. S. Cyrici Nivern. ch. 28 : *Theobaldus scripsit et dictavit in mense Octobris ubi Fecit dies 18. anno 1. regnante Ludovico Imperatore.* Hujusmodi diem et mensem adscribendi formulas similes proferunt placita vetera optime notæ, quæ Jo. Mabillonius eruit ex veteribus corticeis membranis Monasterii S. Dionysii, quas una cum eodem viro doctissimo ac humanissimo videre contigit in Chartophylacio ejusdem Monasterii ann. 1671. et tom. 4. Actorum SS. Ord. S. Benedicti inseruit pag. 617. 618. 620. Ea autem fere semper ita clauduntur : *Datum quod Fecit mensis Augustus dies duodecim. Datum quod Fecit mensis Junius dies quinque, etc.* Vide Vitam Aldrici Episc. Cenoman. num. 69. et Acta Episcoporum. Cenomanensium tom. 4. Analeptor. Mabillonii, ubi hæc formula passim occurrit, [et infra *Quod fecit.*]

2. **FACERE**, Gall. *Faire avec quelqu'un*, hoc est, Rem conficere, negotium peragere, pacisci. Gregorius M. lib. 2. Ind. 2. Epist. 32: *De Neapolitana vero urbe... vobis indicamus, quia ut cognovimus, cum Arnulpho se Fecit, et reipublicæ contra fidem venit.* Anonymus Barenensis in Chr. ann. 1073 : *Et secundo die intrante Febr. Fecit cum ipso Duce.* An. 1089 : *Mortuus est Urso Archiep. et electus est Helias, et Fecit Bari cum Boamonte.* Idem ann. 1080 : *Ipse Dux Fecit sine cum Bari, et mense Aprilis Fecit Taranto cum illo et Trane.*

† 3. **FACERE**, Colere, arare. Capitulum de villis cap. 8 : *Ut judices nostri vineas recipient nostras, quæ de eorum sunt ministerio, et bene eas faciant.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 27. verso col. 1 : *Radoardus lidus et uxor ejus lida... Faciunt in vinea arpen.* III. *in unaquaque ebdomada et curvadas II.* Ibid. fol. 28. col. 2 : *Macebodus colonus... Facit in vinea dimid. arpen. et Facit ortum dominicum.* Donatio anni 1164. apud Acherium Spicil. tom. 8. pag. 196 : *Adhuc etiam dederunt terram illam quæ est ad Rocam caducam, quam Faciunt Pontius Balzans et Pontius Alonis, et terminatur, etc.*

† 4. **FACERE**, Dare, præbere. Charta Geraldii Abb. S. Joannis Angeriac. ann. 1385. ex Chartulario ejusd. Monasterii pag. 458 : *Item qualibet die pro Fratibus mortuis nominatis in Capitulo debet Facere dominus Abbas et vinum in refectorio de Conventu.* Ibid. pag. 459 : *Item Camblentus debet Facere per mediætatem Quadragesimæ... centum pauperibus cuilibet duo allicia.* Item pag. 460 : *Debet Facere jadellos et scutellas et tersoria ipso die ad faciendum Mandatum.* Rursum occurrit pag. 464.

† 5. **FACERE**, Tradere vel disponere. Leges Luithprandi Regis [\* 64. (6. 11.)] apud Murat. tom. 1. part. 2. pag. 64. col. 1 : *De eo præcipimus, qui filiam in capillo in casa habuerit, et filium non reliquerit legitimum, ut de rebus suis amplius per*

*nullum titulum cuicumque per donationem, aut pro anima sua Facere possit, nisi partes duas, tertiam vero relinquat filix suæ, sicut gloriosissimus Rotharis Rex disposuit.*

† 6. **FACERE**, Dicere affirmare. Leges Rachis [\* 3.] tom. 1. part. 2. apud Murat. pag. 86. col. 1 : *Si quis Langobardus qualemcumque hominem alium aut servum suum Facere voluerit (i. e. suum esse voluerit contendere) et ipse ad palatium venerit ad proclamandum.*

7. **FACERE** AQUAM dicitur navis, quam aqua per rimas occupat : phrasis Gallica, *Faire eau.* Vita S. Deivotæ Virgin. apud Vincentium Barralem : *Ipsa autem navicula, quia fuerat destituta et sicca in littore, Faciebat multam aquam in sentina sua, etc.*

† 8. **FACERE**, HOMINES, Milites conscribere, Gall. *Lever les troupes, Faire des hommes.* Occurrit apud Rymerus tom. 3. pag. 540. col. 2.

† 9. **FACERE** INDE, Inde recedere, apud Bernardum monachum Ord. Cluniac. part. 1. cap. 34. [\* Facere, Proficisci, apud Tertull. de Pallio cap. 3. *Ad illum Facit, ubi alii legunt vasit.*]

† 10. **FACERE** LECTUM, Gall. *Faire un lit, Lectum sternere.* Processus de Vita S. Yvonis, Maii tom. 4. pag. 557 : *Lectos ipsemet Faciebat et cubabat eosdem (pauperes.)*

11. **FACERE** LITERAS, Dare, mittere, scribere ad aliquem. Lupus Ferrar. Epist. 7. *Feci autem literas ad Audoinum de tua reversione.* Saxo Grammat. lib. 13 : *Literas ad Lotharium Facit.*

† 12. **FACERE** NIHIL, Nulli esse obnoxium oneri. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 55. verso col. 1 : *Sivaldius tenet dimidium pratum, habebat de terra arabili bun. VI. et Nihil inde ante Faciebat. Remigijs tenebat pratum 1. et Nihil Faciebat.* Vide Nihil fecit.

† 13. **FACERE** SE AD UNUM. Privilegium Ferdinandi Gonzalez pro Monasterio S. Æmiliani, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 177. col. 1 : *Domus octo Faciunt se ad unum : hoc est, habentur quasi una, seu uni et eidem obnoxia sunt præstationi.*

† 14. **FACERE**, Esse. *Fecit* pro *Fuit*, apud Greg. Turon. Hist. Franc. lib. 3. cap. 37 : *Gravem eo anno et solito asperitorem hyemem Fecit.* Galli dicimus : *Il a fait un grand hiver. Faire que fol, pro Stulte agere, in Lit. remiss. ann. 1390. Ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 232 : Avez fait que fol de ce faire : car vous n'y avez riens gagné. Faire, valere, se habere sonat, in aliis Lit. ann. 1389. ibid. ch. 108 : Le seigneur d'Estouteville demanda comment le Faisoient le seigneur et la dame de Montmorency, cuidant que icellui Robert feust à eux.*

† 15. **FACERE**, Assignare, statuere. Scacar. apud Cadom. ann. 1234. in Reg. S. Justii Cam. Comput. Paris. fol. 27. v. col. 1 : *Quando domina petit dotalium suum, reus non habebit nisi unam esso-gniam; et post defaultam, citabitur reus ad assisiam; et si venerit, dabit defaultam et Faciet dotalium; si non venerit, rex Faciet.*

† 16. **FACERE**, Cantare. Acta Mss. capit. Paris. : *De funeralibus reginæ Franciæ cum omnibus cæremoniis 15. Febr. 1513. Missam decantavit reverend. dom. Cenomanensis : archiepiscopus Lugdunensis evangelium Fecit, cui assistebant abbas S. Genovefæ et Guillelmus Hector canonicus : epistolam vero dom. Senonensis, cui assistebat abbas de Rota portans librum et Thomas Du Prat canonicus. Reg. visi-*

*tat. Odon. Archiep. Rotomag. ex God. reg. 1245. fol. 509 : xj. Kal. Januarii Rothomagi Fecimus nostrum O.*

**FACERE** MISSAM. Vide *Missa*.  
\* **FACERE ANTE ET RETRO**, Salutationis apud Monachos species. Vide in *Inclinatio et Ante et retro*.

\* **FACERE AUDIRE**, Deferre, nunciare. Charta Bern. de Turre in Chartul. Celsinian. ch. 857 : *Si autem ad tempus statutum requirere noluerit, provocabunt eum ad hoc ipsum seniores hujus loci : quod si eos audire noluerit, Facient hoc ipsud michi audire matrique et fratribus, etc.*

\* **FACERE** CAPAS. Vide supra in *Capa* 1.  
\* **FACERE** CARNES, Ital. *Fare carne*, Prædari, stragem edere, facere sanguinem. Steph. de Infest. Ms. ubi de Innoc. VIII : xxj. *Januarii 1486. die Sabbati de mane, cum quidam armati exivissent portam viridariam, causa Faciendi carnes, obviaverunt hostibus.*

\* **FACERE** CENSUS, Exsolvere, præstare. Lit. ann. 1366. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 678. art. 18 : *Quod liceat emphiteosis dictos sensus Facientibus, eosdem census, pro precio quo darent alteri, retinere.*

\* **FACERE** SUUM CURSUM, Effectum obtinere. Lit. ann. 1411. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 600. art. 6 : *Pars rea debet, si voluerit, vocari facere emptorem ad videndum oppositionem ipsius, cur incantus non debeat Facere suum Cursum.* Vulgo dicimus, *Aller son cours.*

\* **FACERE** DOMINUM, Alicui clientelam profiteri. Judic. ann. 1265. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 148 : *Dicebat ballivus quod bona ipsa pertinebant ad dominum regem, secundum consuetudinem terræ, et maxime villæ Feritatis Milonis, in qua pater ipsorum diu burgensis fuerat, et ibi decesserat sine Facere alium dominum infra annum et diem, postquam venit ibidem, per quod factus fuerat homo de corpore domini regis. Se faire à quelqu'un, Alicujus domesticum et familiarem se dicere. Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 98 : *Audriat fut examiné par serment, il repondit qu'il estoit à nostre oncle de Bourgogne ; convaincu que non, il se Fist à nostre trêcher et très-ami oncle le duc de Berry ; et après convaincu pareillement, il se Fist à nous.**

\* **FACERE** ECCLESIAM, Illam restaurare. Charta ann. 1060. Inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 151 : *Novimus ex antiquitatis auctoritate institutum, ut si quis Fecerit ecclesiam per sacrorum seriem apicum futuræ posteritati ratum faciat et notum... Locum sancti Martini, qui temporibus priscis sub monasticæ regula religionis vigit, ad priorem statum... revocare disposerunt.*

\* **FACERE** FACTA SUA, Petitiones suas in jure allegare et probare. Arest. ann. 1371. 30. Aug. in vol. 6. arestor. parlam. Paris. : *In cæteris partes ipsæ non possunt sine factis expediri ; Facient igitur facta sua, et inquesta facta curiæ nostræ reportata, fiet jus.* Vide *Factum* 3.

\* **FACERE** FEUDUM. Vide infra in *Feudum*.

\* **FACERE** FICUS. Vide infra in *Ficha* 2.

\* **FACERE** FILIOLUM, Puerum et sacro fonte baptismatis suscipere. Vide infra in *Filiolagium*.

\* **FACERE** FIRMUM, SE FORTEM, vulgo *Se faire fort*, Spondere, in se recipere. Terrear. Apchon. : *Johannes Borghade Filius... Pro Petro Borghade ejus patre, pro quo promisit Facere firmum et de rata habendo, etc.* Ibidem : *Pro quo se fortem*



*Facit et promisit Facere firmum, etc. Vide in Fortis.*

\* FACERE HABERI, Gall. *Faire avoir*, Recuperare, restituere. Charta ann. 1221. ex Lib. albo episc. Carnot. : *De meriagio dicimus, quod episcopus debet ibi habere suum servientem, et de collecto meriagio habebit episcopus partem suam et major suam; et si fuerit defectus in meriagio, debet hoc serviens episcopi monstrare majori, et major debet Facere haberi defunctum eumdem.*

\* FACERE HONOREM, Honorare, vulgo *Faire honneur*. Chron. Bergom. ad ann. 1865. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 855 : *Et fecerunt fieri pro Faciendo honorem cuique plus quam centum tortas, etc.*

\* FACERE ICTUM, Petitionem conjicere. Gall. *Porter un coup*. Lit. remiss. ann. 1859. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 284 : *Volens ictum, quem dictus Erailli Facere volebat, impedire, manus suas... obviam dicto gladio levavit, ita quod dictum ictum totaliter impedivit.*

\* FACERE INVIDIAM, Phrasis Gallica, *Faire envie*. Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. r° : *Videbat quod dicti homines portabant in zonis suis cultellos seu ganivetos, qui sibi multum placebant et Fecerunt et magnam invidiam.*

\* FACERE NATURAM, Semen emittere. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 122. Chartoph. reg. ch. 88 : *Le suppliant confessa, pour doute d'icelle gheyne et de rigueur de justice, qu'il avoit fait nature en la bouche d'icelle femme, combien qu'il n'en eust riens fait.*

\* FACERE SE NESCIENTEM, Italis *Fare il nescio*, Ignarum agere, rem de qua quis interrogatur, profiteri se ignorare. Inquisit. de forest. Breheval. in Reg. 84. bis Chartoph. reg. part. 5. fol. 127. v° : *Jureia facta super consuetudine, quam milites et presbyteri, exigunt in foresta Brehevallis per hos milites. Milo de Mesnil, Symon de Mesnil, Radulphus de Felins... qui Fecerunt se nescientes.*

\* FACERE PARTIEM, vox forensis, In aliquem litem intehdere, Gall. *Se faire partie*. Charta ann. 1333. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 339 : *Citatis competenter relicta et liberis ceterisque carnalibus amicis dicti Johannis Journet, ad Faciendum partem contra dictum clericum, si sua crediderint interesse. Vide in Pars.*

\* FACERE PULCRAM FACIEM, Gall. *Faire bon visage*, Aliquem Benigno vultu excipere. Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 36. r° : *Predicti heretici Faciebant ipsi testi pulcrum faciem, et ostendebant ei signum dilectionis.*

\* FACERE SANGUINEM, NOSTRIS, *Faire sang*, Vulnerare, adeo ut sanguis effluat. Charta ann. 1445. in Chartul. Latiniac. fol. 42. v° : *Icellui de Sasseville d'icellui espie le enferra et naura en la main entre deux doys, et lui Feist sang et plaie ouverte. Alia ann. 1465. ex Chartul. S. Petri Carnot. : Lesquels batirent plusieurs desdiz religieuz, leur Faisant sanc et plaies, et les mutilans de coups orbes, tellement que mort s'en ensuit en la personne de frere Eustache Choart.*

\* FACERE TACENTEM, Præstare ut quis ab instituta petitione desistat. Charta ann. 1256. in Reg. 31. Chartoph. reg. fol. 96. col. 2 : *Promiserunt in manu nostra quod ipsi Tacentes Facient Guillelmum Gaufridi Pallart defuncti... Marquisiam et Mirabilem sorores ejusdem Guillelmi... ab illo debito, in quo sibi tenemini ratione dicti Gaufridi patris eorumdem. Vide Tacitus.*

\* FACERE TALITER, Gall. *Faire en sorte*. Vide infra *Taliter*.

\* FACERE TANTUM, Phrasis Gallica, *Faire tant*, Tantum elaborare. Charta Guill. de Hodenc ann. 1241. ex museo D. Cläirembault : *Guillelmus Crispini Fecit tantum erga me de terra de Ferrariis, quod exinde ipsam in hominem recepi.*

\* FACERE TESTAMENTUM, Illud exsequi, testatoris placita perficere. Charta Henr. II. reg. Angl. pro libert. Norman. in Reg. S. Justi Cam. Comput. Paris. fol. 35. r° col. 1 : *Quod clarum fuit et residuum, relinquatur executoribus ad Faciendum testamentum defuncti.*

\* FACERE TRANSITUM, Transire. Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 11. r° : *Cum ipse Faceret transitum per Tarasconem, ixit ad domum Petri de Galacho... Crastinum de pulcra die recessit.*

\* FACERE VIDERI, Oculis subjicere, Gall. *Faire voir*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 494 : *Ixit ad domum barbitonsoris dicte villæ ad Faciendum videri et parari parvam plagam, quam ex dicta percussione habuerat. Se faire à veoir, Venire in conspectum, in aliis Lit. ann. 1393. ex Reg. 144. ch. 268 : *Aucuns de ses amis advise- rent icellui Hennequin qu'il se destournast et qu'il ne se Feist point à veoir devant ledit Raoul.**

\* FACERE URINAM, Mingere, Gall. *Faire de l'eau*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 132 : *Invenit dictum Johannem ad hostium patris et matris suorum Facientem urinam.*

\* FACERE USAGIUM, Quod ex usu vel consuetudine debetur præstare. Charta ann. 1250. in Chartul. Sabaud. fol. 139. v° : *Quod si comes poterit probare... quod dicta guageria sit de feodo suo, dictus Entelmus Faciet et usagium, ad quod tenetur de consuetudine vel de jure. Vide in Usagium.*

FACES. Polyptychus Floriacensis : *Solvit pullos 3. cum ovis 15. et alios pullos vndemiales cum ovis. Solvit sinapem et Faces. Vide Facula 2.*

\* FACESSIA, Urbanitas, comitas. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Facessia, courtiosye, debonnaireté. Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 94. pag. 88 : *Rex quoque, cui nichil generositatis regiæ, seu perfectissimæ Facessie defuit, etc. Vide Facetia.**

FACETIA, pro *Facundia*. Chunradus de Fabaria de Casib. S. Galli cap. 8 : *Non juris Facetia, sed armorum copia, in qua confidebat, etc. Et cap. 9 : *Post multam Minervæ Facetiam, cum omni dignus potestate clamaretur a cunctis, etc. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Facessia, Courtiosie, élegance, debonnaireté. Vide Facetas et Facessia.***

FACETIA, in singul. pro *Facetiæ*, dixit Apuleius in Apolog.

FACETIARI, Per facetiam aliquid dicere. Proverbium apud Will. Malmesburiensem lib. 1. de Gestis Pontificum pag. 213 : *In proprias laudes Facetiari, jactantia est.*

\* FACETIOR, [Facetiis utor. Sidon. 3. ep. 13. qui, quod verbis inverecundis aurium publicarum reverentiam incitant, granditer sibi videntur Facetiari.]

\* FACETUS, Urbanus, bonus artibus et studiis expolitus. Stat. eccl. Constant. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 218 : *Herbertus quosdam canonicorum, qui sibi minus urbani, minusque Faceti videbantur, ab ecclesia Constantiensi radicitus, tanquam illiteratos et inutiles, extrudit.*

☞ FACEZEIROS, Cervical, pulvinus in

quem faciem ponimus in lecto collocati, Lusit. olim *Faceiro*. Gall. *Oreiller*. Chart. Monast. de Tarouca, apud S. Rosa de Viterbo Elucidarii tom. 1. pag. 425 : *Ita quod faciant de culcitra et de pulvinari Facezeiros pro ad monachos.*

FACHA, Columbæ majoris species, apud Fridericum II. lib. 1. de Arte vendendi cap. 9. *Fascha*, cap. 26. *Fakecha*, eodem cap. pag. 63. *Facheta*, cap. 54. pag. 126. Ex Græco *φάσσα*, *palumbus*, *palumbes*, in Glossis Gr. Lat. et apud Aristot. et alios.

\* FACHARIA, ut *Facheria*, Prædium, quod colitur a colono partiaro. Charta ann. 1208. inter Instr. tom. 1. Hist. Nem. pag. 47. col. 2 : *Medietatem Facheriæ seu magistriæ in prædicto molendino. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 53. ex Cod. reg. 4659 : *Commune dedit partem suam de molendinis ad Facheriam, ad acceptum. Vide Mercur. Franc. mens. Oct. ann. 1735. pag. 2225.**

† FACHERIA, Prædium quod colitur a colono partiaro, vel cuius fructus in dominum prædii et colonum æquali portione dividuntur, Massiliensibus *Facherie*. Charta ann. 1395. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Pontius Lobiere Præpositus Tolonensis dat et concedit ad Facheriam, sive rentam, jura, domos, terras, perceptiones, census, servitia, trezana, tascas et arrotia, quæ habet in castro de Soleris. Fundatio Parthenonis S. Pontii ann. 1205. ex Archivo Cathedralis Massil. : *Quecumque acquisieritis Massilie proprias vel ad Facheriam feceritis, sive ad Facheriam dabitur, etc. Charta Barrali de Baucio pro Monasterio S. Pontii ann. 1263 : *De cætero non teneamini nec debetis dare vintenum de aliquibus possessionibus quæ nunc possidetis... ita tamen quod si terras vestras daretis ad Facheriam aliquibus hominibus, nos de parte dictorum hominum debeamus habere vintenum. Occurrit præterea in Statutis Massil. lib. 2. cap. 29. lib. 3. cap. 32. Vide Medietarius et Partionaria colonia.***

† FACHERIUS, Conductor prædii, reive alterius, quam tenet ad *Facheriam*. Conventio anni 1215. inter Abbatem Psalmodii, et Guillelmum et Petrum Ricardum : *Et est sciendum quod Guill. Ricardus et fratres ejus et consobrinus eorum Petrus Ricardus cum Facheriis suis, et debent habere decem vellata in tenemento de Ribaires. Statuta Arelat. MSS : *Statuimus quod Facherii et alii qui tenent rem aliquam a dominis, teneantur facere dominis copiam transcribendorum Instrumentorum a quibus tenent res prædictas, et versa vice domini Facheriis, qui tenent res prædictas pro eisdem, facere teneantur. Instrum. anni 1306. ex Archivo S. Victoris Massil. Armar. Massil. 1071 : *Habitatores et Facherii territorii supradicti. Massilienses vocant Préfachie eum qui facto pretio aliquid accepit. Occurrit passim in Statutis Massil. Vide Partionari.***

† FACHETA. Vide *Facha*.

† FACHIA, Silva ex arboribus incæduis, Gall. *Futaye*. Libertates S. Palladii in Bitur. ex MS. Coislin. n. 523 : *Item pro quolibet porco lactente, quem habebunt in dicto nemore, quod remanet ad Fachiam, solvant unum denar. Turon. ita tamen quod de quolibet porco lactente, quem habebunt in alio nemore communi et usagiario... nihil solvent. Vox ducta a Fagis. Vide Fagia.*

\* FACHILATOR, Fascinator, præstigiator. Stat. eccl. Castrens. ann. 1358. part. 2. cap. 10. ex Cod. reg. 1592. A. : *Statuimus insuper quod rectores... denuncient*

omnes et singulos parochianos suos usurarios, concubinariis, sacrilegos, divinatores, Fachilatores et maleficos. Vide supra *Faccinerius* et infra *Falchilla*.

\* **FACHINATIO**, pro Fascinatio. Stat. S. Flori MSS. fol. 59. v. : *Divinationes, sortilegia, Fachinationos, ... et alia quælibet consimilia, ... prohibemus. Fachurar, Prov. fascinari. Fachuras, Prov. fascinus, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.*

† **FACHINERARIUS**, Fascinator, sortilegus, præstigiator, Occitanis *Falchiner*. Statuta Eccl. Biterr. ann. 1342. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 651: *Item, incantatores, augures, sortilegos et sortilegas, aruspices, vel divinatores et maleficos... quos vulgariter Fachillners appellamus.* Statuta Eccl. Nemaus. ejusd. tom. col. 1036: *Item Fachinerari et divinerarii, auguratores et facientes experimenta diabolica, etc.*

\* **FACHINUS**, Ital. *Facchino*, Bajulus, gerulus. Correct. stat. Cadubr. cap. 40: *Non audeant nec debeant Fachini, vel alii mercarii ire per contractam Cadubrii vendendo merces, etc.* Ubi *Facinus*, idem qui nostris *Porteballe*, Minutarum mercium bajulus. Haud scio an huc spectet vox *Fachart*, in Lit. remiss. ann. 1480. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 570: *Le suppliant dist à icellui Gerard qu'il n'estoit que ung Fachart.* Forte idem quod *Facheux*, importunus, odiosus.

\* [« Fratres Araceli noluerunt illud (corpus civis Januensis) portare, asserentes se non esse *Fachinos* et cardinales duntaxat portare. (Diar. Burchard. ed. *Thuasne*, II, 50, an. 1493). »]

1. **FACIALIS**, FACIALE, Orarium, linteam tenue, quo facies extergitur. Gloss. Lat. Græc. : *Faciale, προσώπιον*. Item, ἄδς προσώπιον, da *Facialem*. Colloquium Scholasticum, ἑστραπ, προσώπιον, ποδεμάγιον, λήκυλλον, strigilem, *Facialem, pedulem, ampullam*. Hypomnesticum de Anastasio Apocrisiario, inter Anastasii Bibl. Collectanea pag. 259: *Donata etiam particula sancti orarii, id est, Facialis, quæ sibi fuerat ab eo dimissa.* Martyrol. vetus in S. Timotheo: *Ut cognosci nequirent, Facialibus velantes facies.* Versus inscripti Phylacterio, apud Hermannum lib. 3. de Miracul. S. Mariæ Laudun. cap. 1:

Spongia, crux Domini, cum sindone, cum Faciali  
Me sacrat, atque tui genetrix et virgo capilli.

Φακελίον, Græcis recentioribus. Gloss. MS. Reg. Cod. 930: ἑστραπ, ἑστραπ, ἑστραπ, καὶ τὸ θρέπανον, καὶ τὸ φακελίον. Pallad. in Hist. Laus. : Οὐκ ἄθάνην ἐφόρεσεν ἐκτὸς φακιάλιου. Adde Nomocanonem editum a Jo. Bapt. Cotelero cap. 50. et quæ ibi observat vir doctissimus, ut cæteros Glossographos.

\* 2. **FACIALIS**, Ad faciem spectans. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1334: *Hic (Benedictus XII.) decretalem edidit quæ incipit: Benedictus Deus in donis suis, ad decisionem quæstionis inter theologos diuicium agitata de Dei Faciali visione sanctorum et aliorum beatorum ante diem iudicii.*

**FACIALITER**, Secundum faciem. Stephan. Juliacus in Vita B. Coletæ n. 3: *Intuebatur vero Facialiter duobus decorata coloribus, albedine scilicet et rubeidine.* [Facialiter notus, in Lexico Phil. Goclenii.]

\* **FACIBILIS**, Qui fieri potest. Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 136. r. col. 2: *Licet præmissa difficilia sint, sunt tamen Facibilia, sicut credit, si fuerint cum diligencia prosequata.*

† **FACIENDA**. Vide *Fazenda*.

\* [« Et accipio de Poncio monacho propter hujus terræ *Faciendam* xxxv. solidos de denariis Pictavinos et unam mulam ad præstandum Rome. (Cart. Conchar. Ruthen. p. 53, an. 1076). »]

1. **FACIES** ECCLESIE, Ostium, limen. Willelmus Neubrigensis lib. 3. cap. 26. de Alienora Aquitana Henrici III. Regis Angliæ conjugæ: *Solutamque a lege prioris viri, in Facie Ecclesie, quadam, ut ita dicam, illicita licentia, ille mox suo accivit conjugio.* Formula nostris trita: *Se marier en Face de sainte Eglise.*

† 2. **FACIES** pro *Fascia*, Tæniola transversa scuti gentilitii, Gall. *Fasce*. Diploma Maximiliani Augusti, quo Episcopum Cameracensem Ducem creat, inter Instrum. tom. 3. novæ Gall. Chr. col. 8: *Videlicet scutum quadripartitum habens in superiori dextra et inferiori sinistra, in campo argenteo tres Facies rubeas, latas, manubriis brevibus rubeis.*

† 3. **FACIES** GLADIJ, ut in sacris Scripturis *Os gladii*, *Acies*, Gall. *Fil de l'épée*. In *Facie gladii ceperunt* (civitatem) in Ogerii Panis Annal. Genuensibus ad ann. 1204.

† **FACIES** RASPATA, Præ ira rugis sulcata. Chronic. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 560: *Dux autem ipse, quia juvenis fortis erat et levis, visis insidiis suæ mortis, viriliter manibus se defendens, atque horribilibus vocibus, evasit manus illorum, excussis crinibus aureis et Facie raspata.* Vide *Raspere*.

\* **FACIETAS**, mendose pro Societas, in Lit. Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 186. col. 2: *Ut dum Facietates quæstusque in Italia surgere contigerit, se mutuo... coadjuvent ad exterminandum congregationes hujusmodi.*

† **FACIETERGUM**. Vide *Facitergium*.

\* **FACILETUM**, ut *Facitergium*, Mappa, qua facies tergitur, in Act. MSS. monast. S. Arbogasti Argent.

\* **FACILIS**, Præcepis, inconsultus, ingenio fervidus. Greg. Turon. Histor. lib. 2. cap. 27: *Unus levis, invidius ac Facilis, cum voce magna, elevatam bipennem urceo impulit, etc.*

† **FACILLA**, Falcula, Gallis *Faucille*. Privilegium Ledwini Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. e Chartulario V. ejusd. Abbatis pag. 243: *Qui vendit hastas, in anno 1. hastam; qui Facillas vendit, in anno 1. Facillam; qui ferrum palatum, in anno 1. ferrum.* Catalecta veterum Poetarum de pictura mensium:

Augustum penitus torret Phaetontius ardor,  
Quam recreat fessum gello, Facilla, melo.

Sic legendum puto, non *tabella* pro *Facilla*, ut emendat Grævius ad Glossas Isid. in vocibus *Baucatem* et *Gellonem*.

**FACILLARE**. Vita S. Deicoli Abbatis Lutrensis n. 35: *Cumque nefas tale crederet, et nemo esset, qui Facillaret, quasi licenter miserum caput tanto utebatur incestu.* Ubi Bollandus, *Facillare, est quasi fauces aperire, i. cum nemo esset, qui de his ne quidem hiscere auderet.* [A *Facilla* dictum puto *Facillare*, quod sit quasi *Facilla* secare, unde *Facillare* eo loci resecare facile interpretaretur, i. cum nemo esset, qui exortum malum strenue compesceret.] Alias *Facillare, est strangulare, sive fauces opprimere, [a fauce quasi Facillare. Gloss. Lat. Græc.: Facillare, στραγγαλισαι.]*

† **FACILLATURA**, Omne segetum genus *facilla* secatum. Engelb. Maghe in Chronico Bonæ-Spei pag. 124: *De Facillatura*

*fratres de Corires de messoribus suis duas partes eidem Gillardo dabunt et tertiam sibi retinebunt.* Ibidem pag. 176. in Sententia arbitrali: *Des debas ki estoient entre seigneur Nicholon... l'Abet et le Convent de Bonne-Esperance... des deux parties dou Facillage de ces terres.*

**FACILUS**, FACULUS. Testamentum S. Everardi Comitis apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 21: *Spatham unam cum aureis hilois, et cuspidē aurea, et Faculum unum de auro et gemmis, baltheum unum, etc.* Infra: *Spathas duas, unam cum hilois argenteis et aureis simul, Faculum de argento et auro unum, baltheos, etc.* Mox: *Alterum Faculum cum gemmis aureum.* [Faculum interpretantur Pugionem, Gall. *Poignard*. Vide ejusdem Miræi Diplom. Belg. edit. 1723. pag. 21.]

**FACIMA**, FAVENA. Charta ann. 1207. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacr. pag. 594: *Si ipse Presbyter 8. Facimas de musto et puteolo minus ab eodem Monasterio habuerit, ... liceat ipsi capere de rebus ipsius Monasterii, quantum minus fuerit ipsius 8. Favensis de musto et puteolo, etc.*

† **FACINA**. Litteræ Archiepiscopi Ebrerdun. ann. 1290. Hist. Delph. tom. 2. pag. 54: *Concedimus Bonino Meynerii et Johanni Boni de Bergamo, ad fodiendum et operandum quandam argenti fodinam... ut menam, quam inde extraxerint, possint et debeant ducere in terram nostram et non alibi, et facere fornellum, molendinum, et etiam Facinam suam in territorio Ciliaci... et operari et affinare ipsam menam, et fundere et probare expensis suis propriis.* Legendum foret *Fabrina* vel *Fabrica*, Gall. *Forge*: haud scio tamen an mendum sit, cum

† **FACINARIA**, Eadem notione, ut videtur, occurrit in Chartular. S. Sulpitii Bituric. f. 27: *Cum cazis, casualibus, curtifaris, vineis, campis, pratis, pascuis, officinis, Facinariis.* At f. leg. *Farinariis*.

\* **FACINORITAS**, f. pro *Facinorositas*, Scelus. Lib. 1. rer. Danic. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. MSS. pag. 127: *Aecusari curavit legitimis modis archiepiscopus Upsalensem gravibus irretitum criminibus, depositione dignis, convictum, aut Facinoritate, aut aliis competentibus viis, quibus possunt crimina inclarescere.*

\* **FACIO**, pro *Factio*, fabrica. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Item quærendi assellas cum merreno, pro Facione portæ grancharie.* Vide *Factio*.

\* **FACIOLA**, [Ora vestimenti. DIF.]

\* **FACIOLUS**, Leguminis species, phaeolus, Ital. *Fagiolo*, Barel. serm. in Septuag. fol. 2. v. col. 1. edit. ann. 1527: *Nepos unius cardinalis ingressus ordinem grossa legumina et male condita comedit; dum interrogaretur a cardinali quid comedisset per multos dies, fabam, inquit et Faciolas.*

† **FACIONARIUS**, συσκευαστής, in Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Laurentio in Amalthea *Facionarius*, idem est qui *Factiosus*. Vide *Factionarii*.

\* **FACIONATUS**, Polonici fori vox. Stat. confirm. ann. 1505. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 330: *De termino facietenus, alias Facionato. Item terminus facietenus datus, alias qui Facionatus dicitur, in una septimana dari debeat, sic dum res aliquæ arrestantur cum ministeriali, tamen si non restituit ille apud quem fit arrestatio, ponit terminum ministerialis illi, apud quem est arrestatio facta, comparandi coram capitaneo in una septimana. Citatio seu in jus vocatio videtur, quæ personam citatam alloquendo fit,*

non scripto; aut ita ut ipse per se respondere teneatur. Vide in *Citatio*.

† **FACISTERGULUM**, **FACISTERGIUM**. Vide *Facitergium*.

† **FACISTOLIUM**, **FACISTORIUM**, ab Hispano *Facistol*, Pluteus, analogium, Gall. *Pupitre*, *Lutrin*. Synodus Mexicana ann. 1585. in Conciliis Hisp. tom. 4. pag. 384: *Cujus* (Cantoris) *in Facistolio cantare et servitores Ecclesie cantare docere... officium erit*. Ibid. pag. 398. jubetur *canenda ordinato ad id Facistorio praevideri*. Occurrit *Facistorium* apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 275. sed pro sella plicatili, Gall. *Fauteuil*. Vide *Faldistorium*.

\* Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unum Facistorium parvum de ebano, quod jungitur simul, sicut una tabula*.

**FACITERGIUM**, **FACISTERGIUM**, etc. Isidorus lib. 19. cap. 25. et ex eo Papias: *Facitergium et manutergium, a tergendo faciem, vel manus, dictum*. [Papias MS: *Facistergium, a tergendo faciem, linei panni esse solent*.] Willel. Brito in Vocab. MS: *Sudarium dicitur Facitergium, quo sudorem extergimus a facie*. Joan. de Janua: *Facitergium, i. togilla, sive parvulum gausape ad tergendum faciem*. Gl. Lat. Gall.: *Facitergium Touaille*. [in Sangerm. *Touaille à torcher la face*.] Itali *Fazzoletto*, linteum tegendae faciei dicunt. Theodulfus lib. 1. Carm. pag. 139:

Quo facies humore levi palmasque solemus  
Tergere, quis dandum textile munus habet.

Regula S. Isidori cap. 14. de supellectile Monachi: *Stratus erit storea, et stragulum, pellesque lanatae duae, galnabis quoque et Facistergium, geminusque ad caput pulvillus*. Fortunatus in Vita S. Rade Gundis cap. 2: *Facistergio jacentem pulverem colligens*. Gregorius Turon. de Vitae Patrum cap. 8: *Facitergium dependentibus villis intextum, quod Sanctus super caput in die obitus sui habuit*. Adde Regulam Magistri cap. 17. 19. 81. Regulam S. Cæsarii ad Virg. cap. 42. Codicem Epistolarum S. Bonifacii Archiep. Mogunt. Epist. 157. etc. [\* Germ. super. *Fazeletlein, Fatzolin, Falscheinlein*, est Mappula. ADEL.]

† **FACIETERGIUM**, in Vita S. Nicetii, April. tom. 1. pag. 98.

Inter vestes sacras etiam vulgo ponitur in Chronico Fontanellensi cap. 16. in Hist. Episcoporum Autisiod. cap. 44. in Charta Hugonis Ducis Burgundiae ann. 1077. quae exstat in Spicilegio Acher. tom. 6. in Testamento Riculfi Episcopi Helenensis ann. 915. apud Baluzium, in alia apud Antonium de Yopez in Chron. Ord. S. Bened. tom. 5. pag. 425. etc. [Chartularium V. S. Vedasti Atrebat. pag. 200: *Duo pallia aurea et Facistercium aureum*. Et infra: *Dalmaticæ VIII. Tunice Subdiac. XI. Facistercula tria et duo Offertoria opere plumario*.]

† **FACTERDIUM**, eadem notione. *Pallia XXI. pallam I. Facterdia de serico oserosa XXIV*.

**FACISTERGIUM**, pro quavis mappa, etiam altaris, usurpat Helgaudus in Roberto Rege Franc.: *Facistergio altaris proximo operit, simul cum cypho, etc.*

**FACITERGULA**, idem quod *Facitergium*, Mappa. Historia de Fratribus conscriptis: *Pulpitum etiam Facitergula cocco imaginata circumdari jussit, gradusque ejus tapetio velari*. Hariulphus lib. 3. Chronic. Centul. cap. 8: *Capellum auro paratum I. ex pallio I. Facistercula 2. cappæ 377*. Translatio S. Liborii Episcop. Cenoman. cap. 24: *Rap-*

*tis feminarum Facitergulis eam contegere*.

**FACITUS**, pro *Factus*. Charta Jacobi Reg. Arag. ann. 1326. [Spicil. Acher. tom. 8. pag. 279]: *Extunc dicti mercatores non expectata seu obtenta requisitione aliqua, seu Facita, a vobis vel vestris officialibus nobis facienda, aut facita iustitia, etc. Facitore, pro factore, dicunt etiam Itali*. Vide Pergaminum in *Fare*. *Facitur*, pro *fit*, dictum ab antiquis observat Nonius cap. 10. n. 19.

† **FACIUM**, Fascis, fasciculus, Gall. *Faisceau, Botte*. Conventio inter Guillel. et Petrum Ricardi cum Abbate Psalmodii ann. 1215: *Illi qui veniebant causa accipiendi levatas, debebant afferre triginta duas libras panis et unum baral plenum vini, et unum Facium porrorum, et unam eminam fabarum nigrarum*.

\* 1. **FAÇO**, Fax, ut videtur. Testam. Galth. comit. Brenæ ann. 1309. ex Bibl. reg.: *Item ecclesie B. M. Virginis de Casali legamus..... unum cereum centum rotulorum cereæ et unum Façonem cereæ*.

\* 2. **FAÇO**, a Gallico *Façon*, Opificium, artificis opera, ut infra *Factio* 4. Comput. MS. ann. 1289: *Pro Façonem robarum et capparum suæ familie in Pentecostes, etc. Façon, Vectem sonat, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 136: *Icellui Vincent print la Façon ou petit levier du char, etc.* Pro facie occurrit in Poem. Garini:*

Mes li dus à la clere Façon.

\* **FACTACALIA**, an Permutatio? Charta ann. 1247. ex Chartul. Raym. VII. comit. Tolos. pag. 104: *Servitia, homagia et Factacalias, emptiones et pignora, etc.*

\* **FACTALE JUDICIUM**. Vide in *Judicium*.

† **FACTERDIUM**. Vide *Facitergium*.  
† **FACTIBILE**, Quod potest fieri, Gall. *Faisable*, apud Leibnitium tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 899.

**FACTIOSOSUS**, *Dædalus*, πολυμήχανος, Gloss. Gr. Lat. [Promtus ad multa machinanda.]

1. **FACTIO**, Malitia, unde *Factiosi, malitiosi*, in Glossis MSS. Jo. de Janua: *Factio, actus faciendi, vel facta actio. Cum enim aliquis fingit se aliquid facere causa commodi alicujus, et facit, ut incommodet illi, Factio proprie dicitur: unde et Factio dicitur proditor, unde Factiosus, qui fingit se facere, ut prosit, facit tamen, ut noceat, unde et Factiosus dicitur proditor. Fautio et Fautiosus, a Faveo, aliud significat*. [Capitul. lib. 6. num. 384: *Si quis scelerata Factione facultatem deprædationis dederit, vel si quis factam dividerit, vivus comburatur*.] Gloss. Gr. Lat.: *Factiosus, νεωτεριστής. Factionem, συσκευή. Aliud Gloss.: Factio, σκευωρία, συσκευή*. Glossæ MSS. ad Concilium Carthaginense cap. 10: *Querimoniam, querelæ, id est, maleficia, Factio. Vide Festum*.

2. **FACTIO**, Leges Inæ Regis Westsax. § 30. apud Brompton.: *Qui furem ceperit, habeat inde 10. sol. .... et parentes ejus abjurent ejus Factioni*. Et § 78: *Non cogatur liber cum servo cognitionem solvere, nisi velit eum Factione liberare, nec servus cum libero*. Quibus locis Editio Saxonica Lambardi fæh þe habet, quod idem sonat ac feida, faida, guerra. Leges Henrici I. cap. 70. iisdem fere verbis: *Non cogitur liber cum servo negildare, nisi velit ei Factionem facere, nec servus cum libero*. Concilium Duziacense I. pag. 224. Edit. Cellotii: *Eam sua Fac-*

*tione et quasi per forciam, et non per justitiam vindicare curavit*. Henricus Rosla in Herlingsberga:

Tum bene conjectans, quod ei nova Factio surgat.

Quod vero *Factio* hic vocatur, *factio* dicitur Sugerio in Ludov. VI. cap. 16: *Interim ad Regem mittunt Ludovicum, Factionem significant, et quid super his præcipiat, consulunt*. Idem cap. 20: *Hosies, cognito ejus adventu, mirabantur Factionem adeo celeratam ei innovasse*. Ubi *factio* et *factio*, ejusdem videntur originis, et sonare non favore ac animi consensum, qui alicui impenditur, sed faidam, seu capitalem inimicitiam, in Legibus Henrici I. Reg. Angliæ cap. 88. legendum *Factionem*, eadem notione, pro *fractionem*: *Et portet Factionem erga cognitionem, i. faidam*. Vide *Doubletum* in Hist. San-Dionys. pag. 826.

**FAUTIOSUS**, Defector, qui a principe suo deficit. Sugerio in Ludovico VI. cap. 7. de Thoma de Marna: *Ipse, qui dicebatur pater ejus, Engerrannus de Bova,.... illum de castro egicere ob ejus Fautiosam tyrannidem moliebatur*. Et cap. 16: *Cujus Fautiosi diis et hominibus exosi oppidi possessor Guido, etc.*

3. **FACTIO**, Corvata, exactio operarum. Charta Mathildis Comitissæ apud Ughellum tom. 2. pag. 217: *Quod de nostris arimannis de Monticulo nullos alios usus, vel Factiones deinceps requisierit*. [Eadem notione usurpari videtur vox *Faisances*, in Consuet. Norman. cap. 93.] Vide *Faucio*.

\* Item, Tributum, vectigal, Ital. *Fazione*. Charta ann. 1115. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 318: *Ego jam dictus Fulcus marchio nullam in meam, nec in meis hereditibus reservo potestatem ibidem hospitandi, seu aliquam Factionem faciendi quovis modo; sed sit libera et absoluta a nobis ab omni angaria et servitute*. Stat. Mutin. rubr. 49. pag. 10. r.: *Quod potestas sive rector civitatis Mutinæ teneatur compellere omnes laboratores possessionum, quas ipsi habent, ad faciendas Factiones antedictas (scilicet pontes, stratas) et præstationes civitatis Mutinæ, quas cives faciunt de suis possessionibus*. Correct. stat. Cadubr. cap. 72: *Mandamus quod quicumque civis..... se absentaverit de territorio Cadubrii et ejus districtu per sex menses continuos, et non substituerit onera omnia et Factiones, quæ et quas alii cives et vicini substinent, etc.* Vide infra *Fesancia*.

† 4. **FACTIO**, Fabrica. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. xxxvi: *Annis singulis rationem reddere constringetur de his quæ in Factione sive reparatione armorum fuerunt expensa*.

\* Opificium, artificis opera. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 143. v.: *Qui Nicolaus Martini clocherius dedit ecclesie Factionem campanæ canonicorum ipsamque campanam reddidit factam in mense Augusti anno 1437*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item pulcra mitra broderix de nova Factione ad perlas et gemmas*. Vide supra *Fago* 2.

† 5. **FACTIO**, Facinus pravum, delictum. Vita S. Godebertæ Virg. April. tom. 2. pag. 33: *Adiciebat etiam Petri negationem, Latronis in cruce confessionem, lugubrem peccatricis Mariæ lamentationem, quam facile lacrimis penitentibus Factionum suorum promeruerint remissionem*.

\* 6. **FACTIO**, Concessio, pactum, contractus. Charta ann. 893. apud Murator.

tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 926: *Interrogavimus... ut si aberent aut præceptum vel iudicatum aut testem, vel qualibet Factionem, quod ipse monasterio S. Petri pertineret ad parte S. Antemi, ita ostendere. Qui et ipsi partem una cum ipso abbate refutaverunt et dixerunt: Certe nec iudicatio, nec præcepto, nec ulla Factionem, necque per nulla rationem non habemus. Vide Factum 2.*

\* 7. **FACTIO**, Forma, effigies, Ital. *Fazione*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item caput S. Blasii repositum in Factione episcopi mitrati. Ibidem: Item unum sanctuarium de S. Martino in Factione militis equitantis. Ad instar unius hominis equitantis, in Inventar. ann. 1363. ibid. Aliud Gallicum: Item un sanctuaire de S. Martin fait en façon d'un ymage qui chevauche.*

**FACTIONARIUM**, Qui factionibus Circorum præerant: *δημαρχοι*, Byzantinis Scripторibus, *factionum domini*, Lampridio. Gloss. Gr. Lat.: *Ὁ τάγματος ἡγούμενος*, *Factorarius*. Gloss. Lat. Græc.: *Factio, τάγμα*. Hac notione usurpat lex 1. Cod. Th. de Equis curul. (15, 20.) Est etiam in eodem Gloss. *Factionarius*, *συσκευαστής*, factiosus, qui alteri negotium facessit. Vide Bulingerum lib. de Circo cap. 47.

† **FACTIOSUS**, Malitiosus. Vide *Factio* 1.

\* **FACTITAMENTA**, **FACTITATIO**, **FACTITATOR**, **FACTITIUS**, apud Tertullianum. Vide *Forcellinum*.

\* **FACTITATIO**. [Actus factitandi, ut *Factitatio* corporum, apud *Tertull. advers. Hermog.* 31. et 32.]

\* **FACTITATOR**. [Qui factitat. *Tertull. advers. Prax.* 18. Idolorum factitatores atque cultores. Adde *Apolog.* 21.]

\* **FACTI-TECTA**, pro Sarta-TECTA. Helg. Flor. Epit. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 110: *In meliorandis a se monasterii Facti-TECTIS, etc.*

† **FACTIVUS SERMO**, Practicus, actione suffultus, in Vita S. Catharinæ Senens. tom. 8. April. pag. 879.

1. **FACTOR**, in Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. est *Dictor*. Alias

**FACTOR**, est idem ac *fautor*, qui alicujus partibus favet. Aimoinus lib. 3. de mirac. S. Bened. cap. 6: *Id (castrum) Geraldus quidam partibus favens Adhemarianis tenebat, exclusis Factoribus Hugonis, qui partem ejusdem Castris ab Adhemario sibi præreptam non mediocriter indignabatur. Hugo Flaviniac. in Chron. pag. 193: Perpetuo anathemate cum suis auctoribus, Factoribus, sequacibus a luminibus sanctæ Ecclesiæ separatus, etc. Nangius in Chr. ann. 1265: Multique alii heretici et Factores eorum gladio anathematis feriuntur. Adde Historiam Cortusior. lib. 9. cap. 2. et lib. 11. cap. 6. Vide *Fauctio*.*

\* **FACTOR**, Creator. *Rerum Factor*, *Walthar.* vers. 1161. *Factor omnipotens*, *Ecbas.* vers. 383. *Factor solis*, apud *Coprippum* de Laud. Just. lib. 1. vers. 340. *Factorem elementa tremiscunt*, *Johann.* lib. 1. vers. 288. Adde lib. 3. vers. 125. etc. Occurrit etiam ap. *Tertullinum* et *Salvianum*. Vide *Forcellinum*.

\* 2. **FACTOR**, Qui res alterius agit, vel ejus nomine administrat, Ital. *Fattore*; unde *Factorius*, ad hujusmodi procuratorem spectans. *Charta* ann. 1482. apud *Murator.* tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 226: *Volentes disponere de bonis et rebus dicti hospitalis pro libito eorum et contra voluntatem dicti rectoris et Factorum suorum.* *Formul.* MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 17. rº.: *Gaspar mercator,*

*Factor et procurator seu negotiorum gestor nobilis viri Melchionis, nomine Factorio antedicto fecit et constituit, etc.*

**FACTORES**, Procuratores mercatorum, Ital. *Factori*, nostris *Facteurs*. Vide *Drapperius* in *Drappus*.

\* *Privil.* *Rupel.* ann. 1372. tom. 5. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 574. art. 12: *Mercatores burgenses et ipsorum Factores, familiares, etc. Faiteurs*, in *Lit.* ann. 1364. tom. 4. earumd. *Ordinat.* pag. 432. art. 27.

**FACTORES SCLELERIS**, apud *Ulpianum, ut est in *Pandectis Florent.* pro *fautores*, et *Baldricum Noviom.* lib. 1. cap. 61. *Factores*, nude, in *Consuetud. Hanoniensi* cap. 32. 33. etc. *Faiteultz*, in *Magno Recordo Leodiensi* pag. 55. qui crimem perpetrarunt. *Concilium Silvanectense* ann. 990: *Eos quoque, qui hujus traditionis fuerunt inventores, auctores, Factores, cooperatores, etc.* Ita usurpant lex 6. D. de *Re militari* (49, 16.) et lex. solent. D. de *Custod. et exhib.* (48, 8.)*

\* *Faituelles*, eodem intellectu, in *Charta* ann. 1424. tom. 2. *Hist. Leod.* pag. 446: *Et nientmoins que les Faituelles soient tenus de relivreir celle filhe de-seagié saine et salvé.*

† **FACTORIA**, Quæstorium, fiscus; Ital. *Factoria*, Quæstoris munus. *Parisiis* de *Cereta* in *Chron. Veron.* ad ann. 1277: *Eorum bona confiscata fuere cameræ seu Factoriæ Dominorum de Scala.*

\* **FACTORIUS**. Vide supra *Factor* 2.

† **FACTUARIUS**, *Factor*, agens, procurator. *Charta Henrici Regis Angl.* ann. 1402. de solutionibus propter nuptias *Blanchiæ filiæ suæ faciendis*, apud *Rymerum* tom. 8. pag. 238: *Ut intioiores ac ferventiores Reddituarii pariter et Factuarii nostri sint ad solvendam summam quadraginta milium Nobilium prædictam.*

1. **FACTUM**. Sic appellata, ut auctor est *Sirmondus* in *Notis* ad *Sidonii Epithalamium Polemii*, *Constitutio quædam Honorii et Theodosii Augg.* ad *Agricolam Præf. Pr. Gall.* in *Codice Autisiod.* quæ ab *Hincmaro Edictum* dicitur. Vide quæ de hac voce observat præterea *Salmasius* ad *Capitolinum* pag. 259. ubi *Factum* idem esse, quod *πραγματῆς* Græcis, seu *Pragmatica Constitutio*, argute docet.

2. Solitæ autem sunt *Pragmaticæ* istiusmodi sanctiones, non nisi in publicis causis fieri, ad præces civitatum et provinciarum et ad suggestionem pleurumque *Judicum* et *Præsidum provinciarum*: sicque dictæ sunt, quod longo tractatu et consilio habito solemniter et multa verborum dissertatione formarentur; qua ratione quidquid fit, Græcis *πραγματῆρον* dicitur. Sic *Constitutionis Fl. Constantini Tyranni*, qua sanxit ut vii. provinciarum *Galliæ* conventus *Arelati*, *Imperii* tum sede, agerentur quamque primus in *Ausonianis* *Lectionibus* vulgavit *Scaliger*, inscriptionem in scripta scheda hanc fuisse testatur ad *Symmachum Juretus*: *Factum Fl. Constantini ad Agricolam Præfectum Præf. Galliarum*. Plura vide apud *Salmasium* in *Notis* ad *Vitam Gordiani*. Hæc ex *Hofmanni Lexico*.

2. **FACTUM**, Inquit *Spelmannus*, a *Fo-*rensibus *Anglicis* dicitur scriptum solenne, quo firmatur donum, concessio, pactum, contractus, et hujusmodi: alias *charta*, instrumentum contractus in scriptis conceptum, aut in scripta redactum, apud *Cowellum* lib. 3. *Instit.* tit. 22. § 10. *Monasticum Anglicanum*

tom. 2. pag. 246: *Prædictus vero Willelmus postea per concordiam quietum clamavit libere et pacifice ab omni servitio dictam advocatiam,..... ut patet per Factum suum.* [2º Placit. *Pasch.* ann. 8. *Edw. II. Kanc.* rot. 13. in *Abbrev. Placit.* pag. 320: *Ricardus cognovit prædictum scriptum esse Factum suum, et non ostendit aliquod Factum speciale, quin Joanni in prædicto debito debeat teneri nisi quod prætendit prædictam verificationem, quæ in casu isto contra prædictum Factum non est admittenda, etc.] Vide *Indentura*.*

† 3. **FACTUM**, *Facti* seu *litis* expositio, vox *Practica* nostris notissima, de qua sic *Cl. Dom. Fleury Hist. Eccl.* lib. 98. tom. 20. pag. 839. ubi de *Urbani VI. Papæ* adv. *Clementem VII.* defensione ad *Castellæ Regem*: *Nous avons ce Factum du Pape Urbain assés conforme au recit que j'ai fait de son election, et c'est la premiere fois que j'ai trouvé le mot de Factum employé en ce sens.*

† 4. **FACTUM**, *Territorium*, prædium. *Venditio* anni 1408. in *Archivis D. Marchionis de Flamarens*: *Vendendo dederunt... Bernardo de Gorsolis... Factum quod dicitur de Sentis... cum terris, pratis, nemoribus et cum eorum jurisdictionibus et pertinentiis.* *Recognitio* facta per *Templarios Abbatii Psalmidii* ann. 1265: *Recognoscimus vobis totum Factum seu affare de la Venne.* Hoc est, *Recognoscimus nos a vobis tenere prædictum seu feudum de la Venne.* Vide *Factus*.

\* *Idem* quod *Affare*. *Charta* ann. 1267. in *Reg. 4. Armor. gener.* pag. 2: *Raymundus de Rastello et dom. Bertrandus de Ayrolis taliter convenerunt se in simul de venditione, quam fecerat Raymundus. Ruphus de Condorseto de Facto seu affari bastidæ de Costacalida.* *Testam.* *Rostagni de Prato Comit.* ann. 1429. *ibid.* in *Reg. 3. part. 2.* pag. xxxiv: *Item plus lego eidem Alsiacio totum Factum meum et hæreditatem, quod et quam habeo et possideo in loco de Montebercherio..... Volo et ordino quod dictum Factum et hæreditas supra, etc. Faire, Actum, factum, in Lit. remiss. ann. 1411. in *Reg. 165. Charthoph. reg. ch.* 145: *Je vueil bien que chacun sache que je fais ce Faire. Faisance* vero et *Fesance* usurparunt nostri, ut tempus, quo aliquid factum est, designarent. *Lit.* ann. 1360. apud *Marten.* tom. 1. *Ampl. Collect.* col. 1473: *Vous faisons savoir que à la Fesance de cestes, nous estiens tout sains et en bon point.* *Epist. Joan. le Maingre* ann. 1407. apud *eumd.* *Marten.* tom. 2. *Anecd.* col. 1331: *Après font mencion vos distes lettres de vostre avènement à Rome, et que encore à la Faisance d'icelles vos distes lettres, n'avez fait révérence à Gregoire.**

† 5. **FACTUM**, *Expeditio* *militaris*. Hoc significatu *Factum Vasconia* legitur apud *Rymerum* tom. 1. pag. 589. col. 2.

† **VIA FACTI**, *Gall. Voie de fait*, *Vis* illata, seu violenta et coacta cum aliquo agendi ratio. *Omnia facta guerræ, inimicitæ et Viæ facti cessabunt*, apud *Rymerum* tom. 13. pag. 746. col. 1.

† 6. **FACTUM REI ALICUJUS**, quod ad eam rem attinet, ut *Gallice* dicimus, *En fait de religion, En fait de politesse.* *Chronic.* *Richardi* de *S. Germano*, apud *Murator.* tom. 7. col. 130: *Factum canapis omnino remittitur. Vendentibus vinum sive ad minutum sive ad grossum, nihil requiritur.* Hoc est, quod spectat canapem, omnis exactio remittitur.

† 7. **FACTUM**, *Rei alicujus conditio*,

status. Charta ann. 1310. ex Schedis Præsid. de *Mazaugues*: *Cum ipsæ ignorent Factum et qualitatem dictarum recognitionum*. Galli dicimus *le Fait et la qualité*.

FACTA ARMORUM, *Hastiludia, Torneamenta*; *Gallis, Faits d'armes*. Jo. Brompton. in Ricardo I. pag. 1261: *Rex Ricardus, in Angliam transiens, statuit Facta armorum, quæ vulgo Torneamenta dicuntur, in Anglia exerceri*.

FACTA MANUALIA, in Regest. Cameræ Comput. ann. 1358. fol. 100: *Ad facta manualia procedentes in dicta rixa; hoc est, ad vim manifestam*.

IN FACTO ESSE, Gall. *Etre au fait*, Rem apprimè scire. Julian. Cæsar. Card. Epist. ad Eugenium IV: *Quanto fuisset consultius intimare mihi prius ista, qui sum hic in Facto, ut postea Sanctitas vestra avisata de omnibus maturius deliberaret*.

1. FACTURA, *Creatura*. Sedulius lib. 1. Paschalis operis de Deo:

... Cui convenit unam  
Facturam servire suam.

[Otto Frising. Episc. lib. 1. de Gestis Friderici I. Imp. cap. 5: *Non enim hic ad effandum de theologica et ineffabili generatione seu natiuitate attollimur, sed tantum de ea quæ a Philosophis genitura, a nobis Factura, seu creatura dici solet, disputationem instituiimus*.] [\* Vide Tertullianum de anima cap. 4. Occurrit hæc vox pluries apud Mar. Mercatorem pag. 42. 276. 312. in hæreticorum quos refellit dictis, ubi de filii ex patre et spiritu sancto processione agunt.]

2. FACTURA, *Forma*. [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Factura, fuiture, forme*.] Anonymus Gromaticus: *Omnes limites maritimi aut Gallici in una Factura current*. Apud eundem. *Termini Factura tornatiles, i. rotundi, Lapilli Factura tornatiles, sive alia Factura breviores*. Ruricius Lemovic. Episc. lib. 1. Ep. 14: *Equum, qualem iusseras, destinavi, mansuetudine placidum, membris validum, firmum robore, forma præstantem, Factura compositum, animis temperatum, etc.* Adde lib. 2. Epist. 84. Itali *Fattezza* dicunt. Apud Claudium Corte Italum lib. 1. cap. 21. inscribitur *della forma et Fattezza del cavallo*. Ita *Fattura* Lanfranco Cicalæ Poætæ Provinciali, apud Joannem Nostradamum cap. 39. est egregia corporis compositio:

Nos miseri, lasciando fra le mura  
La bella spolia, che fra tante nata  
Al nostro tempo viste, o celebrate  
Non è, chi s'assomigli a tua Fattura.

Eadem notione *Faiture* dixerunt Poætæ nostrates. Le Roman d'Athis MS.:

Vers le Duc vint à grant alure,  
Bien le cognut à sa Fature.

Ibidem:

Ce est Athis le bien amé,  
Le preux, et le bien renommé...  
Au corps de tres bello Fature.

Hinc iisdem *Faitis* vel *Fetis* pro formosus, egregie compositus. Le Roman de la Rose MS.:

Les sourcils blancs et bien trets,  
Et les yeux douces et Fetis,  
Qui rioyent toujours avant  
Que la bouche le plus souvent.

3. FACTURA, *Alia notione*. Vetus Donatio apud Perardum in Burgundicis pag. 64: *Hanc donationem fecit... hoc est, per suum cultellum et Facturam, et per hoc pergamerum, etc.* [Suspensor legendum *Festucam*. Vide *Investitura*.]

4. FACTURA, Charta Henrici I. Fr. R. ann. 1057. in Hist. S. Mariæ Suesion. pag. 437: *Omnem autem justitiam, scilicet in Facturam, vicariam, et omnia ad justitiam pertinentia, etc.* Sed legendum *infracturam*.

5. FACTURA, *Merces operæ*, Gall. *La façon*, Quod pro re aliqua facienda solvitur. Computationes ann. 1270. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 411: *De Factura de LXXXVIII, march. in ollis et magnis scutellis XIX. lib. XVI. sol... de Factura ccclxxii. march. in parvis scutellis, etc.* Tabularium S. Vincentii Cenoman. : *Martinus... dedit in vadimonium Ingebaldo cerario suas vineas, tali tenore quod medietas vini esset pro Factura, (i. e. cultura, qua notione etiam dicimus *Façon de vignes*) dando decem solidos, et alia in precio census. Et ego Hugo Vicarius accommodavi Martino X. libras supra illam vineam quæ iuxta murum est, dando in unoquoque anno decem solidos pro Factura; et ita quod pro Factura habeam medietatem vini, et altera in precio census. Chartularium ejusdem Monasterii fol. 69: *Sed postquam molendinum erit factum, talem partem quam accipiam, talem ad Facturas molendini mittam*. Et fol. 119: *Eisdem Monachis eleemosinavi duo iugera terræ, quæ possidet Alesia Laraborie, habenda post mortem illius Alesie, et Facturam quam habebat illa Alesia in hortis de virgulto Monachorum*. An hic idem, an alius et quisnam sit intellectus oculatori definiendum relinquo.*

6. FACTURA, f. *Pictura textilis*, Gall. *Broderie*. Obituarium vetus FF. Minorum Claromont. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 727: *Dedit indumenta rubea de damasco completa, scilicet casulam, dalmaticas Diaconi et Subdiaconi, cum cappa processionali de eodem panno cyrico cum Factura et orficiis*.

7. FACTURA, *Sortilegium, maleficium, Italis Fattura, Incantatio*, Gall. *Charme*. Synodus Pergam. ann. 1311. apud Muratorium tom. 9. col. 561: *Aut incantationes, sacrilegia, auguria, vel maleficia, quæ Facturæ, sive præstigie vulgariter appellantur, vel invocationes daemonum pro futuris, vel jam commissis aliquibus præciendis*. Bernabæus Senensis in Vita S. Bernardi, Maii tom. 5. pag. 285: *Unde modo aliquo surgere non valebat absque duorum auxilio, et hoc malefica arte Facturæ, seu nromantia, debilitatus et paralyticus*. Et tom. 7. pag. 782. in Miraculis S. Ubaldi: *Benedico te, ô panis... ut sis destructio et annihilatio omnium Facturarum, ligationum, fascinationum et incantationum*. [\* Nostris alias *Faiture* et *Faicturerie*. Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 39: *Raymon... qui publiquement estoit renommé et diffamé de faire charmes, charoiz, sorceries et autres mauvestiez... mis certains sorceries, charoiz et Faitures soubz le sueil de l'uy de l'ostel, etc.* Aliæ ann. 1446. in Reg. 178. ch. 46: *Laquelle Jaquette et aussi son mari estoient notoirement et publiquement diffamez et accusez de cas de hérésie et Faicturerie, et avoir donné ou fait avoir plusieurs maladies à plusieurs personnes... par leurs sorceries et Faicturerie*. *Faicturier* Delphinatibus, *sortilegus, veneficus*. Vide infra *Fatuarii*.] Hinc.

FACTURARI, [Fascinari.] Processus ad Vitam S. Antonini num. 18: *Contigit lamaria lamis seu fascinari, vel Facturari factura demoniorum aut strigum, etc.*

FACTURIRE, *Cupere facere*. Odo de

varia Ernesti Baveriæ Ducis fortuna, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 361:

Hi (Panothi) sicas ad bella leves, acidoque ferentes  
Spicula felle lita, in Cyclopes plurima dama  
Fecerunt; Dux unde dolens, et supplice quæstus  
Regis Facturiens vindictam, deligit acres  
Mille viros, pergensque viam vix quinque dierum  
Illos invadit, etc.

Quidam verbum *Facturire* tribuunt Plauto, sed alii retinent *Factare*.

FACTUS, *Modus agri*. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 151. [\* 303. ex Capitul. pro pago Genomann. ann. 800.] : *Visum est nobis... statuere, ut quicumque de predictis hominibus quartam Facti tenet cum suis animalibus, Seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret*. Charta Caroli Calvi Regis Fr. ann. 22. regni Ind. 10. pro Monasterio S. Martini Turonensis ex 47. Regesto Tabularii Regii n. 136: *Quarum villarum nomina hæc sunt, id est, Burgagalus cum capellis et manso dominicato, et Factis nonaginta duobus, in quibus sunt colonie Cuciacus, et Areolus, Vicena, etc.* Occurrit ibi pluries. Charta ejusdem Caroli C. ann. 845. apud Bessium in Episcop. Pictav.: *In villa Bidisciaco casam dominicalem cum Ecclesia... et Factos 10... in villa Sion terram S. Circi Factum 1. aspicientem ad Bidisciacum... In Anadone Factos 5. in villa Fano Factum 1. et in Portiaco alterum*. Polyptychus Eccles. Floriacensis: *Habet in ipsa villa Factos, id est mansos, 60*. Vetus Charta in Actis Episc. Cenoman. pag. 235: *Quod nos concessimus Aciteo illo Facto, quem genitor suus Acibertus, qui vocatur Achita... tenuit, vel moriens dereliquit, usque annos quinque, ipse Achiteus de ipso Facto aliud exinde non reddat, præter tantum regaliam in campo dominico procurare faciat*. Occurrit etiam non semel in Tabul. S. Mauri ad Legerim. Vide *Facia*, [et Factum 4.] [\* Grimmius Antiq. Jur. Germ. pag. 538. mansos dictos esse factos ut dispositos, constructos, scribit, ita ut mansus factus opponeretur abso. Varroni factus est tanta olearum quantitas, quanta uno tempore et opere commolitur, vel centeni modii. Vide *Forcellinum*.]

FAGUL, *Facile*, Gloss. Sangerm. n. 501. Utitur Varro, ut et *Difficul* pro *Difficile*. Vide *Festum* et *Nonium*.

1. FACULA, *Jacobus Auria* lib. 10. Annal. Genuens. apud Muratorium tom. 6. col. 578: *Vel dicitur Janua a Jano Deo principiorum, qui pingitur habere duas facies, scilicet ante et retro, sicut civitas Januæ prospicit ante mare et retro terram; et dicitur habere duas Faculas, id est, duas partes, Oriens et Occidens, sicut civitas Januæ habet duas portas, scilicet portam maris et portam terræ*.

2. FAGULA, *Latinis, Tæda* ex arboribus pinei generis: recentioribus vero quivis caudex, stipes ad arandum; *Busche*. Capitulare de Villis cap. 62: *Quid de lignariis, et Faculis, quid de axillis, et alio materiamine, etc.* Marculfus lib. 1. form. 11. in Tractoria Legatorum: *Ideo jubemus, ut locis convenientibus eisdem a vobis evectio simul et humanitas ministraretur, hoc est, veredes seu paraveredos tantos, panis nitidi modios tantos, leguminum carra tanta, Faculas tantas, etc.* [\* Baluzius legit: *legumina, ligna, carra tanta, faculas tantas, itemque victus ad caballos eorum*.] Tabularium S. Remigii Remensis: *Sunt simul exceptis lignariis et carris, quæ in ipsis villis sunt, 867. Facularum, 977. pericularum circolorum, 156. scindularum, etc.* [Codex MS. Irminonis Abbatis Sanger-

man. fol. 60. v. col. 2: *Solvunt... ova xxx. aciculos c. et totidem scindolas, XII. doves, circulos vi. XII. Faculas.* Rursum legitur fol. seq. col. 2.] [\* Vide plura apud Guerdardum in indice, qui interpretatur *faculam*, Frustum ligni resinosi, in virgas tenues fissum, ad lumen faciendum, tædæ genus. Alii etiam usibus inservientia frusta ligni faculas dictas esse testis est Varro de Ling. Lat. lib. 4. cap. 13: *Utuntur in vinea alligando, fascēs, incisos fustes, Faculas.* Cato de Re rustic. cap. 37: *Ridicas et palos, quos pridie in tecto posueras, siccos datato, Faculas factio.*]

\* Gloss. Cæs. Heisterbach. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 668. col. 1: *Faculæ sunt ligna arida, quæ vulgariter appellantur aspen.*

FACULAS ACCENDERE, Supertitionis species, quam exagitant passim Concilia. Arelat. II. cap. 23: *Si in alicujus Episcopi territorio infideles aut Faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur, etc. Candellam deferre,* in Concil. Nannetens. cap. 20. Adde Capitul. Caroli M. lib. 7. cap. 236. [\* 316.] Vide Concil. Bracarense apud Burchard. lib. 10. cap. 21. Synod. Trullan. can. 65. Concil. Toletan. XII. can. 11. XVI. can. 2. [\* Canut. Leg. Mundan. cap. 5. Leg. Presbyt. Northumbr. cap. 48.]

FACULARE, *Faculas, vel faces fingere vel facere,* Joanni de Janua.

† FACULENTUS, *Face plenus.* Papias. *Plenus luce, lucidus, clarus.* Johan. de Janua.

† FACULTA. Vide *Falcata.*

\* FACULTAS, Collegium doctorum ejusdem artis in scholis mediæ ævi, Gallicis *Faculté.* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. tom. 3. cap. 21. § 85. not. B.

\* FACULTARIUS, Cui datur facultas aliquid agendi. Decis. Rotæ ad calcem Fontanel. de Pact. nuptial. : *Mater Facultaria, quæ habebat ex testamento mariti facultatem aliquid agendi, disponendi, determinandi pro liberis.*

FACULTATICA, Bona, prædia, quæ licetque sunt, quomodo *bonuscula*, apud Sidonium lib. 9. Epist. 6. et in leg. 29. Cod. Th. de Petition. (10, 10.) Concilium Parisiense IV: *Etiæ et Facultaticulam Ecclesiæ... similis conditione pervasit.* Charta S. Karileffi in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 84: *Nullas functiones vel exactiones de prædicta facultate penitus requirantur, sed sub integra emunitate Facultatica, etc.* Vide Vitam Aldrici Episc. Cenom. num. 36. [et Vitam S. Bernardi Tiron. April. tom. 2. pag. 248.] *Facultatula*, apud S. Hieronym. adversus Vigilantium cap. 5. in Miraculis S. Ursuari n. 3. etc. *Facultatulam* dixit idem Hieronym. Ep. 27. cap. 4. Epist. 47. cap. 1.

\* FACULTER [Antiqui dicebant pro facile. *Fest. in Facul.*]

† FACULUS. Vide *Facilus.*

FACUNDIA, Facultas. Capitula Ludov. Pii ann. 826. cap. 6: *Et ultra ille, qui quæsierit, Facundiam de servitio illius dicendi non habeat.* Charta Luthprandi Regis Longobard. apud Ughellum in Episcopis Aretinis: *E nullam Facundiam... contra te vel tuos successores habeat aliquod de superscriptis Ecclesiis loquendi.* Lex Longobard. lib. 1. tit. 36. § 6. [\* Liutpr. 96. (6, 43.): *Decernimus, ut nullam Facundiam requirendi habeat.* Occurrit præterea lib. 2. tit. 8. § 6. tit. 21. § 13. 20. 24. tit. 35. § 6. [\* Liutpr. 105. (6, 52.) 16. (3, 2.) 57. 108. (6, 4, 55.) 54. (6, 1.)]

FACONDE, nostri usurparunt pro facultibus ad divitiis. Le Roman d'Alexandre MS. :

Riches d'avoir et de Facondes.

\* SEPTIFORMIS FACUNDIA, Septem artes liberales, S. Benedicti Crispi poem. medic. ap. Maium Classic. Auct. tom. 5. pag. 391.

\* FACUNDITAS, [Idem quod *facundia*, sed minus usitatum. *Plaut. Truc. 2. 6. 13. Facile sibi Facunditatem virtus argutam invenit.*]

† FACUS, *Vermiculus*, apud Papiam.

FADA. Vide *Fadus.*

FADERFIUM, FADERPHIUM, PHADERPHIUM. Vox Longobardorum, quæ in Boerianis Glossis, *Dos* exponitur. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 12. [\* Roth. 201.]: *Et si filios de ipsa muliere habuerit legitimos, habeant filii morgingap, et Faderphium suæ matris.* Lib. 2. tit. 14. § 15. [\* Roth. 199.]: *Tunc illa vidua, quæ in domo patris aut fratris regressa est, habeat sibi morgengab et methium; de Faderfio autem, id est, de alio dono, quantum pater aut frater dederit ei, quando ad maritum ambulaverit, mittat in confusum cum aliis sororibus.* Edit. Boeriana habet *Phaderfium*. *Phaderfium*, lib. 2. tit. 1. § 4. [\* Roth. 182.]: *Habeat ipsa mulier morgengab, et quod de parentibus ejus adduxerit, id est, Phaderfium.* Sunt igitur *Faderfia*, dona, quæ pater filiæ, quam nuptui dat, in dotem concedit. Vox deducta a Saxonico *fæder*, aut Germanico, *Fader*, i. pater, et *Eri*, hæreditas, quasi dicas, *paterna hæreditas*. Vide Sibrandum a Sicama ad Leg. Frison. tit. 15. [\* et Grimm. Ant. Jur. Germ. pag. 429. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 430. *Fio, feoh*, est Pecus, pecunia. Gloss. Longob. in cod. Vatic. *fardefio*, in cod. Cavens. *fardefido*, i. e. quod adduxit de parentibus.]

\* FADIA, Justitiæ denegatio aut dilatio ultra tempus a legibus statutum; item, Facultas feudataria concessa vendendi fundum; qua notione *Fadiga* utuntur Hispani. Pactum ann. 1150. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 583: *De toto honore Agathensi, nemo eorum possit aliquid alienare aliquomodo, donec in alterum sit Fadias.* Charta ann. 1219. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 68. col. 1: *Et non distringemus homines vestros pro firmancia, donec a vobis repulsam seu Fadiam habuerint.* Vide *Fadiga*.

FADIATUS DIES, in quo aliquis defect, seu juri, aut assignationi non stetit, qui diem *vadiatum* non servavit: unde forte vocis origo, in Consuetud. Tolosæ part. 4. tit. de Feudis art. 13.

† FADIGA dicitur, cum iudex, vel feudalis dominus, vassallo jus sibi fieri, aut quod ejus servitii est indicari aut probari postulanti, vel plane denegat, vel Curia suæ placita differt ultra quam Leges feudales permittant. Appendix ad Marcam Hispan. col. 1343: *Ad hæc Guillelmus Raimundi respondebat se ideo guardam ipsius zudæ non fecisse quia nec suam cartam sic intelligebat, nec partem suam, quam in ipsa civitate et ejus terminis habere debebat, ac manifeste monstrare vel tradere volebat, nec ad iudicium seu laudamentum suæ curiæ eam adducere, vel super hoc ipsum audire nunquam amplius nisi usque modo voluit. Comes vero respondebat quod si unquam aliquam dilationem super hoc fecit, semper eam cum assensu Guillelmi Raimundi fecit... Propter hoc iudicavit prædicta curia quod si Guillelmus Raimundi posset legitimis*

*testibus ea quæ dicebat comprobare, vide licet quod in domino suo Comite supradictam Fadigam fecisset, imputet sibi Comes supradictas expensas secaginta milium aureorum, etc.* Vide *Defectus 8. Fadia et Fatigare 1.*

† FADISTORIUM. Vide *Faldistorium.*

FADUS, FADA, Dæmonis species: Gallis *Faie*, vel *Fée*; vox efficta forte a *Nympha*. Scholiastes Theocriti Idyll. 3. v. 11. Νύμφαι εἶσι τὰ ἐν γυναικείῳ σχήματι ἐν τοῖς ὄρεσι φαίνόμενα δαιμόνια. Vide *Fauni*. [Alii a verbo *fari, fatus*, etymon deducunt. Itali *Fata* etiamnum dicunt, Occitani *Fades*. De iis ita Arnobius lib. 1: *Qui Faunos, qui Fatuos, civitatumque genios... reverentur.*] *Fadas*, et *Hadas*, has vocant Hispanici Fabularum, seu Romanorum, Scriptores. Gervasius Tilleberiensis MS. de Otiis Imperial. decisione 3. cap. 88: *Multi testantur... se vidisse Silvanos et Pæanes, quos Incubos nominant, Galli vero Dusios dicunt... quosdam hujusmodi larvarum, quas Fadas nominant, amatores audivimus, etc.* Cap. 94. de quodam equo mirabili: *Quid dicam, nescio, si verus equus fuit... aut si Fadus erat, ut homines asserunt.* Chron. Bertrandi Guescl. MS. :

Encore disoit-on, que c'étoit destiné,  
Et que le sans de quoy elle s'étoit secouée,  
Li venoit proprement par parole de Fée.

Le Roman de Partenay, ou de Lezignan, MS. tiré du Latin et rimé par le commandement de Guillaume l'Archevesque:

Le chasteau fut fait d'une Fée,  
Si comme il est par tout retrait.

Hinc *Færis*, pro spectris. Guillelmus *Guiart* in Hist. Francica MS. :

Plusieurs parlent de Guenart,  
Du Lou, de l'Aene, de Renart,  
De Færies, et de songes,  
De fantomes, et de mensonges.

¶ Inde etiam *Fæé*, pro Præstigiator. Le Roman de la guerre de Troye MS. :

Mout ont Jason entr'aüs loé,  
Bien dient los qil est Fæé.

Vide *Caseneuve* et *Menagium* in Etymolog. Gall. [\* et Grimm. in Mythol. German. pag. 232. qui etymon deducit a *fatam*.]

† FÆCHA. Vide *Facha*.

† FÆCILENTUS, pro *Faculentus*, vel ut alii scribunt *Feculentus*, fece plenus, in Vita S. Celsi Episc. Trevir. tom. 3. Febr. pag. 396.

FÆCISCERE, Fæce inficli, fæcem redolere. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 37: *Ipse calix confrictur, ne forte aliquantulum Fæciscat.*

\* FÆGOR, [Fæcis odor. (Anal. Gramm. p. 103.)]

FÆRBENA. Vox Saxonica, in Legibus Presbyterorum Northumbrensis cap. 47. [\* 50.] quæ idem, quod *Cyrlic*, id est, *rusticus*, sonat, ut censet Spelmanus tom. 1. Concilior. Angl. pag. 499. [\* Anfearbona, Bovarius?]

FÆSTINGMEN, Homines commendati, vassalli: ex Saxon. *fæsting*, commendatus, et man, homo. Charta Cenulphi Regis Merciorum ann. 821. tom. 1. Monastici Angl. pag. 100: *Nec Rex suum pastum requirat, vel habentes homines, quos nos dicimus Fæstingmen, nec eos, qui accipitres portant, vel falcones, etc.* Ubi habentes idem valet ac *divites*. [Charta Berhtwulfi itidem Reg. Merciorum ibid. fol. 123: *Ut illud monasterium (Breedun) sit liberatum ab illis incommotis, quæ nos Saxonica lingua Fæstingmen dicimus.* Ubi Th. Blount in Nomolex. Anglic. *Fæsting-*

men a Saxon. feste n mon, Fidejussor. accersit: an felicius iudicet Lector. Vide *Feastingmen*. [\*] Alia charta ann. 855. apud Leo, Rectitudines personarum, pag. 196.]

† **FAGATUM**, vel potius *Fagotum*, Fascis, Gallis et Anglis *Fagot*, occurrit apud Willel. Thorn. ann. 1907. Vide *Fagotus*.

† **FAGEA VAGINA**, Quæ est ex cortice fagi, olim Francis nostris in usu ut testatur Anonymus S. Galli monachus in Vita Caroli M.: *Post hæc baltheus spatæ colligatus. Quæ spatæ primo Vagina Fagea, secundo corio quaticumque, tertio linteamine candidissimo cera lucidissima roborato ita cingebatur, ut per medium cruciculis eminentibus, ad peremptionem gentilium auraretur.*

\* **FAGECIDÆ**, vel **FAGICIDÆ VENÆ**. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959: *Fagecidæ, Alexandro sunt venæ iuxta fauces intra os, quæ flebotantur vice venarum, quæ sunt sub lingua.* Alex. Iatrosoph. MS. lib. 1. Passion. cap. 137: *Scio etiam et (venas) Fagicidas incisas, vena non inventa sub lingua.* Ubi Glossæ: *Phagicidas, i. venas sub gula.*

\* **FAGEL**, Tunicæ vel peræ seu manticæ species. Vide infra *Magaldus*.

\*\* **FAGELLUS** Vide *Fragellus*.

† **FAGETUM**, Idem videtur quod mox *Fagia* 1. Charta ann. 1139. apud Miræum Diplom. Belgic. tom. 2. pag. 966: *Alodium in proprii Fageti loco, qui hæreditas Domini nuncupabatur.* [\* Ital. *Fageto*. Charta ann. 1205. ex Chartul. monast. de Escureio: *Simon dominus Joinvillæ contulit Deo et ecclesiæ de Eseeirei... septem fagos, pro libitu, in Fageto villæ, quæ dicitur Moosier.*]

1. **FAGIA**, [vel **FAGIUM**] Silva ex *fagis*, Gallis *Faye*. Tabularium Ecclesiæ Cadurcensis: *Donamus in villa de Corn in uno manso 2. panes, et 2. gallos, et in Fagio paisio 40. porcos per singulos annos.* Vide *Faia* 1.

\* *Feignas*, eadem acceptio, in Charta ann. 1412. ex Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item Jehanne tient une terre et un Feignas contigu, contenant cinq meytérées de terre.* Pro Glande fagea, Gall. *Faine*, legitur in Charta ann. 1341. ex Reg. 72. ch. 250: *Cum contra syndicos universitatis et singularis castri et bajuliæ de Angulis... denuntiati fuerint... glandes, Fagias et alios quoscumque fructus ipsarum forestarum et arborum in eisdem existentes cossando, colligendo, etc.* Vide *Fagina* 2.

2. **FAGIA**, Alia notione, in Statut. Mediolanens. part. 2. cap. 272: *Teneatur iudex stratarum bis in anno visitare stratas mastras, et Fagias, et pontes super eis existentes, etc.* Adde cap. 284. [Ubi *Fagia* molem significare videtur qua continetur aqua. Ceterum *Fagotaille* vocant in Bressia quiddam moli muniendæ inservit, quod ex fascibus, vulgo *fagots*, sæpissime id fiat.]

\* Pro districtu et territorio usurpari videtur, in Decret. ad calcem Stat. Placent. fol. 97. v. : *Sine aliquo velamine in capite vel alibi in publico, ut supra, et presentibus duobus consulibus justitiæ Fagiæ suæ, et aliter cessio facta non valet.* Quo sensu intelligi etiam possunt Statuta Mediol. hic laudata.

\* **FAGICIDÆ VENÆ**. Vide supra *Fagecidæ*.

\*\* **FAGIDA**. Vide *Faida*.

† **FAGILUM**, f. ut *Fagetum*. *Facta est hujus rei firmatio... ad Fagilum Bernardi de Bustodio, quod est inter vetus vicum*

et *Batolum*, apud Baluzium tom. 7. Miscell. pag. 211.

† 1. **FAGINA**, *Mustella major*, Gall. *Fouine*, Hisp. *Foina*. Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 614. col. 2: *Nulli Canonici, vel Clerici... vestes rubeas, vel virides, nec forraturas pellium de martis, de Faginis... portare præsumant.* Concil. Dertus. cap. 1. Hispan. tom. 3. pag. 663: *Neque (Clericus) folleratus deferat pellium de marthis, de Fagnas.* Vide *Faina*.

2. **FAGINA**, *Glandis fageæ*, uti vocatur a Plinio lib. 16. cap. 5. copia. *Fayne*, in Consuetudine Arvern. cap. 31. art. 38. [*Faisne* vel *Foisne*, in Nivern. tit. 17. art. 17.] Chrodegangus Episcop. Metensis in Regula Canonica. cap. 7. apud Acherium: *Si contigerit, quod illo anno glandis, vel Fagina non sit, et non habeat unde hanc mensuram de carne impleant, etc.* Tabularium Dervensis Monast. ann. 1027: *Et si pro tempore felicitatis silvæ occurrerit, et eus glandium vel Faginæ fuerit, etc.* Charta Hugonis Leodiensis Episcopi ann. 1202. apud Barthol. Fizen in Hist. Leod. pag. 447: *Præterea dedimus in aisancis pasturarum, et usum Faginæ et glandium, etc.* [Charta Henrici Ducis Limburgi ann. 1200. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 726. col. 2: *Damus præterea aisantias totius terræ meæ in campis, aquis, silvis et pascuis, etiam Faginæ et glandium, gratis.*] [\* Charta Lupold. Archiep. Mogunt. ann. 1055. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 21: *Faginum dedi in duobus locis, agellos silvestres, etc.*]

† **FAGININA SILVA**, ut *Faginea* vel *Fagina*, in Breviario Folquini MS. ex Archivo Audomarensi.

† **FAGINULA**, *Fagus*. Miracula B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 555: *Duo lapilli ad instar granorum Faginulæ, alias Bukwie: nunc Germanis Buche vel Buch-baum, Belgis Bueckenboom.*

\*\* **FAGINUS**. Vide *Fagina* 2.

† **FAGIOLUM**. Gesta Innocentii III. PP. pag. 147: *Pandulphus cepit edificare Fagiolum super quoddam monumentum antiquum, quod illius domui adeo erat vicinum, ut a fundibulariis de hoc in illam lapides jacerentur.* [Vide *Fagia* 2.]

\* An Locus ubi phaseoli crescunt, ab Italico *Fagiolo*, phaseolus? Vide supra *Faciolus*.

\* **FAGIRE**. [Comedere. DIEF.]

\* **FAGIUM**, [Summum edificium. DIEF.]

\* **FAGIZANIA**, Divina apparitio, aparicion, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

† **FAGNES**. Vide *Fagina* 1.

† **FAGOLIDORI**, φαγολιδωροι. S. Hieronymus in Prologo ad Ezechielem Prophetam: *Si autem amici mei et hunc subsannaverint, dicite eis quod nemo eos compellat ut scribant. Sed vereor ne illud eis eveniat quod Græce significantius dicitur, ut vocentur φαγολιδωροι, quod est, manducantes sannas, vel ut alii legunt, senecias. Quibus intelliguntur homines impendio maledici, qui conviciando alantur ac saginentur. Verum mendosa est, ut conjiciunt prudentiores, Hieronymi lectio. Ac primum quidem hæc verba, Quod est, manducantes sannas, vel senecias, a quodam sciolo, qui interpretari voluerit vocem a se minime intellectam, addita fuisse verisimilimum est. Quod vero spectat vocem ipsam φαγολιδωροι, cum omnino præter analogiam lingue Græcæ componatur, (non enim dicunt φαγλωτας, sed λωτοφάγος)*

eam fictam esse et alterius loco suppositam existimo: quare lubens cum Erasmo et Roberto Stephano legerem φαγολιδωροι, Quibus, scilicet, studio est calumniari et carpere, velut id suo morbo faciant, non merito aliorum. Ineptas vocis *Seneciæ* explicationes vide suo loco.

\* 1. **FAGOTARE**, Fasces conficere, Gall. *Fagotter*. Lit. remiss. ann. 1418. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 183: *Quidam Guillelmus in dicto nemore frondes lignorum Fagotando, etc. Fagot*. Fustis, vulgo *Bâton de fagot*, in aliis Lit. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 74: *Icellui Raulesson, filz dudit maître, qui tenoit en sa main un grand Fagot, dist au suppliant qu'il retourneroit. Fagoteur*, vox contemptus, homo nihili, in Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 496: *Le suppliant dist à icellui Thomas qu'il n'estoit mie en sa puissance, ne d'un tel Fagoteur mengeur de soupes, que s'il eust vel icellui Quenetier frapper, qu'il ne lui eust courru sus.*

\* 2. **FAGOTARE**, Fascibus munire. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1423. fol. 160. r. : *Colardus Martini de novo institutus in officio custodiis stagnorum forestæ de Waissy, pionarius pour gasonner calcitatas ditorum stagnorum et pro Fagotando (sic) et repparando et rolens (sic) ipsorum stagnorum.* Vide in *Fagia* 2.

† **FAGOTARIUS**. Vide in *Fagus*.

\* **FAGOTELLUS**, Fasciculus, diminut. a *Fagotus*. Comput. ann. 1483. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Pro ramaciis... convertendis, tam in fasciculos quam in Fagotellos, etc.*

† **FAGOTUS**, a Gall. *Fagot*, Fascis. Chartular. Latinac.: *Quadriga quæ portat trosselos, vel Fagotos, vel pondera solvet in exitu portæ pro qualibet pecia duos denarios.* Vide mox in *Fagus*.

**FAGUS**, Jus conficiendi fasces, et eos auferendi ex silvis, quos *Fagots* vocamus. Innocentius III. lib. 2. Epist. pag. 415: *In parochia des Escoues pasnagium quitum, et 22. Fagos absque aliqua traditione annuatim, quando volueritis, accipiendas.* Charta Henrici I. Ducis Brabantæ ann. 1206. apud Miræum in Cod. Donat. piar. cap. 100: *Et usum lignorum in silva mea... et cum uno plaustrum tantum, qui usus in nostro vulgari Fagus appellatur.* Inquisitiones Oostumarum de Andeliaco in veteri Regesto Cameræ Computor. Paris. signato P. fol. 19: *Jurati dixerunt, quod Dom. Rogerus Torrel habet in prædicta foresta per liberationem Vicecomitis... suum herbergagium ad virgam de pleno pugno ad terram... et habet ad ignem suum Fagum Boloniæ, et furcum, et frondes, sine defectione arboris.* Occurrit passim in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti. [Bullar. Fontanell. fol. 41. v. : *Leadits Religieux prenoient en la forest... seize chartées de Fou chascun jour.*]

**FAGOTARI**, Qui fasces lignorum in forestis conficiunt, *Fagotiers*, in Regesto Philippi Aug. fol. 129. Vetus Inquisitio Forestar. ibidem fol. 170: *Item Fagotarius eorum vadit post asinos, et facit fagotos duos de eo, quod remanet post onera asinorum.*

\* **FAGUS**, *Fagus*, Gall. *Hêtre*. Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 120. r. col. 2: *Concedimus quod... tres Faguos ad Natale, usagium ad arandum et edificandum sufficienter ad opus domus ipsius militis de Juez, per ostensionem a viridario dictæ forestæ faciendam... habeant. Fail-*

*hard*, eodem sensu, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 683. art. 21. *Fol*, ibid. ex Ch. ann. 1293. pag. 514. art. 3.

**FAHNELEN**, **FANZELN**, **VANLEHEN**, Germanis, dicuntur majora feuda, quæ cum traditione vexilli conferuntur a solo Principe. [\*] Principibus a solo imperatore. Vox deducta a fana, Saxonicæ, Germanicæ, vexillum, et Lehen, feudum. Bulla Aurea Caroli IV. Imp. ann. 1356: *Feudis Principum exceptis, et illis, quæ Vanlehen vulgariter appellantur, quorum investituram et collationem soli Imperatori, vel Regi Romanorum specialiter reservamus.* Charta Witzlai Principis Rugianorum ann. 1322. apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicar. pag. 432: *Quibus de dictis terris homagium fecimus jure feudali, quod Fanælen nuncupatur.* Chronicon Laurishamense pag. 33: *Septem principalia beneficia, quæ vulgo appellantur Vollehen, morte septem nobilissimorum Ecclesiæ fidelium in unam personam Godefridi in brevi devoluta sunt.* Ubi Freherus emendandum aut intelligendum *Fanlehen*, recte existimat. [*Fahnlen, Fanenlen* scribit Spelmanus quem consule, si vacat.] Vide *Feudum vexilli*.

1. **FAIA**, Fagus, seu arbor glandifera, vel glandem fageam ferens. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 8: *Si quis roborem, aut quercum, seu cerrum, quod est modo laiscum, aut glandem, quod est Faia, incididerit.* Ubi Leges Rotharis Regis tit. 101. § 62. pro modo laiscum, habet *medula ischat*. [\*] Roth. 305. Walterus legit: *Si quis robur, aut cerrum seu quercum, quæ est modola, hisclum aut glandem, quod est Faia; al. Fagia.*] Tabular. S. Eparchii Inculism. fol. 4: *Et de silva nostra, quæ vulgo appellatur Faia præpositalis. Silva fagis consita.* [Charta Guill. Bartholomæi pro monast. S. Juniani apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 729: *Partem meam, quam habebam in alodis de Mauseas et in Faia Ricardi, Deo et S. Juniano dono jure perpetuo.*] Vide *Fagia* 1. et *Fagina* 2.

2. **FAIA**. Vetus Membrana in Sanctuario Capuano pag. 529: *In vigilia revelationis S. Stephani, infra scriptæ Ecclesiæ venire debent cum Faiis ad Ecclesiam Capuanam, etc.* Ubi Michael Monachus: *Hic Faia seu Faius est machina hujusmodi formæ: pertica alta et gracilis seu arundo intra 3. circulos æque distantes immittitur: baculi et circuli adornantur: eminet signum Crucis in vertice, et a pede Crucis, bractææ seu vittæ papyraceæ tres vel 4. coloribus et incisuris pulcræ decorum pendent, circulis alligatæ, ne moveantur. Quare Faius seu Faia rotundæ metæ seu turris formam representat.* Belle hæc quidem, at unde vocis origo? hic hæret Monachus. Forte, inquit, ab initio ejusmodi machina dicta Pharus seu Phara, postea corrupta voce *Faius* et *Faia*. Forte denique per *Faia* intelliguntur rami fagorum, quos *Faias* Longobardi appellabant, quos eæ Ecclesiæ deferrent. Quid sit legendum *bais*, id est, palmarum ramis? nam præterquam quod ita appellabantur a Græcis nuperis, constat Stephanum Protomartyrem cum palma in manu vulgo depingi in signum martyrii.

3. **FAIA**, Alia notione. Vetus Charta apud Dominicum lib. de Prærog. allod. sub finem: *Illa vinea de illa Faia super via Rigaldo fratri Bosoni dimitto.* [Forte posset et hic intelligi *Faia*, Silva fagis consita, ita ut *Vinea de Faia* sit vinea prope silvam fagineam. *Faia* vel *Faya*

Dumbensibus est Ovis, sed hæc nihil ad præcedentia.]

**FAIGIA**. Tabularium Ecclesiæ Uticensis ann. 1241. fol. 51. verso: *Recognoscimus vobis... totum honorem infra scriptum, videlicet quandam Faiciam, quæ vocatur Faicia dels Codalizes, quæ est in fischa D. Episcopi Uticensis, in parochia S. Laurentii, et aliam Faiciam, quæ est in eadem fischa, etc.* [Instrum. anni 1332. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Crescanus de Biens Judæus civis Massil. vendidit Johanni de Vapingo civi Massil. unam Faiciam orti. Faisce eadem notione etiamnum dicunt Massilienses quamdam terræ ligulam; alii Provinciales Faisso de terre.*]

**FAISSA**, **FAISSIA**. Ead. notione. Charta in Ruthenensi Comitatu exarata ann. 1306. ex 2. Regesto Philippi Pulcri Regis Franc. Tabularii Regii num. 7: *Item ab hæredibus Guillelmi Boc ignobili, qui ab ignobili acquisiverat Faissiam juxta terram mansi de Boisso pretio 30. libr. Turon. debilis monetæ, etc.* Infra: *De alia vero medietate dicti mansi et Faissiarum, quam per permutationem... acquisiverunt, etc.* Rursum: *Quia dictum mansum de Quezaget cum duabus suis Faissis et juribus universis... acquisivit, etc.* Idem videtur quod *Fazenda*. Vide in hac voce, et *Factus*.

**FAISA**. Charta Alexandri PP. ann. 1160. in Tabulario Humolariensi: *Item apud Ursellum tres Faissas, et tria nemora, etc.* [Tabular. S. Victoris Massil.: *In alio loco medietatem de una Faissa, etc.*]

¶ **FAIXA**, in Tabular. Eccl. Aptensis Ch. 1. *Faixa devensi*.

**FAXIA**. Tabular. S. Theofredi in Velavis: *Sicut descendit Faxia de monte in vallem.*

\* **FAYSSIA**, Modus agri, forte ab ejus forma sic dictus, quod sit ad instar ligulæ seu fasciæ, vel quod in longum protendatur. Formul. MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 47. r. : *Præscriptam autem Fayssiam vineæ, superius in dotem et dotis nomine Alaeta constitutam et assignatam, cum omnibus juribus et pertinentiis suis promisi.* Charta pro eccl. Laudun. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 442: *Item tres Faissas seu petias de curtillo seu virgulto, circa tres virgas terræ continentis. Terra seu Fayssia, in Recogn. burgi S. Andeoli. Faissete, eodem sensu, in Charta ann. 1328. ex Reg. 65. ch. 209: *Une faissete, qui fu Robin le Grant, qui tient vint et cinq vergues. Terre en fache cultæ opponitur, in Charta præpositi Castelli in Bria ann. 1323. ex Reg. 62. ch. 109: *Le Champart de trois cent arpenz ou environ de terre, partie en Fache, et partie coulurée:***

**FAXA**, Eadem etiam, ut videtur, notione. Vetus Charta ann. 1126. Petri Abbat. Axianensis: *Dimitto tibi Raymundo... tertiam partem de manso Guigon. quod est in villa de Vallesias, præter unam Faxam de terra, quæ est ante portam Jo. Revelli.* Ubi *Faxa*, videtur esse *facies*, nos diceremus, *sauf une face de terre, qui est devant la porte, etc.* Hispanis, *Faxa*, est *Fascia*, ita erit terræ ligula. [Testamentum Adelaidis Vicecomitissæ Narbon. ann. 989. inter Aneod. Marten. tom. 1. col. 103: *Dono eis mansum unum cum ipsa curte et orto, et Faxam unam de terra et dimidium campum, etc. Faxas supra condaminam, in Chartulario Aptensi fol. 72. v.°]*

¶ **FOXA**, Eadem, ut videtur, notione. Epistola Alexandri III. PP. ad Berengarium Abb. inter Concil. Hispan. tom.

3. pag. 377: *Allodium vallis Aradi cum ipsa Foa, quæ fuit Richellis Comitissæ.*

\* **FAICOSUS**. Vide in *Faida*.

\* **FACTOR**, ut *Factor* 1. *Fautor*, qui alicujus partibus favet. Lit. Caroli VI. ann. 1418. tom. 10. Ordin. reg. Franc. pag. 486: *Legationes præterea et ambasciatas suorum adherentium et Faictorum pro libito destinarunt.*

**FAIDA**, exponitur *Inimicitia*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. § 15. lib. 2. tit. 14. § 10. [\*] Rothar. 74. 162.] interdum vindicta, quæ pro morte propinqui aut agnati exigitur: *Vindicta parentum, quod Faidam dicimus, apud Reginonem lib. 2. de Ecclesiast. discipl. cap. 5. et Burchardum lib. 1. cap. 94. Gloss.: Faida, vindicta mortis.* Rhenanus lib. 2. Rerum Germanic. pag. 95: *Faidam vocabant Franci similitatem apertam, qua unus aliquis uni vel pluribus bellum denuntiat. Ab hac Gallicani scribæ Faidosum appellant, qui Faidam exercet. Germanis notum nimis vocabulum est. Præsertim vero definitur, gravis et aperta inimicitia ob cædem aliquam suscepta. Neque tamen omnis similitas fuit Faida sed capitalis illa, quæ apud Germanos et Septentrionales populos obtinuit, penes quos privata inimicitia per totam cognationem diffundebatur: adeo ut si ex ea quis interfectus fuisset, cædis pœna a tota cognatione exigeretur, ac in eam pro libito vindicaretur. Synodus Ticinensis ann. 855. in Appendice cap. 3: *Si inter hæc forte eundem latronem occidi contigerit, nulla is, qui eum occidit damnatione mulctetur, neque ullas inimicitias a parentibus, aut ullam persecutionem ab ullo ejus amico vel propinquo sustineat.* A Saxonico fæh, seu feh, vel Germanico *Fehde*, et *Feide*, i. hostis, inimicus, vocem deducunt Lambardus, Spelmanus, Somnerus et alii: Sibrandus a Sicama, a *Veed*, capitalis inimicitia. Vide Dissertationem nostram ad Joinvillam de Privatibus bellis, et Gregorium VII. PP. lib. 2. Epist. 5. Apud Olaium Wormium in Lexico Runico, *Faait*, exponitur *privata similitas*. [\*] Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 384. Phillips. de Jur. Anglo-sax. not. 34. et 497. ejusd. Hist. jur. Anglic. tom. 2. pag. 253.]*

**FEIDA**, scribitur in Capitulari de Villis cap. 4: *Pro homicidio et incendio, unde Feida exire potest.* [\*] Hoc loco et sequenti Pertzus e codice repositus *Frauda*, quod *freda*, *fredum* interpretatur.]

¶ **FEIDA REGIA**, ibidem pro satisfactione, quæ ex delicto Regi debetur: *Pro Feida vero nostra, familia vapuletur.*

\* **FAGIDA**. Ludovici Imper. Constit. ann. 866. in Chron. Casin. cap. 6. ap. Pertz. Script. tom. 3. pag. 224: *Fagidis enim quicumque eundo et redeundo commotionem fecerit, vitæ incurrat periculum.*

**FAIDAM LEVARE**, in Lege Longobardorum lib. 1. tit. 9. § 18. [\*] Liutpr. 13. (2, 7.)

**PROPTER FAIDAM FUGERE**, in Capitulari Compendiensi ann. 757. cap. 13. [\*] 21.]

**FAIDAM PACIFICARE**, *Pacare*; per sacramentum pacificare, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 34. lib. 2. tit. 7. § 2. [\*] Ludov. Pii 21. Vide *Faidam componere*.] in Capit. Caroli M. lib. 4. cap. 27. 55. in Capit. Caroli C. tit. 34. [\*] Ap. Pistas ann. 869.] § 10. interjecto solenni iurjurando confirmare se depositis odiis in concordiam rediturum.

**FAIDAM REQUIRERE**, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 17. [\*] Roth. 339.]



PRO FAIDA *pretium recipere vel solvere*, in Lege Longob. lib. 1. in Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 184. [\*\* 205.] in Capit. addit. 4. cap. 98. [\*\* 140.]

FAIDAM JURARE, apud Hincmarum in Epist. ad Carolum Reg. a Cellotio edita, et tom. 2. Spicilegii pag. 825. in Capit. Carlomanni tit. 2. § 3. 10. etc.

FAIDAM PORTARE ALICUI, Bellum domesticum indicere. Occurrit passim in Legibus Edmundi Regis Angl. cap. 1. [\*\* § 2: wege þa fæh ðe.] Saxon tit. 2. § 5. in Capit. Caroli C. tit. 12. cap. 5. tit. 39. cap. 2. in Capit. Carlomanni Regis tit. 2. cap. 3. 10. 11. [\*\* Apud Silvac. ann. 859. Apud Carisiac. ann. 873. Apud Vernis palat. ann. 884.] in Legib. Henrici I. Regis Angl. cap. 88. etc. Sic inimicitias denunciare dixit Seneca Epist. 77. *Indicere simulatam*, Suetonius in Nerone cap. 25. *inimicitias indicere*, Sidonius lib. 7. Epist. 9. [\*\* In Leg. Sax. tit. 2. § 5. est *Dominus compositionem persolvat vel Faidam portat*. Ita etiam in Leg. Edmund. cap. 1. princip.: *He wege sylf þa fæh ðe*, quod in Leg. Henr. 1. cap. 88. § 11. redditur: *Ipse sibi portat homicidii faidam*.]

PROPTER FAIDAM occidere, in Lege Saxonum tit. 3. § 4.

COMPONERE EXCEPTA FAIDA, in Lege Saxon. tit. 12. § 5. [\*\* et tit. 18. § 1. Conf. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 656. not.] *Componere, cessante Faida, id est, inimicitia, in Lege Longob. lib. 1. tit. 7. § 1. tit. 9. § 4. [\*\* Roth. 45. et 75.] quod exponitur § 15. tit. 7. [\*\* Roth. 74.]: Ut Faida, quod est inimicitia, post compositionem acceptam postponatur, et amplius non requiratur, nec dolus teneatur.*

¶ FAIDAM COMPONERE, est Læso satisfacere, in Legibus Luitprandi [\*\* 127. (6, 74.)], apud Muratorum tom. 1. part. 2. pag. 76. col. 2: *Si Romanus homo mulierem Langobardam tulerit, et mundium ex ea fecerit, et post ejus decessum ad alium maritum ambulaverit sine voluntate hæredum prioris mariti, Faida et anagrip non requiratur, quia postquam marito Romano se copulaverit, et ipse ex ea mundium fecerit, Romana effecta est, et filii qui de eo matrimonio nascuntur, secundum legem patris Romani sint, et ideo Faidam et anagrip minime componere debet qui eam postea tulit, sicut nec de alia Romana.*

FAIDAM HABERE, in Lege Longobardorum lib. 2. tit. 1. § 11. [\*\* Liutpr. 119. (6. 66.)]

FAIDAM DEPONERE, id est, inimicitiam pacificare, in Lege Longob. lib. 2. tit. 14. § 10. [\*\* Roth. 162.] Vide præterea eandem Legem Longob. lib. 2. tit. 2. § 1. 2. 3. tit. 13. § 2. tit. 54. § 2. [\*\* Roth. 183. 190. 215. Grimoald. 8.] Capit. Caroli M. lib. 5. cap. 6. [\*\* 8.] Capitulationem ejusdem Imp. de partibus Saxoniarum cap. 3. Capit. Caroli C. tit. 34. cap. 10. tit. 39. cap. 3. [\*\* Ap. Pistas ann. 869. apud Carisiac. ann. 873. etc.

\*\* FAIDAS NANCISCI, In SE CUMULARE. Ruodlieb. fr. 1. vers. 63:

Et propter Faidas sibi multas undique nactas  
A patria dulci quod debuit exiliari.

Ibidem fr. 3. vers. 234:

Et Faidas in te non cessabas cumulare  
Donec a patria fugiens petis externa regna.

FAIDIA, Idem quod Faida. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88: *Si quis post hæc hominem occidat, ipse sibi portat homicidii Faidam*. Et mox: *Si quis propter Faidiam, vel causam aliquam, de parentela se vellet tollere, etc.* Edictum S. Lu-

dovici anno 1245: *Mandantes tibi præcipimus, quatenus de omnibus guerris et Faidiis tuæ Balliviæ ex parte nostra capias, et dari facias rectas treugas, etc.*

¶ FAIDUS, Eadem notione, in Decretione Chlotarii II. § 9: *Dominus status sui iuxta modum culpæ inter fredum et Faidum compensabitur.*

INFAIDIARE, Inimicitias exercere, gerere, suscipere, adversus aliquem stare, impetere, et in Legibus Edmundi Regis apud Culintonam editis § 2.

De Faidis seu bellis privatis Dissertationem integram institimus ad Joinvillam, quæ est 29. Adde præterea, quæ collegit Michael del Molino in Repertorio Foror. Aragon. in verbis *Diffidamentum, Batalla, Capitaneus, Fractor pacis, Guerra, etc.* Honoratum Bonnorium Salonensem in Arbore certaminum 4. parte cap. 15. 16. 17. 23. 67. 68. 70. 71. Foros Aragon. fol. 181. v. 183. etc.

1. FAIDIRE, Faidam, seu inimicitiam excitare. Charta ann. 1181. apud Catell. lib. 2. de Comitib. Tolos. pag. 214: *Si aliquis homo vel femina de Tolosa Faidiat, ut guerram faceret Comitibus, etc.* [Charta ann. 1223: *Homines monasterii cum non essent de aliquo maleficio convicti, vel confessi, Faidivit... et tam Faiditorum quam interfectorum bona contra justitiam occupavit.* Vide Faidire 2.] Philippus Mouskes in Phil. Augusto:

Quar li Poitevin li sidolent,  
Et le Roy Jean moult Faidoient.

Vide Jacobum Pergaminum in *Ferire*.

FAIDIMENTUM. Aresta ann. 1261. in 1. Reg. Parl. f. 115: *Cum D. de Limoso peteret Faidimenta et Altam justitiam in terra a D. Rege sibi data in Albigesio, etc.* Charta S. Ludovici Reg. ann. 1264. apud Sammarthanos in Episcopis Albiensib.: *Et intelligitur de Faidimentis illorum Faiditorum, qui fuerunt, vel erunt Faiditi a civitate Albiensi.* [Charta Philippi III. Regis Franc. ann. 1273. pro Monaster. S. Tiberii apud Stephanot. tom. 1. Antiquit. Occitan. MSS. pag. 404: *Pro qua (alberga decem militum) monasterium præstat nobis viginti solidos Turonenses annuatim, heresibus insuper et Fardimentis (l. faidimentis) quæ inibi sicut in aliis villis monasteriorum terræ illius habemus, salvis quoque, etc.* Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1851. ex libro viridi fol. 59: *Possidet medietatem castri de Rivo-grandi et redituum ejusdem cum medietate jurisdictionis altæ et bassæ et cum incurso hæresis Et Faidimentorum.*]

\* FAIDIARE, Pro hoste se gerere, adversus aliquem stare, contra fidem sacramento firmatam in dominum insurgere. Charta ann. 1234. in Reg. 30. Charthoph. reg. ch. 101: *Item de rebus faiditorum, qui contra nos vel contra fidem... se Faidiaverunt, et qui de cætero contra nos vel contra fidem se Faidiabunt, fuit inter nos et eundem episcopum ordinatum, quod nos prædictorum res faiditorum accipere poterimus.* Vide in Faida.

1. FAIDITUS, Hostis, qui in Faida, seu guerra esse. Monachus Vallis Sarnai cap. 83: *Ruptarii et Faiditi, et multi alii, qui antea erant inimici occulti Comitibus, etc.* Perperam faidici editum. Charta ann. 1218. in Regesto Carcassonensi fol. 10: *Præterea Faiditos de terra, seu ruptarios, et quoslibet alios inimicos et proditores Comitibus prædicti non recipiemus scienter.* Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. et Provincias, et Arelatenses ann. 1251. art. 19: *Quia vero damna Faiditis Arelatensibus, a suis con-*

civibus in domibus et rebus aliis illata noscuntur, etc. Quam vocem non intellexit Bonifacius Avinio interpres Gallicus. Adde Chron. Guillel. de Podio-Laurentii cap. 25. 37. 41. et Concilium Tolosanum ann. 1228.

\* FAIDIRE, Aliquem ut hostem edicto proscribere. Inquisit. ann. 1210. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 49. col. 1: *Debebat his, qui eicerentur a civitate seu Faidirentur, reddere unum castellum domini comitis, et eis facere expensas de redditibus comitis.* Vide Faidire 1.

¶ 2. FAIDITUS, pro Bannitus, seu edicto publico proscriptus, accipi videtur in Statutis Arelat. MSS. art. 86: *De Conspirantibus: Qui contra fecerit ipse sit Faiditus sive bannitus ab Arelate.* Neque alia fortassis notione usurpanda hæc vox in Conventione ann. 1251. mox laudata.

¶ FAYDITUS, de homine propter facinora profugo vel exulante dici videtur in Statuto Stephani Abb. S. Victoris Massil. ann. 1355: *Volentes tollere abusum qui per nonnullos Fayditos qui ad nostrum confugerunt monasterium multa maleficia et enormia perpetrantes ad nostrum monasterium quasi in asilium confugientes, unde domus orationis facta est spelunca latronum, furum, homicidarum, assicinatorum et aliorum adsimilium, etc.*

FAIDOSUS, ut Faiditus, Eginhardus Epist. 17: *Asserens, se ad hanc remanentem magna cogi necessitate, pro eo, quod Faidosus sit, et cum inimicis suis et his, qui vitæ ejus insidiantur, hoc iter agere non audeat.* Vide Capitula Legis Salicæ cap. 2. § 2. Legem Bajwar. tit. 2. cap. 8. Legem Saxon. tit. 2. § 6. Legem Fris. tit. 2. § 5. Capitul. 2. ann. 805. cap. 5. Capit. Caroli M. lib. 3. cap. 4. lib. 5. cap. 215. [\*\* 367.] Capit. ann. 19. Imperii cap. 28. Legem Longob. lib. 1. tit. 37. § 2. [\*\* Carol. M. 20.] Leon. III. PP. in Capit. cap. 28. etc.

\*\* FAICOSUS, Eadem notione. Heinric. IV. Imperat. Constit. de Pace ann. 1084. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 55: *Ut nemo quavis culpa Faicosus ab adventu Domini usque in octavas Epiphaniæ... tollere præsumat arma, etc.* Infra pag. 57: *Securitate gratia omnibus præcipue Faicosus hujus dominicæ pacis statuta traditio est, sed non ut post expletam pacem rapere audeant, etc.*

¶ FAIDIDI, dicti interdum Albigenses, si fides Pittoni in Annal. Eccl. Aquensis; neque enim unde id acceperit docet. Idem habet Commentator Convent. Arelat. in art. 21. 1<sup>a</sup>. Convent. nota 5. Sic tamen appellari poterunt quod quasi profugi et exulantes erant. Vide Fayditus supra.

\* FAIDITAS, Gravis et aperta inimicitia; vel a fide defectio. Sat. S. Ludov. ann. 1228. in Reg. feud. senescal. Carcass. fol. 493. r<sup>o</sup>: *Bajuli nostri solliciti sint et intenti terram purgare ab hæreticis et hæretica pravitate et Faiditate.* Vide in Faida, supra Faidiare et infra Fayzimentum. [\*\* Hæretica Fæditas, passim.]

FAIDIUM pro Feudum, in veteri Charta, apud Sammarthanos, in Abbatib. S. Stephani de Vallibus pag. 893.

\* FAIELLUM, Silva minor ex fagis, vulgo Fayel. Charta ann. 1218. in Reg. 4. Armor. gener. pag. IV: *Quinque acras terræ inter hanc transversam et Faiellum et subtus Faiellum.* Vide supra Fayetum.

\* FAILLITA POENA, Mulcta ob desertum vadimonium statuta. Charta ann. 1379. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Dicta curia habet ibidem... penas Faillitas... Item pœnæ Faillitæ solvuntur per hunc*

*modum: de prima citatione, si sit contumax, solvit denarios vj. de secunda, solidum unum, etc. Vide Fallire.*

\* **FAINA**, Mustela, Gall. *Fouine*, alias *Fayne*, Occit. *Faino*, Ital. *Faina*. Leudæ min. Carcass. MSS.: *Item de pellibus vulpis et Fainis et de murilegis silvestribus, de duodena iijj. den. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 321: Une houppelande à homme fourrée de Faynes, et deux robes à femme fourrées de gros ver. Vide Fagina 1.*

**FAISA**. Vide *Faicia*.

† **FAISANGIA**, *Faisance*, in Consuetud. Norman. cap. 93. Operarum præbitio, opus tributarium ad quod tenetur cliens erga dominum. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 225: *Dum eis remaneat de feodo, per quod omnia jura et Faisancie, jurisdictiones et dignitates feodi perfici dominis plenarie valeant et persolvi.* Et pag. 226: *Potest autem antenatus in postnatos justitiam exercere pro redditibus et Faisanciis ad dominos feodi pertinentibus, pro aliis autem actionibus nequaquam.* [\* Vide infra *Fesancia*.]

\* **FAISENDA**, Expeditio militaris, idem quod *Factum* 5. Charta ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 344: *Comes Tolosæ habuit sacramentum in Albia, quando Francigenæ recesserunt propter Faisendam, quam prædictus comes habebat contra ecclesiam et Francigenas.* Vide infra *Fazendera*.

\* **FAISIO**, **FASIO**, **FAZIO**, Prædium rusticum, mansus, ager, idem quod *Fazenda*. Charta ann. 1343. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 514: *Cum mansis, capmansis, bordariis, tenutis, Fasionibus, affariis, etc. Compromis. inter Guill. de Gorsol. et Guill. de Brolio ann. 1341. ex Tabul. Flamar. : Cum esset controversia inter nos de et super quibusdam Fasionibus, vocatis de Janval et deus cloptz, quæ ego dictus domicellus asserebam et dicebam ad me pertinere et deberi exinde plures redditus. Charta ann. 1477. pro prior. de Mauzan. in Pago infer. Lemov. : Prænominati vero de Meynia, pro se et suis nomine prædicto, ... recognoverunt... se tenere a prædicto domino priore présente, ... videlicet mansos seu Fasionés de Meynia, de Palissas, de la Chevalerie, de la Durantie, de la Font, de la Coste, de Puarasis, medietatem de la Jouffrerie, et tertiam partem de Rusac, nec non etiam et molendinum dicti prioratus de Mauzanis: et ratione eorumdem mansorum, Fasionum et molendini superius nominatorum, sibi debere anno quolibet et perpetuo de perpetuo censu seu redditu, ac teneri solvere quinquaginta solidos monetæ currentis, decem sextaria siliginis, novem sextaria avenæ, novem sextaria frumenti mensuræ Treinhaci (Treignac) novem jornalía hominis, novem gailinas et agrarium. Ibidem: Mansos et Fasionés. Rursus: Mansos sive Fasionés. Alia ann. 1328. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1: *Quitavit... domos, ortos, ayralia, terras et Fasionés prædictos. Vendit. vicecom. Turen. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 156: Cum... mansis, camansis, bordariis, tenementis, Fasionibus et affariis, etc. Vide supra *Affazio*.**

\* **FAISIUM**, Fascis, onus. Charta Phil. Pulc. ann. 1288. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 106. v. : *Arrestata fuerunt... quadraginta quinque Faisia boqueranarum, viginti tres cordoani.* Alia ann. 1378. ex Schedis Pr. a S. Vincent. : *Collerius et Collieria portans... solvit pro Faisio denarios quinque Provinciales.* Vide infra *Faissus*.

\* **FAISNATOR**. Charta sub Rodulfo rege in magn. Chartul. S. Vict. Massil. pag. 360: *Et est ipsa donatio appennaria, quam Durannus Faisnator tenuit, quantum homo invenire potuerit... Ipse presbyter, qui decantabit apud S. Saturninum, ipse teneat et possideat.* An idem significat quod *Faisnieur*, in Lit. remiss. ann. 1415. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 344: *Pour garder icelui corps mort, ont esté commis certains Faisnieurs et gardiens. Quo designari videntur presbyteri servandis humanisque defunctorum corporibus præpositi.*

† **FAISSA**, **FAISSIA**. Vide *Faicia*.

\* **FAISSELLUS**, Fasciculus. Vide *Fessellus*.

† **FAISSUS**, ut infra *Fassus*, Fascis, Gallis *Faisseav*. Instrumentum ann. 1451. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Dominus Rex habet lesdam piscium recentium et salatorum, videlicet de qualibet saumata denar. 4. de quolibet Faisso hominis denar. 2.*

\* *Nostris alias Fais.* Chartul. Celsinian. ch. 781: *In unumquemque mansum, unum Fais de feno.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 251: *Il avoit pris un Fais de foing, c'est assavoir ce qu'il en pouoit entrer en un lien de blé.* Vide infra *Fayssus*. *Faisse* vero, pro *Fustis*, *paxillus*, in Lit. remiss. ann. 1360. ex Reg. 89. ch. 450: *Lequel suppliant tenoit un petit baston, appelé Faisse, aussi comme un petit paisseau d'une haie.* Vide supra in *Fagotare* 1.

† **FAITA**, pro *Faida*, legitur apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 95. col. 2.

\* **FAITUM**, Tributum, vectigal, Gall. *Charge*. Lit. ann. 1350. in Reg. urbis Paris. fol. 17. v. : *Taliter onerata, quod Faida seu honera hujusmodi villa ipsa non potuit, jam diu est, nec posset de cetero ex suis redditibus sustinere.* Vide supra *Factio* 3 et *Faxius*.

† **FAIUS**. Vide *Faia* 2.

\* **FAIXA**, Prædium rusticum, ager, ut supra *Faisio*. Charta ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 589: *Et ipsam Faxam, quæ se jungit cum alia Faxa de Berengarii de Vallauquez, et in eadem Faxa est mansus, qui fuit Saldon.* Alia ann. 1166. ibid. col. 605: *Et omnes Faxas, quas in riparia illius parochiæ pater meus vel avus habuerunt.* Vide in *Faicia*.

† **FAKECHA**. Vide *Facha*.

† **FAKIRI**, Monachi Muhammedani. Vide *Lexicon Hofmanni*.

1. **FALA**. Ordericus Vitalis lib. 6. pag. 624: *In territorio Balgenzaii cuidam pagensi, Taurus nomine, Fala erat, quæ sæpe gregem armentorum relinquens in saltum currebat, etc.*

☞ Haud scio an huc spectet, vox Teutonica *Falsch*, qua homo mendax, fraudulentus, sui compendii cum damno aliorum studiosus denotatur, ut author est Schilterus in Glossar. Teuton. Hæc enim satis conveniunt homini, qui gregem sibi commissum dimittit. [\* Non de homine hoc loco agitur sed de tauro, unde scribendum cuidam pagensi taurus, nomine Fala, erat, qui, etc.]

2. **FALA**. Turris lignea. Vide *Phala* 1.

\* 3. **FALA**, ut *Hala* 1. Locus ubi merces venum exponuntur, in tit. ad marg. Reg. 108. Chartoph. reg. ad Lit. ann. 1375. ch. 84: *Mandamentum dominorum compotorum mentionem faciens de quadam domo sita in buto vici straminis juxta Falas Paris.* Ubi textus habet: *Une place seant au bout de la rue du feure en un angle tenant au degré et aux Hales*

*de la mercerie de Paris.* Vide infra *Falha*, *Falla* 2. et *Phala* 2.

† **FALACIA**. Vide *Falasia*.

\* **FALAHUS**, *Fedititius*, in Glossar. Wacht. pag. 1886.

1. **FALANGA**, **PHALANGA**, **FALANGUS**. Papias: *Phalanga, fustus, cui aliquid deligatur.* [Plinius 7. 56: *Prælium Afri contra Egyptios primi fecere fustibus, quos vocant Phalangas.*] Nonius: *Palangæ dicuntur fustes teretes, qui navibus subjiciuntur, quum attrahuntur ad pelagus, vel quum ad littora subducuntur: unde etiam nunc Palangarios dicimus, qui aliquid oneris fustibus transvehunt.* Gloss. Lat. Gr.: *Phalangarii, οἱ τὰς δοκοῦς ἀποκρεμῶντες βάρη, καὶ πλείονες ἀμα βασιλεύοντες.* Hesychius: *Φαλάγγια, στρογγύλα, ἕβλα καὶ σύμμετρα.* Pollux: *Τὰ δὲ τῶν νέων ἕβλα, οἷς ὑποβλήθῃσιν ἐφέλκονται οἱ νῆες, Φαλάγγες, ἢ φαλάγγια.* Agobardus lib. Adversus Fredericum cap. 21: *Sicut et illi duo, qui unum botrum in Falango portabant, unum opus faciebant indifferenter, nisi quia eundem botrum unus post dorsum, alter ante faciem habebant.* [\* Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Phalangæ, Gall. Motes vel motines.*]

**PHALANGA**, apud Petrum Damian. lib. 2. Epist. 15: *Sicque velut hædum in Phalangam pendulum alter post alterum bajulare cæperunt.* Occurrit eadem inflexione in Spec. Sax. lib. 1. art. 63. § 6. Guillel. de Guignavilla in Peregrinatione animæ:

Mon balay je nomme ma langue,  
Et mon fourchon, et ma Palange,  
Dont toute ordure je baloie,  
Je housse, ramonne, et noioie.

**PALINGUS**, Eadem notione. Luithprand. in Legat. cap. 33: *Residentibus itaque nobis ad mensam sine latitudine longam, Palingi latitudine tectam, longitudine seminudam.*

**WALENGA**, pro *Falanga*. Rollandinus in Chron. lib. 3. cap. 15: *Cum lanceis, ensibus, Walengis, acutis, et clypeis, et omni armorum genere, etc.*

\* 2. **FALANGA**, pro *Phalanx*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Falanga, falanz, Compaignie, tourbe, avantgarde, légion.* Vide *Phalanga* 2.

\* **FALANGAGNUM**, Tributum, quod pro facultate figendi *falangas* seu fustes aut palos ad ripam, ad quas religitur naves, exigebatur: quo sensu intelligendum quoque est *Falangaticum*. Privilegium concessa Pisan. a Soldano ann. 1269. apud Lamium in Delic. erudit. tom. 3. pag. 278: *Et lignum quod gabbiam non habuerit cum cuperta, unam tarenum auri tantum, et nihil aliud, neque plus... et maxime occasione Falangagni seu portus.* Vide infra *Phalangaicum*.

† **FALANGATICUM**, Species tributi forte exsolvendi pro mercibus, quæ *falangis* exportantur. Charta Caroli IV. Rom. Reg. pro ordine sacræ Militiæ Teutonice, apud Ludewig. tom. 6. pag. 45: *Concedimus etiam eidem sacræ domui... libertatem aquarum, herbarum et lignorum... et ut de ipsis per totum imperium nihil ratione portatici, plateatici, Falangatici, ripatici, thelonei, vel alicujus alterius exactionis, solvere teneatur.* Vide *Falangagnum*.

† **FALANGIARIUS**, λαοφόρος, Qui gestat lapides. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Isidorus in Glossis et Papias in MS. Bituric. habent: *Falangarius, ut gladius.* Locum mutilum lubens suppleret Grævius: *Falangarius, qui falangis ut gladiis utitur.* Vide *Falanga*. [\* Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. Leg. *Falan-*

garii, ἀγροφόροι. Vide Meurs. in Minot. pag. 152.]

**FALANGUS**, Giraldus in Topogr. Hi-berniæ, apud Bromptonum : *Gens ista... vice palliorum Falangis nigris utitur*. At in edito Giraldo Distinct. 3. cap. 10. est *phalings lanceis*, i. Camdeno interprete, sagis sive lacernis villosis. Harum descriptionem pluribus refert Gratianus Lucius in Cambrensi everso cap. 13. [\* Vide Phala.]

\* **FALARE**, Fabulari, libere loqui. Leg. Portug. sub Alph. reg. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portug. pag. 11 : *Si male Falaverint de regina et filia-bus ejus... non sint nobiles*. Vide supra *Fabellare*.

**FALARICA**, [*Genus arcæ* (l. lanceæ) *grandis, aut genus teli*. Glossar. Sangerman. num. 501.] Vide *Phalarica*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Falarica, engin à jetter pierres*. Aliud ex Cod. 7641 : *Fallarica, lancea magna, telum mulieris*.

† **FALARUS**, περιτραχίλιον, Monile, col-lare. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

† **FALASIA**, FALACIA, FALLAZIA, Mo-dus agri, f. ab editorio loco sic dictus, nisi idem sit quod *Falcata*. Calendarium MS. anniversar. B. Mariæ de Argento-ho : XIII. *Kalend. Martii, anniversarium D. Roberti magistri, qui dedit caritatibus de Argentolio pro anniversario quatuor libras super Falacia Symonis Egri*. Ibi-dem : *Anniversarium fratris Petri de Boysiaco Prioris de magno Puteo, qui dedit nobis XII. sol. annui redditus super Fallasia Auberti piscatoris*. Ibidem : III. *Non. Maii, anniversarium Agnetis Laha-selle, quæ dedit nobis Fallaziam Aden*. Rursum : *Idib. Decemb. anniversarium fratris Guillelmi de Thoriaco... pro qui-bus habemus medietatem Falasæ... quæ bene valet XII. sol. annui redditus*. Vide *Falesia*. [\* Idem, ut videtur, quod infra *Falesia* 2.]

† 1. **FALCA**, pro Fascis, fasciculus, Gallice *Botte*. Litteræ G. Magalonensis Episc. ann. 1116. apud Stephanotium tom. 5. Fragm. Hist. MSS : *Statuimus autem ut fratres has ecclesias possidentes talem censum ecclesie nostræ unoquoque anno reddant, id est, duos modios frum-menti, tertium ordeii... et centum Falcas ceparum et XVIII. denarios*.

† 2. **FALCA**, Pars quædam navis. In-formationes Civit. Massil. de passagio transmarino in Cod. MS. Sangerman. : *De formis et mensuris galearum... Item senitha à tayrat VI. palmos cum quarto. Item de Falca III. palmos minus quarto*. Rursus ibid. occurrit. [\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 157.]

\* 3. **FALCA**, an idem quod *Falcata*, vel mensuræ species? Charta comit. Theob. ann. 1222. in Chartul. Campan. fol. 330. vº : *Debebat assignare xxx. libratas terræ, .... et Falcas avenæ de redditibus, in aliis redditibus de Chamaio*.

† **FALCABILIS**, Qui falcari potest, seu falce secari, apud Th. *Madox* in Formul. Anglic. pag. 31.

\* Charta Phil. Pulc. ann. 1305. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 280. rº. col. 2 : *In domibus, pratis Falcabilibus et non Falcabilibus, etc.* Alia ann. 1306. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 87 : *Concessimus... quinquaginta acras domaniorum et pratorum non Falcabilium*. Id est, ni fallor, secunda falce minime secando-rum.

**FALCAGIUM**, Jus herbas desecandi in forestis vel pratis. Aresta Candelosæ ann. 1259. in l. Regesto Parliamenti fol. 100 : *Dictum fuit hominibus de Leonibus,*

*quod non haberent Falcagium, quod in foresta de Leonibus dicebant sibi quitatum esse*.

† **FALCARE PRATA** dominorum suorum tenebantur vassali, interdum tamen non sine aliqua mercede. Charta ann. 1292. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 320 : *Per duos dies prata domini Falcabunt, (homines de Hedingdon) ter-tio vero die herbam ibi falcatam vertent, etc. pro falcatione et aliis supradictis circa dictum fenum... solventur eisdem hominibus de denariis domini singulis annis proximo die quo falcare incipient quinque solidi*. Charta ann. 1363. ibid. pag. 496 : *Et dicunt quod quilibet falcator habeat ad vesperam singulis diebus quam-diu falcabit fasciculum feni quantum potest capere sursum cum falce sua sine auxilio aliorum*. [\* Pactum inter dom. et habitat. de Bourbonne ann. 1315. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 155 : *Item chascuns feux de ladite ville paiera au seigneur un jour de faucille*. Vide infra *Falcatio*.]

† **FALCARIA PRATI**, *Falcariata prati*, Idem quod mox *Falcata prati*. Occurrit passim in Reg. *Probus*.

† 1. **FALCARIUS**, ἀρετρανοποιός. Gloss. Lat. Græc. Qui falces facit. Alias, qui falce metit. Isidoro : *Gladiator, qui fal-cem gerit*. Vide *Falcatores*.

\* 2. **FALCARIUS**, Qui falce metit, nos-tris alias *Fauciller* et *Fausilleur*. Charta ann. 1407. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 184. bis : *Quædam pecia prati... con-tinens dietam sexdecim Falcariorum... Item alia pecia prati... continens septem dietas unius Falcarii*. Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 139. ch. 68 : *Compaignons Faucilliers pour fauciller les blefs*. Alia ann. 1415. in Reg. 168. ch. 385 : *Comme le suppliant... eust envoié Faussilleurs pour Faussillier son blef, etc.*

\* **FALCASTRARE**, Falcare, *falcastro* desecare : unde *Falcastratio*, ipsa sectio. Stat. Casimiri ann. 1947. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 37 : *De Falcastratione alicujus prati*. *Bartoidus deposuit quere-lam contra Andream, quod pratum ipsius Falcastrasset et gramina abscidit*. Vide *Falcastrum* 1.

1. **FALCASTRUM**, Isidorus lib. 20. cap. 14 : *Falcastrum, instrumentum ferreum curvum, cum longo manubrio ad densita-tem verpium succidendum*. Sic dictum, quia recurvum ad similitudinem falcis. Idem et *Runco* dicitur. Gregorius M. lib. 2. Dial. cap. 6 : *Et dare ferramentum jussit, quod ad falcis similitudinem Fal-castrum vocatur, ut de loco quodam vepres abscinderet, quatenus illic hortus fieri deberet*. Interpres Græcus habet *ἐυλοκόντυ*. Occurrit in Vita S. Egwini Episcop. Wigorn. cap. 4. apud Faustum in Vita S. Mauri Abb. cap. 2. et in Gloss. Anglo-Saxon. Ælfrici. Vide *Bidubium*.

2. **FALCASTRUM**, Falx militaris. Historia MS. Excidii Acconis ann. 1291 : *Portantes ibidem... lanceas, Falcastra, cassides et loricas*. Nisi ensis fuerit in modum falcis curvatus, qui *Fauchon* dicitur Scripturibus nostris. Regestum Peagiorum Bapalmæ : *Le espée, ou Fau-chon, chacun 1. obol*. Nicolaus de Braia in Ludovico VIII :

Non arcus, non hasta gravis, non sæpe bipennis,  
Non desunt Falces, gladiis armantur acutis.

Liber Anglicus Inscriptus *Justice of peace*, pag. 77. b. : *Cum aliis ignotis de covina sua, et associatis, vi et armis, sci-licet gladiis, baculis, vagis, Falcastris, arcibus, et sagittis, etc.* Occurrit non

semel apud Willelmum *Guiart* in Hist. Francor. MS :

Plommés fermement tenues,  
Fauchons, juisarmes esmoules.

Idem in S. Ludovico :

Fauchons, et coutiaus, et espées.

Alio loco :

Aus Fauchons, aus coutiaus à pointes.

Idem ann. 1295 :

Hasches, espies, juisarmes, lances,  
Fauchons, coutiaus, ars, arbalestes,  
Et sajettes de traire prestes.

Et ann. 1296 :

Aus Fauchons tranchans et aus hasches,  
Pour fairir à une main faites,  
S'entrennaient de retraires,  
D'estos et de tailles diverses.

Vide *Fletam* lib. 1. cap. 24. § 12. et in *Falso*.

**FALCATA PRATI**, Quantum unus *sector* per diem *falcare* potest de prato, [*une Fauchée de prey* non semel in Recen-sione bonorum publici valetudinarij Commerciali in MS. Cod. ejusd. urbis f. 22. etc.] Tabularium Ecclesie Grati-anopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 28 : *Et pratum debet habere illam magni-tudinem, ut per 3. dies jugiter 16. sectores operentur sine aliquo lucro*. Charta Ri-cheri Abb. S. Valerici ann. 1219. in Ta-bul. Campaniæ : *Exceptis sex jugeribus terræ... et exceptis sex Falcatis prati, ubi illas commodius poterimus invenire*. Ta-bularium S. Vitoni Virdunensis : *Habe-mus 4. quartarios alodii et 15. Falcatas prati, etc.* Ibidem : *In Formestor est man-sus indominicatus culturæ, 3. prata ad Falces 30. piscatio per legas 3. Regestum feodorum et servitorum, in Camera Comput. Paris. f. 216 : Lige de 12. Fau-chées de pré, et demy arpent de vignes*. Chron. Besuense pag. 632 : *Inquisitione facta inventi sunt 52. jugera terræ, et 4. Falces de prato*. Pag. 676 : *Dederunt etiam quatuor Falces prati in suo broulo S. Sequani*. Et pag. 700 : *Addidit is et Falcem prati prope Arcionensem siti*. Adde pag. 114. ubi perperam editum *facces pro falces*, et pag. 624. Chronicon S. Benigni Divion. pag. 448 : *Est in Dor-none unum pratum, quod possunt secare Falces centum*. Charta Gallica ann. 1566 : *Item un prey contenant douze Faucleyes ou environ, seant au ban de Gelocourt, etc.* Vide *Sectura prati* in *Secare*.

† **FACULTA**, mendose pro *Falcata*. Charta Officialis Remensis ann. 1298. in Tabulario Compendiensi : *Dederunt in eleemosynam supra dictis Abbati et Con-ventui tertiam partem duarum Facul-tarum prati siti juncti brolium*.

† **FALCATIO**, Feni sectio, quam servus domino debet. Gall. *Fauchage*. Charta Andreae de Calviniaco pro hominibus S. Kartesii ann. 1251. apud Thomasserium in Biturig. pag. 90 : *Immunis erunt tal-leis, charreis, Falcationibus, fenacioni-bus, etc.* *Falcatio feni et messio blado-rum*, apud Th. *Madox* Formul. Anglic. pag. 154.

\* *Corveya falcium* appellatur in Ch. Joan. de Cabilone episc. Lingon. ann. 1391. ex Chartul. ejusd. eccl. fol. 272. vº : *Item corveyæ falcium a diebus xxx. fami-liis hominum bis in messibus, valent xxx. sol. Hinc Paier la Faulcille, Operam de-bitam cum falce præstare, in Charta Phil. dom. Jonvil. ann. 1354. ex Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 338 : *Item chascuns feux paieroit la faucille en messons de blez*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg.*

7684 : *Faucherie, fauchement, Falcatio.* Vide *Falcare* et *Homo pro falce*.

† **FALCATOR**, Feniseca, Gall. *Faucheur*. Pluries occurrit apud Scriptores ævi mediæ : utitur etiam Columella.

\* [In Charta an. 1269. ap. Cart. N. D. Paris II. 164. legitur : « Durandus *Falcator*. »]

**FALCATOIRES**, Milites *falcbis* instructi, apud Thwrocium in Salomone Hungariæ Rege cap. 52. Glossæ Isid. : *Falcarius, gladiator falcem gerens.* Vide Cicéron. 5. in Catilin. Fletam lib. 1. cap. 24. § 12. et Mandatum super juratis ad Arma, in Append. ad Matth. Paris. pag. 149.

**FALCATORIA**, Navis species, [forte eadem quæ nostris *Felouque*, alias *Falouque*.] Senator lib. 2. Epist. 20 : *Decernimus, ... ut quantitas* (i. quantas) *in Ravennati urbe Falcatorias potueris reperire, frumentis fiscalibus oneratas ad nos usque perducas.* Ubi quidam legunt *sulcatorias*. [\*\* Vide Jal. Antiq. Naval. tom. 2. pag. 157.]

† 1. **FALCATURA**, Fenum falce succisum. Concordatum inter Guidonem Abb. S. Germani Autiss. et Droconem de Melloto super nemore de Brueria ann. 1289 : *Possunt et debent bestias suas facere pasci in eodem (prato) absque contradictione in aliqua, prima tamen Falcatura submota et percepta.*

\* *Fauçage*, eodem intellectu, in Charta ann. 1416. ex Chartul. 23. Corb. : *Et avec ce demourroit et devoit demourer l'erbage et Fauçage au droit desdits compaignans.*

† 2. **FALCATURA PRATI**, Idem quod *Falcata prati*. Charta Thossiac. ann. 1463 : *Pratum continens Falcaturam duorum hominum prati.* Kennettus in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden. : *Tenet in Bondagio, et debet unam Falcaturam per dimidium diem, i. feni-sectionem.*

\* **FALCAUSTRUM**, *Fauchar*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 370 : *En laquelle forge le supplicant print un baston, nommé Fauchart.* Vide *Falcastrum* 2. et infra *Faucha*.

\* **FALCETARE**, *Portare*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

\* **FALCETUS**, Ital. *Falceto*, *Falcula*, nostris alias *Fauchet*. Stat. Ripet. cap. 12. fol. 4. v. : *De quolibet Falceto sive ranzia, pro introitu vel exitu sex denarii.* *Un fauchet de fer à taillant*, in Lit. remiss. ann. 1377. ex Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 345. *Fauchquet* et *Faulcquat*, in aliis ann. 1459. ex Reg. 189. ch. 363 : *Ung baston, que on appelle Fauchquet, ... du taillant dudit faulcquet, etc.* Rursum aliæ ann. 1467. in Reg. 200. ch. 71 : *Ung Fauquet ou raverlon en façon de serpe enmanché en ung long baston.* *Fauchet* vero *Rastellum* sonat, in aliis Lit. ann. 1480. ex Reg. 206. ch. 567 : *Les Fauchetz ou boignetz, desquelz icelles femmes amassoient les avoynes. ... Le supplicant frappa de son Fauchet, qui n'estoit que ung baston de bois sans ferrement.*

\* Hinc *Faire le fauchet*, quod aliter dicitur *Donner le croc en jambe*, quia crux adversarii crure recurvo implicatur ad eum prosternendum. Lit. remiss. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 164 : *Le supplicant fist du pié le Fauchet par derrière, tant qu'icellui Gobin chey à l'envers.* Vide infra *Gamba* 1.

**FALCHILLA**, Veneni species, vel sortilegium. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 146 : *Imponendo*

*dicto exponenti commississe falsum in suo officio (notarii) et portari fecisse Falchillas ad intoxicandum* (i. intoxicandum) *Dictum Gallardum.* Vide supra *Fachilator* et *Facillare*.

† **FALCHIO**, Idem quod mox *Falcio*. Statuta Eocl. Aquensis MSS : *Statutum fuit quod nullus canonicus, nullus clericus portare audeat cultellum, armonem, Falchionem pennatum, clavem, enseme, aut alia arma.* Vide *Falco* 2.

† **FALCICULA**, *Falcula*, Gallis *Faucille*, in Chartulario Monasterii SS. Trinitatis Cadom. fol. 47. verso.

† 1. **FALCIDIA**, Lex a P. Falcidio Tribuno temporibus Augusti lata, quæ statuëbatur, ut hæres quartam partem bonorum sibi relictorum, si plus æquo legatis oneraretur, acciperet, cæteras partes legatariis relinqueret : quare *Falcidia* pro quadrante hæreditario non semel accipitur in nostris instrumentis, qui quadrans ab hærede, a quo supra dodrantem legatum fuit, retinetur. Sed de his Jurisconsulti. Formula Lindenberg. 62 : *Præter ista omnia reservavimus in Falcidia heredibus nostris villas illas in pago illo, in ea ratione ut facta mea in omnibus studeant conservare atque defendere.* Idem occurrit in nova Collect. Formul. apud Baluz. num. 28. Consule *Pitiscum* in Lexico Antiq. Rom. [\*\* In Formulæ et testamentis mediæ ævi fere semper nomine *Falcidiæ* venit Portio legitima, quæ filiis debetur ; nonnunquam simpliciter quadrans est, ut in Chart. ann. 932. inter Formul. Goldast. num. 33 : *Et Falcicia* (sic) *exinde in alia nostra terra in roncale et Falcicia de illum cortinum, etc.* Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. temp. tom. 1. cap. 9. § 41. not. p. § 40. not. c.]

\*\* 2. **FALCIDIA**, Defectus, ut *Fallere* pro *Deficere*. Vide in hac voce. Charta Magni Reg. Sueciæ ann. 1344. ap. Lappenb. in Origin. Hanseat. pag. 375 : *Sola pace, quæ cunctarum contentrix est bonorum, et ex cujus Falcidia cuncta dilabuntur antea conquistata, etc.*

\* **FALCIFIGARE**. Vide *Falsificare* 4.  
† **FALCIGRANUS**, *Falcigravius*, *Fallizus-gravus*. Otto Morena in Hist. Laudensi : *Imperator.... Raynaldum Cancellarium suum et Ottonem Fallizum-gravum Mediolanum dirigens, jussitque eis, etc.* Hunc in locum Murator. tom. 6. col. 1021. monet *Falcigranum* sive *Falcigravium* alibi vocatum, id est, Palatinum Comitum, ex Leibnitio ad Morenam pag. 619. Vide in *Comes*.

**FALCILE**, apud Adalardum in veteribus Statutis Abbatii Corbeiensis lib. 1. cap. 1. est *Falx*, quæ herbæ vel avenæ secantur : nostris *Faucille*.

† **FALCILLA**, Ead. notione, in Charta ann. 1308.

\* **FALCILLA**, *Falcula*, Gall. *Faucille*. Charta ann. 1180. in Chartul. S. Corn. Compend. fol. 127. r. col. 2 : *Aliquis ex parte majoris in campis vel culturis ecclesiæ Falcilla non debet metere vel segetem evellere.* *Farchiel*, pro *Falchiel*, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 220 : *Et cellui qui le (pié de bœuf) copperroit en beau jeu d'un bougon, ordonne à maniere de Farchiel, etc.* Vide *Falcile* et infra *Faucilla*.

**FALCILLAGIUM**, ex Gallico *Faucillage*, Præstationis vel *corveiz* species. Aresta in Nativitate B. Mar. ann. 1257. in Reg. 1. Parl. fol. 3 : *De releviis, corveis, terragiis, Falcillagiis, forisfactis, excadentiis, etc.* Regestum census et feodorum Carnotensis Comitatus fol. 57 : *Le Fau-*

*cillage et le fenage d'ilec, c'est à savoir pour l'herbage, que ceuz de Senonches ont en la forest, et por estre quite des prés fener, dont chascun hostel doit 4. den.*

† **FALCIO**, *Armorum* species. Statuta ann. 1282. Ordinis Cisterc. inter Aneed. Marten. tom. 4. col. 1483 : *Ne quis Monachus vel Conversus præsumat secum arma deferre, sumere, vel habere, videlicet enses, vel gladios, Falciones, sicas, aut cultellos acuminatos, aut cetera armorum genera.* Vide *Falco* 2.

† **FALCISTORIUM**, ut infra *Faldistorium*, Sella amplior et brachiata, Gallis *Fauteuil*, Annal. Bened. tom. 4. pag. 239 : *Cum ex equo descendisset* (Benedictus VIII. Papa) *posito Falcistorio ad judicandum resedit.*

† **FALCITARE**, *Putare, secare*, videlicet *falce*, Papias et Glossar. Sangerman. num. 501. Gloss. Isid. : *Falcitat, putat, secat, æstimat.* Ubi abundat verbum, *æstimat*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Falcitare, faucher ou soyer de faucille. Falcare, faucher de fauc.*

† **FALCITENENS**, *Falcifer*, armatus *falce*. Radevicus Frising. Canonicus de Rebus gestis Friderici I. Imp. lib. 2. cap. 11 :

Libram Phœbus subiit cum Falcitente,  
Luci non prevaluit die deciente,  
Vita minus habuit morte prevalente,  
Otto quando corruit, raptus heu repente !

Sic mors cum falce depingi solet.

\* **FALCLA**. Charta Theob. episc. Ambian. ex Cod. reg. 4184. fol. 14. r. : *In festo beati Firmini martyris debet habere thelonarius de thesaurario quatuor sextarios vini et de feodo suo quartam partem Falclarum.* An *Ferculorum* ?

1. **FALCO**. Gloss. Gr. Lat. : *Κίρκος, Falco* : accipitris species ; nostris *Falcon*, sic dicta, ait Joannes de Janua, quod unguis habeat recurvos ad similitudinem *falcis*. Seu potius ad similitudinem *falconum*, qui in Gloss. Lat. Græc. dicuntur *δάρκυλοι ποδῶν ἕσω βλεπόντες*. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod 1013 : *Falcones, genus avium, pollices pedum incurvos habentes.* Festus, et Glossæ Isidori, *Falcones* pariter dictos aiunt, qui pollices pedis intra curvos habent. Aliud etymon habet Silvester Giralduus in Topogr. Hibern. dist. 1. cap. 8 : *Falcones igitur a falcando, quia in falcis modum, in circumcundo perlustrant.* Vide eundem lib. 1. de Expugn. Hibern. cap. 29. et lib. 1. Itiner. Cambr. cap. 12. Primus autem Julius Firmicus hoc verbo videtur usus. lib. 5. cap. 7. lib. 7. cap. 4. Capitula Caroli M. ann. 769. cap. 2 : *Omnibus servie Dei venationes et silvaticas vagationes cum canibus, et ut accipitres et Falcones non habeant interdicimus.* Adde lib. 7. Capitul. cap. 125. Synodus Ticinensis ann. 850. cap. 4 : *Non canibus, aut accipitribus, vel capis, quos vulgus Falcones vocat, per se venationes exercent.* Adde Concilium Cabilonense II. cap. 9. Liptin. cap. 3. et Hericum Monachum de Miraculis S. Germani Autissod. cap. 48. Epistola Hedilberti Regis Cantizæ ad S. Bonifacium Archiepisc. Moguntinum : *Unam rem præterea a vobis desidero exhiberi, ... hoc est, duos Falcones, quorum ars et artis audacia sit grues ville libenter captando arripere, et arripiendo consternere solo.* Idem Bonifacius Episc. ad Athebaldum Regem Merclorum : *Diracimus tibi accipitrem unum, et duos Falcones, duo scuta, etc.* Le Roman d'Aubery MS. :

... Avolt Faucons mués.

Sunt porro *falconum* species diversæ, quas cum adjunctis, seu epithetis, vulgo Scriptores indignant, de quibussingulis agunt Frideric. II. in libris de arte venandi cum avibus, Albertus Magnus lib. 28. de Animalib. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricultura, etc. Vide præterea Bellissarium Aquavivam de Aucupio, Jacobum Augustum Thuanum de Re accipitraria, et alios. Idem Fridericus lib. 2. cap. 2: *Aves rapaces, quibus homines utuntur, et apud nos usi sunt ab antiquo, sunt istæ: Girofalci, Sacri, Gentiles, Peregrini gentiles, et Laynerii, quæ quidem sub uno genere comprehenduntur, videlicet Falcone.* Capiuntur autem Falcones, aut in nido, et Nidularii vocantur, vulgo *Niais*, Friderico II. *Nidasti*: aut jam adulti, et *Ramales*, Friderico Ramagii, dicuntur, vulgo *Branchus*: adultiores, antequam tamen primum deplumentur, *Horni*, seu *Hornotini*, sunt, vulgo *Sores*: postquam jam annum egerunt, et plumas exuerunt, hos anniculos et deplumatos, *Mutatos*, seu *Muez* appellant. Vide *Gyrofalco*, *Sacrus*, *Lainerius*, *Gentilis*, *Smerilionis*, *Nidastius*, *Ramagius*, *Saurus*, *Mutatus*, ubi de singulis quædam attingimus: præterea Petrum Crescentium l. 10. de Agricult. cap. 8. 9. 10. et Nicolaum Uptonum lib. 4. de Milit. Officio pag. 187. Vide *Capus* [et *Accipior*.] [\**Custodia Falconum* vide in *Falconagium*.]

† 2. **FALCO**, Lanceæ species, ad modum falcis recurvæ. Statuta Synod. Ecclesiæ Nemaus. ann. 1284. cap. 7. n. 4. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1044: *Enses non deferant (Clerici) nec cultellos acutos, nec lanceas, seu Falcones, nisi forte causa probabiliter sui timoris, seu guerræ, non ad percutiendum, sed ad tuendum, et terrorem.* Attamen quæ hic recensentur armorum species non ad tegendum, sed ad nocendum aptæ. Vide *Falzo*.

\* 3. **FALCO**, Piscis genus. Vide supra *Erango*.

† **FALCONA**, Tormenti bellici minoris formæ species. Gall. *Falconneau*. Epist. ad Archiducem Austriæ de obsidione Varadinensi ann. 1589. apud Ludewig. tom. 6. pag. 327: *Tormenta sua bellica, ex quibus quatuor majora, vulgo Singerin, item quatuor Falconas et alia insuper plurima, in fossas erectas pertrahere...* cœpit. Vide *Falconium*.

**FALCONAGIUM**, Tributi species, a falconibus, ut par est credere, primitus appellatum, tametsi ad alias præstationes postea derivatum, quod in aliis ejusmodi non semel observare est in hoc Glossario. Charta Philippi Pulcri Regis Franc. ann. 1297. in Regesto Rubeo Cameræ Comp. Paris. qua concedit Abbati sancti Germani Parisiensis, *sex modios avenæ, et 10. solidos vel circiter Paris. annui et perpetui redditus, debitos ratione cujusdam coustumæ, quæ vocatur Falconagium, quos apud Cormelias habebamus.*

\* Charta Phil. Pulc. hic laudata non ad abbatem S. Germ. Prat. spectat, sed ad Philippum de sancto Germano in Laya, coquum regium. Alia ejusd. reg. ann. 1301. in eod. Reg. fol. 178. r. col. 1: *Petro Salnerii scancioni nostro damus et concedimus avenam et denarios de Falconagio debitos nobis annuatim in parrochia de Montigny et de Erment.* Rursum alia ann. 1276. ibid. fol. 258. v. col. 1: *Gallinam et dimidium, cum tribus denariis de Sauconnage annui redditus, percipere solebamus.* Ubi leg. *Fauconnage*, ut in Charta dotalitii Joan. reginæ Franc. ann. 1319. ex Reg. 60. Chartoph.

reg. ch. 69: *Item super le Fauconnage triginta modia, tres minas ad mensuram de Betisiaco.*

\* **CUSTODIA FALCONUM**. Servitium feudale apud Anglos. Rotul. Hundred. tom. 1. pag. 1. sub Edward. 1: *Et pro Custodia duorum Falconum et mutatur servicium falconum in sexaginta solidos per annum.* Regibus Angliæ porro jus erat explorandi nidos falconum et pullos inde capiendi ubique in Wallia, ut legitur in Abbr. Rotul. tom. 2. pag. 119. Ibid. pag. 205: *Rex assignavit Henr. Tendour... ad omnes Falcones silvestres, rufuscumque speciei fuerint, quos infra Regnum Angliæ, tam in forestis, chaceis, warennis, parcis et omnibus aliis locis, tam infra libertates quam extra, inveniri contigit, capiendos et ad opus regis custodiendos, etc.* Ibid. pag. 181: *Rex assignavit... Egid. de Bello Campo ad capiendas. prisas Regis de omni genere Falconum per mercatores et alias infra regnum Angliæ ducendorum.*

**FALCONARIUS**. Falconibus præpositus, dignitas Palatina, Gallis *Fauconier*, Italis *Falconiere*. Capitulare de Villis cap. 47: *Venatores nostri et Falconarii, vel reliqui ministeriales.* Hincmarus Remensis de Ordine Palatii cap. 24: *Similiter quoque 4. Venatores, et quintus Falconarius, etc.* Adde Epistolam Karoli M. ad Pipinum filium Regem Italiæ, et Capitulare 3. ann. 811. cap. 4. Charta Cenuilli Regis Merciorum tom. 1. Monastici Anglic. pag. 100: *Nec eos, qui accipitres portant, vel Falcones, vel caballos ducunt sive canes, etc.* Qui Falconariis præerat, sive apud nos *Magnus Franciæ Falconarius* appellatur. In computo hospitii Regis I. Jan. ann. 1312. fit mentio *Petri de Monteguignardi Militis Magistri Falconarii.* Le Roman de Garin le Loherans:

Falconier Mestre de ses oisais en fist.

Atque is Græcis Byzantinis *προτοειραχάριος* dictus fuit, cujus dignitatis, præter Codinum, meminit Pachymeres lib. 1. cap. 8. lib. 10. cap. 25. Quæ vero fuerint Magni Falconarii jura et prærogativa in Palatio Regum Franciæ, docet Historia MS. rerum gestarum sub Ludovico XII. et Francisco I. Scripta a Roberto de la Mark, Domino de Fleurance et de Sedan, Marescallo Franciæ, ex qua sequentia a nobis olim excerpta: *La Fauconnerie du Roy est une chose ordinaire, et a le grand Fauconier, qui est un fort bel Office en France, et vest pour l'heure presente un honeste Gentilhomme et de bonne maison qui s'appelle René de Cossé, premier Panetier de France. Ledit grand Fauconier a d'Etat quatre mil florins, et a 50. Gentilshommes sous luy, qui ont bon Estat, et 50. Fauconniers aydes, et ont les dits Gentilshommes cinq ou six cens francs d'Etat, et les aydes 200. et depart ledit grand Fauconier tous ses Estats, et a bien 300. oyseaux sous luy: et peut le dit grand Fauconier aller voler par tout le Royaume de France, où bon luy semble, sans que personne luy puisse donner empeschement, et tous les marchands d'oyseaux luy doivent tribut, et n'oseroient vendre un oyseau en ville du Royaume de France, ny à la Court sans consentement dudit grand Fauconier, sur peine de confiscation de toute leur marchandise. Et a ledit grand Fauconier plusieurs beaux droits. Et fait que le roy luy achepste tous les oyseaux, et a un Contrerolleur, et un Tresorier, et gens ordonnez pour les payemens, aussi bien que pour la Vennerie, ou autre Estat du Royaume de France; et sont tou-*

*jours ordinaires suivans le Roy partout où il va, aussi bien que font les Venneries, osté, que quand ce vient à l'esté, ils vont mettre leurs oyseaux en mue; mais toujours il en demeure quelque nombre pour voler les perdreaux, avec les vautours, et lenerets et les tiercelets. Et a une autre façon de faire merveilleusement belle entre la Vennerie et la Fauconnerie: car quand ce vient à la Sainte Croix de May, qu'il est temps de mettre les oyseaux en muë, les Venneurs viennent tous habillez de vert avec leurs trompes et les gaules vertes, et chassent les Fauconniers hors de la Cour, pour ce qu'il faut qu'ils mettent leurs oyseaux en mue, et le temps des Venneurs approche pour courre les cerfs à force: et quant ce vient à la Sainte Croix de Septembre, le grand Fauconnier vient à la Cour, et chasse tous les Venneurs de la Cour, pour ce qu'il est temps de mettre les chiens aux chenils, car les cerfs ne valent plus rien, etc.*

¶ *Falconarios* suos habuere etiam Summi Pontifices, ut patet ex Charta Gregorii IX. pro Monasterio Malleacensi in Antiquit. Benedict. Pictav. apud Stephanotium tom. 4. pag. 407: *Et specialiter procuraciones quas deberi mihi dicebam et meis præpositis, Falconariis, Venatoribus, servientibus.* [\**Falconarii regum Angliæ* memorantur in Abbrev. Rotul. tom. 2. pag. 266. Jersey. rot. 26. *Portitor Falconum cameræ regis*, ibid. pag. 339. Sutht. rot. 31. De Falconariis in aula Turcica vide Glossar. med. Græcit. voce *Γεπαδάροι*, Append. col. 48.] Vide *Falkenarius*.

**FALCONARIORUM DIVERSIONES**, inter gravamina, quæ subditis inferebantur, recensentur in Charta Roberti Regis Franc. pro Monasterio Sandionysiano, apud Doubletum pag. 826: *Namque, ait Rex, Venatores atque Falconarii capiendi specie salvamenti, pæne vernaculos B. Dionysii devastantes, eos populabantur, abactorumque more spoliantes prædabantur.*

**FALCONERIA**, Venatio cum falconibus, veteribus prorsus incognita, cum primus ex Scriptoribus Julius Firmicus sit, qui *nutritiores accipitrum, Falconum, cæterarumque avium, quæ ad aucupia pertinent, memoret.* Charta Ottonis III. Imp. ann. 986. apud Ughellum in Januensis Episcopi: *Cum omni jurisdictione, cum piscaria, Falconeria, et omnibus venationibus Capituli Montis.*

† **FALCONERIUS**, Idem ac *Falconarius*. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. 25: *Sex alii Falconerii, non tamen generosi, in nostra domo assumantur.* Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 177: *Item, Guilloto Falconerio, duo falcones sui, si unum possit recuperare, et quinquaginta libræ dentur.* Ibidem pag. 334. col. 2: *Falconerios, Brenerios, et Lavenderias habere voluit et ordinavit dictus Dom. Dalphinus consueto.*

† **FALCONETA**, Idem quod *Falcona*, Genus tormenti bellici. Epist. ad Archiduc. Austriæ de Obsidione Varadinensi apud Ludewig. tom. 6. pag. 331: *Alias adhuc tres fortissimas fossas in proximo vineto extruxerunt, quibus 4. machinas, Falconetas vulgo, induxerunt.* Vide *Falconium*.

**FALCONISTA**, apud Will. Hedam in Joanne II. Episc. Traject. Idem qui *Falconarius*.

**FALCONIUM**, *φαλκούνιον*, Canano pag. 190. Machina bellica, nostris *Falconneau*. Vide *Muschetta*.

† **FALCTENUS**, vel **FALCTES**, Massiliensis *Falene*, Gener. Gall. *Gendre*.

Charta anni 1358. in Archivo S. Victoris Massil. : *Dulcelina uxor nobilis Guill. de Rocafort instituit heredem nobilem Valentinum de Rocaforti Falctem suum.* Vide *Fezelenus*.

† **FALCTI**, vel **FALETI** dicebantur Usurarii quidam Lombardi et Itali sæculo XIV. adversus quos exstat Edictum Johannis Francorum Regis anno 1853. apud *D. de Lauriere* tom. 2. Ordin. Reg. pag. 523. [\* Vide infra *Falleti*.]

† **FALGUMBERGENSIS DENARIUS**. Vide *Moneta Baronum*.

1. **FALCUS**, pro *Falce*. Formula 15. ex Baluzianis: *Latrat vulpis, sed non ut canis: Faltus (l. falcus) mit semper inanis; cauda proferit, jam non fronte, cito decedat ante cano forte.* i. falcus, vel falco volat semper inanis; cauda ferit, non rostro, cito decidit ante validos canes.

\* 2. **FALCUS**. Bulla Greg. PP. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 9. v. : *Quatuor Falcos prati apud Vaccariam.* Sed leg. *Falces*. Vide supra *Falcatio*.

1. **FALDA**, Vox a Saxonico *fald*, seu Cambro-Britannico *fald*, deducta, quæ *Stabulum* vel *caulam* vulgariter, proprie vero *septum*, *claustrum*, *cumad* aliorum animalium, tum ad hominis præsidium significat. Triplex autem in veteribus Tabulis hujus vocis notio deprehenditur. Nam primo pro *ovili*, hoc est, pro sepimento ex caulis vel cratibus factis, quo pastores nocte includunt oves, tum ad stercorandum arva, tum ne in segetes spatentur. In Charta vernacula seu Gallica in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 903. *Falda, Faude, et Faldagium, Faudage* dicitur. Ita apud Brittonum pag. 109. v. Vide Consuetud. Bononiensem art. 176.

**FALDA** igitur interdum sumitur pro crate, qua illa conficitur. Custumarium de *Hecham*: *Portabit Faldas domini.* Walsinghamus in Ricardo II. pag. 255: *Et ideo in primis ad diffiduciandum Abbatem, Faldas, quas fecerat in Fauconwod, et silvis aliis, esse frangendas ipsa nocte, etc.* Mox: *Ipsa nocte ante quietem universa... in Fractione Faldarum, excisione portarum, et domus subversione... perpetrarunt.* Rursum: *Consultum est de Faldis in silvis, de silvarum portis, etc.* Monasticum Anglic. pag. 165: *Et de bosco meo, sive arborum succisione, sufficientem materiam ad faciendas domos et Faldas duarum vaccariarum. Faulde des Charbonniers*, in Statuto pro foresta Compendiensi ann. 1563. art. 29. Quibus locis *Faldæ*, sunt crates seu *cleiæ Faldarum*, quibus silvæ, vaccariæ, et carbonæ clauduntur, et continentur. [Etiamnum Gallo-Belgæ *Faulde*, vel *Faude* appellant Carbonariam fornacem cratibus vulgo circumseptam, quam Gallice dicimus *Charbonniere*.]

**FALDA**, pro septo, quo equi, aut alia quævis animalia includuntur. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 395: *Præterea concessi eisdem, quod habeant equos et porcos suos intra forestam meam, et habeant duas Faldas in foresta mea, ad capiendam equos et pullos suos semel in anno, et signandum.* Pleta lib. 2. cap. 76. § 11: *Expedit juvencula et vaccas... in Falda bene straminata noctanter custodiri.* Adde cap. 86.

\* Chron. Pet. Azarii apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 855: *Faldas ad palancatum erectas posuerunt... summo mane obsessores aggressionem fecerunt, et projectis lignis, etc.* Hinc *Faude* et *Fauldæ de charbon*, Fornax carbonaria, quia cratibus instruitur. Lit. remiss. ann. 1457. in reg. 189. Chartoph. reg. ch. 229:

*Le suppliant venoit du bois couvrir et mettre à point une Fauldée de charbon qu'il y avoit fait.* Aliæ ann. 1459. ibid. ch. 251: *Une Faude de charbon.* Unde *Fauder*, Carbonem coquere, in Chartul. Corb. sign. *Ezéchiël* ad ann. 1419. fol. 74. r. : *Porront braser, Fauder et cauffouer, sans empirier lesdiz bos, et ne porront riens copper du gros mairieng.*

**FALDA** denique sumitur pro libertate habendi *Faldam*, quæ libertas *Faldsoca* dicitur: s. o. c. enim Saxonibus libertas. Nulli quippe olim licuit vel in terris propriis *Faldam* erigere, aut gregem alere, nisi domino feudali, seu manerii, hoc ex jure publico gaudenti. Est igitur libertas *Faldæ*, seu *Faldagium*, prærogativa dominicalis, tenenti plebeo non competens. Atque hac notione passim usurpari videas in veteribus Chartis. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 840: *In Snetthesam unam carrucalam terræ cum Falda propria.* Tom. 2. pag. 209: *Et quod oves Canoniorum eant in pastura cum propriis ovidibus ejus ubique, et quod sint levantes et cubantes in propria Falda Canoniorum prædictorum.* Ibid. pag. 625: *Quadrangula agras terræ... cum libertate habendi Faldam suam.* Tom. 1. pag. 302: *Haberet et Faldas, ubi omnes homines villæ præter Seneschaldum, qui propriam Faldam habet, tenentur ponere oves suas.* Adde tom. 2. pag. 275. [Chartularium SS. Trinitatis Cadom. fol. 55: *Duo sunt Bercarii qui habent unam virgatam terræ, et debent custodire videntes... et post XII. dies Natalis habebunt Faldam super terram suam, et erunt quieti a bide-ripes, etc.* Similia leguntur ibid. fol. 60.] [\* *Faldam levare* i. e. erigere in Abbr. Placit. pag. 52. ann. 7. Joh. reg. Norf. rot. 13.]

**FALDSOGA** vero vox, habetur in veteri Charta apud Spelmannum: 40. *acras terræ cum dimidia Faldsoca.* Occurrit etiam in Monastico Angl. tom. 1. pag. 478: *Et Faldsocum per omnes campos.* Ubi perperam editum *Faldsognam*. Idem Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 275: *Cum tota alia terra, et cum libertate Faldæ, et pasturæ, et suarii, etc.*

**FALDÆ SECTA**, dicitur illa Tenentium servitus, qua tenentur oves suas in *faldam* dominicam immittere ad stercorandos illius agros. Vetus Charta apud Spelmannum: *Concessimus totam terram... cum falda, et secta Faldæ de hominibus nostris, et omni libertate, quæ ad faldam pertinet.* Hodie, inquit Spelmannus, oves Domini et Tenentium uno pascuntur grege, sub pastore a Domino dato, in cujus stipem Tenentes ideo contribuunt et pastor ille Tenentium oves æque ac Domini curans, una omnes in *falda* Domini reponit, quod et in Gallicæ locis plerisque usurpatur.

**FALD-GANGE-PENING**, dicebatur numerus a vassallo Domino fundi solutus, ut a *secta faldæ* liberaretur; ne scilicet oves ejus ovile vel caulam Domini, fundi dominicalis stercorandi gratia, sequerentur.

\* 2. **FALDA**, Fimbria, gremium; Aca-dem. Cruscan. Sinus, limbus et pilei umbella. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 90: *Quod nulla domina sive mulier audeat portare sive induere vestes, cujus fimbriæ sive Faldæ sint ultra palmos quatuor, et quod nullus sutor audeat facere vestes habentes majores Faldas seu fimbrias.* Charta ann. 1306. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 743: *Nicolaus filius quondam domini Montecli spoliatus et derobatus in civitate Cremonæ... de decem et octo Faldis feltri.*

Vide *Faldia, Faldones*, et infra *Fauda*. [\* Conf. Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 514.]

**FALDAGIUM**, Idem quod *Faldsoca*, Privilegium scilicet, et erigendæ et circumagendæ *faldæ*, seu ovilis, per arva inculta, eorumdem stercorandi gratia, et gregis fovendi. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 337: *In Brunham 2. carrucatas terræ, et unum Faldagium, et 1. molendinum.* Pag. 340: *2. carrucatas terræ, cum 1. Faldagio et molendino.* Pag. 412: *Cum Faldagiis et brueriis suis apud Norwicum.* Tom. 2. pag. 275: *De Faldagio habendo ad ducentos bidentes ad plus in villa, etc.* [\* Vide Merlin. Repert. tom. 5. pag. 104.]

† **FALDATUM**, Eadem notione. Formul. Anglic. Thomæ Madox pag. 299: *Ego Walterus Looht de Colesburn dedi Monachis de Brueria pasturam ad ducentas oves: et ego habeo fenes et Faldata de præfatis ovibus, et tamen non possum nec debeo ponere faldam eorum ultra la Gresfurlung, etc.*

**FALDARE**, *Faldam* in agrum immittere, illius stercorandi gratia. Pleta lib. 2. cap. 78. § 5: *Faciant... terras dominicas marlari, compostari, de ovili Faldari, appruari, et emendari.*

**FALDAO**, Sedes, seu sella brachiis conclusa, a *fald* Saxonico, quod, ut supra diximus in *Falda*, non modo stabulum ovile, sed etiam quodvis septum significat. Exstat apud Theodulphum Episc. Aurelian. lib. 2. Carm. 15. Epigramma cujus titulus est: *In Faldone Episcopi, et principium, Sessio Teodulfi placeat precor, etc.* Fredegarius in Chron. cap. 84: *Ubi ad ventrem purgandum in Faldone sedebat, sagitta saucius moritur.* Vide *Faldistorium*. Nescio, an ejusdem originis vox Gallica *Faude*, de qua Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Hueques de pris, tres-riches mantelines,  
Venans sans plus jusqu'au dessous des Faudes.

[Ubi *Faude* braccas, Gall. *Haut de chausses*, vel *Garde-chausses* significare videtur. Nec alia notione Raimundus Montanerius in Chron. Aragon. cap. 124: *Et dona li tal cop par les Faldes en la cuxa, que la cuxa li passa, et la sella, et apunta lo cavall.*

† **FALDARE**, **FALDATUM**. Vide in *Faldagium*.

\* **FALDATA**, Fasciculus. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 46. ex Cod. reg. 4624: *Si vero dossas prædictorum fresagiorum vel leguminum exdossaverit vel ceperit, et inde Faldatum... exportaverit, etc.* Infra: *Pro qualibet brazia seu Faldata, etc.* Stat. Perus. pag. 54: *Si quis ceperit usque quatuor uvas, solvat solidos quinque, et ab inde supra usque ad cavaglionum, Faldatam, corbellatam, solvat pro banno solidos decem.*

\* **FALDERICA**, *Lo Mangano*. Glossar. Lat. Ital. MS.

**FALDEFIUM**. Vide *Faderfium*.

**FALDEN**. Hariulphus lib. 3. Chronici Centul. cap. 9: *Capse Evangeliorum duæ ex auro et argento paratæ, Faldene addito ex argento fabricatum ad opus ipsarum.* Vox, ut videtur ejus originis, cujus *falda*, septum: est enim hoc loco *Falden*, operculum, quo Evangeliorum textus ambitur et concluditur.

† **FALDESTOLIUM**, *Faldestorium, Faldestorium*. Vide *Faldistorium*.

**FALDIA**, Vestis muliebris, in Statutis Mediolanensibus. 2. pag. 462. Ital. *Falde*. Vide *Faldones*.

**FALDISTORIUM**, Sella plicatilis, uti

nuncupatur ab Aimoini Continuatore lib. 5. cap. 33. *Plictilis*, in Chartula plenariæ securitatis, scripta sub Justiniiano, apud Brissonium lib. 6. Form.: *Sella ferrea plictilis valente tremisso uno, sella lignea plictilis valente nummos aureos quadraginta, etc.* Vox porro *Faldistorium*, a Germanico *Falden*, quod est *plicare*, apud Keronem, ita ut iis accenseatur sellis, quas Athenæus lib. 12. Synesius de Regno, Hesychius, et alii a Græcis *ὀκλαδίας* vocant. Sebastianus Cobarruvias ab Hispanico *Falda*, i. vestimentum femineum cum plicis, deducit. Alii denique ejusdem esse originis volunt, qua *Faldao*, de qua voce supra, quod prorsus non abnuerim. [Skinner. In Etymolog. *Faldistorium*, sedes Episcopi elatior et cancellis circumclusa, ab Anglo Sax. *Falde*, septum, et *stoy*, locus.] Vide Oct. Ferrarium in *Faldistoro*. [Eruditiss. Murator. tom. 3. pag. 646. notula 18. a Longobardico *Falden*, *Plicare*, et *Stoul*, Sedes, in qua euphoniæ causa l. mutetur in r, unde *Faldistorium*, est pro *Faldestolium*, accessit etymon, illudque existimat, ut re vera est, ipsi rei accomodum, nec longe quæsitum.] <sup>92</sup> Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 514.] Utcumque sit, ridicule omnino Paris de Grassis lib. 1. cap. 3. *Faldistorium* dictum scribit, quasi *Fandistorium*, hoc est, locum fandi et perorandi. Papias: *Clepo*, *Clericorum* (MS. *Deorum*) *Faldestorium*. [Bernardus Thesaurar. de Acquisitione T. S. apud Murator. tom. 7. col. 729: *Habebat enim loco Faldestorii regii saccum foliis arborum plenum.*] Acta Hadriani IV. PP.: *Descendit, et in preparato sibi Faldistorio sedit.* Acta Alexandri III.: *Papa in eminentiori loco positus in Faldistorio suo resedit.* Jacobus Cardinalis de Coronatione Bonifacii VIII. PP. lib. 2. cap. 2:

Cumque genu flexo sedi prostratus, et auro Procubisset super, simul omnis et infula circum Pontificum supplex in Faldistoria pectus Funderet, etc.

Occurrit præterea in Chronico Casin. lib. 3. cap. 19. (al. 20.) in Chron. Fossæ novæ ann. 1196. in Ceremoniali Rom. non semel, in Actis Concilii Lugdunensis ann. 1274. apud Durandum in Ration. lib. 4. cap. 30. n. 1. etc.

FAUDESTOLA, Eadem notione. Matthæus Paris in Vitis Abbatum S. Albini: *Unam cathedram, quam Faudestolam vocant.* Ubi expressa Gallica vox vetus, *Faudestuef*, et *Faudestueil*, nunc contractius *Fauteuil*. *Le Lusidaire* MS.:

El Faudestuef d'or l'aserront,  
Iluecques le couronneront.

Computum Stephani de la Fontaine ann. 1352. in Camera Comput. Paris. *Faudestueil* vocat. [Inventarium supellectilis Caroli V. Regis a Menagio in Etymologico Gallico laudatum; *Item, une chaire en maniere de Faudestueil.* *Le Roman de Blanchandin* MS.:

Desor un Faudestuel vermeil  
S'apoièrent en un conseil.]

Le Roman de Roncevaux MS.:

Dou Faudestuef s'estoit levez en piés.

Le Roman de Gaydon MS.:

El tref avoit un Faudestuef assis,  
Qui por Thiebaut i fust posés et mis.

Occurrit præterea in veteri Flandriæ Chronicon cap. 51. 72.

FALTESTALUM, Eadem perinde notione. Ademarum Cabanensis pag. 164.

<sup>92</sup> Pertz. Scriptor. tom. 4. pag. 125. lin. 72.] *De Capella Regis Roberti Evangelium ex auro et argento, Dalmaticam.... Faltestalium argentatum, vestimentum integrum sacerdotale, etc.*

FALDESTOLUS. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 47: *Et afferunt illi Faldestolus, in quo sedeat, etc.* [in edito habetur *Faldistolium*.]

FALDESTOLIUM. Romualdus Salernitanus in Chronico MS.: *Imperator deposito pallio, de suo Faldestolio surgens, etc.* Vide *Cliothedrum*, et *Clepo*.

† FAUDESTOLIUM, apud Edmundum Marten. lib. 1. de antiq. Ecclesiæ Ritibus pag. 196.

† FADISTOLIUM, Constitut. Ecclesiæ Valent. inter Concilia Hisp. tom. 4. pag. 179: *Dum divinum Officium celebratur, ne laici Clericis se immiscentes illud perturbent, nullo modo cathedras chori superiores neque inferiores, a primo Fadistolio usque ad caput Chori conscendere, neque in illis sedere audeant.*

† FALDESTORUM, Chronicon Fossæ novæ, apud Murator. tom. 7. col. 882: *Dominus Cardinalis obtulit... optimam tirallam super altare, pulchra sandalia cum caligis, bonum Faldestorum, etc.*

<sup>92</sup> VALDESTOLUM, in Gloss. ad Paneg. Berengar. lib. 6. vers. 144. Locus est in *Cliothedrum*.

FALDONES. Helmodus lib. 1. cap. 1: *Pro laneis indumentis, quos nos appellamus Faldones, illi offerunt tam preciosos martures. Faldones habet hoc loco Adam Bremensis cap. 227: Ad vestem anhelamus marturinum, quasi ad summam beatitudinem: itaque pro laneis indumentis, quæ nos dicimus Faldones, illi offerunt tam preciosos martures.* Kyliano, *Falie*, est palla, cyclus, vestis muliebris totum corpus circumdans: eidem *Paltrok* est etiam palla. <sup>92</sup> Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 331. voce *Pal*.] Hispani, *Faldones*, ut auctor est Sebastianus Cobarruvias, appellant, *los que cuelgan de las almaticas a una parte, y a otra.*

FALDRAVA. Charta Margaretæ Warvicencis Comitissæ in Monastico Anglicano tom. 2. pag. 986: *Totam decimam de agnis, de caseis, et velleribus... de vitulis et de ruschis, et de Faldranis, et de chircicetis*, [in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2223. habetur *Faldranis*, forte a recto *Faldranus*: qua voce posset intelligi Hædus, a Saxonico *feld*, Campus, et *ra n*, Capra, ita ut *Faldranus* sit hædus capræ campestris seu domesticæ, ad discrimen capreoli ex silvestri caprea progeniti.]

FALDSOCA. Vide *Falda*.

FALDWRTHI. Charta Edwardi Confessoris apud Spelmannum: *Volo præterea, ut sancta Maria et Benedictus, et Abbas, et fratres Ramesis habeant socam in omnibus, super omnes homines, qui sunt mortwrthi, ferdwrthi, et Faldwrthi in illo hundredo et dimidio, cujuscumque homines sunt.* Quædam hic commentatur Spelmannus ex conjectura, atque, has voces connectas ex wur<sup>92</sup>bi, dignus, aptus et idoneus, et *fald*, *ferd*, et *mot*: ita ut *Faldwrthi*, fuerint, qui idoneæ sunt ætatis *faldari*, hoc est, stabiliri in certo aliquo contubernio seu decania, Saxon. *friborga*, ut de eo constet ubinam exigendus sit, si in Regem deliquerit: *Motwrthi*, qui conscribi mereantur in placita et conventus publici, *mot* enim conventum sonat: denique *Ferdwrthi*, seu *Fredwrthi*, qui eo adoleverint, ut jurentur in pacem regiam, vel qui evocentur in militiam,

quam hæc ætas, *Expeditionem* appellavit, Sax. *frid*.

† FALENCA PRATI, pro *Falcata prati*, ni fallor. Donatio anni 1240: *Dono iterum cum quarruagio, usagio et octo Falencis prati, quæ nuper dedi Hospitali S. Spiritus, c. arpena boschorum, etc.*

† FALERÆ, ἵπποκόσµα, Equorum ornamenta, in Glossis veterib. Gualvaneus Flammeus apud Murator. tom. 12. col. 1031: *Fuit insuper magnificus in equitibus et equorum Faleris.* Vide *Phaleræ*.

\* Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Falera, resmes.* Comput. Ms. ann. 1245: *De quadam Falera data Vannereto, xx. sol. Turon.*

† FALERAMENTUM, Idem quod *Phaleræ*, Græc. *φάλαρα*, Ornamenta equorum, interdum etiam equitum et viro- rum nobilium; unde ad alia transfertur per metaphoram. Statuta Ordinis Cisterc. ann. 1233. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1355: *Caveant de cetero Hispaniæ et Vasconiz, et alii omnes Abbates Ordinis, ne sellis equorum curiosi, aut frenis ornatis laminis, vel lunulis stanneatis, nec strepis utantur ferreis, sed absque omni Faleramento curiosi sint hæc omnia.* Vita S. Remigii Rotom. Archiep. inter eadem Anecd. tom. 3. col. 1667: *Non enim oblectabant ejus animam Faleramenta divitiarum, nec aulicorum copia ministrorum, cujus erat omnis ab intus gloria de conscientia pura et fide non ficta.* Gesta Abb. Gemblac. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 505: *Venerabilis itaque Erluinus patris proprii studio literalis scientiæ imbutus documentis, cum in præsentî sæculo cerneret nihil agi utilitatis, cepit æstuarè... dans operam ut postpositæ vitæ lubricæ Faleramenti, Cœnobitarum sponte conglomeraretur phalangi.*

† FALERARE, Ornare, colorare, Laurentio in Amalthea ex Vocabulario Ecclesiastico, ubi mallet *Phalerare*: quo usus est S. Ambrosius in Lucam lib. 2. cap. 18. *Falerare somnipedes*, Equos sternere, ornare, in Miraculis S. Swithuni, Julii tom. 1. pag. 381. Hinc cum pompa et apparatu aliquid agere, in Charta fundationis Sacræ Capellæ Bituric. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 28: *Ad cujus gaudia triumphantis (Jerusalem) militans assidue filia pro suæ possibilitatis modulo Falerando, Altissimo representat.* Vide *Equus Phaleratus* et *Phalerare*.

† FALERE, neutro genere, apud Varonem est Architecturæ genus, quod feminino gen. sic explicat Laurentius in Amalthea: *Faleræ, Pilæ lapideæ quæ pro stereobate substruuntur stylobatæ, suntque projecturæ pulvinatæ, opportunas sedes præbentes defatigatis, ut videre est in peristylis Monachorum.*

† FALERITA, Quod spectat *Faleras*, seu equorum ornamenta. Ordinatio ann. 1336. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 310. col. 2: *Pro borratura et Falerita usque ad summam CXX. florenorum.*

FALESCERE, Carere, cessare, finire, *Faillir*, *Manquer*. Althelm. de Laude virg.:

Integritas animæ regnans in corpore casto  
Flos est virgineus, qui nescit damna senectæ,  
Nec cadit in terram, ceu fronde ligustra Falescunt.

Ubi perperam Canisius *fatiacunt* reponit. Nec scio, an ita etiam legendum cap. 16:

Donec tortoris sævi tormenta Falescunt.

Et cap. 17:

Sic miles Christi frænabat marmora ponti,  
Ut merito Sancti non unquam fama Falescat.

Ubi Canisius monet, *Fatescat* haberi in MS.

**FALESIA**, Gall. *Falese*. Sic Normanni nostri vocant maris editiores margines rupesque mare claudentes. Turnebus lib. 1. Advers. cap. 23. a *Phalerum* deducit, quæ vox apud Varronem lib. 3. de Re rustica, crepidinem quamdam significat. Sed id etymon improbat Jos. Scaliger, putatque a *Fels* vel *Fales* voce Germanica, quæ rupem sonat, petendum. Quid si a *Phalis*, vel *Falis*, quæ sunt turres editiores? Hesychius: Φάλα, φάλανα. Supra: Φάλακ βροί, σκοπία. Ita restitunt viri docti. Will. Brito lib. 8. Philip. de *Falesa* oppido in Norman.:

Vicus erat scabra circumdatus undique rupe,  
Ipsius asperitate loci *Falesa* vocatus.

Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 165: *Concessi, quod habeant largam, liberam et rationabilem viam super Falestiam Petrarizæ per totam longitudinem dicti falestii*. Charta Petri D. Marleti ann. 1234: *In domanio meo est medietas alta Falesiæ ante Chautou*. Historia Bellorum Hierosol. MS. vernacula: *On ne puet le castiel assegier ke d'une part, pour çou ke il siet sour une haute Falise*. Balduinus de Condato MS.:

Tant soit fort li mur de massis,  
Ne en haut lieu et fort assis,  
Et hostiaux sor Falise murée, etc.

[*Perceval* apud Borellum:]

Li chasteaux sur une Faloise,  
Fu ferme par si grand richesse.]

Vide Edw. Cokum ad Littletonem sect. 1.  
\* A Celtico *Falz*, rupes, accersit D. *Bullet* in Diction. Celt. Charta ann. 1211. in Chartul. S. Dion. pag. 263. col. 1: *Confessi sunt quod sibi in dicta aqua (Sequanæ) nec Falesias frangere, neque cum lotris (lorris) piscari, sine licentia abbatis sive coquinarii beati Dionysii, aliquatenus liceat*. Reg. 13. Corb. sign. *Habacuc* ad ann. 1512. fol. 149. vº: *Quatre journeaulx et demi seant au bout des Falises du marès commun de Blangy*.

† **FALETI**, Vide *Falci*.

\* **FALETRA**, *La parola ydolatria*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Falletra*.

† **FALGARE**, Spelmanus in *Aldermanus*, ex legibus Aluredi cap. 33. *perpe-ram legit Falgavit, pro Fulgavit*. Vide *Fulgare*.

\* **FALHA**, Locus ligno arborumve ramis rustice contactus. Vide supra *Fala* 3. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250: *Item quod habent (homines de Angulis)... usum recipiendi, scindendi... arbores... de dictis nemoribus... ad faciendum brandas, Falhas, cabanas, ovilia, etc.* Provinc. *Falha* est *falz, facula, defectus*, ut habet Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **FALHITA MULIER**, Prostibulum, metretrix, quia ab officio *fallit* seu deficit. Vide *Fallere*. Proclam. civit. Apt. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Item quod mulieres Falhitæ et vacabundæ debeant super superiori veste, super brachio sinistro in loco patenti, portare signum meretricale*.

† **FALIE**, Idem quod *Phala*, vestis. Vide in hac voce et in *Faldones*.

\* *Falot*, eadem, ut videtur, acceptione, in Lit. remiss. ann. 1359. ex Reg. 90. Chartoph. reg. ch. 475: *Un chaperon double, un Falot et uns ganteles de balaine*.

\* **FALINGUS**. Vide *Falangus*.

**FALIONES**. Charta Ademari Comit. regnante Rodoldo Rege indict. 12. ex

Tabul. Silvaniacensi: *Donate Archim-baudio filio meo allosos bonos 10. cum mansis 55. et servis et ancillis. et omnibus suprapositis, et spadam meam minorem et sigillum de saftro, ubi Irmingardis sculpta est, et duos Faliones, et caballos 4. Vide Faldones*.

\* **FALIS**, *Pronus*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. f. pro *Facilis*.

† **FALISCUS**, *Culter vel securis*, Papiæ. MS. *Faliscus præfert. Alibi: Forca, quam nunc Faliscum appellamus, nunc Culter dicitur, alias Securis, qua Pontifices in sacris utuntur*.

**FALKELAND**. Vide *Folcland*.

† **FALKENARIUS**, Eadem notione ac *Falconarius*. Charta Agnetis Ducissæ Silesiæ pro Monasterio Grissoviensi ann. 1295. apud Ludewig. tom. 6. pag. 523: *Neque nostri aut successorum nostrorum Aucupatores, Venatores, Falkenarii aut quicumque Officiales debent accedere, agere vel facere stationem in villa prædicta Calndorf*.

**FALKESMOTE**, Curia quædam Londoniensis, in qua judicia exercebantur. Vox conficta ex *f a l k*. [Saxon. *f o l c*, Populus,] et *m o t e*, concilium, conciliabulum. Henricus I. Rex Angliæ in Charta pro Londoniensibus: *Et amplius non sit, miskenninga* (id est, mislocutio) *in Hustenge, neque in Falkesmote, neque in aliis placitis infra civitatem*. [Vide *Falmotum*.]

† 1. **FALLA**, est *Turris lignea*. Glossar. vet. S. Andreæ Avenion. Vide *Phalæ*. Veteres *Falla* usurpasse pro *Fallacia*, testis est Nonius, apud quem: *Me non vocavit, ob eam rem hanc feci Fallam*. \* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Falla, bretesche*.

\* 2. **FALLA**, ut *Halla* 1. Locus ubi merces venum exponuntur. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 55. vº: *Littera sub sigillo præposituræ Parisiensis, per quam constat Johannem de Monte-acuto militem, vicedominum Laudunesii ac hospitii regis supremum magistrum, habuisse in Fallis Parisiensibus caput amputatum, propter plura crimina lesæ majestatis per eum commissa... De anno 1409. in mense Octobri. Ante plateam fori publici seu Fallarum, ibid. fol. 91. vº. ex Chr. ann. 1330. Et fol. 94. ex alia ann. 1332: In Fallis seu hallis Parisiensibus. Vide supra *Fala* 3.*

\* 3. **FALLA**, *Alia*, ut videtur, notione, f. Leguminis species, in Charta ann. 1343. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 232: *Pro uno quartone et dimidio Fallarum existentibus in quadam cartonata terræ, etc. f. pro Fabarum*.

**FALLACIA**, Levior culpa ex oblivione præsertim: nostris *Faule*. Usus veteres Ordinis Cisterciensis cap. 68: *Similiter super articulos manuum satisfaciunt omnes in loco, in quo sunt, quoties Fallaciam in Oratorio incurrerint non divergentes dextrorsum vel sinistrorsum*.

\* *Faillanche*, eodem sensu, in Bestiar. Ms.:

Et se dit j'avons Faillanche  
Par nos sens, ou par oublianche.

*Sans faillance*, Certo, haud dubie, vulgo *sans faute*. Le Roman de Robert le Diabie Ms.:

Car il cuident bien sans Faillance  
Au blanc armé avoir failli.

Vide *Fallum* 1.

\* **FALLACIES**, [Fallacia, Apul. 5. Met. Fallacie germanitatis inducta.]

\* **FALLACIOSUS**, [Fallaciis plenus. Gell. 14. 1. ad fin. Quibus hujusmodi

ambages *Fallaciosæ* confutantur. Id. 7. 3. a med. Argumenta vafa et *Fallaciosæ*. Apul. 8. Met. *Fallaciosa* promissio. et 9. ibid. *Fallaciosa* mulier.]

\* **FALLACITAS**, [Fallacia, fraus, seductio. (Gloss. Cyril).]

† **FALLACIUM**, Ludibrium. Barthius in Glossario, ex Hist. Palæst.: *Verumtamen hoc Fallacium est totum*.

\* **FALLARICA**. Vide supra *Falarica*.

**FALLASIA**. Vide *Falasia*.

\* **FALLENTIA** apud JC. pro Exceptio, quia ibi regula *fallit*, ex Animadv. Pr. de *Mazauques*.

**FALLERA**, pro *Phalera*, *Harnesium*, Instrumentum rusticum. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 256: *Et quod eant cum bigis et carris et Fallaris super tementum suum de Grenhull*. [Bernardus de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 177: *Jam non ypocryses pallia querunt, sed crimen Falleras exiit omnes*. Hoc est, exiit id omne, quo tegi posset.] Gloss. Lat. Gr.: *Faleræ*, ἰπποκόρυμα. Glossæ aliæ MSS.: *Falerus*, περιτραχήλιον. Vide *Faleræ*.

† **FALLERE**, vel **FALLIRE**, Deficere, desinere, Gall. *Faillir*, *Cesser*, *Finir*. Instrumentum de terris S. Catuodi, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 252: *Et tunc vadit fossa Catuodi quasi ad horam nonam per abrupta loca usque dum pervenit ad unam nodulam. Tunc namque Fallit fossa et accipitur nodula per ipsam petram, quæ est in ipsa nodula*. Vide *Fallire*.

\* *Affaillier*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 11: *Auquel suppliant nos ennemis ont fait soutenir et porter plusieurs griefs, oppressions et peine corporelle, tant de famine comme autrement, dont il fut mal disposé et en Affaillia si fort que, etc.*

\* Hinc nostris *Faux* dicitur Pars corporis, ubi truncus desinit. Mathæus de Couciaco in Histor. Caroli VII. pag. 670: *Depuis le Faux en bas, comme les jambes et les pieds d'un griffon velu et à grands ongles, et depuis le Faux en amont en forme d'homme. Du Faux du corps en aval*, in Stat. ann. 1899. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 383. art. 14. Unde *A la faute du grand pont*, pro ad extremam partem pontis, seu ubi pons *fallit*, in Lit. ann. 1358. tom. 3. earumd. Ordinat. pag. 313. Vide *Faltus*.

† **FALLESIRE**, Debitum servitium non facere, ab aliquo deficere, ei deesse, Gall. *Faillir*. Moretus Antiquit. Navarræ pag. 45: *Propter quod fuistis meos fideles quando venit illo Imperatore, et non Fallesiestes, et propter quod populetis, etc.* Vide *Fallire*.

\* **FALLETI**, Societatis mercatorum Italicorum, qui usuram sæpius exercebant, nomen. Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 503: *Bona societatis Falletorum de Alba, prædicto domino et genitori nostro confiscata fuerunt. La compagnie des Fallez, in alia ann. 1342. ex Reg. 74. ch. 428. Vide Falcti*.

† **FALLETRA**, *Adulatoria verba*. Gloss. Sangerm. MSS. num. 501. Est pro *Phalerata verba*, ut occurrit apud Terentium.

† **FALLIA**, Defectus, quo quis ibi abest, ubi ex officio deberet adesse, et substracto stipendii propter absentiam. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. 1: *Necnon sit sollicitus quantum poterit, quod sciat veritatem Falliarum, quæ fient tunc per nostros domesticos, quam per*



alios nostros officiales Fallias facientes; et illas executioni debitæ faciat mandari. Vide Fallire.

† 1. FALLIARE, Dignitate depellere. German. *Fallen*, De gradu dejicere. Lambertus Ardensis: *Hic rapiēbat, illic Falliabat, aut rebus expoliabat; isti injuriosam objiciebat calumniam... in milites efferus et amaricosus, in cives acerbus et contentiosus.*

\* 2. FALLIARE, Officio deesse. Leg. palat. Jacobi II. reg. Majoric. inter Acta SS. tom. 3. Jun. pag. L. col. 2: *Ob hoc ut ipsi domestici et alii prædicti occasionem non habeant Falliandi.* Vide Fallia.

1. FALLIBILIS, Subdolos, insidiosus. Papias.

\* 2. FALLIBILIS, Labilis, qui facile fallit seu deficit. Prolog. com. inter Serm. Barel.: *Et quantum sit Fallibilis quam ipsa mortalis vita.* Vide Fallere.

FALLICETUM, eidem Papiæ, Licentia Judæorum, vel justitia.

FALLIMENTUM, Culpa, Gall. *Faute*. Usatici Barcinonenses cap. 61: *Et qui honorem per illum non tenuerit, emendet illi Fallimentum et desonores, quos ei fecit cum avere et sacramento manibus propriis jurando.* Adde cap. 61.

\* FALLIO, [Assatura. DIF.]

FALLIRE, Lex Salica tit. 9. § 1: *Si quis voluerit alterum occidere, et colpus ei Fallierit.* Phrasis Gallica: *Si le coup lui a failli*: Id est, si ictus feclerit. Germanis *faelen* et *feylen*, est falli, labi, errare. Sed nescio, an legendum *sallierit*, cum editio Heroldi præferat: *Et colpus prætersallierit.* [Foloier, eadem notione, pro falli, errare, usurparunt veteres Galli. *Les Proverbes* MSS.:

Qui par soi velt ouvrir,  
Sans conseil demander,  
Soveat Foloiera.

*Des Fontaines* in Consil. cap. 18: *Se li arbitres Foloie à donner se sentence, i. Si arbitrer erraverit in sententia dicenda.]*

FALLIRE, vel FALLERE, Deesse rei alicui. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 28: *Qui Fallierit hostes vel cavalcadas seniori suo, cui eas facere debuerit, aut emendet illi eas in duplo, si senior voluerit, aut emendet ei totum damnum et missiones et perdas, quas senior per fallimentum illius fecerit.* Id est, qui exercitui non interfuerit, et equitationem, quam debet, non fecerit. Cap. 29: *Qui viderit seniore suum necesse habere, et Fallierit ei de juvamine et de servitio, quod ei debuerit facere, etc.* Id est, qui non juvarit, vel opem non dederit.

† FALLISCUS, Vide Falliscus.

1. FALLITA, Facultatum defectus, inopia dissolvendi æris alieni, Gall. *Faillite*, Ital. *Fallimento*. Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 40. art. 1. pag. 115: *Statuimus quod si quis foro cesserit seu, ut vulgo dicitur, banquamruptam vel Fallitam fecerit, etc.* Hinc

\* FALLITUS, ibid. art. 3. pag. 116: *Eum autem decoctorem seu Fallitum declaramus, qui tempore solutionis non satisfecerit, etc.*

\* 2. FALLITA, Vadimonium desertum, Practicis nostris *Défaut*. Stat. comitat. Venaiss. cap. 12. ex Cod. reg. 4680. A: *Notarii officia exercentes singulis diebus juridicis, quibus curia tenebitur, antequam discedant a curia, scribere in uno quaterno omnes contumacias et dictas Fallitas... teneantur.*

\* *Faille* vero et *Faloise*, pro Fallacia, deceptio, commentum, fabula, nugæ, ineptiæ, in Poem. Rob. Diaboli Ms.:

Quant qu'il vos compte, c'est tout Faille.

Ibidem:

Mais ains ne me vausistes croire,  
Ainchois teniez tout à Faloise,  
Et à escap et à folie,  
A gas et à mélancoisie.

Falourde, eodem sensu, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 2:

Une grant trufe, une Falourde,  
Une fastrasie, une bourde  
Oiant plus volentiers, etc.

Unde Falorder, Decipere, irridere, vulgo *Duper*, se moquer, in tom. 3. Fabul. pag. 70:

Li elers esraument se porvoit,  
Qui les veut aler Falorder,  
Vez ici, fet il, un besant, etc.

Neque aliud significare videtur *Fardoille* apud Guartum ad ann. 1304:

Sans conter truffes et Fardoilles.

\* *Fastrouille*, et *Fatrouille*, eodem significatu: unde *Fatrouilleur*, gerrarum seu ejusmodi ineptiarum auctor. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 172. Chartoph. reg. ch. 322: *Je ne tien compte de vo prime et de vo tierche, ce ne sont que Fastrouilles.* Aliæ ann. 1429. ex Reg. 174. ch. 326: *Icellui Berthelemieu dist au suppliant que ce n'estoient que Fatrouilles de son fait: lequel lui respondi que il n'estoit point Fatrouilleur.* Rursum aliæ ann. 1403. in Reg. 158. ch. 224: *Icellui Perrin dist au suppliant que il n'estoit que un Fatrouilleur et le cuidoit ainsi esbaboyner, et que tout ce qu'il disoit, estoit mensonge.* Vide infra *Famfaluca* et *Fatuare*.

† FALLITUS, a *Fallire*, Reus violatæ fidei. Instrum. de condicito singulari certamine inter Carolum Jerusalem et Sicilia, et Petrum Aragonum Reges, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 104: *Et tanquam perjurus, devictus, falsus, Fallitus, infidelis, proditor et infamis sit et perpetuo habeatur.* Eadem habes apud Rymer. tom. 2. pag. 228. 229. 232.

\* Nostris *Failli*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 284: *Jehan de Bourgeauille dist au suppliant qu'il battoit bien un si Failli et foireux chevalier comme il estoit, et ledit exposant respondi qu'il n'estoit ne Failli, ne foireux.* Vide supra in *Fallita* 1.

FALLIUM, Charta Lotharii Regis Franc. ann. 987. pro Eccl. S. Cucufatis in Catalonia, apud Michaelæ Carboneillum in Chron. Hispan. fol. 8: *Et Ecclesias S. Genesii, et S. Martini, et S. Felicis, quæ sunt ad ipsum Fallium, etc.* [Vide *Fallum* 2.]

† FALLIZUS GRAVUS, Vide *Falcigranus*.

\* FALLODIA, FALODIA, Faces in signum lætitiæ accensæ, Gall. *Illumination*. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 857: *Et facta fuerunt Fallopedia super turres tribus noctibus continuis.* Annal. Placent. ad ann. 1447. ibid. tom. 20. col. 892: *Et facta sunt excelsa Falodia et amœni sonitus campanarum.* Et col. 895: *Facta sunt festa campanarum, quæ pulsatæ non fuerunt diebus 25. elapsis, et facta sunt excelsa Fallopedia.* Vide in *Phalæ*.

\* FALLOGIA, Eadem notione. Annal. Estens. ad ann. 1409. apud eumd. Murator. tom. 18. col. 1066: *Novum hoc... Ferrariam universam implevit gaudio civitatem, et per diem integram ac sero acta fuerunt magnorum crebrorumque ignium multiplicata Fallogia in plateis et vicis omnibus civitatis.*

\* FALO, Eodem significatu, in Chron.

Mutin. ibid. tom. 15. col. 593: *Et ex hoc facti fuerunt magni Falo Mutinæ.* Vide *Falo*.

1. FALLUM, ex Anglico *Faile*, deficere: *falling*, defectus. Parliamentum de depositione Regis Ricardi II: *Citra Pascha proximo extunc sequens sine Fallo rediret in Angliam.* Galli dicunt *sans faute*. [Instrum. anni 1413. ex Archivo Castri Nannett.: *Cognoscimus nos esse obligatos realiter absque Fallo ad unam Missam semel in ebdomada dicendam.* Miracula S. Zitæ Virg. April. tom. 3. pag. 519: *Ego feceram nimis magnum Fallum (i. delictum) quod subterraveram bindam S. Zitæ in ista terra.* Vetus Poeta MS. e. Bibl. Coislin.:

Demain ferons une bataille  
Enmi ces ebans sans faille.

\* IN FALLO, Casu, fortuito, præter voluntatem. Chron. Bergom. ad ann. 1406. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 970: *Volendo ipse Notus dare dictis de Psonibus amendo coltellum, quem habebat in manu, in Fallo percussit unum filium Pini de Cavaricis in una tibia.*

2. FALLUM, videtur etiam modus agri apud Anglo-Saxones. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 425: *De duabus acris, et 3. rodis terræ, et 30. Fallis in Lartwaist, [Vide *Fayllium*.]*

\* 3. FALLUM, Stannum. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. Reg. 7692: *Fallum, Estain.*

† FALMOTUM, Conventus, Coetus, a Saxonico *folc*, Populus, et *Mote*, Concilium. Donatio Guidonis de Meriton Militis Fratibus Templi Salvatoris apud Kennettum Antiqu. Ambrosden. ad annum 1164: *Testes donationis sunt Fulco Sacerdos de Meriton, Luellus de Horspath et totum Falmotum meorum hominum et suorum.* Quo in loco *Falmotum* solam significat vassallorum domini congregationem. Sed alia fuere *Falmota* hisce parvis cœtibus solemniora, quæ scilicet in urbibus vel provinciis celebrabantur. *Falmotum* urbis vel oppidi, quod vulgo *Burgmote* appellabant, tum cogebatur, cum cives negotium habebant aliquod extraordinarium; *Falmotum* vero provinciæ, *Schiremote* dictum, unoquoque anno congregabatur. Huic intererant Equites omnes ceterique Vassalli liberæ conditionis, qui præstato Regi fidei et homagii sacramento Magistratum eligebant *Scherrif* vocatum, qui per annum integrum in tota provincia jurisdictionem exerceret amplissimam. Verum hujus Magistratus electio penes solum Regem esse cœpit anno 1315. ut docet Kennettus in Glossario ad calcem Antiquit. laudatarum. Vide *Falkesmote* et *Folkesmote*.

† FALO, Albertus Mussatus lib. 13. de Gestis Henrici VII. Cæsaris rubrica 8: *Sed ecce in summo Gorgonæ fastigio ignem emicare, quod signum Falo ipsi nuncupabant, conspexere.* Hujus indices signi Roberti Apulii Regis galeas in Elbam declinasse declaravere, ibique identidem damna intulisse incolis, mox et in portum Pisanum descendisse. Verum Falonis indicio Gorgonei classem Pisani in tutum redegere, illæsamque servavere. Ubi Villanus sic notat: *Vox Falo acula accentuuncula notanda est Faló.* Significat autem flammam seu flammæ splendorem, vel potius repentinam flammæ apparitionem; et videtur esse unum ex iis verbis, quæ a Græcis ad nos recta migrarunt; illis enim *φαλό*, splendidum vel album derivatione a verbo *φάω*, quod est Luceo. Consimile huic verbo, quod

obiter dixerim, est nauticum *Fano*, quod Græcis, φάνος, a verbo φαίνω, quod inter alia est Luceo, apparet. Galli dicunt *Falot*, quod videtur affine τῷ *Faló* Etruscorum. Vide Menagii Etymologias Gallicas.

\* **FALODIA**. Vide supra *Falodia*.

\* **FALQUERII**, Religiosi Turci. Vide Waddingum ann. 1314. 9. [\* Gall. *Falquir*.]

\* **FALQUETRARE**, Falce secare. Gall. *Faucher*. Charta ann. 1348. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Afirmabat dictus prior paganos et habitatores terræ S. Leontii scientes teneri Falquetrare, et alios, qui non sciunt Falquetrare, teneri quolibet anno facere unum jornale ad Falquetrandum sua prata propria dicti prioratus*. Vide supra *Falcatio*.

\* **FALSADOR**, FALSADORIUM. Vide *Falsarius* 1.

\* **FALSAMENTUM**, Adulteratio, falsificatio. Charta Guidonis Regis Hierosol. anno 1190. apud Guesnaium in Annal. Massil. : *Excepto furto, homicidio, tradimento, Falsamento monetæ, etc.*

1. **FALSARE**, Decipere. In Glossis Isidori : *Falsatus sum, deceptus sum*.

2. **FALSARE**, Adulterare, scriptum corrumpere. Rabanus Maurus lib. contra Judæos cap. 18 : *In tantum namque eorum processit impietas ut, etiam Scripturam Propheticam Falsare conati sint*. Sexta Synodus CP. art. 14 : *Τὸς δὲ φιλσεύσαντας τὰ εἰρημένα δύο βιβλία, etc.* Occurrit ibi non semel, [et in S. Euseb. Cremon. Martii t. 1. p. 373.]

\* *Faulser*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1418. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 178 : *Lequel compaignon avoit Faulsé ou fait Faulser à un jeune clerc certaines lettres royaulx*. Quod crimen *Faussairerie* appellatur, in aliis Lit. ann. 1362. ex Reg. 98. ch. 122 : *Guart de Mesnil proposa Faussairerie de rasure de ladite somme contre ledit exposant, et que l'en avoit fait de sep livres soixante livres ès dites lettres obligatoires... Il confessa ladite fausseté de rasure*. Vide infra in *Falsoneria*.

† **FALSARE PONDERA**, Adulterare, minuire. Concilium Legion. ann. 1012. can. 34. inter Hispan. tom. 3. pag. 192 : *Panariaræ quæ pondus panis Falsaverint, in prima vice flagellentur*.

3. **FALSARE**, Falsam esse rem quampiam contendere. Lex Ripuar. tit. 59. § 2 : *Et si quis in posterum hoc refragari vel Falsare voluerit, a testibus convincatur*. Ita *Falsare chartam*, est falsam asserere, in Capitul. 3. ann. 819. cap. 10. *Chartam falsam efficere*, lib. 3. Capitul. cap. 43. Tabular. S. Ambrosii Bituric. sub Roberto Rege : *Si quis autem homo seu femina hanc cartam Falsare voluerit : componat centum libras auri, aut seipsum reddat eidem Ecclesiæ ejusdemque habitatoribus ad servile opus peragendum*. Leges Edgari Regis art. 9. apud Bromptonem : *Si accusatus se de hoc non idoneaverit, et nisi accusationem Falsaverit, redimat se vera sua, i. falsam esse arguerit*. Vide l. penult. D. de Falsis. (48, 10.)

4. **FALSARE CURIAM**, in Regiam majest. lib. 3. cap. 21. § 7. idem valet ac appellare a iudicio Curie tanquam falso et pravo. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 71 : *Qui iudicium Curie recusat, Curiam Falsat, et qui Curiam Falsat, Principem damnat*. *Fausser la Cour*, in Assisiis Hierosolymit. MSS. cap. 103. quod idem valet ac

**FALSARE JUDICIUM**, Appellare a ju-

dicio. Dupliciter autem *falsabatur Curia*, vel *Judicium*, primo, cum simplex ac nuda erat appellatio ; secundo, cum appellationi adungebatur crimen ali-quod, quod *Judicium* impingeretur, veluti si odii, lucri, vel alia prava causa *Judicium* egisse appellans contenderet. Prima appellatio in Curia domini superioris consueto juris ordine procedebat, altera duello definiebatur. Appellans enim, *Judicem* aut *Judices* seu *Pares* suos pravum *Judicium* ac iniquum ex prava causa egisse duello se probaturum profitebatur, eoque nomine cum ipsis *Judicibus* monomachiam inibat. Quod ab ipsis veteribus Francis accersunt non insulse viri docti, apud quos Comes seu *Judex*, qui in *Judicando* peccasset, plectebatur, adeo ut contingeret etiam, ut a partibus læsis interduum occideretur iniquus *Judex*, ejusque cædes non magna multa lueretur, ut videre est in *Lege Salica* Edit. Heroldi tit. 54. 57. Sed de *Falsatione judiciorum* plura jam a nobis observata sunt ad *Statuta S. Ludovici* lib. 1. cap. 6. quibus subdere videtur operæ pretium locum *Hugonis Falcandi* de *Calamitatib. Siciliae* pag. 690 : *Hanc ergo sententiam vice consensuque omnium Boamundus Comes, ut erat vir eloquens, in præsentia Regis exposuit. Tunc Richardus Comes exclamavit, injuste se gravari, odium æquitati præferri : paratum se probare, quod iniquam falsamque protulisset sententiam. Quibus verbis Boamundus Comitem prohibuit Curie respondere, dicens, injuriam hanc non in eos, qui judicaverant, sed in caput regium principaliter redundare. Dehinc injunctum est Archiepiscopis et Episcopis qui aderant, ut in auctorem tantæ contumeliæ, quod æquum esset, de juris severitate decernerent. At illi juxta Constitutiones Regum Siciliae decreverunt, Comitem Richardum non solum de terra sua, verum etiam de membris et corpore Regis misericordie subjacere, eo quod *Judicium Curie Falsum* dicere præsumpsisset. Captus igitur et militum custodia traditus, Taurontium jussus esse perducitur, et ibidem in Castello... summa diligentia custodiri. Quæ quidem non modice illustrant, quæ habentur in *Statutis S. Ludovici* lib. 1. cap. 76. ubi sane appellari a *Judicibus* *Regiarum Curiarum* posse, sed *Regiam Curiam* falsari non posse decernitur : *car l'on ne trouveroit mie qui droit en feist : car li Rois ne tient de nului fors de Dieu et de lui*. Ad-dam etiam formulam ejusmodi appellationum, desumptam ex *Tabulario* *Episcopatus Parisiensis* Bibliothecæ *Puteanæ* fol. 149 : *Philippus D. G. Franc. Rex dilecto et fideli suo Episcopo Parisiensi salutem et dilectionem*. Cum *fidelis* et *devotus frater noster P. Alençon* et *Carnotensis Comes*, et *Almaricus de Meulento Valletus noster* asserant se ab *audientia vestra* ad *nostram Curiam* super *quodam* *Judicio*, tanquam *pravo* et *Falso* dato in *vestra Curia* contra eosdem pro *Roberto de Haricuria* *Milite* appellasse : *mandamus vobis quatenus sitis coram nobis ad instans Parlamentum ad diem octavarum B. Martini hiemalis, et vobiscum habeatis Andream Groingnet, Joannem Angier, et Philippum Paon judicatores vestros super pravo et Falso* *Judicio* *dictis* *Comiti et Almarico responsuros, et significetis dicto R. de Haricuria, quod ad dictum diem interisit, si sua crediderit interesse : inhíbentes vobis, ne pendente hujusmodi appellatione aliquid innovare præsumatis in præjudicium Curie nostræ, et dictæ appellationis*. *Dat. Paris.**

*die Jovis post festum Apostolorum Petri et Pauli*.

Cognitio vero de falso *Judicio* facta ad Regem unice spectavit. *Statut. Marlebridgensis* sub *Henrico III. Rege* *Angl.* cap. 21 : *Nullus de cætero, excepto Domino Rege, teneat placitum in Curia sua de Falso* *Judicio, factum in Curia tenantium suorum, quia hujusmodi placita specialiter spectant ad Coronam et dignitatem Domini Regis*. Vide *Gul. Pryneum* in *Libertatib. Eccl. Angl.* tom. 3. pag. 551. \* *Fausser jugement*, apud *Petr.* de *Font.* in *Consil. Fausseur et Fausserres*, *Appellator*, et *Faussement*, ipsa appellatio, *ibid.* cap. 21. et 22. Vide supra in *Appellatio* 1.

\* **FALSARIA MONETÆ**, Crimen falsæ monetæ, cujus cognitio solum Regem spectat, ex *Legibus Henrici I. Regis Angl.* cap. 10.

1. **FALSARIUS**, Sica, pugionis vel cultelli species. *Albericus* in *Chron. MS.* ann. 1214. de *Pugna Bovinensi* : *Ante oculos ipsius Regis occiditur Stephanus de Longo Campo, in capite percussus longo, gracili triallemello, quem Falsarius nominant*. *Chronic. Flandr.* cap. 15. de eodem prælio : *Matthieu de Mommoranci tenoit un Fausser en sa main, et en derompoit les presses*. *Le Roman de Roncevaux* MS. :

Et grans juizarmes, et Faussars acerex.

*Le Roman de Gaydon* MS. :

Lancet à lui les Faussars acerex.

*Le Roman de Guillaume au Court-nez* MS. :

Et arbalestes, javelos et Faussars.

*Cronicon* MS. *Bertrandi Guesclini* :

D'espées et de Faussars ot sur lui plus de cent.

Alibi :

Maint haclnets aussi œuvrés jollement, Panons, dars, et Faussars, qui trancheat soufvement.

Iterum :

Gettent dars et Faussars, moult en vont oclant.

**FALSADOR**, Eadem, ni fallor, notione, apud *Sanutum* lib. 2. part. 4. cap. 8 : *Decet etiam antedictum (navigium) habere sagittaminum numerum infinitum, et præcipue ex eis, quæ Falsadores vulgariter appellantur*. Et cap. 21 : *Duodecim magistri ad faciendum Falsadoria atque tela*.

† 2. **FALSARIUS LITTERARUM**, Qui *Litteras* supponit vel adulterat. *Statuta Synod. Eccl. Leodiensis* ann. 1287. inter *Anecd. Marten.* tom. 4. col. 879 : *Statuimus de Falsariis declarando Falsarios Litterarum Domini Papæ esse auctoritate canonis excommunicatos*. Vide *Falsare* 2.

\* **FALSATIO**, [Falsificatio. Hieronym. 2. in *Rufin.* 5. *Falsatio* *Apostolorum* ab *hæreticis*.]

† **FALSATO**, adv. Dolose, fraudulenter. *Charta* *fundationis S. Mauriti Agau-nensis* tom. 1. *Hist. Insulæ Barbaræ* pag. 30 : *Reliqua vero corpora congerantur in tutissimum locum, atque aptissimum in unum condantur locum, et sub excimia custodia sanctissimi Custodes deputentur, ne forte, quod absit, Falsato ex eis furentur*.

**FALSATOR**, Falsarius, in *Lege Salica* tit. 92. § 8. [\* in *Chart.* ann. 728. apud *Schœpflin.* in *Als.* *Diplom.* tom. 1. pag. 10.] [et in *Miraculis S. Vincentii Madelgarri* tom. 3. *Julii* pag. 680 : *Rigebat juratoris brachium, nec verba proferre, nec valebat contrahere porrectam*

manum... signantes facies suas execrantur Falsatorem et venerantur Dei amicum.]

¶ FALSATOR CHRISTIANUS, f. Qui fidem Christianam ejuravit. Charta ann. 1114 : *Donamus vobis prescriptis fratribus Lapeto et Bernardo... tertiam partem de totis placitis, de Christianis Falsatoribus et latronibus, qui fuerunt (f. fuerint) capti de S. Juliano usque ad Crucem S. Affrodisii. Et certe qui fidem ejurabant multæ ad minimum pecuniaræ subiciebantur, quæ ad fiscum domini pertinebat.*

\* FALSATOR MONETÆ, Qui monetam adulterat, in Stat. Cadubrii lib. 3. cap. 44. et alibi passim.

\* FALSATUS, [A falso, falsificato, falso, corruptus, adulteratus. Hieronym. 2. in Rufin. 5. a med. Liber Hilarii Falsatus ab hæreticis.]

¶ FALSÆTUS, Levior aura. Chron. Danduli apud Murator. tom. 12. col. 450 : *Non illa lucidissima et quietissima fuit, suavi et prospero vento flante, navigantibus nobis absque strepitu et cum ordine magno, ut sibloti sive Falsæti silerent.*

¶ FALSARIUS, Idem qui Falsarius 2. Concl. Tarraconense ann. 1329. can. 8. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 286 : *Et si aliqui litteris indulgentiæ Archiepiscopi Toletani in nostra provincia (Tarraconensi) usus fuerit, tanquam Falsarius puniatur.*

\* FALSE, Dolose, fraudulenter. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 250 : *Dicendo eidem Hugoni, quod False ipsum a suo servitio in tempore mortuo sui operis egerat, cum in bono ipsum deserisset. Vide Falsato.*

¶ FALSETUM, Tonus acutus, Gall. Fausset. Rubricæ MSS. Ecclesie Bellovac. in Vigilia Nativitatis : *Omnes antiphonæ psalmodum incipiunt cum Falseto. Vide Faussetum.*

\* FALSETUS, Sedes brachiis conclusa, Gall. Fauteuil. Inventar. Ms. thes. Sedis Apostol. ann. 1295 : *Item duos Falsetos de boccaramine. Vide Faldaô.*

¶ FALSIDIA, apud Martenium in Anecd. dotis pro Falcidia ; quod vide.

\* FALSIDICENTIA, [Falsiloquium. Jul. Val. res gest. Alex. M. (edente A. Maio). Increpare vatem Falsidicentiæ cœperat.]

1. FALSIFICARE, Idem quod Falsare, [Rem falsam asserere, seu quempiam falsidicum probare.] Charta Ludovici VI. Reg. Fr. ann. 1110. apud Jacob. Pet. titum, post Pœnitentiale Theodori pag. 581 : *Horum itaque (servorum) probationes, aut liberi suscipiant, aut contradicendo Falsificent. Aëgidius de Roya ann. 1280 : Fernandus Comes Flandriæ... Brugensibus dedit privilegium, quod Scabios impositos amovere non posset, nisi secundum legem Falsificati essent. Id est, convicti de falso judicio. [Gesta Tancredi num. 102. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 175 : At Boamundus, ut ipse non imprudens, rei seriem scrutatur, quisnam somniator ille esset, quibus populum ambagibus involvisset, quem fossoribus locum significasset, utque ipse insulisset, fodisset, invenisset : statim fallaciam deprehendit, inventionem irritam, inventorem conjecturis Falsificat arguitis.]*

2. FALSIFICARE, ex Gallico Fausser, Trajicere, perfringere. Joan. Monachi Majoris Monast. lib. 1. Hist. Gaufred. D. Norman. : *Imposita est capiti ejus cassis multo lapide pretioso relicens, quæ talis temperaturæ erat, ut nullius ensis acumine incidi vel Falsificari valeret. Robertus de Bourron in Hist. Arthuri et*

Merlini MS. : *Li haubert sunt si fort et si tenant, qu'il ne puent maille Fausser. Le Roman de Kanor ann. 1294. MS. : Ne peut le cop tenir qu'il ne soit entrés en la coiffe et li baçin Faussés. Le Roman de Roncevaux MS. :*

Fausseent ces broingues, où li ors est batus.

Alibi :

Son haubers firent Fausser et desmailler.

Guill. Guiart. MS. ann. 1267 :

Bacinez foudre, embarrer hyaumes, Haubers Fausser, et espaulieres.

Le Roman d'Alexandre MS. :

L'aubert Fausse et deront, à l'acier Viennois.

¶ 3. FALSIFICARE, Adulterare, corrumpere scriptum, monetam, etc. Gall. Falsifier. Ottoboni Scribæ Annales Geneenses ad ann. 1175. apud Murator. tom. 6. col. 953 : *Pisanis vero monetam Lucensem, quam malitiose cudebant et Falsificabant, sub juramento debito interdixit. Chron. Parmense ad ann. 1293. apud Murator. tom. 9. col. 824 : Liber Societatis Cruzatorum et populi Parmæ de consensu et conscientia dicti Capitanei per Dondedeum ejus Notarium in pluribus locis Falsificatus et cassus fuit. Privilegia Friburg. civitati concessa a Bolione Duce Furstenbergensi ann. 1397. apud Ludewig. tom. 6. pag. 41 : Pannos et stamina non Falsificata, cujuscumque valoris et coloris fuerint, licite possint vendere, et incidere per ulnas.*

¶ 4. FALSIFICARE CURIAM, Idem quod Falsare judicium, Appellare a judicio. Apud Anglos usu et consuetudine Regni receptum erat ut qui Curiam Falsificaret seu judicium, præsertim cum de iniquitate judicii querebatur, coram ipsa Curia tactis sacrosanctis Evangelis juramento id affirmare teneretur ; quod duello definiebatur apud Francos. Hujus moris testis est Hiccius Præfat. in Grammat. Anglo-Saxon. pag. 26. ubi ex Annal. R. Hovedeni pag. 283. hæc exscribit : *Conquestus enim erat Regi idem Johannes, quod cum calumniatus esset in Curia Archiepiscopi terram quandam de illo tenendam jure hæreditario, et diu inde placitasset, nullam inde potuit assequi justitiam, et quod ipse Curiam Archiepiscopi sacramento Falsificaverat secundum consuetudinem Regni. Cui Archiepiscopus respondit : nulla justitia defuit Johanni in Curia mea, sed ipse, nescio cujus consilio, an propriæ voluntatis motu, attulit in Curia mea quemdam Toper (id est, librum Hymnorum) et juravit super illum, quod ipse pro defectu justitiæ a Curia mea recessit, cum statutum sit in Regno vestro, quod qui Curiam alterius Falsificare voluit, oportet eum jurare super sacrosancta Evangelia. Vide Falsare Judicium.*

¶ FALSIFICATIO, Adulteratio quæ fit imitando alicujus chirographum. Charta apud Th. Blount in Nomol. Anglic. : *Scias quod dedimus Adæ de Essex Clerico nostro, pro servicio suo, omnes terras et tenementa quæ fuerunt Will. de Scrubby, cujus terræ et tenementa sunt excaeta nostra, per feloniam quam fecit de Falsificatione sigilli nostri.*

\* FALSIFICATUS, Falsi accusatus. Charta Andr. reg. Hungar. ann. 1231. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. : *Quia multi læduntur per falsos prestaldos, citationes vel testimonia eorum non valeant, nisi per testimonium diocesani episcopi vel capituli, nec Falsificatus*

prestaldus possit se justificare, nisi eorundem testimonio in factis majorum. Vide Falsificare 1.

FALSIGRAPHUS, Qui falsa scribit. Vox hibrida, apud Joan. Sarisber. lib. 3. Metalog. cap. 5. Josephus Iscanus lib. 2. de Excidio Trojano :

... Fingit enim, nullique hac parte secunda Falsigraphus commenta docet.

FALSIGRAPHIA, apud Alanum de Insulis in Planctu naturæ pag. 301. 319.

\* FALSILLA, Falcula, Gall. Faucille. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. Chartoph. reg. ch. 86 : *Unam Falsilliam ad scindendum blada habilem. Vide supra Falcilla.*

\* FALSIOLOGUS, Plauto et Prud. Falsiloquus, mendax. Acta S. Lupi episc. Trecent. tom. 7. Jul. pag. 75. col. 1 : *Hinc Falsilogus Pelagius, hinc auctor veritatis Christus.*

\* FALSIOLOQUIUM, [Mendacium. Augustin. procem. Retractat. ad fin. Ex multiloquio incidunt in Falsioquium.]

\* FALSIMONIA, [Fraus, fallacia. Plaut. Bacch. 3. 6. 12. Quos cum censeas tibi amicos, reperiuntur falsi Falsimoniis.]

\* FALSIPARENS, [Qui falsum habet parentem, id est cujus pater is esse creditur, qui minime est. Catull. 68. 111. Quod quondam cæsis montis fodsisse medullis Audit Falsiparens Amphitryoniades.]

\* FALSITAS JUDICII, Iniquitas. Charta Joan. comit. Pontiv. pro commun. Abbat. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 57. art. 19 : *Sciendum est etiam quod quicumque scabinos de Falsitate judicii infamaverit, nisi eos legitime convincere poterit, unicuique novem libras et aureum obolum persolvere tenebitur. Vide Falsificare 4.*

\* FALSITAS MASCULORUM, Eorum corruptio et adulteratio. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 22. ex Cod. reg. 4620 : *D. potestas Mantuæ... cognoscere possit de... masculorum Falsitibus, quibuscumque plagis, sodomia et quoquo modo luxuriantibus contra naturam.*

\* FALSITESTIS, [Falso testimonio, falsus testis. Gloss. Philox.]

FALSITIA, Faltum, ex Gall. Fausseté. Henr. Knyghton : *Accusatus est de multis transgressionibus, fraudibus, Falsitiis et traditionibus.*

¶ FALSIVOMUS, Mendax, vaniloquus. Vita sancti Guthlaci tom. 2. Aprilis pag. 42 : *Ut quid Falsivomis pectoribus vanas minas depromitis.*

FALSO, FALSONUS, Lanceæ armorum species, Fauchon Gall. de qua voce supra in Falcastrum. Synodus Nemausensis ann. 1284. de Clericis : *Enses non deferant, nec cultellos acutos, nec lanceas seu Falsones, nisi forte ex causa probabilitutionis, seu guerræ. [Eundem locum jam ad vocem, Falco 2. supra citavimus. Et quidem apud Marten. qui eadem Statuta inter Anecd. sua edidit, legitur : Falcones, non Falsones. At vox, Falsones occurrit in Statutis Synod. Eccles. Cadurcensis, etc. ann. 1289. inter eadem Anecd. tom. 4. col. 726 : Balistis et arcus, lanceas, Falsones, costalarios seu alia arma non deferant. Statuta Arelat. MSS. : Non deferatur sine licentia Consulium... per Arclatam per greriam accutam, vel gazarniam, vel Falsonum longum, vel alia arma, nisi cultellum, etc.] Vide Falsarius 1. et Falzo.*

¶ FALSONARIA, Adulteratio, depravatio, Gall. Falsification, de mercibus dici

tur, mensuris, scripturis, etc. Charta Johannis de Montigniaco in Chartulario Abbatiae B. Magdalene de Castro duno fol. 7. verso : *Contentio quæ inter me ex una parte et Mauricium Abbatem et Canonicos B. Mariæ Magdalene de Castriduno ex altera vertebatur super hoc quod ego Falsonariam mensuram ville Rothomagi, que villa est Canonico-rum, et justiciam et emendationem ex eadem Falsonaria provenientem, erga eosdem Canonicos reclamabam, ita pacificata fuit... ita tamen quod quando in supradicta villa Rothomagi pro falsitate mensurarum... contigerit capiendæ emendatio... sibi 5. solidos accipiant et Majori suo de eadem villa 20. denarios pro districto.* [\*\* Confer Glanvillam lib. 14. cap. 7. Vide Falsonaria.]

**FALSONARIUS**, Falsarius, ex Gall. *Faussonnier*. Charta Majoriæ Rotomagensis et Falesiæ : *Latro, Falsonarius judicabitur per communiam, et ponetur in pillorico, ut omnes eum videant et cognoscant. Falsonarii et retonsores denariorum, apud Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 1. § 3.*

Unde *Falsonarius* dici potius videtur qui falsæ monetæ reus est, seu qui monetam adulterat. Certe non alia notione accipitur in Charta ann. 1194. e Chartul. Latiniac. : *Si quis Falsonarius inventus et captus fuerit non ad cambiores, sed ad Abbatem tantum de illo tota justitia spectavit.*

\* **FALSONERIA**, FALSONNERIA, Monetæ adulteratio, nostris *Faulsonnerie*. Bened. abb. Petroburg. de vit. et gest. Henr. II. reg. Angl. tom. 1. pag. 131. ad ann. 1176 : *Si quis reatus fuerit coram justiciariis domini regis de mardo, vel latrocinio, ... vel de Falsoneria, etc.* [\*\* Assis. Henr. reg. fact. apud Clarendon cap. 1.] Charta ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 140 : *In præmissis dampnabiliter agendis furtum, roberiam ac Falsonneriam committendo, etc.* Alia ejusd. ann. ibid. ch. 13 : *Comme plusieurs roberies, mauvaistes, Faulsonneries et autres malefaçons ont esté et sont faites... en plusieurs nos monnoies, etc.* Lit. ann. 1388. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 242. art. 26 : *Sur les Fauçonneries qui se font dans lesdites monnoies, etc.* Vide infra *Falsus-saulnerius*. Sed et *Faulsonnerie* dixerunt, ubi de scripto supposito vel adulterato agitur. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 181. ch. 37 : *Icellui Guillemette, faignant avoir à nom Phillipot Chausse, eust au suppliant passé audit nom quittance desdites choses. Laquelle Faulsonnerie ainsi commise et perpétrée, etc.* Vide supra *Falsare* 2. et *Falsonaria*.

† **FALSONUS**. Vide *Falso*.

**FALSOSUS**, *Circumventus deceptus*. Gloss. Arabico-Lat. [Gloss. Isid. : *Falsosum, Circumventosum, deceptosum.*]

\* **FALSUS**, Præstatio, quæ domino pensitabatur pro falcibus aliisque rusticis instrumentis acendis. Vide *Agusadura* et *Agusare*. Charta ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 540 : *Clamando illis furnum de Limoso et omnes justitias et mensuram ipsam, quæ vocatur emina... et omnes Falsos et putatorias, et decimum de tota annona de mercato.*

\* **FALSUS-BURGUS**, a Gallico *Fauxbourg*. Suburbium. Charta ann. 1380. ex Tabul. Flammar. : *Hospicium suum sibi, ut dicit, datum ad perpetuum per magnificum et potentem virum dominum Fuci comitem, situatum in Falsis-burgis sancti Honorati.*

\* **FALSUS-SAULNERIUS**, Qui monetam adulterat, idem qui *Falsonarius*, nostris alias *Faussonnier*. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 264 : *Dictus le Galoys Falsus-saulnerius reputatus communiter erat. Faussonniers de monoyes, in Stabil. S. Ludov. cap. 39. Hinc Monnoyes d'or et d'argent Faussonnées, in Lit. ann. 1365. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 596. Vide supra Falsonaria.*

† **FALTERNUM**, et *amenum, Succinum ad similitudinem vini et mellis dictum*. Papias.

**FALTESTALIUM**. Vide *Faldistorium*.

**FALTUS**, [Confluentia, ubi duo amnes conjunguntur et conflunt. Appendix ad Vitam B. Nicolai Albercati, Mail tom. 7. pag. 662 : *Monasterium oppidum agri Senonensis ad Faltum Jeannæ et Sequanæ, vulgo Montereau Faut-Yone.*] Vide *Falcus*.

\* **FALUPPA**, [Palea. DIEF.]

\* **FALUS**. Appendix 1. ad Herici lib. 2. de Mirac. S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 285. col. 1 : *Novi factum operis et leni Falo, quamvis imperite, memoriæ posteriorum mandare studemus. Ubi docti Editores suspicantur legendum esse *brevi filo*, vel *style*, aut quid simile.*

**FALVUS**, Fulvus color. Gall. *Fauve*, Papias : *Falvus, fulvus, elvus color*. Fridericus II. Imp. lib. 2. de Arte venandi cap. 24. de Falconibus : *Item Falvi aut sunt simpliciter Falvi, et absolute, qui non habent marginem in dorso neque in cauda, aut tendunt ad rubedinem secundum magis et minus, etc.* Occurrit ibi pluries. *Feras falvas, Bestes fauves, vulgo appellamus eas, quarum pili sunt fulvi coloris, ut cervum, cervam, damam, et capream.*

\* Comput. Ms. ann. 1244. *De quodam roncinio Falvo dato Johanni Tonquin, xiiij. lib. xij. sol.*

† **FALX**, Obligatio servilis, qua quis tenetur domini fenum falce demetere. Charta anni 1182. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 191 : *Salvis corvea et Falce et furca et aliis consuetudinibus. Charta anni 1261. in Hist. Mediani Monast. pag. 327 : Homines dictæ villæ... furcam et Falcem et saclam et carruchas et vecturas annonæ et feni... persolvent Ecclesiæ memoratæ. Vide *Falcata*.*

**FALX MISSURIA**. Chartula plenariæ securitatis, exarata sub Justiniano, apud Brisson. lib. 6. Formul. : *Arca granaria minore ferro legata valente siliquis aureas duas, Falce Missuria valente siliqua aurea una, cupo uno, etc.* Forte legendum : *Lance missuria. Vide Missorium.*

\* **FALZO**, FALZONUS, Lanceæ armorum species Stat. synod. eccl. Sabin. 14. sæc. : *Clerici cutillos acutos et incongruos non deferant seu Falzones. Annal. Estens. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 934. Ea hora cum uno Falzono, quem portaverat, domum dictæ mulieris viduæ secreta introivit. Vide *Falso*.*

† **FALZUS-GRAVUS**, Comes Palatinus, in Hist. Laudensi apud Murator. tom. 6. col. 1035. Vide *Falcigranus*.

† **FAMA**, pro *Fames*, legitur apud Anast. Biblioth. in Vita Johannis II. Papæ in editione Muratorii.

**FAMARE**, Fama vulgare. Hieron. Dugershestici num. de Laudibus S. Scholastici num. 2 : *Qui usque ad Justinianum Imperatoris sanguinem lineam deducere Famatur avitam.* [Acta SS. April. tom. 2. pag. 709. de S. Wernher. : *Nec sola fama, sed mera veritas hoc Famabat, et Famat de præsentem.* Rursus legitur pag. 915. et

apud Rymerum tom. 8. pag. 207. ubi in malam partem accipitur. Vide *Infamare*.]

\* Chron. Joan. Vitodur. in Thes. Hist. Helvet. pag. 53 : *Dum adhuc viveret, pecuniam apud eos deposuisse Famabatur.* Sermo mag. Joan. Parvi in Conc. Constant. ex Bibl. Heilsbr. pag. 111 : *Sicut fur et latro in ovile ovium Famaris intravisse.* Hinc

† **FAMATUS**, Famosus, *Famatissimi avitui*, inquit Hericus ad Carolum Calvum, apud Mabill. tom. 3. Annal. Bene dict. pag. 206.

\* **FAMATA PERSONA**, Censura vel vituperio publice notata. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 43 : *Si quis emerit vel servaverit scienter aliquod furtum, vel aliter receperit, in centum solidos condemnatur pro qualibet vice, et ad reddendum furtum domino compellatur; et intelligatur scienter, si a persona Famata furtum receperit, vel a famulo, vel famulis alienis cum aliis morantibus.*

**FAMBULO**. Vide *Gurgo*.

† **FAMELITAS**, Fames. *Cum de nuditate sua revestiti et de Famelitate sua refocillati essent*, apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 404.

† **FAMELLA**, Ancillula, Famula Hroswitha Monacha, de S. Pelagio, inter Acta SS. Junii tom. 5. pag. 209 :

*Respice Hroswitham mihi pietate miscellam, Me tibi subjectam devota mente Famellam.*

† **FAMELLUS**, Servulus, Famulus, ibid. pag. 212 :

*Dumque focus gremio fureret fornacis in amplo, Mox caput abscessum Christi sumpsere Famelli.*

Rursus occurrit in Miraculis S. Severi Episcopi April. tom. 3. pag. 771.

\* *Famel* nostri vocabant ferrum, quo sagitta seu jaculum muniebatur. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 317 : *Laquelle vire estoit ferrée d'un fer, nommé Famel. Forte pro Flame vel Flame. Vide infra Flame.*

**FAMEN**, Sermo, verbum. Onomast. : *Famen, φάμις, βέτις.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Famen, Locution, parole.*] Abbo lib. 2. de Obsid. Paris. vers. 144 :

*Almis Faminibus sospes procedit egrotus.*

Ælnotus in Vita S. Canuti in Proömio :

*Obstruatas aperit aures et Famina reddit.*

Henricus Rosla in Herlingsberga :

*... Collectas Famine talli Compellat turmas, etc.*

Andreas Capellanus in Eroticis : *Præterea mendacibus non debet uti Faminibus, sed et cavere, ne sermonem minus effusio utatur.* Anastasius Biblioth. in Præfat. ad Sermonem Theodori Studitæ de S. Bartholomæo : *Opuscula nonnulla composuit, inter quæ et sermonem hunc de B. Bartholomæo satis utilem, obscuris dictionibus... Græco edidit Famine, etc.* Utitur Henricus Altisiodor. lib. 3. v. 19. lib. 4. v. 11. 31. 298. lib. 5. v. 138. Dudo de Actis Norm. Orderic. Vital. lib. 3. Will. Brito lib. 2. v. 404. 589. lib. 8. v. 631. lib. 9. v. 33. etc. [\*\* Thietmar. lib. 2. vers. 6 :

*... Cunctos quos vicerat iste superbus Famine divino, etc.*

Adde lib. 2. cap. 21. etc.]

† **FAMENAGIUM**, Idem videtur quod *Familia* 1. Capitul. gener. ann. 1362. sub Guillelmo Abb. S. Victoris Massil. postea PP. Urbano III. : *Confirmamus donationes de Famenagiorum factas per G. quondam Priorem de Gigortii.*

**FAME NECARE**, Jurisdictionis species, apud Aragonenses. Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo Rege Aragon. fol. 32: *Si homo infantionis occiderit hominem infantionis, talem homicidam potest dominus ejus in captione, Fame, siti, aut frigore, necare, non faciundo de illo justitiam, vel estemam.* Vide *Estema*. Observantia Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privileg. Militum § 9: *Si vassallus domini, non habentis merum nec mixtum imperium, in loco occiderit vassallum, dominus loci potest eum occidere Fame, frigore, et siti. Et quilibet dominus loci habet hanc jurisdictionem necandi Fame, frigore, et siti in suo loco, licet nullam aliam jurisdictionem criminalem habeat.* Adde lib. 1. tit. de Pignorib. § 3. et lib. 9. tit. Actus Curiarum, § 4.

† **FAMERE**, Esurire, Gall. *Avoir faim*, apud Menotum Serm. pag. 166.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Famegar, Prov. Famere, esurire.* Annal. Mediol. ad ann. 1335. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 801: *Quas (litteras) statim ut legit, furore repletus inquit dictis abbatibus oratoribus: Fametis aut sititis? Intelligentes prædicti abbates hæc verba, et videntes se supra pontem dicti fluminis, etc.* Vide mox

\* **FAMESCERE**, Fame laborare, perire. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 195: *Ipsos, ucores et liberos suos necessario oportebat Famescere et etiam mendicare.* Aliæ ann. 1357. in Reg. 85. ch. 187: *Ipse supplicans, qui tunc considerata caristia bladatum non habebat de quo posset sibi vel uxori suæ de victualibus providere, fuit consors et particeps, una cum aliis duobus pauperibus hominibus, qui modo simili Famescebant, de furando unum porcum salstatum.* Adde Chron. Estense apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 405. B. de Amor. in Spec. sacerdot. Ms. cap. 46. de Misericordia:

Pasce Famescentes, pota nimium sitientes.

**Fameilleus**, famelicus, in Bestiar. Ms:

Tant est mauvais et percheus,  
A la rive atent Fameilleus.

Ibidem:

Li goupils est moult artilleus,  
Quant il est auques Fameilleus.

\* **FAMESCITAS**, Fames. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 329: *Propter sterilitatem... immensamque Famescitatem, quæ ipsum, ejus uxorem et pueros suos urgebat, etc.* Vide *Famelitas*.

† **FAMEX**. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. et Supplem. Antiquarii: *Famex, θάλασσα, Contusio.* Gloss. Gr. Lat.: *θάλασσα, hic Famex, palearia, contusio.* Gloss. Isid. et Papias: *Famis, Contusio faucis.* Excerpta Pith.: *Famix, Contusio, fauces, ramix.*

**FAMFALUCA**, et **FAMFOLUCA**, voces incognitæ Somnero, cui in Glossis Saxonice per v a pul efferuntur. [\* Scaturigo, ποταμός. Vide Grimm. Ant. Jur. pag. 631.] Nescio, an inde nostri suum *Fanfæue*, vel *Fanfêluche* hauserint, quibus vocabulis rem nihili ac quisquillas denotant. [Vide Menagium v. *Fanfreluche*.]

\* **Fafellue**, Commentum, fabula, ejusdem originis, in tom. 1. Fabul. pag. 48:

Elle li dist tant de bellues,  
De Truffes et de Fafellues, etc.

**Faffeur**, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1407. ex Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 329: *Icellui Lourdel dist que c'estoient toutes tromperies ou Faffeurs.* Vide supra in *Fallita* 2. et infra *Farluge*.

**FAMIGUS**, *Locus tabernarum in urbe, quem frequentant propter famem pellenam.* Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Famigus, Lieux de tavernes.*]

† **FAMIDIGUS**, Carrulus, qui quidquid fama fertur, aliis dicit. Vita B. Notkeri Balbuli, April. tom. 1. pag. 538: *Interrogat denique Episcopus post aliquot dies, ubinam tamdiu moraretur suus Famidicus; sic enim hominem nominare solebat et solitus erat, nova semper sibi aliqua clam apportantem.* [\* E Ekkeh. IV. Cas. S. Galli cap. 3. apud Pertz. pag. 96. lin. 15.]

\* **FAMIDRETUM**, Mulcta a iudicibus publice imposita: forte a *Famare* et *Dricum* sic dicta. Vide *Directum* 1. Ordinat. superreditibus Dalphin. in Reg. sign. Vienne fol. 48. rº. ex Cam. Comput. Paris.: *Item venduntur simili modo iudicatio, judicatura, seu Famidretum levandum et recipiendum usque ad sexaginta solidos et descendendo; et erunt domino grossæ emendæ pretium prædictum excedentes et compositiones grossæ, eventuræ extraordinariæ et confiscationes.*

† **FAMIDUS**, Famelicus, laborans fame. Charta Emehardi Episc. Herbipol. ann. 1097. inter Vendemias Litter. Frederici Schannatti pag. 178: *Agiliter exeat, pauperes quosque et debiles, scabidos et Famidos, turgidos et thabidos quærat et colligat.*

\* **FAMIGER**, [Qui fert famam, nuncius. Gloss. Philox. Varr. 5. L. L. 7. Hinc etiam *Famiger*, affabile, et sic composita alia item, ut declinata multa. Alii rectius leg. *Famigerabile* pro *Famiger*, affabile: illic enim de fama sermo est, ejusque derivatis tantum.]

\* **FAMIGERABILIS**, [Conosciuto per fama, celebris, clarus, fama notus. Apul. 1. Met. Satis *Famigerabile* spectaculum. et 2. Provincia *Famigerabilis*. V. vocem præced.]

1. **FAMIGERATUS**, *Famosus, διασημής*, apud Apuleium lib. 2. Florid. [*Famigerator*, in Chronico Citizenis apud Eccardum in Hist. March. Misnens. pag. 519. *Famigeratissimus*, in Vita B. Jacobi Eremitæ sæc. 4. Benedict. part. 2. pag. 150.]

\* 2. **FAMIGERATUS**, [Divulgatus, celebris. Apul. Florid. n. 15. *Famigeratum* antiquitus fanum. *Mela* 2. 7. ante med. Creta multis *Famigerata* fabulis, adventu Europæ, Pasiphaes, et Ariadnæ amoribus.]

† **FAMIGERENDUS**, Celebrandus, laudandus. Epitaphium Blasii Abb. Mortui-Maris, Anecd. Marten. tom. 3. col. 1445:

Corpus habet tellus, virtus pennata sepulchrum  
Horruit, æterno Famigeranda die.

\* **FAMIGERO**. [Evolgo. Gloss. Philox.]  
† **FAMIGRARIUS**, Comes, ut conjecio, vel urbis Præfectus. Locus est in *Bassa*. Vide *Falcigranus*.

1. **FAMILIA**, Hac voce indigitantur Servi, coloni, in prædiis rusticis commanentes, dominis prædiorum famulatum et servitium exhibentes. Glossæ Basilic.: *ἑπιτάλας, οἰκιστῶν, ἀνδραπόδων.* Charta Caroli Cal. pro Tornutiensi Monasterio apud San-Julianum: *Et Truncinum villam, cum Familia utriusque sexus, et omni re ad se pertinente.* [Capitul. de Villis § 2: *Ut Familia nostra bene conservata sit, et a nemine in paupertate missa.* Appendix ad Marculfum. Formul. 8: *Fultus per hunc libellum manumissionis te fratrem nostrum, quem servilis conditio hactenus addictum tenuit inter hujus ecclesiæ Familiam, etc. Familia*

*Ecclesiæ, in Capitul. Aquisgran. ann. 816. cap. 6. Capitular. lib. 1. cap. 82. lib. 5. cap. 210. Familia Familix Ecclesiæ, hoc est, Servi eorum qui Ecclesiæ servitio addicti sunt, in Charta Humberti Dalphini inter Ordinat. Regum nostrorum tom. 3. pag. 273. Adde Baluzii notas ad Capitul. et Chartam Henrici Imp. ann. 1102. apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 802.] [\* *Monasterii Familia* in Walafrid. Vita S. Otmari cap. 12. Sæpe in Statut. antiq. S. Petri Corbeiensis.] Hanc vocem J.C. et Scriptoribus veteribus, pro cœtu servorum uni domino subjectorum notam constat.*

† Triplicis generis distinguuntur hujuscemodi Familix in Historia Novientensis Monasterii, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1128. ubi sic habetur: *His itaque curtibus subjecta Familia trifarie discernitur. Prima ministerialis, quæ etiam militaris recta dicitur, adeo nobilis et bellicosa, ut nimirum liberæ conditioni comparatur. Secunda vero censualis et obediens permagnum et sui juris contenta. Tertia nihilominus est, quæ servilis et censualis dicitur. Sed tamen omnes sub dominio Episcopi et ab ipso rectoris constituti consistunt.* Ibidem col. 1131. memoratur Familia ministerialis, servilis et censualis. [\* Chart. Ludov. Pil ann. 817. pro hoc cenobio in Alsat. Dipl. num. 82. *Cum tota familia tam libera quam servili, in chart. Otton. II. Imper. ann. 977. ibid. num. 160. Chart. S. Petri Carnot. ann. c. 1120. ap. Guehard. Chartul. tom. 1. pag. 371: Cunctis Familis, tam servituti obnoxiiis quam liberis. Contra Familia a ministerialibus segregatur in chart. Adelbert. Archiep. Mogunt. ann. 1130. in Guden. Cod. Dipl. tom. 1. pag. 92: *Ut ipsi ministeriales majori præposito serviant... familia autem tota ad fratres omnino pertineat.* Medium locum inter liberos et servos Familiæ occupant in chart. Maurimonast. ann. 1120. in Alsat. Dipl. num. 247: *Facta est autem hæc traditio per... præterea per multos alios sapientes et probos, tam liberos, quam Familiæ et servos.*]*

2. **FAMILIA**, Terræ portio, uni familiæ alendæ sufficiens, et in eam rem destinata, *Mansus, carucata, hida*. Beda lib. 3. Hist. cap. 3: *Donavit terram 50. Familiarum ad construendum Monasterium.* Cap. 13: *Habens terram Familiarum 7000. Ita et cap. 16. et 22. Quibus locis Interpres Saxonicus hidam habet.* Ita etiam hanc vocem usurpat lib. de Monasterio Wiremutensi cap. 4. 9. 15. ut et Simeon Dunelm. in Hist. Regum Angl.: *Ut confestim ei terram 70. Familiarum largiretur.* Brompton.: *Dedit ei Monasterium 30. Familiarum in loco, etc.* Infra: *Donavit Episcopo... terram 40. Familiarum ad Monasterium construendum.* Eadmerus in Vita S. Wilfridi cap. 47: *Donavit servo domini terram 87. Familiarum.* Stephanus Eddius in Vita ejusdem Wilfridi utitur voce *mansionum*, cap. 8. et 39. Vide *Mansio*. Hist. Translat. S. Sebastiani: *Cauciacum, quæ septingentarum Familiarum esse perhibetur, ad templi fabricam spatiandam dedit.*

3. **FAMILIÆ**, in militia videntur appellari *Tirones*, qui ad militiam educabantur, aut instruebantur, nondum in numeros aut signa relati, quibus annonæ perinde ac militibus de publico præbebantur, quæ inde *οικιαρχικά* dicuntur Mauricio lib. 2. Strateg. cap. 2. De ejusmodi familiis copios egit Jaco-

bus Gothofredus ad leg. 17. Cod. Th. de Erogat. milit. annonæ, et ad leg. ult. de Jure fisci.

† 4. **FAMILIA**. *Conventuales Monachorum congregationes Familiaz nominantur... quia Præfectus Monachis eos non aliter, quam pater filios tractare debet.*

5. **FAMILIA**, in Scacariis. Vide *Scacarium*.

6. **FAMILIA PUPILLÆ**, id est, summitas. Matthæo Silvatico.

**FAMILIARESCERE**, pro *Familiaris fieri*, vox Sidonii leg. 7. Epist. 2.

**FAMILIARES**, De familia alicujus, qui a servis separantur in leg. 3. Cod. Th. Ne præter crimen majest. (9, 6.) Gloss. Gr. Lat. : Οἰκετός, *Familiaris*. Præsertim vero *Familiares* vocabantur, quos Reges ac Principes in familiam suam peculiariter adsciscabant. [Testam. Johan. Gasqui Episc. Massil. ann. 1844. ex Tabular. ejusdem Eccl. : *Volo quod Familiaribus meis de gaudiis et salariis eis plene satisfaciatur; residuis autem servitoribus meis, etc.*] *Familiares Regales*, in Charta Willelmi Regis Siciliae ann. 1172. apud Rocch. Pirrum. Will. Tyrius lib. 21. cap. 16 : *Georgius Sinaites Imperialis aulae Familiaris*. Rogerus Hoveden. pag. 725 : *Robertus de Turnham Familiaris Regis*. In Ratificatione Testamenti Regis Philippi Pulcri per Ludovicum Hutinum, Martinus des Essars dicitur *Familier du Roy*. Quæ etiam appellatione donatur Egidius de Compendio in Regesto Dierum Trecensium. Exstat Diploma Joannæ Reginae Neapol. ann. 1844. qua Petrum de Aquila Minoritam in suum Capellanium et Familiarem assumit. Habetur præterea formula assumendi in *Familiarem*, in Monumentis Neapolitanis, tom. 3. Waddingi Hist. Minor. subjectis pag. 3.

\* Charta ann. 1274. Cod. Colbert. 2591 : *Je miles de Galatas chevalier et Familieres dou tres noble empereor de Constanti-noble, etc.*

**FAMILIARES CURIÆ**, occurrunt apud Hugonem Falcandum non semel pag. 672. 676. 777. qui dignitatem ipsam *Familiaritatem Curiaz* nuncupat. Erant autem illi præcipui Regis consiliarii, quibuscunq; majoris momenti disceptabat et dijudicabat. Idem scriptor : *De solvendo quoque matrimonio præcepit Curiaz Familiaribus, ut convocatis Episcopis, aliisque personis Ecclesiasticis, et auditis utriusque partis allegationibus, quod inde dictaret æquitas, expedirent.* Alibi de Guillelmo II. Rege : *Familiares autem Curiaz non in eo gradu, quo fuerant, aut dignitatis æqualitate voluit permanere. Nam Gayto Petro summa rerum omnium potestate concessa, super omnes eum eminentiori loco constituens... interesse quidem Concilii, et Familiares appellari, sed ejus in omnibus imperio subservire.* Acta Innocentii III. PP. pag. 10 : *Statuit eum Familiarem Regum.* Pag. 18 : *Quinetiam Familiares instituebat Regios, quos volebat.*

**FAMILIARITAS**, Dignitas *Familiaris*. Acta Innocentii III : *In regiam eum Familiaritatem admittens.* Gobelinus Persona in Cosmodromio setate 6. cap. 17. de Ponifacio IX. PP. : *Item revocavit litteras Familiaritatis, quas multis concessit, qui Familiares ejus continui non extiterant.* [Memorantur etiam *Literæ Familiaritatis Cardinalium* in Constitutione Eugenii IV. Papæ Bullarii Carmelit. pag. 185. col. 1.]

**FAMILIARES CURIÆ DELPHINALIS**, in Statut. Delphinat. pag. 39.

**FAMILIARES**, præterea dicti, qui ex

familia Monachorum habebantur, licet nec ex Monachis, nec ex Conversis essent. Leges Alfonsi IX. Regis Castellæ 1. part. tit. 13. lege 7 : *Familiares son llamados, o confadres, los que toman senal de habito de alguna orden, et moran en sus casas seyendo senores de lo suyo, e non se desamparan dello.* Statuta Cluniacensis S. Petri Venerab. cap. 48 : *Statutum est, ne hi, qui vocantur Familiares, hoc est, nec Monachi, nec Conversi, quorumdam Monasteriorum pessimi destructores, nec etiam pro maximo lucro alicubi recipiantur. Causa hujus instituti fuit, Familiarium illorum multis nota pervertitas, qui nec Deo servientes, nec manibus operantes, nec aliud utile domibus providentes, ad garrendum, ad detrahendum, ad dissipandum, quæ poterant, in quibusdam Monasteriis alebantur et vestiebantur.* Ejusmodi *Familiarium* mentio est in *Nomastico Cisterciensi* pag. 255. 416. 342. Vide *Oblati*.

✠ Exstat in Historia MS. Monast. Beccensis pag. 497. et 498. Catalogus *Familiarium* ejus Abbatiz, qui omnium *Congregationis bonorum spiritualium participes* declarantur. Horum præcipui et illustriores sunt : *Maurilius Archiep. Mathildis Regina. Henricus Rex Franc. Philippus Rex Franc. Ernaldus Archiep. Joannes Episc. Matildis Imperatricis.* Memorantur quoque in Chartulario S. Vandreg. tom. 2. pag. 2027. ann. 1124. ubi notatur *Missa* quotidie pro *Familiaribus* celebranda. Hinc apud nos etiam nunc inter Primæ preces ab Acolytho canitur : *Commemoratio omnium fratrum, Familiarium Ordinis nostri atque benefactorum nostrorum; cui Superior subjungit : Requiescant in pace.* [\*\* Vide Jac. Hommey, Supplem. Patrum pag. 496. sqq. in Notis ad Epistol. S. Hildeberti et Schannat. Histor. Episcop. Wormat. tom. 1. pag. 143.]

**FAMILIARITAS**, Familia. *Familiaritati vel dominio alicujus inherere*, in leg. 3. Cod. Th. Ne præter crimen majest. (9, 6.) i. ex familia alicujus esse. Bonifacius Archiep. Moguntin. in Epist. ad Zachariam PP. : *Postquam non ante annos prope 30. sub Familiaritate et servitio Apostolicæ Sedis... voto constrinxit.* [Notione paulo diversa Carolus Simplex Rex Fr. ann. 901. apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 414 : *Monasterium (Corbeense) in tutela ac Familiaritate nostra suscepimus.*]

\* **FAMILIARES PSALMI**. Vide in *Psalms*.

**FAMILIARITER**, Per familias. Frontinus : *Agros in montibus Romani acceperunt Familiariter.*

1. **FAMILIARIUM**. Cornel. Fronto lib. de Nominum verborumque differentis : *Familiarium, quod servo competit, ut sagum, gladius.*

† 2. **FAMILIARIUM**, Suppellelex domestica et familiaris. Capitula Gener. MSS. S. Victoris Massil. : *Si tallias, procuraciones, sive etiam census, et vestiaria seu Familiarium Prioratus vel officii, logeria et salaria de tempore suo idem inventus fuerit non solviase.*

† **FAMILIARIUS**, *Familiaris*. Qui erat *Familiarium noster et consiliarius*, apud Rymerum tom. 2. pag. 196.

\* Charta ann. 1837. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Pro salario et stipendis dandis Familiarium Prioratus dicti conventus, monachorum servitorum et Familiariorum. Familiar nostris, eodem significatione.* Charta Caroli V. reg. Franc. ann. 1378. ex Tabul. Regniac. : *Il ont fait edifier ung hostel ou maison a leurs depens pour*

*mettre eux et leurs biens, Familiars et serviteurs a sauveé.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 60 : *Guillaume de Seurpigny escuyer ou Familier de l'abbé de S. Pierre le Vif de Senz. Thevenot sujet et Familier de nostre amé Guillaume de Maleval, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 69. Vide in Familiaris et in Famuli.*

† **FAMIS**, *FAMIX*. Vide *Fames*.

**FAMOSA**, nude, pro *Libellis famosis*. Glossæ Basil. : *Φάμουσα, λίβελλοι περί ανωνύμων βιβλίων των δηλούντων φλυαρίας.* Adde Joan. Tzetzem Chil. 9. cap. 489. Ita usurpat lex 7. Cod. Th. de *Famos. libell.* (9, 94.) Anna Commena lib. 12. Alexiad. : *Φάμουσα τινα γράφοντες κατά την του βασιλέως έρηπικτον σκηνήν... δηλοί δε η λέξις τα φάμουσα λοιδορήματα τινα έγγραφα, etc.*

† **FAMOSUS**, Qui maledictum aut convicium dicit et qui ejusmodi convicii conscius, in Capitul. lib. 7. cap. 200 : *Hi qui in blasphemiam alterius cantica composuerint, vel qui cantaverit ea, extra ordinem vindicentur. Nam lex exiliari jubet eos qui libellos Famosos excogitant aut proponunt. Notatur infamia quicunque, dum appellat judicem, convitium dixerit. Non tantum is qui maledictum aut convitium dixerit Famosus efficitur, sed et is cujus consilio factum esse patuerit.* [\*\* Ex interpret. Paul. Sent. V. 4.]

\* **FAMOSE**, Publice, palam, in ore atque oculis omnium. Inquisit. ann. 1315. in Chartul. Arremar. ch. 30 : *Quod ipse pluries, publice et Famose audivit dici a pluribus bonis et fide-dignis.* Chron. Leon. Urbevet. in Honor. IV. : *Licet impolens ad id (Papatum) crederetur, et penitus inhabilis Famose diceretur, etc.* Vide supra *Famare*.

**FAMOSITAS**, *Fama*, opinio, in Vita S. Endei Abbatis Aranensis n. 2. [et apud Acherium Spicil. tom. 7. pag. 602. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. : *Famositas, κακοφημία, mala fama.*]

† **FAMOSUS**, pro *Famelicus* dici videtur, in Vita S. Petri Cælestini :

Quos tres Famosi tetrus thoracibus angues  
Torvi oculos, linguasque vagi, quin ore reciso  
Invadunt tremulos illosque vorare laborant.

Primæ tamen syllabæ quantitas brevis obstat. Aliquando pro *Injuriosus* dici adnotat Sirmondus in Glossario ad calcem Concil. Gall. Vide *Famosa*.

† **FAMUL**. Vide *Famulosus* in *Famuli*.  
\* **FAMULABUNDUS**. [Famulatorius. Tertull. 3. advers. Marcion. 7. ex Daniel. c. 7. Omnis gloria *Famulabunda*.]

**FAMULAMEN**, pro *Famulatus*, in Epistolis Ruodeperti Magistri et Monachi S. Galli, apud Andr. Dandulum in Chron. MS. ann. 998. [et apud Mabillonium Analect. tom. 4. pag. 40.] [\*\* Ruodlieb. fr. 2. vers. 196. fr. 3. vers. 191. 581. fr. 19. vers. 12.]

\* **FAMULARE**. Charta ann. 1245. ex Chartul. Cluniac. : *Ministret omnibus monachis vestimenta, cuiuslibet monacho cucullam annuatim, staminia et Famularia duplicia.* Alicui fortasse legendum videbitur *Femoralia*; sed utrum bene nescio, nam vox *Famularis*, eodem sensu, legitur in Chron. S. Dion. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 266 : *De robes se vestoit à la maniere de France, après (empres) la char usoit de chemises et de Famulaires de lin.* Ubi Eginhardus cap. 23. habet, *Feminalibus lineis*. Vide *Famulares* et *Familiarium* 2.

**FAMULARES**, [pro *Familiars*. Vita S. Philippi Archiep. Bituric. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1932 : *In ultima in-*

*firmitate ex qua obiit, vocavit socios suos et Famulares, et audivit computum suum.* Occurrit etiam apud Rym. tom. 8. pag. 428.] *Miracula S. Aigulfii Abb. Lerin. cap. 6: Tres calices cum patenis inde rapiens (quod horribile est dictu) in Famularibus suis occultavit. Sed nemo non videt legendum femoralibus, quod non advertit vir doctus, qui famulare manticam esse putavit.*

\* **FAMULATORIA EXPENSA** in Chart. ann. c. 1120. in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 371. Locus ubi cibaria, etc. familiaris cœnobii dispensantur.

\* **FAMULATUS**, *Servientis officium.* Charta ann. 1165. ex Chartul. S. Vandreges: *Concedimus Willelmo Anglico quietudinem domus suæ ab omni consuetudine, salvo tamen censu, et custodiam vivarii nostri de Caldebecco et Famulatum ejusdem villæ jure hæreditario, quæ ad domum ipsam . . . pertinent.* Alia ann. 1183. ex Tabul. S. Petri Carnot: *In molendinis de Falesia habebant videlicet Famulatum et custodiam et farinagium et unam minam moluturæ per unamquamque ebdomadam.* Vide in *Famuli* et mox *Famulus Ligius*.

\* **FAMULI**, *Servi*, in leg. 1. C. Com. ser. man. (7, 7.)

**FAMULATUS**, *Servitus: Famulatus nœvus liberare*, in leg. 3. Cod. Th. de liberali causa. (4, 8.) [Diploma Ottonis M. in Chron. Mindensi pag. 734: *Hominibus quoque Famulatum ejusdem monasterii facientibus, etc.*]

† **FAMULATURA**, *Eadem notione.* Capitula General. MSS. S. Victoris Massil.: *Statuimus quod quandocumque contigerit, quod Prioris forenses seu Monachi devotione compuncti voluerint aliquociens preter honus Monasterii in dicto Monasterio Deo impendere Famulatura (sic), etc.* Sed forte legendum *Famulatum*.

\* **FAMULATIUM REGALE** in Anonymi Vita Ludov. Pii cap. 23.

† **FAMULOSUS**, *Servientis.* Glossar. Isidor. Emenda, inquit Grævius, *Famul. Oscis servientis.* Hausit ex Servio: vide illum in *Famul* et *Familia*. Ennius 8. apud Nonium:

Mortalem summum fortuna repente  
Reddidit ut summo regno Famil optimus est.

**FAMULUS**, *Idem qui Valetus, Scutifer, nostris Escuier.* Charta ann. 1307. apud Fredericum Sandium in Consuetud. feudalib. Gelriæ pag. 89: *Nos Herbertus de Putten, Famulus, etc.* Diploma Magni Ducis Brunsvicensis ann. 1357. sic clauditur: *Testes hujus rei sunt Gevehardus et Burchardus de Werberge, Nobiles: Lippoldus de Vreden et Balduinus de Dalem, Milites: Henricus de Veltheim, et Burchardus de Asseburg, Famuli.* Quo loco *Famulus* idem est, qui *Ministerialis*, Germanicis Scriptoribus. Fabricius in Chronico Misnensi: *Illo tempore non amplius nobilium virorum titulus fuit, quam ut strenui Famuli nominarentur, quod literis probari potest, Equites vero aurati, ut dicerentur Milites.* Terra trium *Famulorum*, habetur in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 969. sed nescio, an legendum *familicarum*. Vide *Familia*, et *Valeti*. [Haltus. Glossar. German. col. 1621. sqq. voce *Schildknechte*.]

**FAMULI FEODALES**, *Vassalli.* Charta Mauricii de Bellavilla Dom. de Genasche, ann. 1265: *Et septima pars illius mestivæ est Famulorum feodatum.* Infra: *De isto autem gagio habebunt 5. solid. et Famuli feodales 2. solid.*

† **FAMULI Ecclesiæ feodati et præbendarii.** Charta Henrici Episc. Tullens.

ann. 1163. in Append. ad Capitul. Baluzii col. 1560: *Ita tamen quod Archidiaconus et Archipresbyter ecclesiasticam justitiam, cum opportunum fuerit, super parrochianos exerceant, præter ministeriales, scilicet villicum, decanum, scabionem, et Famulos ecclesiæ feodatos et præbendarios quotidiana ab ecclesia sumentes stipendia.*

\* **FAMULUS LIGIUS**, *Vassallus, qui domino suo, ratione feudi, fidem omnem contra quemvis, præstat.* Reg. Phil. Aug. ex Od. reg. 4653. A. fol. 170: *Theobaldus de Faverilles tenet in famulatu medietatem præposituræ; unde est Famulus ligius.*

\* **FAMULUS REGIS**, *Servientis, apparitor.* Libert. Pontis-Urs. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 641. art. 35. et 36: *Famulus regis, qui edicit vinum in venditionem, de unaquaque edicione, unum nummum, etc. Famulus regis duodecim nummos recipiet pro vademoniis fundis.*

**FAMULATUS**, *Vassallatus.* Gaufredus Malaterra lib. 1. cap. 4: *Adjiciens Tarentum, et Hydruntum sive Galipolim cum omnibus appenditiis, et quidquid Gaufredus de Conversana sub ipso habebat cum ipso Famulatu ejusdem.* In Tabulario S. Dionysii Novigente, occurrit *Famulatus separatus a feodo Militum.*

**FAMULITAS**, *Eadem notione.* Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensibus: *Hæc sunt, quæ Episcopus Theobaldus ab Episcopatu, videlicet feudum fratris ejus, quod pro Famulitate tenebat, et nummos inde acceptos libr. 700. in alodio tribui fecit.* Nisi legendum sit *familiaritate* ita ut feudum fuerit addictum iis, qui e familia Episcopi erant, quod sequentia videntur suadere: *Similiter dedit nepoti suo feudum, quod fuit Bersoldi, qui fuit de familia, etc.*

\* **FAN.** [Longum cingulum quo pueri ligantur in cunis. DIER.]

† **FANÆLEN.** Vide *Fahnelen*.

\* **FANAFRACHA.** Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 48. col. 1: *Item pro decem libris cum dimidia sturollorum et Fanafrachis, videlicet 1. sol. x. den. f. pro Favafracha.* Vide supra in *Faba*.

\* **FANALE**, *FANALIS*, *Fax, lucerna, pharus.* Ital. *Fanale*, Gall. *Fanal*. Annal. Placent. ad ann. 1461. apud Murator: tom. 20. Script. Ital. col. 909: *Deportata fuerunt in his funeralibus et exequiarum pompa vexilla quindecim, cum clypeis totidem super vestibus equorum novem et Fanalibus quadraginta octo.* Stat. crimin. Saonæ cap. 34. pag. 72: *Non audeat vel præsumat aliqua persona portare de nocte per civitatem aliquas fascas, tisonos, seu ignem aliquem, nisi forte brandonum, Fanalem, lanternam, etc.*

† **FANALIA.** Acta SS. Junii tom. 3. pag. 449. de S. Raynerio: *Si quidem lumen oculorum amiserat, patiebatur namque guttam in oculis, quæ dicitur vulgo Fanalia, unde et apertis oculis et lucentibus nihil videbat.* Ubi Henschenius: *Fanale* Italis dicitur *Laterna*; an hinc tractum nomen ad oculi morbum non divino. Vide *Fantilia*: quod idem videtur.

† **FANARIUM**, *Fax, lucerna, pharus.* Gall. *Fanal*, Italis *Fanale*. Jacobus Auriarum lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1283: *Galeæ autem Januensis die ac nocte cum Fanariis dictas naves insequuntur.*

\* Privil. concessa Pisanis a Soldano ann. 1269. apud Lam. tom. 3. Delic. erudit. pag. 278: *Et lignum quod gabbian non habuerit cum cuperta, unum tarentum*

*auri tantum, et nihil aliud, neque plus quacumque ratione vel causa, et maxime occasione. . . Fanaris.*

† **FANATICUS.** [Gloss. Sangerman. n. 501: *Fanatici, qui futura canunt, dicti a Fauno.*] Vide *Fanum*.

\* **FANATOR**, *Qui fenum versat furcillis.* Vide *Fenator*.

\* **FANCELAстра**, *Ancilla, serva, Ital. Fantasca.* Vide infra in hac voce. M. Ant. Blanc. JC. Patav. in Tract. de Compromis. quæst. 3. num. 8: *Amplia et extende hanc conclusionem, ut non tantum habeat locum in filio naturali nato ex concubina, ut supra; sed etiam habeat locum in filio naturali ex Fancelastra extra domum, vel quæ cum ipso domino habitat et vagatur per vicos et plateas, et postea revertatur domum. Nam largo modo ipsi tales filii appellantur naturales.* Leg. forte *Fantelastra*. Vide infra *Fanticella*.

† **FANGULUM**, *Fœniculum.* Gloss. Isid. Hinc corrige Excerpta Pithœana, ubi perperam: *Fanculum, Funiculum, et Fanculum, Seniculum.* Fœniculum autem Latini vocant, teste Isidoro lib. 18. Orig. cap. 11. *quod ejus tyrsi seu radicis succus acuat visum cujus virtus traditur, ut serpentes annuum senectutem ejus deponant.* Hoc olus Græci *υάραρον* vocant. Hanc herbam Galli *Fenouil*, Germani *Fenchel*, Belgæ *Fenckel* vel *Venckel* appellant.

† **FANDALUTES.** Epistola Arnoldi Archiepiscopi Narbonensis de Victoria, obtenta a Christianis contra Miramolimum Hispaniæ, apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. 189: *Dictum est tunc in exercitu, quod Rex Valentia patris Miramolimi esset cum Saracenis militibus cismarinis, qui Fandalutes dicuntur, etc.*

† **FANDATUS.** *Camillus Peregrinus* in Hist. Principum Langobard. apud Murator. tom. 2. pag. 267. col. 1: *Abstulit vacias duas pensantes libras triginta, et Fandatos duplices septem.* Lege et vide *Fundatus*.

\* *Haud scio an huc spectet vox Fandofle, qua machinæ bellicæ species significatur*, in Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 26: *Forment commencierent (les Wandes) à assaillir la ville de javeloz et de fondes et de Fandofles et de tierx estrumens comme il avoient.*

\* **FANDO**, *Navigii species.* Index vetust. privil. Nonant. scriptus ann. 1279. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 331: *Et ut nullus audeat . . . cum Fandonibus et navibus navigare, neque pontem vel transitum facere, neque piscare in ipsis fluminibus Panario et Gena.*

† **FANELLUS.** *Rolandinus Patav. de factis in marchia Tarvisina lib. 11. cap. 4: Tales in hoc campestri certamine sunt probati, ut dici possint merito quasi veloces accipitres, cum irruunt in sturnellos, aut volantes aquilæ cum sæviunt in columbas.* Pro *Sturnellos* Codex Estens. habet *Fanellos*. Italis *Fanello* est avicula quædam canora. [Academ. Crusc. Linaria. Chron. Estense ad ann. 1302. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 348: *Die Dominico de mane dominus marchi sibi præsentari fecit per certos milites Fanellos, gardellos, papagallos.*]

† **FANGA**, *Limus, Gall. Vase, limon.* Satuta Massil. MSS.: *Pro singulis banastonis projectis in portu, teneantur extrahere unam caupolatam de Fanga suis expensis.* Abest hæc vox in Editio lib. 4. cap. 6.

† **FANGIA**, *Lutum, Gallis Fange, Boue,* in Libro Recognitionum servitorum

Domini Villænovæ in Dumbis. Vide *Fangus*.

**FANGIUS**, Statuta Mediolan. part. 1. cap. 204: *In quolibet præcepto executorio apponitur quantitas Fangiorum seu famulorum usque ad quam iudex concedat.*

**FANGUS**, Lutum, Italis *Fango*, Gall. *Fange*, apud Petrum de Crescentiis lib. 4. de Agric. cap. 35. [Vide *Fanga* et *Fangia*.]

\* Nostris alias *Fanc*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fangua*, Prov. lutum, labina, quod ambulanti bus lapsum inferat. *Vanga*, quia vagando fedit. *Fangos*, Prov. lutatus, lutosus. Stat. Montis-reg. pag. 207: *Quælibet persona in platea in rectitudine domus suæ teneatur auferre finem seu Fangam*. Charta ann. 1342. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 403: *Un vivier emprés les fontennes de Desierrée, qui est aterriz et plainz de Fanc*. Hinc *Fanger*, Luto inficere. Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 11: *Le manteau ou cappe que le suppliant portoit furent touz Fangez et broullez de la bouë, qui estoit là où il cheut*. Unde etiam *Fangier* et *Fangis*, Locus cœnosus, cloaca, vulgo *Bourbier*. Aliæ Lit. ann. 1390. ex Reg. 140. ch. 22: *Lequel Marot couru hastivement à un Fangis, oùquel avoit grant quantité de pierres, etc.* Vita J. C. Ms.:

Quant li Juy ont la crois faite  
Qu'il eurent del Fangier traits.

† **FANIA**, ut *Fagia*, Silva proprie fagis consita, Gall. *Faye*, Hannoniensibus *Faigne* vel *Fagne*: unde *la Faigne de Terlon, de Chimai, de Mariembourg*, quæ totidem sunt memora. Charta Dagoberti I. pro Monasterio Laubiensi ann. 640. apud Egidium Wauldæum: *Dono Landelino Mauroso ex prædone converso prædium meum in Fania Wallare dictum*.

\* **FANIGULUS**, diminut. a *Fano*, Manipulus sacerdotalis: item, Altaris ornamentum, velum, aulæum, idem quod *Cortina*. Vide in *Cortis* 2. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7: *Item de eadem sorte una casula, duæ capæ, ... duæ stolæ, et tres Faniculi...* De eadem sorte una stola, unus Faniculus, una alba. Aliud incerti anni ejusd. Capellæ ex Bibl. reg.: *Item duo Faniculi altaris ad quatuor aquilas de perlis. Item duo alii Faniculi ad arma Franciæ, Arragoniæ et Castellæ*. Vide infra *Fanonellus* et *Festaculus*.

\*\* **FANISFARUS**. Vide *Farium*.

**FANNATIO**, vox forestarum: Tempus, quo parient damæ, quo scilicet prohibentur venationes exerceri, et omnimoda alia negotia, quæ aut parturientes damas, aut fœtus adhuc tenellos agitent, vel perturbent. Vide *Ferina*, *Sona*. *Fan* vero quasi *Infans*, ut quibusdam placet: quippe Gallis *Faon*, est hinnulus, νεβός, hinc *faoneson*, seu *foineson*. Charta Henrici Reg. Angl. de Foresta cap. 8: *Hentium suanimotum teneatur in initio 15. dierum ante festum S. Joannis B. Propter Fannationem bestiarum nostrarum*. Charta alia Ricardi I. de Foresta, apud Rogerum Hoveden. pag. 784: *Prohibendum est etiam ad placita forestæ, ne aliqua caretta exeat chiminum in foresta Regis, neque porci sint in foresta Regis tempore de Foineson, scilicet 15. diebus ante Nativitatem S. Joan. Bapt. et 15. diebus post idem festum*. [Charta ann. 1367. apud Kennett. in Antiq. Ambrosden. pag. 502: *Tenentes de Brehull, etc. habere debent communem pasturam omnium averiorum suorum in omnibus locis forestæ... omnibus temporibus eis*

*placentibus, præter cum capris bidentibus et porcis ætatis unius anni in mense Fannationis, videlicet quindecim dies ante festum Nativitatis S. Johannis B. et quindecim post.*]

**FANNATUM FRUMENTUM**, Eventilatum, vannatum. Anglis *Fanned*, nostris *Vanné*. Domesdei fol. 45. de ministerio Cellerarii Wigornia: *In septimana recipiet 10. sextarios frumenti Fannatos, et 10. mittas brasii*.

\* **FANNONUS**, Fax, pharus. Charta ann. 1352. ex Tabul. Massil.: *Periculum de nocte navigantibus in mari Massiliæ imminere maximum defectu Fannoni*. Vide supra *Fanale*.

**FANO**, Sindon, mappa, [quælibet fascia,] ex Germanico *Fahnen*, vel *Fanen*, quo vocabulo etiamnum dicuntur vela vel sipara ex hastilibus dependentia, [nisi mavis a Lat. *Pannus* deducere, unde Germani *Fannus* dixere, p in f mutato,] ut solent sæpius. [\* Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 521. 522.] Lex Aleman. tit. 59. § 6: *Si autem testa transcapulata fuerit, ita ut cervella appareat, ut medicus cum pinna aut Fanone cervellam tangat, cum 12. solid. componat*. Tit. 84: *Levent illam terram... et commendat in sua manu, ille involvat in Fanone, et ponat sigillum*.

\* *Fano* pro specillo vulnerario accipi videtur in tit. 59. Leg. Aleman. hic laudato: quo etiam sensu intelligit M. Lydius in Glossis ejusd. ad Nicol. de *Clemangis*, ut observat Reines. Var. Lect. lib. 3. cap. 1.

**FANO**, vel **PHANO**. Papias: *Fanon dicitur Corporale*. [Rabanus de Inst. Cleric. lib. 1. cap. 18: *Mappula sive mantile, sacerdotis indumentum est, quod vulgo Phanonem vocant, quod ob hoc eorum tunc manibus tenetur, quando Missæ officium agitur, ut paratos ad ministerium mensæ Domini populus conspiciat*.] Leo IV. PP. de Cura pastorali: *Nullus cantet sine lumine, sine amictu, sine alba, stola, Fanone, et casula*. Vetus Charta apud Perardum: *Cum patena argentea, uno Fanono viridi cum brusdo, uno de glizo, uno de stuno*. Chronicon Casin. lib. 3. cap. 73: *Fanones aurei pro subdiaconibus tres*. Infra: *Fano Imperialis aureus totus*. Acta Murenensia: *Decem stolæ cum Fanonibus*. Petrus Abaelardus: *Nulla de serico sint ornamenta, præter stolas et Phanones*. Adde Chr. Fontanell. cap. 15. 16. [\* Pertz. Script. tom. 2. pag. 292. lin. 10. Statuta Cœnob. Andriavien. cap. 21. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 180.] Antiq. Fuld. lib. 1. tradit. 39. etc.

Erant autem olim *Fanones* ex lino, non ex panno, contexti, ad instar albæ mappulæ. Hinc *Fanonem* vel *mappulam* vocat S. Willemus lib. 1. Consuetud. Hirsaug. cap. 19. Unde etiam apud nostros vox *Manipule* jam frequentior est usus quam *Fanon*, qua olim utebatur. Gl. Lat. Gall. Sangerm.: *Manipulus, Ce que le prestre met en la main senestre, Fënon*.

† **FANO**, apud Macros in Hierolexico, subtilissimum est sericum velum variegatum, quo utitur Papa, cum Pontificaliter celebrat, quodque post albam induit, et circa collum ligatur, ad modum caputis ac supra caput ejus imponitur, usque quo planeta induitur, supra quam deinde ad modum mozettæ adaptatur, pallio superposito: itaque pars Fanonis inferior infra planetam conditur. Colores quibus variegatur, quatuor esse et quidem eosdem, qui in Ephod Vet. Testam. erant, testantur laudati fratres.

**FANO**, Vexillum exercitus, Germanice *Fahne*, uti supra observatum. Charta originalis, quam vidimus, Ottonis II. Imp. ann. 982. [apud Mabill. Diplom. lib. 6. Instrum. 131.]: *Qualiter Conradus filius Rodulfi Comitis in die belli, quod fuit inter nos et Saracenos, sub Fanone nostro, hoc est sub imperiali vexillo, legali ritu tradendum nobis commendavit omne prædium suum, quod habet in Regno Lothariensi, etc.*

† **FANO**, Vexillum Ecclesiæ, Gall. *Gonfanon*, *Banniere*. Guidonis Disciplina Farfensis lib. 1. cap. 1: *Vestiantur capis ad Gloria laus canendum: processio ornamentorum quemadmodum venit, ita stet per ordinem; Fanones hinc et inde facie ad faciem*. Adde Vitam S. Udalrici sæc. 5. Benedict. pag. 428.

**FANONUS**, Eadem notione, apud Hugon. Flavim. ann. 1097.

† **FANONNUS**, ut *Fano*, Manipulus sacerdotalis. Inventar. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: *Tres albæ paratæ cum duabus stolis uno Fanono et duobus coleris*. Occurrit ibidem non semel.

**FANUM**, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 363.

**FANONES OFFERTORII**, [Quibus oblationes, id est, panis Eucharisticus involvitur. f. a Teuton. *Fanen*, *fanden*, Involvere; nisi iterum a Lat. *Pannus*: quod malim.] Ordo Romanus: *Populus dat oblationes suas, id est, panem, et vinum, et offerunt cum Fanonibus candidis*. Amalarius in Eclogis de Officio Missæ: *Cum Fanonibus offerunt, quoniam legimus in passione Domini sudarium usurpatum esse: aliter quippe Fanones de lino efficiuntur, etc.* Hariulfus lib. 3. cap. 3: *Fanones ad offerendum auro parati* 14. [Idem in Vita S. Angilberti sæc. 4. Benedict. part. 1. pag. 116: *Fanones de pallio auro paratos decem*. Occurrit rursus ibid. in Vita S. Ansegisi n. 7. pag. 634. Vita S. Wiboradæ sæc. 5. pag. 51: *Calicem et patenam, vel corporale, sed et Fanonem cum quo solita es offerre, omnia pura et munda aqua lavare præcipias*. Infra *Linteum oblatitium* vocatur. *Fanones linei, serico parati ad offerendum ad altare*, in Fragm. Breviar. Caroli M.] Offertur autem *oblata*, seu *hostia consecranda*, cum *fanone* a Primo Cantorum, ut est apud Durandum lib. 4. Ration. cap. 30. n. 27.

† **FANO SALMONIS**, Illius pinna, sic dictæ quod *fanones* quodammodo repræsentent. Consuetud. Antiq. Fontanell. f. 94. verso col. 1: *Caudam Salmonis abscissam post primum Fanonem, qui est versus caudam*.

† **FANON**, *Laterna* Gloss. Sangerman. n. 501. Est nostram *Falot*, quod alias dicebant *Fanot*, a Græco φαῖός, Lucidus. Vide *Falo*.

\* **FANONELLUS**, ut supra *Faniculus*, Ornamentum altaris. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item solebant esse duo Fanonelli altaris ad quatuor aquilas de perlis, quæ non inveniuntur. Item duo alii Fanonelli altaris ad grifones et aquilas aureas super campum rubeum*. Vide *Fano*.

\* **FANSO**, Lanceæ armorum species. Stat. Synod. eccl. Carcass. ann. 1270. cap. 2. ex Cod. reg. 1613: *Prohibemus insuper Clericis universis, quod... cullellos acutos, incongruos non deferant seu Fansones; sed nec alia armorum genera secum portant*. Vide supra *Falzo*.

1. **FANTASIA**. [Phantasma, spectrum: item *Pompa*, apparatus.] Vide *Phantasia*.

\* 2. **FANTASIA**. Arbitrium, opinio, Gall. *Fantaisie*. Chron. Estense ad ann.



1308. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 361: *Dominus Raynaldus de Marcharia... fecit capi dom. Ubertum de Baldaria et... sibi caput amputari fecit;... et hoc non propter offensas illatas domino Raynaldo, sed propter Fantasiam, credendo satisfacere dom. marchioni Francisco.*

\* **FANTASIS.** [Cella in anteriori parte capitul. DIEF.]

† 1. **FANTASTICUS.** Inordinatus, ad arbitrium effectus, *Fantasque. Textura Fantastica*, apud Guill. Lindwood. in suo Provinciali pag. 55. edit. 1679.

\* 2. **FANTASTICUS.** Idiota, hebes, sensu carens, Gall. *Imbecille*, alias *Fantastic*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 507: *Dictus Garnerus interdum Fantasticus vel quasi ydiota, etc.* Allæ ann. 1892. ex Reg. 144. ch. 128: *Estienne Marcon home lunatic, ou par aucuns intervalles, ou decours, ainsi que Fantastic ou incensible, etc.*

\* **FANTATIONA.** Gloss. super tres lib. Salomon. et Lament. Jerem. in Bibl. Heilsbr. pag. 12: *Si virgo peperit, Fantationa fuit.*

\* **FANTESCHA.** Ancilla, serva, Ital. *Fantasca*. Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 25: *Possit quilibet major viginti quinque annis pueros sibi datos ad castigandum castigare et verberare impune, idem possit facere quilibet de famulis, Fanteschis et aliis, quos secum habet in familia.*

\* **FANTICELLA.** vox Italica, eodem significato. Stat. crimin. Riper. fol. 18. r°: *Qui vero pedesquam, seu Fanticellam, sive massariam stupraverit, vel carnaliter cognoverit, si fuerit pater familias, et illa fuerit virgo, condemnatur dictus paterfamilias in libris quinquaginta parvorum pro dicto stupro, ultra salarium ipsi Fanticellæ debitum pro tempore, quo secum steterit. Adde Stat. Placent. lib. 6. fol. 68. r°. Vide supra Fancelastra.*

† **FANTILIA.** Vita S. Raquerii Pisani, Junii tom. 3. pag. 452: *Soffredus... Medicus filiam habebat parvulam... habentem guttam Fantiliam. Ubi Henschelium: Gutta quidem vulgo dicitur quæ alias Arthritis: sed quid Fantilia? An Infantilis? Vide Fanalia.*

\* **FANULOM.** [Parvum fanum. *Fest. in Hanula.* Hanula parva delubra, quasi fanula.

**FANUM**, pro Gentilium Templis Christiani proprio vocabulo usurpabant. S. Ambrosius Epist. 29: *Quid est enim nisi Fanum, in quo est conventus gentilium?* Commodianus Instr. 24:

Exis inde foris, iterum tua Fana requiris.

*Fana idolorum*, in Capitularibus de partibus Saxonie cap. 1. etc. Est autem proprie fanum, τῆρον τὸ ἐν ἀρει, in Glossis Gr. Lat. Hinc

*Manducare aut bibere juxta Fana*, ex immolatiis forte, grande Christianis piaculum. S. Columbanus de poenitentiarum mensura cap. 86: *Si quis autem laicus manducaverit juxta Fana, id est, postquam Sacerdos illi prædicavit, quod sacrilegium hoc erat, et postea mensæ demoniorum communicaverit, etc.* Ubi Cumeanus Abbas cap. 7: *Si quis ad Fanum communicaverit, etc.* Vide *Immolationis*. Gregor. Turon. Vitæ Patrum cap. 6: *Erat autem ibi Fanum quoddam diversis ornamentis refertum, in quo barbaris opima libamina exhibens, usque ad vomitum cibo potuque replebatur.* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 51. sqq.]

† **FANUNCULUM.** Parvum fanum. Vita S. Dunstani, Maili tom. 4. pag. 558: *Qua-*

*dratam paribus angulis Ecclesiam in modum Fanunculi construere jussit.*

**FANATICI**, Gentiles Fredegarius in Hist. Epitom. cap. 65: *Quod ab his gentibus fertur eorum deum fuisse locutum, quem Fanatici nominant Wodanum.* Gesta Regum Francor. cap. 10. de Chlodoveo: *Eratque ipse tunc Fanaticus et paganus.* Annales Franc. Lambeciani ann. 798: *Illi Abotridi Fanatici erant.* Apud Prudentium, *Fanaticos, fanorum Sacerdotes*, interpretatur Iso Magister in Glossis. [Occurrit eadem notione apud S. Hieronymum. cap. 6. in Isai. et S. Augustin. in Psal. 40. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fanaticus, Garde de temple, ou devin.*] Vide Galfridum Monemuthensem lib. 2. cap. 1.

1. **FARA, PHARA**, Generatio, linea, [unius ejusdemque generis ac familie homines, qui si in aliquem locum, simul omnes, non admissis alienis, commigrassent, ut observat Valesius in Notitia Galliarum, ibique structis ac conjunctis casulis vicatim habitare cœpissent, locus ab habitatoribus *Fara* appellabatur; unde nomen habent multa loca in Gallis;] vox Longobard. Paulus Warnefrid. de Gestis Longob. lib. 2. cap. 9: *Gisulfus non prius se regimen ejusdem civitatis et populi suscepit edixit, nisi et quas ipse eligere voluisset, Langobardorum Pharas, hoc est, generationes, vel lineas tribueret.* Lex Longobard. lib. 3. tit. 14 [Roth. 177]: *Si quis liber homo migrare voluerit aliquo, potestatem habeat... cum Fara sua migrare, quo voluerit.* [Quod de rebus aut substantia malim intelligere; unde Italis *Affare*, eadem notione.] [Vide Graffii Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 573. qui intelligit Res mobiles, German. *Fahrend Gut*. Est *Fôra*, Alimentum, stipendium ap. eumdem Graff. col. 597. quo spectare videtur vox *Fara* apud Longobardos, qua denotatas fuisse conjicio omnes qui a familie unius principe alebantur et in ejus comitatu erant, tam liberos quam mancipia: *Faramannum* porro apud Burgundos inde nominatum principem stirpis quem Anglosaxones *Hlaford* dixerunt a voce *Hlaf*, Paris.] Chronicon Casin. lib. 1. cap. 86: *Curtem suum, quæ dicitur Fara Majoris. Cap. 47: Fara Majoris, et Fara, quæ Bajana dicitur... Et obtulit huic Monasterio eamdem Faram, quæ simul 5800. terræ modios continet.* Lib. 2. cap. 31. *Fara Ripa ursa*. Sic porro illæ curtes appellatæ, quæ certis generationibus addictæ essent. [Gregorius Monachus in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 534. C: *Unde recepit in commutationem a domno Hugone Abbate res hujus Monasterii territorii Reatini infra fines Atissæ sub monticello super fluvium Sangrum, ubi Fara ædificata fuit modiorum quingentorum.*] Utitur etiam Otridus Evangel. lib. 4. 16, 24:

Furista ouh in wara  
Thera arnilichun Fara.

† 2. **FARA**, f. Species nauli seu pretii pro navigatione exsolvendi. Schilterus ex Somnero: *Transire Sax. Faran... Sed et maris transfretationem, et aquæ tractum cum naulo, Germanis Fahrgelt, Fare dicimus.* Bernhardus de Breydenbach. Itin. Hierosol. pag. 15: *Item quilibet peregrinus ipsi patrono pro hujusmodi omnibus per eum, ut præfertur, faciendis vel exponendis, quadraginta duos ducatos, ita tamen quod illius summe dimidiam partem in Venetiis exsolvat, reliquum vero in Japha sive Joppen abs-*

*que Farra.* [Vide *Fara* 3.] *Faram* facere, in Tabul. S. Audoeni Rotomag. dicitur de illa præstatione annua, qua tenentur qui naves habent piscatorias juxta Sequanam intra limites territorii prædictæ Abbatie quotannis ad conditam diem convenire cum naviculis, retibus et cæteris pro Monachis pisces venaturi: quod quidem etiamnum a Sequanæ accolis vocatur, *Faire la Fare pour Messieurs de S. Ouen.*

\* *Fare*, Retis genus, in Charta Phil. Pulc. ann. 1289. ex Consuet. Genovef. Mss. fol. 35. v°: *Sunt tamen duo alia ingenia, quæ sic vocantur, La Fare et le quidel, quibus piscari permittimus per totum annum, exceptis duobus mensibus Mayo et Aprilii. Hinc *Faire la Fare*, de quo supra, cum ejusmodi instrumento piscare.*

\* 3. **FARA**, Fraus, dolus, nunc Germ. *Gefährde*. Auctor. Monopol. Philosoph.: *Judæus, qui sine dolo et Fara vitæ cum Christiano.* [Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 575. et Haltaus.]

\* **FARA-CANTHARA**, Lychnuchi, qui arborum speciem præferabant, a quibus canthari seu disci pendebant. Anast. Bibl. in Paschali I. PP. tom. 8. Mail pag. 400. col. 2: *Item, ubi supra, fecit Fara-Canthara ex argento numero octo, pensantia insimul libras sexaginta.* Vide *Pharus*.

† **FARALITIUS**, f. pro *Foralitius*, Extraneus, aliunde apportatus. Agnellus in Vita S. Joannis Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 64. col. 2: *Et si diligentius inquiras, multus ornatus Faralitiis majorum vasculorum, tam coronæ quamque et calices appensori, quos in ornamentis cernimus habere Ursinam Ecclesiam, etc.*

**FARAMANNI**, apud Burgundos, quædam videtur fuisse hominum conditio: sed cujusmodi fuerit, incertum. Lex Burgundion. tit. 54. § 2: *De exartis novam nunc et superfluum Faramannorum competitionem et calumniam a possessorum gravamine et inquietudine hac lege præcipimus submoventi, ut sicut de silvis, ita de exartis, habeant cum Burgundionibus rationem: quoniam, sicut jam dudum statutum est, medietatem silvarum ad Romanos generaliter præcipimus pertinere.* Occurrit iterum *Faramanni* § 3. ubi opponuntur *Romanis*, id est, veteribus terræ incolis. Unde conjicere est, *Faramannos* fuisse quosdam ex Burgundis, sic appellatos ex *fara*, generatio, et *man*, homo, seu potius eos, quibus in locis vel agris et prædiis hospitalitas erat delegata, ut est in § 1. i. quibus agri ad habitandum concessi erant, ac proinde eosdem, qui

**FARAND-MANNI**, aliis *Pede pulverosi*, Extranei ex Saxonico *f a r a n d*, [vel *f a r a n*] ire, et *man*, homo. Hinc *Lex de Farand-man*, seu de *Pede pulveroso*, in Legibus Burgorum Scotticor. cap. 140. ubi appellati *Adventitii*, *advenæ*, *albani*. Vide Skenæum de Verbor. significat. Vide *Fara* 1. et *Faro*.

\* Huc spectat vox *Farramas*, quæ gravis injuriæ loco est, in Lit. remiss. ann. 1463. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 144: *Icelle Katherine dast à la suppliant telles ou semblables paroles: Farramas, putain, pannanesse, cabatz rabatu... La mere de la suppliant dist à icelle Katherine qu'elle avoit appellé sa fille Farramas. Forte, quæ extraneis prostituta est.*

\* **FARANA**, an pro *Farina*? Steph. de Infestura Ms. ubi de Innoc. VII: *Antequam dictus ambasciator intraret ostium aulæ, ubi dictus Turcus pro tribunali sedebat, quidam Turcus de adherentibus et*

circumstantibus dicti Turci accessit apud eum, et cum uno panno lineo in hostio dictæ aulae a capite usque ad pedes eum dicto panno abstersit, perinde ac si Farana vel pulvere fuisse repletus.

\* **FARAS**, Arabice, *Equus*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959. Vide *Farius* 2.

† **FARASSIA**, Aniciensibus *Farasse*, Strues lignorum, quam in compitis urbis accendunt in pervigilio Nativitatis S. Johannis Baptistæ. Vide *Farocium*.

\* Dombensibus aliisque adjacentibus provinciis *Ras* vel *Rasse*: unde, *Faire un ras*, ejusmodi lignorum struem accendere. Forte a voce *Farat*, congeries quævis, acervus, ut apud Rabel. lib. 1. cap. 3. Hinc pro grege, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 216: *En faisant le partage des dîtes bestes à laine, Michiel Bascor s'efforca de prendre... l'une des plus belles, qui feust ou monceau et Farat desdites brebiz. Farcholez* vero, ligni species, in aliis Lit. ann. 1478. ex Reg. 195. ch. 837: *En soy ingérant icellui Anthoine de vouloir frapper le suppliant parmi le visage d'un baston de Farcholez, qu'il tenoit en sa main.*

\* **FARAX** pro *Secundum*, præpositio, ap. Virgil. Grammat. pag. 89.

† **FARCIMEN**, Intestinum fartum, Gall. *Boudin*, *Saucisse*. Buschius de Reform. Monast. cap. 38: *Qui unum duntaxat habuit Farcimen in pariete cellæ suæ appensum, quod debuit resignare... Rogavit nos ut Farcimen illud posset retinere, addens quod illud de mane solet comedere.* Varro lib. 5: *A fartura Farcimina in cæstis appellata.*

† **FARCIMINA**, Genus sunt aggeris, vel suggestus tormentarii, impactis primum alte in terram trabibus solidatum, tum vero erectum, nexumque aliis atque aliis sarmentorum et ramalium fascibus, per certa spatia colligatis ad modum farciminis pulmentarii. Gallucius de Bello Belgico lib. 9: *Jussit milites aliquos in fossam descendere, ex eaque sacculos quosdam coriaceos oblongos, nitrato pulvere farctos (vulgus ob similitudinem formæ Farcimina seu Lucanicas vocat) in cavas munitionum partes, ac sub tormentis dispositis conjicere.* Hæc post Carolum de Aquino in Lexico militari.

† **FARCIMINUM**, Vegetio lib. 17. Scabies jumentorum, quam vulgo dicimus *Farcin*.

\* **FARCINA**, [Sunt carnes secate (DIEF).]

† **FARCINIA**, Species vestis. Statuta Andegav. ann. 1508. pag. 177: *Ut collectos in suis diploidibus seu Farciniis et vestibus in competenti altitudine deferant.* Vide *Duplodes*.

\* **FARGINOSUS**, Scabie infectus, Gall. *Qui a le farcin*. Phil. de Grevescancellar. Paris. serm. 68. in Psalter: *Equus morvosus et Farcinosus, etc.* Vide *Farciminum*.

**FARCITÆ** EPISTOLÆ. Vide *Farsia*.

\* **FARCOLATA**, **FARCOLATA**, **Farcimen**, fartum, Charta ann. 1221. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 317. col. 1: *In Quadragesima sex panes et unam scodellam de Farcolata.* Infra: *Unam scodellam de Farculata.* Pluries ibi. Vide *Farsatura*.

† **FARDELLA**, Modus agri continens decem acres, ut dicitur infra in *Feudum Lorice*.

† **FARDELLARIUS**, Qui *fardellum* portat. Charta Archambaldi Borbonii pro Habitantibus Willamfrancam, apud Thomasserium in Biturig. pag. 226: *Quisque Fardellarius qui forum frequen-*

*tavit, quatuor denarios.* Ubi *Fardellarius* fortassis est mercator inops qui merces suas fasce colligatas supra dorsum deferre cogitur ad vendendum, nostris *Porteballe*, quibus etiam *Fardelier*, est bajulus. Vide

† **FARDELLUS**, Onus, Sarcina, Gall. *Fardeau*, a Græco *φόρος*, idem. Regest. Comput. Delphin. ann. 1335. fol. 162: *Item pro duabus Fardellis portandis in quibus erant organa et rauba Domini 70. sol.* In Hist. Delphin. tom. 2. pag. 305. habetur *Fartellis*. Rerum Leodiens. Hist. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 1287: *Forarius domini Leodiensis venit cum Fardellis, et non est permissus intrare palatium.* Pluries occurrit *Fardellus*, apud Rymerum, ut tom. 2. pag. 6. col. 2. tom. 8. pag. 178. col. 1. etc. Vide *Bala*. [\*\* Chart. Margareth. Comitiss. Flandr. ann. 1252. ap. Lappenb. Init. Hanseat. pag. 63: *Unus Fardellus mercennarii, habens in se piper, ceram, pelves, vittas, pepla vel manicas... si per caput ligatus est, debet transeundo 4. denarios, etc.* Vide *Fardellarius*. Chart. Willel. Comit. Hannon. ann. 1327. ibid. pag. 440: *Item de uno Fardello, dicto kiep, pellium hircorum 4. den. sterl.* Belgice *Fardeel*, Anglice *Fardel*, Fascis. *Ferian* Anglosaxonibus *Forian* Saxonibus, est Ferre.]

\* *Alas Fardage et Fardaige*. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 185: *Icellui Monin et ledit Olivier prinrent une jument pour porter leur Fardaige.* Aliæ ann. 1415. ex Reg. 169. ch. 84: *Un des chevaux qui portoit bouges et autres Fardages.* Unde *Fardeleur*, qui sarcinas portat, vulgo *Porte-faix*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. ch. 275. et in aliis ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 228. Inde etiam *Fardeler*, in fascem colligere, apud Juven. de Ursin. in Hist. Caroli VI. pag. 296. *Enfardeler*, eodem sensu, in Comput. Rob. de Seris ann. 1392. ex Reg. 5. fol. 5. rº: *Item pour une flossoye pour Enfardeler la selle dessus dite.* Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. ch. 396: *Lequel Boussart et icelle femme prinrent et Enfardelerent tout l'or, argent, vaisselle, etc.* Ejusdem originis *Enfardelier*, Locus publicus, ubi merces transvehendæ in fasciculum aptantur. Lit. ann. 1359. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 357: *Ordonnons que toutes choses enfardellées à Paris, pour porter hors, soyent en Enfardelier veues et visitées.*

**FARDING**, **FERDINGEL**, ex Saxonico *ferord*, Quarta, [et *del*; vel *dæle* Pars.] Ita *farding* usurpatur pro quarta parte rei, verbi gratia terræ, vel nummi. *Ferdingel*, terræ quarterium in domesda. Consulit Spelmanum, qui plura volet. [Vide *Feorwendel* et *Ferto*.]

\* **FARÆATICA**, Farris commercium. Pactum inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 893: *De Farætica, quæ fiet in territorio majoris ecclesiæ, debent dare duos solidos Imperiales.*

† **FARERSIA**, idem quod infra *Farreschia* post *Frates*. Charta Guillelmi de Calviniaco Domini de Castro Radulphi ann. 1218: *Istam autem partem pro Farersia eis factam immunem reddo.*

\* **FARESTOL**, Lucernæ species, vox vulgaris. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1: *Item inveni... quatuor candelabra, septem Farestols, tres ferri, reliquos ligni.* Et col. 2: *Unum Farestum et lanternam, etc.*

**FARETRUM**, pro *Faretra*, βελούκη, in

Gloss. Gr. Lat. [Gloss. Lat. Gall. Saxon. germ.: *Faretra*, *Repositoire à sajettes*.]

\* **FAREUS**, de *Farro*. Lat. Ital. Ms.

**FARFALIUS**. Decretum Childeberti Regis ad Legem Salicam cap. 6: *De Farfalia ita convenit, ut quicumque in mallo præsumperit Farfalium minare, sine dubio suum weregildum componat, quia omnino volumus, ut Farfalium reprimatur. Et si forte acquiescet istum Farfalium custodire, vitæ periculum per omnia incurrat. Al. sustineat.* Codex MS. quem vidi, habet *Farefalium*: Baluzius *Farfallis*. Ubi hæc Spelmanus: Silent hic Glossographi, et ego de exotico non audeo pronuntiare. *Ferfallen* autem, alias *verfallen*, Bavaris idem significat quod Gall. *Forfaire*, et *Forfait*. Etymologicum Theutonicum vetus, *Verifellen*, *stuprare*, vulgo feloniam facere. Saxonibus etiam *feret fær*, cassus, *fælen* cadere, delinquere. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 848. *Forfall* Scandicis populis est Impedimentum, *Exonium*.]

☞ Felicitet doctissimus Eccardus in suis ad Legem Salicam notis *Farfalium* interpretatur *Adsalitionem* seu assultum: quod nomen a *Fallen* Ruere, cadere, labi, irruere, adsalire deducit. Hinc *Fal*, inquit, in Glossis Rabani Mauri MSS. est *Casus*, irruitus, adsalitio, pro quo nos *Fall* dicimus. *Far* apud veteres sæpe, præsertim in compositione, pro *For* vel *vor* usurpatur. Ita Kero et alii *Farworfan*, Projici; *Faraksit*, Perspexerit, et centum his similia habent. Ut autem *Forbatutus* suo loco, Qui prius percusserat, exponitur; ita hic *Farfalium* significat prius factam adsalitionem sive assultum inimicum. Hinc autem cum turbæ multæ ex vindicta sequantur, præsertim, si authorem adsalitionis eas publice minatum fuisse, atque ita cogitanter perpetrasse, constet, weregildum ille suum merito componere sive vitam redimere aut mortem subire cogebatur. Huc usque vir perspicacissimus: qui jam ex eo suam probat sententiam, quod præter rationem in Lege Salica a Carolo M. emendata prætermissa fuisset Lex de *adsalitione inimica*, nisi *Farfalii* nomine intelligendus sit assultus. [\*\* Quibus arridet Eccardi interpretatio melius fortasse scribent *Farsial* vel *Forstal*. Graffio Thes. Ling. Franc. tom. 3. col. 828. et Haultausio Glossar. Germ. col. 486. *Farfalium* idem est quod *Fravali*, hodie Germ. *Frevel*, *Temeritas*, *protervitas*.]

\* **FARFARA**, *Ungula caballina*. Leg. videtur *Caballina*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

**FARGA**, [Fabrica ferraria, ut conjecit, Arvernus *Forge*, Gallis *Forge*.] Vide *Bicocaria*, [*Fargia* et *Forgia*.]

**FARGANA**. Leo Ost. lib. 3. Chr. Cas. cap. 57: *Profectus hinc, 190. Farganas fratibus in dormitorium misit. Alia vice pro piscibus misit tarenos mille.* Ubi quidam legendum censent *sarganas*. Sunt autem *σάργανα* Hesychio et Suidæ, sportæ vimineæ, crates ex juncis, usui forte Monachorum aptæ in dormitorio. [\*\* Germanis *Forahana* et *Forhana* hodie *Forelle* est Trutta, Gall. *Truite*. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 678. et infra *Fario*.]

\* *Sarganas* lubens legerim; sed lodiices intelligendas opinor, idem proinde esse quod *Sargia*. Vide *Sargineum*.

† **FARGIA**, Officina fabri ferrarii, Arvernus *Forge*, Gall. *Forge*. Instrum. Eccl. Brivatensis ann. 1365: *Informatio facta super enclugia Petri Bodet, quæ fuit*

*ingenta in hospitio seu Fargia, in qua moratur Jacobus de Ulmo.*

\* **FARGUA**, Fabrica ferraria, Gall. Forge. Charta ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 173: *Quas (puntherias) Poncius Dominici faber servit quocumque anno pro octava parte pro indiviso Farguæ communis dictæ villæ, etc.* Vide Farga.

**FARIA**, Verba multa, in Glossar. Isid. et Arabico-Lat. Papiæ, *Multa eloquia. Hinc forte nostris Fariboles: [a Fari, Farius dictum, quod superest in compositis Bifarius, Trifarius, etc.]*

† **FARIE** CARNES, *Faraonicæ scilicet, in MS. Bituric.*

\* **FARICARPSTIA**, Gallice Trémouze; et componitur de fariis et capio, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. Aliud ann. 1352. ex eod. Cod.: *Farnicaptia; Gallice Trémouze, quia far capit. Utrobique legendum videtur Farri-captia, ut in altero ex Cod 7679: Farri-captia, Trémoué.*

\* **FARICELLUS**, Qui frumentum in farinam molendum curat; Ital. *Farricello*, farculum sonat. Stat. Placent. lib. 6. fol. 68. r: *Quilibet mulinarius, Faricellus seu granariolus teneatur ire ad domum cuiuslibet requirentis pro accipiendo bladum ad macinandum, et ea deferre ad molendinum et macinare, et facere et reddere bonam rationem et mensuram de farina, secundum quod bladum fuerit sibi datum, sive ad pondus, sive ad mensuram.* Vide infra *Farnariolus*.

\* **FARINA**, *Fecundæ*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

\* **FARINA BONA**, Italis, proverbialis locutio, Bono et sincero animo. Serm. Barel. fer. 4. hebdom. Passion.: *Iste non facit hoc pro bona Farina, bono animo.*

**FARINAGIUM**, Pensitatio ex farina, quæ fit molendinariis pro frumento molito. Tabular. Burgulense ann. 1214. fol. 101: *Prior debet molitam, de unoquoque sacco unum boissellum, et plenum Farinagium.* Charta Joannis Decani Ambian. ann. 1220. in Tabulario ejusd. Eccles. n. 155: *Cum inter nos et molendinarios nostros contentio verteretur super Farinagio, quod predicti molendinarii in molendinis nostris pro asinis et vanno percipiebant, tandem compositio intervenit in hunc modum. Quicumque bladum suum in vehiculo suo molendum deduxerit ad molendinos nostros, nihil solvet de Farinagio. Qui autem in asino molendini bladum suum molendum detulerit, pro modio dabit pro Farinagio 4. boissellos, etc.* Charta Matthæi Comitis Bellimontis ann. 1200: *Concedo etiam eis moluturam suam liberam et immunem ab omni Farinagio, et ab omni servitio, etc.*

\* *Farinage*, eadem acceptione, in Charta ann. 1315. in magno Chartul. nig. Corb. fol. 67. v: *Je maintenoie tout le Farinage du moulin de Conchy et tout l'herbage des bos de Conchy appartenir à moi... lesdis religieux maintenans au contraire qu'à vous appartenoit le moitié des devans dis Farinage et herbage. Férinage, in Charta ann. 1310. ex Reg. Phil. Aug. Cod. reg. 9607. 3. ch. 97: *Item la moitié du Férinage, que cil, qui ladite ferme tient, prent au moulin de Founichon.**

**FARINALE**, Molendinum. Gloss. Saxon. Ælfrici: *Farinale*, Mealehus, i. farina domus.

**FARINARIUM**, Idem quod *Farinale*, Moletrina, seu molendinum, ubi ex frumento molito farina conficitur. Utuntur passim Lex Salica tit. 24. §. 3. tit. 33. §. 8. Tradit. Fuld. pag. 551. Aimoin. lib.

2. Miraculor. SS. Georgii et Aurelii n. 19. Acta Episcoporum Cenoman. pag. 300. Hariulfus lib. 2. Chr. Centul. cap. 7. lib. 3. cap. 32. lib. 4. cap. 6. Chronicon Beussense pag. 517. Veteres Chartæ in Hist. Monmorenciaca pag. 15. apud Perardum in Burgundicis pag. 41. 149. Beslium in Episc. Pictav. pag. 89. 44. in Comit. Pictav. pag. 238. [Felibian. in Hist. Sandionys. inter Probat. Ch. 26. etc.]

\* « In Agliniaco, mansa tria cum *Farinariis* et piscatione, pro quibus ipsi dederunt IIII. mansa in diversis locis. (Constit. Concil. Pistar. an. 864. mus. arch. dep. p. 20). » — « Quarta una cum terra arabili, vineis, pratis et *Farinario* uno. (Carta Guillelmi, Aquitan. ducis, an. 985. ibid. p. 34). »]

**FARINARIA**, Capitulare de Villis cap. 18: *Ad Farinarias nostras pullos et aucas habeant iuxta qualitate farinariæ.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 85. v.: *Habet sibi Farinarias duas.*]

1. **FARINARIUS**, Idem quod *Farinarium*. [Charta ann. 682. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 2: *Farinarium vero qui est super fluvium Maternam ad Pontem rapidum ipsi Monasterio habere cupio. Similiter alterum Farinarium situm in Briegio super fluvium Alba.* Occurrit præterea in] Chronico S. Benigni pag. 412. in Chron. Abbat. S. Joan. de Vineis pag. 40. etc. Occurrit etiam in Donationibus factis Eccles. Salisbur. cap. 4. [et in Codice MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 12. col. 1. et fol. 45. col. 1. etc.]

\*\* 2. **FARINARIUS**, Homo moletrina præpositus, molitor. Charta ann. c. 1112. ap. Guerard in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 634: *Do Deo sanatoque Petro ... videtur his... Odone Farnario.*

\* 3. **FARINARIUS**, Qui farinam vendit, Ital. *Farinaiole*. Libert. Barchin. Mss. ann. 1283: *Quilibet civis Barchinonæ potest molere bladum suum ubicumque voluerit sine impedimento alicujus, exceptis Farinariis, ... qui debent molere ad molendina regalia.*

\* **FARINGA**, *Faux*, ex Gloss. in Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 2. Passion. cap. 111: *Cognoscendum est non ex inferioribus esse (sanguinem) sed ex Faringa et arteria fit.*

**FARINOLA**, Passio S. Maximi Presb. n. 13: *Et veniens de amne, portans Farinolanam in ulnis suis, obviavit Magmentium.* Ubi leg. forte *Sarcinulam*.

\* **FARINOSIUM** sive *Alveolus*, Locus ubi farina cadit a molendino, Gallice *Mais*. in Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120. *Fariniere* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 153: *La Fariniere où chiet la Farine en moulant.*

\* **FARINOSUS**, [Farinarius. *Veget. 2. Veterin. 30. Farinosa* congeries.]

† **FARINULA**, Diminut. *farinæ*, apud Vulg. Interpret. 1. Reg. 17. 13. et infra in *Sorbellum*.

† **FARINUM**, pro Farina, infra in *Sextarale*.

† **FARIO**, Qui fatur. Laurent. in Amalthea ex Ausonio. Item *Piscis*, ex Lexico Philol. Nostris *Truite*. [\* Apud Ausonium in Mosella, vers. 128. Isidor. Orig. lib. 12. cap. 6. sect. 6: *Et varii a varietate, quos vulgo Tructas vocant.*]

**FARIOLA**, Matth. Silvaticus: *Tisana, i. aqua ordei, vel Fariola.*

† **FARIOLUS**, *Propheta qui fatur*. Laurentius in Amalthea ex Glossis.

**FARISEA**, Vide *Farius equus*.

† **FARISEUS**, pro *Phariseus*. Vide in *Phariseare*.

**FARISTEL**, Viarum obstructio, a Sa-

xon. f a r, iter, via, et s t a l, stabulum, obstructio. Vide *Forestal*.

\*\* **FARIUM**, Virgil. *Grammat. pag. 36: Latinitas tanta sit et tam profunda ut multis ac fanisfaris sensibus explicare necesse sit. Quis enim latinitatem sensatus putet tam angustiam haberi tamque artatam, ut unumquodque verbum uno tantum Fario unoque sensu contentum esse videatur.* Derivatum forte a Fari. Vide *Fario* et *Farius* 1.

† 1. **FARIUS**, Charta Harvichi pro Monast. Prumiensi apud Martenium Ampliss. Collect. tom. 1. col. 56: *Quod nos nec feci nec facere rogavi, præter istum quem firmissimum volo esse, quoque tempore fuerit ostensus, nullum sociatus effectum, nisi vacuum et inanis appareat; auctorem vero criminis vel Farium nec multum tum tempore patiatui judicaria habere potestas.* An idem quod Teuton. *Farira*, Insidiator, a *Fara*, quod dolos, fraudes, insidias significat. Vide Schilter, in *Faran*. [\* Leg. parum.]

\* Rursum hæc vox occurrit, non magis aperto sensu, in Translat. SS. XII. Fratrum tom. 1. Sept. pag. 155. col. 1:

... Conivem denique cives  
Non dominum sensere sui, quem corporis ingens  
Vix (l. vis) animique novo Fario litularat hosti.

Hic hærent docti Editores, suspicanturque hostem communem humani generis indigitari. [\* Vide *Farium*.]

2. **FARIUS** EQUUS, Arabicus, generosus: Arabibus *Farus*. Unde φάρας, apud Achmetem in Onirocriticis cap. 223. φάρος δ φάρας δ εύςυνης, etc. et cap. 152. 159. φάρας Ἀραβικός, apud Nicetam in Isaacio lib. 1. n. 2. Leo Imp. in Tact. cap. 18. § 137. ait, Saracenorum equos φάρους appellari. Raymundus de Agiles pag. 162: *Assumptis omnibus pecuniis suis Cæsarum et Camelam adibant, ut ibi equos Farios mercarentur.* Infra pag. 165: *Cæperunt ostendere illi de parte Comitibus equos Farios, et divitias suas.* Ead. pag.: *Qui cum accepisset a Comite Raimundo 5000. solidorum, et duos equos Farios optimos, etc.* A voce φάρας nostri equos generosos, ut sunt Arabici, *Ferrandos*, vocarunt, ut docemus in voce *Ferrandus*. Equos vero ejusmodi Arabicos in pretio fuisse, alibi pariter docemus. Le Roman de *Garin*:

Hue s'en retorna sur le roux Arabi.

Alibi:

Bien fu armé, s'ot le rox Arabi.

*Alpharaces cavalli*, iidem qui *Farii*, vox nempe conflata ex præpositione *al*, Arabibus familiari, et *Faras*, equus generosus. Matth. Silvaticus in Pand.: *Al, et el, articulus apud Arabes significat id quod apud nos vulgariter addimus præponendo nominibus, la, le, li, lo.* Joannes VIII. PP. in Epistola ad Aldephonsum Regem Gallicie apud Samprium: *Aliquantos utiles et optimos Mauriscos cum armis (quos Hispani cavallos Alpharaces vocant) ad nos dirigere non ommittatis.* Ubi *Maurisci*, non sunt quasi minores Mauri, quod vult Altaserra; sed ita dicuntur enuntiatione Longobardica, quomodo *Franciscum, Angliscum*, et similia usurpant Scriptores. *Caballi Maurisci*, in Epist. 8. Leonis III. PP. proinde iidem, qui *Numidæ* et *Egyptii*, quos commendant etiam Gratius in Cynegetico v. 518. et Arianus seu Xenophon Junior in lib. de Venat. cap. 24. Vide, quæ observamus ad Alexiadem pag. 408. 409. Ab *Alfaras* Arabico, formata vox *Auferant*, nostris

olim familiaris. Le Roman de Girard de Vienne MS :

Multi sont lasé li Auferant cremu.

Infra :

Mais quant j'oi braire les destres Auferans.

Le Roman de Garin MS :

En destre menent les Auferrans de pris.

Alibi :

Il remonterent és Auferrans destriers.

\* Quod ejusmodi equi aliis cursu maxime præstantiores sint, hinc fluvium rapidissimi cursus, Arabis vocarunt. Bestiar. Ms. :

Entre aus et la terre es Fourmis,  
Keurt un fleuve moult Arabis.

FARISEA. Vox ejusdem originis, pro equa faria. Ordericus Vitalis de Boemundo lib. 10. pag. 794: *Et celerem equam fortissimamque, quam Fariseam appellant, cum uno Milite ascendit.* Hinc *har-faras, stercus caballinum*, apud Matthæum Silvaticum.

Ex prædictis videtur emendandum Procopius lib. 1. Goth. cap. 18. ubi Belisarius exhibet equo bellicosissimo insidentem, qui toto fuscus corpore, anteriorem capitis partem ad nares eximio candore insignem habebat. Mox addit: Οὐτον Ἕλληνας μὲν φαλκόν, Βάρβαροι δὲ Βάλαν καλοῦσι. Legerim enim φάραν. [Vide Glossar. med. Græc. voce Φάρας col. 1665.] Hisce addendum videtur, quod Hieronymus de Nominibus Hebraicis, *Affanez*, equorum domitorem interpretatur.

Ubi legendum forte *Apharez* vel *Aphareh*, ab articulo Hebraico *a* et *Pharash*, Eques. Haud scio etiam an emendanda sit superius vox φάραν pro Βάλαν, maxime cum Britones nostri Armorici albedinem hanc in animalium fronte etiamnum *Baill* nuncupent, et *Baillet* vel etiam nude *Baill* equum aliudve animal hoc albore notatum: quod a quibusdam Gallo-Flandris *Bayard* appellatur. Quos autem Barbaros hic vocat Procopius, Gallos esse conjicere licet.

FARLEGANI, Fornicatores, adulteri, ex Saxon. forlegere, Fornicari, adulter, mœchus: forliggan, Fornicari, adulterari, mœchari: forliggand, Lupanar. Unde nescio an nostrum *Forligner*, deducatur, de iis, qui conjuges inferioris sortis ac conditionis sibi adsciscunt: tametsi probabilius censeatur, ejusmodi nuptias quasi *foris* seu extra *lineam* nobilem contractas appellatas. In Lege Frisionum titulus 9. inscribitur: *De Farlegani*, in eoque agitur de adulteriis et stuprationibus. Sikama rescribendum censet, *de horleganis*, id est *hoerleggers*, seu de concubinis. [Videri tamen possunt, inquit Martinius, dixisse *Farlegen* crassiori sono pro *Verlegen*. Hoc autem erit cubando errare, ut significetur, titulum esse de ἀνομιᾶς κοινῶν, de inaccessis παρακοιτίαις, habentibus ἀσχηροῦν-γίας.] [Vide *Farlegarnessi*, Concubitus illicitus, fornicatio, adulterium, ap. Schmelzer in Glossar. Saxonico. Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 2. col. 88. voce *Farligan*.]

\* FARLUGE, Mundus muliebris, ita nuncupatur a Bareleta serm. de choreis: *O vanæ mulieres! deferunt secum mille Farluge; ex una parte levitates, ex alia coralla, ab alia pectorale, ex alia cultros: desunt eis forpices, ut appare-*

rent fabri equorum. Vide supra *Famfaluca*.

\* FARMACA. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7651: *Fachuriera, Prov. Farmaca, farmacier*.

\* FARNAIGUS. [Cippus. DIEF.]  
† FARNARIA, f. Fusoria fornax monetalis, Gall. *Fonderie*. Compositio anni 1177. inter Raimundum Comitem Provincie et Raimundum Archiep. Arelat. ex Chartulario Arelatensi: *In civitate Arelatis debent facere Farnariam simul quæ sit eis communis in viriles portiones, vel si duas facerent in Farnaria Comitatus debet habere Archiepiscopus dimidiam partem, et in Farnaria Archiepiscopi debet habere Comes dimidiam partem. De moneta vero talis est convenientia, etc.* Et infra: *De Farnariis siquidem ita conditum et promissum est; ut neque Archiepiscopus sine Comite neque Comes sine Archiepiscopo... in civitate Arelatis vel in burgis Farnariam facere possit.* Vide *Pharratia*.

\* FARNARIOLUS, Qui Frumentum in farinam molendum curat. Stat. Taurin. ann. 1860. cap. 69. ex Cod. reg. 4622. A: *Item quod in quolibet casali possint esse duo amassatores grani et unus Farnariolus, et non plus; et si contrafecerit molinari dicti casalis solvat solidos viginti pro dampno, et non ultra, et removeatur dictus Farnariolus (sic). Vide Faricellus et Fornariolus.*

\* FARNEUS. [Ad farnum pertinens, ut *Farnei* fungi, apud Apic. 7. 13. ubi alii leg. *faginei*.]

† FARNUM. Charta ann. 1259. apud Eccardum de Orig. familie Habsburgorum. Austr. col. 244: *Tabernis, molendinis, Farnis, aqueductibus et decursibus, etc.* Ubi legendum videtur *furnis*. [Vide *Farinarium*, cum abbreviatione scriptum suspicor. Vide in hac voce.] [Vide *Furnis* legitur apud Marq. Herrgott tom. 2. Geneal. Habsb. pag. 351.]

\* FARNUS. [*Farnia*, arbor de genere quercuum, quæ describitur ab *Aldrovand.*, habens folia cerro similia, longiora tamen, angustiora, duriora, et ad atrum inclinantia, quibus incisuræ sunt minus latæ, cum asperitate aliqua in parte superna. Meminit hujus arboris *Vitruv.* 7. 1. Adde *Pallad.* 1. 9. ubi tamen al. leg. *fraxinus*: dubitant etiam de loco *Vitruvii*.]

FARO, pro Baro. Fredegarius Scholast. cap. 41: *Burgundix Farones vero, tam Episcopi, quam cæteri leudes, etc.* Utitur præterea hac voce cap. 44. et 55. Confer *Faramannus*.

† FAROCIUM. Vide *Farossium*.

FARONUS, Pharus, ex Hispanico *Faron*. Curia Generalis Catalanæ, acta Cervariæ ann. 1369. MS. sub. Petro Rege Arag.: *Uterius ordinamus, quod Faroni, seu Fars, durante guerra præsentis fiant per loca maritima, in quibus fieri sunt assueti, sumptibus tamen eorum, qui facere sunt astricti.* [Vide *Farossium*.]

† FAROSSUM, FAROCIUM, Pharus, facies et lucernæ in portibus maris vel turribus accensæ, Gall. *Fanal* et *Phare*, Turris aut excelsus locus ubi hujusmodi ignes accenduntur, Massiliensibus *Farot*. Litteræ Senescalli Provincie Massiliensibus ann. 1329. ex Archivo S. Victoris Massil: *Mandantes et fieri facientes continui Farossia seu humanaria in locis consuetis.* In alio ejusd. Archivi Instrumento ann. 1328: *Fiant Farocia in montanis assuetis.* Vide *Farossium*.

† FAROTUM, Eadem notione. Charta anni 1460. ex Archivo S. Victoris Massil:

*A Farato usque ad plagiam portæ Gallie inclusive.*

\* FARRA. Vide *Fara* 2.

† FARRACUM, Puls ex fare facta, vel pinguis cibus generaliter. Johan. de Janna. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Farracum, Fromenté ou viande crasse.*

\* FARRAGINALE. Vide *Ferragina*.

\* FARRAGINARIA. [Farragines, seu varia frumentorum genera simul commixta ad pecora per hiemem pascentia. Colum. 11. 2. post. med. *Farraginarum* quoque, pecori futura per hiemem præsidio. Ita leg. *Gesnerus*, sed *Pontedera Antiq. Gr. et Lat.* p. 583. monuit, hoc esse monstrum verbi, et multis argumentis probavit pro *farraginarum* legendum *farrago hordearia*, quam quidem lectionem in textum recepit *Schneiderus*; hinc supra allatam vocem toto Latio exulare jubemus.]

† FARRAGIUM, Idem quod *Farrago*. Concilium Tarracon. ann. 1591. inter Hispan. tom. 4. pag. 541: *Nec de frugibus duntaxat, frumento... solvi præcipimus (decimas)... et his quæ in herba, sive feno ad equorum et aliorum animalium cibum meti et depasci sæpius in anno solent; etiam quæ vulgo Farragia et alia id genus appellantur.* Charta Radulphi Abb. de Viconia ann. 1206. e Chartulario Monasterii S. Quintini in Insula pag. 28: *Tres vacas servabit, eisque tamquam suis Farragium providebit... eodem Farragio quo sui equi vescantur nostri.* Occurrit iterum in Chartulario S. Vandregisilli tom. 1. pag. 88. et alibi.

FARRAGO, FORRAGO, Equorum vel animalium pabulum ex frugum leguminumque miscellanea, *ocymum* Varroni, Gr. ὄχυρον, Ital. *Farraina*, *Fourage*: vel etiam stramen, palea. Charta Ludovici Comitis Blesensis ann. 1199. in Tabulario Eccl. Carnotensis n. 116: *A festo autem sancti Remigii usque ad tempus messium rursum habebit Major granicam libere ad usus suos, sicut suam, cum Farragibus, et paleis, et vicis.* Et has *Farragines et paleas, etc.* Ita in alia n. 230. [et etiam in Charta R. Abbatis S. Salvii Monstrol. ex Tabulario Compendiensi.] *Forrago*, in Charta Reginaldi Episcopi Carnotensis ann. 1206. in Eodem Tabulario n. 50: *Sive in pratibus, sive in straminibus, sive in Forragibus, vel aliis quibuscumque, etc.* [Tabulario Ecclesie Ambian. de iuribus Canonicorum in villa de Camons: *Et quidquid post excursionem manipulorum decimæ remanebit sive in Foragine sive in aliis proventibus, similiter dividetur.*] Vide *Fodrum*, et Plinium lib. 18. cap. 16. ubi et *Farrago*, Idem quod *secale*, Gall. *Segle*. Adde *Farragium*.

\* FARRARIUS. [Ad far pertinens. *Scævola Dig.* 7. 1. 58. Sempronio do, lego ex redactu fructuum, oleris, et porrinæ, quæ habeo in agro Ferrariorum. Alii leg. *farrariorum*, sed prius præstat, et videtur locum denotare, in quo ager sit. *Cato R. R.* 10 *Farraria* fistula. — 2. *Farrarium* absolute. *Vitruv.* 6. 9. *ad fin.* Horrea, fœnilla, farraria, pistrina, extra villam facienda videntur, h. e. locus, ubi farrago, et similia jumentorum pabula, præter fœnum, conduntur.]

† FARRATIOR, Fructuosior. Papias. A *Farre*, nisi legendum sit *Ferracior*.

† FARRES, πολλάς, Puls, a *Farre*. Supplementum Antiquarii. Vide *Farracum*.

\* FARREUM. Charta Iterii Tociac. dom. ann. 1147. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 15. col. 1: *Et hoc quod possident apud Suctum, sicut septem esse de Farreis et palitio, etc.* Sed legendum vi-

detur *Fosseis*, vallis scilicet seu fossis. Vide *Fosseium*.

\* Ita *Farrée* pro *Ferrets*, Percussio palmæ in faciem, occurrit in Vita J. C. Ms.:

Du col li donnent grans colées,  
Et en le fache grans Farrées...

Vide *Ferita*.

\* **FARRICAPTIA**. Vide supra *Faricarpstia*.

\* **FARRUGO**. [Immundities alicujus rei. DIF.]

\* **FARRUM**, Far, Ital. *Farro*, Stat. Genuens. lib. 4. cap. 58. pag. 114. r: *Appellatione autem victualium, quoad ea quæ prædicta sunt, sint et intelligantur infrascripta, scilicet frumentum, ordeum, spelta, ... Farrum, oleum, nuces, etc.* Vide infra *Fransire*.

† **FARS**. Vide *Faronus*.

1. **FARSA**, Tumor, qui totam cutem exulcerat. Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam: *Erpes estiomenus, i. se comedens, quod Salernitani Farsam vocant.* Constantinus African. lib. 8. Commun. locor. Medic. cap. 10: *Colera rubea si sit simplex, et ad id quod membrum videatur descendere, facit apostema, quod vocatur Formica, et aliud Farsa: quæ si cum sanguine misceatur, Erisipela inde generatur.* Vide eundem lib. de Gradib. pag. 374. et 382. Marbodius de Herbis lib. 4. cap. 20:

Ulcera desiccata mala, restringit quoque Farsam.

Italica *Farsa*, est calor immensus. Dantes: *Come il ramarro sotto la gran Farsa de' di canicular cangiando siepe, folgore par, se la via attraversa.* [Janó Laurenbergo in Supplemento Antiquarii: *Farsa, vaxrñ, nacta.*]

† 2. **FARSA**, Italica *Frottola*, nostris *Farce*, definitur ab Academicis Cruscianis, *Commedia mozza, e imperfetta; dal Greco φάρσος, che vale vesta mozza;* melius a Menagio, Carmen multis et variis rebus refertum seu *farctum*; unde vocis origo. Inde etiam *Farsa* dictæ quædam Paraphrases, inter Scripturas vel preces in Ecclesia cantari solitas, intermixtæ, quibus ejusmodi Scripturæ vel preces veluti *farciuntur*. Vetus Ceremoniale Lirensis Monasterii: *Qualiter debeant cantare Kyrie eleyson cum Farsa. Quando in diebus festis dicitur Kyrie eleyson cum Farsa.* Quo intelligi datur additio quæ etiamnum diebus festis solemnioribus in quibusdam ecclesiis, Senonensi videlicet, Cenomanensi, etc. post *Kyrie* cantatur hoc modo *Kyrie, fons bonitatis, Pater ingenite, a quo bona cuncta procedunt, eleyson Christe, etc.* Circa originem ac dispositionem *Farsæ*, consulendus Crescimbeni all'istoria della volga poesia lib. 4. cap. 3. ubi et de quodam pulmento Provincialibus noto, quod *Farsum* vocant, belle loquitur.

\* Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ab ann. 1248. ad 1269. ex Cod. reg. 1245. fol. 216. v: *Visitavimus monasterium monialium S. Trinitatis Cadomenis. . . . In festo Innocentium cantant lectiones cum Farsis: hoc inhibuimus.* Quæ lectiones, ejusdem compositionis erant atque *Epistolæ Farcitæ*, quarum specimen supra allatum emendare licet ex Comment. Acad. Inscript. tom. 17. pag. 716. Cui addendum alterum exemplum ex tom. 2. Hist. Theat. Franc.

† **FARSATURA**, *Farcimen, fartum*, Gall. *Farce*. Statuta antiqua S. Audoeni Rotom. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1208: *Sicut interdiximus usum carniun,*

*ita Farsaturas de tritis carnisbus denegamus.*

\* **FARSATUS**, pro *Fartus*, Gall. *Farci*. *Ova Farsata*, id est, cum *farcimine*, Gall. *des œufs farcis*, in Consuetudinibus Solemniacensibus pro festis diebus.

\* **FARSETUS**, Vestis species, thorax, Ital. *Farsetto*. Const. Feder. reg. Sicil. cap. 107: *Item quod prædicti comites, magnates, barones, milites, et ucores eorum possint habere in ætate quaruimentum unum de serico, sub eo Farsetum vel dublectum ac juppam de serico.* Nostri *Farce* vocabant id omne, quo aliquid *fartum* erat. Stat. ann. 1341. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 548. art. 7: *Que nul ne face coisins, . . . qui ne soit d'aussi bonne Farce comme la couste.*

\* **FARSIA**, [ut *Farsa* 2.] Charta Odonis Episcopi Parisiens. ann. 1198. post Notas ad Petrum Blesensem ultimæ Editionis: *Missa similiter cum cæteris horis ordinate celebrabitur ab aliquo prædicatorum, hoc addito, quod Epistola cum Farsia dicetur a duobus in cappis sericeis.* Incertum quid hæc vox denotet, a qua dictæ

EPISTOLÆ FARCITÆ, in Visitatione Thesaurariæ S. Pauli Londinensis ann. 1295: *Unum troparium. . . in cuius initio notantur omnes Sequentiæ, et in fine ponuntur omnes Epistolæ Farcitæ.* Ibidem: *Gradale de Choro, quod vocatur Puero-rum, sine officio; in cuius sine ponuntur Epistolæ Farcitæ.*

Obscurum jam non est quid sint *Epistolæ Farcitæ*, quæve hujus vocis origo. Earum quippe specimen edidit Martenius noster lib. 1. de Antiq. Eccl. Rit. cap. 3. art. 2. ex vetustó Missali S. Gatiani Turon. ann. circ. 600. unde ejusmodi Epistolæ dictas fuisse *Farcitas* patet, quod ex vario idiomate Latino scilicet ex Gallico compositæ essent atque *Farcitæ* in hunc modum: Lectio Actuum Apostolorum: *Por amor de vos pri Saignos Barun, se et vostuit, excoctet la leçon de Saint Esteure le glorieux Barrun. Escotet la par bonne entention, qui a ce jos regu la passium.* In diebus illis Stephanus: *Saint Esteures fut pleins de grant bonté. Emmen tot celo qui creignent en Dieu feseit miracle. O nom de Dieu mende ascuntrat, et auces a tot dona lante, por ce haierent outens li ive. Surrexerunt. Encontre lui se dresserent trestuit, discrent ensemble mauveis mes, celui il a deable qui parole en lui, etc.* Eodem S. Stephani die in Cathedrali Aquensi etiamnum cantatur Epistola alterno commate Latino et vulgari: quod *Planctus S. Stephani*, vernacule, *leis plants de San Esteve*, dicitur. Idem obtinuisse in Divionensi Ecclesia testatur Epistola quæ legitur in Mercur. Gall. ann. 1726. mens. Febr. Exstant præterea *Epistolæ Farcitæ* in Epistolario S. Juliani Brivat. quæ jam præ nimia earum prolixitate non cantantur, nisi in festo S. Nicolai alisque perpaucis. Denique earumdem Epistolarum occurrit mentio in Ordinariis MSS. Narbonensi et Cabilonensi, teste Martenio loco supra laudato. Vide *Farsa* 2.

† **FARSILE**, *Quod farturam recipit*. Laurent. in Amalthea ex Apitio.

\* **FARSITUS**, dicitur de eo, qui cibis oppletus est, in Comed. sine nomine act. 2. sc. 5. ex Cod. reg. 8163: *Exuriant (ancillæ) Farsitæ.*

\* **FARSITUS**, *Fartus*, Gall. *Farci*. Reg. feodor. Aquit. sign. JJ. rub. in Cam. Comput. Paris. fol. 37. v: *Cum dominus rex vult facere transitum per partes suas, et mandat ei ante, quod paret sibi pran-*

*dium debitum, debet ei dare subius castrium de Bedessan, unam vaccam Farsitam, secundum modum antiquum.*

\* **FARSURA**, pro *Fartura*, apud Petrum Blesensem Epist. 86. [\* et Tertullianum. Vide Forcellinum in *Fartura*.]

\* **FARSWEROTOS**. Vide *Furswirotos*.

\* **FARTALLIA**. [Patella. DIF.]

† **FARTELLUS**. Vide *Fardellus*.

† **FARTHING**. Vide *Ferto*.

\* **FARTILLES**, *quod fures ibi cileantur, furca*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657. Leg. *Furcillæ*. Vide in hac voce.

† **FARTO**. Vide *Fartorium*.

† **FARTOR**, *Nomenclator*, in Glossario Sangerman. MS. n. 501. Apud Festum explicatius: *Fartores, Nomenclatores, qui clam velut infarcirent nomina saluatorum in aurem Candidati.* [\* Etymon petendum a verbo *Fari*.] Candidatis seu Petitoribus in primis elaborandum erat, ut singulos cives nossent, eorumque nomina tenerent; cum autem in tanta populi multitudine et tantis vitæ occupationibus hoc fieri vix posset, ministerium instituerunt, qui Candidatis nomina omnium civium, ut quisque occurreret, suggereret, eumque *Nomenclatorem* vocarunt Cicero pro *Muræna Monitore*, Festus vero *Fartorem* dixit, et ex eo Glossator Sangerman.

† **FARTORIUM**, *Laniarium*, Gall. *Tuerie*, Parisiis *Echaudoir*. Charta Boleslai Ducis Silesiæ ann. 1311. apud Ludewig. tom. 6. pag. 456: *Rite et rationally vendidimus Fartorium seu curiam maculatoriam in Aureo-monte, in civitate vel extra civitatem, ubicumque expedire videbitur, edificandum, cum omni usufructu et utilitate, qui inde proveniunt et provenire possunt, et cum omni jure et dominio, sicut dictum Fartorem habuimus et tenuimus, Hermanno Scriptori, etc.* Vide *Maculatorium*.

† **FARTUM**, Prædium rusticum, ni fallor, omnibus rebus quæ ad culturam pertinent instructum, idem quod *Affare*, [\* Sed legendum opinor *Factum*. Vide supra *Factum* 4.] Testamentum Florentiæ de Castellana ann. 1398. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Voluit. . . quod totum Fartum de Luco sibi serviat, et de ipso Farto sibi domina et signorossa.*

† **FARTUS**. Vide in *Ferto*.

\* **FARUM**, ut supra *Farrum*. Libert. S. Marcel. ann. 1343. in Reg. 163. Char-toph. reg. ch. 89: *Item quod ala Fari dicti loci transmutabitur retro domum.*

1. **FARUS**, *Cænator, Cænatorium*, *Pa-piæ*.

† 2. **FARUS**, *Fretum*, Gall. *Detroit*. Chronicon Siciliæ inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 59: *Nos (Bonifacius VIII. Papa) de vestra discretionis et circumspectionis industria plenam in Domino fiduciam obtinentes, et volentes ut eo lubentius rebelles iidem, civitates, castra et loca tam ipsius insulæ, quam aliarum etiam regni prædicti partium citra Farum; intelligo Messanense fretum, Gall. *Le Phare* seu *Le Detroit de Messine*. [\* Regnum Siciliæ tam ultra Farum quam citra, in Chart. Frider. II. Imper. ann. 1216. in alia ann. 1219. apud Pertz. Leg. tom. 2. pag. 229. 232. etc.]*

† 3. **FARUS**, *Lucerna* sive *Lychnuchus* orbicularis et circularis. Vide *Pharus*.

\* 4. **FARUS**, *Fasciculus*, ut videtur, seu onus, sarcina. Jura vicecom. Narbon. ann. circ. 1260. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 546: *Habet ab omnibus hominibus. . . portantibus ligna cum suis animalibus Narbonam, ratione intradæ, de quolibet animali, unam saumatam li-*

gnorum, et de cupolata duos Faros hominum semel in anno de animalibus.

† FARWESOTU. Vide *Fursuwirotos*.

\* FARZIUS, Vestis species. Chron. Placent. ad ann. 1888. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 583: *Utuntur... Farzius magnis et parvis a lectis et cortinis de tela circumcirca dicta lecta*. Vide supra *Farsetus*.

\* FASANUS, Phasianus, Gall. *Faisan*. Libert. villæ de *Coynau* concessæ a Joan. dalph. ann. 1312. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 113: *Item concedimus eisdem, quod venari possint modis omnibus, quibus voluerint... ad omnia setarum genera et avium... exceptis perdicibus et Fasanis, quos non debet capere, nisi cum avibus*. Stat. Taurin. ann. 1860. cap. 304. ex Cod. reg. 4022. A: *Nulla persona... exeat civitatem in die fori seu Sabbati pro emendis Fasanis, perdicibus, leporibus, etc.* Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 81: *Ad fillum sive laqueum vel ad retia nemo capiat Fasanos vel perdices*. Vide infra *Fascianus*.

\* FASCALIS, [Ad fascem pertinens. Inscript. apud *Fabrett*. p. 274. n. 154. Maximo *Fascali* Aug. N. Bictoria cojugi incomparabili. Idem *Fabrettus* hic adnotat, fasces hinc inde cum securibus in lapide representari, unde intelligimus, hunc Maximum fuisse Augusti cuiusdam lictorem, cujus professio hac voce cadentis Latinitatis propria significatur.]

\* FASCELLA, ut *Fasciola*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Gengla, Prov. cingula, fascia, Fascella, fasciale, qua pueri involvuntur*.

† FASCEMINA. Vide *mox Fascennina*.

FASCENNINA, FASCENNIA, Ital. *Fascennata*, Propugnacula urbium, seu arcium ex *Fascinis*, seu ligneis fascibus confecta. Ugutio: *A fascis, hæc fascennina, i. clausibilis vallatio, sicut circa castra et civitates, quæ solet fieri quibusdam lignis*. Ita enim Glossæ *Pitheonæ*, ex quibus emendandæ, quæ *Isidorianæ* habent *Fascennina*. Gloss. Lat. Gall.: *Fascennia, Palis de bois, ou closture environ chastiaus*. Nos etiamnum *Fascines* dicimus. Occurrit in Hist. Obsid. Jadrans. lib. 1. cap. 4. lib. 2. cap. 19.

† FASCES, ut apud Romanos summi magistratus indicium fuere, ita apud Scriptores mediæ ævi pro suprema potestate usurpatur hæc vox. Testamentum Rodulfi Episc. Bituric. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 161: *Placuit etiam huic inseri testamento ut nec meo, nec parentum meorum (dominio) nec Fascibus regie magnitudinis, nec cujuslibet terrenæ dignitatis subiaceant*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fascis, Faissel, ou enseigne de honneur*. Ubi additur hic versiculus:

Pondera sunt Fasces, Fasces dicantur honores.

1. FASCIA, [Modus agri, idem ut videtur, qui *Faicia*. Antiq. Recog. Revel. Vienn. *Probus* fol. 58. verso: *Nicholaus Rex tenet de Comitè unam Fasciam de bosco de Brochiis et debet inde XII. den. censuales, et tenet 1. petiam bosci ibidem libere*. Stephanotius tom. 10. *Fragm. MSS.* pag. 253. ex *Tabulario B. M. de Rupeforti*: *Anno MCLXXXIV... concedimus... quidquid juris habemus in Fascia quæ est inter nemus et aquam*.] Vide *Fasciola, Funiculus, Suppellicium*.

\* f. pro *Faicia*. Vide supra in hac voce. Chartul. S. Vincent. Laudun. ch. 81: *Notum esse volumus... integram terræ Fasciam unam et de duabus Fasciis duas partes ad decimam garbam in territorio de Dagnis perpetuo habendas dedisse,*

tertiam duarum Fascium partem, Wilhelmo partitice nostro concedente.

† 2. FASCIA et FASCIUM, passim occurrunt in Antiq. Recog. Vien. Regesto *Probus*, pro *Fascis*: ut *Fascia ligni*, Gall. *un Fagot de bois*; *Fascium feni*, Gall. *une Botte de foin*. Vide *Fascius*.

\* *Faschiel*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1442. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 114: *Comme le suppliant eust marchandé... de couper et abatre certaine quantité de bois et en faire des fagos et Faschiel*.

FASCIAMENTA, Fasciæ sepulcrales. Alcuinus Ep. 71: *Numquid non Fasciamenta mortui eodem verbo solvere poterat, quo mortuum vitæ redditum de sepulcro prodire jussit*? Vide *Pectorale*.

\* FASCIANUS, ut supra *Fasanus*. Chron. Estense ad ann. 1344. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 537: *Fascianorum, pavonum, columbarumque et reliquarum avium ad ingentem numerum consumuntur satis constat*.

\* FASCIATORIUM, Fascia qua frons sacro chrismate inuncta obvolvatur, idem quod *Chrimale*. Reg. Bern. abb. Cassin. tom. 2. Hist. ejusd. monast. pag. 460. col. 1: *Item ut rectores ecclesiarum monere debeant semper populum et presertim parochianos, quod per lavationem panni vel Fasciatorii compaternitatem non debeant contrahere, sed solum per baptismi et confirmationis sacramentum*. Quomodo etiam legendum, pro *Fassatorium*, ibid. pag. 465. col. 1: *Item si aliquis per ablutionem Fassatorii sui panni compaternitatem contraxerit contra canonum instituta, etc.*

\* FASCICULARIUS, *Bajulus*, Gall. *Portefaix*. Gloss. Cæs. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 673. col. 2: *Fascicularii, qui ferunt pondera, unusquisque denarios duos*. Vide *Fardellarius*.

† FASCILLA, *Falcula*, Gall. *Faucille*. Charta Ingelranni III. Codiciacensis Toparchæ ann. 1207. in Hist. Codiac. pag. 166: *Concedo... herbam meam nemois de Laujou ad Fascillam*. Vide *Facilla*.

\* FASCILONES apud Monachum Sangallensem e cod. reposuit *Pertz* lib. 2. cap. 21. ubi vulgo legebatur *Fasciolones*. Idem esse videtur quod *Fasciola*.

\* FASCINA, vox Italica, Lignorum fascis, Gall. *Fascine* vel *Fagot*. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 58: *Inter dictas perlicas ponantur Fascinæ lignaminum*. Stat. Montis-reg. pag. 188: *Quod si aliquis imponeret ignem in aliquibus paleis,.... aut lignis vel Fascinis existentibus extra casingamentum, et nihil aliud concremaretur, nisi ipsæ paleæ, fenum, ligna et Fascinæ, etc.*

FASCINABULUM. Notæ Tyronis pag. 182: *Fascinum, Fascinabulum, Fascinabellum, Præfascinat, etc.*

† FASCINARE. Gloss. Isid.: *Fascinat, Gravat, Papias: Fascinat, Adulando impetit, laudando decipit, gravat*. Id est, nocet fascino: quo significatu Latinis notum verbum *Fascinare*.

\* *Enfascigner*, pro vulgari *Enscrocler*. *Fascinare*, in Lit. remiss. ann. 1461. ex Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 294: *Le mari de la suppliant lui dist qu'elle l'avoit Enfascigné*. *Fesne*, fascinum, vulgo *Charne, ensorcelement*, in Stat. eccl. Turon. ann. 1396. cap. 78. ex Cod. reg. 1237: *Si peccaverint (precaverint) ad fascinum vel qualescumque precationes, excepto simbolo et oratione Dominica, etc.* Ubi versio Gallica: *Si aucun chante à Fesne aucuns chantemens, etc.*

FASCIOLA. Ugutio, partim ex *Isidoro*

lib. 19. cap. 33: *Fasciola dicitur, qua vulnera ligantur. Fasciæ vero Latinis cingulum, quo puer circumligatur in cunis*. [\* Hinc *Faisser*, pro *Vulnera alligare, curare*, Gall. *Panser*. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 297: *Iceului Toulhon fut confessé et receut son Createur; et après fut Faisse et aparillé*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Faysser. Prov. fasciare*.] Diminutivum a *Fascia*, cujus vocis crebra occurrit mentio in *Regulis Monasticis*, cum agunt de *Monachorum vestibus*, ubi maxime itinerantium fuisse observare est. *Bernardus* in *Consuetud.* *Cluniacensis*. *MSS.* cap. 3: *Non debet equitare sine Fasciis plusquam una leuca*. Cap. 62: *Ablatis calcaribus, et Fasciis ad Monasterii introitum petat veniam*. *Lanfrancus* in *Decretis* pro *Ordine S. Benedicti* cap. 7: ait ad *Camerarium* pertinere, ut procurret *fratribus in iter profecturis cappas, Fasciolas, calcaria*. Idem cap. 14. *Monachum Fasciolatum, aut cinctum, sive cum cappa*, in *claustrum* introire vetat, quod hæc sint itinerantium. *Bernardus* *Mon.* *MS.* cap. 4. et *Udalricus* lib. 3. *Consuetud.* *Cluniac.* cap. 11. *Fasciolas* *Monachis* tribunt *propter tibias infirmantes*, id est, si id exigat infirmitas. Vide lib. 1. *Miracul. S. Dionysii* cap. 14. *Regula Magistri* cap. 81. statuit, ut *Monachi* habeant in hieme *pallium stamineum, braccas laneas, et Fasciolas, aut pedules*. Vult præterea, ut *Fasciolarum laneæ* non sint, sed *lineæ, ut aliquid distet a Clerico Monachus*. Denique *Conventus Aquigran.* ann. 817. cap. 22. *Fasciolas* duas *Monachis* concessit, et duas alias, quibus *neceesse est itineris causa*. His interdicitur in *Concilio Cloveshovensi* ann. 747. cap. 89: *Nec imitentur sæculares in vestitu crurium per Fasciolas, etc.*

Quærent ipsi *monachi*, quod genus vestis fuerint *Fasciolarum* his locis. *Haftenus* cum *pedulibus* confundit, ut et *Lucas Acherius* ad *Udalricum*, qui *Gammaches* vertit. [His proxime accedit *Editor* *Vet. Disciplinæ* *monast.* qui *Fasciolas* leves quasdam *ocreas* esse existimat, ex eo maxime quod *itinerantibus* propriæ videantur.] *Palam* est, supra laudatos *Scriptores* *pedules* a *fasciis* perpetuo distinguere. Verum non est cur ad *exoticas* *notiones* recurramus, cum *Latina* se offerat; sunt enim *Ciceroni* lib. de *Aruspice*. resp. *Fasciolarum*, quæ, *Ulpiano* D. de *Auro* et *arg.* leg. (34, 2. fr. 25. § 4.) *Fasciæ cruales* dicuntur: *nostris jarretières*; [quod mire illustrat *S. Wilhelmus* lib. 1. *Constit.* *Hirsaug.* cap. 16: *Pro signo Fasciolarum, inculcatum calceorum signum premisum, addito, ut utrumque indicem tibie circumferas*.] *Eginhardus* in *Carolo M.*: *Fasciolarum crura et pedes calciamentis constringebat*. *Monachus Sangallensis* lib. 1. cap. 36: *Fasciolarum cruales vermiculatae, etc.* [\* Vide *Fascilones*. *Fiscorum* describend. *Formulæ* apud *Pertz*. *Leg.* tom. 2. pag. 177: *Est ibi genitum... in quo repperimus sarciles 5. cum Fasciis 4. camisiles 5.* Qualis autem fuerit *calceatura Francorum*, supra attigimus in voce *Armiger*, quibus hæc addere placet ex *Joanne Puricello* in *Monumentis Basilicæ Ambrosianæ* pag. 70. ubi *Bernardi Regis Italiani, Pipini filii, effossum et apertum tumulum* describit, ipsiusque *Bernardi vestes regias*: *Superstites adhuc e corio rubro calcei utrumque pedem contegebant iidemque ligneam quisque soleam, hinc inde coriaceis insulam, habebant. Tam vero apte presseque ad suum quisque pedem juxta ordinem digi-*

torum congruebant, in acutum versus primorem digitum desinentes, ut calceus dexter non nisi dextro pedi, quamdiu integer ille erat, sinisterque sinistro adaptari potuisset. Cæterum quisque calceus duabus tantum corii partibus invicem conusis pedem ita contegebat, ut anterior corii pars in suprema versus crura extremitatem aliquantulum scissa in longum esset, illicque pedi ligamine astringeretur, ad eum prorsus modum, quo rusticana hodie calceamenta factitari solent. Calcaria deinde ærea pedibus aptata describit. A fasciis denique cruralibus nata vox Fesse, seu ut vulgo dicimus, Face, vel Facee, in armorum insignibus. Guill. Guiart. MS. ann. 1804: *Ot main escu portrait à Fesse.*

**FASCIOLUM**, Operimentum capitis, quod Chaldæa incolis tribuit B. Odoricus de Foro Julio in Peregrinat. sua n. 8: *Portant autem super capita sua Fasciola aurea de peritis pretiosis.* Idem forte quod Fasciolas vocat S. Hieronymus Epist. 2. de Vita Clericorum: *Crebra manuscula, et sudariola et Fasciolas, vestes ori applicatas, et oblatos ac degustatos cibos, blandasque et dulces litterulas, sanctus amor non habet.* Neque aliud videtur a φακιολιοι; Turcarum, de quibus Ducas cap. 37. quæ nunc Turbanus seu Tulipantos vocant. Testatur Leunclavius in Pandecte Turc. num. 240. Græcos etiamnum sic appellare Turcos Tulipantos, quod ex fasciis seu fascioliis convolutis et complicatis conficiuntur, etiam Achmes innuit cap. 228. Φακιόλια, Sarcenis etiam tribuit auctor Vitæ S. Nili Junioris pag. 56: *Ἐρχοντο ὡσεὶ δέκα καθάλλαιοι, ἐνδύματα, καὶ ὄπλα, καὶ πακιόλια, καὶ ὄλον τὸ σχῆμα ἔχοντες τῶν Σαρακηνῶν.* Infra: *Περιεβραμένοι δὲ τὰ φακιόλια ἀπὸ τῶν προσώπων αὐτῶν, etc.* Glossæ Basilic. φακιόλιον exponunt ζωνάριον et Semicinctium Latinorum. Alii crumenam et marsupium. Lexicon. Gr. MS. Reg. Cod. 2062: *Φασκόλιον, ἱμάτιον, ἢ σακούλιον.* Aliud Cod. 990: *Φασκόλιον, ἱμάτιον, ὀρίον.* Φασκόλιον δὲ ἐστὶ μαρσιπιον. Ita fere Hesychius. Ismaelitarum vittata capita dixit Hieronym. in Vita Malchi. Vide *Facialis*, [et Glossar. mediæ Græcit.]

† **FASCITERGUM**, ut supra *Facitergium*, Mappula ad tergendam faciem. Occurrit apud Acherium tom. 6. Spicil. pag. 430.

† **FASCIUM**, Fascis, *Fascium fœni*, Gall. *Botte de foin*, in Antiq. Recogn. S. Georgii Esper. fol. 27. Vide *Fascia* 2.

\* **Convent. Saonæ ann. 1526**: *Quando ipsi Quilianenses subditi communis Januæ vendunt canepam in Saona, extorquent denarios sex pro singulo Fascio, ultra id quod per alios solvitur.*

† **FASCIUNGULUS**, Parva fascia, ut conjecto. Vide locum in *Burrene*.

† **FASCIUS**, ut *Fascium*, pro Fascis. *Duos Fascios fœni et duos paleæ*, in Inquisitione Jurium in loco Albonis Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 123. col. 1. [\*\*] *Perolvere per annum fœnum Fascium unum*, in Instrum. inquisit. a missis Imperat. factæ c. ann. 800. post Irminonem pag. 343. ex Fumagalli cod. Dipl. Santambros. pag. 173.]

1. **FASCULUM**, pro *Vasculum*. Gloss. Lat. MS. Reg. Cod. 1013. et Isidori: *Vasculum, Discus, Fasculum.*

2. **FASCULUM**, Fossorium. Vetus Charta Hispanica ann. 955. apud Sandovallium: *Et cum cepissem fodere, divino judicio flagellatus sum, usque adeo quod factus sum cæcus, et milites mei, qui immunes erant a culpa, qui cum Fasculis cepissem fodere, lumen amiserunt.* Huc forte spec-

tat locus ex Glossario Gr. Lat.: *Σκαφιόν, ἤτοι δρυὶ κηπουρικῶς, Acisculum.* Codex MS. S. Germani Parisiensis habet.... κηπουρικῆ, *Acisculum*.

\* **Ligo**, Gall. *Houe*, alias *Faissoir*. Lit. remiss. ann. 1467. in Reg. 201. Chartoph. reg. ch. 3: *Icelle femme frappa le suppliant sur la teste d'un sarceau ou Faissoir.* Vide *Fossorium*.

\* **FASCULUS**, Fascis, Gall. *Botte*. Terrear. Ms. Bellijoc. fol. 11. rº: *Quartam partem unius fessi feni seu Fasculi.* Vide supra *Fascium*.

† **FASELARIA**, Faselii siliquæ vel grana, apud Lampridium in Antonino Helio-gabalo.

† **FASELLUS**, ut Faselus Virgilio, et Faseolus Columellæ, Fabula, Gall. *Feve de harricot.* Vide locum in *Matutinellum*.

\* **FASENDA**, Prædium rusticum, ager, idem quod supra *Faisio*. Charta ann. 1392. ex Tabul. Flamar.: *Tenet ab ipso, tanquam a directo domino sive feudali, Fasendam unam dicti Guillelmi, sitam in parrochia de Tonaco in manso de Podio Lamoros, inter Fasendam de la Ribeyrola ex parte una, et castanetum Gerardi de Chalamo... ex altera, et Fasendam Helie Bugat ex alia, et costale de la Bermundia ex reliqua.* Vide *Fazenda*.

**FASEOLUS**. Vide *Petrum* de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 26.

† **FASERIA**, f. pro *Raseria*, Mensura annonaria. Charta anni 1125. apud Miræum Diplom. Belg. tom. 1. pag. 377. col. 2: *In festivitate S. Martini decem Faserias siliginis et duodecim solidos.*

**FASIDIS**, Grassus, in Gloss. Arabico-Lat.

**FASILIA**, in Gloss. Lat. Gr. Λοβὸν, [Siliquæ.]

\* *Faisil* nostris, quodvis rei alicujus purgamentum. Stat. pro bono publico ex Lib. rub. fol. magn. domus publ. Abavil. art. 47: *Que le Faisil de leurs forges, autres il (les maréchaux et autres ouvriers en fer) le matront hors, il le portent hors des portes de la ville et le mettent es fosses, esquelles on a prins le savelon.*

\* **FASILLARIUS**. Vide infra *Fassiliarius*.

\* **FASIO**. Vide supra *Faisio*.

† **FASISTORIUM**, Sella plicatilis, sedes honorator. Codex MS. S. Martialis Lemovic. de modo celebrandi Synodum, apud Stephanotium tom. 2. Fragm. Hist. MSS: *Cum ad locum pervenerit, ubi parata est cathedra ad sedendum, mitit Episcopus thymiam in thuribulo, et incensat Diaconus textum Evangelii, quod jam posuerat in quadrato ornato, quod Fasistorium dicimus.* Vide *Faldistorium*.

\* **Analogium** seu pluteum hic potius designari facile crediderim.

† **FASITUS**, *Solutus, consumptus, a fastisco*. Papias.

\* **FASIUS**, Panni vel telæ species. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 364: *Petiæ iv. Fasii pro cossinis.*

**FASMA**, Lingua, idioma. Hesychius: *Φήματα, ῥήματα, φάσματα, Ethelverdus lib. 4. cap. 3: Nam ex Latino Rhetorico Fasmate in propriam verterat linguam volumina, etc.* [Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 188:

Permulcentque, nefas! perverso Fasmate Regem Sperrere syngraphas furtivis rebus adeptas.

Papias MS. Bituric.: *Fasma, fabula quædam, notum.* Perperam in Edito, *fasina*.] [\*\*] Thietmar. Chronic. lib. 5. cap. 26. vers. 11:

Inclite rex regum, modo suscipe Fasma tuorum.]

\* **FASOLARIUM**, Locus, ubi *Faselus* crescit. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Faycell, Prov. fassellus, Fasolarium, herba vel locus ubi abundat.*

**FASOR**, [Saginator. Papias.] Vide *Sagma*.

\* **FASSATORIUM**. Vide supra *Fasciatorium*.

\* **FASSICULUS**, Pro *Fasciculus*. Charta Margar. Comitiss. Flandr. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. pag. 57: *Fassiculus gladiatorum 2. den.* Vide *Fassus*.

\* **FASSILIARIUS**, Qui fascis cujusvis rei furatur et exportat. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 125. ex Cod. reg. 4622. A.: *Item si aliquis de Taurino, vel ibi stans, furatus fuerit.... somatam vel ronzinatam (feni) solvat pro dampno solidos v. de die, de nocte vero solidos xx. et non ultra: Fassiliarius vero, pro fasso de die solidos iij. de nocte solidos v.* Infra *Fassilarius*. Vide *Fassus*.

\* **FASSINA**, Fascis. Vide mox

\* **FASSINERIUM**, Congeries, cumulus, strues lignorum, Gall. *Pile*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 52. ex Cod. reg. 4624: *Quæ ceperit vel exportaverit aliqua aliena ligna.... de ligneris vel teysis, seu alio amasso seu Fassinerio lignorum, ubicumque sit, pro qualibet brazata vel Fassina... solvat domino solidos duos.*

**FASSIO**, in Legibus Hungaricis, Præsens relatio voluntatis et contractuum coram magistratu. Sambucus. [Fassio, Confessio, Papiæ. Gloss. Lat. Gall.: *Fassio, Confession, regelissement.*]

† **FASSISERIUS**. Vide *Fasticerius*.

\* **FASSOLIUS**, Faselus, leguminis species. Stat. Montis-reg. pag. 321: *Item pro quolibet sestario Fassoliorum, etc.* Vide infra *Fasulus*. [\*\*] et Glossar. med. Græcit. voce *Φάσσουλον*, col. 1668. Vide *Faba Asiana*.]

**FASSUS**, Fascis, Ital. *Fascio*, Gall. *Faisseau*. Charta ann. 1345: *Solvat pro pena 10. sol. de somata, 3. de Fasso, etc.* Occurrit ibi pluries, [ut et in Chartulario Prioratus S. Petri de Domina.] *Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 238: Concessit Abbati duos Fassos dorsales ramorum grossorum bosci ipsius.... capiendos singulis diebus.* Vide *Teda*.

**FASTA**, Papiæ, *Honorata dicta, aut locuta*. Forte ex Gr. *φατά*, dicta. Vide *Fatare*.

\* **FASTE**. Acta S. Lupi episc. Trec. tom. 7. Jul. pag. 81. col. 2: *Si quis Christianorum quemlibet severitate coartasset legis, vel oppressisset pondere tyrannicæ potestatis, Lupi placatus grata oratione, quocumque teneretur, solvebat eum Faste.* Forte pro *Statim*.

**FASTELLA**, Ligamen, Italis, *Fastello*. Anastasius Bibl. in Benedicto II. PP. pag. 57: *In Ecclesia B. Valentini.... fecit coopertorium super altare, cum clavis et Fastellis, et in circuitu palergium chrysoclavum.* Alii Codd. habent, *cum clavis in Fastellis*: Alii denique *Fistellis*. Vide *Fastilis*.

\* Forte pro *Fascetta*, vox Italica, fasciola; ut et infra *Fasteria*, pro *Fasceria*, eodem significatu.

**FASTERIA**, Eadem forte notione. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 77. de Officio Parasceves: *Et crux ab armario duabus Fasteris, dum Missa minor cantabatur, cooperta, apportatura duobus albatis de allari S. Jacobi ante altare principale.* [Legitur in edito *Fastelis*.]

**FASTERMANNES**. In Legibus Edwardi Confess. cap. 38. inscribitur: *De emptionibus sine fidejussionibus, quod Anglice*

dicitur *Fastermannes*. Mox additur: *Prohibitum erat etiam in eadem Lege, ne quis emerit vivum animal, vel pannum usatum sine plegiis et bonis testibus*. Vox deducta a Saxonico *fast*, vel *fæst*, firmus, stabilis, constans; et *man*, homo. [\* Vide Phillips. *Histor. Jur. Anglosax.* not. 419.]

† **FASTERNA**. Sic lego in Inventar. Ornament. Eccl. castri Achardi ann. 1200. ex Tabul. S. Cypriani fol. 104: *Albæ XIII. mapulæ operatæ III. planetæ XIII. Fasternæ III. cortinæ v. dorsalia v. vexilla II.* Idem videtur quod *Fasterla*. [\* Vide supra *Faniculus* et infra *Festaculus*.]

\* **FASTICARE**. [Frequenter facere. DIEF.]

† **FASTIGERIUS**, pro *Pasticerius*, Gall. *Patissier*, Cupedinarius, Pistor dulciarius. Computum ann. 1333. in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 273: *Guillelmo Fasticerio regio pro tortis palmisanis factis per eum in eodem festo, etc. taren. XVIII. D. Lancelot legit Fassisierius*.

**FASTIDIAGIO**, Superstitionis species. Capitulare Gregorii II. PP. pro Bavaris, § 8: *Ut incantationes et Fastidiaciones, sive diversæ observationes dierum Calendarum, quas error tradidit paganorum, prohibeantur, sicut maleficia et magorum præstigia, etc. Ex Fasti dies, videtur vox deducta.* [\* Forte *Fascinaciones*.]

\* **FASTIDILITER**. [Fastidiose. Varr. apud Non. 2. 336. Quibus instabilis animus, ardens mutabiliter avet habere, et non habere, *Fastidiliter*, inconstanti pectore.]

\* 1. **FASTIDIRE**, Existimare, putare; si tamen mendum non est. Charta Wilfr. episc. Virdun. ann. 973. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 321: *Non enim Fastidendum est illis pabulum divini verbi sufficere, insuper et corporis necessaria ministrare, etc.* [\* Gloriarum.]

\* 2. **FASTIDIRE**, Fastidium movere. Vita S. Audoen. tom. 4. Aug. pag. 807. col. 1: *Ista pauca breviter concludenda sunt, ne sermo incultus Fastidiat.*

\* **FASTIDITAS**, Fastidium, tædium. Vita S. Adalber. tom. 5. Jun. pag. 102. col. 1: *Quorum (sanatorum) nomina sive numerum colligere supersedimus, ne, per verbosam styli vagationem, legentibus forsitan quamlibet ingeramus Fastiditatem.*

**FASTIDIUM**, pro *Fastigium*. Vetus Inscriptio apud Gualterum in Tabulis Siculis pag. 51: *Columnas cum Fastidiis et parietibus templi, etc.*

**FASTIGARE**, Extollere, elevare, vox usurpata a Plinio, Solino, Mela, Martiano Capella, Sidonio, Leontio Episcopo, Joanne Sarisberiensis, et aliis.

**FASTIGATISSIMUS**, quasi *Fastigiatissimus*, ad supremam dignitatum fastigia eductus, apud eundem Sidon. lib. 1. Epist. 9. *Fastigatissima felicitas*, supra, lib. 2. Epist. 4. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fastigatus, Elevé en honneur*.]

† **FASTIGATIO MENTIS**, Animi magnitudo, Sublimitas. Acta SS. Martil tom. 2. pag. 448. de S. Isychio: *Qui nobilibus generis ortu conspicuus, natalium titulos mentis Fastigatione sublimavit. Fastigatione*, in Vita S. Apollinaris apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 779.

**FASTIGIUM**, Summitas, Servio ad 1. *Æneid.* Inferioris vero ætatis Scriptoribus, nescio quod ornamentum in ædibus sacris. [Baldachinum interpretatur

Macer in Hierolex.] Anastasius Bibl. in S. Silvestro PP: *Fecit Constantinus Augustinus Augustus Basilicas istas, quas et ornavit: basilicam Constantinianam, ubi posuit ista dona, Fastigium argenteum battutile, quod habet in Fronte Salvatorem, sedentem in sella, etc.... Fastigium ipsum, ubi stant Angeli, etc. farum ex auro purissimo quod pendet sub Fastigio, etc. Fecit autem Valentinianus.... Fastigium argenteum in Basilica Constantiniana, quod a barbaris sublatum fuerat, quod pensabat, etc.* In S. Hilario: *In medio cancellis æreis et columnis, cum Fastigiis et epistyllis undique ornatum ex musivo, etc.*

† **FASTIGIUM**, Turris. Paschasius in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 340: *Sepulta sunt autem decenter membra carissimi senis in basilica B. Petri Apostoli sub Fastigio inter ejusdem mediocrimæ quatuor ecclesiæ centra. Gerardus lib. 1. Mirac. ejusd. Adalhardi ubi de Sepultura: Si quidem sepultus.... ante gradum cancelli.*

**FASTILIS**, Idem videtur quod *Fastella*. Vetus Notitia in Tabulario Casauriensi ann. Ludov. Imper. filii Lotharii 8: *Quod coram prioribus regni sui Dominus Imperator prædictas res propter munera, quæ et dederat, Fastilem optimum aureum reddere voluit. Vide Fastella, Fasterla.*

\* **FASTINARE**, Fenum siccare furcillis versando, Gall. *Faner*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Fastinare, fesner*.

\* **FASTIO**. [Incanto; adulando decipio. DIEF.]

**FASTIVA**. Otto Morena in Hist. rerum Laudens. pag. 53: *Postea Imperator castellum suum, ut bene retroductum fuit, statim bene aptari, firmiterque ex duplicibus Fastivis viminum cooperiri fecit, ex simplicibus enim in primis erat cooperitum; deinde optimis feltris, coriisque.... illud armari præcepit. Legendum forte fascinis, i. fascibus, ex Ital. Fascina.*

1. **FASTUS**, uum, pro *Fasti, orum*, dixisse Varronem, Lucanum, et aliquot alios, observatum a Prisciano l. 6. Sed et *Fastus*, pro *fasti* dixit Hieronymus, seu quibus aliis, in Epist. ad Demetriadem: *Licet ediderit virilis sexus memorabiles Consulatus, et amplissimi ordinis Fastus illustris familie nomina frequens audierit, etc.* Turtius Rufus Asterius Quintus Ex-consul Ordinarius atque Patricius in Codice MS. Juvenici:

Asterique tui semper meminisse jubeto,  
Cujus ope et curis edita sunt populus,  
Quæ quamvis summi celebrent per sæcula Fastus,  
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

[Vide Scaligerum ad Festum.]

\* 2. **FASTUS**, pro *Faustus*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fastus, Benastruc, Prov.*

\* **FASULUS**, Faselus, leguminis species. Charta ann. 874. confirmata ann. 1118. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 833: *Sunt insimul seminationes de Fasulis modiorum viginti.* Vide supra *Fassolius*.

\* **FASURITIO**, Avicennæ est medicina ad scabiem. Glossar. medic. Ms. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

† **FASWIROTOS**. Vide *Furswirotos*.

\* **FATALES DEE**, ut *Fadæ*, Gall. *Fées*, apud Nigellum Wirekerum in Speculo Stultorum. Vide Grimm. Mythol. Germ. pag. 695. Dicuntur *Fatux* in Excerpt. e cod. Basil. sæc. xv. apud eundem Grimm. pag. XLVI.

† **FATALIA**, Tempus a lege præstitutum ad causas appellationum apud iudices instruendas et terminandas. Edictum Philippi IV. Franc. Regis ann. 1303. in Codice MS. Consuetud. Tolos. fol. 34: *Item, In causis appellationum interpositarum a sententiis latis pro nobis contra privatas personas, Fatalia non currant, ubi pro certo constabit stetisse per Procuratores nostros vel iudices appellationum, quominus infra Fatalia terminentur.* Aliud Philippi VI. ann. 1338. apud de Lauriere tom. 2. Ordin. Reg. pag. 127. n. 32: *Item, Duximus statuendum, ut in causis appellationum prosequendis contra Procuratores regios, si dicti Comites, Barones et Nobiles ac eorum subditi fuerint diligentes adeo, quod per eos non steterit quominus fuerint terminatæ, sed per dilaciones petitas ex parte Procuratorum nostrorum vel quia assizæ non sederent totiens, quod causæ ipsæ poterint terminari, non currant, nec currisse dicantur Fatalia contra ipsos.* Sic *Dies Fatales* L. 2. Cod. de temp. appell. (7, 63.) l. ult. Cod. ubi senat. (3, 24.) is est, quod nisi introduceretur in iudicium causa appellationis, interire solebat. Vide Cujacium Observat. l. 12. cap. 4.

\* **FATALIS**, Imminens, instans. Lit. excusat. Will. prior. S. Pancr. de Lewes ann. 1259. in Chartul. Cluniac. ch. 207: *Noverit sanctitas vestra quod nos.... sine maximo et Fatali corporis nostri periculo ire nullatenus valebamus.*

† **FATALITAS**, Gallice *Fatalité*, Mors, sic dicta, quod fataliter accidat et necessario. Epistola, ut videtur, Manfredi filii nothi Friderici Imp. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1181: *Divus Cæsar genitor noster rebus humanis assumtus, sicut Domino placuit, debitum Fatalitatis exolvit, reddens animam Deo vivo. Fridericus II. Imp. ad Ottonem Bavarie Ducem apud Tolnerum in Probat. Hist. Palatinæ pag. 149: *Humanitatis commune debitum.... ex inevitabili lege Fatalitatis exolvit. Generatim leg. 1. Cod. de jure emphiteut. (4, 66.) Fatalitas dicitur quivis casus vi humana superior.**

**FATAMIA**, Plaga, ut meridiana vel occidentalis. Papias. [In MS. Bituric. *Fathamia*.] [\* In Glossar. cod. reg. 7644. *Fathavna*, ut e Glossis.]

**FATARE**, *Fato destinare*, Joan. de Janna. Festo *Fatari*, est multa loqui, [in quodam Chronico Turonensi. Prædicere.] [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fatare, destinare.* Elmham. in vita Henr. V. reg. Angl. edit. Hearn. cap. 67. pag. 189: *Quidam.... cura propriæ salutis postposita,.... extra præfatos limites easdem mansiones et hospicia, quæ prius habuerant, occupabant; quorum duos, sinistro Parcarum livore Fatatos, rex sic hospitatos reperit, quos.... suspendi fecit in arbore.*] [\* *Fatatu, Germ. bescheirt, in Vocab. Germ. Lat. ann. 1477. ADEL. Fatatum, geordnet oder bescheirt, in Gemma Gemmarum. Uterque ex Joann. Januensi.]*

† **FATELES**. Vide *Fatoles*.

\* **FATERA**, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Faula, Prov. fabula, Fatera.* Glossar. Lat. Ital. Ms.: *Fatera, la fabula.* Vide infra *Fatuitates*.

**FATERI**, Dicere. Etherius et Beatus lib. 2. adversus Elipandum Toletanum Archiep.: *Libelli tui, in quibus nos hæreticos esse Fateris, jam per publicum.... vulgati sunt.* Paschasius Ratbertus in Vita Walæ lib. 1. cap. 7: *Quo audito illi coperunt prospicere, is si esset, quem Fatebamur, i. dicebamus.* Aimoinus de Translat. SS. Georgii et Aurelii n. 3:



*Inter quos quidam ejusdem viæ loca hujusmodi Fatebantur importunitatibus passim præpedita, quatenus nec magno Comitatu quisquam vallatus illud iter se cure aggredi valeret. Vide Baluzium ad Capitul. pag. 1265.*

† **FATIALES**, Dies solempnes. MS. Bituric.

† **FATIBILIS**, Advena, extraneus. Charta Johannis IX. Archiep. Ravenat. ann. 898. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 38: *Reservata tamen nobis, et successorum nostrorum in præfato monasterio ordinatio et potestas. Et quando Domino placuerit ab hac luce migrare abbatem, (eligatur) qui in ipsa congregatione fuerit, semper exercens Regulam Monachorum et Congregationem; et idem Abba, si Fatibilis præfuerit, a Pontifice sæpeditæ S. Ecclesiæ Ravennatis ordinetur. Vide Fatitia.*

\* **FATIBULA**. [Diomed. 3. p. 488. Putsch. Dramata Latine fabulæ appellantur, sive Fatibulæ.]

\* **FATICA**, Concessio vel locatio officii alicujus ad diuturnum tempus, puta in *emphyteusim*; vel id quod præter pretium corollarii vice in ejusmodi locationibus conceditur, vulgo *Pot de vin*. Vide infra *Fatiga* 2. Constit. capit. eccl. Barchin. ann. 1423. rubr. 18. ex Cod. reg. 4333: *Nullatenus.... promittendo secreta, seu alio quocumque quæsito colore aliquam spem, de Fatica concedant, vel de eadem spem dent modo aliquo, quousque instrumentum contractus ejusdem fuerit præsentatum. Exstat alia notione in Fatigare 1.*

\* **FATIGHA**, Sessio juridica, idem quod *Assisa*. Sent. arbitr. inter Jac. reg. Majoric. et Gastonem comit. Fuxi ann. 1304: *Apud Orden fiat Faticha per bajulum de Belver, et apud Taltandre fiat Faticha super civilibus querimoniis per bajulum de Belver. Vide in Fatigare 1.*

\* **FATIGIUS**, f. pro *Factitius*: ibi enim aut de novo homine aut de filio, qui naturali et legitimo opponitur, sermo est. Rather. Veron. lib. 2. Præloq. apud Marten. tom. 9. Ampl. Collect. col. 839: *Quid enim mendicans (pater) clamitat, nisi te novitum, te assumtum, te illud quod nuper ab his inventum est, qui se homines facere jactant, id est, Fatigium, te allevaticium, te nothum, spuriumque demonstrat?*

\* **FATIDIOSUS**, *Renidens, annuens, consentiens, vel deridens*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7613.

† 1. **FATIGA**, Labor præsertim ex itinere, *Fatigatio*. Gall. *Fatigue*, Hisp. *Fatiga*, Ital. *Fatica*. Longinus in Actis S. Stanislai Maii tom. 2. pag. 247: *Pollicens se ejus sepulcrum, cum consorte sua, pedestri visitaturum Fatiga. Post longas laboriosi itineris Fatigas, in Epistola anni 1415. inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 1610. Vide Fatigare 2. et Fatigæ. Alia notione sumitur Fatiga juris infra post Fatigare 1.*

\* 2. **FATIGA**, Pensitatio, quæ domino principali pro alienando feudo exsolvitur. Consuet. Catal. Mss. cap. 51: *Jus est scriptum, quod si forte in aliquo feudo eodem essent duo vel tres domini vel plures, uno tenente ipsum feudum pro alio, si infimus vel medius vendere voluerit jus vel directum quod ibi habent, Fatiga et ferma et etiam tertium seu laudimium totaliter integrum spectat ad dominum majorem. Vide supra Fatica.*

1. **FATIGARE**, Vexare, præsertim de litigatorum vexationibus. Glossæ antiq. MSS.: *Vocare, Fatigare, Lassare*. Capitulare ann. 806. cap. 9: *Sunt et alii, qui*

*justitiam legibus recipere debent, et in tantum fiunt in quibusdam locis Fatigati, usque dum illorum justitiam per fidejussorum manus tradunt, etc. Adde lib. 3. Capit. cap. 21. Lex Longob. lib. 2. tit. 35. § 5. [Grimoald. 4.]: Cum sacramento suo se defendat, nam per pugnam, ut supra dictum est, non Fatigetur. Tit. 55. § 15. [Liutpr. 70. (6, 17.)]: Dicat juratus, quia non asto animo eum per pugnam Fatigare querat. Formula vetus 48. apud Bignon: *Tibi exinde nullas calumnias, nec Fatigationes, nec repetitiones agere... debeamus. Adde form. 51. Legem Bajwar. tit. 12. cap. 2. § 2. Concil. Agath. can. 21. Aurelian. II. can. 5. Toletan. III. can. 20. 21. Wormat. can. 24. etc. Gregor. M. in Sacrament.: Parce, quæsumus, Domine, parce populo tuo, et nullis jam patiaris adversitatibus Fatigari. Idem lib. 10. Epist. 74: *Litigiis Fatigare. Fatigare argutiis*, apud Sidon. lib. 6. Epist. 2. *Per pugnam Fatigare*, in Diplomate Henrici Imp. ann. 1081. apud Ughellum tom. 3. pag. 419. Occurrit non semel in Cod. Theod. et apud Veteres Scriptores, Ammianum pag. 101. l. Edit. Valesii, veterem Interpretem Concilii Constantinop. sub Flaviano Act. 7. non semel, Joannem Diacon. in Vita Gregorii M. lib. 94. cap. 4. Hildebertum Genomanensem Episcop. Epist. 67. 76. etc. Vide Savaron. ad Sidon. lib. 1. Epist. 8. Salmasium ad Vopiscum pag. 482. et Menag. in Orig. Francic. v. *Fascher*. Hinc**

**FATIGARE**, pro, in jus vocare, vel alicui quidpiam controvertere. Fori Aragon. lib. 7. fol. 129: *Nec reperiri poterit, quod pater suus nec avus aliquo tempore fecerint servitutem regalem, et sit Fatigatus pro sua infantia, etc. Id est, qu'il soit inquieté pour sa noblesse.*

**FATIGATIO**, Vexatio, exactio, etc. in Formulis veterib. Bignonii cap. 48. 51. et in Legibus Henrici I. Reg. Angl. cap. 7.

**FATIGARE DE DIRECTO**, *Fatigatio*, et *Fatica de Directo*, voces fori Catalanici et Hispanici, quæ defectum juris, seu justitiæ reddendæ dilationem denotant, *Defaut de droit*, practicis nostris: quo nempe quis jus petens sibi fieri a domino, fatigatur, seu vexatur, si ei denegatur, vel adversarius stare recto seu juri renuat. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 58: *Nemo sit ausus ei deseparare, nisi primum Fatigaverit se de directo. Cap. 74: Et teneat illud fallimentum, per Fatigamentum directi, si ille adversarius, qui ad placitum fallerit, non habuerit Es sine engan. Cap. 93: Sicut malum, quod factum est per Fatigationem de directo, nullatenus debet esse emendatum, ita illud, quod factum fuerit super profimento de directo, nullatenus debet remanere, ut non sit redirectum. Cap. 110: Si quis dixerit, se esse Fatigatum de Justitia in Principem, vel in Episcopum, aut in dominum suum, seu in adversarium suum de directo, si hoc probare noluerit, emendet omnia malefacta, quæ propter hoc hac occasione fecerit. Constitutiones Catalanæ inter Dominos et Vassallos MSS. cap. 39: Si vero Princeps iste injuste daret damnum Barono, vassallos auferendo ei, feudum, seu alodia, sine juris Fatica, tunc Baro inventa prius juris Fatica in ipso domino suo potest injungere hominibus sui alodii, ut ipsum adjuvent contra Principem ipsum, si super hoc insurgendo contra eum vellet insurgere. Cap. 48: Si aliquis dominus accepit potestatem castri, vel emparavit feudum, quod tenetur pro eo, scilicet ra-*

*tione defectus servitii, vel per Faticam directi. Adde cap. 49. et 50. Concilium Helenense ann. 1065. et Constitutio Jacobi I. Regis Arag. pro Trenga Domini: De prædicta autem pace vel de scripta trenga, querela ad Episcopum, vel ad ejus Canonicos, seu Fatigati omni tempore fiat, et ipsi, in quibus Episcopum vel Canonicis prædictæ sedis se Fatigaverint de reductione præfatæ pacis, etc. Curia Generalis Catalan. ann. 1291. MS.: Si dominus vel Curia fuerint in Fatica reddendæ justitiæ, vel solutionis seu satisfactionis faciendæ, vel etiam negligentes, etc. Alia Charta: *Data prius Fatica 30. dierum, infra quos sit licitum retinere, etc. Ubi Fatica videtur accipi generatim pro dilatione. Alia Jacobi Infantis Reg. Aragon. filii et hæredis Major. et Montispess. data apud Majoricas 4. Kl. Mart. 1259. qua quamdam peciam terræ in heremum Bertrando de Rivopullo concedit: *Liceatque vobis et vestris post 10. dies, ex quo in prædicto Dom. Rege, vel nobis vel nostris Faticati eritis, totam hanc acquisitionem vestram cum omnibus melioramentis, quæ ibi feceritis vendere, dare et stabilire, sive alienare, etc. Salvo tamen in omnibus et per omnia censu, jure, dominio, laudimio, et Fatica D. Regis prædicti, et nostri et nostrorum.***

† **FATIGA JURIS**, Eadem notione. Litteræ Jacobi Regis Aragonum ann. 1253. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1051: *Concedimus etiam et indulgemus Abbati (Crassensi) et ejus successoribus... quod aliquis, vel Vicarii, vel Bajuli, vel nostri Locum-tenentes... non possint... distringere eos... ad jus faciendum vel firmandum pro aliqua querimonia civili, vel criminali, nisi prius in ipsis manifesta Fatiga juris inventa fuerit, cum denuntiatione legitima præcedente. Eadem repetuntur in Epistola Clementis IV. Papæ tom. 2. col. 595.*

**FATICA DE DIRECTO**, supra, et in Constitut. Petri I. Regis Aragon. edita Barcinone ann. 1228. Vide *Pignorare*.

2. **FATIGARE**, Ire aliquo cum molestia. Gregorius M. lib. 12. Epist. 27: *Ita fac, ut labor ejus, quo hic ad nos Fatigatus est, vacuus non sit. Charta Erici Regis Daniæ ann. 1423. apud Pontanum lib. 9. Hist. Danicæ pag. 571: *Et ob hoc præfatos dominos ad diem placiti, et ad invicem convocavimus, et nos cum eis Fatigavimus, et propter pacem, concordiam et compositionem tractavimus, etc.**

**FATIGARE**, Iter suscipere. Vetus Scheda de Ordinat. Episcopum in Appendice ad Capitul. Regum Francor. Edit. Baluzii: *Interrogantur ab Episcopo: Quid est, fratres, quod vos Fatigastis? Illi respondent: *Ut nobis concedas Patronum. Occurrit ibi rursum. [Vide Fatiga.]* [Liudprand. in Legat. cap. 15: *Quid causæ sit quare te huc Fatigasti, frater edissere.]**

3. **FATIGARE**. Canones Hibern. lib. 33. cap. 5: *Debitor reddet, quantum rata solvit, et quantum Fatigatus fuerit; si vero humanus fuerit, ratæ non quæret usuram, nisi quod tantum solvit, et quantum Fatigatus fuerit. Si vero inhumanus fuerit, uno anno crescit usura, et quintam partem debiti in omni mense. Ubi, quantum fatigatus fuerit, est, quantum ex debito non soluto creditor damni acceperit.*

† 4. **FATIGARE**, pro Cavillari, ut et *Fatigationes*, pro Cavillationibus et dicitur dicit Sidonius lib. 1. Ep. 8. *Fatigatoria verba*, pro *Facetiis* lib. 5. Ep. 17.

\* 5. **FATIGARE**, Exercere. Lit. remiss.

ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 786: *Quia dudum certis de causis publice et solempniter per Franciæ regnum existerat proclamatum et publicatum, quod quælibet persona, cujuscumque conditionis aut status existeret, per exercitii continuationem se induceret ad trahendum de balista seu Fatigandum ad arcum et sagittam.* Sed forte leg. *Sagittandum.*

\* **FATIGATIO**, Vexatio, molestia, præsertim quæ ex litium anfractibus oritur. Synod. Uetic. ann. 1139. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 321: *Super ecclesia de Beciano controversia est a longis retro temporibus agitata, unde nimirum utrumque cœnobium multas et difficiles Fatigationes sustinuit, etc. Fatigationes, eadem acceptioe in Litter. Remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 302: *Cellui Cuarmel fist convenir le dit escuier en la court de l'église à Tournay en cas d'asseurement juratoire, pour lui donner plus de peine et de Fatigation.* Vide in *Fatigare* 1. et 4.*

\* **FATIGATORIUS**. [*Sidon* 5. ep. 17. *Verba erant dulcia, jocosa, Fatigatoria, h. e. faceta.*]

\* **FATIGÆ**, Molestiæ, labores, Gall. *Fatigues*. Chronicon Windesemense lib. 2. cap. 32: *Pro Fatigis et expensis*. Lib. 1. cap. 35: *Quantis laboribus et Fatigiis*. Occurrit in Legibus Hungaricis. [Vide *Fatiga*.]

\* **FATIGIUM**, Idem quod *Fatigæ*. Glossar. Lat. MS. Regium Cod. 1013: *Anhelitus, suspirium, Fatigium*. Visio Talonis: *Quumque ab eis interrogaretur, quam ob causam tam grande extaret Fatigium*. Perperam *Fastigium* scribitur hoc loco apud Isidorum Pacensem æra 680. ut et paulo infra: *Ut ejus remuneraret tam vastum Fastigium*. [Fastigium est in edit. ann. 1729.] [Translatio S. Mennatis apud Marten. tom. 6. Ampl. Collect. col. 983: *Si non fecerimus, incurramus nihilominus voti simul Fatigique dispensandum.*] Occurrit præterea apud Elipandum Episc. Toletan. in Epist. ad Felicem Urgelitanum, Bedam in Chronic. lib. 2. cap. 18. ex Edit. Chiffletii, in Lege Longobard. lib. 1. tit. 30. § 6. apud Leon. Ost. lib. 3. cap. 28. Erkempertum in Hist. Longob. in Charta anni 908. apud Paschasium Radbertum in Epitaphio Walæ lib. 1. cap. 2. lib. 2. cap. 1. 11. Ughellum in Episcop. Bergomens. etc.

\* **FATIGOSUS**, Fatigationi idoneus, Gall. *Homme de Fatigue*. Utitur Michael Scotus in lib. de *Physionomia*: locus non succurrit.

\* **FATILOQUIUM**. [Prædictio. *Apul. de Deo Socrat.* Vel Sibyllæ *Fatiloquia* versificet.]

\* **FATIM**, *Multum significat*. Papias. Hinc *Affatum*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fatim, Moulit, habundament.*

\* **FATIO**. [Verba Prisc. p. 1250.]

\* **FATIRO**. Charta ann. 855. in Append. ad Marcam Hispan. col. 788: *Ego Atila dono equas III. et boves II. et vakas II. et frenomulare I. et Fatio I.*

\* **FATISCERE**. [Lassare, marcescere, abundanter aperiri. DIEF.]

\* **FATISIA**. Vetus Charta apud Ughellum in Episcopis Veronensibus pag. 742: *Item broilum alienavit: item Fatias ab Episcopatu alienavit, et pradum unum.*

\* Idem forte quod supra *Faicia* et *Faisio*. Vide in his vocibus.

\* **FATITII**. [Advenæ, adventitii.] Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 58: *Ut nullus homo magnus aut parvus terram ipsius*

*colentes, aut habitantes, aut Fatitios inquietare, distringere, aut eorum possessumculis tollere aliqua occasione præsumat.* Adde pag. 83. [Vide *Fatibilibis*.]

\* **FATOLES, FATELES**. Charta Rudesindi Episc. Dumiensis æra 930. apud Anton. de Yezep in Chronic. Ord. S. Benedicti tom. 5: *Plumatios digniores paleos 10. alios subminores 8.... almucellos morgones 6. Fatoles paleos 3. etc.* Alia æra 1016. ibid.: *Almocalas de Paleos et de Grentisco, cum suis plumatos paleos, et Græciscos, et suas sabanas literatas, et Fateles alfaneques, etc.*

\* **FATONUS**, an pro *Latonus*? Vide in hac voce. Stat. datiar. Ripet. cap. 12. fol. 5. vº: *Item de quolibet pense folaselli, Fatoni laborati et non laborati, brasillii, soldi decem.*

\* **FATOR**. [Multum loquor, frequent. a *fari*. Fest. *Fatantur*, multa fantur.]

\* **FATUÆ MULIERES, Meretrices**. Vet. Charta apud Gul. Prynneum in Libert. Eccl. Angl. tom. 3. pag. 812: *Cum quadam Fatua muliere in lecto suo nudus cum nuda extitit deprehensus.*

\* **FATUARE**, Infatuare, alicujus consilia corrumpere et perimere. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1516. in Descriptione vitæ Willelmi Ducis: *Ne forte Rex Ludovicus animadvertat nostræ intentionis propositum, non veniam abhinc contra te amplius in placitum: verum crede quod mandavero tibi, signo per me et te facto ostenso per legatum, et rimare ingenioso conamine Regem Ludovicum ire Fatuare, quia vult nos et vos omnes perdere.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fatuare, diffatuare, Enfoler*. Prov. *Enfatrouiller*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1455. ex Reg. 133. Chartoph. reg. ch. 71: *Je ne crois pas ton papier, tu m'en as autrefois Enfatrouillé: mais tu ne m'en Enfatrouilleras plus.* Vide supra in *Fatita* 2. *Fatras* vero, pro vulgari *Fracas, bruit*. Contentio, jurgium, in aliis Lit. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 224: *Fault-il tant faire de Fatras de ce mouton?... Il n'en fault point tant parler.* Ubi de moneta, *Mouton* dicta, agitur.

\* **FATUARI**, *Μωραϊνεϊν*, in Gloss. Gr. Lat. Desipere.

\* **FATUARI**, Qui futura hariolantur, apud Laurent. in Amalthe. Vide supra *Factura* 7.

\* **FATUINA ROSA**, Sine odore. Vide in *Rosa*.

\* **FATUITATES**, Nugæ, gerræ. Testam. Joan. Fabri Episc. Carnot. ann. 1390. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 331: *Eos (executores) rogo intime, quod papyrus, quas Vitæ soleo appellare, eidem domino Petro Solier et non alteri tradant, quod meæ Fatuitates vulgarentur amplius, quod non expedit homini, qui statum habuit in vita.*

\* **FATUIZARE**, Insanire. Barel. serm. in fer. 5. in Cap. jejun.: *O quanti amisso lumine rationis Fatuizant, etiam et sancti viri et timorati.* Idem serm. in Dom. 1. Quadrag.: *Unde quod lunatici Fatuizant in innovatione lunæ? Vide mox Fatuus.*

\* **FATUOR**. [Est divino furore corripit, a *Fatua* uxore *Fauri*. Justinus 43. 1. *Fauno* fuit uxor nomine *Fatua*, quæ assidue divino spiritu impleta velut per furorem futura præmonēbat: unde adhuc qui inspirari solent, fatuari dicuntur. — 2. Est item ineptire. Senec. *Apocolocynt. ante med.* Audi me, et desine fatuari.]

\* **FATUOSUS**, pro *Fatuus*, apud Ingul-  
fum pag. 855.

\* **FATUS**, pro *Fatum*, in Fragm. Petronii pag. 21. Vetus Inscriptio: *Fructum*

*alium meritorium suorum reportare Fatus malus negavit.* Alia: *Virginem eripuit Fatus malus, etc.*

\* 1. **FATUUS**, Hebes, stupidus, insanus, idiota: unde nostris *Fatuité*, Stupor sensuum. Arest. parlam. Paris. ann. 1399. inter Probat. ult. Histor. Trenorch. pag. 264: *Ipse Furet Fatuus seu idiota devenerat, etc.* Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 129: *On demanda icellui Jehan pourquoy il s'estoit ainsi laissé cheoir en la rivière; lequel platin de Fatuité ou de maladie qu'il avoit, respondi que ilz avoient fait grant pechié de l'en tirer hors.* Vide supra *Fatuizare*.

\* 2. **FATUUS**, adject. Contumeliosus, probrosus. Inquisit. ann. 1260. in Reg. Olim parlam. Paris.: *Idem Thomas posuit in prisione ipsum priorem et inject manus in eum, licet prior solummodo verbis Fatuis ipsum offenderet... Convictis et verbis probrosis alteri ab altero dictis et impositis, etc.*

† **FAVA**, Faba, Gall. *Fève*, Hisp. *Haba* vel *Hava*, Ital. *Fava*. Occurrit in Catalogo Rom. Pontif. a Petro ad annum 757. inter Concilia Hisp. tom. 1. pag. 18.

† **FAVAT**, Idem, in Necrologio Ecclesiæ Carnot.: *Acquisit etiam apud Muesin generaliter quidam Major habebat in granica Capituli, scilicet duos trituratores, vechiat, pesait, letilait, Favat.*

\* Qua voce non fabæ, sed pisa, vicis, lenticulæ, aliseque leguminum species designantur. Vide *Favateria*.

† **FAVATERIA**, pro *Fevateria*, ut con-  
jecto, Jus, jurisdictio seu districtus feudi. Computa Grasiwod. ann. 1337: *Castellanus Oysentii computat de laudimii et venditionibus de quibus mistrasles nichil percipiunt LVII. lib. VII. sol. De laud. et vend. in Favateria Raimundi, deducto jure mistraslis, XXVII. lib. De laud. et vend. in Favateria domini Oberti de Bardoncevria VIII. sol. gross.*

\* De agro fabis consito malim interpretari, Provinc. *Faviere*: unde Gallicum *Faviere*, in tom. 3. Fabul. pag. 190:

Il y avoit une Faviere,  
Qui ja estoit toute coscée.

\* **FAUCARE**, Falce secare, a Gall. *Faucher*. Reg. Forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Robertus Hose debet Faucare et debet fenare un jour.* Pluries ibi. Vide supra *Falcare*.

† **FAUCES**, pro *Falces*, apud Rymerum tom. 2. pag. 262: *De cultellis, de Faucibus, etc.*

† **FAUCES ALPIUM**, Non semper dicitur, inquit Spelmanus, de ipsarum angustis, quas *clausas* vocant, uti in *faucibus*: sed pro ipsis radicibus, a Germ. obsoleto *Fauziu*, i. e. *Pedes*. [Spelmanus hæc se didicisse scribit ex Goldasto ad Ekkehard. Cas. S. Galli cap. 1. apud quem *Fauces* occurrunt pag. 79. lin. 37. Pertz. et *Fauces Julia* pag. 37. lin. 49. Utroque loco nomen proprium oppidi, alterum hodie *Fuessen*.]

\* **FAUCHEIA**, Quantum unus sector per diem *faucare* potest in prato. Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 356: *Unam Faucheam in prato, quod est ante villam... Item duas Fauchias prati, sitas in pratis Disson. Fauchiee de prey*, in Instr. ann. 1357. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 371. art. 6. *Faux de pré*, in Ch. ann. 1375. ex Tabul. S. Joan. Laudun. Vide *Falcata*.

† **FAUCHETUM**, Furca, Gall. *Fourche*. Chartularium S. Martini Pontisarenensis in Charta anni 1313: *Redecima quam percipit de fructibus... tam de minutis paleariis, quæ producuntur extra gran-*

chiam ad Fauchetum, quam de aliis four-ragis.

\* **FAUCHO**, a Gallico *Fauchon*. Falx militaris seu ensis in modum falcis curvatus. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 317: *Prædictum Johannem de quodam Fauchone seu ense... in brachio usque ad magnam sanguinis effusionem vulneravit dictus monachus*. Aliæ ann. 1351. ibid. ch. 71: *Idem Anglicus impetuose resistens evaginavit enssem suum, seu Fauchon vulgariter nuncupatum. Idem Guyotus ipsum Johannem de quodam gladio, Gallice Fauchon nuncupato, percussit in brachio et vulneravit, in aliis Lit. ann. 1357. ex Reg. 89. ch. 177. Vide Falcastrum 2.*

\* **FAUCIA**, ut supra *Faicho*. Stat. Vercell. lib. 3. fol. 107. v. : *Intelligentur arma offensibilia, spatia, ... Faucia, misericordia, ranchonum, et his similia.*

\* **FAUCIDIA**. Primum Testamentum Widradi Abbatis Flavini. ann. 1. Theodorici Regis exaratum: *Præterea ista omnia reservavimus in Faucidia hæredibus nostris, Pagaciacum in pago Nevernense, curtem quam dicunt Montem Porcionis, etc.* Id est, in *Faucidia*, seu legitima parte hæreditatis. Vide Jurisconsultos, [et *Faucidia* suo loco.]

\* Perperam unica voce apud Mabill. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 686. *Pessime Infancia* apud Plancher. inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 3. col. 1.

† **FAUCILLA**, *Falcula*, Gallis *Faucille*, in Hist. Dalph. tom. 1. pag. 57. col. 1. *Securibus, Faucillis, etc.*

† **FAUCILLA**, Eadem notione, in voce *Stannum*.

\* **FAUCILLA**, *Falcula*, Gall. *Faucille*, alias *Fauchila* et *Fauville*. Reg. Episc. Nivern. ann. 1287: *Item quilibet, qui vendit falces, Faucillas in dicto festo, debet duos denarios. Soyer herbe à la Fauchile, in Ch. ann. 1321. ex Chartul. 23. Corb. : Chacun feure qui vent Fauçilles, doit une Fauçille, in Chartul. Latinac. fol. 240. v. Fauçillon, in Lit. remiss. ann. 1475. ex Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 67: Ung grant Fauçillon, duquel on a acoustumé de chaumer. Vide supra *Falcilla*.*

† **FAUCILLARE**, Στραγγαλῆσαι, *Suffocare, Strangulare*, in Supplemento Antiquarii, a voce *Fauces*.

\* **FAUCIO**, *Fautio*, *Fauctio*, *Factio*, a *Faveo*. Joannes de Janua: *Fautio, laus vel consensus in malo, sicut amicitia, consensus in bono, etc.* Gloss. Lat. Gall.: *Faucio, onis, Consentement en mal, Fautor, fautoris, le Veux, [l. loeur] Consenteur. Nota, quod Fautoria, vel Faucio est inter malos, amicitia inter bonos. Hinc Defaucio, quæ Fautioni opponitur.* Gloss. Lat. Gr.: *Defautio, ἀποροπή, ψῆφος*. Vide *Factio*. [\* Vide infra *Fautatis*.]

\* **FAUDA**, *Gremium, ventrale, vestium tegmen*, Gall. *Tabher*; *Faudiou* vel *Faudau*, in Diction. Prov. de *Pellas*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fauda, Prov. gremium, sinus*. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 231: *Presbiter bassiavit incontinenti femoralia sua usque ad genua, et cepit dictam uocem dicti supplicantis ad capud, volens eam osculari; quo facto dictam amplexavit et eam projecit ad terram, et cum sibi levaret raubam sive *Faudas raubæ, etc.* Pro veste militari, braccarum species, apud Boet. lib. 4. Consolat. MS. :*

L'un fiert et l'autre se revange,  
N'y ot haubert, Faude, ne mange,  
Ou demourast anel, ne maille.

*Falte*, eadem notione in Ordinat. Caroli

ducis Burg. MS. ann. 1473: *Les hommes d'armes seront armez, habilitez et montez ainsi qu'il est declairié cy-après; c'est assavoir de curache complete, salade à baviere, barbuze ou armet de gorgent, flancars et Faltes*. Ibidem: *Faltes ou brayes d'achier*. Quod partem corporis, ubi truncus fallit seu desinit, tegant, braccæ ita appellatæ videntur. Vide *Faldao* et *Falda* 2.

\* **FADESTOLA**, *FADESTOLIUM*. Vide *Faldistorium*.

\* **FAUDIGUS**, *Ille, qui vera dicit, cui cuncta favent*, Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman: *Faudicus, Voir disant, a faveo et dico, quasi ejus dictis favetur*. Eadem habet Johannes de Janua.]

\* **FAVE**. Vox asterisco notata in Chron. Patav. ad ann. 1279. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1147: *Dictus dominus Jacobus domini Gonzolini Paduam venit, ostendens fastum et maximam superbiæ promittitudinem, habens majorem partem Fave quam dicunt ecclesie.*

\* **FAVELAGO**. [Scrofularia minor. DIEF.]

1. **FAVELLARE**, *Sermocinari*, ὁμιλεῖν, in Gl. Gr. Lat.

2. **FAVELLARE**, *Favere, blandiri, Gallice, Favoriser, flatter, alias Faveller; unde Favele, Blanditia, Cajolerie*. Instr. ann. 715. apud Murator tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 377: *Ex quo natus sum, semper ad episcopum sancti Donati abuenim consecrationem, et ipsius diocia sumus. Simili modo fortia patemus, et non præsumemus Favellare*. Le Roman de *Vacce* MS.:

Tant dist Bernart au roy, et tant li Favelle,  
Tant los Normandie, et Huon tant blasma.

Pastor, cantilena tom. 2. Poem. reg. Navar. pag. 188 :

J'ai ot maint flamengel,  
Ki trop nos Favelle,  
Et sont de vanter isnel.

Fabul. tom. 2. pag. 225 :

Galestrot, bele douce amie,  
Je te comant deseur ta vie  
Que tu soies preus et isnele,  
Et si saches de la Favele,  
Tant que nostre preu en traion.

† **FAVELLUS**, *Fulvus*, Gall. *Fauve*. *Equus Favellus*, in Computis Dalphin. T. Graisivod. ann. 1334. fol. 30. *Runcinus Favellus*, apud Th. *Madax* Formul. Angl. pag. 423. [\* Vide *Falvus*.]

† **FAVENA**. Vide *Facima*.

\* **FAVENTIA**, *Consensus domini pro alienando feudo*. Locum vide in *Favere*.

\* **FAVERCA**, *usurpari videtur*, inquit Spelmanus, in MS. Rivalensis Monasterii, pro molendino terrario, vel pro fodina, ubi ferrum eruitur. [\* An pro *Fabrica*? Vide *Favergium*.]

\* **FAVERE** dicebatur dominus, quoties vassallo facultatem alienandi feudum suum concedebat. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Faveo, Assentiri, otroiero, aidier, donner faveur*. *Favor, Aide, loange, assentement*.] Tabularium Vindocinense Thuanum: *Et ipse Favendo concessit, et donum super altare posuit*. Ibid. fol. 88: *De futuro vero convenientiam fecit, ut si ab hominibus suis aliquas comparationes quarumcunque rerum facere potuerint, ipse libenter Faveat, suum præbeat autoramentum*. Occurrit ibi f. 36. 66. 74. 131. 146. Chronic. Besuense pag. 561: *Quod quidem conjux sua, et filius ejus Fautores libenter concesserunt*. Tabular. Vindocinense Thuanum num. 10: *Qui*

*etiam fidejussor fuit de Faventia uxoris ipsius.*

\* **FAVOR**, Ipse consensus Domini pro alienando feudo, *laudimum*. Tabularium Angeriacense fol. 58: *Dedit tertiam partem totius terræ de Curionio, Favore et consilio illorum, a quibus habebat illud beneficium, scilicet Favore Arberti de Roifec et Kalonis Vicecomitis de Oiniaco, atque Julianæ Vicecomitis uxoris suæ*. Tabularium Vindocin. Charta 102: *Facile eum a constituto deflexit, et Favorem donationis sui fevi ab ipso exegit*. Ch. 307: *Dedimus illi 100. sol. Pictavenses, et uxori ejus tres aureos, pro Favore et memoria*. Vide Gallandum lib. de Franco alodio pag. 56.

† **FAVERGIUM**. Visitatio castrorum Delphinatum ann. 1347. tom. 1. Hist. Delphin. pag. 66. col. 2: *Item invenerunt unum chaffaylium in exitu portæ dicti burgi de Monte versus Favergii, qui ceciderat, et ideo fuit injunctum Cellario, quod ibidem de dicta mayeria fieri faciat unam muetam bastardam cum quatuor cultis.*

\* *Nomen loci proprium*. Vide in *Errata* Glossarii. [\* ubi hæc: *Nomen loci prope Turrim Pinni in Dalphinatu, alibi dictum Fabricæ, Gall. Forges, unde Faverges, vernacule.*]

† **FAVERIA** *CASSIDIS*, Superior cassidis pars, ut videtur; at unde ducta vocis origine mihi incomptum, nisi mendum sit pro *Aurifaveria* vel *Aurifrasia*, quod hæc cassidis pars auro argenteoque distingui solebat; vel etiam brevius pro *Faneria*, *Baneria*, parvum vexillum quo illa pars interdum ornabatur. *Miracula* MSS. B. Ludovici Arelatens. Archiep. apud Stephanot. tom. 10. Fragm. Hist. pag. 310: *Fuit percussus quadam sagitta magnæ balistæ, quæ infra viseriam cassidis intravit et pariter sine vulneratione capitis: hoc reputans etiam sibi miraculose accidit precibus B. Ludovici, et illico simili jactu magni viratorii super Faveriam dictæ cassidis percussus cecidit retro se, qui stetit aliquo intervallo tanquam mortuus.*

\* *Favari*, *Armorum species*, in Convent. inter commissar. reg. et Ayton Dorea ann. 1387. ex Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Croix* fol. 187. v. : *Et doit livrer et mettre en chascune galée vij. varretons, iij. lances, v. dars, Favars, lances longues ferrées, roncies de fer, et touz autres garnemens et armeures.*

\* **FAVERIUS COLUMBUS**, *Agrestis*, ut videtur, vulgo *Pigeon ramier*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 151. ex Cod. reg. 4622. A. : *Nulla persona audeat capere... columbos alienos cum filatis vel aliquidus ingeniis, nisi essent columbi Faverii.*

\* **FAVETUM** vel *FOVETUM*, Vallum, fossa, interprete D. Mauri. ad Chartam ann. 1290. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1094: *Nobis tradita et assignata fuerunt videlicet omnia nemora, pascua, landæ, hayæ, Faveta, rocheria, terræ arabiles et inarabiles, etc.* Vide supra *Favereum*. Nisi idem sit quod mox *Favellium*.

† **FAUGINATOR**, f. *Fossor*, ab Occitan. *Fousiga*, fodere. Charta ann. 1471. ex Schedis Peiresc. apud Præsid. de *Maзаgues*: *Injunctis modernis estimatoribus.. quatenus... vocatis prius partibus quæ tanguntur, sapitoribus, Fauginatoribus, valladeris, magistris expertis et aliis necessario evocandis.*

† **FAVILLARE**, ἀσβολεῖν, i. *Favilla aut fuligine inquinare*, in Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. In Vita S. Guthlaci

April. tom. 2. pag. 42. E. est Favillas emittere : *Maligni vero inter Favillantium voraginum atras cavernas discurrentes.*

† FAVILLARE, Comburare, inflammare, Gallice *Embraser*. Hist. Illationis S. Benedicti sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 353 : *Monasterium vero... divina protegente dextera remansit illæsum, quando cætera omnia hostile Favillavit incendium.*

† FAVILLATUS, In favillas vel cineres redactus, apud Dudonem lib. 1. Hist. Norman.

† FAVILLACEA FULIGO, apud Solinum cap. 48. de Judæa.

† FAVILLATICA HUMUS, apud eundem cap. 27.

FAVILLESCE, In favillas abire, apud Fulgentium Placidem de Virgiliansa continentia.

FAVISOR, FAVISSOR. Joan. de Janua : *Favissor est piscator, qui semper rogat, et favet Deo, ut sibi bene veniat : et dicitur a Favæo.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Favissor, Pescheur.*] [\* Vide S. Rosa de Viterbo Elucidar. tom. 1. pag. 437. voce Favaceiro.] Gloss. Anglo-Saxon. : *Ælfrici : Adulator, vel Favisor, Liccetera.* [*Ego quietis et concordie et pietatis auctor, conciliator et Favisor, apud Apuleium Apolog. 2. pag. 219. Pro Favissor Lipsius mavult Fautor.*] [\* Vide Forcellinum.]

FAVITOR, Qui partibus alicujus favet. Gloss. Isidori : *Favitor, Fautor.* Passio SS. Perpetuae et Felicitatis n. 11 : *Ut cæperunt me Favitores mei oleo defrigere, quomodo solent in agonem.* Plautus Amphitr. :

Sat habet Favitorum semper, qui recte facit.

[*Socii et Favitores, in Edicto Johannis I. Regis Francorum ann. 1353.*]

† FAVORIUS, Eadem notione, in eod. Edicto.

\* FAULA, Prov. *Fabula, fatera, libistita,* in Glossar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* FAULAIUM, f. Ager incultus ad pasuum maxime pecudum. Charta ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 165 : *In foresta vel memoribus, pratis, pasturagiis, Faulaiis, stangnis, viveriis, etc.* Vide supra Favetum. [\* Germ. *Pfuhl* est Palus. ADEL.]

FAUNI, Dæmones. Vita S. Agili Abbat. Resbac. cap. 8 : *Warascos prædicaturi accelerant, qui agrestium fanis decepti, quos vulgi Faunos vocant, gentiliū quoque errore seducti, in perfidiam devenerant, Fotini seu Bonosi virus infecti. Quo loco agrestes dicuntur Fauni, quia silvestres dii fuisse finguntur a Poetis, bellino more vitam agentes in silvis : unde Fauni ficarii dicuntur apud Hieremiam cap. 50. Adde Isid. lib. 8. Orig. c. ult. [Acta Episcoporum Cenoman. apud Mabillonium tom. 3. Analect. pag. 352 : *In domo Nicholai Præpositi fantasia, quod in libris gentiliū Faunus solet appellari, minus credentes, et in fide Christi modice catholicos, ut mulieres plerasque et simplicis ætatis pueros, noctibus jugiter exterrebant.*] [\* Adde Presbyt. Ultraj. Apud Pertz. Script. tom. 2. in notis ad Vitam S. Bonifacii pag. 340. et Grimm. Mythol. German. pag. 272. et 330. Joann. Januens. ex Isidor. : *Vulgo incubi vel incubones, a Romanis vero fauni ficarii dicuntur.*] Vide Fadus.*

† FAUNIUS, Papiæ, *Modus antiquissimus.*

† FAUNUS, Hinnulus, a Gallico *Faon*. *Tresdecim damas unum pickettum et*

*duos Faunos cepit,* apud Rymerum tom. 5. pag. 328. col. 1.

† FAVO, *Operimentum quoddam.* Papias. Litteræ ann. 1425. apud Rymerum tom. 10. pag. 346 : *Tres albas cum paruris stolis, et Favones de eodem panno et colore.* Ubi legendum *Fanones.* Vide Fano.

† FAVONIUM, *Odiū leve et sine causa, velut a vento collectum.* Gloss. Isid. quibus Papias et Excerpta monstrosam vocem addunt, *Fribnianus.* Gloss. Sangerman. n. 501. pro *Favonium* legit *Fabonium.*

† FAVONIUS, Spurius, nothus, Gall. *Batard.* Papias : *Favonios veteres vocabant quos nos Spurius dicimus, qui ex patre incerto, matre vidua geniti sunt ; Favonios enim quædam animalia dicunt, qui hausto Favonio spiritu concipere dicuntur : unde matrem potius quam patrem sequuntur.* [\* Ex Isidor. Orig. lib. 9. cap. 5. sect. 25.] [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Favonius, vent, vel enfant né hors mariage.*]

\* 1. FAVONUS, Eadem notione, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Favonus, ex patre incerto et matre vidua.*

\* 2. FAVONUS, *La Compagnia.* Glossar. Lat. Ital. MS.

\* FAVOR, in malam partem accipitur in Arest. parlam. Paris. ann. 1343. ex Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 68. r. col. 1 : *Quodque dictus Hugo (de Crusiaco) per nos condemnatus ad mortem et justiciatus fuerat propter plures errores, corruptiones, Favores et infidelitates, quos contra nos et rempublicam commiserat, eo tempore quo ipse fuerat præsidens in parlamento nostro Parisius.* Vide alia notione in Favere.

\* FAVORABILIS, Favorem seu laudem captans. Chron. Viti Arenpeckii ad ann. 1181. apud Pezium tom. 1. Script. rer. Austr. col. 1203 : *Fuit autem rex Angliæ Richardus homo ferocissimus, Favorabilis, gloriæ cupidus, pecuniæ liberalis.*

\* FAVORABILITER, Cum favore, benigne, Gall. *Favorablement.* Lit. ann. 1369. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 234 : *Ipsorum consulum et habitatorum (Calcata) supplicationi et requestæ Favorabiliter annuere volentes, etc.*

\* FAVORALIS, [Idem ac favorabilis. Not. Tir. p. 134. Favor, *Favoralis, favorabilis.*]

1. FAVORARE, [De pascuis dicitur, ubi animalia pascendo vastum non fecerunt. Fleta lib. 2. cap. 41. § 13 : *Inquiratur... quantum per æstimationem pastura Regis Favorata fuerit aut deteriorata.*] Vide in Vaccaria.

\* 2. FAVORARE, Favere, favorem impendere, Gall. *Favoriser.* Charta Henr. reg. Angl. ann. 1457. in Chron. Joan. Whethamst. pag. 419 : *Consideramus eciam nobiles fructus unitatis, amoris, requie et pacis, quas quilibet princeps tenetur procurare, Favorare, et stabilire inter subditos.* Vide Favorizare.

† FAVORISCARE, Idem quod mox Favorizare. Testam. Johan. Thomassini ann. 1452. ex Schedis Præsid. de Mazaugues : *Rogo Majestatem Regis Renati domini mei et patroni, ut in protectionem suam habeat filios meos, et eos Favoriscat beneficiis et gratiis suis.*

FAVORIZARE, Favere, favorem impendere, Gall. *Favorizer.* Ericus Upsaliensis lib. 3. Hist. Suecicæ pag. 92 : *Patri Regis minimum Favorizans.* [Occurrit alibi non semel.]

† FAVORISATIO, Favoris actio, apud Johan. Berberium in Viatorio utriusque Juris part. 3. Rubr. de Substitutionibus.

† FAVORIUS, Ex favore profectus, in Vita S. Dunstani, Maii tom. 4. pag. 346.

† FAVOROSE, Cum favore, apud Ludewig. tom. 5. pag. 515.

† FAVOROSUS, *Favore plenus,* apud Johannem de Janua. [\* Occurrit etiam apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 173.]

FAUS, Silva ; idem quod *Fagia* ; de qua voce supra. Charta Longobardica in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 12 : *Ego Rotharis Abbas in sycola (leg. silvola) et in Fao jugis 40. et 8. terra aratoria seu vitis, omnia ad pertica legitima, etc.* [Statuta Massil. lib. 3. cap. 14 : *Omnes rasoira cum quibus radetur sint ligni de Fao deuze ; melius in MS. de fauo vel deuse.*]

FAUSETUM, ex Gallico *Fausset*. In musica cantus acutoris species. Regula Ordinis de *Sempringham*, pag. 717 : *Organum tamen et decentum, Fausetum, et pipeth omnino in divino officio omnibus nostris utriusque sexus interdicitur.* Anglis a *Faucet*, dicitur *fistula, tubulus.* Fortunatus ad Clerum Parisiensem :

Cymblicæ voces calamis miscentur acutis.

Le Roman du Renard MS. de Gallo gallinaceo canturum se dicente :

Je te dirai une chançon,  
N'aura voisin ci environ,  
Qui bien n'entende mon Fauset.

A *Faucibus* forte, unde vox acutior emittitur. Vide *Fausetum*.

† FAUSILLUM, pro *Focillum*, si bene conjecto, lignatio, lignum ad focum necessarium, Gall. *Chauffage.* Instrum. anni 1165. ex Archivo Ecclesiæ Massil. : *In montibus ultra Wilnam homines Episcopi et Ecclesiæ Fausillum colligent sine omni usatico et servitio.* Vide *Focale*.

\* Malm interpretari de ligno seu herba comburenda, quæ *faucilla* colligitur. Provincialibus vulgo *Fauciou*.

FAUSSARIUS. Gloss. Ælfrici, cap. de nominibus ferarum : *Faussarius, stæda.* Ubi Somnerus, forte *Stotarius*.

\* FAUSSUS, pro *Falsus*. *Fausa posterna, Pseudothyrum,* Gall. *Fausse-porte.* Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rubr. fol. 17. v. : *Pratum de Fausa posterna, quod non tenet a dicto duce.*

FAUSTICONTIN. Ethelwerdus lib. 4. cap. 9 :

Aurilargus exanime corpus reliquit  
Monarchus Britannum.  
Nobilis ex stirpe frondens Saxonom,  
Eadgarus anax : namque sermone Latino  
Fausticontin nuncuparunt beatam.

\* FAUSTIM, FAUSTE, Germ. *Abenteuerlich oder seliglich oder tœdlich.* Vocab. Lat. Germ. ann. 1432. ADEL.

† FAUSTITUDO, *Felicitas,* Johanni de Janua ; *Felicitæz, bien heurtæz,* Glossar. Lat. Gall. Sangerm.

† FAUSTOR, pro *Fautor*. Papias : *Faustor, Favens, consentiens, laudator.* Vide *Fabisor*.

\* FAUSTUS, *Faustitas.* Vita B. Julianæ tom. 1. Sept. pag. 316. col. 2 : *Propterea fauste mirabilis, Faustu festive mirabilis, etc.* Vide *Faustitudo*.

\* FAUTALIS CUSTOS, Veredicus, qui sit bonæ famæ, cui fides haberi debeatur, sacramento adstrictus de dicenda veritate aut de officio bene gerendo, idem atque *Faudicus.* Vide in hac voce. Pactum inter capit. Rem. et habitat. villæ de Hermondvilla ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 28 : *Jurati dicte villæ ponent custodes Fautales pro bonis de die et nocte in villa et territorio custodiendis ;... requirere tenebuntur*

(majorem capituli) quantum ad juramentum Fautalium custodum præstantum... item si aliquis de terra capituli custodibus Fautalibus, sermentatis et pastoribus dictæ villæ de suis mercedibus et salariis satisfacere noluerit, etc. Nostris Fautable, eadem acceptio. *Un des sergens Fautables du ban S. Remy*, in Charta ann. 1321. ibid. ch. 202. Lit. remiss. ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 493: *Lesquels eschevins Fautables de Vanderesse... se transportent au conseil à leurs maîtres et eschevins de Vervin, selon la loy duquel la ville de Vanderesse se rieugle. Foitable*, eodem intellectu, in Stat. scabin. Macer. ad Mosam MSS.: *Tous les sept eschevins avec leur greffier et le sergent Foitable dudit eschevinage se assemblent en leur chambre, etc.* Vide in Major. [\*] Forte a Germ. *Vogt*, vulgo *Faut*. *Feldvogt* quibusdam in locis est custos agrorum. ADEL.]

† FAUTIO. Vide *Fautio*.

† FAUTIOSUS. Vide *Fautio* 2.

\* FAUTONUS, Pieno de favore. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Favorosus*.

† FAUTORIA, Favor, consensus, approbatio. Charta Jacobi Insulani Card. S. Eustachii anni 1415. apud Illust. Fontaninum in Antiq. Hortæ pag. 457: *Fautoriam, adhesionem seu obedientiam, etc.* Sententia Inquisitionis Tolos. pag. 295: *Necnon et omnem favorem seu Fautoriam receptionem, etc.* Occurrit rursus pag. 203. 250. et apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 149. Rymerum tom. 5. pag. 162. Martenium tom. 4. Anecd. col. 226. necnon in Concilio Tarracensi ann. 1242. Vide *Fautio*.

\* *Fauterie*, eodem sensu, in Lit. ann. 1409. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 463. Vide supra *Favor*.

\* FAUTRUM, Pannus coactilis, idem quod *Feltrum*. Vide in hac voce. Charta Theob. comit. ann. 1222. in Chartul. Campan. fol. 316. v.: *Qui redditus consistunt in theloneo vini,.... Fautrorum,.... et in roagio bladi.* Le Roman de Clémades MS.:

Les batailles l'une après l'autre  
Le petit pas, lance sour Fautre, etc.

\* *Fautrer* vero, pro *Ejicere*, vulgo *Chasser*, *mettre dehors*, in Poem. inscripto *Le Riche homme et le Ladre* MS.:

Car en leurs cours (des Cardinaux) ne peut entrer  
Uns poures clers; mais est Fautrés,  
Quant du portier est encontrés.

\* FAUTUS, pro Fructus, ni Fallor, in Bulla ann. 879. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 13. col. 1: *Cunctis autem eidem loco hæc nostræ præceptionis jura servantibus sit pax Domini nostri Jhesu Christi, quatenus illi Fautum bonæ actionis recipient.*

† FAUZIL, f. Filix, Gall. *Fougere*, Ital. *Felce*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 38. § 2: *Quisque qui corderum apportaverit sive adobaverit teneatur sacramento, quod mittat ad minus tertiam partem doros, vel de Fauzil, mixtim.*

† 1. FAX, *Læticia*. Papias. Forte quod noctis tempore lætitiæ afferat.

\* 2. FAX, [Facula, funale. DIEF.]

FAXA, [Hispanis *Fascia*. Occurrit in Concilio Limano anni 1582.] Vide *Faicia*.

† FAXANUS, Phasianus, Gall. *Faisan*. Charta ann. 1345: *Venari ad capreolos, cuniculos, Faxanos, etc.*

\* Occurrit præterea in Stat. Vercell. lib. 4. pag. 89. v. Vide supra *Fasanus*.

† FAXIA, Vide *Faicia*.

† FAXIATUS, pro *Fasciatus*, *Fascia* li-

gatus, ornatus, apud Jacobum Auriam lib. 10. Annal. Genuens. ad annum 1284.

† FAXINA, Fascis, Ital. *Fascina*, Gall. *Fascine*. Legitur in Ottonis Morenæ Hist. Laudensi apud Murator. tom. 6. col. 1041.

† FAXIOLUS, pro *Phaseolus*, Species fabæ, Gall. *Faseole*, Ital. *Faggioli*, in Memoriali Potestatum Regiensium ad ann. 1172. et 1282.

\* FAXIRE, [Sepelire. DIEF.]

† FAXIS, pro Fascis, Gall. *Faisseau*, in quadam Epistola Ducis Januens. ann. 1358.

† FAXIUS, Fascis, Onus, Gall. *Faia*, Ital. *Fascio*. Aurias lib. 10. Annal. Genuens. ad ann. 1285. apud Murator. tom. 6. col. 589: *In qua (navi) cepit quatuor Pisanos et Faxios duodecim brandonorum, et duos saccos lanæ. Statuta Massil. lib. 5. cap. 19. § 7: Item, quicumque furabitur vites de nocte, vel de die de aliena, vel alienis vineis, solvat pro banno pro quolibet frossa x. sol. et pro quolibet Fazio v. sol. Et § 11: Item, quicumque capiet de alieno honore fabas, cicera, vel lentescive lentillas, vel alia legumina, vel bladum, solvat... pro Fazio x. sol.*

\* FAXOLUS, [FAZOLETUM, sudarium: « Item unus Faxolus cum fimbriis aureis et unus coxinus de cetino rubeo. (Invent. Calixt. III, an. 1458, in archiv. Romano). »]

\* FAXULUS, Faseolus, species fabæ. Chron. Placent. ad ann. 1369. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 510: *Starius Faxulorum vendebatur sol. xxxv. qui communiter vendi solebat sol. x. Vide Faziolus.*

† FAXUS, ut *Faxius*, in Chartular. S. Petri de Domina fol. 107. v.: *Tres trainas de lignis et decem Faxos de mauria.* Vide *Fassus*.

\* *Pro Fazo seu onere*, in Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 184. ex Cod. reg. 4622. A. Occurrit præterea non semel in Stat. Vercell. pag. 81. 122. 125. etc.

\* FAYCIA, Eadem notione. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item de Chartada seu charretada circulatorum, unam Fayciam eorum non majorem nec minorem, sed mediocrem, pro leyda.*

† FAYLLIUM, Charta ann. 1204. ex Archiv. Fontis Danielis: *Jubellus Dominus Meduanæ dedit Abbatie Fontis Danielis quiddam habebat in Fayllio de Chaveneria, et terram quæ est juxta Fayllium de Poilleyo et exclusas suas et piscarias in aqua Meduanæ. Vide Fallum 2.*

\* FAYSANNUS, Phasianus, Gall. *Faisan*, in Comput. ann. 1495. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 65. col. 2. Vide supra *Faxanus*.

\* FAYSSA, Equorum ornatus quidam. Comput. ann. 1334. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 85. col. 1: *Item pro una Fayssa, xvij. den. Fay*, pro Stabulo vel grege equorum, apud Froissart. vol. 1. cap. 277: *Les Anglois eurent cognoscance des François par leurs chevaux, qui entrèrent au Fay des chevaux desdits François. Vide infra Feda 2.*

† 1. FAYSSIA, Fascia. Computum J. Humberti sub Guigone Delphino ann. 1328: *Item bonæ mulieri pro quatuor Fayssis... vi. sol.*

\* 2. FAYSSIA, Modus agri. Vide supra *Faicia*.

\* FAYSSUS, Fascis, onus, idem quod *Trossa* 3. Reg. cap. eccl. Lugdun. ad ann. 1345. fol. 113. r. col. 1. in Cam. Comput. Paris.: *Stephanus de Garda (debet) suo nomine et aliorum hominum... unum fays feni,.... duas partes*

*dimidii Fayssi feni, etc.* Et fol. 125. v.: *Dimidium onus feni.* Vide supra *Faissus*.

\* FAYZIMENTUM, Defectio a fide. Charta ann. 1313. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 207: *Propter Fayzimenta et hereses commissas per eos exheredati fuerunt.* Vide supra *Faicitas*.

\* FAYZIFUS, Proscriptus, exul, vel profugus. Acta Inquisit. Carcass. MSS. ann. 1308: *Noe tamen scivit ipse tunc quod essent heretici; imo dixi sibi quod erant quidam Fayziti de Tholosano. Vide Faicitus in Faida.*

\* FAZELLUS, pro Faselus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fazelus, navis parva ad transeundum huc et illuc.*

FAZENDA, Idem quod *Affarium*, Prædium rusticum, ager: est enim Occitanis, *Fazendas*, quod nostri *Affaie*, negotium dicunt: *Facienda* Itali efferunt. Fulco Episcopus Tolosanus, qui obiit ann. 1231. apud Catellum pag. 900:

Dieus, que commensamens es de toute Fazenda.

[\*\* Lusit. olim eodem sensu. Vide S. Rosa de Viterbo Elucid. Append. pag. 41.] Charta MS. ann. 1268: *Ego B. Cat, filius quondam D. Azemarii Cat Militis,.... recognosco, me tenere a vobis D. Hugone Dei gr. Comite Rhutenensi... in feudum liberum et francum Fazendam meam de S. Amantio,.... item appendariam sive Fazendam de Comba meira,.... item mansum seu appendariam de Brunissac, etc.* Profertur alia Charta in verbo *Pagesia* sub *Pagus*.

FAZIENDA, Apparatus rusticus. Fori Jaccenses apud Blancan in Commentar. Rer. Arag. pag. 595: *Et dimissis ganatis, et omnibus suis Fazendis, sequantur appellitium.* [Charta Sancia Regis Arag. æra 1122. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 245: *In agris, in vineis, in furnis et in totis Faciendis.*] Le Roman d'Alexandre MS.:

Riches d'avoir et de Facendes.

Vide *Faicia*, *Frachenda*.

FOSIA, Charta Occitanica ann. 1298. in Regesto Philippi Pulcri ann. 1299. n. 13. ex Tabulario Regio: *Item vineas ad operationem seu Fosiam quadraginta hominum per unam diem ad summam sex solidorum rendualium, etc.* Infra, *Fazenda* habetur: *Scilicet ipsam domum et vineas ad operationem seu Faziendam 78. hominum per unam diem ad valorem 8. libr. annui redditus.*

\* FAZENDARIUS, Officium monasticum, qui res et negotia monasterii curat. Charta ann. 1228. apud Baluz. inter Probat. Hist. Tutel. col. 535: *Ad supplementum autem festi institutum fuit ut singuli Fazendarii, sicut est cellerarius coquina, qui facit lardum et cœnam et panem ad artocreas et cœtera quæ necessaria sunt, plenarie faciant, et cellerarius major pigmentum. Vide Fazenda.*

\* FAZENDERA, Expeditio militaris. Charta Sancia reg. Navar. pro hominibus de Larraga æra 1246. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 68: *Concedo eis etiam... quod ipsi, neque illorum homines sive bestie non vadant ad meam aliquam Fazenderam, neque in Fazenderam illius (l. ullius) hominis; sed inexercitum vadat de unaquaque casa unus homo. [\*] For. Pennemaj. ann. 1199. apud S. Rosa de Viterbo pag. 438: *Qui habitaverint in domibus aut in hæreditibus alienis, non serviant neque faciant Fazendeiram, nisi dominis suis, in quorum domo aut hæreditate sederint. Debita servitia omnis generis ita dicta viden-**

tur; neque aliud est *Facienda* in For. Vis. ann. 1187. ibidem, pag. 437. voce *Fazenda*: *Milites et clerici qui in veteri civitate de Viseo casas habuerint, possideant eas sine regali Facienda, et mercatores et pedones similiter.*] Vide supra *Faisenda*.

\* FAZIO. Vide supra *Faisio*.

† FAZOLETUM, Sudarium, in Onomastico ad calcem tom. 1. SS. Maii.

\* FAZOLETUS. [Confer italicam vocem *Fazzolletto*: « Unus Fazoletus cum Ihus in medio de auro, cum armis Rmi. domini cardinalis, cum capello, cum mitra episcopali ad partem et litteris aureis in circuitu, cum flois de serico et de auro, et nonnullis aliis novitatibus factis de serico et de auro. (Inv. Card. Barbo ex transcriptione Müntz, 1457). »]

\* FAZOSSA MEDULLA, Fax, tæda. Comput. ann. 1363. inter Probat. Hist. Nem. tom. 2. pag. 259. col. 2: *Solvit dicto Dauriso pro medullis Fazossis consumptis per dictos dominos consules in excubiis faciendis et custodiibus visitandis, 1. florenum.* Occurrit rursus ibidem.

† FEALITER, FEARE, FEAUDUS. Vide *Feudum*.

FEASTINGMEN. Charta Wiclaſi Regis Merciorum in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 123: *Hoc modo per ævum liberabo a pastu Regis, et Principum, et ab omni constructione regalis villæ, et a difficultate illa, quam nos Saxonice Feastingmen dicimus.* [Vide *Fæstingmen*.]

\* FEATUM, *Feudum*, prædium, nostris *Féage*. Charta ann. 1266. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 378: *Item pro quodam Feato, quod numquam fuit traditum ad censum, unum sectarium ordei.* Lit. remiss. ann. 1478. in Reg. 206. ch. 97: *Ung petit Féage, nommé le fief de Villiers.* Charta ann. 1456. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco: *Comme feu Guillaume Guermont en son vivant fust seigneur d'un petit Féage, et parceque ne leur parut aucun héritier, nous eussions recueilli ledit Féage par puissance de fé et mis en nostre main, etc.* Vide infra *Feodagium* in *Feudum*.

\* FEBA, pro Luna, ut opinor. Graduale Alb. eccl. xi. sæc. ex Bibl. reg. in prosa S. Cæcilie: *Sic venusta ut sol atque Feba.*

FEBRETICUS, Qui febris laborat. Vita S. Apiani Monachi n. 17: *Plurimos ibi Febréticos curavit.*

FEBRIA, pro *Fibra*. Laurentius Decanus Pictaviensis in Planctu super morte Giberti Episcopi Pictaviensis: *Aurum quoque modo lentiscebant in laminas, modo vanescebant in spumam, ut vasa ministerii coloraret. Videres etiam in filo mollescere, torqueri in Febrias, et in opus textile per manus artificum deservire.*

FEBRIFUGIA. Herba species, quæ forte febrem fugat, in Capitulari de Villis c. ult. [\*\* *Erythraea Centaurium*, secundum Reussium ad Hortul. Walafr. Strabi.]

FEBRIRE, Febre laborare, *πυρεσσειν*, in Gloss. Gr. Lat. *Avoir la fièvre*. Spartianus in Adriano: *Venit et de Pannonia quidam natus cæcus ad Febrientem Adriannum.* [Sidonius lib. 6. Ep. 1: *Quis Febriciens ægotanti tactu pulsam distinguit incolumem.* Vita B. Hugonis de Lacerta apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1175: *Cum vir Domini Febrire inciperet, etc.*] Utuntur passim Medici.

\* FEBRIS ITALICA. Annal. Fuldens. ad ann. 877: *In hoc anno Febris Italica dolorque oculorum Germanicum populum graviter vexavit. Et ad ann. 889: Italica Febris tussiendo per plurimos vexabat.*

Vide Ekkehard. iv. de Cas. S. Galli pag. 89. lin. 43. Pertz.]

\* FEBRIS SANGUINEA, sive de sanguine, dicitur febris ebullitionis et fervea sive ignea, propter multitudinem caloris, in Tract. de Febr. Pet. de Alamannia scripto ann. 1454. ex Cod. reg. 6983. fol. 116. v.

† FEBRIS VISINOGHA, perperam pro *Synocha*, a Græco *συνεχῆς*, quæ numquam quidem intermittit, ut docet Ettmullerus, attamen certo tempore excandescentiam habet sensibilem Hist. brevis S. Juliani Turon. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1075: *Sicque nunc algorem, nunc calorem pati, ut Visinochis Febribus fieri solet, etc.* [\* Vide *Synochus*.]

\* FEBRUS, ut *Februus*, pro *Februarius*. Inscript. marmorea in turri Vicentiae apud Manni tom. 2. de Sigill. antiq. pag. 86:

*Februs erat, Christianique suis hiberna pruinis  
Tempora transierant mille trecenta decem.*

† 1. FEBRUUS MENSIS, pro *Februarius*, apud Muratorium tom. 3. pag. 595. col. 1. Martenium Anecd. tom. 5. col. 106. et supra in *Cyclus aureus*. [\* Reinard. Vulp. lib. 1. vers. 891:

*Quid defixus iners hæres, velut inter Ianum  
Februus et Martem, si tibi cura fugæ est?*

Adde vers. 669.]

\* 2. FEBRUUS, *Demon, demoni*, Prov. in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* FECA. Charta Joan. reg. Angl. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 412: *In stagnis et molendinis, in melle et spervariis, in Fecis et ferinis, etc.* Sed leg. videtur *Feris*.

\* 1. FECIA, Fax, sedimentum, Ital. *Feccia*. Stat. Vercell. lib. 7. pag. 170. r: *Item statutum est quod nulla persona, cujuscumque conditionis existat, audeat vel præsumat decoqui facere Fecias prope civitatem Vercellarum per unum milliare.* Occurrit præterea in Stat. Taurin. ann. 1860. cap. 94. ex Cod. reg. 4623. A.

\* 2. FECIA, Alia, ut videtur, notione, in Stat. datiar. Ripier. cap. 12. fol. 4. r: *De qualibet soma luminis Feciæ, soldi duo.*

\* 3. FECIA vel *Fecius*, Lignum construendum rusticorum domibus aptum, f. excisi ex arboribus rami. Tabul. S. Sergii Andegav.: *Homines vero qui eandem terram excoluerint, de eodem bosco faciant suas domos de palis et Feciis, sicuti homines domni Artaldi.*

† FECIDUS, *Feculentus*, *Fece* plenus. Privilegium Henrici de Soliaco ann. 1081: *Vinum Fecidum vel betatum non poterit vendere.*

\* FECIOR, Sponsor, fidejussor, vel arbiter. Charta ann. 1051. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Ego Amalricus de ista venditione habui contentionem cum nepotibus meis, videlicet Bosone... et cum Carbonello propter illos; et ego donavi Feciorem in manibus Carbonelli Ottonem, ut de meo altero alode donet nepotibus meis Bosoni... et tantum quantum pertinet ad illos in ista terra quam vendo, et alterum Feciorem Guirannum ad Pontium Boirellum meum nepotem, ut si partem debet habere in ipsa terra similiter faciam ei; et si ego non fecero, istam terram non requirant, unde facta est hæc venditio; sed ad Feciorem se convertant, quia talis est nostra convenientia.*

\* FECONDIA. Sermo, verbum, pro *Facundia*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Fecondia, parole.*

† FECOSA, *Dejectiones*, Gall. *Matières fécales*. Litteræ Caroli, Joannis Franc.

Reg. primogeniti ann. 1358. apud D. *Secousse* tom. 3. Ordinat. pag. 287: *In dicto vico de nocte immunditias et Fecosa portando, ac ibidem dimittendo que corda et corpora ibidem inhabitantium corrumpunt et infestant.*

1. FEDA, *Fides*, ex Germ. *Feid*. Capit. de Villis cap. 62: *Quid de Feda fracta, vel freda, quid de feraminibus, etc.* [\* Pertz. *Fida* facta.] Vide *Fides fracta*.

† 2. FEDA, *Ovis*, Gall. *Brebis*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 33: *Constituimus ut nullus macellarius vendat in Massilia scienter... carnes Fedæ, vel arietis pro multone.* Ibid. § 4: *Ita ut emptor intelligat de carne Fedæ quod de Feda est, et similiter de aliis carnibus manifestis emptori.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Feda, Prov. ovis, berbata, felans, bidens. Fedas, Prov. grex.* Lugdunensibus, *Feye*.

\* 3. FEDA, *Emenda*, multa, ut opinor. Charta ann. 1111. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 379: *Alii autem usagii, quos ab antiquis temporibus abbas in omni villa Fredelaci habuit, sunt isti: omnes lisdæ et justitiæ septem solidorum, obolo minus, et Fedæ, et alii qui a clericis et laicis memoriter retinentur.* Vide infra *Feudum*.

\* 4. FEDA in quibusdam antiquis libris reperitur, et est *fec* vini vel aceti. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* FEDALE, *Quidquid jure feudi possidetur*. Pactum ann. 1163. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 594: *Obligo vobis... totum jus quod habeo, vel aliquis a me vel per me habet in militibus prædicti honoris, in hominibus et feminibus, in feudis et Fedalibus, in terris et vineis, etc.* Vide in *Feudum*.

\* FEDATICUS, *Jus feudale*. Charta ann. 1163. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 599: *Donamus... omnem leudam et omnes Fedaticos de Tolosa, scilicet omnium rerum vestrarum quidquid illud sit, ut libere et quiete habeatis et possideatis jure perpetuo.* Vide in *Feudum*.

† FEDATOR, f. pro *Foditor*. Liber niger Scaccarii pag. 365: *Omnes Fedatores et nigri stagni emptores, et de stagno primi fusores, etc.*

\* FEDATUS, [Maculatus. DIF.]

FEDIUM, pro *Feudum*, in Charta Philippi I. Reg. Fr. ann. 1091. apud Fabrum Canterellum Tract. de Feud. in Probat. pag. 1. [Vide in *Feudum*.]

\* FEDOSUS, *Feculentus*. Glossar. Lat. Ital. Ms.: *Fedusus, puzolente.* Vide *Fecidus*.

† FEDUCIA, *ὑποθήκη*, *Pignus*. *Feduciat*, *ὑποθήκεται*, *Oppignerat*. *Feduciatus*, *ὑποθημένος*, *Oppigneratus*, in Supplem. Antiquar. Vide *Fiducia*.

\* FEDUM, ut supra *Feda* 3. Pariag. inter comit. Fuxi et monast. S. Anton. Apam. ann. 1149. in Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 526: *Consentio... medietatem justitiarum castri vij. solidorum, minus obolo, præter Feda et justitias clericorum et familiarum nostræ quæ mihi retineo.* Alia notione, vide in *Feudum*.

† FEDUNCULUS, *πιστός*, *Fidelis*. Supplem. Antiquarii.

\* FEDUS, *Feudum*, in Charta ann. 1056. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 125. Vide *Feudum*.

† FEELTAT ET HOMENATGE, id est, *Fidelitatem et hominum*, in Charta S. Illidii Claromont. ann. 1215.

\* FEEUDARE, In *feudum dare*, in notis ad Gesta consul. Andegav. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 256.

† **FEFAMENTUM**, *Feffamentum, Fefare, Fefum, etc.* Vide in *Feudum*.

\* **FEFELLITUS**, [pro *Falsus*. PETR.]

**FEANGI**, vel **FENGANGI**, in vett. Gloss. *Furtum manifestum*. Vox Longobardica. Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 101. § 1. [Rothar. 258.] *Si quis liber homo furtum fecerit, in ipsum furtum tentus fuerit, id est, Fegangit, usque ad decem siliquas furtum ipsum, sibi nonum reddat.* [Apud Muratorium tom. 1. part. 2. pag. 37. col. 1. habetur, *id est, Fingendi.*] Idem Edictum tit. 6. [Grimoald. 9.]: *Si ancilla furtum fecerit, dominus ejus componat tantum ipsum furtum, ... pro culpa, quod est Fegange, non requirantur, nec exigantur a domino ancillæ.* Leges Luitprandi tit. 119. § 1. habent *Feugangi*. [147. (6. 94.) Murat. *Feugangi.*] Lex Longob. lib. 1. tit. 25. § 2. 48. 59. *Feugangi*. [147. Adde Rothar. 296. et 375. Variæ lectiones sunt *Figangus, fegangit, finganoli, figandis, fegandi, figang, fegange.* Gloss. interl. ad Roth. 375: *i. e. non sit culpabilis ut privatus sit.* In Glossar. Longob. cod. Vatican.: *Figangi, culpa. Figangitus, tentus in furto.* In cod. Cavens.: *Figanti i. e. ut semper habeat sibi.* Vide Grimm. Antiq. jur. German. pag. 637.]

**FEGATUM**, *Jecur*, ex Italico *Fegato*. Judicatum, vel Pactum pacis sub ann. 1124. apud Ughellum tom. 1. Ital. Sacr. pag. 905: *Tanquam si abstraxeris Fegatum de corpore meo.* [Vide *Ficatum*.]

**FEGUM**, **FEIDUM**. Vide in *Feudum*.

† **FEIDA**. Vide *Faidæ*.

\* **FEIELA**, Mensuræ species. Charta ann. 1362. in Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 241: *Item super quodam campo cum oliveris... octo Feielas olei.* Vide *Folietta*.

**FEIRA**. Vide *Feria* 3.

† **FEIRATUM**, pro *Ferratum*. Vide in hac voce. Inventar. ann. 1841. ex Archivis S. Victoris Massil.: *Item Feiratum unum cum ysotono* (l. ysopo.)

† **FEISFECHO**, **FETISCHEFO**, Voces unius ejusdemque originis quæ ovem seu vervecem pinguem significant, a Saxon. *Fedan*, *Fovere*, pascere, nutrire; et *Feo* vel *Feoh*, *Pecunia*, *itidem* et *Pecus*. *Pactus leg. Salicæ* tit. 4. § 3. Edit. Eccardi: *Certe, si tres aut amplius verveces fuerint, qui furati sunt, malb. Feisfecho, et Fetischefo, M. cccc. den. qui faciunt solid. xxxv. culpabilis judicatur.*

\* **FEISSIA**, Modus agri, prædium rusticum. Charta ann. 1308. in Reg. 18. Chartoph. reg. ch. 7: *Item (acquisivit) a Guillermo de Mongros ignobili Faissiam Royal juxta mansum de la Costa.* Vide supra *Faicia* et *Faisio*.

**FELAGUS**, *Fidelis*, ex Saxonico *fæle*, *fidus*: vel a *fe*, et *lag*, *ligatus*, *socius individuius*. Leges Edwardi Confess. cap. 15: *Si dominum non haberet Felagus ejus, id est, fide cum eo ligatus.* Adde cap. 35. *Vide Fratres conjurati.*

**FELAX**, hæc *Catta*, αἰλουρος. in Gloss. Gr. Lat.

\* In Codd. reg. et Germ. *Felis* ex Castigat. in utrumque Glossar.

\* **FELCARI** vel **FELCARI**, Servorum manumissorum species. Privil. Caroli Crassi imper. ann. 883. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 752: *Sintque ab omni publica exactione immunes, tam ipsi quam omnes eorum homines, liberi et servi, libellarii atque Felarii.* Dipl. Otton. 1. imper. ann. 963. ibid. tom. 5. col. 968: *Publica exactione immunes, tam ipsi, quam omnes eorum homines, liberi et servi, libellarii atque Felarii.* Vide *Felagus*.

**FELD**, [FELDE, vox Saxonica, Campus. Paulus Warnefridus de Gestis Longobard. lib. 1. cap. 20: *Habitaverunt in campis patentibus, qui sermone Barbarico Feld appellantur.*] Vide *Strand*.

\* **FELLE**. Vide mox *Felena*.

\* **FELCARI**. Vide supra *Felcarii*.

**FELLECTUM**, [f. *Dominium*.] Chronicon Novalicense cap. 18: *Tunc pater Frodoinus misit duos ex suis . . . cum Raimperto Advocato de Fellecto ipsius Monasterii.*

\* **FELEHUS**, Phoca, Gall. *Veau marin*. Dialog. creatur. dial. 42: *Interea Felchus, quod animal est marinum, vitulus appellatus, ferocissimus, etc.*

**FELENA**, *Cerva*, Ugutioni.

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Felena, biche. Fele, idem.* Vide mox

\* **FELESENNUS**, **FELEZENUS**, *Pronepos*, *Provinc. Feleno*, Gall. *Arriere-petit-fils; Felezena, Arriere-petite-fille*, *Proneptis*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Felena, Prov. neptis, nepticula.* Charta Caroli reg. Sicil. et comit. Prov. ann. 1298. ex Cod. reg. 4659: *Item cum dicatur quod olim antiquitus in civitate prædicta (Avenione) tractatum fuit, statutum et inviolabiliter observatum, quod filix per patrem vel matrem dotata, ad successionem ipsorum parentum, fratrum vel sororum eorum, nisi sub certa forma in dicto statuto contenta, nullo unquam tempore venire deberent. Tandem patre vel matre vivente, filia mortua, filiis vel filiabus relicti, volunt filii vel filia avo suo vel avix succedere vel legitimam suam petere, in eo scilicet casu, in quo mater ipsorum secundum formam prædicti statuti, petere vel habere requireret. Volumus et mandamus ut in liberis eorum, qui Felezenti et Felezenæ censi possunt, in successione avi vel avix et materni et maternæ idem observari facere debeatis, et velut eorum mater ex vigore dicti statuti expellatur a successione talibus, sic ipsi modis omnibus expellantur, dum tamen dos data eorum matri vel avix legitimam portionem attingat.* Inquisit. ann. 1443: *Joannes Borelli senior... respondit . . . hæc dici audivisse ab ejus patre, qui fuit camerarius dom. Agouti de Agouto nepotis seu Felesenni dictæ dom. Raybaudæ . . . Quod in hujusdem præstatione dum ille, qui hujusdem homagium recipiebat nomine curiæ, osculum, ut est moris, recipere vellet ab eadem dom. Raybauda, ipsa tum ad hoc obtulit supradictum ejus nepotem seu Felesennum (sic) tunc pupillum, quem in suis brachiis propriis accepit, dicendo: Vesi quis oscularet; ob quod ipse dominus qui hujusdem homagium recipiebat, dictum pupillum osculatus fuit.* Charta reginæ Yoland. Comit. Prov. ann. 1420: *Item quod si dos aliqua in pecunia assignetur per aliquem filix, nepti, Felesenæ, aut sorori dicti assignantis, etc.* Codicil. 1. Caroli Andeg. ultimi com. Prov. ann. 1431: *Item legavit dom. noster rex . . . generosæ domicellæ Helionoræ de la Rocha, Felezenæ strenui quondam comitis Troyæ, magni nescalli Provincie, summam duorum millium scutorum.* Formulæ Mss. ex Cod. reg. 7657. fol. 18. r°: *Considerans multa grata et accepta servitia et beneficia sibi impensa per Rixendam Felezenam suam, filiam T. et Sanxiæ conjugum, . . . donavit dictæ Rixendi Feleysenæ (sic) suæ tanquam benemeritæ . . . singula bona et jura sua, . . . salvis . . . duodecim denariis, quos jure legati donavit T. et T. Felezenabus suis, videlicet earum cuilibet sex denarios.* Occurrit

præterea *Felezenus* in Charta ann. 1366. Inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 302. col. 2. quod minus bene de Genero interpretatur D. Menard in Glossar. ibidem.

\* **FELGA**, an *Filix*, Gall. *Fougere*? Charta Hug. de Gornayo pro monast. de *Bebec* in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 378: *In cunctis nemoribus suis herbagium, pasnagium, Felgam et liberam ad fenum faciendum.* Hinc

**FELGARIA**, [Res parta, acquisita, ut videtur, a Teuton. *Felgen*, *Vindicare*, appropriare, nisi mavis a *Felgh* deducere quod *flexura* exponitur in Glossis Florentinis.] Charta Sisnandi Episc. Iriensis seu Compostellani æræ 952. apud Anton. de Yopez in Chronico Ord. S. Bened. tom. 4. pag. 434. v: *Per ubi dividunt per Agilario trans ruptas, dirutas, arbores, babeias, Felgarias, ac quicquid ibi conclusum est, habeat sanctus Stephanus in perpetuum.* Charta sequens ejusdem Sisnandi paulo aliter habet: *Per ubi dividunt cum artillero, terras ruptas et inruptas, cum arbores, bausas, et Felgarias, etc.*

\* Locus filice plenus. Placit. ann. 891. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 170: *Villam Caderillam ab integrum, et in manso commendato, seu et in brugarias, necnon et Felgarias, quicquid ibi visa fuit habere . . . solemniter condonaverat.* [Ita *Felicum* pro *filicum* apud Ermold. Nigell. lib. 3. vers. 355.]

† **FELIATUM**, *Curvatum*. Gloss. Isid. et Papias. Mendose pro *Filiatum*, quod occurrit apud veteres Glossatores. Vide infra *Filiatus*.

**FELIBRIS**, *Adhuc lætus vivens*, *Papiae*. Glossæ Isidori, *Fellebris*, habent: [*Fellebrem, Adhuc lætum viventem*; pro quo non male Martinius scribendum censet *adhuc lacte viventem*, *subrumum*, a *Fellando* seu *Fellitendo*, quod est sugere. Hinc etiam corrigendæ Isid. Glossarum editiones, ubi perperam *Fellitit*, *Fugit*; legendum enim *Sugit*. Nonius, *Fellere, Exsugere*. Solinus cap. 57. de Cappadocia: *Neguaquam mater pullo ubera præbet Fellitanda.* Idem cap. 8. de Angue: *Plurimo lacte rigux bovis suctu continuo saginata, Fellebri satiate extuberatur.* Arnob. lib. 2. adversus Gentes: *Exsugere Fellitantes mammæ.*]

\* **FELICARE**, **FELICITARE**, *Felicem reddere*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Felicare, fere beneuré. Felicitare, idem.* Vide *Ordinat. reg. Franc. tom. 5. pag. 285.*

**FELICITER**, Vox adscribi solita ad calcem veterum MSS. quæ in Acclamationibus publicis frequens, ut apud Lampridium in Commodo. Hieronymus ad Marcellam: *Ut solemus nos completis opusculis ad distinctionem rei alterius sequentis, medium interponere Explicit, aut Feliciter, aut aliquid istiusmodi.* Vide leg. 6. § 4. Cod. Th. de Collatione donat. (11, 20.)

\* **FELICIUM MILITARE**, Ad militis dignitatem et honorem ascensus, promotio, vel eadem de re congratulatio. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 254. col. 2: *Solvit . . . pro octo brandonibus ponderantibus xl. lib. 1/2 et novem libras candelarum celæ presentatam domino Bernardo de Colonas in suo militari Felicio, pro toto, xvij. lib. vj. sol. vj. den.*

\* **FELIGULA**, in *Antidotario* exponitur *Polipodium*. Glossar. medic. Simon. Jauuens. ex Cod. reg. 6959.

\* **FELIRE**, Vox pardorum, in Carm. dé

Phil. ad calcem Cod. reg. 6816: *Pardus hiando Felit.*

† FELIS, Anser silvestris. Vide locum in *Gantzæ*.

✠ FELIX. Vide *Felgaria*.

\* FELLEMONIA. [Dolus. DIEF.]

FELLIBILIS, *Subdolos, amarus*. Papias.

FELLICULA. Mamotrectus ad 31. Ecclesiastici: *Cholera, quæ est una de quatuor humoribus, quæ Fellicula vocatur, id est, fellis effusi.*

† FELLINEUS. Papias: *Fellineis oculis, id est, cæsiis.*

† FELLITARE. Vide *Felibris*.

† FELLITUS, Felle mixtus. *Fellitum et venenosum poculum*, apud Baluzium Miscell. tom. 6. pag. 281.

\* FELLUM. [Psalterium. DIEF.]

† 1. FELLO, Strumæ. Miracula S. Etheldredæ inter Acta SS. Junii tom. 4. pag. 549: *Morbis quem vulgo Fellonem nuncupant, felle suo viroso me miserum graviter occupavit, occupatum perflavit, ut tumor ille letalis undique porrigeretur, dextro et in sinistro humero, dorso et pectoris utris instar superemineret, et ab humano mento quasi palcaria penderent. Veneni quidem vis intrinseca, cutis livore forinseco satus notabatur . . . arterias gutturis et colli vias coarctavit, neque voci neque cibo meatum reliquit.*

2. FELLO, FELO, Perfidus, rebellis; Lindwodo, Edw. Coko, et Anglis, omnis malefactor, cui debetur pœna mortis, Gallis *Felon*, Italis *Fellone*. Ex Saxon. *fælen*, et *felen*, et Theutonico *Fælen*, delinquere, errare, cadere. [Hickesio in Grammat. Theotisc. pag. 94. ab Anglo-Saxonico Felle, Crudelis, unde Anglicum *Fell*. Assentit Schilterus in Gloss. Teuton.] Alii vocis originem arcessunt a Latino *Fel*, quod qui crimina perpetrant, ea *felleo* animo perpetrare dicuntur. [Alii a Græco φῆλεν, Decipere, illudere: quod a φῆλεξ, Ficus immatura, præ se tamen ferens speciem maturitatis; unde φῆλεξ Impostor, Suidæ] Quidam *Feloniam* dictam scripserunt, quasi *falloniam*, a fallendo. [\* A *Fara*, Dolus, fraus, deducit Haltaus. Gloss. Germ. col. 435. voce *Far*.] Capitula Caroli Calvi tit. 23. cap. ult. [\* Epistol. Episc. ann. 858.] : *Non tibi sit curæ, Rex, quæ tibi referunt illi Fellones atque ignobiles. RATHERIUS Veron. Episc. in Qualitate conjectur. : Quod sic vellet eum (castrum) tenere pro suo grati, sicut pro uno Fellone, quia per donum Imperatoris. . . illud, cum mentiretur, teneret. Infra : Cum nemo possit ferre, ut malum audiat aliquem dicere de suo seniore, nisi qui maximus Fello convincitur esse. Domnizo lib. 1. de Vita Mathildis cap. 1 :*

Damnant Fellones, cruciant furcisque latrones.

Vide Regiam Majest. lib. 2. cap. 56. lib. 4. cap. 12. Quoniam Attach. cap. 18. Littleton. sect. 745. Walsinghamum pag. 278.

*Catalla felonum*, inter prærogativas altæ Justitiæ recensentur in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 143. 767. etc.

FELO DE SE, JC. et Practicis dicitur is, qui sibi ipsi mortem sponte consciscit: is successorem non habet in Catallis præter fiscum. Vide Bractonum lib. 3. tract. 2. cap. 31. § 1. et Cowell. lib. 2. tit. 12. § 4. lib. 4. tit. 18. § 16.

FELONIA, inquit Cowellus, est omne crimen capitale, infra læsam majestatem, ut sunt incendia, raptus, homicidia, latrocinia, et hujusmodi, quæ vitæ dispendio luuntur, cum ea olim delicta vera, seu pecunia redimerentur. Sed id

sustulit Henricus I. Rex Angl. sub ann. 1108. suspensio furibus damnatis, ut habent Florentius Wigorniensis, et Hovedenus, hoc anno. Matth. Westmonast. ann. 842: *Theodolphus Aurelianus Episcopus apud Ludovicum Imp. . . Feloniæ a quibusdam æmulis suis accusatus. Nostri*

FELONIA proprie dicitur Delictum vassalli in dominum: qua notione passim usurpatur in Consuetudinibus municipalibus. Vide Raguellum. Hostiensis: *Felonia est culpa seu injuria, propter quam vassallus amittit feudum. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 43: Qui Feloniam fecerit, terram suam foris fecit. [\* Plura vide apud auctores jur. feudali: unum locum addam II. Feud. tit. 26. § 24: Domino committente Feloniam, ut ita dicam, per quam vassallus amitteret feudum. . . proprietatem feudi ad vassallum pertinere, sive peccaverit in vassallum, sive in alium.]*

† FELONIA, Felonum seu perfidorum et rebellium bona. Kennettus in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden.: *Cum messuagius, gardinis, ædificiis, Feloniis, eschaetis, etc.*

† FELONIA, Perfidia. Codex Legum Normannicarum apud Ludewig. tom. 7. pag. 284: *Assaltavit in Felonia et verberavit me et michi plagam fecit. Hoc est, imparatum me aggressus est.*

\* Fraus, dolus: quo sensu occurrit in Stat. apud D. de Chastueil Gallaus in Hist. Ms. Poet. Provinc.:

L'angan et la Felonia  
Que mou la falsa Clergia.

† FELONICE, pro Perfide. Charta Eduardi II. Regis Angliæ ann. 1322. apud Rymer. tom. 3. pag. 989: *Et quosdam Felonice interfecerunt . . . ignem in prædicta villa de Britton posuerunt, et partem domorum et bonorum ibidem Felonice combusserunt.*

† FELONICE, Occulte, fraudulenter. Charta ejusd. Eduardi ann. 1323. apud Rymer. tom. 4. pag. 7: *Quia Rogerus de Mortuo-Mari . . . eandem prisonam fregit, et ab eadem turri noctanter et Felonice evasit.*

\* Aliud sonat Felonusement, Fortiter nempe, cum impetu, in Poem. de *Giron le Courtois: Se hurta encontre le chevalier si Felonusement, qu'il lui convint vuyder les argons et tomber à terre moult rudement. Hinc Renfêlonir la guerre, Belium acerbis gerere, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 115. Chartoph. reg. ch. 291: *Lequel Gillebert fu mis à mort; et pour ce que ledit sire de Morbecque avoit esté à ce, . . . Renfêlonir la guerre, dont dessus est faite mention.**

\* Felenesse gent appellatur Judæorum populus, in Vita J. C. MS:

Ensi l'encusoient forment  
Icele Felenesse gent.

\* Haud scio an inde, an potius a Latino *Fel*, quo ad iracundiam facile accenditur, *Affellonner* et *Affellonnir*, pro Iracis, olim diximus. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 126: *Huguenin. . . bien Affellonnez, ce sembloit, se adreça pardevers ledit Tueuef, et leva le baston en haut pour le frapper. Aliæ ann. 1387. in Reg. 131. ch. 15: Guillaume Bolerin fu moult courroucez et Affellonnis. Aliæ ann. 1393. in Reg. 149. ch. 530: *Ledit Jehan se Affellonnissoit toujours en menassant ledit Huguenin d'attrapper et adherer aus mains, etc. Affollonir, in aliis ann. 1393. ex Reg. 145. ch. 410: *Lequel Raoul quant il se vit ainsi villené et des-***

*menti, comme courroucé et Affolloni se départi d'icelle place. Affellonnir, eadem acceptione. Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. ch. 137: *Colin le tamisier dist auxdiz hommes armez, qui veoit Affellonnir et demener oultrageusement, etc. Aliæ ann. 1413. in Reg. 167. ch. 142: *Le suppliant se apercevu que icellui Nicaise par trop avoir beu ou autrement se Affellonnissoit. Affellonner, apud Froissart. vol. 2. cap. 41.***

FELONICA, Charta Caroli C. ex Tabulario Arulensi in Hispania, apud Baluzium in Append. ad Capitul. n. 63: *Nostram deprecatur est Clementiam, ut prædictum Monasterium denuo cum Monachis ibi consistentibus, et cum cellulis ibidem aspicientibus, id est, cum Ecclesia sancti Martini ad ipsas Felonicas, in via, quæ discurret ad ipsas clusas, . . . sub nostro recipere mundiburdo ac tuitione, etc. Nomen est proprium ejusdem loci, qui melius Fullonicas dicitur in veteri Notitia ann. 876. pro eodem monasterio Arulensi in Append. ad Marcam Hispan. col. 798.]*

† FELONITIA, Vanitas. Vide in *Follis* 1.

\* FELOSENNUS, pro *Falesennus*. Vide supra in hac voce.

† FELPARIA, f. pro *Feltaria*, quod idem sit ac *Feltrum* infra. Litteræ anni 1376. apud Rymer. tom. 7. pag. 116. col. 1: *Concessimus vobis quod stapula nostra lanarum, coriorum et pellium lanutarum, necnon plumbi, stanni . . . necnon casei, butyri, plumæ, gaulæ, mellis, Felpariæ et cepti, etc. Similia leguntur pag. 118.*

FELTE. Baudovinia in Vita S. Rade-gundis cap. 4: *Adhuc de Regali secum habens ornamento Felte fusum, ex auro et gemmis vel margaritis factum, habentem in se auri solidos mille, quem . . . transmisit venerabili Domino Jani Reclauso, etc. Quidam MSS. habent hoc loco, cyphum.*

\* FELTH. Aimoin. mon. Floriac. lib. 2. de Gest. Franc. cap. 13: *Quo tempore Langobardi, relicta Rugorum patria, venerunt in campis patenibus, qui sermone barbarico Felth appellantur.*

† FELTORTUS. Vide *Filtortus*.

\* FELTRARIA, Officina ubi coactilia conficiuntur. Vide *Feltrum*. Charta c. ann. 1120. in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 817. num. 69: *Donavit. . . domum petrinam Feltrariæ huic contiguam. Huic chartæ subscribit inter alios testes Hermannus Feltrarius, qui in ch. num. 71. dicitur Fultrarius, in ch. num. 110. Feltrarius, in chart. num. 128. Feltreius. Videtur is esse qui officinæ illi præerat.*

† FELTRIX, ut *Veltria* seu *Velter*, Canis velox. Glossæ Ratisbonenses MSS. apud Eccardum in notis ad Legem Salicam tit. 6. art. 4: *Feltrices, Winda.*

FELTRUM, FILTRUM, FILTRUS, PHELTRUM, *Filtra*, seu *Feltra*, sunt lanæ coactæ, quas infuso et addito aceto ferro resistere, auctor est Plinius lib. 8. cap. 48. cujusmodi *Gambesonem*, quem etiam feltri nomine auctores quidam agnoscunt, describit Nicetas in Isaacio lib. 1. n. 8. unde *Coactilia* dicuntur Ulpiano in l. 25. D. de Auro et arg. leg. (84. 2.) et in Gloss. Gr. Lat.: Πλωτόν, *Coactile*; eorum confectores *Coactiliarii*, Græcis πλωτοποιοί, in eodem Gloss. et lanarum coactores, in veteri Inscript. [Vide Joan. Gonyplum ad Alexandrum Trallian. l. 1. Descriptio census monast. Centul. Sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 104: *Vicus fullonum cuncta fratribus Filtra administrat.*]

Vox vero *Feltrum* ab Anglo-Saxonibus videtur deducta, quibus, ut et Anglis



etiam, felt, lanam coactilem sonat. Gloss. Ælfrici: *Centrum, vel Filtrum*, felt. Hinc Belgæ *Vilt*, Itali *Feltro*, Galli *Feutre* formarunt. Matth. Silvaticus: *Filtrum, i. pannus lanæ incontextus*. Idem: *Pilima, (πλίμα) Filtrum*. [Balbus in Catholico: *Filtrum, filium dicitur, quia ex pilis animalium fiat, unde filtratus*. Kilianus: *Vilt, pannus coactilis. Tegmen stricturis compactum ex vilis grossioribus, vulgo Feltrum, Germ. Filtz.*] Jo. Villaneus lib. 5. cap. 29: *In su un povero Feltro fu levato Imperadore*.

\* Circa hujusce vocis originem consule præterea Schilt. in Glossar. voce *Filtz. Feutrier*, qui ex feltro operatur, in Lib. pitent. S. Germ. Prat. et in Lit. ann. 1331. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 84. *Feutrier*, in Chartul. Latiniac. fol. 246. v°.

Sed et recentiores Græci inde ἀφέλετρον mutuati sunt, quod habetur apud Leonem in Tacticis cap. 6. § 8. a qua voce primam literam demandam censet Meursius, et legendum φέλετρον apud Leonem. Verum, ut non temere assentiar, facit vetus Poeta vernaculus, apud Falcetum lib. 2. de Poetis Francic. cap. 14. in hoc Carmine:

N'en vol prendre cheval, ne la mule Afeltrée,  
Pelizon, vair, ne gris, mantel, chape fourrée.

Le Roman de Gaydon MS.:

La Dame siet sor la murle Affautrée.

[Le Roman d'Athis MS.:

Ung destrier lui ont admené,  
Le sian trouvent Desafetré.

Idem:

Chascun de son Afeutroment  
A terre chey durement.

Quod de ornamentis equorum atque potissimum de palliis seu pannis, quibus interdum cooperiebantur, intelligendum arbitror. [Tradit. Sangallens. ann. 744. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. tom. 1. pag. 17: *Et cavallos 5. cum saumas et rufias et Filtrios, cum stradura sua ad nostrum iter ad Romam ambulandum*. Othloni Vita S. Wolfkangi Episc. cap. 35: *Unus autem de capellanis sub saugmario abscondens se Filtrio*.] Ugutio: *Centro, onis, dicitur pulvinari vel velum de multis pannis, vel qui facit Filtra ad ipsum Filtrum*.

FILTRUM, inter exercitus, aut certe militum impedimenta sæpe reponitur. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 6. § 1: *Si quis in exercitu aliquid furaverit, pastorium, capistrum, frenum, Feltrum, etc.* Tageno Patav.: *Exterriti, relicti tentoriis et Filtris, montana profugi ascenderant*. Vincentius Belvac. 1. 30. cap. 80. de Tartaris: *Cum ad Bellum ire volunt, cursores præmittunt, qui secum nihil præter Filtra sua deferunt*. Vide eundem cap. 86. lib. 32. cap. 4. Speculum Saxon. lib. 3. art. 89. Constit. Frider. I. Imper. ann. 1158. apud Goldastum tom. 3. Constit. Imperial. [Rolandinum Patavinum de Factis in Marchia Tarvisina lib. 10. cap. 5.] etc.

TENTORIA FILTRÆ, [Quæ ex pellibus aut ex lana crassiori compacta conficiuntur.] Thwroczius in Chronico Hungariæ de Tartaris: *Cum suis Tentoriis Filtris, jumentis, pecoribus, terram vacuum Hungariæ peragrabant*. Tentoria etiam Filtrina iisdem Tartaris adscribit Thomas Archid. Spalat. cap. 38. Turcomannis, Sanutus lib. 3. part. 12. cap. 1: *Domus Filtræ, i. ut interpretor, tentorium*. Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 9. de Sultano Iconiensi: *Dedit etiam ei (Hen-*

rico Duci Saxon.) *sex domos Filtrinas, secundum morem terræ illius*.

† FELTRUM CROCEUM Judæi ad distinctionem deferre coguntur. Litteræ Regis Angliæ ann. 1277: *Unusquisque ipsorum (Judæorum) postquam ætatem septem annorum compleverit, in superiori vestimento suo quoddam signum deferat, ad modum duarum tabularum de Feltro Croceo longitudinis videlicet sex pollicum et latitudinis tres pollicum*. Vide Judæi.

† FEUTRUM, in Charta S. Ludovici, apud D. Brussel tom. 1. de usu Feudorum pag. 598.

† FEUTRUM. Codex MS. Grandimontensis apud Stephanotium tom. 1. Fragm. Hist.: *Fratres ceperunt capellos de Feutro portare*.

FILTRUM, [FELTRUS.] in supellectili lectaria monachica, [Keroni, Matta, alias psiathium, storea.] Occurrit apud Guigonem II. Priorem Cartusiensem in Statut. ejusdem Ord. cap. 38. § 1. cap. 57. § 2. Bernardus Prior Portarum Epist. 1. ad Inclusum: *Ad lectum habeto stramen, Filtrum, coopertorium de grossis ovium pellibus rusticum panno coopertum, etc.* Vita S. Galteri Abbatis Pontisarenensis num. 10: *Lectus ejus Filtrum erat, et vilis matta cilicio tecta*. [Scriptura Principis Adelgasteri pro Monasterio S. M. de Obona inter Concilia Hispan. tom. 8. pag. 90: *Damus... mantas sex, quinque Feltrios et septem lectulos*.]

† FILTUR. Scramb. Chron. Mellic. pag. 322. col. 1: *Lectus autem sit stratus straminum aut Filtrum cum panno laneo grosso desuper posito*.

VESTES DE FILTRIS. Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 8. de Tartaris: *Filtra de lana camelorum, quibus vestiuntur, faciunt*. In regula S. Benedicti habentur *Chlamydes de Feltro*. [Frustra quaerentur.]

LORICÆ EX FILTRIS, [Ex funiculis orbiculatim contextæ, quas lineas vocabant.] Eckehardus Junior de Casibus S. Galli cap. 5: *Fabricantur spicula, Filtris (perperam piltris editum,) lorice fiunt, et warnis scuta simulantur*. Guillelmus Apul. lib. 3. Rerum Normanic.:

Proque repellendis saxorum, vel jaculorum  
Ictibus, objectis rubicundis undique Philtris  
Ad pugnam veniunt.

Vide Gambeso.

CAPELLI FILTRÆ, in Statutis Hugonis V. Abbatis Cluniac. in Bibl. Clun. pag. 1467. et in Bulla Gregor. IX. pro Benedictinis. Le Roman de Guillaume au Court-nez MS.:

Chapeau de Feutres, et bons haubers saffrez.

Etiannum ex filtris, et coactis lanis fiunt nostri pilei, quos *Feutres* appellamus. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 13: *Pileis autem de Filtro albo sine curiositate uti licebit*. Supra: *Pileo nullus utatur, nisi de licentia Abbatis sui, qui non cuilibet nec de facili concedere debet pilei usum, nisi pro manifesta necessitate. Debent autem pilei esse de panno albo, vel pelle alba, sive de utroque, qui ita portari debent sub capitulo, ut non multum appareant, maxime in Conventu*. [Chapeliers de Feutre, apud Stephan. Boileau tit. 91.]

† FITREUS CAPELLUS, in Consuetud. MSS. Cluniac.

CALCEI FILTRATI, in Chron. Windesheim. lib. 1. cap. 42. Chronicon Fontanell. pag. 245: *Filtra ad soccos faciendum* 12. Statuta Adalardi Abb. Corbeiens. lib. 1. cap. 3: *Soccos Filtrinos duos, calcearios quatuor*. [Acta SS. Benedict. sæc. 3.

part. 1. pag. 102. de S. Germani Altisiod. reliquiis: *Sagia de haira 1. calcias Filtrinas paria 1.*]

IDOLA DE FILTRO, ad imaginem hominis confecta, adorasse Tartaros, tradunt Vincentius Belvacens. lib. 30. cap. 7. et B. Odoricus Foroju. in sua Peregrinationum. 21. [De simulacris de pannis factis, in Indicul. Pagan. ann. 743.]

CINIS FILTRI, apud Constantinum Afric. 1. 1. de Morbor. curat. cap. 9.

† FELTRUS, in Testamento Ermenegaudi Comit. Urgellensis ann. 1010. Append. ad Marcam Hispan. col. 973: *Ad Salla Episcopo dossales duos tapecios, et Feltrus duos obtimos*.

FILTRUS, in Charta Aleman. Goldasti num. 58. habetur.

† FILTRO. Spicileg. MS. Fontanell. pag. 237: *Nocturnorum calceorum, id est, botarum cum Filtronibus ad hyemem (unum par) et aliud sine Filtro ad æstivas noctes*.

† FILTRONIUM, apud S. Willelmum lib. 1. Constit. Hirsaug. cap. 16: *Pro signo Filtronii, nihilominus signum calceorum facies, hoc addens, ut cum duobus digitis manum sinistram, ubi magis est spissa, contingas*.

\* FULTRUM, Charta. Margar. Comit. Flandr. ann. 1252. in Lappenberg. Origin. Hanseat. pag. 52.

VILTRO. Udairicus lib. 8. Consuet. Cluniac. Monast. cap. 11: *Duo femoralia, duo paria calceorum cum corrigiis, unum par Viltromum ad hiemem in nocte, et alterum sine Viltro ad æstivas noctes, duo paria caligarum, etc.* Tibialia, seu crepidas ex filtro, seu grossiori et villosa panno, recte interpretatur Editor; constat enim, *Viltrom* pro *Filtrum* aliquot Scriptores usurpasse. *Soccos ex Filtro* seu *Filtrinos*, vocant Adalardus et Chronicon Fontanellense, uti supra monuimus. Vita MS. Caroli M. jussu Friderici Imp. exarata lib. 2. ubi de divisione Imperii: *Cortinæ, stragula, tapetia, Viltrotoria sagmata, etc.* Ubi Eghinhardus pag. 105. *perperam habet fulcra coria, pro viltrotoria*.

\* Glossæ ad Herrad. Landsperg. apud Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 519. voce *Filtz*: *Filze vel tepit, saga cilicina, quæ et vela caprilatia, geizzin, quandoque vocantur, quia de pilis caprarum ad differentiam lanæ ovium facta erant, de quibus et cilicia fiunt, unde illa saga cilicina dicta sunt, etc.*

FEUTRE et FAUTRE, Poetis nostratib. Guillel. Gutart. ann. 1214:

Escus au col, lances sus Fautres.

Le Roman de Garin:

Lances sor Fautre acueillent lor chemin.

Chron. MS. Bertrandi du Guesclin:

Chascun lance sus Feutre, és estriers s'afficha.

Vide Sebastianum Cobarruviam in voce *Fieltro*. [Hinc emendandum Borellus in Dictionar. Gall. ubi *Faucre* pro *Fautre*, quasi a Lat. *Fulcrum*, legit apud *Perceval*:

Et met la lance el Faucré, et point.

Ibidem:

Escu au col, lance sor Faucra.]

† FEMÀ VINHA, Vinea stercorata, in Consuet. Beneharn. art. 15.

\* FEMAGIUM, f. Præstationis species pro mercibus, quæ in fundecos invehebantur exsoluta; nisi sit pro *Fumagium*, idem quod *Foagium*. Vide in *Funda* 1. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph.

reg. ch. 278: *Item Femagium de fundecis, menbragium carnisficum castri Turonensis, festagium domorum, etc.*

**FEMARE**, pro *Fimare*, Agrum stercoreare. Capitul. 2. ann. 813. cap. 19: *Terram aratoriam studeant Femare.*

**FEMELLA**, Femina, mulier. Glossæ Græc. Lat. Θῆλυ, *Femella*. In Actis S. Quirini Mart. lib. 2. num. 17. 24. *Femellæ avium*, in Additamentis ad Matth. Paris pag. 271. *Fleta* lib. 2. cap. 1. § 17: *De Femellis nubilibus maritos competentes refusantibus.* [Statuta Ecclesiæ Treconensis inter Anecdot. Marten. tom. 4. col. 1098: *Tres personæ super masculino (de sacro fonte suscipiend) sint, duo viri et una mulier: et in Femella duæ mulieres et unus vir.* Vincentius *Cigault* de Bello Italico, ubi de celeberrima virgine Aurelianensi: *Voluit ipse Deus Anglicos vincere per Femellam.*] Vide *Fimella*.

**FEMELLARIUS**, in Glossis Isidori: *Feminis deditus, quem antiqui Mulierarium vocabant.* [Papias: *Mulierarium virum, Femellarium antiqui dicebant.*] Idem qui *Femellosus*, in Gloss. Lat. Gall. *Femellosus, Feminæux.* Ugutio: *Femellarius, mulierarius, i. feminino operi deditus, vel femineos habens mores, vel voluptati femininæ deditus et obnoxius.*

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. *Femellarius, homme féminin.*

† **FEMELLOSUS**. Vide *Femellarius*.

† **FEMELLOSUS**, *Femineus*. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ: *Item novem poutres inter masculos et Femellos unius anni.* Hinc *Enffans femæaulx*, *Puellulæ*, in Charta ann. 1402. ex Reg. Joan. ducis Bitur. in Cam. Comput. Paris. fol. 37. rº: *Il nous pleust iceulx enffans femæaulx et de seze féminin habiliter, franchir, ... et à iceulx faire pareille grace que nous avons (faite) à elle et à ses enffans maslez, etc.*

† **FEMILLA**. Vide *Femella*.

**FEMINA**, Uxor, nostris *Femme*. Capitularia Caroli Cal. tit. 31. [52] Edict. Pistens. ann. 864. § 31: *Si Femina maritum, aut maritum Feminam accepit, illud conjugium dissolvatur.* [Acta MSS. S. Wenvaleoi: *Quidam vir nomine Perranus, quadam nocte, dum sua Femina dormiebat, etc. Occurrit iterum in Tabulariis Majoris-Monasterii, S. Vincentii Cenoman. etc. in Addit. ad Leg. Aleman. § 21.] Vide *Mulier*.*

† **FEMINÆ Lunam commendant**, Superstitionis species, in Indiculo Superstit. et pagan. tom. 1. Capitul. col. 152: *De eo quod credunt quia feminæ lunam commendent, quod possint corda hominum tollere juxta paganos.*

\*\* **FEMINÆ AGRESTES, SILVATICÆ, Nymphæ, Fadæ.** Burchard. Wormat. Decret. edit. Colon. ann. 1548. pag. 198: *Credisti... quod sint Agrestes Feminæ, quas silvaticas vocant, quas dicunt esse corporeas, et quando voluerint ostendant se suis amatoribus, et cum eis dicunt se oblectasse, et item quando voluerint abscondant se et evanescent.*

† **FEMINA DE CORPORE**, Obnoxia censui de capite, servilis conditionis D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 228. ex Regesto magnorum dierum Campaniæ: *Cum quidam in villa Meldensi in justitia domini Regis murtratus fuisset et relicta ipsius multrati Femina de Corpore Abbatis et conventus S. Pharaonis Meldensis tanquam suspecta de multro predicto capta detineretur in prisione domini Regis; petebant Abbas, et conventus, nomine dicte Ecclesiæ dictam feminam seu curiam de ipsa sibi reddi.*

† **FEMINA FRANCA**, Libera, in Capitul.

6. ann. 803. cap. 8. Alia notione *Femme Franche* dicitur in Consuet. Camerac. tit. 1. art. 6. ea quæ feudum possidet ante nuptias acquisitum, vel quod hæreditario jure post nuptias ei obvenit.

\* **FEMINA LIGIA**, Ea dicitur, quæ domino suo, ratione feudi vel subjectionis, fidem omnem contra quemvis præstat. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1209. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris.: *Dilectus et fidelis meus Symon de Joinville in præsentia mea recognovit se dedisse Ermeniardi uxori suæ in dotalitium medietatem omnium, quæ de me tenebat. Ego vero ad preces ejusdem Ermeniardis et petitionem Symonis ipsam in ligam Feminam de medietate prædicta recepi.*

† **FEMINA LUDINIA**. Notitia ann. 874. in Append. ad Marcam. Hisp. col. 797: *Inveni in breve senioris mei quod pater suus ei dimisit Femina Ludinia, qui fuit parentes istius parentelæ, quem ego prosequor... Unde advenit ista Femina Ludinia in isto breve, qui fuit soror abis tuæ. Haud scio an nomen sit proprium, an accersenda sit hæc vox a *Ludices* quæ meretrices significat in Gloss. Isid.*

† **FEMINA MINORFLIDUS**, Infimi status, apud Alamannos. Vide *Minofledus*.

† **FEMINA REGIA aut Ecclesiastica**, Quæ Ecclesiæ vel Regis servitio est addicta, in Leg. Ripuar. tit. 16. § 1. *Feminæ ad opus Regis servientes*, in Capitul. 2. Caroli M. ann. 813. cap. 19.

† **FEMINA REGINÆ**, Reginæ assecla, *Dame d'honneur*. [Recentior est earum institutio, quam ut ad ann. 1255. referatur: puellam ergo, quæ a cubiculo est, intellige, vulgo *Femme de chambre*.] *Pro drapis lanæ pro Regina et Feminis suis XIII<sup>ta</sup> lib. XXXIII. sol. III. den.* apud Dom. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 470. ex Rotulo anni 1255.

\* **FEMINA PEGCATTI**, *Femme de Péchié*, Meretrix, scortum, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 109. *Le suppliant avoit transporté un petit lit garni de la maison d'une Femme de péchié.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 209: *Le suppliant trouva une jeune Femme de péchié à laquelle il donna certaine somme d'argent, pour venir coucher avec lui. Une femme de mal recapte ou petit gouvernement, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 187. ch. 309. Vide *Recaptare*. [52] *Femina Communis*. Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 484. voce *Frauen-Haus*.]*

\* **FEMINA VITÆ**, sine addito, Eodem significato, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 145. Aliæ ann. 1390. in Reg. 138. ch. 224: *Perrinet Danisy trouva Perrinet de la Croix hostellaint et tavernier, qui parloit moult injurieusement à une Femme de vie, appelée Jeannette d'Orléans, qui se hébergoit, quant il lui plaisoit en l'hostel dudit Perrinet de la Croix, et aussi faisoient toutes les autres Femmes de vie, qui venoient audit lieu. Femme de joye, appellatione etiam nunc usitata, dicitur in aliis Lit. ann. 1383. ex Reg. 124. ch. 312. De earum vestitu agunt Literæ remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 27: *Icelle Jehannette leur sembloit fermement bien femme dissolue, pour ce qu'elle avoit sa robe lassée au costé et vestue, comme Femmes communes se vestent.**

† IN **FEMINAM RECIPERE**, dicitur de domino feminæ *hominium* recipiente, in Instrumento ann. 1216. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 273: *Dominus Rec... recepit Bl. Comitissam de eodem Comitatu (Campaniæ) in Femi-*

*nam suam sicut de Ballio, et postea Th, filium ejus salvo ballio matris sue de eodem Comitatu in hominem recepit nullo contradicente.* Verum non ubique usitata hæc formula: apud anglos quippe *homagium* *feminarum* aliis quam *hominum* concipitur verbis; neque enim *femina* dicitur domino, inquit Littleton. sect. 87: *Jeo deveigne vostre Feme, pur ceo que n'est convenient que Feme dira, que els deviendra Feme à aucun home, fors que à sa baron, quant ele est espouse.* Vide *Hominium*.

**FEMINALIA**, quæ et *Femoralia*, quibus *femen*, seu *femur*, tegitur. S. Hieronymus in Epist. ad Fabiolam: *Lineis Feminalibus, quæ usque ad genua et poplites veniunt, verenda celantur, et superior pars sub umbilico vehementer astringitur.* Adde Isidor. lib. 19. cap. 22. *Theganus de Gestis Ludovici Pii* cap. 19: *Nihil illis diebus se induit præter camisiam et Feminalia, nisi cum auro texta.* Gloss. Gr. MS. Reg. Cod. 1678: *Περικέλη, φιμηνάλια, βρακία.* Suidas: *Φιμηνάλια, αναφριδάς, βρακία.* Lexic. Græc. MS. Reg. Cod. 2032: *Φιμηνάλια, βρακία, περικέλη.* Aliud Cod. 930: *Ἀναφριδάς, φιμηνάλια, βρακία, ἢ τὰ βραχέαι, ἢ καὶ ἀβρακίκα ὀρθήματα.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Feminalis, Braie à femme.*]

\* **FEMINAMAS**. [Androginus; hermaproditus. Tert.]

**FEMINARE**, Viris se subjicere, more *feminarum*, quod faciunt molles et subacti. Cælius Aurelian. lib. 4. Chron. cap. 9: *Nemo enim pruriens corpus Feminando correxit, vel virilis veretri tactu mitigavit.* Collatio Legis Mosaicæ tit. 3. *Moyse dicit: Qui manserit cum masculino mansione muliebr, aspernamentum est, ambo moriantur, rei sunt.* Ubi Levit. cap. 20: *Qui dormierit cum masculino coitu femineo.* Constitutio Valentiniæ, ibidem: *Omnes, quibus flagitiosus luxus est viri corpus muliebriter constitutum alieni sexus damnare patientia, nihilque habere discretum cum feminis, etc.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Feminare, effeminare, Debilitar, Prov.*

\* **FEMINATUS**. [Cic. vertens particulam *Trachinior*. Sophocli. 2. *Tusc.* 8. *extr.* Sic *Feminata* virtus afflicta occidit. *h. e.* effeminata, infracta, perdomita.]

\* **FEMINULA**, *Muliercula*, diminut. a *Femina*, in Actis S. Austregis. tom. 5. Maii pag. 229. \* col. 2.

† **FEMORACIUM**, *Fimetum*, sterquilinum, locus ubi fimus congeritur, Gall. *Fumier, Fosse à fumier, et Femourier* quibusdam in locis. Satuta *Massil.* lib. 6. cap. 32: *Statuimus et ordinamus quod de cætero nulla persona faciat juxta muros et vallata Massiliæ, areas, nec Femoracia, nec lignaria, nec viridaria.* Rursus cap. 80: *Ordinamus quod facientes susilhas sive Femoracia teneantur easdem facere subtus terram.* Vide *Femorasses*.

† **FEMORAILLE**, Eadem notione. Charta Piperacensis Abbatii: *Petrus Dayas villæ Alti-Pedii juratus dixit se habere quandam domum cum suo curtilli et Femoraili sitam in dicta villa.*

\* **Femorairials**, in Lit. ann. 1350. ex Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 124. pro quo male editum *Senioralibus* tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 480. art. 17. ex iisdem Literis.

**FEMORALIA**, quæ et *Feminalia*, et *Braccæ*. De femoralibus *Monachorum*, vide *Regulam Magistri* cap. 4. *Regulam Solitariorum* cap. 49. et observata a *Mercardo* ad Concord. Regul. et ab *Haefteno*. [*Femoralia turgida et incisa ne*

deferant Clerici prohibet Concilium Tollet. ann. 1582. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Femorale, Brasie à homme* [\**Curium Femorale*, in Paneg. Bereng. lib. 6. vers. 66. Isidor. Origin. lib. 19. cap. 22. sect. 29: *Femoralia appellata, eo quod femora tegant. Ipsæ et braccæ, quod sint breves et verecunda corporis iis velentur.*]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Femoralia, Cuissieres.*

† **FEMORARIUM**, ut mox *Femorasses*, in Edicto Joannis Reg. Franc. ann. 1871: *Quod possint et valeant, videlicet plateas et carretrias et pontes facere mundare et auferre Femoraria, sucos et alias orduras.*

\* Charta ann. 1270. ex Reg. S. Ludov. in Chartoph. reg. fol. 75. v.: *Item duæ duadæ cum Femorario, decem solidos.*

**FEMORASSES**, [ut *Femoracium*, Fime-tum. Vox etiamnum nota Sebastianis et Dumbensibus: quibus *Femera*, vel *Femora des Femorasses*, Loca sunt plena aquis e stabulis vicinisque flumis effluentibus.] Arestum Parlam. Paris. penult. Januar. ann. 1319. pro Archidiacono Uti-censi: *Quendam ortum cum suis pertinentiis et confrontationibus in loco vocato A la Crueria, etiam et quendam locum, ubi tenebantur Femorasses, scilicet sub censu 2. Remondensium quolibet anno Archidiacono qui esset, solvendum. Infra: In dicto loco de Crueria, ubi tenebantur dicti Femorasses, fecit edificari quandam turrin.*

\* **FEMULA**, Puella. Vita S. Zenon. tom. 2. Apr. pag. 71. col. 1: *Cæpit per os Femulæ regis filia demon clamare, etc.*

**FEMUR**. Viri inter *Femora* fornicantes, annum 1. pœnitere jubentur. in Pœnitentiali MS.

\* **FEMURALIA**, pro *Feminalia* vel *Femoralia*. Vide in hac voce. Glossar. Lat. ex Cod. reg. 4120: *Femuralia, proprie brachæ mulierum, quia tegunt femora mulierum.*

† **FEMUS**, pro *Femur*, legitur in *Inter-femus*. [\**Vide Oudendorp. ad Apul. Metamorph. lib. 8. pag. 590. et Probi Art. min. cap. 550.*]

\* **FEN**, Species, modus, ratio, pars artis vel doctrinæ, vox Arabica. Avicennæ opera in *Fen* dividuntur, ex Animad-vers. D. Falconet.

\* **FENACIL**, vox vulgaris, Feni acervus. Stat. ann. 1350. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 188. col. 2: *Item quod nulla persona sit ausa facere palheres neque Fenacils infra civitatem Nemausi, nec tenere paleam sive fenum, ultra unam cadrigatam. Haud scio an idem sonet vox *Fench*, in Lit remiss. ann. 1397. ex Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 290: *Lequel tison laditte Marion bouta dessoubz un warat d'estrain, qui estoit emprez, ou dedens une Fench joignant à la seuronde derriere de la maison dudit Jehan Pelart. Vide mox Fenarius.**

**FENAGIUM**, Gall. *Fenage*, [Feni, seu pro feno, pecuniæ præstatio.] Regestum censuum et Feodor. Carnoti fol. 55. in Camera Comput. Paris.: *Les rentes des prez, et la coustume, que l'en appelle Fenage. Vide Consuetud. Durdanensem in Processu verbali. [Antiquit. Recogn. S. Georgii Esper. Regest. Probus fol. xxvi. verso: Bernardus Moners et participes sui... dant Comitibus... XX. den. cens. pro Fenagio... et per dictum Fenagium debent esse liberi de Fenagio de S. Georgio. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 83: Omnes supradicti... reddunt XX. garbas frumenti et XX. ordæi et XX. avenæ de garbagio... et VI. Andegavenses ad festum S. Johannis pro Fenagio. Charta ann. 1199. apud Lobinellum Hist. Bri-*

tan. tom. 2. pag. 197: *Dedi etiam eis et quitavi Fenagium et avenagium quod percipiébam singulis annis. Occurrit in Hist. Delphin. tom. 1. pag. 116. 123. et supra in Asnagium.] Vide Fenaterium.*

† **FENALE**, Eadem notione, Pactum anni 1272: *Excipiuntur usatica, laudimia, consilia, quarti, quinti, sexeni, septeni, octavi, feuda, Fenalia, albergæ, etc. Fundatio Abbatæ B. M. Dalonis ann. 1114. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 201: *Donamus etiam supradictis fratribus terras de Fenalibus suis acquirere poterunt. Sed hoc in posteriori loco legendum Fevalibus, verèor etiam ne Fenalia legendum sit in priori.**

\* **FENALIS**, et parte che nuncia batalie. Glossar. Lat. Ital. MS. forte pro *Fecialis*.

† **FENALIS MENSIS**, Gall. *Mois Fenal*, sic dicitur Julius, in Collectione Edictorum Leodiensium edit. 1714. pag. 19. et 120: *Donoit l'an de gransce MIII<sup>e</sup> XXI. le x. jour de mois de Juillet, que on dit Fenal Mois. Iterum memoratur ibidem pag. 26. Statutum anni 1336. in Codice MS. urbis Commercii pag. 79: *Item à chascun bled chascun conduit nous doit chascun an un silleur et en Fenaulc un faulcheur. Aperta est vocis origo, a Fenum quippe quod mense Julio potissimum secatur, Fenalis mensis dictus est: apud Romanos vero Fenisecium vel Fenisicium, nostris Fenaison, mensi Junio tribuitur in veteri Romanorum Calendario apud Grævium Thesaurio Antiquit. Roman. tom. 8. col. 25. Vide Fenile. [\**Hewitmanoth*, apud Eginhardum, Germ. hodie Heumonath.]**

\* *Fenail mois*, in Charta redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. *Mois d'efenal*, eodem sensu, in Ch. ann. 1309. apud Thaumasser. internotas ad Consuet. Bellov. pag. 418: *Données à Nivelles l'an de grace NS. 1309. le Mierquedi prochain après les octaves S. Pierre et S. Pol, ou mois D'efenal. Vide infra Fenarium.*

† **FENARE**, Fenum secare et siccare, Gall. *Faner*. Charta Jurium Prioris S. Salvatoris in Diocesi Autissiod. ann. 1157: *Ad corvadas Fenandi et frumenta colligenda capellanus interesse debet. Tabular. B. M. de Bono-Nuntio Rotomag.: Ad prata nostra Fenanda.*

\* **FENARE**, perperam pro *Ferrare*, ferro equi soleam munire, in Comput. ann. 1330. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 28. col. 1: *Item pro Fenando aliquos ditorum ronsinorum in Avinione, et pro aptando duas bridas, quæ erant fractæ. Vide in Ferrum 1.*

**FENARIA**, Domus, [rustica, sædícula, vel etiam sædium appendix, locus ubi fenum aliaque grana frumentaria recon-duntur; Hispan. *Fenedal*, nostris *Fenil*, Provincialibus *Feniero*, dicitur locus, ubi fenum congeritur; an inde deducenda vox *Fenaria*, judicet Lector.] Charta ann. 1316. apud Fantinum Cas-truccio tom. 1. Hist. Avenion. pag. 176: *Item domus seu Fenaria de na Genolha, quæ est juxta domum liberorum Raimundi Pralati. Infra: Item una logia seu Fenaria Nicolai de Sabaudia, etc. [Vide *Feneria*.]*

\* Inventar. MS. ann. 1366: *Quod hospici-um est deputatum pro Fenaria seu palestrenaria domini nostri Papæ.*

\* **FENARIUM**, Tempus, quò fenum secatur, Gall. *Fenaison*. Charta commun. Clarimont. ann. 1248. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 600. art. 12: *Retinemus tres corvadas de hominibus et feminabus; unam in Fenario, et duas in messe. Vide supra Fenalis mensis.*

† **FENARIUS**, Gallice *Fenier*, Feni ven-ditor, in Statutis artium mechanicarum Parisiensium.

\* **FENARIUS**, Locus, ubi fenum conge-ritur et asservatur, vel feni acervus. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 287: *Qui Bonitus tenebat tunc in manu sua quemdam baculum, vocatum gayar sive croucit, cum quo trahitur fenum de Fenario pro animalibus. Vide infra Fenerius.*

† **FENATIUM**, a *Fenagio* distinguitur, idemque forsitan est, quod infra *Fenatio*, ni mavis pro *Fenestrarium* accipere. Acquisitio homagii Baronie Medullionis per Humbertum Dalphinum ann. 1293. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 35. col. 2: *Concessit cum juribus aliis... focagiis, Fenatagiis, servicis, censibus, taschis, quartonibus, Fenagiis, bannis, justitiis, cavalcatis, fidelitatibus, homagiis, etc.*

† **FENATERIA**, ut *Fenagium*, Præstatio feni. Antiquit. Recogn. Capreriarum Regest. Probus fol. xxix. v.: *Omnes fere ponunt per juramentum, quod quidquid est apud Cheverres est de feudo Comitit et tenetur de eo, quicumque illud teneant, et quod Comes habet abegeriam super omnes homines omnium Nobilitum de Cheverres, et forum quando ducit exercitum, et Fenateriam, et bannum, sicut super homines suos, et quod omnes libere tenentes de Castellania debent ei cavalcata, quando opus est ei et sibi placet. Et quod Nobiles de Cheverres habent similiter Fenateriam super homines Comitit, hoc tamen modo quod, si ipsi mittant garrisones vel nuntios suos ad domum hominum Comitit pro Feno ibi capiendo, nec potest capere garsio vel nuntius de feno nisi quantum potest apportare super caput suum. Si autem mittant aliquem cum equo, nec potest capere nisi quantum poterit ponere super collum equi per se sine auxilio alicujus, et non possunt Fenum capere in domo alicujus nisi semel in anno.*

\* Seu Jus capiendi fenum. Charta ann. 1256. in Dalphin.: *Item Fenateriam in pia nemoris de Merderel in certis et positis. Item fenateriam in pia nemoris de Genonis in certis et positis. Foignée, eodem sensu, in Ch. ann. 1372. ex Chartul. 21. Corb. fol. 265. v.: *Nuef vingt et dix journaux de terre, qui ne doivent Foignées, dismes, etc. Vide infra Fenerium et Fenerius.**

**FENATICUS**, Fœnicicus. Hesychius: *Φοινικιακός, κάρπβον*, Papias.: *Spadices, quos Fenaticos vocant, profusos, mirteas. Jo. de Janua: Spadix, et hæc spadica, palma, unde spadix, subrubeus, fulvus, sc. colore palmæ, unde et spadices dicuntur equi palmati, i. equi fulvi et rubicundi coloris, sicut palma, vel qui palmæ figuram in cruribus habent. Vide Equi palmati.*

† **FENATIO**, [Siccatio feni, cum versatur furcillis.] Charta Libertat. S. Kar-terii in Biturigib. ann. 1256: *Quiti et immunes erunt a talliis, charreis, falcationibus, Fenationibus, et omnimodis biennnis, etc. Charta ann. 1248. ex Tabular. S. Germani Prat.: *Fena pratorum meorum de brolio homines de Antogniaco et de Verreries Fenabunt, et homines de villa Haimonis de Feno quadrigas chariabunt.**

\* Qui huic servitio addicti erant, *furcam in pratis debere dicebantur*, ut in Bulla Alex. PP. III. ann. 1171. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. fol. 78. *Furcam ad prata fenanda*, in Ch. Barthol. episc. Laudun. ann. 1132. ibid. fol. 82.

2. FENATIO. Vide Fannatio.

FENATOR, qui *Fenisez*, Persio, Columellæ, et aliis, [vel Qui fenum versat furcillis, Gallis *Faneur*.] Charta Odonis Comitiss Corboliensis ann. 1111. apud Doubletum lib. 3. pag. 845: *Dimisi quasdam consuetudines, quas ibi accipiebam, scilicet Frescengagium, et Fenatores.* [Instrum. anni 1209. ex Archivis S. Vincentii Genoman.: *Contentio quæ vertebatur inter Monachos S. Vincentii et Galterum Militem super Fenatoribus, villicaria, decimis molendinorum, etc. sic est sedata... Itaque villa de Soudai remansit Monachis... ab omni exactione, scilicet Fenatoribus, villicaria et omni gravamine.* Charta Libertatum Claromontis ex Codice MS.: *Liberantur prædictos homines ab omni... tallia... Fenatoribus, falcatoribus, etc.* Charta Hugonis Domini Feritatis Bernardi ann. 1233. in Archivis Abbatiss de Pietate Dei, vulgo *L'espau*: *Nihil mihi et hæredibus retinens... neque Fenatorem neque vindemiatorem.* Statutum anni 1336. in Codice MS. urbis Commercii pag. 79: *Nous doit chascun an un silleur, et en fenaulæ ung faulcheur, cile qui auroit waingnage et deux Feneurs chascun an.*

FENCEMONTH, vox forestariorum, inquit Spelmannus, alias *Defense-month*, i. mensis vetitus, prohibitionis mensis, quo scilicet venari in forestis non licet, nec animalia in silvas immittere ad pasturam, ne parturientibus damis molestia inferatur. Sumit hic mensis initium a 15. die ante festum S. Joannis B. cum agitores et ministri forestæ pro *fannatione* bestiarum conveniunt, et finitur 15. diebus dictum festum sequentibus. Vide *Fannatio*.

¶ FENDEO, *Falana, multitudo*. Rhabani Mauri Gl. apud Diecmann. a *Fante* et *Fanter*, Satellites, famuli. Vide Schilte- rum in hac voce.

¶ FENDICÆ, Hiræ, illa, lucanica, a *findo*, quod ex fissis carnibus fierent. Non *Fendicas*, quæ et ipsæ sunt hiræ, apud Arnobium lib. 7. contra Gentes. Vide Martini Lexicon in *Feudica*.

\* FENDITUS, a Gallico *Fendui*, Ruptus, fissus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fendedura, Prov. fisura, rima, rimella*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1366: *Item datum pro quadam parva campana Fendita refundenda viij. franc. regal.* Hinc *Fendon*, pro Tabula scissa, in Consuet. Camerac. MSS.: *Li caretée de planque (doit) un Fendon taillé à cungnié de plaine paume.* *Fandace* et *Fendace*, pro Scissura, apertura, rima, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 96: *Par une Fandace de l'uyz virent les faulz marchanz dessusdiz couchiez devant le feu.* Aliæ ann. 1388. ex Reg. 129. ch. 218: *Icellui Jehan en soy jouant frappa desondit badelaire... a l'endroit d'une Fendace, qui étoit en laditte cote de fer près de la gorge.* Unde, ni fallor, *Plume fentisse ne escorchée*, in Stat. ann. 1341. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 547. art. 1.

\* FENDO, [Ad iram conceito apud veteres. Verbum est obsoletum, cujus composita *offendo*, et *defendo* sunt in usu. *Priscian*. 11. p. 923. *Putsch*. — 2. In Gloss. Isid. legitur *fensus*, iratus.]

¶ FENERIA. Idem quod *Fenaria*. Recognitionum Inventar. 18. pag. 41. de Vouta fol. 327: *Item plus pro quadam apillagium cujusdam domus sive Feneriæ suæ sitæ infra castrum.*

\* Bulla Pauli III. PP. ann. 1598. pro secularisat. S. Egidii: *Medietas horrei*

et *Feneriæ in eodem oppido sancti Egidii, etc.*

\* FENERIUM, Eadem notione, qua supra *Fenateria*. Charta admortisat. pro capit. Anic. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 60: *Item pro quadam Fenerio feni, quod habet et percipit annuatim in pratis nobilib Pontii la Roda.*

\* FENERIUS, Locus, ubi fenum congeritur et asservatur, nostris alias *Fénérier*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 250: *Quodlibet aliud genus clausurarum ad claudendum ortos, prata, blada, Fenerios, etc.* Lit. remiss. ann. 1453. in Reg. 182. ch. 328: *La femme de feu Fremin vint illec dire audit Cotier qu'elle avoit print laditte moutardelle ou Fénérier, et qu'elle la rendoit volontiers.* *Foingnier*, qui fenum vendit, in Lib. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 68. v.: *Quiconques veult estre Foingnier à Paris, estre le peut; c'est assavoir vendierres ou achetierres de foing.* Vide supra *Fenarius*.

¶ FENES, f. Stercoratio ovium, eadem notione, qua *Faldatum*: quod vide post *Falda*.

¶ FENESTA. Codex MS. Consuetudinum Fontanell. fol. 94. col. 2: *Ecce ordinatio refectorii de illis qui debent habere Fenestam.* Intelligo ferculum peculiare vel potius bellaria, quæ sic dicta fuerint, quod per *fenestram* cellæ penariæ ministrarentur: quare lubentius legerem *Fenestram*.

FENESTELLA. Charta ann. 1081. ex Tabul. Angeriensis, apud Beslium pag. 401: *Hoc autem volumus inserere, quod oblivioni tradetur Fenestellæ, quod super supradicta reddidimus unum equum cum sella et freno pretio 100. solidi.*

\* Nomen officii vel dotis videtur, in Necrolog. Autiss. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 258. col. 2: *Ipsa die exivit vita johannes sacerdos et canonicus, Fenestella optimus.* An ad cognomen Valeriorum spectaret hæc denominatio?

\*\* De *Fenestellis* in thecis sanctorum vide in *Brandeuim* 1.

FENESTRA, et *Fenestra versatilis*, in Monasteriis Monialium, per quam danda et recipienda traducuntur, quam vulgo *le Tour* appellamus. Occurrit non semel in Statutis Ordinis de *Sempringham* pag. 719. 727. 730. 757. Vide *Egilem* in Vita S. Sturmii Abbat. cap. 1. [Statut. Antiq. Abbat. Corb. cap. 7. lib. 2. et supra *Fenesta*.]

\* Locus etiam aliquando intelligitur colloquii destinatus, Gall. *Parloir*. Vita S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 587. col. 1: *Venit die quadam tardius ad sorores... Dominicus, et convocatis omnibus ad Fenestram, etc.*

FENESTRARIUS, seu FENESTRARIA, Cui fenestræ seu per fenestram res traducendi cura incumbit, in Statutis de *Sempringham* pag. 730. *Touriere*. [Statuta Concilii Trevir. ann. 1227. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 122: *In quolibet monasterio ordinetur monialis Deum timens, discreta, pudicitia et religionis amatric, quam Fenestriam vocant, quæ diligenter custodiat fenestram, quam sonante Completorio firmiter seret.*]

¶ FENESTRERIA, Eadem notione, in Charta ann. 1409. ex Schedis Præsidis de *Mazaugues*: *Item Fenestriæ mediam justicalem, etc.*

\*\* FENESTRÆ in tectis ædium. Disciplina clericalis cap. 25. § 1: *Ascendens tectum ad Fenestram per quam fumus exibat.* Joan. Capuan. Direct. vitæ human. in adnotat. ad Disc. Cler. Schmid-

tii pag. 157: *Ascendebam super domum et accedens ad fenestram.* Græcis dicebantur *Avapóριδες*. Vide Glossar. med. Græcit. in hac voce, Append. pag. 17.

FENESTRÆ, Ubi venum exponuntur merces levioris momenti. Charta Frederici II. Imp. ann. 1226. pro Ecclesia Asculana: *Licet habere et tenere planecam portatilem ad vendendum mercimonia, et tenere Fenestram apertam, etc.* Tabularium Episcopatus Autissiodorensis: *Omnes, qui tenent Fenestras, vendentes allia vel erucas, debent in quolibet sabb. obol. de suo mercato.* [Et infra: *Quilibet venditor aliorum et erucarum tenens Fenestram debet in quolibet sabbati obolatum mercedis suæ.* Litteræ Mauriti Parisiensis Episcopi ann. 1171. e Chartulario Monasterii Montis Martyrum: *Unam Fenestram qua panis venditur.* Charta anni 1220. ex Archivio Portus Regii: *Petronilla Alvernensis contulit Abbatiss de Portu Regio X. sol. Paris. singulis annis in Fenestra, quæ est supra Magnum pontem.*]

Leges Burgorum Scotior. cap. 67: *Nullus qui facit panem ad vendendum, abscondat panem; sed ponat in sua Fenestra, vel foro, ut communiter vendatur.* Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228: *Non licebit die Mercurii alicui aliquando vendere in stallis vel Fenestris, nisi in communi foro, etc.* Tabularium Monasterii S. Bertini: *Omnes, qui tenent Fenestram panis in Arques, dederunt Amanno de Arques qualibet septimana in die Dominica panem valoris veteris oboli. Menus Fenestriers, et petits Comporteurs, in Impositionibus Parisiensibus ann. 1349. in Regesto Memorial. Cameræ Comput. sign. C. fol. 62. Vide 1. Regestum Parlamenti sub ann. 1257. fol. 3. et Consuetud. Bituric. Thomasseri pag. 331.*

\* Nostris etiam *Fenestre*, eadem acceptione. Charta ann. 1197. ex Tabul. S. Petri Carnot.: *Hominibus autem villæ Villonis et Capellæ regis portas et Fenestras erigere ad vendendum et hospitandum... concedo.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 7: *Pour ce que icellui d'Estaples par coutume de ladite ville (de Douay) devoit tantost après estre banni à la moyenne Fenestre de la hale, etc.* Aliæ ann. 1453. in Reg. 185. ch. 299: *Le suppliant marchand espicier estant en l'ouvrouer ou Fenestre de l'ostel où il demeure, etc. Fenestre ou boutique de plusieurs denrées et marchandises, in aliis ann. 1445. ex Reg. 177. ch. 166. Hinc *Fenestrier*, Minutæ mercis propola. Stat. ann. 1294. in Reg. 205. ch. 304: *Item que nulz Fenestriers ou Fenestrières, ou regratiers ou regratieres ne puissent faire chandelle... pour vendre.**

\* *Fenestras et ostia tollere* licitum iis, quibus jus est domum occupandi ob census non solutos. Inventar. Chart. Monast. fol. 11. r.: *Cartæ tres... de viginti solidis censualibus... super quadam domum ad quatuor terminos persolvendis... Et possumus tollere hostia et Fenestras pro censu prædicto. Fenestre à bosse ou trailles sur rue, in Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 5. v.: *Fenestre Beauvoisienne, ibid. fol. 100. r. Fenestre Flamange, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 31.**

¶ FENESTRÆ MARTIS. Epitaphium Gauslini Archiepisc. Bituric.:

Octavas Martis superabat Apollo Fenestras,  
Cum fera mors famulis rapuit hæc gaudia moestas.

Hunc in locum Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 354. hæc notat: Ubi

primum hos versus legimus, visum est eos interpretari de mense Martio, cujus die octava Gauslinus obiit. At consulto Necrologio, in quo die 2. Septembris ejus obitus notatur, per Octavas Martis Fenestras, quas Apollo seu sol superasse dicitur, interpretatur horam octavam Martis seu feriæ tertiæ, quæ hoc anno (1029.) cum 2. die Septembris coincidebat.

\* In laudatis versiculis ex Epitaphio Gauzlini legendum *lustrabat*, pro *superabat*, ex Cod. MS. reginæ Suecorum, nunc in Bibl. Vaticana ejus. 592. alias 125. in quo legitur vita ejusdem Gauzlini, auctore Andrea Floriacensi monacho. Verum ex altero Epitaphio ibidem descripto efficitur haud felicem prorsus esse Mabillonii conjecturam, qui Martis fenestras interpretatur diem Martis seu feriæ tertiæ : unde mendum esse in laudato ibidem Necrologio patet :

Te recipit tellus viij. Martis in Idus, etc.

Quod iterum confirmatur ex notis chronologicis, quæ Epitaphium excipiunt in eodem Codice MS. : *Obiit autem venerabilis Gauzlinus abba Floriacensis et archipresul Bituricensium anno Dominicæ Incarnationis 1029. Indictione 12. anno sui regiminis 25. porro a restauratione templi 4. viij. Idus Martii, mediæ Quadragesimæ Dominica, ipsius noctis prima continenti hora.*

\* 2. FENESTRA, Lampadis genus. Vide infra *Ferietum*. Codex reg. 7887. fol. 3. vº. : *Hæc sunt ornamenta quæ A. de Brucia subprior dedit Deo et beato Marciali, ... Fenestram quæ illuminat coram, etc.* Haud scio an eadem notione in Testam. Abbon. canonici ann. 1191. inter Probat. Hist. Nem. pag. 32. col. 2 : *Dedit domui Dei duas culcitra cum cuscinis et Fenestram ferream ; an vero idem sit quod sequens*

\* 3. FENESTRA, Ciborium seu armariolum, ubi reponitur pyxis, in qua sacra Eucharistia asservatur. Stat. MSS. eccl. S. Laurent. Rom. : *Quotienscumque Corpus Christi renovatur, Fenestra in qua reponitur, ab araneis et pulveribus mundetur.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 214 : *Lesquelz pillars emporterent, ... une boiste où le Corps N. S. sacré reposeoit, laquelle ils prendrent en une Fenestre de ladite eglise.*

\* [« Johannelo magistro a lignamine... pro duobus candelabris pro cerio pascale et una Fenestra de corpore Christi. (Mandat. Camer. Apostol. Arch. Vatic. I, 17-21, f. 175. »)]

\* 4. FENESTRA, Apertura in silvis majoribus, ubi tenduntur casses ad rusticulas capiendas. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 138. rº. col. 1 : *Et se comance la première devise au coudres de Pauleon, près la Fenestre Guillaume de Chaumes, et s'en vet joignant la forest droit au trancheaz. Renaud Guarin. Quarum aperturarum jus, Fenestrage appellabant. Vide in Fenestragium 2.*

1. FENESTRAGIUM, Jus istud exponendi panem vel alias merces in fenestris. Liber censuum et *customarum* urbis Carnotensis ann. 1302. in Camera Comput. Paris. fol. 55 : *Le Fenestrage d'ileuc, c'est à savoir pour chascune personne, qui vent pain à fenestre en la partie, que le Comte a à Chastiau-neuf, vaut 15. sols.* Charta ann. 1294 : *En deniers, en blages, paages, Fenestrages, vinages, veirages, etc.* [\* Concord. inter Abbat. de Faversham et homines ejusd. villæ in Abbrev. Placit. ann. 5. Edward.

I. Kanc. 44. pag. 313 : *De quadam custodia, quæ vocatur Fenestrage, videlicet de percipiendi de quolibet mercatore vendente mercatoria in fenestra sua, quolibet die sabbati de quolibet fenestra unum quadrantem.*]

\* Seu Vectigal, quod ab exponentibus merces suas in fenestris exigitur. Charta ann. 1271. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 440 : *Avenagium, buscherium, Fenestragium, moutonagium, etc.* Reditus comitat. Namurc. ann. 1289. ex Reg. sign. *Le papier aux aysselles* in Cam. Comput. Insul. fol. 73. rº. : *Encor i a (à Namur) Li cuens les stalaiges, les wetaiges et les Fenestraiges.*

2. FENESTRAGIUM, præterea nostri appellabant, cum in hastiludiis, qui decertaturi erant, antequam in arenam descenderent, armorum suorum insignia ædium suarum fenestris aptabant, quo cunctis, ut dimicaturi, innotescerent. Jacobus Valerius in Tractatu MS. *du droit d'armes de Noblesse*, ubi de Torneamentis : *Quant ce viendra au Fenestrage pour cloer son blason, le heaume doit estre couvert trois doits ou environ du blason du chef de la banniere.* Vetus Ceremoniale MS. *Au cry des Tournois : Dit, que l'on faisoit Fenestre la veille du Tournoy, et pour faire Fenestre le Lundy, et pour tournoier le Mardy. En un autre cri : Or voyez, Chevaliers et Escuiers, qu'on vous fait à savoir un riche pardon d'armes, et tres-noble Tournoiement de par le blanc, et de par le vermeil, lesquels seront en la ville du Mans le 7. jour de May, pour estre as hosteurs, et lendemain faire Fenestres, et des blazons de leurs armes à faire Fenestre, et celuy jour faire le vespre de leur monstres pour lendemain tournoier.* Idem Valerius enarrans, ut armorum insignia ædium fenestris aptabantur : *Item doivent estre esteus deux Diseurs comme Juges, lesquels doivent appeller les Rois d'Armes et Heraulx, afin qu'il leur dient le nombre des heaulmes, bannieres, et penon, tant d'une marche, comme de l'autre : afin que lesdits Juges puissent partir plus justement les Fenestres dudit Tournoy. Item doivent estre portées les bannieres et penons ausdites Fenestres, ensembie leurs heaulmes et tymbres : et sous lesdits heaulmes doivent estre cloez les escuons de leurs armes. Et se doivent mettre par ordre des plus nobles de ceux, qui auront le plus veu, pour la garde de la banniere, et paraillement du penon. Item la veille du Tournoy les Roys d'Armes et Heraulx doivent porter lesdites bannieres et penons, et les heaulmes et tymbres toute ensemble esdites Fenestres environ l'heure de dix heures devant None : et se doivent lesdits Roys d'Armes et Heraulx départir, pour servir les nobles, et iceluy Tournoy. Infra : Il est de coustume de tout temps, que pour chascun blazon cloer, est deub au Roys d'Armes et Heraulx, qui attachent, et cloent ledit blazon, 8. sols.* Par. Fenester les bannieres, ibidem. Ratio etiam Fenestram, ut aiebant, faciendi, pluribus describitur a Renato Rege Sicilia, in Tract. de Torneamentis pag. 60.

¶ FENESTRAGE, in Tractu Ainetensi est jus habendi Fenestras seu aperturas in silvis majoribus, per quas mane et vespere transeant Rusticulae majores, et decidunt in casses qui ibi tenduntur.

\* 3. FENESTRAGIUM, Jus fenestras seu aperturas faciendi in domo sua. Charta ann. 1392 : *Quandam domum fortem, cum... juribus, introitibus, exitibus, apilagiis, Fenestragiis et pertinentiis uni-*

*versis. Fenestris, Apertura, in Pacto inter abbat. et commun. S. Richarii ann. 1324. ex Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 2 : Si aucuns veaut faire un Fenestris de une fenestre tant seulement entre deus potiaus, etc. Fenetre, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1395. ex Reg. 148. ch. 197 : Le mary vit par un pertuis ou Fenetre le ribault, qui estoit en l'ostel avec ladite femme. Vide supra Fenditus.*

FENESTRARE, Ugutioni, Fenestras facere, vel preparare. Fortunatus in Vita S. Albini Episc. Andeg. num. 18 : *Stantique duo cæci sunt pariter illuminati, tandem aliquando sumentes lumina diei ab umbra defuncti, nimirum agnoscentes ejus adminiculo se posse lumen consequi, cujus virtute potuissent paries Fenestrari.* [Gocelinus Monachus in Vita S. Augustini Cantuar. Mail tom. 6. pag. 398 : *Nitebat cæsaries, non arte, sed gratia calamistrata, celesti nive dealbata, patriarchaliter liliosa, frons speculativa Dominicæ cruci patebat, quam media coma pro columna formose Fenestrabat.* Ibidem pag. 394 : *Facies amabilis et reverenda, frons mediante coma suis columnis resulat Fenestrata ; hoc est, aperta inter cincinnos naturales a dextris et a sinistris pendulos, quos arte componi prohibent Statuta antiqua inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1190. his verbis : Prohibemus etiam ne Clerici, caractere neglecto, comas nutriant, aut Fenestrais tondantur. Vide Fenestratus.]*

\* Aliud vero sonat Fenestrer, Amicæ scilicet fenestris, more amantium, astare, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 394 : *Pierre de la Croix mist avant de aler Fenestrer et amer par amours une josne fille, nommée Jehannette.*

¶ FENESTRARIA, FENESTRARIUS. Vide Fenestra.

FENESTRATIM, Obiter, per transennam. Theodericus Monachus de Invent. S. Celsi Episc. Trevir. n. 4 : *Nos autem per lapinosos præcelsa gesta Fenestratim propalantes, humilibus oportet consentire.*

¶ FENESTRATUS, Fenestris apertus, perforatus, Plauto et Vitruvio. Inventarium Eccl. Aniciensis ann. 1444 : *Item alia parva mappa de canapi ad modum telæ cum tribus barris in uno capite et in medio cum aliis tribus de filo Pers et in capite Fenestrata.* Hoc est, si bene conjecto, ad instar rhomborum vitreorum, quibus ad fenestras uti solent, figurata: Vide *Calcei Fenestrati in Falceus.*

\* Hinc metaphoricè Corde fenestrato, pro Perspicaci et intima penetrante præcordia, ut interpretantur docti Edifores ad Acta S. Lupi episc. Trec. tom. 7. Jul. pag. 74. col. 2 : *Quam (Genovefam) dum corde Fenestrato conspiciunt, etc.*

\* FENESTRELLA, FENESTRELULA, diminut. a Fenestra, fenestrella. Cæremon. Rom. MS. fol. 6. vº. : *Interim vero prior diaconorum aperta sacrarii Fenestrella, quæ populus expectans videri potest, etc.* Instr. ann. 1479. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 508 : *Deliberatum fuit quod fieret una Fenestrelula in lapide, qui super hanc arcam jacebat, ad hoc ut sanctissimum corpus videretur. factaque Fenestrelula, etc.*

\* FENESTRIUNCULA, Eadem notione, in Hist. episc. Autiss. pag. 502. ubi de Guidone de Mello.

¶ FENEUS, Pauper, sine fide. Papias. Vide Feneus.

FENGANGI. Vide Fegangii.

FENGELDUM, Pecunia, vel tributum ad arcendos hostes erogatum, a Saxo-

nico fen, hostis, et geld, pecunia, tributum, in Chartis Anglicanis tom. 1. Monast. Anglic. pag. 1372. tom. 2. pag. 812. 827.

† **FENICIUM**, a Græco φοινίξ, color ruber, unde Ovidio Phœnicæ vestes, eadem quæ purpureæ. Consultationes Zachæi Christiani et Apollonii Philosophi lib. 2. apud Acherium Spicil. tom. 10. pag. 65 : *Et si fuerint delicta vestra ut Feniciam, ut nivem dealbabo ea ; si autem ut coccum, ut lanam candidam efficiam. In Fenicio obscuritas peccatorum, in cocco mens cruenta signatur.* Hæc Zachæus, qui reddit Græcum Isaiæ 1. 8. φοινικῶν, per Feniciam : melius scripsisset Phœnicæum. Vulg. Interpres habet Coccinum. Jo. de Janua : Feniciam, Herba fullonum quæ nigram facit tincturam ; unde Esa 1. Si fuerint peccata nostra quasi Feniciam. Melius dixisset coccineam vel rubram.

\* **FENICOBOLANUS**. Vide *Mirobolanus*.

\* **FENICULUM**, Locus, ubi fenum congeritur et asservatur, Gall. *Fenil*. Obiituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 184. r. : *Johannes de Saffris... dedit... dimidiam domum suam... exceptis stabulo et Feniculo.* Vide *Fenile*.

\* **FENIERA**, *Prov. Vexillum*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **FENIFICARE**, Fenum furcillis versare et siccare, Gall. *Faner*. Charta Hugon. abb. ann. 1193. in Chartul. S. Dion. pag. 255. col. 2 : *Fenum etiam Fenificabunt et in gargias (l. grangias) ducent.* Vide *Fenare*.

**FENILE**, in Gloss. vett. *Locus, ubi fenum ponunt.* Gl. Gr. Lat. : Χορτάκιον, *Fenile, Fenisecium, χορτόβολο, Fenilium. Fenisicium*, in veteri Kalend. mense Junio, Tempus, quo fenum secatur. Adde Varron. lib. 6. Lex Salica tit. 18. § 3 : *... Si quis scuriam cum animalibus, vel Fenile incenderit.* Adde Legem Bajwar. tit. 1. cap. 14. [Virgilium ipsum, Georg. 3. vers. 321 :

*Nec tota claudas Fenilia bruma.*

Et Ovidium *Metamorph. 6.*

*Positasque cremet Fenilibus herbas.]*

\* **FENISETA**, Columellæ Feniseca, Gall. *Faucheur*. Andr. Floriac. in vita MS. S. Gauz. Bituric. archiep. lib. 1 : *Salensis loci Fenisetæ, operi mediante jam die insistentes ; prospiciunt comminus quemdam reverendæ canitiei senem, etc.*

† **FENNA**, pro *Femina*, legitur in Charta an. circiter 1100. fol. 183. Chartularii Matisconensis.

\* **FENNIQUUS**. Libert. S. Marcel. ann. 1349. tom. 9. Ordin. reg. Franc. pag. 387. art. 19 : *Concessit eisdem quod venari possint ad omnia Fenniqui generis. Leg. : ad omnia ferarum genera, ex aliis Lit. notante D. Secousse. Vide Feramen.*

† **FENS**, pro *Fenum*, habetur in *Frossa*.

† **FENSUS**, *Iratus*. Gloss. Isid. Vox antiquata, unde *Infensus, Insensus*.

† **FENTATUS**, f. pro *Fœdatus*. Vide in *Effondatus*.

\* **FENULA**, f. Rastelli vel furcillæ species, qua fenum versatur. Glossar. Lat. Gall. ann. 1852. ex Cod. reg. 4120 : *Fenula, fenon*.

† **FENUTIO**, a φοινίξ, Color ruber, Pelles Purpurea. Vide *Parthiæ pelles*.

† **FEOA-FIRMA**. Vide *Feudofirma*, in *Feudum*.

\* **FEODALICIUM**, [Supellex. DIEF.]

\* **FEODARE SOCIETATEM**, Eam, fide data, inire vel firmare. Gesta consul. Andegav. tom. 9. Collect. Histor. Franc.

pag. 29 : *Barones Turonici pagi Feodaverunt societatem, et beneficium ecclesie largiti sunt.*

**FEOIDIUM**, *Feodum, Feodagium, Feodare, Feoderare, Feodatus, etc.* Vide *Feudum*.

\* **FEORALIS**, Qui agros alicui ad utendum dat sive locat. Charta ann. 1121. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1133 : *In primis juravit Petrus de Valle poni de suo tenimento de manso solidos iv. et staria iv. de grano, et iv. de milio, et iv. de favis. Hæc sunt Feoralis ; cætera scilicet et placitum et quaitiam, et alogamentum de manso, et albergariam redantur donacatæ curte, et eundo aut redeundo datur Feorali panis et vinum et annonam semel aut bis plus in annum.* Pluries ibi.

**FEORWENDEL**, Modus agri : quarta, ut videtur, pars acræ : nam Saxonibus, feor<sup>3</sup>, est quartus. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 913 : *Medietatem unius Feorwendel terræ de meo dominio, in eadem villa, et alteram medietatem unius Feorwendel, quam Augerus tenet.* [Vide *Farding*.]

\* **FEOUDIUM**, Feudum. Charta Haton. episc. Trec. ann. 1126. in Chartul. Pontiniac. ch. 132 : *Dicebant etiam se... quicquid illi ab eis ibidem Feoudia tenebant quoquo modo, Pontiniacensi monasterio ex eisdem Feoudiis concessuri erant, pariter concessisse.* Occurrit rursus in alia ann. 1400. ex Tabul. Flamar.

1. **FERA**, pro *Feria*, Nundinæ, ex Gall. *Foire*. Fulcoinus Monach. de Ogerio Carmentiacensi : *Præter censum, qui solvitur ad Feram in mense Maii, etc.* [Instrum. ann. 1040. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 441 : *Domino et sancto Leopoldino concessit ipse benignus Princeps Archembaldus ipsius loci Feram annuatim, et Feras omnes de cunctis hominibus ad feram venientibus, totum districtum in ipsa fera.* Ubi observandum vocem, *Fera*, 2. loco poni pro jure ipso *Feræ* quod persolvebant nundinatores. Memoriale Potestatum Regiensium, Auctore Anonymo, ad ann. 1211. apud Murator. tom. 8. col. 1082 : *Et eo anno incepta fuit Fera S. Mauricii, et fuit facta ad Pontem Platium in contrata S. Mauricii superius strate.*] Occurrit præterea in veteri Charta apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 5. cap. 9. n. 4. et in Libertatib. villæ de Moneto in Biturigib. apud Thomasserium lib. 1. cap. 65. Vide *Feræ* 3.

† **FERA**, Jus nundinarum quod Domino competeat. Privilegium Ludovici Imp. concessum Ramnino Abb. S. Sulpitii Bituric. ex Chartul. ejusd. Monast. fol. 30 : *Præterea concedimus in vestiaria et calcearia Fratrum monachorum sicut fuerat olim, omnes Feras annuales mercati cum integritate et districtum. Eadem notione usurpari in Charta ann. 1040. modo observavimus.*

2. **FERA**, Prædium rusticum, quod *Affare* alii vocant. Vide in hac voce. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ ann. 1108 : *Et aliam Feram cum mansionibus meis, ubi sto.* Infra : *In villa Limoso unam Feram cum suis mansionibus, et cum suis ortis, etc.* Vide *Feira* [in *Feræ*.]

3. **FERA**, Apri femina : nam et *Feros* pro apris dixerunt veteres, uti monitum a Salsmasio ad Capitulum pag. 268. Charta Fundationis Abb. S. Mariæ Santonens. ann. 1047. apud Sammarthanos : *Statuimus ut quotannis Abbatissa misso venatore suo, quoquomodo poterit, habeat de præfata silva ad recreandum femineam*

*imbecillitatem, aprum unum cum sua Fera, cervum cum cervâ, damum cum dama, caprum cum caprea, etc.*

**FERA REGALIS**, quam Angli *Staggon* appellant, in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 21. 24. 26. 34. ubi *Feræ regales* distinguuntur a *Feris forestæ* ; est autem *Staggon*, Anglis *Stagge*, cervus, cujus venatio regalis dicitur. [*Feræ majores* vocantur in Lege Bajwar. tit. 19. § 7.] Observat Nonius *ferum*, singulariter appellari cervum a Virgilio lib. 7. *Æneid.* vers. 489 :

*Pectabatque Ferum, puroque in fonte lavabat.*

Narrat vero Luthprandus lib. 3. cap. 4. Lanthbertum Mediolan. Archiepisc. Burcardo Suevorum Duci, quasi hoc esset privilegium amoris, concessisse cervum, quem is suo in brolio venaretur, quod nulli unquam nisi carissimis magnisque concesserat amicis.

**FERÆ FORESTÆ**, in iisdem Legibus forestæ cap. 21. 22. 27. ubi aper *bestia forestæ* dicitur, non vero *capreoli, lepores et cuniculi*. [\* *Bestiæ silvestres et omnes aves quæ alias aves capiunt non vero lepores et vulpes*, in chart. Adam. de Stanelai inter Placit. Johann. reg. in Abbrev. Placit. cap. 93. Ebor. rot. 2. in dorso.] Quippe, ut est apud Hyginum in Astronom. lib. 2. pag. 73. nobiles venatores circa lepores non versantur : unde carpitur Callimachus, quod Dianam dixerit leporum sanguine satiari. Libertates villæ de S. Pasadio in Biturigib. ann. 1279 : *Per totam dictam forestam... venari poterunt ad omnia animalia ita quidem, si magnam feram, cervum, aprum, capreolum, vel aliam grossam Feram ceperint, tenebuntur eam præposito vel Servientibus præsentare, etc.* Legibus porro Friderici Imp. lib. 2. de Feud. tit. 27. § 5. retia tendere, aut laqueos vetantur omnes, nisi ad *ursos, aut apros, vel lupos capiendos*. Aprorum tamen venationem Regibus propriam fuisse insinuat Theganus de Gestis Ludov. Pii cap. 20 : *In mense Augusto, quando cervi pinguisissimi sunt, venationi vacabat, usque dum aprorum tempus advenerat.*

**FERÆ BANNITÆ**, quarum venatio interdicta est, in Chartis ann. 1056. 1065. in Probat. Histor. Limburg. pag. 29. et apud Zyllesium pag. 40. Alia Henrici Imp. ann. 1049. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 365 : *Ut nemo absque licentia et voluntate præfati Episcopi successorumque suorum infra prædictos ejusdem foresti terminos banni conclusionem vetitos præsumat venari, aut aliquod genus Ferarum, quod in forestarum jure banni interdicitur, lege qualibet, venatoria industria capere, vel decipere.* Charta alia tom. 2. pag. 543 : *Ibique erat Banus Bestiarum prædictorum dominorum.* Sed hic agitur de prato, non de silva.

4. **FERA**. Matth. Silvaticus : *Pecus, i. animal monstruosum, quod generatur in utero mulieris, quod Salernitanæ mulieres vocant Feram.* Occurrit hæc vox, sed alia notione, apud Thomam Archidiacon. in Hist. Salonitana cap. 41. et in Historia Acuthæis de Gestis civium Spalatensium cap. 2 : *Quatuor cladibus antedictis, videlicet epidimia, fame, Fera, et ferro tota illa provincia... flagellata est.* Ubi *Fera* videtur esse pestis.

† 5. **FERA RECUSSABILIS**. Vide *Sphæra Italica*.

† **FERACULUS**, *Aliquantulum ferax*. Jo. de Janua ; unde emendandæ Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Feraculus, Felonnet, a ferox.*

† **FERAGO**. Vide *Ferrago*.

\* **FERAGALE**, **FERAGIALE**, **FEREGIALE**, **FERRIALE**, Idem quod *Ferrago*, Agri portio, in qua ad viridis tantummodo pabuli saginam ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur, viridarium. Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 151. r° : *Item super una eminata terræ, cum borda et Feragiali, quam Arnaldus Villarii tenebat, xvij. den. Tur. et obol. Turon.* Et fol. v° : *Item super una eminata orti, cum Ferreiali ad podium Martini, etc.* Fol. 152. v° : *Item super sex punheriatis Feragialis, ... unam carteriam frumenti.* Denique fol. 153. r° : *Item super uno Feragiali ad ortos de retro villam, ... unam pictam Turon.* Vide infra *Feragale*.

\* **FERAGIUM**, Pabulum viride ex ordeo, vel grano quovis, aut palea, sive feno, Gall. *Fourrage*; nisi sit Tributum pro feris seu nundinis exsolvendum. Charta Unfredi de Rohon confirmata a Carolo IV. ann. 1324. in Reg. 64. Charthoph. reg. ch. 42 : *Concessi Roberto Postello... domum suam... ab omni servitio quietam, exceptis istis, quatuor nummis... Feragii.* Vide *Feraticum* et *Feragium*.

\* **FERAGULUM**, *Coopertorium*, Gloss. Bibl. MSS.

\* 1. **FERALE**, Italis, Lanterna, in Gloss. Franc. Barber. ad *Docum. d'amore*. Vide infra *Ferletum*.

\* 2. **FERALE**, Peccatum mortiferum. Charta ann. 1045. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Nos fratres Petrus et Feraldus, metuentes Feralia nostra nostrorumque parentum innumerosa crimina, ex possessionibus nostris largimur S. Christi martyri Victori, etc.*

† **FERALITER**, Ferarum more. *Contra Pisanos fremebant illico Feraliter, et dentibus fredebant*, in Chronico Pisano apud Muratorium tom. 6. col. 105. Utitur etiam Petrus Damiani in Epistola a Mabillonio laudata tom. 4. Annal. Bened. pag. 577. et Fulgentius Mytholog. 3. 1.

\* **FERAMEN**, Fera venatica, *Ferum* et *Feramio*, Occitanis. Capitulare I. Caroli M. ann. 802. cap. 39 : *Ut in forestis nostris nemo Feramina nostra furari audeat, etc.* Capitulare de Villis cap. 36 : *Et Feramina nostra intra forestes bene custodiant.* Perperam *Fertaminibus* editum cap. 62. Charta Pipini Regis Franc. pro Monast. S. Dionys. : *Nec non et diversa Feraminum genera, seu et forastarios cum ipsorum mansibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes.* Alia Caroli M. pro eod. Monasterio : *Cum utriusque generibus Feraminum, cervorum, capreolorum, etc.* Eginhardus Epist. 7 : *Conviecti de quodam furto, furando Feramina in dominica foreste.* Capitula Caroli C. : *In Liguria porcos et Feramina accipiat.* Adde Capitulare 2. ann. 813. cap. 18. Philippus *Mouskes* in Histor. Franc. MS. ubi de Guillelmo Rufo Rege Angliæ :

Ciers i mist et bises, et dains,  
Puis Counins, lievres, et Ferains,  
Et maniere de sauvaigine.

Infra :

Et s'as les glises abatus,  
U tu as la forest plantée,  
Qui de Fierains est habitée.

\* **FERAMUS**, Idem. Lex. Aleman. tit. 99. § 4 : *Si rubeus Feramus cum ipso sagittatus est, etc.* Quo loco rubeus *Feramus* nostris dicitur *Beste fauve* : Gallis *Beste noire*. [\* Germ. *Rothwild*.] Occitani

*Feramio*, lupum, vel quamvis aliam feram silvestrem nuncupant, vel quodvis plantasma.

\* **FERANCUS**. Rigordus in Philippo Aug. de Franc. : *Quos cum multis post idem Valentinianus praeliis attentasset, nec vincere potuisset, proprio eos nomine Francos, quasi Ferancos, i. Feroces appellavit.* Respexit forte Rigordus Belgicum *Vranghe*, quod est acerbum, asperum, trux, ferox, unde etymon accessit Wendelinus. Vel potius id hausit ab Adone Viennensi in Chronico : *Francos lingua Attica Valentinianus Imperator a feritate et duritia atque audacia appellari primus voluit.* Præfatio ad Legem Salicam : *Gens Francorum inclitya, audax, velox et aspera.* Isidorus lib. 9. cap. 2. de iisdem : *Alii eos a Feritate morum nominatos suspicantur, eo quod bruti sint.* Gesta Francorum cap. 13 de Francis : *Quia populus Ferocissimus est. Feritas barbarica, in leg. 2. Cod. Th. de Postlim. (5, 5.) Ferocitatem eandem Gallis ipsis veteribus adscribit Egesippus lib. 2. cap. 9 : *Veniamus ad Galliarum incolas, populos natura Feroces, et naturalibus muris ferociores, etc.**

\* **FERARIA**. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959 : *Ferariam vel ficatiam vocant mimorbiam, quæ est schorphana, et urtica mortua a quibusdam vocatur, eo quod folia urticæ similia habeat, non tamen urentia.*

† **FERARIUM**, Locus, ut videtur, in quo feræ venaticæ concluduntur. Excepta Chron. Vetero-Cellensis apud Eccardum de orig. Domus Saxon. col. 102 : *Plures milites ibi percussit et Ferarium Regis destruxit.* Col. 103 : *Wilhelmus Marchio intravit Bohemiam cum exercitu valido et Ferarium Regis ante Pragam devastavit, ac Percussis plurimis militibus prospere revertitur.*

\* **FERASCO**. [Ferus flo. (Gloss. S. Germ.)]

† **FERATICUM**, Tributum pro feris seu nundinis solvendum. Donatio ann. 1086. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 268. col. 2 : *Locum illum ab omni seculari lege vel consuetudine liberum, banno scilicet, latrone, inventione, furto, foro, Feratico, teloneo, ambitum etiam, præcincturam atrii vel claustrum, etc.* Vide *Fera* 1.

\* **FERATRUM**, dicitur a *fera*, et sunt *Feratra*, tecta silvarum spissa. Ita Papias, et Jo. de Janua. Id est, loca in silvis spissiora, in quæ fera sese recipiunt.

\* **FERCIA**, apud Poetam Latinum XII. sæculi, Secunda scaccorum persona, quæ alias *Virgo*, nunc *Dolina* vel *Regina* appellatur, ut scribit D. *Feret* in *Disser.* quæ exstat tom. 5. Comment. Acad. Inscript. pag. 255. ubi hanc vocem accersendam docet a Persarum lingua, quibus *Ferz* vel *Ferzin* primum aulæ præfectum sonat, seu secundum a rege : unde Poetis nostratibus *Fierce*, *Fierche*, et *Fierge*. Mirac. B. M. V. MSS. lib. 2 :

La grans roine, la grans dame  
Ki du ciel est roine et Fierce, etc.

Ibidem :

Ne ja n'ara peon, n'auin,  
Roï, chevalier, Fierge, ne roc, etc.

Le Roman de la Rose :

Car on n'have pas les gargons,  
Fols, chevaliers, Fierges, ni rocs.

Poema Vetulæ :

Roy, roc, chevalier et auphin,  
Fierge et peon, etc.

Rursum :

La royne que nous nommons Fierge.

Poema Alex. MS. part. 2 :

Roy, Fierce, chevalier, auffin, roc et cornu  
Furent fet de saphir, et si ot or mola.

† **FERGO**. Vide *Ferto*.

\* **FERGOSTA**, Navigii species. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 25 : *Si aliqua navis, vel Fergosta, vel aliud vas appulsum fuerit.*

† **FERTUM**. Vide *Fertum* 1.

\* **FERCULA**, Quæ pro nuptiis celebratis Curiani seu Sacerdoti ex jure præstabantur, [vel ab iis exigebantur, etiam sub excommunicationis poena. Vide *Missus* 1.] Charta C. Archiep. Senonensis ann. 1200. in Tabul. Maurigniensi n. 79 : *Omne beneficium nuptiarum, sive fuerit in Ferculo, sive fuerit in alia re, etc.* Statuta Synodalia Odonis Episcopi Parisiens. cap. 7. § 4 : *Prohibetur districtè sub poena suspensionis, ne ullus Sacerdos aut Capellanus exigat aliquod ante benedictionem nuptialem, sive pro testimonio ferendo, sive pro matrimonio celebrando occasione Ferculorum, quæ debentur pro nuptiis : celebrato autem matrimonio, recipiat Fercula sua, et exigat, si necesse est sicut consuetum est.* Id etiam statuitur in Constitutione Odonis Legati contra Simoniacos lata in Concilio Provinciali Syriæ ann. 1254 : *Item et pro officio circa celebrationem nuptiarum impendenda, quoddam Ferculum et duas ampullas vini, vel aliquod simile pretium a nubentibus exigunt et extorquent.* Bulla Alexandri PP. ann. 1234. apud Perardum in Burgundicis pag. 434 : *Si autem ultra 4. denarios datum fuerit pro eis, duæ partes erunt Prioris, et tertia pars erit Sacerdotis, et Fercula pro nuptiis celebratis, vel quod datur nomine Ferculorum.* [De Ferculis nuptiarum vocatis *Espauls*, in Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296.] Vide *Verinuptum*.

\* Debebantur quoque in purificationibus mulierum, ut colligitur ex Charta ann. 1178. in Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 92 : *Habebit (presbyter parochiæ) baptisteria, confessiones, refectiones in nuptiis et in purificationibus mulierum constitutas, etc.*

† **FERCULARE**, ut *Ferculum*, Gall. *Mets*. Charta Petri Abb. S. Crucis de Talemundo ann. 1366. de officio Aquarii : *Item tenebitur dictus Aquarius in vigiliis festorum principalium... duo Fercularia plenaria ministrare, videlicet in quolibet ferculo tres pecias marlucci, etc.*

† **FERCULARIUS**, Dapifer, de cujus dignitate in aulis Regum infra dicitur in *Senescallus*. Post Heinricum Fr. Reg. Annam Reginam, Philippum Heinrici filium et Regem jam designatum, Robertum et Hugonem fratres ejus, Rodulfum Comitem, Mainardum Archiep. Senonensem, Rainaldum Camerarium, *Guillelmus Fercularius* subscribit Chartam, cujus meminit Mabillonius tom. 4. Annal. Benedict. pag. 552.

† **FERCULATUS**, Ferculis pastus. Andreas Abb. in Vita S. Johannis Gualberti, Julii tom. 3. pag. 346 : *In qua diu penuria ita erant exultantes et gaudentes, velut solent letari homines ceteri deliciis multiplicibus Ferculati, et opibus nimis ditati.*

\* **FERCULUM GENERALE**. Charta Joannis Thesaurarii S. Quintini ann. 1094. ex Tabulario Humolariensi Ch. 30 : *Ordinavit etiam caritas eorum, ut in die S. Trinitatis, quæ ante Domini adventum quibusdam in locis celebratur, die scilicet*

mæ nativitatibus, quamdiu viverem, et in anniversaria mei transitus commemoratione refectio eorum uno quolibet generali Ferculo communiter et indesinenter ampliaretur, etc. Vide Generale.

**FERCULUM**, Gestatorium, sella gestatoria. Anastasius Bibl. in Hist. de Exilio S. Martini PP. pag. 86: *Jussit eum surgere a Ferculo, et stare. Supra Gestatorium, Gestatorium sedile, et portatorium, dixit. Cantica Canticorum: Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani, columnas ejus fecit argenteas. In quem locum Aponius: Ferculum a ferendo nomen accepit.*

¶ Notum est apud Latinos Ferculum fuisse Gestamen, quo in pompa uti solebant: quocirca Tullius lib. 1. Off. dixit: *Cavendum est ne tarditatibus utamur in ingressu mollioribus, ac similes pomparum Ferculis esse videamur. In his ferculis deferri conseruantur simulacra oppidorum, coronæ, machinæ et id genus alia. Consule lexic. militare Caroli de Aquino voce Ferculum.*

**FERDELLA** TERRÆ, Quarta pars virgatæ terræ, ut colligit Spelmannus ex veteri MS. cujus hæc laudat: *Decem acra terræ faciunt secundum antiquam consuetudinem unam Ferdellam, et 4. Ferdellæ faciunt virgatam, et 4. virgatæ faciunt unam hidam, et 4. hidæ faciunt unum feodum militare. [Madox Formul. Anglic. pag. 54: Ego saisiui prædictum Thomam inde per ramum arboris, ad tenendum in capite de me per servitium quinque partis unius militis, cum quinque Ferdellis terræ de Bacwella.] Vide Ferdingel.*

¶ **FERDELLUS**, Fasciculum. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 396. de S. Alena: *Et iterato per eosdem repositum in quatuor Ferdellis in præsentii capsula altera die. Vide Ferdellus.*

**FERDFARE**, in Fleta lib. 1. cap. 47. § 23. est *Quietantia eundi in exercitum. Vide Firdefare.*

**FERDINGEL**, Modus agri. Domesdei tit. Somerset, Ermenton: *Huic manerio pertinent consuetudines istæ: de Ferdingel 30. den. etc. Ubi Spelmannus observat, Agrimensores Anglicos Forthindæl usurpare de quarta parte acra: putat tamen hoc loco Ferdingel intelligi, vel de quarta parte virgatæ 5. acras continentis, vel de quarta parte carucatæ, vel ejusmodi alicuius mensuræ. [Vide Ferdella.]*

¶ **FERDINGMANNUS**, Thesauri custos. Batavicum vocabulum. Joan. Skenæus de verborum significatione pag. 66.

**FERDONI**. Vide Ferto.

¶ **FERDWYTHI**. Vide Faldurthi.

**FERDWYTA**, juxta Fletam lib. 1. cap. 47. § 15. est *Quietantia murdi in exercitu. Id est, ut interpretatur Edw. Cokus ad Littletonem sect. 96. liberum esse de oneribus armorum. Occurrit in Monast. Angl. tom. 1. pag. 390. Vide Firdwita.*

¶ **FEREÆ JUDAICÆ**, pro *Ferix Judaicæ*, ut arbitrator, sui Dies, quos Judæi colunt ab opere servili feriando seu cessando. Canones antiqui penitentiales, apud Acherium tom. 11. Spicil. pag. 72: *Augustinus vel incantationibus servientem a conventu Ecclesiæ separandum; similiter et Judaicis superstitionibus vel Fereis inherentem. Vide Ferix.*

\* **FEREBERES**, Wepsum, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

\* **FERENARIUS**. [Vexillifera; Sagittarius. DIEF.]

**FERENDARIUS**, Procurator, qui vice alterius in judicio causam agit: Germ.

*Fursprech*. Occurrit non semel in Speculo Saxonico lib. 1. art. 60. 61. 62. 63. lib. 3. art. 14. 30. etc. [¶ Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 559. voce *Fursprech*.]

\* **FERENDUM**, Officii ecclesiastici species. Formula, qua alicui vices archiepiscopi committuntur, in Formul. MS. fol. 48. vº: *Ecclesias aut dignitates, et præbendas, beneficia et Ferenda, ac stantias, quæ in civitate et diocesi prædictis per cessionem, renunciationem vel mortem, vel alio quovis modo vacaverint in posterum, vel hactenus vacaverunt, quorum ad nos collatio, provisio seu electio quocumque spectat, personis idoneis libere conferre possit.*

¶ **FERENTARI**, Nonio, Milites levis armaturæ, quod quidquid opus esset, auxilio ferrent excursu levi, armis gravibus non impediti. De iis etiam Varro lib. 6. et Festus. Sallustius de Bello Catilin: *Postquam eo ventum est, unde a Ferentariis prælium committi posset, etc. Annal. Novesiens. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 673: His Ferentarii et nauatæ aliquot, qui ad hoc operam suam Parmensi elocabant attractis naviculis occurrunt. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: Ferentarius, Porteur de banniere, ou de saiette, ou de fonde.*

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Ferentarius, qui fert vexillum, Banderier, a bandiera, Prov. vexillum. Vide Ferentes.*

¶ **FERENTARIUM**, Ferculum processionale. Joan. Longinus in Vita S. Stanislai Episc. Maii tom. 2. pag. 254: *Omnis illa multitudo processionaliter ordinata, vexillis quam plurimis et Ferentariis præcedentibus, Episcopo consistente in medio.*

**FERENTES**, Milites Bannereti. Anonymus de Rebus Friderici II. Imp. pag. 887: *Factum est itaque, quod dum prælibatus Vicarius prope Schiaccam magnum Siculorum exercitum congregasset, et illi potissime, qui vocati in partibus illis vexilla ferebant, appellati vulgari linguositate Ferentes, fidem Regis Karoli profiteri viderentur, etc. Vide Bannereti.*

**FERERIUS**, [Idem f. qui *Feretrarius* infra.] Ceremoniale Roman. lib. 1. sect. 2. pag. 29: *Fererius tapetum (portat) et parum scabellum, et cussinum.*

¶ **FERET**, pro *Fertur*. Scriptura anni 891. inter Concilia Hisp. tom. 3. pag. 162. col. 2: *Pergit per terminos de Populeros, et Ferat in rivolum Chave.*

\* **FERETITAS**, pro *Feritas*, quod proprium est feritatis. Charta ann. 1357. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 448: *Dictæ feræ et bestie silvestres... gentibus diversa dampna irreparabilia inferunt; et cornua, dentes, et ipsorum Feretitates contra ipsos erigunt.*

\* **FERETRALE**, Nomen loci, a feretro, ut videtur; f. quod prope cæmeterium vel patibulum situs erat. Charta ann. circ. 1077. inter Probat. tom. 2. Occit. col. 294: *Dono etiam extra muros prædictæ urbis Tolossæ terras omnes, quas habeo ante portam civitatis, ubi vocant ad Feretrale. Vide Feretrum 1.*

¶ **FERETRARIUS**, Custos sacrarum Reliquiarum in feretro reconditarum. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 579. de S. Etheldreda: *Et in cloacam projecit (imagines) non designans eis locum usque ad fratris Roberti Bykeling Feretrarii et Monachi Elyensis adventum.*

1. **FERETRUM**, Νεκροφορεῖον, Isidoro lib. 18. cap. 19: *Ubi funus deferitur. Sarcophagus, in veteri Inscriptione apud Gruterum 607. 1. seu capsula, vel arca, qua*

effertur corpus humanum. Gloss. Græc. Lat.: Φορῖον, *Lectica, Feretrum*. Servius et Isid. lib. 20. cap. 11: *Feretrum, Locus, ubi mortui feruntur, et est Græcum nomen, nam Græce φορρεῖον dicitur. Gloss. Ælfrici: Feretrum, Bære*. Unde nostris *Biere*. Fortunatus lib. 6. Poem. 7:

Interea vehitur tristi lachrymosa Feretro,  
Solvit et exquilas obsequialis amor.

Leges Henrici I. cap. 86: *Amici extrahant mortuum, deferentes in Feretrum, et portantes eum ad Ecclesiam. Hinc Fieries, et Fierres loculos aut capsas, in quibus Sanctorum corpora vel reliquiæ reconduntur, dicimus. Hugo Flavinus pag. 123: Ornamenta Ecclesiastica quamplurima et Feretrum, ubi sunt reliquiæ Sanctorum, etc. Bercarius Presbyter in Hist. Episcopo. Virdunensium n. 19: *Feretrum, ubi sunt nunc reliquiæ Sanctorum, honestissimo decore composuit. [Epistola Prioris S. Milburgensis de Venelot in Anglia circiter ann. 1166. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 476: Egreddente Conventu cum Feretro comitante innumerabili multitudine hominum utriusque sexus, ad processionem, ut moris est Ecclesiæ nostræ, etc. Et tom. 3. col. 644. G. in Chronico Johan. Iperii Bertiniano: Sedata quodammodo seditione, Ecclesiæ thesauri distrahantur, ciboria, Feretra, ceteraque jocalia auro et argento decrusantur, etc. Item in conductu processionali Feretri B. Mariæ, etc. in Obituario MS. Eccl. Morinensis fol. 30. ubi semel et iterum recurrit vox Feretrum ead. notione.] Will. Guiart. ann. 1205:**

Et si enclous et encagies,  
Come un cors saint en une Fierre.

**FERETRA** reliquias Sanctorum contentia ad corrogandas eleemosynas in reedificationem Ecclesiarum aut in alias necessitates cum processionibus circumlata, non semel legere est. Has processiones ad offerendum vocat Ægidius Aureæ Vallis in Hist. Episc. Leod. cap. 55. Vide *Reliquiæ*.

**FERETRO** CABALLARIO VEHI, apud Bedam in S. Benedicto Episcopo cap. 21. et in Vita S. Erkenwaldi Episcopi Londoniensi.

**INFERETRARE**, Feretro inferre. Lambertus Ardensis pag. 19: *Hujus autem reverendissimum sanctissimæ Virginis corpusculum populo demonstravit, et Inferetavit venerabilis Ecclesiæ Morinensis Episcopus Milo secundus.*

\* 2. **FERETRUM**, Pyxis, in qua sacra Eucharistia reconditur. Ordin. MS. eccl. Rotomag.: *Finitis matutinis (Dominicæ in Ramis palmarum) deferatur Corpus Domini ad locum determinatum in Feretro a duobus sacerdotibus de secunda sede in albis, et sint duodecim famuli circa Feretrum portantes duodecim torchias.*

¶ **FEREUM**. Litteræ anni 1285. apud Rymer. tom. 2. pag. 262: *Venditor extraneus... de salmaca Ferei vel pannorum laneorum 2. den. An legendum Feroi?*

¶ **FERHELETO**. Vide Ferthebero.

¶ **FERO**. Vide in Ferto.

1. **FERIA**, Transitus est qui cymba fit in ulteriorem ripam. Trajectus. Sed hoc a Saxon. fær seu fare, Iter, et Eie, aqua. Hinc fær-secat, naulum. Gr. πορθῖον, a πορθῖον, trajicō, transvehō: atque inde portus. Ita Spelmannus.

2. **FERIÆ**, Singuli dies hebdomadis dicti, ut est apud Hieronymum, non quod in iis feriandi necessitas incumbat, sed a septimana Paschatis, quæ



erat immunis ab opere faciendo, et feriata. Unde cum sex illi dies post Pascha feriati essent, et ea esset prima anni Ecclesiastici hebdomas, inde factum, ut omnes dies septimanæ vocarentur Feriæ. Lex enim est Constantini M. qui hebdomadas ante et post Pascha, ἀπαύτωντες et feriatas sancivit. Sed usus obtinuit, ut posterior tantum esset feriata, ut est in Syn. in Trullo can. 66. Will. Brito in vocabul. MS.: *Feria idem est, quod cessatio, unde et diem solennem antiquitus Feriam appellabant, i. cessabant ab operibus servilibus... Et nota, quod Judæi dies sabbati appellant, nos autem Ferias dicimus, quod omnibus die feriari, i. cessare a peccato debemus, unde dicimus primam Feriam, sc. diem Dominicum, secundam, tertiam, quartam, quintam, sextam, sabbatum.* Similia habet Joann. de Janua. Tertullianus lib. de Jejunio cap. 2: *Proinde nec stationem, quæ et ipsæ quidem suos dies habeant, quartæ Feriæ et sextæ.* Primus igitur hebdomadæ dies Dominicus dicitur: qui post sequitur, secunda Feria; et sic deinceps. Vide Durand. l. 7. cap. 1. n. 10. II. et Henric. Valesium ad Eusebii lib. de Martyr. Palæstin. cap. 1. Beda in Hymnis:

Nostrum more dies Feriæ sunt nomen habentes.

[\* *Feria 8. Epiphaniæ Domini, in chart. ann. 1314. ap. Haultaus. Chronol. med. ævi pag. 49. i. e. in octava Epiphaniæ; Feria 8. proxima ante festum Galli, in chart. ann. 1302. apud Guden. Cod. Diplom. tom. 8. pag. 964. i. e. Die Martis qui præcedit Festum S. Galli.]*

\* *Fere, eadem acceptione, in Vita S. Ludov. edit. reg. pag. 310: Il fesoit chascun jour chanter messe du jour à haute voix et à note, convenable à la Fere ou de la feste.*

\* *FERIA AD ANGELUM.* Ordinar. MS. eccl. S. Vulfr. Abbavil. XIV. sæc.: *Feria quarta jejuniæ ante Natale, quæ dicitur ad Angelum.* Ab Evangelio, *Missus est Gabriel Angelus, quod in ea feria cantari solet, sic nuncupatur.*

\* *FERIA COEPI NATI,* Quarta post Dominicam *Lætare.* Dicitur etiam *Feria vel Dies magni scrutinii.*

† *FERIÆ DE EXCEPTO* dicuntur in Ecclesia Ambrosiana juxta Macros in Hierolex. omnes currentes dies ab ultima Dominica Adventus, usque ad Christi Nativitatem, quod majori solemnitate celebrantur.

*FERIÆ LEGITIMÆ,* in Pœnitentiæ Romano, Theodori, et Bedæ, crebro occurrunt, verbi gratia: *Si infra 30. annos adolescens fornicationem faciat, tres quadragesimas, et legitimas Ferias... pœniteat.* Id est, jejuset tres quadragesimas, præter *Ferias legitimas,* seu dies, in quibus indicta sunt jejunia ab Ecclesia, [hoc est, Feria secunda, quarta et sexta, quibus jejunare in Ecclesia consuetum erat.] Infra: *Presbyter cum puella fornicans, annos quatuor, et tres quadragesimas in anno, et Ferias quartam et sextam in pane et aqua.*

\* *FERIA MAGNIFICAT,* Quinta post Dominicam *Oculi.* Dicitur etiam *Salus populi.*

\* *FERIA QUINTA MAGNA,* Majoris scilicet hebdomadæ, in Tract. pacis ann. 1466. inter Leg. Polon. tom. I. pag. 209.

\* *FERIÆ ROGATIONUM,* Dominica *Rogate* et feriæ duæ quæ eam sequuntur.

† *FERIA SEXTA MAGNA,* Dies Parasceves, Feria sexta majoris hebdomadæ. Miracula B. Simonis de Lipnica tom. 4. Julii pag. 561: *Incipiens a Feria sexta*

*magna usque ad Feriam secundam Paschæ.*

† *FERIA SEPTIMA,* pro Sabbatum, in Vita S. Folcuini Episc. Tarven. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 628: *Transiit autem anno Incarnationis Dominicæ octingentesimo quinquagesimo quinto, Indictione tertia, Feria septima vesperscente. [\* Feria septima major, Vigilia Paschæ.]*

† *FERIÆ SOLEMNES,* Dies festi, quibus ab opere servili cessandum. Rudolphus in Vita B. Rahani Episc. Mogunt. sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 16: *Dies erat natalitius Sanctorum martyrum Januarii et Magni: præceptum est omnibus... ut ea die a rurali ac servili opere vacarent, diemque festum agerent. Contigit in villa quadam... ut unus eorum... cum suis exiret in agrum... ceteris solemnes Ferias celebrantibus.*

\* *Feria 2. qua cantatur Sicut oculi servorum 5. Idus Martii ann. 1185.* in Gall. Christ. tom. 3. Probat. col. 49. Secunda post Dominicam *Invocavit.*

\* *Les Foiriées de Noël,* in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 189.

*FERIARI,* Diem festum colere, ab opere servili cessare. Hayto Episc. Basiliensis cap. 8: *Feriant vero per annum isti sunt dies, etc.* Passim. [Active sumitur in Vita B. Meinwerck tom. 1. Junii, pag. 521: *Et Papiam rediens sanctum Pascha ibidem Feriavit.*]

\* *Nostris Férer, Foirer et Foirier.* Stat. eccl. Turon. ann. 1396. cap. 52. ex Cod. reg. 1237: *Pronuntiandum est laicis, ut sciant tempora Feriant per annum. Ubi versio Gall.: Il est assavoir aus laiz le temps de Férer les festes.* Stat. ann. 1390. inter Consuet. Genovef. MSS. fol. 2. v.: *Nulz fourbeurs ne peut, ne ne doit au jour de feste, que li commun de ville Foire, fourbir.* Charta ann. 1314. in Chartul. S. Maglor. ch. 54: *Lequel arbitre... en pourra ordener... toutesfois que il li plaira à jour Foirié ou non Foirié.* Occurrit præterea in Lit. ann. 1381. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 594. art. 12.

*FERIALES, Libri,* in quibus conscripta erant festa Martyrum. Epistola Chromatii et Heliodori Episcoporum ad B. Hieronymum de opere Martyrologii colligendo: *Ut famosissimos FERIALES de archivio S. Eusebii Casareæ Palestinæ Episcopi inquirens, Martyrum ad nos dirigas festa.* Vide *Feriale* suo loco.

† *FERIALES DIES,* Dies hebdomadis officio Sanctorum vacantes. Constitutiones Cardinalis Mendozæ tom. 4. inter Concil. Hispan. pag. 25. col. 1: *Celebratur singulis diebus Ferialibus, quæ non sint festa de præcepto, Missa de mane, quæ terminetur ante ortum solis.*

*FERIATICI DIES,* Feriæ hebdomadis. Capitul. Caroli M. ann. 813. cap. 28: *De fardosis hominibus, qui solent incongruas commotiones facere, tam in Dominicis diebus, quamque et aliis solennitatibus, sicuti et in Ferialibus diebus.*

† *FERIATUS DIES,* Festivus. Concil. Pisanum tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 271: *Suam convocationem die Feriali indicerunt, scilicet ipso die Sancti Johannis Baptistæ. Feriali dies, quibus divino cultui vacatur, in Capitul. Caroli C. cap. 8.*

\* *Férable,* eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 179: *Après plusieurs choses, fut par ledit Guiot et Regnaut son frere parlé de monsieur saint Gregoire, en disant que c'estoit un glorieux saint, et qu'il avoit esté cordouennier. Voirement estoit il cordouennier, dist ledit Perreau sup-*

*pliant; mais sa feste n'est pas Féritable.* Unde S. Gregorium, qui Magnus inscribitur, sutoriam artem exercuisse acceperint, penitus ignoro: is tamen hic designatur, cum de eo sermo sit, cujus festum mense Martio celebratur.

3. *FERIÆ, Nundinæ, Mercata,* Italice *Fiere, Gallis Foires, Foyres et Marches,* apud Brittonum pag. 21. 23. 30. etc. Ita porro appellatæ, quod ut plurimum in Sanctorum Patronorum festivitibus, vel Ecclesiarum encænii ac dedicationibus institutæ fuerint, cum scilicet vicinorum populorum ad illas frequens fit concursus. Charta Ludovici VI. Regis ann. 1117. ex Tabular. Maurigniacensi: *Nundinas, quas Ferias vulgariter appellamus.* Acta Episc. Cenoman. [tom. 3. Analect. Malbillonii pag. 321.]: *Dederunt B. Juliano unam Feriam in Civitate Cenomanensi in anniversario die Consecrationis matris Ecclesiæ tribus continuis diebus celebrandam, scilicet die Dominica et die Lunæ.* Consuetudo Lorriaci ann. 1187: *Quando homines de Lorriaco ibunt Aurelianis cum mercatura sua, pro quadriga sua solum nummum persolvant in urbis egressu, scilicet quando non ibunt causa Feriæ, etc.* Charta Philippi Regis Francor. ann. 1195. in Tabul. Prioratus S. Nicasii Meduntensis fol. 15: *Feriam quoque, quam nomine alio mercatorum nundinas dicunt, etc.* Charta Foundationis Abbatæ sancti Stephani Cadom. apud Lucam Acherium in Notis ad Vitam Lanfranci: *In territorio Cadomi Feriam 3. dierum, ita ut quoties quilibet horum dierum in secunda Feria emerit, totum mercatum magni burgi sit S. Stephani.* Occurrit passim, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 410. tom. 2. pag. 37. in Fleta lib. 2. cap. 63. § 2. in Miraculis S. Aigulfii cap. 2. apud Will. Thorn. ann. 1125. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 298. etc. Vide *Nundinæ*, [\* et S. Rosa de Viterbo Elucidarii tom. 1. pag. 440. sqq. voce *Feira.*]

\* [« Sciatis me concessisse Deo et sanctæ Fidi de Horsam et monachis ejusdem loci ut habeant *Feriam* quoque anno, videlicet trium dierum in vigilia festi et in secunda die festi, cum omnibus illis consuetudinibus quas *Feria* debet habere et pacem habeant venientes ad *Feriam* et redeuntis. (Cartul. Conchar. Ruthen. an. 1108. p. 370). »]

*FEIRA,* et *FIRA,* Eadem notione. Charta Hugon. I. D. de Peritate, in Historia Monasterii S. Audoeni Rotom. pag. 460: *Præterea Ecclesiam Bilci et Feiram S. Martini Feiram etiam S. Michaelis, et Feiram S. Margar. et Ecclesiam de Osbervilla, etc.* Vide tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 289. Charta Petri Regis Aragonum in Constitutionibus Catalaniæ MSS.: *Nundinas sive Firas et mercatos nostros sub eorum regimine et securitate ponimus.*

\* *Faire,* in Charta Joan. de Pontivo comit. Albemal. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 230: *Je weuil et otrroi que lesdiz religieuz aient une Faire au jour de la S. Martin de yver, et que il aient touz les profiz, qui de ladite Faire puissent istre.* *Feire,* in Ch. ann. 1828. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 243.

† *FIRUM,* Eodem significatu. Acta consecrationis Eccl. Villæ Bertrandi ann. 1100. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1222: *In eodem quoque loco vel in omnibus spatiis a crucibus determinato ab ullo viventium placita non celebrantur, et mercatus vel Fira sive nundinæ non teneantur, etc.*

In Foris Aragonensibus et eorum Ob-

servantiis, *Feria dicitur haberi loco auctoris*: ita quod, si quis equum vel rem aliam quamvis in *Feria* seu nundinis emat, non teneatur dare auctorem ei, a quo emit. Vide *Michaelem del Molino*, in Repertorio, in verbis *Autor* et *Feria*. [\*\* Idem apud Anglos obtinuit. Leg. Edow. Confessor. cap. 39: *Quod circa S. Martini consueverant animalia in Foro mercari sine plegio.*]

\* *FERIA AURELIANENSIS*. Charta Ludov. Jun. ann. 1170. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 505: *Rotroldus Parisiensis pondus et chordam ad mensuranda isembruna in Feria Aurelianensi, quæ dicitur Feria Martii.*

\* *FERIÆ CALIDÆ ET FRIGIDÆ* apud Trevas olim celebres, ratione temporum quibus habebantur sic appellatæ, prima scilicet in festo S. Joannis mense Junio, altera ad S. Remigium r. Octobris. Charta ann. 1299. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 63. r. col. 1: *Monseigneur Estienne de Chantice chevalier, sires de saint Bouere, si comme il disoit, dist et offerma qu'il avoit, prenoit et recevoit de son patremoine en la ville de Troyes en la Foire froide, en la bourse nostre seigneur le roy de France, 40. livres tournois petit de rente.* Alia ann. 1801. ibid. fol. 183. r. col. 2: *Cent souls au paiement de la Foire froide de Troyes, et cent souls au paiement de la Foire chaude de Troyes.* Adde Regist. sign. Noster ejusd. Cam. fol. 170. r. ubi dies *feriarum* superius assignati indicantur: unde emendandus videtur Computus Roberti de Seris in Reg. 5. Chartoph. reg. fol. 11. v. ubi legitur: *La foire chaude de Troyes, qui est à la saint Remy.* Vide in *Nundinæ*.

\* *FERIAM LEVARE*, Nundinas instituere. Tabul. Major. monast.: *In terra nostra apud Vallem levavit domus Guido, qui nobis illam dederat, Feriam ad festivitatem S. Andreae... Mortuo autem illo, filius ejus Haimo cepit movere sermonem et dicere quod pater suus non instituerat Feriam illam per consensum ejus.*

† *FERIARI*, Nundinas tenere. Charta ann. 1290. ex Chartulario S. Vandregesili tom. 1. pag. 715: *Noverit Universitas vestra quod ego teneor reddere singulis annis viris Religiosis Dominis meis Abbatibus et Conventui S. Vandregesilli pro quadam masura, quam ego accepi ab ipsis ad firmam perpetuam... VII. solid. communis monetæ currentis annui redditus... persolvendos, cum juribus, costumis, redevanciis, officio Feriandi, et cum aliis jurisdictionibus villæ suæ et nundinarum suarum.*

\* Nundinas frequentare, adire. Charta Rob. dom. Drocarum pro S. Arnulfo in Aquilina ann. 1184: *Feria insuper S. Arnulphi et octo diebus ante festum ejusdem sancti et octo subsequentiibus festum, justitia, viaria et conductus omnium Feriantium.* *Foirier*, Nundinis præfectus, in Consuet. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2: *Toutes manieres de marchans de quelque marchandise que ce soit, se peuvent loiger et prandre estaul sans licence du Foirier.* Infra: *Gouverneur de la foire.*

*FERIÆ JOVIS*, *Paganis*, seu superstitionis paganice species, Christianis interdicitæ, quæ die Jovis fiebat. Indiculus superstitionum, seu paganiarum in Concil. Liptin. ann. 743: *De Feriis, quas faciunt Jovi vel Mercurio.* S. Eligius, apud S. Audouenum in ejus Vita lib. 2. cap. 15: *Nullus diem Jovis absque festivitatibus sanctis, nec in Maio, nec ullo tempore in otio observet.*

*FERIÆ MESSIVÆ*, Vacationes autumnales, apud Papiam lib. respons. tit. 18. et in Lege Longob. lib. 2. tit. 1. § 11: *A 15. Kal. Augusti, usque ad 15. Kal. Sept.* quo temporis spatio eadem Lege justitium indicitur. Harum meminit Fulbertus Carnot. Epist. 18. 39. Alia enim feriæ sunt solemnes, divini cultus causa institutæ in honorem Dei, aliæ indictæ, quæ messium vindemiarumque gratia indicuntur; aliæ denique repentinae, quæ arbitrio Principis constituntur, leg. 4. cum seqq. C. de Feriis. (3, 12.) *Feris de Messions*, in Foris Beneharn. Rubr. de Feriis, art. 1. *Induces mestives*, in Consuet. Turon. art. 56. *Feris messivæ et vindemiales*, in Concilio Toletano VII. can. 6. ubi etiam de *Feris Paschalibus 15. diebus, et Natalis Domini 7.* in quibus a litibus cessabatur. [\*\* Adde Concil. Erphesfurt. ann. 932. in Caus. 15. qu. 4. c. 2. et Roye de Missis dominicis ad justitiam cap. 4.]

\* *FERIÆ MESSIUM*, Vacationes, quæ messium gratia indicuntur mense Junio, Septembris vero vindemiarum. Libert. Barcinon. MSS. ann. 1293: *Item quod in aliqua causa post litem contestatam non conceduntur Feris messium vel vindemiarum, scilicet mensis Junii et Septembris.* Charta ann. 1365. ex Cod. reg. 5187. fol. 8. r.: *Noverint universi quod anno Domini 1365. die lunæ post festum beatorum Jacobi et Christophori xvij. die Julii, quæ fuit prima dies juridica, post Ferias messium in curia Lugdunensi.*

\* *FERIÆ PESTILENTIALES*. Chron. Guill. Bardi ad ann. 1425. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 41: *Eodem anno et mense Julio pestis horrida Tolosam vastavit... DD. de parlamento Tolosam deseruerunt, et novæ indictæ sunt Feriæ, quæ aperte fuerant vocatæ pestilentiales.*

† *FERIA REPENTINA*, Vacatio insperata, extraordinaria, quæ nulla lege statuitur, sed ex arbitrio concedentis pendet. Statuta Universitatis Paris. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 390. IV: *Nota, quod Rector Universitatis de consensu aliarum Facultatum potest indicare Feriam repentinam, vel cessationem facere in tota Universitate, et omnes indistincte tenentur obedire sub pena perjurii et privationis privilegiorum Universitatis.* [\*\* De vacationibus in scholis mediæ ævi vide Savin. Hist. Jur. Rom. tom. 3. cap. 21. § 92.]

\* *FERIA BEATI THOMÆ*, Quæ in festo S. Thomæ habebatur. Charta ann. 1110. ex Tabul. S. Albini Andegav.: *Donavit Helias comes Cenomanensis Deo et S. Albino... medietatem Feriæ beati Thomæ Apostoli, etc.* Perperam editum Terræ inter Opera Hildeberti pag. 50.

† *FERIÆ TREUGALES*. Vide in *Treva*.  
\* 4. *FERIÆ*, Constit. S. Pauli Narbon. ann. 1127. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 84: *Si aliquis minutus fuerit, ipso die et in crastinum suum accipiat conductum. Si vero egrotus fuerit, misericorditer procuretur. Sed si sanus fuerit, suum conductum non abstrahat de Feriis, nisi de causa supervenientium amicorum, et hoc non frequenter faciat, sed in canonica cum fratribus comedat.* Perperam hic editum *Feris* nemo non videt: sed qua ratione emendandum non ita manifestum est; forte legendum *Serris*; clausum enim *Serra* sonat, ut videre est in hac voce secunda notione, extra quod cibum efferre raro licebat.

† *FERIACHA*. Vide *Feriaccha*.

\* *FERIALE*, Liber, in quo *feriarum*

officia continentur. Consuet. Monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305. MSS.: *Gallerarius habet tenere chorum infra ecclesiam bene munitum de libris, ... videlicet octo psalteria cum Feriali et cum hymnis totius anni, ... unum dominicale, unum sanctorale, etc.* Vide *Feriales* in *Feris* 2.

*FERIALIS*, pro *Feralis*. *Feriale malum*, apud Paulinum lib. 4. de Vita S. Martini. Idem, lib. 2: *Feriali murmure dentes.* Lib. 3: *Ferialia dicta paterent.* Et lib. 5: *Ferialia busta tyranni.* *Ferialis secta*, in l. 2. Cod. de Judæis. (1, 9.) *Ferialmente*, Bocaccio pro crudeliter. *Feralis* vero vox hac notione crebra in Cod. Theod. [Alia notione accipitur in *Feris* 2.]

*FERIARCHA*, *Arma subitis bellis reddita*. Ita Papias MS. At editus [cum MS. Bittur.] habet *Feriaccha, et recondita*. [\*\* In Glossar. cod. reg. 7644: *Ferrata* (leg. ferriata) *arma, sopitis bellis recondita*. Macrob. Somno Scip. lib. 1. cap. 7: *Achilles... ab armis cum suo milite feriebatur.*]

*FERIATICA*. Isidorus Mercator in Concilio Laodiceno cap. 37: *Non oportet a Judæis vel Hereticis Ferialica, quæ mittuntur, accipere, nec cum eis dies agere festos.* Ubi Græca Editio τὰ ἑορταστικά λαμβάνειν habet: ἑορταστικά vero intelligenda censet Filesacus lib. 1. Select. cap. 7. pag. 84. quæ ad festi celebritatem apparatus erant, seu ornatus, seu voluptatis seu usus gratia, eaque esse, quæ Canones Apostolorum cap. 70. τῆς ἑορτῆς τὰ τέτυκα vocant.

† *FERIATICI DIES*. Vide in *Feris* 2.

\* *FERIATUS SUBDIACONUS*, an Qui diebus ferialibus ministrat? Sat. MSS. eccl. Tull. ann. 1497. fol. 17. v.: *Diacono exeunte ultimum stallorum, reddit incensum puero, qui quidem intrat chorum et incensat Ferialios subdiaconos, et eos quos de habitu ecclesiæ invenit in inferioribus stallis.*

*FERICULA*, Ἐρημάριον. Gloss. Gr. Lat. Parvula fera.

† *FERIDES*, Vulnere. Miracula B. Raymundi Lullii, Junii tom. 5. pag. 689: *Recepit super caput quatuor vulnere sive Ferides, videlicet lapidum duo, gladii autem alia duo.* Vide *Ferita*.

*FERIFERÆ*, Purenis, in Gloss. Isid. *Feriferæ, feræ furentes*, apud Papiam.

*FERILE*, seu *FERRILE*, ubi ferrum reconditur, in Charta veteri apud Ughellum tom. 5. Ital. sacræ pag. 1598.

1. *FERINA*, *Venaison*, in Gloss. Lat. Gall. Gloss. Gr. Lat.: Ἀρρίπατον, *Ferina*. Ekehardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1: *Cum tales pridie pro Ferina jubentur die nocteque laborare, ursum de lustris unum attulerat.* Infra: *Odorem Ferinæ hauriunt et carniunt.* Carmen de Curia Romana:

Si mare transmittat pisces, si terra Ferinam.

Franciscus Canonicus Pragensis 2. parte Chron. lib. 1. cap. 26: *Placeat vestræ magnificentis, ut ego ad solemnitatem Domini Electi de Ferinis providerem.* Infra: *Tres currus varis Ferinis reftos Domino Electo transmisit.* Andreas Monach. lib. 2. Vitæ Ottonis Episcopi Bambergensis: *Ferinæ cervorum, bubalorum, et equulorum agrestium, ursorum, aprorum, porcorum, omniumque ferarum copia redundat omnis provincia.* Ἀρρίον χυρῆρον, in Nomocan. Coteler. n. 449. [Jo. de Janua: *Ferina*, *Venatio*: unde Virgilius Æneid. lib. 1. vers. 219:

Implentur veteris bacchi pinguisque Ferinæ.]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Ferina, Sauvagine, Gallice.*

\* 2. **FERINA**, pro Farina: unde *Ferinarium*, ad farinam pertinens. Charta Jacobi I. Aragon. reg. ann. 1241: *Voluntus igitur quod... pondere et pesam (sic) Ferinæ, totum etiam factum Ferinarium et flaciarum predictarum, quibuscumque modis sit, perveniant et spectent in posse bajuli nostri Barchinonæ.*

**FERINASONA**. Charta Edw. I. Regis Angl. apud Gul. Prynneum in Libertatib. Eccles. Angl. tom. 8. pag. 674: *Pro uno damo tempore pinguedinis, et una dama tempore Ferinasonæ eisdem Decano et Capitulo per annum reddendis. Vide Fannatio.*

Hinc emendanda Charta apud Th. Blount in Nomolexico Anglic. ubi perperam *Fermisona* editum pro *Ferinsona*, a voce hybrida *Ferina* et *Anglos. Sone*, Grex, qua denotatur tempus quo ferarugiunt et congregantur ad coitum: quoddam vero illud sit discere est ex laudata Charta: *Quod idem Hugo et hæredes sui de cætero quolibet anno possint capere in prædicto parco (de Blore) unam damam in Fermisona inter festum S. Crucis in Mayo et festum S. Martini et purificationem B. Mariæ, et unum damum in pinguedine inter festum S. Crucis in Septembri imperpetuum: ita quod qualemcunque bestiam tempore pinguedinis vel Fermisonæ bersaverint, vel cum prædictis canibus ceperint, illa bestia eis remanebit; et si sit in Fermisona, allocabitur eis pro dama. Alia ibidem: Cum mittamus dilectum valetum nostrum Johannem de Fulham ad instantem Fermisonam in parvis nostris ibidem, prout vobis et sibi melius ad opus nostrum fore videritis faciendum, capiendum, etc.* Bene se habet lectio *Fermisona*. Vide *Firmatio* 4. Anglis olim *Fermisoune*, Gall. *le temps pendant lequel la chasse est fermée.*

\* **FERINUNT**, [Pro *feriunt*. (FEST.)]

† **FERIONES**, Joculariter *Feneratores*, quod *usuris feriunt*. Laurent. in *Amalthea* ex Turnebo.

† 1. **FERIRE**, Appellere, Gall. *Aborder*, Italis *Ferire*, Ad locum aliquem pertinere. Oberti Cancellarii *Annales Genuens.* apud Murator. tom. 6. col. 805: *Pisani cum hoste, quam diu præparaverant, videlicet galeis XXI. Ferierunt ad litus Albinganæ civitatis.* Et col. 806: *Galeæ nostræ in flumine Sicco Ferierunt nocte, et una super alteram currens, etc.* Ibid. col. 580. ex Jacobo Auria: *Galeæ vero Pisanorum volentes redire Pisas, quatuor ex eis in gulfo Nebii Ferierunt in terra, nihil mali per Dei gratiam Januensibus alicubi inferentes. Ferire ad terram, ibid. col. 589.*

\* 2. **FERIRE**, Terminari, Gall. *Aboutir*. Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 95. r. col. 2: *Debent claudere burgum de ultra parvum pontem, ita quod tornellæ Ferient in Secanam contra tornellas de ultra magnum pontem.*

**FERITA**, Vulnerus, percussio, a *Ferire*, vulnerare, vox Italis nota. Paulus Warnefridus de Gestis Longob. lib. 8. cap. 81: *Talem Autharis Feritam facere solet.* Charta ann. 1345: *Si insultum vel Feritam cum sanguine, vel sine sanguine fecerit, etc.* (Georgii Monachi Chron. Farfense apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 479: *Et ibi plagam et Feritam fecerat in homine domini Abbatis.*) Occurrit passim in Lege Longobard. [Poetis nostratibus *Ferreis*. Le Roman d'Athis MS. :

Là estoit fiens les chapleis,  
Des espèces les Ferreis.

Vide *Ferides* et *Feruta*.]

† **FERITA** FACERE; Idem quod *mox Feritare*, apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 34: *Si quis inhonoraverit patrem aut matrem 3. annos peniteat. Quod si manum levaverit, aut Ferita fecerit 7. annis æsul penitentiam agat.*

1. **FERITARE**, Ferire, pugnare. Dudo lib. 3. de Morib. Norm. pag. 136: *Nulla gens auderet Feritare cum Richardidis.* Eidem *Feriter*, pro *Fortiter*. [Guillelmus Gemmetic. lib. 2. Hist. Norman. cap. 6. apud Duchesnum pag. 225 :

Si gens torva, ferox, jam jam Feritaverit in me,  
Improba non servans fidei retinensque tenorem.]

\* 2. **FERITARE**, Feritatem sequi. Hericus in vita metrica S. Germ. Autiss. tom. 7. Jul. pag. 229. col. 1 :

Tunc cum barbarico Feritaret Gallia ritu, etc.

† **FERITAS**, Nomen plurimorum in Galliis locorum, ut *Feritas Bernardi*, vulgo la *Ferté Bernard*, apud Baluzium Miscell. tom. 7. pag. 344. *Feritas Gilberti*, la *Ferté Gilbert*, apud Rymerum tom. 12. pag. 625. etc. Idem est quod *Munitio*, Castrum undique firmatum et clausum. Vide Duchesnum Hist. Monmoren. Instrum. lib. 7. cap. 4. Histor. Castillon. lib. 8. cap. 1. Instrum. et infra *Firmitas*.

**FERITORES**. Aug. Mussatus pag. 93: *Dux siquidem erant acies, prima ejus ordinis, quem Feritorum vocant.* Ubi Laurentius Pignoriuz: *Feritores* gerebant vexillum quadratum, il *pernone*, ut placet Vincentio Borghinio, et legitur apud Villanum lib. 7. et 9. cap. 70. vexilla Regia seu Imperii, cum Aquila, nobis *Bandiere*, ductabant cæteras turmas. Villanus vero his locis habet *Feditori*. Dicto cap. 70: *Uguicione veggendo che non potea schiffare la battaglia, fece assaiire le guardie dello spinato, ch'erano i Sanesi; e colligiati, e altri, a suoi Feditori, intorno di 150. Cavalieri, ond'era capitano con pennone Imperiale.* Ubi *Feditori*, videntur esse confederati, fide astricti, a *fede*: vel dicti quasi *Faiditi*, de qua voce supra egimus. [Anonymi Chronicon Veron. ad ann. 1338. apud Murator. tom. 8. col. 684: *Et XIV. dicti mensis exiverunt civitatem Ferrariæ, aciebus et Feritoribus ordinatis contra ipsum dominum Legatum et ejus exercitum, per terram et aquam Padi contra ipsos viriliter pugnantes.*] Vide Pergaminum in *Ferire*.

Errat Cangius, ut recte monet Carolus de Aquino in Lexico Milit. ad hanc vocem: *Feritores* itaque Milites sunt, a feriendo sic nuncupati: unde Italis *Feditori* a *fedire*, quibus idem sonat ac *ferire*. Hinc Academici Cruscani *Feditore* Latine exponunt Sauciator, vulnerator.

\* Vim Italicæ vocabuli minime asseculum esse Cangium etiam monet Muratorius tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 532. cum *Feritores* suspicatus est eosdem esse atque confederatos, fide astrictos, vel quasi *Faiditos*: nam *Feritores*, vel *Feditori*, a *Ferire* et *Fedire*, quod Italis unum idemque sonat, appellabantur, qui primi ad ferendum ac lanceis impetendum hostem deligebantur. Eiusdem notionis atque originis est vox Gallica *Féreur*, in Poemate de Giron le Courtois MS.: *Saphar. . . le meilleur chevalier Féreur de lance, que on sceut ne près, ne loing.*

\* **FERITORIUM**, Instrumentum fe-

riendo vel tundendo aptum. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Feritorium, Gallice li Anceute, a Ferio.* Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 194. Chartoph. reg. ch. 364: *Ung serens et ung fer à Ferrer chanvre.*

† **FERITORIUS** CULTELLUS. Vide *Cultellus*.

\* **FERITUM**, idem quod *Ferita*, Vulnerus, percussio, nostris alias *Férement*. Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2: *Qui egerit lancea aut alia arma per ira fora de sua casa, sessaginta solidos pro Feritum.* Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 743: *Le suppliant doubtant la crudelité dudit Ridel, féry icellui d'un baston, que il portoit, par la teste, pour occasion duquel Férement mort s'ensuit. Féreis ejusdem originis pro Choc, combat, Congressus, apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 49: *Estoit le Féreis de maces et d'espées.**

**FERIUM**, [Prædium.] Vide *Affarium* 1.

† **FERULA**, pro *Ferula*, Scipio quo senes et infirmi solent uti, Fulcrum axillare, Gall. *Bequille*: quæ vox hoc significatu non a *Ferendo*, sed a *Ferendo* derivari videtur. Vita B. Jacobi Veneti, Mail tom. 7. pag. 473: *Non poterat solus incedere, nisi quibusdam ligneis fulcimentis, quas Ferulas vocant, fultus.* Miracula B. Simonis, April. tom. 2. pag. 720: *Quod ergit claudus pede dextro, ita quod ire non poterat sine Ferula. Rursus occurrit pag. 724. Ferula vacua, hoc est, Ferula pura, nulla cuspidate præmunita, ip hoc Jacobi Cardinalis carmine de Coronatione Bonifacii VIII. inter Acta SS. Mail tom. 4. pag. 470:*

... Vacuas gestantes pollice Ferulas,  
Diffusas repetunt acies, illasque recurant  
Sæpius, etc.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Ferla, Prov. ferula, herba valde calida. Ferlada, Prov. ferulentum, ferularium.*

\* **FERLETUM** et **FERLETUS**, Laternæ vel lampadis genus. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1180. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 895: *Ebdomadarius, sonito signo tubæ ad matutinum, debet portare in secretarium de ecclesia æstiva unum Ferletum plenum oleo, accensum, ut lectores videant quidquid in obscuro matutino dicendum est. Et istud Ferletum debet esse illius lectoris, qui in postremo indicaverit officium.* Ibid. col. 906: *Ideo minores præparant Ferletos et phialas, ita ut subdiaconi possint eas accendere in matutinis.* Rursus col. 908: *In prima turma accendunt Ferletos, qui stant in parietibus.*

\* **FERLINA** vel **FERLINUS**, Hisp. *Ferlin*, Italis *Ferlino*, Monetæ species, eadem quæ *Ferlingus*. Vide in hac voce. Charta ann. 1273. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 745: *Et ea de causa requisitus sit potestas et consilium et commune Mutinæ... quod satisfaceret dicto domino Saraceno de dictis dampnis et injuria: et satisfaceret noluerunt, contra quod reformatum sit in consilio et massa populi... ad scrutinium, cum Ferlinis datis, etc.* Nostris *Ferlin*. Lit. remiss. ann. 1445. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 371: *L'un desquelz (compagnons) dist à l'autre qu'il avoit getté deux Ferlins à une fois, qui n'estoit sit chose accoustumée audit jeu (de breland). Ferrin, f. pro Ferlin, in Stat. ann. 1873. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 644. Neque aliud sonat *Ferrot*, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 127. ch. 41: *Une petite piece d'autre**

argent, appelée Ferrot. Eiusdem quoque notionis est *Frélucque*, in aliis Lit. ann. 1459. ex Reg. 189. ch. 358: *Le duc de Bourgogne a fait courir ou pays de Boullenois et autres pays d'environ aucunes monnoies noires de son coing, de petite valeur, que aucuns appelloient Frélucques, dont en aucun temps l'en alouoit et distribuoit les huit, et en autre temps les douze ou les seize, pour ung denier; et eurent cours jusques environ à ung an, que nostredit frere et cousin fist faire deffendre esdiz pays le cours desdites monnoies noires.* Alia ann. 1454. in Reg. 184. ch. 478: *Pour ung virelan de noire monnoie, nommé au pays (Ponthieu) Frélusques.* Denique eadem est moneta, quæ *Furreliques* nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1375. ex Reg. 107. ch. 66: *Lequel Robert changeur a acheté et prins monnoie, appelée Poitevines ou Furreliques.* Ob modicum hujusce monetæ valorem sic appellata videtur: res quippe nihili, *Fréluches* dicimus, ut notatur supra in *Famfacula*. Vide infra *Ferto*.

**FERLINGUS**, Quadrans, vel quarta pars denarii, a Saxon. *f e o r* *ç l i n g*, seu *f e o r* *ç i n g*, a *f e o r d*, quartus. Assisa panis et cerevisiæ ann. 51. Henr. III. apud Spelman.: *Quando quarterium frumenti venditur pro 12. den. tum panis wastelli de Ferlingis ponderabit 5. libr. et 6. solidi. Ferlins nostris.* Will. Guiart. ann. 1211:

Par quoi chascun ostel encoro  
Rend là par an quatre esterlins,  
Ou la value de Ferlins.

Computum Stephani de la Fontaine Argentarii Reg. ann. 1350: *Un gobelet d'or à couvercle pesant 2. marcs, 1. once, 3. esterlins, et 3. Ferlins. Ferlin, in Chronico MS. Bertrandi Guesclini:*

Ne me fault nuls secours en noie n'en jardin,  
Pour un homme tenir, car par S. Matelin,  
S'il y en avoit deus, n'en donnois un Ferlin.

**FERLINGUS TERRÆ**, apud Edw. Com. apud Littleton. sect. 1. *Quarentena terræ* exponitur, diciturque continere 32. acras. [Ex Spelmano tamen in voce *Acra*, decem acræ faciunt *Ferlingatam*, quatuor *Ferlingatæ* faciunt *virgatam*, quatuor *virgatæ* faciunt *hidam*, quinque *hidæ* faciunt *feodum Militis.*] Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 280: *Unam virgatam terræ de dono Galfredi de Morba, et dimidium Ferlingum Terræ de dono Magistri Roberti, etc.* Pag. 925: *Totam terram ejusdem Ricardi, scilicet 4. Ferlingas Terræ cum pertinentiis suis.* Occurrit præterea pag. 577. 586. 684. tom. 2. pag. 8. 205. 250. [in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2207. apud Thomam Madox in Formulari Anglic. pag. 41. 76. et supra in voce *Burghard.*] [\* In Electoratu Brunsvicensi ein *Vorling* etiamnum est mensuræ agrariæ species. ADEL.]

† **FERMA**, ut *Firma*, Prædium alteri elocatum ad certum tempus, apud Stephanotium tom. 4. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 408. Hinc *Tradere ad Firmam*, Prædium seu villam ad tempus elocare, Gall. *Donner à Ferme*, in Spicilegio Fontanellensi MS. pag. 214. Vide *Firma*.

\* **FERMA**, Alia notione. Vide supra *Fatiga 2*.

\* **FERMADA**, Prov. *Sponsa*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

\* **FERMALIA**, Sponsio, pignus, Gall. *Promesse, Gageure, Enjeu*, alias *Fermaille*. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 627: *Idem Galio-tus respondit, quod hoc in veritate sciebat*

et de hoc nullatenus ambigebat, subjungendo quod ipsa contra Johannem d'Escoublehaut centum francos auri in *Fermalia* sive gageura poneret. *Fermaille*, in eod. Reg. ch. 714. Alia Lit. ann. 1363. in Reg. 101. ch. 46: *Comme par plusieurs fois il eust esté parole de faire le mariage, combien que fensailles, ne Fermailles n'eussent pas esté sur ce faites, etc.* Rursum alia ann. 1375. in Reg. 108. ch. 95: *Quand il orent beu, firent une Fermaille de commun accort, que le premier qui diroit oyl, paieroit l'escot.* Denique occurrit in Lit. ann. 1382. ex Reg. 120. ch. 335. *Fremaille ou gageure*, in aliis ann. 1387. ex Reg. 132. ch. 156. Vide *Firmancia*.

\* **FERMALIIUM**, **FERMALLIUM**, **Fibula**, Gall. *Boucle, agraffe*, alias *Fermail* et *Fremail*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fermail, Boucle, atache, fibula.* Aliud Provinc. Lat. ex Cod. 7657: *Fermalith, Prov. firmaculum, fibula.* Annal. Mediolan. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 808: *Fermallium unum auri pro attachingo mantellum, cum sapphiro uno grosso et balassis v. minoribus et perlis liv. grossis et diamantis vj.* Comput. MS. ann. 1239: *Pro uno Fermallio auri ponderante xij. stellingos, xxxj. sol.* Charta ann. 1302. ex Chartul. 21. Corb. fol. 101: *Je Bernard chevalier, sire de Moroeul, voel que elle (ma fille) ait le couronne d'or et le Fremail à couvercle.* *Fermillere, Fermillet, Fermoillet*, eodem sensu. Lit. remiss. ann. 1319. in Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 383: *Lyenardin Hamon, qui avoit appendu aus boutons ou Fermillere de son jupon ou autre garment, une bourse.* Alia ann. 1430. in Reg. 174. ch. 360: *Un marchand apporta au suppliant unes heures pour y faire un Fermillet d'argent; et ledit Fermillet fait, etc.* *Un Fermoillet d'argent du pris de huit sols Parisis ou environ*, in Lit. ann. 1384. ex Reg. 126. ch. 51. *Forcesainte, fibula* appellari videtur, quod illa cingulum astringitur, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 75: *Une paire d'esperons à façon d'argent, une Forcesainte d'argent, etc.* Nisi capsulam reliquiarum malis intelligere. Vide infra *Forcerius*. Hinc *Fermailleur*, **Fibularum artifex**, in Lib. 1. statut. artif. Paris. fol. 154. r: *Quiconques veult estre Fermailleur de laton à Paris, c'est assavoir faiseur d'amaux, de fermaux et de fermoers à livres, estre le peut.* Inde etiam malleolus, vulgo *Chevillu du pied*, *Fermail* appellari videtur, quod cum pede infibuletur, in Lit. remiss. ann. 1424. ex Reg. 172. ch. 485: *Comme icellui Ogier estoit cheu de dessus un noyer, et s'estoit tout froissié le corps et rompu Vos du Fermail, qui est audeessus de Vos du pié.* Vide *Fermilleuetum* et *Firmaculum*.

**FERMARIUS**, Qui conducit fernam. Vide *Firma 3*.

† **FERMILLETUM**, **Fibula**, Gall. *Boucle, agraffe*, alias *Fermail*. Inventar. Eccles. Noviom. ann. 1419: *Item unum ceterium de simili sicut dicta alba pro presbytero ad unum Fermilleuetum argenteum deauratum ad quinque lapides.* Annotat Borellus *Fermillet* olim fuisse catenam seu collarium aureum. Ad fibulas, quas *Fermaux* appellabant, quod spectat, aureæ erant vel argenteæ, lapidibus pretiosis exornatæ, Nobilium propriæ, tantique ab omnibus æstimatæ, ut inter præcipua honoraria recenserentur. Testamentum Clementiæ uxoris Ludovici X. Fr. Regis. in Hist. Daphin. tom. 2. pag. 219: *Item, à nostre chier Cousin le comie d'Alençon nostre meilleur Fermail que nous ayens en France. Item, à nostre*

*chier Cousin le Duc de Bourbon nostre meilleur Fermail emprés. Item, à nostre chier Cousin le Comte de Beaumont nostre meilleur Fermail emprés les deux.* Ovide MS. apud Borellum:

Fermaux, cains, aniaux, aumones,  
Guimples, filandres, et turtiax.

Vide *Fibulatorium*.

\* **FERMENCIOLA**, *Houleste*, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

**FERMENTACEI**, et **FERMENTARII**, a Latinis per contumeliam appellati Græci, quod ex fermentato pane Corpus Christi conficerent, ut est apud Algerium lib. 2. de Sacr. cap. 10. et S. Anselmum lib. de Azymo et fermentato cap. 2. ut illi vicissim Latini *Azimitas* vocabant. Rigordus ann. 1201. *Fermentarios hæreticos Græcos vocat.* Wibertus in Vita S. Leonis IX. PP. lib. 2. cap. 9: *Ea tempestate orta est hæresis Fermentatorum, quæ calumniatur sanctam Romanam sedem, imo omnem Latinam et Occidentalem Ecclesiam, de Azymis vivificum Deo offerre sacrificium.* De utroque, azymo scilicet et fermentato, ita Gregorius VII. lib. 8. Epist. 1: *Nos vero azymum nostrum inexpugnabili secundum Dominum ratione defendentes, ipsorum (Græcorum) Fermentatum nec vituperamus, nec reprobamus, etc.* Sic vicissim Græci ipsi azymo vel fermentato pane in sacrificiis uti satis indifferens existimabant. Nicetas Archiepiscopus Nicomediensis apud Anselmum Havelbergensem Episc. lib. 3. Dialog. cap. 19: *Si ergo forte essem, ubi nullatenus Fermentatum habere possem, et azyma præsto et paratum esset, et ego missam cantare, ac Domino sacrificium altaris offerre vellem, ego profecto azyma non horrerem, sed fiducialiter ad offerendum sacrificium Deo immaculatum consecrarem, et fideliter communicarem, etc.*

**FERMENTADA**, Charta Guillelmi Ducis Aquitan. ann. 1027. in Regesto Constabulariæ Burdegal. fol. 170: *Et cum leporeta, et la Fermentada, et cum totas pertinenzas, etc.* i. pro agro, in quo frumentum seritur.

\* **FERMENTATICIUS**. [Fermento imbutus, ut *Fermentaticius panis* apud Isid. 20. Orig. 2. Alii leg. *Fermentarius*, vel *Fermentatius*, sed *Fermentaticius* retinendum; nam *Clibanicus* etiam, et *Focacius* alius dicitur.]

**FERMENTUM**. Gravis est et intricata omnino controversia, sed et necdum omnino enodata a viris doctis, quid sit *Fermentum* apud Anastasium in S. Melchiade: *Hic, inquit, fecit, ut oblationes consecratæ per Ecclesias ex consecrato Episcopi dirigerentur, quod declaratur Fermentum.* Eadem ferme de Sirico scribuntur: *Hic constituit, ut nullus Presbyter Missas celebraret per omnem hebdomadam, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod nominatur Fermentum.* Rem, seu moris istius rationem, exponit Innocentius I. Epist. ad Decentium cap. 5: *De Fermento vero, quod die Dominica per titulos mittimus, superflue nos consulere voluisti, cum omnes Ecclesiæ nostræ intra civitatem sint constitutæ, quarum Presbyteri, quia die ipsa propter plebem sibi creditam nobiscum convenire non possunt, idcirco Fermentum a nobis confectum per Acolythos accipiunt, ut se a nostra communione, maxime illa die, non judicent separatos.* [Quod per parochias (extra urbem constitutas) fieri debere non puto: quia nec longe portanda sunt Sacramenta. Index velt. Canonum inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 33. col. 2: *De Fermento quod*

*civitas tantum Presbyteris die Dominico dirigitur.*] Hiscæ auctoritatibus solenne fuit Græcis Latinos incesse, qui azyms in sacrificio uti solent: eæque olim objectæ Anselmo Episcopo Havelbergensi Lotharii Imper. Legato ad Joannem Comnenum Imp. in ea collatione, quam ille habuit in Absida S. Sophiæ cum Niceta Archiepiscopo Nicomediensi, de causis dissidii inter utramque Ecclesiam, lib. 3. Dialog. cap. 13. a qua quidem objectione, ut sese expediret idem Anselmus, cap. 15. ait, existimare se verius, *Constitutum hoc Romanorum Pontificum Melchiadis et Siricii non de Fermentata hostia, sed de eulogiiis potius intelligendum videri, quæ per singulos Dominicos dies per Ecclesias distribui jubentur.* Quæ est etiam Baronii sententia ann. 313. num. 49. et seq. quæ eo videtur probabilior, quod Concilium Laodicenum can. 14. vetet τὰ ἅγια εἰς λόγον εὐλογιῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Πάσχα εἰς ἑτέρας παροικίας πέμπεσθαι. [Vide *Fertilia*.] Alii contra volunt *Fermentum consecrati* voce ipsam Eucharistiam designari, atque in iis viri doctissimi, Joannes Mabillonius lib. de Azyzo cap. 10. et Cardinal. Bona lib. 1. Rerum Liturgic. cap. 23. n. 16. 17. Sirmondus mediam inf. viam in lib. de Azym. atque ex eo fermentum a prædictis Pontificibus dictam existimat Eucharistiam, non quod ex pane fermentato esset, sed quod ipsa, ex quocumque pane fieret, Ecclesiis ad quas mittebatur, fermenti vicem præstaret, eisque unionis inter se vinculum esset, sicut fermentum massæ, cui commiscetur. Horum omnium plura scire aventi, sententias expendere per nos liceat, dum ad alia properamus.

*Fermenti* nomine vere intelligendam esse Eucharistiam seu Eucharistiæ particulam, quæ sacrificiis a Presbyteris offerendis veluti fermentum fuerit, ut explicat Sirmondus, suadere videntur perantiquæ Glossæ MSS. super Canones Apostolorum et Decretales Pontificum in S. Emmerammi Monasterio asservatæ, ex quibus hæc refert Mabillonius tom. 4. Analect. pag. 60: *De Fermento quod dicit (Innocentius I.) mos est Romanis, ut de Missa quæ cantatur in Coena Domini, et in Sabbato sancto, et in die sancto Paschæ, et in Pentecosten, et in Natali Domini die sancto per totum annum servatur, et ubicumque per stationes, si ipse Papa ad Missam præsens non fuerit, de ipsa Missa mittitur in calicem, cum dicit, Pax Domini sit semper vobiscum. Et hoc dicitur Fermentum. Tamen Sabbato sancto Paschæ nullus Presbyter per Ecclesias baptismales neminem communicat, antequam mittatur de ipsa Sancta, quam obtulit dominus Papa.*

\* **FERMENTUS**, Firmus, securus. Inventar. MS. ann. 1366: *Quod (fortalitium) antea a nemine tenebatur; sed in libero et Fermento alio die possidebat. Ferni*, eodem, ut videtur, sensu, in Bestiar. MS.:

Salemons dist en sa sentence,  
Que Crist est de Dieu sapience,  
Uns esperis montepleable,  
Soutil, mouvant et entendable,  
Plain de pitié et anuable,  
Asseur et Ferni et estable.

\* **FERMES**, vel **FERMIS**, Sponsor, fidejussor, Gall. *Répondant*, caution, Hisp. *Fiador*. Charta Veremundi Iraxensis Abb. æra 1120. apud Jos. Moret. Antiquit. Navarræ pag. 618: *Sed dedimus mutuum in villa, quæ dicitur Diacastello, agrum unum et vineam unam... et dedimus Firmes seniori Garsix Lopiz nominatim seniore Fortun Sansoiz de Mu-*

*nueta, et Lope Ferroniz de Ecoien... ut post hanc commutationem nullus habeat homo vocem malam vel querimoniam ei pro ipso agro vel pro ipsa vinea.* Vide *Fidiator*.

\* **FERMEUS**, Arca, Gall. *Coffre*, quia clave firmatur seu clauditur. Stat. ann. 1388. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 274. art. 3: *Et ponetur seu includetur pecunia collationem hujusmodi, per deputatos prædictos, in uno Fermeo, qui ponetur in audientia, in quo erunt duæ seræ et duæ claves diversæ.*

† **FERMISONA**. Vide *Ferinesona*.  
† **FERNISUM**, Gall. *Vernis*, Glutinosa liquorum compositio, quæ lignis ad nitorem et conservationem inducitur. Schramb. Chronic. Mellicense pag. 476. col. 2: *Porro ipsas schindulas terpentino Fernisio operimus, fratre Joanne de Megles illud cum fatigii magnis coquente, patribus ac fratribus cæteris non cum parvis laboribus ipsum inducentibus schindulis magna cum diligentia... Et fuerunt illæ novissimæ schindulæ quasi quadringentæ iticeæ seu quercinæ de vasis veteribus vinorum, aliis schindulis deficientibus, et ibi de industria fecimus Fernisium nigrum.*

\* **FERNERALIS**. Instr. inter stat. Perus. pag. 3: *In qua sententia per dictum nostrum consilium pronuntiatum extitit inter cætera, feuda quæcumque, res, bona, et jura feudalia, quas et quæ dictus dominus Jacobus frater noster carissimus a nobis tenebat, fore commissas et commissas nobis et nostris exchertas et excherta, nosque nostra propria dicta feuda, res et bona, et jura feudalia et Fernalia auctoritate apprehendere, capere, ad manum nostram ponere et retinere debere et posse. Ubi Fraternalia legendum opinor; ibi enim de bonis, quæ a fratre tenebantur, sermo est.*

**FERNOVA**, Vox barbara, qua significatur una e 12. speciebus auguriorum, quæ sic definitur a Michaële Scoto de Physionomia cap. 56: *Fernova, est augurium, quando tu exiveris domum tuam causa faciendi aliquid, et eundo vides hominem, vel avem eundo vel volando, ita quod se ponat ante te in sinistra parte tui: et istud est tibi signum bonæ significationis super negotium.* Vide *Ventia*.

† **FERONIA**, Πλοστέφανος, in Glossis Lat. Gr. Sangerman. Gloss. Isid.: *Feronia, Dea agrorum.* Nemorum est Virgilio *Æneid.* 7. vers 800:

... Viridi gaudens Feronia luco.

Vide ibi *Servium*.

\* **FEROR**, pro *Furor*, ut videtur, in Lit. ann. 1357. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 448: *Ob ipsorum ferarum timorem, Ferorem et terrorem, etc.*

\* **FERPARIUS**, Idem quod mox *Ferperius*. Necrol. S. Saturn. Carnot.: V. Cal. Jul. obiit Thomas Ferparius... III. Cal. Sept. obiit Simon Vicerus pro cujus anima habetur stallum Ferparii in mercato.

\* **FERPERIA**, Vestes interpolæ, seu earumdem negotium et forum, vulgo *Fripperie*, alias *Forperie*, *Frepperie* et *Fresperie*. Lit. Phil. Audacis ann. 1278. in Lib. 2. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 129. v.: *Mulieres et aliæ pauperes et miserabiles personæ Ferperiam et parvos sotulares aliasque minutas mercaturas consueverunt vendere, etc.* Comput. præposit. Paris. ann. 1321. ex Reg. sign. Noster ejusd. Cam. fol. 246. v.: *De Ferperia et alutaria pro vij<sup>xx</sup>. xiiij. lib. per annum.* Pedag. Peronæ in Chartul. 21. Corb. fol. 334. v.: *Item ung*

*fardeaulx de Fresperie (infra, Flesperie) reffoullée doit ij. s. ob.* Et fol. 336: *Item brouette qui maine Frepperie doit ij. den.* Pedag. Divion. circa med. xiv. sæc.: *Li estaulx de la Forperie paiera chascun xij. den.* Hinc

\* **FERPERIUS**, Ejusmodi vestium interpolator. Gall. *Fripperie*, alias *Ferper*. Reg. episc. Nivern. ann. 1287: *Item Sabbato ante Nativitatem Domini, quilibet... Ferperius debet ij. den.* Charta ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 34: *Supra domum Adæ de Corbolio Ferperii, quæ est contigua domui Gregorii Aquart Ferperii, Ferperii, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137. Chartoph. reg. et tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 82. et 84. Flépier, apud D. Le Beuf tom. 1. Dissert. pag. 209. Feupier denique, in Charta Renaldi vicecom. Falesiæ ann. 1295. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 242. v. col. 2: *Item les estaus des Feupiers pour x. solz.* Vide supra *Ferparius* et *Frepata vestes*.*

\* [« Item super granchia Thierrici de Remis, *Ferperii*, sita ante ecclesiam sancti Honorati Parisius, xvi. solidos. (Cart. N. D. Paris. III, 87, an. 1283.) »]

**FERQUIDUS**, Par, similis: vox Longobardica. Lex Langob. lib. 1. tit. 19. § 2. [\*\* Roth. 147.]: *Ipsæ qui focum portavit, damnum Ferquidum, id est, simile, componat.* § 16. [\*\* 335.] de cane occiso: *Reddat Ferquidum, aut similem.* Ita et § 20. tit. 23. § 3. 7. lib. 2. tit. 15. § 4. [\*\* Roth. 343. 354. Liutpr. 151. (6. 98.) Roth. 174.] Capitulare Radelchisi Principis Beneventani cap. 17. de servis fugacibus: *Et si non reddantur ab eis, aut si nullo modo inveniri potuerint, reddantur Ferquidi eorum.* Regestum Petri Diaconi Casinensis num. 398: *Et restaurat nobis Ferquidum, id est, simile.* Ex his emendare licet Chartam veterem apud Ughellum tom. 1. Italiæ sacr. pag. 491. ubi vox hæc perperam exarata. [\*\* Vide Graff. Tësaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 646.]

\* **FERRA MOLENDINORUM**, Instrumenta ferrea, quæ ad molendinum pertinent, et maxime ferrum, quod in media mola statuitur. Vide *Fermentum de molino*. Charta ann. 1238. ex Chartul. Campan. fol. 437. v. col. 2: *Si vero dictum frumentum dictis terminis solutum non fuerit, licebit nobis propria auctoritate et sine meffacere, capere Ferram omnium molendinorum suorum de Pruvino.*

\* **FERRA REGIA**, Præstationis species. Arest. ann. 1398. 24. Maii. in vol. 9. arestor. parlam. Paris.: *In septimana magna ante Pentecosten eramus in possessione et saisina levandi... supra fabros grossum ferrum fabricantes... sex denarios Paris. pro jure, nuncupato Ferræ regia.*

**FERRAGIA**, [f. Tributum, quod pro viis publicis reficiendis a prætereuntibus exigitur: nostri quippe viam stratam *Chemin ferré* interdum vocant.] Charta Galeacii Comitis Virtutum anni 1375: *Contulit et dedit pedagium, tollam et Ferraciam, qui in castro Ugulliarum... percipiuntur.*

\* **FERRAGALE**, **FERRAGILE**, **FERRAGILLUM**, quod et *Terra Ferragilis* dicitur, Agri Portio, in qua ad viridis tantummodo pabuli saginam ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur, viridarium. Charta ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 149: *Item unam aream cum Ferragali confrontatam a parte Austri cum Petro Spaza. Alia ann. 1415. in Reg. 168. ch. 328: *Item unum Ferragile, situm loco vocato ad molendinum Cathalani, facit unam eyminam**

frumenti... Item pro quadam borda, orto et Ferragillo contiguus... tres eyminas frumenti... Item pro duabus punherialis terræ Ferragilis... unum denarium Tolos. Vide supra Ferragale.

\* **FERRAGIA**, Eadem notione, Italis Ferrana. Inquisit. ann. 1448. in Dalphin.: Dicitur dedisse quandam locum ad faciendam domum in quadam Ferragia, quæ est inter ambas villas castrorum de Gualeriis superioribus et inferioribus.

\*1. **FERRAGINA**, Eodem intellectu. Testam. Guill. Monetarii ann. 1213: Majori filio meo Johanni lego... totam Ferraginam meam, cum suo orto et aliis suis omnibus pertinentiis. Charta ann. 1378. in Reg. 113. Chartoph. reg. ch. 200: Petrus Chaurini laborator Fiteris unam Ferraginam... sub usatico annuo duorum sextariorum ordi. Pluries ibi.

†2. **FERRAGINA**, ut Ferrago. Charta XI. sæc. ex Archivis S. Victoris Massil.: Omne decimum suæ laborationis amplo animo diligentissime tribuit S. Victori Goirandus de Gonfanono. Filii sui cujusdam condamine seducti, ob uberrimam vinetiarum habundantiam... de tribus Ferraginis dant in castello Gonfanono cum amajoramento.

\* **FERRAGINALE**, FERREGINALE, FER-RIGINALE, Eadem acceptione. Form. vendit. in Formul. MS. Instr. fol. 63: Vendidit et concessit ad perpetuum dominium... quoddam Ferraginale et quoddam casalinum, cum paleario. Ibid. infra: Ferraginale. Charta sub Ludov. VI. ex Bibl. reg. cot. 15: Vindimus vobis in comitatu Narbonense... Ferreginale nostro, qui nobis advenit de parentorum, et abet affrontationes ipse Ferriginale de parte Horientis, etc. Unum bonum Ferriginale, in Ch. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom. Vide in Ferrago.

† **FERRAGINALIS**. Vide post Ferrago.

† **FERRAGIUM**, Stramentum, palea, fenum, Gall. Fourrage. Charta ann. 1262. ex Chartulario S. Martini Pontisar.: Pacificæ gaudeant Monachi S. Martini Pontisar. tam de seramine et grano, quam de omnibus aliis Ferragis ubicumque voluerint circumferendis. Vide Ferrago et Fodrum.

\* **FERRAGNALE**, Eodem sensu. Inquisit. ann. 1371. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 433. col. 2: Item Ferragnale unum cum arangiis et cum ædificio verasciorum iuxta mœnia terræ.

**FERRAGO**, Agri portio, in qua non ad frumenti copiam, sed ad viridis tantummodo pabuli saginam, ordeum, vel granum quodvis invicem mixtum seritur. Unde a Latino Ferrago, deducta vox censetur. [Papias in MS. Bituric: Ferrago, Fruges in herba colore virides.] Gloss. MS. Regium Cod. 1013: Ferrago, viridis, γραστις. Castellani Herennales vocant, Itali Ferragina, et Ferraina. Vetus Judicatum ann. 1191. apud Castellum lib. 4. Rer. Occit. pag. 491: Propter decimas et primitias hortorum, clausorum, et Ferraginum, quorum et quarum quidam homines Carcassonæ decimas et primitias eis dare volebant. Infra: Quidam sunt in hac villa, qui decimas et primitias nobis dare nolunt de hortis, clausis et Ferraginibus. Codicillus Rostagni de Podio alto, tom. 7. Spicilegii Acheriani pag. 275: Volo, quod Prior... habeat et possideat Ferraginem meam, quæ est prope sanctum Veredimium, quæ dicta Ferrago confrontatur ab Oriente cum quadam via publica, etc. Infra: De proventibus dictæ Ferraginis, etc. [Charta ann. 1019. ex Archivo S. Victoris Massiliens. Armar. Aquens. Dioc.; Donamus

duas cartairadas de vinea et Ferraginem ad caminum, et aliam Ferraginem, quæ est iuxta viam, etc. Charta anni 1196. in parvo Chartul. ejusd. S. Victoris: Et super gasto quod ruperat W. Bernardi super Ferraginem G. de Torreves, nihil edificent. Pluries memorantur Ferragines in Archivis ejusdem Abbatiae: Massiliensibus etiamnum Afferage, fertilis ager est et optimus. Chartular. Aptense fol. 50. verso: Dono... Ferraginem unam ad Brusculum et iuxta villam semodiatam de vinea unam, et in alio loco Ferraginem unam prope Ecclesiam S. Johannis. Statuta Massil. lib. 5. cap. 19: Si per campos, vel Ferragines seminatæ, vel hortos laboratos sive cultos transibit equitanto, etc.] Vide Columbum lib. 3. de Episc. Sistaricens. num. 24. Guesnaium in Annalib. Massiliensibus pag. 292. 335. [novam Gall. Chr. tom. 1. pag. 80. Instrum. col. 1. Append. ad Marcam Hispan. col. 1161.] etc.

\* Charta ann. 1139. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 331: In Ferragine quoque, quæ viridarium dicitur, etc. Vide supra Ferragale.

**FERRAGINALIS**, Idem quod Ferrago. Charta Veremundi Regis Hispan. apud Ambros. Moralet in Notis ad S. Eulogium: Et omnes suos hortos, unum in Arvale, et alium in ripa fluminis, et suos Ferraginales ubicumque illos habuit. [Charta Seniofredi Comit. Barcinonensis ann. 961. in Append. ad Marcam Hispan. col. 877: Concedo... alodem meum proprium quem habeo in Comitatu Rosilionense... id est, casas, curtes, et hortos et hortilibus, et ipse Ferraginale, etc.]

**FERRAMENTARIUS**, Faber ferrarius, apud Jul. Firmicum lib. 3. Math. cap. 13.

\* **FERRAMENTUM** DE MOLINO. Gloss. Græc. Lat.: Ἐργαλείον, Ferramentum. Nostri Fer de moulin vel Croix de moulin vocant ferrum illud quod in media mola statuitur, Germanis Muhleisen. Pactus Leg. Salicæ tit. 24. cap. 2: Si quis Ferramentum de molino alieno furaverit, etc. quod Ferrum mulinarium dicitur in Lege Alaman. cap. 99. § 25. Vide Ferramolendinorum.

† **FERRAMENTUM**, Gladius vel quodvis aliud instrumentum ferreum. Pactus Leg. Salicæ tit. 20. cap. 8: Si vero sanguis exierit, ita componat veluti eum de Ferramento vulnerasset. Ferramenta quæ in hostem ducunt, in Capitul. de Villis cap. 42. [\*\* Vide Forcellinum. Marius Mercator. pag. 101: Ὀργάνον καὶ ἐργαλείον τῆς θεότητος, quæ latine instrumentum, magis autem armamentum vel Ferramentum deitatis... possumus dicere. De Christo agit.]

\* Reg. S. Bened. cap. 32: Substantiæ monasterii et Ferramentis vel vestibus, seu quibuslibet rebus, provideat abbas fratres. Ferment, Ferment et Fermeau, Faix, vulgo Serpe. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 192: Un hostil esmoulu, nommé Ferment ou corbec, dont il entendoit à couper bos. Aliæ ann. 1391. in Reg. 140. ch. 214: Une serpe, appelée selon la coutume du pais (a Péronne) courbec ou Ferment. Une serpe à long manche, que l'en appelle Ferment, in aliis ann. 1447. ex Reg. 176. ch. 574. Aliæ ann. 1451. ex Reg. 181. ch. 65: Ung fermeau (vel Sermeau) à exemplir hayes et buissons. Denique aliæ Lit. ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1172: Une serpe longue, appelée au pais (du Maine) ung Fermeau, à couper espines. Nisi legendum sit Cermeau, quod ibi ter repetitur. Vide supra Ferminiculum.

**FERRANDUS**, Color in equis sic appellatus. Charta, scripta sub Roberto Rege, in Tabulario Abbat. Conchensis in Ruthenis ch. 209: Et lazo sancti Salvatoris et sancta fide caballum meum Ferrandum. Willelmus Brito lib. 12. Philipp. de Ferrando Comite Flandriæ, capto in Prælio Bovinensis:

At Ferrandus equis evecus forte duobus, Lætica duplici temone vehentibus ipsam, Nomine quos illi color equivocabat, ut esset Nomen idem Comitum, et equorum, Parisianis Civibus offertur Luparæ claudendus in arce.

Similia habent Rigordus et alii sub ann. 1215. Albericus in Chronico MS.: Accidit etiam casu mirabili, quod equi lecticam Ferrandi trahentes, essent coloris Ferrandini. Will. Guiart. de eodem Comite:

Ferrant portent dui suferant, Qui tous deux sont de poil Ferrant.

Charta ann. 1158. in Spicilegio Acheriano tom. 13. pag. 312: Si fratres derunt ei 300. solidos, et unum palefrum Ferrant. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 5: Unum runcinum Ferrantem cum cifeto, et cum uno frano et sella estimatum, etc. Le Roman d'Auberti MS.:

Et Cuens Guibert, qui le poil a Ferrant.

Le Roman de Gartin MS:

Dont sist li Dus sor le Ferrant de pris.

Alibi:

Prenez vos garde de moi et de ma gent, Ne tendez mie as chevaus, as Ferrans, As heles robes, à or, ne à argent.

Brunetus Latinus lib. 5. cap. 53. de Equis: Et in colore dei tu gardare lo bato, el Ferante, rotato, o nero, o biancho, o fallago, o daltra maniera, etc.

† **FERRANTUS**, Eadem notione, apud Th. Maddox Formul. Anglic. pag. 423: D. Bartholomæus de Lega legavit uxori suæ palefridum Ferrantum.

At cujusmodi fuerit istiusmodi color haud omnino constat, tametsi probabile sit eum esse, quem Varium nostri vocabant, uti suo loco docemus, vulgo Pommele, quod etiam ex veteri Chronico vernaculo probavimus in Notis ad Alexiadem Annæam pag. 409. ut et vocem ortam a colore equorum Arabicorum, quos Faras appellabant. Vide in Farius.

\* Quis fuerit color ille, definire videntur Annal. Victor. Mss. ad ann. 1214: Messores et operarii utriusque sexus et ætatis, operibus prætermisissis, veniebant de campis ad viam, falcibus ad collum suspensis et rastris, et catervatim currebant cernere cupientes in vinculis Ferrandum, quem prius in armis formidabant, illudebantque ei rustici, puellæ et pueri, maxime pro eo quod duo albi equi, qui communiter Ferrandi vocantur, quadrigam seu lecticam, in qua vehabatur, trahabant... illudebant dicentes, modo bene est, nam Ferrandus Ferrandum trahit. Adde Vitam S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 266. col. 1.

\* **FERRARE**, Compedibus vincire, nostris etiam Ferrer. Arest. parlam. Paris. ann. 1373. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 301: Ipsos copulatos quaternatim in manibus ferreis posuerant, et eos per spatium decem mensium detinuerant sic Ferratos. Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 129. ch. 88: Lequel exposant fu mené à Poissy en nos prisons et rendu à notre subzbailli, qui tantost le fist Ferrer. Pro Ferro signare, in aliis Lit. ann. 1479. ex Reg.

206. ch. 247: *Le suppliant.... a marqué et Ferré dudit martel dix-sept ou dix-huit chesnes et ung hestre. Vide alia notione in Ferrum 1.*

\* **FERRARIA**, Fodina ferraria. Stat. pro reformat. regni Navar. ann. 1322. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 160. r°: *Item dicti decem homines de novo positi in custodia dictæ bardenæ, solvantur de emolumentis dictarum Ferrariatium. Vide in Ferrum 1.*

\* **FERRARIUS EQUORUM**, Qui equos calceat, in Stat. Vercell. lib. 3. pag. 59. r°. Conc. Terracon. VIII. ann. 1317. inter Constit. Mss. reg. Aragon.: *Moneantur (clerici) quod nec tafurarias exercent.... carbonarii vel Ferrarii. Vide in Ferrum 1.*

† 1. **FERRATA**, Clathrus ferreus. Vita S. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 195. n. 70: *Collocatum namque fuit prædictum sepulcrum super quatuor columnis marmoris, in cujus circuitu Ferrata quedam admodum pulcra facta fuit. Anastasius Biblioth. in Vita S. Paschalis PP. tom. 3. Maii pag. 393: In ejusdem venerabili Basilicâ ante aditum qui ducit ad corpus in loco Ferratæ altare constituit, in quo et venerandum B. Sixti.... corpus honestissime collocavit.*

\* Vox Italica. Annal. Placent. ad ann. 1451. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 902: *Pars illorum de Canedo noctis tempore intravit Bononiam, vi et opera cujusdam molendinarii banniti, qui Ferratam grossissimam, ubi Renus exit, secuit, cum magno tamen labore, industria et tempore.*

† 2. **FERRATA**, Situla, sic dicta propter circulos ferreos quibus cincta est. Transactio inter Abbatum et Monachos Crasenses ann. 1351. ex lib. Viridi fol. 58: *Similiter quando aliqua de cistulis vel Ferratis putei cadit casualiter in puteum, D. Abbas dicti Monasterii, dat illis qui extrahunt hoc de puteo unam libram panis frumenti. Eod. sensu ibidem recurrit.*

\* Vas vinarium, nostris alias *Ferrat*. Chartul. Floriac. fol. 183. r°: *Item dictus Hugo debet habere in festis annualibus in quolibet duos denarios, et vinum et panem pretio unius oboli, et duas Ferratas vini. Stat. eccl. Castrens. ann. 1358. ex Cod. reg. 1592. A. fol. 76. r°: Unum Ferrat sive unam butillam terream. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 11. *Un vaisseau de fer, dit Ferrat, ordonné à tirer l'eau hors du puy. Ferrat, eodem sensu, in aliis Lit. ann. 1472. ex Reg. 197. ch. 218: Icellui chappellain vint portant ledit Ferrat ou seille tout plain d'eau et le getoit sus lesdis hommes et femmes. Vide mox Ferratum.**

\* **FERRATERIUS**, Faber ferrarius, Gall. *Forgeron*, alias *Ferratier*. Charta ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401: *Item emit dictus cardinalis (Albanensis) a Raymondo de Petris, Ferraterio Montispessulani, unum hospicium. Ferraterius speronorum, Calcarium artifex, Gall. Eperonnier, in Comput. ann. 1383. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 261. col. 1. Lit. remiss. ann. 1417. in Reg. 170. ch. 28: Adhemar Merle, Ferratier.... en la sèneschaucée de Carcassone, etc. Vide in Ferrum 1.*

**FERRATUM**, Vas forte, in quo aqua benedicta defertur, quod in quibusdam Galliarum Provinciis *Sellet* vocatur, quasi *Seillet*: nam *Seille* hydriam dicunt, unde forte legendum *Sellatum*, in Necrologio Ecclesie Reliensis apud Sammarthanos ann. 1316: .... *Obiit R. I. C. P. Petrus Gantelmi Episcopus Reliensis, qui reliquit Ecclesie.... unam capam de diapr. [vel*

*diapre] et unum Ferratum, et ysopum de argento.*

† Recte legisse Sammarthanos existimo: nam Provinciarum habitatoribus ejusmodi vas etiamnum dicitur *lou Ferrat*, quod ex cupro vel ferro fieri solet. *Ferratum*, eodem sensu occurrit in Charta ann. 1329. ex Archivo S. Victoris Massil: *Quatuor cruces de cupro, et aliam de fusto.... item unum Ferratum.*

\* Necrolog. eccl. Paris. Ms. ad IV. Non. Aug.: *Idem Hugo dedit nobis ad opus celarii nostri omnia Ferrata et dolia, quæ parisiis habebat. Invent. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: Item plus unum Ferratum fusti pro oriendo aquas de puteo, circulatum ex circulis ferri. Vide supra Ferrata 2. et infra Ferratas.*

† **FERRATUM ITER**, Via strata, Nostris *Chemin Ferré*. Charta D. Aubet in Bellijocensi pago ann. 1460: *Iusta magnum iter Ferratum tendens de Lugduno apud Maticonum. Vide Viæ ferrata.*

\* **FERRATURA**, Fibulæ claviculus, Gall. *Ardillon*; vel ipsa fibula. Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 558: *Quia transundo extremas Ferraturæ, vocatæ mordant, zonæ ipsius Johannis sommelerii adhesit mantello dicti Ingerranni. Aliis notionibus, vide in Ferrum 1.*

† **FERRATURA CENDALII**, Gallis *Fourrure de cendal*. Mendum est pro *Forratura cendalii*, in Historia Dalph. tom. 2. pag. 334. col. 1. Vide *Fodratura*, et in Ferrum 1.

\* **FERRATUS**, ut supra *Ferratum*. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1: *Item inveni duos Ferratos cupreos, et tertium stagni.*

\* **FERRAZA**, Piscis marini genus, Italis *Ferraccia*. Vide infra *Pastinaca*.

† **FERRE MARTUM**, de pellice dicitur, quæ sibi conciliat animum mariti alieni, et facit ut iste pudicam uxorem relinquat, in Legibus Langobard. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 50. col. 2. *Ferre puellam*, de viro puellam rapienti, ut eam secum habeat in uxorem, ibid. pag. 53. col. 1. Sic ibid. pag. 56. *Mulier libera servum Ferens*, ea est quæ servum sibi copulat conjugio Legibus prohibito.

\* **FERREA**, Equi solea, Gall. *Fer de cheval*. Burcard. Argent. de vita Alex. VI. PP.: *Dictum fuit plures vel multos ex equis suis ferratos fuisse Ferreis argentatis. Ferrée vero, Ligonis species, vulgo Houe vel Hoiau, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 61: Le suppliant, qui avoit une Ferrée en sa main se print à deffaire le foussé et le remplir; et incontinent Jehan Bruneau, qui pareillement avoit une Ferrée en son poing et dont il besongnoit, frappa le suppliant de laditte Ferrée. Aliæ ann. 1464. in Reg. 199. ch. 461: *Icellui Brisset s'en vint au suppliant sa Ferrée en son poing, et la lança en cuidant bailler sur la teste.**

\* **FERREBRACHIA**, Cognomentum Guillelmi fratris Roberti Guiscardi, ob præclaram in bellis fortitudinem. Willelmus Apuleiensis lib. 1. de Gestis Norman. de eodem Guillelmo:

Is quia fortis erat, et Ferrea dictus habere  
Brachia, nam validas vires animumque gerebat.

Et lib. 2:

... Vir Ferrea dictus habere  
Brachia Guillelmi, etc.

Ita *Ferreum* latus appellarunt Dani quemdam Biorno, ob eximiam strenuitatis

*claritatem*, inquit Sueno in Hist. Danica cap. 7.

\* Eodem *Brachii ferrei* nomine donatus Guillelmus IV. comes Pictav. ut post Beslium observat Menagius in Hist. Sabol. pag. 67. Hinc vox Gallica *Fierabras*; qua appellatione designatur Diabolus in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:

..... Fierabras,  
Cest anemis qui maint mal brace, etc.

\* Quomodo *Ferrebrachia* a Ferrum et Brachia, ita a Ferrum et Vestire, nostri *Fervesti* et *Fervestu* dixerunt, pro Armatura ferrea vestitus. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 218: *Comme les supplians eussent trouvé ledit advocat, .... qui les guetoit lui huitieme, armez et Fervestuz, etc. Aliæ ann. 1379. in Reg. 115. ch. 65: Lesdis de Saucourt et leurs complices armez et Fervestiz et garniz d'armeures, etc. Trois compaignons armez et Fervestuz de harnois et d'espees, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 172.*

\* **FERREGERANT**, pro *Fregerant*, in Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues.

\* **FERREGINALE**. Vide supra *Ferraginale*.

\* **FERREINIS**, Idem quod *Ferrago* et supra *Ferragale*. Charta ann. 1148. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 427: *Et ista ecclesia sanctæ Mariæ de Retorta ibi habeat... hortos et Ferreines et eras et vias.*

\* **FERREMENTUM**, Ferrum omne rei alicui necessarium. Charta ann. 1392. ex schedis D. Chaix, Aqvens. advoc.: *Item convenerunt quod dictus dominus (Guigo netus de Jarente dom. de Monteclaro) pastam necessariam ad opus soleriorum suis sumptibus strudi faciet et illam exolvat, videlicet trabes et justes et alia necessaria ad opus hujusmodi, et omnia Ferramenta habeat. Vide supra Ferramentum.*

\* **FERREOLUM**, Vas vinarium ferro ligatum. Formul. fisco. describ. ann. 812. apud Pertz. Leg. vol. 1. pag. 180: *Utensilia, Ferreolum 1. patellum plumbeam 1.*

† **FERREOLUS**, Parvus verres, Aleman. *Ferchel*. Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. f. 72. verso col. 1: *Ainfridus.... solvit ad nativitatem Domini porcos II. Ferreolos II. coniadas VIII.*

\* 1. **FERRERIA**, Officina ferraria. Gall. *Féronnerie*. Charta Math. de Montemor. ann. 1280. in Chartul. Campan. ex Comput. Paris. fol. 355. v°. col. 2: *Quicquid habent hæredes in Maurisilva et taliam de Moustiers,.... et Ferreriam cum pertinentiis suis. Alia Phil. Pulc. ann. 1298. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 5: Martino de Routal, servienti nostro armorum, custodiam domus cujusdam, quam habemus in Ferreria burgi Pampilonensis.... concedimus. Item in costumes de la Féronnerie, des boulangiers, etc. in alia ejusd. reg. ann. 1297. ex Lib. rub. Cam. Comput. fol. 17. v°. col. 1. Vide supra Ferraria. et infra Ferro 2.*

\* 2. **FERRERIA**, Situla. Inventar. ann. 1361. ex Tabul. D. Venciæ: *Item unam Ferreriam. Ferriere*, vas vinarium, apud Rabelais. lib. 2. cap. 28. Vide supra Ferrata 2.

\* **FERREUM**, pro Ferrum. *Ferrea*, Vincula, compedes, in Reg. parlam. Paris. Vide infra *Impruntare*.

\* **FERRIA**, Situla. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 67. col. 1: *Item inveni duodecim grillonos et vaccas ferri, et quasdam Ferrias. Ferrieu,*

eadem notione, in Charta ann. 1358. ex Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 409 : *Huit pos de kievre, deux Ferrieus, six poales, etc.* Vide supra Ferrata 2.

\* **FERRIATA**. Ut FERRATA 1 : « Mandavit mihi tradi clavem cancelli sive Ferrate in qua capita apostolorum Petri et Pauli in basilica Lateranensi custodiuntur. (Diar. Burch. ed. Thuasne II, 425, an. 1498. » )

† **FERRIGULA**, Ferruginea, nigra, ferrei coloris. Papias.

\* **FERRIFODINA**, [Ferraria, ubi ferrum foditur. Improbatur hanc vocem Varr. 7. L. L. 33. non quod sit contra analogiam, sed quod in usu non sit.]

\* **FERRIGINALE**. Vide supra Ferraginale.

† **FERRILE**. Vide Ferile.

† **FERRIOLUS**, Ferrugineus. Stat. Verceil. lib. 4. pag. 83. r : *Teneantur fornariarii predicti de qualibet fornata lapidum facere tres montonos, scilicet unum de blanchis, et alium de Ferriolis, et alium de vermeliis.*

† **FERRIONUS**, FERRONNUS. Vide Ferrum 1.

\* **FERRIPEDARE**, Ferrea solea equi soleam munire, Gall. Ferrer. Vide in Ferrum 1.

\* **FERRITERIUM**, [Locus, ubi ferrum teritur, h. e. ubi servi compedibus ferreis vincti asservantur. Plaut. Most. 3. 2. 55. Inde in Ferriterium, postea in cruce recta.]

\* **FERRITERUS**, [Servus vinctus ferreis compedibus, quia ferrum terit. Plaut. Trin. 4. 3. 14.]

† 1. **FERRO**, Baculus, sive scipio ferro armatus. Charta Sancti Reg. apud Jos. Moret. Antiquit. Navar. pag. 616 : *Deinde ego et Comes Gundisalvus uterque fuimus in B. Amiliano et dedi talem absolutiorem, ut omnes undique partibus venirent causa orandi cum sportella vel Ferrone.*

\* 2. **FERRO**, Faber ferrarius, Gall. Forgeron, ouvrier en fer, alias Ferron. Pactum inter Phil. reg. et Guill. episc. Paris. ann. 1222. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 93 : *Concedimus ut episcopus Paris. et successores sui Paris. episcopi habeant apud Paris. unum draparium, unum cordubanarium, unum Ferronem pro fabro et ferrone, etc.* Lit. remiss. ann. 1390. in Reg. 198. Chartoph. reg. ch. 194 : *Ysabeau de Courtenay, veuve de Guillaume de Roigny, se remarria à un pauvre Ferron et maréchal, homme de très-petit et vil estat, nommé Henriot Eulle de Ferrieres en Gastinois.* Charta ann. 1404. in Reg. 160. ch. 101 : *Nul ne soit du mestier de faire le fer, exceptez les filz des Ferrons. Ferrons et vendeurs de fer, in Stat. ann. 1350. tom. 2. Ordin. reg. Franc. pag. 371. art. 189.*

\* **FERRODIUS**, Mensuræ species. Bulla Greg. IX. PP. ann. 1227. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 343 : *Annum redditum dimidii Ferrodii frumenti, quem habetis de allodio de Chiry. Leg. forte Sextarii.*

† **FERROLHOS**, Pessulus, Gall. Verrou, mutato scilicet v in f. Charta ann. 1424. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Aperiendo, et claudendo portam cum clave et Ferrolho.* Altera ann. 1396. ex eod. Archivo : *Portas aperiendo et claudendo una cum vecte sive Ferrolho et clave.*

† **FERRUGO**, Obscuritas, aut ferri ratura. Papias.

1. **FERRUM**, Equi solea, Fer de cheval. Regestum Constabulariæ Berdegal. fol. 106 : *Dixit se teneri facere D. Regi sex Ferræ nova equi cum clavis suis in muta-*

*tione Domini.* [Leges Jacobi II. Reg. Majoric. tom. 3. Jun. pag. 23 : *Qui etiam Marescallus nobis itinerantibus a nostra comitiva non recedat, munitus clavis et Ferris et his similibus.*]

† **FERRUS**, Eadem notione. Acta S. Raynerii Pisani tom. 3. Junii pag. 432 : *Ferrati enim equi qui illuc equitabant, sine aliquo ferro in pedibus regrediebantur, et qui suos Ferros reservabant, optimos habere pedes perhibebantur.*

\* Eiusmodi soleæ, ignominie proscriptioisve causa, ostiis apud Italos affigebantur, ut discimus ex Lit. Greg. IX. PP. ann. 1231. apud Cl. V. Garamp. in Disquisit. de Sigil. Garfagn. pag. 20 : *Ostia, quorum claves habere non poterant, clamose infringendo tumultu, clericis ne res contentas in cellariis quoquomodo contingeret, arctius interdicto ; quorundam ostiis equorum Ferris affixis, et nec hiis contenti, etc.*

**FERRARE**, Ferrea solea equi soleam munire. Donnizo lib. 1. de Vita Mathil. cap. 10 :

Ornatos magnos secum tulit atque caballos, Sub pedibus quorum chalybem non ponere solum Jusserat, argenteum sed ponere, sic quasi ferrum, Esse repercutum clavum voluit quoque nullum, Ex hoc ut gentes possent reperire quis esset.

Willel. Tyrius lib. 13. cap. 27 : *Miserat autem predicto viro... nobili palafredum albissimum, argenteo Ferratum, etc.* Jo. Brompton. pag. 911 : *Mulam etiam, quam equitabat, auro fecit Ferrari, prohibens omnes suos, ne quando ferratura caderet, sustollerent.* [Ordinatio officiorum Curie Humberti II. Dalphini ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 394. col. 2 : *Item dictus Marescallus diebus singulis de mane et sero adobari et estriariari faciat equos... et ad oculum videat, si existunt bene Ferrati.*] Occurrit etiam in Statutis Ordinis de Sempringham pag. 749. in Institut. Cap. Gener. Cisterc. cap. 36. [apud Bernardum in Consuetud. Cluniac. part. 1.] in Fleta lib. 2. cap. 14. § 4. in Foris Bigorrensib. art. 40. in Charta ann. 1038. apud Buzelinum pag. 528. etc. Jo. Villaneus lib. 4. cap. 18 : *Havendo ornato il suo cavallo di freno d'oro, e Ferrato di fine argento.* Le Roman de Rou MS. :

Pour fere gens parler de soi,  
Fist tous les quatre fers dorer,  
Ne vout mie dire Ferrer.

**SUFFERRARE**. Eadem notione. Speculum Saxon. lib. 2. art. 12. § 4 : *Cuilibet equo quatuor manipuli infra diem et noctem erogentur, et in anterioribus pedibus equi Sufferrantur.* Jus feudale Saxon. cap. 34. § 15 : *Equi eorum debent in anterioribus pedibus Sufferrari, et non retro.*

† 1. **FERRATOR**, Cui ex officio calceandorum equorum cura incumbit. Instrum. ann. 1240. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 142. col. 1 : *Præterea erant alia duo officia ejusdem conditionis, officium scilicet coquinæ et Ferratoris, quorum libertas cassata fuit in compositione facta inter Burgenses et D. Archiepiscopum.* Unde

† **FERRURA**, Hujusce officii nomen. Charta Henrici V. Regis Angliæ apud Rymer tom. 9. pag. 250 : *Scias quod assignavimus te ad tot ferra et clavos equorum, quot pro equis stabuli nostri, in præsentem viagium nostro ferrandis, necessaria fuerunt, ac fabros et ferrum, et omnia alia que officio Ferruræ necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna.*

† 2. **FERRATOR**, Qui equos calceat. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3.

Martii pag. 205 : *D. Gesca uxor Fei Ferratoris de populo S. Martini.*

\* **Sigillum Raimondi Ferratoris**, apud Manni tom. 3. de Sigill. antiq. pag. 140. *Ferrier et Martellus ferrador*, quo scilicet in calceando equos utitur ferrator, in Comput. ann. 1394. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 84. col. 2. et pag. 87. col. 1. Vide Ferrarius et Ferraterius.

† **FERRATURA**, Ferrea equi solea. Charta Lucii III. PP. ann. 1184. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1189. col. 2 : *Pro se et duobus scuteris et tribus equitaturis fenum et avenam habeat, et candelas, et Ferraturas equorum de curia ipsa percipiat.* Occurrit apud Murator. tom. 12. col. 1077 : *Una ferratura equi, in Charta ann. 1252.*

† 1. **FERRIPEDARE**, Idem quod Ferrare. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1290. apud Murator. tom. 6. col. 463 : *Qui Ermemolinus in signum puræ dilectionis et pacis Communi Januæ bisantios VIII. millia destinavit, et insuper tantam pecuniam, unde optimus equus compararetur, et ex parte sua præsentaretur Communi Januæ cooperatus optimo auro, et Ferripedatus claponis argenteis.* [\* Stat. Montis reg. pag. 268 : *Item statutum est, quod nullus ferrarius... præsumat Ferripedare aliquam seu aliquas bestias, cujuscumque generis censeantur, in via, etc.*]

† **FERRI**, Laminæ ferreæ quibus ad cruciandos Martyres utebantur. Acta S. Cononis tom. 7. Mail pag. 7 : *Domitianus Comes dixit ministris, incendite Ferros, et ponite super eos.*

† **FERRA**, Vincula, compedes, catenæ. Charta Edwardi III. Regis Angliæ ann. 1353. apud Rymer tom. 4. pag. 552 : *In Ferris, in prisona nostra salvo et secure custodiri faciatis.* Galli dicimus *Etre dans les fers*, pro vinctum esse compedibus.

† **FERRATUS**, Catenatus. Inquesta pro canonizatione Caroli Blesensis apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 568 : *Alanus Radulfi Presb. Rector de Plebenede Leon. Dioc. dicit quod cum ipse esset prisonarius Anglicorum magne comitive... et fuisset Ferratus grossis ferris, fuit liberatus per merita D. Caroli.*

† 2. **FERRIPEDARE**, Compeditus vincire. Vita S. Angeli Carmelita tom. 2. Mail pag. 824 : *Et dictum S. Angelum in terram posuit ut eam Ferripedaret (Saracenus.)*

IN **FERRO MITTI**, Catenis ferreis vincti. Anonymus de Gestis Constantini M. : *Et missi sunt in Ferro, et adducti Ravennam. Ferro vinciri, in Legge Longob. lib. 2. tit. 13. § 5. [\* Carol. M. 138. ex Capitul. Ludov. Pii ann. 829.]*

**FERRO** IN UTRAQUE MAXILLA **COMBURI**, in Chartis Bruningi Abb. Laurishamensis in Chronico Laurishamensi pag. 74. *In utraque maxilla Ferro ad hoc factio etiam candente cacari et comburi, in Charta Henrici Imperat. ibidem pag. 75.*

**FERRI ONUS**, Pœnæ levioris species apud Anglos, ut est in Fleta lib. 1. cap. 26. § 4.

† **FERRUM BATTUDUM**, Procusum, exactum, nostris *Fer émoulu*. Formula 30. inter Sirmondicas : *Et sic est veritas absque ulla fraude vel conludio, et in sua culpa secundum legem ipsum Ferro battudo fecit.*

† **FERRI**, Ferramenta. Acta S. Cassii Episc. Narniensis tom. 5. Junii pag. 491 : *Idem D. Vicarius claudi et obserari, cooperculo ex eodem lapide ad id inscripto*



et parato, et Ferros hinc inde cum plumbo ligato firmari mandavit.

¶ FERRARE TONELLOS, Dolia circulis ferreis munire. Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu Feud. pag. CLXXXIX : *Et pro tonellis Ferrandis et aliis operibus XIII. l. Hinc*

¶ FERRATI, nude sæpius occurrit in eodem Computo pro Dolia. ibid. pag. CXLII : *Pro travallis et pro circulis et pro vectura duorum Ferratorum LX. s. Et pag. CLV : Pro sex Ferratis Medontæ parandis et pro duodecim duodenis circulo- rum III. l. etc. Vide Ferreolum.*

¶ FERRATERIUS, Ferrarius, in antiquo Catalogo MS. B. Mariæ Deauratæ Tolos. ann. 1328.

¶ FERRONNUS et FERRUNNUS, Eadem notione. Index MS. reddituum Episcopat. Autissiodor. circa ann. 1290 : *De Ferro- nis. Omnes vendentes ferrum debent unum den.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Usu Feud. pag. CLXXXIV. *De dietis Ferrunorum de Hoen- gel. c. et X, s... De dietis Ferrunorum fabricarum Rabio VI. l. et XI. s.*

¶ FERRATURA, Quidquid ad serariam artem spectat. Vita S. Francisci de Paula tom. 1. Aprilis pag. 151 : *Maritus suus qui tunc erat et adhuc est serurarius, onus habebat fabricandi Ferraturam, videlicet seras, claves et alia neces- saria ad clausuram Conventus.*

¶ FERRURA, Ferramentum. Computus Richardi Parentyn ann. 1425. in Anti- quit. Ambrosden. pag. 574 : *Et in decem clavibus emptis de eodem pro Ferrura ejus- dem X. den.*

¶ FERRUM ALBUM, Gall. *Fer-blanc*. Charta Officialis Paris. ann. 1580. apud Rymer. tom. 14. pag. 394 : *Notum faci- mus... vidisse litteras... sigillatas in cera rubea sigillo rotundo cum duplici cauda pergamenea, incapsato capsæ Ferri albi sanas siquidem et integras.*

FERRI MOLENDINORUM, apud Inno- cent. III. PP. lib. 14. Epist. 79. [Vide Ferramentum.]

FERRUM OBLATARUM, quo scilicet oblata, seu hostiæ ad sacrificium confi- ciuntur. *Ferrum, ferramentum caracte- ratum, in quo sunt coquendæ hostiæ*, apud Bernardum in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 55. et 77. Gillebertus Luni- censis Episcopus de Usu Ecclesiastico : *Pixis cum oblatiis, et Ferrum eorum*. Adde usus veteres Cisterciensium cap. 114. et Udalicum in Consuetud. Clu- niac. lib. 3. cap. 13. Vide Oblata.

¶ FERRUM TRABALE, Ensis ad modum trabalis clavi, instar litteræ S. recurvi, effictus. Carmen de Varia fortuna Ernesti Bavaris Ducis, auctore Odone lib. 8. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 370 :

Hoc dicto gladium stringit, citus ordine rupto  
In medios vadens Persas, Ferroque trabali  
Bestius ille gygas, terræ jumenta virosque  
Prostermit, fundens multum super arma cruorem.

FERRUM PICTAVENSE, olim in pretio. Joannes Monachus Majoris Monasterii lib. 1. Hist. Gaufrædi Ducis Normani. pag. 19 : *Allata est ei hasta fraxinea, Ferrum Pictavense præterdens.* Vetus Poeta MS. :

S'ot glaive courte et grosse à Fer Poitevin.

Idem Poëta :

Le droit Seigneur n'en odrent-il guerpir  
Eins le deflandant as acier Poitevins.

Alibi :

Parmi le cors mist l'acier Poitevin.

Rursusum :

Il caint l'aspée de l'acier Poitevin.

Ibidem :

Et fu armé sor le cheval de pris,  
D'auberc et d'iaume, d'esca Poitevin.

BURDEGALENSE FERRUM laudat Frois- sartes 2. vol. cap. 117 : *Lesquels furent recueillis de ces longs glaives aux Fers de Bourdeaux.* Idem tom. 4. cap. 6 : *Puis leurs furent bailliez leurs glaives à pointes acérées de Fer de Bourdeaux.* Chronicon Bertrandi Guesclini MS. :

Un Escuier y vint qui au Comte lança  
D'une espée de Bourdeaux, qui moult chier li cousta.

¶ FERRARICIA FOSSA, Fodina ferraria, in Capitul. de villis Caroli M. cap. 62.

¶ 2. FERRUM, Trutina, seu trutinæ jus, quod nimirum pro ponderibus publicis exsolvitur. Conventio inter Jacobum Aragoniæ Regem et Montispessu- lani Dominum ann. 1278 : *Cum, ut dicit, pondera et Ferrum et sesteriale sive mensura bladi pertinent ad dictum Dominum Regem.*

FERRI SPANISCI, Trutinæ, ex ferro Hi- spanico. Charta ann. 859. in Tabulario Eccles. Viennensis fol. 19 : *Dum incogni- tum non habetur, et honorabilibus et no- bilibus filiis Ecclesiæ Clericis et laicis, qualiter nos suscepimus aurum de the- sauro prænominati B. Mauricii libras 5. de auro cocto, calicem et patenam, pen- sante unaquæque libram ad Ferros Spa- niscos, ipsas libras de manu præfati Domni Adoni Archiep. accepimus, etc.*

3. FERRUM CANDENS seu Ferri can- dentis judicium, quo quis innocentiam suam tuebatur, nuda manu ferrum can- dens deferendo, hac illæsa. Veteris Ethnicorum superstitionis reliquias esse docent, quæ habet Sophocles Anti- gona :

Ἡμεῖς δ' ἔτοιμοι κἄν μύθρουσ' αἶρειν χερσῶν,  
καὶ τὸρ διέρπειν, καὶ θεοὺς ὀρκωμοτεῖν, etc.

Ubi Scholiastes : *Ἐθέλασ' δὲ ὀμνῶντες, καὶ πιστεῖς δίδόντες, μύθρουσ' βαρταλεῖν, καὶ τὸρ ὑπερβαίνειν τούσ' γὰρ μὴ ἐνόηουσ' τὸ ἀμαρτήματι φόντο, καὶ ἐν τούτοις μὴ ἀλγεῖν.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Juris German. pag. 912. sqq.]

Id porro purgationis vulgaris genus varie efferunt ævi recentioris Scriptores : quippe *Judicium ferri* vocant Le- ges Canuti Regis de Forestis cap. 13. Leges Edwardi Confess. cap. 9. 16. Leges Willelmi Nothi cap. 62. etc. *Judi- cium Ferri calidi*, Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 64. [\*\* et in chart. Maj. Monast. Turon. ann. 1037. post Irminonem pag. 355.] [*Legale candentis Ferri Judicium*, in Charta ann. 1062. ex Tabul. Majoris Monast.] *Ferri candentis Judi- cium*, Historia expeditionis Asiaticæ Friderici I. Imp. pag. 87. *Candentis ca- lybis examen*, Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 564. *Examen igniti Ferri*, Eadme- rus lib. 1. Hist. Novorum pag. 48. 1. Edit. et Alexander. III. PP. Epist. 19. ex iis, quas Sirmondus edidit. *Judicium igniti Ferri*, Matthæus Paris ann. 1085. et Bromptonus ann. 1088. et vetus Charta apud Jacobum Petitem post Pœ- nitent. Theodori pag. 665. *Ferrum igni- tum*, Tortarius de Miraculis S. Benedi- cti. *Ignitum Judicium*, Tabularium Angeriense fol. 20. et Tabularium Molismense. *Igniferum Judicium*, Dudo lib. 2. de Actis Normann. pag. 85. [*Fer- rum Judicii*, Charta anni 1082. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1327.] *Ferreum Ju- dicium*, Decreta Calomanni Regis Hun-

garis lib. 1. *Ferrum Judiciale*, Gilleber- tus Lunicensis lib. de Usu Ecclesiasti- co, Charta Sanctii Regis Aragon. æræ 1116. in Historia Pinnatensi lib. 1. cap. 54. et Bromptonus pag. 846. *Διὰ μύθρου ἀπόδειξις*. Acropolita cap. 50. pag. 52. *Ferrum*, nude, Statuta Willelmi Regis Scotiæ cap. 15. 16. Statuta Alexandri II. Regis Scotiæ cap. 7. Charta Alexandri Comitis Cuperanensis ann. 1102. apud Ughellum tom. 7. Ital. Sacræ pag. 864. Jus Feudale Saxonum cap. 24. § 19. Gervasius Dorobernensis pag. 1511. Chronica Sclavica cap. 25. Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 15. § 3. Monasticum Ang- lic. tom. 1. pag. 554. etc.

*Jernbyrd*, vel *Jarn-byrth*, Danos et Suecos ejusmodi judicium appellasse, scribunt Isaacus Pontanus in Danisæ Descriptione pag. 772. et Petrus Rese- nius in Notis ad Jus Aulicum Canuti II. Regis pag. 617. et Joannes Loccenius lib. 4. Antiquit. Suegotthic. cap. 4. etiamnumque hodie *signum veri* verna- cula lingua, signum candentis ferri vo- cari : vulgo enim *Fern-legen* dicere. Vide *Sfurstern*.

Hinc variæ loquendi formulæ, in ejus- modi judicio ferri candentis enuntiando apud Scriptores. *Ferrum calidum nuda manu portare*, apud Ordericum Vitalem lib. 6. pag. 629. *Ferro ignito se purgare*, apud Galbertum in Vita Caroli Comitis Flandriæ n. 156. 162. *Per calidum Fer- rum se purgare*, in Regiam majestatem lib. 4. cap. 3. § 4. *Ferro candenti se ex- purgare, purificare*, ibidem cap. 15. 20. *Contactu Ferri calidi quidpiam probare*, apud Hildebertum Cenoman. Epist. 10. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicile- gii Acheriani in Appendice. *Ἵστειν τὸν μύθρου*, apud Pachymerem lib. 2. Hist. cap. 1. *Ferri judicium portare*, in De- cretis Calomanni Regis Hungariæ lib. 1. ubi Editor perperam dixit esse, *compedibus puniri*. *Ferri judicium deportare, et portare*, in Chartis laudatis a Duches- nio in Notis ad Bibliothecam Cluniac- ensensem pag. 156. 157. et a Mabillonio tom. 5. Vitar. SS. Ord. S. Bened. pag. 762. *Ferrum candens manibus portare*, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 39. *Fer- rum ignitum portare*, in Wichbild Mag- deburgensi art. 92. § 2. *Judicium portare*, nude in Legibus Edmundi Regis Angliæ. Tabular. Molismense : *Et ibidem a viris prudentibus judicatum, quod Mo- lismenses, qui tertias se habuisse refere- bant, si possent, hoc 2. hominum sibi nil attinentium sacramento, aut unius suo- rum approbare ignito judicio tenturam habuissent idoneam : nec ob hoc tamen Prior de Ecclesiis usuarium memoris quod reclamabat, probatione præeunte convenienti, amitteret. Firmato itaque Molismenses, sicut judicatum fuerat, ju- dicio, die, qua portandum fuerat, in loco, qui Villaris dicitur, tam ipsi, quam sæ- pefatus Prior cum suis convenerunt, etc.* [Charta Goslani Episcopi et Chartul. S. Magdalensæ Castrodenensis fol. 29 : *Eo insuper adnexo quod judicia seu ignito Ferro fiant sive aqua in curia Comitiss vel ejus Præpositi insumpta vel aliunde per Comitiss justitiam adducta portata et administrata fuerint in prænominata B. Mariæ Ecclesia.*]

Spectavit porro ejusmodi Purgationis genus eos, qui vel ob ætatem, vel ob *mahemium*, seu ægritudinem aliquam, aut quemvis corporis defectum, duel- lum inire non poterant : præsertim vero liberos homines, sicut *aqua rusticus*, ut est in Regiam Majestatem lib. 4. cap. 3. § 4. Quod etiam innuit Eadmerus lib. 1.

Hist. Novor. pag. 48. docentque exempla varia istius Purgationis.

Apud Aragonenses villanos spectasse videtur innuere Charta Sanctii Regis Aragon. : *Et ideo mando et iudico, ut si aliquis homo rusticorum voluerit extrahere de Monasterio isto terram, aut aliquam hæreditatem, veniat ad S. Joannem, et juret super illud altare : et postquam juraverit, accipiat Ferrum calidum judiciale, sicut mei villani faciunt, et omnis terra. Similiter et si illos villanos sancti Joannis habuerint pleito cum meis villanis, vel cum meis merinis, vel cum infan- tionibus ; sicut mei se salvant in mea sede, sic mando, ut et ipsi se salvent in sede sancti Joannis per Judiciale Ferrum : et proinde pono et mando hoc judicium, quia multi sunt inflati spiritu maligno, quia non timent perjurium de jure, et ideo quod juraverit, salvum fuerat per ferrum.*

Sed et spectavit Monachos, et Clericos, ut Duellum sæculares. Vetus Notitia apud Charlonium in Notis ad Historiam Inculismensem Corliæi : *Unde factum est, ut ob hanc causam peteret Toarcium, et Vicecomitem adiret, paratus aut calidi Ferri Judicio, secundum legem Monachorum, per suum hominem probare, aut scuto et baculo juxta legem sæcularium defendere.* Tabularium S. Dionysii de Capella diocesis Bituricensis Ch. 118 : *Judicaverunt igitur ut suum confirmarent testimonium per Ferrum ignitum, quod ipsi facere non veriti sunt, et homo, qui pro eis (Monachis) tulit, nullam sensit læsionem.* Tabularium Majoris Monasterii Ch. 37 : *De qua re portato calidi Ferri Judicio per hominem nostrum Haimonem de Boëleto, probatum est contra illum, etc.* Et Charta 122 : *His itaque determinationibus circumquaque finiens, hujusmodi infra se obtinet privilegium, ut si forte incolarum aliquis in aliquo excedit, unde aut bellum faciendum, aut solitum candens Ferri Judicium sit deportandum, et vel alio quolibet modo, quo peccari potest, delinquit, etc.* Tabularium Abrincatense ann. 1061 : *Excommunicati ab Episcopo ad ejus satisfactionem et absolutionem venient : Judicium Ferri igniti et aquæ ferventis Abrincis portaretur, si Clerici lapsi in culpam degradationis forte inventrentur, quia ad Episcopum pertinet ordinatio, et ad ejus judicium pertineret degradatio.* Adde vetus Diploma apud Virum Doctissimum Jo. Mabillonium tom. 5. Vita. SS. Ord. S. Bened. pag. 765.

\* Habita criminis ratione, gravioris vel levioris erat ponderis ferrum gestandum, ut colligitur ex antiquiss. Pontif. Ms. Cod. reg. 949 : *Incipit adjuratio ferri vel aquæ fervidæ. In simplo unum pondus, in triplo tria ferrum æquiparet pondera.* Hinc istud judicium *Pondus* interdum appellabatur.

Jam vero quibus ritibus ac ceremoniis perageretur judicium per ferrum candens, multis docent Leges Adelstani Regis, apud Bromptonum pag. 856. et Concilium Grateleanum ann. 928. cap. 7 : *De ordalio præcipimus in nomine Dei et præcepto Archiepiscopi, et omnium Episcoporum, ne aliquis intret Ecclesiam, postquam ignis infertur, unde judicium califacere debet, præter Presbyterum, et eum, qui ad judicium iturus est. Et sint mensurati 9. pedes a staca usque ad marcam, ad mensuram pedum ejus, qui ad judicium ire debet. .... Et quando judicium paratum erit ingrediatur ex utraque parte duo homines, et certi sint ut ita calidum sit, sicuti prædicimus ; in-*

*troant totidem ex utraque parte, et det eis osculari textum sancti Evangelii, et signum sanctæ Crucis ; et nemo faciat ignem divitius quam benedictio incipiat ; sed jaceat ferrum super carbones usque ad ultimam collectam : postea mittatur super staphas (al. staplas) ; et non sit illic alia locutio, quam ut precentur sedulo Deum Patrem, ut veritatem suam in eo manifestare dignetur. Et bibat accusatus aquam benedictam, et inde conspergatur manus ejus, qua judicium portare debet, et sic adeat. Novem pedes distinguantur inter terminos. In primo signo secus stacam teneat pedem suum dextrum ; in secundum, sinistrum pedem ; in tertium signum, quando ferrum projiciet, et sanctum altare festinet. Insignilletur manus ejus, et inquiratur die tertia si mulaminum (i. si inusta) [melius forte velamen. Vide Mulaminum suo loco.] sit intra consigillationem. Eadem Leges Adelstani § 30 : *Si quis judicium ferri vel aquæ vadiaverit, accedat ante tribus noctibus ad Presbyterum, qui sanctificare debet eum, et pascat se pane, et sale, et aqua, et herbis, et audiat Missas singulorum ipsorum trium dierum, et offerat et eat ad sacrosanctam Communionem ipsa die, qua ordalium examinari debet, et juret, quod jure publico sit innocens illius accusationis, antequam ad ordalium veniat. ... Si ferrum calidum sit, tres noctes transeat antequam inquiratur, et videatur manus ejus, etc.* Ordericus Vital. lib. 5. pag. 584 : *Tandem multorum diffinitione Optimum præfixum est in Curia Regis, ut culpatus vir ad abstergendam nefarii maculam facinoris, apud Rotomagum in præsentia Cleri subiret candentis examen calibis. Quod ita factum est : scintillans ferrum nuda manu portavit, Deique nutu non adustus apparuit, et inde cum Clerus tota plebe alta voce Deum laudavit. Multivoli hostes armati aderant ad spectaculum, ut si reus deprehenderetur per ignis judicium continuo reatus, amputato rei capite, puniretur per gladium. Christianus in Vita S. Wenceslai cap. 65 : *Ille nihil dubitans ; verum in Sancti fides merita, candens ferrum ab igne sumpsit, longeque a termino gessit : et ni ab aliis prohiberetur, tres fortassis fecisset metas.* [Vide Baluzium tom. 2. Capitulum. col. 655.]**

Pachymeres lib. 1. Hist. cap. 12. scribit, eum, qui se ad Purgationem per ferrum candens offerebat, triduo prius jejuniis et oratione se parasse : custoditum interim, et manu velo involuta, cui sigillum apponebatur, ne quis eam unctionibus adversus ignis sensum robotantibus muniret : tum productum in medium, arrepto nuda manu ignito ferro, ter definitum spatium emensum. Quædam enim sunt, quæ vim ignis retundunt. Sic in Athenarum obsidione turrim ligneam, alumine oblitam, Sylla incendere frustra conatus est : lignaque viscata et ovo perfusa, vestis immo contacta a deflagratione, ut scribunt Theophrastus et Plinius lib. 29. cap. 3. tuta sunt. Ita olim illi, qui apud Hirpinos per prunas ardentis nudis incedebant vestigiis in Apollinis honorem, de quibus Virgilius lib. 11. Æn. vers. 787 :

... Et medium freti piestate per ignem  
Cultores multa premimus vestigia pruna.

Medicamento plantas tingebant, ut ait Varro apud Servium : quam in rem consulendi præterea Busbequius in Epist. 4. Legat. Turcicæ, et Camerarius Meditation. Histor. Cent. 2. cap. 18.

quibus addo quæ habet Albertus M. de Mirabilibus mundi : *Si vis in manu tua portare ignem, ut non offendas, accipe calcem dissolutam cum aqua fabarum calida, et aliquantulum magranculis, et aliquantulum malvasisci, et permisce illud cum eo bene, et deinde line cum eo palmam tuam, et fac siccare, et pone in ea ignem, et non nocebit. Infra : Experimentum mirabile, quod facit homines ire in ignem sine læsione in manu. Recipe succum bismalvæ, et albumen ovi, et semen psilii, et calcem, et pulveriza, et confice, cum illo albumine ovi succum raphani commisce, et ex hac confectione illinas corpus tuum, vel manum, et dimitte siccare : et postea iterum illinas, et post hoc poteris audacter sustinere ignem sine nocimento.*

Quod porro ait Pachymeres, jejuniis et orationibus præviis, atque adeo sumta divina Eucharistia, se ad ejusmodi judicium subeunda parasse accusatos, id omnino firmant supra laudatæ Leges Æthelstani Saxonica cap. 23. et Sueno mox laudandus : ut et per continuum triduum (verum post peractum, non vero ante initum judicium) obsegnatam manum servatam : quod etiam habet Ordo ad has Purgationes, apud Lambardum in voce *Ordalium*, et Hugonem Machoudum in Observat. ad Robertum Pullum : quibus adjungenda videntur quæ recitat Ambrosius Morales lib. 11. Hist. Hispan. cap. 48. pag. 57.

Addit præterea idem Pachymeres ῥόδρον hunc, seu ferrum istud ignitum, ἄγιον, sanctum, appellatum, quod scilicet a Sacerdote benediceretur, ut colligitur ex Honorio Augustodunensi lib. 11. cap. 18. ea oratione, quam recitant Aventinus lib. 4. Annalium Boior. pag. 249. Edit. 1627. Lambardus in Gloss. ad Leges Saxonicas v. *Ordalium*, et Goldastus tom. 2. Rerum Alamannic. pag. 178. Adde Opera Alcuini cap. 1191. Scribit Acropolita cap. 50. Michaellem Comnenum, seu Palæologum, postmodum Imperatorem, quem ad ῥόδρον, seu judicium ferri calidi subeundum, ad diluendum impositum crimen, adigere volebat Imperator Theodorus Lascaris, sic eidem reposuisse : οὐκ οὐδ' ὄπισθ' ἐπὶ τοῦτοῦ κέκληται ἄγιον : mox, admissa conditione, sic Metropolitam Philadelphensem compellasse : Ἐνδύσαι μὴ αὐτὸς τὴν ἱερὰν σου πᾶσαν στόλην, καθὼς εἰώθας ἐν τῷ θεῷ εἰσέρχεσθαι βήματι, καὶ ἐντυγάνειν θεῷ, εἴτα δὴ ταῖς σαῖς χερσὶν ἐκπύρωσόν μοι τὸν σίδηρον, .... καὶ ταύταις δὴ ταῖς χερσὶν ἐπίθεε ἐν χερσὶ μου τὸν σίδηρον, καὶ τετάρτηκα εἰς τὸν δεσπότην Χριστὸν ὡς πᾶσαν μὲν οὕτως ἁμαρτίαν μου παραράσεται, θαυματουργήσει δὲ τὴν ἀλήθειαν. At metropolita respondit, ejusmodi Purgationes Canonibus prohiberi, Barbarorumque, hoc est, Latino- rum eas esse proprias, nec apud Romanos seu Græcos receptas, nisi ex peculiari præcepto Imperatoris. [Adde Phranzem lib. 1. cap. 1.]

Ritus denique omnes in Purgatione per ferrum candens pluribus exsequitur Andreas Sueonis, Archiepiscopus Lundensis lib. 7. Legum Scanicarum cap. 15. cujus titulus est *De judicio candentis ferri : Gestaturus ferrum lota manu nihil debet contingere, priusquam ferrum leve, nec caput, nec crines, nec aliquid vestimentum, ne per tactum alicujus succi, vel unguentii per fraudem potius quam per innocentiam, ferri candentis effugiat læsionem. Triplex autem ferri judicium, quod usus recipit, invenitur. Unum quod in 12. ignitis vomeribus calcandis consistit, quibus personis conveniat, qualiterque*

debeat exerceri, sufficienter credimus declaratum. Est item aliud ferri iudicium, illi soli conveniens, qui pro furto crimine convenitur, quod Trygsiern in lingua patria nominatur, ab alveolo, qui per 12. pedum vestigia debet a baculis, quibus ferrum superponitur, elongari: quod accensum, prius præstito ab adversario juramento, quod Aasuoren eed appellatur, sumptum a baculis in ipsum alveolum nuda manu debet immittere reus ipse, et immisum, si forte resilierit, vel extra ceciderit, resumet iterum, et projiciet, donec ipsum ibi contigerit contineri. Est item tertium ferri iudicium, illis gestaturis ferrum attinens, quibus prædicta iudicia non incumbunt, quod ignitum sumptum a baculis reus ipse donec processerit novem vestigiis deferre tenetur. Et tunc primo a se jactare, a quo jactu ipsum lingua patria Scudsiern appellat, et si dicatur ab adversario insufficienter vel minus legitime detulisse, probet duobus testimoniis se deferendi modum legitimum observasse. Hoc est autem circa quodlibet ferri iudicium observandum, ut nullum eorum debeat in septimana, quæ diem festum habeat, exerceri. Duobus quidem primis diebus, in secunda videlicet et tertia feria, reus in pane et aqua et vestimentis laneis jejunabit, et in quarta subibit iudicium. Hoc completo incontinenti, vel pedes, si vomeres calcati fuerint, vel manus, si ferrum gestatum fuerit, panno aliquo involventur, cui diligenter astricto, stigmillum etiam apponetur, ne quid adveniat fraudulenter, quod vel possit extinguere ustionem, vel auferre saltem apparentiam ustionis. Hoc velamen in pedibus vel manibus usque ad sabbatum permanebit. Eodem die coram actore adversario usque ad solis descensum post meridiem expectando: et si nec tunc advenierit, coram astantibus auferendum, qui statim cum nuda manu vel pedes conspexerint, vel innocentem reum, vel culpabilem iudicabunt, et si fuerit innocens iudicatus, persolvat laboris sui pretium Sacerdoti: si vero culpabilis, ad actorem illius mercedis solutio, juxta Ecclesiæ vel Provinciæ consuetudinem, pertinebit.

¶ Ritibus ac cæremoniis ejusmodi purgationis, supra propositis subjungenda sunt quæ ex Tabul. Major. monast. excerptimus: Ad hoc tandem producta res est, ut consuetudinario calido ferri iudicio probari facere dominus abbas permetteret falsum esse, quod Sigebrianus assereret. Vadiatum est itaque iudicium, et ad portandum locus designatus et terminus; ad quem terminum cum fuisset dominus abbas paratus, ille non fuit. Postea altera ad istud sub hac conditione determinata fuit, ut quilibet amborum altero tunc esset imparato paratus, compelliari inde non deberet ulterius. Die igitur placita ad condicium locum, qui fuit Calumna, dominus abbas venit, tarde licet venit et Sigebrianus: aderat etiam Eusebius Andegavensis episcopus. Traditus est homo ad portandum iudicium atque susceptus, et in diem tertium de more servatus. Eo die tertio scilicet calefactum est iudiciale ferrum, homo præsto fuit ad portandum, et tota ad finiendum causa parata. Tunc Sigebrianus iudicium istud non se recepturum esse dixit.

¶ Huic iudicio præbant etiam peccatorum confessio atque absolutio et balneum; cui probationi subeunda accusati accedebant vestibus sacris induti, ut testatur Andreas Floriac. Ms. lib. 2. Mirac. S. Bened.: Sed ut testis falsitatis expiatus culpis, lautus balneis, vestibus

sacris indutus, vultu acclinis improbam manum igneo constantius admovet ponderi; non cauteriatus, ut moris est reis, deprehenditur: sed media templi testudine, disploso ventre, vesicæ pandit febrido strepitu. Quæ ultima, si illæsa manu, pro criminis argumento habita sunt, risum teneatis. Merito itaque suspecta aliquando fuit innocentia hac purgatione probata.

Interdum chirotecæ forma ferrum induisse delatos, auctor est Saxo Grammaticus lib. 10. Hist. Danicæ pag. 171: Percunctatus, an monitis suis obsecuturi essent, si ad flagrantis ferri tactum manum ejus laesione vacuum conspexissent, universis hæud dubie parendum respondentibus, candentem ferri laminam, chirotecæ formam habentem, expediti jussit, eique brachium cubito tenus inseruit, ac protinus per omnes interrite circumlatam ante Principis pedes excussit, dextramque nulla ex parte corruptam in eodem incolumitatis colorisque habitu religiosæ omnium admirationi conspiciendam monstravit. Habet ex eo Albertus Stadensis ann. 971.

Asservabatur porro ferrum iudiciale, Episcopi benedictione consecratum, in iis Ecclesiis vel Monasteriis, quæ ejusmodi iudiciorum vulgarium jus habebant. Quod docet Charta Fontanellensis ann. 1082. nuper edita inter Concilia Rotomag. Ecclesiæ, ex qua sequentia excerptimus: De qua libertate, tempore Guillelmi Regis Anglorum et Principis Normannorum, quæstio ex parte mota est inter Guillelmum Archiepiscopum Rotomagensem, et Girbertum Abbatem Fontanellensem hac occasione, quia quidam Monachus præfati Monasterii ferrum iudicium, quod ex antiquo jure in eodem Monasterio erat, per ignorantiam et ex quadam simplicitate in alios usus transformavit. Cumque Abbas ferrum aliud supra nominato Archiepiscopo sibi benedicti postulari, et Archiepiscopo dubitans, utrum ex antiqua consuetudine ferrum haberet iudicium, quod Abbas postulabat, denegaret, tandiu res indeterminata remansit, donec ad præsentiam prædicti Regis deferretur, etc.

Proferunt infinita actæ per ferrum candens purgationis, et probatæ innocentie exempla Scriptores, quos quidem indicasse suffecerit, Annales Francorum Metenses ann. 858. Vita S. Hildegundis dictæ Joseph. n. 14. Chronicon Magdeburgense MS. ann. 952. Radulfus de Diceto ann. 970. Saxo Grammaticus lib. 10. 13. et 14. pag. 171. 294. [Abbo Floriacens. in Epist. pag. 410.] Eadmerus lib. 2. Hist. Novor. pag. 48. 1. Edit. Ditmarus lib. 1. pag. 18. Albericus in Chron. MS. ann. 987. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 584. lib. 10. pag. 780. Magnum Chronicon Belgicum ann. 1000. et pag. 96. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandriæ num. 156. 162. Matth. Paris. ann. 1085. Godefridus Monachus S. Pantaleonis ann. 1172. Chronicon Marcianense ann. 1183. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 50. 52. Cæsar. Eisterbach. l. 1. Miracul. cap. 5. l. 3. cap. 16. 17. lib. 10. cap. 35. 36. Bromptonus pag. 878. 942. 983. Willelmus Heda pag. 273. 1. Edit. Innocentius III. PP. in Epistola ad Novariensem electum, apud Ughellum in Episcopis Albingaunensibus, [Cantacuzen. lib. 3. Histor. cap. 27. pag. 439. 440.] Krantzius l. 8. Vandalicæ cap. 30. Pontanus in Histor. Danicæ pag. 140. 141. Annales Ecclesiæ Wintoniensi in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 35. etc.

Judicii denique vel Purgationis per ferrum candens mentio occurrit, præter laudatos Scriptores, in Capit. 3. ann. 813. cap. 46. apud Agobardum lib. Contra iudicium Dei cap. 1. in Legib. Æthelstan. Regis Saxonici cap. 14. 23. in Capitulis Theodori Cantuar. cap. 47. in Concilio Treburiensi ann. 895. cap. 22. in Concilio Ænhamensi ann. 1009. cap. 26. apud Burchardum in Lege familiæ, Ivonem Carnot. Epist. 75. 205. 280. Joann. Sarisber. Epist. 122. Hildebertum Cenomanensem Epist. 17. Gregorium IX. PP. l. 5. tit. 85. cap. 3. Andream Suenonis Archiepisc. Lundensem lib. 3. Legum Scanicar. cap. 7. lib. 5. cap. 15. 23. lib. 7. cap. 6. 7. 8. 18. lib. 9. cap. 9. 12. lib. 18. cap. 2. 3. 4. Silvestrum Girdaldum in Descript. Cambriæ cap. 14. in Charta Henrici Claudi Imp. apud Browerum l. 3. Antiq. Fuldens. cap. 15. in Chron. Colmariensi ann. 1278. in Decretis S. Ladislai Regis Hungar. lib. 1. cap. 28. lib. 3. cap. 1. in Decretis Calomani Regis Hungar. l. 2. cap. 44. in Fragm. Hist. post Albertum Argent. ann. 1215. etc. Vide Duellum.

Purgationem per ferrum candens, ut et alias ejusmodi purgationes vulgares, interdixere summi Pontifices, Concilia, et Principes: atque in primis, Stephanus in cap. Consultuisti, c. 2. q. 2. Alexander III. Epist. 19. ex iis, quas Sirmondus edidit, Innocentius III. cap. Ex literis, de Excessib. Prælator. Honorius III. in cap. Dilecti, de Purgatione vulgari, Synodus Bajocensis ann. 1800. cap. 35. Concilium Palentinum ann. 1322. cap. 26. Fridericus I. Imp. in Legib. Sicul. lib. 2. tit. 31. Jacobus I. Rex Aragon. ut et iudicia aquæ ferventis et similia, in Foris Oscæ ann. 1247. f. 35. Alexander II. Rex Scotiæ in Statut. cap. 7. § 8. etc.

¶ Ferri candentis iudicium, quamquam legibus, canonibusve interdictum, permittere nonnunquam iudici et domino feudali licitum erat. Hæc docent Libert. bastidæ de Avoy ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 62: Item duellum, vel iudicium aquæ ferventis, vel Ferri candentis in dicta bastida non fiat, cum sit legibus et canonibus improbatum; nisi aliter dominus senescallus Carcassoniensis et abbas Candekii, vel ejus iudex secundum criminis qualitatem cognoscerent faciendum.

Tradunt Saxo Grammaticus lib. 10. Ericus Upsaliensis lib. 1. Hist. Suecicæ extremo, et alii Scriptores Dani, Suenonem Ottonis, qui Rex Daniæ dictus est ann. 981. Christianum factum duellum abrogasse, decrevisseque ut igniti ferri gestatione postea se purgarent: quod decretum aiunt ann. 985. alii ann. 1000. Quando vero deinceps abolitum in Dania ferri igniti iudicium, pluribus expendit Olaus Wormius in Monumentis Daniæ lib. 1. cap. 11. et in Additamento ad eadem, pag. 6. 7. Abrogatum vero in Suecia a Magno et Birgero Regibus circa ann. 1260. tradit Loccenius lib. 3. Histor. Suecanæ pag. 86. et lib. 2. Antiquit. Sueogothicæ. cap. 4. et Johan. Stiernhookus l. 1. de Jure Sueonum vetusto cap. 7. Vide Vomeres, Duellum, [Ordalium, Lada et Ignis.]

¶ Ut sensim aboleretur barbara ejusmodi consuetudo, requirebatur utriusque partis consensus, sine quo rei definiendæ infirmum habebatur istud iudicium. Stat. Montispeess. Mss. ann. 1204: Duellum vel iudicium candentis ferri, vel aquæ ferventis, vel alia canonibus vel legibus improbata nullomodo in

curia Montispezzulani rata sunt, nisi utraque pars convenierit.

\* **FERRUM**, Vomer, seu agrorum cultus, qui ferro, id est vomere, fit. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 128: *Et se marchiez ne se faisoit, li rendroient lidit frere, avant que ils peussent rien prendre es dittes terres auxdittes religieuses, les Fers et les semences au los de bonnes gens gaigneurs.* Hinc

\* **FERRUM**, nude, f. pro Servitio, quo vassallus agros domini arare tenetur. Charta ann. 1205. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Dictus Nevelo concessit hominibus de Deconfectura herberjagium de Gratelou et de Corbigneio in perpetuum habendum omnibus pecudibus, ... exceptis ovibus de pascendo et etiam porcis, sine Ferro, etc.*

\* **FERRUM CRUDUM**, Non laboratum; nisi sit nomen loci. Reg. feudor. Aquitan. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 21. vº: *Amānevus de Mota domi-cellus... recognovit et dixit quod tenet de affario, quod fuit Bernardi de Bovisvilla, medietatem patriæ, justitiæ de Lingonio, et medietatem de Ferro crudo, et feodum de Boler.*

† **FERRUMEN**, Peccatum, sordes, nota ferri. Papias. Plinio Ferrumen est ligatura, qua ferrum et alia metalla conjunguntur et consolidantur, Gall. *Soudure*.

† **FERRUNNUS**. Vide *Ferrum* 1.

\* **FERRUS**, Ferrum, quo hostiæ ad sacrificium eucharisticum conficiuntur. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. J. Chartoph. reg. ch. 7: *Item Ferri ad faciendum panem seu hostias pro celebrando.* Vide in *Ferrum* 1.

† **FERSA**, Scabies, Gall. *la Farse*. Vide in *Sturoleæ*.

**FERSPEKEN**, **FERSPILLAN**. Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 61: *Nemo potest de feudo domini sui placitare sine eo, nec cogi decet rectum ejus Ferspeken, nec Ferspillon: de omnibus, et quibuscumque causis communibus vel emendabilibus implicetur aliquis, si petierit, debet habere terminum requirendi et habendi dominum suum, etc.* Apud Somnerum in Glossario Saxonico, færspell occurrit, ubi ex Paraphrasi quadam Saxonica nuntium subitaneum significare subodoratur, ex fær, subitaneus, et spell, nuntius, legatus; spæce vero, sermonem, causam, litem denotat, unde færspæken, nuntius litis. Hæc discutiant linguæ Saxonice peritiores. [\* Apud Wilkins. *Forspeken nec Ferspillon*, quod est Loquendo vel placitando perdere.]

\*\* **FERSTÄ**. Vide *Festum* 5.

**FERT**. Ita appellabant unum ex auguriis per avium volatus, de quibus in verbo *Venta*, quæ nec fausta, nec infausta erant. Michael Scotus de Physiologia cap. 56. enumeratis singulis auguriorum nominibus, hæc subdit: *Sciendum est, quod auguriorum quædam significant bonum eventum, ut Conferth et Emponenth: quædam malum eventum, ut Viarum et Harenari: et quædam medium inter utrumque, ut Fert, et Confert.* Huc sane referri debere vetus Comitatus atque adeo Sabaudicæ Ducum, ut vocant, divisiam, **FERT**, quam ante annum 1300. sibi adscripsisse, pluribus probat Guichenonius in Hist. Sabaud. pag. 140. et et 141. omnino fere contenderim. Nam cum hactenus vocis istius significatio apud Scriptores incerta prorsus maneat, fieri, inquam, potest, ut ille ex illustrissimis istis Principibus, qui primus lemma istud usurpavit, in animo habuerit æqualitatem fortunæ, quam

cæteris prætulit, seu mediam vitæ rationem, quæ nec altum superet, aut prosperis rerum successibus erigeretur, aut adversis deprimeretur, quod in ejusmodi auguriis, illud quod *Fert* appellabatur, denotabat. Certe id lemma usurpatum a Sabaudis Principibus circa tempora, quibus ea adhuc obtinebant, evincit ætas, qua vixit Joan. Scotus, nempe sub Friderico II. Imp. ut observ. in verbo *Cervelleria*.

☞ Alias, sed fuitles omnino, ejusdem divisæ origines referunt Scriptores nonnulli, quibus nihil sapit præter fabellas aut prodigiis similia. Has, si vacat, reperire est in Diction. Trevoltiano ubi confutantur.

**FERTELLA**, **FERTELLUM**, Mensuræ species, apud Brabantenses: Quadrans. Ejusdem originis ad *Ferthing*, de qua voce mox in *Ferto*. Vetus Charta Brabantensis: *De duobus vero saccis, quorum uterque novem sextarii obtinet, duæ Fertellæ sumuntur, quarum quælibet tertiam partem sextarii teneat.* Magnum Chron. Belg. ann. 1315: *Caritas adeo magna fuit, ut Fertellum siliginis venderetur in Antuerpia pro 60. Grossis veteribus Turonensibus.* [Charta ann. 1238. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 421: *Quæ terra solvit annuatim ad Nativitatem Domini quadraginta et tres denarios Bruxellenses et novem Fertellas avenæ, cum mensura quæ dicitur Hontheister, nomine census, etc.*]

\* **FERTHELUM**, Idem. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. in Chartular. 1. Fland. ex Cam. Comput. Insul. ch. 325: *De Ferthelo duos denarios.* Vide *Fertella*.

† **FERTHEBERO**. Pactus Leg. Salicæ tit. 37. § 4. edit. Eccardi: *Si quis per malum ingenium in curtem alterius, vel in casam, vel ubilibet aliquid de furato miserit, nesciente domino cujus possessio est, ubi inventum fuerit qui hoc miserat, malb. Ferthebero, MMD. den.... culpabilis judicetur.* Ubi Codex Guelferbytanus habet, *Frictebero*. Utrumque emendat Vir doctissimus legendumque putat *Ferheleto*, quod idem est ac *Occultaverit*, ab Anglo-Sax. *Helan*, *Celare*, abscondere, et particula intensiva *Per* aut *Ver*.

**FERTHING**. Vide *Ferto*.

**FERTHINGMANNI**, in Statutis Gildæ Scoticæ cap. 6. 14. videntur appellari, qui nostris *Quartieriers*, quorum munus est urbis *quarteria*, seu partes, curare. Junguntur enim ibi aldermannis et Decanis. Vox deducta a Saxonico *ferþing*, quartus, et *man*, homo.

**FERTO**, **FERTUM**, **FERDONUM**, **FIERTO**, **FERTING**, etc. Voces ejusdem ac unius notionis, sed et ejusdem originis ac *ferþing*, quarta pars marcæ, ut ex Guntheri loco mox laudando constat. Sambucus apud Hungaros *Fertonem* 84. denariis constare ait. Quinque solidos Fertoni comparat Lambertus Ardensis. Historia Episcoporum Bremenium in Hildeboldo: *Et magna pecunia data fuit Frisonibus pro homicidiis ipsorum, ita ut qui fratrem, vel cognatum suum amiserat, via Fertonem, vel dimidium reciperet pro eodem.* [Charta ann. 1270. apud Ludewig. tom. 1. pag. 105: *Cujus mansi annuum pensionem, scilicet quinque Fertones... decrevimus singulis annis dividendam, velut inferius continetur. Marca dimidia cedat Monasterio B. M. in Fylwastorp... dimidium autem Ferto dabitur Confratribus, etc. Ferto cedet ad luminaria comparanda.* Occurrit iterum tom. 5. pag. 17. Statutum Joannis Episc. Argent. ann. 1366. apud Schilter. in Gloss.

Teuton. V. *Fior: Ut nobis Fertone nostro legato, vel alius jure in eis non (nobis) quæsito, illis coheredibus ipsas res et bona relicta reddat et tradat.* [Fertonem pro *Fertonem*, in Bulla Alexandri III. PP. perperam legit Buzelinus lib. 2. Gallo-Flandr. cap. 21. quam vocem non intellexit. [Ferto iterum occurrit in Codice MS. Consuetud. Eccl. et Capituli Coloniensis.] Vide Caus. 12. quæst. 2. c. 31. Sancimus et Ephemerides Monast. S. Galli pag. 158.

**FRETON**, in Tabulis Gallicis. Juramentum seu sacramentum, quod Monetarii fecerunt Comiti Pictavensi ann. 1265: *Et jurons, que nos ne recevrians nus des deniers des ouvriers par qu'il estic plus de trois fors, et de trois foibles au Freiton, c'est à savoir que li fors doivent estre de 15. sols et 5. den. etc.*

\* Nostris *Fertin* et *Fierton*. Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 259: *Un escu d'or et xxxiij. sols en blans et un peu de menu Fertin d'argent.* Chartul. Montis S. Mart. part. 3. fol. 78. vº: *Nous avons à Lisle en Flandres un Fierton de rente sur une maison.* Hinc *Fiertonneur*, Monetæ ponderator, in Ch. Phil. Aug. ann. 1214. et in Lit. ann. 1354. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 151. *Fiertonneur*, in aliis ejusd. ann. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 13. Vide supra *Ferlina* et infra *Freto*.

† **FARTUS**. Innocentius IV. cap. 2. de Sent. et re jud. 6: *Posset etiam merito reprehendi, quod mille quidem Fatorum annuum pensionem in qua pro eodem regno ipsi Ecclesie Romanæ tenetur, per novem annos et amplius solvere prætermisit.*

**FERTO ARGENTI**. Chronicon Montis Sereni ann. 1127: *Sub annua pensione Fertoni argenti, etc.* Adde ann. 1217. [Goldast. tom. 1. Rer. Aleman. pag. 98: *Iste dedit curiam Zingeron, quam habebat Hospitale infirmorum locatum pro tribus Fertonibus argenti annuatim.*]

**FERTO AURI**, apud Arnoldum Lubec. lib. 7. cap. 2. [de Conrado Episc.: *Dicunt quidam eum in pauperum elemosyna Fertone auri omni septimana expendisse.*]

**FERDO**. Guntherus in Hist. CP. cap. 8: *Regio fisco persolvebat nummum aureum, qui Perpera vocari solet, Ferdoni, id est, quartæ parti marcæ unius æquivalens.* [Canisius edidit: *Qui perperam vocari solet Ferdoni, etc.*]

**FIERTO**, apud Malbrancum lib. de Morinis cap. 45. et lib. 11. cap. 47. Statutum Ludovici VII. Regis: *Hoc modo quod si Fiertonem ultra 2. marchas fecerint, mihi hoc admittant.* Lambertus Ardensis: *Annua pensione pro uno Fiertone, vel pro 5. solidis ab ipsis hæreditario jure tenere debebat.* Infra: *Singulis annis unum Fiertonem, vel 5. solidos reddidit Cænobitis.*

**FERTUM**. Idem Lambertus Ard. pag. 28: *Pro tribus Fertis argenti, et cifo uno mazdrino.* Chronicon Andrense pag. 353. habet: *Pro 3. Fertis argenti et cifo uno mazerino.*

† **FERTHO** et **FORTHO**, in Obituario MS. Bellijoci an. circ. 900. vel 1000: *Nonas Julii obiit Chrispinus de Palude, pro cuius anima dedit Paganus filius ejus XIII. marcas argenti meri, et unum Fertonem.* Alibi: *Forthonem.*

† **FIRDO**. Privilegium Ludovici Pii pro Monast. Ebersheim. ann. 824. apud Schilter. in Gloss. Teuton.: *Sex Firdones publici ponderis sive xxx. scilos Argentinensis monetæ. Mox: Unum Firdonem sive tres uncias Argentinensis monetæ.*

Ubi sic annotat Vir eruditissimus: Siclos hodie vocamus Schillingos, quorum xxx. conficiunt tres florenos, est itaque *Firido publici ponderis* libra Gallica, semiflorenus, Franc, quarta pars libræ Argenteratensis. Hinc

\* FERTO CERÆ, pro Libra Ceræ, in anniversar. Aleman. Ecclesie, apud Goldast. tom. 2. Rer. Aleman. pag. 151: *Ad memoriam hujus Sancti singulis annis tenentur dare unum Fertorem Ceræ in festo B. Galli.* [\* Chart. Cœnob. Seli-genthal. ann. 1294. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 723: *Quam curiam, cum eadem sanctimonialia sex septimanis et unum diem in earum potestate rite et rationabiliter habuissent pro Fertone Ceræ singulis annis usque ad obitum meum iterato in feodo recepi.*

† FERHO THURIS, Eiusdem notionis et originis, Libra thuris; nisi etiam legendum sit *Ferto*. Fridericus Schannat. Vindem. Litter. pag. 88: *Semper in festo S. Petri quo de ad Vinculis agitur, Ferhonem Thuris præsentemus.*

\*\* FERTO PIPERIS. Charta ann. 1814. in Guden. Syllog. Diplom. pag. 329: *Et in signum hæreditatis... Ferto Piperis in pondere singulis annis in festo B. Michaelis persolvatur.*

\*\* FERTO REDDITUM. Testament. ann. 1285. in Guden. Cod. Diplom. tom. 2. pag. 247: *Do et lego plebano Wetflariensi... Fertorem redditum de bonis in Retenbach annis singulis persolvendum.*

\*\* FERTO PANIS, Certum pondus, quarta pars marcæ, in Chart. Bruggens. ann. circ. 1300. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 217: *Panis trium denarium... debet ponderare 14. marc. et dimidium. Panis duorum denarium... 10. marc. Fertone minus Panis denariatus... 5. Fertones 8. lot. minus.*

FIRTO. Chronicon Abbatissæ S. Trudonis lib. 6. pag. 403: *Vasque argenteum ad vinum trium Firtonum pondus habens.* Charta Willelmi Castellani S. Audomari ann. 1175. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Porro gallinæ... sub annua pensione 5. Firtonum et unius loti redactæ sunt.* [Charta Arnoldi Trevir. Archiep. pro Monasterio S. Trudonis ann. 1177. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 590: *Quod de singula navi Firtonem tantum Coloniensium denariorum eadem Ecclesia de jure solveat debeat comperimus.* Charta Hugonis Abb. Corbetensis ann. 1172. ex Tabulario ejusdem loci: *In feodum a nobis... accepit, tali videlicet pacto, quod dimidiam marcam et dimidium Firtonem pro stramento, cum marca et dimidia et dimidio Firtonis, quæ propter decimam de Hesnes debet: quæ simul adunata novem Firtones faciunt.* Rursum occurrit in Chartulario Monasterii Aquincensis fol. 40. apud Miræum Diplom. Belg. tom. 1. pag. 285. etc.]

\* FERTO PETRONALIS, an Denarius qui S. Petro solvebatur? Charta ann. 1067. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 1. col. 250: *Rursum lege divina et præxi universæ ecclesie Fertones Petronales, decimas manipulares in colendis et tractu temporis innovandis agris, de omnibus fructibus terræ, quotannis a militibus fideliter persolvendas... adjudicavimus.* [\* leg. Patronales.]

† FERTONALES DECIMÆ, Quarta pars decimarum, vel Decima quæ ad quartam partem exigitur. Jagello R. Poloniæ in Constit. Perrickoriensi ann. 1415. Statut. fol. 290. apud Schilter. in Gloss. Teuton.: *Nisi forte aliquis de jure pro censibus et Decimis Fertonalibus debeat exigere latos grossos monetæ Pragensis.*

III

[\*\* Germ. *Hellerzins*, census nummis solvendus.]

† Usus erat in Ecclesia Argentinensi antiqua consuetudine firmatus, ut quilibet Clericus moriens unum *fertorem* Episcopo legaret. Statuta Bertholdi Episc. Argent. ann. 1435. apud Marten. tom. 4. Anecd. cod. 556: *Jus et consuetudinem ecclesie nostræ Argentinensis ab antiquo servatam, scilicet quod et qualiter decedentes Clerici saltem Fertorem legare Episcopo teneantur, inviolabiliter precipimus observari.* Formulam hujusmodi donationis refert Schilterus in Gloss. Teuton. his verbis: *Coram nobis Iudice curiæ Arg. constitutus N. N. Canonicus N. legavit reverendo in Christo patri et domino nostro, domino Episcopo Arg. qui pro tempore fuerit unum Fertorem argenti puri, secundum laudabilem consuetudinem inter eundem dom. Episcopum ac Clerum sub sua jurisdictione in civitate et diocesi Arg. existentem hactenus observatam.* Actum 1513. Quid vero per *Fertorem* intelligendum, an quarta totius hereditatis pars, an quarta pars tantum unius marcæ argenti, ambigitur: ultimum probat idem Schilterus ex Charta ann. 1415: *Quod si de cætero, evenire contingerit quod Antistes nostræ Argentinensis Ecclesie vel Electus ejusdem quicumque, non obstante Fertone, id est, quarta pars marcæ argenti, per decedentem sibi ut Ordinario legata, bona decedentis Clerici vel ecclesiasticæ personæ, post mortem sibi per se vel suos officiales attrahere vel usibus suis applicare conaretur, heredes defuncti bonis sic derelictis indebite spoliando, quod tunc nos capitulariter et conjunctim, requisiti assistere debemus et defendere, ut suo Fertone contentus remaneat.* Alta ann. 1419: *Item quod Episcopus... Fertone, id est quarta parte marcæ argenti, per Clericum decedentem sibi ut Ordinario loci legato contentus, bona defuncti vel Ecclesie... vel hæredibus proximioribus ipsius defuncti cedere permittat.* Plura vide apud laudatum Auctorem. Hinc emendandus Laurentius in Amalthea: *Verton seu Ferton, quarta pars rerum ecclesiasticarum quæ cedit Episcopo, quam redimunt sacrificiis aliquot nummis, dictam Verton Germanis.* [\* Chart. Conradi Archiep. Mogunt. ann. 1392. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 601: *Clericorum... qui in suis testamentis vel ultimis voluntatibus nobis juxta consuetudinem nostræ Ecclesie Fertorem puri argenti legaverint.* Vide Constit. ann. 1400. in Wurdwein. Subsid. Diplom. tom. 1. pag. 375.]

FERTING et FARDING, apud Anglos, in nummo argenteo dicitur quarta pars denarii, quæ notione accipitur apud Littletonem sect. 551. Sumitur etiam quandoque pro nummo aureo quartam Nobilis partem valente, hoc est, 20. denarios veteres, qui hodie 5. solidos excedunt. A Saxonico feor-ð, quartus, unde feor-ðling Saxonibus, pro quadrante, Anglis *Farthing*. Henr. Knyghton. ann. 1345: *Eodem tempore Nobile et Obolus, et Ferthing de auro cœperunt florere in regno.* Vide statuta secunda ann. 9. Henrici V. cap. 7. Lingua antiqua Norvægia, *Fiorthing*, sive *Fierdung*, et moderna Norvægia et Danica *Fierding*, quartam partem rei alicujus significat, ut testantur Stephanus ad Leges Castrenses cap. 9. et Resenius ad Jus alicum Canuti II. Regis pag. 611. Vide Christophorum Hartknochum in Dissert. 16. ad Chronic. Prussie num. 6.

FARTHING. Littleton. sect. 551: *Livrer*

*al grantée un denier, ou un maille, ou un Farthing per voy d'atournement.*

† FERTORES, *Ferto libantes*. Gl. Isid. Vide *Fertum*.

\* FERTONGO, *Scoria ferri, cataferri idem, est illud quod fabri ferrarii de fornacibus ejiçunt globatum*. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

FERTORIUM, Sella gestatoria. Cælius Aurelianus lib. 1. de Tardis passionibus cap. 1: *Adhibenda igitur vectatio pro viribus ægrotantis, Fertorio, vel sellaprocurata.* Paulo ante, *portatorium sellam* dixit, ut et lib. 2. cap. 13. *Fertorium sellam*, lib. 1. cap. 4. lib. 2. cap. 1. *Gestatorium sellam*, lib. 1. cap. 5. *Fertorium lectum*, lib. 5. cap. 1. *Cathedram*, lib. 1. cap. 5. unde *Cathedrarii* servi, apud Sardonium lib. 1. Epist. 11. qui *Lecticarii* aliis, φοιτοφόροι, in Gloss. veteri. Liber Miraculorum S. Anastasii Mart.: *Ἀναλαβόμενοι οὖν αὐτῶν οἱ παῖδες αὐτῆς, ἐπιφορῖον ἀπὸ γρόντου.*

FERTOSUS. Historia Wambæ Regis Toletani pag. 820: *Si jam asperas et inhabitabiles montium rupes percurristi, si jam Fertosa et silvarum nemora pectore confregisti.* Idem forte quod *conferta*. Vide *Fretosus* in *Fretum*.

1. FERTUM, Genus panis, in Glossis MSS. Isidoro et Papiæ dicitur *oblatio*, quæ ad altare fertur et sacrificatur a Pontificibus, a quo *Offeritorium* nominatur. [Idem habet Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fertum, Offerende.* Festus: *Fertum, genus libi dictum, quod crebrius ad sacra ferebatur, nec sine strue, altero genere libi; quæ qui afferbant Struferctarii appellabantur.* Vide *Fertores*. *Ferta* Melitenses vocant eleemosynam, quæ tempore offertorii in Ecclesia colligitur.] Vide *Fertura*.

† 2. FERTUM, Nundinæ, Gall. *Foire*, Angl. *Fair*. Charta Matthæi Comitis Bologniæ apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 97: *Concessi etiam ob amorem Sancti (Jodoci) et utilitatem Ecclesie Fertum ejusdem quod est VIII. Kal. Augusti, per quindecim dies prolongari, et cum omni libertate ratum et perpetuum haberi.* Vide *Feriz* 3.

† 3. FERTUM, Quarta pars marcæ. Vide in *Ferto*.

\* 4. FERTUM. PORTA DE FERTO, [\* Parisiis] Eadem, quæ *Inferni*, ut et S. Michaelis, vulgo appellatur; quod ultimum nomen sortita est a Michaela Caroli VI. filia, ut scribit Juvenal. de Ursinis ad ann. 1394. Hist. ejusd. reg. Hist. episc. Autiss. tom. 1. Bibl. MSS. Labbei pag. 508: *Petrus de Mornayo episcopus acquisivit magnam partem domorum episcopaliū, quæ sunt Parisiis contiguæ portæ, quæ nominatur Inferni, licet antiquitus solebat nominari de Ferto.*

FERTURA, Idem quod *Fertum* 1. quasi *Offeritura*, Oblatio. Gloss. Sax. Ælfrici: *Fertura, m e s s e l a c, i. hostia, munus, oblatio* Missæ.

† FERVA, Idem quod *Rata*, Bonorum inter fratres sororesque dividendorum portio; quare lubens legerem *Frareschia* aut quid simile. Locus est in *Cota*. Vide *Fraternitas* 6.

\* A Gallico *Fêrue*, eodem significatu. Charta ann. 1281: *Lesqueles* (possessions) *estotent lessiées pour tèle partie, comme il asseroit à madame Ele, jadis mere dudit Jehan, pour sa portion et pour sa Fêrue de l'èritage et des possessions du devant dit Nicholas Malesmains.* A la *Fêrue*, vulgo *A mesure*, Pro rata. Charta Phil. Pulc. ann. 1308. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 340. r. col. 1: *Et à la Fé-*

57

ruē qu'il nous baillera rente en nostre thresor, on le deschargera.

\* **FERVERE**, Fervescere. Carmen Adalber. tom. 10. Collect. Hist. Franc. pag. 69 :

Non sunt lautores, contemunt Fervere vestes.

**FERVETUS**, una e 12. speciebus auguriorum, de quibus in voce *Venta*. Sic autem definitur a Michaelē Scoto lib. de Physionomia cap. 56: *Fervetus, est augurium, quando tu exiveris domum tuam causa faciendi aliquid, et eundo prius, invenis vel vides avem vel hominem pausantem ante te in sinistra parte tui, et illud est tibi malum super negotio.*

† 1. **FERULA**, Vestibulum, seu porticus ad ingressum Ecclesie. Vita S. Basilii S. Amphilocho adscripta, Junii tom. 2. pag. 953: *Ingrediturque sancte Ecclesie Ferulam, qua etiam Ariani intraverant.*

† 2. **FERULA**, Tabula lignea, cujus percussione monachi congregantur. Charta ann. 1417. ex Archivis S. Victoris Massil.: *Congregabat capitulum ad sonum Ferulæ. Ubi in aliis Chartis, ad sonum tabulæ. Vide Tabula.*

3. **FERULA**, Baculus pastoralis, pedum, *ambuta*: insigne pastoralis dignitatis, atque adeo Papalis. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 216: *Baculus... qui et virga pastoralis, et caputia, et Ferula, et pedum dicitur.* Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 44: *Misit ei baculum pastorale, quod Ferula vocatur.* Luithrandus lib. 6. cap. 21. et ult. de Benedicto PP. exactorato agens: *Pallium sibi abstulit quod simul Pontificali Ferula, quam manu gestabat, domino Papæ Leoni reddidit, quam Ferulam idem Papa fregit.* Eadem habet auctor Appendicis ad Regionem ann. 964. Anonymus apud Baronium ann. 1100. de Electione Paschalis II. PP.: *Est locatus, in utrisque curulibus, sedibus scilicet eburneis, data est ei Ferula in manu.* Cencius Camerarius in Cereimoniali, de inauguratione Cælestini III. PP.: *Idem electus sedet ad dexteram in sede porphyretica, ubi Prior Basilicæ S. Laurentii dat ei Ferulam, quæ est signum regiminis et correctionis.* [Occurrit apud Mabillonium tom. 3. Annal. Bened. pag. 117. Martenium tom. 4. Anecd. col. 78. etc. *Ferula Apostolica*, in Vita S. Bernardi Episc. Hildesh. n. 24. sæc. 6. Bened. part. I. pag. 215. *Ferula pastoralis*, ibid. n. 41.] *Ferulæ Episcoporum*, in Annal. Francor. Bertinianis ann. 868. 869. apud Anonymum Salernitanum cap. 1. etc. Νάπηξ Patriarcham CP. apud Pachymerem lib. 11. cap. 1. [\*] Σκτάλη, Protecchio propria. Vide Glossar. med. Græcic. col. 1404.] *Ferula Abbatum*, apud Leonem Ostiensis lib. 3. cap. 65. et Eckhardum Jun. de Casib. S. Galli cap. ult. Vide *Baculus*, *Cambuta*.

\* Pedum episcopi, *Ferula*; abbatis vero *Baculus* appellatur, in Charta ann. 829. inter Probat. Hist. monast. S. Emmer. Ratisbon. pag. 23: *Baturicus præsul reddidit prior eidem abbati cum Ferula sua concambium, quod ab eo accepit; et abbas cum Baculo suo eodem modo reddidit episcopo concambium, quod cum illo gesserat.* Ubi notandum in redditione rerum permutatarum, easdem adhiberi ceremonias, quas in investituris usurpabant.

**FERULA PERCUTI**, Poena olim fuit Monachorum delinquentium, ut liquet ex Regula Monachorum n. 11. et auctore Vitæ S. Wolstani. [*Ferula*, *Pamelle*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.]

\* 4. **FERULA**, Subalaris scipio, Gall.

*Béquille*. Mirac. S. Berthol. tom. 6. Jul. pag. 488. col. 1: *Morabatur in hospitali quidam pauper, nomine Luitoldus, multo tempore claudus. Hic, cum diu Ferulis sustentantibus se omnibus per cellam notissimus traxisset, dimissis in eodem loco Ferulis, absque baculorum sustentatione, de ecclesia progressus est.*

\* **FERULARIUM**, FERULENTUM. Vide supra *Ferlada*.

\* **FERULATIO**, Percussus ferularum. De ea ut et urticatione, picatione, sinapismo, et aliis ruficantibus G. Rolfinc. Method. med. special. lib. 4. sect. 9. pag. 11. Hæc ex animadversionibus D. Falconet.

† **FERUM**. Fundatio Monasterii Ferretensis circa ann. 960. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 78: *Istas res superius nominatas... non possit commutare, nec alienare, neque a Ferro donare, neque per vocem Vabrensis ipsum Monasterium destruere voluerit, non habeat licentiam ad faciendum. Mendum est quod resarcire licet ex aliis donationum Chartis. Legendum ergo neque ad *ferum* donare.*

† **FERUNIA**, φλεγμονή, Tumor, inflammatio. Supplem. Antiquarii. Lege et vide *Fervura*.

\* *Férongle*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 110. Chartoph. reg. ch. 78: *Feru par trois fois du pié icelluy exposant, en lui baillant plusieurs menaces, et disant qu'il avoit un Férongle ou ventre, qu'il li creveroit avant ce qu'il fust mienut.* Vide mox *Fervura*.

**FERVORIUM**. Ugitio: *Frixorium*, *Fervorium*, *patella vel sartago*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fervorium*, *Chauderon*.]

† **FERVOROSUS**. Fervens. Dicta B. Egidii inter Acta SS. Aprilis tom. 3. pag. 240: *Ob Fervorosum caritatis actum.*

\* *Fervement*, Ferventer, in Lit. ann. 1387. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 458: *En tele maniere que les religieux, qui sont et seront en icelle, puissent mieulx et plus Fervement vacquer ou service de nostre Seigneur.*

\* **FERURA**, Vulnus, percussio. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 242: *Dictus supplicans et sui complices præfati ipsum (Arnulphum) capere vel gravare minime potuissent, nisi ignem accendissent et Feruram fecissent, ex quo igne fuit domus dicti Arnulphi incensa et ipse etiam extitit vulneratus.* Vide *Feruta*.

**FERUSCULA**, Parvula fera, animalculum. Hist. Episc. Autisiod. cap. 20: *Item aliam bacconicam... habet hominem et mulierem, et ad pedes eorum Fergusculas.* Ibidem: *Bacconicam anacteam... cum duabus Fergusculis pennatis.* Vide *Fera* 3.

† **FERUTA**, Vulnus, Ital. *Ferita* vel *Feruta*. Gall. *Blessure*. Chron. Parmense, apud Murator. tom. 9. col. 791: *Quas domos cum omnibus eis existentibus combusserunt et destruxerunt in totum: et hoc fuit occasione mortis Francisci de Catena per eos factæ, et Ferutæ in dominum Ferardum de Bosseto.* Ibid. col. 818: *Dictus dominus Potestas armata manum cum M. peditibus de populo more solito equitavit Colitarium ad domum Tortini de Turtis, et eam funditus diruerunt, occasione unius Ferutæ factæ per eum, in una taberna, ut dicebatur, in Guidonem Ferapeccoram.* Vide *Ferita*.

† **FERVUNCULUM**. Vide *Furundum*.

**FERVURA**, pro *Fervor*, Inflammatio. Vetus Moschionis interpres: Ζέρις, *Fervura*. Glossæ S. Benedict. cap. de Medicina: *Fervura*, φλεγμονή. Agobardus in Epist. ad Bartholomæum: *Quamvis exus-*

*tiones istæ, super quibus movemini, non multum distent a vesicis turgentibus, vel sicut alia Editio dicit, Fervuris Ægyptiis illatis, etc.* Exod. 9. v. 9. 10. ubi Græcus Interpres, φλυκτίδες ἀναξίωσαι, etc.

\* *Utiur præterea Tertull. in Scorp. Sed dominus sustentata Fervura delicti, etc.*

**FESANCIA**, FAISANCIA, Gall. *Fesance* et *Faisance*, vox fori maxime Normannici, Corvata, exactio operarum, præstatio, tributum, vectigal, cui faciendū quis ex jure cogi potest. Charta ann. 1290. pro monast. Montisburg. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 548: *Quæ omnia concessit tenenda libera, pacifice et quiete ab omnibus servicis, Fesanciis et demandis.* Alia Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. ch. 136: *Pro hujusmodi usagio solvere tenebuntur dicti firmarii annis singulis redibentias atque Faisancias, quas ceteri dictæ forestæ usagiarii solvere consueverunt.* Lib. rub. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1317. fol. 560. rº. col. 1: *In denariis, frumentis, avenis, releveis, tredecimis, redibentis, Fesanciis, etc.* Ch. ann. 1309. ibid. fol. 347. vº. col. 2: *Les gardes et teles redevances, comme le roy puet et doit avoir, pour raison de membre de haubert, non contrestant la Fesance des sis sautes desusdites.* Alia ann. 1311. ibid. fol. 394. vº. col. 1: *Lesqueles choses desusdites et devisées oveuc toutes les appartenances d'icelles que il soient... en pasturages, en rentes, en Faisances, en redevances, en franchises, en seignories, en prieres, en corvées, etc.* Denique alia ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 68: *Darreichief en ladite ferme sont dues autres rentes, Faisances et redevances.* Adde Ordin. reg. Franc. tom. 4. pag. 716. *Faisande*, eodem intellectu, in Charta ann. 1285. ex Reg. 56. ch. 91: *Pour toutes rentes et pour tous services, pour toutes Faisandes, et pour toutes autres choses.* Vide supra *Factio* 3.

† **FESCENINA**, FESCENNINIA. Gasp. Barthius in Glossario: *Fescenninia*, *Jucundi cantus nutritii*, ex Hist. Palest. Fulcherii Carnot. Cardinalis de Aragonia in Vita Gregorii PP. IX. apud Murator. tom. 3. pag. 576. col. 1: *Et puerilis lingue garrulitas procacia Fescennina cantabat.*

† **FESCENINI** versus ii sunt Festo, qui canebantur in nuptiis, ex urbe *Fescennina* dicuntur allati, sive ideo dicti, quia fascinum putabantur acere. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fescinnia*, *mulier quæ expellit fascinum*, *Fescennix*, *Chansons que l'en dit en bersant enfans pour endormir*. *Fescennius*, *Nuptial*.

\* **FESIA**, FEZA, pro *Fera*, ni fallor, Bestia, Ital. *Fiera*. Inventar. jocalium ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 366: *Cupæ xxiv. argenti deauratæ, factæ ad Fezas cum esmaillo uno pro qualibet et armis... Bacilia duo deaurata, facta ad Festas cum orlis esmailis et aliis operagiis.* Conjecturam utcumque firmant quæ leguntur ibidem: *Cupæ xij. argenti factæ ad feras, ad arma.*

\* **FESORATA**. Vide infra *Fessorata*.

\* **FESSA**, ut supra *Fascia* 1. Modus agri. Bulla Alex. III. PP. ann. 1181. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonstr. col. 730: *Duas Fessas quas habetis apud Marsas, quas Stephanus quondam episcopus Metensis liberat fecit.* Vide supra *Fascia* et infra *Fessorata*.

**FESSÆ**, Nates, ex Gall. *Fesses*. Vide *Miracula* S. Bertini cap. 16. apud eruditum Mabillonium tom. 3. Actor. SS. Ord. S. Bened.

**FESSARA**, Gallina, in Glossis MSS.

† **FESSARDARIA**, **FESSARDIA**, **Modus** agri. *Obituarium vetus MS. Fiscamn. : Octavo Calendas Maii, Anniversarium Petronille Hoguel, et habet de redditu decem quarteria bladi ad mensuram granarii de venditione Ricardi le Tortier, et in parva Fessardaria domus quæ fuit Ricardi de Paris, que solebat reddere quatuordecim solidos. Instrum. anni 1257. in Chartulario ejusd. Monasterii: Noverint universi quod ego Ricardus de Paris, de assensu et voluntate Sibilieuxoris meæ, vendidi et omnino dimisi abbati et conventui Fiscanensi totum tenementum meum quod habebam in parochia S. Gervasii Rothomagensis, in parva Fessardia inter terram Ricardi le Borsier, etc.* [\* Vide supra Fessa.]

\* **FESSELLUS**, Fasciculus, manipulus, Gall. *Faisceau, gerbe*. Charta Phil. Pulc. ann. 1808. in Chartul. abbat. Regal. Loc. ch. 1: *Unum obulum pro quolibet Fessello meranni ad collum. Ibid. ch. 7. Faiscellus. Lit. Remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 789: Cum idem Jenasmus et quidam ejus famulus ivissent de nocte in quodam campo, ... et in dicto campo ligassent tres Fessellos avenæ, etc. Buches de fessel, quæ in fasciculum collectæ venduntur, appellari videntur, in Reg. sign. Pater. Cam. Comput. Paris. fol. 249. v. Vide infra Fessus.*

\* **FESSINA**, Instrumentum vimineum ad piscandum, vulgo *Fessine*, a Gallico *Fesse* vel *Faisse*, vimen tortum, ut vocant vimineorum operum artifices. Charta ann. 1249. ex Tabul. priorat. S. Martin. de Lavardino: *Homines de Lavardino piscabuntur ibidem, prout piscantur in aliis aquis nostris de Lavardino, videlicet cum tribulis seu banastis, Fessinis seu junchariis, etc.* Alia ann. 1326. in Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 32. r.: *Et pour ce que desdiz engins (à pescher) les noms sont mescognez en plusieurs hex, nous les vous nommerons cy dessous en escript : ... ramées, Fessines, fagor, nasses, etc.* Occurrit præterea in Stat. ann. 1888. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 779. art. 47. *Faisine*, in alio ann. 1402. ibid. tom. 8. pag. 535. art. 72. *Faisaul*, in Stat. ann. 1327. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 69: *Item li Faisaul courront en la maniere qu'il a esté accoustumé. Male editum Faisant tom. 2. eardem Ordinat. pag. 12. art. 8.*

† **FESSORADA**, ut *Fessardaria*. Stephanotius in Fragg. Hist. MSS. tom. 7. pag. 175. ex Codice Saviniacensi: *Bernardus Clericus dedit ad Ecclesiam B. Petri de Mormanto et D. Gausmaro Abbati quatuor Fessoradas de vinea in territorio ejusdem Mormantis, propter fratrem suum Monachum, etc.*

\* **FESSORIATA**, **FESORATA**, nostris *Fessorée, Fessouriée et Fessorée*, Modus agri, quantum quis uno die *fessorio* fodere potest; unde nomen. Charta ann. 1295: *Item tres Fessoriatas prati cum verneto, sitas in yllas retro molendinos suos. Reg. capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1347. ex Cam. Comput. Paris. fol. 130. r.: Item duas cupas... super quadam vinea, ... et continet circa decem Fesoratas vineæ. Fessoyrata passim in Reg. sign. Probus. Charta ann. 1412. in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272: *Item Hugues et Hugonnet Dodin tiennent la moitié par indivis d'une Fessorée de vigne. Non semel ibi. Reg. Cam. Comput. sign. Bel. fol. 90. r.: Environ quarante Fessorées de vignes. Redit. comit. Campan. in Cod. reg. 8312. 5. fol. 102. v.: Item il a à Bar une vigne, que l'en appelle Byonne, et contient xii<sup>xx</sup>. Fessourées. Vide Fessoriatia.**

\* **FESSORIUS**, Ligo, Gall. *Houe. Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 219: Duos ligones sive Fessorios ad fodendum vineas destinatos. Quam vocem varie efferunt nostri. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. ch. 6: Un instrument, appellé Fessour, dont l'exposant avoit acoustumé ouvrir en laditte vigne. Fessoir à foir vignes, in aliis ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 301. Fessouer, in Lit. ejusd. ann. ex Reg. 140. ch. 210. Fessour ou houe, in aliis ann. 1405. ex Reg. 160. ch. 150. Fessoul, in aliis ann. 1408. ex Reg. 162. ch. 326. Aliæ ann. 1416. in Reg. 169. ch. 410: *Le suppliant avec son Fessoir, ou hoe, etc. Son houe ou Fesseur, in aliis Lit. ann. 1476. ex Reg. 204. ch. 136. Aliud vero apud Arvernos sonat Fessouoir vel Fessouer, Instrumentum scilicet ligneum, quo prata rigantur. Lit. remiss. ann. 1395. in Reg. 148. ch. 275: Jehan Blandin prist le Fessouoir, dont il avoit arousé selement pré, et en féry icellui Estienne telement que morts'en ensuye. Aliæ ann. 1472. in Reg. 195. ch. 734: *Un Fessouer, qui est ung instrument de bois pour destourner et prendre l'eau (en Auvergne). Un Fessouer qui sert à arouser les prés au pais (d'Auvergne), in aliis Lit. ann. 1471. ibid. ch. 619. Vide infra Fessorium.***

\* **FESSOYRATA**. Vide in *Fessoriatia*.  
\* **FESSURA**, vox Italica, Rima, fissura. Stat. Placent. lib. 6. fol. 74. v.: *Sit desuper una Fessura per quam in dicto schirneo vel capsâ possint poni omnes denarii.*  
\* **FESSUS**, Fascis, seu acervus, Gall. *Tas. Lit. remiss. ann. 1364. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 92: Cum dictæ scalæ per quemdam hominem in uno Fesso seu fessello feni absconditæ portarentur, etc. Terrear. Bellijoc.: *Octavum unius Fessi seu fasculi feni. Vide supra Fatssus et Fasculus.**

† **FESTA**, fem. gen. f. Oblatio, seu offerenda quæ tribus præcipuis anni solemnitatibus fieri solebat. Stephanot. in Fragg. MSS. Hist. Aquit. tom. 4. pag. 19: *Pontius de Lendano dedit unum filium suum S. Petro, et cum eo infante fecit donationem ex hæreditate sua omnia quæ habebat in Ecclesia de Lendano, scilicet matriculam et sepulturam, et tres Festas et unum recetum, et in mansione Monachi v. recetos de pane et vino et carne. Vide Ferta.*

\* **FESTACULUS**, Ornamentum altaris, velum, aulacum. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item duo fanones, alias Festaculi, altaris ad quatuor aquilas perlarum, et duo alii Festaculi sive fanones altaris de opere Brugiensis. Inventar. aliud Gall. ejusd.: Deux fanons d'autel à griffons et à aigles de perles, dis Festacles. Vide supra Faniculus.*

1. **FESTAGIUM**, Vectigal, aut tributum, quod domino villæ, aut feudi, penditur, pro facultate habendi et extruendi domum in villa. Nam ut *culmen* in Lege Salica, pro domo, id est, pars pro toto, usurpatur, sic apud Gallos nostros *Fastigium* domus, quod *Feste* dicitur, pro ipsa domo sumtum est: utpote quod eoposito, tunc demum domus appellari, eaque confecta dici possit. Atque ita *Fastigium* usurpat Charta Hugonis Ducis Burgundiæ pro Communia Coicheiensi ann. 1253. apud Perardum pag. 476: *Et quod eis præstare debent singuli singulis annis in festo Nativitatis Domini unam gallinam, et 5. solidos pro singulis Fastigiis domorum, et etiam pro foris, etc.* Galli dicerent *pour chaque pignon*: nam ita domus culmen vocamus. Vide in

*Pinna* 4. Libertates Sacri Cæsaris ann. 1327. apud Thomasserium lib. 3. cap. 16: *Festagium, hoc est, pro le fest cujuslibet domus certam pecuniam, etc.* [In Biturig. pag. 422. habetur *Festagium*. Charta Petri Comitis Autissiod. pro Habitantibus villam de Malliaco, apud eundem Thomasserium in Biturig. pag. 709: *Quinque solidos monetæ Altissiod. pro Festagio domus suæ michi dabit.*]

Ejusmodi porro *Festagium* non semel occurrit in veteribus Tabulis. Charta Hervei Comitis Nivernensis ann. 1218: *Omnes, qui in dictis villis mansionarii sunt, et erunt, singulis annis dabunt singuli de Festagio pro singulis domibus die festo SS. Apost. Simonis et Judæ 5. solid. Turon. Alia Aimerici Vicecomitis Thoarcensis in Regesto 81. Chartophylacii Regii fol. 110: *Festagia domorum 20. sol. Tabularium Constabulariæ Burdegalens. in Camera Comput. Paris. fol. 198: *Hominibus nostris de Olerone et Hæredibus eorum confirmamus quietanciam de Festagiis, et omnibus tallagiis, et exactionibus, etc.* Regestum Normanniæ signat. P.: *Donant etiam 2. denarios pro Festagio domus quando nova est. Regestum Andegavense: *Vinagium vero vel vinum, quod de propriis vineis Capituli B. Martini sumitur ultra Ligerim, per Ligerim liberum debet habere transitum, quod nihil pro eo debet dari, exceptis consuetis Festagiis, quæ dat Decanus. Regestum Philippi Aug. fol. 69: *De fructu forestæ unaquæque mansura prædicta debet capere in tribus annis unum charetil per manum forestarii, donando singulis annis sex garbas, et pro Festagio domus suæ: quando facit eam novam, aliquis istorum donat forestario 12. den. Charta Alphonsi Comitis Pictav. pro Libertatib. Rupellæ: *Sciatis, nos dedisse... quietanciam de Festagiis et omnibus tallagiis et exactionibus et de omni pedagio, tam in villa nostra de Rupella, quam alibi, etc. Festagium Blesense, in Charta ann. 1244. apud Hubertum in Hist. S. Aniani Aurelian. et in alia ann. 1240. in Probat. Hist. Blesensis pag. 16. [Festagium Castriduni, in Chartul. B. Magdalene Castrodun. fol. 12. verso.] *Festage, in Consuetud. Dunensi art. 26. 27. 28. Bituric. tit. 6. art. 3. de Menetou art. 19.*******

Id præterea juris distinctius exponitur in Charta Roberti Comit. Drocensis ann. 1272. in Tabul. Castellii Lidi (*Château du Loir*) fol. 69: *Sachent tuit que comme nous eussions en nostre ville dou Chasteau dou Loir taille sus nos bourgeois, et sus leur mesons de nostre ville devant dite, et nous aions entendu et esgardé dou conseil de prodes homes le preu de nostre ville dite, Nous voulons et otroions desmes en avant, que la ville dou Chasteau dou Loir devant dite, et les mesons et les appetis, qui sont et qui pourront estre dou tousjours à venir, soient mis à Festage. C'est à sçavoir que chescun bourgeois, ou autre qui aura meson, ou apentis en nostre ville, soient tenus rendre à nous, et à nos heirs, chescun an trois sols de Festage de Tournois, ou monnoie courant, et l'apentis des oit derniers Tournois, etc. Adde Perard. in Burgund. pag. 405. et Chopin. num de Sacra Polit. lib. 3. tit. 4. n. 12. Vide *Festum* 5.*

\* *Declarat. super privileg. Calvimont. ann. 1338. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 155: *Comme il soit convenu oudit privileg, que pour tant de maisons, comme lesdiz habitans ont en la ville de Chauumont, il nous doivent rendre pour chascune, chascun an à certain jour, six deniers sus peine d'amende; et imposoient**

lesdiz réformateurs ausdiz habitans que par leur malice il avoient ladite redevance raportée aus festes des maisons tant seulement, en amenuisant et usurpant à nostre dommage la cense des autres maisons, chambres et berthesches et autres, qui toutes sont maisons où l'en puet habiter. Ex quibus aptum est censum pro domibus exolvendum, latius patuisse, quam vectigal, quod Festagium nuncupabant : hoc quippe pro qualibet domo unicum exolvebatur ; census vero pensitabatur ab omnibus, qui in una eademque domo manebant, patribus-familias. Quod innuit eadem Charta : Pour une chascune maison, en laquelle on tendra feu et ménage en ladite ville et parrochage, et y aura chief d'ostel, celui à qui la maison sera, nous paiera six deniers tant seulement par an pour cause de cens ; et se en une maison a plusieurs chiefs d'ostel, chascun chief a son conduit, ou a son ménage, pour un chascun chief d'ostel, celui à qui la maison sera, nous paiera six deniers par an pour cause de cens. Idem est ergo census ille domorum atque Foagium I. seu Census, qui pro singulis focis exigebatur, sive in una essent domo, sive in diversis domibus ad discrimen Festagii, quod unicum pro domo, quantacumque esset, pensitabatur, modo unus in ea habitaret pater-familias.

2. **FESTAGIUM**, Jus, quod colonis et villarum incolis competit sumendi in foresta Dominica, seu Domini feudi, culmen, vel festum ad conficiendam domum. Inquisitiones costumarum Andeliaci, de foresta : Et omnes homines debent habere Festagium, scilicet festum, et 6. chevronos, et pro his debent bodelum 6. denar. Idem Regestum Normanicum P. : Sanctus Laurentius in Lyons furcam (habet) ad hospitandum, et brancas ad ardenlum, et Festum ad hospitandum, et ideo debet servare porcos Regis, vel reddere 4. solidos, et querere les Bigres. Idem Regestum : Coustumagii de ramagio habent mortuum boscum de costuma, et residua carpentariorum, cum testis capellorum, et 2. furcas, et unum Festum ad hospitandum per liberationem, etc. quisque autem dat pro 2. furcis et pro la feste 14. denar. Turon. Ex quibus patet, jus exigendi Festagium a colonis primitus inductum ob facultatem iis a domino concessam extrahendi fastigii in silvis dominicis.

3. **FESTAGIUM**, præterea dicitur de furnis, molendinis, et aliis rebus ejusmodi, cum feriantur, vel otiantur : Fester enim est festum agere, et otitari. Computum Domanii Comitatus Pontivi ann. 1369. in Camera Comput. Paris. : Festages des fours et molins payez et rabatus aux fermiers d'iceluy, à Vincent Charles fermier de Martaingneville qui rabatus li ont esté de sa ferme pour 60. jours qu'il fut en Festage pour les Englez, etc. pour une semaine que ledit molin fu en Festage envers Toussains pour l'ost de Tournehen, et que les Englez passerent le blanquetasque, et aussi que l'armée de la mer ordonnée par le Roy retourna au Crotroy, etc.

4. **FESTAGIUM**, Gall. Festage, Jus epuli, Droit de Festin. Vide Festum 2.

\* 5. **FESTAGIUM**, Retributio quibusdam festivitibus propria ; unde nomen. Stat. MSS. eccl. Brioc. cap. 28 : De quinquaginta duobus diebus, in quibus lucrabitur canonicis distributiones et obventiones quaslibet, exceptis Festagiis... Canonicus præsens reputabitur ad distributiones, panem et obventiones quaslibet or-

dinarias et extraordinarias, dum tamen in fine anni reperitur in ecclesia eadem sex mensium personalem fecisse residentiam, Festagiis in quatuor majoribus festivitibus anni, videlicet Nativitatis, Resurrectionis ac Penthecostes Domini, necnon Omnium Sanctorum exceptis, quorum emolumenta... debentur presentibus in civitate personaliter et non aliis. Ibid. cap. 39 : Ad obviandum rixis ac dissentionibus sæpius inter ipsos (canonicos) suscitatis occasione perceptionum emolumentorum, quæ debentur pro Festagiis in quatuor majoribus festivitibus anni, etc.

\* 6. **FESTAGIUM**, Idem quod Auxilium, Tributi et vectigalis species, quam vassallus domino capitali, pro ingruente aliqua necessitate, præstat ; quia gratuita est collatio, sic dicta. Arest. inter comit. et monach. Vindocin. ann. 1392. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 741 : Avec ce doivent Festage une fois durant la vie du conte : mais ceux de Vendosme si doivent ledit Festage en quatre cas ; c'est assavoir quant li conte va premiers outre mer, et quant il marie sa fille aînée, et quant il est prins en guerre pour son propre fait, et en la guerre de son seigneur lige.

\* **FESTALITER**, Solemni ritu. Charta ann. 1093. ex Tabul. S. Nicol. Andegav. : Quotiens breve pro defuncto S. Nicolai Monacho in monasterium S. Florentii delatum fuerit : sicut pro uno monacho foris defuncto ex consuetudine tabula pulsabitur, officium cantabitur et in crastino Festaliter missa celebrabitur.

\* **FESTARE**, a Gallico. Fester. Diem festum agere, a consuetis operibus cessando. Obituar. Ms. eccl. Rotomag. : Omnes obitus evenientes in festis Festatis a populo mane, si solemnes, rejiciuntur in diem sequentem. Vide Festivare 1. Festier, pro convivio excipere, in Lit. remiss. ann. 1363. ex Reg. 95. Chartoph. reg. ch. 124 : Lesquelz burrent tous ensemble... en la maison de un ami... le quel les receust et Festia bien honorablement. Aliæ ann. 1453. in Reg. 182. ch. 9 : Icelui Portialier convia le suppliant à certain jour ensuiivant pour le vouloir Festier en sa chambre. Vide supra Festagium 4. Pro Hastiludio pugnare, in Poem. Alex. Ms. part. 2 :

Et li rois et tuit cil qui vorent Festier.

\* Fester vero, Vacare, otitari, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Que tout adés en l'uevre estoit,  
Nule fois ele ne Festoit.

† **FESTELARE**, Diem festum agere, tripudiare, Gall. Festoyer. Charta ann. 1497 : Ordinum... quod dicti domini in festis Maii proxime futuri solvere habeant carnes unius vacce, et carnes præterea debitas in uno prandio, et dicti homines panem et vinum, tabornos, et mulieres, ad Festiandum et cariandum... et omnes intersint in signum veræ pacis et unionis. Vide Festivare 1.

\* **FESTERNA**, Pactum ann. 1224. in Armor. gener. Reg. 3. part. 2. pag. 111 : Hæc est forma pacis inter comitem Mauritanensem ex una parte, et Stephanum de Villario... ex altera, de querella de Festerna et de la comba S. Ragneberti. Vide infra Festum.

† **FESTIALIS**, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Præter, oreur. Joan. de Janua : Festialis, Sacerdos vel orator per quem bellum indicitur et pax componitur, qui et Feclialis dicitur.

\* **FESTICE**. [Læte. Varr. apud Non. 6. 22.]

\* **FESTICHURA**. Vide infra Festissura.  
\* **FESTIGARE**, f. pro Investigare. Vide infra Specillum.

\* **FESTIGIARE**, pro Fastigiare, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : Festigiare, exaltare, culminare, Eysausasar. Prov.

**FESTILLA**, Dies festi, in Glossis Isidor. Papias habet Festalia, eadem forte quæ Græci ἑορταστικά appellabant. Concil. Calchedon. Act. 10. de Episcopo Iba : Ἔθος ἐστὶν ἐν τῇ ἀγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἡμέρα τοῦ Πάσχα, ἢ πρὸ τῆς ἡμέρας, διδόναι αὐτὸν ἐκ χειρὸς τοῖς κληρικαῖς φανερά τινα ἑορταστικά ταῦτα μέλλων διδόναι ὁμιλεῖ πρότερον, καὶ οὕτως διδόναι. Infra eadem ἑορταστικά, εὐλογία dicuntur : Εὐλογίων παρεχομένων, εἰκὸς ἦν ἅπαν τὸ σύστημα τῶν εὐλαβεστάτων κληρικῶν παρεῖναι. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 415.]

1. **FESTINANTIA**. Breviloq. ex Ugutione : Agina dicitur foramen, in quo se trutina vertit, vel dicitur Festinantia.

2. **FESTINANTIA**, Festinatio : Festina celeritas, in leg. 52. Cod. Th. de Hæret. (16. 5.) Acta Hadriani IV. PP. : Celeriter properabat ad urbem, et tanta Festinantia, ut, etc. [Itinerarium Gregor. XI. PP. : Mare ingreditur cum Festinantia.] Utitur etiam vetus Interpres Concilii VI. Oecumenici Act. 12. Passio S. Vitalis Mart. num. 3. Helmodus lib. 1. cap. 68. S. Bernardus in Vita S. Malachias, Anonymus de Gest. Friderici II. Imp. pag. 776. Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 44. lib. 3. Epist. 83. Cortusii in Hist. lib. 2. cap. 8. Concilium Tolosan. ann. 1229. cap. 1. et Arelat. ann. 1234. cap. 5.

† 3. **FESTINANTIA**, Juramentum, sacramentum. Anton. Minucius de Prato Veteri Rubr. 8. cap. 6. apud Schilter. : Festinantia quæ fit ante tres liberos homines, servari debet, nisi juri vel naturæ contraria sit.

\* 4. **FESTINANTIA**, Vox chimicorum. Vide infra Fizio.

\* **FESTINARE**, Deducere. Process. de B. Petro de Luxemb. tom. 1. Jul. pag. 599. col. 1 : Curando tale apostema cancerosum cum unguentis resolutivis, Festinat ipsum ad aperturam, et inde facta apertura, quæ corrosiva de natura materis adustæ, Festinat ipsum ad mortem. Vide Festivare 2.

\* **FESTINATIO**, Convivium, Gall. Festin. Charta ann. 1377. ex Bibl. reg. : Post dies aliquos et Festinationes sollemnes, etc. Vide supra Festagium 4. et Festare.

† **FESTINGMEN**. Vide Festingmen.

\* **FESTINIS**. [Festinus. Titin. apud Non. 8. 3. Hæc res me fecit Festinem.]

\* 1. **FESTIS**, Obsequium, Hispan. Festajo. Charta Alph. VI. reg. Castel. tom. 6. Jul. pag. 54. col. 1 : Ideoque absolvo vos ab omni Feste pristinæ subreptionis (f. subjectionis) et præscriptæ libertati trado.

\* 2. **FESTIS**, Fastigium, culmen, Gall. Faite vel Feste. Consuet. Norman. part. 1. cap. 26. ex Cod. reg. 4651 : Apud Bajocas fracta Feste domorum possessio, quæ sine franca materia est constructa, ad dominum, de quo tenetur, debet reverti. Ubi textus Gallicus : Si comme à Baieux, la possession de la maison dont le Feste est rompu et dépechié, qui est sans franche matiere, c'est sans carrel et sans mortier, doit revenir à celui de qui elle est tenue.

\* **FESTISSURA**. Vide mox in Festissura.

\* **FESTISSURA**, FESTICHURA, Imbrex, Gall. Fatiere, alias Festissure. Comput. ann. 1441. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : Item pro duabus Festissuris, xvj. den. Alius ann. 1386. ejusd. eccl. : Pro quin-



dena Festichurarum in tecto, a. den. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1472: *Item pro xij. Festissuris ad ponendum tecto navis, pro qualibet Festissura, a. den. Reg. 13. Corb. sign. Habacuc ad ann. 1524. fol. 219: Festissures pour xxiiij. solz le cent. Hinc*

\* **FESTISSARE**, Imbricibus tectum munire. Comput. ann. 1370. ex Tabul. S. Petri Insul.: *Item cuidam tectori straminis, pro duabus grangiis apud Leskin recuperandis et magna grangia Festissanda,...* vj. lib. vj. sol. viij. den. Unde *Refestir*, imbricibus vel stipulis tectum restaurare, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 97. r.: *Marchanda... à Jehan Hanequin couvreur d'esteulle de faire et reffetonner en la cense de Vers che qui s'ensuit; est assavoir... de relatter les combles et recouvrir tout de neuf;... et avec ce doit renmanteller tout de neuf partout là où il appartenra, et sera tenu ledit Jehan de rebroqueter, rebattir, Refestir tout partout en ledite cense, là où il sera besoing de faire.*

**FESTITATULA**, pro *Festivatula*, seu parva *festivitas*, apud Avitum Vienn. Epist. 79. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Festivatula, Petite feste.*]

\* **FESTIVALIS** **BADERIUS**. Vide supra *Baderius* 2.

† 1. **FESTIVARE**, Diem festum agere a consuetis operibus cessando. Miracula B. Ambrosii Senens. tom. 3. Martii pag. 239: *Ubi præfatus pater singulariter et multipliciter Festivatur.* Et pag. 245: *Cujus dies transitus solemniter Festivatur in quibusdam Ecclesiis Italix. Leges Jacobi II. Regis Majoric. tom. 8. Junii pag. xxviii: In quibus locis et diebus in reverentia sanctorum Reliquiarum Festivare consuevimus. Vide Festum S. Theclæ.*

2. **FESTIVARE**, vel **FESTINARE**, Convivio excipere apud Cantipratenum. [Vita S. Erconwaldi Episcopi tom. 3. Aprilis pag. 785: *Et ad orandum Deum dilectumque ipsius Erconwaldum aliis Festivantibus, tu solus non attendis. Gesta Trevir. Archiepisc. apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 389: Ibidem continue ipse Rex cum principibus, et nobilibus, totoque vulgo, specialiter in die Natalis Domini solemnissimam habens curiam convivando Festinavit.] In Vita Balduini Lutzeburg. Archiep. Trevir. lib. 2. cap. 3. lib. 103. cap. et in Statutis. Collegii Navarrai Parisiensis apud Jo. Launoium in Histor. ejusdem collegii pag. 80.*

**FESTIVER**, **FESTINER**, **FESTIN**. Vox ducta a *festis*, in quibus Christiani mutuis se conviviis, quæ *Agapas* vocabant, excipiebant: de quibus S. Augustin. Epist. 64: *Comessationes et ebrietates, ita concessæ et licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimum Martyrum, non solum per dies solennes, (quod ipsum quis non legendum videat, qui hæc non carnis oculis inspicit) sed etiam quotidiis celebrantur. Infra: Cum istæ in cæmeteriis ebrietates et luxuriosa convivia non solum honores Martyrum a carnali et imperita plebe credi solent, sed etiam solatia mortuorum. Vide eundem l. 1. de Morib. Eccles. Cathol. cap. 34. Cumeanum de Mensura penitentia cap. 1. initio, et quæ observat Savaro ad Sidonii lib. 4. Epist. 15. lib. 5. Epist. 14. et in voce *Agape*.*

\* 3. **FESTIVARE**, Gaudio recreare. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Passion. cap. 75: *Sic contrario pessime eis et maniasatis accessiones fiunt, propter quod oportet Festivare, etc. Festoier, Oblectamen-*

tum, vel Festum, in Serm. 45. ex Cod. 14. sæc. S. Vict. Paris.: *Plusor s'asambent aus places et aus ruës, si deparolent lor voisins et les vis et les morz... Or ne cuidiez pas que cil qui einzi lou font, que lor Festoiers plesse à Deu.*

\* **FESTIVATOR**, Præfectus piæ alicujus societatis, seu cui vexillum, in quo patronus ejusdem sodalitiæ depictus est, deferendum committitur. Charta Mauriti. episc. Cenoman. ann. 1223. ex Tabul. Major. monast.: *Habebit ille qui festivat oblationem, sicut hactenus noscitur habuisse. Si autem non fuerit Festivator, monachi habebunt medietatem et sacerdos aliam; et similiter sacerdos medietatem habebit, Festivatore præse, de denariis oblati, si de eis monachi ratione aliqua aliquid detinerent.*

† **FESTIVITAS**, Festum, dies festus. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 187: *Condicta certæ Festivitatis die, populum eis junctum cum venerabili corporis Christi Sacramento, ad Tabor sonoris vocibus deducunt. Concil. Toletan. XIII. inter Hisp. tom. 2. pag. 699: Si quis Episcoporum a Principe vel Metropolitanano admonitus, designato sibi dierum rationabili ad veniendum spatio, sive pro Festivitatibus summis, Pascha scilicet, Pentecoste et Nativitate Domini celebrandis... ad constitutum diem venire distulerit. Occurrit ibid. tom. 3. pag. 167.*

† **FESTIVITAS**, Anniversaria defuncti commemoratio, in Observat. præviis ad Vitam S. Sturmii sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 267: *Quatenus hi eadem mirabilia divinæ operationis audientes, gratias divinæ Majestati referrent, et omnis jucunditas ipsius Festivitatis in ejus laude personaret. Hæc sumsit Mabillonius ex Candido monacho qui ibid. habet: Anniversariam Sturmii primi Abbatis fundatoris Monasterii Fuldae memoriam, et omnium Fratrum nostrorum de hac luce defunctorum in natale S. Ignatii martyris Christi... in Missarum celebratione, psalmodiis et oratione sancta celebrare sancivit.*

**FESTIVITATES Feriales feminabus, non hominibus**, in Charta ann. 1226. apud Roverium in Reomao pag. 253. ubi disquiri de festis istis feminis.

**FESTIVITATES VENDERE**. Decreta Calomani Regis Hungariæ lib. 2. cap. 43: *Nullus Festivitates vendere præsumat, id est, in festis diebus, ni fallor.*

**FESTIVITAS FRACTA**, cum quis in die festo opus aliquod exegit, cujus forisfacti mulctam Archidiaconi ad se pertinere contendebant. S. Anselmus Cantuar. lib. 4. Epist. 99: *Audivi quod Archidiaconus vester accepit homines meos quasi pro forisfactura fractæ Festivitatis, et de iis pligios accepit, nec ante eos voluit dimittere, quam pligios haberet, quod nec sibi nec alicui personæ licet super homines meos.*

\* **FESTIVATULA**. [Parva *festivitas*. (Alcim. Avit. Ep. 79.)]

† **FESTIVOSUS**, Festinus, promptus, alacer. Litteræ Humberti II. ann. 1343. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 574. col. 2: *Confestim cum armis veniant ad exercitum nostrum infra burgum Miribelli, nemine remanente, exceptis illis castrorum esponderiorum, de quibus nullum volumus removeri, in hoc adhibentes diligentiam Festiviosam.*

† **FESTIVARE**, Italix *Festeggiare*, nostris *Festoier*, Ludis publicis operam dare. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 757: *Et ecce per Neapolitanam civitatem dicti regales in-*

*cipiunt magnifice equitare et Festizare. Occurrit rursus ibid. col. 580. Vide Festiare.*

\* **FESTO**, Sertum, corolla foliata, Ital. *Festone*, nostris *Feston*. Acta B. Amad. tom. 3. Mart. pag. 894. col. 2: *Ipsa porta desuper et a lateribus ornata est picuris et foliaminibus cum suis terminis et floribus commixtis fructibus, quæ vulgo dicuntur Festoni.*

**FESTRA**, pro *Fenestra* dicitur, parva *fenestra*, unde Macrobius in *Saturnal. Festa* quidem est minusculum ostium in sacrario. Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Festra, Fenestrette.*] Vide *Festum*.

**FESTRAGIUM**. Charta Guigonis Comitissis Forensis ann. 1253. pro Libertatibus Villarezii: *Pro hac siquidem libertate in dicta villa... census bladi, denariorum et gallinarum duplicabunt, et duplicatum solvent annuatim in festo B. Martini hiemalis, et ad nullum aliud Festrarium teneantur, vel cogantur. Etsi in MS. sic exaratum sit, legendum tamen Festrarium censuerim: nisi Festrarium dictum sit pro Fenestrarium. Vide in hoc verbo.*

† **FESTRUM**, Fastigium, culmen, Gall. *Faite*. Charta Domini de Luiriaco in Foresio ann. 1417: *Quemadmodum Festrum dictæ domus importat a pede usque ad summum. Vide Festum 5.*

\* *Festre*, eadem acceptione, in Charta ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 424: *Trois leveures d'un Festre de maison neuve couverte de tuille, seant audit Froyes en la rue de la grant taverne. Infra: Frestre.*

**FESTUCA**, **FISTUCA**, Signum et symbolum traditionis, vel translatae possessionis, quam tradebat emptori venditor, aut qui modo quovis rei possessionem in alium transferebat. Frequentia autem hujus traditionis, ait Bignonius, ex facilitate descendit, quod *Fistuca* obviam sæpe occurrat. [Charta Fulquini pro Monast. Gemblac. ann. 950. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 141. col. 2: *Per hanc chartulam donationis sive per Festucam, (hanc villam) ad opus Sanctorum tradimus. Et quidem ejusmodi chartis stipula seu Festuca, ut legitimæ essent, inserebatur, unde stipulatio dicta.] Exstat in Tabulario Campaniæ Bibl. Regiæ pag. 535. Charta ann. 1258. qua Abbas Arreviariensis ex Bulla Apostolica: *Mercatores Romanos de bonis mobilibus Camporum ubicunque possent in distractu Comitatus Campaniæ inveniri, Regis nomine, per traditionem cujusdam Apostolicæ Palæe, secundum quod in tradendis possessionibus de consuetudine in istis partibus observatur... investit. Existimant alii, fistucam idem valere ac fustem, seu baculum, quo investituræ passim factæ leguntur; Glossæ Latin. Gr.: *Festuca, ξίφος, πάβδος*: qua sane notione hæc vox usurpata videtur, idque infra docemus in voce *Fustus*, et verbo *Investitura*, ubi de baculo. [\* Ejusmodi est ligni frustum, longitudine semipedale et crassitudine unciale aut circiter, in Chartophylacio ecclesiæ Paris. assertum, in cujus quatuor faciebz hæc insculpta habentur, teste D. Le Beuf tom. 2. Dissert. pag. 90: *Ebrardus et Hubertus de Spedona villa, servi scilicet beatæ Mariæ Parisiensis per hoc lignum Fulconi decano rectum fecerunt in capitulo sanctæ Mariæ de conquestu antecessorum suorum, quem tenuerunt absque canonicorum permissione. Quo quidem symbolo possessionem honorum, quæ jure manus mortuæ ad ecclesiam perti-***

nebant, dimittere se significarunt.] Alii denique Francos nostros hac voce allussisse volunt ad *stipulationem*, de qua Jus Romanum, quam Isidorus lib. 5. Orig. a *stipula* deductam opinatur: *Veteres enim*, ait ille, *quando sibi aliquid promittebant, stipulam tenentes frangebant, quam iterum jungentes sponsones suas agnoscebant.* Scio, aliam a Varrone et JC. dari hujus vocis originem, de qua Menagius in *Amoenitatibus juris* pag. 401. 2. Edit. Certe eo respexisse recentiores, par est credere: siquidem traditiones interdum *culmo*, interdum *stipulatione subnixæ* dicuntur in veteribus aliquot Tabulis, uti in voce *Culmus* observamus. Vide *Stipulatio*. [\*\* De *Festuca* egerunt Grimmus Antiq. Germ. pag. 121. sqq. et Haultaus. voce *Halm*. Glossar. German. col. 782.]

PER FESTUCAM *Intercurrentem* vel *Intercedentem*, etc. [Id est per traditionem factam.] Vide *Lacina*.

FESTUCAM IN LAISUM (i. sinum) *jacere*, in Lege Salica tit. 48. Vide *Laisus*.

CUM FESTUCA *fidem facere*, [Id est, tradita alteri parti festuca.] in eadem Lege Salica tit. 52. § 2. et in Lege Ripuaria tit. 30. § 1.

PER SUAM FESTUCAM *se exutum facere*, in Formul. veter. cap. 19. 39. 43. Placitum Childeberti III. Regis editum a Mabillonio: *Ut dum contra ipsa strumenta nihil habebat, quod diceret, nec quod apponeret, per sua Festuca se exinde (f. exutum) in præsentia dicit esse.* Veridicis Notitia apud Perardum in *Burgundicis* pag. 32: *Per Festucam... easdem res legaliter quarpiverunt.* Alia apud eundem pag. 65: *Et per festucam et fustum se per omnia exutum fecit.* Adde Probat. Histor. Vergiac. pag. 43. Chronicon Laurisham. pag. 59. Mabillonium tom. 4. SS. Ord. S. Benedicti pag. 342. n. 19. etc. Projiciebatur nempe festuca in ejusmodi *divestitionibus*. Capitularia Caroli M. lib. 6. cap. 285. [\*\* 370.]: *Ut ergo omnis suspicio a nobis cunctis Sacerdotibus, et sanctæ Dei Ecclesiæ fidelibus funditus auferatur, prostitemur omnes, stipulas dextris in manibus tenentes, easque propriis e manibus ejicientes, coram Deo et Angelis ejus, ac vobis cunctisque Sacerdotibus, ... nec talia facere nec facere volentibus consentire, sed magis Deo auxiliante resistere.* Ademar Cabanensis pag. 164. de Carolo Simplice: *Congregati (Proceres Francorum) in campo more solito ad tractandum de publica regni utilitate, unanimi consilio, pro eo, quod ignavæ mentis erat idem Rex, Festucas manibus projicientes, rejecerunt eum, ne esset eis ultra senior.* Le Roman de Charité MS:

Abés respons-moi, quo fais-tu,  
Qui jadis rompi le Festu  
Au monde, etc.

PER FESTUCAM WERPIRE, Eadem notione, projecta nempe vel tradita fistuca, apud Marculfum lib. 1. for. 13. Charta Ottonis III. Imp. ann. 997. apud Hermannum Stangefolium lib. 2. Annal. Circuli Westphalici pag. 203: *Et sicut mos est Laicorum, cum Festuca semet ab eo exiit prædio.* [In Obituari. MS. Ecclesiæ Morin. p. 8. notatur quod prima die cujuslibet mensis Vicarii Ecclesiæ Morin. tenentur ire in Capitulum, et ibi resignare suos vicariatus per traditionem unius festucæ.]

PER FESTUCAM *commendare, dare*, apud eundem Marculfum lib. 3. form. 21. lib. 2. form. 4.

PER FESTUCAM *partiri*, apud eundem lib. 2. form. 14.

SACRAMENTUM PER FESTUCAM *adhramire*, in Formul. veter. cap. 2. [Charta Chlodovei Regis ann. 692. apud Mabill. Diplom. pag. 474: *Quod et ita per Festuca visus est achrannasse.*]

FISTUCA NODATA. Vetus Charta Longobardica apud Ughellum tom. 3. Ital. sacræ pag. 49: *Omnia, quæ supra leguntur, legitimam facio vestituram per cultellum, Fistucum nodatum, wantonem, et wasonem terræ atque ramum arboris, me exinde foras expuli et werpivi, et absitum feci, et ipsius Ecclesiæ Monasterio ad proprietatem ad habendum concessi.* Adde pag. 51. 61. [Charta ann. 997. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 116: *Quam traditionem atramentario, penna et pergamena manibus suis de terra levatis, Lege Salica fecit per Fistucum nodatum, ramum arborum atque per cultellum et wasonem.* Oblatio facta S. Sepulcro in Jerusalem in manu Abbatis S. Victoris Massil. ex Archivo hujus Monasterii: *Petrus Notarius iudex domini Imperatoris per wasonem terræ et Fistucum nodatum, seu ramum arborum, atque per cultellum et wantonem, seu wandaligine et sic per hæc cartula Lege mea Salica.*] Occurrit eadem formula passim in Tabulario Casauriensi, in Charta Mathildis Comitissæ apud Franciscum Mariam in Mathildi lib. 3. pag. 105. in aliis ann. 1109. et 1121. apud Chiffletium in *Luminibus Salicis* cap. 6. in aliis ann. 961. 1028. 1029. apud Chiezam in Hist. Pedemont. cap. 20. 21. et 39. Guichenonum in Probat. Hist. Sabaud. pag. 18. 21. 23. etc.

EXFESTUCARE, Idem quod *Festucam* tradere, abjicere, rem abdicare, *Dequerpir*, [Leodiensibus, *Effestuer*,] quod qui rei dominium in alterum transferebat, aut illius juri renunciabat, *Festucam* seu stipulam possessori tradebat in signum dominii translati, vel eam in terram projiciebat, tanquam re, quam in alium transferebat, se exueret. Adelbertus Abbas Heindenheimensis: *Omni-bus ergo Canonis usque ad unum Episcopo consentientibus et præbendam pro Deo et pro denominata recompensatione Exfestucantibus.* Adde pag. 333. Galbertus in Vita Caroli Comitis Flandr. n. 65: *Fidem et hominia, quæ hactenus vobis servavimus, Exfestucamus, damnamus, abjicimus, ... finita responsione ista, arreptis festucis, Exfestucaverunt illorum hominum fidem, etc.* Adde n. 141. 152. Cæsarius lib. 2. Miracul. cap. 12: *Miser juvenis a villico persuasus, creatorem suum ore suo negavit, manu Exfestucavit, diabolo homagium faciens.* Charta Conradi Imp. ann. 1143. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 158: *Potestatem, quam jure advocatiæ super ministeriales Ecclesiæ Frisingensis habere videbatur... secundum consuetudinem Curie omnino Exfestucavit.* Charta Manassis Episc. Lingonensis ann. 1186. in Tabulario Monasterii Albæripæ lib. 2: *Nihil sibi de omnibus retinens, sed omnia Exfestucans.* Vetus Charta ann. 1231. apud Duchesnum in Hist. Guinensi pag. 497: *In manu mea... legitime resignavit et Exfestucavit.* Vide pag. 74. Occurrit passim, in Chron. Abbat. S. Trudon. lib. 11. pag. 483. lib. 12. pag. 506. apud Othon. Frising. lib. 7. Chr. cap. 24. de Gest. Frider. lib. 1. cap. 6. Ægidium Auræ Vall. in Episcop. Leod. cap. 14. et 21. Albertum Aq. lib. 5. cap. 85. Anonymum in Miracul. S. Ursmari apud Flandr. n. 12. in veteribus Chartis apud

Bollandum 6. Feb. pag. 920. Duchesnum in Hist. Guin. pag. 58. 181. 182. 499. in Chron. Andrensi pag. 379. etc. *Cum Exfestucatione werpire*, in Charta Desiderii Episc. Morin. ann. 1177. apud Malbrancum lib. 10. de Morin. cap. 29. et 37. et in Tabulario S. Bertini. Vide Gallandum lib. de Franco alodio pag. 325. 326. Scribitur et *Exfestucare* apud Buschium in Chron. Windesem. lib. 1. cap. 17. [\*\* Vide Haultaus. Glossar. Germ. voc. *Verschiesen* et *Sich Verschiesen*, col. 1884. supra voces *Exfestucare* et *Exfestucatio* suls locis.]

FESTUCARE, Idem quod *Exfestucare*. Charta ann. 1151. apud Duchesnum in Hist. Guin. pag. 667: *Ac legitima donatione tradidimus, coram his testibus Festucavi, etc.* Charta Philippi Comitissæ Flandriæ ann. 1159. in Tabulario Monasterii S. Bertini: *Triginta septem mensuras, quas a me tenebat, in manus meas reddidit et Festucavit.* [Gerardus in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 353: *Nihil potuisti sine Dei permissione modo utamur Dei jussione.* Dimittite, inquit, et dimittemini; quod ego primus faciam, vos me sequimini. Fit sine mora ab omnibus: *Festucantur omnia.*]

INFESTUCARE, in possessionem mittere, adheritare. Charta ann. 1300. in Hist. Guinensi: *Par l'enseignement et le jugement des hommes devant dis, nous fumes adheritez, et li dis Hues desheritez: et enwerpi et Exfestuca une fie, autre et la tierche, si que n'y en eut, ni retient, et nus en fumes enheritez bien et à loi, etc.*

† FESTUM, Dies solemnis memoria alicujus mysterii vel Sanctorum sacræ. Non eadem vero omnium festorum solemnitas, alia enim alia celebrior, ratione officii vel cæremoniarum quarum pompa in quibusdam major, in aliis minor. In solemnioribus a consuetis operibus abstinere fuit solitum a vespera ad vesperam. Statuta Augerii Episc. Conseran. Sæc. 13: *Dies Dominicos et festivos absque aliquo servili opere a vespere in vesperam devote ac reverenter in vestris Ecclesiis coli facite.* Hujus vero moris vel præcepti qui transgressores inveniebantur, ut scribit Episcopus Carcassensis ann. 1275. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1151: *Per tres dies Dominicos vel Festivos in camisia et bracciis stare debebant ante altare, dum missarum solemnia celebrabantur.* In statutis vero Synod. Ecclesiæ Trecorensis apud eundem tom. 4. col. 1109: *Si divites sint, solvant quinque solidos ad luminare suæ Ecclesiæ; si pauper, quinque dies Dominicos sequatur processionem in camisia et femoralibus, habens super collum instrumentum cum quo operabatur.* [\*\* Stat. eccl. Carcasson. ann. 1270. cap. 14. ex Cod. reg. 1613: *Qui... in Festis eisdem seu diebus Dominicis inventus fuerit opus servile vel illicitum operari, ad nos infra octo dierum spatium transmittatur infrascriptam penitentiam recepturus, ut videlicet per tres dies Dominicos vel festivos, dum missarum celebrantur sollempnia, stet in sua ecclesia in loco eminentiori præ cæteris in camisia tantum et in bracciis, cum virgarum manipulo, cum quo a sacerdote ecclesiæ præsidebat unam recipiat disciplinam.] Festa autem proximæ hebdomadis inter Missarum solemnia post communionem annuntiabantur a Diacono, ut discimus ex ordine Romano ad usum Monasteriorum apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 105: *Postea quidem (communione scilicet peracta) accipiens Diaconus calicem in**

*dextera parte altaris, elevans eum in manibus suis, pronuncians Natalitia Sanctorum in ipsa hebdomada venientia, ita dicendo: Illa feria veniente, Natale est S. Mariæ, aut Confessoris, vel alius Sancti cujus euenit, secundum martyrologium. Et respondent omnes, Deo gratias.*

FESTA DOMINICA, Martyrum, Confessorum, apud Christianos, instituta vel ab ipsis Apostolis, vel Conciliis. S. Augustinus Epist. 118. cap. 1: *Illam autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe observantur, dantur intelligi vel ab ipsis Apostolis, vel plenariis Conciliis, quarum est in Ecclesia saluberrima auctoritas, commendata atque statuta retineri, sicut quod Domini Passio, et Resurrectio, et Ascensio in cælum, et Adventus de cælo Spiritus sancti, anniversaria solennitate celebrantur.* Isidorus lib. 1. de Eccl. Offic. cap. 34: *Festivitates Apostolorum seu in honore Martyrum solennitates antiqui Patres in venerationis mysterio celebrari sanxerunt, vel ad excitandum imitationem, vel ut meritis eorum consociemur, atque orationibus adjuvemur: ita tamen, ut nulli Martyrum, sed ipsi Deo Martyrum offeramus, quamvis in memoris Martyrum constituamus altaria. Eadem habet Rabanus lib. 2. de Instit. Cleric. cap. 43. Alcuinus lib. de Offic. div.: *Sanctorum dies, quibus de hoc sæculo migraverunt, solenniter et cum magna exultatione celebramus adeo, ut in ipsis, abstinentiæ aliquantulum rigore laxato, paululum remissius vivamus. Infra: Cum antiquos natalitia sua, vel suorum affinium, quibus in hanc miseram effusi sunt vitam, tanta alacritate invenimus celebrasse, ut etiam omni corporeæ voluptati licenter operam darent: quanto nos spirituali hilaritate sanctorum Patrum natalitia convenit celebrare, quibus non ad miserias nascuntur, sed de miseris ad gaudia transferunt sine fine possidenda, non nos corporalibus illecebris resolventes, ut faciebant pagani, verum canticis spiritibus, Hymnisque cælestibus in Christo tripudiantes, ut Christiani. Quamvis non denegemus etiam corporaliter aliquantulum remissius, quam cæteris esse vivendum, propter quasdam, ut reor, hebetiores, qui nihil putant esse festivum, nisi quod viderint corporali delectatione melitum.* Vide Durandum lib. 7. cap. 1. Baronium de Martyrol. Rom. cap. 4. in Annal. ann. 58. n. 81. ann. 263. n. 14. Covarruviam lib. 4. Var. resolut. cap. 19. et Filesacum lib. 1. Select. cap. 6. ubi plura de festis Christianorum. [Græcis Ἀποστολικὰ ἑορτὰ ea festa dicuntur quæ Christi Domini sunt, scilicet Nativitas, Epiphania, Passio, Resurrectio, Assumptio, Pentecoste et Resurrectio Mortuorum. Vide Glossar. med. Græcit. col. 414.]*

FESTA ANNALIA, ANNUALIA, Præcipua totius anni festa, unde nomen. Odo Cluniac. 1. de Vita S. Gerald. cap. 15: *Si tamen in eisdem feriis Festivitas Annualis evenisset, abstinentiam ita solvebat, ut, etc.* Charta Hugonis Ducis Burgundie pro fundatione S. Capellæ Divion. ann. 1172. apud Perardum: *In Festis Annalibus, id est, in Nativitate Domini, in Pascha, in Pentecoste, et in omnium Sanctorum.* Ita in Charta Alphonsi Imp. apud Hieron. Vignerium in Hist. Alsatica pag. 143. Regestum Parlam. B. fol. 51. verso sub ann. 1279: *In 4. Festis Annualibus, videlicet Nativitatis Domini, Resurrectionis Dominicæ, Pentecost. et omnium SS. 1. Reg. f. 123:*

*Qui faciunt burgesium apud Castrum Nantonis in tribus Festis Annualibus, etc. Festa Annualia, in Statuto Philippi Pulcri ann. 1302. cap. 57. 59. in Charta Odonis Episcopi Paris. ann. 1199. apud Sammarth. in Gall. Christ. Dies Annuales, in Ordinat. Hospitii S. Ludovici Regis ann. 1261. Feste Annuaul, in Charta vernacula Hugonis Ducis ann. 1268. apud Duchesium. Festes annuelles, apud Joinvillam in Hist. S. Lud. pag. 124. Adde veteres Consuetudines Bituricensis apud Thomasserium pag. 250. 276. Festivitates præcipuæ, Domini Natale, Pascha, Pentecoste, et si quæ principales reliquæ solennitates, quas Presbyteri et Diaconi, qui in villulis deserviunt, cum Episcopis suis in civitatibus celebrare tenentur, in Concl. Arvern. cap. 15. Missas quippe, ut in hisce festis majoribus, in oratoriis facere aut tenere prohibentur Presbyteri in Concilio Agath. can. 21. ita Laici præcipui seu natu majores, Pascha et Principales Festivitates sub præsentia Episcopi tenere jubentur, in eod. Concilio Arvern. can. 15. et Aurelian. IV. can. 3. In Agathensi vero can. 18. statuitur, ut sæculares, qui Natale Domini, Pascha, et Pentecosten non communicaverint, Catholici non credantur, nec inter Catholicos habeantur. Quæ quidem festa Festivitates Festivatum appellantur a Brunone Signiensi Episcopo apud Petrum Diaconum lib. de Viris illust. Casin. cap. 34. Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 52: *Restant illæ nominatissimæ solennitates totius universalis Ecclesiæ speciali gaudio suscipiendæ, prædicandæ pariter et celebrandæ, Natalis Domini, sanctum Pascha, Pentecosten, summorum Apostolorum Petri et Pauli, atque Assumptio S. Mariæ. Istæ igitur Festivitates cæteras, quasi quodam superlativo gradu, transcendunt, in quibus omnia superiori narratione latius explicata, ex asse complentur.* Vide Chartam ann. 1247. in Hist. Monasterii S. Mariæ Suesion. pag. 454. et aliam ann. 1294. apud Gallandum de Franco alodio pag. 252.*

\* FESTUM ARDUUM, Eminens, præcipuum. Stat. Mss. eccl. Brioc. cap. 12: *Pulsetur pro capitulo congregando campana, quæ pulsatur arduis Festis. Vide supra Arduitas. [\* Germ. Hohes Fest.]*

† FESTA BRACHIORUM, quæ et Manualia dicuntur, inferioris ordinis et minoris solennitatis Festa, in quibus ea tantum opera prohibebantur quæ sine equis et carrucis fieri non possunt. Statuta Eccl. Meldens. ann. 1493. tom. 2. Hist. Meldens. inter Instr. pag. 542: *Quo nimia multitudo Festorum indigentibus non sit oneri, neque tedium generare indevotis... videatur, prohibitionem negotiationis in non solennioribus Festis, quæ Manualia seu Brachiorum vulgo appellantur, in quibus videlicet ipsa prohibito per totam diem ad ea duntaxat opera et negotia quæ sine equis et carrucis fieri possunt se extendebat. Et infra: Præcipuorum autem et aliorum non præcipuorum, vulgo quondam Brachiorum et Manualium, nunc vero devotionis seu ad devotionem nuncupatorum Festorum observationis ordo subsequitur, etc.* Adde Statuta Eccl. Senonensis sec. XVI.

† FESTUM CANTORIS dicitur in multis Galliæ Ecclesiis Festum primæ classis, teste Macro in Hierolex. quia tunc ad Cantorem spectat officium ordinare; eadem ratione Festum Succentoris, vocatur Festum secundæ classis.

† FESTUM COLBILE, Quod colitur, in

Statut. Avenion. ann. 1570. edit. 1612. lib. 2. Rubr. 32. art. 1: *Diebus Festis colibilibus, etc.*

† FESTUM dividitur in Festum Duplex, et in Festum Simplex. Festum Duplex dividitur in Principale Duplex, in Majus Duplex, in Minus Duplex, in Inferius Duplex... Festum Simplex dividitur in Invitatorium Triplex, Invitatorium Duplex, Invitatorium Simplex. Ita Breviarium vetus asservatum in Monasterio Benedictinarum Anglic. Pontisar.

FESTUM DUPLEX, cum duo Festa concurrunt eodem die, quo casu dignioris Festum agitur, alterius sequenti. Quædam autem Festa dicuntur in totum duplicia, quædam simpliciter duplicia, quædam denique semiduplicia. Dicuntur quædam duplicia in quibusdam Ecclesiis, pro eo, quod responsoria, tam majora, quam breviora, et versus a duobus cantantur, et quia omnia incipienda a duobus incipiuntur, et quia antiphonæ in Matutinis et Vesperis duplicantur: dicuntur enim Completæ, et ante Psalmum et post, sicut est Festum Natalis Domini, S. Stephani, S. Joannis Evang. Circumcisio Domini, Epiphaniæ, Purificationis, Annuntiationis, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, S. Joannis, B. Apostolorum Petri et Pauli, S. Laurentii, Assumptionis B. Mariæ, Nativitatis ejusdem, et Dedicatio Basilicæ. Atque hæc sunt majora duplicia. Vide Ordinat. Præmonstrat. cap. 15. pag. 914. Minora autem duplicia Festa sunt 2. et 3. feria infra octavas Pentecostes, Commemoratio S. Pauli Apostoli, Octava Apostolorum Petri et Pauli, et Assumptionis, et quolibet Festum, quod unaquæque Ecclesia duplex ordinaverit celebrari. Semiduplicia Festa sunt, in quibus præmissa omnino non observantur; sed tantum tertium, sextum et ultimum responsoria cantantur a duobus, nec incipiuntur a duobus, nec duplicantur antiphonæ, licet versus et brevia responsoria a duobus dicantur. Et sunt hæc semiduplicia Festa SS. Andreae, Nicolai, Lucie, etc. Ita Beletus cap. 57. et Durandum lib. 7. Ration. cap. 1. n. 31.

\* Ordinari. Ms. S. Petri Aureæ-val.: *Quotienscunque facimus in ecclesia solennitatem novem lectionum, sive duplex simplex, sive duplex magnum, etc.* Hujus appellationis rationem innuere videtur Liber pension. S. Vict. Massil.: *Invenimus... propter solennitates diversorum sanctorum, quorum corpora in eodem monasterio requiescunt, anno quolibet sexaginta et septem Festa duplicia, in quibus datur duplex refectio, sive portio seu pstantia omnibus supradictis.* Atque ut monachis refectio duplex, ita in ecclesiis cathedralibus nonnullis duplex retributio canonicis iis diebus præstabatur; quod de Massiliensi ecclesia potissime mihi affirmatum est.

† FESTA PER TOTUM DUPLICIA, De quibus fit in utrisque Vesperis. Statuta Synod. Ecclesiæ Argentin. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 532: *Festa a Clero nostræ civitatis et diocesis cum officio de Festis per totum duplicibus instituto, etc.*

FESTA QUADRUPPLICIA, in Statut. Ord. Præmonstrat. dist. 2. cap. 1: *In Festis, quæ apud alios vocantur triplicia, apud alios Quadruplicia, majora, aut præcipua, etc.*

† FESTUM DE QUARTO DUPLICI, Major sollemnitas. Charta Petri Abbatis S. Crucis de Talemondo Lucionensis Dioc. ann. 1366: *Item quotiens Conventus fa-*

ciet servitium pro benefactoribus dicti Monasterii... Et quotiens ibi in processione revestitus vel aliter extra Monasterium... vel quando Conventus revestitus erit pro recipiendo aliquem Prælatum... tenebitur dictus aquarius et dare et administrare dicto Conventui, sicut supra dictum est de solemnitatibus et Quartis Duplicibus.

FESTUM, seu FESTIVITAS TRIPLEX, de cuius officio multa in secunda parte Ordinarii MS. Ecclesie Rotomagensis, qua voce intelliguntur majora festa, ut Natalis, Paschatis, etc.

¶ Ideo autem ejusmodi Festivitas triplex nuncupatur, quod ter Antiphona ad *Magnificat* recantatur, scilicet ante illud canticum, in fine ejusdem ante *Gloria Patri*, etc. et rursus post hunc versum. Quod etiam fit in Diocesi Parisiensi in solemnioribus illis antiphonis quæ Natalem Christi præcedunt.

\* A triplici chorista, vel triplici campana sic dictum malim, quam ab antiphona ter ad *Magnificat* recantata.

FESTUM TRIUM LECTIONUM, ibidem et in Statutis antiq. Cartusiensib. 1. part. cap. 30.

\* FESTUM TERSALE, Eadem notione. Consuet. MSS. monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305: *In Festis tersalibus ponuntur septem cerei, in solemnibus viginti; ... et nota quod nisi sit Festum tersale vel solemne, cerei non accenduntur in Vesperis, neque in Matutinis.*

\* FESTUM QUINQUE CEREORUM, in Pontif. Ms. Senon. ad usum eccl. Paris.: *Ipo die (in Coena Domini) pulsantur campanæ ad missam et ad versum, sicut mos est in Festis quinque cereorum.*

FESTUM NOVEM LECTIONUM, in quo novem Lectiones dicuntur in Matutinis, cujusmodi sunt majora Festa. [Statuta Ecclesie Biterrensis ann. 1368. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 698: *Item, statuitur quod Festa illorum Sanctorum quorum nomina in Missæ canonibus specialiter recitantur, sub novem Lectionum officio celebrentur.*] Liber Ordinarii sancti Victoris Parisiensis cap. 9: *In omnibus Festis novem Lectionum debent Fratres cotidie tenere silentium.* Vide Ordinar. Præmonstrat. cap. 15. pag. 915.

FESTUM 12. LECTIONUM, in quo 12. Lectiones. Vide Statuta antiqua Cartusiensia 1. part. cap. 29.

FESTUM DOMINICALE, seu QUOD DOMINICALI MORE CELEBRATUR, in Ordinario MS. Ecclesie Rotomag.

\* Obiituar. Ms. Rotomag. ad diem 2. Jan.: *Octabæ S. Stephani, Festum dominicale.*

FESTA IN CAPPIS, Majores solennitates, in quibus inter Missæ solennia et Vesperas deferuntur Cappæ a ministris Chori Ecclesie. Tabularium Fossatense fol. 122: *Dederunt eidem Ecclesie albas paratas... de quibus induuntur in Festis, quæ fiunt in dicta Ecclesia in albis, vel in Cappis, etc.* Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia: *Et ad omnes collationes Festivitarum tam in Cappis, quam in albis, etc.* Mox: *Debent etiam habere caritatem de cellario ad prandium singulis diebus octabarum principalium Festivitarum, quæ octabas habent, exceptis diebus, quibus sunt in Cappis.* Vitæ Abbatum S. Albani: *In Festis, quæ in Cappis fiunt et maxime præcipuis, pag. 80. 83.* [Vide Statuta Ecclesie Pictav. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1074.] Observat Watsius in Missa Mozarabum aliquando occurrere Festum trium, vel sex, vel novem Capparum. [Festum Caparum sæpius occurrit

in Statutis Card. Trivultii Abb. S. Victoris Massil. ann. 1531. Sed hæc Monachos potissimum spectasse colligitur ex Gocelino in Hist. Translat. S. August. sæc. 6. Bened. part. 2. pag. 759: *Ut annuatim ejus Festivitas in Cappis celebraretur, uti Monasteriali usu dicitur.*

† FESTUM UNIUS ORDINIS, Idem videtur quod hodie Festum duplex minus. Liber de doctrina Novitiorum Ord. Grandim. cap. 1. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1827: *Officium vero B. Mariæ etiam in Festis unius Ordinis non dimittas, sed secreta dicas taliter, quod tumultum non facias.*

\* FESTA REPENTINA, Quæ arbitrio cujuspiam constituuntur. Stat. universit. Aurel. ann. 1307. ex Cod. reg. 4223. A fol. 17. v.º: *Nulla quoque festa dabunt vacationes a lecturis, nisi quæ celebrantur a clero et populo; ex quo relinquuntur quod Festa repentina, pro crastinationibus aut aliis inventionibus quibuscumque, sibi noverint interdita.* Vide *Feræ messivæ* in *Feræ 3.* et *Repentinæ Feræ*. Licet de Festis Dominicis et Sanctorum ex professo commentatus sit Baronius in Notis ad Martyrologium, quædam tamen de iis, quæ observationem aliquam postulant, hic leviter attingemus, ordine literarum servato.

FESTUM S. AGNETIS celebrari coeptum est propter quoddam miraculum, quod octavo die suis contigit parentibus ad ejus tumulum lamentantibus. Ita Beletus cap. 75.

FESTA ANIMARUM, seu Commemoratio Defunctorum 2. Novembr. Gall. *la Feste des Ames*, nempe *des Trépasses*. [Charta ante ann. 1044. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 459: (Bruno Episcopus Leucorum) *Capellano assignat... privatas Missas, primam Missam ad corpus defuncti, peras scilicet peregrinorum benedicendorum, nuptias... sepulturam abalorum, confessiones... Festum sanctorum Animarum absque candelâ.* Statuta Eccl. Cadurcens. etc. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 766: *Festa communia Animarum defunctorum generaliter celebrantur in crastinum omnium Sanctorum, et in crastinum B. Hilarii, et in quibusdam etiam locis de consuetudine speciali in crastinum octavarum Paschæ et Pentecostes, et si in his sit Festum duplex, transfertur ad diem sequentem commemoratio defunctorum, et celebrantur hæc Festa defunctorum usque post Missas, nec propter officium defunctorum debet omitti dictis diebus officium regulare.* Memorantur præterea quatuor Festa Animarum in Charta ann. 1288. ex Tabular. S. Victoris Massil.] Matth. Westmon. ann. 1244: *In crastino Animarum convenientes omnes Angliæ Magnates, etc.* Adde eundem ad ann. 1246. et Annales Colmarienses ann. 1286. Id Festum, vel potius Commemoratio instituisse primum in suis Monasteriis sanctum Odilonem Abbatem Cluniacensem, ex quo ad cæteras Ecclesias transiit, scribunt Petrus Damiani in Vita S. Odilon. Radulfus de Diceto ann. 966. Sigebertus ann. 998. Udalricus in Consuet. Cluniac. lib. 1. cap. 42. Durandus lib. 7. cap. 35. etc. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 70.

\* Post Natalem Domini apud S. Florum celebratum olim fuisse, docent Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 97: *Le Jedy d'après Noël que l'en faisoit au pais (diocèse de S. Flour) Feste et solempnité des Trépasses... le suppliant appercut Jehan del Roux... lequell avec ung pie remplis soit ung fossé ou raze, ... auquel il dist: Il*

*fust mieux que vous fussiez à l'église, car il est aujourd'hui la Feste des bonnes ames. La Feste aus mors, in Charta Phil. Pulc. ann. 1298. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 41.*

FESTUM ANNIUNTIATIONIS DEIPARÆ, de quo copiose Baronius ad Martyrologium. [\* Die 25. Mart.] Tantum moneo, Festum istud *Marzache* olim a nostris appellatum, quod in mensem Martium incidat. Regestum Censuum et Feodorum Carnotensis urbis f. 67: *Sachent ious, qu'en l'an de grace 1286. le Jedy d'empres la Marzache, que Henry, etc.* De hoc Festo sic Nomocanon nuper editus a V. C. Jo. Bapt. Coteliero can. 2: *Τὸ εὐαγγελισμὸς τὴν ἑορτὴν τοῦ σέβας ἀπονεύμεν, ὅτι σέβασμια πασῶν τῶν ἑορτῶν.* [\* Vide Glossar. med. Græcit. voc. Εὐαγγελισμός, col. 443. et Χαριετισμός, col. 1724.

† FESTUM APOSTOLORUM, de quo Micrologus cap. 55: *Festivitas SS. Jacobi et Philippi et omnium Apostolorum.* Hæc olim apud Latinos Kalendis Maii, qui dies hodie Apostolis Jacobo et Philippo tantum dicitur, apud Græcos vero 30. Junii, celebrari solita. [\* Latinis ante seculum octavum Festum Apostolorum die 29. Junii celebratum fuit, deinde Petri et Pauli tantum.]

\* FESTUM APPARITIONIS, Idem quod *Epiphania*, cum scilicet Christus Magis seu Gentibus apparuit, id est, se se manifestavit, nostris etiam *Apparition*. Obiituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 40. r.º: *vij. Idus Januarii fit Festum annale de Apparitione Domini; quod institutum est anno Domini 1300. in generali capitulo Maii.* Lit. remiss. ann. 1386. in Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 177: *Comme les genz de la ville de Ronsay en Brie aient acoustumé à eulx jouer environ la Feste de l'apparition et batre leurs bacins après soleil couché et le jour de ladite Feste, etc.* Aliæ ann. 1415. in Reg. 169. ch. 61: *Le Dimanche xij. jour de Janvier, qui fu le jour de l'Apparition au pois, etc.* Ubi designatur vigilia octavæ Epiphaniæ, quam *Les Rois broussés* vulgus appellat. Vide supra *Epiphania*.

\* FESTUM APPARITIONIS S. MICHAELIS, quæ et *Invento specus S. Michaelis* dicitur, in Cæremon. MS. S. Mariæ Crassensis, celebratur die octava Maii. Vide *Festum S. Michaelis*.

FESTUM ARCHITRICLINI. Vetus Inquesta apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 1073: *Vidit enim, quod viventibus Imperatore Federico et filio ejus, in Festo Architriclini custos Canonicorum, Jacobus nomine, ad petitionem Domini Ambrosii, tunc Abbat, portavit crucem.* Paulo supra *dies Architriclini* appellatur, quo vocabulo Dominicam secundam post Epiphaniam, in qua Evangelium Joannis cap. 2. de Nuptiis in Cana recitatur in Ecclesia Mediolanensi, recte conjicit idem Puricellus. Factum porro ipsum miraculum in Cana 6. Januarii, ac proinde ipso Epiphaniæ die consentiunt Scriptores omnes.

† FESTUM ARMORUM CHRISTI, Idem quod infra *Festum Coronæ Christi*.

\* FESTUM ASCENSIONIS in ecclesia collegiata S. Petri Ionensis, ut et in aliis ecclesiis, actione exprimebatur; qui enim ex Ordinario ejusd. eccl. officio hac die præerat, cum modicum panis et vini degustasset, cantato responso, *Non vos relinquam*, ambonem ascendebat, ubi ex monte efficto cælum petere videbatur; tunc pueri sympho-

niaci veste angelica induti decantabant, *Viri Galilæi, etc.* [\* Vide Busch. de Reform. Monaster. apud Leibnit. Scriptor. Brunsvic. tom. 2. pag. 500. et Glossar. med. Græcit. voce Ἀγγέλικοι, col. 69.]

FESTUM ASSUMPTIONIS DEIPARÆ, de quo Baron. ad Martyrol. et Steph. Baluzius ad Capitular. Reg. pag. 1171. Beletus cap. 146. et alii, a Baronio laudati. Quando vero et qua occasione in dicecisi Morinensi feriatum esse incœperit, produnt Annale Francor. Bertiniani ann. 862. Vide Vitam S. Theodardi Episcopi Narbonensis apud Catellum pag. 760. [\* et Glossar. med. Græcit. voce Μεταστασις, col. 918. Crebrius apud Græcos Scriptoros Κοιμησις seu Dormitio indagari solet.]

\* Mense Aprili celebratum fuisse reperio in Chartul. Godefr. dom. Asperim. ex Bibl. reg. fol. 48. r. : *Donné l'an mil ccc. xlii. le mardy après l'Assumption nostre Dame le xviij. jor dou mois d'Avril.* Sed mendum est pro *Avoust*, in quo mense dies 18. ad diem Martis reapse pertinet eo anno.

FESTUM AZY MORUM, Pascha, apud Oedericum Vitalem lib. 11. pag. 816.

FESTUM S. BLASII. Cur hac die populus lumina pro domibus, vel animalibus accendere soleret, atque adeo elemosynas largiri, docet Honorius Augustod. lib. 3. cap. 25.

\* FESTUM BRANDONUM. Vide *Brandones.*

\* FESTUM BRONCHERIE. Vide supra *Broncheria.*

† FESTUM CALENDARUM, in Charta Massiliensi ann. 1522: *Singulis annis solvere teneantur census ad Festum S. Johannis Bapt. et ad Festum Calendarum.* Quod utrum Kalendas Januariarum spectet, an Nativitatem Christi in dubium venire potest. Et quidem Massiliæ etiamnum *Calenæ* vocant Festum Nativitatis Christi: quo nomine etiam donatur cœnula quæ apud ipsos in vigilia hujusce solemnitatis more Romanorum fit non sine apparatu; ducta forsitan vocis origine, quod Massiliensibus haud infrequens, a Græco καλέω, voco, quod ad hanc cœnulam propinquos et agnatos vocare soleant: nisi mavis deducere a καλέω, convivari, κάλεσθαι, convivium, epulum, compositio. Vide Gloss. med. Græcit. et *Kalendæ.*

† FESTUM CAMPANARUM nuncupatur in quibusdam provinciis Festum Annunciationis Deiparæ: forte quod hac die ad Salutationem Anglicam solemniter pulsantur Campanæ.

\* FESTUM CANDELE, Festum dedicationis alicujus ecclesiæ, seu potius dies festus patroni cujusdam loci. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 52: *Comme le premier jour de May l'an 1373. ou environ, Jehan de la Mote, lors demourans en la ville de Froyenne ou baillage de Tournes, feust armez pour aidier à garder la Feste de la chandelle ou deducasse, estant en laditte ville avec le bailli d'icelle ville.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 158. ch. 19: *Comme le suppliant feust alex en la ville de Lilers, à un jour que l'en faisoit la Feste de la chandelle en laditte ville, pour soy esbatre, etc.* Vide supra *Candela* 2. et *Dedicatio.*

FESTUM CATHEDRÆ S. Petri Antiochiæ, 22. Febr. quod Natale Petri de Cathedra dicitur in veteri Martyrologio apud Bucherium 8. Kl. Martii. Vita S. Lauriani Episcopi MS.: *Erat enim sollemnitas Cathedræ, quam celeberrimam ex more plebs habebat Romana, eo quod*

*sessio Pontificalis Apostoli eo die primum fuisset dedicata, id est, quinto decimo Kl. Febr.* De hoc festo agunt S. Augustinus in Append. de Divers. Serm. 74. Concil. Turon. II. can. 22. Petrus Damiani lib. 1. Epist. 20. Beletus cap. 83. Durandus lib. 7. cap. 8. Baronius ad Martyrolog. Bollandus 18. Januar. et 22. Febr. Baluzius ad Capitular. Reg. pag. 1172. Vide infra *Festum B. Petri Epularum.*

\* *Festum beati Petri sublimati ad cathedram nuncupatur in Ch. ann. 1248. ex Chartul. Campan. fol. 403. col. 2. Alia Garn. de Willi cancell. eccl. S. Fursæi de Peron. in Reg. 52. Chartoph. reg. ch. 167: Ce fu fait l'an de grace mil trois cent et treze, el mois de Fevrier, le Lundi devant la Feste S. Pierre yuer souz pierre.*

\* FESTUM DE CLAVIBUS et Lancea Christi solenne ordinavit (Innocentius VI. PP.) in Alemania et Boemia observandum et recolendum temporibus successivis. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1355. Vide *Festum Coronæ Christi.*

FESTUM COMPASSIONIS B. MARIE. Vide Synodum Coloniensem ann. 1423. cap. 11.

\* Vulgo *Notre Dame de Pitié*, quod celebratur die Veneris ante Dominicam Palmarum: *Festum Compassionis seu Septem dolorum*, in Breviar. Rom. Vide *Haltaus.* in Calendar. med. ævi pag. 71. ubi refert quod in collegiis quibusdam Jesuitarum sit societas religiosa, quæ appellatur *Fraternitas Compassionis.*

FESTUM CONCEPTIONIS B. MARIE alunt institutum ab Ildefonso Archiepisc. Toletano, ut est in ejus Vita. Alii ex quadam revelatione ab Herberto Abbate Ramesiensi, ut Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 240. et Gaufridus Vosiensis cap. 12. Ab Anselmo denique Cantuariensi Archiepiscopo, Concilium Londoniense ann. 1328. can. 2. Cœptum in Gallia celebrari circa annum 1145. ex S. Bernardi Epist. 174. colligit Baronius ad 8. Decembr. quem vide, ut et Lucam Tudensem lib. 3. contra Valdenses cap. 20. Quando vero apud Græcos cœperit, vide *Combesium* tom. 1. Auctar. Bibl. Patr. pag. 1223.

\* Tabul. S. Petri de Regula: *Anno Incarnationis Domini 1154. ego Atto prior, presente domino Vasatensi episcopo Guillelmo Arnaldi collaudante, cum totius capituli nostri benigna unanimitate, statuiimus ut Festum de beatæ Dei Genitricis Mariæ Conceptione, quod jam fere per totam Galliam devotissime ab omni Christiano percelebratur populo, hoc et a fratribus nostris et a tota plebe venerabiliter deinceps solemnizetur.* In ecclesia vero Parisiensi celebrari cœpit ann. 1288. ut ex Necrol. MS. ejusd. eccl. colligitur: *Anno Domini 1288..... obiit Ranulphus quondam Paris. episcopus, qui..... dedit nobis trescentas libras Paris. ad emendum redditus, pro Festo Conceptionis B. M. V. celebrando quolibet anno in ecclesia nostra.*

\* FESTUM CONCEPTIONIS S. JOHANNIS Baptistæ ad xxij. Sept. notatur in Calendar. S. Martial. Lemovic. ex Cod. reg. 1138.

\* FESTUM CONSECRATIONIS CORPORIS CHRISTI, Idem quod *Corporis Christi*, in Proces. super vita et mirac. Caroli ducis Brit. qui obiit ann. 1371. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 5. ad Hist. B. Chiaræ pag. 179.

FESTUM CONVERSIONIS S. PAULI, cur celebratur, pluribus docent Innocentius III. lib. 1. Epist. pag. 29. Edit. Venetæ, et Durandus lib. 7. cap. 4.

FESTUM CORONÆ CHRISTI. Henricus

Rebendorff. ann. 1357: *Hic etiam PP. (Innocentius VI.) ad supplicationem Regis Caroli speciale Festum in honore instrumentorum Dominicæ Passionis, videlicet hastæ, clavorum, et aliorum, in partibus Alemanniæ et Bohemiæ sollemniter celebrandum indicxit, feria 6. post Octavam Resurrectionis Dominicæ, et super hoc indulgentias dedit, et hoc fecit propter reverentiam Imperialium insignium, quod aliqua de predictis instrumentis Rex Romanorum, seu Imperator in sua tenet custodia. Cujus quidem Coronæ festum in Regno Franciæ celebravit.* Magnum Chron. Belgic. pag. 304: *Carolus IV. Imp. a Rege Franciæ obtinuit spinam unam de Coronâ Domini. Unde promeruit a PP. Innocentio VI. Festum fieri de Coronâ et Clavis Domini, quod celebratum feria 6. post octavam Paschæ, cum proprio cantu, et officio divino.* Auctor vero Vitæ Innocentii VI. pag. 117. *Festum de Lancea et Clavis Domini vocat* [Consule, si placet, *Haltausium* in Calendar. Germ. pag. 91. Ludewig. Dissert. de Noriberger insignium Imperii titulari in Append. et Seelen. Dissert. de Festo Lanceæ et Clavorum Christi.] Vide *Lancea Constantinii M. et Regalia* 2.

FESTUM CORONÆ DOMINI, seu Susceptionis Coronæ Dominicæ a S. Ludovico, in Usibus antiquis Cisterciensib. cap. 65. Vide Hist. nostram Gallo-Byzantinam lib. 4. n. 11. 12. 13.

\* Obiituar. eccl. Ligon. ex Cod. reg. 5191. fol. 166. r. : *ij. Idus Augusti Festum duplex de Coronâ Domini.*

\* FESTUM CORONÆ, Alia notione. Vide supra in *Corona.*

FESTUM CORPORIS CHRISTI, seu, ut vocant, *Sacrosancti Sacramenti*, celebrari primus instituit Urbanus IV. PP. 5. feria post Octavam Pentecostes, ann. 1264. Thiericus Vallischolar. in Urbano pag. 241:

Sic digne statuit, ut in anno Corporis hujus Tam Festum celebre fiat in orbe semel, Post Pentecostes octavas luce Jovis, nam Consumi Christus fecerat ista die. Hocque sui tenore fecit Papatus in anno, Officiumque novum continet ista dies.

Adde Hocsemium in Episcop. Leod. cap. 6. Thomam Walsingham pag. 111. Quid vero Festo isti indicendo occasionem præbuerit, pluribus edisserit Chapeavillus in Tractatu Historico de Vera Origine Festi Corporis Domini, post 2. tom. Rerum Leod.

\* FESTUM S. CRISPINI PARVI. Lit. Caroli V. ann. 1379. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 456: *Les varlez cordoanniens de nostre bonne ville de Paris requérans que comme passez sont cinq ans ou environ, ils aient ordonné à faire célébrer en l'honneur de mons. S. Crespin le Petit..... une messe chascune sepmaine au jour du Lundi en l'église nostre Dame de Paris,.... et aient en dévotion de y faire une confrarie,.... otroions par la teneur de ces Lettres que ilz puissent fonder, faire et tenir ladite confrarie en nostre dite ville de Paris chascun an,.... et ycelle faire crier par ladite ville à la clochette.*

FESTUM S. JOANNIS BAPTISTÆ NATALIS. S. Augustin. Homil. 44. cap. 2: *Quia in magno sacramento natus est Joannes, ipsius solius juste Ecclesia Natalem diem celebrat et Natalis Domini celebratur; sed tanquam Domini... Passionum diem servis plurimis celebramus, Nativitatis diem nemini nisi Joanni. Vide eundem Serm. 21. de Diversis, et Serm. 23.*

FESTUM DECOLLATIONIS S. JOANNIS BAPTISTÆ. Vide *Beletum* cap. 147.

\* *Saint Jehan Décolace*, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 278. Celebratur 29. Augusti.

FESTUM DISCIPULORUM CHRISTI, Idem quod sequens.

FESTUM DIVISIONIS APOSTOLORUM notatur in Martyrologiis Bedæ, Usuardi, et aliorum 15. Julii, quo scilicet Apostoli in diversas orbis provincias profecti sunt, ac dispersi sunt: unde *Festum de Dispersione Apostolorum*, apud Albertum Stadensem ann. 1098. appellatur. Kalendar. S. Victoris Parisiensis: 2. Id. Julii *Divisio Apostolorum ad prædicandum*. Chronic. Elwangense, et Compilatio Chronologica ann. 1291: *Rex Romanorum Rudolphus obiit in Divisione Apostolorum*. Chronicon Montis S. Agnetis can. 10. ann. 1041: *In crastino Divisionis Apostolorum*. Huc respexit Paulinus Natali 9:

... Lux populis festiva recurrit,  
Qua sanctus quondam celo demissus ab alto  
Spiritus ignito divisit fulmine linguas.

Vide Baron. ann. 44. n. 13. 14. [In Misali Hierosolymitan. Equitum Argentorati ann. 1505. impresso, ut scribit Hofmannus in Lexico v. *Apostolorum Festum*, reperitur sub die 16. Julii commemoratoria Missa, quando Apostoli ad prædicandum per orbem divisi sunt, sub titulo: *Divisio Apostolorum*.]

\* FESTUM EVANGELISMI. Vide in *Dominica*.

\* FESTUM EUCHARISTIE, Idem quod *Corporis Christi*, in Lit. ann. 1356. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 777. et in Necrol. MS. Fratrum Min. Silvanect.

FESTUM EXALTATIONIS S. CRUCIS. Vide Beletum cap. 151. Durand. lib. 7. cap. 29. Auctorem Vitæ Gregorii IX. PP. a Bosqueto editum pag. 221. Baron. ann. 628. num. 2. Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 426. etc.

\* FESTUM EXPECTATIONIS MARIE, Die 18. Decembr. alii 16.

† FESTUM S. FILIASTRI. Vide in *Filiaster*.

\* FESTUM FLOBUM. Chron. Patavin. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 1119: *Nono Kalendas Junii*, [\* f. leg. Julii.] *dum fieret solemnitas Festi florum, sumta occasione festi, populus consulte armatur*. Et col. 1120: *Ludos annuos instituunt ipsa die victoriæ, scilicet in vigiliis S. Johannis de Junio, cum floribus et pulegiis ad flumina cantantes incedunt*.

\* FESTUM HERBARUM, Idem quod *Assumptionis Deiparæ*; appellationis rationem profert Witeckindus in Pulo ecclesiast. : *Ferre solent mulieres in templa fasciculos herbarum... ob quam causam Festum hoc vulgo Herbarum vocatur*. [\* Sigillum Mariæ gloriosæ Virginis apud Haltaus. in Calend. med. ævi ad hunc diem: *Cur autem mos inolevit, quod flores et herbæ in ejus festivitate consecrantur, ob duas causas fieri comprobantur, quia ea die cantant: Circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium... Alia causa est, quia de jure omnes fructus novi ante gustum deberent benedicti... statuit ecclesia, ut in ejus festivitate primitiæ frugum benedicerentur a sacerdotibus*.]

FESTUM HYPAPANTES, seu *Occursus Domini*, 2. Febr. celebrari ceptum CPoli anno 15. Justiniani M. ut auctor est Theophanes. Vide Durandum lib. 2. cap. 6. num. 5. Baronium, etc. et infra in verbo *Hypapante*.

FESTUM S. JACOBI die 25. Julii cele-

bratur, non quod hoc die decollatus fuerit, sed in Paschate, ut auctor est Honorius Augustod. lib. 3. cap. 168.

\* FESTUM, seu *Festivitas Jerusalem quando capta fuit a Christianis* notatur ad xiv. Julii in Calendar. S. Martialis. Lemov. ex Cod. reg. 1138.

\* FESTUM INCARNATIONIS DOMINICÆ, Idem quod *Annuntiationis Deiparæ*. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 395: *Die xxv. Martii ultimo præteriti, qua die celebratum fuit Festum Incarnationis Dominicæ, etc.*

\* FESTUM INNOCENTUM. Vide infra *Festum B. M. Magdalene et Kalendæ*.

FESTUM INVENTIONIS S. CRUCIS, ut 5. Non. Maii solenniter celebraretur, instituit Eusebius PP. Microlog. cap. 55. Hoc festo carent Græci, ut ex eorum Menologiis constat.

FESTUM S. JOANNIS ANTE PORTAM LATINAM, est illa dies, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 160. *qua Johannes Apostolus a Domitiano Cæsare ante eandem portam in dolium ferventis olei est missus, sed divinitus liberatus*. Vide Beletum cap. 126.

FESTUM S. JOANNIS EVANGELISTÆ, seu *Dormitio*, incidit in diem Nativitatis S. Joannis Bapt. *Sed quia ob celebre officium illic agi non potuit, Ecclesia 27. Decembris die ejus festivitatem instituit, quando ab exilio rediit, vel ipsius Ecclesie dedicata eccitit*. Ita Honorius August.

\* FESTUM S. JOANNIS dicti *Confessoris*, fundatoris scilicet monasterii Reomaensis an. circ. 440. memoratur in Charta ann. 1360. ex Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 121. Hujus memoria celebris est in antiquis martyrologiis ad. v. Cal. Febr.

\* FESTUM DE LANCEA CHRISTI. Vide supra *Festum de Clavibus*.

FESTUM S. LAURENTII inter ea, quæ celebrari debent, recensetur, in Capitulari Aquisgranensi ann. 817. cap. 46. in Concilio Lugdunensi, et in Provinciali Cantuariensi Eccl. lib. 2. tit. 3. Vide Durandum lib. 7. cap. 23. et Beletum cap. 75. 145. præterea Guillelmum Neubrig. lib. 2. cap. 35.

† FESTUM LAZARI præcipitur in antiquis Statutis Synod. Ecclesie Æduensis apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 475: *Festa vero Nazarii et Celsi martyrum et Beati Lazari injungentur solemniter observari*.

\* FESTUM LUMINUM, Idem quod supra *Festum Hypapantes*, sic dictum quod sollemnis in eo fit cereorum benedictio. Chron. S. Ægidii apud Leibnit. tom. 3. Brunsvic. Script. pag. 573: *Υπαντή Domini, id est, Festum Purificationis, hoc est, Festum Luminum dico*.

† FESTUM LUMINUM, vocabatur præterea a primis Christianis anniversaria baptismi dies, Græcis præsertim olim celebrata. Gregorius Naz. Orat. 39. initio: *Ἡ γὰρ ἅγια τῶν φάτων ἡμέρα, εἰς ἣν ἀφιγμεθα, καὶ ἣν ἑορτάζειν ἡρώμεθα σήμερον, ἀρχὴν μὲν τὸ τοῦ ἐμοῦ χριστοῦ βάπτισμα λαβάνει, τοῦ ἀληθινοῦ φωτός, τοῦ φωτίζοντος πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον*.

FESTUM MACCHABÆORUM, in quod exstant complures Sanctorum Patrum Homiliæ. Vide Beletum cap. 142.

\* FESTUM MAGNÆ DOMINÆ, apud Hungaros Assumptio.

\* FESTUM B. M. MAGDALENÆ ludibriis atque ineptiis apud moniales celebre, ut *Kalendæ* apud clericos. Reg. visitat. Odonis archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 18. r. : *Item inhihemus ne de cetero in Festis Innocentum et B. M. Magdalene ludibria exercentis consueta,*

*inducendo vos scilicet vestibus secularium, aut inter vos seu cum secularibus choreas ducendo*.

\* FESTUM B. M. DE ADVENTU, Idem quod *Conceptionis. La Nostre Dame des Avans*, in Charta ann. 1356. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 629. in alia ann. 1397. ex Reg. 152. ch. 83. in Lit. remiss. ann. 1398. ex Reg. 153. ch. 242. etc.

\* FESTUM B. M. CANDELABRICÆ, Idem quod *Candelaria* 1. festum Purificationis B. M. in Stat. magn. Lamb. prior. Squillac. in Append. ad tom. 6. Annal. Be-med. pag. 638. col. 2.

NATALIS S. MARIE AD MARTYRES, 3. Id. Maii in Libro Sacram. Gregor. M. festum, quod etiam *Dedicatio Ecclesie B. Mariæ ad Martyres* nuncupatur. Illud instituit Bonifacius IV. PP. converso Romano Pantheo in Ecclesiam S. Mariæ et omnium Martyrum. Vide Paulum Diac. lib. 4. Hist. Langob. cap. 87. lib. 5. cap. 11. Honorium Augustod. lib. 3. cap. 161. et Beletum cap. 127.

† FESTUM B. MARIE DE NIVE a Nicolao PP. V. in Provincia Rotomagensi institutum ann. 1454. rogante Guillelmo de Estoutevilla Cardinali et Archiep. Rotomag. ut discimus ex Bulla ejusdem Nicolai inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1829.

\* *Nostre Dame de la nef sicrieme d'Aoust*, in Ch. ann. 1417. ex Tabul. capit. Carnot.

\* FESTUM B. M. CLEOPHÆ ET SALOME. Charta Fulcon. episc. Paris. ann. 1347. ad calcem Hist. trium Mariar. Joan. de Venetæ ex Cod. reg. 7381: *In Festo B. M. Cleophæ, quod est vicesima quinta die Maii; et in Festo B. M. Salome, quod est vicesima secunda die Octobris*.

FESTUM S. MARTINI recensetur inter festa, quæ celebrari debent, in lib. 6. Capitul. cap. 189. in Capitulari Aquisgran. ann. 817. cap. 46. in Capitulis Walterii Aureliani. cap. 18. in Concil. Lugdun. sub Innoc. III. etc. Vide Capitulare Ahytonis Episcopi Basileensis cap. 8. et Beletum cap. 163.

† FESTUM S. MARTINI BULLIENTIS, vulgo etiamnum *S. Martin Bouillant*, quod æstate 4. scilicet Julii celebratur. Computus ann. 1202. tom. 2. de Usu feud. pag. CLIX: *A die Martis ante Pentecostem usque ad diem Martis ante Festum S. Martini Bullientis... Petrus de Argeris de xxiiii. diebus usque ad diem Martis ante S. Martinum Bullientem*. VI. lib.

\* FESTUM S. MARTINI HIEMALIS, quod die undecima Novembris celebratur, in Ch. ann. 1260. ex Tabul. Fiscan. et alibi passim. *Donné tesmoing mon seau le Samedi avant la saint Martin de ver-ton l'an 1351. in Ch. de Baude Doré amiraldi ducis Britan. Italis, Vernino, hiemalis, hibernus*.

\* FESTUM GLORIOSÆ MATRIS, DOMINICÆ MATRIS. Vide *Festum Annuntiationis Deiparæ*.

FESTUM S. MICHAELIS, est illa dies, inquit Honorius Augustod. lib. 3. cap. 167. *qua populus Christianus cum paganis pugnavit, et victoriam per S. Michaelem Archangelum obtinuit*. Vide Cathwiphi Ep. ad Carolum M. tom. 2. Hist. Franc. pag. 667. Beletum cap. 129. 153. et Durandum lib. 7. cap. 12.

\* FESTUM MINISTERIORUM, *La Feste des mestiers*, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 432: *Environ la S. Martin d'iver le suppliant alla tendre fillé pour cuider prendre un ou deux lievres ou connilz, pour donner à ses amis, ausquelz il entendoit faire honneur*

à la Feste des mestiers, qui est accoustumée d'estre faite chacun an à Pontoise en l'onneur et révérence de la Vierge Marie, et au profit de son église.

FESTUM NATIVITATIS CHRISTI, festum omnium Metropolis appellatum a Joanne Chrysost. Orat. de B. Philogonio, et ab Isaacio inectiva r. in Armenios cap. 12: Ἡρώτη ἑορτή καὶ ῥίζα, καὶ ἀρχὴ καὶ ἑορτῶν ἑορτῆ, καὶ μητρόπολις πατρῶν ἑορτῶν. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 414. S. Augustinus Epist. 119: *Noveris diem Natalis Domini non in Sacramento celebrari, sed tantum in memoriam revocari, quod natus sit, etc.* Vide Joan. Nicænum Archiepisc. in Orat. de Nativit. Dom. edita a Combefisio pag. 300. 301. in Capitularibus lib. 2. cap. 85. et Concilio Mogunt. cap. 36. in Natali Domini dies quatuor celebrari jubentur. Hoc vero festo, si in feria sexta aut septima contigerit, carnis vesci licet propter excellentiam, ut est apud Gregorium lib. 3. Decret. tit. 46. cap. 3.

FESTUM NATIVITATIS S. MARIE. Quomodo institutum fuerit, docet Honorius Augustod. lib. 3. cap. 16. his verbis: *Quidam solitarius vitam ducens sanctissimam, audivit annis singulis die Nativitatis S. Mariæ Genitricis Dei harmoniam concentus Angelorum in celo: qui cum miraretur, quid hoc esset, et orasset intente, dictum est illi per Angelum, quod ea die nata sit S. Maria. Cujus Nativitatis cum ignoretur ab hominibus in terra, venerabiliter eam excolunt in caelis Angeli. Quod ille referens Ecclesiæ statuta est ejus Nativitas solemniter celebrari.* Adde Beletum cap. 149. et Durand. lib. 7. cap. 23. præterea Vitam Gregorii IX. PP. apud Bosquetum pag. 222. Vide supra Festum Concept. La Septembrate vocant hoc festum Statuta MSS. pour les Seliers et les Peintres de Paris: *Nul ne peut ouvrir au Dimanche, ne aux quatre Festes nostre Dame, c'est assavoir à la Myaoust, à la Septembrate, à la Chandeleur, et en Mars, etc.* [\*] Appellatur Septembraiche, in Ch. ann. 1270. ex Tabul. Carnot. Septembresce, in Stat. ann. 1311. tom. 5 Ordinat. reg. Franc. pag. 272. Septembreche, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 123. ch. 175.] L'Angevine appellatur apud Andegavenses seu Andegavina, quod censuum ac redituum prædiorum in ea Provincia solutiones fere omnes in hoc festum incidant, non vero, quod illud institutum fuerit a S. Maurilio Andegavensi Episcopo, uti censuit Bordinius in Hist. Andegav. pag. 16. cum ejus celebritatis memoriam tum primum auditam in Gallis plerique velint sub Carolo Calvo, quod in Capitulis Walterii Episcopi Aurelianensis, editis a Cellotio cap. 18. illius meminerit, de ea vero sileant Herardus Turonensis, Hincmarus Remensis, Isaac Lingonensis, et Theodulfus, et ipsi Aurelianenses Episcopi. Istius porro nomenclaturæ crebra est mentio in Regesto Ludovici Regis Siciliæ in Camera Comput. Paris. fol. 74: *Jean Hardoul doit foi simple à 6. den. de devoir au jour de l'Angevine par chacun an.* Fol. 54: *Rentes, que plusieurs personnes doivent à l'Angevine.* Fol. 63: *Des rentes et fontment deus chacun an au jour de l'Angevine.* Fol. 72: *Messire Brient de Coïsmes Chevalier, homme lige à cause de la terre de Gabis, a 12. den. de service par an au jour de l'Angevine.* Adde quæ observavit vir doctissimus, ipseque Andegavensis, Ægidius Menagius in Orig. linguæ Francicæ pag. 676.

\* Lit. remiss. ann. 1355. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 284: *Icellui Huet, qui*

de Derval en Bretagne, estoit venuz à Angiers à la foire, appellée l'Angevine, le jour de Feste Nostre Dame en Septembre. La seurveille de la Feste Nostre Dame l'Angevine en Septembre, in aliis Lit. ann. 1451. ex Reg. 185. ch. 115.

FESTUM OMNIUM SANCTORUM. Scriptum est in Gestis Pontificalibus, inquit Alcuinus lib. de Divin. Offic. quod S. Bonifacius PP. (IV.) quondam domum Romæ, Pantheon nomine, quæ erat consecrata in honore omnium dæmoniorum, eliminatis omnibus spurcitiis, sacraverit Ecclesiam in honore sanctæ Dei Genitricis, omniumque Sanctorum. Unde constitutum est, ut plebs universa per totum orbem in Kl. Novembribus, sicut in die Natalis Domini, ad Ecclesiam in honore omnium Sanctorum ad Missarum solennia convenire studeat, illud attendentes, ut quidquid fragilitas humana per ignorantiam aut negligentiam in solennitatibus Sanctorum minus plene peregisset, in hac sancta observatione solveretur. Honorius Augustod. lib. 3. cap. 168: *Festivitatem Omnium Sanctorum Gregorius PP. Junior instituit, quam prius Bonifacius PP. in honore S. Mariæ et omnium Martyrum servandam censuit.* Chronicon Reichersperg. ann. 831. Gregorium IV. PP. ait, Ludovici Pii consensu, statuissse, ut secundum Romanam consuetudinem per totam Galliam ea festivitas Kal. Novemb. deinceps ageretur: quam sanctam constitutionem ab eo tempore servat omnis in toto terrarum orbe Catholica Ecclesia. Adde Siebertum ann. 835. Durandum lib. 7. cap. 84. et Baronium ad 1. Novemb. in Martyrolog. Memoria Omnium Sanctorum, apud Ditmarum lib. 6. pag. 71. apud Græcos Festum omnium SS. celebratur die Dominica proxima post Dominicam Pentecostes. Vide Evangelistarum Gr. et Theoph. Cerameum Homil. 41.

\* FESTUM OZANNÆ, Dominica palmarum, in cujus solemnii processione Osanna cantatur. Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 284: *Environ la Feste de l'Ozanne, etc.* Vide supra Dominica Osanna.

FESTUM PALMARUM, apud Conradum Usperg. ann. 1106. Dominica, quæ præcedit Pascha: βασιφόρος Græcis. Luthprandus lib. 3. cap. 5: *In ea, quæ est ante βασιφόρον, quod nos Palmarum ramos dicimus, hebdomada, etc.* Vide Dominica Palmarum [\*] et Glossar. med. Græcit. voce Βατῆ, col. 166.]

\* Charta ann. 1079. ex Chartul. Vinodoc. ch. 374: *Venditoribus inter censum et suæ consuetudinis epulum annij. denarii reddendi sunt omni anno ad diem festum Palmarum.*

FELTUM PASSIONIS S. PETRI. Vide Catwplum in Epist. ad Carolum M. tom. 2. Hist. Fr. pag. 667.

FESTUM S. PETRI AD VINCULA, Kal. Augusti, institutum ferunt, jussu Eudoxiæ Augustæ Imp. Theodosii uxoris, ut populus revocaretur a gentilis superstitionis pompa, quam quotannis celebrabat ea die, pro victoria Octavianii Aug. de Antonio et Cleopatra Kal. Augusti relata. Ita Honorius Augustod. lib. 3. cap. 164. Beletus cap. 141. Durandus lib. 7. cap. 19. Andreas Silvius ann. 439. et Chronicon M. Belgicum pag. 14. etc. At scaliger lib. 5. de Emend. temp. Actiacam victoriam 3. die Sept. non autem Kal. Augusti contigisse probat: unde elicit, aliud solenne veteris superstitionis fuisse.

FESTUM S. PETRI EPULARUM, ita appellatum Festum Cathedræ S. Petri

Antiochiæ, quod ethnici hac die ad parentum sepulcra convivia agent: quæ quidem festivitas Cara cognatio nuncupabatur. Vetus Glossarium cap. de Diebus festis: *Cara cognatio, τῆς οὐγενείας*: ubi reponunt viri docti φιλία, vel τῆς οὐγενείας. Kalendarium rusticum apud Gruterum pag. 138. in mense Febr. Lupercalia, Cara cognatio, Terminalia. Aliud Kalendarium a Bucherio editum habet hac die Caristia, ut 9. Kl. Mart. Ferialia, 7. Kl. Terminalia; Lupercalia denique 15. Kal. Mart. Kalend. Herwarti, 8. Kl. Mart. Caristia. Ita Caristia idem valet ac Cara cognatio. Appellationis posterioris rationem indicat Ptolomæus Silvius in Laterculo: 8. Kal. Mart. Deposito S. Petri et Pauli. Cara cognatio, ita dicta, quia tunc, etsi fuerint vivorum parentum odia, tempore obitus deponuntur. Papias ex Glossis antiquis MSS.: *Caristia, dies festus inter cognatos.* Agebantur porro in hoc ethnicorum festo solennes epulæ ad parentum sepulcra, Φιλικά συμπόσια, in Chronic. Alexandrin. pag. 268. quæ quidem, ut abolerentur superstitiones, Ecclesia festum cathedræ S. Petri Antiochiæ hac die celebrari præcepit. Beletus cap. 83. ex quo Durandus lib. 7. cap. 8. Dicitur, inquit, Festum B. Petri Epularum. Fuit enim consuetudo veterum ethnicorum, ut singulis annis mense Februarii certo quopiam die epulas ad parentum suorum tumulos apponerent, quas nocte dæmones consumebant, cum inde non minus falso quam ridicule animæ reflci credebantur. Putabant enim hujusmodi epulas ab animabus circa tumulos errantibus absumi. Hæc autem consuetudo atque hujusmodi falsæ opinionis error a Christianis vix extirpari potuit. Quod quidem, cum viri sancti animadvertissent, ac penitus illam consuetudinem extinguere voluissent, instituerunt Festum de Cathedra S. Petri, tam de illa, quæ fuit Romæ, quam quæ Antiochiæ, idque eodem die, quo abominanda illa ab ethnicis fiebant, ut solenni hoc festo præter illius consuetudinis festum omnino extingueretur. Unde etiam ab illis epulis festum hoc appellatum est B. Petri Epularum. Vide Concl. Turonense II. can. 22. et Capitul. Caroli M. lib. 6. cap. 194. [\*] 197.]

\* Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 63. r. col. 2: *Ceste feste de la cathédration de S. Pierre soloit estre apelee Feste de les viandes de S. Pierre. Coustume fu anciennement des paiens, ensi comme maîtres Jehanz Beletz dist, que il offroient chascun an ou mois de Février à certain jour viandes sus les tombes de lor parenz, et igui de nuit li Diable les gastotent, et il cuidoient que les ames, qui aloient de lez les tombes, lesquelles il apeloient umbres, les gastaissent... Ceste coustume de celes viandes à paines que l'on la pot oster as Crestiens.*

\* FESTUM S. PETRI AD EQUITES. Lit. remiss. ann. 1389. mense Sept. in Reg. 136. Chartoph. reg. ch. 163: *Le jour de la saint Pierre aux chevaliers derrainement passé, etc.*

FESTUM PRÆSENTATIONIS, cujus auctor dicitur Anselmus de Chantemerle Episcopus Redonensis, qui obiit anno 1389. Vide Gall. Christianam.

\* Quod a Gregorio PP. XI. approbatum ann. 1374. Philippo de Maceris suggestente Carolus V. in Capella regis ac deinde, anno scilicet 1374. in aliis ecclesiis celebrari jussit; cujus institutionem a Clemente VII. PP. confirmari obtinuit idem Philippus ann. 1385. Hæc pluribus docet D. Le Beuf in Dissert. quæ extat

tom. 17. Comment. Acad. Inscript. pag. 504. 505. et 509. Hiildebrando de Diebus festis pag. 41. idem est atque *Festum Purificationis*. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. voce Ἀπόδοσις τῆς θεοτόκου, col. 101. et Εἰσόδου col. 357.]

\* FESTUM PRIMITIARUM, apud Anglosaxones S. Petri ad Vincula.

† FESTUM PURIFICATIONIS S. MARLE observandum præcipitur lib. 2. Capitul. cap. 95. et alibi.

FESTUM RELIQUIARUM, seu Commemoratio Sanctorum, quorum reliquæ sunt in ea Ecclesia, in qua celebratur. Statuta antiqua Ordin. Cartusienis 1. part. cap. 28. § 7: *Festum Reliquiarum solemniter celebramus; Conversi tamen et mercenarii debent laborare, sed non circa domum superiorem. In hoc festo dicuntur Capitula plurimorum Martyrum; Responsoria vero et Antiphonæ, sicut in Festo omnium Sanctorum. Et § 12: In Octavis Festi Reliquiarum Ecclesie superioris, fiat festum Reliquiarum Ecclesie inferioris; non tamen cessatur ab operibus. Adde cap. 32. § 1. part. 2. cap. 12. § 6.*

\* FESTUM RELEVATIONIS B. STEPHANI, id est, Relevationis seu Inventionis, quod 3. Aug. celebratur, in Lit. remiss. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 336.

\* FESTUM ROSÆ, Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 613: *Comme le jour de l'Ascension, icellui Goeron, demourant au bourc la royne, venoit de la Feste de la Rose, qui avoit esté cellui jour en la ville de Baigneux.*

\*\* FESTUM SACRAMENTI, in Northof. Chron. Marcan. ap. Meibom. Script. tom. 1. pag. 403. Festum Corporis Christi.

FESTUM SANCTIFICATIONIS DEIPARÆ. Statuta ann. 1368. Ord. Cartusienis 1. part. cap. 2. § 8: *In Sanctificationis Beatæ Mariæ fiat officium, sicut in Nativitate ejusdem, nomine Nativitatis in nomine Sanctificationis transmutato.*

\* FESTUM SANCTISSIMI SACRI, idem quod Corporis Christi. Epist. abbat. Bened. Paris. congregat. ann. 1352. in Lib. nig. priorat. S. Petri Abbavil. fol. 509. r. : *Festum Sanctissimi Sacri seu Eucharistiæ Domini. Festum sacræ venerationis Eucaristiæ, in Charta Phil. V. ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 64. Lit. remiss. ann. 1353. in Reg. 81. ch. 857: In die festivitatis sanctissimi Sacramenti, Charlotus Berengarii et Johannis le Page in villa Paris. quia festivitas baculi parochiæ SS. Sacramenti celebratur, tripudiarè iverunt. La Feste du Sacre Nostre Seigneur, in aliis Lit. ann. 1448. ex Reg. 179. ch. 164. Poema cui titulus Les Adventures advenues en France ab ann. 1214. ad ann. 1412:*

Mil et trois cent dix-huit, quand le chier temps passa,  
Domp Gill l'Augustin, qui en ce temps régna,  
Par conseil aux saiges la Feste Dieu trouva.  
Dieu gart, qui en estat toujours la maintendra.

\* FESTUM SEPTEM DOLORUM. Vide supra *Festum Compassionis B. M.*

\* FESTUM SEPTEM FRATRUM. Annal. Dominican. Colmar. ad ann. 1268: *Circa Columbariam non pluit duodecim septimanis, videlicet a festo Matthiæ usque ad Festum septem Fratrum. Les sept Freres, in Calend. antiquo Metensi ad diem septimum Julii.*

\* FESTUM SEPTEM GAUDIORUM B. M. ad 11. Calend. Sept. notatur, sed manu recentiori, in Martyrol. eccl. SS. Steph. et Sebast. Narbon. ex Cod. reg. 5255.

\* FESTUM SANCTI SEPULCRI memora-

tur in Charta ann. 1179. ex Chartul. Mi-clac.

FESTUM STELLÆ. Vide *Stella*.

† FESTUM S. THECLÆ. Concil. Terracon. ann. 1329. cap. 85. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 294: *Mandamus, quatenus observent constitutiones editas in sacro Concilio Terracone super observatione Festivitatis B. Theclæ virginis et martyris, quæ nono Calendas Octobris festuari intitulantur, per suas civitates et dioceses in abstinentia cibali et servilis operis faciant celebrari.*

\* FESTUM S. THOMÆ cum choreis et hastiludio celebratum apud Corbeiensis. Chartul. Corb. sign. Cæsar fol. 95. v. : *A esté donné congîé... de faire et commencer la Feste de monseigneur S. Thomas, d'y bien y faire hourt et y dansser, comme il est de raison.*

FESTUM TRANSFIGURATIONIS DOMINI. Hanc festivitatem, inquit Beletus cap. 144. factam constat sub finem hiemis, et circa principium veris, cum videlicet de illa legitur Evangelium. Notat vero idem Scriptor, Christi sanguinem eadem hac die ex novo vino, si inveniri possit, aut aliquantulum ex matura uva in calicem expressa, et racemos benedici, indeque homines communicare, etc. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. voce Θαῦμα, col. 432.]

† FESTUM TRANSLATIONIS JESU, idem quod *Transfigurationis*, in Testamento Rotherhami Episcopi Eborac. ann. 1498. in Lib. nig. Scaccarii pag. 687: *Ego Thomas Rotherham Archiepiscopus Eboracensis sanus mente, laus Deo, sexto die mensis Augusti in festo Translationis Jhesu, et festo ejusd. nominis, etc.*

FESTUM SS. TRINITATIS. [Statuta Synod. Ecclesie Leodiensis ann. 1287. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 851: *Item, statuimus, quod Festum Trinitatis dominicæ post octavam Pentecostes, quæ vocatur octava Trinitatis, cum IX. lectionibus et debita solemnitate fiat.*] Vide Rupertum lib. 11. de Divin. Offic. cap. 2. Microlog. cap. 60. Drogonem lib. Miraculor. S. Winnoci cap. 4. lib. 2. Decretal. tit. 9. cap. 2. et Baron. præterea Concilium Arelat. ann. 1260. can. 6.

\* Unum in hieme, alterum in æstate celebrari solitum sequentia innuere videntur. Chartul. S. Nicasi Mellet. : *Actum anno Domini 1253. die Mercurii post Trinitatem æstivalem. Le Dimanche jour de la Trinité d'esté, quatrieme jour de Juing l'an 1357. in Tabul. episc. Carnot.*

\* FESTUM VALLETORUM, id est Juvenum et inuptorum. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 301: *Comme d'ancienneté il ait en la ville Donnemarie en Montons en Brie une confrarie, appelée la Feste aux varlès, laquelle est par chascun an le Dimenche plus prochain après la saint Denis. Aliæ ann. 1383. in Reg. 122. ch. 379: Le Dimenche jour de la Feste aux varlez de la ville de Doucilli, que l'en appelle la feste du baston S. Pierre, etc.*

FESTUM VISITATIONIS, ab Urbano VI. institutum, et a Bonifacio IX. confirmatum, vel potius publicatum, occasione schismatis in Ecclesia componendi, ut habent Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. pag. 268. et Mag. Chronicon Belgicum pag. 322. Adde Baron. Metropolitim Salisburg. tom. 1. pag. 170. etc.

FESTUM AMAN, apud Judæos institutum in memoriam supplicii Amanis, qui in eo patibulo, quod Mardocheo paraverat, suspensus est, ut habetur in lib.

Esther, et apud Josephum lib. 11. cap. 6. Celebrabatur autem hoc festum 14. et 15. mensis 12. Adar, qui Februario et Martio respondet. Hujus meminit lex 18. Cod. Theod. de Judæis, cælicol. etc. (16. 8.) ad quam consulendus Jacob. Gothofredus. [et Altercatio inter Theophilum Christ. et Simonem Jud. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 11: *Scimus Aman maledictum a patribus nostris pro merito suo esse suspensum, qui genus nostrum perierat in perditionem, in cujus morte peracta revolutio annogratulamur, sollemnia votorum festa celebramus, quod a patribus nostris accepimus.*]

\* FESTUM CABANARUM, an Tabernaculorum, de quo Levit. cap. 23. v. 34. Testam. Isaac medici Carcasson. Judæi ex Chartoph. reg. Montispes. : *Item volui et mando quod dictum madium vini detur et dividatur quolibet anno per quatuor partes et per quatuor festivitates, videlicet in Festo cabanarum unam sarcinatum.*

FESTUM ASINORUM, cujus Officium, quod die Christi Natalitio celebrabatur, ut et nomenclaturæ rationem, accipe ex Ordinario Ecclesie Rotomagensis MS. : *Nota, Cantor, si Festum Asinorum fiat, processio ordinetur post Tertiam. Si non fiat Festum, tunc fiat processio, ut tunc prænotatur. Ordo processionis Asinorum secundum Rothomagensem usum. Tertia cantata, paratis Prophetis juxta suum ordinem, fornace in medio navis Ecclesie linteo et stuppis constituta, processio moveat de claustro, et duo Clerici de secunda sede in cappis processionem regant, hos versus canentes, Gloriosi et famosi. Chorus, Gloriosi. Vers. Cujus ortum. Chorus, Gloriosi. Vers. Quem futurum. Chorus, Gloriosi. Vers. Impiorum Judæorum. Chorus, Gloriosi. Vers. Sed Judæi. Chorus, Gloriosi. Vers. Israel infideli. Chorus, Gloriosi. Vers. Gentes unde. Tunc processio in medio Ecclesie stet, et sex Judæi sint ibi parati, et ex altera parte Gentiles, et omnes Gentes vocent ita Vocatores, Omnes Gentes, Dominus homo fit. Hic vertant se Vocatores ad Judæos, O Judæi, verbum Dei. Vers. Vestra legis testes. Judæi respondeant, Nos mandatum vobis. Vocatores ad Gentiles dicant, Et vos Gentes non credentes. Gentiles respondeant, Deum verum Regem rerum (f. Regum.) Vocatores, prius Moysem, ita dicentes, Tu Moyses Legislator. Tunc Moyses, tenens tabulas legis apertas, indutus alba et cappa, et cornuta facie, barbatus tenens virgam in manu, dicat, Vir post me veniet exortus. Hoc dicto, Vocatores eum ducant ultra fornacem, dicentes, Iste coetus, psallat lætus. Chorus, Quod Judæa. Vocatores dicant ad Amos, Amos mentis. Tunc Amos senex barbatus spicam tenens, dicat, Ecce dies venient. Vocatores, Chorus, Quod Judæa. Vocatores dicant Ysaïæ, Ysaïas verbum qui scit. Ysaïas barbatus, alba indutus, per mediam frontem rubea stola distrinctus, dicat, Est necesse virga Yesse. Vocatores, etc. Vocatores ad Aaron, Aaron, doce populum. Aaron ornatus Pontificalibus indumentis, et mitra, barbatus, tenens florem, dicat, Virga Jesse florida. Vocatores, etc. Vocatio Jeremiæ, Qui vocaris Iheremias. Iheremias sacerdotali habitu ornatus, et barbatus, tenens rotulum, dicat, Sic est, hic est Deus noster. Vocatores, etc. Vocatio Danielis, Daniel judica voce Prophetica. Daniel indutus viridi tunica, juvenilem vultum habens, tenens spicam, dicat, Sanctus Sanctorum veniet. Vocatores, etc. Vocatio Abacuc, Abacuc Regis cœlestis. Abacuc, senex*



*claudus, Dalmatica indutus, habens in pera radices et longas palmas, habens unde gentes percussit, comedens, dicat, Opus tuum inter 2 bini, Vocatores, etc. Duo missi a Rege Balac, dicant, Balaam, veni et fac. Tunc Balaam ornatus, sedens super asinam, (hinc festo nomen,) habens calcaria, retineat lora, et calcariis percussit asinam, et quidam juvenis, tenens gladium, obstet asinæ. Quidam sub asina dicat, Cur me calcariis miseram sic læditis? Hoc dicto Angelus ei dicat, Desine Regis Balac præceptum perficere. Vocatores Balaam, Balaam, esto vaticinans. Tunc Balaam respondeat, Exhibet ex Jacob rutilans. Vocatores, etc. Vocatio Samuelis, Accede, Samuel. Samuel religioso indutus, dicat, in Israel faciet Rex Verbum. Vocatores, etc. Vocatio David, Dic tu, David, de nepote causas. David ornatus regalibus ornamentis, dicat, Unversus grex conversus adorabit Dominum. Vocatores, etc. Vocatio Osee, Aufer Osee, plebi Hebrææ cæcitatem. Osee barbatus dicat, Deus nuntiavit de filio David in præsentis. Vocatores, etc. Vocatio Johelis, Johel, leva vocem cum cæteris. Johel diversum habens cultum, et barbatus dicat, Effundam de Spiritu meo, dicit Dominus. Vocatores, etc. Vocatio Abdæ, Fac, Abdia, præconia venturi Salvatoris. Abdias diversum habens cultum, barbatus, dicat, Et in monte Syon salvatio erit. Vocatores, etc. Vocatio Jonæ, De persona Christi, Jona, quæ sunt in te mystica? Jonas calvus, alba indutus, dicat, O Judæi, hujus rei signum gemis fatuum. Vocatores, etc. Vocatio Micheæ, Effice, Michea, quod credat plebs. Micheas diversum cultum habens, barbatus, dicat, Descendet Dominus, cui non est terminus. Vocatores, etc. Vocatio Naum, Naum, plebi Judæicæ dic. Naum senex respondet, Super montes Evangelizantis. Vocatores, etc. Vocatio Sophoniæ, Esto nobis, Sophonia. Sophonias barbatus dicat, In medio tui, Syon, Rex regnabit. Vocatores, etc. Vocatio Aggei, Audiamus os Aggei, ut exponat. Aggeus, senilem vultum gerens, dicat, Veniet cunctis Gentibus Rex desideratissimus. Vocatores, etc. Vocatio Zachariæ, Veni, Zacharia, Fili Barachæ. Zacharias barbatus dicat, En Rex tuus venit justus, Filia Syon. Vocatores, etc. Vocatio Ezechielis, Profer nobis, Ezechiel, adventum. Responsio ejusdem, Per clausam januam Rex intrabit solus. Vocatores, etc. Vocatio Malachie, Palam nobis refer, Malachia. Responsio ejusdem, Scimus, hoc dicentem Deum. Vocatores, etc. Vocatio Zachariæ, Patris S. Johannis, Zacharia, os aperi. Ipse ornatus quasi Judæus, dicat, Per viscera dulciffuæ Dei misericordiæ. Vocatores, etc. Vocatio Elizabeth, Illud, Elizabeth, in medium. In persona alba quasi prægnans, dicat, Quid est rei, quod me mei. Vocatores, etc. Vocatio S. Johannis Baptistæ, Da, Baptista, ventris cista clausus. Ipse nudus pedes tenens textum, dicat, Venit talis, sotularis, cujus non sum. Vocatores, etc. Vocatio Simeonis, Quid dixisti, Symeon, cum in tua? Symeon senex respondeat, Dei nostri Salvatoris conspexerunt cæli. Vocatores, etc. Vocatio Virgili, Maro, Maro, vates Gentilium, da Christo. Virgilius in juvenili habitu, bene ornatus, respondeat, Ecce polo demissa solo. Vocatores, etc. Interim Nabuchodonosor quasi Rex paratus ostendens imaginem duobus armatis, dicat, Huc venite, vos armati. Tunc armati, ostendant imaginem Pueris, dicentes, Regi gratum famulatum. Interim*

ostendant imaginem tribus pueris, dicentes, Huic sacro simulacro. Tunc Pueri imaginem respuentes, dicant, Deo soli digno coli. Hoc audio Armati Pueros ducant Regi dicentes, Quia tuum stabilitum non timet is. Tunc ostendant Pueros Regi, dicentes, Rex, tua salventur. Tunc Rex iratus dicat, Ergo tales assumantur. Tunc Armati ducentes Pueros ad fornacem, dicentes, Reos digne jam in igne. Tunc mittantur Pueri in fornacem, et accendantur. At illi facti liberi, dicant, Benedictus es, Domine Deus, etc. Rex hoc audiens admirans, hoc dicat, En, quid cantant illi tres? Armati dicant, Deum laudant. Tunc vocatores dicant Regi, Puerum cum Pueris Nabuchodonosor. Rex fornacem ostendens, dicat, Tres in igne positi Pueri. Vocatores, etc. Vocatio Sibyllæ, Tu, Tu, Sibylla, vates illa. Sibylla coronata, et muliebri habitu ornata, dicat, Judicii signum tellus sudore. Vocatores, etc. Quo finito, omnes Prophetæ et Ministri in pulpito cantent hos versus, Ortum prædestinatio parvo sabbati spatio. Hoc finito, Cantor incipiat ad introitum Chori Responsorium, Confirmatum est cor Virginis. Prophetæ et Ministri regentes Chorum secundum suum ordinem incipiant ad Missam Officium, Puer natus, Kyrie, et Gloria, etc.

Longe ridiculosior erat festivitas quæ Bellovacii olim die 14. Januarii celebrabatur. Ut enim Virginem Mariam in Ægyptum cum puero Jesu fugientem representarent, pictoribus nimium creduli pulcherrimam eligebant puellam, quæ infantem in signum gestans, et super asinum, ad id eleganter ornatum, sedens, ab Ecclesia Cathedrali ad parochiam S. Stephani magno cum apparatu ducebatur, comitante Clero et populo. Ad parochiam cum pervenisset pompaticus ille cætus, sanctuarium ipsum ingrediebatur puella, quæ cum asino a parte Evangelii prope altare collocabatur; moxque incipiebat Missa solemnissimus cujus Introitus, Kyrie, Gloria, Credo, etc. hac modulatione Hinham concludebantur; sed quod magis stupendum, Rubricæ MSS. hujusce festi habent: In fine Missæ Sacerdos versus ad populum vice, Ite Missa est, ter Hinhamnabit: populus vero vice, Deo gratias, ter respondebit, Hinham, Hinham, Hinham. Hæc ægre retulimus, utpote quæ theatro magis convenient quam Ecclesiasticæ cæmonia; attamen cum ab instituto nostro non omnino abhorreant, Prosam quoque subijciemus quam coronidis instar inter Missarum solemniam decantabant; hanc nobis suppeditavit præter Edita MS. codex 500. annorum: unde de antiquitate illius festi judicare licet.

Orientis partibus,  
Adventavit Asinus,  
Pulcher et fortissimus,  
Sarcinis aptissimus.

Hez, Sire Asnes, car chantez,  
Belle bouche rechignez,  
Vous aurez du foin assez  
Et de l'avoine à planter.

Lentus erat pedibus,  
Nisi foret baculus,  
Et eum in clunibus  
Pungeret aculeus.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Hic in collibus Sicheu,  
Jam nutritus sub Ruben,  
Transiit per Jordanem;  
Salit in Bethlehem.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Ecce magnis auribus  
Subjugalis filius  
Asinus egregius  
Asinorum dominus.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Salu vincit hinnulos,  
Damas et capreolos,  
Super dromedarios  
Velox Madiæneus.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Aurum de Arabia,  
Thus et myrrham de Saba  
Tulit in Ecclesia  
Virtus Asinaria.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Dum trahit vehicula  
Multa cum sarcinula,  
Illius mandibula  
Dura terit pabula.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Cum aristas hordeum  
Comedit et cardium;  
Triticum a palea  
Segregat in area.  
Hez, Sire Asnes, etc.

Amen, dicas, Asine, (hic genuflectebatur)  
Jam satur de gramini:  
Amen, amen itera  
Aspernare vetera.  
Hez va! hez va! hez va, hez!  
Bialx Sire Asnes car allez;  
Belle bouche car chantez.

Nec minori pompa decentiorive cultu eadem hæc festivitas Ædvis celebrabatur. Asinum vestiebant aureo panno, cujus angulos ferre nonnisi quatuor e præcipuis Canonice concedebatur; alii vero adesse tenebantur in vestitu decenti sicut in die Nativitatis; sicque tandem asinum frequenti stipatum turba solemni ritu ducebant: adeo ut quo magis hæc ridenda videantur, eo religiosiori cultu observata fuerint. Hæc abolere censuris ecclesiasticis non semel tentarunt Episcopi, sed frustra, altissimis quippe defixa erat radicibus, donec supremi Senatus accessit auctoritas, qua tandem hoc festum suppressum est.

\* Variis temporibus atque cæmonia, pro diversarum ecclesiarum more, peragebatur hoc festum, ut ex prolatis supra colligitur. Ubi non aderat ipsamet asina, ipsius effigies retro altare collocabatur. Ordinar. MS. ecel. Camerac. fol. 36. r. ad Dominicam Palmarum: Asina picta remanet retro altare usque post Completorium iv. feriæ. [Vide Haltaus. Chronol. in Dominica Palmarum, pag. 225. edit. German.]

FESTA, seu SOLEMNITATES CANDELARUM, dicuntur apud Cartusienses solenniora festa, in quibus in sacris officiis accenduntur candelæ, in Statutis antiq. ejusd. Ord. 1. part. cap. 81. § 2. 5. cap. 32. ubi ære recensentur, scilicet: Natalis Dom. S. Joannis, S. Stephani, Innocentium, Circumcisionis, Apparitionis, Purificationis, etc. Mox subjungitur: In Vesperis et Matutinis, et Missa, itemque Vesperis duas candelas accendimus: et si quis voluerit plures accendere in prædictis præcipuis festis, ultra quatuor non accendat. Adde cap. 41. § 27. Statuta ejusd. Ord. ann. 1368. 1. part. cap. 2. § 36. 37: Moniales possunt festum XI. millium Virginum solemniter ac cum Candelis, et Monachi cum Capitulo celebrare.... In festo S. Hugonis Lincolnensis, quod cum Candelis celebramus, etc. Adde cap. 3. Forte, quia in aliis diebus unica accenderetur. [Ejusmodi festi meminit Liber de doctrina Novitiorum Ord. Grandim. cap. 1. apud Marten. tom. 5. Anecd. col. 1826: Quia diebus ferialibus et Festis unius Candelæ, etc.] Vide Ordinarium Præmonst. cap. 1. [In

lib. de doctrina, etc. mox laudato cap. 1: *Sed in Festis duarum Candelarum vel trium, et infra octavas quæ cum duabus Candelis accendendis in Vesperis et Matutinis celebrantur.* In antiquis Constit. Ord. Vallis caulium apud eundem. tom. 4. col. 1057. festa quibus duæ candelæ accenduntur majores sunt solemnitates, ut Natale Domini, Pascha, etc.]

FESTA CAPITULI, in Ordine Cartusiensi, dicuntur Solemnitates, in quibus de consuetudine fit collatio in Capitulo Monachorum. Hæc porro sunt: *Nativitas Domini, Epiphania, Purificatio Virginis gloriosæ, Annuntiatio, Resurrectio, Ascensio, Pentecoste, Nativitas S. Joan. Bapt. Festum B. Mariæ Magdalensæ, Festa Assumptionis et Nativitatis Dei Genitricis, S. Michaelis, et omnium Sanctorum, et S. Hugonis Lincolnensis.* Ita Statuta nova sub Guillelmo Rainaldo Priore 1. part. cap. 3. n. 2. *Festa, quæ Capitulum habent, in Statutis antiq. ejusd. Ord. part. 2. cap. 8. § 10: Festum 12. lectionum non habens Capitulum, cap. 14. §. 22.*

FESTUM CARBONUM. Vide Carbo.  
FESTUM KALENDARUM, FESTUM FATUORUM, FESTUM HYPODIAGONORUM. Vide Kalendæ.

FESTUM IMPERATORIS. In veteri In-questa Mediolanensi, apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 1068. mentio fit *Festi, quod celebratur annualim pro Imperatore Federico, et filio ejus Anrico,..... in die Architrictini;* ut et pag. 1071. 1072. *Processionis, quæ fiebat ad honorem Domini Imperatoris Federici et filii.* Vide ibi eundem Puricellum.

FESTUM MANDIBILE, apud Will. Thorn. in Chron. ann. 1393. Gall. *Festin.* Est enim in Glossar. Lat. Gall. *Mandibilis: Manjables.* Ita porro ille: *Missa vero a præfato Priore more suo inter eos celebrata, cum Abbate ab eisdem diligenter prius requisito, Festâ mandibilia in papilionibus, caricis et palliis deauratis Ecclesiæ prædictæ coopertis... idem prælati pariter tenuerunt.*

FESTUM MIRABILIMUM, la Feste des Merveilles. Charta Petri de Sabaudia Archiepisc. Lugdun. ann. 1312: *Nobis etiam ac successoribus nostris retinemus Festum, appellatum Mirabilimum, cohercionem et punitionem inobedientium, et delinquentium in non factendo debitum suum circa dictum festum, prout est apud Lugdunum alias consuetum.* In alia Charta apud Paradinum lib. 2. Hist. Lugd. cap. 73. *Festivitas Miraculorum dicitur: Nos vero Canonici hanc censuram istius mansi ad mensam fratrum in omni tempore damus, et constituimus in festivitate Miraculorum.* Acta Capitularia Ecclesiæ Lugdun. ann. 1345. MSS. ex Camera Comput. Paris. fol. 151. v. : *Qua die instante Bartholomæo de Balma Cancellario Curie sæcularis Lugdun. ordinaverunt (Canonice) et sibi præceperunt, quod Mirabilia faciat eridare ad diem Lunæ ante festum proximum Natalis S. Johannis Bapt. At quod fuerit festum illud, adhuc quærun Lugdunenses. Tametsi non desunt, qui illud esse putant institutum ob miraculum, quod accidit in Christianorum Martyrum corporibus in Ararim projectis sub Severo Imp. de quo quidem Paradinus lib. 1. cap. 32.*

☞ Ut ut sit de origine hujus festi, certum est, id quod pio religiosoque animo ceptum erat, successu temporum ex populari abusu in deterius colapsum esse. Quam ob rem ann. circiter

1401. hoc festum abolevisse dicitur Philippus II. Lugdun. Archiep. Vide tom. 4. Gall. Christ. col. 173.

FESTUM OLIVARUM, Dominica, ni fallor, quæ Pascha præcedit. Conradus Uspergens. in Frider. I. : *Imperator vero nobili potitus triumpho, in Olivarum Festo in Beati Ambrosii Basilica, una cum oliva triumphalem gestavit victoriæ palmam.* Vide Dominica Palmarum in Dominica.

AD FESTUM REDIGERE. Burchardus Wormaciensis Episcopus in Lege familiar: *Sin autem occisor auferit, et capi non potest, quicquid habet, ad Festum redigatur, et proximi ejus, si inculpabiles sunt, firmam pacem habeant.* Videtur legendum, ad fiscum.

\* FESTUM REGARDI, Feste du regart, an idem quod vulgo *Entrévue* appellamus, Congressus, colloquium; ut a matrimonium contracturis fieri solet. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 207: *Comme le jour de Nostre Dame mi-août derrenierement passée sur l'annuitier, le suppliant feust alez veoir la Feste du Regart, qui se faisoit en l'hostel du prévost des marchands (de Paris) d'une sienne fille, etc.* Eo etiam spectare videtur aliæ Lit. ann. 1423. in Reg. 172. ch. 418: *Laquelle Jehannette requist à icelle femme que elle feust le Dimenche ensuiant à la grant Feste d'icelle Jehannette, ainsi que l'en a acoustumé de faire en la ville de S. Quentin les Dimenches avant que on espouse.* Vide supra *Changare.*

2. FESTUM, Curia generalis, quæ ut plurimum in diebus festis solennioribus cum conviviis publicis celebrari solebat. Unde *Festum*, non semel pro convivio solenni usurpatur. Brompton. : *Mandavitque Regi, quod ad Festum suum properans cibos salisatos sufficienter inveniret.* Vide Firma. Conradus Usperg. ann. 1181: *Imperator apud Moguntiam maximum Festum et convivium celebravit, convocatis ibidem Principibus et Baronibus totius regni.* Idem in Henrico VI. : *Tempore Paschali maximum Festum nuptiarum celebravit, cum multis Principibus et Baronibus in campo magno, qui vocatur Concio legis.* Willelmus Neubrigensis in Præfat. Historiæ, de Arthuro: *Post hæc cum triumpho multiplici reducit eum in Britanniam, et facit eum cum subactis Regibus et Principibus Festum celebrare famosissimum, presentibus tribus Britonum Archiepiscopis.* Matth. Paris ann. 1135: *Rex ab omnibus acclamatus, et regale Festum splendide celebravit.* Hermannus de Lerbeke in Chron. Comitum Schawenburg. pag. 37: *Cum.... pro filia Regis Angliæ, quam duxit uxorem, Festum nuptiarum in Noviomago solenniter ageret, etc.* \* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1304: *Rex fecit ibidem (in monasterio Malidum) Festum suum in Natali Domini, ubi fuit prius fere tota nobilitas Gallicana.* [Charta ann. 1381: *Item quod nulla persona privata vel extranea audeat vel præsumat in Massilia vel extra de die vel de nocte facere Festum in quibusvis strumentis.*] Fortunatus lib. 2. de Vita S. Martini, de Convivio Maximi Imp. cui accubuit Martinus:

Certatum acciti regalia Festa colentes.

FESTA CONVIVIA, in leg. 4. Cod. de Sacrif. pagan. (1. 11.) Joan. de Condato MS.

Par tout les veole et oioie,  
Demener grant joie et grant Feste.

Idem Poeta:

Partant s'il tiennent court ou Feste,  
Il doivent mener joie honneste.

Le Roman de Garin MS.:

Sor nne table o Fromont suet mengier  
As hautes Festes, quant il sa grant cort tient.

Le Roman de Philippe de Macedoine MS.:

Car ical jor que il fu nez,  
Li Amiraus sa cort tenoit,  
Et un grand Feste faisoit,  
El jor de sa nativité,  
Ses Barons avoit asemblé.

Infra:

Tuit li Baron de bonne geste  
Forent mandé à cele Feste.

Le Roman de Florimont composé l'an 1188.  
par Haimes, ou Haimon MS.:

Le jor, que Phelippes fu nez,  
Fu li barnages assamblez,  
Li Amiraus sa cort tenoit,  
Et une grande Feste faisoit.

Chronicon Flandr. cap. 52: *Le Roy de France feit un jour de Pentecouste l'une des plus grandes Festes, qui onques fut faites au Royaume de France, et y feit semondre tous ses hauts Barons, etc.*

FACERE MAGNUM FESTUM, quod nos dicimus, *Faire grande réjouissance.* Vide Epist. Lotharii Imp. editam ab Angelo de Nuce post Chron. Casin. et quæ notavimus in Dissert. 5. ad Joinvillam pag. 163. *Dies festissimi, apud Vopiscum in Tacito. Hinc*

FESTUM, pro quovis convivio, quod inde nos *Festin* dicimus. Michael Scotus lib. 4. Mensæ Philosophicæ cap. 9: *Quidam Miles habens Festum fecit Sacerdotem primo lavari, etc.*

FESTUM FACERE ALICUI, Aliquem benevole excipere, *Festeggiare*, Italis; Gallis, *Faire Feste à quelqu'un.* Vincent. Belvac. lib. 52. cap. 39: *Daniel et Vasilico frater ejus Festum nobis fecerunt.* [Acta S. Francisæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 127: *Dominus vero majus Festum facere volens cum sua devota ancilla, se fecit magis ponderosum.*] Chronic. Flandr. cap. 102: *Où il trouva le Roy à l'Hostel de S. Pol, qui moult grand Feste lui feit.* Adde cap. 2. [Ἐορτήν ποιῆσαι, Aliquem convivio excipere. Vide Glossar. med. Græcit. col. 414.]

\* FESTAGIUM, Jus epuli, convivium, nostris *Festaige*. Arest. ann. 1346. 11. Mail in vol. 2. arestor. parlam. Paris. : *Cum decanus et capitulum Andegavensis ecclesiæ essent in possessione levandi et percipiendi ab episcopo ejusdem ecclesiæ... quinque Festagia singulis annis, quinque diebus seu festis cujustibet anni.... Idem episcopus dicta Festagia in bonis cibariis, et dictum O in bonis speciebus et vinis similiter, ut moris est.... solvere maluit.* Lit. remiss. ann. 1475. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1444: *Le suppliant avoit entention de tuer ung porceau et certains chevreaux, qu'il vouloit abiller pour faire le Festaige de l'amessement d'une sienne fille, qui estoit accouchée d'enfant.* Vide in *Festare.*

FESTA PRINCIPALIA ET MEDIOCRIA, [f. Oblationes quæ in iis offerri solent.] Vide *Burjuratus.*

† 3. FESTUM, Funus, exequiæ. Epist. Petri de Condato ad Thesaurarium S. Framboudi tom. 2. Spicileg. Acher. pag. 559: *Elegerat autem D. Rex (S. Ludovicus) sepulturam suam apud S. Dionysium, et sepulturam filii sui Comitis Nivernensis in Ecclesia Regalis-montis..... ubi de ipso fieret magnum Festum.*

4. FESTUM, Nundinæ, quæ in Festis

Patronorum vulgo fiunt, in veteri Charta. Le Roman de Garin MS. sub finem de Pipino :

Dix Festes fist en France le pais,  
Une de Bar, deux en miast à Provin,  
L'autre de Troies, le quart de Laigni,  
Et trois en Flandres, la novisme au Landis,  
Et la disisme li renommez Lignis.

\* Lib. rub. fol. parvo domus publ. Ab-bavil. fol. 28. v. : *Quant li homs est se-mons devant le visconte, et il raamist se Feste, il doit avoir respit duskes à se revenue. Feste vero, Funis species, in Stat. ann. 1415. ex Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 1. Item à Beaumont sur Oise aura un maistre, appellé le maistre du pont d'icellui lieu, lequel ira audevant des bateaux montans et avalans, ... et portera certaines cordes, appellées Festes, et autres à ce nécessaires.*

5. **FESTUM**, Ugutioni, est lignum illud in summitate domus, ad quod omnia diriguntur tigna, et in quo conveniunt. Fyrst, Anglo-Saxon. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Festum, Solempnitez ou Fes-tée de maison.*] Charta Philipp Augusti anni 1285. pro Ecclesia Ferrariensi apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 706 : *Propter ejusmodi quittance, omnis domus, quæ unum Festum habuerit, annuatim Ecclesie 5. solidos solvet, et si aliquem plures domos habere contingit, unam habebit pro granchia ad sex denarios de censu, etc.* Vide *Festagium, First-falli, First-ful*, [et Graff. Thesaur. Ling. Franc. vol. 3. col. 688.]

\* **FERSTA**, Summitas montis Vosagi in chart. ann. 854. Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 84. Virst in chart. ann. 1315. ibid. tom. 2. pag. 109. et in alia ann. 1316. pag. 120. Fürst in alia ann. 1400. ibid. pag. 307.

\* 6. **FESTUM**, Ecclesia, ubi solemnitas assignata. Ordinar. eccl. Ambros. Mediol. an. circ. 1180. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 872 : *Sciendum est, quia in Dominicis diebus finita antiphona, quæ est post Evangelium, si Festum celebratur, septimanarii vadunt ad Festum. Et col. 876 : Deinde proficiscuntur ad Festum cum processione, cantando cantus Letaniarum secundum diem, cui ipsa ecclesia Festi ipsius data est... Sed cum ad ecclesiam, ubi Festum est, pervenerint, etc.* Vide *Statio 1.*

\* 7. **FESTUM**, Processio, quæ cum pompa et apparatu fit. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1306 : *Feria tertia post Ascensionem factum est Parisius maximum et sollempnissimum Festum a prælatibus regni et civibus Parisiensibus, qui cum maximo apparatu et cereis innumerabilibus grossis, rege præsentem et fratribus et baronibus regni, conduxerunt caput S. Ludovici regis in vase pretiosissimo collocatum, a monasterio S. Dionysii in Francia usque ad capellam regis Parisius.*

\* 8. **FESTUM**, Consecratio episcopi, quæ in diebus festis magno cum populi concursu fieri solet. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 92. v. : *Mathæus de Esseyo ex parte dicti electi a nobis petit, ut ipsi electo accomodaremus domos nostras, et ad Festum suum essemus. Ubi de consecratione episcopi Constantiensis agitur. Eodem nomine designatur etiam solemnitas episcopi in thronum inductio. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 184 : *Comme le jour que nostre amé et féal conseiller l'evêque d'Evreux, n'a-gaire nostre confesseur, fist sa Feste à Evreux, nous eussions esté logié en son hostel audit Evreux, etc.* Is enim Parisiis*

ordinatus ann. 1384. possessionem ecclesie suæ tantum adeptus est ann. 1385.

\* 9. **FESTUM**, Instrumentorum musicorum sonus, maxime in lætitiæ signum. Stat. Universit. Aquens. ann. 1483. pag. 21 : *Quod dictus electus (rector) teneatur ire receptum, cum magno Festo tympanorum sive aliorum instrumentorum, infulas rectoriales in ecclesia S. Salvatoris secunda die Pentecostes.*

\* 10. **FESTUM**, Ludus mimicus. Comput. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 124. col. 2 : *Item jocularibus, qui dicta die, et etiam in nocte dictæ diei, fecerunt Festum in processione, et post per villam faciendo tripidiare gentes, ij. scuta.*

\* 11. **FESTUM**, Chorea, Gall. *Danse*. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 213 : *Plures habitantes..... ducentes Festum suum, ut moris est,..... unus, vocatus Noe, Festum dactorum habitantium de Valle dirupisset seu delanavisset.*

\* 12. **FESTUM**, Actus pius, religiosus. Acta Mss. Inquisit. Carcasson. ann. 1308. fol. 51. r. : *Dixit ipsi testi si volebat ire ad tenendum Festum cum eo apud Vicum, etc.* Id est, Celebrare.

† **FETA**, Ovis, Fede vulgari Provinciae idiomate. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fetans, Beste menue, comme berbis, chievres, pourciaux.* Instrum. Archiv. Aptensis ann. 1097 : *Si in itinere quod agere dispo in Jerusalem non defunctus fuero, dabo per gaudium ipsum vasculum plenum vino puro, et Fetas tres, et capras duas, et fruscos duos de alveario meo. Quod fita figo, quod dixi firmo.* Isai. 40. 11 : *Sicut pastor gregem suum pascet : in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit, Fetas ipse portabit.* Vide *Feda*.

† **FETAGIUM**. Vide *Festagium 1.*

† **FETARE**, Enfanter. *Fetura, Enfenture*. Glossar. ex Cod. reg. 7684. Vide *Feta*.

\* **FETELLUS**. [Vitelus. DIF.]

\* **FETICA JUSTITIA**, f. pro *Fatica*, Justitiæ reddendæ dilatio, vel etiam denegatio. Vide in *Fatigare 1.* Charta super negotio marcharum in regnis Franc. et Arragon. ann. 1406. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 323 : *Quod si officarius requisitus facere noherit, ex hoc solo causetur defectus et Fetica justitiæ.* \* *Fétardie* vero nostris, Incuria, oscitantia, desidia ; unde *Fétart*, Negligens, tardus, piger. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1 :

Assez puet on trouver de cheus,  
Ki Fétart sont et pareheus....  
Pour Dieu ne nous Afétardons....  
Car tant li desplaist Fétardie,  
Ne li plaist rien que Fétart die.

Guignevil. in Peregr. hum. gen. Ms. :

Non pas que je chechi te die  
Pour mettre toi en Fétardie.

† **FETIGUM**. Charta Balduini Episc. Noviom. pro decimis de *Arten* ann. 1049. ex Archivo S. Eligii : *Et insuper cupiens ipse absolvi ab omni cura sæculari, petit servitium de nostro Fetico sibi minui, cuius timens impedire devotioni, perdo servitium in vita sua debitum nobis, præter duos milites in unoquoque anno ad hostes Regis, et post ejus obitum heredes sui revocentur integre ad servitium. Legendum videtur Feudo vel Feodo.*

**FETILLERUS**. Fori Aragon. lib. 9. tit. de *Divinis, sortilegiis, sive Fictilleriis*. Deinde, cum plures.... pro suis negotiis recurrent ad eos, qui fingunt se divinare, et ad sortilegos, ac etiam *Fetilleros*. Occurrit rursum infra. Ubi *Fictillerii* et

*Fetillerii* sunt, qui *phylacteriis* magicis utuntur, unde voces formatae. [\* Vide supra *Faccinerius*.]

† **FETISCHEFO**. Vide *Feisfecho*.

† **FETTUCIA**, Segmentum subtile ex quacumque materia, etiam lapide aut ligno. Vox Italica nota. Locus in *Boletta*.

\* **FETUCA**. [Portans fetus. DIF.]

† **FETUTINA**, *Res fetide et sordide*, in Gloss. Sangerman. MSS. n. 501. Apud Papiam : *Fetutina, Res fetida et inquinatissima ac muliebris*. Apuleio, *Fetutina*, loca sunt sordida et fetida. [\* Vide Forcellin. in *Fetutina*. In Glossar. cod. reg. 7644. ut ex Placido : *Fetutinis, i. sordibus, (Mausuridibus) occasionibus quæ per mulieris fetum facere possunt.*]

† **FEU**, pro *Feudum*, apud Acherium Spicil. tom. 6. pag. 268.

\* **FEUAGIUM**. Vide infra *Fouagium 2.*

† **FEVALIS**, *FEVATARIA*, *FEVATOR*, etc. Vide in *Feudum*.

\* **FEUCARE**, Stercus emittere, si tamen legendum non est *Fientare*, a Gallico *Fienter*, in Mirac. Mss. Urbani PP. V. : *Roncinus erat per totum corpus valde inflatus, nec Feucabat nec urinabat.*

\* **FEUDAGIUM**, *FEUDARIUS*, *FEUDICIA-LIS*. Vide in *Feudum*.

\* **FEUDASTRUM**. Vide *Feudum Ignobile*.

† **FEUDICÆ**, Hiræ, ilia. Legendum puto *Fendicæ*. Vide in hac voce.

**FEUDUM**, seu *Beneficium*, Oberto lib. 2. Feudor. tit. 23. est illud, quod ex benevolentia alicui ita datur, ut proprietate quidem rei immobilis beneficiatæ penes dantem remanente, ususfructus illius rei ita ad accipientem transeat, ut ad eum hæredesque suos masculos et femineos, si de his nominatim dictum fuit, in perpetuum maneat, ob hoc, ut ille et sui hæredes fideliter domino serviant, sive id servitium nominatim, quale esse debeat, expressum sit, sive indeterminate promissum sit. Brevius Cujacius ad lib. 1. Feud. tit. 1 : *Feudum est jus in prædio alieno, in perpetuum utendi, fruendi, quod pro beneficio dominus dat ea lege, ut qui accipit, sibi fidem et militiæ munus aliudve servitium exhibeat.* Leges Alonsinæ part. 4. tit. 26. lege 1 : *Feudo es bienfecho, que da el senor a algunt ome, porque se torna su vasallo, et le face homenaje de serle leal. Et tomo este nombre de fe, que debe siempre guardar el vasallo al senor.* Ex quibus patet, *Feudum* idem esse cum *beneficio*, de quo sat multa diximus suo loco, ac nomine tantum differre.

\* Id autem sedulo notandum est, ubi de feudorum conditionibus agitur, ea quæ perforuntur coangustanda esse intra locorum limites, de quibus sermo est ; non vero de universo usu intelligenda.

¶ Quamquam diligenter et copiose satis de feudis scripserit eruditissimus vir D. Cangius, operæ nihilominus pretium duximus, præsertim cum ea sit hujus materiæ natura ut nec ingrata nec inutilis videatur, de ea uberius iterum dicere, atque de omni loco ea colligere quæ ad nostrum institutum maxime pertinerint ; qua in re non aliquid opem nobis feret Tractatus de Usu Feudorum quem nuper edidit V. Cl. D. Brussel. Atque ut a variis diversisque hujus vocis significationibus ordiamur, observandum 1.º quod hactenus haud satis est animadversum, *Feudum* nude poni pro ipso feudi servitio sive clientela, Gall. *Mouvance* : quod ita certum est ut vox, *servitium*, pro ipso feudo aliquando accepta fuerit. Adamus Bre-

mensis lib. 4. cap. 9: *Castra autem et Servitia ejus ab hostibus direpta sunt.* Et Helmodus lib. 1. cap. 55: *Comitiam ejus, urbes, et Servitia Henricus de Batwide beneficio Adelberti asscutus est.* Nec alio sensu vox, *Feudum*, intelligenda videtur, ubi de concessione aut mutatione feudorum agitur, praesertim cum indicatur ipsum praedium. Id fuse probat D. Brussel Tract. cit. lib. 1. cap. 1. praecipue vero ex Charta Philippi Augusti ann. 1204. in qua feudum a terra infeodata distinguitur: *Propter hoc autem nos eidem Amiciae et haeredibus suis in perpetuum damus castrum S. Leodegarii in aquilina, et totam Aquilina in feodo et dominico. Damus etiam eidem Amiciae et haeredibus suis Feodum Bardarum et de Folleso.* 2º. Hoc nomine designatur et ipsius praedii servilis conditio, et vicissim quidquid ab illo feodo jure feudali tenetur. Postrema hac significatione accipitur in Charta Ludovici Grossi ann. 1125: *Et omnia quae illis de Feodo nostro data sunt, unde ipsi saisiti sunt, jure perpetuo habenda et obtinenda concedimus.* 3º. Sumitur pro ipsa terra in feudum concessa. Ita in Aresto ann. 1153. pro Episcopo Lingonensi contra Burgundiam Ducem: *Quatenus Feodum reddat, et quidquid praeterea de eo accepit.*

¶ Feuda ab origine personalia fuisse atque ad vitam concessa, et jure usufructuario possidenda, certum videtur. Qui usus mediante saeculo xiv. in regno Neapolitano adhuc obtinebat, ut colligitur ex Litteris Roberti Regis Siciliae ann. 1332. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 239. col. 1: *Decernimus... nullum privilegium et rescriptum valere seu esse alicujus vigoris aut efficaciae per Nos jam cuiusque concessum... exceptis concessionibus jam factis Reginae carissimae consorti nostrae de quibuscumque bonis Feudalibus vacantibus vel vacaturis.* Nam si haereditaria fuissent, vacatura feuda indistincte non concessisset. [2º Clausula perquam vulgaris in Litteris expectativa feudalibus generalis. Vide auctores de jur. feud. et supra *Aperio Feudi in Aperire*, l. *Omni tamen tempore feuda data sunt ad vitam, immo ad certum tempus.*] Apud Francos vero sensim pedetentimque jure haereditario ad haeredes subinde transierunt; quod labente saeculo ix. incepit: nam ex eo tempore a Regibus secundae stirpis facillime feudatariis concessum est, ut beneficia sua ad posteros transmitterent, unde pro temporum facilitate deinceps feudorum proprietatem ita sibi arrogarunt, ut illa inter liberos dividerent, expetito tamen prius principis consensu. Regino in Chron: *Anno Dominicae Incarnationis 940. Uto comes obiit, qui permissu Regis quicquid beneficium aut praefecturae habuit quasi haereditate inter filios divisit.* Id autem tardius accidisse apud Germanos eruitur ex Charta ann. 1118. qua beneficium Abbatiae S. Maximini Trevirens. ablatum, ab Henrico Imperatore restituitur. Quod tamen de tota Germania dictum nolim; constat enim alicubi sub Conrado I. feuda haereditaria jure possideri coepisse. Vide *Beneficium*, [2º et Eichhorn. *Histor. Jur. German.* § 364.]

¶ Sed non eadem fuit semper constansque feudorum conditio. In primæva institutione ad solos nobiles feuda pertinuisse atque ab iis servos et ignobiles prohibitos fuisse vix dubium est: unde feuda honores vocarunt. Sic Goffridus Vindocin. lib. 5. Epist. 27: *Deus qui permisit vos Honorem Credonensem ha-*

*bere.* Et Robertus de Monte ann. 1161: *Caput autem sui Honoris, scilicet Ambasiam tenebat de Rege Henrico.* At circa xii. saeculum sicut nobiles ita et plebei homines feuda etiam nobilia possederunt, non tamen ideo nobiles reputati, quamvis feudorum praerogativis gauderent. *Petrus de Fontaines* cap. 3. n. 4: *Pour ce se tes vilains a acaté un fief, et il couke, et il lieve en ton vilenage, ne laira il mie kil ne voit ta à sermonce ke tu li fis du matin au vespres, ou tele comme tu feras, et se on dist seur son franc-fief, il ne requerra mie jour de Conseil, se il ne veut pour les sermonces ki ne fust pas raisonable. Mais si catel, et ses convenances sont justichables par loi vilaine, s'il n'est mie gentiaum de lignage, etc.* Saeculis xi. et xii. omnia in feudum concedebantur, Grueria, teloneum, pedagiium, rotagiium, apum examina, imo, si quibusdam fides, ipse, quo vivimus, aër. Cujus moris hæc aptissima videtur fuisse ratio, ut scilicet in expeditionibus bellicis, quæ his temporibus frequentissimæ erant, plures haberent milites qui servitia militaria iis præstare tenerentur. Eandem ob rem mediante saeculo xii. instituta sunt feuda burssæ seu cameræ, cum nimirum loco tenementi annua pensatio ex fisco solvenda pro præstandis iisdem servitiis adsignabatur.

Beneficiorum militarium seu feudorum originem aliunde, quam a Longobardis, quorum inventores fuisse dicuntur, recte quidam opinor, accersunt: cum apud Scriptores rerum Romanarum legamus data militibus ac veteranis capta ex hostibus prædia, ea conditione, ut militarent, quæ propria fuit feudorum. Atque, ut rem ab ipsis primordiis non repetamus, id potissimum firmat locus Lampridii, in Alexandro Severo: *Sola, quæ de hostibus capta sunt, limitaneis ducibus et militibus donavit, ita ut eorum ita essent, si haeredes illorum militarent.* Et alter Vopisci in Probo: *Veteranis omnia illa, quæ angustæ adeuntur Isauriæ loca privatis donavit: addens, ut eorum filii ab anno octavo-decimo, mares duntaxat, ad militiam mitterentur.*

¶ Feudorum originem e moribus Francorum rectius repetendam existimat Alteserra lib. de Orig. et statu feudor. pro moribus Gallia cap. 1. Franci scilicet, inquit, rerum potiti in Gallia, prædia divisere Ducibus et Militibus, idque beneficiario jure sub lege fidei et servitii, priusquam Longobardi Italiani attigissent. Hoc jure Aureliano Duci Mildunensis pagus beneficii nomine datus a Clodovæo. Aimoinus lib. 1. cap. 14: *Unde cum Clodovæus regnum suum usque Sequanam, atque postmodum usque Ligerim fluvios ampliasset, Mildunum castrum eidem Aureliano cum totius Ducatu regionis jure beneficii concessit.* Et Mummolo Patricio eodem jure Machovillam apud Avenionem datam a Guntrano Rege testatur Gregorius Turon. lib. 4. Hist. cap. 45: *Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam usque Machovillam Avennic territorii, quam Mummolus munere meruerat regio accessit, ibique fixit tentoria.* Unde jam a Franciæ Regni cunabulis passim celebrantur Regii *Leudes*, sive *Leodes*, id est, Fideles, qui a Rege prædia tenebant sub lege fidei et servitii.

Veteres beneficiorum, ac proinde feudorum leges attigimus in voce *Beneficium*, quas etiam prosequutus est Gerardus Niger lib. 1. de Feudis tit. 1. ut

et Fridericus I. Imp. in ea Constitutione, quam profert Radevicus lib. 4. cap. 7. et ex eo Guntherus lib. 8. Ligu-rini.

\* A Beneficio prorsus *Feudum* distinguat necesse est, qui omnia confundere noluerit. Prima voce, Romanis quoque nota, praedium significatur concessum alicui sub annua præstatione et ad vitam tantum utendum; altera vero, proprietatis rei alicujus designatur, etiam ad haeredes transitura, retentis solummodo clientela et superiori dominio, cum quibusdam servitiis, maxime militaribus, ex pacto statutis. Et quidem inauditum, eo saltem intellectu, *Feudi* vocabulum ante saeculum xi. unde falsi merito suspecta habentur instrumenta antiquiora in quibus legitur. Consule Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 594. ubi hæc erudite disquirat.

\* Hæc certe legitima apud nostros vocis *Feudi* acceptio; alii nihilominus aliter eam habuerunt: nam mediante saeculo xiv. ut observatum est supra, Neapolitanis, et saeculo xv. Danis personalia erant feuda, ut docet Chron. incerti Auctoris ad ann. 1420. apud Ludewig. tom. 9. Reliq. Mss. pag. 124: *Nota, quod si Dania vel jure vel consuetudine uteretur Romanorum, tunc plana videbatur causa et expedita, ut filii surrogate. Sed quemadmodum jus aut consuetudinem Romani Feudi Dania non agnoscit, ideo concessio Gerardo patri facta, non erit realis, sed personalis.* Ubi per Romanos, intellige eos omnes, quibus *Feudi* nomen secunda notione familiare erat.

\* *Feudi* autem naturam constituit apud Aquistanos aliosve *sporia* vel *investitura*, id est quod domino capitali propter investituram seu *relevii* nomine a vassallo penditur. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. J. J. rub. fol. 14. vº: *Item dixerunt quod dicta villa (de Burgo) non habet terras nec possessiones communes, secundum quod habent villæ Lumbardie et multæ aliæ, quæ ipsi non possunt dicere quod ipsi, scilicet universitas, habeant in feudum a domino rege, cum secundum nostram consuetudinem non sit Feodum, nisi sit ibi sporia sive investitura.*

\* Hinc data semel investitura, alius in possessionem ejusdem feodi a Domino mitti non poterat, ut solemnè iudicio declaratum legitimus in Charta Phil. Aug. ann. 1216. ex Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris: *Judicatum est a paribus regni nostri, videlicet A. Remensi archiepiscopo, W. Lingonensi, W. Cathalaunensi, Philippo Belvacensi, Stephano Noviomensi episcopo, et O. duce Burgundia, et a multis aliis episcopis et baronibus nostris, videlicet G. Altissiodorensi, R. Carnotensi, G. Silvanectensi et J. Lexoviensi episcopis, et Guillelmo comite Pontivi, R. comite Drocarum, B. comite Britannia, G. comite S. Pauli, W. de Rupibus senescallo Andegavensi, W. comite Juivigniacensi, J. comite Bellimontis et R. comite de Alenconio, nobis audientibus et iudicium approbantibus, quod hominagium Erardi de Brenna vel dictæ Philippæ de comitatu Campaniæ nullatenus recipere debeamus, quamdiu Blancha comitissa et Thomas filius ejus vellent jus facere in curia nostra et prosequi; quia usus et consuetudo Franciæ talis est; quod ex quo aliquis saisitus est de aliquo feodo per dominum feodi, dominus feodi non debet alium recipere in hominem de eodem feodo, quamdiu ille, qui saisitus*

est de feodo per dominum feodi, vel it paratus sit jus facere in curia domini feodi et prosequi.

\* Feudorum Normannorum emolumenta a rege, dum in ipsius custodia sunt, percipiuntur. Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1383. fol. 41. v<sup>o</sup>: Per generalem consuetudinem Normanniæ, si quis tenet in Feudum aliquam rem aut possessionem a domino rege seu duce Normanniæ, rex vel dux jure suo habet et sibi pertinent, si casus accidat quod cadat in garda, gardam hujusmodi et aliarum possessionum ubicumque existentium in partibus ducatus Normanniæ et a quocumque teneantur, et de emolumentis earumdem debet uti et gaudere tempore dictæ gardæ durante.

\* A Feudis exclusas fuisse feminas hactenus ab omnibus fere receptum est, ea potissimum ratione, quod servitia ex feudis debita præstare et exsequi nequaquam possint; nam nec in hostem pergere, nec inter iudices sedere possunt. Cur ergo ecclesiasticis, quæso, feuda concedebantur, qui a præliis sua professione abstinere debent? an non illæ, sicut et ipsi, homines belligerantes supeditare potuerunt? Sed et pro feminis plurima militant exempla. Cum paribus Franciæ in causa Roberti comitis Flandriæ ann. 1315. iudicat Mathildis comitissa Attrebatensis, ita et Margareta comitissa Flandrensis cum de comitatu Clarimontensi actum est. Vide infra in Par. Consule D. Bouquet tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 332. et seqq. Non idcirco tamen idem omnino fuisse masculorum atque feminarum jus ad feuda ex hæreditate obtinenda facile putaverim. Et primo quidem, femina feudum jure hæreditario non habebat, nisi masculo deficiente. Charta Wolfkeri Patav. episc. ann. 1197. apud Hansiz. tom. 1. Germ. sacr. pag. 344: Statuimus quod per omnem ipsam generationem eventus mortis non possit auferre de hac progenie masculina totum vel singularem partem feudi prætaxati. Concedimus etiam quod si sexus masculinus in generatione ipsa defecerit, feminæ ejusdem propaginis succedendo utantur in prædictis jure sub (s. seu) titulo feodali. Nulla tamen dictarum feminarum præsumat hujusmodi participatum, nec inde actionem concipiat, quamdiu sexus masculini hujus generis persona, licet unica, sit superstes. Requiritur præterea ut ejusmodi in succedendo ordinis, Charta, qua feudum instituebatur, mentionem faceret. Charta Humb. delph. ann. 1349. ex Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 33: Sed ne Feudum hujusmodi naturam novi feudi censeatur habere, volumus et concedimus ex certa scientia et ex privilegio speciali, quod non obstante quod sit donatio et infeudatio nova, feudum ipsum amodo inantea habeat et retineat, et habere debeat et retinere naturam totalem et conditiones antiqui feudi et paterni, in quo succedant et succedere possint et debeant quicumque liberi, hæredes seu successores ex testamento, et etiam ab intestato, mares et feminæ, agnati, cognati et collaterales, habiles et inhabiles, ascendentes et descendentes et legitimo matrimonio ab eodem vel posteritate ipsius, secundum quod est in veris, antiquis, paternis et bene conditionatis feudis de jure debitum seu de consuetudine consuetum. Alia ann. 1368. in Reg. 101. ch. 101: Quod dominus Disderius (miles) ejusque hæredes... recognoscant a dicto domino nostro dalphino... castrum Montis Rigaudi... et omnia alia prædicta sibi ex causa dictæ permu-

tationis tradita et tradenda ad homagium et in feudum francum, nobile, antiquum et bene conditionatum, quod naturam habeat feudi antiqui, paterni et bene conditionati, in quo succedere valeant mares et mulieres ex testamento et ab intestato, juxta libertates generales Delphinatus, et recognitionem ex inde facere in mutatione domini et vassalli infra tempus a jure statutum. Vide Feudum antiquum.

\* Frustra iis opponeretur Charta Laurentii episc. Metens. ann. 1271. ex Reg. 3. feud. episcopat. Metens. in Bibl. reg. fol. 161. r<sup>o</sup>. ubi hæc leguntur: Johannes Metensis episcopus nepotem suum infeodasse dicitur de eodem (comitatu Sarræpontis) et eodem episcopo defuncto, bonæ memoriæ Jacobus, quondam Metensis episcopus ejus successor, Loretam relictam illius neptem propriam infeodasse dicitur carnaliter, sicut ille, . . . contra Alemanniæ et Metensis ecclesiæ consuetudinem, ex qua baroniis non succedunt aliquatenus mulieres. Ibi enim de Baronia, quæ ex concessione, non jure successione possidebatur, sermo est; cujus alia erat conditio atque simplicis feudi. Et certe feuda, quæ ab ecclesiis dependent, per totam Alemanniæ promiscue masculis et feminis ex usu recepto conceduntur.

\* Feudum marito propter nuptias uxori donatum, ipso mortuo, ejus feudum appellatur. De quo pro libitu disponere, etiam in secundi mariti favorem, ei licitum erat, uti colligitur ex Charta ann. 1407. in Cod. reg. 8387. 4. fol. 36. r<sup>o</sup>: Nos Philippa uxor dudum et nuper relicta nobilis viri, dum vivit, domini Mathæi de Gornay, qui statu baronis et honore vacilli, dum in humanis agebat, prædictus existebat, ac Thomas Felde procuratorio nomine, . . . desiderantes ac etiam affectantes nobilem virum dominum Johannem Tiptot, cui ego supra dicta Philippa ad præsens existo matrimonialiter copulata ad honorem et statum, statui et honori prædictis pares et consimiles pro conservatione honoris, quem ego prædicta Philippa ex præfato meo marito, dum vivit, optinui, provehi et exaltari, . . . honoris et status hujusmodi adipiscendorum gratia et ex nostra pura, libera atque spontanea voluntate ad hoc moti etiam et induci omne jus tallium et possessionem, . . . cum omnibus mero et mixto imperio, . . . et emolumentis, costera maris ac omnibus aliis juribus. . . volumus tradi et realiter liberari, tanquam bene merito, nobili viro domino Johanni Tiptot supra dicto et suis hæredibus imperpetuum.

\* Non feudum quodvis, sed illud tantum quod a rege tenebatur, a communiæ servitiis liberabat: quod docet Charta commun. de Roia in Reg. 34. bis Chartoph. reg. fol. 22. v<sup>o</sup>. col. 1. part. 1: Homines qui in villa sunt ociosi feudum tenentes, qui ingenuos faciunt se, et militie non sunt, volumus et præcipimus, ut vel de communia sint vel villam vacuent, nisi Feodum de nobis teneant.

Feudi porro vocabulum sub Carolo Crasso primo auditum, pridem observatum a viris doctis: in ea scilicet Constitutione, quam edidit de Expeditione Romana circa annum 884. a Frehero, Goldasto, et aliis publicata, in qua hæc leguntur: Quicumque secundum hanc legem expeditio imperetur, si ad curiam Gallorum, hoc est, in campum, qui vulgo Rungalle dicitur, dominum suum non comitetur, et ibi cum militari apparatu non representetur, Feodo, præter hos, qui cum gratia dominorum suorum remanserunt in conspectu nostro, absque spe recu-

perationis privetur. Eadem vox bis deinde ibidem repetitur. Verum, etsi non desint, qui Chartam hanc falsi suspectam putent, circa tamen ea tempora auditam, nempe Carolo Simplice, Rodulpho, et Lothario Regibus regnantibus, ex veteribus Tabulis adstruit Dominicus de Prærogat. alodior. cap. 15. § 1. Charta quippe Pipini Regis pro Monasterio Figiacensi in tom. 13. Spicilegii Acheriani, in qua ea vox reperitur, falsitatis notas præfert. Certe feudi honorandi meminit Charta Lotharii I. Imp. ann. 846. in Bullario Casinensi tom. 1. pag. 27. sed nemo est qui fictitiam esse non facile perspiciat. Neque nævo perinde caret Charta alia Caroli Mag. descripta in Chronico S. Michaelis Vird. pag. 408. ubi Feudi mentio fit. In Tabulario S. Theofredi in Velavis sub ann. 990: Dederunt de terra, quam habebant ad Fevum, etc. [\* Fevum est in prima editione. Vide etiam Ferum.]

Feudorum Leges Lothario adscribit Gervasius Tilleberiensis: Hic, inquit, Legem feudorum primus instituit, sanciens, ut nullus Feodum audeat vendere, seu impignorare, vel quocumque modo alienare, sine permissione majoris domini, ad quem Feodum spectare dignoscitur. Huic sanctæ constitutioni, quia futuris tantum, et non præteritis formam dabat negotiis, Fridericus Imperator addidit hæc: Nos autem ad pleniorum regni utilitatem providentes, non solum in posterum; sed etiam omnes hujusmodi primo factas alienationes cassamus, et in irritum ducimus, nullius temporis præscriptione impediende.

\* Varias vocis conformationes ut Feudus, Feaudus, Fevum, etc. vide infra pag. 275. col. 3.

De vocis etymo varia varii tradidere. Feudum a Fœdere quidam deducunt. Obertus lib. 2. tit. 4. et Joannes de Janua a Fidelitate, vel Fide: cui sententiæ accedunt Cujacius, et plerique alii. Hotomannus a Feed, voce Germanica, quæ bellum sonat, quod prædia bello quæsitâ militibus distribuerent. Pontanus in Chorographia Danica, a Feide, voce, quæ Danis militiam sonat: alii a Faida, quod est inimicitia. Fredericus Sandius in Præliminari ad constitutiones feudales Gæliæ n. 11. a voce Germanica Fiod, vel vehd, quod Bellum publico vel privato consilio susceptum significat: bellorum namque, inquit, necessitas feuda peperit. Matthias Berneggerus in Disquisit. de Regno Hungar. § 206. contendit Feudum vocabulum esse Hunnicum, seu Hungaricum, nempe foeld, quod significat terra. Etymon perinde suo more, hoc est, absonum, prodit Gopropius Bekanus lib. 5. Hermathenæ pag. 102. Denique Seldeni sententia est, quam amplecti videtur Faber Cantarellus in tractatu de Feudis, vocem feudum a Saxonico ortam, formatamque ex feo, feh, et feoh, merces, stipendium, h postmodum in d mutato: ni inquit, placeat h a d, vel h o d adjicere, quod Saxonice etiam classem, statutum et ordinem significat, ut perinde dicatur Feodum, quasi feohad, vel feohod, id, quod statu vel ordine stipendiario possidetur. [\* Hodie vulgo statuunt ultimam vocis partem esse ôd, Possessio. Confer Alodis, et Eichhorn. Introd. in Jus German. § 7. not. k.]

Varie autem recensentur Feudorum species, quas ordine literarum breviter attingemus. [\* Feudi nomine sæpius donata videre in sequentibus est officia seu ministeria, vel emolumenta iis ads-

cripta; quod a priori hujus vocis notione alienissimum est. Vide infra in *Feudum ministeriale*.]

\* FEUDUM ABBREVIATUM, Gall. *Fief abrégé*, cujus præstationes ex pacto limitatæ sunt, idem quod *Restrictum* appellatur. Charta ann. 1408. ex Chartul. 21. Corb. fol. 321. vº: *Le maison et tenelement de Guiffart est tenue de my en Fief Abrégé, à cause de ma terre de Hamel. Vide Feudum Talliatum.*

† FEUDUM ADVOCATIE seu *Avoeria*, Gall. *Avouerie*. Vide in *Advocatia*. Idem *Alleserræ* cap. 3. quod *Feudum Gastaldia*, illud enim definit quod datur pro actu vel gestione rerum Domini, vel Principis, vel pro custodia arcis, vel territorii: *Gastaldus* quippe sive *Castaldus Longobardis* est proprie actor. Vide *Gastaldus*.

FEUDUM AEDIFICII. Charta Philippi Aug. ann. 1185. pro Ferrariensi oppido, apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 707: *Qui domum in feodo habuerit, eam ab Ecclesia Ferreriarum tenebit ad census 5. sol. Et mox: Domum vero suam de Feodo, cum alio Feodo suo, ad census 12. denariorum in villenagio tenebit. Vide Feudum Burgense.*

FEUDUM ANNUM, seu stipendium, quod ad annum datur, pro officio, dignitate, vel quolibet ministerio, in *Fleta* lib. 2. cap. 71. § 13. [\* Vide Feud. lib. 1. tit. 2.] De ejusmodi feudis ita consuetudo Normanniæ art. 157: *Dignitez et offices tenus en fiefs sans fond ou globe, doivent hommage et non relief.* Charta Henrici III. Regis Angliæ apud Prynneum in Libertatib. Angl. tom. 2. pag. 960: *Et de Feodis solvendis illis, quibus tenemur in Curia prædicta, ad præsens providere nequiverimus.* Alia ejusdem Regis pag. 977: *Assignantes ei annum Feudum 20. marcarum annuatim percipiendum ad scaccarium nostrum, etc.* Alia denique pag. 1059: *Et quia Judæi quosdam redditus de terris et tenementis Christianorum, tanquam perpetuos dudum recipere solent per manus Christianorum, qui etiam Feuda dicebantur, etc.* Hinc in Legibus Malcolm II. Regis Scotiæ cap. 2. 3. 4. 5. *de Feodis Cancellarii, Justitiarum, Camerarii, Senescalli, Constabularii, Vicecomitis, etc.* inscribuntur; et in Statutis Roberti III. cap. 25. est *de Feodo Vicecomitis*; in *Fleta* lib. 2. cap. 7. *de Feodo Camerarii.* Hugo de Clericis de Senescallia Franciæ: *Vade servitium Feodum tuum Mariscalciæ, et hospitare Hugonem, quia habes istud Feudum a Comite.* Statutum Edwardi Regis Angliæ pro officio Senescalli Vasconiæ, in Regesto Constabul. Burdegal. fol. 81: *Dicitur judex percipiat annuatim pro Feodo suo 150. libras dictæ monetæ.* Infra: *Item ordinatum est, quod sit unus Defensor Regis in diocesi Petragoricensi, qui petat et defendat jura Regis, etc. et percipiat annuatim pro Feodo suo 50. libras dictæ monetæ.* Alibi: *Senescallus Vasconiæ principalis faciat, ordinet, et constituat per totum Ducatum Subsenescallos, Judices, Defensores, etc. et culibet eorum conferat Feoda et vadia in ista ordinatione superius adnotata.* Feudi *Dapiferariæ* meminit Freherus in Origin. Palatinis. Feudi *Cambellani* et *Majoris*, Charta Philippi Aug. ann. 1185. pro Ecclesia Ferreriarum apud Morinum in Hist. Vastinensi pag. 708. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 9. de Custode Vini: *Et inde habet in Feodum vinum, quod per totum annum de vasis vineariis stillat, etc.* Ubi supra scribitur, i. in beneficio. *L'ordonnance et*

*la maniere de créer les Chevaliers des bains*, apud Edw. Bissem: *Et le Barbier osterà le bain, et tout ce qu'il a entour, aussi-bien dedans comme en dehors, et le prendra pour son Fié. Et le chandelier prendra pour son Fié tous les garnemens avec tout l'arroy, etc.* Occurrit ibi pluries. *Pagar il Fio*, Danti est solvere stipendium: ubi *fio* idem valet ac *fevum*, feudum. Vide *Cujacium* ad lib. 3. de Feud. tit. 1. et *Skenæum* de Verbor. significat. verbo *Feudum*.

\* FEUDUM ANNUM MANUALE, Reditus annuus, qui ex officio concessio a datore percipitur. Charta Caroli IV. imper. ann. 1346. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 163. col. 1: *Volentes, si de bonis quibuscumque regni Romani vel imperii, tibi et ecclesiæ tuæ impignoratis vel obligatis, aliquibus personis Feuda Annua Manualia, videlicet in pondere, numero vel mensura existentia, porrigantur;... quod tu vel successores tui, stante dictorum honorum obligatione, Feuda Annua Manualia hujusmodi liberare et redimere valeatis, videlicet unam marcæ annuorum reddituum, pro decem marcis usualium in pecunia numerata.*

FEUDUM ANTIQUM, quod et *paternum*, quibusdam dicitur, illud est, quod ab antiquo cuidam familiæ ita concessum est, ut a masculis tantum possideatur; [Hæc fuit omnium feudorum ab origine conditio, quæ ad stirpem tertiam usque Regum nostrorum perseveravit.] nisi femina charta infeudationis illius capaces existant, [quod sub initia XII. seculi in usu esse cœpit, discere est ex Mathilde Henrici I. Angliæ Regis filia quæ in Ducatum Normanniæ successit, sicut Eleonora in Ducatum Aquitaniæ,] et ad agnatos deficiente linea primogenitorum transeat, alienatione interdicta: cujusmodi conditionis formula exstat in Chart. quam descripsit vir multæ eruditionis Dion. Salvagnius Boissius lib. de Usu feudor. cap. 2. pag. 15. *Feudum vero antiquum a paterno distinguit Zazius lib. de Feud. part. 2. § 7: Antiquum enim dici ait, quod ab aliquo ex antecessoribus acquisitum est, qui communis agnationis ultra quartum gradum origo fuit. Si vero a patre, vel ab aliquo usque ad quartum gradum, nempe avo, proavo, abavo, proveniat, tunc Paternum appellari.* Ita etiam Baldus in § Hoc quoque, de Success. feud. et Cowellus. Simile est tenementum, quod Angli, *Teneure par homage Ancestral* vocant, illud scilicet, quod quis a domino tenet, ab antecessoribus suis possessum, a tempore, cuius non exstat memoria. Ita Littleton sect. 143. Charta Alnardi de Rossillon ann. 1342. apud V. Cl. Dion. Salvagnium pag. 83: *Quod quidem, ut asseruit, habet et habere debet alias naturam Paterni Feudi, nobilis, et Antiqui, in quo per vitam testamenti possint et debeant succedere, quicumque liberi et heredes masculi et feminae, agnati, cognati, descendentes et ascendentes, habiles et inhabiles de personis, et ab intestato succedere possint et debeant in eodem omnes illi, qui de jure possunt et debent in hujusmodi Feudis successionem habere.* Arestum ann. 1383: *In feudum ligium nobile et Antiquum, et taliter conditionatum, quod transferri non possit in alias personas, nisi de cognitione dicti Guillelmi.* Charta Humberti Delphini Viennensis 14. Maii ann. 1349. in Statutis Delphinatus pag. 39: *Omnia et singula Feuda et retrofeuda Delphinatus præsumuntur et intelliguntur esse Antiqua, nisi ipse dominus Delphinus, vel successores sui, ipsa vel aliqua ex ipsis, clare ostenderent esse nova.* Charta Cremonensis ann. 1244: *Et hoc de suo recto et honorabili Feudo Antiquo et Antiquissimo.*

Licet vero feudum novum sit, et de novo concedatur, potest tamen concedi jure feudi antiqui: et tunc naturam sumit feudi antiqui, et illius jure regitur non tantum in persona primi vassalli, sed etiam omnium descendendum. Atque ejusmodi feudum doctores vulgo vocant, *Feudum ex pacto et providentia Antiquum*, ut est apud Thomam de Martinis Tract. de Generib. et qualitatib. feudor. Exstat in veteri Regesto Cameræ Comput. Paris. Charta Galeacii Comitis Virtutum ann. 1371. qua *Castrium Donati erigit in nobile, rectum, Antiquum, paternum et gentile Feudum.* In alia ann. 1377: *In Gentile, paternum, Antiquum, honorificum et perpetuum Feudum.* Vide Ughellum tom. 2. pag. 161. 162. tom. 4. pag. 874. et Probat. Hist. Ducum Burgund. pag. 92.

FEUDUM APERIBILE et LIGIUM. In Vita Balduini Lutsemb. Archiepiscopi Trevirensis lib. 3. 4. 5. 6. 7. Id est, quod, licet ad Ecclesiam spectet, post Episcopi mortem *aperitur*, id est, vacat, quomodo *aperti honores* dicuntur, et de quo postea electus hominum ligium præstat. Vide *Aperire*.

\* Alia est hujusce feudi notio: idem scilicet quod infra *Feudum Reddibile*, in Charta ann. 1329. tom. 2. Hist. Trevir. Joann. Nic. ab *Hontheim* pag. 113. col. 1: *Item domus et turris nostræ in Brucken apud Treverim, quæ sunt ligiæ et Aperibiles domino nostro Trevirensi contra omnem hominem et ad suam voluntatem.* Alia ibid.: *Recepti, a dom. Baldevino archiep. Trevir. castrum seu fortalicium meum Rapville in Feudum Ligium et Aperibile sibi, quandiu vixerit, et post eum suis successoribus et ecclesiæ Trevirensi, contra omnem hominem, ad omnem ipsorum voluntatem.* Occurrit rursum ibid. pag. 114. col. 1. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Aufgebüg Lehn*, col. 57. Castrum domino ad necessitates belli contra quosvis apertendum.]

\* FEUDUM ARCARAGII, Quod a vassallo possidetur ea conditione, ut in expeditionibus bellicis servitium arcarii seu sagittarii domino præstet. Charta Simon. Montisfort. ann. 1211. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 126: *Facies tu et tui michi et meis servitium tempore guerræ ad unum arcarium, cum a te fuerit petatum.* Alia ann. 1214. in Reg. 52. ch. 34: *Ea vero quæ... alii arquerii tenent in dicto loco, nomine arcaragii, pro quibus servitium arquerii domino regi facere tenentur, etc.* Charta Phil. V. ann. 1316. ex Reg. 59. ch. 79: *Ad supplicationem Aymerici de Podio domicelli condomini de Peyrenchis vobis (senescallo Tolos.) committimus et mandamus, quatenus quosdam redditus in dicta villa situatos, quos a quibusdam personis, quæ ipsos a nobis ad Feudum Arcaragii tenere dicebantur, asserit se emisse, ad feudum nobile, mediante competenti financia, nostro nomine reducalis. Feudum archaragii, ibidem non semel.*

† FEUDUM AD PLENA ARMA vel de *plenis armis*, cujus *Feudati* armis omnibus et equis instructi domino capitali servitium præstare per 40. dies tenebantur. Hist. Harcur. tom. 4. pag. 2172: *Matheus de Gamaches tenet Feudum de plenis ar-*

mis... *Alix de Bavent Feodum ad plena arma.* Quod ibidem sæpius recurrit.

\* FEUDUM BANDORUM, *Feudales* seu vassalli qui vexillum domini in bello comitantur. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1: *Ubi principalis exercitus extiterat, Feodo Bandorum sive vexillo, etc.*

FEUDUM BURGENSE, seu ignobile, Zazio parte 2. de Feudis, est, quod a minimis valvasoribus, vel etiam a plebe, paganis, id est, privatis in feudum conceditur. *Fief rural*, cui opponitur *Fief noble*, in Consuetud. Nivernensi tit. 4. art. 27. 28. et 29. Vide *Feudum Edificii*.

FEUDUM BURSÆ, Idem quod *Feudum de Camera*. Ut enim *Camera* dicitur Thesaurus Regius, ita *bursa* pro fisco usurpatur: atque ita Petrus de Fontanis in Consilio a nobis edito cap. 14. § 23. fiscum, *Bourse* reddit, in Lege 1. Cod. Si adversus fiscum. (2, 36.) Regest. feod. Campan. fol. 61. v.: *Guillelmus de Gornay homo de 10. libris in Bursa. Philippus de Crespeto ligius de 30. libr. Bursæ, salva fidelitate Regis et Comitissæ de Vermendesio.* Fol. 64.: *Dominus Bartholomæus de Roya homo de 40. libr. Bursæ.* Fol. 110.: *Adam de Bellomonte fecit homagium ligium, post dominos suos, quos primitus habebat, de 30. lib. quas habet singulis annis in nundinis S. Agulfi in Bursa.* In Regesto Feodor. et Servitior. Campaniæ fol. 146: *Lige de 50. livres à vie en Bourse.* Passim ibi. Regestum Parlamenti Paris. sign. B. fol. 41. inter Aresta ann. 1277: *Ordinatum fuit, quod injungeretur Marescallo Campaniæ, ut solvi faciat Feoda, quæ Milites habent in Bursa Comitatus Campaniæ.* Juxta regulas Feodorum, annui redditus quivis in feudum dari possunt: quia annui redditus computantur inter immobilia. Ita Zazius parte 2. de Feud.

FEUDUM BURSÆ, seu *Bursale* appellat præterea Consuetudines nostræ municipales aliquot, feudorum redditus partem aliquam, quæ a primogenito secundogenitis pro eo, quod in iis habent, jure, ex successione paterna datur; *Fief boursal*, Consuetudo Cenomanensis art. 232. *Fief boursier*, Carnotensis art. 17. ut qui ejusmodi feuda possident, *Boursaux*, Perticensis art. 77. 78. Vetus Consuetudo Andegavensis et Cenomanensis parte 7. tit. des Successions: *Aucuns usages locaux sont en aucunes Chastellenies, et fiefs desdits pays, que tels gens coutumiers départiront bien tels aquests entre eux comme le domaine, Fié, ou heritage tenu à foi et homage exactement, et à l'un pourroit demeurer si hebergement i avoit en sa portion de terre ou autre chose, et porteroit la fois pour tous les autres, supposé, qu'il ne tenist le quart, ni le quint. Mais quant la terre cherroit en rachat par la mort de l'homme ou de la foi, les autres fereschans rendroient à la bourse, et feroient leur part du rachat, et chiet tout le domaine en rachat, et appelle on le Fié boursal, c'est à savoir terre aqoise de bourse coutumiere, lequel usage local est acondamnez selon l'opinion des assistans, et à ramener à la coutume general.* Ejusmodi etiam videtur istud genus feudi, de quo Bracton. lib. 4. Tract. 3. cap. 9. § 6: *Feodum est id, quod quis tenet ex quacumque causa sibi et hæredibus suis, sive sit tenementum sive sit redditus, ita quod redditus non accipiatur sub nomine ejus, qui provenit ex camera alicujus.*

FEUDUM BURSÆ rectius definire videtur D. de Lauriere tom. 1. Gloss. pag. 462. illud quod inter plebeios divi-

sum ab iis ex pecunia virtilim data a Domino capitali redimitur. Nec aliud profecto indicare arbitror verba ex Consuetud. Andegav. et Cenoman. citata.

\* FEUDUM BURSÆ, Diversa prorsus notione ab iis, quæ supra explicantur; sed a definitione quam *De Lauriere* proponit tom. 1. Glossar. jur. Gall. pag. 462. non longe aberrans; in quo autem ab eo differat facile addisci potest ex Chartul. feud. eccl. Carnot. fol. 155. rº: *C'est ascavoir que la coutume et condition du Fié Boursier est telle, que toutes fois que vasseur mué, est deu pour chacune foy cinq sols et quint denier, quant le cas y échet, et par chacun an à la S. Remi tel cens que l'héritage de ung chacun doit, dont les aucuns tiennent à deux et trois et quatre ou à plusieurs foy, et pour chacune foy donnent cinq sols et quint denier, toutes les fois que vasseur mué, en quelque manière que ce soit, comme dit est.* Recog. feud. 19. Jul. ann. 1695. ex eod. Tabul.: *Les terres énoncées audit acte relevant du Chapitre en Fief boursier, à foy et hommage et cinq sols de rachat pour chacune piece de terre à chaque mutation de vassal et à toutes morts et mutations, quant le cas y échet, selon la coutume de nos Fiefs boursiers, et oultre à titre de cens annuel et perpétuel, portant lods, gands, ventes, défauts, saisines et amandes, quand le cas y échet... Ledit cens à raison de deux deniers Tour. pour chacun septier, payable par chacun an le jour de S. Remi.* Feudum vero *bursæ* appellatur, non quod ex fisco dominico, sed quod ex *bursa* vassalli redditus solvendus expromatur.

FEUDUM CAMERÆ, vel *Canevæ*, aut *Cavenæ*, dicitur, cum aliquid annuum ex *Camera*, i. fisco Regio, vel ex aliquo loco thesaurario, vel ex vectigalibus, vel ex mensa argentaria solvitur. [Feud. lib. 2. tit. 1. § 1. et tit. 58. princ.] Leges Alfonsinæ parte 4. tit. 26. Lege 1: *La otra manera es à que dicen Feudo de Camara. Et este se face quando el Rey pone Maravedis à algunt su vassallo cada ano de su Camara et este feudo atal puede el Rey toller cada que quisiere.* Ejusmodi feuda in rectis feudis non computantur, licet recti feudi servant naturam præterquam in successione, scilicet in servitiis præstandis, in danda et præstanda investitura in sacramento fidelitatis, etc. Vide Zazium part. 12. de Feud. § 31. et Rosentalium de Feud. cap. 2. § 30. 31. Bracton. lib. 2. cap. 35. § 6. ait, de feodo vel redditu, qui datur ex *Camera*, sine tenemento, de quo possit redditus provenire, non fieri homagium, præterquam Regi. Mox addit, non valere homagium, si redditus sit annuus, et de *Camera*, nisi constitutur et proveniat ex certo tenemento. Formula porro ejusmodi feudorum de *Camera* concessionis sic concipitur in Chartis Friderici II. Imperat. ann. 1250. pro Guigone Delphinu Viennensi, in veteri Regesto Delphinatus Herouvalliano: *Attendentes devotionis et fidei puræ zelum, quem Wigo Dalphinus Viennensis dilectus consanguineus et fidelis noster habet erga Majestatis nostræ personam: considerantes quoque grata servitia, quæ idem culmini nostro fideliter exhibuit hactenus, exhibet in præsentii, et exhibere poterit in antea majora, de annuo Feudo trecentarum unciarum auri percipiendarum de Camera nostra singulis annis in festo Resurrectionis Dominicæ, sibi in fide et devotione nostra persistenti de gratia nostra ducimus providendum, etc.* [Charta Conventionis inter Henricum II. Regem

Angliæ et Robertum Comitem Flandriæ in Lib. nig. Scacarii pag. 15: *Et propter prædictas conventiones et prædictum servitium, dabit Rex Henricus Comiti Roberto unquoque anno quingentas libras Anglorum denariorum in Feodo.]* Exstat in 4. Regesto Memorialium Camerae Computor. Parisiensis fol. 47. hominum Regi Johanni præstitum pro simili feudo Camerae, quod vice formulæ hic describendum duximus: *A tous ceux qui ces presentes lettres verront et oirront Rogier de Beauchamp Chevalier au Roy d'Angleterre, Salut. Je fais à savoir à tous, que le Roy de France Monseigneur m'a donné de sa grace deux mil florins à l'escu de rente annuelle, à prendre, percevoir et avoir chacun an, tant comme je vivrai, sur son Tresor à Paris, si comme il appert par ses Lettres à moi données sur ce l'an de grace 1360. le 6. jour de Janvier, ainsi signées, Per Regem vobis présente Tolosæ, pour laquelle rente je suis entrez en la foy et en l'hommage de mondit Seigneur le Roy de France, et lui ay promis et promet foy et loyauté, et le servir loyalement à mon pouvoir de ce qu'il aura à faire de moy, toutes fois que de par luy en seray requis, contre toutes personnes quelconques, excepté tant seulement mondit Seigneur le Roy d'Angleterre et ses enfans. En tesmoin de laquelle chose j'ay seellées ces Lettres de mon seel, dont je use communément. Donné à Londres le 26. jour de Juillet 1362.* Complurium ejusmodi Regibus nostris præstitorum ab exteris hominiorum meminit Thillius, ubi de bellis inter Reges Francicos et Anglicos. Nonnulla etiam alia descripsit Fredericus Sandius in Commentar. ad Consuetudines feudales Gelriæ tit. 1. cap. 1. n. 7. 8. 9. 10. etc. Vide, quæ de iis annotavimus in 13. Dissertatione ad Joinvillam.

FEUDUM autem *Canevæ* seu *Cavenæ* dicitur, cum vassallo ex cellario Domini, feudi nomine, præbatur annona. Sic Galbertus duas quadrigatas vini annuas a Duce Normanniæ percipiebat. Ordericus Vital. lib. 6: *Duas quadrigatas vini de Principe Normannorum in Feudo tenebat singulis annis, ex quibus unum modium ad celebrandas Missas perenniter concessit Monachis.*

\* Duo sunt diversi generis feuda. Primum scilicet, cum aliquid annuum ex *Camera*, id est fisco regio, alicui solvitur: alterum vero, cum vassallo ex cellario domini, feudi nomine, præbatur annona. *Caneva* enim est Cella penaria seu vinaria. Vide *Canava* 1. et *Canepa* 1.

FEUDUM CAPITALE, [Gall. *Fief en chef* vel *chevel*,] dicitur illud, quod nullo medio a Rege, aut eo, qui supremo jure gaudet, dependet, ut sunt Ducatus, Comitatus, Baronie. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. part. sect. 3. cap. 23: *Les Fiemens chevels, sont icels, lesquels sont tenus en chef, si comme Comté, Baronnies, et Fiefs de hauberc, Sergenteries franches, et tous autres Fiemens, qui sont tenus en chief, qui ne sont pas soumis au Fiefs de hauberc: et as Seigneurs de tels Fiemens doivent paier leurs hommes trois aides chevels selon la Coustume de Normandie. Les Fiemens par dessous de appelez tous iceux Fiemens, qui descendent des chevels fimens, et sont soumis à iceux Seigneurs, si comme sont Vavasouries, qui sont tenues par hommages et par services, si comme ou par service de chevel masle et autres Fiemens, qui sont tenus par les acres de terre de leurs chiefs Seignors.* Vide novam Consuetudin. Normann. cap. 34. 35.

☞ Nihil certe ad mentem suam aptius proferre poterat Doctissimus Canguis; attamen si consulari vetus Commentarium in eandem Consuetudinem, statim intelligi datur *Feudum Capitale*, ab alio quam a Rege, aut eo, qui supremo jure gaudet, posse dependere. Hæc sunt autem verba Consuetudinis quæ explicantur: *Les autres Fiefs qui sont tenus en chief ne sont pas soumis à nul fief de Haubert. Ce texte, verba sunt Commentarii, entend de soumission de vilain Fief, et non pas de soumission de noble Fief. Et ne veut pas dire que se ung noble Fief étoit tenu d'un Fief de Haubert, qu'il ne fust pour ce Fief en chief: car les Fiefs de Haubert memement sont soumis aux autres, et les Baronies et les Comtez, mais veut le texte dire qu'ils ne sont pas tenus à aucun Fief de Haubert comme vilain Fief. Et est l'entente de ce texte, comme il peut apparoir par ce qu'il met après: les Fiefs par dessous sont qui descendent de Fiefs Chevels et sont soumis à eux, si comme Vavassouries, qui sont tenuës par sommage et par service de cheval, et les autres Fiefs qui sont tenus par autres services.*

\* FEUDUM CARPENTARIORUM, Quo sarta tenerentur diligenter tecta, ut legitur in Tract. de Feudis eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 651.

† FEUDUM CASAMENTI, Quod a casa Dominica dependet; proprie prædia Ecclesiarum et Monasteriorum titulo Advocatiæ et Defensionis subinfeodata. Ivo Carnot. Epistol. 284: *Adjecimus etiam, ut quicquid hætenus de Casamento Carnotensis Ecclesiæ, concessione possidentium, et presidentium per annum et diem quiete possederint, de cetero nostra concessione quiete possideant.* Quæ consuetudo ab Ecclesiasticis ad Laicos subinde transiit. Hæc tamen feudi species non ubique statim recepta fuit; at labente seculo XII. passim *Casamentum* pro feudo usurpari reperitur. Charta Theobaldi ann. 1198: *Ego Theobaldus Trecensis Comes Palatinus; notum facio tam præsentibus quam futuris: Quod ego dedi D. Radulpho cognomine Plunquet, villam quæ dicitur Feuderis quæ est prope Castellionem, in Feodo et Casamento sibi et hæredibus suis.* Vide *Casamentum* 1.

FEUDUM CASTRENSE, feudi species, qua quis certa pecunie quantitate, vel tenemento aliquo donatur, ut castrum sibi a domino collatum custodiat ac tueatur: *Burglehen* Germanis appellatur, [\* *Burgtlehen*. Vide Eichhorn. Introduct. in Jus German. § 195. *Feudum Castellatum*, in chart. ann. 1269. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 460. num. 649.] ut auctor est Freherus in Origin. Palatinis. Wichbild Magdeburgense art. 7. § 4. de Romanis: *Consultabant præterea ut arces illas pro commodo inhabitantium jure aliquo communirent ac locarent: acceptisq; nonnullis Militaris ordinis viris, illas fortalicis et munitionibus præfecerunt, ac sub eo jure, quod Castrense seu Emphyteuticum jus dicitur, sub Feodo Castrensi collocarunt.* Jus Feudale Saxon. cap. 37. § 5: *Feudum castri non potest Castrensis alteri conferre, etc.* Chronicon Laurishamense pag. 89: *Et partem agri dominicalis in Castrense beneficium... distribuit.* [Charta ann. 1300. apud Ludewig. tom. 2. pag. 246: *Henricus D. G. Fuldensis Ecclesiæ Abbas, etc. nobili viro Philippo Domino de Minzenberg consanguineo nostro centum marcas denariorum Coloniensium, tribus falentibus pro denario computatis, Cas-*

*trense Feudum castri Bingenheim deputavimus in hunc modum, ut ipse Castrensem idoneum sibi in dicto castro substituat, qui custodiam faciat castralem et residentiam.] Exemplum investituræ Castralis beneficii, uti appellatur, profert Freherus in Originibus Palatinis, lib. 1. pag. 82. quo quidam Popo de Durn a Ludovico Comite Palatino Rheni investitus, proficitur tam pro se quam pro hæredibus suis, in Castro Heidelbergeni Castrale beneficium perpetuo se deserviturum, habiturumque in eodem castro, loco sui unum Militem continue residentem, etc. Quod quidem feudum Popo recepit, acceptis a Comite centum marcis argenti Coloniensis ponderis. Vide Jus feudale Saxon. cap. 9. § 4. cap. 29. § 12. cap. 37. § 4.*

\* FEUDUM CHAUDERARIARUM quid sit, explicat Charta Radulphi vicecomit. Bellim. ann. 1205. ex Tabul. Major. monast.: *Cum domus monachorum de Vivonio quoddam servitium mihi deberet per manum Bartholomei Baril, videlicet quod equum querebat mihi ad cacabum meum deferendum, quando ego ibam in exercitum, etc.* Cujus Chartæ inscriptio talis est: *De Feodo Chauderiarum, quod solebat habere vicecomes Bellimontis.* Vide supra *Chauderea*.

† FEUDUM CENSUALE, Tenura terrarum sub annuo censu infeodata. Liber niger Scaccarii pag. 75: *Tunc prædictus Episcopus de quodam tenemento, quod tenuit R. de Monasteriis Feodo Censuali, scilicet de duobus hidia, unum feavit militem.* Vide infra *Feudofirma*.

† FEUDUM CENSUATUM, de quo infra in *Feudum Honoratum*, quod itidem sub annuo censu datur; a *Censuali* tamen videtur differre, quod honoratum simul nominatur.

† FEUDA CHORALIA, Feuda Communia, jura scilicet, tenementa et alia quæ ad Choram seu Communiam alicujus urbis vel societatis spectant. Statuta Collegii Ardacensis art. 27. apud Raimund. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 122: *Verum coloni ad oblagiam, et ad Feuda Choralia spectantes, ad nullam prædictarum exactionum vel contributionum sint astricti.*

\* FEUDUM CLAUSTRALE, Reditus, commoda ac proventus canonicorum alicujus ecclesiæ, idem quod *Præbenda*. Lib. sal. S. Thomæ Argent. fol. 19. ad ann. 1384: *Idem quoque circa adaptationem curiarum et Feudorum Claustralium, ne talibus non præbendatis in posterum adaptari valeant, ducimus statuendum.* Ibid. fol. 27: *Specificatio reddituum pertinentium ad Feudum Claustrale, quam habet Johannes Wezelonis cantor et Petrus Volsche canonici... Primo redditus xxv. solidorum super duobus et uno vierdige... Item duo quartalia, unum tritici, aliud siliginis annuatim infra festa B. M. Virginis de granario ecclesiæ S. Thomæ.*

\* FEUDUM COLUS, Gall. *Fief de quenouille*, Quod inter feminas partitur. Lit. remiss. ann. 1366. in Reg. 97. Chartoph. reg. ch. 644: *Iceilli Michiel advocat en la ville de Rouen avoit dit à la dame de Gargoulay que elle avoit droit, et que c'estoit Fief de Quenouilles qui se devoit partir.*

† FEUDUM COMITALE, Idem videtur quod *Nobile* infra. Charta ann. 972. in Append. ad Marcam Hispan. col. 900: *Ego Borellus G. D. Comes et Marchio et conjux nostra Ledgardis Comitissa... vindimus tibi alodem nostrum proprium, qui mihi advenit ad me Borrel per genitorum meorum, et ad me Ledgardis per meum*

*decimum, id est, Ecclesia de S. Stephani qui est in Puig de Granolers, quod tu tenes per Feudum Comitale et per feudum de castrum Gurbo.* Epistola Silvestri II. PP. ad Sallam Episc. Urgell. ann. 1001. ibid. col. 958: *Cum Fevo et alode Comitale. In valle Andorra omnes alodes Comitales, etc.*

\* FEUDUM COMMUNALE, Prædium quod ad *Communiam* seu universitatem urbis vel oppidi pertinet. Charta ann. 1055. in magno Chartul. S. Vict. Massil. fol. 41: *Pettam minorem in medio habet unum vasum et a parte aquilonis vineas de Fevo communale, a meridie terram archiepiscopalem.*

\* FEUDUM CONDITIONABILE, vel CONDITIONATUM, Certis conditionibus concessum. Charta ann. 1334. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1358: *Homagialia vel Conditionabilia Feuda, retrofeuda, nobilia et innobilia, etc.* Alia ann. 1337. in Reg. 101. ch. 103: *In Feudum francum et nobile, Conditionatum tamen pactis, conditionibus et conventionibus superscriptis.* Charta ann. 1341. in Reg. 4. Armorial. gener. pag. 12: *Sub ejus immediato dominio et seignhoria in Feudum francum, nobile et anticum, bonis conditionibus Conditionatum.* Alia Humb. dalph. ann. 1349. in Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 38: *Concedimus... in Feudum redibile, Conditionatum modis et conditionibus infrascriptis, etc.* Homag. ann. 1413. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. 13: *Confessus fuit... se tenere... in Feudum francum, nobile et antiquum ac bene Conditionatum, etc.* Adde *Ordnat. reg. Franc. tom. 9. pag. 40. art. 13.*

\* FEUDUM COQUINÆ, vel COQUOI, Quidquid nomine feudi ex coquina percipiendum annuatim assignabatur. Charta ann. 1230. in Chartul. S. Dion. pag. 226. col. 1: *Petrus de Maloleone... obtuli monasterio beati Dionysii quintam partem hereditatis meæ,.... quam quintam partem assignavi in hiis, quæ percipiuntur in coquina abbatibus S. Dionysii, ratione Feodi Coquinæ, quod feudum tenebam ab eo.* Alia ann. 1231. ibid.: *Dom. Emelina relicta Philippi de Gargeis militis recognovit coram nobis, quod cum perciperet in Coquina abbatibus B. Dionysii quædam jura, tam in piscibus quam in cornibus, quam in quibusdam aliis, ratione Feudi, quod tenebat ab eodem abbate.* *Feudum Quoqui*, in Ch. ann. 1224. ex Chartul. Maurigniac. ch. 95.

† FEUDUM CORPORALE, Gallice *Fief de corps*, Quo vassallus debita servitia per seipsum Domino capitali prestare tenetur. Vide *Assisias Hierosol.* pag. 156. *Feudum Corporale* præterea dicitur illud quod in terris aliisque domaniis positum est, ad discrimen eorum quæ *Incorporalia* vocant, quod sine tenemento sint.

FEUDUM IN CURIA, seu *in Curte* dicitur, cum dominus castri, vel villæ, certam partem vel ex Camera territorii sui, aut ex teloneis, vel ex villa aliquid infeudat, quod minus sit parte alia, quæ remansit. Vide *Rosentalium* cap. 2. § 40.

FEUDUM EXTRA CURIAM est, quando dominus castri, vel villæ, jurisdictionem quidem et districtum in villa vel castro cum modica aliqua possessione habet, quam alteri infeudat, cum cæteræ possessiones aliorum sint propriae. Ita Zazius part. 11. de Feud. § 1. ubi fusius rem explanat.

† FEUDUM EXTRA CURTEM, dicitur illud quod pendet ab aliquo Domino extra metas justitiæ domini sui. Baro de Beneficiis lib. 1. cap. 9. [\* Vide *Pætzii*



librum de Jur. feod. § 3. not. d. Dicitur etiam non landsassiacum.]

FEUDUM DANGERII, Nostris *fief de danger*, in Consuetud. Trecensi art. 37. Calvimontensi art. 56. Barrensi art. 1. etc. sic appellatum, quod ejus amittendi periculum imminet, nisi mature hominum et fidelitatem exhibuerit vassallus, vel si is, inconsulto domino, seu nondum præstito hominio, feudi sui possessionem adeat. Constitutio Friderici I. Imp. apud Radevicum lib. 4. cap. 47: *Si quis infeudatus major 14. annis sua incuria vel negligentia per annum et diem steterit, quod feudi investituram a primo domino non petierit, transacto hoc spatio Feudum amittat. Vide Dangerium.*

\* FEUDUM DECIMALE, Emolumentum, quod ex fructuum decima percipitur, jus decimæ. Charta ann. 1417. ex Chartul. eccl. Glasg. Cod. reg. 5540. fol. 92. vº: *Vicarius pensionarius curam ibidem gerens animarum, pensionem recipiens perpetuam annuatim xij. marcarum usualis monetæ regni Scottiæ, cum Fevo Decimali locorum infrascriptorum, vide licet de Murays, de Torres, etc.*

† FEUDUM DOMINICUM, Idem forte quod *Capitale*, vel quod Gall. dicitur *Chef lieu d'une Seigneurie*, a quo alia feuda etiam nobilia dependent. Litteræ Johannis de Britannia ann. 1281. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 1696: *Insuper nos et hæredes nostri non poterimus aliquo modo accrescere nos in aliquo Feodo dicti Vicecomitis (de Roban) vel hæredum suorum Dominico, vel gentili, vel in retrofeodo.*

FEUDUM ECCLESIASTICUM, inquit Zazius part. 2. de Feud. dicitur triplici respectu, 1. quod ab Ecclesia datur, 2. quod ab ea recipitur, 3. quod datur et recipitur a Clerico, licet non tanquam ab Ecclesia. Feudo istiusmodi opponitur *Feudum sæculare*. Brevius, feudum Ecclesiasticum est, quod ab Ecclesiasticis et Ecclesiis possidetur. Ita accipitur in Regiam Majest. lib. 3. cap. 25. § 2. 3. cap. 34. [\* Adde Glanvillam lib. 13. cap. 23. sqq.] Tabul. Conchensis Abbatissæ in Ruthenis Ch. 489: *Et accipiet Sacerdos Feudum de Ecclesia de manu Abbatis, etc.* In Concilio Claromontano ann. 1095. vetatur Presbyter effici homo Laici: *Sed si Feudum a Laico Sacerdos tenuerit, quod ad Ecclesiam non pertineat, talem faciat ei fidelitatem, quod securus sit. Homagium vero pro dignitatibus Ecclesiasticis, v. g. Decani, Episcopo factum legitimus apud Louvetum in Hist. Bellovac. lib. 1. pag. 338. Tabular. S. Cyrici Nivern. : Feoda Dom. Episcopi Nivernensis, pertinentia ad Dominum Nivernensem. Et primo Feoda Ecclesiæ Nivern. Decanus Nivern. Archidiaconus Nivern. Thesaurarius, Cantor, etc. Regestum Feodorum et servitorum fol. 141. in Camera Computor. Parisiens. : Henri de Culant Celerier de S. Estienne de Troies, Lige de la Celererie de l'Eglise de S. Estienne. Fol. 167 : Le tresorier de S. Kyriace de Proviens maistre Guillaume Vasco Lige de la Tresorerie à lui donnée l'an 1258.*

☞ Porro e feudis Ecclesiasticis, ut observat Alteserra cap. 4. alia sunt libera quæ nec censum nec servitium militare debent, sed tantum obsequium precum pro salute Principis. Horum meminit Helgaldus in Vita Roberti: *Præterea Patri Benedicto et suis piscatoriam Ligeritti fluminis benignissimus adhibuit, scripto firmavit, et ex his nihil aliud quam intercessionis illius quæsiuit*

*suffragia*. Ingulphus in Chron. Croylandiensi ubi de Bertulpho Rege Merciorum: *Emancipio ab omni debito Regis, et omnis alterius Domini, et hominis, cujuscumque fuerit dignitatis, excellentiæ vel honoris, ut nihil a modo de sacri vestri Monasterii Croyland Monachis litteratis et Laicis, servis aut tenentibus vestris exgere poterunt, præter orationes vestras aut beneficia spiritualia. Alia vero non libera, quæ præstant militiam et census. Quæ quidem notiora sunt quam ut probatione indigeant. Nemo quippe horum temporum historiam vel leviter attingit qui Episcopos et Abbates galeatos citius obviam non habuerit quam infulatos. Sed abs re non fuerit observare hanc Ecclesiasticorum feudorum servitutem in Angliam a Guillelmo Conquestore invectam fuisse, ut testis est Matthæus Paris sub ann. 1070: *Rex Willemus... Episcopatus quoque et Abbatias omnes quæ Baronias tenebant, et eatenus ab omni servitute sæculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inrotulans singulos Episcopatus et Abbatias pro voluntate sua, quot milites sibi et successoribus suis hostilitatis tempore voluit a singulis exhiberi.**

\* FEUDUM ELEEMOSYNARE, Idem quod *Ecclesiasticum*, scilicet quod ab Ecclesia tenetur. Vide *Eleemosyna Libera et Eleemosyna pura in Eleemosyna* 2.

† FEUDUM EPISCOPALE, Prædium quod ab Episcopo jure beneficii possidendum Laico conceditur. Charta ann. 1122. inter Probat. Hist. Monmorenc. pag. 37: *Ego Girbertus Dei gratia Parisiensis Episcopus... Ecclesiam et altare B. Mariæ de Moncellis, Monasterio B. Martini de Pontisara concessi, annuente Burcardo de Montemorenciaco, qui eum de Episcopali Feodo possidebat.*

\* FEUDUM EQUORUM A SARCINIS, Cujus possessor tenetur equum commo-dare sarcinis ferendis aptum patriarchæ Aquilejensi, quoties proficisceretur ad imperatoris curiam, in Tract. de Feud. ejusd. eccl. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. eccl. sæv. col. 651.

FEUDOFIRMA, vel FEUDI FIRMA, est tenura terrarum, vel tenementorum alicui et hæredibus concessa pro annuo redditu, qui tertiam vel ad minus quartam veræ æstimationis æquat, absque aliis servitiis, quam quæ in Charta concessionis, seu feoffamento exprimuntur. [Et quidem interdum ea lege concedebatur ut servitia militaria præstaret. Charta Henrici Regis Angliæ ann. 1155: *Si aliquis teneat de nobis per Feodifirmam vel soccagium, vel burgagium, et de aliquo teneat per servitium militare, nos non habebimus custodiam hæredis, nec terræ suæ quæ est de Feodo alterius, occasione illius Feodifirmæ, vel soccagii, vel burgagii, nisi ipsa Feodifirma debeat servitium militare.*] Hujus autem tenuræ conditio talis est, ut si tenens per biennium redditum suum detineat, tum dominus, seu feoffator, actionem ad terras sibi et hæredibus suis recuperandas habeat. Ita Britton. pag. 164. Cowellus lib. 2. Instit. tit. 2. § 16. tit. 4. § 1. lib. 3. tit. 25. § 2. et Rastallus verbo *Fefferme*. Idque *Firmam in feudo tenere* appellabant. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 56: *Si quis vero Firmam in Feudo teneat, et homagium inde fecerit, sive in eo manens sit, vel non sit, et eum diligit, satisfaciat domino suo in curia sua, vel in curia domini, de quo ipsum Feodum est.* Charta alia Henrici Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. pag. 106:

*Et quoddam pratum... in Feodofirma perpetuo habendum pro 20. solidis reddendis unoquoque anno, etc.* Et pag. 112: *Concessit... dimidium gurgitis de Duny ad Feodam Firmam in escambium, etc.* Matth. Paris ann. 1250: *Partem suam in silvis... pro magna summa pecuniæ ut sibi in viaticis provideret, ad Feodofirmam dimisit.* Charta Philippi Pulcri ann. 1314. in Reg. Chartophylacii Regii 49. Ch. 190: *Nous faisons à savoir, etc. que comme Pierres Sires de Chambly tenist à Fieferme de nous nos moulins de Monfort sur Rille... lesquels moulins feu Pierre de Chambly nostre Chambellan, tenoit à ferme de nous pour ladite somme, etc. luy quittons pour toujours ladite pension, qu'il nous payoit pour lesdits moulins, etc.* Habetur formula dationis ad manufirmam in libro Anglico *Justice of peace* pag. 147. et apud Willelmum Thorn. sub ann. 1206. Vide eundem ann. 1283. pag. 1985.

☞ Feodofirma alio sensu accipienda videtur, cum in Chartis donationum quæ Ecclesiis Monasteriisve fiunt, occurrit; neque enim iis conditionibus mox a D. Cangio recensitis Viris Ecclesiasticis tribui potuisse arbitror. Itaque tunc *Feodofirma* idem fortassis quod *Feudum perpetuum*, vel potius quod tunc dicebatur *Manu-firma, Main-ferme*. Charta Episcopi Wigornensis ann. 1177. apud Madox Formul. Anglic. pag. 2: *Walterus filius Willelmi de Stanei, concessit donationem quam pater ejus Willelmus dedit Monasterio S. Mariæ de Bordesleia, scilicet totam terram de Osmerelega cum omnibus quæ ad eam pertinent, cum omni libertate hære ejusdem terræ, in Feodofirma.*

FEUDIFIRMARIUS. Leges Burgorum Scoticorum cap. 138: *Feudifirmarius non potest firmarium facere de aliqua terra, nisi reddatur domino capitali, et ipse faciet illum firmarium, etc.*

\* FEUDUM FIRMUM, Prædium, aliudve in perpetuum, si ad Ecclesiam, vel ad multos annos, si laicis, concessum sub annua præstatione vel servitio. Charta pro capit. Carnot. ann. 1375. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 299: *Item supra nemoribus desuper dictum pontem sancti Petri, que tenuit in feodali firma seu Feodo Firmo Johannes de saint Lienart, viginti libræ Turon. ad duos terminos escacarii.* Arest. ann. 1384. ex Cod. reg. 9322. 2. fol. 148. vº: *Fuit allegata consuetudo in Normannia, quod quocumque aliquis ab alio recipit aliquid ad Feudum firmum, et est modus loquendi à Fié Ferme in Gallico, et pro illo facit et solvit aliquam redevanciam, etc.* Vide *Feodofirma*.

\* FEUDALIS FIRMA, Eadem notione. Charta Caroli VII. ann. 1423. in Reg. Cam. Comput. Paris. alias Bitur. fol. 69. rº: *Ad nostri notitiam devenit inclitæ memoriæ Ludovicum regem prædecessorem nostrum, sub anno Domini 1264. religiosus abbas et conventus (S. Mich. in periculo maris) ad Feodalem Firmam tradidisse terram S. Johannis de Thoma, etc. Fieufferme, in Lit. Phil. VI. ann. 1331. ex Bibl. reg. Firmariæ Feodales, in Consuet. Norm. part. 1. cap. 27. ex Cod. reg. 4651.*

\* FEUDATA FERMA dicitur etiam, cum de concessionem ad vitam agitur. Inventar. Chart. reg. ann. 1483. fol. 66. vº: *Tractatus inter regem et Blancham ducissam Aurelianensem, per quem rex concessit ei tenere, vita comite, Fermas Feudatas ballivatus Cadomi, vicecomitatus Algæ, castrorum de Braya comitis*

Roberti et de Gornayo, quæ quidem post decessum dictæ ducissæ reverterentur ad coronam. De anno 1376.

\* FEUDUM FLAMIGERORUM. Memor. E. Cam. Comput. Paris. fol. 31. rº. : Die 15. Nov. 1382. expeditum fuit pro religiosis des Billetes Paris. quod terminum duorum annorum sibi per regem concessum, incepit 15. Sept. 1382. super sufferencia tenendi quoddam feudum, nuncupatum Feodum Flamigerorum in villa Paris. situatum. Feudum ad Flamingos, in Lit. admort. ann. 1381. vulgo Fief aux Flamans, a religiosis, qui Billetes nuncupantur, eodem anno, permutatione inter ipsos et Guill. de Hangest facta, acquisitum.

FEUDUM FORINSECUM, in Fleta lib. 2. cap. 14. § 1. videtur appellari stipendium quod a Thesaurario Garderobæ Regiæ aliis, quam ex domo et hospitio Regis præstatum et exsolvitur ex fisco Regio : cui opponitur Feudum in curte domini, de quo Obertus lib. 1. tit. 2.

FEUDUM FRANCIUM illud dicitur, in quo vassallus ad servitia non tenetur, fidem tamen domino servare debet, eoque nomine hominio obnoxius est. [\* Feud. lib. 2. tit. 104.] Hæc Zazius lib. de Feudis part. 8. § 44. et Rosentallus lib. de Feud. cap. 2. § 33. Ita in libello de Recuperatione Terræ sanctæ, circa finem, Franca Feuda dicuntur, quæ speciali servitio non sunt onerata. Vetus Consuetudo Normanniæ MS. 1. parte sect. 3. cap. 9: Nous apelon Franc Fieu, quant aucun tient franchement son feu, et tous ses sousmis l'en font le service, qui apartient à icelle franchise. Tabularium Tutelense ann. 1265: Ut omnia teneant ab Abbate et successoribus in Francum Feodum sive allodium, ut pro his homagium francum nobis Abbati et successoribus nostris, amplius facere teneantur. Charta Raymundi des Baux, cogn. Junioris ann. 1274. mens. Febr. qua proficitur, tenere se a Bertrando de Clahensais Episcopo S. Pauli Tricastin. Castella Suzæ et Buxodonæ in Feudum Francum et gentile. Mox additur: Item fuit concessum, quod ipse Raimundus de Baucio et ejus hæredes semper in mutatione domini vel vassalli teneantur facere homagium ligum flexis genibus, et jurare fidelitatem cum illis articulis qui in dicto juramento continentur, videlicet dictus Episcopus et successores possint suum vexillum seu baneriam mittere, in signum domini et recognitionis dicti Castri, seu in fortalio, etc. Charta ann. 1306. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1295. Tabularii Regii num. 165: Prædicta vero omnia idem D. Bertrandus et ejus successores tenebunt a D. Rege et ejus successoribus Regibus Franciæ in Feodum Francum et honoratum sub homagio ligio et fidelitatis juramento.

Videntur tamen exemta fuisse ejusmodi Feuda Franca et honorata a redditione castrorum; quod potissimum colligitur ex hominio Guillelmi filii Ducissæ Mathildis Dom. Montispezzulani mens. Martii ann. 1189. Raimundo Comiti Tolosano et Mergoriensi facto: Quæ omnia habeo et teneo de te ad Feodum Francum et honoratum, ita quod nullum supradictorum castrorum vel villarum tibi vel tuis, nec alicui Comiti Melgorii reddere teneor. Vide Feudum Honoratum.

\* FEUDUM FRANCIUM, dictum etiam illud, quod censui erat obnoxium; francum, ut opinor, nuncupatum, quod ab homine franco seu libera conditionis, licet non nobili, possideretur. Charta ann. 1300. ex Tabul. Flamar.: Ego Ge-

raldus la Folhosa confiteor me tenere et habere in Feodum Francum a Bernardo Bermundi domicello quoddam nemus... situm in parrochia de Conaco (Petragor)... sub censu unius cartonis frumenti ad mensuram Monthiniaci, et sub acptamento pertinente ejusdem unius (cartonis) frumenti censualis seu rendualis. Ego dictus Geraldus promitto... eidem domicello... soluturum me... annis singulis in festo beati Michaelis perpetuo annuatim, et acptamentum, ut est moris, in domino- rum mutationibus et hæredum. Item promitto ego me... eidem domicello dictam terram supra confrontatam non avoaturum ab aliquo alio domino fortiori ac potentiore, nec etiam positurum in superioribus vel nobilioribus manibus eidem, nec specialiter in manu alicujus gubernatoris sive rectoris qualicumque, excepto nisi de licentia, de consensu expresso ejusdem domicelli.

FEUDUM FRANCALE, in Consuetud. municip. Vianæ in diocesi Aginnensi, in Regesto Constabul. Burdeg. fol. 53: Possunt vendere vel infeodare, aut res suas immobiles dare, excepto Feodo Francali Militari, quod emere vel recipere non possunt sine licentia Regis Angliæ. Quæ totidem verbis habentur in Consuet. Valentis in ead. diocesi fol. 141. In Regesto Homagiorum Aquitanicæ, Vitalis Seron profitetur, se tenere a Rege Angliæ Duce Aquitanicæ in Feodum Francale ratione Ducatus duas partes vineæ, quæ est in Parochia, etc. In eodem Regesto fol. 11: Dixerunt se esse homines ligii et Francales dicti Domini Regis. Atque hoc feudum Francale aliud non videtur ab eo, quod Feudum Francum, id est, nobile, et quod a viris ignobilibus teneri et possideri non potest.

\* Charta ann. 1320. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 246: Item in Feudis Frontalibus (l. francalibus) estimatis valere ratione altæ justitiæ, in redditu annuo tresdecim libras, tres solidos Turon. Alia ann. 1326. ex Reg. 64. ch. 400: Item Feuda nobilia et francalia, justiciabilia, existentia sub jurisdictione Auriagesis, etc.

FEUDUM FURCALE, Cui Furcæ, seu superioris justitiæ jus competit. Charta R. Abbatis Carofensis ann. 1308. ex Regesto 2. Philippi Pulcri Regis Franc. in Tabul. Regio, n. 11: Item quod habitantes in dicta bastida possint emere et recipere ad censum vel in domo a quacunque persona volente vendere vel infeodare, aut res suas immobiles dare, excepto Feodo Furcatis et Militari, quod emere vel recipere non possint, nisi de nostro vel successorum nostrorum processerit voluntate. Vide Furca.

FEUDUM FUTURUM, aut DE FUTURO, dicitur illud, de quo quis infeodatur post mortem possessoris. Nam Dominus potest duobus solum Feudum conferre, uni possessionem, et alteri expectationem, quæ dicitur Conventio, si moriatur absque hærede feudali possessor, qui quidem dicitur Infeudatus de futuro, in Jure feudali Saxonom cap. 7. 8. 9. 29. 30. et 37.

FEUDUM GARDIÆ, quod alias Annale vocat Zazius art. 2. de Feud. cui opponitur Perpetuum, ut sunt omnia feuda: cum scilicet custodia castri, domus, etc. mercedis nomine conceditur. Auctor Breviloqui: Guardia, Feuda sunt, quæ constituuntur aliquibus propter custodiam rei domini constituentis: Guardia dicitur ille, cui talis custodia est commissa. Vide Rosental. lib. de Feud. cap. 2. § 32. [\* Feud. lib. 1. tit. 2. Alia notione Feudum Gardiæ vel custodiæ est quod Galli

dicebant Garde noble, Tutelæ usufructuaris species. Vide Warda.]

† FEUDUM GASTALDIÆ. Vide Feudum Advocatiæ.

\* FEUDUM GENTILE, Quod abingenuis tantum teneri potest. Libert. Podii Mirrolii ann. 1370. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 103: Item pariter concedimus, quod quæcumque persona... dicti loci burgensis oblias, Feoda Gentilia ac redditus usque ad summam trecentarum librarum rendualium acquirere possit. Charta ann. 1309. in Reg. 13. ch. 175: Comme Simon Piquois ait acquis en Fief gentil, etc. Infra, Fief noble appellatur. Vide Feudum nobile et Feudum rectum.

\* FEUDUM DE GUERRIS, Quod propter servitium militare conceditur. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 213. rº. : Undecim solidi et dimidius censuales, Feodum de Guerris.

\* FEUDUM HABITANTIÆ, in Tract. de Feudis eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 648: Tenebatur is feudum, cui assignatum fuerat, inhabitare. Est enim ab inhabitando deductum. Quod si ædificis nudum contigisset, aut inhabitabile ruina postea representasset, a fundamentis debebat instaurare vel collapsa reparare, ut Habitantiæ Feudum suas figendo sedes cum conjuge et liberis pro vocabuli proprietate retinere honestissime posset.

\* FEUDA HÆREDITARIA, ubi ordines successioneis juxta civilis juris normam statuuntur. Vide Feud. lib. 2. tit. 48. et Pätz. de Feud. jur. § 105.

† FEUDUM DE HARO, Qui scilicet clamoris de Haro cognitio aut jurisdictionis, vel, ut apertius dicam, cui superioris justitiæ jus competit. Chartularium Gemmet. tom. 1. pag. 32: Nous avons ou dit lieu (de Morville)... deux demy fiefs de Haro et deux de Liage.

\* FEUDUM HOMAGIALE, Cujus possessor homagium debet: non omnia quippe feuda homagium præstant, ut videre est infra in Feudum Militare. Homagialia vel conditionabilia Feuda, in Charta ann. 1334. ex Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1358. Alia ann. 1350. in Cod. reg. 9861. 2. 2. fol. 41. vº. : Rogantes... quatenus bona, quæ prædictus quondam Johannes de Bergheim, nomine feudali, a vobis possidebat, præfato Wernhero nato suo in Feodum Hominiabile... conferre dignemini. [\* Adde Haltaus. Glossar. German. voce Huld-Lehn, col. 968.]

† FEUDUM HONORABILE, Idem quod infra Honoratum. Instrum. ann. 1336. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 559: Ipsi domino Regi et successoribus suis Boemiæ Regibus, ab eoque domino Rege per osculum inter nos hinc inde prælibatum et reassumptione Bireti, ipsum Ducatum nostrum cum terris et pertinentiis ipsius in Feodum Honorabile recipimus, pariter et habemus, decernentes, etc. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce Ehren-Lehn, col. 270.]

† FEUDUM HONORARIUM, Eadem notione. Charta ann. 1304. apud Gallandum: Ego Petrus Dei gratia Rex Aragon. Comes Barcinon. Dominus villæ Montispezzulani et Mariæ Regine uxoris meæ nomine do tibi Pontio Petro et successoribus tuis in Feodum Honorarium totam medietatem castri de Ropiniano.

FEUDUM HONORATUM, nulli servitio obnoxium: proinde idem, quod Francum. Pactum initum inter Petrum Regem Aragon. et Jacobum Regem Majoricarum super Regno Majoricæ. 13. Kal. Febr. 1278: Nos Jacobus... recipimus a vobis D. Petro Rege Aragonum fratre

*nostro et successoribus vestris Regib. Arag. in Feudum Honoratum sine omni servitio... totum prædictum regnum Majoricarum, etc. Homagium factum a Guillelmo filio Mathildis, Ducissæ D. Montispessulani Raimundo Comiti Melgorii, mense Mart. ann. 1189: Quæ omnia habeo et teneo de te ad Feudum francum et Honoratum, ita quod nullum supradictorum castrorum vel villarum tibi vel tuis, nec alicui Comiti Melgorii reddere teneor. Et infra: Et hæc omnia habeo et teneo a te D. Raymundo Comite Melgorii ad Feudum Francum et Honoratum, pro quibus omnibus præscriptis facio vobis hominum et fidelitatem. Charta Bertrandi D. Castri de Paris in Comitatu Ruthenensi, 3. Non. Mart. ann. 1274: Recognosco... vobis D. Henrico Comiti Ruth... me tenere... in Feudum francum et Honoratum et nomine Feudi Honorati, ad fidelitatem tamen et homagium, omne ego quod possideo... in dicto Castro de Paris. Alia Raimundi Comitit Tolosani ann. 1242. in Regesto Tolos.: Et pro hac donatione sive quitatione Dominus Comes prædictus pro se et heredibus suis donavit in liberum et Honoratum Feudum villam nomine Bessitam in Ruthenensi diocesi... ad omnem eorum voluntatem in perpetuum faciendam: ita tamen quod prædictus Gaillardus et Domestica ejus uxor et hæredes eorum sint pro Feudo prædicto homines et Milites prædicti Comitit, quibus additur etiam hominum. Alia Guillelmi, filii Mathildis Ducissæ, D. Montispessulani ann. 1185. Jun.: Hæc omnia prædicta dono, laudo, trado et concedo in perpetuum tibi et tuis ad Feudum Honoratum, et tu Raymundus Aerradus et hæredes et successores tui, qui hoc Feudum tenebunt, facietis mihi et hæredibus meis nomine hujus Feodi hominum et servitium. Exstat Charta B. Episcopi Magalonensis, Domini et Comitit Melgoriensis, qua dat in Feudum Honoratum et censuatum 4. denarios de 10. denariis, quos ratione dicti Comitatus percipiebat, Jacobo Regi Arag. Domino Montispessulani. Adde Histor. Beneharn. lib. 8. cap. 27. n. 10. et Gariellum in Episcopi Magalon. pag. 244. 269. Ejusmodi etiam feuda, quæ in releviis ferrum lanceæ, sparverium, austurem, chirothecas, et similia præstare tenentur, *Fiu Hondrat*, seu *Feuda Honorata*, vel *Honoris*, vocant fori Beneharnenses tit. 1. art. 27.*

¶ *Feudum* tamen *honoris* ab *honorato* seu *honorario* distinctum fuisse in Aragonia scribit Gallandus in Tract. MS. de Feudis, illudque adsignat discrimen, quod *feudum honoris* ea conditione daretur, ut ex redditibus castri seu villæ, milites ad ipsius castri defensionem necessarios aleret feudatarius; *feudum* vero *honorarium* sub fide tantum et hominio possideretur. Idem itaque Gallando *feudum honoris*, quod aliis *feudum soldata*.

¶ Utcumque sit, certum videtur *feuda honorata* non ubique ab omnibus servitiis exempta fuisse; in Charta enim ann. 1298. feudatarius manumitti dicitur ab omni vinculo servitutis atque homini seu homagii quod ratione Feudi honorati facere tenebatur; sed præstat Chartam ipsam legere quam invenies voce *Manumissio* ad lin. Eamd. vocem, etc.

FEUDUM IGNOBILE est, quod a manerio aliquo dependens, rusticis et hæredibus eorum ob servitium aliquod ignobile conceditur, et Liberum tenementum vulgo appellatur. Cowellus lib. 2. tit. 2. § 8. Vide *Feudum Burgense*, et *Sergentia*.

¶ FEUDUM IMMEDIATUM, Quod a ca-

pitali Domino immediate tenetur; *Feudum Mediatum*, quod aliter *Retrofeudum* dicitur. Transactio inter Philippum Pulcrum Franc. Reg. et Episcop. et Capitul. Eccl. Vivar. ann. 1307: *Et de his, quæ ab iis, vel ab altero eorumdem teneantur in Feudum mediatum, vel immediatum, etc.*

\* FEUDUM INTEGRALE, Integrum, non divisum. *Fiés enterins*, in Stabil. S. Ludov. cap. 8. tom. 1. Ordlnat. reg. Franc. pag. 115. Charta ann. 1363. in Reg. B. Chartoph. reg. ch. 20: *Feudum integrale, quod dicti conjuges tenebant ab eodem domino baillum habente, eratque dictus scutifer homo ligius, et feudalis ipsius domini baillum habentis ad causam dicti bailli de feodo supradicto.*

FEUDUM INTEGRUM, in Consuetudine Castellii novi in Thimerai art. 10. et 21. et Carnotensi art. 15. dicitur illud, quod ratione equi servitii valet 60. solidos de racheto.

¶ FEUDUM JURABILE ET REDDIBILE, Ultramontanis præsertim notum; Est, inquit Jacobinus de S. Georgio de Feudis n. 29. pro quo juratur fidelitas Domino. *Non jurabile*, quando conceditur eo pacto, ut fidelitas non juretur. Vide Boissium de Usu. Feud. cap. 4. Instr. ann. 1325. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 204. col. 2. quo Johannes Comes Forensis pro pluribus castris et feudis se hominem ligium de Dalphino constituit: *Item castrum de Cussiaco cum ipsius castri mandamento... quod castrum tenet ab ipso Comite Forensi Jurabile et reddibile Johannes de Mays Dom. de Cussiaco.* Ibid. non semel occurrit. Aliam hujusce appellationis causam nobis aperit doctissimus D. de Lauriere in Gloss. Juris Gallici; ea scilicet potissimum ratione ejusmodi feudum *jurabile* dictum fuisse quod, quemadmodum vassallus feudatum castrum domino capitali redditurum se, cum ei liberetur, sacramento suo pollicebatur; ita idem castrum vassallo restitutum se, cum eo ad suum commodum usus fuisset, jurabat capitalis dominus. Id probat ex Charta ann. 1297. quam consule, si lubet, ad vocem *Rendable*.

\* Testam. Hugon. ducis Burg. ann. 1314. ex Cod. reg. 9484. 2. fol. 157. r.: *Se nous morons sans heirs de nostre corps, nous laissons et quittons à nostre amé et foiaul cosin monsieur Odart, seigneur de Montag, la jurabileté et rendabileté dou chasteuil de Montag.*

\* FEUDUM JUSTUM, Idem atque *Rectum*, quod ad hæredes transit in infinitum. Charta ann. 1289. apud Ludewig. tom. 10. Reliq. MSS. pag. 162: *Feuda... collata illustribus principibus dom. Fridrico et dom. Theodorico, ipsius domini Landgravi filii, communia contulimus cum ipsorum patre, possidenda titulo Justi Feudi.*

FEUDUM LAICALE, *Laicum*, quod non tenetur de Ecclesia, sed est de feodo mere temporalit, inquit Lindwoodus. Charta Henrici II. Regis Angl. tom. 2. Monastici Angl. pag. 260: *Centum solidatas terræ de Laico Feudo, etc.* Joannes Brompton. pag. 1169: *Reddidit etiam ei omnes Laicos Feudos, quos Henricus pater ejus illi dederat.* [Index MS. beneficiorum Eccles. et Diocesis Constantiensis fol. 22. verso: *Et totum manerium supra et infra dictas domus est in eleemosina, alia est in Feodo Laicali.*] Adde Matth. Paris. pag. 675. Matth. Westmonast. ann. 1175. 1226. Historiam Comitum Pontivi pag. 117. etc.

\* *Fieu lay* et *d'aumosnes*, in Lit. re-

miss. ann. 1388. ex Reg. 133. Chartoph. reg. ch. 275. Consuet. Norman. part. 1. cap. 29. ex Cod reg. 4651: *Tenantur etiam quædam libera tenementa, sine homagio et paragio, in Feodo laicali, etc.* Charta Ricardi episc. Ambian. ann. 1208. in Lib. nig. 2. S. Vulfr. Abbavil. fol. 14. r.: *Willelmus illustris comes Pontivi et Monslerolii nobis asseruit, quod cum Johannes, cognomine Gallus, de ipso in Feodum Laicale teneret duas partes decimæ de Kokerel, etc.* Vide *Decimæ Militares*.

\* FEUDUM LEGALE, Proprium, legitimum, quod feudorum legibus adstrictum est, memoratur sæpius in Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 639. et seqq.

\* FEUDUM LEGUM, Quidquid iudici vel justitiæ officiariorum in emolumentum officii assignatur. Charta Seguini Matiscen. episc. ann. 1259. in Chartul. Cluniac. ch. 257: *Omnes terras, possessiones ac jura... ab eisdem abbate et conventu et ecclesia Cluniacensi accepit (idem Jacobus) in Feodum Legum.*

\* FEUDUM LIALE, Idem quod *Ligium*, quo scilicet vassallus domino suo fidem suam debet, ab Italico *Lealta*, fides, fidelitas. Charta ann. 1195. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 616: *Unde dictus dominus patriarcha cum baculo, quem tenebat in manu, investivit prædictos fratres... ad rectum et Liale Feudum, de castris et curris camini... Et fratres juraverunt ipsi domino patriarchæ fidelitatem pro prædicto feodo. Nostris, Fief de Liage.* Vide *Ligius*.

FEUDUM LIBERUM. Charta Communie Abbatisvillæ cap. 24: *Statutum est etiam, quod nullum vavassorem, vel Liberum feudum, in terra mea habentem, burgeneses de Abbatisvilla in suam Communiam recipere poterunt, nisi de assensu meo et domini sui.* Adde cap. 25. Homagium Hugonis d'Arpajon Domicelli ann. 1264: *Feudum Liberum et honoratum. Liberum militare Feudum, in Chron. Abbat. S. Trud. pag. 459. Feoda Libera Ecclesiarum parochialium, apud Rogerum Hovedenum pag. 779. [\*\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce Frey-Lehen, col. 508.]*

\* Consuet. Norman. part. 1. cap. 26. ex Cod reg. 4651: *Liberum autem dicimus Feodum, quod servitiorum inhonestorum obtinet libertatem, ut de prati servitio et de curatione biei molendinorum, etc.*

FEUDUM LIGIUM, [Gall. Fief de liage.] Vide *Ligius*.

¶ FEUDUM LORICÆ. Vide post *Feudum Militare*.

\* FEUDUM LORICALE, Idem quod *Feudum Loricæ*, in Consuet. Norman. cap. 25: *Baronibus et militibus, qui tenent de eis Feodum Loricale, vel de tenentibus suis in Feodo Loricali, Franciæ entier de haubert, in Charta Phil. Pulc. ann. 1301. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris fol. 129. v. col. 2.*

¶ FEUDA MAGISTRORUM et Clericorum Computorum Campanie. Sic vocabant annuos redditus qui ex nundinis aliisque Campanie consuetudinibus ad illos jure beneficiæ pertinebant. Memoriale A. Camera Computorum fol. 61. apud D. Brussel de Usu Feud. lib. 1. cap. 1. pag. 55: *Hæc sunt jura seu Feoda pertinentia ad Magistros et Clericos Computorum in Campania, scripta ann. 1290. Omnes emptores præpositurarum, portagiorum, et aliarum consuetudinum, si valor eorum usque ad mille libras ascenderit, debent solvere XIII. libras Turonenses, de quibus Magistri Computorum debent habere XIII. libras quolibet anno; et Clerici Computorum XX. s. Turonenses. Item,*

omnes emptores rerum nundinarum quantumcumque fuerint venditæ vel admodiatæ, debent similiter reddere XIII. libras, distribuendas ut supra. Omnia vero jura seu Feoda quæ debentur tam Magistris quam Clericis Compotorum pro præposituris, portagijs, et alijs consuetudinibus venditis debent recipi inter festum Omnium Sanctorum et Brandones quolibet anno, exceptis illis quæ debentur de venditionibus nundinarum, quæ semper recipiuntur in exitu utrarumque nundinarum successive venientium per ordinem, temporibus consuetis.

\* FEUDUM MANGANICUM, Cujus erat illa ministrare, quæ ad artes mechanicas spectabant. Vide Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi 651.

\* FEUDUM MANUTERGI, in veteribus Chartis S. Crucis Aurelianensis appellatur prædium quoddam, subdecano ejusdem ecclesiæ assignatum ab episcopo Aurelianensi, cui ea ratione manutergium seu mantile, dum sacra peragit, subministrat ille subdecanus. Vide Tract. de Nobilit. Haberti cantor. et canon. S. Aniani Aurel. pag. 182.

FEUDUM MATERNUM, quod primo est a femina acquisitum, quæ sit ex ascendentibus, et sit cognationis caput, tit. de Benef. fem.

† FEUDUM MEDIATUM. Vide Feudum Immediatum.

FEUDUM MILITARE, vel Feudum Militis, quod a vassallo Milite possidetur: qui quidem vassallus ad hoc, ut servitium præstet domino in expeditionibus bellicis, Militari cingulo donatus esse tenetur. [\* Feudum unde militare servitium præstandum est.] Math. Westmonast. pag. 454: *Ad augmentandam igitur profectionem suam in Scotiam, fecit Rex per Angliam publice proclamari, ut, quotquot tenerentur fieri Milites successione paterna, et qui haberent unde militarent, adessent apud Westmonasterium, etc. Feudum Militare, in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 85. Feudum Militare liberum, in Chronico Trudonensi lib. 9. pag. 459. Ordericus Vitalis lib. 5. pag. 574: Et ex paterna hereditate Feudum Militis possedit. Monasticum Angl. tom. 1. pag. 47: *Servitium Petri Caron et hæredum suorum de Feodo unius Militis de Setona, ... et servitium de Feodo duarum partium unius Militis... pro servitio Feoditri Militum, etc. Tom. 2. pag. 826: Prædictum manerium tenetur de D. Rege per servitium dimidii Feodi Militis. Adde Hovedenum pag. 549. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 23. 141. 271. 664. Ughellum tom. 6. pag. 866. Feoda Normanniæ pag. 1045. [\* Haltaus. Glossar. German. voce Ritterlehn, col. 1551. etc.**

‡ Militiæ interdum nude appellantur ejusmodi feuda. Gervasius Tilber. in Otis Imper. apud Leibnit. tom. 1. Script. Brunsvic. pag. 943: *Hic (Henricus VI.) legem instituit apud Teutones, ut Militiæ, more Gallorum et Anglorum, successiones jure devolverentur ad proximiores cognationis gradus; cum antea magis penderent ex Principis gratia. Vide in Miles ad lin. Militia, alias Feudum Militis.*

Qui vero ejusmodi feuda possidebant, Feudati, et Feodati Milites, dicuntur Simoneoni Dunelmensi et Bromptono ann. 1086. qui quidem tenebantur Regem in expeditionem pergentem comitari per 40. dies armis omnibus et equis instructi: si vero feudum dimidii esset Militis, per 20. si denique quartæ partis Militis, per 10. Ita Littleton sect. 95.

Statutum Henrici II. Regis Angl. apud Hoveden. pag. 614: *Quicumque habet Feodum unius Militis, habeat loriam et cassidem, et clypeum et lanceam; et omnis Miles habeat loriam et cassides et clypeos et lanceas, quot habuerit Feoda Militum in dominio suo. Vetus Normannorum Jus municipale MS. 1. part. sect. 3. cap. 8. ait, Anglis Normanniæ Ducatum tenentibus, que tous ceus, qui porseent Fieu de hauberc sont tenus à avoir cheval et armes: et des cen que il avoient aage de 21. an, il doivent estre ses chevaliers que il soient trouvez prez et appareilliez au mandement del Prince ou de leur Chiefs Seigneurs.*

‡ Primas inter vassallos obtinuisse feudatarios milites certum videtur; imo eos ab iis qui nude ratione feudorum vassalli appellabantur, distinguit Rupertus Comes Palatinus Rheni in Charta ann. 1356. apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 576: *Nec non vassallis, feudis, Feudatariis Militibus, clientibus, civibus, judicibus, etc. Distincta etiam ab alijs illorum hominij formula; unde vitam et membra sua domino suo feudali jurabant. Charta ann. 1182. ex majori Chartul. S. Victoris Massil.: Milites Castri de Bromeses fecerunt hominum domino Abbati et juraverunt ei vitam et membra sua sicut Feudatarii Milites jurant dominis suis.*

\* Hinc Feuda militaria ignobilibus tenere prohibitum erat, etiam cum nobilia iis permittebantur. Libert. villæ Montisfalc. dioc. Caturc. ann. 1292. in Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 503: *Item quod habitantes dictæ villæ possint... feudum nobile tenere, excepto Feudo Militari, quod emere et recipere non possint, nisi de domini regis... permissione. Deinde vero et Militaria habere potuerunt, regia licentia etiam non requisita. Libert. villæ Florent. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 888. art. 4: Concedimus... consilibus et habitatoribus dictæ villæ, et imposterum habitaturis, quod ipsi possint et valeant acquirere hinc ad quinque annos, et acquisita tenere deinceps ac perpetuo, Feoda nobilia et militaria, absque financia aliquali; dum tamen dicta feuda nullum faciant homagium.*

FEUDUM LORICÆ, nostris, Fief de haubert, [a veste militari quam Haubergeon nominabant,] vulgo nuncupatur, quod alijs [Anglis præsertim,] Feudum Militare. [Hæc feudi species vix alicubi nota fuit, præterquam in Normanniæ et Angliæ provinciis.] Leges Henrici I. Reg. Angl. cap. 2: *Milites, qui per loricas terras suas deserviunt. Apud Matth. Paris pag. 38. male, defendunt, pro deserviunt, scribitur. [Ex Regesto ann. 1272. sign. Qui es in cælis, fol. 198: Johannes de Falesia Scutifer, dicit quod tenet dimidium Feodum loricæ, pro quo debet, sicut dicit, auxilium exercitibus et cavalcatur quando per Normanniam levatur, aut servitium per XX. dies eundo et redeundo; et si servitium dicatorum XX. dierum captum fuerit, auxilium prædictum non debet capi nec levari. Ex his discere est quæ fuerint feudi lorice servitia.] Adde Ricardum Hagustaldensem de Bello Standardico pag. 311. eundem Matthæum Paris pag. 167. Normannica Duchesni pag. 1142. Robertum de Monte ann. 1159. etc. Vide in Miles.*

Jam vero qua terra seu agri quantitate constitit feudum Militare, varie definiunt Chartæ veteres. Codex MS. apud Spelmannum: *Virgata terræ continet 24. acras; 4. virgatæ constituunt unam hidam: et 5. hidæ constituunt Feudum*

*Militare, cujus relevium est 100. solidi. Alter: 10. acræ faciunt secundum antiquam consuetudinem unam fardellam: et 4. fardellæ faciunt unam virgatam: et 4. virgatæ faciunt unam hidam: et 4. hidæ faciunt unum Feodum Militare. Tertius denique Codex MS.: 16. virgatæ terræ faciunt integrum Feodum Militare, etc. 13. carrucatis terræ constitisse feudum unius Militis, docet vetus Charta in Monastico Angl. tom. 1. pag. 661: *Salvo forinseco servitio quantum pertinet ad dimidium bovatum terræ, quam dictus Joannes tenet in manu sua, unde 13. carrucate terræ faciunt Feudum unius Militis, prout continetur in chartis, etc. vel octo ut alia tom. 2. pag. 825: Salvo tantummodo mihi et hæredibus meis forinseco servitio Domini Regis, quod dicitur Scutagium, quantum pertinet ad 12. bovatas terræ, unde 8. carrucate faciunt Feodum unius Militis. Viginti libratiss terræ, seu 20. librarum annuo redditu. Liber de Modo tenendi Parlamentum tempore Edwardi Regis, filii Regis Ethelredi: *Comitatus constat ex 20. Feodis unius Militis, quolibet Feudo computato ad 30. libratas: Baronia constat ex 13. Feodis et tertia parte unius feodi Militis secundum computationem prædictam, unum feodum Militis constat ex terris ad valentiam 20. librarum. Vide Caballaria, Membrum Lorice, in Membrum 2.***

‡ Mirum certe quam parum sibi constent veteres Chartæ in assignanda agri quantitate pro feudo unius militis, idque magis, quod in Chartis ejusdem regni ejusdemque provinciæ hæc occurrit varietas. Exemplis a D. Canguo allatis hæc addere placet ex Libro nig. Scaccarii pag. 64: *In Bixla sunt decem hidæ, quas antiquitus tenebat Episcopus Cicesiriæ in dominio suo, Comes autem Augustis auferens terram illam Episcopo et Ecclesiæ fefavit in quatuor Milites. Episcopus de (f. et) Ecclesia recuperaverunt inde de terra illa quinque hidas in dominium, et duo Milites tenent alias quinque hidas de Episcopo pro duobus Feodis. Ibid. pag. 329: *Osbertus Archidiaconus tenet XI. carrucatas terræ, unde XIII. carrucate faciunt Feodum Militis. Quod pluries ibid. occurrit. Et pag. 338: Ego Robertus Caro teneo v. carrucatas terræ pro uno Feodo Militis. Unde vero repetenda sit ejusmodi varietas non video, nisi a mensura quæ diversa est pro diversis locis, aut forte ab ipso feudatoris libitu qui, prout ipsi videbatur, infeudationis conditiones exprimebat.**

\* FEUDUM MINISTERIALE, Officium, ministerium, cui stipendium feudi nomine addictum est. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 649: *Ministeriale Feudum, quod a ministerio nuncupatur, non alia causa institutum videtur, nisi ut sedes patriarchalis quæ pulcherrimam amplissimamque ditionem habet, congruentibus et ferè necessarijs adjunctis ministerijs, optime regi posset. Ministeriales enim operam et obsequium, cui fundi addicti erant, multifariam ex præscripto subministrare solebant... Feudum autem diversa summis nomina pro qualitate ministerij.*

\* FEUDUM MONETÆ, Fundi, ut videtur, cudendæ monetæ seu monetariis assignati. Reg. S. Justini in Cam. Comput. Paris. fol. 155. v. col. 1: *Willelmus Norwout tenet terram suam de Warengerviller de Feodo Monetæ... Robertus Burgenensis tenet de Feodo Monetæ apud Arpenillam.*

FEUDUM MORTUUM, Fief mort, in Con-

suetudine Aquensi in Aquitania tit. 8. art. 5. 7. *qui est proprement sousacagement, ou rente seiche*, cui opponitur *Feodum vivum*. Vide *Census sicus*.

\* FEUDUM MURARIORUM, Quo qui donabatur, muris in ecclesia palatioque Aquilejensi construendis fidem suam obligabat, in Tract. de Feud. ejusd. eccl. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650.

FEUDUM NOBILE, Baldo in C. inter dilectos, de Fide instr. et Zazio part. 2. de Feud. est quod possessorem suum nobilitat, vel eum, qui prius erat, nobilem ostendit. Hujus generis sunt, inquit Cowellus lib. 2. tit. 2. § 8. apud Anglos, quæ *Maneria* vulgo appellantur, quorum domini jurisdictionem aliquam in tenentes sui feudi habent.

† FEUDUM NOBILE ET ANTIQUM, Quod propriam feudi naturam habere dicitur, in Charta ann. 1298. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 36: *Item quod jam dictus Raymundus et ejus successores de prædicto feudo eidem dato, ... servire teneantur et debeant, sicut ceteri vassalli nobiles tenentes Feuda Nobilia et antiqua habentia propriam naturam feudi, eorum Dominis servire consueverunt, et debent, et tenentur secundum generalem consuetudinem Nobilium vassallorum antiqua et Nobilia Feuda habentium in Comitatu Viennensi.*

FEUDUM NOBILE ET GENTILE. Charta ann. 1242. apud Guichenonum in Probat. Hist. Sabaudic. pag. 90: *Dedit... nomine Gentilis et Nobilis Feudi Castrum Bardi, etc.*

FEUDUM NOVUM vocant Feudistæ, quod de novo concessum, sive infeudatum fuit in personam primi investiti, in quo initium cepit. Differt vero ab antiquo, quod antiquum in omnem agnationem transeat, novum in liberos et descendentes tantum primi infeudati. Vide *Feudum Antiquum*. V. Cl. Dion. Salvaingum de Jurib. domin. cap. 2. Cowellum lib. 2. tit. 2. § 9. et Rosentium de Feudis cap. 2. § 14. 16. 18. 22.

FEUDUM NUMMORUM, Idem quod *Bursæ*. [\*\* Reditus pecuniarii in feudum dati. Vide *Feudum Cameræ*.] Regestum Feodorum Campaniæ f. 52: *Galterus de Antri de Feodis nummorum Castriterri homo fuit Guillelmi de Berne. Joannes homo de 10. libr. Castriterri et de 10. libr. Ulcheii. Fol. 61: Petrus de Poanci ligius de 100. libr. et cum Feodis ordinetur, 100. libræ ponentur apud S. Pharonem, donec alibi ponantur. Idem videtur quod in Assisis Hieros. MSS. cap. 175. Feudum Byzantinorum appellatur, cujus lemma sic concipitur: *Se aucun Seigneur done Fié en Bezans à home ou à feme en aucun leu moti. Adde cap. seq. Charta Hugonis Ducis Brabantis ann. 1024. in Regesto Herouvalliano Philippi Augusti f. 105: Prædictus autem Dominus Philippus Rex Francorum mihi assignavit in feodo 200. marcas argenti singulis annis percipiendas in Purificatione B. Mariæ, etc. Tabular. Campaniæ: Ego Simon Dom. de Passavant Not... quod Comitissa Campaniæ mihi assignavit 30. libratas annui redditus habendas singulis annis in nundinis Barri, et donavit 200. libras in denariis computatis. Ego itaque propter hoc donum deveni homo suus ligius et filii sui Comitis Campaniæ, jura vique sibi, quod ipsos juvabo bona fide contra omnem creaturam, quæ possit vivere et mori... Actum ann. 1216. Vide Chartam Alphonsi Imp. Hisp. ann. 1258. apud Perard. in Burg. pag. 491. et Monastic. Angl. tom. 1. pag. 967. [\*\* Char-**

tam anni 1265. in Alsat. Diplom. num. 684. aliam ann. 1279. ibid. num. 719.]

\* FEUDUM OBITUUM, Fundi officii ecclesiasticis in obitu anniversario peragendis attributi. Charta ann. 1351. ex Reg. D. *De Clairambault: Tradimus in feodum francum seu assensamus ad perpetuum, nomine dictorum dominorum abbatis et conventus (de Calmo) duas petias terræ moventes de Feodo Obituum dictorum dominorum.*

\* FEUDUM OBLIALE, Quod censui obliarum obnoxium est. Parag. ann. 1820. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 529: *Retinuit etiam (prior de Reumis) omnia Feuda militaria et Oblialia, quæ ab ipso priore... tenentur. Vide Oblia in Oblata et Glossar. Jur. Gall. vocibus Obliage et Oblial.*

† FEUDUM ORDINARIUM, Quo vassallus Domini feudalis homo nude constituitur. Vide *Hominium ordinarium*, in *Hominium*.

FEUDUM PARAGERIUM, *Fief Parager*, in Consuet. Norman. art. 134. 135. quod in *Paragium* tenetur. Vide *Paragium*.

FEUDUM PATERNUM, Quod ab uno ex majoribus nostris, qui communis agnationis caput fuerit, acquisitum est: vel quod a patre, vel ab aliquo ascendente usque ad quartum gradum inclusive obtentum est, ut colligitur ex cap. 1. § 1. de Feud. Success. Vide *Zazium* part. 3. de Feud.

\* FEUDUM PATRIMONIALE, idem atque *Paternum*, quod a patre, vel ab aliquo ascendente obtentum est. Instr. ann. 1885. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 1: *Contra ipsum Hennickium fuit propositum et objectum taliter, quod Feudum suum Patrimoniale post obitum patris sui, debito tempore juxta consuetudinem Rigensis diocesis, a domino suo scierit et pertinaciter, una cum fratre suo Othone postulare contempsit et neglexit.*

\*\* FEUDUM PECUNIÆ VEL PECUNIA-RIUM. Idem quod *Feudum Nummorum*.

\* FEUDUM DE PENTHECOSTES, Cujus præstatio ad Penthecostem solvitur. Comput. Ms. ann. 1239: *Guillelmus de Virsione pro suo Feodo de Penthecostes ad Meledun. xx. lib. Turon.*

FEUDUM PERSONALE, quod ad recipientis hæredes non transit et est feudum habitacionis. *Zazius*.

\* FEUDUM PISTORUM, Quod emolumenti loco pistori adscriptum est. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 649: *MCCLXXXIX. Oculo Cinctano, Jacobi filio, jugera quedam ministerialia in agro Septimi, quæ Bartholomæus Pilosus tenuerat antea, tradita fuisse, ut patriarchæ pistoriam præstaret operam, Johannes Lupicus scriptum reliquit.*

FEUDUM PLANUM, nude et nullo medio a domino dependens: *Plain fief*, in Consuetudinib. municipal. Nivernensi tit. 37. art. 9. 10. Aurelianensi cap. 1. art. 47. 48. 67. 68. Carnot. art. 65. Dunensi art. 15. 21. Burbonensi art. 373. 388. Autisiod. art. 52. 67. 72. Melodun. art. 74. 75. Claromont. art. 199. Trecensi art. 45. 190. Laudunensi art. 260. et Remensi art. 222. Charta ann. 1230. apud Perardum in Burgundicis pag. 417: *Notum facio, quod ego teneo in Plano Feodo Castrum meum de Maulain a D. Rege Franciæ. Ligius de Plano Feodo, in Regesto Feodorum Campaniæ fol. 101. Vassal de Plain fief, in Consuetudine Montargensi cap. 1. art. 18. Aurelian. cap. 1. art. 19. et in Charta ann. 1266.*

apud Chiffletium in Beatrice pag. 94. Vide *Homagium planum*, in *Hominium*.

† FEUDUM PLEJURÆ, Gallis *Fief de plejure*. Quo vassallus pro Domino fidei-jubere tenetur aut *plegium* dare: quod vadimonium ad annualem præstationem, quam Domino ob feudum debet vassallus, æstimatur in Consuet. Norman. art. 205. Adde consuet. Britan. art. 90.

\* FEUDUM PORTÆ, Officium, cui portæ cura commissa est sub homagii præstatione. Liber homag. episc. Carnot. ad ann. 1378. ex sched. D. Courbon du Teneij ejusd. eccl. canon. et archid.: *Magister Bertaudus ad Dentem junior domus episcopalis, ad causam dictæ portæ et pertinentiarum ejusdem, fecit et præstitit R. in C. P. D. Ebloni episcopo Carnotensi homagium tale quale prædecessores sui facere et præstare consueverunt, et tenetur et injunctum est per dom. episcopum eidem janitori ut infra tempus assuetum tradat adveuta sua. Vide in Portarius 1.*

FEUDUM PRÆPOSITALE, Quod ad Præpositum alicujus Cellæ seu Obedientiæ Monasticæ ab Abbatia dependentis, pertinet. Pancarta MS. titularum Abbatæ S. Stephani de Vallibus apud Xantones in Charta 28: *Benedictus Girardi Feudum Præpositale et quicquid in decima S. Augustini habebat, Petro Abbati Vallium... pro 40. solidis prorsus vendidit. Vide Præpositus.*

\* Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 66. v.: *Fædium Præpositale, hoc est, redesima, calumniabatur. Vide Redesima.*

FEUDUM PRÆBYTERIALE, quo nomine *Mansus Ecclesiasticus*, qui ad Presbyterum Ecclesiæ pertinet, de quo in voce *Mansus*, intelligitur. Concil. Bituric. ann. 1081. cap. 21: *Ut seculares viri Ecclesiastica beneficia, quod Fevos Presbyterales vocant, non habeant super Presbyteros. Feudum Presbyterii, in Tabul. Bellilocensi Ch. 32. et in Bibliotheca Cluniacensi pag. 1390. Beneficium Presbyterii, in Charta Guillelmi IV. Ducis Aquitan. apud Besilium pag. 308. Feodum Sacerdotale, in Tabulario Monasterii Dolensis Ch. 27. Spiritale beneficium, in Tabulario Absiensis f. 31. Charta ann. 1076. in Tabulario Angeriacensi fol. 60: *Ego Helius Rufus concedo Deo, etc. in præsentia D. Oddonis Abbatis Ecclesiam Oxiaci, et fiscum Presbyteratus, et Cemeteryum, etc. Fol. 62: Acharius de Borno, confirmat Ecclesiam de Oxiaco, Feodum Presbyterale, burgumque totum, etc. Fiscus Presbyteralis, fol. 68. Fiscus Presbyterii, fol. 73. Alia Charta ann. 1087. fol. 177: *Et totum Fiscum Ecclesiæ quod pertinet ad Presbyterum propter Ecclesiæ servitium. Tabularium Santonense: Ecclesia de Tousac, et Cemeteryum ejus et Sanctuarium, quod Feudum Presbyterii dicitur. Vide Thomasserium in Consuetud. Localib. Bituric. cap. 41.***

☞ *Feudum Presbyteriale*, strictiori, quam par erat, notione accepisse videtur D. Cangius. Neque enim hac voce significatur tantum *Mansus Ecclesiasticus*, sed et Oblationes, et quidquid Sacerdoti Ecclesiam administranti persolvitur pro exequiis, baptismatibus, etc. quod passim et *Sanctuarium* et *Jura Sanctuarii* appellatur. Id subodorari poterat Vir sagacissimus ex Tabulario Santonensi quod ipse paulo superius citavit. Sed sententiam nostram diserte probat Chartularium Monasterii S. Sulpitii Bituric. fol. 22. ubi quidquid ad *Feudum Presbyteriale* pertinebat diligenter explicatur: *Eidem Abbati sancti*

*Sulpitii Evarardus concedit omne Fevum Presbyterale, intra et extra Ecclesiam Nobilitacensem, hoc est, offerendam, sepulturam, baptisterium, relevationes feminarum, benedictiones sportarum et nuptiarum, visitationes infirmorum, confessiones, vigiliis, trigentaria, decimas.* Adde Chartul. S. Cypriani Pictav. in Hist. MS. ejusd. Monast. pag. 365: *Concessit Ecclesiam S. Martialis in pago Xantoniaco cum offerenda et toto Feodo Presbyterali. Item. Concessit Ecclesiam... cum omni Fedo Presbyterali vel cum omnibus rebus ad ipsam Ecclesiam pertinentibus.* Et Chartam Didonis de Androca ann. 1110. apud Mabillon. tom. 3. Analect. pag. 471: *Dono Deo et sanctae Fidei Ecclesiam de Fornils cum Fevo Presbyterali et cum tota mea parte de decimis, quam ego tenebam in dominio, exceptis Fevalibus. Vide Fiscus Sacerdotii.*

**FEUDUM PRIMUM**, seu domini superioris, *Prin fief*, in Consuetud. Bayonensi tit. 5. art. 10. 11. 33. 37. 38. 42. tit. 8. art. 1. 9. 10. tit. 13. art. 7. tit. 17. art. 14. et 16. et Consuetud. Labourt. tit. 6. art. 13.

† **FEUDUM PROCURATIONIS**, Gallice *Fief de paille et de giste*, pro quo conductis vicibus hospitium et convivium Dominis a vassallo debentur. Vide *Procuratio*.

¶ **FEUDUM PROPRIUM**, Quod proprie ita dicitur. Vide Feud. lib. 1. tit. 2. § 1.

**FEUDA QUATERNANA**, vel *Feuda quaterna*, ut est in Constitutionibus Siculis lib. 1. tit. 37. dicuntur magna *Feuda*, quæ in quaternionibus doanæ regis inveniuntur inscripta, eodem lib. tit. 39. § 2. tit. 41. lib. 3. tit. 21. 22. His opponuntur *Feuda non quaternata*, eodem lib. tit. 52. § 2. tit. 85. Statuta Honorii IV. PP. pro Regno Neapol. ann. 1285. apud Odoricum Rainaldum num. 48: *Si contingat feudatarium crimen committere, per quod publicanda fuerint bona ejus, aut ipsum sine legitimis hæreditibus sui munus implere, si Feudum ejus fuerit quaternanum, nihilominus immediatus dominus illud cum onere servitii consueti personæ concedat idoneæ, Regi postmodum præsentandæ, ut ejus super hoc habeatur assensus. Si vero quaternanum non fuerit, etc.* Vide Rosenthal. cap. 2. § 42.

¶ **FEUDUM QUOTIDIANUM**, Quotidiani servitii. Chart. Bartholom. Abbat. S. Maximin. ann. 1236. apud Guden. in Cod. Diplom. tom. 3. pag. 1094: *Cum inter nos ex una parte et Liberium laicum ex altera, super quibusdam decimis, quas idem L. ratione Feodi Cotidiani, quod ab ecclesia nostra habere dinoscitur, ad se pertinere proposuit, questio verteretur, etc... Ipse vero L. nobis serviet quoad viverit, in officio minuendi; heres quoque ipsius qui pro tempore fuerit, ut artem discat minuendi, diligentiam omnimodam adhibebit, etc.* Vide *Feudum Annuum*.

**FEUDUM RECEPTABLE, ET NON REDDIBILE**, in Aresto ann. 1390. descripto in Hist. Castillon. pag. 106. 107. est illud, in quo, seu in cujus castro, vassallus tenetur recipere, seu admittere dominum capitalem, cum ei liberit illo uti ad suum commodum; ita tamen ut vassallus ex eo excedere, illudque totaliter reddere domino non teneatur. In Testamento Caroli Ducis Lotharingæ ann. 1424. dicitur Castellum de Billestein esse *Rendouble et Receptable au Duc*. Vide Dissertat. 30. ad Joinvillam pag. 350.

\* **FEUDUM RECEPTABLE**, est illud in cujus castro vassallus tenetur recipere dominum capitalem. Charta Phil. Pulc. ann. 1300. in Reg. 61. Chartoph. reg.

ch. 45: *Comme nostre amez et feaux Tiebaus de Lohereine, sire de Rumillei, ait recognu à tenir de nous à touz jours mais et de nos hoirs en Fie Receptable, sens faire estant, les choses que s'ensuent. C'est assavoir Nuef-Chastel en Lohereine et les appartenances, Chasteau et les appartenances, Froart et les appartenances, et tele partie comme il ait à Grans avec les appartenances. Lesqueles choses li dus de Lohereine ses peres li donnaît quant il se mariat, selonc ce que li dons est plus pleinement contenus en certaines lettres, qui en ont esté faites, et nous ait fait hommage lige des dites choses, etc.*

**FEUDUM RECTUM**, dicitur, quod ad hæredes transitorium sit in infinitum, inquit Zazius de Feud. part. 12. seu, ut Cujacius, cujus possessio recta est. *Rectum et gentile Feudum*, in Charta ann. 1238. apud Ughellum in Episcop. Eporediensib.

\* Charta ann. 1250. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Possidebimus in perpetuum a domino episcopo et successoribus ejus Carnotensibus ad unum Rectum et liberum Feudum, ad usus et consuetudines Carnotensium feodorum, sine aliqua reddentia majoriæ sive serjanteriaz.* [Vide Feud. lib. 2. tit. 20. Chart. ann. 1252. in Murator. Antiq. Italic. tom. 1. col. 607. aliam ann. 1232. in Alsat. Diplom. num. 463.]

**FEUDUM REDDIBILE**, cujus castrum reddi debet domino capitali, cum ei liberit, a vassallo, qui inde cum tota sua familia excedere tenetur, [ita tamen ut eidem vassallo postea restituatur. Vide Boissium de Usu Feud. cap. 8.] Tabulæ ann. 1340. *Concessit in Feudum antiquum, et Reddibile, etc.* Chronicon Metense tom. 6. Spicilegii Acheriani: *Feudum de Marimont cum appendiciis suis Reddibile... acquisivit.* Occurrit passim in veteribus Tabulis. Ea autem feudorum conditio *Redda* dicitur in Charta Bernardi Abbatis Tutelensis in Lemovicibus in Hist. Turense pag. 39. *Redditio, et Redditus*, in alia ann. 1239. in Hist. Vergiac. pag. 170. 171. et Ducum Burg. pag. 75. Extant in Codice Thuano 98. fol. 56. et seqq. *Consuetudines Cataloniae inter dominos et vassallos tenentes castra pro dominis, seu alia feuda*, in quibus ejusmodi feudorum reddibilium conditiones et jura exacte enucleantur et deciduntur. Vide Dissert. 30. ad Joinvill. pag. 349. 350. [Rosenthal. de Feud. cap. 1. § 78. et supra *Feudum Jurabile et Aperibile*.]

¶ **Vulgatior ratio usque receptorum reddendi castra in Delphinatu erat ut, mortuo vassallo, vel in alia qualibet mutatione, vexillum capitalis Domini in altiori et principali turri poneretur per unum vel plures dies, prout in Charta infeodationis expressum fuerat. Charta ann. 1340. apud Boissium de Usu Feud. cap. 8: *Quæ quidem reddibilitas sic intelligitur et declaratur, videlicet quod in mutatione Domini, ac etiam mutatione vassalli, Dom. Delphinus et successoris sui in dicto feudo possint et debeant ponere et poni facere vexillum suum in signum majoris domini, et tenere ibidem dictum vexillum per unam diem naturalem duratacat. Alia ann. 1249. ibid.: *Et in qualibet mutatione domini et vassalli, etiam dicta castra redduntur Dom. Delphino et suis tenenda per tres dies duratacat cum vexillo Delphinati. Erant præterea castra quæ domino reddere tenebatur vassallus ad magnam et parvam fortiam; à grande et petite force, ut****

legitur in Consuetud. Barrensi. Vide in Fortia 2.

\* Is erat apud Catalanos usus, ut decima die, a quo castrum dominus acceperat, illud vassallo restitueret. Consuet. Catalan. Mss. cap. 7: *Et finitis decem diebus, postquam receperit dominus libere potestatem, dominus debet de antiqua et approbata consuetudine Cataloniae in decima die reddere castrum vassallo, si fuerit ab eo requisitus.*

**FEUDUM REGALE**, *Feudum majus*, seu quod regale aliquid in se habet, de quo quis a Rege absoluto, nec superiore agnoscente, instituitur, cujusmodi sunt ea, quæ *Libertates regales* habere dicuntur. Ita Cowellus lib. 2. Instit. tit. 2. § 7. qui *Comitatus Palatinos* intelligit, de quibus in hac voce.

\* Charta Frider. II. imper. ann. 1220. inter notas ad Chron. imper. Leon. Urbevet. apud Lamium in Delic. erudit. pag. 248: *Item addimus et damus eis (Tuscis comitibus palatinis) in rectum et Regale Feudum atque concedimus castrum Corzani, positum in partibus Romanolæ, cum tota curia sua et cum omnibus pertinentiis suis.*

\* **FEUDORUM RELEVÆIA**. [Ut *relevanceum* sub *RELEVARE Feudum*: « Salvo jure et... et retento nobis spate placito cum pertinentibus ad placitum spate, *Relevetis* feodorum lorice integrorum. (Cart. Lud. IX. ann. 1259. de Syll. Monast. in Mus. Arch. dep. p. 167). »]

† **FEUDUM RESTRICTUM**. Vide in *Feudum Talliatum*.

† **FEUDUM RESUMTIBILE**, Gall. *Fief de reprise*, dicitur prædium quod prius ab omni præstatione liberum, et a quolibet servitio sive reali, sive personali inamunde, Domino capitali ob certum stipendium subditur, statimque ab illo recipitur seu feudi nomine cum debitis servitiis. Aliud ab eo quod

† **FEUDUM REVERSIBILE**, Gallis *Fief de retour*, vocant, quod nimirum mortuo sine liberis vassallo ad Dominum capitalem revertitur. Vide *Feudum Talliatum*.

\* **FEUDUM RURALE**, Ignobile, servitiis addictum, quod a rustico possideri potest, nostris *Fief rural*. Charta ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 71: *Dicentes in contrarium ipsum Feudum non esse nobile, sed potius Rurale, et melius et verius esse emphiteosim, quia exinde debebantur et originaliter debita fuerant et adhuc debebantur servitia.* Vide *Feudum Burgense*.

\* **FEUDUM SACERDOTALE**. Vide in *Feudum Presbyteriale*.

\* **FEUDUM SACRATORUM**, Quod vestium sartori attribuebantur. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650: *Ad fundos tres ministerii sacroris susceptum, ut honeste semper vestita præsulis familia in publicum procederet.*

\* **FEUDUM SCUTELLARUM**, Quod ad ministerium *scutellarum* spectat. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 649: *Feudum, quod ministerii scutellarum nomine diu servaverat, etc.* Infra: *Scutellarum sive paropsidum Feudo*.

**FEUDA SCUTIFERA**, seu *Scutiferorum*, Germanis *Schildlehen*, de quibus lib. 4. de Feud. tit. 74. Jacobus de S. Georg. et Zazius part. 12. de Feud. § 10.

**FEUDUM SERGENTERIÆ**. Vide in *Serviens*.

\* **FEUDUM SIGILLI**, Quod officio sigillatoris adscriptum est. Declarat. Joan. de Sacrocassare milit. ann. 1318. in Reg.

112. Chartoph. reg. ch. 6: *Item le Fief de seaul de Maalay-le-roy, ou il a xxx. solz de terre ou environ, qui sont tenues en fief de nous... Item l'escripture et li Seaulx de ladite prévosté sont prisies par an lxxv. solz Tournois.*

FEUDUM SIMPLEX, quod simplici et perpetuo jure quis tenet sibi et hæredibus suis. Ita Cowellus lib. 2. tit. 2. § 12. et Rastallus. Littleton. sect. 1: *Tenant en Fée simple, est celui qui a terres ou tenemens à tener à lui et à ses haïres à tous-jours; et est appel en Latin, Feodum simplex, quia feodum idem est quod hæreditas, et simplex idem est quod legitimum vel purum; et sic Feodum simplex idem est, quod hæreditas legitima, vel hæreditas pura. Hæc idem Littleton. Habentur formulæ complures infeodationum ejusmodi feodorum in Charta feodi in libro Anglico, inscripto Justice of peace, pag. 145. v. et seqq. [\*\* Alias Feodum simplex idem est quod planum, sicut, quod vasallus a domino primo, nullo subdomino medio, tenet. Vide Eichhorn. Introd. in Jus German. § 198. et chart. ann. 1338. in Guden. Cod. Diplom. tom. 3. pag. 284.]*

† FEUDUM SIRVENTALE, Certis ac definitis servitiis obnoxium. *Fief de Sergent, in Assisiis Hierosol. cap. 190. Feodum servientis, in Charta ann. 1220. Charta ann. 1189: Ut habeas et teneas tu vel tui de me ad fevum vel de meis ad meum servitium... Istum Fevum est Sirventale. Vide Sirventia.*

FEUDUM SOLDATÆ dicitur, cum nobili alicui de annua pro alimentis præstatione sub titulo feudali provisio fit, non tamen ex camera, aut ex cavena, aut vectigalibus, etc. idque post mortem dantis et accipientis finitum. Zazium part. 12. de Feud. § 32. *Fief de Sodoier, in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 244.*

FEUDUM SOLIDUM, idem quod *Ligium*, in Constitutionibus Catalanæ inter dominos et vasallus MSS. cap. 44. Vide *Solidus* 1. et *Homagium solidum* in *Hominium*.

† FEUDUM SPIRITUALE, idem quod *Feudum Advocatiæ*, quod ea lege datur ut feudatarius armis jura tueatur Ecclesiæ a qua feudum tenet. Vitæ Patriarcharum Aquileensium in Anecdotis Murator. tom. 3. pag. 248: *Eo autem tempore et anno Rex Bohemiæ vasallus Ecclesiæ Aquileiensis habens ab hac Feudum Spirituale, pro redemptione civitatis Austriæ misit Vicarium suum cum magno exercitu.*

\* FEUDUM STERNENDI LECTICAS, Emolumentum huic ministerio assignatum. Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650: *Quibus Feudi ratione id negotii datum esset, ut patriarchalem lecticam paleis sternerent, veteres asportarent.*

\* FEUDUM SUBALTERNUM, Ex alio dependens, secundarium. Charta ann. 1542. inter Probat. tom. 3. Hist. Lothar. col. 395: *Ita ut dictus noster consanguineus dux Lotharingiæ Antonus et ipsius hæredes, non tantum cum membris aut statibus particularibus dependentibus ex feudo et Feudo Subalterno ab imperio, etc. Vide Subalternus et mox*

\* FEUDUM SUPPOSITUM. Consuet. Norman. part. 1. cap. 33. ex Cod. reg. 4651: *Feoda Supposita dicuntur illa feoda, quæ a capitalibus feodis descendenti eisdem supponuntur, ut vassoriarie serviles, tam per summagium quam per equum masculum, et alia feoda, quæ per acras tenentur de domino capitali. Ubi textus Gall. Les fiefs par dessous, sont ceux qui des-*

sendent des fiefs chevelz, et sont soumis à eulx.

\* FEUDUM TABELLARIORUM, seu *Feudum litterarum ocus perferendarum*, in Tract. de Feud. eccl. Aquilej. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 650. Vide infra *Summagium* in *Sagma*.

FEUDUM TALLIATUM, dicitur verbis forensibus hæreditas in quodam certitudinem limitata, seu feudum certis conditionibus concessum, verbi gratia alicui, et liberis ex legitimo matrimonio nascituris. Unde si is, cui feudum datum est, moriatur absque liberis, feudum ad donatorem redit: *talliari enim est ad quendam certitudinem ponere, vel ad quoddam certum hæreditamentum limitare. Ejusmodi sunt terræ et tenementa sub tallia data, concessa, vel obventa, apud Henricum Knygthonum lib. 5: Terræ tamen et tenementa, quæ sub tallia eis provenerant, post eorum decessum ad rectos hæredes redire statuuntur. Alii: Similiter exhereditati sunt, et forisfece- runt omnia tenementa, terras et possessiones pro se et hæredibus suis in perpetuum, iis exceptis, quæ sub tallia provenerunt, etc. Ex quibus patet, Feuda talliata in confiscationem non cadere.*

Diversum porro videtur *Feudum talliatum* a feodo, quod *Restrictum* vocat Consuetudo Ambianensis art. 71. 84. 132. *Fief restreint et abbregé*, quod scilicet certis conditionibus, atque adeo interdum censui obnoxium sit. [Bellomanius cap. 28. pag. 142: *Il sont aucuns Fiefs que l'on appelle Fiefs Abregiez; quant l'en est semond pour serviche de tex Fiés, l'en doit offrir à son Seigneur ce qui est dû par le raison de l'abregement, ne autre chose li sires ne puet demander se li abregement est provez ou connus, et il est fet souffissament par l'otroy dou Comte: car je n'ai puis souffrir abregier le plein serviche que l'en tien de moi sans l'otroy dou Comte, combien qu'il y ait de seigneurs dessous le Comte l'un apres l'autre, soit ainsint, qu'il se soient tout accordé à l'abriégement, et s'il se sont tout accordé, et li Quens le scait, il gaigne l'homage de cheluy qui tient la chose, et revient l'homage en la nature de plein serviche, et si le doit amender chil qui l'abrega à son home de 60. liv. au Comte. Ex art. 25. jam cit. Consuetud. Ambian. apte colligitur *Feudum restrictum* dictum fuisse illud ejus relevium 60. solid. Paris. cambellagium vero 20. minus esset. Sic enim habet: *Tous fiefs qui sont tenus à soixante sols Parisis de relief, et à vingt sols de chambellage, ou par plus grande tenué, sont reputez nobles et tenus en plein hommage.*] Vide 1. Regestum Parlamenti Paris. fol. 130. verso, statutum 2. Westmonasteriense ann. 13. Edward. I. cap. 1. 50. Chartam feodi pag. 149. Littletonem sect. 13. 14. 18. et seqq. Cowellum lib. 2. § 12. 13. et Rastallum verbo *Fée taille*.*

\* FEUDUM TALLIATUM altera notione dicitur illud, cujus quedam portiones diversis personis ad vitam vel ad certos annos assignantur. Charta Henr. reg. Angl. ex Cod. reg. 8387. 4. fol. 112. v: *Concessimus prefato consanguineo nostro castrum, villam, manerium et dominium de Lesparre, ... proviso semper quod si aliquæ alix personæ ad tunc habuerint aliquem statum pro termino vitæ vel annorum, seu in Feodo Talliato ex concessione nostra seu aliquorum progenitorum nostrorum in castro, villa, manerio et dominio predictis, seu aliqua parcella eorumdem, valerent eodem statu libere et pacifice uti et gaudere . . . Quod si con-*

tingeret . . . aliquas hujusmodi in Feodo Talliato in castro, villa, manerio et dominio predictis . . . supervivere, tunc post hujusmodi statum pro termino vitæ vel annorum, seu Feodi talliati debite completum et finitum, . . . prefato consanguineo nostro . . . remanerent habenda et tenenda.

\*\* FEUDUM THEUTONICALE vel JURIS THEUTONICI. Vide *Haltaus*. Glossar. German. col. 1777. voce *Teutsch*.

FEUDUM VASSALLATICUM, Vassalli servitio obnoxium, in veteri Charta apud Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 64. [\*\* Vide *Haltaus*. Glossar. voce *Mannlehn*, col. 1308.]

FEUDUM VERUM, cui opponitur *Feudum de futuro*, in Jure Feudali Saxonum cap. 29. § 12. [*Feudum verum* definit D. Brussel de Usu Feud. lib. 1. cap. 14. illud quod a Principe aliove capitali Domino gratuita et liberali donatione conceditur.]

FEUDUM VEXILLI, aut *Feudovexillum*, quod cum vexillo confertur, quo quis cum vexillo investitur, cujusmodi sunt majoris dignitatis feuda, quæ nostri *Fiefs de bannieres* vocant, quod vexilla in aciem cum vassallis suis educant, qui ea possident. Ejusmodi *Feudovexilla*, Germani *Fahnlehen*, vel *Vanlehen*, vocant; est enim *Fan*, vexillum, *Lehen*, feudum. Vide Wiguleium Hondium in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 312. 382. Speculum Saxon. l. 3. art. 58. § 2: *Nullum est Feudum vexilli, de quo possit illustris seu princeps fieri, nisi illud sibi a Rege conferatur. Art. 60. § 1: Imperator confert cum sceptro spiritualibus, et cum Vexillis secularibus, Feuda omnia illustris dignitatis. Art. 62. § 2: Septem etiam Vexillorum in Saxonia sunt destinita, Ducatus Saxonie, Palantia, Marchia Brandeburgensis, etc. Art. 52. § 3: Imperator . . . confert Comitatus, seu Comitias, Vexillaque Feudalia. [Bavari litteræ pro conferendo Principatu Brandeburgensi Ludovico filio ann. 1328. apud Ludewig. tom. 2. pag. 275: *Conferentès eidem ac infeodantes et investientes . . . per sceptrum regale, sub vannulis et Vexillis, ut est moris.*] *Feudovexillum*, in jure feudali Saxon. cap. 16. § 3. 4. 7. cap. 34. § 1. Vide Hieronymum Vignarium in Hist. Alsatica pag. 143. Dissert. 9. ad Joinvillam pag. 136. et supra *Fanhelen*.*

† FEUDUM VIARIE, Gall. *Voirie*. Vide *Viarius*.

† FEUDUM VICARIE, Gall. *Viguerie*. Feudi species apud Occitanos notissima, cujus ab initio seculi XI. etiam feminæ capaces erant, ut colligitur ex Charta Roberti Regis ann. 1027. inter Probat. Hist. S. Germani a Pratis pag. 24: *Ad ultimum vero, nos et uxor nostra Regina Constantia uxorem Garini, Harsendam nomine, ad cujus hæreditatis beneficium tantummodo camporum Vicariæ respiciebant, ante nostram præsentiam convocavimus. Vide *Vicarius*.*

† FEUDUM VICECOMITATUS, Quod seculis XII. et XIII. hæreditarium esse cepit, in præfectura totius Comitatus vel unius ejusdem Comitatus urbis positum erat. Quæ autem fuerint ejusmodi feudi pertinentiæ, jura et prærogativæ discere licet ex Charta Guillelmi Debarris et Helvidæ ejus uxoris ann. 1348. ex Chartul. Campaniæ in Camera Computorum fol. 408: *Ac etiam, quicquid habebamus vel habere debebamus in castro et villa Pruvini, et circumcirca Pruvinum, ac in parochia de Branchisiaco, in parochia de Loan, in parochia de Villagruis, in*

parochia de Villariis-Domini Georgii, in parochia de Montefiguli, in parochia sancti Martini de Charnetron, in parochia de Bonosacco, et in quibuscumque locis, ac in rebus quibuscumque, tam in hominibus Ecclesie de Nigella quam in omnibus rebus aliis, ratione Vicecomitatus Pruviniensis. Adde Chartular. Carnotense ann. 1302. fol. 64: *Messire Gauthier de Rochefort, chevalier, tient la Vicontée de Chartres, de la Contesse, ès villes qui s'ensievent. C'est à savoir, à Gourdees et les appartenances, et la joustice haute et basse; Gilainville et les appartenances, et la seigneurie, Macouiller, et les appartenances, et la serjanterie, et la joustice haute et basse, et ès diles villes, et à Sours, plusieurs chouses et hommes de cors. Et à Chartres, plusieurs rentes et plusieurs dignitez, si comme il est contenu en un escript. Et puet tout ce valoir quanque il tient de la Contesse, environ III<sup>c</sup>. lib. par an de rente. Et doit ledit viconte servir d'ost, soit tiers de Chevaliers, et doit rachat. Et environ II<sup>c</sup>. rierefez. Vide in Vicecomite.*

\* FEUDUM VICECOMITALE. Idem quod Vicecomitatus. Charta ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 166: *Excepto Feodo Vicecomitali, qui tenetur ab episcopo Engolismensi.*

† FEUDUM VICEDOMINII. Vide Vicedominus.

\* FEUDUM VILLANUM. Tenementum, quod a villano possidetur sub onere præstationis, census et operarum, quod villanum servitium nuncupatur. Lit. Phil. VI. ann. 1342. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 504: *Pour ce que ledit Evêque (de Baieux) a regardé que plus seroit . . . profitable chose, s'il demouroit fié noble, que ce ne seroit que ledit Jehan le tenist comme Villain Fié dudit évêque, mesmelement comme se il demouroit Fié Villain, il ne charroit, ne pourroit chaer en garde dudit évêque, ne n'y prendroit ledit évêque les faisances que fié noble doit faire, etc.* Lit. remiss. ann. 1385. in Reg. 127. ch. 275: *Et est icellui manoir tenu en censive et en Fief villain. Vide supra Feudum rurale et in Villenagium.*

\* FEUDUM VINEARUM. Lit. remiss. ann. 1479. in Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 317: *Ouquel Fief de vignes à plusieurs hommes tenens, qui tiennent en particulier au droit de complant, devoir feodal, etc. Combien que selon l'usage et coutume de nostre pays de Poictou . . . il ne soit loisible à aucuns tenenciers dudit fief icellui ouvrir ne vandanger, sans le congé . . . des seigneurs dudit fief, etc.*

\* FEUDUM VINI. Cujus præstatio ex vino constat. Charta ann. 1215. in Chart. S. Vincent. Laudun. ch. 193: *Dedit etiam eidem ecclesie (S. Vincentii) duos modios albi vini ad Feudum Vini, quem a domino Laudunensi episcopo teneo.*

FEUDUM VIVUM, Gall. Fief vif, ou rente fonciere, in Consuetud. Aquisani tit. 8. art. 2. § 6. 11. in quo tenens seu vassallus tenetur habere seu tenere ignem vivum, Feu vif, id est, perpetuam residentiam. Vide supra Feudum mortuum.

FEUDUM, marito vivente, propter nuptias est mulieris donatio [<sup>est</sup> is ire gedinge], ipso mortuo ejus Feudum [<sup>est</sup> rechte ten] appellatur. Speculum Saxon. lib. 3. art. 75. § 2.

CRESCERE DOMINUM IN FEODO, est augere feudum domini per accessionem et acquisitionem, in Charta ann. 1230. apud Perardum in Burgundicis pag. 417. De ejusmodi augmentis feudorum,

pluribus egit vir clarissimus Dionysius Salvaingus Boissius lib. de Feudorum usu cap. 19. Vide Servitium Meliorare.

FEUDUM MINUERE vetantur vassalli, id est, partem illius dare, vel alienare; præsertim si servitium domino inde pereat vel minuatur, quomodo obsequium regale minuere dicitur in Capitulari 4. ann. 805. cap. 13. Nam cæteroquin minora feuda partitionem ac divisionem admittunt. Guntherus lib. 8. Ligurini:

Marchia, seu Comitatus possessio, sive Ducatus Integra permaneat: Feudalia cætera multis Participanda patet, domino dum quisque fidele Spondeat obsequium, jurandaque fœdera præstat.

Constitutio Frederici I. Imper. apud Radevicum lib. 4. cap. 7: *Non modicas accepimus querelas, quod beneficia eorum et Feuda, quæ vassalli ab eis tenebant, sine dominorum licentia pignori obligaverant, et quadam collusionem, nomine libelli vendiderant, unde debita servitia amittebant, et bonorum Imperii nostræ felicis expeditionis complementum minuebant, etc.* Alia Charta ann. 1176. apud Hieron. Vignerium in Genealog. Alsatic. pag. 120: *Hoc addito, quod Feudati mei, si quid dare voluerint in elemosynam de Feudis suis, unde servitium nec reditus mei decrescant, et illi habeant liberam potestatem dandi, etc.* Tabularium Lehunense Ch. 85: *Eo siquidem tenore, quod non licebit ei vel hæredibus suis Feodum imminuere, vel dividere. Adde Galliam Christian. tom. 4. pag. 146.*

Ita tamen feudorum partis alicujus alienationes a dominis permittebantur, dummodo vassallus retineret tantum terræ aut feudi, quo servitium consuetum domino exhiberet, et, ut vulgo loquuntur Consuetudines municipales, *pourveu qu'il retinst de quoi servir le fief.* Tabularium S. Crucis Talemondensis fol. 8: *Addi . . . ut si quis ex isto meo honore voluerit loco sanctæ Crucis ac Monachis ibidem Deo servientibus de possessione sua dare vel vendere, non prohibeatur; sed potius commoneatur, tantillo interdicto, ut dominus suus inde suum non perdat servitium.* Tabular. Cœnobii Dolensis: *Concedimus etiam, ut quicumque ex nostris casatis vel feodatis partem aliquam sui fisci sive casamenti, quod a nobis habet, dare voluerit, libere hoc agere possit, ita tamen ut non totum det, sed partem retineat capitis.* Magna Charta Angliæ cap. 32: *Nullus homo liber det de cætero amplius alicui de terra sua, quam ut de residuo terræ suæ posset sufficienter fieri domino Feodi servitium ei debitum, quod pertinet ad feudum illud.* Statutum de Prærogativa Regis ann. 17. Edw. II. cap. 7: *Nullus, qui de Rege tenet in capite per servitium Militare, potest alienare majorem partem terrarum suarum, ita quod residuum non sufficiat ad faciendum servitium suum, sine licentia Regis.* Tabular. Monast. Longipontis in diocesi Paris: *In primo anno, quo Philippus filius Philippi Regis Francorum accepit uxorem Helizabeth filiam Guidonis Trosselli, residens apud Montem Lethericum inter proceres suos, firmavit quæcumque Ecclesia de Longoponte tenuerat usque ad diem illum, videlicet villam, quæ dicitur Ver, ab omni exactione liberam, consuetudinem Militum de Fisco Montis Leterici dandi Ecclesie, excepto quod dominus servitium suum non perdat, potestatem habentium.* Charta Renaldi Comitis in Chron. Besuensi pag. 681: *Donavit quicquid de Feodo suo unusquisque de eadem villa . . . prædictæ cellæ fratribus dederat, dummodo ex hoc*

totum Feodum suum ipse non amittat, etc. Alia ann. 1060. apud Louvetum in Bellovaco: *Confirmavit adhuc . . . ut si aliquis ex Militibus suis de Fisco suo Ecclesie donare voluerit, absque suo jussu donet indifferenter, ita scilicet ut Militare servitium non amittat.* Charta Ludov. VII. Reg. Franc. ann. 1141. in Tabul. Prioratus Neronis villæ fol. 6: *Si vero aliquis homo noster pietate ductus de Feodo nostro eisdem Monachis aliquid impertire voluerit, auctoritate nostra ei concedimus, et donamus, eo scilicet tenore, ut servitia et consuetudines nostras propter hoc non amittamus.* Charta fundationis Abb. S. Stephani de Fonteneto in Normannia, in Regesto 106. Tabularii Regii Ch. 370: *Concessi eis et confirmavi, quod homines et milites mei et homines Militum meorum habeant potestatem donandi sive vendendi eisdem Abbati et Monachis competenter de tenementis suis quod voluerint: ita tamen quod tantum remaneat de Feodo in manu donatorum, quod ipsi possint sufficienter respondere mihi et hæredibus meis de omnibus ad me et hæredes meos pertinentibus, etc.* Assis. Hierosolymit. MSS. cap. 190: *Se un home qui a Fié, qui soit coneu à vil, recreant, couart, ou que il soit bossau, ou que il soit mahaigné d'aucun des membres, ou yvrogne, ou entechié de aucun mauvais et vilain vice; mais que il soit fis de Chevalier et de Dame, né en loial mariage, l'on ne le peut pas contredire que il n'achete le Fié, de quoy le Seignor peut estre empiré, ou amerme de son service, etc.* Vide Constit. Siculas lib. 3. tit. 5. § 2. et Stabilimentum S. Ludovici lib. 1. cap. 124. Ordericum Vitalem pag. 583. 587. 588. 589. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 974. etc. præterea Andream Suenonis lib. 4. Legum Scania cap. 10.

\* FEUDUM DIVIDERE non licebat vassallo, quando unius tantum militis servitium ex illo feudo præstare tenebatur; secus vero, si plures milites exhibere debebat: atque tunc domino assignabat partem feudi pro ratione debiti servitii, ex Assis. Hierosol. MSS. cap. 184: *Nul ne peut desmembrer fié, se le fié ne doit service de plus d'une chevalerie; et qui veaut desmembrer fié, qui doit service de plusieurs chevaliers, il doit donner partie de son fié pour partie de son service que le fié doit, ensi que plus dou fié demore au seignor qui le desmembre.* Ecclisier son fief, eodem significatu, in Lit. ann. 1402. ex Reg. 4. Chart. fol. 96. et in Comput. balliv. Insul. ann. 1410. *Dépeschement de fié, feudi divisio seu imminutio, in Lit. Phil. VI. ann. 1342. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 504: Comme Jehan de Moulineaux nous eust signifié que il avoit acheté de Guillaume Guichart chevalier certains héritages assis en la paroisse de Bernieres sur la mer; lesquies par tant de temps, qui n'est mémoire du contraire, ont esté tenuz par un fié de chevalier franchement, avecques court et usage en basse justice des évêques de Baieux, jusques à tant que n'aguaires, pour ce que l'en disoit que ledit chevalier y avoit fait aucuns de dépeschement de fief, nostre amé et féal conseiller l'évêque aprésent de Baieux avoit (fait) prendre et arrester en sa main la court et l'usage dudit fié acause de dépeschement.* Vide infra Longinquare.

\* Cum autem Feudum dividebatur, sive inter hæredes, sive inter alios, quocumque modo possessores, tunc suam quisque feudi partem, nullo medio, a domino capitali tenebat, quod contra



receptum hactenus usum, definitum legitur solemniter iudicio ann. 1210. cui cum rege præferuntur dux Burgundia, comites Nivernensis, Bolognia, Sancti Pauli, de Domnapetra, et alii proceres multi, ex Cod. reg. 9822. 2. Tol. 9. r. : *Magnates de regno Francie unanimiter conveniunt et assensu publico firmaverunt, ut a primo die Maii imposterum ita sit de Feodalibus tenementis. Quicquid tenetur de domino, lege vel alio modo, si contingeret per successionem hæredum vel quocumque alio modo divisionem inde fieri, quocumque modo fiat, omnes qui de illo Feodo tenebunt, de domino feodi principaliter et nullo medio tenebunt, sicut unus antea tenebat, priusquam divisio facta esset; quandoque contigerit pro illo totali Feodo tenebit (f. leg. deberi) servitium tenebitur exhibere et illi domino deservire et reddere rachatum et omnem justitiam. Quicquid autem antea factum est et usitatum usque ad proximum diem Maii, maneat sicut est factum; sed de cætero fiat, sicut est supra dictum. Vide infra Feudum Sequi.*

FEUDUM PERDERE, seu *Forisfacere Feodum propter Feloniam*, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 32: *Qui seniores suum vivum in bello reliquerit, dum eum adjuvare possit, aut malo ingenio ei de pugna defecerit, perdere debet omnia, quæ per illum habuerit. Ita de eo qui seniores suum despererit, et per superbiam eum pensabiliter diffidaverit, cap. 33. et de eo qui se sciente seniores suum a manu vel a lingua occiderit, vel filium suum legitimum, aut adulteraverit uxorem ejus, vel tolleret ejus castrum, et non reddiderit sine peronimento, aut fecerit ei malum, quod non possit ei redigere nec emendare, etc. Adde cap. 38. Vetus Consuetud. Francie lib. 2: *Le vassal pert son Fief, quand par mal talent il met la main sur son Seigneur à tort, se il arme contre lui, se sans congé il pesche en ses estangs, et où il chasse en sa garenne, se il fortrait sa femme, ou fille pucelle. Per assisias Hierosol. MSS. cap. 186. et 195: *L'on peut perdre son Fief en trois manieres: l'un est l'an et jour, l'autre toute sa vie, et la tierce luy et ses heirs. L'an et jour le peut home perdre par default de service. Toute sa vie le peut home perdre, et pert par default d'homage et par autres choses, et l'on peut perdre et pert pour Dieu renover, et pour estre traïtour vers son Seigneur. Et cap. 193: *Ce sont les choses de quoi il me souvient ores pour quoy l'on peut et doit par l'assise ou usage du Royaume de Jerusalem estre desheritez lui et ses heirs. Qui est herege (heretique,) qui se renvoie, qui met main sur le cors de son Seigneur, qui vient à armes contre son Seigneur en champ, qui vent sans le congé de son Seigneur sa cité, ou son chastiau, ou sa forteresse à son ennemi, tant come il a à boire, ne à manger tant ne quant, qui traist son Seigneur, et le livre à ses ennemis, qui porchasse la mort et le desheritement de son Seigneur, et est de ce atteint et prové, qui vent par l'assise son Fié, qui est appelle de trahison, vengu en champ, ou defaillant de venir soi deffendre en la Court de son Seigneur de la trayson que l'on li met sus, se il est semons, si come il doit. Cap. 194: *Ce sont les choses, pourquoy il me semble que l'on peut et doit estre desherité sa vie. Se un home tient un Fié dou Seigneur de qui il li doive homage, et se il ne le fait, ou il ne l'euffre à faire, si come il doit, dedans un an et un jour, etc. qui est atteint de foy mentie vers son Seigneur,*****

*il pert le Fié toute sa vie, etc. Adde Libros Feodor. Regiam Majest. lib. 2. cap. 63. Leges Alfoinsas parte 4. tit. 26. lege 8. Constitut. Siculas lib. 3. cap. 13. § 17. Consuetud. Andegav. art. 187. et seqq. et Feudistas passim. Vide Forisfacere.*

FEUDUM COMMITTERE, Idem quod in *Commisum cadere*, Gall. *Tomber en Commise*, quod fit cum dominia ex delicto vassalli ad dominum feudi redeunt. *Committre son Fief*, in Consuetudinibus municipalibus nostris passim. Charta ann. 1281. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 106: *Quæ quidem si per dictum Raymundum non fuerint observata, Feudum superius sibi datum Committatur, ex eo quod prædicta non observaret. Vide Committre.*

FEUDUM RETINERE, quod Practici nostri dicunt, *Retenir par puissance de Fief*, ut est in Consuetud. Senon. art. 85. et aliis passim. *Retenir et reunir à sa table le Fief par puissance de Seigneurie*, in Consuet. Ambian. art. 18. 49. Silvanect. art. 226. et Claromontensi art. 93. Regestum Constabularii Burdegali. fol. 101: *Probatum est notorium et publicum, quod nemo nec nobilis nec innobilis potest nec consuevit acquirere Feudum nobile, nec vendere, si teneatur immediate a D. Rege et Duce, quousque primo illud Feodum dicto D. Regi, vel gentibus suis presentaverit, et viderit, an illud pro pretio, quo fuerit venditum, retinere voluerit: et si voluerit, potest illud retinere eodem pretio, ut dominus superior et directus. Subdit Instrumentum: Dummodo a Domino Feodi non fuerit missus in ejus possessionem.*

FEUDUM CONDOCERE, Illius investituram a domino feudali recipere. Vide supra *Conducere* 3.

FEUDUM EXIGERE, Illius investituram a domino feudali petere. Instr. ann. 1385. tom. 5. Cod. diplom. Polon. pag. 81. col. 2: *Cum quadam vice Feudum suum Exegisset, et se infeudari ab eo (domino) postulasset, etc. Vide supra in Feudum Patrimoniale.*

FEUDUM JUSTITIARE, Jus suum in eo exercere, vel manum injicere. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. II. Chartoph. reg. fol. 153. v. : *Significavit nobis venerabilis pater episcopus Mimatensis, quod vos arcetis seu Justitiare vultis Feudum Guidonis de Montonge, quod feudum tenere debet dictus Guido a domino Castri et dominus Castri ab ipso episcopo, et idem episcopus a nobis. Vide Justitiare.*

FEUDUM OSTENDERE, Feudalium prædiorum cum suis limitibus ac terminis, atque adeo juribus ac oneribus descriptionem domino offerre, quod *Feudum tradere in scriptis* pluries dicitur in Lib. nig. episc. Carnot. ad ann. 1333. 1334. etc. Chartul. AB. S. Germ. Prat. fol. 2. r. col. 1: *Anno 1256. Henricus gener domini Symonis de Emento militis apud Emantum (sic) fecit homagium dom. abbati S. Germani de pratis Parisius de feodo quod tenet ab ipso, et promisit se infra adventum primum dom. abbatis redditurum dictum Feodum in scriptis, et dicturum si quid alienatum sit de dicto feodo. Infra: Promisit se traditurum et declaraturum in scriptis prædictum Feudum. Gall. Donner aveu et dénombrement. Charta ann. 1263. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 62. r. : Mandamus vobis (comiti Fuxensi) quatinus Feudum, quod a nobis tenetis, senescallo nostro Ostendatis seu ostendi faciatis... Pro prædicto mandato domini*

*regis complendo... ad Ostentionem dicti feudi tradidit (dictus comes) quandam cedulam recognitionis dicti feudi.*

FEUDUM NEGARE, Clientelarem professionem denegare, cui oppositum *Recognoscere*. Reg. Phil. Aug. sign. 34. bis in Chartoph. reg. part. 1. fol. 40. r. col. 2: *Guillelmus Dispensator apud Canvilum 1. Feodum recognitum et dimidium negatum. Galfredus de Saie 1. Feodum recognitum et 1. Feodum negatum.*

FEUDUM POSTULARE, Illius investituram a domino feudali petere. Vide supra in *Feudum Patrimoniale*.

FEUDUM REFUTARE, idem quod *Feudum negare*. Tract. inter Amed. V. comit. Sabaud. et Joan. abb. Ambron. ann. 1285. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 955: *Qui apertas felonias et injurias manifestas contra nos et ecclesiam nostram committere non expavit, et ad ultimum dictum Feudum Refutavit, fidelitatem debitam nolendo inde facere.*

FEUDUM REINTEGRARE, Tantum terræ aut feudi ad servitium domini consuetum assignare, quantum a vassallo datum alienatum fuerat. Charta ann. 1270. in Chartul. Cluniac. ch. 369: *Si appareat possessiones vel jura aliqua de feodo supradicto per nos vel aliquem nostrum aut dictum quondam patrem nostrum alienatas esse seu extra manum nostram positas, in dictæ Cluniacensis ecclesie præjudicium et gravamen, nos de eisdem possessionibus et juribus sic alienatis et extra manum nostram positas, aut aliis possessionibus et nostris juribus de proprio nostro alodio equivalentibus, plene et integre seu perfecte Reintegrabitur Feudum supradictum, vel alias gratum abbatis Cluniacensis plene super hoc faciemus. Vide Feudum minuere.*

FEUDUM SEQUI dicitur vassallus, qui pro feudi parte, quam alter tenet, domino capitali clientelam proficitur. Charta ann. 1250. in Chartul. Sabaud. fol. 137. v. : *Si aliqua de bonis illis, pro quibus dictus Radulfus erit homo ligus comitis, ad partem dicti Petri pervenerint ex successione paterna vel divisione, quam inter se facient dicti fratres, vel alio quoquo modo, dictus Radulfus pro dicto Petro fratre suo erga comitem respondeat et Feodum Sequatur, et comes homagio ligio ipsius Radulfi pro rebus, quæ ad partem dicti Petri pervenerint, sit contentus. Alium tunc temporis obtinuisse in Francia usum, superius observabam.*

FEUDUM TERTIO vel quarto medio possidere, nostris *En tiers* vel *quart fief*. Stat. ann. 1408. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 320: *Pour les rentes, que gens non nobles auront acquises en tiers Fief, en paieront un an tant seulement; et de quart fief et au dessous, neant... Et est à entendre que les gens non nobles, qui auront acquis comme dessus est dit, ne paieront aucune finance en cas qu'il y aura trois moyens frans entre le roy et les possesseurs.*

FEUDI JUDICIUM. Charta ann. 1180. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 90. v. : *Ad hæc Becellus de Camino remisit Judicium Feudi Nosatino de Arioldo, quod super eos fecerat, tamen si attenderint, ut superius legitur. Infra: Item unicuique ex suis vassallis, qui istud sacramentum fecerint ad commune Conigliani, et firmum tenebit, similiter remisit Judicium Feudi.*

FEUDUM FACERE, id est *Homagium*, occurrit non semel in Actis Capitularibus Ecclesie Lugdun. ann. 1341. fol. 78. et alibi. [Fragmenta MSS. Hist. Aquil-

tanicæ apud Stephanot. tom. 4 : *Petrus de Blot Domicellus Fecit Feudum Domino Episcopo Claromontensi de mansis quæ habebat apud Raillac et Dasazat ac in villa Belliloci* an. 1160. Item, an. 1240. *Eblo de Ventadorio Fecit Fevum Domino Episcopo pro castris de Chatus, Champagnat, Miremont, Montelat, et aliis.* [\* Fidem jurare. Charta ann. 1410. in Memor. G. Cam. Comput. Paris. fol. 142. v. : *Amedeus comes Sabaudiz... Notum facimus quod nos illustrissimo domino meo domino regi Francorum hodie Fecimus Feudum et homagium fidelitatis, ad quod sibi tenebamur ratione vicecomitatus Malileporarii in Normannia. Vide Feoditas.*]

† FEALITER, id est, *Jure Feodali*. Chartul. S. Vincentii Genoman. fol. 29 : *Dicebant quod ter in anno debebat comedere hæres illius terræ in Abbacia B. Vincentii Cenomanensis Fealiter ; e contra Monachi negabant.*

FEUDALIS, Vassallus. Tabularium Bellilicense Ch. 97 : *Totum quem visus sum habere in ipso manso aut unus ex meis Feodalibus*. Charta Ecclesiæ Tutelensis, scripta sub Odone Rege : *Scalas castrum meum cum omni castellaniam, et cum universis Feodalibus*. *Feudales Milites*, in Charta Frotardi Vicecomitis Caturcensis sub Rodolpho Rege scripta. *Feudales liberi Trajectensis Ecclesiæ*, in Charta Adelbodi Episcopi ann. 1021. apud Willelm. Hedam pag. 282. 1. Edit. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Frey-lehn-mann*, col. 508.]

\* FEODALIS, Vassallus, qui ratione feodi ab alio pendet. Stat. ann. 1368. tom. 5. Ordinari. reg. Franc. pag. 140 : *Homines nostri Feodales, qui in castellaniam, præposituris et sedibus, aliisque locis regibus... ex debito feodorum suorum... justitiam facere et reddere tenentur, etc.* *Homme de fief*, in Charta ann. 1382. ex Tabul. S. Joan. Laudun. Terrear. Castell. ad Sequanam ex Cod. reg. 9898. 2 : *Item s'aucun dudit Chastillon corroucié à son seigneur se départ dudit Chastillon, ils appartiennent aux chaziers, autrement dit Feodaux, d'illec, de rammener et conduire seurement devant son seigneur.*

† FEDALIS, Eadem notione. Charta Fundationis Bassacensis Abbatiz ann. 1002. inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 478 : *Et si omnis parentela mea moriendo defecerit, tota possessio mea et Fedales mei ad Monasterium... sine ullo retentum dono jure perpetuo.*

† FEVALIS, in Charta ann. 1078. inter Fram. MSS. Hist. Aquitan. apud Stephanot. tom. 5. pag. 25. verso, et in alia ann. 1191. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 205. et alibi.

FEUDATUS, in Charta anni 1176. tom. 4. Galliz Christ. pag. 146. [et in Edicto S. Ludovici ann. 1233.]

† FEDATUS. Hist. MS. S. Cypriani Pictav. pag. 349. in Charta Bernardi Quatorbarbis ex Tabulario S. Cypr. fol. 98.

\* FEUDICIALIS, Ad feudum pertinens. Charta Bertholdi comit. de Henneberg ann. 1322 : *Advocatum nostram, quæ a nobis descendit jure Feudiciali... libere donavimus.*

FEODARIUS, Feudatarius, apud Willel. Thorn. lib. 2. cap. 15. [\* In Charta ann. 1219. ex Chartul. S. Vincent. Laudun.]

† FEODARI, Majores vassalli, qui a Domino feudali nude pendebant ratione tenuræ. In Delphinatu Feudarii bis in anno solebant convenire, ac tenere placita, ibique de mutuis controversiis, iis

maxime quæ feuda spectabant, judicare. Horum judiciis Dominus præerat, aut ejus loco qui *retrogardas* de eo tenebant. Inquisitio Oisentii tom. 1. Hist. Dalph. pag. 20 : *Dominus Hugo Ricardi est homo ligius comitis et tenet de eo... tres partes Reregardæ totius Oisentii... Et quando Feudarii tenent placita, qui ea debent tenere bis in quolibet anno, debet esse præsens loco Domini Comitiss, et cavere ne ipsi Feudarii gravent homines D. Comitiss... Et debet respondere D. Comitiss de duabus partibus bannorum et escaetorum quæ eveniunt cum tenentur dicta placita, et tertiam partem capiunt Feudarii supradicti. Vide Pares.*

† FEUDATARI, Idem qui Feudarii. Inquisitio S. Laurentii de Lacu tom. 1. Hist. Dalph. pag. 94 : *Et capit ibi (D. Comes) omnia banna regalia per totum, et alia banna præter quæ in feudis, in quibus Feudarii capiunt parva banna, et cognoscunt de causis realibus quæ veniunt inter tenentes ipsa feuda. Horum vero præcipua hæc erat prærogativa, ut in placitis et feudis ipsorum nihil capere posset Bailivus. Inquisitiones pro juribus Dalphinat. tom. 1. Hist. cit. pag. 141 : *Dom. Petrus Romanus, et Gualterus de Meissegnas, et Humbertus de Claromonte sunt homines Ligii Comitiss, et tenent de eo castrum de Claromonte et Balliam ejusdem castris, et capiunt ratione Balliæ tertiam decimam partem bladorum... et tertiam partem omnium bannorum, et escaetorum quæ possunt ibi accedere Comiti tam in terris quam in denariis, salvis tamen usagiis Comiti debitis, præterquam in placitis Feudatariorum et feudis ipsorum, ubi nihil capiunt. Eadem notione occurrunt Feudarii in Constit. Petri Reg. Aragon. ann. 1202. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1294.**

\* FEODARIUS, Qui alicujus vassallum se, fide data, profitetur. Chron. Angl. Th. Otterbourne pag. 76 : *Ita quidem, quod ipsi et heredes sui deinceps forent Feodarii ecclesiæ Romanæ. Occurrit præterea in Ch. ann. 1219. ex Chartul. S. Vincent. Laudun. Vide in Feudum.*

FEUDATARIUS, Vassallus, passim.

† FEUDOTARIUS, Eadem notione, apud Ludov. La guille in Probat. Hist. Alsac. pag. 54.

† PHEUDATARIUS, in Epist. Lauri Quirini de Turci potentia, ad Pium PP. II. ex Biblioth. Regia num. 205.

FEUDATARIUS, vel FEODATARIUS, apud Anglos, est Officialis a Magistro Curiz Wardorum, seu pupillorum, sub sigillo Curiz illius, uni vel pluribus Comitibus datus. Hic in cognoscendis rimandis que feudis, ad Regem pertinentibus, et ad tenuras pro Rege manifestandas, tuendasque operam navat : Escaetori ideo adjunctus, omnibusque nervis regiam promovens utilitatem. Pupillorum terras lustrat, valorem annum investigat, prodit, indicit, censum recipit, et Curiz receptori defert. Viduis item tenentium Regis dotem assignat. Spelman.

FEODATI, Fievez, apud Suger. de Administr. sua cap. 10.

\* FEUDARIUS, Feudo investitus, idem quod infra *Fevator*. Placit. ann. 1122. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 420 : *Alia etiam instrumenta cartarum, quæ testabantur eandem ecclesiam laicos habuisse ad feudum de abbatis Juncellensis, longam etiam possessionem per se et Feudarios suos ostenderunt. Privil. villæ de Burgo in ducatu Aquit. ann. 1451. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 379 : Item*

*dixerunt quod alii Feudarii et tenenciores in palude de Barba et in villa, certa denaria reddunt nobis. Rectius in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 14. v. : Dixerunt quod sunt aliqui Feodarii et tenensores in palude de Barba et in dicta villa, qui certa deveria reddunt domino regi.*

† FEVONES, Eadem notione, apud Menesterium in Probat. Hist. Lugdun. pag. IX : *Dedit etiam nobis dono supradictus Comes Willelmus quicquid acquisituri eramus in locis istis de Fevonibus ; Fevones quoque, scilicet Willelmus de Lavieu, etc. Ubi perperam editum Fruonibus et Fruones.*

FEODATARIUM, Jus, quod uxori competeat in feodis mariti. [\* Seu Donatio propter nuptias, ut supra ad lin. *Feudum marito vivente, monui.*] Charta Rainaudi Archiepisc. Lugdun. ann. 1215 : *Et 3. dem. frumenti, et 3. dem. siliginis, et 3. dem. ordet, debitaes in illa parte, quam tenet Margarita uxor Gaufridi Gros, et 5. sol. et 4. ob. debitaes et investituræ in ambabus partibus, non obstante Feodatario pro parte Margaritæ.*

FEODAGIUM, [Jus feudi ejusdemque districtus, territorium.] Charta Hemerici Vicecomitis Rupiscavardi ann. 1256. in 7. Regesto Archivi Reg. : *Feodagia illius partis castris de Brusac Petragoric, diocesis, quæ Helias dicitur Flameng Miles avohabat, et cognoscebat a nobis, cum Feodagio omnium, quæ prædictus Helias habebat seu habere poterat in Castellania Castris prædicti, etc.*

\* Féage, Fieffage et Fiefement, nostris, Feudum ipsum seu feudi conditio. Charta ann. 1296. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 247. v. col. 1 : *Avons baillié et fleufé en fin et en pardurableté ottroyé à Fiefement et à annuel rentes, etc.* Alia ann. 1361. in Reg. 92. Chartoph. reg. ch. 10 : *Avons baillié à Regnaut Willot... en pur Fieffage, à fin et perpétuel héritage nostre manoir de Berengerville. Lit. Joan. comit. Tancarville. ann. 1380. in Reg. 119. ch. 231 : *icellui sire Jehan puisse avoir et édifier à son profit un coulombier à pié et roé... parmi ce que icellui sire Jehan Costart et ses hoirs seront tenus de nous faire et à nos successeurs par maniere de Fieffage le nombre de vj. sols de rente. Les deniers et revenus d'un Féage, in Ch. ann. 1511. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1379. Vide supra *Featum*.**

† 1. FEUDAGIUM, Eadem notione. Charta Guigonis pro Monasterio Vallis-Benedictæ ann. 1184. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 23 : *Concesserunt... omnia sua nemora... et in Feudagiis suis perpetuam libertatem acquirendi sine aliqua fraude (l. laude) et consensu et sine aliquo usatico et dominio.*

\* 2. FEUDAGIUM, Feudi traditio, possessiove. Reg. feudor. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 20. v. : *Insuper recognovit prædicta domina Margarita de Turenna, quod tenet ab eodem domino rege in feudum immediate, castrum de Genciaco cum pertinentiis, videlicet castrum de Montinir jure Feudagii.*

\* FEODATIO DESAVENANS, Illegitima, minime conveniens ; cum scilicet valor feudi censum ex eo solvendum longe superat. Vide supra *Desavenans*.

FEODITAS. Will. Thorn. ann. 1281 : *Consuetudinem et auxilia ad relevationem Abbatiz S. Augustini... Feoditatem etiam et relevum 25. sol. Idem ann. 1283 : *Quod præfati homines de Stonore facerent eis redditum, relevum, Feodita-**

tem, sectam ad Curiam suam, etc. Ubi Feoditas videtur vox formata ex Gallico Feauté, fidelitas, homagium, sacramentum fidelitatis. Faire fief, recevoir le vassal à fief, in Consuetudine Arvern. cap. 22. art. 5. 25. ubi feudum sumitur pro hominio et fidelitate, seu foi et homage, ut est in art. 4.

\* Feuté, eadem acceptione, in Charta ann. 1394. ex Chartul. 21. Corb. fol. 81 : Ja fust il que ledit monseigneur Charle fust en la Feuté desdites religieuses desdites terres et les eust relevé par son procureur... Item ledit Ferry par lui ou son procureur souffissamment fondé est et sera tenu... entrer en la Feuté et souffrance desdites religieuses. Vide Belloman. MS. cap. 48. pag. 127. v. col. 2.

\* FEODALE, Quidquid feodi ratione debetur. Charta ann. 1224. in Chartul. Maurigniac. ch. 95 : Confessus est in jure abbas Maurigniacensis, quod recepit pluries episcopum Carnotensem in domo sua, et solvit expensas ejus... et alia quæ appellantiur Feodalita. Seigneurie féodale, dominium, quod jure feodi gaudet, in Ch. ann. 1417. ex Chartul. Latinac. fol. 173.

† FEARE, Terram vel prædium in feudum concedere. Charta Kadelonis ex Chartul. Sangerm. fol. 8. tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 418 : Obtuli... omnia propria quæ possidebam in parochia S. Mariæ Perate, atque Albiensi, exceptis casamentis unde meos homines Feaveram.

\* Efföder, eodem sensu, in Descript. feud. comitat. Camerac. ex Tabul. ejusd. eccl. Fieffer vero, pro Prædium ad multos annos conducere, in Instr. ann. 1406. ex Bibl. reg. : Toutes voies ou cas que ledit chevalier la (fief-ferme) voudroit Fieffer audit pris ancien et bailler bon contreplege, sont d'accord de l'accepter.

† FEFARE, in Lib. nigro Scaccarii pag. 75 : De duobus hidis unum Fefavit militem.

† FEODARE. Charta ann. 1269. ex Chartul. S. Vandregesili tom. 2. pag. 1573 : Concessit... in excambitionem prædictæ pechie terre quam ipsi Religiosi mihi Feodaverunt. Occurrit alibi.

† FEODISARE. Charta Hellini Trevir. Archiep. ann. 1152. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 72 : Neque Dux Feodisare eos coget, immo etiam dare et accipere in fide et veritate prohibebit.

† FEODERARE, A debitis oh feudum servitium aliquem eximere, seu in feudum francum erigere. Epist. G. de Villa Hardoini ad Blancham Comitissam Campanie, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 810 : Intimamus vobis præterea quod scripta feodorum vestrorum sunt in Ecclesia S. Stephani Trecurum, et in scriptis continentur duo millia et ducenti milites ; quorum mille et octoginti sunt, tam ligi, quam munitionis observatores, exceptis illis quos Comes H. et Domina nostra Comitissa, et Comes Th. Feoderavit.

FEODARE, Feudum in aliquem conferre, investire, donare. Feofator, Donator. Chronicon Cambriæ : Rex Willelmus cogn. Bastardus... Conquestor Angliæ... Feofavit Hubertum de Vaux de Baronia de Gillesland... et Feofavit Robertum de Strivers de Baronia de Burgo, etc. Occurrit apud Will. Thorn. ann. 1281. 1283. Feofari per chartam, in primis Statutis Roberti I. Scotiæ Regis cap. 2. Differt autem Feofare a donare, quod Feofare, sit feudum simplex feofatorio conferre ; donare vero sit

conferre Feudum talliatum, hoc est ad certam conditionem. Hanc differentiam observat Littleton. sect. 57. Vide Bractonum lib. 2. cap. 5. § 6.

Hinc facile colligitur quid sit tenere per feudum vel per cartam, ut legitur in Bulla Alexandri PP. III. ann. 1178. e Chartular. Latinac. : In unoquoque molendinorum sito super rivum de Conchis quod tenetur ab Ecclesia per Feudum vel per cartam. Ubi tenere per feudum dicitur, qui liber est ab omni servitio ; per cartam vero, qui certis ac definitis servitiis in Charta expressis obnoxius est.

† DARE PER FEUDUM, Idem quod in feudum concedere. Charta 977. Marcæ Hisp. col. 916 : Nullus Comes neque Episcopus non sit ausus dare ipsum cenobium per Feudum ad nullum hominem.

\* Dare à feu, in Chbartul. Gelsinian. ch. 12 : Bernardus prior... ipsam ecclesiam et omnia ad eam pertinentia archipresbytero Amblardo à Feu dedit ; propter hoc homo suus fuit.

\* EXTRA FEODUM PONERE, A jure feudali eximere ; quod præstabat dominus superior, cum aliquid a vassallo suo ecclesie conferebatur. Charta ann. 1227. in Chartul. Clarifont. ch. 23 : Cum vero eandem decimam idem Robertus a me teneret in feudum, ipsam elemosinam laudavi similiter et approbavi et extra Feodum posui. Occurrit pluries in eodem Chartulario.

† FEUDARE, Idem quod Feoffare. Homagium Philippi Nobilis factum Henrico I. Duci Brabantie ann. 1209. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 407 : Ipse vero Dux de tota terra Alost... me legitime Feudavit, et ego de præfata terra... præfato Duci feci homagium ligium.

REFEOFFARE, In feudum denuo concedere, seu potius rursum investire. Henric. Knyghtonus ann. 1291 : Ad Refeoffandum electum in tota regalitate et dignitate, etc.

FEOFFAMENTUM, Datio ad feudum, donatio feudi, sæpe simplex donatio, inquit Cowellus lib. 2. Inst. tit. 7. § 2. Vide tom. 2. Monastici Angl. pag. 201. et Will. Thorn. pag. 2078. Feoffement, apud Littletonem sect. 1. 57.

† FEOFFAMENTUM, in Charta ann. 1287. apud Madox Formul. Anglic. pag. 60.

† FEFFAMENTUM apud eundem Formul. Anglic. pag. 356. Fefamentum, in Libro nig. Scaccarii pag. 63.

\* Nostris, Fieffement. Charta ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 224 : Le bail et Fieffement à lui fait à héritage de ladite sergenterie. Pro feudi reditu et emolumento, in Charta ann. 1319. ex Reg. 59. ch. 243 : Item les resseans desdites vavassories et les receans (sic) des bordages dessusdiz et des Fieffemens, etc. Fieffé, Charta ipsa, qua prædium in Feudum vel ad censum traditur. Lit. remiss. ann. 1405. in Reg. 160. ch. 121 : Pour le temps que le suppliant estoit tabellion à Caen, certain Fieffé et contrat de héritage fut passé devant lui, etc.

† FEODERARIUS, Dominus capitalis a quo feudum dependet. [\* Male, idem quippe videtur quod Feudatarius, qui feudo investitus est, ut indicat particula vel, hic disjunctiva. Et certe achaptamentum debebatur in mutationibus sive dominorum sive feudatariorum.] Homagia facta D. Johannæ de Castro-novo ann. 1275. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 122 : Guillelmus de Ulmo, Johannes de Fonte-Baudonis, et Iterius de Campo-Milonis debent in mutationibus

Dominorum vel Feoderariorum duos solidos pro achaptamento, sine homagio.

FEOFFATOR, Rastallo et JC. Anglis Feoffor, Dominus, qui terram ad feudum concedit, vel qui prædium tenentis in feudum simplex erigit, aut certe qui investit aut donat. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 375 : Qua quidem carta visa, compertum est, inter cætera, contineri in eadem, quod Feoffatores subscripti dederunt Benedicto quondam Abbati de Seleby, etc. Tom. 2. pag. 25 : Tenuit... teneamenta... per feofamentum antecessorum de Lovetot, tenendum de Feofatoribus suis, videlicet de illis de Lovetot. Littleton. sect. 57 : Le Feoffot est proprement ou home enfeoffa un auter en ascuns terres, ou tenemens en fée simple. Celui qui fist le Feoffment, est appellé Feoffour, et celui à qui le feoffement est fait, est appellé Feoffée. In Consuetudine Meldensi art. 134. Rex dicitur esse le souverain Fieffex, seu Fieffeur, id est, supremus feoffator.

† FEUDATOR, Vassallus, feudatarius. Henrici VII. Roman. Imper. sententia in Robertum Regem Apulie anno 1. ejus Imperii, apud Murator. tom. 10. col. 530 : Vassallos quoque, Feudatores et omnes et singulos, qui eidem fidelitatis et feudi, vel alia quacumque ratione vel causa ad aliqua paranda servitia personalia vel realia tenerentur, ab omni vinculo fidelitatis, subjectionis, et obedientie ei vel suis heredibus faciendæ absolvimus penitus et in totum.

FEOFFATUS, Donatarius, vel qui feudo investitur. Passim apud JC. Anglos. Fieffé, in Consuetudinibus nostris municipalibus, Pontivensi art. 103. Calvimontensi art. 77. Insulensi tit. 1. art. 62. etc.

FEOFIRMA. Vide Feudofirma supra.

† FEUDUS, in Charta Archambaldi D. Borboniensis ann. 1317. apud Thomassermium in Consuetud. Bituric. pag. 230 : Nec debet ducere burgenses in exercitum nisi per terram suam, et per Feudos suos.

† FEODUS. Tabularium Majoris Monasterii : Eudo de Litreio dedit B. Martino de Comburnio duodecim dietas terræ ab omni servitio liberrimas, juxta viam quæ ducit ad Rocam spinetorum, et quemdam Feodum quem habebat in castro et tota castellaniam Comburnii.

FEUDUS. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 630 : Vos omnes, qui patris mei homines futistis, et Feodos vestros in Normannia et Anglia de illo tenuistis, etc.

† FEVUS. Charta Bernardi Comititis Bisuldunensis ann. 1078. tom. 1. Gall. Christ. pag. 39 : Redemi... omnes Fevos militum quos in Bisuldunensi confinio S. Maria habebat. Ibidem non semel occurrit.

FEIDUM. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 56 : Illam partem de decimo, quam habebat Natelmsu Torrencus de eo per Feidum in parochia S. Jaannis. [Testamentum Raimundi Comititis Melgoriensis tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 135 : Dimitto B. Petro Sedis Magalonæ et Canonici ejusd. loci... quidquid habeo... vel in aquis vel in terra, exceptis Feidis quæ de me habent in hoc terminio Milites.]

† FEDIUM, Feudum. Charta Philippi I. ann. 1091. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 201 : Ego Philippus Dei gratia Francorum Rex concedo Abbatiam S. Mellonis de Ponte-Isaræ Willelmo Rothomagensi Archiepiscopo et omnibus successoribus suis, et dono in Fedium, ut eam de me et de successoribus

meis perpetuo teneant ad honorem et exaltationem sanctæ Rothomagensis Ecclesiæ. Quæ vero sequuntur observatu dignissima: Hoc autem erit servitium quod pro præfato Feodio faciet mihi Rothomagensis Archiepiscopus. Per singulos annos veniet ad unam ex curiis meis, sive Belvacum, sive Parisius, sive Silvanectum, si fecero eum convenienter submoneri, nisi ipse legitimam excusationem habuerit. Cum autem ad curiam meam venerit, mittam ei conductum ad Calvum montem, sive ad Pontem-Isaræ. Sed et ad placita mea veniet per Vilcassinum, si et ego eum inde fecero convenienter submoneri.

¶ FEODUM, in Tabular. Majoris Monasterii: Quoniam beneficia quæ conferuntur Ecclesiis majorem proprietatis vigorem habent, cum a Dominis de quorum Feodo, et ab his de quorum patrimonio sunt conceduntur. Occurrit passim in Tabulario S. Cypriani Pictav.

¶ FEUFUM, a quo potius Gallicum Fief quam a Fevo effectum videtur. Charta Rogeri cognomento Burdini ex Tabul. S. Martini Pontisar.: Domino Odone de Kalnis et Domino Gelduino de Crecciaco castro, quorum Fefum erat, concedentibus.

¶ FEUGUM, Vox apud Siculos adhuc notissima. Registrum Farfensis Abbatii num. 1156: Concedimus... exceptis oblationibus... et exceptis Fegis sive beneficiis... et omnia ipsa Fega et manualia, et infra præfata castella ad hoc opus perficiendum constituemus.

¶ FEODUM. Charta D. Stephani de Villars pro Girino Abbate ann. 1150. tom. 1. Maceriarum Insulæ Barbaræ pag. 82: Accipimus in Feodum a D. Girino Abbate... quicquid juris vel usagii habebamus. Et alibi passim.

¶ FEVIS. Rotulus sæculi XII. de Prioratu S. Pauli de Tartas in Archivo Casæ Dei: Ebrardus pelliciarus et filius ejus dederunt dimidiam appendariam de Feve et de alode.

¶ FEVIUM. Chartularium Ecclesiæ Auxitanæ: Berardus quidam Miles de Pertgeda Fevium quod habebat de Comitibus, dedit S. Mariæ Auscienci.

¶ FEVDUS. Litteræ Officialis Atrebat. ann. 1290. ex Chartario Montis S. Eligii Atrebat.: Asseruit dicta Domicella... se habere sufficiens excambium sive adoubtamentum de dote sua recuperanda... videlicet ad totum Fevodum, sive suprafevodum, quem idem Hugo tenet de D. Comite Atrebatensi. Ex Chartul. Monasterii Aquicinctensis fol. 39: In terris vero quas ei dedimus, accipiant casati Fevodum suum.

\* FEVDIUM, Quidquid feudi titulo possidetur. Charta ann. 1117. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 400: Aymericus filius alterius Aymerici jam dicti, qui patri Iherosolimis mortuo in vicecomitatu (Narbon.) successerat, fecit mihi hominum propriis manibus suis, sicut facere debebat, accepit Fevodiam, quæ habebat de ecclesia per manum meam... Post hæc, antequam faceret mihi juramentum, quod facere debebat, deprecatus sum eum, ut fidelem amicum et hominem meum, quatenus diceret mihi Fevodiam, quæ tenebat de ecclesia, et alios ecclesiæ honores, quos tenerant pater, materque quæ præsens erat, et ipse atque bajuli eorum.

FEVUM, pro Feodum, ex quo nostri Fief, ut ex feodum, Burgundi Fied formarunt, ut est in Consuetudine Ducatus Burgundia cap. 3. etc. Charta exarata sub Lothario Rege in Tabulario S. Mariæ de Fontibus apud Cadureos: Illo Fevo de Limanico, quæ fuit Ranulfo avo meo, quæ tenuit de Comitibus, Hugoni di-

mitto et Gerardo filiis suis: et illo Fevo, qui fuit Guinaberto, dimitto medietatem Hugoni, etc. [Charta ann. 1088. ex Archivo S. Victoris Massil.: Funditus perpetualiter subnixæ firmitate roboramus, donamus tam in Fevo quam in alode.] Vide tom. 8. Spicilegii Acheriani pag. 220. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 5. § 2. Probat. Hist. Monmorenciæ pag. 90. etc. Interpres Græcus Concilii Lateranensis 4. cap. 45. Feudum et Feudatarii, φρον et φιδρα, reddidit, inspecta scilicet Gallica pronuntiatione, Fie, et Fievé.

¶ FIVUM, Feudum. Vita S. Tygris tom. 5. Junii pag. 75: Concessit autem vallem Costianam, in gyrum Maurianæ structam, et rustas et Fivum quæ muris et tectis Ecclesiæ ministrarent.

FEUM. Codicillus, seu testamentum Raimundi Comitis Tolosani et Ruteneensis ann. 960: Illo alode de Limanico, quod Grimaldus habet a Feode Raimundo, etc. Infra: Et alio alode, quod de Ponsione acquisivi, quod Bernardus de Nante habet a Feo S. Salvadoris. [Charta Ludovici VII. Reg. Fr. ann. 1165. e Chartul. Monasterii Montis-Martyrum: Rem laudavit Teudo de Nantolio, de cuius Feo decima esse dinoscitur. Idem occurrit in Tabul. S. Vincentii Cenoman.]

¶ FEUS, Charta Bertrandi Comit. Forcalquer. ann. 1044. ex magno Chartul. S. Victoris Massil. fol. 148: Dono et Feus quod dicitur de Callialdo et omnia quæ ad ipsum Feus pertinent, videlicet cum mansis, campis, etc. Occurrit præterea inter Instrum. tom. 1. Gall. Christ. pag. 4. col. 2.

\* FEVATOR, Qui feodum tenet, feudatarius. Charta ann. 1056. inter Probat. ult. Hist. Trenorch. pag. 125: Alodium autem ejusdem ecclesiæ supradictis monachis habere concessi eo tenore, quod ipsi Fevatores, qui tunc temporis reliquas partes ejusdem ecclesiæ tenebant, vel subsequaces eorum tenerent, cum monachis supradictis, omnibus aliis postpositis emptoribus, levius concordarent. Alia ann. 1197. ex Tabul. S. Petri Carnot.: Mei juris esse monachi concesserunt albanum et Fevatores. Sed ibi legendum videtur Feneratorum. Fiefvier, in Ch. ann. 1387. tom. 2. Hist. Leod. pag. 408.

FEVATARIUS, Feudatarius a Fevum: Fvatiier, in Consuetudine Labourtensi tit. 1. art. 4. et Solensi tit. 2. art. 8. tit. 10. art. 1. 6. 7. 8. 10. etc. Beneharn. tit. 1. art. 26. 27. 28. Charta Raimundi Comitis Tolosani ann. 1183: Sed prædictus Fevatarus non debet istud feodum dare ad feodum.

¶ FEVATORIUS, pro Feudatarius. Testamentum Guifredi Comitis ann. 1085. tom. 6. Spicilegii Acher. pag. 433: Hæc omnia mando venire in sua potestate, sine ullo Fevatorio. Sæpius ibidem occurrit.

FEVATUS, Eadem notione, in Charta ann. 1056. apud Chiffletium in Hist. Trenorchensi pag. 311. Chronicon Andrense pag. 425: Si aliquis suorum Fevatorum de fevo ipsius centum solidatas, vel tantum ut suum hominum non perderet, donare voluisset, concessit. Ubi perperam editum fenatorum et feno. [Tabular. S. Nicolai Andegav.: Quidam Miles Quirmahocus nomine dedit Ecclesiam S. Paterni... excepto quod si sui Fevati homines in nostra terra hospitarentur, etc. Rursus occurrit in Charta 25. Dunensis Chartularii.]

FEODATUS. Sugerius in Ludovico VI: Rex Francorum Ludovicus, ea, qua supereminere regi Anglorum Ducique Normannorum Henrico sublimitate, in eum

semper tanquam in Feodatum suum efferebatur. [Charta Adolphi Imper. Roman. ann. 1292. apud Ludewig. tom. 5. pag. 435: Nec non Egram civitatem, et castrum cum suo territorio, castris, hominibus, bonis Feodatis, seu non feodatis, vassallis, judiciis.]

FEVATARIA, Jus feudi, in Charta Amedei Comitis Sabaudia, apud Guichenonum in Episcopis Bellicens. pag. 58. [Vide Favataria.]

INFODARE, In feodum vel feudum conferre, Infeoder. Burchardus de Casib. S. Galli cap. 11: Ac alias possessiones pro 190. marcis et 100. libris denariorum invadiavit, vel etiam infeodavit. Idem cap. 8: Quidquid per Infeodationem ab utrisque alienatum est. Conradus Faba-riens. cap. 8: Res Ecclesiæ damnabiliter et irrecuperabiliter disposerat Infeodans. Wenceslaus Brack in Terminis Juristarum:

Arestare frezen, die Imphodare behelnen.

INFEARE, Eadem notione. Vetus Instrumentum apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 492: Contulit... huic Ecclesiæ prædia... ita ut nulli unquam Archiepiscopo aut Abbati liceat ex eis omnibus aliquid Infeare, vel per libellum aut cambium, seu quovis modo alienare.

SUBFEODARE, Gall. Donner en arriere fief. Charta Philippi Regis Francia ann. 1271. in 90. Regesto Chartophylacii Regii ch. 221: Totum tenebit a nobis ad feodum honoratum, sic quod possit Subfeodare, vel in acapitum dare, retento de Templo dominio, canone, vel servitio.

\* RETROFEODARE, RETROFFODARE, In Retrofeodum, Gall. Arriere-fief, conferre. Libert. villæ Florent. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 389. art. 7: Concedimus quod habitatores dictæ villæ Florentiæ... valeant perpetuo bona sua Retrofeodare, et dum bona Retrofeodata vendentur, laudare et vendas eorundem recipere. Instr. ann. 1474. ex Tabul. Flamar.: Promisit dictus Stephanus Aviot acceptor et affeudatarius, quod non Retrofeudaret dictas pectas terræ, prati et nemoris. Vide infra Refeudum.

¶ FEUDUM, pro quolibet utili jure, quod ad feudi Dominum capitale pertinet, Gall. Droits utiles d'un fief. Charta Caroli M. ann. 8. ipsius Imperii in Hist. Mediani Monasterii pag. 159: Nullus Juedex publicus injuste ad causas audendum, vel Feuda (sed legendum Freda) exigendum, nec mansiones seu paratas faciendum, nec ulla redibitiones injustas requirendum... exactare præsumat. Pactum inter Jacobum Aragoniæ Regem et Montispessulani Dominum ann. 1272: Est etiam sciendum quod de supradictis ab utraque parte excipiuntur usatica, laudimia, consilia, quarti, quinti, sexeni, octavi, Feuda, fenalia, alberge, boyrania et alia servitia quæ ad jurisdictionem aliquam seu merum vel mixtum imperium non pertinent.

¶ FEUDUM, pro Servitium feudi. Charta ann. 1285. apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 305: Qualiter extincta sunt Feoda domini Abbatis quæ ab ipso petita sunt patebit inferius.

¶ FEUDUM, Jus, facultas. Charta ann. 1290. apud eundem Kennett. ibid. pag. 209: Dicunt etiam quod idem Johannes debet habere Feodum in bosco domini Regis videlicet attachiamentum de spinis de bosco suo, etc.

\* FEUDUM, Donum in perpetuum, vel ad hæreditatem. Lit. ann. 1351. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 98: Ducimus

*ordinandum, quod solucio debitorum quorumcumque, tam ex mutuo quam ex donis imperpetuum, vel ad vitam, seu ad voluntatem... differetur usque ad finem dictarum treugarum, exceptis Feodis antiquis ad hereditatem, et elemosinis perperuis ab antiquo fundatis.*

\* FEUDUM, Censu ob assignatam possessionem exsolvendus, nostris *Feuwage*. Libert. Montisfalcon. ann. 1369. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 53. art. 6: *Quod si dominus noster rex predictus, aut pararius vellent mensurare terras dictorum habitatorum, et reperiebatur aliquod incrementum ultra Feudum solvi consuetum, quod possessor illius seu excessus feudi, etc.* Et pag. 54. art. 14: *Quod quilibet habitator dicti loci et pertinenciarum ejusdem, terras et possessiones suas meliorare valeat, jure dominus (dominorum) earumdem in Feudo solito semper salvo.* Charta ann. 1350. in Chartul. Godefr. dom. Asperim. fol. 6. r. ex Bibl. reg.: *Item prendra l'itis Symons cascun an à le Saint Denis sour les Feuwages de Heusies, pour parfaire lesdites deux cent livrées de terres, cent xiiij. souls, xj. den. Tour. de tel monnoie c'on doit lesdits Feuwages.*

† FEUDUM, Joanni Skenæo de verborum significatione pag. 60. sumitur pro mercede ac stipendio quod datur servo propter suam operam.

\* Quidquid ad annum datur pro officio, dignitate, vel quolibet ministerio, Ital. *Fio*, Gall. *Honoraire*. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1211. ex Cam. Comput. Insul.: *Custodes, qui singulis noctibus per annum vigilantes, castellum S. Audomari custodiunt, et præter Feodum suum et præbendam antiquitus sibi constitutam in avena et caseis, etc.... nihil omnino deinceps præter Feodum et præbendam suam exigere audeant.* Constit. Senens. ante ann. 1288. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 83: *Qui potestas recipiat et recipere possit pro quolibet mense, pro rata temporis, Feudum sibi statutum, exceptis quingentis libris denariorum, qui remanere debeant penes camerarium Senensem.* Stat. Pistor. ann. circ. 1200. ibid. col. 545: *Statuimus ut unusquisque judex civitatis Pistorii, sedens pro tribunali, habeat per annum Feudum octo librarum, etc. Salarium seu Feudum potestatis Astensis, in Stat. ejusd. civit. collat. 2. cap. 3. pag. 12. v. Stat. nova crimin. Cumanæ cap. 60. ex Cod. reg. 4622. fol. 79: *Si aliquis scriba malefactorum communis Cumarum receperit ultra Feudum suum aliquid occasione officii sui, condempnetur in libris decem, et removeatur ab ipso officio.* Vide *Feudum annuum.**

† FEUGANGL. Vide *Fegangi*.

FEUGERA, Filix, vulgo *Feugere*, [vel *Fougere*], in *Fleta* lib. 2. cap. 41. § 38. Vide *Consuetud. Solensem* tit. 13. art. 4.

\* FEUGERIA, Filix et locus filice abundans. Pactum inter Guich. dom. Bellijoci et Guich. de Marziaco ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 474: *Pro una livaria de Feugeria, sita et pron juxta lo Feugerey Stephani de la Buffenderi, etc.* Vide *Feugia*, infra *Filatarium*, *Fogeria* et *Foucheria*.

FEUGIA, Idem quod *Feugera*. Libertates Oppidi Jasseroni in Bressia ann. 1283. apud Guichenonum: *Feugiam vero colligere et extrahere possint in dictis nemoribus dicti homines per se, vel per alios.* Ubi f. legi. *Feugeriam*.

† FEUM, FEUS, pro *Feudum*. Vide in hac voce.

\* FEVOALIVS. [FEUDALIS, vassallus:]

III

« Donamus ecclesiam nostram quæ Tribonum dicitur omnipotenti Deo et sanctæ Fidis.... et cum totum censum et servicium illius loci et cum totos *Fevoalios*. » (Cartular. Concharum Ruthen. p. 12, an. 1051.)

\* FEVODIVM. Vide in *Feudum*.

† 1. FEUTRUM, Subcoacta, pannus coactilis, Gall. *Feutre*. [\* Charta ann. 1323. ex Tabul. Massil.: *Recuperavit capellum de Feutro retentum prætextu pedagii petiti. Unum capellum album de Feutro*, in Ch. ann. 1392. ex Tabul. S. Germ. Prat. Haud scio an *Feustreure* locus sit ubi *feutrum* præparatur, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 275: *Près laquelle fernestre estoient aucuns varlés portans fardeaulx à la Feustreure.*] Vide *Feltrum*.

\* 2. FEUTRUM, Vagina, ensis theca, quod ex *feutro*, ut videtur, compacta. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 87. Chartoph. reg. ch. 31: *Johannes cum ense suo in Feutro seu vagina existente eundem Radulphum in capite percussit.*

\* FEVUM, pro *Feudum*. Vide in hac voce.

\* FEXA, Prædium rusticum, ubi animalium greges aluntur, a voce Gallica *Fex*, quæ gregem sonat. Testam. Raim. Roger. de Limoso ann. 1108. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Idem (dono) in villa Limoso unam Fexam cum suis mansionibus et cum suis ortis et cum exiis et regressiis et cum omni superposito suo;... et aliam Fexam cum mansionibus meis, ubi ego sto.* Libert. villæ de Tannay ann. 1352. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 62: *Se un Fex de brebiz ou de moutons est prins en temps deu, l'en ne poiera que deux solz Tournois pour une foiz.*

\* FEXHE, Joram. episcop. Leod. inter Monum. sacræ Antiq. tom. 2. pag. 461: *Idem (jurare debet) quod pacem, quæ dicitur de Fexhe, inter dominum Idulphum de Marka Leodiensem episcopum, capitulum, cives Leodienses et alios de patria factam observabit.*

FEU, Capitalis: sic in MS. quodam Saxonico vox exposita, inquit Spelmanus.

\* FEYMERUS, Scabinus, judex civilis, a voce Germanica, ut videtur; sed mihi ignota. Exstat *Tractatus contra Feymeros seu scabinos occulti judicii editus a Marq. Fræhero* Heidelb. 1610. et Helmsstad. 1663. ad calcem Comment. de Secretis olim in Westphalia aliisque Germaniæ partibus usatis, postea abolitis. [\* Secreta hæc judicia dicebantur *Fehme* vel *Feyme*.]

\* FEZA. Vide supra *Festa*.

† FEZELENUS, Massiliensibus *Falena*, Gener. Gall. *Gendre*. [\* Male, Nepos enim vel Pronepos significatur hac voce ut supra videre est in *Felesennus*.] Instrumentum ann. 1288: *Inter obsides qui dati sunt Regi Aragonum pro liberatione Caroli II. Jacobus Fezelenus domini Guilelmi de Aqueria.* Vide *Falctenus*.

† FEZELENA, Requesta anni 1332. in Tabulario S. Victoris Massil.: *Bartholomeæ nepitis seu Fezelenæ suæ.*

† FEZORIA, Charta ann. 1064. in Tabular. S. Victoris Massil.: *Goiramus Senior misit Guidonem monachum in Fezoria.* Ubi ad marginem manu recentiori annotatur, *forte in ignem*: malle ego in carcerem, ab Ital. *Fezzo*, Sordidum, putidum. Sed hæc divinando.

FF. Litteræ quibus Libri Digestorum notantur a JC. quæ nullam habere rationem, esseque omnino ex Notariorum invento, id est, qui notis scribebant,

censet Cujacius lib. 12. Obser. cap. 40. Vide aliorum conjecturas in Lexico Juris, et apud Sebast. Cobarruviam in Thesaurio Linguae Castellanae verbo *Digestos*.

☞ Horum omnium longe probabilior videtur Ferandi Adduensis conjectura qui in Explicat. in Pandectas tom. 2. Thesauri Jur. Rom. col. 505. Antiquos duplici *U* usos fuisse putat; quod duplici *ff* simillimum est. Hac vero notula quinquaginta Pandectarum libros, vel Libros legum, vel etiam melius Leges tantum significare volebant. Et quidem certum est Leges scribi solitas per duplex *LL*. [\* Est littera D cum linea transversa. Vide Savin. Histor. Jur. Roman. med. tempor. tom. 3. cap. 22. § 163.] Nec minus arridet ejusdem Ferandi opinio circa notam paragraphorum §. Existimat igitur scriptores cum Legem aliquam longiorem citare vellent, ut facilius locum demonstrarent, *subcapite* vel primas tantum litteras scripsisse in hanc formam *sc*, qua nunc paragraphum significamus. Plura vide apud eundem loco citato.

FF. In Testamento S. Fulcranni Episc. Lutevensis apud Bollandum 13. Febr. binæ hæ litteræ exaratae conspiciuntur, quæ cibi, vel potionis, aut alterius rei cujuspiam mensuram denotant, n. 5: *Et per singulos annos ad festivitatem S. Genesii donet Canonici ad collationem ff. tres de pulmento, et ff. duos de vino.* Occurrit ibi pluries. Ita non semel in Tabulario Ecclesiæ Brivatensis, ubi hæ litteræ non sunt FF. sed SS. cum linea transversa: et sane sic restituendæ apud Bollandum, significantque *sextarium*, aut sextarios, ut observat non semel Jacobus de Partibus in Notis ad Alexandrum Iatrosophistam, præsertim ad cap. ult. libri 3.

FIADA, Vadimonium. Vox Hispanica. Fori Leirensis: *De pugna, quæ fuerit in Fiada, si Miles fuerit victus, det 10. solid. si peon, quinque.* Vide *Fiadura*.

\* FIADURA, vox Hispanica, Fidejusio, vadimonium. Charta Aldef. reg. Castel. ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 495: *Concedo habitatoribus de Fornellos et de Orbanella... ut nunquam solvant pignora, nisi solummodo propter propria debita, aut Fiaduram ab ipsis faciam.* Vide *Fiada*.

† 1. FIALA, perperam pro *Fiola*, Instrumentum musicum. Cæsarius lib. 6. Miracul. cap. 7. apud Macrum in Hierolex.: *Cum vice quadam ocularem introduxisset, et ille dulcedine Fialæ dormientem excitasset.* Vide *Filiola* 2. *Phiala*, et *Vitula*.

\* 2. FIALA, Phiala, vas vinarium. Correct. stat. Cadubr. cap. 75: *Subemus quod nullus hospes sive tabernarius.... audeat.... in ejus taberna sive hospitio tenere Fialas, quæ non sint justæ mensuræ..... Jurati ad hoc teneantur conficere unam bonam mensuram et justam, et cum ipsa justificare, vel facere justificari omnes Fialas et alias mensuras dictorum hospitum et tabernariorum.*

\* 3. FIALA Mozarabibus, nobis operimentum lineum sacri calicis ad Missam, ut docent docti Hagiographi ad Offic. Mozarab. tom. 5. Jun. Act. SS. pag. 219. col. 1: *Ponit calicem super aram, et accipit Fialam sine sanctificatione, et ponit super calicem dicendo, etc.* Sed legendum esse *Filiolam* jam dictum est in voce *Filiola* 2.

† FIALARIUS, Minister in palatio Apostolico, cui incumbat pro lucernis ellychnia adaptare et præparare. Macer

in Hierolex. ex Cencii Camerarii Cere-  
moniali MS.

\* **FIANCIALA**, Sponsalia, Gall. *Fian-  
çailles*, alias *Fiancée*, quod et de convi-  
vio inter sponsos agi solito intelligen-  
tur. Arest. ann. 1409. 19. Mart. in vol.  
11. arestor. parlam. Paris. : *Pro sponsa-  
liis seu Fiancialis duos solidos*, etc. Lit.  
remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph.  
reg. ch. 437 : *Icellui Mahieu estant à  
une feste qui se faisoit à une plevye ou  
Fiancié, etc. Fiansaige*, Desponsatio seu  
promissio de contrahendo matrimonio.  
Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 158. Ch.  
385. bis : *Jehan le Maire fiança par paro-  
les de futur la fille d'un nommé Raoul...  
pour quel Fiansaige, etc.* Unde *Estre  
plevy en fiançe* dicebatur, qui fidem  
suam sic dederat. Alia Lit. ann. 1441.  
in Reg. 176. ch. 98 : *Perroin de Solier  
povre jeune compaignon charretier ou  
hannier de la ville de Vrely, estant plevy  
en Fiançe à une jeune fille, etc. Fiancer  
vero, Pignora auferre sonat, in aliis  
Lit. ann. 1385. ex Reg. 126. ch. 270 : Les  
supplians crurent que les quatre Alemans  
estoiemt ennemis de nostre royaume et  
pour ce les prinrent, Fiancerent et apri-  
sonnerent, et ainsi qu'ils les amenoient,  
etc. Vide Fidentia.*

† **FIANCUM**, Ital. *Fianco*, Gall. *Flanc*,  
coté, Latus. Occurrit in Miracul. Zitæ,  
April. tom. 3. pag. 515.

† **FIARNALDI**. Vide in *Filius*.

\* **FIAS** vel **FIAT**, Nomen ejusdam  
candelæ. Stat. S. Capel. Bituric. ann.  
1407. ex Bibl. reg. : *Ordinamus insuper  
quod pro dicendis matutinis a festo S.  
Remigii usque ad Pascha matricularii  
distribuent quatuor lecrinis capellano-  
rum et vicariorum dictæ capellæ quatuor  
candelas, nuncupatus Fias*. Stat. ann.  
1398. apud D. *Le Beuf* inter Probat.  
Hist. Autiss. pag. 131. col. 1 : *Item in  
singulis diebus in matutinis ac etiam  
vesperis et vigiliis, quando non videtur  
clare in choro, tenetur dictus thesaurari-  
us et sacristiæ officium tenens minis-  
trare candelas bonas, quæ dicuntur com-  
muniter Fiat*.

† **FIAT**. Compendiosa beneficiorum  
expositio fol. 21 : *Signaturæ autem Pa-  
pales expediuntur ab ipsa sanctitate per  
Fiat simplex, vel per Fiat geminatum,  
vel per Fiat proprio motu, vel per Fiat, ut  
petitur. A Cancellario per Concessum,  
Concessum ut petitur, Concessum in forma,  
Concessum in præsentia D. N. P.*

**FIATUR**. Vide *Fitur*.

\* **FIBBIA**, vox Italica, Fibula. Invent.  
jocal. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. dip-  
lom. col. 361 : *Centura una facta ad  
rosettas perlarum, cum mazio et Fibbia  
argenti*.

**FIBELLA**, Lumina, solis ortus, vel  
lunæ. Papias. [In MS. Bituric. *Fiba*,  
*luna*, *Fibella*, *luna*, solis ortus, vel lumen.]  
Abest hæc vox in MS. Navarreo. Le-  
gendum forte *Phebe*, *bella*, id est, pulchra  
luna, cum scilicet oritur : nam et lun-  
am in sua plenitudine vulgo nostri *la  
belle* vocant. *La belle luit*, i. luna lucet.  
[\* Papias in cod. reg. 7609 : *Febe*, *Fe-  
bella*, etc. Glossar. in cod. reg. 7644 :  
*Feba*, *luna*, alibi *Febe*, alibi *Febeia*, alibi  
*Febea*.]

**FIBELLA**, Parva fibra. Vide Casaubo-  
num ad Capitolinum, [et *Fibebella*.]

\* **FIBIA**. [FIBLA, fibula : « Due Fibie  
de argento pro missali cum armis Eu-  
genii. » (Invent. Calixt. III, an. 1458, in  
archiv. Romano.)]

† **FIBLA**, pro Fibula, in Testam. Er-  
mentrudis apud Mabill. Liturg. Gall.

pag. 463 : *Fibla aurea gemmata ad mento  
dari constituo*.

\* Guido de Vigev. de Modo acquir. et  
expugn. T. S. MS. : *Et dictæ cordæ ha-  
beant in capite Fibras, ita quod pondus  
unius equi simul conjungi et affibrari  
subito et incontinenti in aquam poni  
(possit)*.

\* **FIBRARE**. [Nervos extendere ; forti-  
ter movere, jacula projicere, candere.  
DIEF.]

\* **FIBRETA**, Fascis, quia fibula con-  
stringitur. Stat. Astæ, ubi de Intrat.  
portar. : *Fibrete sive bogletez subtella-  
riorum ponantur et solvant pro militari  
libras v.*

\* **FIBRICORA**, La lana, in Glossar. Lat.  
Ital. MS.

† **FIBROLUS**, Turpis aut vanus, in Gloss.  
Sangerman. MSS. num. 501. Legendum  
*Friwulus*, Gall. *Frivole*. [\* Vide Isidor.  
lib. 9. cap. 7. sect. 26. et Forcell. in *Fri-  
busculum*.]

\* **FIBROSUS**, Magro e pieno de vene.  
Gloss. Lat. Ital. MS.

1. **FIBULA**. Charta Raimundi Comitit  
Tolosani ann. 1088. tom. 8. Spicilegii  
Acheriani : *Quem portum cum aqua et  
piscationibus, et littoribus sibi pertinenti-  
bus, et Fibulam cum finitima palude sibi  
pertinenti, etc.* [Per Fibulam forte intel-  
ligenda lingua terræ, quæ ad instar  
fibulæ duo simul annectit, ut agrum  
cum palude, etc. Vide *Faicia*.]

\* 2. **FIBULA**, Spiculum, aculeus. Cod.  
lib. 3. tit. 43. leg. 3 : *Quintanus con-  
tae sine Fibula*, qui antea lege 1.  
ejusd. tit. *κωντανός χωνταί χωρίς της πύ-  
ρας*, vibratio Quintiana absque spiculo  
sive aculeo. Eadem significatione qua  
*πύρα* hic usurpatur, in Glossar. Gr.  
Cangii omittitur. Hæc ex animadversio-  
nibus D. Falconet. Vide *Fibulatorium*.

**FIBULARE**, FIBULARIUM. Vide *Fibula-  
torium*.

**FIBULATORIUM**, a *Fibula*, qua vestis  
subligatur, vox deducta, unde quibusdam  
pro ipsa fibula sumitur ; et certe Gloss.  
Gr. Lat. huic expositioni favet : *ἰόπτρι*,  
*ἰσοκοριστικὸς*, *Fibulatorium*. Ita ut fuerit  
*parva fibula*. Ugitio : *A fibula, Fibula-  
rium, illud, quod apponitur mantello, per  
quod mittitur fibulæ, nec dissipetur man-  
tellum*. Quo loco Joannes de Janua habet  
*Fibularium*. Constitutiones Catalanæ  
MSS. : *Nec portant aurum vel argen-  
tum, . . . nec Affibulas cum auro vel ar-  
gento*. Locum integrum vide in *Laquea-  
tæ vestes*. Anastasius in Gregor. III. qui  
id inter sacra ministeria reponit pag.  
72 : *Contulit dona diversarum specie-  
rum, . . . amulas superauratas paria 2.  
pendentes, Fibulatoria numero 5*. Idem  
in Leone IV. pag. 197 : *Cantharam exau-  
ratam 1. baucas exauratas 3. Fibulatoria  
majora et minora 5*. Leo Ost. lib. 1. cap.  
19 : *Listam unam auream cum margari-  
tis, et Fibulatorium nihilominus aureum,  
etc.* Fibulas aureas pro donariis oblatas  
Ecclesiis habet etiam Anonymus de  
Miraculis S. Remacii cap. 11. et 24.  
apud Mabillonium. Ejusmodi *Fibulato-  
ria, Firmacula* vocabant nostri, (vulgo  
*Fermail*) quibus scilicet vestes clauder-  
entur et astringerentur. Froissart. 2.  
vol. cap. 154 : *Et si eut pour le prix un  
Fermail à pierres precieuses, que Madame  
de Bourgogne prit en sa poitrine*. De  
fibulis aureis et gemmatis copiose ege-  
runt Petr. Faber lib. 1. Semestr. cap. 16.  
Chiffletius in Anastasi Chilperici cap.  
16. et Salmasius ad Tertullian. de Pallio  
pag. 62. 63. nos etiam quædam in Notis  
ad Joinvillam pag. 48. [Vide *Fermeil-  
letum*.]

At Suidas *φικατοῦριον, περιβόλιον Πα-  
σικόν* interpretatur. Proinde videtur  
fuisse etiam *fibulatorium*, non ipsa  
*fibula*, sed vestimentum, quod subinde  
fibulis variis subnectebatur. Gloss. Lat.  
MS. Regium : *Limbus, ora vestis auro  
texta, vel Fibulatorium*. Ejusmodi fuit  
*sagum illud fibulatorium*, cujus meminit  
Pollio in Regilliano : *Arcus Sarmaticos,  
et duo saga velim ad me mittas, sed  
Fibulatoria, cum ipsa miserim de nostris*.  
*Fibulare*, pro *alligare*, dixit Columella  
lib. 1. cap. 6. ut *fibulationes* Vitruvius.  
**FICACIUM**. Ugitio : *Cassiditis, vel cas-  
sidile dicitur sacculum, pera, sarciperium,  
Ficacium, marsupium, etc.* [\* Germ.  
*Ficke*, Marsupium. ADEL.]

† **FICALINUS**, FICALIS, ut infra *Fisca-  
linus* et *Fiscalis*, in Charta Lotharii Imp.  
apud Ludovicum Laquille Histor. Alsa-  
ciæ pag. 4. Probat. Vide in *Fiscus*.

\* **FIGARE**, Figere, Ital. *Ficcare*, Gall.  
*Ficher*. Stat. Mutin. rubr. 390. pag. 85.  
r. : *Et si vellet eos vel eas tenere in ma-  
nibus cum fune ad pascendum, debeat  
Ficare palum et eas capras et hircos  
ligare cum illo fune ad palum*. Hinc  
*Fiche* dicitur Palus, qui in terram in-  
figitur, in Charta ann. 1460. ex Chartul.  
Latinac. fol. 75 : *Qu'is puissent mettre  
et ficher sur la terre et seigneurie desdits  
religieux. . . . pieux ou Fiches pour lyes et  
rettenir lesdits bac, barge ou basteauls*.  
Inde etiam *Fiche* et *Ficheron*, Instru-  
mentum, quo vitis terræ committitur.  
Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Char-  
toph. reg. ch. 167 : *Un grant instrument,  
appellé Fiche, à quoy on plante les vignes  
en l'isle de Ré. Une barre de fer, que on  
appelle une Fiche, à planter vigne, in  
aliis ann. 1466. ex Reg. 194. ch. 212. Lit.  
remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 392 :  
Un Ficheron ferré de fer à trois pointes*.  
Neque alterius originis est vox *Ficar*,  
Lampadis species, quod nempe fusti  
infixa, sic appellata, apud Joan. Char-  
tier in Hist. Carol. VII. ad ann. 1458.  
pag. 303 : *Toutes lesdites torches furent  
rallumées, c'est à sçavoir nouvelles tor-  
ches, Ficars et fallots*.

† **FIGARIA**, Ficus arbor, Gall. *Figuier*,  
potius quam *Ficetum*, seu locus ficis  
arboribus consitus, ut *Calepinus* expo-  
nit. Pallad. lib. 4 : *Atqui inter Ficarias  
caprifici arborem serunt, ut non sit ne-  
cesse per singulas pro remedio eadem  
poma suspendi*.

† **FICARIUM**, Vas in quo ficus feruntur.  
Gloss. Græc. Latin. Sangerman. : *Συκο-  
φορτον, Ficarium, Fiscella*.

† **FICARIUS**. Gloss. Isid. : *Ficarius*,  
*Faunus*. Johannes de Janua : *Ficarius*,  
qui colligit ficus. Item *Ficarius* dicitur  
quidam Deus silvestris, scilicet *Pan*, vel  
*Faunus*, vel *Satyrus*, et dicitur a *Ficus* ;  
unde *Hieremie* 50. dicitur : *Habitabant  
dracones cum fatuis Ficariis, ubi dicit  
Glossa interlinearis i. e. cum hominibus  
sylvanis. Alii dicunt, quod Ficarij dicun-  
tur Fauni et Satyri, qui inter ficus et  
alias arbores morantur, qui Esaiæ 34.  
Onocentauri et Pilosi appellantur*. Gloss.  
Lat. Gall. Sangerman. : *Ficarius, Cuel-  
leur de figues ou Dieux sauvages, folot,  
fantiau*. Cantatorium MS. Abbatii S.  
Huberti fol. 1 : *Rex eorum Filimerante  
cum Gothis Gethicas et Schiticus terras  
ingressus, repperit ibi quosdam magas,  
quas Alirumnas dicunt, et eas suspectas  
habens, per solitudines fugatas exturba-  
vit : cum his silvestres homines, quos  
Faunos Ficarios dicunt, coeuntes*. Isid.  
sub finem lib. 8. Orig. : *Quem vulgo In-  
cubonem vocant, hunc Romani Faunum  
Ficarium dicunt, etc.* Vide Lexic. Martini.

\* **FIGAROLUM**, an Tributum, quod pro figendis palis ad quos religuntur naves, excollitur? Vide supra *Figare*. Lib. cens. eccl. Rom.: *Romana ecclesia debet habere... totum Figarolum et tres partes de ripatico.*

\* **FIGATIA**. Vide supra *Feraria*.  
**FIGATUM**. Papias MS.: *Epar, Græce: Jecur, i. Figatum*. Postrema verba absunt ab Editio. Alibi: *Gecur, quod ibi ignis sit conditus; vel quod gerat cor, Figatum*. Italis *Fegato*, [Hispan. *Higato*. Glossar. Lat. Gall. Sangerman: *Ficatium, Josier, foye*.] Sic porro jecur quodvis dictum volunt, quod olim jecur anserinum multa ficu farciretur. [Horat. lib. 2. Sat. 8.:

*Pinguibus et ficis pastum jecur anseris albi.]*

Gloss. Græc. Lat. Συκωρὸν, *Ficatium*. [Gloss. Isid: *Ficatium, quod Græci συκωρὸν vocant.*] Perperam *Ficotum* habent Acta Martyrii S. Theodori [apud Mabill. Analect. tom. 4. pag. 182.]: *Nam sacrificium, quod acceperat, particulatim disrumpebat ejus Ficotum, et ejiciebat per os foras*. Infra: *Diversas accipiens escas, suo tantum pastus est Fico*. Vide *Salmasium* ad *Solinum*, [Reinesium Var. Lect. 3. 4.] [\* supra *Fegatum*.]

\* **FICEDULA**. Organum musicum nescio quod, inquit D. *Falconet* in *Animadv.* suis ad Glossar. *Egregius plectri Ficedulæ modulator* laudatur J. B. Fontana Brixiensis, in *Inscript. Patav. Tomas. pag. 208.* an quod *Ficedulæ* formam vel cantum redderet? [\* Pro *Fidicula*. Confer *Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 451.* voce *Fidula*.] Glossar. Lat. Gall. ex *Cod. reg. 7692: Ficedula, Mauvis, Ficedulensis, idem.*

\* **FICELLUS**, Fasciculus, Gall. *Faisceau*. Charta fundat. Reg. loci ann. 1808. inter *Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 143: Duos denarios pro qualibet quadrigata merrani apud Choiniacum adducta, unum obolum pro qualibet Ficello merrani ad collum*. Vide supra *Fessellus*.

\* 1. **FIGEA**, Canalis, ut videtur, palis munitus, unde nomen, per quem aqua decurrit. Charta *Gaufr. episc. Meld. ann. 1211.* in *Chartul. Campan. fol. 175. col. 1: De stagno diximus, scilicet de piscatione stagni, quod abbas potest facere piscari ibi, quando venit Nogentum... De Ficha aque diximus, quod debet requiri licentia a domino Nogenti et a monacho B. Dionysii, qui tenebit domum de Aino*. Stat. *Taurini ann. 1860. cap. 158.* ex *Cod. reg. 4622. A: Nullus de cætero audeat vel præsumat deviare vel deviare facere per se vel per alium aquam bealere, cloacha decurrentem in Ficha seu bicoca magnæ Duriz.*

\* 2. **FIGEA**, **FIGHAM FACERE**, Ital. *Fare le fiche*, Hispan. *Hacer la higa*, nostris *Faire la figue*, Medium unguem ostendere, signum derisionis et contemptus. Stat. *Palavic. lib. 2. cap. 12. pag. 85: Ordinatum est quod si aliqua persona contra Dominum Deum nostrum, vel Dominam sanctam Mariam ejus Matrem vel aliquem ex sanctis per Ecclesiam veneratis, Ficham Fecerit, pro qualibet vice puniatur et condemnatur in libris quinque.*

\* **FICUS FACERE**, Eadem notione. Lit. remiss. ann. 1449. in *Reg. 180. Chartoph. reg. ch. 47: Dicitur de Renato cum amabatur suis manibus fecit Ficus dicto Sermes eum despectando, dicendo sibi; Je t'en fai la Figua et t'en despiege.*

\* **FICHETTA**, **FIQUECTA**, Fibula. *Invent. jocal. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 361: Centura argenti cum mazettis duobus et Fiquectis xliij.* Et col.

362: *Fichetta una auri esmaltata violeto ad modum violæ. Vide supra Affectura.*

\* **FICHETUS**, Claviculus, Gall. *Fichet*. *Invent. jocal. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 363: Cotardita una scarlatæ granæ, laborata ad Fichetos cum floribus boraginis.*

\* **FICHIA**, Palorum infixorum series. Vide infra *Fitura* 1. Charta P. episc. ann. 1212. in *Chartul. episc. Paris. fol. 98. v: Concessimus in perpetuum in aqua nostra apud parvum pontem, ex superiori parte illius ejusdem pontis, Fichiam unius domus edificandæ in illa archa, in qua est molendinus Willelmi de camera... Pro illa autem Fichia dictus Radulfus et hæredes sui... quatuor libras censuales... persolvere tenebuntur*. Alia ann. 1313. in *Chartul. S. Maglor. ch. 169: Super discordia quæ... vertitur seu verti speratur super Fichia, refectione seu reparatione viæ seu itineris molendini nostri de gurco, sito in Sequana supra magnam pontem Paris. et super mutatione Fichiz et augmentatione et prolongatione versus partem superiorem prolongit dicti molendi, etc.* Rursum alia ejusd. ann. ch. 168: *Faire édifier deus moulins bourez, dont la jouée ou les pieux, qui seront fichiez ou assis pardevers le costé de la peleterie, ne pourront de riens estre assis, ne mis, ne fichiez, ne passer ou estendre plus avant pardevers ledit costé, que la joue ou la Fiche qui y soloit estre, pour porter et soutenir ledit moulin.*

\* **FICHORRA**, [Piscationis species.] Vide *Batuda*.

\* **FICIALIS**, Dies solemnis, Sacerdos, vel urbanus. Papias MS. *Bituric. Legendum Ficialis, vel Festialis, ut habetur supra. Vide in Fisco.*

\* **FICILLIS**, Culter storiarius, in *Glossis MSS. Sangerm. Vide Fico.*

\* **FICILUS**, Os brachii Radius dictum. Vita B. Augustini *Eremitæ, Mail tom. 4. pag. 625: Duo ossium frusta brachii, vulgariter vocata Ficili.*

\* **FICITAS**, Fructus fici, apud *Nonium* cap. 2.

\* **FICITOR**, Collector ficorum, apud *eundem* ex *Nævio*.

\* **FICO**, Genus calceamenti monachici, vel forte rusticorum. Certe Italis *Fico* rusticum significat. Proinde *Fico* Hibernis fuerit *Calceus rusticorum*. Gloss. *Saxonicum Ælfrici: Fico, sco, i. calceus.* [Et quidem interdum ex materia lignea confectos ficones colligitur ex *Vita S. Brigidæ tom. 1. Febr. pag. 132: Tunc invenit a Deo bonum consilium, et implevit duos Ficones suos carbonibus ignis, et infixit pedes suos in eis.* Inde tamen minime concludendum ficones constanter calceos fuisse crassioris formæ et materiæ; nam pro calceis Episcoporum usurpat.] Anonymus in *Vita S. Cuthberti Episc. n. 14: Ficones novi, quibus calceatus est, in Basilica nostra inter reliquias pro testimoniis usque hodie habentur.* Adde n. 17. Vita S. Aidani Episc. *Fernensis cap. 2. n. 13: Surgens de lecto, tenuit Ficonem circa unum pedem, cucurritque velocius ad silvam in occursum S. Maedhog. Occurrit pluries in Vitis Satorum Hiberniæ.* [Vide *Ficilis*.]

\* **FICOLEA**, Palus ficulneus, apud *Festum*.

\* **FICOLHITA**, perperam pro *Fithwita*, in *Charta Henrici Reg. Angl. ex Chartophylacio regio Reg. 92. n. 58. Vide Futhwita.*

\* **FICONITUS**, Præsagus, augur, *Devin, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.*

\* **FICOTUM**. Vide *Ficatum*.

1. **FICTA**, Venetis *Fitta*, Dolor acutior in aliqua parte corporis, quasi in ea aculeus defixus esset, cujusmodi est in pleuresi, quem *Telum* vulgo alii vocant, nostri *Pointe*. Vita S. Eligii auctore *Audoeno lib. 2. cap. 23: Quidam... pessima laborabat egritudine, denique dira atque intolerabili percussus Ficta, et morte jamjamque imminente, et jam a statu spiraminis arcebatur*. *Gregorius Tur. lib. 5. Hist. cap. 5: Dormienti apparuit B. Tetricus... et hæc dicens, virgam, quam habebat in manu, pectori ejus cum ictu valido impulit. In quo ille evigilans, dum cogitat, quid hoc esset, Ficta in loco illo defigitur, ac dolore maximo cruciatur*. Idem lib. 8. *Miracul. S. Martini cap. 10: Erat autem subitanus (dolor) tanquam clavus affligens, atque ita Fictam gravissimam dabat, ut plerumque eclysim generaret, etc.* *Academici Cruscanis, Fitta, est dolore pungente di quando in quando.*

\* 2. **FICTA**, Idem quod *Fictus* 4. *Census, locatio, pensio, redditus, vectigal certum et fixum*. Charta ann. 888. inter *Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 23: Cedo vobis farinaria, qui est constructus super Latacia, et in ipsa riparia prato dominicario, præbendas, Fictas, totum et ab integro vobis cedo*. Alia ann. 1400. in *Stat. Perus. pag. 23: Item de et pro culmagis, qui quidem census, decima et Ficta et redditus, etc.*

\* **FICTABILIS**, *Fictalitiis, Fictatio*. Vide *Fictus* 4.

\* **FICTILERIUS**. Vide *Fetillerus*.

\* **FICTILIARIUS**, Ὀστροπρωτοῖς, *Figulus*, in *Gloss. Gr. Lat. perperam in MS. Fictiliarius*.

\* **FICTITIA**, Simulatio. *Fleta lib. 2. cap. 76. § 2: Cum cariatoribus præsens existat Præpositus tota die, ut sine Fictitia dietam finiant et laborent*. Gall. dicerent, sans Feintise.

\* *Sans fraude et malice ou Fainctise aucume*, in *Stat. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 647. art. 2. Qua notione intelligi etiam potest vox Finesse, in Lit. remiss. ann. 1451. ex *Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 172. ubi legitur: Jouer une finesse*. Alia ejusd. ann. in *Reg. 184. ch. 289: Leur administrer bastons ou armeures defensables pour faire leurs Finesses*. Ibi enim simulatione oblectamenti nocere intendebant ii, de quibus hic agitur. Vide infra *Fictuositas*.*

\* **FICTOR**. Vide *Fictus* 4.

\* **FICTOR FORENSIS**, Circumforaneus homo, Germ. *Marktschreier*. *Histor. Archiep. Bremens. de Borchard. Grelen, vers. 128:*

*Verum vero conserat verbis inoffansis, Ne mendax appareat aut Fictor Forensis.*

\* **FICTORIA**. Vide *Fitora*.

\* **FICTORIUM**, Limes in agro positus et infixus, ut explicatur, ad *Dipl. Loth. reg. ann. 982. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 648: Inde ascendit per ipsam serram usque in ipso Fictorio de monte Pintnello, etc.* Vide mox *Fictus* 6.

\* 1. **FICTUALIS**, Ital. *Fittuario*, ut *Fictalitiis* in *Fictus* 4. *Stat. Astæ collat. 11. cap. 16: Statutum est quod si collonus, vel inquilinus, vel Fictualis partiarus, vel emphiteota alicus recepit investituram, vel locationem seu conductionem ab aliquo, etc.*

\* 2. **FICTUALIS**, adject. Ad *Fictum* pertinens. *Stat. Mantuæ lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620: Si vero res fuerit emphiteotica, vel Fictualis, vel decimalis, etc.* Vide supra *Fictualis* res.

\* **FICTUARIUS**, Eodem intellectu. *Pos-*

*sidere precario Fictuario nomine*, in Stat. Vercell. lib. 1. pag. 42. r<sup>o</sup>.

¶ **FICTUM**. Vide **Fictus** 1.

\* **FICTUM**, Locationis pretium, Ital. *Fitto*. Stat. Vercell. lib. 1. pag. 16. v<sup>o</sup>: *Statutum est quod omnia Ficta, quæ communi debentur, et causæ se res propter quæ debentur, et illi qui Ficta reddunt communi, etc.* Et lib. 2. pag. 41. v<sup>o</sup>: *Ita etiam quod pro tempore præterito Fictum domino vel quasi domino conveniens solvi debeat*. Vide **Fictus** 4.

¶ **FICTUOSE**, Fictæ. *Quod malitiose seu Fictuose aliquam causam non proponet, quominus prædicta..... exequatur*, in Charta Hugonis Abb. Corbeiensis ann. 1278. ex Tabulario ejusdem Monasterii.

\* **FICTUOSITAS**, Fictio, simulatio, inanis species. Joan. de Cardalisco serm. in Circumcis. Dom.: *Dico tertio quod est aliud nomen a quo multi intuluntur hodie in hoc mundo, quod est nomen aparençie et Fictuositatis, et tali nomine utuntur ypocritæ, qui solum habent nomen fictum et aparençiarum sanctitatis*. Vide supra **Fictitia**.

¶ **FICTURA**, (f. pro *Fissura*) *Seectura*. Gloss. Isid. Præceptum Odonis Reg. Franc. pro Eccles. Aousonensis, inter Concilia Hisp. tom. 9. pag. 164. col. 1: *Deinde per stratum per serram longam discurrunt super villam Matacanis, et pervenit ad Ficturam qui discurrit in Lubricato; deinde a rivo lato usque in Lubricatum*. Eadem notione qua **Fictus** 4.

1. **FICTUS**, vel **FICTUM**. Tabul. S. Severi apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 3. cap. 12: *Item Hoyer villam, et in Gottis alodium, unumque villanum de Lera, et silvan, atque Fictum de Bussel trado B. Petro, etc.* [Forte eadem notio est, quæ infra vocis **Fictus** 4.] [\* Idem omnino videtur quod supra **Fictum**, uti et sequens.]

2. **FICTUS**, Alia notione. [Aliam esse vix crediderim.] Charta Conradi Imper. apud Ughellum in Episcop. Cremonensib. pag. 807: *Ut ei districtum suum tollant, et Fictum de molendinis, ac de navibus census solitum, etc.* Charta Friderici I. Imp. ann. 1153. apud eundem tom. 4. pag. 1293: *Cum omnibus pertinentiis, cum operibus, servitiis, districto, Ficto, placito, cæterisque aliis, etc.* Vide Statuta Veneta lib. 3. cap. 8. 9. et supra **Affictus**, et infra **Fictus** 4.

3. **FICTUS**. Glossæ MSS. ad Alexandri Iatrosophistæ libros Passionum: *Fictus, i. anus Fictus, dicitur a fumoribus, i. stercoribus*.

4. **FICTUS**, Idem quod **Affictus**, de qua voce supra; Census, locatio, pensio, redditus, vectigal fixum et certum: nam et *fictum* pro *fixum* dixisse Veteres observat Salmasius ad Solinum. Italis *Fitto*, et *affitto*. [Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. *Fictor, Seigneur*, (a quo scilicet aliquid ad *fictum* seu censum certum tenetur) *composeur ou ourneur*.] Papias: *Fictum dicitur, quod inter duos componitur omni anno reddendum, qui et census*. Charta anni 1033. apud Ughellum tom. 5. pag. 1589: *Dedit.... libellario nomine ad Fictum census reddendum, etc.* Charta Theodori Marchionis Montisferrati anni 1324: *Cum fidelitatibus, successioneibus, penis, bannis, multis, Fictis, partiariis, et tertiis, cum fodris, taleis, etc.* Alia ann. 1384: *Non teneatur... ad solutionem Ficti, seu incantus illarum possessionum*. Alia ann. 1246: *Sine tertio et affaitamento, et Ficto proinde Monasterio dando*. Occurrit præterea in Statutis Venetor. ann. 1242. lib. 3. cap. 8. in variis Chartis apud Hieron. Rubeum in

Hist. Raven. pag. 308. Ughellum tom. 5. pag. 676. 677. 678. [Murator. tom. 6. col. 1188. ubi de Gestis Friderici I. Imp. Mabilionum tom. 4. Annal. Benedict. pag. 544.] etc. Rollandinus in Summa Notariæ cap. 1. observat, *Fictum* sumi interdum pro *precaria*, seu *emphyteusi*. Vide **Libellus**, et Oct. Ferrarium in Orig. Ital. [\*\* Vide **Fictum**. Chart. Friderici I. Imper. ann. 1183. ap. Pertz. Leg. tom. 2. pag. 172: *Pactum pontis Padi, et Fictum ejusdem pontis et regalium*. Eadem in Pace Constant. § 21.]

**FICTATIONES**, in Charta Ottonis M. Imp. apud Ughellum in Episcopis Laudensibus.

**FICTABILIS**, *Censualis*, qui censum persolvit. Charta ann. 1327. in Regesto Privilegiorum Civitatum Lombardiæ: *Cum accepissent et derobassent Anziano de Livrasca massario, et Fictabili Monachorum, etc.* Alia Blanchæ Sabaudæ uxoris Galeacii Comitiss Virtutum: *Ab eis, vel eorum massariis, aut Fictabilibus auferendis, etc.* [\*\* In chart. Carol. IV. Imper. ann. 1366. apud Glafey Anecd. pag. 22. *Fictabiles* esse *Fictuales* putat Haitaus. Glossar. German. col. 187. voce *Brotessen*.]

**FICTALICLÆ RES**, Data ad censum. Charta Lotharii II. Imp. apud Ughellum tom. 4. pag. 815: *Et omnia jura et possessiones, et tenutas earum, alodes, transfictalicias, emphyteoticarias, precarias, libellarias, Fictalicias, etc.* [\* Stat. Mantue lib. 2. cap. 24. ex Cod. reg. 4620: *Si petierit quis hujusmodi Rem emphyteoticam vel Fictaliciam, etc.* Vide in **Fictus** 4.]

\* **FICTALICUS**, Inquilinus, fundi ad *fictum* conductor, Ital. *Fittaiuolo*. Stat. Pallav. lib. 2. cap. 24. pag. 92: *Si qua universitas, collegium, vel singularis persona... spoliaverit, turbaverit vel molestaverit... aliquem laboratorem, mezadrum, colonum, Fictalitiu vel inquilinum, etc.* Vide **Fictualis** et **Fictuarius** suis locis.

\* 5. **FICTUS**. Stat. Astæ collat. 11. cap. 68. pag. 32. v<sup>o</sup>: *Ordinatum est quod aliqua persona non capiat Fictum ab aliquo revenditore vel revenditrice, qui vel quæ vendat ante aliquam ecclesiam vel porticum alicujus ecclesiæ de Ast. Forte Larva.*

\* 6. **FICTUS**, pro **Ficus**, uti dixisse Veteres observat Salmasius ad Solinum. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 154: *Levatorium super barcharum pontem causa palos Fictos in aqua debarbandi levatur*.

**FICTWITA**, Præstationis species, Anglis, in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 508. [Vocabularium Anglo-Gall. MS. in Becensii Tabulario: *Fict-wyta, Quitte de meslée*. Vide **Futhwita**.]

\* **FICUNDEUM**, Ficetum seu locus ficis arboribus consitus. *Salictibus et salicetis, virgariis, Ficundeis cunctis, etc.* in Charta ann. circ. 951. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. ann. 1717. col. 722.

**FICUS**. Papias: *Mariscæ, exa prominentia, quæ vulgo Ficus dicitur*. Ebrardus Betun. in Græcismo cap. 12:

Est Ficus, morhus; est Ficus fructus et arbor.

[\*\* Celsus lib. 6. cap. 3. hunc morbum græce *σύνουτιν* appellat. Vide Forcellinum.] [Morbum hunc fetidum etiam memorat Martialis Epigr. 1. 65:

Dicemus ficus, quas scimus in arbore nasci,  
Dicemus Ficos, Cæciliane, tuos.

Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Ficus, Ficz, une maladie*. Vita S. Anselmi Episc. Lucensis cap. 74: *Erat vir quidam, qui Ficus ægritudine vehementer virente, etc.*

[\* Acta S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 558. col. 2: *Quædam mulier... passa fuit matum Fici in naso et labio superiori per duos annos et amplius; et habebat nasum et labium grossum plusquam ovum gallinæ, et multum fetebat.*] Est etiam equorum morbus, Italis **Fico**, de quo sic Petrus Crescentius lib. 3. de Agricult. cap. 56: *Accidit quandoque, quod pes læditur subtuus unguam in medio solæ ex ferro vel alia re dura intrantem usque ad tuellum, ex quo tuellus læditur, ex qua læsione, cum ungula non inciditur circumquaque, ut debet, nascitur super tuello quædam carnis superfluitas, quæ superat solæ superficiem, Ficus vulgariter nominatur*. Vide præterea Jordanum Rufum Calabrum MS. lib. 2. de Equorum medicaminibus ad Fridericum Imperat.

¶ Alius est morbus qui **Fil** dicitur in Ordinat. Johannis Franc. Reg. ann. 1363. tom. 3. Ordin. pag. 641: *Nul boucher pourra ne deura tuer en ladite boucherie aucune grosse bête qui ait le Fil, et ou cas qu'il seroit trouvé sur aucun il perdroit la bête et seroit arse devant son huis*. Est autem **Fil** seu **fi** aut **fy**, ut jam dicimus, Boum lepra vel elephantiasis.

\* Eo spectat vox **Fieus**, quas Bos morbo nostris **Fy** nuncupato, laborans significatur. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 78: *Après que icellui beef eust esté abatu et tué... nostre prévost fist icellui esgarder par bouchers et les maîtres du mestier; lesquels jasoit ce que ledit beef ne fut pas Fieus... par leur rapport et relation fu ledit beef condamné à enfouir*. Stat. carnif. art. 4. in Lib. rub. fol. magn. Abbavil.: *Que nulz ne vende ossi point de char sourcemée, ne ayant Fy*.

\* Hinc nostris **Fy** **Fy** dicunt, ut fastidium contemtuve, imo et odium significant. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. ch. 402: *Johannes de Manso cum certos processus apostolicos publicaret et ecequeretur contra quosdam homines in villa de Rupella... ex hiis indignati contra ipsum archipresbiterum et exccotorem se protinus insurgentes et commoti, Fy Fy de te et tuis hujusmodi processibus apostolicis*.

\* **FICUS FACERE**. Vide supra in **Ficha** 2.

**SUB FICU ET VITE**, Proverbialis loquendi formula, qua rerum abundantia significatur, sat frequens in veteri Testamento. Joannes Berardi in Prologo ad Chron. Casauriense: *Omnis illa regio... frequentibus villis atque casalibus inhabitabatur, et quasi sub Ficu et vite, vel in propriis prædiis erat hominum illius temporis incolatus*. Benjaminus Tudelensis in Itiner. pag. 27: *Comedentes et bibentes quisque sub Vite et Ficu sua*. Utitur etiam Ordericus Vital. lib. 4. pag. 538. et Arnoldus Lubec. lib. 2. cap. 1.

\* **FIDA**. Vide supra **Esfida**.

¶ **FIDAGIUM**, Idem quod infra **Fidantia**, Præstatio, tributum. Charta Guillelmi I. Reg. Sicil. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 175: *Sed idem sacrum cenobium, vel ab omni pedagio, aquatico atque quolibet Fidagio, per totum jam dictum nostrum Siciliæ regnum totaliter sit immune*.

**FIDAMEN**, Fides. Cyprianus, seu Tertull. in Carmine ad Senatorem vers. 53:

Corrige delictum Fidamine, corrige mentem.

**FIDAMORA**. Charta Guillelmi Regis Siciliæ ann. 1173. apud Ughellum tom. 8. Italiæ sacræ: *Concedimus etiam in dicto Monasterio cædua lignorum absque ullis forestagiis, et volumus etiam et inhi-*



demus, ut nullus sit, qui Fidamoras ei auferat.

\* Quid si legeretur terminatio Longobardica, *Fidatoria*, ab Italico *Fida*, qua voce Academici Cruscani intelligunt Pascuum pascendis animalibus locatum atque assecuratam; quod loco laudato haud ægre aptari potest.

† **FIDANCERIA**, **FIDANCARIA**. Vide in *Fidantia*.

**FIDANTIA**, Fidejussio, sponsio, *Fidanza* Italis, *Fianza* Hispanis. [Charta ann. 1060. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1120: *Faciunt Fidantias et sacramentos tales ad prædictam Luciam quales homo debet facere ad suum Seniore[m] de cui tenetur suorum castros*. Alia ann. 1206. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. pag. 1071: *Et ego P. Dei gratia Rex Aragonum facio vobis Ermengaudo Urgellensi Comiti, et ipsi Eliensendæ libenter prædictam Fidantiam, et convenio vobis omnibus attendere*. Occurrit præterea in Chron. Modoetiansi apud Murator. tom. 12. col. 1176.] Le Roman de *Jordain de Blaye* MS.:

Dame Erembors a les Fiances prises.

Charta Libertatum de la Perouse ann. 1260. apud Thomassium: *A la Paeroce ne doit hon prendre, si Fiance voet donner, etc.*

**FIDANTIA** et **FIDENTIA**, Salvagardia. Anonymus de Desolatione Monasterii Morinundensis in agro Mediolanensi: *Prædictus Abbas Florius ad protectionem domus suæ procuraverat Fidentiam et securitatis literis præmuniri*. [Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230. apud Murator. tom. 6. col. 463: *Et destinuerat Januenses quos contumeliose tractaverat et tractabat, qui Januenses ad Fidentiam ipsius Soldani causa negotiandi illuc accesserant*. Instrum. ann. 1240. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. pag. 181: *Quicquid ad dictum Monasterium pertinet in tota valle Massiæ, et ejus territorio seu tenemento, sub guidagio, et protectione, et Fidancia nostra recipimus*.] Charta ann. 1314. apud Ughellum in Archiep. Mediolan.: *Dirupta Fidantia per eos multis vicibus promissa*.

**FIDANTIA**, Fidejussor, vel *Manulevator*: voces Hispanis familiares. Vetus Charta apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 12: *Et si hoc denegaret, per unamquamque Fidanciam 300. sol. daret, ... et postea in eadem firmitate stare*. Alia ibidem cap. 21: *Dederunt Fidancias... Vicecomitissæ... Arnaldum de Les-cun, ... quod nec aliquis descendens de stirpe Guillelmi Ariol inquietet, nec turbet supradictas domos, etc.* Jacobus I. Rex. Arag. in Foris Oscæ ann. 1247. fol. 7: *Si aliquis homo fuerit Fidantia pro aliquo homine, vel pro alia qualibet causa, etc.*

**FIDANTIA DE DIRECTO**, qua quis rectum se alicui seu jus facturum spondet. Vide Foros Aragon. pag. 14. v. Edit. 1624. et Michaellem del Molino in Repertorio Fororum Aragon.

**FIDANTIA JURIS**, in iisdem Foris pag. 96.

**FIDANTIA SALVITATIS**, apud eundem. Molinum, qua quis rem salvam alteri præstat et cavet, *Garantit*. Vide eundem Scriptorem.

**FIDANTIA DE RIEDRA**, apud eundem. Vide *Riedra*.

**FIDANTIA DE LA SPERA**, et **FIDANTIA DE LA TORNA**, quæ dabatur et præstabatur olim, quando aliquis reptabatur ad battalliam, etc. Idem. Vide *Torna*.

**FIDANTIA**, quæ ignem facit, in Observantiis Regni Aragon. lib. 2. tit. de Satisfacendo, § 1. qui focum et ædem habet in loco.

**FIDANTIA de prima et secunda Cruce**. Vide *Cruce*.

**FIDANTIA**, Præstatio, tributum. Falco Beneventan. ann. 1122: *Mandavit ut neque sibi, neque Comiti Jordano auxilium præstarent, et daret eis et concederet Fidantias et pensiones, quæ a Castello Fenuculo... exibant*. Charta Rogerii Regis Siciliæ ann. 1137. apud eundem: *Dimittimus et condonavimus vobis... Fidancias subscriptas, videlicet denariorum redditus, salutes, angarias, terraticum, etc.* Adde pag. 310. 314. Charta Caroli II. Siciliæ Regis ann. 1239. apud Rainaldum in Annalib. Ecclesiast. ann. 1285. 5: *Fidantias ab omnibus remitti facimus, et remittimus eisdem. Fidantiarum autem remissio, est concessio libertatis, ut cives Beneventani possint libere proprias vineas et terras ecolere, ipsarumque fructus et fruges recolligere, sine aliqua exactione vel munere, vel etiam datione*. [Idem totidem verbis legitur apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 232. in Epist. Clementis PP. IV. qua Regnum Siciliæ Carolo S. Ludovici fratri in feudum concedit. Occurrit præterea in Enumeratione jurium Comit. Biterr. ann. 1252.]

**AFFIDANTIARE**, *Fidantia*, seu vadere præstare. Fori Oscæ ann. 1247: *Dictum autem affirmative potest mutari et renuntiari semper, antequam causa sit Affidantiata. Causa diffidantiata, in Observantiis Regni Arag. lib. 6. tit. de Generalib. privileg. § 17.*

**FIDANCERIA**. Idem fori f. 5: *Si quis miserit fidantiam, et dixerit fidantæ suæ: Si damnum vobis evenerit, de ista Fidanceria, super istam domum, etc.*

† **FIDANCARIA**. Idem Fori fol. 21: *Villanus de Parada tenetur fide jubere pro suo domino, quotiescumque necesse fuerit ipso domino, et dominus trahat ipsum de ipsa Fidancaria, ita quod pro illa non veniat ei damnum, vel paria. Et si forte pariat pro ipsa Fidancaria, de cetero non intret, pro illa ipsa Fidancia, etc.*

**FIDARE**, *Fidere*. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 56: *Habeant perfectam fidem, et veram locutionem, ita ut omnes... possint se in illis Fidare, etc.* Itali *Fidare* hæc notione dicunt.

† **FIDATA**, Idem quod *Fidantia*, præstatio, tributum. Chron. Farfense, auctore Gregorio Monacho, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 421: *Manualia quæ fecit Beraldus Abbas in Scandriua Ecclesia S. Joannis Alberti, et omnes Fidatæ de ipsa terra de rebus prædictis hujus Monasterii prædicti infra Romam, terra et campus Agonis cum casis, hortis et cryptis quas tenent Stephanus Presbyter; terra et vineæ quas tenet Stephanus Leonis Curta-Braca.*

**FIDATOR**, Cui aliquid commendatur, deponitur. Fori Oscæ ann. 1247. sub Jacobo I. Rege Aragon. fol. 9: *Nullus debet pignorrare vicinum suum, si Fidator vel debitor suus non est.*

† **FIDATUS**, Cui fides haberi potest, fidelis. Acta varia de schismate Pontificum Avinion. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 1316: *Item, quod quilibet ex prædictis duobus dominis debeat secum ducere... centum balistarios, quantum fieri poterit, honestos et Fidatos... pro custodia et defensione dictarum partium.*

**FIDEICERERE**, Fidejubere. Gloss. Lat. MS. Regium: *Consporsores, alterutrum Fideicentes*. Alibi: *Vadatur, promittit,*

*pollicetur, Fideiciti*. Ita etiam in Gloss. Isidori. Apuleius de Deo Socrat.: *Quis pro te Deus Fideicet?* Ita enim rescribunt viri docti, pro *fidem dicit*. Anianus lib. 1. Sentent. Pauli cap. 9: *Si minor majorem Fideicat, licet ipse teneri non possit, tamen, quem Fideiciti, teneri potest*. Ubi *Fideicere* aliquem est, quod Græci dicunt ἐγγυάσθαι τινα. Est igitur *Fideicere*, per fidem suam aliquid promittere, quod et *fidepromittere* unico verbo dixit idem Anianus ibid. in Sentent. Pauli. [\*\* et Gaius lib. 3. sect. 92. 112. 116.]

**FIDEICTOR**, Sponsor. S. Augustinus Epist. 23. de baptizandis pueris: *Quando ad baptismum offeruntur, pro eis parentes tanquam Fideictores respondent*. Tabularium Conchensis Abbatiae in Ruthenis Ch. 32: *Et de hoc dedi Fideictorem Gírberto de Cabdenago, etc.*

**FIDEICTUS**, pro quo spondetur, apud Scriptorem Vitæ S. Lupicini Abbat. Jurensis n. 9.

**FIDEICTIO**, Fidejussio. Historia Fundationis Monasterii Gladbacensis cap. 18: *S. Petrus eo tempore sua suscepti cum Fideictione, quod Cœnobium prædictum cum omni affectu debent reedificare, etc.* Mox: *In hæc Fidejussionis verba dimissus, etc.*

**FIDEIDIGNI**, Testes ἀξιόπιστοι. Tales homines, quorum fides admittitur, in Legibus Luitprandi Regis Longob. tit. 70. § 1. [\*\* 95. (6. 42.)] et Ratchis tit. 4. § 1. [\*\* tit. 1.] Præsertim vero ita dicuntur testes producti ex Clero, vel Monasterio, qui ex ipsa Clericatura, aut Monachismi professione, nullo interposito sacramento, fide habentur digni, cum quidpiam in judicio attestantur. Lex Longobardorum lib. 2. tit. 47. § 11. [\*\* Henric. II. cap. 1]: *Decernimus, ut nec Episcopi, nec Presbyteri, nec cujuscumque ordinis Clericus, non Abbas, non aliquis Monachus, vel Sanctimonialis in qualicumque controversia sive criminali, sive civili jusjurandum qualibet ratione compellatur subire: sed advocatis suis propriis idoneis hoc officium debeant delegare*. [\*\* Sifridi Archiep. Mogunt. chart. ann. 1237. pro Cunrado nobil. de Merenberg. apud Guden. in cod. diplom. tom. 1. pag. 545: *Vallato contractu ex parte nostra Fidei dacione, ex altera vero juramento, corporaliter præstito*.] Regiam Majestat. lib. 1. cap. 19. § 9: *Presbyter nil recipiat, nisi sub testimonio Fidedignorum*. Charta Olai Roschildensis Episcopi ann. 1818. apud Isaacum Pontanum lib. 7. Hist. Dan.: *Promiserunt in manus D. Regis, ac Dominorum Othonis Comitissæ ab Hoya, et Henrici Domini Magnatolensis, ac multorum Fidedignorum, Militum, et Armigerorum, etc.* Vide Fletam lib. 1. cap. 41. § 5. et aliis locis. Hinc

**FIDEIDIGNITAS**, pro Testimonio a Clericis et Monachis præstito. Decreta Sigismundi Regis Hungariæ ann. 1435: *Cum hominibus et testimonis Capitularibus et Conventualibus, quæ communiter Fidedignitates vocantur*. Alibi: *Personis autem testimonialibus Capitularum et Conventuum, pro singulis diebus, quibus in itinere Fidedignitatis processerint, solvantur 12. denarii, etc.*

**FIDEFODODINCUL**. Observantiæ Regni Aragon. lib. 8. tit. de injuriis, § 2: *Nota, quod de consuetudine Regni antiqua, quia hoc verbum, Fidefododincul, est vulgare Aragonum, et communiter usitatum, si contra aliquem prorumpatur, non inducit caloniam: secus, si adjiciat ultra,*

quia tunc coloniam incurrit de consuetudine Regni.

† FIDEFRAGIUM, FIDEFRAGUS. Vide in Fides.

FIDEICAPITIO. Vide in Fides.

\* FIDEICOMMISSUM, Testamentum, instrumentum fide sua assertum. Testam. ann. 1165. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 324: *Quidquid habeo in Casale atque in Scodesia in meo dominico, filia mee Donellæ, vel ejus liberis, filia mea defuncta, medietatem per Fideicommissum relinquo.* [\*\* Vide J C.]

\* [Legitur sensu vulgari: « Pro remedii animæ Freduloni, comiti condam, per Fidei commissum quod nobis injunxit in pago Ruthenico... omnem medietatem ab integro. (Basilicæ Ruthenorum donamus.) » In mus. arch. dep. p. 17, an. 856.]

† FIDEICOMMISSARIUS, Testamenti executor. Chron. Farfense, auctore Gregorio Monacho, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 587: *Quidam autem Franco nobilis vir, qui vocabatur de Doarova, et Seuguo, ambo socii et Fideicommissarii cujusdam Joannis Muti pro ejus anima confirmaverunt per chartam donationis in hoc Monasterio quasdam res ipsius in territorio Sabinesi.* Ibidem col. 596: *Item Saxo judex Romanus filius Elpizconis concessit in hoc Monasterio res cujusdam Cencii, cujus erat Fideicommissarius.* [\*\* Vide Manufidelis, et Haltaus. Glossar. Germ. voce Treuhender, col. 1805.]

\* Foyement appellatur in Charta ann. 1355. tom. 2. Hist. Leod. pag. 420: *Item que Foyemens ne puist vendre heritaiges partenans alle execution de testament de cely, qui Foyemens les aurat constitué, etc.*

† FIDEI-MACHIA. Vide in Fides.

† FIDEIMANUS et FIDELES-MANUS, Viri probatæ fidei, quibus rei promissæ executio mandatur. Charta ann. 1067. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 72: *Tradidi Sprimont pro Genape in Fideimanus ad opus Ecclesiæ, si aut in itinere mortuus, aut reversus Genape Ecclesiæ non solidarem, et mutuata non restituerem. Fideimanus hi sunt, Fizeulinus et Albertus de Braz, Adelardus de Hamne. Fidejussores hi sunt, Francho frater Alberici, Warnerus, etc.* Instrum. Rodulphi Præpositi S. Johannis Leodiensis ann. 1177. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 905: *Ex his omnibus diligenter procurandis Fideles-manus Decanum Magistrum Benedictum, Nicolaum de Superioriponte et Julianum Celleram consensu Ecclesiæ adhibuit... ut horum trium quasi funiculo triplici, sollicitudo rei constitutæ indissolubilis et sufficiens, gratia Dei cooperante, permaneat.*

FIDEI JURARE. Tabular. B. Mariæ Colymbensis diocesis. Carnot.: *Radulfus pater et Radulfus filius et alii fratres Milites, qui ibi erant. Fidejuraverunt, quod ab illo die, etc.* Gloss. Lat. Gr.: *Fidei-promissores, πιστεπαγγελῆται.*

FIDEJUSSORES TOLLERE dicebatur judex, qui in jus vocatum, aut accusatum de aliquo crimine, vadem dare ad dictam diem juri se stitutum, cogebat. Vita S. Præjecti Episc. et Mart. cap. 3: *Obtinuitque cum Principe, ut Missos ex latere dirigeret, qui eum per Fidejussores nuntiarent, et in aula Regis facerent præsentari. Mox: Et quomodo per Fidejussores venisset, explicitum depromit. Vetus Notitia apud Perardum in Burgundicis pag. 35: Dedit Maurinus Fidejussorem nomine Autardo, de sua præsentia. Per Fidejussores ad præsentiam Regis deducti, in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 34. in Capitul. Caroli C. tit. 12.*

cap. 1. 4. 5. 7. tit. 20. cap. 6. tit. 29. cap. 3. tit. 31. cap. 23. tit. 39. cap. 4. Per Fidejussores ad palatium Regis venire, in Capitul. Caroli M. lib. 5. cap. 43. 147. [\*\* 98. 278.] Per Fidejussores ad placitum Regis venire, in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 72. in Capitul. Caroli C. tit. 32. cap. 3. Sub Fidejussione ad palatium venire, compelli, in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 77. Per Fidejussores mitti ad præsentiam Regis, in Addit. 4. Lud. Imp. cap. 76. Per Fidejussores constringere, ut revertant ad palatium, in Capitul. Caroli C. tit. 39. cap. 1. Per Fidejussores ad mallum adduci, in Capitul. Car. C. tit. 39. cap. 3. Epist. 69. inter Francicas tom. 1. Hist. Franc.: *Non aliter fiat, nisi in placito, quod vobis supra scriptus Pontifex denunciaverit, memorato Diacono vestro per Fidejussores una cum indiculo vestro ante parvitatem nostram faciatis venire.* Adde Joannem VIII. PP. Epist. 228. Leges Guillelmi Nothi: *Omnis homo, qui voluerit se teneri pro libero, sit in plegio, ut plegius eum habeat ad justitiam, si quid offenderit: et si quisquam evaserit, talium videant plegii, ut solvant, quod calumniatum est, etc.* Ejusmodi Fidejussorum mentio est apud Gregorium Turon. lib. 4. Hist. cap. 43. lib. 8. cap. 7. 12. 43. lib. 9. cap. 8. in Concilio Metensi ann. 753. cap. 1. etc. Hinc Pignerari dicuntur rei, seu in jus vocati. Conventus Ticinensis ann. 853. cap. 3: *De liberis hominibus, qui... contra legem ad placita protrahuntur, et ideo Pignerantur, constitutum est, ut secundum legem patroni eorum eos ad placitum adducant, et si quis contra hanc nostram auctoritatem, et eorum legem Pignerare aut distringere præsumperit, etc.* Quod si reus Fidejussores non haberet, in custodia servabatur, ut est in Capitulari Pipini Regis Italiæ cap. 36.

Occurrit autem passim hæc formula in privilegiis et immunitatibus Ecclesiis concessis, qua iudices vetantur in eorum terris, ad audiendas altercationes ingredi, *Freda* de quibuslibet causis exigere, aut mansiones vel paratas tollere, ut apud Marculfum lib. 1. form. 3. 27. 28. etc. Quo verborum circuitu nihil aliud intelligitur, quam ut iudex in terris, in quibus immunitas concessa est, jus non dicat, aut justitiam non exerceat. Charta Caroli Simplicis apud Sammarthanos in Archiep. Narbon.: *Quod in sua parochia... gravissima increverit consuetudo, de eo, quod Comites atque iudices, seu ministri illorum, Sacerdotes Domini, sive reliquos Ecclesiæ ministros ad placitum suum violenter ducere, et Fidejussores tollere, atque eos more Laicorum distringere præsumant.*

† Fidejussores etiam debitoribus suis dabant creditores, ut pignora scilicet quæ illi dederant, tutius recipere possent. Id patet ex Legibus Luithprandi Regis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 76. col. 2: *Si ad quadam suam solvendam quispiam liber homo tres Fidejussores habuerit liberos homines. Et paulo post in veteri formula: Petre, te appellat Martinus, quod ipse dedit tibi vadia decem solid. vi. Kal. Augusti. Vult suscipere per Fidejussores.* [\*\* Luitpr. 35. sqq. (5. 7.) Vide Edict. Theodor. cap. 135. infra Obstadium et Salmanni.]

FIDEJUSSORES, Testamenti executores, in Testamento Hugonis I. Episcopi Tolosani, apud Catellum in Hist. Occitana pag. 858.

FIDEJUSSORES dicti etiam patrini, apud S. Eligium in Homilia descripta tom. 5. Spicilegii Acheriani pag. 212.

lib. 2. Capitul. cap. 46. et apud alios laudatos in Dissert. 22. ad Joinvillam pag. 275.

\* FIDEJUTRIX, quæ pro alio fidejubet. Charta ann. 1391. in Reg. 3. Armorial. gener. part. 2. pag. xxvj: *Et pro ipso se constituit Fidejutricem... honesta mulier nobilis Falcona Meyresia.*

\* FIDELE, Prædium, quod a vassallis seu fidelibus tenetur et colitur. Testam. S. Aldegund. ann. circ. 646. in Suppl. ad Miræum pag. 559. col. 2: *Ad stipendia et usus eorum (canonicorum) tribui... mansos servorum quinque et Fidelia triginta, pratos duos, etc.* Vide in Fideles.

† FIDELES MANUS. Vide Fideimanus.

† FIDEIATOR, Qui et Magister fidelium, Germ. Seelgerether, dicitur is pene quem erat dispositio piarum fundationum et donationum. Vide Hist. Fuldens. pag. 54. [\*\* et Haltaus. Glossar. German. col. 1669. voce Seelgeræter.]

1. FIDEELIS. Christiani dicti Fideles post susceptum baptismum, quia fidem susceperunt. S. Ambrosius lib. 1. de Sacram. cap. 1: *In Christiano viro prima est fides. Ideo recte Fideles dicuntur, qui baptizati sunt.* S. Augustinus Tractat. in Joann.: *Interrogas hominem, Christianus es? respondet tibi: non sum; adhuc queris ab eo, Catechumenus, an Fideles? Idem Epist. 67: Frater Paulus narrat gaudia de Gabiano, quod non solum Christianus; sed etiam Fidelis sit valde bonus per Pascha proximum baptizatus.* Vide eundem de Verbis Apostoli Serm. 13. Innocent. I. Ep. 22. cap. 2: *Quæro, si una eademque sit uxor ejus, qui ante Catechumenus, postea sit Fidelis.* Pontius Diac. in Vita S. Cypriani: *Quid Christiana plebs faceret, cui de Fide nomen est? [Cassarus lib. 1. Annual. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 250: Ut lumen quod tempore Infidelium quondam in unoquoque anno ad sepulcrum venire solebat, nunc per misericordiam suam istud idem Fidelibus suis hodie in die resurrectionis suæ ostenderet.]*

† FIDELES, Dicti etiam ipsi Sancti qui Deo jam potuerunt. Instrum. ann. 1076. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 157: *Si apud Regem Regum perpetuam salutem obtinere cupimus, nos ejus Martyres cæterosque Fideles, quos in colorum curia prævalere credimus pro nobis necesse est intercessores acquirere studeamus.*

2. FIDEELIS, Subditus, vassallus, qui fidem suam domino obstrinxit, *fidelitatem* juravit. Gloss. Lat. Gr.: *Fidelis, πιστός, δούλος.* Gloss. Lat. Gall.: *Fidelis, Feal. Fideles homines sui,* apud Lampridium, famuli. [Chartul. Gemmeticense tom. 1. pag. 48: *Et avons droit de prendre de chacun de nos Hommes de Foy chacun an six deniers Tournois de charoy.*] Dominico lib. 1. de Vita Mathild. cap. 11:

Ut juraret ei rogat ipsum more Fidelis.

Idem lib. 2. cap. 17:

Filius esse Petri si vult Rex atque Fidelis.

Tabularium Dolense ann. 927: *Ibidem adjungo ad hujus dedicationis honorem, ut omne beneficium, quod ex me nunc vel deinceps nostri Fideles habent, aut habebunt, etc.*

\* Nostris, *Fael* et *Feiaul*. Charta comit. Nivern. ann. 1250. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Nostre amée et nostre Faelle Adeline la mareschaude de Nevers, etc.* Pactum ann. 1273. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 37. col. 2: *Se lidiz Feiaul ou lour avancer non avent fait autrefois dus homaiges, etc. Foial, in*

Lit. ann. circ. 1360. apud Marten. tom. I. Ampl. Collect. col. 1473.

**FIDELES IMPERII**, Subditi, Gall. *Sujets*: qua notione accipienda vox *Fidelis* in antiquioribus Instrumentis. Gesta Henrici VII. lib. 2. Rubr. 7. apud Murator. tom. 10. col. 352: *Optio sit Patavinæ civitati quatuor eligere quos maluerint, Fideles duntaxat Imperii.*

\* **FIDELES IMPERII DE JANUA**, Subditi republicæ Genuensis. Lit. Phil. VI. ann. 1334. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 7: *Pontius Almandini et hæredes Johannis Naturalis, qui marcham habent contra illos, qui se dicunt Fideles imperii de Janua.*

**FIDELES REGIS**, Subditi, vassalli Regis, in Legibus Luitprandi Regis tit. 70. § 1. [\* 95. (6, 42.)] in Lege Longob. lib. 2. tit. 26. tit. 51. § 14. tit. 52. § 1. [\* Lothar. I. 52. Rachis 7.] in Capitul. Caroli M. lib. 2. cap. 17. lib. 4. cap. 34. lib. 6. cap. 96. [\* 97.] in Vita Ludovici Pii ann. 839. apud Nithardum lib. 1. ann. 834. Baldricum lib. 1. Chr. Camerac. cap. 61. in Charta anni 1069. apud Duchesn. in Hist. Monmorenc. pag. 23. etc. Vide Fabrum Canterellum in Tractatu de Feudis, Goldastum ad Ratpertum de Casib. S. Galli cap. 8. etc.

**INFIDELES**, Qui fidem Regi, quam jurarunt, non servant. Capitularia Caroli M. lib. 4. cap. 34: *Pro infideli teneatur, quia sacramentum fidelitatis, quod nobis promisit, irritum fecit.* Concilium Dusiacense I. pag. 299. 1. Edit.: *Regis quoque Infideles contra Ecclesiasticam auctoritatem armata manu defendit.* Vide Leg. Longob. lib. 1. tit. 34. § 2. 3. [\* Carol. M. 123. Ludov. p. 28.]

\* Charta Acreddi ducis Aquit. in Chartul. Celsinian. ch. 13: *Actum v. Idus Octobris Celsinianas, anno v. (forte pro xv.) quod Infideles Franci regem suum Karolum inonestarunt et Rodulfum in principem elegerunt.* Extraneos hac voce designari, maxime in Capit. Caroli C. ann. 865. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 197. art. 4. auctor est D. Bouquet tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 105. Cui assentiri nequaquam possum non una de causa. Et primo quidem ejusmodi Infideles passim in illo Capitulari suos rex appellat. Dehinc in articulo præcedenti fidelitatem regi promissis dicuntur. Denique ii Infideles proprietates habent, quas, ob eorum a fidelitate promissa defectum, fisco addicendas rex judicat. Quid hæc cum extraneis? Hæc sunt verba art. 3. jam laudati Capit.: *Ut qui fidelitatem nobis promiserunt, et post illud sacramentum ad Infideles nostros in nostrum damnum se conjunxerunt, proprietates illorum in nostrum indominicatum recipiatur.* Stat ergo bene Cangiana interpretatio; neque alii sunt hic Infideles, quam qui Fidem-mentiti alibi nuncupantur. Vide Fidem Mentiri in Fides.

**INFIDELES**, Qui fidelitatis sacramentum domino feudali non servant. Brompton. ann. 1088: *Terras Infidelium suorum fidelibus suis distribuit.*

**INFIDELITAS**, in Lege Longob. lib. 1. tit. 34. § 2. [\* Carol. M. 123.] Leges Kanuti § 90: *Infidelitas erga dominum, secundum legem sæculi inemendabile est.* Vide Leges Henrici I. Regis Angliæ cap. 10. Flodoardus lib. 4. Hist. Remensis cap. 35: *Insimulati sunt de Infidelitate ipsius senioris sui.* Et lib. 2. cap. 20: *Depositus est ab Episcopatu pro Infidelitate Imperatoris.*

\* S. FIDELIS, Uxor. Charta ann. 1011.

in magno Chartul. S. Vict. Massil.: *Ingrannus episcopus, cum Fidele sua Adalquide, dat ecclesiam S. Perpetuæ de Bruniola.*

**FIDELITAS**, Fides, quam quis Regis seu vel Principi servare debet, subditus, qui et *Fidelis*, potissimum. *Fidelitatem Regi promittere*, in Capitularib. Caroli M. lib. 3. cap. 8. 88. in Capitul. Caroli C. tit. 33. cap. 2. 3. tit. 39. cap. 4. Apud Marculfum lib. 1. form. 40. etc. Produunt formulam sacramenti fidelitatis Regi a subditis facti, eadem Capitularia Caroli C. tit. 13. cap. 13: *Ego illi Karolo Hludowici et Judith filio ab ista die in ante Fidelis ero secundum meum savirum, sicut francus homo per rectum esse debet suo Regi. Sic me Deus adjuvet et istæ reliquæ.* Habetur aliud paulo prolixius *fidelium sacramentum* tit. 22. cap. 1. Ubi observandum, *fidelitatem* Regi fieri per *sacramentum*, quod ei proprium fuit. Capitulare 2. et 4 ann. 805. cap. 9: *De juramento, ut nulli alteri per sacramentum Fidelitas promittatur, nisi nobis, et unicuique proprio seniori ad nostram utilitatem et sui senioris.*

**FIDELITAS**, Anglis *Fealtie*: nostris *Fœdité*: *Fiduciam* Angli appellat, inquit Cowellus lib. 2. tit. 3. § 13. Est autem servitus realis a quolibet feudatario domino in ipsa institutione præstanta. Fulbertus Carnotensis: *Fidelitatem dicimus jurjurandum, quod a vassallo præstat domino. Jurjurandum Fidelitatis vassallitice*, apud Radericum lib. 2. de Gestis Frider. cap. 20. *Sacramentum Fidelitatis jurare*, in Capitul. 3. ann. 789. cap. 2. ubi habetur ejus formula. *Jurare Fidelitatem*, apud Simeonem Dunelmensem lib. 3. de Dunelmensi Eccles. cap. 22. et in Hist. Angl. ann. 1086. *Fidelitatem facere et hominum*, apud eundem Radevicum lib. 1. cap. 11. [*Faire feute et homage*, apud Guillelmum Tyriens. Archiep. in Hist. Belli sacri.] [\* *Faauté*, in Charta Otton. comit. Burg. ann. 1242. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 15. col. 2: *Dovent audit dux de Bergoigne faire Faauté et légée des ces quatre chastiaus. Foyauté*, in Lit. Bald. Bellim. ann. 1299. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1311. *Fueté et loiauté*, in Chron. S. Dion. tom. 8. Collect. Hist. Franc. pag. 326. *Fouté*, in Ch. ann. 1240. ex Chartul. S. Joan. Laudun. Unde *Foutu chevalier* dicitur, qui fidem sacramento firmatum non servat, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 448: *Berthelemy Gentil dist de Maugiron d'Estsac chevalier, qu'il estoit un faux, mauvais, traître et fuitif et Foutu chevalier.*] Differt tamen *Fidelitas* ab *homagio*, etsi *homagio* adjunctum sit *sacramentum fidelitatis*, ut est apud Nicol. Uptonum lib. de Militari Officio cap. 18: *Differt homagium a Fidelitate, quia homagium est ille actus præstationis juramenti cum sua solemnitate, et fit in principio; sed Fidelitas est obligatio permanens, habens perseverantiam et tractum temporis, etc.* Clarius Littleton. sect. 91. et 92: *Fealti idem est, quod Fidelitas in Latin. Et quant franc tenant fera Fealtie a son Seigneur, il tiendra sa maine dexter sur un lievr, et dirra issint: Ce oyez-vous, mon Seigneur, que jeo a vous serra foyal et loyal, et foy a vous portera des tenemens, que jeo claim a tener de vous, et que loyaltment a vous ferra les customes et services queux faire a vous doy as termes assignés, si come moy aide Dieu et les saints; et basera le lievr, mais il ne genulera, quand il fait Fealty, ne ferra thiel humble reverence, comme*

*avant est dit en homage. Et grand diversité y ad pour enter feasons de Fealtie et de homage. Car homage ne poit estre fait fors que al Seigneur mesme, més le Seneschal de Court le Seigneur, ou Bailife, puit prendre Fealtie pour Seigneur.*

Diximus fidelitatis sacramentum adjunctum esse *homagio*, quod verum est, si quidem vassallus primo *homagium* facit domino, deinde fidelitatis sacramentum. Utriusque formulæ et discrimen sic observat Bracton. lib. 2. cap. 25. § 8: *Sic debet homagium facere debet quidem tenens manus suas utrasque ponere inter manus utrasque domini sui... et debet dicere: Devenio homo vester de tenemento, quod de vobis teneo, et Fidem vobis portabo de vita et membris et terreno honore contra omnes gentes, etc. Et statim post faciat domino suo sacramentum Fidelitatis, hoc modo: Hoc audis, Domine N. quod fidem vobis portabo de vita et membris, corpore et calillis et terreno honore, sic me Deus adjuvet et hæc sancta Dei Evangelia. Et quidem hoc adjuvant in sacramento, et bene, quod fideliter et sine diminutione, contradictione, vel impedimento et dilatione injusta, terminis statutis faciet servitium domino suo et hæredibus suis. Ita Fleta lib. 3. cap. 16. § 21. Aude Littleton. sect. 88.*

Ex quibus patet *homagii* et *sacramenti fidelitatis* discrimen: ac *homagium* quidem fieri a vassallo, genibus flexis, manibus in domini manus immisissis: *sacramentum vero fidelitatis* a vassallo stante, et tactis sanctis Evangeliiis. Charta ann. 1229. apud Marcam lib. 8. Hist. Beneharn. cap. 22. n. 2: *Recognoscimus, quod vos nobis fecistis homagium, et præstitistis insuper Fidelitatis juramentum, sicut vestri antecessores nostris prædecessoribus sunt facere consueti.* Charta ann. 1247. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus: *Et corporata nobis fecit homagium, suscipientibus per nos et successores nostros, ponendo manus proprias infra nostras: et promittens jurejurando supra sancta Dei Evangelia Fidelitatem nobis servare, prout in formula Fidelitatis exprimitur, videlicet incolume, tutum, utile, honestum, facile, possibile.* [Charta homagii ann. 1310. ex Schedis Præs. de Mazaugues: *Recognoscunt... homagium ei facere et Sacramenta Fidelitatis, scilicet tutum, incolume, honestum, utile, facile et possibile.*] Sed et inde observare est, *homagium* et *Fidelitatem* passim simul jungi. Fridericus I. Epist. ad Ottonem Frising. Episcop.: *Homino et Fidelitate nobis facta coronam regni de manu nostra Petrus Rex Danorum suscepit.* Idem Otto lib. 1. de Gestis Frider. cap. 2: *Ad pedes Imperatoris, satisfactionem offerens, humiliter Dux venit hominumque sibi cum sacramento Fidelitatis exhibens, Ducatum ab illo suscepit.* Radevicus lib. 1. cap. 2: *Tunc ad curiam venientes, Friderico Fidelitatem fecerunt atque hominum, et beneficia de manu illius susceperunt.* Apud Petr. Blesensem Epist. 102. *Homagia et Fidelitates.* Apud alios, *Homagia Fidelitatis*. Trithemius cap. 20: *Cum honore magno suscipitur, et Homagio Fidelitatis suscepto per dies septem commoratus, etc.* Jo. Beka in Ottone IV. Episcopo Traject. 36: *Accedentes quoque singulatim Primates ad regale solium præstiterunt eidem debita Fidelitatis Homagium.* Ptolomæus Lucensis ann. 1126: *Rogerium Siculum factu sibi homagio, Juramento Fidelitatis firmato, ipsum de Ducatu Apulizæ et Sicilia investivit. Fidelitatis astrictus homagio, apud Albertin. Mussatum. Homag-*

gium et Fidelitatem ligantiæ facere, apud Matth. Paris ann. 1257.

Sunt quidam hæredes, inquit Bracton. lib. 2. cap. 35: *qui tenent ad homagium faciendum, et ad sacramentum Fidelitatis*: quidam tantum ad sacramentum fidelitatis secundum diversitatem tenementorum. Verbi gratia de tenemento, quod tenetur ad terminum, non fit homagium, sed tantum fidelitatis sacramentum. Rursum de socagio villano nullum omnino competit homagium, sed fidelitatis sacramentum.

Homagium Minor facere potest; *nulum tamen juramentum Fidelitatis, antequam ad ætatem pervenerit, præstabit.* Idem n. 4. et Fleta lib. 3. cap. 16. § 14. Nam ut est in Regiam Majestatem lib. 2. cap. 60. § 2: *Tenetur dominus recipere homagium recti hæredis, sive fuerit infra ætatem hæres ipse, sive plenam habuerit ætatem, dummodo masculus sit.* Recepto vero homagio idem hæres in ipsius domini custodia remanebit, donec plenam habuerit ætatem. Ibidem cap. 68. In aliquot Consuetudinibus municipalibus ætas faciendi homagium definitur annus vigesimus completus, in Aurelianensi art. 24. in Dunensi art. 12. in Consuetudine Castellii Novi art. 44. in Arvernensi cap. 22. art. 28. decimus quartus pro masculis, et duodecimus pro feminis in Peronensi art. 58. decimus quartus in feminis in Aurelianensi d. art. 24. Statutum Baronum Andegavensium et Cenomanensium mense Maio ann. 1246. in Tabulario Andegavensi Camera Comput. Parisiens. fol. 32: *Est autem ætas hæredis masculi faciendi homagium domino, et habendi terram suam, quam cito hæres ingressus fuerit vicesimum primum annum.* De nobilibus vero puellis hæredibus sic ibidem statuitur: *Ordinavit, quod femina non maritata postquam quintum decimum annum compleverit, habeatur legitimæ ætatis ad faciendum homagium domino, et ad habendam terram suam.* At quoad masculos, ea Statuta spectant potissimum sacramentum fidelitatis, quod feminæ non præstant, ut infra docemus: ita quod si contingeret Minorem homagium facere, non ideo a custodia domini seu alterius liberatur. Sic Philippus Augustus mense Aug. ann. 1214. et Girardus Episcopus Catalaunensis mense Sept. ejusd. anni Theobaldum Comitem Campaniæ ad homagium admiserit, *salvo dotalitio Blanchæ Comitissæ matris, et salvo ballio Comitatus Campaniæ et Briæ, quod debebat tenere, donec filius ejus haberet 21. annos, de quo idem Theobaldus exire non posset ante prædictum ætatis annum, nisi per eam, et de voluntate illius.*

At Consuetudines nostræ aliquot municipales sacramentum fidelitatis non admittunt, nisi in homagiis ligiis. Turonensis art. 115: *Le vassal doit faire hommage simple à son Seigneur, nue teste, les mains jointes, et le baiser: et celui, qui doit hommage lige, le doit faire mains jointes sur les Évangiles, nue teste, descient, et le baiser en faisant les sermens requis.* Id ipsum statuitur in Andegavensi art. 138. in Cenoman. art. 150. et in Pictavensi art. 113. Formulam sacramenti fidelitatis describunt Andegavensis art. 138. et Cenomanensis art. 150.

FIDELITATEM CUM AFFIDATIONE FACERE, non vero homagium, tenetur maritus de dote, quam uxor de priore marito habet, ex Regiam Majest. lib. 2. cap. 48. § 10. Ubi cum *affidatione* idem valet, ac *sub fidei vel sacramenti interpositione*, eod. lib. cap. 57. § 10. quo loco

dicitur fidelitas præstari dominis a mulieribus et earum hæredibus, sub eadem forma et iisdem verbis, quibus homagium fieri solet. Et cap. 29. § 8. ejusdem libri: *Feminæ de jure nullum homagium facere possunt, licet plerumque Fidelitatem dominis suis facere solent.*

¶ FIDELITATES TENERE, f. Sacramenta fidelitatis pro Domino capitali recipere. Charta ann. 1205. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 224: *Et ego Bernardinus bajulus Domini Regis qui etiam teneo Fidelitates prædictorum castrorum.*

FIDELITATEM, non vero homagium, Regi faciunt Episcopi consecrati de Baronis suis elemosynatis, seu de Regalibus: ratio est, quia non proprio, sed alieno nomine, scilicet Dei et Ecclesiæ terras possident et tenent. Vel quia de feudo et elemosynato non fit homagium, ut est in Regiam Majest. lib. 2. cap. 64. 65. et apud Bractonum lib. 2. tract. 2. cap. 35. § 4. Ubi additur, electos in Episcopos ante consecrationem homagium suam facere consuevisse. De sacramento fidelitatis, Regibus ab Episcopis præstito, multa habet Juretus ab Epist. 35. et 190. Ivonis Carnot. Formulæ illius exstant in Privilegiis Ecclesiæ Hamburg. pag. 199. 200. in Concil. Dusiac. I. part. 1. cap. 5. part. 2. cap. 32. 33. etc. Porro sacramentum fidelitatis Regi tenentur facere Episcopi *infra 40. dies post susceptionem Regalium*, ut est in Charta S. Ludov. Regis mens. Febr. ann. 1260. pro Episcopo Aurelian. in 30. Regesto Archivi Regii Chr. 471. Vide Jacob. Petitionum ad Pœnitentiale Theodori pag. 476. 477. Describitur formula hujus Sacramenti in Regesto nigro Castelleti Parisiensis, hisce verbis: *C'est la maniere, et comment les Prelats et gens d'Eglise font serment de feauté au Roy nostre Seigneur. Il convient ausdits Prelats et gens d'Eglise mettre la senestre main sur le pis, et la dextre sur le livre et l'estole au col. Vous jurez sur les saintes Évangiles de Dieu et par vos ordres, que vous serez loiaux et feaux au Roy de France, nostre Seigneur, qui cy est, et à ses Successeurs Roys de France, son honneur, son Estat, son corps, ses membres, et son heritage, vous lui garderez contre toutes personnes, qui peuvent vivre et mourir, et se conseil vous demande bon et loyal, vous lui donnerez, et se le sien vous dit, vous lui celerrez, et ainsi vous le jurez. Et puit doit le Prelat baiser le livre.* Hodie vero paulo aliter concipitur.

Sed et Presbyteri omnes fidelitatem tantum, non vero hominum faciunt dominis Laicis, etiam de propriis feodis. Concilium Claromontanum, et Epistola Synodi Rotomagensis ann. 1095. apud Ordericum Vital. lib. 9. pag. 723: *Nulum Presbyter efficiatur homo Laici, quia indignum est, ut manus Deo consecratæ mittantur inter manus non consecratas: quia est aut homicida, aut adulter, aut cujuslibet criminalis peccati obnoxius. Sed si feudum a Laico Sacerdos tenuerit, quoad ad Ecclesiam non pertineat, talem faciat ei Fidelitatem, quod securus sit.* [Sigebertus ad ann. 1176: *Episcopi vero et Abbates homagium non fecerunt, sed sacramento se constrixerunt.*]

Formulam sacramenti fidelitatis sex includere supra attigimus, ex Charta ann. 1247. videlicet *incolume, tutum, utile, honestum, facile, possibile.* Quod ex Epistola 101. Fulberti Episcopi Carnotensis fluxisse probabile est, quæ inserta a Gratiano 22. q. 5. de Forma, in qua hæc ille scribit ad Guillelmum Aquitanorum Ducem: *De Forma Fide-*

*litatis aliquid scribere monitus, hæc vobis quæ sequuntur, ex librorum auctoritate notavi: Qui domino Fidelitatem jurat, ista sex in memoria semper habere debet: incolume videlicet, tutum, honestum, utile, facile, possibile. Incolume videlicet, ne sit domino in damnum de corpore suo. Tutum, ne sit et damnum de secreto suo, vel de munitionibus, per quas tutus esse potest. Honestum, ne sit ei in damnum de sua justitia, vel de aliis causis, quæ ad honestatem ejus pertinere videntur. Utile, ne sit et in damnum de suis possessionibus. Facile, vel possibile, ne id bonum, quod dominus suus leviter facere poterat, faciat ei difficile: neve id, quod possibile erat, reddat ei impossibile. Ut autem fidelis hæc nocumenta caveat, justum est, sed non ideo sacramentum meretur. Non enim sufficit abstinere a malo, nisi fiat, quod bonum est. Restat ergo, ut in eisdem sex supradictis consilium et auxilium domino suo fideliter præstet, si beneficio dignus videri vult, et salvus esse de Fidelitate quam invenit. Dominus quoque fidei suo in his omnibus vicem reddere debet; quod si non fecerit, merito censetur maleficus, sicut ille, si in eorum prævaricatione vel faciendo vel consentiendo deprehensus fuerit, perfidus et perjurus. Quorum quidem sex verborum explicatio inserta iisdem habetur verbis in homagio ann. 1296. apud Columbum lib. 3. de Episcop. Vasion. n. 26. [\* Charta Raym. VII. comit. Tolos. qua concedit in feudum R. de Baucio castrum et villam Camareti ann. 1237. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 383. Vide mox ad lineam Communis.] Adde etiam ann. 1246. apud Sammarthanos in Episcopis Aptensibus. Huc etiam referri possunt Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 5: *Omnis homo fidem det domino suo de vita et membris suis, et terreno honore, et observatione consilii sui per honestum, et utile, fidei Dei salva, et terræ Principis salva, etc.* Vide Glanvillam lib. 7. cap. 18. Rastallum in V. Homage, et Spelmannum in voce Fidelitas. In Statutis antiquis Cartusien. part. 2. cap. 32. § 2: *Nolumus, quod domus nostri Ordinis recipiant homagia, sed Fidelitates fidei et juramento vallatas.**

¶ Huic veteri sacramenti fidelitatis formulæ, quam bardis Longobardis que hominibus dignam vocat Hotomanus, alia successit, in qua omissis iis sex verbis, horum tamen tacita fiebat mentio in hunc modum: *Omnia et singula adimplebit... et observabit quæ in Capitulo de Forma antiqua et nova sacramento Fidelitatis comprehenduntur, ex Charta homagii ann. 1480. inter Schedas Præsid. de Mazaugues. Vide Salvaingum de Usu feud. cap. 4. et lib. 2. de Feud. tit. 5. 6. et 7.*

\* Iis sacramenti fidelitatis formulis addenda videtur illa, quæ legitur in vet. Cæremon. B. M. Crassens. Ms.: *Juro ego Willelmus filius, qui fui Stephanie feminæ, tibi Leone abbati, filius qui fuisti Stephanie feminæ, quod de ista hora in antea vel demceps fidelis ero tibi de tua vita et de omni tuo honore per directam fidem sine tuo engan, sine fraude et malo ingenio et sine ulla deceptione, me sciente, per Deum et hæc Sancta sanctorum, et talem conventionem facio ego et filius meus Gaubertus, ut post mortem meam filius meus firmiter, sicut ego, juret abbati S. Marie sine avere.*

\* Hominio præstito eoque altera die recognito seu pro rato habito, subsequebatur fidelitatis sacramentum, ut docet Charta ann. 1236. ex Reg. 30.

Chartoph. reg. ch. 142 : *Jacobus Dei gratia illustris rex Aragonum... recognovit se eidem (episcopo) præcedenti die homagium sibi fecisse... et statim facta recognitione homagii, dictus dominus rex dom. Johanni de Montelauro episcopo supradicto et ecclesie Magalonensi præpositis super altare S. Firmini in Montepessulano, Corpore Jesu Christi, cruce, reliquiis et textu Evangeliorum aperto, sacrosanctis Evangeliiis manu tactis, sacramentum Fidelitatis in modum præstitit subsecutum : Audi tu Johannes episcopo Magalonensis, ego Jacobus Dei gratia rex Aragonum et Majoricarum, comes Barchinonæ et Urgelli et dominus villæ Montispessulani, filius quondam Mariæ illustris reginæ Aragonum et dominæ villæ Montispessulani, ab ista hora inantea personam tuam non capiam, vitam et membra tua tibi non tollam, nec homo nec femina meo consilio vel meo ingenio; et si in illo honore, quem tu hodie habes et possides, et canonici Magalonenses habent et possident in communia, vel inantea tu acquisieris et canonici Magalonenses acquisierint, ego Jacobus tollerem vel forisfactum ibi facerem, cum tu me agomonras per sacramentum, vel si præsens non fueris aut ecclesia Magalonensis tum forte episcopum non habuerit, præpositus vel prior Magalonensis consilio capituli Magalonensis me comonra per sacramentum, infra xl. dies cabalmen o rendrai o zo emendarai, vel ad tuam voluntatem m'en contenrai et ad mercedem canonicorum similiter, et si homo vel femina in illo honore, quem tu habes et possides, et canonici habent et possident, vel inantea tu acquisieris vel canonici acquisierint, tibi vel canonicis aliquid tolleret vel forisfactum faceret, si per me illud reddere nollet, vel directum tibi et canonicis facere nollet, cum tu me comonras per sacramentum, aut si præsens non fueris, vel ecclesia Magalonensis tunc forte episcopum non habuerit, præpositus vel prior Magalonensis cum consilio capituli Magalonensis me comonra per sacramentum, tibi et canonicis Magalonensibus adjutor ero sine enganno, sicut in hac carta continetur, et clericus legere et intelligere potest, et ita tenebo et adimplebo sine omni enganno, me sciente, tibi præfatu Johanni de Montelauro Magalonensi episcopo et catholicis successoribus tuis, et canonicis Magalonensibus præsentibus et futuris. Sic Deus me adjuvet et istæ sanctæ reliquiæ et sancta Dei Evangelia quæ corporaliter manu mea tango. Vide infra in Hominium.*

\* Communis vero parque omnino erat dominum inter et vassallum fidei professio : nam ut fidelitatem domino vassallus, ita et vassallo dominus personam illius, et feuda, ac in iis jura se conservaturum pollicebatur. Charta ann. 1337. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 103 : *Promittens dictus dom. Lambertus pro se et suis hæredibus et successoribus per pactum expressum solemnem stipulatione vallatum et super sancta Dei Evangelia per eum corporaliter tacta juravit dicto dom. dalphino præsentis, suo ac hæredum et successorum suorum nomine stipulanti, quod ipse erit perpetuo bonus et fidelis vassallus dicto dom. dalphino et suis, pacta, conventiones et conditiones prædictas, et alia quæ bonus homo facere et servare tenetur bono domino suo, faciet et servabit, omniaque et singula, attendet, complebit et inviolabiliter observabit dicto dom. dalphino et suis, quæ in sex capitulis fidelitatis, videlicet incolume, tutum, honestum, utile,*

III

*facile, et possibile, et in quibuscumque aliis capitulis formæ fidelitatis novæ et veteris continentur. Dictus vero dom. dalphinus pro se et suis hæredibus et successoribus universis et singulis promisit pacto expresso, solemnem stipulatione vallato, et supra sancta Dei Evangelia tacta corporaliter juravit dicto dom. Lamberto præsentis, stipulanti et recipienti pro se et suis hæredibus et successoribus prædictam infeudationem et donationem in feudum, ac omnia et singula pacta, conventiones et conditiones prædictas omni tempore perpetuo ratas, gratas et firmas habere, attendere et servare, ac eas et ea attendere et complere, ac vicem pro vice reddere dicto dom. Lamberto, hæredibus et successoribus ejus, et nullo tempore contra facere vel venire, nec alicui contravenienti seu contravenire volenti consentire, juris vel facti aliqua ratione. Vide in Hominium.*

\* A fidelitatis sacramento eximebantur vassalli, nisi contrarius reclamaret usus, cum feudum a marito uxori testamento concedebatur. Testam. ann. 1142. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 380 : *Volo ut uxor mea Aichiva habeat totum illud, quod habeo in curte Urbanæ, ita tamen hoc, quod in feudo est, vassalli teneant ab ea sine Fidelitate, excepto si ille vassallus est, qui per medium mansum, vel per unum, vel per duos, usus sit facere Fidelitatem.*

\* FIDELITAS JURATA, Sacramentum fidelitatis. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 21. r. : *Pro quibus omnibus debet (Guil. Ramundi de Genciaco) facere dicto dom. regi homagium ligium, Fidelitatem juratam, et facere jus et recipere coram eo et suo mandato.*

\* FIDELITAS VILLÆ, Sacramentum fidelitatis a cive præstitum. Charta commun. Clarim. ann. 1248. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 600. art. 9 : *Si quis vero Fidelitatem villæ fuerit ementus, vincti cing solz persolvat pro emenda.*

¶ Alia erat formula fidelitatis quam Decani rurales Archidiaconis præstabant de conservando eorumdem jure. Hujus fidelitatis meminit Charta ann. 1201. e Chartular. Meld. : *Talem ordinationem fecimus, quod rurales Decanos Meldensis Episcopus, Archidiaconis inconsultis, possit eligere, instituire et mutare, salva tamen Fidelitate quam de conservando jure Archidiaconorum consueverunt præstare. Fidelitatem quoque exigebant beneficiorum ecclesiasticorum patroni ab iis in quos ea conferebant. Charta ann. 1177. ibid. : *Set antequam curam animarum ab Episcopo percipiat, ad nos mittetur facturus nobis Fidelitatem in nostro capitulo, quod nullam irrogabit vel consentiet irroganti nobis injuriam vel dampnum super rebus quas in parochia ejus habemus. Eam denique jurabant Capellani Parochis in quorum districtu capellaniam possidebant. Charta ann. 1216. ibid. : *Capellanus per Episcopum institutus jurabit in institutione sua Fidelitatem presbytero de Limogni de jure parochiali ejusdem eidem in omnibus conservando.***

\* Fidelitatis solemnem sacramentum præterea exigebant episcopi ab iis, quibus parochiam regendam committebant. Charta Odon. episc. ann. 1202. in Chartul. episc. Paris. fol. 53. v. : *Nobis fuit præsentatus Theobaldus canonicus S. Genovesæ ad curam animarum parochiæ de monte; et idem Theobaldus curam animarum ejusdem parochiæ suscepit a nobis, et præsentibus sacrosanctis*

*Evangeliiis et deosculatis ab eodem, promisit nobis sicut episcopo Parisiensi in verbo sacerdotis et super ordinem suum justitiam, obedientiam et Fidelitatem, quamdiu regeret parochiam memoratam.*

¶ IN FIDELITATE DEI ET S. PETRI PLACITARE. Litteræ Seguii Condomensis Abbatis tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 443 : *Ex integro dedit super altare S. Petri... ita ut S. Petrus cum suis proprie in dominio in perpetuum possedisset... ut si... ipse Comes... vim vellet inferre... vel illa occasione intentione placitum commonere, ipsi in Fidelitate Dei et S. Petri placitarent, et si opus esset, et contra omnes defensarent; hoc est, ni fallor, sub protectione et tutela Dei et S. Petri.*

\* FIDELITATEM FACERE, Per fidem suam promittere. Chartul. S. Petri Carnot. : *Ita tamen ut carpentarii monachorum, antequam boscum cædant, vel domino Firmiatis, si forte abfuerit, forestariis ejus, faciant Fidelitatem, quod non nisi ad usus monachorum de bosco capiant.*

\* FIDELITATEM FACERE, Quod unicuique proprium est fideliter tribuere. Charta Galteri Laudun. episc. ann. 1171. ex Chartul. S. Vinc. Laudun. ch. 75 : *Abbas (S. Vincentii) et dom. Jacobus suum ibi (in nundinis) ministerialem communem habebunt, qui de hiis quæ de stallagiis et theloneo provenierint, tam abbati quam domino Jacobo faciet Fidelitatem. Feablement, fideliter, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Frahc. pag. 450 : *Que les informations que faicte en auront, et tout ce que par eux en sera trouvé, il rapportent Feablement pardevers nozdiz baillif, prévost, etc.**

\* FIDELLA, Fiducula, lyra. Hist. Ratispon. ad ann. 1464. apud Oefellium tom. 2. Scriptor. rer. Boicar. pag. 516. col. 1 : *Cunradus de Nurinberga... expertissimus... in organis, lutina, cithara, Fidella ac fistula, tibiis ac buccina, et in omnibus instrumentis musicalibus. Vide Fidicinare.*

\* FIDENCIA, Præstatio, quæ in fidejussionibus dandis domino debebatur, ut *Fidantia*. Vide in hac voce. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 726. art. 8 : *Gallinis seu caponibus, Fidencis, retrofidencis, et in omnibus aliis obventionibus, etc.*

¶ FIDENTIALIA, Sponsalia, Gall. *Fiançailles*. Statuta Synodalia Ecclesie Constantiensis cap. 60. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 321 : *Non fiant sponsalia sive Fidentalia cum repentalitiis (sic vocabant mulctam pecuniariam) quia libera debent esse matrimonia, nec metu penæ adstringi. [\* Vide supra Fiancialia et infra Fiducialia.]*

¶ FIDENTIARIUS, Familiaris, amicus. Chartul. Ecclesie Auxitanæ cap. 77. de Clodoveo Rege Franc. : *Eique tum per se, tum per Fidentarios suos crebrius et officiosius suggerere et insinuare cepit.*

\* FIDERE, Esse, fieri. Charta Aldef. reg. Aragon. pro incolis Tutelæ æra 1165. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 595 : *Placuit michi libenti animo et spontanea voluntate et propter amorem quod bene Fideat Tutela populata et tolas gentes veniant ibi populare, etc.*

FIDES, quæ et *Fides Catholica*, de qua est titulus in Cod. Th. et Justin. Lactantio lib. 4. de Vera sapient. cap. 30. extremo, Ecclesia Catholica dicitur esse *Domicilium fidei*. Ipsi fideles *Domestici fidei* appellantur a Patribus, uti alibi docuimus. In veteri Inscriptione Emeritæ, Constantinus Mag. dicitur *pacis et*

*justitiæ cultor, publicæ quietis fundator, Religionis et Fidei auctor.*

† FIDES, nude pro Fidei formula, in Vita S. Eligii inter Fragm. de Rebus Gestis Dagoberti I. Reg. Franc. apud Duchesn. tom. 1. pag. 631 : *Edidit (Martinus PP.) contra hæreticos Fidem magnifice, valde atque accurate, quam etiam cum subjuncta epistola Galliarum partibus destinavit.*

FIDES CHRISTIANITATIS. Charta Fulconis Comitis Andeg. : *Et promittit, et dedit Fidem Christianitatis in manum Teberti Præpositi, quod nunquam foderum clamaret. Vide Christianitas.*

† FIDEM BRACHIO DARE SACRAMENTO, Duellum indictum et juratum tenere. Charta ann. 1056. apud Mabill. tom. 4. Annal. pag. 564 : *Paratus aut calidi ferri judicio secundum legem Monachorum per suum hominem id probare, aut scuto et baculo juxta legem secularium defendere. Cum duellum prætulisset Vicecomes, obtulit Abbas hominem S. Albini, qui et sacramento fidem faceret, et Sacramento Fidem Brachio daret.*

FIDEM FACERE, Fidem suam de re quavis, verbi gratia de pecunia solvenda, alteri obstringere ; in Lege Salica tit. 53. et 54. Edit. Heroldi ; *S'obliget envers quelqu'un. Charta Chlodovei III. Regis, edita a Mabillonio : Sicut fuit judicatum, ut in escaido et fredo solidos quindenos pro hac causa Fidem Facere debirit, etc. Sacramento Fidem Facere, in Lege Ripuar. tit. 53. § 21. tit. 66. § 1. Manu Fidem Facere, apud Gregor. Turon. de Glor. Confess. cap. 68. Fidem in manum alicujus dare, apud Dodechinum in Chron. ann. 1158. Precaria Hadoindi Episcopi Cenomanensis : *Et si negligens aut tardus de ipso censu apparuerit, Fidem exinde Faciam, et ipsum monasterium tempore vitæ meæ non perdam. Alia Precaria Meroli Episcopi Cenomanensis eadem ferme habet in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 208. [Vide Vitam Aldrici Episc. Cenoman. pag. 155. 158. 160. 161. 170.]**

† PER FIDEM BENEFICIAM RENUNCIARE, Formula renuntiationis, qua quis profitebatur se ultra et bona fide renuntiasset certis privilegiis quibus in jure uti licebat. Charta ann. 1264. ex Archivis Sangerm. : *Henricus Chauzon coram nobis constituit se fecerunt et constituerunt plegios, redditores, solutores, et principales debitores, quilibet eorum in solidum ; et per Fidem Beneficam Renuntians privilegii cruce-signatis et cruce-signandis, indulto et indulgendo, omni juris auxilio.*

† FIDEI-CAPTIO, Sacramentum. Tabularium Calense pag. 77 : *Ut hoc ratum permaneret, hoc Fidei-Captione ego Petrus et mei filii confirmavimus, etc.*

FIDES LIGIA. Arnulfus Lexoviensis Epist. 5. ex iis, quæ editæ sunt tom. 13. Spicilegii Acheriani : *Prætereo, quod de jure Archidiaconatus hominio mihi et Fide Ligia tenebatur obnoxius. Vide Ligius.*

\* Charta ann. 1394. ex Pancarta episc. Carnot. : *Je Regnault d'Angennes, premier escuyer tranchant du roy nostre sire, et seigneur de la Lopppe, tiens à deux Fois et homages liges le chastel et châtellerie de la Lopppe avec toute justice.*

FIDES SALVA, Servata, illasa. Fidem Salvare, illasam conservare. Capitulare Ludov. Pii ann. 828. cap. 4 : *Insuetudi sunt, qualiter ipsam Fidem erga nos Salvare debeant. Infra : Omnino, si Salvam voluerit suam Fidem et promis-*

*sionem habere, manifestum faciat. Annales Franc. ann. 789. de Tassilone Duce Bavarie : Et Bajoarii ceperunt dicere, quod Tassilo Fidem suam Salvam non haberet, sed postea fraudolans appareret. Quo loco Chronicon Reicherspergense, quod Fidem promissam violasset. Anna Comn. lib. 14. Alexiad. pag. 428 : Δειν ἐλογίσαντο τὸν δῖον τοῦ Πλεκτράνου εἰς σὶδαν πιστὴν ὀρκίσαι τοῦ αὐτοκράτορος, ἰ. oportere censuerunt, ut filius Bertrandi salvam et integram fidem Imperatori juraret.*

\* FIDEM LEVARE, Manum vel digitum levando per fidem suam promittere. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 80 : *Ipse Georgius promisit sibi quod nullum faceret malum, levando Fidem sive digitum.*

FIDEIDONATIONES, de iis, qui invicem sibi fidem dant de futuro matrimonio contrahendo. Synodus Cicestrensis ann. 1289. cap. 29 : *Fideidonationes domesticas, etiam de matrimonio contrahendo fieri prohibemus, etc.*

† FIDEI-MACHIA, Pugna pro fide. Vita S. Abundii tom. 1. Aprilis pag. 91 : *At animadvertentes Orthodoxi inanes fucos stantes ad divina præcepta, et non patientes horum perfida contagia, Fidei-Machia opposuerant præsidia.*

FIDEM MENTIRI dicebantur, qui contra fidem factam, sacramento firmatam, in dominum insurgent. Synodus Vermeriensis ann. 752. cap. 9 : *Si quis necessitate inevitabili cogente in alium ducatum seu provinciam fugerit, aut seniore suum, cui Fidem mentiri non poterat, secutus fuerit, etc.* Annales Franc. veteres ann. 778 : *Saxones, gens perfida, Mentientes Fidem, egressi de finibus suis, venerunt ostiliter usque ad Rhenum fluvium, etc.* Vita Ludov. Pii ann. 838 : *Tandem ergo conventum est.... in locum, qui ab eo, quod ibi gestum est, perpetua nominis ignominia notatus est, vocatur Campus Mentitus. Quia enim ii, qui Fidem Imperatori promittebant, Mentiti sunt, locus, in quo id contigit, testis nequitie in suo nomine remansit.* Annales Franc. Fuld. ann. 858 : *Illi vero Fidem Mentiti, et Karolo conjuncti, etc.* Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 881 : *Perjurique nefas ultro committentes, mihi Fidem suam Mentiti sunt. Vide eundem pag. 495. 534. 657. 881. 922. Galfridum Monemuth. lib. 8. cap. 2. Rodericum Tolet. lib. 4. Hist. Hisp. cap. 10. Huntindonens. pag. 390. Fragmentum de Willelmo Conquestore pag. 30. Gesta Consulum Andegav. ubi de Edelhelo, Petrum de Vineis lib. 1. Epist. 21. pag. 162. lib. 3. Epist. 85. etc.*

Fidem igitur mentiri dicebatur vassallus, qui fidem hominio promissam domino suo haud servabat. Philippus Bellomanerius cap. 61 : *Appel de Foi Mentie est de tele foi, qu'à omage appartient, en tele maniere, que li apeleser mist à son home sus, qui foi le devoit par le reson de l'omage. Deinde exemplum proponit in vassallo, qui adulterium cum domini uxore, quam custodiendam acceperat, commisit. Eodem etiam cap. : Fois et loiatés est de si France nature, qu'elle doit estre gardée, et spcialement à celi, à qui elle est promise : car à l'omage on promet fere à son Seigneur foi et loiauté. Unde concludit, vassallum non posse feudum suum deserere, cum a domino ad expeditionem submonetur : *Ce ne seroit pas loiatés de renoncer el point, que ses Sires s'en doit aidier. Sic porro officium vassalli erga dominum ex hominio observant Assisiæ Hieroso-**

lymitanæ MSS. cap. 197. ita ut si contra peccet, reus sit Fidei Mentite. Et pour ce me semble-il, que il est tenu de non metre, ne faire mettre main sur son cors, ne consentir, ne souffrir à son pooir, que autre li mette, ne ne doit prendre, ne faire prendre, ne tenir aucune chose de son Seigneur sans congiez outre son gré, se il ne le fait par l'esgart, ou par la connoissance de la Court de son Seigneur, de celle Seignorie, où son fié est, pour quoi il a fait homage. Ne ne doit home, ne feme, conseiller contre son Seigneur, se le Seigneur ne le donne à son Conseil. Ne ne doit pour home, ne pour femme, parole monstrer en Court, se il n'est à son Conseil, de que il se mete en esgart, ou en connoissance de Court, de chose, qui contre son Seigneur soit. Ne ne doit porter armes contre son Seigneur, se ce n'est avec un autre sien Seigneur, à qui il soit tenu de foi ains que à lui. Ne ne doit faire à son escient, ne porchiaser la honte ne la damage de son Seigneur, ne consentir que autre li face. Ne ne doit à la feme de son Seigneur, ne à sa fille, requerre vilainie de son cors, ne souffrir, ne consentir à son escient, ne à son pooir, que autre li face, ce est assavoir de gesir à li charnellement, coment que ce soit, se ce n'est par mariage, ne à sa seur, tant come elle est damoiselle en son hostel, ne soffrir, ne consentir à son escient, ne à son pooir, que autre li face. Et doit conseiller loyaument à son Seigneur à son escient de ce, que il demandera conseil. Capite sequenti : *Et home doit tant plus à Seigneur par la foi, que il li est tenu, que le Seigneur à lui, que home doit entrer en ostage por son Seigneur getter de prison, se il l'en requiert, ou fait requerre par certain message : et chacun home, qui a fait homage à autre, est tenu par sa foi, s'il treuve son Seigneur en besoin d'armes à pié entre ses ennemis, ou en levé, qu'il soit en perill de mort, ou de prison, de faire son loial pooir de remonter le, et de rejeter le de celui perill : et se il autrement ne le peut faire, il doit donner son cheval, ou sa beste, sur quoi il chevauche, se il la requiert, et aider à li mettre sus, et aider le à son pooir à son cors sauver. Et qui fait à son Seigneur des avant dites choses, il Ment sa Foi vers son Seigneur, et se le Seigneur l'en peut prover par recort le Court, il pora faire de lui, et de soues choses, come home atteint de Foi Mentie. Et qui fait aucune des dites choses por son Seigneur, le Seigneur est tenu par sa foi de delivrer le à son loial pooir celui ou ceaus de ses homes, que il a mis en ostage pour sa delivrance, et ce celui, ou ceaus de ses homes, qui le montent, come est dit cy-dessus, sont pour achaison de ce pris et emprisonnés. Il est tenu à son Seigneur d'entrer pour lui en ostage, pour dethe, et en plegerie de tant vaillant, comme le fié que il tient de lui vaut, et dequoi il est son home, vaudroit raisonnablement à vendre par l'assise. Et qui ce default à son Seigneur, je crois que il doit perdre le fié à sa vie, que il tient de lui, etc. Cap. 209 : *Se home Ment sa Foi vers son Seigneur, et le Seigneur à son home, et il l'occist, ou fait occire, ou pourchasse sa mort, ou la consent, ou la seuffre, se il la seit, et la peut garder, et deffendre, se il ne l'a fait à son pooir, et se il faire ne le peut, que il au mains le garnisse au plutot que il pora, pour garder s'en ; ou se il le prent, ou fait prendre ; ou pourchasse, ou consent, ou seuffre, que il soit pris par ses ennemis, se il peut deffendre, ou garder, se il ne le fait à son pooir, et se il faire ne le peut, que il l'en guarrit par soi, ou**

par autre le plustost que il pora. Ou se il le tient, ou fait tenir en prison, ou souffre, que autre le tiagne: si il l'en peut getter, et il ne le gette à son pooir, ou à bone foi. Ou se il le fiert par ire, ou fait ferir, ou consent, ou seuffre, que il soit ferus, ou laidis, et le peut deffendre, et il ne le fait à son pooir. Ou se il li court sus, ou fait courre pour mettre main en son cors, ou en des choses de la Seignorie et celle, dont il est son home, ou pour lui desheriter, tout ne le fait-il, ou se il le fait faire, ou ce il li met sus, qu'il a esté ou veaut estre mesprenant vers lui de sa foi, ou que il fist trahison vers lui, ou pourchassé, ou souffri, ou consenti, ou sot, ou ne le garda, ou au mains ne l'en garnit, ou aucune autre maniere de trayson, ou de Foie Mentie li met sus, et il ne l'attaint, si come il est divisé en l'autre chapitre, que le Seigneur peut son home atteindre de sa foi, ou l'om son Seigneur. Ou il gist charnellement à sa fille, ou la requiert de folie, ou li porchasse pour autre à faire. Ou se il quiert, ou fait pourchasser l'une des choses avant dites à la fille de son Seigneur, ou à la seur, tant come elle est damoiselle en son hostel, ou seuffre, ou consent, que autre le face, se il peut destourner, et il ne le fait, ou au moins n'en face son pooir. Et de laquel des choses dessus dites, que l'un mesprenent vers l'autre, il Ment sa Foi.

Ex quibus patet, fidem mentiri etiam dominum, si quam vassallo hominum facientium pollicitus est, non servaverit: quia fidem uterque secundum diversa domini ac vassalli officia pollicetur, vassallus domino, dominus vassallo. Unde in vetere Poëmate vernaculo, le Roman de Garin, cum Garinus Pipinum convenisset, ut Hardericus Suessionensem Comitatum, quem ab eodem Pipino tenebat, auferret, Pipinus reponit:

Ne m'enseigne pas à ma Foi Mentir,  
Ja fu les jors, Hardres de moi la tint.

[Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Trop l'en engigna ce poisse moi,  
Leidement li Ment sa Foi.]

Quod vero spectat ad pœnam fidei mentitæ, quam incurrit vassallus, sic ea exprimitur iisdem Assisiis eodem capite: *Se le Seigneur attaint son home de Foi Mentie, il est encheu en sa merci de cors et de Fié, et de quanques il a. Et se il veaut avoir droit, et il le requiert à sa Court, que elle li conoist, quel droit il en doit avoir, je cuit que la Cour esgardera que il peut faire de son cors justice, selonc que le mesfait fera de trayson, ou de Foy Mentie, et qu'il peut son fié et toutes les autres choses prendre, et faire en, come de chose de traitour et de Foi Mentie.*

Sed et quam fidei mentitæ vicissim incurrit dominus, ita ibidem pœna recensetur: *Si l'ome attaint son Seigneur en Court, qu'il ait mespris vers lui de sa foi, et il l'en requiert à avoir droit par esgart, ou par conoissance de Court, je cuit que la Cour esgardera ou conoistra que l'home est quite vers lui de sa foi, et a son fié sans service toute sa vie.*

Subdunt eadem Assisiæ, si dominus vassallum, ac vicissim vassallus dominum, de fide mentita conveniant, quam probare non possunt, non probantem pœnam fidei mentitæ incurrere, ac iudicium de fide mentita a Paribus Curie fieri debere. Eadem Assisiæ cap. 211: *Qui ment sa Foi l'un à l'autre, celui à qui l'on la ment, sera quite de sa foi qu'il*

doit à celui qui li a sa Foi mentie: et celui qui la ment, n'est mie quite portant, ains est aussi bien tenu come devant.

In Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 53. vassallus de fide mentita interpellatus a domino litem ei movere non potest, donec se purgaverit: *Si dominus de feloniam, vel Fide mentita compellat hominem suum, non respondeat quibuslibet implacitationibus ejus, donec quietus sit.* Vide, quæ de formula *Sine mefacere, et sine Fidem mentiri*, adnotavit vir clarissimus et summæ eruditionis Dionysius Salvaingus Boissius lib. de Usu Feud. cap. 18.

FIDEMENTITUS, *Fidefragus* in Speculo Saxonico lib. 1. art. 40. *Fidei suæ fraudator*, in Capitulari Francoford. ann. 794. cap. 1. *Le Roman de Garin*:

Et diat la Dame, Vos i avés menti,  
Come traitres, parjures, Foi menti.

In Assisiis Hierosol. cap. 62. in iis, qui *garandiam ferre non possunt, ponuntur les Fois mentis.*

\* Qui hoc crimine convictus erat apud Florentinos, inverso capite pingebatur populo exponendus. Poggius lib. 2. Hist. Florent. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 237: *Rodolphus vero qui exercitui præerat, vir, ut ipsemet fatebatur, mobilis animi, Fabriani oppidi recipiendi spe injecta, transitionem fecit. Qua exire, ut moris est eorum, qui fidem frangunt, capite inverso Florentiæ publicis in locis depictus est.*

FIDEMENTIROSUS, in Foris Alcaçonensis. æræ 1267: *Testimonia mentirosa, et Fidemntirosa pectet 60. solid.*

MENTIRI, nude pro fide Mentiri. Charta Abbonis pro fundatione Monasterii Novalicensis ex Tabulario Ecclesiæ Gratianopolitansæ f. 60: *Et illa portione, quem de Maurengo Clerico pro sua infidelitate, quod nobis Mentiviit, et per verbo dominico conquistivimus, dum et ipse nobis mentitus fuit.* Hincmarus Opusc. 60. pag. 892: *Ab Imperatore defecit, et illi Mentitus, ad Lotharium confugit.* Abbo lib. 2. de Bell. Paris. vers. 567:

Nuncius interea Regalem conculcit aurem,  
Gallia quod Mentita sibi sit.

Historia Translat. Sebastiani n. 91: *Ad locum sic forte venit, qui ex eventu ruptæ fidei, et sacramentorum, Mentitus-campus extunc appellatur.* Eadem habet auctor Vitæ Lud. Pii loco supra allato. Vide tom. 3. Hist. Franc. pag. 891. Annales Fr. Loiselii tom. 2. Hist. Franc. pag. 761. etc.

FIDES FRACTA, *Fides mentita, Fidefragium.* Gloss. Gr. Lat.: *Ἀγνοῦμένον, Ter-giversor, Fidem solvo, Fidem rumpo.* Vetus Notitia iudicati apud Perardum in Burgundicis pag. 35: *Et si Autardo jam dicto Maurino non repræsenteret, faciat partibus Fredelono pro Fide fracta, sicut Lex est.* Vide Speculum Saxon. lib. 1. art. 40. *Fidem Frangere*, habent etiam JC. in leg. 10. D. de In jus vocando, (2, 4.) et in leg. 2. Cod. de Hæred. vel act. (4, 39.)

FIDEFRAGUS, in Speculo Saxonico lib. 1. art. 40. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fidifragus, Brisefoy.*]

FIDEFRAGIUM, Perjurium, in Legibus Hungaricis, fides fracta, mentita. Charta Sigismundi Imp. ann. 1415. apud Pontanum lib. 9. Rerum Danicar.: *Multasque alias felonias contra hujusmodi fidelitatis debitum, nec non Fidefragia et traditones ipsi domino feudi commiserint.*

FIDES LÆSA, Idem quod *Fidefragium.*

Rogerus Hovedenus in Ricardo I. pag. 692: *Appellavit Conradum Marchionem de Fide læsa, et de perjurio, et de prodicione facta adversus Regem.* Et pag. 758: *Dominus noster Rex Franciæ calumniatur te de Fide læsa et perjurio, quia jurasti et fidem dedisti, quod venires hodie ad colloquium.* Matth. Paris ann. 1247: *Listes de Fidei læsione et perjurio prohibentur a Rege, quando super his conveniuntur laici coram iudice Ecclesiastico.* Epistola S. Thomæ Arch. Cantuar. apud Baron. ann. 1167: *Quod non liceat Episcopo coercere aliquem de perjurio, vel Fide læsa.*

† FIDES MANUALIS, Quæ manu in alterius manum posita præstatur. Charta ann. 1383. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 242: *Quod autem dictum est in isto articulo de Fide manuali et juramento.*

\* FIDEMANUALIS. Vide *Manufideles.*

FIDES VIOLATA, in Lege Frider. I. Imper. ann. 1187. apud Conradum Uspergensem. Concilium Francoford. ann. 794. cap. 3. de Tassilone Duce Bavaris: *In quibus fraudator Fidei suæ exciterat.*

† FIDES, Præstatio, tributum. Chartular. Latiniac.: *Nullus mercator non debet dare Fidem ad exitum portæ de rebus quas portat vel mutat, nisi de fourura et armatura ferri.* Vide *Fidantia.*

† FIDEUS, pro *Finus*, hoc est, purus, Gallice *Fin*. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. pag. 183: *Item quod vestes superbas non portant nec portare permittant, contra Dominum Deum pretiosas nimis, sicut purpuratas, prætextas, pictas, deargentatas, czotatas, cingulos, argenteos Fideos, et omnes decores seu ornatum pro superbia dispositum.*

\* FIDET ORDO, Militaris ordo institutus contra Albigenses. Vide in *Ordo* 6.

\* FIDIAMUS. [Amicus fidem servans. DIEF.]

FIDIATOR, Fidejussor, Sponsor, Hispanis *Fiador*. Vetus Charta apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 24: *Et ipsi posuerunt Fidiatores Arramon, Arnault, . . . et Bernardus de Nay posuit Sicard d'Assat. . . utrique in præsentia Gastonis, ut firma sit illa terra emptoribus, etc.* Alia apud eundem lib. 5. cap. 24: *Et si forte denuo querelam renouarent, aut in aliquo violentiam inferrent, per manum unius Fidiatoris centum solid. Morlanæ monetæ solverent, et dampnum eis restituerent.* Vide eundem lib. 4. cap. 20. [Chartul. Eccl. Auxitanæ: *Et Leberonio et filius ejus Carbones firmaverunt et dederunt Fidiatores.* Vide *Fermas.*]

FIDIATURA, Ipsa actio fidejubendi, fidejussio, Hispanis *Fiadora*. Charta Sancio Regis Aragoniæ, apud eundem Marcam lib. 4. Hist. Beneharn. cap. 20. n. 1: *Et si tantum non quæsierit Dominus Galindo stare in mea terra, quod ponunt istum illi Fidiatores in manus meas, antequam aliqua mala faciat, et sedeant soluti de Fidiatura.*

† FIDICINARE, λυρίκειν, Canere lyra. Gloss. Lat. Gr. MSS. Sangerm.

FIDICULA, βασάνου γένος, in Gloss. Gr. Lat. Alibi: *Ὀνυγες, οἱ ἐς τὰς βασάνους, Fidiculæ.* Gloss. Lat. MS. Reg.: *Fidiculæ, genus tormentorum, sicut laminæ.* [Gl. Lat. Gall. Sang.: *Fidicula, Petite corde, ou une maniere de tourment.*] Ita Isidorus et Papias unguilas cum *Fidiculis* confundunt. Præterea observat Contius li lib. ad Leges Majestatis, Græcam metaphrasim in l. Nullus, Cod. ad Leg. Jul. Majest. *Fidicularum tormenta vertisse unguium pœnam.* Iso Magister in Glos-

sis: *Fidiculæ, funes ad flagellandum. Quamvis Fidicula a fidebus dicitur: in hoc tamen loco (Prudentii) significat ungulas, vel genus tormenti, quo rei in eculeo suspensi torquentur, ut fides et veritas inveniatur.* Ibidem: *Fidicula genus tormenti, vel ferri subtilissimi, quo incidebantur Martyres.* Certe *Fidiculæ* veteribus videntur fuisse chordulæ seu funes, quibus rei distendebantur. Suetonius in Tiberio cap. 62: *Ut vereris delegatis Fidicularum simul urinæque tormento distenderet.* Valerius Maximus lib. 3: *Fidiculas lavavit, solvit eculeum.* Vide leg. 1. et 2. Cod. Th. de hæcutione. (9, 35.) [et Hierolex. Macri in hac voce.]

**FIDIGULINA**, Ὀργανον, βασιανστήριον, in Gl. Gr. Lat.

† **FIDIUKOR**, pro Fidejussor, in Placito ann. 862. tom. 1. Hist. Occitan. inter Instr. col. 114: *Ibi que cum supradictorum iudicio præsentavit Duvigildus scripturam et suum auctorem, nomine Petrone, qui ipsius res et legibus auctoricare debeat, sicut ille et Fiduorem datum habebat.* Occurrit ibid. col. 76. in Instr. ann. 842.

**FIDUCIA**, J.C. est, cum res aliqua, mutandæ pecuniæ gratia, mancipatur, vel in jure ceditur. Gl. Lat. Gr.: *Fiduciatum*, ὑποθήκευος, *Fiduciat*, ὑποθίεται. *Fiducia*, πεποθήκησις, ὑποθήκη, ἐνέχυρον. Gloss. Gr. Lat.: Ὑποθήκη, *Hypotheca*, obligatio, *Fiducia*. Ὑποθήκευος, *Fiduciarium*. Sic *Fiduciam* pro *hypotheca*, usurpant Sidonius lib. 4. Epist. 85. et alii passim, quos laudat Salmasius de Modo usurar. pag. 590. et seq. et 686. et lib. de Usuris pag. 69. *Rem in Fiducia ponere*, in Edicto Rotheris Regis tit. 62. § 4. pignori dare. [\*\* 174. Murat.: in fiduciæ nexu positum. *Fiduciæ nexu obligare*, ap. Marin. Pap. Dipl. num. 73. lin. 14.] [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fiducia, fiance, Fiducialis, fiable.* Charta ann. 1114: *Debetis vos aut vestri homines accipere Fiduciam cum uno de nostris bajulis, et placitare ipsum placitum cum illo bajulo... accipiat noster bajulus ipsam Fiduciam par vos et per nos.*] Will. Guiart. in Hist. Franc. MS. ann. 1202:

Vint Robert li Quens d'Alençon  
Sa terre rendre au Roy de France.  
Son homme devint par Fiance.

Idem in Ludovico VIII:

Après la prise des Fiances,  
S'en vint li Rois de France arriere.

† *Fiduciam*, quæ Gallice *Fiance* redditur, atque in pluribus hominiorum formulis occurrit, interpretatur D. Brussel de Usu Feud. lib. 2. cap. 10. Consilium quo vassallus Dominum suum juvare tenetur in placitis: quod aliis verbis, *sequi et juvare dominum de placito*, dicebatur; nec alia notione intelligendam censet vocem *Fiance* apud Guiartum mox laudatum, sed hoc non ita certum videtur ut de sacramento fidelitatis recte accipi non possit.

**FIDUCIA**, Fidejussor, qui fiduciam præstat, in Charta ann. 1204. in nupera Concilior. Rotomagensis Ecclesiæ Editione pag. 177. Tabular. Absiense: *Insuper etiam dederunt tres Fiducias, .... ut defendant idem pratum fratribus Absiæ, si ipsi defecerint.*

**FIDUCIA**, Fides, fidelitas, sacramentum fidelitatis. Petrus Tudebodus lib. 2. Hist. Hierosol. pag. 781: *Cui dixit Imperator, ut ejus homo fieret, et Fiduciam ei faceret, quemadmodum Boemundus, et alii Principes fecerant.* Vetus

Charta apud Gariellum in Episcop. Magalonensib. pag. 134: *Guillelmus Sibyllæ filius Montispessulani dominus in Ecclesia S. Petri apud Magalonam, et super altare S. Nicolai, more Solito, Joanni Magalonensi Episcopo... Fiducias fecit, fidemque clientelæ sacramento obstrinxit.* [Conventio facta inter Philippum August. Clericos et Barones apud de Lauriere tom. 1. Ordin. Regum Fr. pag. 39: *Primum capitulum est quod Clerici trahant causam feodorum in curiam Christianitatis, propter hoc quod dicunt quod Fiduciæ, vel juramentum fuerunt inter eos inter quos causa vertitur, et propter hanc occasionem, perdunt domini justitiam feodorum suorum.*]

† **FIDUCIA**, Tutela, protectio, salvagardia. Præceptum Caroli M. pro Hispanis, tom. 1. Capitul. col. 500: *Demandamus ut neque vos neque juniores memoratos Hispanos nostros, qui ad nostram Fiduciam de Hispania venientes, etc.*

† **FIDUCIA**, Vis, efficacitas. Epist. Philippi I. ad Bernardum Majoris Monasterii Abbat. ann. 1093: *Nunc obnixus deprecor ut me, licet immeritum, deinceps in orationibus vestris suscipiatis, quatinus per eas in præsentis et in futuro merear adjuvari: confido enim quod magnam apud Deum habent Fiduciam.*

**FIDUCIARE**, Pignori aliquid dare. Vetus Inscriptio Monumenti Romæ: *Ea conditione, ne Fiduciant, ne vendant, neve alio quo genere in sepulcrum, sive monumentum, et alienare ulli potestas sit.* Paulus lib. 3. Sentent. tit. 7: *Rem legatam, si testator postea pignori, vel Fiduciæ dederit.*

**INFIDUCIARE**, Papiæ: *Impignorare, pro pignori dare.* Occurrit hac notione in Lege Longob. lib. 2. tit. 29. § 2. [\*\* Liutpr. 58. (6, 5).] Charta Sicardi Principis Beneventani in Chronico S. Sophiæ: *Res illas, ... quas Atto liber homo Infiduciatas, aut in pignus tenuit a servis nostri Palatii. Capitula data Presbyteris cap. 9. edita a Baluzio in Appendice ad Capitul.: Nullam habeat potestatem quolibet modo alienandum, neque Infiduciandum, neque venundandum, etc.* Charta ann. 1058. apud Puricellum in Monumentis Basilicæ Ambrosianæ pag. 429: *Alicui dare, vel commutare, seu libellare, vel venundare, aut in beneficium dare, sive per pignus Infiduciare, etc.*

**FIDUCIARE**, Per fidem suam promittere, fidem suam veluti *Fiduciam*, aut pignus obligare. Ugitio: *Fiduciare, Fiduciam præstare, quod vulgariter solet dici Affidare.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fiduciare, Fiencier, affier.*] Contin. Aimoini lib. 5. cap. 56: *Deinde ipse apud Castrum Moretum Regi obviam veniens, ei Fiduciavit, quod Communis deinceps non consentiret.* [Concil. Arvernense ann. 1095. cap. 9. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 123: *Hoc etiam est in pace Domini, quod si quis Baronum violaverit Domini pacem, Comes et omnes alii eant super eum, si Archiepiscopus eos submonuerit, et hoc Fiduciavit Archiepiscopus et Comes et omnes alii.* Charta Ludovici VII. ann. 1165. ex Chartul. Monast. Montis-Martyrum: *Hanc summam coram nobis Fiduciaverunt se reddituros.* Charta Archembaldi de Bornonio anni 1200. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. pag. 1028: *Quod ego juravi super Sacrosanctia, et Fiduciavi carissimo domino meo Philippo Franc. Regi.*] Littleton. sect. 514: *Les 12. Chivalers Fieront leur serment, etc.* Le Roman de Garin MS.:

Et li li a Fiancé et plevi.

Alibi:

Ainçois li fait li Fiancer et plevir  
Que son Segnor emportera deci.

Chron. Flandr. cap. 69: *Et fut la paix confirmée entre les deux Rois de France et d'Angleterre, et Fiancé des deux parties.* Et cap. 71: *Et pour ce s'Entrefrançerent, que jamais ne departiroient l'un de l'autre.*

† **FIDUCIARIUS**, Etiam cum de beneficiis Ecclesiasticis agitur aliquando nihil turpe sonat. Testis est Claudius Espenceus Theologus Paris. qui ann. 1565. Vitam S. Godonis metricè edidit. In præfatione enim scribit se id operis agressum grati animi causa, quod scilicet S. Godonis sacramentum beneficium aliquot annos sibi commendatum *Fiduciarium administrasset.* Ubi *Fiduciarium* idem esse videtur ac *Commendatarium.*

† **FIDUCIARIA MANUS.** Vide *Manus.*  
† **FIDUCIARIUS**, *Feaulz*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Fidelitatis sacramento obstrictus. Bodinus de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 107: *Immunes a vectigalibus esse, ac semper fuisse Fiduciarios, argumento est quod, qui a nobis vassallus, Langobardorum legibus Leude appellatur, quæ vox liberum significat. Aldius autem ea justa servitute manumissus.*

† **FIDUCIATIM**, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Qui rem aliam Fiduciatim accipit, i. in fiducia et tutela.*

† **FIDUCIATUS**, Fiduciam habens. Vita S. Godehardi tom. 1. Maii pag. 510: *Sancta ejus opinione Fiduciati, simul cum infirma concite properabant.* Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

De ce soies seures et Fis,  
Que en la terre sejoierons.

\* **FIDUCIALIA**, Sponsalia, Gall. *Fiançailles*; in iis quippe *fiducia* seu *fides* mutuo datur. Arest. ann. 1401. 11. Mart. in vol. 9. arestor. parlam. Paris.: *Magnas pecuniæ summas pro sacramentis administrandis exigere satagebant dicti curati, videlicet pro Fiducialibus duos solidos, pro bannis, viginti octo denarios, etc.* Vide supra *Fiancialia.*

\* 1. **FIDUCIALITER**, Cum fiducia, Gall. *Avec confiance.* Proverb. cap. 3. v. 23: *Tunc ambulabis Fiducialiter in via tua, et pes tuus non impinget.* Hinc *Fiducialis*, in Charta Ludov. Pii ann. 816. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 498: *Ut ibi Fiducialis necessitates ipsius jam dictæ sanctæ Dei ecclesiæ eacerentes, etc.* [\*\* Vide Virgil. Grammat. pag. 3.]

\* 2. **FIDUCIALITER**, Prout is debet, qui fidem suam alteri vel domino obstrinxit. Hist. Ratispon. ad ann. 1475. apud Oefellium tom. 2. Script. rer. Boicar. pag. 516. col. 1: *Henricus de Abensperg episcopus Ratisponensis... expeditis feliciter in eadem curia (Romana) quæ pro utilitate episcopatus sui et Bavariæ principis ducis Ludovici arduis expeditionibus fideliter ac Fiducialiter gerebat, etc.*

\* **FIDUCIARIUS HÆRES**, **FIDUCIARIA TUTELA.** De iis aliisque vocibus quæ huc spectant, consule Calvini Lexicon novæ editionis.

\* **FIDUCULUS**, Instrumentum quo rei torquentur. Stat. crimin. Saonæ cap. 15: *De fractoribus carcerum... Quod si ad actum proximum fractioni venerint, puniantur a libris viginti usque in centum Genus, vel duobus Fiduculis singuli torqueantur, aut ad triremes in annum mancipentur arbitrio magistratus.* Vide *Fidicula.*

† **FIDUNCULUS**, Πιστός, Cui fides habe-



tur. Gloss. Lat. Græc. Sangerman.

[\* Vulcanius emendat, *Fidaculus*.]

† **FIDUS**, Notarii scriba, Gall. *Clerc de Notaire*. Instrum. Societatis ad Regnum Siciliae pro Jacobo de Borbonio ex Cod. MS. Biblioth. Coisl. : *Et ego Lucas de Comité de Neapoli publicus... Notarius... rogatus interfui, eaque omnia sic fieri vidi, et per meum Fidum me ad alia negotia occupato fideliter scribi feci.*

\* **FIDUSTA**. [A fide denominata, ea, quæ maxime fidei erant (ut a *vetus vetustus*, ab *onus onustus*.) *Festus*.]

† **FIDUSTUS**, Maximæ fidei, apud Festum.

† **FIEDICUS**, *Propheta*, in Glossis Sangerman. MSS. num. 501.

† **FIENDUS**, pro *Ficiendus*, apud Paschasium in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 284 : *Erat ergo discretio tua in nullo... exorbitans a proposito, facilitate complendi singulis expedita; generaliter vero Ficiendi cunctis congrua.* Occurrit præterea apud Murator. tom. 12. col. 497. Gassendum in Notitia Eccl. Diuiniensis pag. 155. et Ludewig. tom. 5. pag. 543.

† 1. **FIENS**, Vox veteris Galliae, hodie *Fiente*, Fimus. Index utensilium de Rumiaco in Tabulario S. Cornelii Compend. : *Una calderia et unum Fourchium, duæ forchæ à Fiens*. Gall. *Fourche à fumier*. Litteræ ann. 1348. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 97 : *Que nulz de quelque estat que il soit, ne soit si hardiz de mettre ou faire mettre fuerres, Fiens, boës, cureures ne autres ordures sur les carreaux du Roy.*

\* Hinc vel potius a voce *Fambray* seu *Fembroy*, quæ fimum etiam significat, *Fiembrer*, Stercorare, fimo pinguefacere, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 507 : *Le suppliant conduisoit ung char chargé de Fiens pour Fiembrer et engraisser ses terres.* Vide supra *Eafelcorare*.

\* Aliud vero sonat *Fianter*, Pedes nempe eorum fimo purgare, in aliis Lit. ann. 1460. ex Reg. 190. ch. 78 : *Le suppliant demanda à ung sien paige,.... s'il avoit pensez et Fiantez ses chevauls;... et se print à lever le pié de l'un d'iceulz pour savoir s'il estoit Fianté.*

† 2. **FIENS**, pro *Factus*, apud Lobinellum tom. 5. Hist. Britan. pag. 69.

**FIERADUCA**, Vestis species. Statuta Massiliensis MSS. ann. 1276 : *Garnachia, sive Fieraduca, sine rugis.*

**FIERBOTE**, Lignum necessarium ad arandum, Quod Lege communi quis potest percipere in terris aut prædiis sibi legatis aut concessis, dummodo necessarium non excedat, tunc enim vastum committeret. Rastallus. Vide *Lignagium*.

† **FIERE**, pro *Fies*. Vide in *Fitur*.

† **FIERENTUR**, pro *Fierent*, apud Ludewig. tom. 5. pag. 306. in Diplomate Sigismundi Imperat. ann. 1343.

**FIERI**, pro *Esse*, usurp. ab Interprete S. Irenæi notat Billius lib. 1. Observat. cap. 33.

\* Charta ann. 1043. ex Bibl. reg. cot. 17. qua Raimundus Bona sua uxori suæ Arsindi concedit : *Et si infante abueris, qui de me Fiant creati et de te nati, habeant ipsi.*

**FIERTO**. Vide *Ferto*.

\* **FIERTRA**, Capsa, in qua sanctorum reliquiæ reconduntur, nostris etiam *Fiertre*. Martyrolog. S. Fidis ex Cod. reg. 5198 : viij. Kal. Sept. *Officium plenum fiat pro fratre dompno Johanne de Ango et parentibus suis : dedit enim nobis*

*pulcram Fiertram argenti sanctæ Fidis.* Vide *Feretrum* 1.

† **FIESSUM**, Idem quod *Proprum* ut videtur, sed unde? Charta Childebrami Comitum pro Monasterio S. Petri de Ysodro ann. 817. vel 832. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Chr. col. 46 : *Quidquid in ipsa vicaria Ysodro in Fieffum habere et de genitore meo Dibilungo Comite quondam a legitima hereditate pervenit ad me... totum ad integrum Ysodro ad jam dictam Abbatiam Religiosorum cedo.* Crederem esse *Feudum*, Gall. *Fief*, si hæ voces tum fuissent in usu.

**FIETA**, Mensura liquidorum. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 10 : *Fieta una vini similiter datur eis.*

† **FIETUR**, pro *Fiet*. Vide in *Fitur*.

\* **FIETUS**, perperam pro *Fictus*, Census, locatio, redditus. Charta Caroli IV. imper. ann. 1355. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1349 : *Concedimus omnia et singula castra, civitates, loca,.... cum vasallis, vasallibus, servitutibus, Fietibus, obedientiis, etc.* Vide supra *Fictum*. Est autem *Fiete*, dollariorum instrumentum, in Lit. remiss. ann. 1386. ex Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 187 : *Un des oitiz que ledit tonnelier portoit nommé dimé (vel dund) ou Fiete.*

† **FIETWITA**. Vide *Fyhtwita*.

\* **FIEUSA**. Libert. novæ bastidæ de Thornaco in Occit. ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 54 : *Item de pelle vulpis, de una libra cere,.... de una Fieusa, unum denarium.* Ubi *Fiola* habet consimilis Charta in Reg. 38. Vide in hac voce.

\* **FIUTA**, an Jus feudale? Pactum inter reg. et abbat. de Becco ann. 1308. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 104 : *Posidebimus dictos boscos cum Fieuta eorum, seu Fieute Gallice, ubicumque et executione emendarum eorumdem.*

**FIFBURGENSES**. Vide *Sommerum* in Gloss. Saxon. voce *Fif-burhingas*.

\* **FIFETERA**. [Bestia maritima quæ aquam adtrahens et iterum effundendo naves dimergit. *DIEF*.]

**FIFFULS**, Mensuræ frumentariæ apud Anglos species. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149 : *Et in eisdem festivitibus singulos Fiffuls de frumento ad wastellos de granario.* Infra : *Habere debent Monachi singulos Fiffuls de granario ad wastellos.*

**FIGERALIS**. Charta ann. 1250. Garciae Examini locum tenentis in Guissa pro D. Infante Petro Portugall. : *Versus Raphalem et versus Figeralem tum, sicut includitur.*

\* 1. **FIGERE**, Finiri, desinere, terminari. Contractus inter Monasteria S. Facundi et S. Petri de Exlonza in regno Legionensi tom. 3. Concil. Hispan. pag. 153. col. 2 : *De prima parte quæ discurrit de Gallecuellis et Figet in termino de Elena... Quarta vero pars de termino de valle Farcello et Figet in valle de Flena.*

\* 2. **FIGERE** quid apud chemicos sonat, docet Arnaldus in Rosario Ms. lib. 2. cap. 1 : *Figere, est despensare, solvere et congelare.* *Figé*, nude, pro *Coagulat*, vulgo *Caillé*, in Ordinat. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 51. v. : *Item Galezan des Nappes, qui fait le Figé le roy, prendra par jour une provende et vj. den. pour son cheval pour fein et pour hesbargege, pour robe xxx. solz par an, et forge, et pour restor pour un cheval.*

† **FIGHWITHA**. Vide *Fyhtwita*.

\* **FIGIDA**, *Tela*, quod omnibus sint contraria, a *Figendo*. Papias in MS. Bituric. Ibidem : *Figida, Saturnia stella, quod*

*omnibus sit contraria.* Sed hoc posteriori significatu, non *Figida*, sed *Frigida* legendum suadet Virgilii versus 336. Georg. 1 :

*Frigida Saturni quo sese stella recepit.*

Cum autem ait, stellam hanc omnibus esse contrariam attendit illud Propertii 4. 1. 84 :

*Est grave Saturni sidus in omne caput.*

\* **FIGLIARIA**, f. Filia spiritalis ob susceptionem e sacro fonte baptismatis, Gall. *Filleule*, vel *Collactanea*, Ital. *Figliana*. Acta Mss. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 25. Item (relinquo) *quadraginta solidos Tecchæ meæ Figliariæ.* Vide infra *Filiada*.

\* **FIGLUS**, vel **RIGLUS**, f. Fibula, Gall. *Fiche*. Charta ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 894 : *De ceteris alius mercationibus et rebus debent dare Bononienses pro nave, excepto quod de ferro laborato, scilicet de Figlis, et de tallonis, etc.* Ubi Reg. Bonon. habet, *de Riglis*.

\* **FIGMEN**. [Figmentum, simulacrum. *Prudent. Apotheos*. 798. Factor utroque hominem meditantem de *Figmine* junctim ædificare sui similem. Adde 1035. Et *Capell*. 3. p. 49.]

† **FIGMENTARE**, *Fingere, simulare, Ugutioni*.

† **FIGMENTARIUS** CANTOR, Poeta. Acta S. Hoarvei MSS : *Harvianus magnæ industriæ, plurimarumque linguarum peritus, sed Cantor Figmentarius erat. Novos enim fingebat cantus rhythmicis compositionibus, quibus imponebat neumatium modos antea inauditos, qui quamvis in voluptuosis Regum degeret curiis, et inter aulicos delectabiles et jocundus jocularis, tamen metuebat semper Dominum.*

\* *Musices peritus* hic designatur, ut colligitur ex Vita ejusd. sancti tom. 3. Jun. pag. 366. col. 1 : *Præ cæteris autem arte musices excellebat, in cantilenis ad modos aptandis, et tripudiis ordinandis ad numeros*

† **FIGMENTER**, *Ficte*, falso, *Figmenter* magis quam sapienter responsum præcedenti tractatu fecerunt, in Sententia ann. 1319. inter Instrum. tom. 1. Annal. Tolos. D. *La Faille*, pag. 102.

† **FIGMENTUM**, Simulatio, prætextus, ficta ratio, *Feignemens*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. Litteræ Philippi Reg. Franc. ann. 1275. tom. 3. Ordinat. pag. 62 : *Nec eis de cætero aliquam exactionem sub couverto vel Figmento mutui vel alterius fraudis imponent.*

† **FIGUA**, Ficus, Gall. *Figue*. Cod. MS. redditum Episcopatus Autissiod. : *Res quæ non debent paagium, Figuz, amigdala, risus, dates, etc.*

† **FIGUAIDA**. [\* Pascuum pascendis animalibus locatum. Vide supra *Fidamora*.] Ottonis M. Diploma pro Monast. Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 477 : *Concedimus quoque similiter omnia communia pascua, hoc est, Figuidas.*

\* **FIGUERIA**, Fictum, Gall. *Figuerie*. Charta ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 328 : *Item pro uno molendino pastelli cum quatuor sextariis terræ,.... sicut ad combam viridarii, sive ad Figueriam.*

† **FIGULATIO**, Fictio, formatio. Tertull. de Carnis resurrect. cap. 5 : *Totam hominis Figulationem Deo nostro cedunt.* Rursum utitur lib. de Anima cap. 25. [\*<sup>2</sup> *Figulare*, apud eundem Tertullianum. Vide *Porcellinum*.]

\* **FIGULINA**, Opus seu vas figlinum. Acta S. Marcel. tom. 2. Jan. pag. 13. col. 2: *O didascalium doctorem, ita Figulinam ad gloriam sui imperfectam reformantem ut utriusque officii momentatiter reciperet plenitudinem.*

† **FIGURA JUDICII**, Juris formula, præscripta iudicandi ratio, Gall. *Formalité*. Declaratio Episc. Aduensi facta a Priore S. Symphor. ann. 1395. in Chartul. Aduensi: *Super suis pluribus excessibus et delictis, de quibus cognovit et cognoscere visus fuerat in Figura Judicii, et per modum processus ordinarii articulis datis pro parte Procuratoris sui... factum in scriptis et in Figura Judicii ac in modum jurisdictionis ordinariæ, etc. Sine Figura Judicii et absque omni juris solemnitate, apud Acherium Spicil. tom. 9. pag. 236. et tom. 10. pag. 226. Sine strepitu et Figura Judicii, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 472.*

**FIGURALITAS**, Figuratio, tropologia. Fulgentius Placiades de Virgiliiana Continentia: *Ergo sub Figuralitate historiae plenum hominis monstravimus statum.*

**FIGURALITER**, pro *Figurate*, εἰρηναῖος, in Gloss. Gr. Lat. *Figurante*, dixit Diomedes Grammat. lib. 1. [*Figuraliter*, Tertull. de Test. animæ cap. 2. Aug. de Genes. ad litt. lib. 1. Sidon. lib. 8. Epist. 14.]

† **FIGURARE**, Rei alicujus figuram et signum esse. Epist. Evantii inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 87: *Optum Sabbathi negligimus; quia propter illam futuram requiem, quam istud Sabbatum Figuratur, etc.*

† **FIGURATIVUM**, Annal. Novesienses apud Marten. tom. 4. Ampliss. Collect. col. 597: *In eodem sacello Missam de B. Virgine in Figurativo quotidie decantari suis sumptibus ordinavit; id est cum notis.*

† **FIHTWITA**. Vide *Fyhtwita* et *Futhwita*.  
1. **FILA**, [Terræ spatium. Hierolexicon Macri ex Privilegio Caroli M.: *Concedimus etiam novem Filas ad salem faciendum.* Et infra: *Alias tres Filas ad salem faciendum.*] Vide *Biga* 1. [\* Confer. *Filum Satinæ*.]

2. **FILA**, Species *Fustæ*, seu materiei ligneæ, eadem quæ inferius *Fileria*. Vide locum in *Fusta*.

† **FILACISTA**. Vide *Filatista*.  
1. **FILACIUM**, Filum crassius, quo in Curia judiciariis brevia et rescripta, trajecta, invicem constringuntur, ne pereant, Gall. *Filace*. Will. Thorn: *Isud breve est in Filaciis Marescalli.* Talium filaciorum custodes Anglis *Filazer* dicuntur, quos ad quatuordecim in *Banco communi* esse testatur Spelmannus. Vide Cowellum. Octavianus de S. Gelais in Viridario honoris:

Chables, cordeaux, estoupes, lins, Fillace.

† 2. **FILACIUM**, Rete, laqueus, cassis. Gall. *Filet*. Charta Bernardi de Turre apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 784: *Quod dictum est superius, quod dicti homines possint capere lepores et cuniculos in vineis suis, addimus quod hoc faciant sine fureto et retibus et Filaciis.* Vide *Filatium* 1.

† **FILACTERIUM**, Longa et odiosa oratio. Hac notione Itali *Filatera* dicunt. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 671: *Tunc abiit Miles idem, et cum dictis nobilibus Bitontinis ratiocinans super causa, pluribus hinc inde Filacteriis alegatis, etc.* Vide *Filaterium*.

**FILANDERIA**, Quæ lanam vel linum in

fila deducit. *Filanderiæ lanæ vel lini*, in Consuetud. Tolosæ part. 2.

**FILARE**, Fila rhombo circumvolvere. B. Ordericus de Forojo in sua Peregrinat. n. 4: *Ibi viri nent et Filant.* [Papias: *Nere, Filare*. Chartular. S. Quintini in Insula pag. 123: *Si aliquis Filatrici lanam sub mercede Filandam commiserit.* Vide Goclenii Lex. Philos. et Acta SS. Aprilis tom. 2. pag. 274.]

\* **FILARGIRIA**, Φιλάργυρια, Amor pecuniæ, apud Gerhard. in Vita S. Oudalrici cap. 9. Pertz. vol. Script. 4. pag. 396. lin. 41. Vide *Fylargiria*.

\* **FILAROLUS**, Fusus, ut videtur, Gall. *Fuseau*. Stat. crimin. Riper. cap. 226. fol. 29. vº: *Nulla persona audeat ordiri facere, nec aliquam telam panni alti facere fieri de lana filata ad Filarolum.*

† **FILASSERE**, a Græco φιλάσσει, Custodire, tueri, servare. Acta S. Frederici Episc. Julii tom. 4. pag. 462: *Filassere gregem Dei nequeo, quia lupum a me ipso abigere non valeo.*

\* **FILATARIUM**, Locus ubi abundat filix, filicium. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Feusiera, Prov. filicetum, Filatarium.* Vide supra *Feugeria*.

**FILATERIUM**, pro *Phylacterium*. Uguccio: *Filaterium, Membrana vel brevicellus, in quo lex scripta est, et conservatur, quam deferebant ante frontem vel pectus, ut sic viderentur religiosi, etc.* [Gloss. Latin. Gall. Sangerm.: *Filaterium, Membret ou brevet de jactance ou de vanité, que les Pharisien portoiënt, où estoit écrite la Loy.*] In Glossa super cap. 25. Genes.: *Imures dicuntur Filateria idolorum.* S. Gregor. lib. 12. Ep. 7: *Adulvaldo Regi transmittere Filateria curavimus, id est, crucem cum ligno S. Crucis.* Ricardus Prior Hagustald. de Episc. Hagustald. cap. 9: *Fecit igitur illam (redditionem) cum quodam pulcro Filaterio, scilicet cruce argentea, in qua Sanctorum . . . reliquæ continebantur.* [Ordinarium Sangerman. inter Instrum. Histor. ejusdem Abbatie pag. clxvi. col. 2: *Hæbdomadarii vero Missæ portabit crucem cum duobus Filateriis, et venient processionaliter per novem Monasterii.*] Atque hinc emendandum veterem Interpretem Juvenalis Sat. 3 alibi monimus: *Nam et niceteria Filateria sunt, quæ ob victoriam fiebant, et de collo pendia gestabantur.* Perperam enim bis ibi editum syllateria. Rectius apud Uguccionem: *Niceteria dicuntur Filateria, quæ gesta \* etheleche faucta (facta) de summitatibus armorum, quæ a victis acceperant, et ea collo suo suspensa gerebant, quoties victores extiterant, quasi signa victoriæ, et ideo Filateria talia, in quibus designabantur victoriæ, Niceteria dicta sunt.*

† **FILACTERIUM**, Theca minor sacram Reliquiarum, quæ ad collum Filacteriis seu vittis appensa in processionibus portabatur. Bernard. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 32: *Signa autem omnia pulsantur, sicut cum Fratres Filateria portant, antequam egrediantur ab Ecclesia, propter Reliquias, similiter cum redeunt ad introitum Ecclesiæ.* Et cap. 50: *Omnis scilicet Basilica ornamentis suis ex integro decoratur, Filacteria appenduntur, etc.* Vide *Miracula S. Vincentii Maldelgarii* tom. 3. SS. Julii pag. 679.

**FILATERIUM**, apud Radulphum Glabrum lib. 3. cap. 2. extremo.

**PHILLATERIUM**, apud Nangium in Chronico ann. 1015. Ita Galli *Filathiere*, dixerunt. Le Roman de Garin:

Ne Filatires, ne Crucifis dorez.

Vide Dissert. 26. ad Joinvillam pag. 310. Aliud porro hac voce innuitur in Computo Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1352: *Pour une chambre pour la Roynne d'Espagne, où il ot coutepointe, etc. Et pour faire le sourtail de 15. Fillatieres, qui sont armoïées aux armes d'Espaignne et de Bourbon, etc. Et pour ouvrir la chambre du neu de 7. poins, avec les Fillatieres, pour façon, anneaux, cordes et rubans, etc. Alibi: Pour la chambre de Mons. le Dauphin, où il a grant coutepointe, et un cheveciel, qui fait demy ciel ouvré de mesmes la coutepointe, et ou milieu a une Fillatiere, où son tymbre est armoïé de ses armes, et 3. courtines, etc.*

\* *Filathiere et Philathiere*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 25. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 247. *Fillatiere* vero ex Comput. Steph. de la Fontaine in Glossario, idem videtur quod nos *Cordeliere* dicimus, funiculus scilicet variis nodis implicitus.

\* [*Filacteria* I. (Thes. eccl. Claron. tom. an. 980, mus. arch. dep. p. 39).]

**FILATICIUM**, [Filum crassius, ut videtur.] Processus de Translatione S. Antonini: *Denum dictum sanctum corpus caligis ex Filatico, ut dicunt, albo, et sandalibus ex ermesino rubro, . . . more Archiepiscoporum calcatum extitit.*

\* **FILATIO**, Terrear. Castil. in Bressia ann. 1497: *A quadam pro fca seu limite lapideo respiciendo per rectam Filationem et lineam.* Galli diceremus: *de droit fil*, Recta linea, directo.

**FILATISTA**, Qui vel quæ pro mercede filat. Johan. de Janua. [Rectius in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Filacista, Filleur ou Filarresse pour loyer. Filacissa, Colu-mellæ.*]

\* *Filatisca*, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Filayris, Prov. Filatisca, qui vel quæ pro mercede filat.* Vide infra *Filatrici*.

\* **FILATORIUM**, Locus, ubi funes texuntur. Gall. *Corderie*. Decret. ann. 1588. ex Tabul. castri de Chissé in Turon.: *Item unam aliam terræ peciam prope Filatorium desuper antiquus arcus dicti Montis Ricardi assidatam, duo arpenta decem cathenatas continentem.* *Filouer*, ibid.

† **FILATORIUM NOCTURNUM**, Mulierum una *Filantium*, confabulantium et lucubrantium vigilia, Gall. *Veillée*. Ne ad hujusmodi mulierum congregationes viri accedant, severe prohibent Statuta Ecclesiæ Trecorensis anni 1462. inter Anecdota Marteniana tom. 4. col. 1166. et 1176.

\* **FILATRIX**, Quæ fila torquet et ducit, Gall. *Filuse*, Ital. *Filatrice, Fileresse*, in Arest. ann. 1304. ex Reg. Olim parlam. Paris. fol. 107. Charta commun. Calniaci ann. 1213: *Si aliquis Filatrici lanam sub mercede filandam, aut paratori pannos aut hujusmodi res operario alicui ad parandum commiserit, et Filatrix aut parator, etc.* Vide supra *Filatista*.

\* **FILATULIA**, Joan. Garzonius de Dignitate urbis Bonon. apud Murator. tom. 21. Script. Ital. col. 1167: *Ad hæc complures sunt insanæ substructiones, quæ Filatulia vulgus vocat, quas arces diceret, quæve arte circumvolvuntur.*

1. **FILATUM**, Rete, Cassis, *Filet à prendre perdrix*. [Consuetud. Ausciorum MSS. ann. 1301. art. 54: *Habent ultra hoc dicti cives... omnem venationem cum canibus et retibus vel Filatis.*] Vide in *Sordus* [et supra *Filacium* 2.]

\* Stat. Taurini ann. 1360. cap. 151. ex Cod. reg. 4622. A: *Nulla persona audeat*

*capere... columbos alienos cum Filatis vel aliquibus ingentis.* Constit. Alfonsi II. reg. Aragon. ann. 1333. Mss.: *Quod nullus audeat capere columbos alienos ab enzes, simbells, ne Fillats, vel alio modo. Filanche, et Filandra, eadem acceptione, nostris.* Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 235: *Les dessus nommez estoient alez ès dites rivieres pescher au feu et à Filanches.* Privil. piscat. Bitur. ann. 1403. in Reg. 207. ch. 138: *Item ont droit et accoustumé d'avoir et tenir avec eulx Filanches, etc.* Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 142. ch. 301: *Le suppliant apperceut en l'estang une Filandre ou filez à peschier et à prendre poisson.* Hinc nomen piscis ejusdem in Tract. Ms. de Pisc. cap. 5. ex Cod. reg. 6888. C: *Congrum Massilienses nominant Filat, quia instar retis pisces involvit et implicat.* Charta Phil. Pulc. ann. 1292. in Reg. donor. Car. Pulc. et Phil. VI. ex Cam. Comput. Paris. fol. 149. r°: *Omne jus nobis competens... in thalaneo bladi... piacis, allectis... Filati et omnis generis animalium et pecudum. Filardeau vero vocant minutum lucium.* Lit. remiss. ann. 1392. in Reg. 143. ch. 238: *Un bon chevensau, des barbillons, Fillardeau, et autre menu poisson.* Fillardeau, in aliis ann. 1043. ex Reg. 157. ch. 374.

† 2. **FILATUM**, f. Congeries seu glomus florum. Translatio S. Trophimæ in Actis SS. Julii tom. 2. pag. 234: *Tandem aliquando mulier quædam, fluvio, Dei nutu, quo sordes vestium vel operatio coli ablui solent, cepit tundere super sanctissimæ Trophimæ tumulum fortiter, quod vulgo mulierculæ Filatum vocant.*

\* 3. **FILATUM**, Filum. Arest. ann. 1330. 16. Jun. in vol. 7. arestor. parlam. Paris.: *Tres chadenas (sic) de Filato albo, septem eschaotas Filati albi, unam chabnam Filati nigri, etc.* Vide Ordinat. Reg. Franc. tom. 7. pag. 502. art. 16.

† 1. **FILATURA**, Ars Filandæ seu nendi, apud Bernhardum de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 190.

\* 2. **FILATURA**, Provinc. *Filadura*, Filum crassius. Charta ann. 1316. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 334: *Plures panni lanci fiebant in villa Tholossæ per nonnullos textores, in quibus pannis texendo immiscebantur Filaturæ, vocatæ tramadas, sive Filaturæ falsi lanagii, propter quod dicti panni fiebant et erant viciosi... Nam tales Filaturæ, vocatæ tramadas, seu falsi lanagii, colores tincturarum capere non poterant commode. Filaille autem nuncupatur Congeries seu glomus florum, in Memor. E. Comput. Paris. fol. 40. r°: *Item ne doivent laisser passer aucune Filaille de laine.**

\* 1. **FILATUS**, *Filament. Filatura, Fileure*, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide supra *Filatura* 2.

\* 2. **FILATUS**, dicitur de auro vel argento in stamina tenuato. Inventar. Ms. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unum fricium laboratum super xamito rubeo ad imagines integras de auro Filato, cum tobalea de Alamania.*

\* 3. **FILATUS**, Piscis genus. Vide supra in *Filatum* 1.

\* **FILAXA**, *Lo vaso da vino.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

\* **FILÇA**, **FILCIA**, Ordinatio, præceptum, mandatum. Ital. *Filça*. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 55. ex Cod. reg. 4621. fol. 29. v°: *Mandata et Filçæ ad minus per annum debent servari et custodiri.* Quod filo simul junctæ erant, ita appellatæ: unde Fasciculum chartarum, nostris *Liasse, Filça*, dicitur ibid. lib. 2. cap. 1. fol. 50. r°: *Relinquendo penes judicem*

*causæ, in Filça notarii dicti judicis, originalia instrumenta mandatorum, etc.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 33. ex Cod. reg. 4620: *In quo syndacatu producere et exhibere (notarii) teneantur et debeant omnes eorum libros, quaternos, vachettas, Filcias et quascumque alias scripturas in dicto eorum officio pro dicto tempore factas.* Vide infra *Filça* et *Filacium*.

**FILCTALE**. Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 1: *De Ballivis, qui faciunt cervisias suas, quas quandoque vocant Sothale, quandoque Filctale, ut pecunias extorqueant ab eis, qui sequuntur hundreda sua et baillivas suas.* Ubi Codex MS. Spelmanni habet *Scotale* et *Fildale*, quæ voces computationis genus denotant, quod Vicecomitum Baillivi a suis Hundredariis, seu a sæ jurisdictionis incolis exigebant, confata ut plurimum ex his pecunia; quod Henrici III. ætate sublatum docet idem Bracton. Confectæ autem ejusmodi voces ex a le, cervisia; tametsi harum notionem non omnino planam fatetur Spelmannus, quem consulere, si lubet, super etymis Saxoniceis, quæ non plane arident.

\* 1. **FILECTUM**. Pars lumbi, Gall. *Filet*. Inquisit. ann. 1270. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 316. col. 1: *Quicumque de eodem castro occidit porcum ad tallam, præstat lumbellum, qui communiter et vulgariter dicitur Filectum, curiæ dicti castri.*

\* 2. **FILECTUM**, Filicum manipulum. Reinard. Vulp. lib. 1. vers 848:

Ostiolo impendent densa Filecta super.

Vide *Filicetum*.

† **FILEIA**, Series. Acta SS. Maii tom. 6. pag. 175. de S. Jacobo Philippo: *Prout in instrumento super inde facto.... quod extat in Fileia (id est, ephemeride) dicti anni.* Recte Bollandi Continuator, adnotat *Fila, Filza, Fileia* unum idemque apud Italos significare, scilicet continuationem, sive contextum, aut ut, inquit, barbære loquar, *inflationem* plurium actionum seu rerum ejusdem generis. Vide *Filacium* 1.

\* **FILENDARIUS**, Filorum mercator, nostris *Filandrier*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 192. r°: *Hala Filendariorum pro parte quam tenent.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 384: *Et aussi font les Filandriers et drappiers d'icelle ville (de Courbeville) une autre confrarie de S. Gratian... Lesquelz Filandriers et drappiers en Postel de leur bastonier. Fillachere, eodem intellectu, cujus ars *Filacherie* appellatur, in Stat. ann. 1390. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 356. et 358.*

† 1. **FILERIA**, Species trabis, qualis est illa, quæ portat canterios in ædificiis, Gall. *Filiere*. Extenta jurium quæ levantur a Comite Sabaudia apud S. Symphorianum de Auzone ann. 1309. in Hist. Dalph. tom. 1. pag. 98. col. 2: *Item fustum quod vocatur Panna duodecim denarios. Item una duodena Fileriarum, unam quarum unus homo non posset portare, debet duodecim denarios. Item duodena Fileriarum, quarum unam unus homo posset portare, debet sex denarios.* Extractum computi ann. 1321. tom. 2. ejusdem Hist. pag. 159. col. 1: *Libraverunt gabellatores in pretio tringinta novem duodenarum Fileriarum magnarum, et duodecim duodenarum billonorum et traborum, etc.* Vide *Fila* 2.

† 2. **FILERIA**, Alia notione, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. tom. 2. col. 342: *Paganus de Maidon dedit Mo-*

*nachis de Molereio quiddid habebat ultra cheminum Bernardi usque ad Fileriam de Daille, etc. f. Modus agri, vel Ager cannabe consitus.*

\* 3. **FILERIA**, Quæ filia ducit, ut supra *Filatrix*. Stat. Montis reg. pag. 275: *Statutum est quod Fileria, quæ filant lanam, non faciant aliquam fraudem.*

\* **FILERIS**, Species trabis, qualis est illa, quæ portat canterios in ædificiis, Gall. *Filiere*. Comput. Ms. ann. 1382. eccl. S. Vulfr. Abbavill. fol. 6. v°: *Item Johanni de Fortmanotr pro reparando fenestras de Fileribus pro granatoriis grangie capituli, vj. sol.* Vide infra *Fillaria*.

† **FILETIUS**. Vetus Inscriptio apud Fleetwood. in Sylloge Inscript. antiq. pag. 364: *Julius Balerianus qui vixit annis B. xx. natali suo D. Sodalicarius Bonus Amorusus Filetius usque ad Fotsa.* Hanc sic explicat laudatus Editor: *Julius Valerianus qui vixit annis bene xx. natali suo decessit, Sodalis, Bonus, Amatus, et Amicus, humanus, charus, φιλῆτιος, usque ad Fossam, i. e. Sepulcrum.*

\* **FILETTUM**, Rete, Gall. *Filet*. Chartul. Buxer. part. 12. ch. 11. ann. 1267: *Ego Guido dominus de Choun... confiteor religiosos Buxeræ habere in dictis aquis usuagium plenum piscariæ seu piscationis ad navem, Filettum, etc.* Vide supra *Filatum* 1.

\* 1. **FILETUM**, Eadem notione. Charta ann. 1287. in Chartul. Guill. abb. S. Germ. Prat. fol. 218. v°. col. 2: *Dicti homines de cætero piscare poterunt in riparia dictæ villæ ad pannerium, nec habere poterunt in dicta riparia naves nec Filetum.*

† 2. **FILETUM**, Filum, linum, Gall. *Fil, Filet*. Privileg. Leduini Abb. S. Vedasti Atrebat. de censu ann. 1036. et Chartulario ejusd. loci: *Quinque solidatæ lanæ 1. den. Quinque solidatæ Fileti 1. den... Majus pensum lanæ, Fileti, uncti, etc. 111. den.* Occurrit iterum in Chartulario V. ejusdem Abbatæ pag. 29.

**FILFORI**. Vide *Silfori*.

† **FILGERIA**, **FILGERIUM**, Filix, Gall. *Fougere*. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 80: *Dedit perpetualliter in foreste sua de Burceio pasnagium et percursorum centum porcorum in glande et Filgeria.* Instrum. ex Archivo Majoris Monasterii apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 342: *Damus et concedimus... Capellas cum omnibus feodis nostris Deo et S. Martino et Monachis Majoris Monasterii in manu D. Radulphi Prioris Castri Goscelini, cum hoc ramo Filgerii.*

\* **FILGUS**, Fragorum planta, Gall. *Fraisier*. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Filgus, fem. gen. Fresier.*

\* **FILHETA**, Puella, meretrix, quomodo etiam *Fillete* dicimus. *Filettes de pis*, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 458. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 341. fol. 2: *Item pro fogussia abbatissæ et Filhetarum, ut est moris, v. solidos.*

\* **FILHOLT**, vox Germanica, Multum amicus, propitius. Versus qui ad caput Cod. opuscul. Frowini abb. leguntur ex Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 657. col. 2:

Vive precor Berthold, si tibi Dominus, rogo,  
Filholt; a te quod liber sim, docet iste liber.

† 1. **FILIA**, Puella, quomodo Galli dicimus une *Fille*, in Pactu leg. Salicæ tit. 70. § 1.

\* 2. **FILIA**, f. pro *Filgeria*, Filix, Gall.

*Fougere*. Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 80 : *Usagium.... ad arandum in foresta nostra de Cuisia ad frondes sive branches fagi viridis, et ad Filiam seu Filias, sive minores arbores ex stipite majorum arborum dictæ fagi (sic) viridis procedentes. Vide supra Filatarium.*

\* **FILIA ORDINIS**, dicebatur Mulier, quæ alicui religioso ordini venerationem quamdam peculiarem impendebat, bonisque suis et officiis serviebat. Necrol. Fratr. Min. Trec. Ms. : *iv. Non. Julii, obitus illustris DD. Simonæ nobilis et potentis DD. Caroli de Pictavia... consortis, Filie ordinis specialissimæ. Vide in Filius.*

† **FILIA PETRI**. Vide in *Filius*.

**FILLE**, dicuntur Monasteria, quæ ab aliis, majoribus, peculiari quadam familiaritate dependent. Charta Willelmi Episcopi Lingonensis ann. 1215. ex Tab. ejusdem Ecclesiæ, de forma vivendi fratrum Vallis Scholarium : *Et si forte in Ecclesia Vallis Scholarium fuerit aliquid emendandum, vel corrigendum in Capitulo, vel Priorem eligendo, vel deponendo, tres Filie primæ liberam habeant potestatem in matrem, visitando, corrigendo Priorem etiam, si causa evidens extiterit, deponendo, et alium substituendo. Gesta Innocentii III. PP. pag. 137 : Scripsitque Abbati et Conventui Pontiniacensis Cœnobii, ut ipsam Ecclesiam S. Martini reciperent in Filiam specialem, et ad ipsam dirigerent Abbatem et Conventum de Monachis et Conversis, quod ipsi libenti animo perfecterunt. [Charta Friderici Imperat. ann. 1162. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 19 : Quoniam prædicta Ecclesia Lusitaniensis cum suis appenditiisque in Lausannensi Episcopatu sita est, et cum iis Prioratibus videlicet Talverien Prioratu cum suis appendiciis ex Ecclesia S. Jonii, et Ecclesia Burdegalensi et appendiciis earum ad Saviniacensem Monasterium tanquam Filie spectant. Quatuor sunt celebres Abbatie Cistercii Filie, Claravallis, Firmitas ad Gronam, Pontiniacum et Morimundus, totidemque sunt Parisiis Ecclesiæ Collegiata, quæ Cathedralis Ecclesiæ Filie nuncupantur.]*

\* Claravallis inter filias Cistercii tertio ordine reponenda est. Sed neque ecclesiæ Parisiensi id peculiare censendum, ut quatuor habeat ecclesias collegiatas, quæ Filie nuncupentur : idem quippe Autissiodori atque ibique obtinet usus. Hinc prioratus Filie appellatur, in Lit. remiss. ann. 1392. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 184 : *Pasquier le Court, religieux de l'abbaye de la Coulure près le Mans, demourant en une Fillette ou prioré de laditte abbaye, appelée la Marcete du bois, près du chastel la Suze.*

\* **FILLE-DEI**, vulgo *Filles-Dieu*, vocabantur Femine religiose, quæ in monasterio vel hospitali debebant. Lit. admort. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 337 : *Prata contigua ex una parte hereditatiis ecclesiæ B. Mariæ de monte prope Pruvinum, in qua ecclesia manent quedam mulieres, quæ sunt Filie-Dei nuncupate. Extat Parisiis ejusdem nominis monasterium.*

\* **FILLADA**, Filia spiritualis ob susceptionem e sacro fonte baptismatis. Chartul. Andr. notarii Massil. : *Attenta potissimum fragilitate personæ suæ ad decrepitem declinantis, dedit sive donavit donatione pura, rata et irrevocabili inter vivos, Huguetæ Filladæ suæ, tanquam bene nutritæ et condignæ, licet de majori*

*dono et gratia foret digna, etc. Vide supra Figliaria.*

\* **FILIALIS**. Charta ann. 1293. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 160 : *Ipsam manentem et defendatis et gaudere faciatis Filialibus et obventionibus ac aliis juribus dictæ terræ et baroniæ. Ubi legendum existimo, Feudalibus. Vide in Feudum.*

**FILIALITAS**. Epistola Calojoannis Imperatoris Bulgarorum, ad Innocentium III. PP. in Actis ejusdem Pontificis : *Hoc autem petit Imperium nostrum ab Apostolica Sede, ut nos simus in Ecclesia Romana, sicut matris Filialitate firmati. Forte filiolitate. [Nihil emendandum. Jo. de Janua : Filialitas, Filiatio, qua quis dicitur filius vel filia. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : Filialitas, Filiacion.]*

† **FILIALITER**, *En maniere de fil ou de fille*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Occurrit apud Ludewig. tom. 5. pag. 477.]

1. **FILIARE**, Capere, Tomar, Hispanis. Charta Lusitanica apud Brandaonum lib. 14. Monarch. Lusitan. cap. 5 : *Dixit de ipsa hæreditate, fuit ipsa Filia, in tempore de Mayor Garcia Sogra de Roderico Velaschi, et de illa vendiderunt, etc. Alia cap. 16 : Sciatis, quod ego do vobis alviam pro vestra aldea, pro lealdade et fidelitate, quam fecistis : et mando vobis ipsam terram, et ipsum portum, et non leicetis ibi morare aliquem hominem de illis, qui ibi erant, quando infans Dominus Alfonsus eam Filavit.*

\* 2. **FILIARE**, Filium edere, *Enfantar*, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.

**FILIASTER**, Privignus. Glossæ Isidori : *Filiaster, Privignus, qui ante natus est. Gloss. Gr. Lat. : Ουγαριδης, neptis, Filiaster. Gloss. Ælfrici : Filiaster, s t e o v t o h t e r. Gloss. Lat. Gall. Filiaster, Filiastes. Vetus Inscriptio 645. 4 : Ceonius Magnus Filiastro Benemerenti. Alia 681. 8 : Epitynchano Filiastro M. Antonius Hermeros B. M. F. Occurrit et in alia, quæ exstat Lugduni apud J. Spon. pag. 46. [et Menesterium Hist. Lugdun. pag. 56.] Præterea item apud Adelbertum Abb. Heidenheimens. pag. 365. in Capitularibus Caroli M. lib. 5. cap. 5. in veteri Charta apud Perardum in Burgund. pag. 108. in Vita S. Mengoldi Mart. cap. 2. n. 8. apud Fulbertum Ep. 33. Leon. Ost. lib. 1. cap. 10. in Concilio Moguntino I. cap. 57. in Chronico S. Sophiæ Beneventan. p. 614. etc. [\*\* Charta ann. 1153. inter Probat. tom. 2. Hist. Lothar. col. 343 : *Gobertus de Aspero monte, cum uxore sua Ayleide et Filiastro suo Valttero, id est Petri filio de Mirwalt, eandem terram ipsis fratribus liberam et absolutam concesserunt.*] Le Roman d'Aubery MS. :*

Dit Hermensens, bien devoie desuer,  
Quant mes Fillastes m'a fait si atorner.

[Le Roman de Partonopeus MS. :

Et son Fillatre Eneas,  
Quar certes ses fils n'est i pas.]

† **FILIASTER**, Gener, Gall. *Genre* : qua notione Filiastra etiamnum dicunt Lugdunenses. Albertus Argent. ad ann. 1346 : *Ludovicus Marchioni Misnensi (Friderico Severo) Filiastro suo magnam, ut contra se non esset, pecuniam assignavit.*

\* Lit. remiss. ann. 1482. in Reg. 207. Chartoph. reg. ch. 319 : *Humilem supplicationem Stephani Perelli generi seu Filiastri defuncti Johannis Tantillonis... patriæ nostræ Dalphinatus, etc. Alia ann. 1419. in Reg. 171. ch. 146 : *Jehan du Crot Fillastre ou genre du suppliant, etc.**

† **FILIASTER**, pro Filio sororis, apud Leibnit. Script. Brunsvic. tom. 1. pag. 829 : *Festum Sanctorum Mariæ et Filiastri, qui XIV. Cal. Aug. Haud dubie S. Jacobi qui frater Christi in Evangelio dicitur. [\*\* Est Festum SS. Mariæ et Philastrii. Vide Haultaus. Chronolog. med. ævi edit. German. pag. 118.]*

**FILIASTRA**, Privigna. Capitulare Archiepiscopi Benevent. cap. 8 : *Nuverca, id est, matrinia, aut previgna, id est, Filiastra. Occurrit in Concil. Vermeriensi ann. 752. cap. 2. 11. Compendiensi ann. 757. cap. 4. 12. 43. Moguntin. ann. 813. cap. 56. ann. 847. cap. 29. Wormatiensi cap. 63. in Capitul. lib. 5. cap. 7. 18. 19. in Lege Longob. lib. 2. tit. 8. § 1. [\*\* Rothar. 185. etc. Le Roman d'Aubery MS. :*

*Aidez-moi tuit ma Fillastre à vengier.*

\* **FILIASTICA**, [Que Compangit filum. (DIEF).]

† **FILIASTINUS AMOR**, Quo pater diligit filios. Epistola Henrici Regis Anglic. ad S. Anselmum quæ 92. est lib. 4. inter Epistolas B. Anselmi : *Filium meum et filiam meam tibi committo, ut paterna dilectione eos foveas, et de iis Filiastino amore curam geras.*

\* **FILIATAS**, TIS, La Filiacione, in Glossar. Lat. Ital. MS.

† **FILIATICUM**. Vide in *Filiolus*.

1. **FILIATIO**, Obedientia et subjectio, quam Monachi Abbati suodebant. Hugo Flaviniacens. in Chron. pag. 252. de se verba faciens : *In Conciliabulo illo fratres et filii nostri sanctæ obedientiæ libellum repudii conscripserunt, Domino Episcopo Filiationem per legatos ejus offerentes ; ei villam servari promittentes, et in omnibus mihi abrenuntiantes. Adde pag. 253.*

† 2. **FILIATIO**, Qualitas filii. Epistola Concilii Francoford. ad Episcopos Hispanos, inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 108 : *Nestorius itaque in suis expositionibus simulat se dicere unum filium et unum Dominum, sed refert Filiationem ad solum Dei Verbum. Utitur etiam Fredericus Imp. Conradum filium alloquens in Chronico Siciliae, inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 12. Vide Filietas.*

**FILIATIO**, Titulus honorarius, quo Episcopos compellant Summi Pontifices. Vide Ughellum in Italia sacra pag. 1. tom. 108. Occurrit passim. Vide Filio-litas.

† **FILIATIO**, *Adoptatio*, in Glossario Gasp. Barthii ex Hist. Palæst. Raimundi Agilæi.

† **FILIATIO CISTERCII**, tom. 3. novæ Gall. Chr. col. 797. Vide Filie.

\* 3. **FILIATIO**, Jus filii in bona paterna. Chartul. Celsinian. ch. 617 : *Avus ejus, qui istam terram dedit sancto Petro, unum (campum) dedit patri ipsius Johanni in Filiationem, et alterum uxori suæ in dotem. Alia notione, vide in Filio-lus.*

1. **FILIATUS**. Papiæ : *Curvatum*. Johan. de Janua : *Filiatus, i. curvatus, a filum dicitur, quia cito curvatur.* Gloss. Lat. Gall. : *Filiatus, Convers.* [Sangerm. : *Filiatus, Courvez ou Courbes.*]

† 2. **FILIATUS**, Patri similis, ut filium decet. Gerardus in Vita S. Adalhardi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 350 : *Lux denique orbis Carolus Imperator, viam universæ carnis ingressus deficit, filiumque suum Ludovicum moriendo Imperatorem effecit ; sed non tam bene Filiatum, sicut decuisset Imperium. Non enim secutus est viam patris.*

† **FILICA**, Curialis. Jo. de Janua : *Courtois*, in Gloss. Lat. Gall. 3. Sangerm. a Græco φιλικός, Amicabilis.

¶ **FILICARIUM**, *Locus ubi filix abundat*, Jo. de Janua; *Lieu ou habunde fouchere*, in Gloss. Sangerm. *Filictum*, Columellæ, nostris *Fougeraie*.

\* **FILICELLUM**, [Panni species; Una planeta rubea de *Filicello*. (Invent. Calixt. III. an 1458. in archiv. Vaticano).]

\* **FILICETUM**, *Lo Logo de felese*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Vide supra *Filatarium*.

¶ **FILIGO**, Malus et nequam homo, nullius usus et operæ. Festus: *Filicones, Mali et nullius usus, a filice dicti*. Vide Turneb. Advers. lib. 21. cap. 12. [\* Vide *Filiones*.]

**FILICON**, ex Græco φίλον, Pensatio, quæ ex benevolentia, amice, et ultro præbatur, in Lege 32. Cod. Th. de Naviculariis, (13, 5.) quomodo donum, mutuum, etc. nostri postea usurparunt. Ita exactiones suas, etiam veteres, specioso nomine palliarunt.

¶ **FILIDRISSA**, Herba quæ nascitur in trunco quercus. Vita S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 127: *Capias duas summitates Filidriissæ ejus quæ nascitur in trunco quercus, et facias illam bullire cum ciceribus; cumque advenit febris paroxysmus, bibas brodium illud*. Vox est ibrida a Latino Filia, et Græco δρύς, quercus.

¶ **FILLETAS**, Qualitas filii. Concl. Francoford. in Epistola ad Episcopos Hispan. : *Adoptivus siquidem non habet aliam significationem, nisi ut Jesus Christus non sit proprius Filius Dei nec ex Virgine et in Filium; sed nescio ex quo servo adoptatus in Filietatem, ut vos dicitis*. Semel atque iterum *Filletas* de Verbo dicitur in Fragmento Candidi Arriani et in Responsione Marii Victorini, apud Mabillonium tom. 4. Analect. pag. 115. et 175. [\* Sæpe occurrit apud Marium Mercatorem in scriptis Nestorii.]

1. **FILIOLA**, Filia spiritualis ob susceptionem e sacro fonte baptismatis, Gall. *Filleule*. Testamentum Johannis Renawdi ann. 1322. in Formulæ Anglic. Thomæ Madox pag. 430: *Item lego cuilibet filio et Filiole meæ vi. s. viii. d. Vide Filiolus*.

¶ 2. **FILIOLA**, Hisp. *Hijuela*, Tolosanæ *Filleule*, apud Mozarabes, Operimentum sacri calicis tempore Missæ. Rubrica post sanguinis consecrationem apud Mabillonium de Liturg. Gall. pag. 42: *Hic elevetur calix cooperatus cum Filiola*. Et pag. 443: *Ponat calicem super aram et accipiat Filiolem sine sanctificatione, et ponat super calicem dicendo, etc.* Missale MS. Ecclesiæ Aniciensis circa ann. 1300: *Postmodum offert hostiam cum patena dicens: Grata tibi sit, etc. Ad calicem: Offerimus tibi Domine, etc. Ad Filiolem: Hanc oblationem quæsumus, Omnipotens, etc. Hinc emendanda Acta SS. tom. 5. Junii pag. 219. ubi perperam editum *Fialam*.*

\* Vide Ordinar. Fratrum Prædicat. edit. a P. Joan. de Palencia et Exposit. Missæ P. le Brun tom. 2. pag. 302.

**FILIOLAGIUM**, **FILIOLATUS**, Vide *Filiolus*.

**FILIOKITAS**, Titulus honorarius, quo ut plurimum Summi Pontifices utuntur, cum ad Principes fideles scribunt, a quibus *Patrum* appellatione donantur. Rescriptum Episcoporum Synodi Duziacensis ad Ep. 27. Adriani PP.: *Tradidit nobis Epistolam a vestra Paternitate Filiokitati nostræ directam*. Joan. VIII. Ep. 3. ex iis, quas Sirmondus edidit: *Nos etenim, quamvis illum, quem interim Filiokitatis amore complectimur, oppido reprehensibilem non negemus*. Idem Ep.

8. ex editis: *Quod Filiokitatis vestræpetit industria*. Joannes X. PP. Epist. ad Carolum III. Regem: *Unde hortantes vestram Filiokitatem monemus, etc.* Adde Epist. 315. Vide *Filiatio* 2.

**FILIOLOS**, *Υιόλιον, ὁποροιστικῶς*, in Gloss. Græc. Lat. Proprie nostris, *Parvulus filius, quem de sacro fonte levamus*. Joh. de Janua. [Gall. *Filleul*.] Capitulare Aithonis Episcopi Basil. cap. 21: *Filios, aut Filiola spiritualis de fonte, aut de confirmatione. Filius adoptivus*. Steph. Eddius in S. Wilfrido cap. 56: *Et sancto Pontifici nostro Filius adoptivus factus est*. S. Bonifacius Moguntin. Epist. 17: *Qui in matrimonium acceperit illam viduam, cujus ante Filium in baptismo adoptivum suscipiebat. Filius de baptismo, in Consilio Autisiod. cap. 25. Filius in baptismo, apud Gennadium de Script. Eccles. in Severiano Gabalensi. Liber Dodanæ Manualis cap. 60: *Qui te ex meis suscipiens brachiis, per lavacrum regenerationis Filium adoptavit in Christo*. *Filios de baptismo*, apud Anastasium Biblioth. in S. Petro Apost. *Filios de Fonte*, apud Ademaram Cabanensem in Chr. ann. 826. *Filius in baptismo*, in Vita et Passione S. Eusebii Episcopi Vercellensis, et apud Harigerum in Vita S. Landoaldi lib. 1. cap. 2. *Imperatoris ex sacro fonte baptismatis Filius*, apud Theganum cap. 36. in Vita S. Eusebii Episc. Vercellensis, etc. Ethelwerdus lib. 3. cap. 3: *Et Filium a charismate nominavit, ut modo sub manu Episc. solemniter accipientes parvulos, Filios nominare*. [Tabularium Rothom.: *Arthurus donavit Filiole suo nomine Freoc, filio sororis suæ Wuulowen, quando totondit eum in Clericum, eo quod antea stetit sub illo in Lisprat a fonte baptismatis, medium Ran Tomaic, iv. modios de brace, per cibum et potum, et postea firmavit nepoti suo Freoc et bis Filiole*. Hoc est, a baptismo simul et a tonsura clericali.] Vide Cap. Car. M. lib. 6. cap. 172. [\* 175.] Capit. S. Bonifacii Mogunt. cap. 26. Leges Henrici I. cap. 79. Stephanum Tornac. Ep. 237. etc.*

¶ **FILIOLOS**, pro Filius fratris, Gall. *Neveu*, apud Blount in Nomolex. Anglic.: *Ego Johannes Lovet... dedi... Waltero le Blount fratri meo et Johanni filio suo, Filiole meo, quindecim solidos annui redditus*.

**FILIOLATUS**, **FILIOLAGIUM**, **DONUM**, quod *filio* a susceptore seu patris in adoptionis spiritualis tesseram conferitur. Chronicon Ademari Cabanensis ann. 826: *Eroldus cum uxore sua et magna Danorum multitudine veniens ad Imperatorem Moguntiac, et apud S. Albanum, cum his, quos secum adduxit, baptizatus est, fuitque Filiolus Imperatoris de fontibus, et multis muneribus ab eodatus, per Frisiam, qua venerat, reversus est; in qua provincia dedit ei Imperator in Filiolatu unum Comitatum, qui Driusti vocatur*. Tabularium Abbatissæ S. Amantii Inculism.: *Guillelmus Pontoners dicebat terram, quæ est subius Ecclesiam, patrem suum habere in Filiolatum a patre prædicti Arnaldi Bochari, et ideo habuit 10. sol. [Lobinellus tom. 2. Hist. Britan. pag. 86. ex Tabulario S. Florentii: *Giraldus ex Toarcensis castris primoribus, qui Amalberto in baptismo suscepto, in signo Filiolatus, Masnili parochiæ medietatem concessit*.] Gesta Consulum Andegav. cap. 9. n. 10: *Obtinuit, ut eum Militem constitueret, et causa Filiationis modicum terræ ei largiretur, quo posset eo gratiosius et accuratius servire*. Et n. 11: *Qui solus remanens homagio et ligatione Con-**

*suli facta, terram patris vel fratris defunctorum suscepit regendam, cum illa, quam ei Comes amore Filiolatus dederat*. Unde pro *filiatio* legendum supra *filiatio* videtur. Eadem notione

**FILIOLAGIUM**. Lambertus Ardensis in lemmate capit.: *Quomodo Arnoldus Balduini filius curam egit amite suæ Elstrudis, et filii ejus, et Sifridi, Ardolphi, et quomodo ei totam Bredenardam in Filiolagium contulit*. Mox in ipso textu: *Hanc igitur terram memorandus Flandriæ Comes Arnoldus, ut jam diximus, pater Balduini Barbuti, ad honoris sui et nepotis augmentum, et ad Ghisnensis terræ fines dilatandos, in feodi quoque cremen-tum, cognato suo Germano et Filiole libere possidendam, et in perpetuum hæreditario jure tenendam contulit Ardolpho*. Le Roman d'Amile et d'Amy MS.:

*Filliens, dist-il, je vous ay mont aimé, Mais d'une chose ait fait grant lascheté, De Filolage ne vous ay point donné, Or le vous voil bel et gent presenter.*

Legi Diploma Philippi VI. Reg. Franc. ann. 1343. mense Maii, quo Philippo Alençonio filio suo, et ex fratre Carolo nepoti 6000. libratas terræ concedit, in cujus dorso hæc verba habentur: *Charte contenant comme la terre de Donffront fut baillée en assiette pour 3730. li. 9. sol. 4. den. obol. en rabatat de 6000. liv. de terres, que le Roy Philippes avoit données en Filleurage à Mons. Philippes d'Alençon*. Exstat in eandem sententiam Charta alia hocce verborum contextu in Tabulario Regio Reg. 78: *Philippes par la grace de Dieu Roy de France. Sçavoir faisons à tous presens et avenir, que comme Perros Plainchamps, fist bastart Olivier Plainchamps, nous a fait exposer, que en Filolage li furent données pour Dieu plusieurs berbis, lesquelles ledit Olivier son pere prist par devers soy, et les fist long-temps garder, tant qu'elles vindrent à grand nombre, etc.* 24. May 1350. à Laigny sur Marne.

\* *Estrena* nuncupatur in Stat. Judæor. Apamiens. ann. 1279. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 71: *Si qui Judæorum Apamiensium faciat filiolum, non sit ausus dare eidem Filiole pro estrena, nisi usque ad xij. denarios Tolosanæ. Filio-lage, in Charta Isabel. Rom. reginæ ann. 1305. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 122. col. 2: *Baillons et ce-sons... à nostre amé filiol et newoul Robert, fil de nostre très chier seignour et amé frere Robert duc de Burgoigne, pour cause de Filloiage, et pour autres plusieurs causes bonnes*.*

\* Aliud interdum sonat *Filio-lage*: cum enim gener aliquando filii nomine donatus sit, *Filio-lage* appellarunt Donum, quod ratione matrimonii genero fiebat, ut in Lit. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. reg. Franc. pag. 544: *Non obstantibus quod hujusmodi villa, castrum, castellania, præpositura et ressortum dicti loci de Firmilate super Albam, cum aliis terris prædictis, dicto filio nostro (Johanni Galeaz) ratione et ad causam quibus supra (matrimonii scilicet Isabellis filie Joannis regis cum dicto Galeaz) in pariatu, Filio-lage, seu aliter qualitercumque..... traditæ existant seu etiam assignatæ. Vide supra *Filiaster* 2. et mox *Filius*.*

**FILIIATICUM**, Idem quod *Filio-latus*. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 49: *Et habeo duos mansos, quos dedit Episcopus Isarnus Radulfo avo meo pro Filiiatico*.

Constat autem ex Scriptoribus, a susceptoribus collata ferme semper filiolis

post baptismum munera, in signum adoptionis, vi cuius bonorum suorum partem aliquam iis debere existimabant. Asserus de Ælfredi rebus gestis ann. 878. de Godrum Rege Paganorum: *Quem Ælfred Rex in filium adoptionis sibi suscipiens, de fonte sacro baptismatis elevavit: cuius chrismatis solutio 8. die in villa Regia, quæ dicitur Wædmor, fuit: qui, postquam baptizatus fuit, 12. noctibus cum Rege mansit. Cui Rex cum suis omnibus multa et optima ædificia largiter dedit.* Beda lib. 4. Hist. cap. 13: *Erat autem Rex gentis ipsius Ædilwac, non multo ante baptizatus in provincia Merciorum, præsentē ac suggerente Rege Wlfhere, a quo etiam egressus de fonte, loco filii susceptus est, in cuius signum adoptionis duas illi provincias donavit, etc.* Henricus Huntindon. lib. 2. Histor. pag. 818: *Ejus autem industria conversus est Rex Adelwold Rex Sudese primus ad fidem, cui de lavacro suscepto dedit in signum adoptionis insulam Wih.* Rogerus Hovedenus ann. 994. de eodem Ethelwaldo Rege: *Quem rex honorifica suscepit, et confirmari ab Episcopo fecit, sibi que in filium adoptavit, et regio munere donavit.* Adde Dudonem lib. 2. et 3. de Actis Norman. pag. 84. 100. et Gobelinum Personam in Cosmodromio pag. 198. Denique huc spectant, quæ habet Scylitzes de Michæle Imp. Theophili filio pag. 544: *Τὸν συμπαιζόντων αὐτῶ καὶ συνηγορούντων καὶ συναμιλωμένων ἐκ τοῦ θεοῦ διοθετοῦμενος τὰ τέκνα βασιλείας, τὸν βασιλικὸν κατεχένου πλοῦτον, ἑκατὸν ὀγδοήκοντα, καὶ τοῦλάχιστον πενήκοντα τῷ καθεκαστῶ παρεχόμενος λίτρας.*

\* **FILISTIUM**, *La ruma dopia*. Glossar. Lat. Ital. MS.

† **FILIUM**, ut infra *Filium aquæ*, Gall. *le Fil de l'eau*. D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 945. col. 2. ex Codice Feudorum Campaniæ: *Comes Campaniæ potest sequi homines sanctuariorum de custodia sua, usque ad la Beurouve in omni parte citra aquam; et Filium de la Beurouve est per molendinum Comitum S. Pauli de Cloia.*

\* Charta Joan. reginæ Castell. et comit. Pontiv. ann. 1257. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 808: *Damus Ferrando primogenito et hæredi nostro Noellam super Summam, et quicquid ibi habebamus, sicut Filium seu profundior cursus Summæ vadit usque infra mare.* Vide infra *Fillum 2.*

**FILIUS**, vox usurpata etiam in brutis: nam et Isidorus *filios* de ovibus dixit: de hirundinibus, vetus Interpres Juvenalis Sat. 10. v. 220. *καὶ βία* de ranis, Hesyclus in Ἰρρινόν, ut et Synesius de aliis animantibus.

† **FILIUS**, ætate minor, sic a majoribus compellatus ad animi paterni testimonium. Vide *Pater*.

**FILIUS**, pro *Filiabus*, usurpata lex 2. Cod. Th. de Secund. nupt. (3, 8.) et lex 2. de Lenonib. (15, 8.)

† **FILII**, pro *Liberis*, filiis nempe et *filibus*, in Lege Salica tit. 63: *Si quis mortuus fuerit, et Filios non dimiserit, etc.* Ubi Lex Ripuar. *Si quis absque liberis defunctus fuerit, etc.*

\* **FILIUS**, Juvenis masculus. Lit. remiss. ann. 1411. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 229: *Lequel sergent avoit pris et arresté un jeune Filz de l'aage de dix-huit ans.*

\* **FILIUS**, Gener, ut supra observatum est in *Filiotagium*. Hinc Saul Davidem generum suum, *Filii* nomine compellat 1. Reg. cap. 24. v. 17.

\* **FILIUS**, Famulus. Reg. Corb. sign.

*Habacuc* ad ann. 1510. fol. 59. vº: *A esté ordonné que Colau Bertould, palfrenier de l'église, prendra ung josne Filz honeste et propice, pour le aidier à abiller les chevaux.*

**FILIOS**, Cæsarum dignitate a se donatos compellabant Imperatores, ut ii vicissim Augustos, *Patres* appellabant. Vide Lactantium de Mortib. Persecutor. n. 20. 32.

† **FILIOS**, passim Reges salutant summi Pontifices in epistolis suis, ut Gregorius M. Adilbertum Anglorum Regem lib. 5. Epist. 60. Vide etiam Epistolam 59. Quod etiam Episcopis sæculo vi. in usu erat, ut probant Aureliani Arelatensis Episcopi ad Teudebertum Regem, Desiderii Cadurcensis ad Sigebertum et Dagobertum Epistolæ apud Duchesium Hist. Fr. tom. 1. pag. 857. et seqq. Huc spectat quod Innocentius III. scribit ad Atinatensem Episcopum, nempe *Apostolicæ sedis consuetudinem in suis literis hanc tenere, ut Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos Fratres; ceteros autem Reges, Principes, vel cujuscumque ordinis Filios, in nostris literis appellemus.* Sed illud non insuper habendum, quod Matthæus Albanensis Episcopus et Apostolicæ Sedis Legatus, *carissimum Filium nostrum Ludovicum Regem, cognomento Grossum, vocat in Chartario S. Martini de Campis. Hæc post Mabillonium lib. 2. Diplom. cap. 2. num. 7.*

\* **FILIUS ABBAS**. Vide supra in *Abbas*.

† **FILIUS BAPTISMATIS**. Vide *Filiolus*.

**FILIUS DALGO**. Vide *Hidalgus*.

**FILIUS ECCLESIE**. S. Ambrosius Epist. 32. ad Valentinianum Imper.: *Quid enim honorificentius, quam ut Imperator Ecclesiæ Filius esse dicatur? quod enim dicitur, sine peccato dicitur. Joannes Papa: Si Imperator Catholicus est, (quod salva pace ipsius dicimus) Filius est, non Præsul Ecclesiæ. Ceremoniale Gencii Camerarii, de Inauguratione Cæsaris: Tunc surgens Dominus Papa ter quærit ab eo, si vult esse Filius Ecclesiæ: quo ter respondente, Volo, Dominus Papa dicit: Et ego te recipio ut Filium Ecclesiæ: et mittit eum sub manto, et ille osculatur pectus Domini Papæ: Ubi observanda formula adoptionis, et mittit eum sub manto, de quo more copiose egimus in dissert. 22. ad Joinvillam. Gregorius VII. PP. lib. 3. Epist. 11: *Noverit fraternitas tua, quoniam Rogerius Comes frater Roberti Ducis Apostolicæ Sedis Benedictionem et absolutionem requirit, ejusque Filium vocari et esse desiderat.* Willelm. Brito lib. 8. Philipp. de Philippo Aug.:*

Hæc Rex ut juri contraria, juris amator, Filius Ecclesiæ, ob matris revocavit amorem.

Vide Bertoldum ann. 1095.

**FILI ECCLESIE**, Clerici et Sacerdotes uni Ecclesiæ addicti, apud Anastasium in Bonifacio III. et in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 41. [\*<sup>2</sup> Lothar. I. 20. Parochiani.] [\*<sup>2</sup> Charta ann. 1201. ex Tabul. S. Gauger. Camerac.: *Cum autem advocatus custodiæ nemorum servientem apponit, ipse serviens coram Filiis ecclesiæ jurare debet, quod nullum hominem aut animal arrestabit, nisi ad forfactum accipiat.* Alia ann. 1231. in Chartul. Clarifont. ch. 135: *In plena ecclesia de Stabulis coram Filiis ecclesiæ, tam ipse pater meus quam ego ipsi ecclesiæ Clarifontis in perpetuum quitavimus. Quæ et de parochianis intelligi possunt.*] [\*<sup>2</sup> Inscript. apud Schannat. Episcop. Wormat. tom. 1. pag. 173: *Anno dom. 1452.*

16. Kal. Jan. ob. rever. Dom. pater frater Petrus de Gengenbach, hujus monasterii reformator, *Filius conventus Argentinensis Ord. Prædicat.*]

† **FILII FAMILIAS**, *Fils familier, franc, legitime*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

\* **FILIUS FAMILIARIS**, qui adhuc sub tutela paterna est. Lit. remiss. ann. 1443. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 297: *Girauld Courtes, Filz familier de Guilaume Courtes de la ville de Riom, etc.*

**FILIUS GEORGI**. Gesta Francor. expugnant. Hierusalem sub finem:

Rodbertus Flandrensis, probus Miles, inclitus, A Turcis appellatur Georgii Filius.

Gualterus Terwan. in Vita sancti Caroli Comitis Flandr. de eodem Roberto cap. 5: *Ob invincibilem animi constantiam, ab ipsis quoque Arabibus ac Turcis Filius Georgii scribitur appellatus.*

Porro Arabes Robertum Flandrensem appellarunt *Filium Georgii*, non quod a S. Georgio genus traxisse existimarent, sed quod ipsum esse S. Georgium Militem incluyit, et apud Græcos eo nomine celeberrimum, existimarent. Nam Arabes, ut et Syri, *Filium hominis*, pro homine, *Filium iniquitatis*, pro iniquo dicebant, ut observat Abrahamus Eschellensis in Hist. Arab. cap. 1. pag. 150. Vide, quæ de S. Georgio observat Seldenus in Titulis honorariis. Nos etiam quædam ad Joinvill.

† **FILIUS GIEZI**, Leprosus, sic dictus, quod Giezi a Deo lepra percussus fuit, uti narratur 4. Reg. 5. Georgius Christian. tom. 1. Rerum Mogunt. pag. 14. ex decima de S. Aureo lectione: *Prima istius urbis mœnia in campestri loco spatioso, ubi nunc est domus Filiorum Giezi, i. Leprosorum.*

**FILII HERNAUDI**, per contumeliam appellati a *Pullanis*, milites Christiani, qui ad Terræ sanctæ tuitionem, relicta ultro patria, et pro christo exulantes, properabant, *tantum fatui et idiotæ*, uti narrat Jacobus de Vitriaco lib. 1. Hist. Hierosol. cap. 72. et Sanutus lib. 3. part. 8. cap. 2. et 5. Statuta Ordinis Hieros. tit. 19. de Verbor. signific. § 33: *Per Filios Arnaldos intelliguntur hi, qui novissime post alios, Ordinem nostrum sunt professi, quasi thrones. Quod quidem vocabulum, quod et ipsum Gallicum est, in Terra sancta frequens et commune fuit. Nam qui illic ex patribus Christianis nati erant, Polani dicebantur, qui vero in partibus citramarinis nati eo veniebant, ab eis Filii Arnaldi vocabantur. Otto Morena in Hist. Rerum Laudensium pag. 46: *Erat autem ibi ad illam obsidionem (Cremæ) quædam magna societas solummodo pauperum et egenorum insimul congregata, qui derisione Filii Arnaldi appellabantur, etc.* De *Pullanis* agimus in hac voce. [\*<sup>2</sup> Vide supra *Arnaldus*.]*

\* **FILIUS HOMINIS**, Rusticus, qui agrum colit. Charta Guill. Cenoman. episc. ex Tabul. Major. monast.: *Ita quod nec ipsi, nec hæredes eorum, aliquis miles vel burgensis, templarius vel hospitalarius, nec aliquis Filius hominis in villa vel in vineis potest facere pressorium.* In alia Charta de eadem re pro *Filius, hominis*, legitur *Agrestis*. Alibi, *Filius hominis* passim pro homine, usurpatur.

† **FILIUS LEGALIS**, Legitimus, secundam leges natus. Chartul. Celsinian. ch. 286: *Cedo ad supradictum locum in tali tenore, ut si Filium legalem habuerit teneat et possideat, et post obitum suum remaneat ad locum jam supradictum; et*

si *Filium Legalem non habuero, remaneat S. Petro, sine ullo contradicente.*

\* **FILIUS MAJOR**, Titulus honorarius apud Catharos seu Manichæos ministrorum, qui veluti episcoporum vicarii erant. Examen testium ann. 1288. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 121: *Recepit manuum impositionem in Verona in domo Catharorum..... a domino Alberto episcopo sectæ de Bagnolo, et a domino Michael, qui est Filius major in ipsa secta, et ab ipso eodem Albertino, qui et ipse erat Filius major et visitator eorum in dicta secta in Lombardia.*

† **FILIUS MARITALIS**, Mariti Filius, naturalis et legitimus, ex legitimo thoro procreatus. Testamentum Armandi d'Alegre ann. 1263. in Chartario Casæ-Dei: *In primis Hugonetum Filium meum legitimum et Maritalem instituo in hæredem.* Timeo ne legendum sit *naturalem*; tritissima quippe hæc locutio, *Filius naturalis et legitimus.* Vide Rymerum tom. 8. pag. 177.

\* **FILIUS MATERIALIS**, Ex illegitimo thoro a patre procreatus, spurius. Stat. ant. Florent. lib. 1. cap. 3. ex Cod. reg. 4621. fol. 13. rº: *Nec ducet aliquis officialis forensis, aut aliquo modo retinebit in palatio aut domo suæ habitations.... aliquem Filium suum legitimum, materiam vel naturalem.... in numero.... suorum officialium vel familiarum.* Ibid. lib. 5. cap. 33: *Ordinatum est quod omnes et singuli legitimi et Materiales, sive Materiales tantum sive qui vulgo bastardi appellantur, etc.*

† **FILIUS MATRIS SUÆ**, Spurius. Mabil. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 491. laudat Instrumentum anni 1111. quod subscribunt *Herluinus pædagogus Ludovici Regis filii, Gatterius Filius Matris suæ.*

\* Exstat Charta hic laudata in Chartul. Maurign. num. 90. ubi inscribitur ann. 1192. *Filz de liscè nuncupatur, in Lit. remiss. ann. 1354. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 181. Mauvais filz, in aliis ann. 1442. ex Reg. 176. ch. 265: Guillaume Glacon dist au suppliant: Tu es un très mauvais Filz, qui vault autant selon la coustume du pais, tu es un très mauvais fils de putain.*

**FILIUS S. PETRI** dicuntur potissimum Imperatores ac Principes, qui Sedi Apostolicæ venerationem quamdam peculiararem impendunt, qualem filii patribus: quod pluribus observavit Nicolaus Alemannus in Dissertat. de Lateranensib. parietinis cap. 11. Domnizo lib. 2. de Vita Mathild. cap. 18:

*Filius esse Petri si vult Rex, atque fidalis.*

**FILIA PETRI**, Dicta Mathildis Comitissa, Bonifacii Ducis relicta vidua, Gregorio VII. PP. lib. 1. Epist. 11. lib. 2. Epist. 9. et Domnizoni lib. 2. non semel. Idem cap. 3:

*... Pacem putat esse futuram  
Filiolæ Petri, Christi famulæque fidei.*

Rangerius Episcopus Lucensis de eadem:

*Filiolæ Petri violæ post illa dentur.*

Post Chartam ejusdem Mathildis, quæ describitur a Dominico in Assertore Gallico cap. 9. habentur in originali hæc verba: *P. Episcopus servus servorum Dei Verdunensis Ecclesiæ dilectis fratribus sal. et Apostolicam benedictionem. Quod Comitissa Mathildis dilecta Filia B. Petri Verdunensi Ecclesiæ sponte dedit, nos in illud hoc nostro scripto assensum*

*præbuimus, ac proprio sigillo designari jussimus. Ex Schedis Peirescianis. Vide Filius Ecclesiæ.*

**FILIUS PŒNITENTIALIS**, dicitur Sacerdotis, a quo *pœnitentiam* quis accepit, seu cui confessus est peccata sua, qui *Pater spiritualis*, seu *πνευματικός*; vulgo appellatur. Concilium Sarisberienense ann. 1217. cap. 9: *Et cum peccans Sacerdos peccare faciat populum Dei, maxime a Filia sua spirituali et Pœnitentia se absteineat, et ab omnibus, quibus dispensaverit Ecclesiastica sacramenta: sciens, quod in detestationem tanti peccati secundum Canones et SS. Patrum statuta, 15. anni debentur, et postea detrusio in Monasterio.* Constitutiones Synodales Episcopi anonymi ann. 1237. tom. 2. Concil. Angl.: *Maxime autem a Filia sua Pœnitentia se contineat, etc.*

**FILIUS SPIRITUALIS**, Eadem notione. Concil. Dalmaticum ann. 1199. cap. 4: *Districius inhihemus, ne aliquis Sacerdos filii sui vel Filie Spirituales privatam confessionem alicui revelare præsumat.* Alias

**FILIUS SPIRITUALIS** ejus dicitur, a quo in baptismo exceptus est. Inscriptio Christiana apud Seldenum ad Marmora Arundel: *ΙΩΑΝΝΗC ΠΟΥΦΙΝΟΥ ΟΜΥΡΝΑΙΟC CΥΜΒΟΛΑΙΟΓΡ... ΔΡΗΘΕΑΜΗ ΤΟΚΗΜΙΟΝ ΤΟΥΤΟ ΘΕΟΛΟΓΩ ΤΩ ΕΜΩ ΓΝΕΚΤΟΝΩ + ΚΑΙ ΙΝΕΥΜΑΤΙΚΩ + ΥΙΩ [Vide Filioles.]*

**FILIUS SPIRITUALIS**, Adoptatus. Vetus Scheda apud Baluzium in Append. ad Capitul. num. 88: *Avunculo, qui eum in Spirituali Filii vicem susceperat.* Vide Adoptio, et Oct. Ferrarium in *Figliol d'anima.*

**FILIUS TONITRUI**, dictus S. Joannes Evangelista. Rupertus lib. 4. de Divin. Offic. cap. 22. de S. Joann. Evang.: *Hic Tonitrus Firmamenti, opera manuum ejus annuntians, qui verba celorum eloquentium in fines terræ fecit audiri, scilicet quod Verbum Deus, Deus absconditus, in sole posuit tabernaculum suum, etc.* Theophanes Cerameus Homil. 48: *Ὁ μεγαλόφωνος υἱὸς τῆν βροντῆς.* Vide Notas nostras ad Alexiad.

† **FILLA**, Laquei in ima Chartarum ora inserti, e quibus pendet sigillum, Gall. *Lacs.* Conventions MSS. inter Ludovicum Reg. Siciliæ et Cives Arelat. ann. 1386: *Sigillatum sigillo magnò pendente dicte domine nostre Regine et Comitisse, in cera rubea cum Fillis circi crocei et rubei.*

\* **FILLADISSERIUM**, Filum sericum crassius. Leudæ major. MSS. Carcasson.: *Item pro libra de Filla dissertio, ob Turon.* Ubi versio Gall. ann. 1544: *D'une livre de filozelle, etc.* Vide infra *Firosellum.*

\* **FILLAGNUS**. Stat. Placent. lib. 5. fol. 65. rº: *Quicumque intraverit vineam seu Fillagnos alicujus tempore uvarum, sine præsentia vel licentia illius, ad quem spectant, solvat pro introitu soldos xx. Placent.*

\* **FILLERIA**, a Gallico *Filiere*, Species trabis, qualis est illa, quæ portat canteorios in ædificiis. Comput. eccl. Paris. ann. circ. 1381. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Item xiiii. pecias pro pennis et Filleriis.* Vide *Fileria* I. et supra *Fileris.*

† **FILLIUM AQUÆ**, ut infra *Filum aquæ*, Gall. *le Fil de l'eau.* Chartular. Gemetic. tom. 1. pag. 126: *Quantum terra vestra se in longum extenditur et in latum usque ad FILLIUM aquæ.*

**FILLONES**, Nebulones, cujusmodi sunt quos nostri indero fortean *Filous* vocant: verberones. Kero Monach.: *Verbera,*

*Fillo. Verberum, Fillum, Fillonokertu.* Theodulfus Epigram. 3. in *Analectis viri eruditissimi Mabillonii tom. 1. de Bilingue:*

*Ecce nugax labiis Filo quidam certa susurrans  
Nunc joca, nunc fletus, nunc quoque turpe canit.*

Infra:

*Haud secus instabiles percurrit ellno montes  
Infestus juvenum, quos agit aula levis.*

Ratherius Veron. Episc. in Qualit. Conjectur. pag. 200: *Dicit pro eo, quod est animosus atque pauperrimus, nolit ministrum vel Capellanum habere, quem Fillonem non audet appellare.* Ekeardus junior de Casib. S. Galli cap. 5: *Ecce Ungri, Fillones illi fugitivi, nuncius me fatigant.* [Geraldus de Brie in Epistola ad Consules Albienses ann. 1421. inter Anecd. Marten. tom. 2. col. 1712: *Devotioni vestræ notum facimus per præsentem hæresiarcham et Filonem illum Johannem Carrerii, scandalum orbis, et læsæ majestatis reum, per Ecclesiam cum suis fautoribus et complicibus, justo Dei iudicio condemnatum.*] Vide Menagium in Orig. Gallic. voce *Filou*, et supra *Fello* 2. et *Filico*.

† 1. **FILLUM**, Filum, series, ordo v. g. granorum continue insertorum, Italics *Filo* et *Filza*. Litteræ Ducis Venetiarum ann. 1387. apud Rymer. tom. 7. pag. 562. col. 1: *Filla viginti tria perlarum grossarum, quæ fuerunt numero perlæ septingentæ quinquaginta septem, et unum rubinum in tabulla ligatum in auro.*

\* 2. **FILLUM**, Coursus aquæ rectus, Gall. *Le Fil de l'eau.* Sentent. arbit. ann. 1500: *Fecerant... unam arcam nemoris, quæ fecit divertere aquam a suo Fillo, etc.* Vide *Filum Aquæ.*

† **FILLO**, Vide *Fillones.*

† **FILOCAPTUS**, Amore captus, ex Græco φιλεῖν, Amare, et Latino, Capere. Fr. Marianus in Vita B. Joannis Bonvisii inter Acta SS. Maili tom. 5. pag. 102: *Cœpit ita tribulationes concupiscere et in tantum se in ipsis delectari, velut de ipsis Filocaptus, ut, etc.*

† **FILOCOPIUS**, Ameer de jactance, qui veit apparoir en ses œuvres, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Johanni de Janua, *Amator jactantiæ, qui vult ut labor suus appareat propter vanam gloriam, a copos, labor, vel ops, visio.* Sed vereor ne legendum sit *Filocompus*, a φιλόκοπος, Jactantiæ amator. Vide *Filopompus.*

† **FILOGRAMMUS**. Chartam ann. 977. subscribit Bernardus Gramaticus, elemosynarius Ermengaudi Archiep. Narbon. avunculi sui cum hocce titulo: *Bernardus Filogrammus, a Græco, ni fallor, φιλογράμματος, Litterarum studiosus.*

\* **FILONUM** inter varia ligna recensetur, in Stat. datiar. Ripen. cap. 12. fol. 5. rº: *De qualibet libra æstimationis cunjuslibet Filoni, pro exitu denarii sex.*

**FILOPARES**, ait Salmasius, res dicuntur, quæ sunt *filo parti*, id est magnitudine et figura, lineamentisque formæ plane pares: *filum* enim idem omnino quod *lineamentum*, Græcis χαρακτήρ, περιγραφή είδους. Lucretius lib 2:

*Debent nimirum non omnibus omnia prorsum  
Esse Pari Filo, similique affecta figura.*

Ita etiam *filum* usurpant Plautus et A. Gellius. Anastasius in Gregorio III. PP. pag. 72: *Quas (columnas) statuit circa Presbyterium ante Confessionem, tres a dextris, et tres a sinistris, juxta alias antiquas sex Filopares.* Ubi alii Codd. habent *philopareas*. Idem in Gregor. IV: *Albas majores numero 29. Alaban-*

dinas majores numero 20. albas modicas habens circum capitis coronam diverse Filopares. In Leone III. pag. 122: Item velum alithino rotatu habens periclysin rotas cum cancellis, et in medio crucem cum gemmis, et 4. rotas de Tyrio Filopares. In Leone IV: Gabatas de argento purissimo numero 6. tres quidem Filopares signo Christi, etc.

† **FILOPOMPUS**, Amator jactantiae. Papias in MS. Bituric. ex φιλος, Amicus, et Pompa. Vide Filocopus.

**FILOSA**. Itinerarium Greg. XI. PP. pag. 318: Via incepta obviant Pontifici histriones, cum Filosis via tractatur, etc.

\* Colus, Gall. Quenouille, Massiliensibus Filoy. Mirac. MSS. Urbani PP. V: Dum cum Filosa sua filando iret per viam, etc. Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 28. vº: Abstulit sibi certam quantitatem cibi, unam Filozam, unum capellum, etc.

\* **FILOTUM**, f. pro Filatum, Congeries seu fasciculus florum. Chartul. S. Dion. Exoldun.: Ita dicimus de quadrigis et equis portantibus telas, Filotum, lanam, etc.

\* **FILOZA**. Vide supra Filasa.

**FILTORTUS**. In Lege Salica titulus 44. sic concipitur in Edit. Heroldi, de Filortis, qui Lege Salica vivunt. In Edit. Tilliana, de Filortis, hoc est, qualiter homo furatus res interitare debet. Ubi Wendelinus Filortos dicit ait, pro Filortos, lingua Flandrica *Vlietaert*, id est, Fugitivos. Est ergo, illo auctore, Filortus hoc loco, qui vel fugit, vel de fuga est suspectus, vel cui absentia ac tanquam fugitivo furtum videtur imputandum.

Perobscuram hanc vocem, quam neque Wendelinus neque alii Commentatores assecuti sunt, interpretari tentavit Eruditus Eccardus in notis ad Legem Salicam tit. 50. haud infelici, ut videtur, conatu. Agitur quippe in eo articulo quomodo quis crimen furci aut damni vel violentiae alteri factae a se removere possit. Violentia autem, vis, damnum, injuria et injustitia quaecumque medii aevi Scriptoribus *tortus* vel *tortum* vocatur. Hinc vocem compositam esse putat ex *fil* vel *fel*, a Germ. *Fehlen*, Falli, errare, et Latino barb. *Tortus*, Gall. *Tort*: adeo ut *Filtortus* vel *Feltortus*, ut habet Guelferbytanus codex, sit Falsa injuria, vel etiam Falso injuriatus, aut cui falso crimen latrocinii imputatum est. Simplicius Schilterus in Gloss. Teuton. *Filtorta* exponit Res intertatas, a verbo *Filen*, Commendare, et *Terte*, Tertius. Porro ibi sermo fit de rebus apud alterum inventis quae tertio commendari debent. Judicent horum idiomatum peritiores.

\* **FILTRARE**, Filtrum seu lanam coactam operari. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Filtrare, feutrer*. Vide *Feltrum*.

† **FILTRUM**, Filtronium, Filtur, etc. Vide *Feltrum*.

† **FILVA**, Species navigii minoris, idem, ut conjuncto, quod Italis *Filucca*, Nostris *Felouque*, Phaselus. Nicolaus Specialis de Rebus Siculis lib. 7. cap. 17: *Ut ipsos defensores urbis in multarum partium defensione distraherent, quo debilitatam urbem viris bellatoribus facilius superarent, cathenam quae portum urbis concluderat, praemissis portenis, quas vulgo alii Filvas, alii Copas vocant, magnisque navibus succedentibus infringere conabantur.*

\* **FILUM**, Recta linea, rectus ordo, Ital. *Filo*, nostris *Fil*. Mabill. tom. 2.

Mus. Ital. pag. 168: *Archidiaconus cum aliis diaconibus et subdiaconibus ordinati stant juxta altare in duobus Filis*. Rursum pag. 227: *Prior diaconus cardinalis cum diaconis, subdiaconis, scrinariis et judicibus, descendit ante altare et facit duas acies seu Fila, unam ex una parte, et unam ex reliqua equaliter dividendo.*

\* **FILUM**, Taniola, in arte heraldica. Lit. Caroli VI. ann. 1386. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 91: *Scutum coloris sereni caeli sive asuris, cum benda ejusdem coloris liliorum flosculis auri rutilantis seminata, cum duobus Filis sive tractis argenti.*

\* **FILUM**, OPUS FILLI, Gall. *Ouvrage à filets*. Inventar. MS. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unum alium flasconem de argento deauratum, cum pede quadro et circulis laboratis de opera Fili.*

**FILUM** AQUAE, Cursus aquae rectus: Gallis *le Fil de l'eau*. *Filum* aquae, seu medium aquae, in Statutis Alexandri II. Regis Scotiae cap. 16. § 1. Charta Joannae Comitissae Flandr. ann. 1230. pro Marquetou Monasterio apud Buzelinum lib. 2. Gallo Flandr. cap. 30: *Usque ad Filum aquae, per quod navigium ducitur*. Occurrit etiam apud Bractonem lib. 4. tr. 1. cap. 23. § 4. et in Consuetud. de Menotou sur Cher, art. 21. et Burbonensi art. 341. *Secunda aqua navigare, in Annalibus Eginhardi ann. 826.*

**FILUM** SALINAE. Bulla Alexandri IV. PP. ann. 1255. apud Ughellum tom. 1. pag. 68: *Unam pedicam terrae et dimidiam de Anserano, unum Filum Salinae in pedica sanctae Aureae, et tres Filos Salinae in pedica ultra Tiberim*. Adde pag. 125. 136. 137. 140. Charta Benedicti PP. apud eundem Ughellum tom. 1. pag. 136. 143: *Et Filum Salinae in integrum situm in 7. Filas. Item ei Baccanensi et in Genucula Fila novem, omnia Fila Salinarum, quae ad vestrum Episcopium pertinere noscuntur*. Ibidem: *Per fossatum ipsius vallis pergit a pede Fila Salinarum, concludente totum campum usque in pedicam, quae vocatur Viscoti, et Piscina Galliarda concludente ipsam pedicam, quae sunt Fila 30. et pergente juxta Fila, quae stant, etc.* [Greg. Monachus in Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 524: *Item Guinisius Negotians et Saxa jugalis ejus dederunt Filum Salinae in pedica veteri*. Ibid. col. 421: *In portu Ostiae tenet Stephanus Presbyteri terram et vineas et Fila in Salinae et in Collinae similiter.*]

† **FILUM** DIRECTUM, Recta linea, rectus ordo, Gall. *Droite ligne*. Charta Thossiac. ann. 1451. signata Bonnet: *Quandam domum cum curtili de retro, prout se extendit tendendo Directo Filo a dicto curtili ad corserias villae Thossiac.*

**FILUM** DE PALLIO PROJICERE, in argumentum remissionis injuriae. Eigil in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis cap. 18. de Pipino Rege: *Tollensque manu sua de pallio suo Filum, projecit in terram, et dicit: Ecce in testimonium perfectae remissionis Filum de pallio meo projicio in terram, ut cunctis pateat, quod pristina deinceps annulletur inimicitia*. Vide *Vestire*.

† **FILUM** DE PATERNOSTRIS, Series sacrorum globulorum, vulgo *Chapelet*, in Histor. Delphin. tom. 2. pag. 275.

\* **FILX**, Filix, Gall. *Fougere*. Chartul. S. Dion. Exoldun.: *Si autem aliquis equus portaverit Filces super dictum baat, debet sex denarios.*

\* **FILZA**, vox Italica, quae res quaslibet transmissio filo sibi mutuo coherentes significat. *Filza corallorum seu am-*

*brarum*, in Mirac. S. Rosae tom. 2. Sept. pag. 446. col. 2. globulos precatórios ex corallio vel succino indicat. Charta ann. 1306. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. aevi col. 743: *Spoliatus et derobatus... de decem Filzis de Paternostris*. Vide *Terzolla*. Hinc

\* **FILZATA**, Panni species, ex transmissis filis contexta. Stat. pro pannific. Astæ pag. 83. rº: *Quod nullus possit facere Filzatas, nisi habeant filum tortum in duabus filis.*

† **FIMARE**, Stercorare, Fimo pinguefacere, Gall. *Fumer*. Charta Roberti Abbat. Corbeiensis in Archivio ejusdem. Monast.: *Terras quoque quas Fimaverat, in quibus agriculturam clamabat, concessimus ei.*

† **FIMATURA**, Stercoratio, ibidem: *Donec Fimaturam suam pro rusticana consuetudine recepisset*. Id est, donec collegisset fructus e terris recens stercoreatis.

† **FIMARIUS** CURRUS, Quo Fimus exportatur, Lamberto Ardensi, apud Ludewig. tom. 8. pag. 600. ubi legendum *Curris Fimarius pro Curtis Fimarius*. Gl. Lat. Gall. Sangerm.: *Fimarius, Fienteur, c'est qui porte fens. Bos vel equus qui portat fimum*. J. de Janua.

**FIMARIUM**, Fimetum, locus ubi reponitur fimus quo agri stercoreantur, in Statutis Davidis II. Regis Scotiae cap. 15: *Si aliquis injuste et contra legem alterius canem interfecerit, vigilabit et custodiet ejus Fimarium*. [Houard. *Fimarium*.] post annum et diem. Gall. *Fumier*. Charta ann. 1254. in M. Pastoralis Ecclesiae Paris. lib. 9. Ch. 45: *Necnon Fimarium, paleam, et stramina existentia in porprisio predicto, etc.* Will. Guiart. in Hist. Franc. MS. ann. 1304:

S'en vent vers Vendine à grantes routes,  
Par blancs chemins, et par Femiers.

\* **FIMARIUS**, Eadem notione. Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 149. rº: *Similiter habet justitiam de Fimariis eodem in hominibus illis, quorum Fimarias invenerit in chemino*. Vide *Fimare*.

\* **FIMARIUS** LECTUS, Feretrum, in quo defunctorum cadavera efferuntur tumulanda. Testam. ann. 1325. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 293: *De quibus sexaginta solidis Turon. accipio pro lecto meo Fimario decem solidos Turonenses*. Sed legendum procul dubio, *Funerario*. Vide infra *Lectus* 1.

\* **FIMBREE**, [Fimbriae: « Unus faxolus cum Fimbreis aureis. (Inv. Calixt. III, ann. 1458, in archiv. Vaticano.) »]

**FIMBRIÆ**, Pallæ, quibus Sanctorum sepulcra tegebantur. Gregorius Turon. lib. 7. cap. 22: *Illud inter jurgia exprobrans, quod eum velim a sancti Antistitis Fimbriis separare.*

\* **FIMBRIÆ**, Acu pingere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 4120: *Fimbriare, Brodeir*.

\* **FIMBRIATUM**, Fimetum, ut videtur, seu locus ubi reponitur fimus, a Gallico *Fambray* et *Fembroy*, fimus. Vide supra *Esfelcorare* et *Fiens* 1. Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Fimbriatum, Gall. Funchide*.

**FIMBRINA**, nude, in Gloss. Arabico-Lat. et mox: *Fimbri, Bombyx*. Sed vide tur legendum, *Fibrina*, et *Fibri*. Vide *Bever*.

**FIMELLA**, vel FEMELLA, Ferrum Januæ affixum, per quod circillum ei insertum ducitur, ut ad ejus strepitum janitor fores aperiat, Occitanis *Fimelle*. Gloss. S. Benedicti cap. de ferramentis



pag. 170 : *Femella*, ἀμφίπους. Regula Magistri cap. 95 : *Quæ Regia Monasterii aforis circellum habeat ferreum in Femella, quo ab adventante concusso, cuiuslibet supervenientia intus indicetur adventus.*

† **FIMELLUS**, Privilegium Wifredi pro Monasterio Rivipullensi, inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 165. col. 2 : *De alio vera latere descendit de monte super Fimellos et pervenit per torrentem, qui est ultra villa Jordanos, et infundit in Fezer.*

† **FIMENA**, pro *Femina*, in Præcepto Chlotharii III. tom. 1. Annal. Benedict. pag. 694. col. 1.

\* **FIMETON**, [Aurum. DIBF.]

**FIMITIUM**, Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 256 : *Percipit Prior 4. acras frumenti, et 4. avenæ, in culturis, post Fimitium, ex liberatione servientis. Ubi Editor ad marg. Lege, femisicium. Verum non secatur fenum in culturis ; sed bladum, aut avena in iis seritur. Proinde malim Fimitium tempus esse, quo agri simantur.*

**FIMORARE**, *Fimare, Fumer.* Fleta lib. 2. cap. 76. § 8 : *Terra sabulosa fimo puro non Fimoretur.*

† **FIMORATIUM**, Fimetum, locus ubi fimus aliaque stercora projiciuntur. Statuta Massil. lib. 1. cap. 59 : *Statuimus ut si aliqua persona patium habet vel habeat infra Massiliam alicubi, ubi fit vel fiet Fimoratum quod illa persona cuius patium est, ita claudere, et alte teneatur ne ibi fiat vel possit fieri Fimoratum vel fimus, aut scobilla aliquatenus projici.* Ibid. lib. 2. cap. 41 : *Totum aliud lutum quod exibat de prædictis operatoris projiciant seu projici faciant in suis Fimoratis, Vide in Fimare.*

\* **FINA**, Charta ann. 770. apud Meichelbec. tom. 1. Hist. Frising. pag. 69 : *Tradidi casas, curtes, pratas, pascuam, aquas earum (l. aquarum) decursos, territorium, Finas, silvas, saltores, planities, vel quicquid jure possidere videbamur.* An pro *Fines* ? Vide *Finis* 4.

† **FINABILITER**, Omnino, prorsus. Instrum. ann. 1225. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 879 : *In quibusque Dominicis nostris liberi sint, quiti et immunes Finabiliter ab omnibus peagiis et consuetudinibus.* Occurrit rursus apud Th. Madoc Formul. Anglic. pag. 38.

† **FINACIO**, Compositio de certa pecuniæ summa persolvenda ; vel a voce *Finis* interdum ejusdem significationis, vel a Germanico *Finantz*, Usura, fenus : quia pro fenore componi solet. Hinc nostrum *Finance*. Tabularium Calense pag. 117 : *De Finacione forimariagii Johannis de Belloto in Bria... Item asseruit, quod ipse Johannes duxit in uxorem Petronillam filiam Gilleberti de Docies feminam de corpore Monasterii S. Faronis Meldensis, et non de Kala, propter quod idem Johannes Finavit cum fratre Richardo Procuratore generali ipsius Monasterii de Kala... ad VII. lib. et II. sol. Turon. et ad IV. sextarios avenæ bonæ et venalis.* Vide *Financia* et *Finare*.

\* **FINADAGIUM**, Præstationis species, forte illa, quæ ob immunitates intra certos fines concessas persolvitur. Charta ann. 1340. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 178 : *Item partem octavam pro indiviso Finadagii dictæ villæ, quæ octava pars ascendit ad unam eminam avenæ.* Vide mox

\* 1. **FINAGIUM**, Eodem significatu. Charta Hervæ de Rotis milit. ann. 1239. ex Chartul. S. Ymerii fol. 98 : *Relaxavi pro salute animæ meæ et antecessorum*

*hominibus meis de Rotis Finagium, quod mihi faciebant.* Vide *Finis* 4.

2. **FINAGIUM**, Confinium, finis ac limes agri, ex Gallico *Finage*, in Consuetud. Meledunensi art. 302. Senonensi art. 145. Trecenti art. 169. et aliis. Utitur Joann. Eremita lib. 2. de Vita S. Bernardi cap. 12. [Charta Theobaldi Comit. Campaniæ ann. 1253 : *In redditibus sive proventibus, feodis et rebus aliis, quæ ipsi in dictis villis et in Finagiis eorumdem habent.* Charta fundationis Marciliaci anni 1239. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 100 : *Concesserunt... omnes terras quas tenent ad carrucam suam et Finagium de Marciliaco. Item prata quæ habent in Finagio de Marciliaco.* Occurrit rursus apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 275. Marten. tom. 1. Ampl. Collect. col. 1091. in Chartulario B. M. de Accincto pag. 44. et 52. in Chartulario S. Quintini in Insula pag. 170. etc.]

1. **FINALIS**, Vetus Charta ann. 936. apud Catellum lib. 1. Hist. Comitum Tolosæ pag. 89 : *Cum silvis et forestis, et cum omnibus Finalibus et mercariis, et sirnumjugiis, etc.* Forte *finalibus*, id est, viris feodalibus, vassallis : nam et *feum* pro *feum*, occurrit.

† 2. **FINALIS**, Neuma. Ordinar. Argent. ann. 1364. apud Marten. de Divin. Offic. pag. 508 : *Graduale et Alleluia cum suis versibus ad Vesperas per hanc hebdomadam pleniter sicut ad Missam cantantur, sed Finales prætermittuntur.*

\* **FINALIS DIES**, Quo controversia vel questio definiri debet, ultra quem non datur dilatio. Charta Herman. episc. Herbiopol. ann. 1233 : *Asserens Finalem sibi diem ad causæ determinationem a nostro sculteto in Ebern, coram quo utique lis præsens contestata fuerat, non præsum.* [?? Vide Haltaus. Glossar. German. voce *Endhaft*, col. 315.]

† **FINALIS JUSTITIA**, Judicium, quo lis finitur. Charta Alb. Magdeburg. archiep. ann. 1216. tom. 1. Corp. diplom. pag. 157 : *Et de bonis ipsorum, quæ in sua habeat marchio waranda, Finalem faciet justitiam secundum jus fidelium suorum.*

† 1. **FINALITER**, Demum, tandem, crebro occurrit, sed improbat Vossius de Vit. Ling. Lat. 4. 32.

\* Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 62. v. : *Finaliter invitavit me ad prandium, quod sibi multum deprecatus annui. Finablement, in Lit. remiss. ann. 1839. ex Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 17.*

\* 2. **FINALITER**, Perpetuo usque ad finem. Charta ann. 1213. in Reg. 3. Armor. gener. part. 2. pag. IV : *Pro autem hac participatione bona fide Finaliter tenenda, dedit michi sæpe dictus Johannes decem libras Turonenses.*

\* **FINAMENTUM**, Finis. Charta super negotio marcharum in regnis Franc. et Aragon. ann. 1406. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 923 : *In conclusione, Finamento et decisione negotiorum marcharum hujusmodi, etc.*

1. **FINANCIA**, Præstatio pecuniaria. [Gall. *Finance*.] Vetus Charta in Historia Episcoporum Lodovensium pag. 106 : *Absque omni exactione tollæ, quæstæ, talliæ, guaccæ, et Financie.* [Financia pecuniaria, in Litteris Johannis Reg. Franc. ann. 1358.] Occurrit præterea in Charta anni 1305. in Hist. Vastinensi pag. 313. [apud D. de Lauriere t. 1. Ordinat. Regum Franc. p. 905. r. Rymeurum tom. 8. pag. 211. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 968. in Legibus

Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. 1.] et alibi sæpe. Vide *Finis* 2. et *Finacio*.

\* 2. **FINANCIA**, Pecunia ; quo sensu etiam *Financia* dicimus. Mirac. MSS. Urbani PP. V. : *Petebant eidem Johanni Financiam in summa ducentorum auri francorum, quam quidem Financiam, neque minorem, ullatenus solvere posset.*

† **FINANCIO**, Eadem notione, apud D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. Regum Franc. pag. 304. 2. col. 2.

\* **FINANHA**, Pars quædam domus rusticæ. *Turris cum Finanha et crota*, in Recognit. burgi S. Andeoli. Vide *Crota* 3.

† 1. **FINARE**, *Financiam* præstare ; Componere, præsertim de certa pecuniæ summa exsolvenda. Instructio Philippi IV. Franc. Reg. pro *Financiis* recipiendis ann. 1302. apud D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. pag. 351 : *Non enim intentionis nostræ existit, quod illi qui in mobilibus et hereditariis valorem ducentarum librarum Turon. non habent, ad Finandum cogantur.* Litteræ ejusd. Regis ad Episcopum Albiensem ann. 1303. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1338 : *De veniendo, vel mittendo hac vice in nostrum Flandrensem exercitum, vel Finando, aut præstando subventionem aliam pro eodem excusati penitus et immunes nihilominus habeantur.* Præceptum Philippi VI. tom. 2. Ordinat. pag. 25 : *Cum nos audita supplicatione dilectorum nostrorum Capituli et Capellanorum Ecclesiæ Attrebatensis dicentium, quod vos ipsos compellat ad Finandum vobiscum de et super quibusdam rebus, etc.* Instrumentum anni 1234. ex Archivis Majoris Monasterii : *Conventio fuit inter Gaufridum Priorem de Donge et Creisson et Bonostru de Guerrandia Judæos, quam Finaverunt taliter, quod dictus Prior et res Prioratus remanserunt liberæ ab omnibus debitis prædictorum Judæorum.* Præceptum S. Ludovici anni circiter 1235. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum Usu ad calcem pag. xxxiv : *Ordinatum fuit ad revelationem malarum consuetudinum, quod de patre ad filium, vel alio modo, quando relevare convenierit ; nisi Finator possit Finare cum domino suo, dominus tenebit domanium suum per annum, si ibi sit terra arabilis, quæ culta sit.* Tabular. Calense pag. 65. ann. 1262 : *De quo quidem racheto dicti Galterus et Agnes ejus uxor recognoverunt coram nobis se Finasse cum dicta Abbatissa.* Chartular. S. Vandregesilli tom. 2. pag. 1993. ex Instrumento anni 1277 : *Cum Abbas et Conventus S. Wandregesilli iuxta tenorem ordinationis nostræ Finaverint cum Ballivo nostro Caleti super retinendis perpetuo acquisitis per ipsos, etc.* Visitatio Prioratus de Jaligniaco per Archiepiscopum Bituric. ann. 1283. apud Stephanotium tom. 13. Fragm. Hist. MSS. pag. 258 : *Finavit Prior de Firmitate super Algerim de novem libris pro procuratore.* Et pag. 272. in Visitatione Prioratus Celsiniarum : *Finavit Prior Dambert et Prior de Chamont pro dictis procuratoribus xx. libr. iv. sol.* Charta Caroli VI. Reg. Franc. apud Menester. Hist. Lugdun. inter Instr. pag. 122 : *Per metum, aut longam detentionem carceris Finare et componere compulsi fuerunt.* Eadem notione *Finer* usurparunt nostri. Ordinat. Johannis Fr. Reg. ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 30 : *Il a convenu que plusieurs ayent Finé.* Ibid. pag. 266 : *Nous ne pouvons bonnement Finer, se n'estoit par le domaine et re-*

venue du prouffilt et emolument des monnoyes.

† FINATOR, qui *Financiam* debet ratione relevii. Vide *Finare*.

† FINATIO, Eadem notione qua *Financia*. Instrum. ann. 1277. in Chartulario S. Vandreg. pag. 1993: *Cum Abbas et Conventus S. Wandregesilli..... Finaverint cum Ballivo nostro Rothomag. Finationem hujusmodi pro nobis recipiente super, etc.* Edictum Philippi cognomento Audacis Regis Fr. ann. 1274. apud D. de Lauriere tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 435: *Dicerent etiam eos jus non habere exigendi a tabernariis denarios qui Finationes Celariorum nuncupantur.* Vide *Finis* 1.

\* 2. FINARE, *Financiam* seu præstationem pecuniariam exigere. Charta Petri abb. S. Remig. Rem. ann. 1212. in Chartul. Campan. ex Bibl. reg. fol. 23. r.: *Præpositus comitissæ mortuum manum vel forismaritagium Finare vel levare non poterit, sine præposito S. Remigii de Cortisor.* Quod tamen de compositione hujusmodi præstationis posset intelligi. Aliud sonat *Finer*, Reperire scilicet, in Lit. remiss. ann. 1890. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 192: *Bonnebouche et Marot s'enfuirent tous deux pour doute de justice, et allerent chacun querir mire, pour faire appareiller leurs blessures. Ils n'en peurent Finer que trois jours après.* *Finé* vero, Qui extra patriæ fines exire cogitur. Lit. ann. 1874. tom. 6. Ordinat. reg. Franc. pag. 79: *Senz estre du tout dehors et Finetz du pais, ils ne pourroient supporter les prises de leurs voitures, blez, vins, etc.*

FINCARE, Eximius Petri Salanova Justitia Aragonum, apud Blancam in Comment. Rer. Arag. pag. 332: *Et si contra tria prædicta fecerint, Fincant pro talibus, quales esse debent secundum consuetudinem Hispaniæ.* Videtur legendum *fineant*, vel *finiant*, hoc est, solvant. Vide *Finis*. [Nihil emendatione opus, ut videtur; nam *Finca* Hispanis est certa pecuniæ summa: unde *Finicare* pro solvere, dixerunt.] Nisi idem sit quod

FINCHARE, in Charta Adelphonsi Regis Aragonum pro Cæsaraugustanis, apud Mich. de Molino pag. 265. et Blancam pag. 640: *Dono vobis fueros bonos, quales vos mihi demandastis, quomodo habent illos bonos infançones de Aragon, quod bene populetis et Finchetis ibi.*

\* Unum idemque sonant *Fincare* et *Finchare*, nimirum Manere, esse, ab Hispan. *Fincar* voce obsoleta. Vide Dictionar. Academ. Hispan. in hoc vocabulo.

FINCTUS, Synodus Romana II. sub Silvestro can. 13: *Testimonium Clerici adversus laicum non admitti, Finctus est enim.* Ita utraque Editio. Forte sanctus.

☞ Glossæ Isid.: *Finctus fuerit, Apicem obtinuit dignitatis, dicitur Fluminialis.* Sic et Excerpta, nisi quod pro *obtinuit* in illis scribitur *obtinere*. Pro *Fluminialis* legendum *Flamen dialis*, siquæ hic locus est constituendus: *Finctus fuit, Apicem dignitatis obtinuit, dicitur Flamen dialis.* *Finctus* est pro *Vinctus*. *Vincti* autem dicuntur Flamines diales, quia semper erant velato capite, illudque habebant cinctum filo. De his Virgilius:

Velati lino et verbenis tempora vincti.

An ab hujusmodi flaminibus Clerici

dicti sunt *Fincti* seu *vincti* in laudata Synodo Romana?

\* FINDALIS, f. pro *Feudalis*. Charta ann. 1178. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 196: *Omnia mea bona feudo vel fundo, quæ habeo, vel habere debeo in findo (f. feudo) quod de Bas de Salios, et hoc in perpetuum; retineo tamen mihi Findales corroatas.* Vide in *Feudum*.

\* FINDIL, Testam. reginæ Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 33: *Item sorori meæ domnæ Constantiæ mando speculum meum Findil, de melioribus quæ vidi.* An speculum plicatile, Gall. *Pliable*, quo mulieres præsertim utuntur, a Lat. *Findere*, Gall. *Diviser*, *séparer*, Hisp. *Hender*, unde *Hendido*, *fixus*.

† FINETENUS, Omnino, perpetuo. Zacharias PP. Epist. ad Bonifacium Episc. tom. 3. Concil.: *Sed auxiliante Deo, illud, quod prædicamus, Finetenus observandum censemus.*

FINGA, vel FINGIA, quoddam genus *stiniarum villosum comis et armis prominentibus, docile ad feritatis oblivionem.* Ugutio a *Fingere* deducit. Galli *Singe* vocant. [☞ *Lege Spingia*, ex Isidor. Origin. lib. 12. cap. 2. sect. 32. ubi *Arev* habet. *Sphinges*, alii *Singæ*.]

† FINGENDI. Vide *Fegangi*.

\* FINGERE SE, Levi seu molli brachio agere, labori parcere, nostris etiam se *Faindre*, se *ménager*. Lit. remiss. ann. 1852. in Reg. 81. Chartoph. reg. 293: *Cum dictus bajulus videret quod non Fingebant se et quod ipsum volebant interficere, posuit se ad defensionem.* Lit. ann. 1889. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 27: *En ouvrant à journées, ils se Faignent et espargent.*

FINGIA, Dicitur quoddam genus panis, qui *farinulam modicam accipit et frumentum modicum, et habet humectationis plus quam omnis panis, unde et Fingix nomen accepit propter humorem et candorem.* Ugutio. [Vide *Finga*.]

\* FINGIBILIS. [Qui fingi potest. *Cæl. Aurel. 1. Tard. 4. n. 104.* Aurium tinnitum, vel præ oculis scintillarum *Fingibilis* visus.]

FINIABILIS, *Terminabilis, extremus*, in Notis Isonis Magistri pag. 837.

FINICULUM, Charta Aldrici Episcopi Cenoman. in ejus Vita num. 81: *Et de vino optimo modios 4. et insuper portionem de Finiculo modium unum.* Legendum forte *viniculo*, ut opponatur *vino optimo*.

\* FINILES LAPIDES, Terminales, qui vice termini positi sunt, in Charta ann. 1265. ex Reg. S. Ludov. fol. 22. vº. in Chartoph. reg.

† FINIRE. Vide mox in *Finis*.

1. FINIS, est Judicialis illa transactio, qua quis ad majorem facti auctoritatem coram Justitiariis Reges terras vel teneamentum ad alium transfert, et eorum subscriptionibus firmat. Bractoni lib. 5. tract. 5. cap. 28: *Finis ideo dicitur finalis concordia, quia imponit finem litibus, et est exceptio peremptoria.* Glanvilla lib. 8. cap. 1: *Finis est amicabile compositio, et finalis concordia ex consensu et licentia Domini Regis, vel ejus Justitiariorum.* Vide eund. cap. 3. Brompton. pag. 1103. Cowellum lib. 1. tit. 21. lib. 2. tit. 13. Skenæum de Verbor. significat. et Spelmannum in *Freda*, et *Finis*. *Quærela de Fine facta in Curia non observato*, pertinet ad Vicecomitem jurisdictionem, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 3. §3. [Charta Johan. Regis Angl. in Lib. nigro Scaccarii pag. 383: *Post triduum vero pœni-*

tuit illum *Finis* illius, et dixit, quod *Finem* illum tenere non potuit.] Huc spectat proverbium, quod habetur in Consuetudine Perticensi art. 61: *Quand argent fait, Finison nulle*, i. Cum deficit pecunia, nullus *Finis*, seu nulla et irrita compositio.

\* Conventio, pactum. Charta ann. 1130. inter Probat. tom. 2: Hist. Occit. col. 452: *Finem aut societatem ullam cum eo vel cum ea non habebat.*

† FINATIO, Compositio, conventio. Charta permutationis ann. 1253. et Chartular. Meld.: *De hujusmodi autem Finatione habent dicti homines litteras nostras et litteras Capituli Meldensis.*

FINEM FACERE, Componere de lite, de crimine, [vel de alia qualibet re.] Liber census et debitorum Bigoræ, fol. 14: *Descriptio concordie Sancti de Labarta, quam habuit cum domino suo Centullo Comite de Bigorra, quando se in captivione Comitibus misit, et guerram suam Diffinivit, et Comiti dedit fidem suam, etc.* Fol. 15: *Postea Raymondus Garstias Fecit Finem cum Comite tali pacto, etc.* [Litteræ Edwardi Angl. Regis ann. 1294. apud Rymerum tom. 2. pag. 650: *Sciatis quod assignavimus vos... ad recipiendum Fines vice nostra ab Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus et ceteris viris Religiosis, personis Ecclesiasticis, Dominabus, Viduis et aliis mulieribus quibuscumque, ac etiam ab aliis, a quibus Fines hujusmodi recipiendos viderint, et qui Fines nobiscum Facere voluerint pro servitio, quod nobis debent, et facere tenentur in instanti expeditione nostri Vasconie.* Et pag. 928. in Litteris anni 1803: *Volentes tamen ipsorum Prælatorum, Religiosorum, Mulierum ac aliorum, qui ad arma minus potentes... existunt, parcere gratiose... publice proclamari facias, quod ipsi Prælati, Religiosi, Mulieres, qui servitium suum nobis debent, et Finem pro eodem servitio nobiscum Facere voluerint, veniant coram Thesaurario et Baronibus nostris... ad Faciendum Finem nobiscum pro servitio suo prædicto, et ad eundem Finem, videlicet viginti librarum pro feodo unius Militis, nobis idem in eodem crastino solvendo; alioquin quod sint ad nos cum equis et armis, etc.* Similia legere est pag. 237.] Vide Chron. Besuense pag. 688. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 53. Matth. Paris pag. 501. 586. Regiam Majestatem lib. 1. cap. 3. 27. lib. 4. cap. 18. Fletam lib. 2. cap. 7. § 3. Thom. Walsingham. pag. 180. Catellum in Hist. Comit. Tolosæ pag. 239. Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 5. n. 2. etc.

\* FINEM FACERE, Litem intentatam dimittere. Charta ann. 1128. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 446: *Facio tibi G. Montispessulani plenarium Finem sine tuo inganno. Similiter ego G. Montispessulani facio tibi comiti Bernardo plenarium Finem de omnibus querimoniis et petitionibus, quos ego adversus te B. comitem faciebam et facere aliquo modo poteram.*

FINIRE, Eadem notione, apud Roger. Hoveden. pag. 783: *Inquirendum est etiam, quæ viduæ non Finierunt pro se maritandis, et finis capiatur ad opus Domini Regis.* Brompton. pag. 1105: *Quando Rex Scotiæ cum Domino Rege Finivit.*

CAPERE FINEM vel mercedem, in Fleta lib. 2. cap. 41. § 25. 44. Inquisitiones de forisfacturis forestar. in Additam. ad Matth. Paris art. 21: *Item inquirendum est.... qui Justitiarum Finem ceperint de forestariis, ut ponerentur in ballivis suis*

forestarii, ut permitterent ipsos esse in balliva forestæ sub ipsis, ad damnum Domini Regis, etc. II, qui pactum inierunt cum forestariis, aut ab iis pecuniam acceperunt.

FINEM LEVARE et *prosequi* dicitur in jus de re aliqua vocatus, cum causæ suæ agnito defectu, a iudicibus concordandi licentiam impetrat, pactumque, quod cum actore super controversia inquit, coram eisdem iudicibus recognoscit. Ita *Finem levare* apud Anglos, idem fere est, quod apud nos, *Passer sentence de condemnation*. Statutum de finibus levatis editum ann. 27. Edw. I. cap. 1: *Quia Fines in Curia nostra levati finem litibus debent imponere, et ideo Fines vocantur, maxime cum post duellum et magnam assisam in suo casu ultionum locum finalem teneant in perpetuum, etc.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 25: *Concesserunt cuidam Richardo Comiti Gloucestræ per Finem inde Levatum..... unum messuagium, etc... similiter Nigelus de Mandevill, hoc idem fecit per Finem inde Levatum coram eisdem Justitiariis, et eodem anno, et concessit tres carrucatas terræ, etc.* Et pag. 825: *Sciendum est, quod cum Johannes de Breus pervenit ad ætatem, quidam Levatus fuit in Curia Regis inter ipsum et Reginaldum avunculum suum, per quem omnes terræ hic nominatæ remansere D. Reginaldo et hæredibus, etc.* Denique pag. 557. *Fines Levatus* dicitur esse *Finalis concordia*. Laudatur ab Edw. Cocco ad Littleton. sect. 183. Statutum de modo levandi fines. Vide Christophorum de Sancto Germano in Dial. de Fundamentis Legum Anglic. cap. 23. pag. 69.

† FINE CANONICO terminare controversiam, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 342.

FINIS, etiam dicitur pecunia Regi persoluta, pro licentia transferendi prædia: Anglis the *kynges sylver*, i. argentum Regis. Spelm. [Vide superius *Finem facere*.]

FINIS, Pacta summa pecuniæ, quæ ineundorum prædiorum causa vel domino persolvitur a native tenente, vel elocanti a conductore, olim *Gersima* dicta. Spelm.

FINIS præterea est mulcta gravior, gravioribus delictis, vel a Rege et Magistratu imposita, vel a domino manerii: Saxonibus, *Wita major*. Nam quæ levioribus impingebatur, *Wita* simpliciter, et *Americamentum* dicitur, quæ gravissimis, *Redemptio*. Cowell. lib. 4. tit. 16. § 97. et Spelman. [Finibus pro ictibus, *effusione sanguinis, etc.* apud Rymerum tom. 7. pag. 117.]

\* Gualt. Hemingf. de Gest. Eduardi III. reg. Angl. ad ann. 1340. pag. 319: *Pro hac autem concessione remisit dominus rex et condonavit omnia catalla felonum et fugitivorum, evasiones incarcerationum, Fines, exitus, forisfactiones et ameriamenta murdorum.*

FINEM HABERE. Leo Ost. lib. 3. cap. 48. (al. 50.): *Quod illi cognoscentes, et malum timentes, acceperunt consilium intra se, ut si quo modo possent, fœdus cum Henrico Imperatore componerent, dicentes: Nullum ulterius ab eo Finem habebimus, sed junctus Romanis, omnes nos de partibus illis expellet.* Phrasid Gallica: *Nous n'aurons pas de fin avec lui, id est, nulla deinceps nobis cum illo erit conventio, nisi, etc.*

FINIRE, Componere. Edictum Rotharis Regis Longobard. tit. 44. § 33. [\*\* 127.]: *Omnes vero plagæ aut feritæ... quæ evenerint per hunc tenorem, sicut*

supra decretum est, *Finiantur*, id est, componantur. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 70: *Qui pacem facit cum aliquo de vulnere vel malo, quod influxerit, distincte cum testibus et gratuita parentum ejus unanimitate Finiat, ut ei scilicet sic non requiratur ab ingenitis, etc.*

Item dimittere, quasi per compositionem. Vetus Charta apud Guichenonum in Probat. Hist. Bressensis pag. 8: *Notum..... quod Udalricus dominus de Balgiaco reddidit, et reliquit, et Finivit pro salute animæ suæ... omnes consuetudines et preditiones, etc.* Notitia ann. 1103. apud eundem in Bibl. Sebusiana Cent. 2. cap. 19: *Existimans, se posse quasdam ibi malas consuetudines exercere, quas Berardus ille in vita sua Finierat. Infra: Contestans, ne aliquis de progenie sua, quod Finierat ipse, præsumeret appetere, etc.*

DIFFINIRE, Eadem notione. Charta Bernardi Vicecomitis Carcassonæ ann. 1108: *Et solvo et Diffinio Domino Deo et sanctæ Mariæ de Grassa totum hoc, quod habeo, etc.* Vide Michaellem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. in voce *Diffinimentum*, et Observantias Regni Aragon. lib. 8. tit. de Homicidio § 12.

2. FINIS. Vita S. Sabini Episc. Canusini num. 19: *Dum Missarum solenniis a Diacono Finis ex more datur, i. dum dicitur: Ite, Missa est.*

3. FINIS, pro Domo, in leg. 20. Cod. Th. de Episc. (16, 2.)

4. FINIS, Idem quod *Terminus*, de qua voce infra, pagus, regio certis finibus limitata ac circumscripta. Chronicon Besuense pag. 523: *Vendiderunt etiam et alias suas res, sitas in Fine Vendourens, et in Fine Pontensi, et in Fine Lulessi, etc.* Pag. 516: *Quæ sunt sitæ in ipso pago, et in Fine Lucensi, seu in ipsa villa Lucio. Pag. 531: Similiter dedit in ipsa Fine jornalem unum, et in alia Fine, quæ dicitur Campanie, dedit jornales duos. Vide Formul. 37. ex Baluzianis initio, præterea Nicolaum Bergerium de Itinerib. Romanis pag. 492. Salmasium ad Hist. August. [\*\* et Guerard. Indic. Gener. ad Irminon. Polyptych.]*

\*\* FINES LIBRORUM. Sentent. de scolariis. Mogunt. ann. 1191. apud Guden. cod. Diplom. tom. 1. pag. 299: *Quicumque scolares gratis essent in pane dominorum, nichil deberent in scolis, nisi justitiam scolasticam; item immutationes, Fines Librorum et pennas. Forte Pecunia persoluta pro libris.*

† AD FINEM QUOD, Gall. *Afin que*, Ut, quo, in Legibus Palatinis Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXIII. apud Rymer. tom. 8. pag. 425. et alibi. *Ad Fines consilium celebrandi, aut pro aliis affairis, in Aresto Parlamenti Tolos. ann. 1498.*

\* AD FINES, Gall. *Afin*. Propterea ut. Charta ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 87. col. 2: *Tunicam prædictam ad Fines illam visitandi et palpanandi eisdem expertis et probis prædictis tradidit.*

\* FINITIMITAS, Extremitas, confinium. Charta Ludov. XI. ann. 1474. ex Cod. reg. 8428. 3. fol. 211. vº: *Ad regnorum Finitimitatem mediis aliquibus nusquam oppositam..... respectum habentes, etc.*

† FINITIMUS, Extremus: *Gravi morbo Finitimæ vitæ, etc.* in Vita S. Dunstani, tom. 4. Maii pag. 349.

FINITIO, Mors, qua vita finitur. Vetus Inscriptio 810: *Sane Nevia Prisca si per-*

manserit usque in diem Finitionis suæ, recipietur ibi juxta maritum suum.

\* FINITUM, Territorium certis limitibus circumscriptum. Charta ann. 1244. ex Chartul. Campan. fol. 440. col. 1: *Beatrix domina de Noa recognovit se nichil juris habere in nemore de Gauda, quod est dom. regis Navarræ, immo Finitum ei dominus rex sponte sua et ex merâ gratia concessit ei, quod, quamdiu viverit, in domo sua de Noa capiat ligna in dicto nemore.*

† FINITUS, Mortuus, vita functus. Bernard. Ordo Cluniac. part. 1. cap. 74. art. 28: *Duo majora signa non pulsantur, nisi in festivitibus quæ fiunt in cappis... et ad officium fratris qui intra Monasterium est Finitus.* Miracula S. Paulini, Julii tom. 3. pag. 272: *Cum ego fui in curia B. Alexandri, ego vidi eum Finitum, spiratum et mortuum.*

\* 1. FINIUM, Compositio inter litigantes. Pactum inter Alan. vicecom. de Rohan et ejus senescal. ann. 1255. ex Tabul. Blein.: *Item in omnibus Finiis, quæ fiunt a nobis, dictus Olivarius debet capere et habere suum servitium, scilicet de viginti solidis, duodecim denarios.* Vide supra in *Finis* 1.

\* 2. FINIUM, Pagus, regio certis finibus limitata, nostris *Fin*. Charta ann. 1260. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Tertiam partem Finii ejusdem villæ (de Joyaco). Libert. hominum de Grancey ann. 1348. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 69: Item qu'il puissent planter vignes et édifier en toute la fin de Grancey. Les fins de vostre recepte, in Lit. ann. 1351. tom. 4. Ordonat. reg. Franc. pag. 99. Vide *Finis* 4.*

\* FINOCCHIARIA. [Gall. *plat pour présenter des grains de fenouil*: « Primus cubicularius precedebat portans Finocchiarium cum pinocchiatis. (Diar. Burch. I. 124. an. 1484). »]

† FINITINIRE dicitur hirundo, in voce *Baulare*.

FINTWITA. Vide *Fyhtwita*.

FINUS, Excellenter bonus, ex Gall. *Fin*. Ital. *Fino*, pro *Finitus*, quomodo etiam *Fini* usurpamus, pro re, cui nihil addi potest, seu, ut vult Casaubonus ad Persil Sat. 5. tanquam finem ultimum assecuta. Joannes a S. Geminiano in Vita S. Finæ Virg.: *Quod excellentem vel optimum gradum bonitatis obtinet, Finum vel Finissimum vulgariter appellatur.* [Finum argentum, in Charta Galteri Archiep. Senon. ann. 1231. de controversiis Episcopis Autissiod. et Comitibus super moneta. *Aurum Finum*, apud Rymerum tom. 5. pag. 50. in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 656. ubi de B. Raymondulo Lullo, et alibi. Le Roman d'Athis MS.:

Artumides cil ne s'oublié  
De faire deul pour ses amis;  
Perithous estoit Fenis,  
Et cil l'amoit, c'est d'amour Fine.]

\* *Smaragdines finæ*, in Testam. Guill. de Meleduno archiep. Senon. ann. 1376. ex Reg. 108. Chartoph. reg. ch. 338. Stat. S. Capellæ Bitur. ann. 1407. ex Bibl. reg.: *Cappas nigras (deferent) ad modum Romanæ curiæ apertas cum camallis fulcratas, scilicet canonici de minuto vario, capellani vero et vicarii de agriculis albis, nitidis atque Finis, hyemali tempore.*

FIOLA, pro *Phiala*, Ampulla, nostris *Fiole*. Vetus Interpres Juvenal. Sat. 10: *In aurata Fiola, cum vinum coloratum acceperis, time venena.* Utitur Matth. Paris pag. 146. [Occurrit præterea in Inventario Eccl. Noviom. ann. 1419. Item usurpatur pro Instrumento musico.] Vide *Vitula*.

**FIOZA.** Libertates MSS. Salvæterræ in Ruthenis ann. 1284: *De qualibet Fioza carnis porci, quæ inventa fuerit in foro propinquiori ante Nativitatem Domini, semel in anno unum denarium (dabit).*

\* Sensus pariter mihi ignoto occurrit in Libert. forestæ de Arcis ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 182: *De una saumata ollarum, de una Fioza et de quatuor libris ceræ, unum obolum Turon.* Vide supra *Fieusa*.

\* **FIQUECTA.** Vide supra *Fichetta*.

\* **FIRA, FIRIA, Certa,** ut videtur, ligni quantitas simul collecta. Stat. Montis-reg. pag. 319: *Pro quolibet pede de Fira castanæ de longo et de largo, denarium unum cum dimidio. Item pro quolibet pede de quibuscumque Firis aliorum lignorum, tam viridorum quam siccorum, ad mensuram signatam juxta portam Berduli, denarios duos.*

† **FIRA, FIRUM.** Vide *Feræ* 3.

**FIRDEFARE,** Profectio in bellum, hostis, *cavalcata*. Vox Saxonica, ex *fird* vel *firde*, exercitus, expeditio, et *fare*, profectio: proinde idem quod *heribannum*, in Legibus Canuti Regis cap. 91. apud Brompt. et in Legibus Henrici I. Regis Angliæ cap. 10. inter delicta, quorum cognitio ad solum Regem spectant, recensetur illius, qui *burghbotam, vel brigbotam, vel Firdefare supersederit*. Id est, in expeditionem profectus non fuerit.

† **FIRDERINGA.** Vide *Fyrderinga*.

**FIRDSOCNE,** Immunitas a militia, ex *fird* Saxonico, exercitus, et *socne*, libertas, immunitas.

**FIRSTOLL.** Vide *Frihstoll*.

**FIRDWITA,** Militiæ detrectatæ mulcta, a Saxon. *fyrð*, expeditio, et *vite*, mulcta. Vide Leges Canuti part. 2. cap. 12. 14. 62. 75.

† **FIREBARE, f. a Saxon. fyre-tor,** Pharus, vel turris editior ubi ignis accenditur aut ad naves per noctem dirigendas, aut in hostes submonendum. Ordinatur sub Eduardo II. pro vigil. observ. apud Blount in *Nomolex*. Anglic.: *Quod sine dilatione levari et reparari facias signa et Firebares super montes altiores in quolibet hundredo: ita quod tota patria, per illa signa, quiescumque necesse fuit, præmuniri (f. præmoneri) potest.*

**FIREBOTE, FIERBOTE,** [vel *Fyrebote*, ut habetur apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 145.] Idem Anglo-Saxonibus valet, quod nostris *Estoverium*, vel *Aisiamantum*, jus scilicet quod quis habet in alterius silva, ligna succidendi ad foci, ædium, sepium, et agriculturæ suæ sustentationem. Vide *Housebote*.

† **FIRI,** pro *Fieri*, apud *Fridegodum* in Vita S. Wilfridi sæc. 8. Bened. part. 1. pag. 184:

Sic testes scelerum Firi potuere suorum.

\* **FIRKEN.** Vide infra *Fyrken*.

**FIRLOTA,** Mensuræ genus apud Scotos, *galones* 2. et *pintam* continens, ponderare autem 41. libr. ut habet *Spelmanus*. Statuta Willel. Regis Scotiæ cap. 9. § 2: *Liber homo dabit ad molituram molendini decimum sextum vas, ... et magis, de 20. bollis unam Firлотam.* § 3.: *Et de celdra magis, unam Firлотam.*

1. **FIRMA,** Juramentum, sacramentum, nostris *Affirmation*. Proprie vero *FIRMA*, est Sacramentum quod *petens* seu actor facit in jure de bona conscientia, suæque causæ bonitate, unde *Firma juris* appellatur a Practicis Hispanis: Jurisconsultis, *Juramentum calumnix*. Consuetudines Catalanix inter dominos

et vassallos MSS. cap. 49: *Natura feudi est, quod ille, pro quo tenetur, possit eum sibi retinere pro fatiga, et in hoc casu debet facere Firmam ille alius pro quo tenetur immediate, et accipere tertium.* Libertates concessæ urbi Barcinonensi a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS.: *Nemo potest reptare aliquem de battalia in Curia Barcinonensi, nec Curia consuevit recipere Firmam, nisi tantum de treugis fractus, vel bausia, vel traditione.* Alia Charta ejusdem Petri pro Barcinonensibus: *Statuimus, quod querelator quicumque fuerit Firma juris utriusque facta, si juraverit se non habere Advocatum, etc.* Vide *Foros Aragon*. cap. 137. 140. etc. et *Michael. del Molino* in hoc verbo. Hinc

**FIRMARE DIRECTUM,** Juramentum calumniæ præstare, affirmare se in ea causa *directum* seu jus habere. Eadem Consuetudines Catalanix cap. 48. *Et vassallus parietur coram domino, et dicit: Domine, veniat sum Firmare Directum: licet sibi contradixerit aliis vicibus, vel velit esse paratus stare cognitione judicis sui super defectu servitii debiti, seu super Firma, quam contradixerit ei, non tenetur dominus ejus recipere Firmam suam, etc.* Usatici Barcinonenses MSS. cap. 18: *Omnes homines debent Firmare Directum Senioribus suis, ubicumque Seniores illorum eis mandaverint in suo. Cap. 23: Magnates seu Milites, si contenderint Firmare Directum Senioribus suis, sicut eis facere debuerunt, et propter hoc seniores apprehenderint potestatem de suo castro, vel emparaverint eis suum fevum, non debent illis reddere nec castrum, nec fevum, donec eis Factum Directum habeant, et redirectas omnes missiones, quas Senior fecerit per apprehensionem castri, et per ejus custodiam et emparamentum fevi. Si aliter illis dederint potestatem, non Firment eis Directum, donec habeant castrum recuperatum, nisi senior habuerit guerram, ad quam castrum opus habeat, aut stationem in ipso castro. Cap. 86: Potestatem de suo castro et Firmamentum de Directo nullo modo contradicat homo Seniori suo, sicut debet dare ei potestatem, et facere directum, quod quamdiu contradixerit, baidator suus erit.*

**FERME DE DRET,** in Chronico Petri IV. Regis Arag. lib. 3. cap. 12. Consuetudo Aquensis tit. 16. art. 4. et 5: *Ferme, est venir par le defendeur toucher à la main du Bayle, en affirmant qu'il a bon droit. Contrefirme est par le demandeur en mesme maniere aussi qu'il a bon droit, etc.* S. Martinus Dumiensis Episc. lib. 4. de Virtutibus cap. 4: *Nihil tibi intersit, an Firmes, an jures. Firmare, pro affirmare, usurpat lex 1. Cod. Th. de His, qui per metum judic. (11, 34.) Vide Firmare I. suo loco.*

*Fermer* olim nostri, pro *pacisci* dixerunt. Le Roman de *Vacce* MS.:

La fille au Duc Huon ont à Richart Fermée.

Infra:

Ni ont mie langues Fremailles,  
S'emprés furent les esposailles.

Vide *Firmare* 7. suo loco. [Le Roman d'Athis MS.:

Tous chevalchantz vers la cité,  
Qu'avant qu'ils vieignent à l'entré  
Leur convenance ont si Fermée, etc.]

† **FIRMARE** interdum nude usurpatum pro *Firmare directum*. Conventio inter Carolum I. Andegav. Comit. Provincix et Cives Massil. ann. 1257. 14. Non. Jun.: *Et quod Rectores dicte universitatis et*

*Consiliarii et Syndici, per quos dicta civitas regebatur, fuerant pluries citati et moniti per Aquensem curiam, et a Senescallo Provincix requisiti, ut venirent in curia Aquensi Firmare secundum formam dictæ pacti, videlicet parere et cognitione dictæ curiæ obedire pro questionibus quæ fiebant contra eos... et cum nollent Firmare, ut tenebantur, curia prædicta ut Firmarent magnas imposuit eis penas.*

\*\* **FIRMA DEI,** Juramentum, apud Thietmar. lib. 7. cap. 8.

2. **FIRMA,** Scriptoribus Anglicis, Convivium, cœna, et omnis denique mensæ apparatus, exponitur: voce a Saxonico *f e o r m*, vel *f e o r m e*, victus, cœna, cibarium, prandium: unde *f e o r m i a n*, cibum præbere, convivio excipere. *Henricus Huntindonensis* lib. 6. pag. 367: *Tosti igitur furibunde discedens a Rege et a fratre suo, perrexit ad Hereford, ubi frater suus corrodium regale maximum paraverat: ubi ministros fratris sui detruccans, singulis vasis vini, medonis, cervisiæ, pigmenti, morati, siceris, crus humanum, vel caput, vel brachium imposuit: mandavitque Regi, quod ad Firmam suam properans cibos salatos sufficienter inveniret, alios secum deferre curaret.* Eadem verba habent *Matthæus Westmonaster. Ranulfus Cestrensis*, et *Henricus Knyghton. Brompton.* vero alii rem explicat: *Mandavitque Regi, quod ad Festum suum properans, cibos salatos sufficienter inveniret, etc.* *Trivisa*, qui *Ranulfum* Anglice vertit, *tho his Feste* etiam habet. *Clarius Ordericus Vitalis* lib. 4. pag. 514: *Verum postquam tuta sunt opinati, convivium provincialium, quæ vulgo Firmam appellant, illecti, ad terram egressiuntur, ambo Comites ex improviso eos invadunt, epulas cruore confundunt, etc.* Atque ita capiendam hanc vocem in *Domesdei*, ubi crebro occurrit, censet *Spelmanus*: *Comes Meriton Borne T. R. E.* (id est: tempore Regis Edwardi) *reddebat Firmam unius noctis.* *Alibi: Tempore Adeldredi patris Regis Edwardi reddebant hæc tria maneria dimidiâ Firmam noctis.* Rursum: *Reddit Firmam trium noctium, hoc est, 100. libr.* *Ibidem: Tunc reddidit hoc manerium 10. noctes de Firma, modo 100. libras ad pondus, et 100. solidi de gersuma.* *Allo loco: Reddebat unum diem de Firma, et valebat 95. libr. 6. den. et post valuit 50. libr. modo 3. Alibi: Hæc tria maneria... reddunt Firmam unius diei... de hoc manerio ablatis sunt terræ, quæ redd. Canonis T. R. E. Firmam 4. septimanarum.* *Ubi Firma noctis, pro cœna, ut Firma diei, pro prandio: Firma denique 7. septimanarum, pro pastu tantidem temporis videtur usurpari: ita tamen ut ejusmodi pastus, quemadmodum nostris dicuntur, in redditus pecuniarios interdum conversos fuisse, ex laudatis locis liquido apparet. Quæ quidem priscum morem, qui in Anglia diutius perstitit, arguunt, annuos prædiorum redditus non ad certam duntaxat annonariam, sed ad rem, quæ ad victum conducunt, præstationem redigendi. Sic tamen ut non pro libito imponerentur ii a dominis prædiorum, sed specierum, quas quilibet agri modus deberet, numerus vel qualitas Legibus præscriberentur. Quippe Ina Rex in suis Legibus cap. 70. statuit, ut ex 10. hidis terræ, seu aratri vel carrucatis, exhiberentur mellis dolia 10. panes 300. cervisiæ Wallicæ, i. potentioris ambræ 30. cervisiæ tenuioris ambræ 30. boves adulti 2. aut verveces 10. anseres 10. gallinæ 20. casei 10. butyri ambræ 1. salmones 5. fodri seu pabuli libræ 20.*

anguillæ 100. Quod si hæc ad unam hydram seu carrucam reducantur, erunt pro qualibet, mellis dolium 1. panes 30. verve 1. gallinæ 2. anguillæ 10. etc. Hæc porro in Anglia obtinere etiam post Normannorum ingressum, atque adeo usque ad Henricum II. quod potissimum discere est ex libro Scacarii Anglici, cujus auctor creditur Gervasius Tilleberiensis, Marescallus Arelatensis, cujus etiam liber exstat de Otii Imperiali. MSS. Locum a Spelmanno, verbo *Firma*, et Seldeno in Notis ad Eadmerum, descriptum, cum rem haud adeo tritam doceat, hoc loco perinde describimus: *Sicut traditum habemus a patribus, in primitivo Regni statu post conquestionem, Regibus de fundis suis non auri vel argenti pondera, sed sola victualia solvebantur, ea quibus in usus quotidianos domus Regiæ necessaria ministrabantur: et moverant, qui ad hoc deputati fuerant, quantum de singulis fundis proveniebat. Cæterum ad stipendia et donativa militum, et alia necessaria de placitis militum vel conventionibus, et ex civitatibus, vel castellis (a quibus agricultura non exercebatur) pecunia numerata succrescebat. Toto igitur Regis Willelmi tempore, perseveravit hæc, institutio, usque ad tempora Regis Henrici filii ejus: adeo ut viderim ego ipse quosdam, qui victualia statutis temporibus de fundis Regiis ad Curiam deferri viderint. Certumque habebant Officiales domus Regiæ, a quibus Comitatus triticum, a quibus diversas species carniarum, vel eorum pabula, vel quæque necessaria debebantur. His vero solutis secundum constitutum modum cuiusque rei, Regii Officiales computabant Vicecomiti, redigentes in summam denariorum:*

*Pro mensura, scil. tritici ad panem centum hominum solid. unum.*  
*Pro corpore bovis pascualis solid. unum.*  
*Pro ariete vel ove iiii. den.*  
*Pro præbenda 20. eorum similiter iiii. den.*

*Succedente vero tempore cum idem Rex in transmarinis et remotis partibus, sedandis tumultibus bellicis operam daret, contigit ut fieret sibi summa necessaria ad hæc exempla numerata pecunia. Confluebat interea ad Regis Curiam querula multitudo colonorum, vel (quod gravius sibi videbatur) prætereuntes frequenter occurrabat, oblati vomeribus in signum deficientis agriculturæ. Innumeris enim molestiis premebantur occasione victualium, quæ per plurimas Regni partes a sedibus propriis deferebant. Horum igitur querelis inclinatus Rex definito magno concilio destinavit per Regnum, quos ad id prudentiores et discretiores cognoverat, qui circumeuntes et oculata fide fundos singulos perlustrantes habita estimatione victualium, quæ de aliis solvebantur, redegerunt in summam denariorum. De summa vero summarum, quæ ex omnibus fundis surgebat in uno Comitatu, constituerunt Vicecomitem illius Comitatus ad Scaccarium teneri, addentes, ut ad scalam solveret, hoc est, propter quamlibet numeratam libram 6. den. Rati sunt enim tractu temporis, de facile posse fieri, ut moneta tunc fortis, a suo statu decideret. Nec eos fefellerit opinio: unde coacti sunt constituere, ut Firma maneriarum non solum ad scalam, sed ad penam solveretur.*

*FIRMATIO, Ciborum suppedatio, ad mensam admissio. Leges Inæ Regis Westsax. cap. 34. apud Bromptonum: Si ciriliscus homo forisbanniti Firmationis*

*accusetur, per suam ipsius veram neget. Editio Saxonica cap. 29. habet feorminge: ubi Lambardus ita vertit: Paganus si accusetur fugitivo subministrasse cibum, etc. Apud Somnerum feorming et feornuong, est cibariorum exhibitio.*

*FIRMA, in Vitis Abbatum S. Albani sumitur pro quadam pecunia portione, quæ forte vice cibariorum exsolvitur, uti supra observatum. Pag. 36: Habemus igitur de maneris nostris 53. Firmas: Firmam vocamus 46. solidos. Tot ergo habemus Firmas, quot sunt septimanæ in anno, et unam in antecessum, quæ hoc modo proveniunt. Qualibet hebdomada 46. solidos recipiunt Cellarii nostri, etc. Observat porro Somnerus in Glossario Saxonico, ab ejusmodi firmis Anglicis inditum nomen firmæ villis vel prædiis elocatis.*

*3. FIRMA, Prædium seu villa alteri elocata ad certum tempus, sub præstatione annua vel annonaria, vel rerum ad victum necessariarum, vel denique pecuniaria. Hinc datio ad Firmam, pro contractu, quo sub annuo reditu fundi ad aliquot annos possidendi dantur. S. Anselmus lib. 3. Epist. 100: Ecclesiæ vero non do laicis, cum do eis mea maneria ad Firmam, etc. Henric. Huntindonensis in Will. Rufo: Episcopatus et Abbatis vendebat, aut in manu sua retinens, ad Firmam dabat, etc. Will. Malmesbur. ann. 1089: Rex Willelmus Ecclesiæ et Monasteria fere totius regni Angliæ in manu sua Pastoribus defunctis retinens, gravi omnia depopulatione vastabat, et instar Firmarum Laicis commendabat. Ecclesiæ ad Firmam ponere, apud Simeonem Dunelmensem ann. 1100. [Ad Firmam vendere seu in custodiam tradere, in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 86. col. 1.] Concilium Eboracense apud Rogerium Hovedenum in Ricardo I: Ut omnis evagandi licentia Monachis adimatur, strictius prohibetur, ne reditus, quos Obedientiarum vocant, ad Firmam teneant. Adde cap. ult. ext. Ne Prælati vices suas, etc. [Charta ann. 1240. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 480. col. 2: Promittimus vobis et Ecclesiæ vestræ annuatim nomine Firmæ sive canonis... in Trajecto solvere decem marcas Colontenses legales.] Vide Concilium Westmonast. ann. 1127. Londoniense ann. 1237. [Haltus. Glossar. German. voce Pacht, col. 1454.] etc.*

*4. FIRMA a Ballivia seu nuda administratione distinguitur in Edicto Philippi Pulcri ann. 1302. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 85. col. 1: Item jurabunt Senescalli et Bailivi, quod a Bajulis, Vicecomitibus, Præpositis, aut aliis subditis officiis suis, sive sint in Firma, sive in Ballivia, non recipient gistum, pastum, etc.*

*FIRMA ALBA, vel Blanca Firma, seu Alba Firma, est, inquit Spelmannus, census annualis, qui Centenario sive Domino hundredi penditur. Ideo Alba dicta, quod non ex more prisca sæculi, in annona, quæ nunc Blake maile nuncupata fuit, (hoc est, census vel firma nigra) sed argenteo, quasi censu albo, reddebatur. Normanni dicunt Blanche Ferme, nos Galli voce latioris notionis, Fermes à l'argent, id est, prædia, quorum census, non annona, sed numerata pecunia exsolvitur: Album enim, ut Græci recentiores ἀσπρὸν seu albam monetam, argenteam appellabant. Liber niger Scaccarii Anglici lib. 1. cap. 4. apud Spelmannum: Coloni noverint a*

*patribus suis edocti quantum de Alba Firma pro singulis libris solveere teneantur. Infra: In libro judiciario (nempe Domesdei) in quo totius regni descriptio diligens continetur, et tam de tempore Regis Edwardi, quam Regis Willelmi, sub quo factus est, licet singulorum fundorum valentia exprimat, nulla prorsus de Alba Firma fit mentio. [Utrouque loco spelmannus habet de Albo Firmæ.] Unde probabile videtur, quod facta illa descriptione tempore jam dicti Regis, de Albo Firmarum fuerit a studiosis ejus constitutum, propter causas, quæ inferius annotantur. In Regiam Majest. lib. 2. cap. 41. § 4. et cap. 47. § 4. opponuntur Soccomanni et alii libere tenentes per Albam Firmam Militibus, tanquam plebei, Nobilibus. Vide Dealbare.*

*\* Non semper pecunia exsolutus hic census. Charta Jacobi reg. Scot. ann. 1450. in Chartul. eccl. Glasguens. ex Cod. reg. 5540. fol. 96: Episcopi Glasguens teneant de nobis dictas terras, reddendo inde annuatim... nobis, hæredibus et successoribus nostris unam rosam rubeam, ad festum natiuitatis beati Johannis Baptistæ apud Glasgu, nomine albæ Firmæ, si petatur, et orationum suffragia devotuarum tantum pro omni alio onere.*

*\* FIRMA FEODALIS. Vide supra Feudalis Firma in Feudum.*

*FIRMA LIBERA, Brittono cap. 66. dicitur esse, ubi terræ aut tenementa sic tenentur, ut natura feudi per feoffamentum mutetur a servitio Militari in certa servitia annua, ita ut nec maritagium, nec relevium inde requirere possit, nec aliud servitium in feoffamento expressum. Tenere per Liberam Firmam, in Fleta lib. 2. cap. 71. § 13.*

*FIRMA MANUS. Vide Manusfirma.*

*† FIRMA MOBILIS, ad distinctionem Manusfirmæ. Charta S. Ludovici ann. 1252. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1353: In feodo IV. sextaria frumenti, et ad Firmam mobilem octo modios.*

*FIRMA NOBILIS, Prædium, quod a viro nobili ad firmam vel emphyteusim tenetur. Anonymus Scriptor de Subsidio Terræ sanctæ, in Gestis Dei per Francos, inter alia expeditionis Hierosolymitanæ subsidia suggerit, ut a Templariis et Hospitalariis, bona, quæ habent citra mare ad Firmam nobilem, primotrium vel 4. annorum cum incremento, et demum, vel ex nunc, si sufficienter fieri possit, in perpetuam emphyteusim tradantur, etc.*

*† FIRMA PURA et irrevocabilis, Eadem notione. Charta ann. 1469. in Tabular. S. Victoris Massil.: Capitulum seu devotus Conventus Monasterii S. Victoris dedit ad facheriam Puræ Firmæ, et irrevocabilis nobili viro Marqueto... quamdam vineam de novo acquisitam.*

*† FIRMA PERPETUA, Idem quod Manusfirma. Charta S. Ludovici ann. 1263. ex Chartul. S. Vandreges. tom. 1. pag. 746: Notum facimus universis... quod nos Firmam Perpetuam concessimus... quatuor viginti quinque acras. Charta ann. 1239. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 223: Notum sit... quod Abbas et Conventus Glowcestr. crediderint ad perpetuam Firmam omnes decimationes.*

*FIRMA PRÆPOSITURARUM, in Legibus Henrici I. Regis Angli. cap. 13. 19. Vide Præpositus.*

*RECTA FIRMA, Legitima, quæ jure ad aliquem pertinet, in Legibus Henrici I. cap. 1. Richardus Hagulstadensis ann. 1135: Exceptis Rectis Firmis meis, etc.*

*Firme droit*, in Consuetud. Britanniae art. 369. Vide Commentatores.

FIRMA, Prædium, villa, nostris *Ferma*. Brompton.: *Rea autem Ethelredus cum maestitia et confusione ad Firmam suam in Comitatu Salopie jacebat.*

FIRMA REGIS. Leges Aluredi Regis cap. 2: *Si quis ad Ecclesie mansionem pro qualicumque culpa confugiat, quæ ad Firmam Regis non pertinet, etc.* Saxonica Editio habet *cyninges feorme*, quæ verba Lambardus de villa regia, Somnerus, de victus vel mensa interpretantur. [Thorpe in Indic. ad Leges Anglosax. interpretatur: Unde census regi debetur.]

† FIRMA, Census sive redditus annuus ob Firmam debitus. Litteræ Edwardi Regis Angl. ann. 1369. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1509: *Et quod procurator Firmas sive Apporta quæ de terris et possessionibus illis solvi debent ad terminos statutos bene et fideliter solvet, et de arreragiis, si quæ fuerint, de Firma dictarum terrarum et possessionum, de tempore quo ultimo fuerint in manibus nostris respondebit.* Statuta Synod. Eccl. Trecorensis ann. 1372. apud eumdem tom. 8. col. 1123: *Et si contigerit ipsum ad longum tempus suum beneficium affirmare, et ante tempus Firmam accipere, et infra terminum; beneficio cedat, vel decedat, vel beneficio canonice privetur, et alteri in beneficio seu in fructibus ejus jus competat, et dicta Firma et solutione non obstante.* Kennett. in Glossar. ad calcem Antiq. Ambrosden.: *Reddendo inde annuatim antiquam Firmam, et de incremento XL. s. pro omni servitio.* Ibidem: *Hugo de Plesseys concedit pro se et hæredibus suis, quod omnes homines teneant terras suas in eodem manerio pro eadem Firma per quam eas prius tenere consueverunt.* Hinc

† FIRMA PORTARE, non semel occurrit in Chartul. SS. Trinitatis Cadomensis, sed præsertim fol. 28. verso, ubi de Anglia: *Villani metunt annonam 16. diebus in Augusto, et Sokemans IV. supradicti portant Firmam ad Wincestre.* Id est, fructus ex conventionem reddendos.

† AD FIRMA COMMITTERE. Chartul. S. Vincentii Cenoman. fol. 106: *Ita tamen quod si Prior de Petrariis jam dictam domum alicui laico ad medietariam vel ad Firmam Commiserit.*

† AD FIRMA RECIPERE. Statuta Synod. Eccl. Nemausensis inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1066: *Item, prohibemus districte, ne aliquis Clericus futuros redditus alicujus Ecclesie nostre diocesis emat, Recipiendo ad Firmam ipsam Ecclesiam cum redditibus ipsius Ecclesie sub certo pretio, sine nostro consilio et assensu, nisi Prior seu Rector ipsius Ecclesie ad studium Theologie ire voluerit. Et tunc etiam regularibus vel laicis Ecclesiam ad Firmam, id est à Presfoch, concedere non præsumat.*

† AD FIRMA SOLVERE. Charta ann. 3. Richardi II. Regis. apud Madoc Formul. Anglic. pag. 65: *Cum Radulphus de Basset... nuper concessit et ad Firmam dimisit D. Priori et Conventui de Chacombe... sub certis conditionibus; et Solvendo viginti quatuor libras ad Firmam per annum.*

FIRMA, Rastallo, proprie dicitur Mesuagium capitale in villa seu burgo, ex quo dependet omnimodum domanium, quod ad voluntatem, vel ad vitam alicui relinquatur. Ita etiam appellatur redditus, qui super ejusmodi mesuagium reservatur.

FIRMARIUS dicitur is, cui terra conce-

ditur ad terminum annorum: qui quidem nihil juris vindicare potest præter usum-fructum, ait Fleta lib. 3. cap. 12. § 7. lib. 5. § 21. nostris *Fermier*. Ingulfus pag. 906: *Illi vero responderunt... terras et tenementa Firmarii tradidisse.* Orde-ricus Vitalis lib. 11. p. 805: *Qui muniticeps erat et vicecomes et Firmarius Regis.* [Statuta Synod. Eccl. Trecorensis ann. 1372. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1123: *Super fructibus ejusdem beneficii jus his in eis per Firmarium sub poena dupli, etiam excommunicationis, et centum librarum usualium nobis applicandarum nullatenus molestetur seu impediatur.*] Adde Leges Henrici I. Regis Anglic. cap. 56. [Madoc Formul. Angl. pag. 335. Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 611. et Kennett. in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden.] Vide Præpositus.

† FIRMARIUS, Eadem notione, in Statutis Eccl. Ambian. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1259: *Firmiter inhihemus ne Capitula collegiata... Firmarii, coloni, subditi, vel debitores sibi aliquid non persolvant.*

FIRMARIA, Locus forte in Monasteriis, ubi Firmarii excipiuntur. Chronicon Andrense pag. 414: *Donavit... decem (raserias frumenti) ad mensam Monachorum, 5. autem ad Firmarium, 5. vero ad hostellariam.* [Charta Walteri Prioris de Wytham Ordinis Cartus. ann. 1318. apud Madoc Formul. Anglic. pag. 316: *Hactamen conditione omnia ista supradicta dictus Johannes percipiet in nostra Firmaria a nobis et successoribus, quod ipse dum potens ut habuisset fuerit ad laborandum, etc.*]

\* Potius Infirmaria, conclave infirmorum, ut ex allatis locis colligendum existimo. Vide Firmatarius.

† FIRMARI, Qui vectigalibus colligendis præsent; nostris *Mallotiers*. Charta Philippi Regis ann. 1319. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvernie pag. 151: *Item, volumus et concedimus eidem quod Præpositi nostri, Firmarii seu Censarii non judicent neque taxent emendas quas petent a subditis suis. Compendium juriurum et consuetud. Universitatis Paris. per Robertum Goulet fol. 11. verso: *Omnes supradictos officarios voluerunt Christianissimi Reges Franciæ... esse et fore perpetuo ad omnibus subsidis, obventionibus vectigalibus, immunes, expresse receptoribus subsidiarum et vectigalium, omnibus Firmariis et aliis Officiariis Regiis prohibentes, ne hujusmodi officarios aliquo modo molestent.**

4. FIRMA, [Vestis muliebris.] Vide Aspergo.

\* 5. FIRMA, Vectigal, tributum, exactio. Pactum inter Alan. vicecom. de Rohan et ejus senescal. ann. 1255. ex Tabul. Blein.: *Allocatus noster potest capere vadia competentia pro suo servitio Firmarum et talarum.* Lit. ann. 1370. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 348: *Dominus rex... ordinavit quodelecti super facto subsidiorum... compelli nequeant ad faciendum Firmas per eos traditas retroactis temporibus et imposterum tradendas, bonas et solubiles, ob defectum fidejussorum aut alio quovis modo; nec non Firmas in manu regia receptas;... negligenter levando dictas Firmas, etc.* Vide infra Firmancia 2.

\* [FIRMA XVII. URBIS PARIENSIS. «Ob dictus episcopus, inter alia jurasibi in dicta villa nostra Parisiensi spectantia, jus custome piscium marinorum, theloniei pannorum, pedis furcati, pedis rotundi, pedagii pontis de Charentonio et de Malo Molendino, pedagii Parvi

Pontis, trillerii Castelleti, corii et allute, gallice cordouen, oleorum et pinguedinum, biadi, chantelagii, rotagii vinorum, quinquallerie, frapperie, peliparie seu pelletterie et lingerie, curagii tellarum et canabii, fructus et accuminis, que firme decem septem in numero erant ab illo tempore semper habuerat et adhuc habebat. (Cart. N. D. Paris III. 305. an. 1487.) »

\* 6. FIRMA DOTIS in Aragonia, idem quod *Morganegiba*, Donum quod maritus uxori offerebat die nuptiarum. Consule Fontanel. de Pact. nupt. tom. 2. claus. 7. gl. 1. part. 1.

† FIRMA MANU SUA. Formula quæ passim occurrit in Chartarum subscriptionibus pro signo manus suæ. Vide Firmare 2.

† FIRMABILIS, Diuturnus. Vita S. Bernardi Episc. Calinensis tom. 2. Martii pag. 234: *Melius arbitror unius mortis metam attingere, quam in Firmabiles penas quotidianis mortibus deperire.*

† FIRMABILIS VACCA, Pinguis, crassa. Instrum. ann. 3. Henrici VI. Angl. Regis apud Madoc Formul. Anglic. pag. 145: *Et predictus Ricardus et assignati sui, deliberabunt præfato Willelmo Skrene vel hæredibus suis, in Festo S. Michaelis... unum taurum, 30. vaccas Firmabiles et abiles, vel 8. s. pro quolibet capite.*

† FIRMACIA, Multa pecuniaria. Charta ann. 1204. apud la Faille Annal. Tolos.: *Solverunt... totum hoc quod eis petebant... exceptis debitis et baratis et Firmaciis et feodis.* Vide in Firmancia.

FIRMACULUM, Idem quod Firmatorium, quod quid firmatur, Ugutioni. *Fermail*, Fibula, fibulatorium. Vita S. Roberti Abbatis Molismensis n. 14. de Comitissa Nivernensi: *Cum Firmaculum aureum haberet ad collum suum, tam auri materia, quam incisione lapidum pretiosum, etc.* Matth. Paris.: *Capam choralem dilaceravit et Firmaculum, quod vulgariter Morsus dicitur, avulsit, quod auro et argento et gemmis fuerat pretiosum.* Idem ann. 1251: *Annulos, zonas pretiosas, Firmacula aurea, etc.* Ita etiam ann. 1255: *Annulis, zonis, Firmaculis, etc.* Rainardus Abbas Cisterciensis in Institutis ejusdem Ord. cap. 13: *Ne in Ecclesiarum libris aurea vel argentea, sive deargentata, vel deaurata habeantur retinacula, quæ vel Firmacula vocantur.* Adde Institutiones Capituli ejusdem Ord. ann. 1256. distinct. I. cap. 7. Willelmus de Guinevilla in Peregrinatione animæ:

Sur quoi l'on met un affichail,  
Qui autrement est dit Fernal.

Martialis Parisiensis in Arestis Amoris:

Dessus si avoient leurs manteaux  
Tant de grosses perles barrez,  
Fermans a moult riches Fermaux.

Vide Notas nostras ad Joinvillam pag. 48.

† 1. FIRMAGIUM, Vectigal, tributum. Charta Richardi Regis Angl. ann. 7. ejus regni tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1281: *Predicti Monachi... sint quieti de theloneo et portagio et passagio et pedagio et pasnagio et de mediatione vini.* Vide in Firmancia.

\* 2. FIRMAGIUM, Multa pecuniaria. Charta ann. 1309. in Reg. 45. Chartoph. reg. ch. 31: *Propositum extitit... quod dictæ edificaciones in nullo erant præjudiciales dom. nostro regi, pro eo... quia jurisdictio alta et bassa et emolumentum Firmagiorum pertinebant ad dominum nostrum regem. Infra: Cum emolumentis*

*Firmagii*. Vide in *Firmancia* et infra *Firmamentum* 2.

**FIRMALE**, **FIRMALLUS**, **Fibula**, *Firmaculum*, de quo supra. Gall. *Fermail*. Italis *Fermaglio*. Vide *Balascus*.

**FIRMALLUS**, Concilium Albiense cap. 15: *Clericus botones, vel Firmallos aureos vel argenteos... deferre in aliquibus vestibus non præsumat.*

\* **FIRMALLIUS**, **Fibula**, Gall. *Agraffe*, alias *Fermail*. Charta ann. 1351. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 503: *Unum Firmallium in auro, cum una aquila et uno leone de auro. Frameille*, in Lit. remiss. ann. 1397. ex Reg. 153. ch. 53: *Item deus Frameilles d'argent en façon de chapelet*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Monile, Fermeil, que l'en met à la poitrine des femmes*. Vide *Firmale*.

† 1. **FIRMAMENTUM**, **Tectum**. Pactus Legis Salicæ tit. 13. art. 3: *Quicumque alienam domum violententer disturbaverit, et domus si pro Firmamento Iberus habuisse probatur, qui hoc fecerit MDCCC. denariis culpabilis iudicetur*. Ubi Eccardus: *Firmamentum hic est tectum. Tectum enim domuum lignearum postes continet, complectitur et firmat: unde et cælum, simili ab ædificio sumto, Firmamentum vulgo vocatur, quod idem est ac si orbis Tectum diceretur.*

† 2. **FIRMAMENTUM**, ut infra *Firmancia*, *Mulctæ*, etc. *Firmamenta omnium causarum civilium et criminalium*, in Donatione Petri Regis Aragonum ann. 1212. Spicil. Acher. tom. 10. pag. 178.

\* Charta Poncii Terniac. præpositi in Chartul. Cluniac.: *Vendo tertiam partem Firmamentorum et tertiam partem placi-torum*. Vide supra *Firmagium* 2.

† 3. **FIRMAMENTUM** **STAGNI**, f. *Fundus stagni*. Instrum. ann. 11. Johannis Regis apud *Madoz* Formul. pag. 27: *Sciendum quoque est, quod predictus Abbas et Monachi habebunt in batis suis corbellas suas in Lavaleisun aqua, et piscationem de Firmamento Stagni Thirnemolendini usque ad ipsum molendinum, etc.*

\* 4. **FIRMAMENTUM**, **Sera**, **clausura**. Stat. ant. Florent. lib. 5. cap. 97. ex Cod. reg. 4621: *Quædam capsâ fiat et habeatur cum duobus Firmamentis el clavibus, etc. Frémure*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 174: *Le suppliant... rompit ou leva la clameure (l. claveure) ou Frémure de certain Coffre, etc.* Vide *Firmare* 6.

\* **FIRMAMENTUS**, **Census** ex *firma* debitus. Testam. Ermessindis comit. Fuxens. ann. 1229. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 348: *Dimitto ut persolvant ipsos Firmamentos Marschi de Taus vel cc. solidos, etc.* Vide in *Firma* 3.

**FIRMANCIA**, **Fidejussor**: *Fermança*, apud Raimundum Montanerium cap. 167. *Plege* ou *Fermançe*, in Consuetudine Solensi tit. 32. art. 4. in Foris Beneharn. Rubr. de *Fermanças*. [Instrum. ann. 1164. tom. 3. Spicileg. Acher. pag. 196: *Hanc præfatarum rerum donationem inconvulsam fecerunt... et Firmantias dederunt Bertrandum Bollarothe et Pontium Bertrandi et Petrum Bertrandi fratrem ejus, ut Monasterio in pace tenere faciant*. Statuta Massil. lib. 5. cap. 31: *Quod rector Massiliæ non recipiat pro juratore, vel pro Firmantia, vel pro redditore pignorum, pro aliquo, aliquem Officialem communis Massiliæ.*]

\* Pactum inter Arnaud. de Villanova et homines de Transio ann. 1283: *Item fuit actum ut supra quod dicti homines teneantur facere Firmanciam pro ipso domino Arnaudo et suis successoribus, quandocumque fuerint requisiti; et ipse*

*dominus Arnaudus et sui successores debeant et teneantur illos servare indemnes omnino a fidejussione, quam pro eis fecerint. Ferrasso, Prov. fidejussor, sponsor, in Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.*

**FERMANCES VESIALERES**, in eadem Consuet. Solensi tit. 1. art. 6. tit. 6. tit. 7. art. 2. Tabularium Ucetiensis Ecclesiæ ann. 1156. fol. 8: *Firmantias et justitias Episcopo... adjudicaverunt*. Hugo Flaviniac. in Chr. pag. 244: *Salvam Firmantiam ei obtuli 4. mill. solidorum*. Tabulæ nuptiales Bernardi Comitissæ Convenarum et Mariæ Montispeulanæ mens. Decemb. ann. 1197: *De his omnibus et singulis supra dictis ex parte Comitissæ Convenarum est Firmancia et debitor per sacramentum corporaliter præstitum R. Comes Tolosæ, etc. Infra: Sunt de omnibus supradictis Firmancia et debitoribus quisque in solidum G. de Balcio, etc. Concilium Tolosan. ann. 1228. cap. 8: Si movens guerram, vel pacis violator ad mandatum redire noluerit; Firmancia vel sacramentum solum non recipiatur ab eo, sed pignora vel obsoles, vel persona propria in bona custodia teneatur*. Adde Concilium Monspelense ann. 1214. cap. 39. ex Edit. Garielli, (nam nuperus Editor Conciliorum ignoravit vim vocis, quam asterisco notavit) et Tolosanum ann. 1229. cap. 31. 38. et eundem Gariellum in Episcopis Magalon. pag. 176.

† **FIRMANCIA**, **Fidejussio**, **sponsio**. Consuetud. Auscorum MSS. art. 27: *Item consuetudo est ibidem quod in quocumque casu præstatur fidejussio de stando juri, quod cives civitatis ipsius dent unum fidejussorem, vel duos, de iis qui degunt vel habitant civitatem predictam. Firmabunt autem in manu domini sub cujus jurisdictione degunt, et predicta Firmancia seu fidejussio, cum prestanda fuerit, præstetur et exigatur, etc.* Statuta Raimundi Arelat. Archiep. tom. 1. Gall. Christ. inter Instr. pag. 98. col. 2: *Cognitionem vero Firmantia ad præsens in nobis retinemus. Cum autem con... (leg. Consul miles) de alio milite vel quolibet de populo Firmantiam acceperit, pro se et pro aliis Consulibus accipiat*. Statutum pro Officiis feudalibus Abb. S. Bernardi de Romanis tom. 1. Hist. Daiphin. pag. 142. col. 1: *In placitis vero causarum totius terræ Abbatis debet accipere Firmantias et audire, et de expensis quæ de eisdem causis levantur, habet tertiam partem, dominus vero per omnia duas partes.*

† **FIRMANCIA**, **Idem** videtur quod *Firma* 2. **Convivium**, **cœna**. Charta ann. 1182. ex majori Chartul. S. Victoris Massil.: *Debent insuper facere Firmantiam et stagium Abbati et Priori Majori.*

**FIRMANCIÆ**, interdum dicuntur mulctæ pecuniaræ, exactæ ab iis, qui *firmancias* dederant, et causa exciderant, vel quævis prestationes, Charta W. D. Montispeulani ann. 1103: *Dono tibi... totam Vicariam totius Montispeulani... scilicet omnes Firmantias, et omnia districta omnium hominum... habitantium in Montepess. Infra: Nec homo, nec femina pro eo Firmantiam accipiet, quod ad vicarium pertinet*. Charta Ademari de Muroveteri ann. 1191: *Scilicet castrum de Omelacio cum omni dominio ejus, et dominatione et districtione, et hominiis, et satisfactionibus, et Firmanciis, et justitiis... quartis, usaticis, garricis, cascivis, devesis, mansis, mansuris, etc.* [Charta Ildelfonsi Regis Aragon. pro Eccl. Forojuliensi ann. 1203. tom. 1. Gall. Christ. inter Instrum. pag. 85. col.

1: *Firmiter inhibentes, quod nec ego, nec aliquis successorum nostrorum, vel bajulus noster... aliquas Firmancias accipere vel aliquas justitias possit vel debeat exigere, vel exercere*. Sententia lata per Archidiaconum. Ebreduon. et Episc. Vapicens. ann. 1233. ex parvo Chartul. S. Victoris Massil. fol. 133: *Et quod relinquat omnes justitias et Firmancias in omnibus casibus, exceptis tribus, adulterio, homicidio ac capitali bello.*] Vide *Catellum* in Hist. Tolosana pag. 36. 89. Baluzium in Notis ad Concilia Narbon. pag. 160. tom. 8. Spicilegii Acher. pag. 168. tom. 13. pag. 318. Gariellum in Episcopis Magalonensibus pag. 72. 100. 159. 178. etc.

† **FIRMANCIA**, eadem forte notione, pro mulcta pecuniaria, in Ordinat. Johannis Franc. Reg. ann. 1361. tom. 3. Ordinat. pag. 499: *Imo si quis (quid) in contrarium actum fuerit, ad statum pristinum reducant et reduci faciant indilate, ordinationibus, Firmantiis, mandatis factis vel faciendis, allegationibus, oppositionibus, etc.* In altero exemplari legitur *Financis*, non ita male.

\* 2. **FIRMANCIA**, **Vectigal**, **tributum**, **præstatio**. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Præs. de *Mazaugues*: *Requisitus qualiter scit quod esset bajulus, dixit quod vidit quod dominus Barallus fecit ipsum bajulum, et recipiebat fructus et obventiones et Firmancias pro domino Barallo*. Vide supra *Firma* 5.

1. **FIRMARE**, **Securitatem dare** [vel per se, vel per fidejussorem.] *Annales Franc. Loisselliani ann. 757: Sic et ejus homines majores natu, qui cum eo erant, Firmaverunt*. [Brevarium Hist. Pisanæ apud Murator. tom. 6. col. 168: *Anno 1075. in Festivitate S. Sixti Pisani ceperunt Almadiam civitatem et Firminum Regem, qui uno quoque anno tributum Pisanis dare suo juramento Firmavit et civitatem ad honorem Pisanæ reipubl. tenere. Et ita Regi statim Firmaverunt terram, et coronam Romano Imperatori assignaverunt*. Instrum. ann. 1293. ex Chartul. S. Victoris Massil. fol. 133: *Item dictus D. W. compellebat homines Ecclesiæ ire ad malefacta vicinorum, et Firmare et litigare in manu sua pro causis civilibus.*] [\*] Vide in *Firma* 1. Pro Traditionem confirmare occurrit *Firmare* in Leg. Baiuv. Conf. Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 556. et 115.]

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fermar, Prov. fidejubere, Firmare*. Hinc nostris *Fermer*, pro Jurjurando promittere, affirmare. *Pour jure et pour alliance Fermer ensemble*, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 16. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 167. Reg. sign. *Pater Cam. Comput. Paris. fol. 163. vº. ubi de inauguratione regis: Li arcevesques... ou aucuns des évesques... doivent demander au roy que li promette et Ferme par son serement à garder et à faire garder les droitures des évesques et des églises*. Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 161. Chartoph. reg. ch. 279: *Simonnet et Jehan le Maire Fermerent ensemble d'aller assaillir ledit prestre. Fermer, pro Firmare*, Gall. *Rendre ferme*, in Stat. ann. 1415. ex Reg. 170. ch. 1.

**FIRMARE DIRECTUM**. Vide *Firma* 1.

† **FIRMARE** **IN PALAM**, **pro Coram**. Charta Guillelmi Comitissæ ex Chartul. Ecclesiæ Auxitanæ: *Ego reddo et Firmo in palam altari S. Mariz.*

**FIRMARE CANTUM**, **psalmos**, **hymnos**, etc. dicuntur, qui, priusquam in Ecclesia cantent, in cantu sese exercent, ut recte cantare discant. Galli dicerent, *Assseurer son chant*. Liber Ordinis S. Victoris

Paris. MS. cap. 22: *Quando autem in claustris Novitius sedet, debet Firmare psalterium suum, et cordatenus ad verbum reddere.* Cap. 31: *Fratribus, quibus in-junctum est cantum suum cotidie Firmare et reddere, debet Armarius singulis libros, in quibus cantant, specialiter assignare,..... similiter his, qui psalmos et hymnos suos Firmare habent, psalteria et hymnarios, prout opus fuerit, distribuat. Ex quo autem Armarius alicui fratri aliquem librum ad aliquem Firmandum et reddendum specialiter assignaverit, ea illa hora, qua id facere habet, nemo illum accipiat, etc.* Rursum: *Li vero, quibus specialiter assignati de cantu libri sunt, et psalteria, et hymnarii, postquam lectiones suas Firmaverint, non debent eos, sive in die, sive in nocte abscondere; sed in communi servatorio cum ceteris communibus libris reponere.* Infra: *Fratribus quibus in-junctum est cantum suum Firmare, debet Armarius, vel aliquis de senioribus, quibus Abbas in Capitulo jusserit, assistere, qui et eos si erraverint, corrigant, et lectiones eorum, quando reddere voluerint, audiant.* Denique: *Qui psalmos suos Firmant, vel cantant, submissa voce legant, ne alios disturbent.* [Vide Bernardi Ordinem Cluniac. part. 1. cap. 27.]

¶ 2. **FIRMARE MANU SUA FIRMA.** Nihil frequentius occurrit in Chartarum subscriptionibus. Sæpe etiam nude ponitur, *Firmare*, quod idem est ac manus suæ signo confirmare; vel subscribere. Chartul. Ecclesiæ Aptensis fol. 123. verso: *Facta Cartula elemosynaria ista XVI. Kal. Julii ann. xxx. regnante Conrado Rege feliciter. Signum Norperti qui hanc Cartulam elemosynariam istam scribi fecit, et testes Firmare rogavit manu sua Firma.* Ibidem non semel recurrit. Chartam ann. 1000. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 430. sic subscribitur: *Poncius Archiep. Firmavit, Amelius Firmavit, etc.* Ibidem tom. 10. pag. 165: *Hanc chartam (ann. 1110.) manibus suis Firmavit, et testes Firmare rogavit.* Charta ann. 1080. Goscelini Burdigal. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. pag. 274: *Igitur præfatus Willhelmus præsentibus his aliisque nobilibus viris, XII. Kal. Julii Firmavit hoc beneficium.* His affine est quod habetur in Archivis Ecclesiæ Turon.: *Ego Joannes Dolensis Ecclesiæ nunc consecrandus Episcopus, huic sanctæ Turonensi Ecclesiæ et tibi, Pater Vincenti, tuisque successoribus canonice substituendis, obedientiam, subjectionem et reverentiam promitto, et super hoc sanctum altare propria manu Firmo.*

¶ 3. **FIRMARE, Munire.** Litteræ ann. 1224. in Histor. Mediani Monast. pag. 313: *Dux mihi licentiam concessit Altampetram refirmare, vel castrum alibi in terra mea ubicumque voluero Firmare.* Charta anni 1312. apud Kennet. in Antiq. Ambrosden. pag. 363: *Licentiam dedimus.... quod ipse mansum suum.... muro de petra et calce Firmare et kernelare possit.*

\* *Fermer*, eodem sensu, in Charta Theob. comit. Barri ann. 1260. ex Chartul. Cam. Comput. Paris. fol. 140. rº. col. 1: *Com descors fust entre moi et mon signour Ferri duc de Lorregne et marchis dou chastel de S. Alairemont, que je avoie Fermé; lequell il disoit que je ne pooie Fermer, ne ne devoie, etc.*

¶ 4. **FIRMARE SE,** subsistere, considerare. Vita S. Petri Mart. tom. 3. Aprilis pag. 689: *Quidam fratres levitate ducti juxta cellam ejus transeuntes, plurimum*

*collocutionem audientes, Firmaverunt se, ut quinquam essent deprehenderent.* [\* Cærem. Rom. lib. 1. cap. 5: *Cum autem pontifex voluerit intrare aliquam insignem urbem; Firmabit se in aliqua ecclesia vel domo extra portam civitatis, et ibi capiet pluviale et mitram.*]

¶ 5. **FIRMARE,** Elocare, ad firmam concedere. [\* Nequaquam, idem quippe quod Firmare 6. Sera occludere.] Statuta Humberti Bellijoci ann. 1233. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 184: *Nemo pro debito quod debet, de indumento, quod indutum habet, potest vadiari, nec de ostio domus suæ potest vadiari, nec domus Firmari pro debito.* Affirmare, eadem notione, occurrit in Statutis Eccl. Trecorensis ann. 1372. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1123. et Kennet. in Antiq. Ambrosden. pag. 354. Vide *Affirmare* 1.

6. **FIRMARE,** Gallis *Fermer*. Cæsarius lib. 4. cap. 75: *Paxidem ei clausam, sed non Firmatam porrexit.* Ubi observandum aliud esse claudere, apud Firmare. Est enim firmare, seram vel firmaculum odere. [Hinc in Vita B. Alcuini sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 157: *Firmans itaque ostium sera abiit.* Vita B. Coletæ tom. 1. Mart. pag. 574: *Per spatium quinquaginta annorum inclusa continue permansit et Firmata.*] Adde Continuatore Florentii Wigorn. ann. 1198. 1162. pag. 667. 675. Concilium Budense ann. 1279. cap. 43. etc.

**FIRMATURA,** ex Gallico *Fermature*, Sera, clausura, in Regula Templar. cap. 40. [Computus ann. 1202. apud D. Brussel. de Usu Feud. tom. 2. pag. ccviii. ad calcem: *Pro Firmatura Longi-campi l. x. s.* Epist. Johannis de Monsterolio de Descriptione Monast. Caroli loci apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1390: *Si de Firmatura totius ambitus Abbatia interrogas, aiunt quindecim stadia circuitione complacti, infra cujusmodi ambitum sine hortis et virgultis, bis septem aquarum receptacula ad piscium custodiam comprehenduntur.* Acta S. Syriæ tom. 2. Junii pag. 64: *Visa et visitata ipsius capsæ Firmatura, quam bene seratam et firmatam.... invenimus.*]

**AFFIRMARE,** pro Firmare, Claudere. Matth. Paris ann. 1251: *Obtulit duo monilia, et jussit ea feretro indelebiter ad memoriam sui clavis fortiter Affirmari.* [Sic et Deffermer dixerunt Poetæ nostrates pro Aperire, Ouvrir. Le Roman de Floire MS. :

La porte li ont Deffermée,  
Floire s'en ist lance levée.

Le Roman d'Athis MS. :

Les ventailles ont Deffermées,  
Et les coïles jus avalées.]

¶ 7. **FIRMARE,** Despondere, Gall. *Fiancer*. Charta circ. 1100. in Tabular. S. Victoris Massil.: *Cum eo firmiter locutus est usquequo mulieres fuerunt Firmate. Post hæc venit dies constitutus ut acciperent suas uxores, etc.*

\* *Fermer*, eadem notione, in Lit. remiss. ann. 1451. ex Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 69: *Iceului Louvel avoit Fermée une jeune femme, et devoit en brief icelle espouser.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fermat, Prov. sponsus.* Vide in Firma 1.

¶ **FIRMARIA,** Carcer. Willel. Wyrcester Annal. Rer. Anglic. in Lib. nigro Scaccarii pag. 428: *Tristi tamen Firmaria hostes me clausurunt.* Alia notione vide in Firma 3.

¶ **FIRMARIUM,** Tabula. Inventarium

ornament. et Reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: *De boutonnis capparum de capiternis feretri seu chassæ B. Eligii, de Firmariis librorum, de garnitura mitræ.* Vide Firmaculum. [\* Alio sensu vide in Firmarium post Firmare.]

¶ **FIRMARIUS,** Vicarius seu presbyter cui Ecclesiæ deservienda committitur. Statuta antiqua Eccles. Cenoman. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 1396: *Statuimus ut Firmarii seu capellani, quibus Ecclesiæ committuntur, obedientiam juramento promittant.* Extrav. comm. de decimis: *Sed Ecclesiastica persona, quæ in Ecclesia sua, vel beneficio (quod residentium personale requirit) non residet; sed facit in eodem per Firmarium vel vicarium deserviri, deputando ipsi vicario, vel Firmario certam suorum proventuum portionem, etc.* Huc spectant Statuta Eccl. Aurelian. art. 54. apud eundem Marten. ibid. col. 1279: *Statuimus ut Capellani nullatenus ad Firmas accipiendas admittantur, nisi prius Archidiaconorum suorum assensu requisito et obtento.* Vide in Firma 3.

\* Charta ann. 1321. in Chartul. S. Maglor. Paris. ch. 113: *Petrus de Villari-bus capellanus Firmarius et locum tenens curati ecclesiæ S. Eustachii, etc. Martinus de Migneris presbyter Firmarius ecclesiæ parochialis S. Sulpitii de Nogeno, in Ch. ann. 1450. ex Tabul. S. Germ. Prat. Alia ann. 1456. ex Chartul. Latinac. fol. 177. vº: *Prestre Fermier ou vicaire de l'église parochial de Croissy.* Vide infra Mercenarius.*

\* **FIRMARIUS** dictus etiam monachus, cui ad tempus præpositura regenda dabatur ab abbate. Charta Rich. abb. ann. 1372. ex Bibl. S. Germ. Prat.: *Attendens præposituram meam de Anthogniaco.... esse ac fuisse.... dabilem ad firmam majorem vel minorem, secundum temporum varietatem, non tantum religiosus, sed etiam secularibus personis, religiososque præpositos, Firmarios nuncupari, ipsosque ad nutum abbatibus, quicumque fuerit pro tempore, omnino revocabiles;.... in ipsaque præpositura nichil spiritualitatis existere, nec eam sorti naturam beneficii ecclesiastici quovis modo, etc.*

**FIRMATARIUS,** Officiarius monasticum, cui forte incumbit, reparationum seu sarta tectorum monasterii cura illiusque firmandi, nisi idem sit, cui Firmariæ cura incumbit, vel certe Firmariorum: nam *Fermeteurs* vocant etiamnum Leodienses, quos nostri *Fermiers* dicunt, qui scilicet tributa exigunt. Vide Magnum Recordum Leodiense pag. 53. etc. Vetus Scheda apud Angelum a Nuce pag. 497: *Firmatarius (Casinensis) debet facere reparare Palatium Infirmary, cum subjacentiis suis.*

\* **FIRMATE,** Adverb. apud Virgil. Grammat. pag. 72.

¶ 1. **FIRMATIO,** Fidejussio, promissio Instrum. ann. 1395. apud Ludewig. tom. 5. pag. 603: *Si... dictus Dominus Casimirus Rex Poloniae... sex millia marcarum eo modo, quo debet, eidem Domino Regi Boemiæ vel filii ejus non solverit, aut conditiones seu obligationes pro ipsa solutione factas, Firmationes in specialibus literis contentas et expressas non fecerit, nec compleverit.* Vide Firmatas 1.

¶ 2. **FIRMATIO,** Idem quod infra Firmatas 3. Præceptum Ludovici Pii tom. 1. Capitul. col. 680: *Et ut hæc auctoritas... firmiorem obtineat vigorem, et deinceps inconvolva valeat perdurare, duas inde pari tenore conscriptas Firmationes fieri jussimus.*

¶ 3. **FIRMATIO,** Arx, castrum muni-



tum. Litteræ ann. 1224. in Hist. Mediani Monast. pag. 313: *Quod ego Albertus in Firmatione dicti montis salvus non essem, Dux mihi concessit licentiam Altampetræ reformare.*

¶ 4. **FIRMATIO**, Vox venatica, qua significatur tempus quo ultima fetura grandescit viribusque firmatur. Instrum. ann. 1240. apud Madoæ Formul. Anglic. pag. 904: *Noveritis quod ego Herebertus dedi et concessi pro me et hæredibus meis, D. Hereberto filio Matthæi.... tres damas tempore pinguedinis in parco meo de Bethhameton, et tres damas tempore Firmationis.* [\*\* Vide *Ferinesona*.]

¶ 5. **FIRMATIO**, Ciborum suppeditatio. Vide in *Firma* 2.

\* 6. **FIRMATIO**, Fides, fiducia, Gall. *Assurance*. Chron. Andr. Danduli ad ann. 1312. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 498: *Aliter cognoscemus expresse quod verba vestra nullum dant effectum, nec aliquam Firmationem; sed quod astute unum ore dicitis, et corde aliud cogitatis.*

¶ 1. **FIRMATOR**, Qui alicui chartæ testis subscribit. Charta ann. 1066. tom. 3. Gall. Christ. inter Instrum. col. 205: *Acta est autem hæc Charta publice... Firmatores sunt... Archiep. Guinamandus... Gosfredus Decanus.*

\* 2. **FIRMATOR**, Qui ad firmam tenet, Gall. *Fermier*. Chartul. Celsinian. ch. 435: *Firmatores hujus vineæ sunt, Christoforus et Eustorgius.* Vide *Firma* 3.

1. **FIRMATORIUM**, Quo pallium tenetur in humeris, vel cingulum in lumbis, fibula. Joh. de Janua. [*Fermoer*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerman.] Vide *Firmaculum*, et *Firmale*.

\* 2. **FIRMATORIUM**, Munitio, id omne quo aliquid firmatur. Libert. Petræ assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647: *Quicumque voluerint, possint absque licentia alicujus construere pontem super flumen Agoti, et Firmatoria facere, ubicumque videbitur eis fore expediens, facta emenda seu satisfactione Petro Olrio condomino dictæ bastiræ seu successoribus suis de emolumento portus, qui nunc est in dicto loco, nec non et aliis ad quos pertinebit de rippis seu Firmatoris dicti ponti.* Vide supra *Firmare* 3.

\* **FIRMATRIX**, [*Firmator*. (Corip. Laud. Justin. 2, 16.)]

¶ **FIRMATURA**, Munitio. Charta ann. 1239. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 39: *De Firmatura autem castri de Marcilleio concessit, quod ipse Radulphus firmet ipsum castrum secundum quod sibi melius placuerit.* Vide *Firmare* 3. et 6.

\* **FIRMATUS**, Locatus, conductus tiro, Gall. *Apprenti*. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 60. vº: *Ipse qui loquitur, jam erat Firmatus et allocutus... pro addiscenda arte sutoria.* Unde *Afermage* appellatur ejusmodi locatio, in Lit. remiss. ann. 1414. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 163: *Lesquelz compaignons firent l'Afermage du suppliant avec icellui Bertrand.*

¶ **FIRMERIUM**, Fibula, Gall. *Agrafe*. Inventarium ornament. et Reliq. Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: *Item tres libri pontificales... et habent asseres cooperatas de argento, et in duobus majoribus sunt duo pipeti argentei et sine clausuris, et alter sine pipeto qui habet unum Firmarium cum dimidio.* Vide *Firmaculum*.

\* **FIRMICULARIUS**, Fibula. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Firmicularii, fermailers, dicuntur a firmaculis,*

*quia firmant vestes ante pectus.* Vide supra *Firmallius*.

\* **FIRMIGARANS**, Idem qui *Fidelis*, subditus, vassallus, qui fidem suam domino obstrinxit. Charta pro hominibus de Stagello ann. 1331. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 174: *Bernardus et uxor ejus et infantes eorum et omnis posteritas ipsorum sint leales et Firmigarantes ad sanctam Mariam Crassam et ad ejus monachos omni tempore sine engan.* Vide supra *Fidelis* 1.

1. **FIRMITAS**, Securitas data alicui, *Assurance*, *Seureté*, ἀσφάλεια. Annales Franc. Bertin. ann. 864: *Quem pater e vestigio insequens sub Firmitatum conditionem ad se venire facit, et ei honores donat.* Capitul. Caroli C. tit. 16. cap. 15: *Et si adhuc dubitatis, et aliam Firmitatem quaeritis, etc.* Adde tit. 27. cap. 3. 8. tit. 26. cap. ult. [Charta ann. 1038. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Funditus perpetuiter subnixa Firmitate roboramus, donamus, tam in fevo quam in alode.* Litteræ ann. 1303. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 203: *Solvatis... videlicet duo millia librarum in annum presentem, et postea de anno in omnium tria millia librarum usque ad plenam satisfactionem dictorum viginti millium librarum, prout in Firmitatibus, quas a nobis habet super hoc dictus Marchio, continetur, nam super iis Firmitates validas a Dalphino et D. Johanne ejus primogenito filiis nostris habemus.*

2. **FIRMITAS**, Pactum. Capitul. Caroli C. tit. 21. cap. 1: *Quia necesse erat, ut inter nos Firmitas facta fuisset secundum Dei voluntatem.* Cap. 3: *In illa Firmitate, quam ego cum patre suo... feci.* Ita tit. 23. cap. 7. tit. 26. cap. 1: *Chartæ Firmitas.* Chronica Augustensis ann. 1059: *Seditio inter Hainricum Augustæ Episcopum et Diepoldum Comitem pro Comitatu ad altare S. Mariæ per cartæ Firmitatem tradito. Firmitatem facere per chartam.* Leg. Alemann. cap. 1. § 1. 2. [\*\* Vide Hincmar. Annal. ad ann. 866. et ad ann. 869. Pertz. pag. 471. lin. 40. et pag. 485. lin. 15.]

3. **FIRMITAS**, Privilegium, *emunitas*, præceptum, quod scilicet perpetuum obtinet *Firmitatem*, ut est apud Marculfum lib. 1. form. 1. et alibi passim. Ratbertus de Casibus S. Galli cap. 5: *Hortatus est eos, ut per aliquem fidum hominem eandem Firmitatis cartam domno Imperatori dirigerent.* Supra, *emunitatis præceptum* dicitur. Adde cap. 8. Theodoros Campedonensis de S. Magno cap. 25: *Dedit et totum ipsum saltum cum marcha Firmitatis, quæ in epistola sua fecit conscribi.* Et mox: *Et ne quisquam ex successoribus ejus tanti obsisteret boni, fecit conscribi suæ Firmitatis epistolam, etc.* Walafridus Strabus de Vita S. Galli cap. 21: *Jussit fieri descriptionem Firmitatis, etc.* *Epistola Firmitatis*, in Lege Aleman. tit. 2. Occurrit passim in Lege Longob. lib. 3. tit. 8. § 2. [\*\* Ludov. Pii 31.] apud Aimoin. lib. 4. Hist. Franc. cap. 62. Babolenum in Vita S. Germani Abb. Mart. n. 8. Arbonem in Vita S. Corbiniani cap. 29. etc.

4. **FIRMITAS**, Munitio, Castrum undique firmatum seu clausum: *Fermeté*, in Consuetud. Calvimontensi art. 8. Gloss. MS. Regium Cod. 1197: *Munitiones, Firmitates.* Annales Francorum Loiseliani ann. 776: *Et nimia festinatione Saxonum casus seu Firmitates subito introivit.* [Diploma Ludovici VII. ann. 1146. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 231: *Episcopus autem... nobis et successoribus nostris et regno fidelitatem juravit, et*

*universas Firmitates ac fortalitia civitatis quoties ad Podium veniremus ad voluntatis nostræ præceptum se redditurum nobis firmavit.* Instrum. ann. 1215. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 843: *Ego Odo Dux Burgundiæ, notum facimus universis, quod si Comes Nivernensis apud Grisolia voluerit facere Firmitatem, etc.* Notitia Anonymi ann. circ. 1229. ex 2º. Chartul. Campaniæ apud D. Brussel tom. 2. de Usu feud. pag. 786: *In castro Chableiæ quod Clastrum vocatur, D. Noerrii nullam prorsus habet justitiam, nec in muris, nec in fossatis, nec in tota Firmitate.]* Occurrit præterea apud Ethelwerdum lib. 4. cap. 3. pag. 845. Henricum Huntindon. lib. 8. pag. 372. 373. Adonem Viennensem in Chronico, Ordericum Vital. lib. 9. pag. 738. Matth. Paris. pag. 53. 65. Joann. Brompton. pag. 993. 1039. in Chron. Besuensi pag. 556. in Historia Episcoporum Autisiod. cap. 53. in Annalib. Francor. Bertinianis pag. 221. in Epist. 61. ex Francis tom. 4. Hist. Franc. etc. Philippus Mouskes in Henrico I:

Li ot tolu par sa gierre  
Et ses chastiaus et ses cités,  
Et ses hours et ses Fermetés.

Idem in Chilperico:

Chastiaus saisi, cités,  
Bours et viles, et Fermetez.

Le Roman d'Alexandre MS.:

Onques ne pot garir Chastiaus ne Fermetez.

Infra:

C'est une Fermeté, qui moult est redoutée.

Le Roman de Garin MS.:

Riches est li sires, qui a tel Fermeté.

Alibi:

Donjon, ne marche, recet, ne Fermeté.

Le Roman d'Aubery MS.:

Tant vos donrai chastaux et Fermetez,  
De mon Royaume serés Sires clamez.

Le Roman de Gaydon MS.:

Et dis chastiaux et autant Fermetez.

Le Roman d'Amile et d'Amy MS.:

Et saisirois toutes vos Fermetez.

Hinc diminutivum *Ferté*, quo nomine donantur etiamnum complura in Gallia castra. Le Roman de Guillaume au court-nez MS.:

Por l'amor Dieu qui onques ne menti,  
Guillaume prist Orange, la tor et la Fierté.

Le Roman de Garin:

Le Siege a mis environ la Ferté.

Le Roman d'Aubery:

Je vous croistrai forment vos heritez,  
De deux chastiaux, et de quatre Fertez.

\* **FIRMITAS**, Urbis vel castri ambitus, vulgo *Enceinte*, *Fermeture*, in Ch. ann. 1460. ex Chartul. Latinac. fol. 75.

5. **FIRMITAS**, Exactio in rebus venalibus Joann. Hocsemio in Episc. Leod. lib. 1. cap. 15: *Fuit autem forma concordie, quod quoad 18. annos tunc futuros de sola cerevisia Firmitas levaretur, etc.* Adde cap. 26. lib. 2. cap. 13. pag. 398. *La Ferme de la biere.* [Chron. Cornelii Zantfliet apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 193: *Statuere intendebant Firmitatem super vino et sale, etc. Sed quoniam hoc per omnes erat abjuratum, dispensatio a sede Apostolica impetratur, et per quinquennium Firmitas levari permissa est.]*

\* *Fermeté*, eodem significatu, in Charta ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 398: *Du discord de la Fermeté; que la Fermeté cesse dorenavant dedans la cité de Liege.*

† FIRMITATIS ARCHA, Ferro munita, arcula ferrata, nostris *Coffre fort*. Litteræ Johannis Reg. Franc. ann. 1360. tom. 3. Ordin. pag. 479: *Nisi reperta fuerit dicta res in scrinio vel archa Firmitatis, de quibus clavem deferat dominus vel domina domus.*

\* 6. FIRMITAS, Fides sacramento firmata. Capitul. Caroli C. tit. 32. apud Baluz. tom. 2. Capitul. col. 146: *Firmitas autem quam a prædictis hominibus missi nostri debent recipere, ista est; De ista die inante Karoli, Hludowici imperatoris filii, regnum illi non forconsiliabo neque werribo. Sic me Deus adjuvet et istæ sanctæ reliquæ. [\* Vide Firmitas, 1. et 2.]*

† FIRMITUDO, Arx, castrum munitio-nibus vallatum. Confœderatio inter Comit. Flandr. et Comit. Hannoniæ ann. 1176. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 586: *In confinio etiam terrarum nostrarum quod vulgo marcha dicitur, non debemus, nec possumus alias construere Firmitudines, quam illas quæ modo ibi sunt. Vide Firmitas 4.*

\* FIRMONORUM. Libert. loci de Viridifolio ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 278. art. 7: *Quæ quidem nemora atque devesias ab omni explecta officiariorum et Firmonorum regionum quorumcumque exhimimus. Ubi emendandum opinor, Forestariorum. Vide infra Firraneum.*

\* FIRNUM, Quercus cortex. Charta Th. comit. Pertic. ann. 1214. in Reg. forest. comitat. Alencon. ex Cam. Comput. Paris. fol. 55. vº: *De arboribus quas in usu nostro capimus, non habent copellos nec esmundas: de omnibus arboribus, quas damus et capimus ad nostros usus, Firnum, quod dicitur Galice tans, dicitur Geruasius et dicti ejus hæredes habent.*

† FIRMURA, Sera, clausura. Liber niger Scaccarii pag. 367: *Et in tali Firmura, quod quilibet eorum habeat clavem suam et diversam.*

\* *Fermeté*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1403. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 225: *Et ce fait, aterent à un ventaile dudit vivier, et là l'un d'eulx rompi la Fermeté dudit ventaile, etc. Vide Firmare 6.*

\* FIROSELLUM, Filum sericum crassius, Gall. *Filoselle*. Stat. Astæ ubi de Intrat. portar. *Firosellum de seta solvat pro qualibet libra ponderis lib. v. Vide supra Filladisserium.*

\* FIRRANEUM. Charta Caroli II. reg. Sicil. ann. 1308. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 216: *Decimas de... armentis jumentorum, bubalarum, vaccarum, gregibus ovium et porcorum, pecunia fidantiæ, Firranorum, etc. Ubi vir eruditus legendum opinatur Forestarum, ut infra. Vide supra Firmonorum.*

FIRSTFALLI, Culminis ruina, ex Saxon. et Germ. *first*, laquear, tigillum, festum, culmen, et *fall* ruina. Lex Bajuvar. tit. 9. cap. 3: *Si quis desertaverit, aut culmen ejecerit, ... aut incendio traderit uniuscujusque, quod Firstfalli dicunt, etc. Habetur præterea cap. 4. § 5. Firstfalli præfert Editio Heroldi cap. 13. § 3.*

FIRSTSUL, Columna, qua domus culmen sustentatur, ex German. et Saxon. *first*, culmen, et *sul*, vel *sy*, columna. Lex Bajuvar. tit. 9. cap. 6: *Si*

*quis eam columnam, a qua culmen sustentatur, quam Firstsul vocant.*

FIRTALA, Mensura annonaria in Morinensi seu Bononiensi et Flandrensi tractu. Chronicon Andrense pag. 361: *Terram... sub firma manu dedit per duas Firtalas frumentii, et quinque Firtalas avenæ. Occurrit ibi non semel pag. 362. 366. 370. 372. 396. 397. 405. etc. et in Charta Balduini Comitis Fland. ann. 1056. in Tabul. S. Bertini. Vide Ferto.*

FIRTHE, seu potius *Fyrht*, vox Saxonica, pro terriculamento, phantasmate, spectro. Somnero, *fyrhto*, est stupor, horror. Leges Kanuti Regis cap. 27. apud Bromptonum: *Gentilitas est, si quis idola colit, ... aut in sorte vel in Firthe, (leg. Fyrth) vel in similibus fantasias vel præstigiaturis aliquid agat. [\* Leges Canut. secular. cap. 5. ubi Schmidt. faculas vertit, quasi esset F y r s t e.]*

FIRTHUNGA, vel Fyrthunga, Expeditio, seu profectio militaris: *expeditionis apparatus*, in Legibus Kanuti Reg. cap. 31. Edit. Brompton. *Expeditio*, nude in cap. 32. [\* Leg. Canut. secul. cap. 10.]

FIRTO, Vide Ferto.

† FISANA, est *Aqua ordeï*, in Gloss. S. Andree Avenion. XIII. sæc. exarato; pro *Pisana*, nostris *Pisane*.

\* FISCA, Vide infra *Fista*.

† FISCALATUS, Nomen officii in superiori justitia, Procuratoris scilicet fisci. Concilium Limanum I. ann. 1532. tom. 4. Concil. Hispan. pag. 244: *Officia Notariatus aut Fiscalatus neque vendantur neque locentur, sed hominibus probis atque industriis gratis ab Episcopo conferantur.*

FISCALIA, Annonæ, tributa, quæ fisco inferantur. Julius Africanus lib. 5. Hist. Apost. pag. 64: *Nam dum custodiuntur, fures insidiantur, dum solvunt Fiscalia, dum ædificant promptuaria, etc. S. Ambrosius in Ep. ad Romanos cap. 13: Ideo dicit tributa præstari, vel quæ dicuntur Fiscalia, ut subjectionem præstent. Scholiastes Juliani Antecess. cap. 72: Quando is, qui nihil possidet, Fiscalia dare cogitur. Ita usurpat leg. 3. C. de Episcop. (1, 3.) et leg. 7. Cod. Th. de Annona. (11, 1.) *Fiscale onus, Pensitatio Fiscalis*, in leg. 17. 12. eod. tit. Cod. Theod. Bulla Cælestini V. PP. apud Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 429: *Ab omnibus et singulis Fiscalibus, mutuis, et collectis, exactionibus, et functionibus, etc. Adde pag. 430. [Tabularium S. Johannis de la Pena lib. Goth. fol. 18. apud Moret. lib. 2. Antiquit. Navarræ pag. 489: Quia non solum ego sed et pater meus et avus meus et omnes Reges liberi et absque Fiscalia fuerunt, tam de Christianis quam etiam de paganis. Et quia libertas nostra antiqua est. Hispanis Fiscalia, Ezaccion del fisco.]**

† FISCALION, τὸ βασιλικόν. Gloss. Lat. Græc. Vide *Fiscus*.

FISCALIS, *Fiscalinus, Fisglinus, etc. Vide Fiscus.*

† FISCATIO, Fictio, illusio. Chronicon Siciliæ ad ann. 1325. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 92: *O inflata scientia, quæ veteres verbo resolutorio quasi sophismati logicali in Fiscationem prædictam ex manifestis falsis medio inepto læsit. Lubens legerim Fuscationem a Fuscare, Tenebrosum facere.*

\* FISCATUM, f. Series palorum terris continendis vel capiendis piscibus infixorum, ut supra *Fichia*. Charta ann. 922. apud Murator. tom. 6. Antiq. Ital. med. ævi col. 326: *Cum planiciebus, ripis, rupinis, molendinis, piscationibus, Fiscatis, redditionibus, etc. Vide infra Fixura 1.*

† FISCATUS, pro *Viscatus*. Carmen de varia Ernesti Bavaricæ Ducis fortuna lib. 6. in Anecd. Marten. tom. 3. col. 355:

Quis nesciat, inquam,  
Quod clauso regno, Fiscatis Dedalus alis  
Arctæas Minoæ timens enavit ad oras?

Sic Ovidius de Arte am. 1. 391. dixit:

Non avis utiliter Viscatis effugit alis.

\* FISCPELLULA, Fiscella, parvus fiscus. Gumpoldi vita Venceslai ducis cap. 8. apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 216: *Fiscellulas utriusque dorso dependentes gravidis implens racemis.*

FISCHA, Vide *Faicia*.

† FISCLA, *φίσκος, ὁ συνήγορος, Fiscus*, in Supplemento Antiquarii.

\* Ita Gloss. Lat. Gr. at in Castigat. ad utrumque Glossar. legitur: Germ. *Fisci advocatus, fisci patronus, φισκοσυνήγορος*. Vide Salmas. ad Hist. Aug. pag. 96.

† FISCIACUS, Idem quod *Fiscus*, prædium. Instrum. ann. 358. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 143: *Pro quantitate sui atque difficultate itineris, quia longius ab urbe distabant, (Canonicis Eðuenses) penuriam sæpissime pati solebant quotidiani victus: ut quando penitus hæc occasio tolleretur, receptis eisdem rebus atque militaribus viris distributis, i. Caramanno et Tillido villis, cum Fisciaco ad se pertinente, delegavi in usus eorum in viciniore et pinguiori loco Marcassolum villam. [\* Haud scio an nomen loci.]*

† 1. FISCINA, Instrumentum piscandi. Papias. Vide *Fissina*.

\* 2. FISCINA, *Faisselle à faire fourmage*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fisina, lo vase da fare caseo*, in Glossar. Lat. Ital. MS. Columellæ, *Fiscellus*.

FISCLA, Gloss. Longob. S. Germani Paris. ex Gloss.: *Fistula, vulgo Fiscla dicitur.*

FISCLUM, Gloss. Saxon. Ælfrici: *Fisclum: Ele-seocche, ad verbum, oleum ægrotorum. [Isidor. lib. 20. Orig. cap. 14: *Fisclum, quasi Fisculum, a colando oleo dictum, vel quasi Fiscella olei.]**

FISCO, Culcitra straminea, vulgo *Pailasse*. Fr. Juncta in Vita B. Margarete de Cortona n. 17: *Tunicas, Fiscores et opertoria lecti*. Constitut. Ord. Prædicat. dist. 1. cap. 9: *Super stramina et Saccones laneos dormire licebit. Bulla Innocentii IV. PP. pro Damianitis Barcinensib. ann. 1243. apud Waddingum: *Scapularia et mantellum cum pellibus, ac subtilares cum pedulibus, et utendi Fisconibus feno vel palea plenis, et cervicalibus vobis licentiam impertimur. Alia ejusdem Pontificis pro universis Damianitis ann. 1247. habet hoc loco *Saccones: Licet autem unicuique habere Sacconem de palea vel de feno, et cervical. Alia Urbani IV. ann. 1263. pro Sororibus Minorum Monasterii Humilitatis B. Mariæ Parisiensis apud Ughellum: *Licet autem unicuique Sacconem plenum habere de palea, vel de feno, vel stramen, aut saltem fenum vel stipulam pro Saccone, etc. At quod fisco et sacco, locis præallatis, saccus appellatur in Regula Templariorum cap. 70: *Credimus enim prorsus Saccum, culcitram, et cooperitorium unicuique sufficere. Columellæ vero lib. 12. cap. 48. Fisco est fiscina juncea: unde Fisculus, parvus fiscus, eidem cap. 49.*****

\* FISCOCINTUS, Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Coton, Prov. Fiscocintus, subax.*

† FISCONUS, Eadem notione, qua

*Fisco*, in Constitut. Caroli II. Reg. Siciliae: *Pro quolibet lecto integro assignando per Magistros juratos et Bajulos... solvatur granum unum. Lectus integer intelligatur materatium, vel Fiscoenus, vel culcitra, quod, qui vel quæ habeat lintheamina et culcitram.*

☉ **FISCOSA INFIRMITAS**, *Ficus*, morbi genus. Mirac. S. Fiacrii tom. 6. Aug. pag. 619. col. 1: *In parvo tempore omnis infirmitas Fiscosa, supereminentia et superfluitas, sine aliquo gravamine, ceciderunt.* Vide supra *Ficus*.

† **FISGULUS**. Vide *Fisco* et in *Fiscus*.

**FISCUS**. Papias: *Fiscus, saccus est publicus, unde fiscina et fiscella.* Hausit ex [Isidor. Origin. lib. 20. cap. 9. sect. 7. hic vero ex] S. Augustino in Psalm. 146: *Fiscus saccus est, unde et fiscinæ et fiscellæ dicuntur.* Jo. de Janua: *Fiscus, vel bursa Regis, ubi publicus census reponitur.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fiscus, Sac ou bourse de Roy ou Ven met publiques cens, ou revenues, ou fourfaitures.*] Gloss. Ælfrici: *Fiscus, vel saccus publicus, bigirdel Somnero bi-gyrdl, est zona.*

*Fiscus*, pro re, quæ fisci est, et ad fiscum, seu ad dominium alicujus pertinet. [Præceptum Pipini Aquit. Regis ann. 846. tom. 2. Gall. Christ. inter Instrum. col. 253: *Quidquid etiam de præfatis rebus Monasterii jus Fisci exigere poterat, totum ei concedimus Monasterio.*] Concilium Valentinum ann. 885. cap. 10: *De Fiscis et villis, quas constat dominio Ecclesiæ a fidelibus olim fuisse contraditas, et nunc potestati sæcularium subditas, etc.* [Charta Caroli III. apud Mabill. tom. 8. Annal. pag. 696: *Regembaldus Abbas innotuit nobis qualiter eadem et Fiscasibi pertinentia sub Manillone et Mundeburde atque immunitatis tuitione progenitores nostri præcis temporibus constituisent.* Charta Bernonis Episc. Matiscon. ann. 930. vel 931. tom. 4. Gall. Christ. inter Instr. col. 275: *Expetiit ab eo D. Albericus Comes illustris ex rebus aliquid terrenis subtrahi S. Vincentii Matiscon. Fiscum videlicet unum in pago Lugdunensi cum adjacente Ecclesia SS. Amoris et Viatoris.* Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. fol. 126. col. 2: *Pertinet autem eadem terra per suggestionem ad Fiscum Spicarias.*] Ekeardus Junior de Casib. S. Galli cap. 1: *Non dum adhuc illo tempore Suevia in Ducatum erat redacta: sed Fiscus regio regulariter parebat, sicut hodie et Francia.* Chronic. Reichersperg. ann. 1088: *Admontense Cœnobium his temporibus fundavit... quia Fiscus Episcopalis erat.*

☉ *Fisci* erant privilegia; ex quibus unum memoratur in Charta ann. 1315. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 50: *Ex fisci privilegio continente: Fiscum posse rem communem in solidum ratione partis suæ, solum et in solidum vendere.*

† **FISCUS REGIUS**, Ærarium Regium. Epistola Henrici Huntindon. ann. 1553. tom. 8. Spicileg. Acher. pag. 186: *Magna expectatione susceptus (Gilbertus) cepit avaritiæ crimini deservire, multa perquirens, pauca largiens. Moriens liquidem nihil divisit, et infinitam thesauri copiam Rex Henricus in ejus deliciis invenit. Ocræ etiam Episcopi auro et argento refertæ in Fiscum allatæ sunt.*

☉ **FISCUS APOSTOLICUS**, Ærarium Romani pontificis, in Stat. Avenion. lib. 1. rubr. 41. art. 1. pag. 119.

**FISCUS REGIUS**, Regis domanium, villa regia, prædium dominicum. Capitulare de villis cap. 3: *Franci, autem, qui in Fiscis aut villis nostris commanent, etc.* Adalbertus Floriac. in Hist. Translat. S.

Benedicti num. 2: *Namque idem ager Floriacensis Fiscus regius erat.* Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 20: *Manens juxta regii villam Fisci, quam Rosetum vocant.* Chronicon S. Petri Vivi pag. 761: *Locum Mauriaci, qui Fiscus regalis et capella Regum Francorum est.* Henricus Huntindon. lib. 6: *Normannia Fiscus regalis erat.* [Formulæ vett. Alsatiæ apud Eccardum ad calcem Leg. Sal. pag. 236: *Concessimus ad ipsum titulum Pastoralem curtem seu Fiscum juris proprii et regalis.*] Occurrit passim, in Annalibus Franc. Metens. ann. 879. apud Robert. de Monte ann. 1038. Fulcuinum de Gestis Abbat. Lobiens. cap. 1. Fortunatum de Vita S. Medardi cap. 15. 19. Baldricum lib. 2. Chr. Camerac. cap. 21. in Vita S. Mauri, n. 50. etc.

† **FISCALES TERRE** et **Fiscales villæ** nude dicuntur quæ ad Regium domanium pertinent, in Conventu apud Andelaum ann. 587. sub Guntramno Rege, tom. 1. Capitul. col. 13. apud Marculfum lib. 2. formul. 52. et in Append. ad Marcum Hispan. col. 792.

**FISCUS DOMINICUS**, in Vita S. Bathildis Reg. n. 8. [Præceptum Childberti I. Regis Fr. ann. 528. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 4: *Actum Madoallo Fiscio Dominico. Data XIII. Calendæ Februarii anno IV. regni nostri.* Capitulare Wormatiense cap. 8: *Ut de rebus Ecclesiarum quæ ab eis per triginta annorum spatium sine ulla interpellatione possessæ sunt testimonia non recipiantur, sed eo modo contineantur sicut res ad Fiscum Dominicum pertinentes contineri solent.* Et infra: *Volumus ut omnes res Ecclesiasticæ eo modo contineantur sicut res ad Fiscum nostrum pertinentes contineri solent.* Codex MS. Irminonis Abbatis Sangerman. fol. 55. col. 2: *Winegaudus tenebat de Fiscio Dominico campos II.... Gondoinus tenet de Fiscio dominico jornales II.*] [Guerardo in Glossar. ad Polypt. Irminon. *Fiscus* est: Prædium majus, indivisum, ejusdemque administrationis, partim a domino, partim ab ipsius obnoxiiis cultum. Locos vide ibid. in indice.]

\* [« Do ei Anasiacum, *Fiscum* meum indomincatum, cum appendiciis suis et servis et ancillis. (Donatio Radulfi III, regis Burgundiæ, an. 1011, mus. arch. dep. p. 43.) »]

**FISCO SOCIARE**, *Fisco sociante, socio, cogente, discutiente*: Formulæ, quæ passim in veteribus Tabulis occurrunt, quibus res fisco publico adjuncta aut adjungenda innuitur. Appendix Codic. Theodos. Constit. 14: *Facultatibus eorum Fisco nostro Sociatis.* Const. 19: *Non solum bona sua largitionibus nostris jussimus Sociari, verum etiam, etc.* *Fisci viribus Sociare, adsociare*, in eod. Cod. Th. et apud Papiamum tit. 9. etc. Vita S. Romarici MS.: *Villas eorum Fisco Sociari præcepit.* Vita S. Isidori Episcopi Hispaliensis n. 13: *Ecclesiarum prædia, quæ pater suus Fisco Associaverat. Ita vocem Sociare, pro adjungere, usurpat Edictum Chlotarii II. Regis in Concilio Parisiensi V. cap. 18: In exilio deportentur, et facultates eorum propinquis hæredibus Socientur.* Adde Capitulare 2. ann. 813. cap. 6. Vide leg. 13. eod. Cod. de Paganis, etc. (16. 10.) Chron. Farfense pag. 655. etc. [Unde in eadem formula interdum *jungere* usurpant. Charta ann. 1013. in Append. ad Marcum Hispan. col. 995: *Libras decem Fisco S. Petri jungendas, etc.*]

**SOCIANTE FISCO**. Charta 47. inter Alamannicas Goldasti: *Qui contra hanc*

*donationem a me factam venire præsumpsit, Sociante Fisco multam repetitionem componat, id est, auri lib. 2.* Vide Chartam seq. et 58. Tradit. Fuld. lib. 2. cap. 27. Marculfum lib. 2. form. 4. 6. 7. 11. 18. 52. etc.

**SOCIO FISCO**. Formulæ veteres cap. 27. et 37: *Una cum Socio Fisco auri uncias tantas, etc.* Charta Rodulfi Archiepisc. Bituric. ann. 851. in Tabul. Belli-loci: *Si litem, calumniam, sive aliquid oppositionis facere voluerit, cui litem intulerit, auri libras 30. argenti pondera 60. una cum Socio Fisco coactus exsolvat, et quod male petit, vindicare non valeat.* Privilegium S. Amandi, descriptum tom. 2. SS. Ord. S. Bened. pag. 1294: *Et insuper inferat vobis cum Socio Fisco auri libras decem, etc.* [Charta Guitoniis pro Monasterio S. Hilarii de Nobiliaco apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 275: *Qui contra hanc epistolam aliqua maligna cupiditate ductus calumniam aut repetitionem generare... conaverit, inferat partibus Monasterii et Socio Fisco solidos D. componat.*]

**CUM CONSOCIO FISCO**. Primum Testamentum Widradi Abbat. Flaviniac.: *Una cum Consocio Fisco auri libras 30. argento pondere quingenta coactus exsolvat.*

**COGENTE FISCO**. Charta Rodulfi Archiepisc. ann. 858. in Tabul. Bellilocensis: *Deinde Cogente Fisco auri libras 15. argenti pondera 30. coactus exsolvat.* Vide Chartam Alam. 81. apud Goldastum, Baldricum lib. 1. Chron. Camerac. cap. 27. Tradit. Fuld. lib. 2. trad. 38. 39. etc.

**DISCUTIENTE FISCO**. [Formulæ veteres apud Baluzium tom. 2. Capitul. col. 497: *Fisco Discutiente solidos triginta multæ componat.* Ibid. col. 499: *Et ob hoc solidos tantos una cum Fisco Discutientibus multæ componat.*] Charta Alam. 77. apud Goldast.: *Ad ipsum Monasterium restituat, et in Discutienti Fisco multa componat, id est, auri uncias duas, etc.* Aliis verbis in Charta 60: *Qui contra hanc donationem venire tentaverit, Partibus Fisci multa componat, id est, auri uncias 6. etc.*

† **FISCI VIRIBUS ADDIGATUR**. Vetus Formula ejusdem notionis. Capitulare Caroli Mag. cap. 13: *Si vero Laicus fuerit et honestioris loci persona, medietatem facultatum suarum amittat Fisci Viribus profuturam.* Capitulare Ludovici Pii ann. 826. cap. 6: *Quod si fecerit, domus illius Fisci Viribus addicatur.* Quod non semel in iisdem Capitularibus occurrit.

† **FISCI CELLARIUM**. Præceptum Chilperici ann. 716. apud Mabill. Diplom. pag. 435: *Dum et ante hus annis proavus noster Dagobertus quondam Rex solidus cento exentis de Massilia civitate sicut ad Cellario Fisce potuerant esse exactati, ad Basileca peculiarts patroni nostri domni Dionysii, etc.*

**FISCUS, Feudum, beneficium**, præsertim vetustioribus Scriptoribus: quia in primæva feudorum institutione Principes terras fiscales, seu patrimoniales Fidelibus suis seu subditis concedebant in beneficium et feudum, idque ad vitam. Unde fisci nomen retinebant, quia non omnino alienatæ erant, sed censebantur semper esse de dominio donatoris ac feofatoris. Unde non desunt, qui voce *feudum* confectam ex *fiscus* putant: ita ut cum nostri *fiesc* pro *fisco* dicerent, vocem *fiesc*, in *fief* verterit, unde postmodum *feudum* formarint. Vetus Lapis in Ecclesia S. Germani Præsentis Parisiis: *Hic pausante sancto Germano, in die translationis, dedit ei Rex Pipinus*

*Fiscum Palatiolum cum appenditiis suis omnibus.* Annales Franc. Metenses ann. 847: *Deditque illi Comitatus et Fiscos plurimos.* Adde ann. 885. 887. Baldricus Noviom. lib. 2. cap. 35: *Ipsum locum in Fisco tenebat.* Ordericus Vital. lib. 10: *Plerique Francorum, qui binis cogebantur dominis obsecundare, pro Fisciis, quibus abunde locupletati sub utriusque Regis turgebant dititione, etc.* Vetus Charta apud Marcam in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 11. num. 1: *Dedit ei in Fiscum et filiis suis, et suæ progeniei 12. conductus, etc.* Tabularium Dolensis Monasterii in Biturigib.: *Concedimus etiam, ut quicumque ex nostris casatis vel feudatis partem aliquam sui Fisci sive casamenti, quod a nobis habet, dare voluerit, libere hoc agere possit, etc.* Tabular. S. Sulpitii Bituricensis circa ann. 1000: *Quod si forte evenerit, quod ipse vel hæredes ejus, quod absit, defecerint, omnis Fiscus revertetur in proprium S. Sulpitii.* Epistola 297. ex iis, quæ habentur tom. 4. Hist. Francor.: *Jam quod regis dignitatis, et de Fisco Regis Francorum est, Regis Anglorum feudum impudenter esse asserunt.* Adde Monachum Sangallensem lib. 1. cap. 14. 16. Fulbertum Carnot. Epist. 96. Odonem de Miracul. S. Mauri Abb. cap. 4. Diplom. Belg. lib. 1. cap. 8. Probat. Hist. Guinensis pag. 45. 47. Prob. Hist. Monmorenc. pag. 67. etc.

† **FISCUS SACERDOTII**, sive *Presbyteratus*, Domus cum certa agri portione, quam assignare solebant in Ecclesiæ dotem ipsius fundatores, quamque ab omnibus oneribus faciebant immunem. Hoc etiam nomine intelligenda jura Sacerdotalia, Gall. *Droits Curiaux*, quæ illi fundatores et Domini feudales aut sibi diu retinere, aut aliquando ipsi Presbytero deseruit concesserunt. Ejusmodi sunt oblationes, et ea quæ persolvi solent pro baptismis, exequiis defunctorum, imo et pro penitentiiis et manuattrectationibus, id est forte, matrimoniis. Tabularium Vosiense fol. 3: *Concesserunt Deo et S. Petro Vosiensi omnem Fiscum Sacerdotii ex eadem Ecclesia, ex baptisteriis scilicet, ex penitentiiis, ex manuattrectationibus, et ex omnibus quæ ad Fiscum Sacerdotii pertinent, promiseruntque se nihil omnino quæsituros ex omnibus præter quartam partem sepulturæ.* Tabularium Angeriacense fol. 60: *Ego Elias Rufus concedo Deo... in præsentia D. Odonis Abbatis Ecclesiam Oiziaci, et Fiscum Presbyteratus, et cæmeterium, etc.* Vide *Feudum Presbyterale*.

Apud Marculfum lib. 1. form. 2. *Fiscus* opponitur proprietati: *Ergo dum et ille Episcopus, aut Abbas, aut inluster vir Monasterium in honore illius, in pago illo, aut super Proprietate, aut super Fisco, noscitur edificasse, etc.* Quod quidem aliis verbis exprimitur in form. 12. et 33: *Villas illas, sitas in pago illo, quas de munere regio, aut de alode parentum, vel undecumque ad præsens tenere videtur. Ubi villæ de munere regio possessæ, sunt fisci beneficia, feuda: alodes autem parentum, ipsa proprietas.*

¶ Et quidem bona *fiscalia* generatim vocabant beneficia quæ a Rege vel Principibus, aut etiam ab Ecclesiis, certis sub conditionibus ad vitam dabantur. Hæc a propriis seu patrimonialibus belle distinguuntur in Charta ann. 1510. apud Rymer. tom. 13. pag. 285: *Sub obligatione omnium bonorum nostrorum Patrimonialium et Fiscalium.* Et paulo post: *Sub obligatione et hypotheca omnium bonorum nostrorum et præfata serenissimæ Reginæ Castellæ filiz nostræ Præ-*

*sentium et Futurorum.* Ubi bona præsentia sunt patrimonialia, futura vero *fiscalia*. Vide Notas Bignonii ad Marculfum.

\* **IN FISCO HABERE**, id est, Titulo beneficii possidere. Testam. Guill. dom. Montispessul. ann. 1114. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 391: *Decano autem de Poscheris et posteritati suæ dimitto et dono totum illud, quod habeo in Fisco, et castellaniam de Spoluca, et castellum novum, et castellaniam de Melgorio, et totum alium Fiscum, quem habeo de comite Melgoriensi, ubicumque sit.*

† **INFISCARE**, Idem quod *Inbeneficiare*, Prædium in *fiscum*, vel *beneficium* aut feudum alicui conferre. Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 26: *Angilrannus... traditionis hujus ignarus, a Rege Vendram sibi potulat dari. Quod ubi Rex annuisset, audiens dominus Hincmarus Præsul, qui sedem tenebat Ecclesiæ Remensis, hanc Infiscari villam, etc.* Baldricus lib. 2. Hist. Camerac. cap. 18: *Quod (Monasterium) postquam viris militaribus Infiscatur, pro immunitate rerum, ad raritatem fratrum redigitur.* Vita S. Theodoric Remensis num. 13: *Is audiens villam Infiscari jure proprietatis, quæ ejus Ecclesiæ subjecta dono regali dinoscebatur.*

† **FISCALITER TENERE**, Idem quod *Feodaliter*, jure *fisci* seu feudi possidere, passim in Tabular. Savigniac. et apud Stephanotium tom. 7. Fragm. Hist. MSS. \* Charta ann. 1116. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 51: *Quidam homines sui per successionem ab antecessoribus Berlæi jure hæreditario Fiscaliter tenebant.*

\* **FISCALIS PENA**, Mulcta, quæ ad *fiscum* pertinet. Pariag. inter reg. et episc. Caturc. ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. 621: *Incursum hæresum, forefacturæ, commissæ, penæ Fiscoles et publicationes bonorum... ad nos et episcopum communiter pertinebunt.*

† **FISCI OFFICIUM**, Idem quod *alibi Fisci Servitium* dicitur, quod scilicet a *fiscalinis* seu qui *fisco* aut prædio deserviebant, debebatur. Capitul. lib. 6. cap. 108: *Et ipse Officio Fisci servire cogatur.* Ibid. cap. 99: *Aut ipse in Servitio Fisco nostro serviturus semper societur.*

† **FISCALE SERVITIUM**, pro ipsis servis *fiscalibus* usurpari videtur in Epist. Silvestri PP. II. ann. 1002. in Append. ad Marcam Hispan. col. 959: *Et in Comitatu predicto Empuriense ipsam alaudem quem dicunt Ultiano cum terminis et adjacentiis suis et cum Servitio Fiscole, et Ecclesiis quæ ibi sunt fundatæ, etc.*

**FISCALINI**, qui *Fisco*, seu prædio Principis deserviebant, erantque ei quodammodo addicti. Gloss. Saxon. post Leges Henrici I.: *Fiscalinus, villanus.* Ita passim accipitur in Capit. ad Legem Salicam § 12. in Lege Longob. lib. 2. tit. 32. § 6. [Car. M. 25.] in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 26. in Capitulari 5. ejusdem Caroli M. ann. 803. cap. 15. in Capitul. Caroli C. tit. 39. cap. 3. etc. ubi cum colonis fere semper junguntur, atque etiam *Servis Fiscalinis*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 30. [Lud. P. 10.] *Litis æquiparantur in lib. 3. tit. 20.* In Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 16: *De liberis hominibus uxores Fiscalinas regias habentibus.* Acta Episcoporum. Cenoman. pag. 297: *Curiam antecessorum Episcoporum, quam Colonia vocant, Fiscalinorum admodum plenam... dedit Fulconi Andegavorum Comiti.* Adde Aimoinum lib. 3. Hist. cap. 56. et Rhenanum lib. 2. Rerum German. pag. 94.

¶ Sed ut accuratior habeatur de *Fiscalinis* notio, eos in duas classes

distinguendos arbitror; nec enim eorum omnium eadem fuit conditio. Alii servi erant proprie dicti, utpote qui nullo Liberorum jure nullaque prærogativa gauderent. Hi passim in Capitularibus Regum Franc. ut observare cuique promptum est, *Servi Fiscoles* appellantur. Tales reipsa existitisse multa probant, ac 1. quidem libertate caruisse diserte dicitur in Capitul. 3. Dagoberti. tit. 6: *Si minores personæ sunt quæ se illicita conjunctione polluerunt, careant libertate, Servis Fiscalibus adgregentur.* Et in Capitul. 1. Caroli M. cap. 4: *Et ut nemo fugitivos Fiscoles suos, qui se injuste et cum fraude liberos dicunt, celare neque abstrahere cum perjurio vel alio ingenio præsumat.* 2. Si quid peccant, ictibus vapulant; quæ servorum pena est. Capitul. ann. 829. tit. 2: *Si vero servi ecclesiastici aut Fiscalini nostri aut Comitum aut vassallorum nostrorum hoc facere præsumperint (denarium merum rejicere) sexaginta ictibus vapulant.* 3. Si quando liberi homines uxores *fiscalinas*, aut feminae liberae homines *fiscalinos* ducerent, lege cautum erat, adeo de servitute *fiscalinorum* constabat, ne ii qui ducebant, ob ejusmodi conjunctionem, Liberorum jurebatur caderent. Capitul. 2. Caroli M. cap. 22: *De liberis hominibus qui uxores Fiscalinas, et feminis liberis quæ homines similiter Fiscalinos regios accipiunt, ut non de hæreditate parentum, vel de causa sua querenda, nec de testimonio pro hac re abiciantur.* 4. Ipsa distinctio exprimi videtur in Capitul. de Villis cap. 52: *Volumus ut de Fiscalibus, vel servis nostris, sive ingenis, qui per fiscos aut villas nostras commanent.* Et in Capitul. 5. Caroli M. cap. 15: *Ut homines Fiscalini sive coloni, aut servi, etc.*

¶ Alii vero, quos *fiscalinos* vel *colonos* in Capitularibus nude vocatos sæpissime reperies, feudatarii, vassalli, tenentes, homines *fisci* erant, qui etiam, cum ad *fiscum* regium pertinebant, homines regii dicebantur. Capitul. 4. Caroli M. cap. 21: *Homo regius, id est, Fiscalinus, etc.* Joachimus Vadianus lib. 2. de Collegiis, etc. pag. 75: *Ex publicis autem servis Regii seu Fiscalini dicti nostris quorum vectigal et usufructus ad *fiscum* pertinebat.* Horum longe melior conditio; alios quippe servos ibi subditos terrasque possidebant jure proprietatis; si quidem ex Lege Wisigothorum lib. 5. art. 16. ipsis concessa est licentia et mancipia et terras vendendi, modo *conservis fiscalinis*. Sed latius exinde patuit hæc licentia, ut liquet ex Charta Caroli III. Regis Franc. pro Monasterio Compendiensi in Tabulario ejusdem: *De fisco quoque nostris donavimus licentiam; ut si quis Fiscalinus de alode suo voluerit tradere vel vendere, vel ad S. locum, vel illius loci Canonici, ut liberam potestatem id faciendi habeat.* Adde Beshium in Pictav. pag. 365. et 368. Quodnam vero præcipuum fuerit illorum servitium discere licet ex Capitul. lib. 5. cap. 303: *Pro nimia reclamazione quæ ad nos venit de hominibus ecclesiasticis seu Fiscalinis, qui non erant adjurnati quando in Cinomannico pago fuimus, visum est nobis una cum consultu fidelium nostrorum statuere ut quicumque de predictis hominibus quartam facti tenet, cum suis animalibus seniori suo pleniter unum diem cum suo aratro in campo dominico aret, et postea nullum servitium ei manuale in ipsa hebdomada a seniori suo requiratur.*

¶ Notanda denique omnino est Fis-

calinorum distinctio inter equites et pedestres, quæ occurrit in Charta Lotharii Imper. pro fundatione S. Stephani Argentin. ann. 845. tom. 5. Gall. Christ. inter Instrum. col. 465 : *In pago Prisingaudi Nuningavilla, cum suis appenditiis, . . . . mancipiis, servis et ancillis, colonis et Fiscaliciis, tam de equestre quam pedestre ordine, banno, etc.* [\* Fiscalinis, Alsat. Diplom. num. 101.] Unde conicere licet interdum Fiscalinos ad exercitum submonitos et evocatos fuisse, eosque pro uniuscujusque conditione, aut equis aut pedibus servitium præstasse dominis quorum erant Fiscalini.

† FICIALES, pro *Fiscales*, in laudata Lotharii Charta. *Ficales* edidit Laguille in Hist. Alsat. pag. 4.

FISCALES, idem qui *Fiscalini*. Capitulare de Villis cap. 52 : *De Fiscoalibus vel servis nostris, sine ingenuis, qui per fiscos aut villas nostras commanent.*

FISCALES, idem qui *Fiscalini*, in Capitul. ad Leg. Salicam; sequioribus vero sæculis, vassalli, interdum tenentes, qui homines facti dicuntur apud Eckearium Juniolem de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 43. et mox : *Nam victimas et cætera, quæ libebat sponte nolentibus dare Fiscoalibus, vi quidem auferebant.* Tabular. S. Dionysii de Capella in Biturigib. Ch. 27 : *Ut quidquid omnes Fiscalis mei eis dare voluerint Monachi, perpetuo habeant.* Et Ch. 30 : *Dimisi omnes Ecclesias, quas hactenus ego et Fiscales mei injuste possidebamus : si vero Fiscalis mei facere noluerint, quod ego facio, pro certo sciant, quod ego non ero eis ulterius nec testis, nec defensor, nec adjutor.*

† FISCALES POPULI. Decretum Flavii Regis tom. 2. Conc. Hispan. pag. 504 : *De terris vero vel vineis, quas pro eodem tributo quicumque supradictorum curam publicam agentium vobis privatis vel Fiscalibus Populis abstulit, etc.* Ibidem pag. 705. in Confirmatione ejusdem Flavii pro Concl. Tolet. XIII. : *Sancitum est, ut omne tributum (l. tributum) præteritorum annorum usque in anno primo regni nostri quod in privatis sive in Fiscalibus populis relucet, absolutionis perpetue debeat sanctione lazari.*

† FISCALIS, nude, Procurator fisci, Gall. *Procureur Fiscal*. Conc. Mexicano ann. 1585. tom. 4. Conc. Hispan. pag. 309 : *In causis in quibus ex officio procedunt postquam Fiscalis testes nominaverit, caveat susceptor ut Fiscalis subministret pecunias, quibus possit testibus ad ferendum testimonium venturis sumptus præbere competentes, idque in actis redigatur; tempore vero quo expensas taxabunt, faciant sibi a Fiscalis rationem reddi sumptuum erogatorum hujusmodi; quos etiam taxent, et ex taxatione, eos Fiscalis a reo recipiat susceptorique restituat.* Specialius *Fiscalis* dicitur Promotor, cujus est in judicio Inquisitionis libellum accusati delicta complectentem Inquisitori judici præsentare, testes producere, etc. de quibus consuleri, qui de Inquisitione data opera scripserunt.

† FISCALINI MISSI. Vide *Missi Fiscales*.

FISGILINI, pro *Fiscalini*, apud Burcharium Wormaciensem in Lege familiaria : *Jus erit familiaria, ut de werogeldo Fisgilini hominis quinque libræ ad cameram reddantur, et duæ libræ et dimidia amicis ejus contingant.* Occurrit ibi semel ac iterum.

FISCANI, Fisco regio præpositi. Joan.

Brompton. pag. 1258 : *Super quibus trina confiscentur scripta, quorum unum apud Fiscanos, aliud sub custodia viri fide digni... maneret.*

† FISCALITAS, Dominium. Acta SS. Julii tom. 4. pag. 93. de S. Reginwinde : *Ita dumtaxat ut eundem locum nostræ Fiscalitatis subicem.... manu semper testamentiva possideas.*

\* FISCALIS PORTA, Autissiodori appellari videtur illa, ad quam vectigalia, quæ fisci regii sunt, exigebantur. Hujus passim mentio fit in Chartis 13. sæc.

FISCARE. Lex Salica tit. 54. Edit. Heroldi : *Si quis gravionem ad res alienas tollendum invitaverit, et eum legitime jactivum aut admallatum non habuerit, qui eum rogat, ut injuste aliquid tollat, etc.* Ubi ad marginem ex alio MS. *Fiscare debeat.* Est igitur *Fiscare* idem quod *confiscare*, in fiscum proprium redigere. [Unde in Leg. Henrici II. Imper. ad calcem Leg. Sal. pag. 200 : *Hæreditas vero interfactoris in Fiscum redigatur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fiscare, Fisquer, c'est appliquer ou mettre en la bourse ou tresor royal.*] Gloss. Græc. Lat. : *Ταξέω, Fisco, proscribo, Ταξέω, proscriptio.*

FISCARI, Publicani, fisci redemptores, Firmico.

FISCATUS, Fisco seu feudo investitus, vassallus, qui fiscum seu beneficium, ab aliquo dependens possidet. Gesta Abbatum Laubiensium pag. 599 : *Auxit ipse Abbas Fiscalis suis solidos, fisci fiscos superaddens et solidos.* Tabularium Burgiense fol. 122 : *Ecclesia ipsa de fisco meo est, me ignorante de Fisco meo homine ipsam olim pretio acquisistis.*

† FISCULUS, Villula, prædiolum. Diploma Caroli Crassi Imper. pro Antonio Abbate Stabulensi ann. 882. apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 32 : *Ut concederemus eis quemdam Fisculum nostrum, Blandonium nomine, qui est in pagos Leuvensi, cum capella et pertinentiis ejus.* Vide alia notione in *Fisco*.

FISGILINUS. Vide *Fiscus*.

† FISICA, Medicina. Vide *Physica*.

\* FISIQUE, Pars naturalis seu pudibunda, in Lit. remiss. ann. 1425. ex Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 244 : *La suppliante fist icelle femme couchier envers, et lui bouta un de ses doigts en la Fisique de sa nature; et lors dist laditte femme dudit Perrenet qu'elle touchoit où elle avoit mal.*

FISICOLUS, [Instrumentum musicum.] Epistola Incerti 28. ad Dardanum de diversis generibus musicorum, tom. 9. Operum S. Hieronymi, de fistula : *Ita bombulum æreum ductile quadratum, latissimumque, quasi in modum coronæ cum Fiscolo æreo ferroque commixto, atque in medio concusso, quod in ligno alto spatioso formatum superiore capite constringitur, etc.* Vox formata ex Gr. *φυσικόν*, et *κόλον*.

† FISICULARE. Vide *Fissiculare*.

FISIGARDUM. Charta Roberti Ducis Normannie in Hist. Monasterii S. Audoeni Rotom. pag. 73 : *Ecclesiam unam supra mare positam, cum 36. jugeribus, et Cappellam de Appavilla, et unum Fisigardum in Dieppa, et apud portum ipsius Dieppæ 5. salinas.*

Fisigardum feudum interpretatur Auctor Historiæ laudatæ : nec levi admodum conjectura; in prædicta quippe urbe feudum illud ab eodem monasterio etiamnum possidetur.

\* FISINA. Vide supra *Fiscina* 2.

† FISINATIS, *Specularibus*, apud Papiam. MS. Bituric. habet, *Fissimatis*. Sed quid hæc? an legendum *Fissiculatus* a *Fissiculare*?

\* FISKEDA. Leg. Danic. lib. 3. apud Ludewig. tom. 12. Reliq. MSS. pag. 166 : *Si vero aliquis possessionem alicujus, quæ dicitur moelledam vel Fiskedam, destruxerit, reddat eum indampnem cum jure xl. marcarum et tantum solvat regi.* An possessio, quæ jure feudi seu precario tenetur? [\* Dam Danis est Stagnum, unde Moelledam, Stagnum unde aqua in molam decurrit, et *Fiske-dam*, *Piscina*.]

† FISSICULARE, Elmenhorstio, Rimari, observare fissuras; a *Fissuris*, quæ nunquam in extis observantur. [\* Vide *Physiculatus*.] Unde Gloss. Isidori : *Fissiculatus, Augur naturas in extis animalium querens.* Johannes de Janua : *Fisculatus, a fisis, quod est Natura : unde Fisculo, as, id est, Divinare, vel pronunciare : unde Fissiculatus, ta, tum, Divinatus vel pronuntiatus.* Quæ Gallice sic redduntur in Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Fissiculatus, Naturel, divines pronuncies. Fissiculare, Deviner, pronuncier.* Crediderim potius cum Juliano Florido in Notis ad Apul. *Fissiculare* idem esse ac *Fissuris* exta distinguere. Quo spectat illud Cicer. de Divinat. lib. 1 : *Quid extis, quid fibra valeat, accipio, quæ causa sit, nescio.* Apul. de Deo Socratis : *Eorum quippe de numero prædicti curant singula, provide ut est eorum cuique tributa provincia; vel somniis conformandis, vel extis Fissiculandis, vel, etc.* Vide Hofmanni Lexicon voce *Fissiculatio*.

FISSINA, Fuscina. Tabularium Vindocinense Ch. 240 : *Dedit unum vivarium, et 12. cumbros in flumine Ledi, atque 20. Fissinas in eodem flumine, quæ ponuntur ad capiendas anguillas.* [Vide *Fossina*.]

\* Minus bene; est enim *Fiscina* species viminibus contexta, anguillis capiendis potissimum apta. *Fisseliere* vero, *Pediceæ* genus ad capiendos feles silvestres, quos *Fissiaux* vocabant. Lit. remiss. ann. 1446. ex Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 498 : *Une Fisseliere à prendre bestes, que on appelle fissiaule.* [\* Ex ordine alphabetico verborum in primo Glossarii editione conjectare licet vitio typographi *Fissina* exaratum esse pro *Fiscina*.]

\* FISSORIUM, Cuneus. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Fissorium, Coing.*

\* FISSURARIUS. [Qui fissuras facit. Not. Tir. p. 122. *Fissura, Fissurarius*.]

† FISSUS, pro *Fessus*, id est, *Confessus*. Statuta Edwardi I. Regis Angliæ ann. 1283. apud Rymerum tom. 2. pag. 262 : *Si prima die in præsentia nostri Ballivi Confessum fuerit pro debitore sine lite et sine iudiciis, nichil nobis pro justitia persolvatur, scilicet infra novem dies Baillivus noster debet facere solvere et complere creditori, quod Fissum coram ipso fuerit.*

\* FISTA, vel *FISCA*, Arca. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 293 : *Dicta Agnes dixit : ego habeo de pecunia tua in mea Fista; dictus Stephanus ait : si tu vadas ad Fistam tuam, vere tu verberaberis.*

† FISTOLATUS, ab Italo *Fistolare*, *Fistulis* seu ulceribus laborare. Miracula B. Henrici Baucensis in Actis SS. Junii tom. 2. pag. 377 : *Bonaventura... contracta et Fistolata in omnibus membris.*

FISTUCA, *FISTUCUS*. Vide *Festuca*.

1. **FISTULA**, cujus opera sanguis Domini a communicantibus Fidelibus hauriebatur, quod intelligendum est de Communione sub utraque specie, quæ primis Christianismi sæculis obtinuit. Diaconus enim tenens *fistulam* intra calicem, propinabat sanguinem fidelibus, ut quisque admoto ore sugeret de calice ex alio fistulæ capite. Aætic, Cantacuzeno lib. 1. cap. 41. pag. 124. dicitur, et aliis apud Goarum ad Euchologium Græcor. pag. 152. Σίφων, apud Sguroppolum in Hist. Concilii Florentini sect. 10. cap. 10. extr. ubi describitur. *Calamus, quo sanguis Domini sumitur*, apud Guignonem II. in Statutis Ord. Cartusienis cap. 40. Ordo Romanus : *Ipse autem Diaconus tenens Calicem et Fistulam, stet ante Episcopum, usque dum ex sanguine et corpore Christi, quantum voluerit, sumat, et sic calicem et Fistulam Subdiacono commendat.* Mox : *His ita peractis (post communicatum populum) duo Diaconi complicant corporale, ponant super Calicem, Fistula in eo remanente.* [Excerpta ex Divion. discipuli in vet. Discipl. monast. pag. 969 : *Ut Subdiaconus pacem accipit, Fistulam argenteam, cum qua sanguis Domini ebibi solet, in sacculo de panno mundissimo ad hoc ipsum facto reconditam, de armariolo Diaconi defert.* S. Wilhelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 17 : *Pro signo Fistulæ, sive arundinis, ex qua sanguinem Domini recipere solemus, etc.*] Usus antiqui Ordinis Cisterciensis cap. 58. ubi de Missæ ritibus : *Quod si plures fuerint, Diaconus percepto sanguine, ibidem ponat calicem super cornu sinistro altaris. Diaconus autem teneat utraque manu in calice Fistulam a Subdiacono præparatam, qui Subdiaconus percipiat sanguinem cum Fistula.* Habentur ibi plura de Fistulæ usu pag. 143. 144. Nomastici Cisterciensis, et cap. 54. 100. Adde pag. 249. 276. ejusdem Nomastici. Rursum : *Dum autem fratres percipiunt sanguinem, infundatur vinum in Calicem a Diacono, cum opus fuerit ; si quod autem residuum fuerit de ipso sanguine, bibat illud cum Calice, postquam Fistulam reddiderit Subdiacono, quam Fistulam, antequam reddat, in quantum poterit, ab utraque parte sugendo, a sanguine Domini evacuet.* Hinc *fistulas* inter ministeria sacra observare est. Ditmarus lib. 6. extremo : *Calicem aureum atque gemmatum cum patina et Fistula.* Chronicon Casin. lib. 3. cap. ult. : *Fistula aurea cum angulo...* *Fistulas argenteas duas.* Adde lib. 4. cap. 64. Conradus in Chronico Moguntino : *Erant Fistulæ quinque ad communicandum argenteæ deduratæ.* Florentius Wigorn. ann. 1087 : *Divisit Ecclesiis cruces, altaria, scrinia, textos, candelabra, situlas, Fistulas, ac ornamenta varia, etc.* Vide Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 700. Sed et hodie in Monasterio Sandionysiano, ministri more antiquo sub utraque specie communicant, et sanguinem e Calice fistula hauriunt. Vide Ordinarium Ordin. Præmonstrat. cap. 4. et Browerum lib. 8. Annal. Trevirens. num. 114.

2. **FISTULA**, Morbi species, quæ Westphalis *die pistelen* dicitur, sive defluxiones humorum. Vita B. Godefridi Capenbergensis num. 26 : *Fuit Sacerdos quidam,.... quem Fistulæ per multos dies adeo debilitaverant, quod via moveri potuit.* Vide Jo. Cratonem ad Dioscoridis lib. 2. Parabil. cap. 208.

\* Mirac. MSS. Urbani PP. V. : *Fistula in oculo taliter grossum et inflammatum, in quo supervenerunt vermes, et*

*jam offuscaverant visum.* Flestre, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 391. et 408.

Notum est a Medicis antiquis hodiernisque *Fistulas* appellari ulcera angusta, callosa et sinuosa. Horum meminere Cornel. Nepos, Plinius et alii, qui ipso *Fistulæ* vocabulo usi fuerunt non semel. Hinc Joan. de Janua : *Fistula etiam dicitur quadam infirmitas ; unde Fistulatus, Fistulosus, qui Fistulam illam patitur.* *Fistula, Une grief maladie*, Lat. Gall. Sangerm. Vide *Fistulatus*.

INFISTULATUS, hoc morbo laborans, apud Conradum Marpurgensem de Miraculis S. Elisabeth pag. 281. 292.

8. **FISTULA AQUÆ**, in Chron. Benevent. S. Sophiæ pag. 608. [*Fistula cum aqua*, in Gregorii Monachi Chronico Farfensi, apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 585. *Fistula, Conduit a yauë*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.] [\* Vide Isidor. Origin. lib. 15. cap. 8. sect. 17. et lib. 19. cap. 10. sect. 27.]

† **FISTULÆ SAL CONTINENTES**, in Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 230. col. 2. Vide *Arææ salinarum in Area* 1.

† **FISTULARE**, *Fistula* seu *tibia canere*. Vet. Onomast. : *Fistulo, σπιλω.* Sibilare. Sangerman. n. 501 : *Fistulare, Sibilare.* Jo. Buschius de Reform. Monast. cap. 39 : *Supervenerunt ibi usores Fistularum, qui in processione ante venerabile Sacramentum Fistularant, et cum instrumentis suis in fine introitus refectorii Fistulare ceperunt.* Hinc corrigendæ Isidori Glossæ, ubi perperam *Fistulor, Sibilo*, pro *Fistulo*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684 : *Flageler, Fistulari. Flagelour, Fistulator. Flagoler*, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. Chartoph. reg. ch. 420 : *Icelhui Simon, qui lors à laditte feste Flajoloit, laissa le flajolet. Flagollement, fistulæ sonitus.* Lit. remiss. ann. 1425. in Reg. 178. ch. 289 : *Vint ung bedonneur ou flagolleur devant l'uis de la tavernne, au bedonnement ou Flagollement duquel gens se assemblerent.* Quæ voces a vocabulo *Flajol* et *Flajot*, *fistula*, sunt formatæ. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 115. ch. 205 : *Comme ledit Richart eust baillié à Raoulet Bressart une fleute ou Flajol pour en jouer, etc. Le suppliant dist qu'il yroit querir une fluste ou Flajot*, in aliis ann. 1448. ex Reg. 179. ch. 367. *Flahuteur* et *Flauteur*, qui *fistula* canit, in Poem. de *Cleomades* MS. :

Et des Flauteurs de Behaigne,  
Et des gigneurs d'Alemaigne,  
Et des Flahuteurs à deux doits,  
Tabours et cors Sarrasinois.

*Flute double*, in Lit. remiss. ann. 1467. ex Reg. 194. ch. 267.

† **FISTULATORIÆ ARTES**, Eadem notione, apud Arnobium lib. 7.

† **FISTULATUS**, *Fistula* seu *ulcere laborans, perforatus.* Epistola Johannis Archiep. Vienn. ad Honorium III. PP. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 890 : *Duramus Brunus Sacerdos juratus dixit, quod ipse Fistulatus erat : ita quod habebat tredecim foramina sub ascella.* *Mamilla Fistulata*, in Actis S. Herculanæ Episc. Martii tom. 1. pag. 54. Vide *Fistula* 2.

† **FISTULITUS**, Eadem notione. *Femina Fistulita cancri morbo*, in Vita B. Columbæ Reatinæ Auctore Sebastiano Perusino, Maili tom. 5. pag. 374. \*

FITH, Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80 : *In Fith vel in socna est, quod ab ipsis, qui in domo sunt contubernales,*

*agitur, etc.* [\* Thorpe : *Infith vel insocna.*]

† **FITHWITA**, Vide *Futhwita*.

† **FITIALIS**, *Facetus, eloquens, urbanus.* Gloss. Arabico-Latinæ, a Fando, ut autumo, inquit Martinus in Lexico.

**FITORA**, *Stomachi corruptela*, Papiæ MS. In alio est *Fitoria*, in Edito *Fictoria*. [\* An *Fætor* ?]

† **FITREUS**, Vide in *Feltrum*.

† **FITTA**, Vox Italica, Gall. *Piqueure*, Punctum seu dolor ex punctione aut alia non absimili. *Tota plena doloribus et Fittis*, in Miraculis B. Simonis Erem. August. April. tom. 2. pag. 822. Vide *Ficta*.

\* **FITTAIULUS**, Italis, *Fittaiuolo*, Acaedem. Crusc. Inquilinus, fundi conductor. Stat. ant. Florent. lib. 2. cap. 53. ex Cod. reg. 4621 : *Quilibet Fittaiuoli, pensionarii et conductores cujuscumque personæ et eorum fidejussores, etc.* Vide supra *Fictalitus*.

**FITTER**, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 80. idem valet ac quatuor. Vide *Wendelinum*, [et supra *Chunna*.]

**FITUR**, pro *Fit*, apud Fredegarium Scholast. in Chron. cap. 85. 83. Occurrit etiam pluries in Monetis Franciæ Regum 1. *Stirpis* apud *Bouterone* pag. 185. 346. 357. 361. 371. *Fiebarur*, apud veterem Interpretem Juvenalis Sat. 4. *Fiebarur*, pro *Fit*, in Chronico inedito apud Petrum Lambecium lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea pag. 851. *Fiatur*, in Epist. Sigeberti Regis ad Desiderium Episc. Cadurcensem tom. 1. Hist. Franc. pag. 887. *Fiere*, pro *Fies*, apud S. Augustin. Ita usurpabant veteres, *Facitur* apud Nonium, *possetur* apud eundem, *potestur* apud Lucretium lib. 3. et *Diomedem, poteritur*, in Inscript. quæ exstat in Roma subterranea tom. 1. pag. 204.

\* **FITUS**, Census, locatio, redditus certus et fixus, Ital. *Fitto*. Stat. Montis-reg. pag. 53 : *Statutum est quod non obstante presententi capitulo, vel alio in contrarium loquente, quod tota illa pecunia quæ deberetur, vel in futurum deberetur, de Fito nemoris S. Stephani, etc.* Vide *Fictus* 4.

† **FITWITA**, Vide *Fyhtwita*.

**FITZURIA**, Vide infra *Fizuria*.

† **FIVALIS**, Idem quod supra *Feudalis* in *Feudum*. Locos vide in *Munda* et *Salvator*.

\* **FIVATORIUS**, Qui *feum* seu *feudum* tenet, *vassallus*. *Fivatorios, qui ipsos honores tenent*, in Ch. ann. 1102. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 358. Vide in *Feudum*.

† **FIVUM**, *Solidatum*. Papias MS. Forte pro *Firmum*, vel *Fixum*. Utrumque tamen *Firmum* et *Fixum* sequuntur proxime. Vide in *Feudum*.

† **FIXARE OCULOS**, aliquid intueri et in eo defixum esse, Gall. *Regarder fixement*. Analecta de B. Pio V. PP. inter Acta SS. Maii tom. 1. pag. 717 : *Imo post vehementem membrorum ac spirituum agitationem jam Fixabat oculos.*

† **FIXE**, Firme. Epistola Concilii Francoford. ad Episcopos Hispan. Concil. Hisp. tom. 3. pag. 106 : *Ne per hæreticas, inquit, contentiones Christiani animus fluctuetur, quem oportet omnia veraciter Fixeque credere.*

\* **FIXELLA**, *Fiscella*, Gall. *Eclisse à égouter des fromages*. Joan. Germ. Cabillon. episc. in vita Phil. III. ducis Burg. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. MSS. pag. 36 : *Non est, qui solis ortu aut occasu mulgeat, aut ex mulso de Fixella coëffigiatos educat caseos.* Vide supra *Fiscina* 2.

† **FIXIM.** Vita S. Wenwaloei in Char-  
tulario Landevennec. fol. 133. v. : *Alte-  
rum immoto corpore Fixim.* Forte legen-  
dum est *Fixum*; saltem eadem est  
notio.

\* **FIXIO**, vox Chimica, Gall. *Fixion* vel  
*Fixation*, Actio sistendi. Arnaud. in  
Rosar. MS. cap. 4 : *Per festinanciam ad  
ejus Fixionem, quod fit per præcipitatio-  
nem, figitur, et in terrenam mutatur.*

† **FIXIUS**, Firmius, in Concilio Tolet.  
VIII. inter Hispanica tom. 2. pag. 542.

**FIXORIA**, Limes agro positus et in-  
fixus. Vetus Charta apud Castellum in  
Vicecomitibus Biterrens. pag. 651 : *Cum  
esset contentio de termino et Fixoris de  
villa Aspirano.* [Notitia ann. 832. in  
Append. ad Marcam Hispan. col. 769 :  
*Dederunt ad ipsa cella terminia, et fece-  
runt Fixorias, et fecerunt charactera,  
sicut Lex Gothorum continet.*] Charta ann.  
884. ex Tabulario Gerundensi, apud Ba-  
luzium in Addit. ad Capitul. n. 118 : *Et  
tunc ordinaverunt, ut infra ipsas vil-  
las, Fixurias vel terminia mitterent  
quinque petras fictas, sicuti et fecerunt.*  
Charta Alfonsi Imperat. Hispaniæ æræ  
1175. apud Anton de Yopez tom. 7 : *Et  
mando iudici de Zamora, quod ponat ibi  
inter montem et viam unum lapidem  
magnum bane Affixatum pro termino.*  
Vide Arca 1.

**FIXORIUM.** Papias : *Clavus, vel Fixo-  
rium, quo aliquid firmatur.* Anonymus  
de Rebus bellicis : *Qui duabus super-  
impositis cratibus, Fixorisque confixus,  
intra se tectos ab omni incursione de-  
fendit.*

**FIXORIUS CULTELLUS**, Sica, pugio. In  
Chronico Montis-Sereni pag. 172 : *Cul-  
tello Fixorio, quo dudum suspectos eos  
habens se muniterat, etc.*

**FIXULA**, Fibula quæ ad firmandum  
pallium instigitur. Joan. de Janua. [Gloss.  
Lat. Gall. Sangerm. : *Fixula, i. fibula,  
Affiche, Fermail.*]

\* 1. **FIXURA**, Series palorum terris  
continendis infixorum. Charta ann. 1196.  
in parvo Reg. S. Germ. Prat. : *Dabimus  
tres solidos censuales ad festum S. Remi-  
gii pro Fixura illa palorum, quæ molen-  
dini nostri mensuram excedit, durante  
edificio super eandem Fixuram con-  
structo.* Vide supra *Fichia*.

\* 2. **FIXURA**, pro Fissura, fissus,  
Gall. *Fente*. Stat. synod. eccl. Corisopit.  
MSS. : *Corpus Christi, in loco alto, mundo  
et honesto servetur non ultra quindecim  
dies post consecrationem, nec sit Fixura  
vel foramen, per quod formica, vel mus,  
vel alius vermis possit accedere et ipsum  
tangere.* Acta ad Conc. Basil. apud Mar-  
ten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 243 :  
*Vestimenta deferant talaria, absque  
ferraturis ultra oram excedentibus, etiam  
in Fixuris.* Nisi ibi idem sit quod *Frisa-  
tura*. Vide in hac voce.

† **FIXURIA**. Vide *Fixoria*.

**FIXUS**, Fibulatus. Concilium Ande-  
gavense ann. 1305. cap. 19 : *Vestes Fixas,  
decurtatas cum botonibus deferre non  
verentur.* Cap. 20 : *Immo vestes Fixas,  
botonatas, et chlamydem Fixam super  
humerum in publico deferre non verentur.*  
Cap. 13 : *Vel etiamsi deferrat mantellum,  
seu chlamydem Fixum, depeccatum per  
circutum.*

† **FIZ**. Miracula B. Edmundi Archiep.  
Cantuar. inter Anecd. Marten. tom. 3.  
col. 1885 : *Maria des Fontaines a quodam  
nominato dolore, qui vulgo dicitur Fiz, in  
quo per septennium laborat, meritis B. P.  
Edmundi liberatam se juramento præ-  
stito asserebat.* Vide *Ficus*.

† **FIZICUS**, pro *Physicus*, Medicus, in  
Statutis Arelat. MSS. art. 198.

\* *Fischien*, in Lit. Blanchæ ducissæ  
tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 997.

**FIZURIA**, *Fidejussio*, in Tabulario  
Celsinianensi non semel. [Ibid. Ch. 552 :  
*Si unus de istis fidejussoribus supra-  
scriptis moritur; ut alii stent in Fizuria  
usquequo alium habeant missum.* Non  
semel ibidem *Fitzuria*.]

† **FLABARIUS**, Custos porcorum. Gloss.  
Isid. Quid si scripsisset *Custos tororum*,  
inquit Grævius, quoniam mancipia fla-  
bello serviebant cubantibus in lecto, ut  
ille Eunuchus fictus apud Terentium in  
Eunuch. Plura conjectat Martinius,  
quæ, si tanti est, videsis in ejus Lexico.

1. **FLABELLUM**, Ugutioni et Jo. de  
Janua : *Muscarium, sc. quo muscas abi-  
gimus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. :  
*Flabellum, Esmouchoer.*] Præsertim illud,  
cujus usus in sacris liturgiis. S. Hiero-  
nym. Epist. 27. cap. 13 : *Ipsa assidere  
lectulo, Flabellum tenere, sustentare  
caput, etc.* Hildebertus Episcopus Ceno-  
manensis apud S. Anselmum lib. 8.  
Epist. 162 : *Flabellum tibi misi, congruum  
scilicet propulsandis muscis instrumentum.*  
Ubi agit de flabello, cujus est usus  
in Missæ celebratione, et de ejus mystica  
significatione. Sic autem describitur  
a Bernardo Mon. in Consuetud. Cluniac.  
MSS. cap. 37. ex quo hausit,  
quæ habet Udalricus lib. 2. cap. 29. pag.  
142 : *Unus autem ministrorum, qui semper  
duo debent esse, stans cum Flabello prope  
Sacerdotem, ex quo muscarum infestatio  
exurgere incipit, donec finiatur, eas  
arcere a sacrificio et ab altari, seu ab  
ipso sacerdote non negligit. Flabellum  
argenteum, inter ministeria sacra habetur  
apud Hariulfum lib. 3. cap. 8. et in  
Testamento S. Everardi apud Miræum  
in Cod. Donat. piar. cap. 21. Ecclesiasticis  
Scriptoribus Græcis ῥαβδίων dicitur,  
[Auctori Constit. Apostol. lib. 8.  
cap. 12.] Jobio lib. 5. cap. 25. apud Pho-  
tium Cod. 222. Theostericto in Vita S.  
Nicetæ Hegumeni num. 14. Germano  
Patr. CP. in Theoria mystica, in Chro-  
nico Alexandrino pag. 894. Simeoni  
Thess. pag. 225. in Catalogo Offic. Eccl.  
CP. a Medonio edito, ubi de Magno Oe-  
conomo, etc. De Diacono autem flabel-  
lum tenente, dum sacra peraguntur,  
agunt Joan. Mosehus in Prato spirit.  
cap. 150. 196. idem Theosterictus loco  
citato, Abbas Venusinus in Vita S.  
Petri Abbatis Cavensis n. 11. Hildebertus  
Cenomanensis Episcopus Epist. 8.  
Vita S. Petri Episcopi Policastrensis  
apud Ughell. tom. 7. Ital. sacra pag.  
766. Durandus Mimatensis lib. 4. cap.  
35. n. 8. 9. Durandus Monachus, Mori-  
nus de Sacris Ordinat. pag. 217. Me-  
nardus ad Gregorii M. Sacrament. pag.  
319. Habertus ad Liturg. Goarus ad  
Eucholog. et alii. Nos etiam in Glossar.  
med. Græcit. in ῥαβδίων. De flabellis  
vero, quæ *Buffadors* Itali vocant, exstat  
locus insignis apud Gregor. Nazianz.  
orat. 16 : *Τὸν δὲ ὑπὲρ κεφαλῆς ἄνεμον ταῖς  
ῥαβδίαις σοφισομένους, καὶ ταῖς ἐκ χειρῶν  
ἀθροῦς τὸ πλῆθος τῶν σαρκῶν ἀναψύχοντας.*  
Vide *Muscarium*.*

\* 2. **FLABELLUM**, Follis, Gall. *Soufflet*.  
Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann.  
1479 : *Item organistæ pro reparatione  
secreti et Flabellorum organorum eccle-  
siæ, civ. sol.*

† **FLABELLUS**, pro *Flabellum*. in Vita  
S. Fulgentii, Januarii tom. 1. pag. 38 :  
*Palmarum foliis Flabellos sæpissime con-  
tatebat.*

\* **FLABRALIS**, [Flabilis, ad flabrum

pertinens. *Prudent. Apotheos.* 841. Cum  
libet, in gelidum *Flabrali* frigore ventum  
Spiritus existit. Al. leg. *flabrare*, h. e.  
flare, *soffiare*; ab inusit. *flabro*, as.]

† **FLABRARIUS**, Ad flabrum seu fla-  
bellum pertinens. Hinc *Flabrare frigus*,  
Aura leniter refrigerans ad instar fla-  
belli. *Aer tenuis Flabrari frigore flatu  
suo cuncta refrigerans*, Concil. Hisp.  
tom. 2. pag. 640.

† **FLABRI**, *Perfecti*. **FLABRUM**, *Per-  
fectum*, **FLABULOSI**, *Ventosi*. Sic legen-  
dum in Glossis Isidor. ubi perturbato  
duarum vocum ordine : *Flabri, Flabu-  
losi, ventosi, perfecti. Flabrum, Perfectum.*  
† **FLACANA ANTIQUA**, Scripturæ ge-  
nus. Vide *Scriptura*.

\* **FLACCENTIA**, *Qui in iniquitate perse-  
verant*, in vet. Glossar. ex Cod. reg.  
7641. Leg. *Flaccentes*.

**FLACHIA**. Acta Capitularia MSS. Ec-  
clesiæ Lugdun. ann. 1347. fol. 126 : *Item  
super quadam Flachia sita super terram  
tachibilem hæredum Stephani Bemon.*  
[Quidam e Gallobelgis atque etiam e  
Burgundis *Flache* vocant locum humi-  
dum et cœnosum, qui incipit arescere.  
V. *Flaco* 1. et *Flascheta*.]

\* Locus aquis stagnantibus oppletus,  
nostris *Flache*. Charta admort. ann. 1412.  
in Reg. 166. Chartoph. reg. ch. 272 : *Item  
Jehan de la Mure tient un verney et une  
Flache contigue. Certains grans fossez ou  
Flaches, appelez douvres*, in Ch. ann.  
1406. ex Chartul. Latiniac. fol. 204.  
*Flesque*, eodem sensu, in Lit. remiss.  
ann. 1447. ex Reg. 176. ch. 484 : *Le sup-  
pliant se desmarcha et sailly ou se mist  
en une petite Flesque ou mauvais pas.*  
Aliud vero est *Flache* in Consuet. feriar.  
Trecens. ex Cod. reg. 8812. 5. fol. 148.  
r. : *Li sas de pois et de warpot (infra  
warpois) iij. den. et la Flache una obole.*  
Forte, vasis genus. Vide *Flasca*.

\* **FLACIA**. Vide infra in *Flaqueria*.

† **FLACIATA**, Massiliensibus *Flansade*,  
Stragulum laneum, Gall. *Couverture de  
laine*. Inventarium ann. 1836. ex Tabu-  
lar. S. Victoris Massil. : *Tres Flaciatas  
veteres, xxxvi. millairolas boni vini et  
puri, etc.* Aliud ann. 1841. ex eodem Ta-  
bular. : *Item sex Flaciatas tales quales,  
iv. culcitra, et viii. coissinos, etc.* Vide  
*Flansada*, et *Fleciata*.

1. **FLACO**, Locus cœnosus, vel aquis  
stagnantibus oppletus, qui *flaccere*, seu  
arescere incipit, unde forte etymon.  
Gallobelgæ, seu Picardi, *Flaque* dicunt.  
Isaia 19 : *Erunt irrigua ejus Flaccientia*,  
i. arentia. Monasticum Anglic. tom. 1.  
pag. 209 : *Aqua etiam per devexos civi-  
tatis vicos a porta confuens occidentali  
circa situm Monasterii, in paludem hor-  
ridam congregata, et in lutum ex Flacone  
diutina condensata, fetorem ex se intole-  
rabilem emittens, etc.* In Glossario Gr.  
Lat. Sangermanensi MS. lego : *Laza,  
Stagnum, τόπος, ἐν ᾧ ὄλιγον ὕδωρ συνίστα-  
ται.* Ubi forte leg. *Flaca*. Vide *Flactra*,  
et Nonium in *Flaccet*.

2. **FLACO**, [Species lagenæ, Gall. *Fla-  
con*. Tabular. Rothom. apud Lobinell.  
tom. 2. Hist. Britan. col. 73 : *Secum de-  
ferens duos Flacones optimi vini.*] Annal.  
Franc. Fuld. ann. 870 : *Surrexit de loco  
convivii, et quasi cum Flaconibus lu-  
dum exerceans, præparatas devitavit insi-  
dias.* Ad marg. script. al. *Falconibus*.  
[Locus convivii facit, ut credam retineri  
debere *Flaconibus* notione exposita. Si  
tamen ludus quispiam peculiaris esset  
intelligendus, haud ægre crederem fuisse  
Ludum follium, Gall. *Ballons*; f in b,  
aut vicissim, non prorsus insolens mu-

tatio est. Vide *Flatonas* in *Flantonas* et *Flasca* suo loco.

§ 3. **FLACO**, Species placentæ, Gall. *Flan*. Charta Roberti Ambian. Episc. pro Communia de Morolio ann. 1316: *Duos furnos in dicta villa et territorio pro coqui faciendi tartas, pastillos et Flacones aut alias res*. Chartularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 924: *Vicarius et quilibet ejus successor... in vigilia S. Michaelis in Monte Gargano sexaginta Flacones bonos et sufficientes pro Conventu eidem reddere et solvere quolibet anno tenebantur, et quod ob hoc unum quartem frumenti... in eadem Abbatia percipiebat annuatim*. Forte utrobique legendum *Flatonas*, ut infra in *Flantonas*. Vide *Flaco* 2.

**FLACTA**. Vide *Flaxa*.

\* **FLACTOR**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Poyridura, Prov. labe, putredo, caria, marcor, marcidas, Flactor, oris*.

**FLACTRA**, Idem quod *Flaco* 1. et ejusdem originis. Ordericus Vitalis lib. 4. pag. 537: *Est in mediterraneæ Angliæ partibus immensæ magnitudinis acerrima palus, quæ... nunc stagnis, nunc Flactris, interdum nigris luticibus et crebris insularum memoribus... protenditur*. Vita S. Guthlaci, ex qua hæc desumpta cap. 14. habet *Flactris*, forte ex

**FLACTERIA**, Eadem notione. Fridericus II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 7: *Flumina magna et modica, quæ dicuntur Riveriæ, et cætera loca una collectiva aquarum, quæ dicuntur a quibusdam Flacteriis*. Ita legendum pro *Placteriæ*.

\* **FLACTUS**, f. pro *Fractus*, Ital. *Flacato*. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 56: *Vinea ambulatoria cum ponte Flacto et mantelleto levantem partem pontis, super quem pediles possunt secure stare*.

**FLADO**. Vide *Flantonas*.

† **FLAELLUM**, Species armorum, Nostris *Fleau*, alias *Flael* et *Flaiel*, ut infra dicitur in *Flagellum*. Fragm. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 624. col. 2: *Cum ducentis hominibus in armis, electis et galteis, et cum Flaellis*.

**FLAGE**. Statuta Ordinis S. Gilberti pag. 739: *Pellicea vero illa non fiat ad formam aliarum pellicearum, sed aperta erit in anteriori parte, et corrigiis constringetur circa medianam partem ventris, sicut solet fieri in veste lactentis pueri, quæ vestis Anglice solet vocari Flage*.

† **FLAGELLA**, fem. gen. Ictus flagelli, Gall. *Coup de Fouet*. Scriptura Principis Adelgastri pro Monasterio S. Mariæ de Obona, Concil. Hisp. tom. 3. pag. 90: *Si forte aliquis ex istis socium fratrem percusserit pugno... solvat quinque solidos et tres Flagellas accipiat*. Vide *Flagellatio*.

1. **FLAGELLARE**, Molestare, affligere, apud Ughellum tom. 5. pag. 1577. [et in Memoriali Potestatum Regiens. ad ann. 1266. apud Murator. tom. 8. col. 1225.] Vide *Flagellatio*, [et *Flagellare* 2. in *Flagellum* 1.]

\* Charta Rob. vicecom. Cabilon. ex Chartul. S. Marcel. Cabilon.: *Sed aliquando rebellis fuit, ideo Flagellavi tam ipsum quam Sauriacum villam, quæ est S. Marcelli. Flaeler*, eodem sensu, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 11. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 225: *Comme li évesques Eracles me tormente: il me Flaele, etc.* Ubi Aimoïn. lib. 3. cap. 30. habet: *Quæ tormenta ab Herachio illata patior! ipse me nunc cruciat*. Sic et apud nos etiam nunc incommodum quodvis, *Fleau* appellatur; *Floyel*, eo sensu, apud

Christ. Pisan. in vita Caroli V. part. 2. cap. 6.]

**FLAGELLARIUS**. Ugotio: *Mastigophorus, Flagellarius*.

\* **FLAGELLATA**, Armorum species, quod flagello similis, sic dicta. Stat. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 181. col. 1: *Item quod quilibet, tam pauperes quam divites, habeat unam masseam cum fronda, sive Flagellatam, et quod consules faciant dictas Flagellatas fieri, et quod compellant quemlibet ad solvendum pretium dictæ Flagellatæ. Flagellate appellari videtur, in Lit. remiss. ann. 1476. ex Reg. 204. Chartoph. reg. ch. 158: *Icellui Batsera frappa ung grand cop d'une Flagellate sur le cap d'icellui Fillet... Le suppliant frappa d'une lance, etc.* Neque aliud sonat vox *Flageron*, in aliis ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 146: *Un baston sans fer, nommé Flageron, aguisié à bout*. Huc etiam fortassis spectat *Flachel* vel *Flachet*, ex Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 189. ch. 266: *Un baston de cotterat, autrement nommé Flachel*. Ibidem ch. 306: *Flachel*. Vide *Flacellum*.*

1. **FLAGELLATIO**, Inter pœnas crebro occurrit, etiam apud inferioris ævi Scriptores.

**FLAGELLARI NUDUS** ad palum coram populo, in Concilio Francoford. ann. 794. cap. 5. al. 3.

Extensis flagella infligebatur: hinc formula frequens in Lege Wisigoth. et in Lege Bajw. tit. 11. cap. 4. § 3: *Flagella publice extensus accipiat*. Super scamnum tensus, in Lege Salica tit. 42. § 1. Lactantius lib. de Mortibus Persecutor. num. 21: *Si quis esset verberandus, defixi in stabulo pali quatuor stabant, ad quos nullus unquam servus distandi solebat*. Martyrium S. Niconis num. 18: *Κελεύεται αὐτοῦς τελένας βουεῦροις ὁμοῖς πλάττεισθαι αὐτῶν σάρκας*. Gregorius in Vita S. Basilii Jun. num. 4: *Κελεύει ἐκταθέντας ὑπὸ τεσσάρων βουεῦροις τέντεσθαι*. Denique Theodorus Iconiensis Episcop. de SS. Cyrice et Julitta: *Τάτην δὲ σηματοθεῖσαν καὶ ταυνοθεῖσαν ὁμοῦς νευροῖς ἀπειδὸς τέντεσθαι ἐπέτρεψεν*. Designabat vero sententia numerum verborum, ut habent Concilium Narbonense ann. 589. cap. 4. Concil. Toletan. XVI. cap. 2. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 7. 8. 11. et alibi passim. Lex Burgund. tit. 4. et 83. § 2. Lex Salica tit. 13. Lex Bajwar. Speculum Saxon. lib. 3. art. 16. Charta Aldegastris, filii Sylonis Regis Ovtenensis, ann. 781. apud Sandovallium, Cedrenus pag. 536. Harmenopolus lib. 6. tit. 3. § 1. Chartæ variæ apud Doubletom pag. 661. 697. 796. etc. Vide Acropolitam. cap. 73. Cyprianus in Vita S. Cæsarii Arelatensis: *Solebat vero Sanctus id accurate observare ut nemo ex illis, qui ipsi parebant, sive illi servi essent, sive ingenui, si pro culpa flagellandi essent, amplius 39. ictibus ferirentur; si quis vero in gravi culpa deprehensus esset, permittebat quidem, ut post dies paucos iterum vapularet, sed paucis. Contestabatur Ecclesiæ prefectos, si quis juberet quempiam diutius flagellari, et eaverbera illi mortem afferrent, ut is homicidii reum se sciret*.

Nullam porro infamiæ notam viris liberis et ingenuis inurebat flagellationis pœna, uti disertim testatur Concilium Toletan. XIII. can. 2: *Qui etiam, si pro culpa minimis, ut assolet, flagellorum ictibus a Principe verberentur, non tamen ex hoc, aut testimonio amissuri sunt, aut rebus sibi debitis privabuntur*. Lex Wisigoth. lib. 2. tit. 1. § 13: *Ita ut ei flagellorum ista correptione non inducat*

infamiæ. Adde § 83. lib. 3. tit. 4. § 10. [\*\* Vide Grimm. Antiq. Juris German. pag. 703.]

Hinc flagellationem inter correptiones quibus maritus uxorem suam corrigere poterat, recensitam fuisse colligitur ex Epist. Rhabani Abb. Fuldenensis apud Baluz. in Append. ad Capitulum. num. 8: *Primum ergo quaesitum est quale iudicium ille sustinere debeat qui, Flagellando uxorem suam, duos filios suos in partu occidit... Ubi liquido patet quod propter immoderatam correptionem in crimen cecidit paricidii*.

\* Inter pœnas, quæ a confessoribus infligebantur pœnitentibus, recensetur apud scriptores mediæ ævi haud infrequenter. Vita S. Walth. tom. 1. Aug. pag. 258. col. 2: *Quoties etiam, ut assolet, aliqua volatilis vel umbratilis mundanæ vanitatis cogitatio cordi irrepsisset;... non patiebatur, ut ita dicam, moram momentaneam transire, quin curreret ad confessionis sanativum remedium, et virgis exponeret dorsum*. Si vero confessor ejus pietate ductus illud corpus innocentissimum virgis mitius percuteret, ipse in virtute obedientiæ præcipere districtius consuevit, ut non parceret oculis ejus aut manus in eum, donec aliquoties sanguinem eliceret. Ad quem locum docti Editores ex Manrique in Annal. Cisterc. ann. 1147. cap. 16. hæc adnotant: *Verum quod ait, consuetum S. Virum currere ad confessionem, et virgis vapulandum dorsum exponere, sciat lector, in more nostris patribus, non aliter audire confessores, quam denudatis dorsis pœnitentium, virgis, quamdiu absolventur, percutiendum; idque post matutinalem Missam commune cunctis; extra id tempus aliquando etiam fiebat*. Vide *Disciplina* et *Scopra*.

In Capit. 2. et 4. Caroli M. ann. 805. cap. 10. adjuutores conspiratorum se invicem flagellare, et sibi nares præcidere jubentur.

Duplex autem fuit *fustigatio*: alia cum *fuste*, alia cum *virgis*. [\*\* Vide Dig. lib. 48. tit. 19. fr. 10.] Utriusque meminit Edictum Pistense cap. 15: *Constitutimus fidelium nostrorum consensu atque consilio, ut quorumcumque coloni et servi pro hoc convicti, non cum grossa fuste, sed nudi cum virgis vapulent*. In *fustigatione* cum *fuste*, numerabantur *ictus*: unde in Edicto Caroli C. in Carisiaco ann. 861. cap. 5. *virgæ minutæ* opponuntur *ictibus*: *Et aut ictibus, prout viderit competere, aut minutis virgis cum ratione et discretionem illum, qui denarium bonum reject, castiget*. Idem Edictum Pistense cap. 16: *Si servus vel colonus, nudus cum virgis vapulet*. Cap. 20: *Insuper et virgis nudo corpore vapulet*. Cap. 23 et 24: *Nudus cum virgis flagellatur*. Virgarum verbera, inter canonicas castigationes recensent etiam Augustinus Ep. 159. et Gregorius M. lib. 9. Epist. 67.

† 2. **FLAGELLATIO**, Tritura frumenti. Chartularium S. Vincentii Cenoman. f. 115: *Dicti Monachi dicto Presbytero.... tertiam partem tractus decimarum tam bladi quam vini, et tertiam partem palaarum et medietatem in Flagellatione in perpetuum concesserunt possidere*. Rursum occurrit f. 129. Vide *Flagellum* 1.

**FLAGELLATIVUS**, Gloss. Gr. Lat. MS.: *Μακρυγας, verberosus, Flagellativus, verbero*. Edit. habet *Flagellativus*.

† **FLAGELLATOR**, Tritor spicarum in area, Gall. *Batteur en grange*. Occurrit in Chartulario S. Vincentii Cenoman. mox laudato fol. 6. 43. etc.

**FLAGELLATORES**, Sectarii ac hæretici, sub annum 1261. Suffridus Presbyter:



Eodem anno multa millia Flagellatorum prodierunt in mundum, dicentes, hominem ab omnibus peccatis absolvi, si in tali secta per unum mensem versaretur. Vide Odooricum Rainald. ann. 1260. num. 11.

Floruit etiam secta alia ejusdem appellationis sub annum 1349. Fratrum Flagellatorum nempe, qui nulla populi vel Ecclesiae auctoritate, publicam penitentiam suscipiebant. Hi vexillum Domini cum crucibus ante se portantes, et Ecclesias bis in die intrantes, se omnibus vestibus nudabant, solis pudens honeste velatis, et tunc seipos ante et retro, sed præcipue in scapulis, cum flagellis coriaceis, habentibus aculeos ferreos in extremis nodis dure percussiones, sanguinem proprium excutiebant, et sic seipos flagellando cantilenas Deo canebant in vulgari. Numquam etiam dormiendo pernoctaverunt in illo loco, ubi pridie quieverunt. Et nullus scire potuit, qui sectam hanc inchoaverit, quam tandem Clemens VI. PP. interdixit. (cujus exstat in eam rem Diploma, datum Avenione 18. Kl. Nov. ann. 8.) Hæc fere Joannes a Leidis lib. 29. cap. 13. De hac secta agunt passim Scriptores, Vita Balduini Lutzemburg. Archiep. Trevir. lib. 3. cap. 9. Vita Clementis VI. PP. pag. 96. Henricus Reberdoffensis ann. 1347. Gobelinus Persona in Cosmodromio ætate 6. cap. 69. Continuator Nangii Latinus, Levoldus Northovius in Chr. Marcano, Radulfus de Rivo in Engelberto a Marca cap. 3. Albertus Argentin. ann. 1349. Magnum Chr. Belg. ann. 1349. Speculum Hist. MS. Joannis Abbat. Laudun. lib. 11. cap. 72. Hist. Landgrav. Thuringæ cap. 105. etc. sed præ cæteris Continuator Nangii vernaculus sub ann. 1347. ubi complures eorum regulæ articulos Latine exaratos refert, ut et cantus ipsos vernaculos, seu Gallicis versibus compositos, quos, dum se flagellarent, concinebant. Scripsit Joannes Gerson Epistolam contra ejusmodi sectam se flagellantium. Vide Tritarum societas. [\* Vide in Pœnitentes et Verberatio.]

1. FLAGELLUM, quo frumentum teritur, vulgo Fleau. S. Hieronymus in cap. 28. Esaiæ: Sed virga excutuntur et baculo, quæ vulgo Flagella dicuntur. Translatio S. Joann. Reomaensis n. 9: Repente in cenaculo surgit, Flagellum excussorium rapit, passimque interdicto noctis spatio excutare, velut in area cepit. Vita S. Ermelandi Abb.: Flagellum accipiens, in arcam, annonam trituraturus, ingreditur. Occurrit præterea in Chronico Andrensi pag. 666. Le Roman du Renard MS.:

Qui porte tinel, qui porte hache,  
Qui Flaïel et baston d'espines.

[Perceval apud Borellum :

Fourche, ou Flaël, ou pic, ou mare.]

Vide Fustis.

\* Flageau, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 205. Chartoph. reg. ch. 107: Ung Flageau, duquel il battoit son blé, etc.

2. FLAGELLARE, Flagello frumentum excutare: vox Plinio nota. Custumar. Prioratus Lewensis apud Spelmannum in V. Corrodium: Omnis molman inveniet equum ad portandum corrodium Prioris, ... Flagellabit præbendam Prioris per unum diem cum corrodio domini.

\* Fléer, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. Chartoph. reg. ch. 89: Icellui Troude prinst une verge à Fléer de meslier et courut audit Petit pour le férier.

2. FLAGELLUM, Reda, quadriga, quæ scilicet ab auriga flagellum tenente re-

gitur. Lex 5. Cod. Th. de Curiosis (6, 29): Per singulas redas, id est, quas Quadrigas, vel Flagella appellant. Ut porro Rhedæ Flagella dicebantur, ita vice versa Rhedæ dicta flagella: siquidem ita emendare liceat in Vita S. Nicolai Studitæ pag. 912: Καλέσει τούτου καὶ τὰ τε τῶν βραχιόνων, καὶ τῶν ὀλέων τὰς λεγομένας ρέδας μαστίζεσθαι. Ubi edit. βέλας. Vide Rheda. [\* Bene se habere βέλας docet Cangius in Glossar. med. Græcit. voce Πέλα, col. 1287.]

3. FLAGELLUM, Genus bellici crepitaculi, sive tintinnabuli, quod Indi in præliis concutiebant ad speciem Barbarici cujusdam tympani: de quo ita scribit Suidas: Tubis Indi non utuntur, sed pro iis sunt Flagella, quæ excutunt in ærem, et tympana item horribilem quemdam bombum emittunt. Hæc post Carolum de Aquino in Lex milit.

4. FLAGELLUM, FLAGELLA, Summitates vitium et fruticum, sic dicta, quæ flatu agitentur. Jo. de Janua. [\* ex Isidor. Orig. lib. 17. cap. 5. sect. 8. Vide Forcellinum.]

FLAGELLA CAPILLORUM, crinium. Vide Criniti.

5. FLAGELLUM, Virga ferrea claudendis portis apta, Gall. Fleau, alias Flayau vel Flayel. Comput. MS. S. Vulfr. Abbavil. ann. 1450: Item dicto Petro pro quadam serrura nova, cum cramptonibus ad bendas Flagello dictæ portæ apposita cum clavi, vij. sol. Pedag. de Doing ann. 1348. ex Chartul. 21. Corb.: Chacun Flayau doit un denier. Lit. remiss. ann. 1451. in Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 190: Icellui Solet se bouta et lança dessous le Flayel du feuillet de ladite porte, qui estoit clos.

6. FLAGELLUM, Virga seu baculus, jurisdictionis insigne. Ordo eccl. Ambr. Mediol. an. circ. 1190. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 862: In fine vero subponitur laicalis ferula, videlicet vicecomitis, qui... præcedit archiepiscopum, parando sibi viam servitoribus suis, præcedentibus eum cum Flagellis ligneis et scissis.

7. FLAGELLUM S. AMBROSII, Quod et Scutica dicitur, ibid. col. 878: Qui portat crucem auream et Scuticam sancti Ambrosii. Status eccl. Metropol. ibid. col. 858: Prior vero horum defert pluviale temporibus debitis et Flagellum S. Ambrosii. Vide Ambrosini et in Moneta.

8. FLAGELLUM, vide infra Fleotum.

9. FLAGELLUM, Strages, occisio, Gallice Carnage. Chronicon Parmense ad ann. 1280. apud Murator. tom. 9. col. 795: In quo confictu Flagellum fuit valde magnus et incredibilis, et mortui plures D.

10. FLAGIA, Flagella ex boum seu taurorum coriis. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: Flagias, taureas. Vide Taureæ.

11. FLAGITARE, Accusare, quomodo hanc vocem usurpat Tacitus lib. 17. Concil. Engelenheimense ann. 948. cap. 5: Ut nullus Laicorum Presbyterum Flagitare, seu fatigare, vel aliquam sibi injuriam inferre audeat.

12. FLAGITARE, Ventilare, examinare. Epist. Johannis PP. VII. inter Acta SS. Benedict. sæc. 4. part. 1. pag. 712: Ad hanc sedem Apostolicam simul occurrant, ut ampliori Concilio Flagitetur ac decidatur, quod hactenus non valuit terminari. Vide Flagitatum.

13. FLAGITATIM, diligenter, studiose, sedulo. Charta Ecclesiæ Carnot. pro Bernardo Abbate Tironiensi ann. 1110. apud Mabill. tom. 5. Annal. Benedict. pag. 680: Visiones autem ipsas mirificas et suavissimas sequebatur omnium aromatum

odor, quas Flagitatum duobus perpensantes diebus, ad extremum quænam hæc visiones essent... solerter discutientibus, etc. Vide Flagitare 2.

14. FLAGIUM. Charta vetus apud Stephanotum tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 413: Delegavi quatinus pius Redemptoris gremii amplexor, et diemque magnæ restauracionis geennæ cenoque sulfuris inlesus peragam, quia præsentii sæculo oneratur Flagii serculo (f. Flagitii circulo) ne in evum persistar hujus almi suffragium cunctari magni advocatus opere ejusque de magnis piaculis dimissum.

15. FLAGO, Idem quod Flaco 2. Gall. Flacon, Angl. Flagon, Species lagenæ. Occurrit apud Rymerum tom. 11. pag. 196. col. 1. Vide Flasca.

16. FLAGOR, quasi Flagror, Ardor, fictitium vocabulum a Flagrare, nisi mavis esse pro Fragor. Flagor concupiscentiæ, apud Baluz. tom. 6. Miscell. pag. 326.

17. FLAGRADA, Miscellum, in Glossis MSS. \* FLAGRANTER. [Ardenter, cupide. Front. ad Antonin. Aug. (edente iterum A Maio) ep. 2. Et spondeo, quanto sapius audierit, tanto Flagrantius amabit. Ammian. 31. 10. Germani exarsere Flagrantius. Tacit. 1. Ann. 3. Destinare consules, specie recusantis, Flagrantissime cupiverat.]

18. FLAGRARE, pro Fragrare. Appendix ad Agnelli Librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 189. col. 1: Marcellinus XI. justus et timoratus, cujus tanta corporis ordinamenta Flagrarunt, ut pretiosissimæ myrrhæ incensum sepelientium naves sentirent.

19. FLAGRATOR. [Qui mercede flagris cædi se permittit. Fest.]

20. FLAGRIONES, μαστιγία. Gloss. Lat. Gr. Nonius: Flagriones dicti sunt servi, quod flagris subjecti sunt, ut verberones a verberibus. Hoc vocabulo usus est Afranius.

21. FLAGURRERE, φέρειν, Ferre. Gloss. Lat. Græc. Sangerm. MSS.

22. Adde ex Castigat. ad utrumque Glossar. pro Flagurrit, φέρει, leg. flagrat, φλέγει.

23. FLAGUS, f. Ora, æstuarium, fluentum, ut Fleto 2. Annal. Victor. MSS. ad ann. 1367: Divino sibi assistente presidio pervenit (Urbanus PP. V.) feliciter ad portum seu Flagum Corti die iij. mensis Junii. Flage vero pro Culina, ut videtur, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 89: Le suppliant et aucuns autres entrèrent en la maison d'un taverrier, et trouverent ou Flage ou bouge d'icelle ledit Casin.

24. FLAHO, Sigilli genus, apud Majoricenses. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoris inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXVIII: Ordinarum igitur in Cancellaria nostra modum triplicem sigillandi, videlicet ut quandoque cum bulla plumbea vel aurea, quandoque cum magno sigillo, habente duas impressiones æqualiter ab utroque latere imprimentes, licet impressio sit dissimilis et diversa, quod quidem sigillum Flaho vulgariter nominatur; quandoque vero cum alio sigillo minori, quod sigillum commune dicitur.

25. FLALLUM, Molin à poivre. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120.

26. FLAMBARDUS. Ordericus Vitalis lib. 8. pag. 678. de quodam Ranulfo, viro arrogantis: Temereque majoribus, quasi vi regia fultus imperabat: unde a Roberto Dispensatore regio Flambardus cognominatus est, quod vocabulum ei secundum mores ejus et actus quasi propheticæ colatum est; flamma quippe ardens, multis

factis intulit genti novos ritus, quibus crudeliter oppressit populorum coetus, etc.

¶ **Flammardum** eundem Ranulfum vocat Ivo Carnot. Epist. 157: *Quod in Ecclesia Luxoviensi paternitas vestra poterit agnoscere, quam jam per plures annos Ranulfus agnomine Flammardus, Dunelmensis Episcopus inaudito invasionis genere occupavit, qui duos filios suos viz duodennes accepto pastoralis baculo a Comite Normannorum predictæ Ecclesiæ intrudi fecit, ea conditione, ut si primogenitus moreretur, Judaico more in Episcopatum alter alteri subrogaretur.* A patre Flammardo filios Flammigeros appellat idem Ivo Ep. 149: *Cum et ipsos Flammigeros pueros de predicta Ecclesia ejici feceritis.*

\* **FLAMBELLUM**, Fax, tæda, funale. Reg. eccl. Andeg. ad ann. 1443. in vita Math. Menag. pag. 92: *Centum libræ ceræ operatæ in torchiis, Flambellis et bogia.* Proces. Egid. de Rays, ann. 1440. fol. 159. r. ex Bibl. reg.: *Quadam nocte post coenam habentes lumen in Flambello ceræ, etc.* Flameron, Candelæ seu lampadis species, in Stat. ann. 1858. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 595. *Flambard* vocant Drocenses lignum furno, cortice avulso, exsiccatum atque ad medium usque fissum, quod in vigilia Natalis Domini accensum clerus populusque deferunt circa forum tectum ejusdem civitatis, supplicantium ordine, quamvis festinanter, procedentes ad ecclesiam, ante cujus portam projiciuntur hujusmodi faces, ubi absumuntur, clero decantante hymnum: *Veni Redemptor gentium*, et populo conclamante *Noël, Noël*. Minus religiose idem ritus apud Cadomenses aliosque eorum vicinos peragitur. Pueri nempe cum perticis, quibus palea alligata accenditur, viridaria percurrunt arbores quasque fructiferas circumcuntes hunc rhythmum vociferando:

Taptes et mulots,  
Sortez de nos clos,  
Sinon je vous brulerai la herbe et les os.

Hæc post Mercur. Franc. ann. 1740. mens. Febr. pag. 266. et April. pag. 660. Vide supra in *Brando* 1.

\* **Flambeter**, vero, appellari videtur quidquid levi igne coctum est seu ustulatum, in Ordin. hospit. reg. ann. 1285. ex Reg. sign. *Noster* Cam. Comput. Paris. fol. 53. v.: *Item souffleurs deus, desquels l'un sera moigneus, et manjeront à court et prandront le Flambeter, en tele maniere que le potage n'en vaille piz.*

¶ **FLAMBURUM**, Idem fere, ut videtur quod nostris *Regiment*, Legio. Epist. Lauri Quirini de Turci potentia ad Plum PP. II. ex Bibl. Regia: *Exercitus autem hostilis, ut diligentissima atque exactissima cura indagare potuimus, hic est verus indubitatusque divisus per Flambura, quibus feudatarii, quos illi Timarati vel Timaratores appellant præsumt. Asianus itaque exercitus in hæc Flambura est.* *Flamburum Attaliæ habet subsidias xv. Capita ordinum XL. equites III. CCCC. etc.*

¶ **FLAMEOLUM**, FLAMEUM, FLAMEUS. Vide in *Flamines*.

\* **FLAMENTUM**. [Idem ac flamen, hæc poetica, illa prosaica vox. *Fulgent. 1. Mythol. præf.* Egredimur nauarum more, quos tempestatum *Flamento* contractos exoptata reduces excipit ripa.]

\* **FLAMICA**. Placentæ species. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Flamica, Flamiche, a flamma.* Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 120. Chartoph. reg. ch. 248:

*Prindrent une Flamiche tant seulement, en la valeur de cinq deniers Tournois.*

\* **FLAMIGEUS**, Subrubeus, ut videtur, Gall. *Rougeatre*. Stat. ann. 1317. in Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 197. r.: *Numerus et qualitas eorumdem (animalium) utrum nigra vel alba, lanigera vel tonsa, de lana Flamigea vel grossa, etc.*

¶ **FLAMINA**, Vexilla Ecclesiarum, *Flammula*. Wolfardus lib. 3. de Mirac. S. Walburgis num. 11: *Dum paratis omnibus cruceis a fidelibus efferrerentur, ut ipsa etiam juncta plebis dominicæ agmini prævia atque signifera Flamina sequeretur.* Occurrit præterea lib. 4. n. 4. [Miracula S. Richarii April. tom. 3. pag. 450: *Induti candidis sericis vestibus cum Flaminibus et crucibus et omni decore compositi, etc.*]

¶ **FLAMINARE**, Incendere, in Gloss. Isid. et Pithœi, Flammis urere. Vide *Flammeriari*.

¶ **FLAMINES**, Episcopi, in Concilio Eliberitano cap. 2. 3. 4. Gloss. Lat. Gr.: *Flamines, teperç.*

¶ **FLAMEUS**, *Premier ministre de choses sacrées, saintes*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.

¶ **FLAMINEUM**, Gloss. Sax. Ælfrici: *Flammeolum vel Flamineum*, biscopos huf, i. Episcopi mitra. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Flameum, Bande de voile, au aournement nupcial. Flameolum, Petite dyademe, ou petit paille, fermail petit, ou couvrechief. Flameolum* Juvenali est amictus quo nova nupta tegi solebat. Pro velo *Flamineum* usurpat Fridegodus in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 725.] Vide Jo. de Janua in *Flamineum*.

¶ **FLAMINIMUM**, Sacerdotium, *Flaminis* dignitas, in leg. 21. Cod. Th. de Decurionib. (12. 1.) et apud Tertull. de Spectac. cap. 12. et Sidon. lib. 5. Ep. 7. vox nota etiam Valerio Maximo et A. Gellio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Flaminium, office de Prestre.*] *Flamonium* habent veteres aliquot Inscriptiones et Isidorus, [cujus Auctarium a Jansonio editum habet: *Flamonium, Honos qui datur Flaminibus.* Occurrit præterea apud Sidonium lib. 5. Epist. 7: *Hi sunt, qui invident tunicatis otia, ... prædia provincialibus, Flamonica municipibus.*]

¶ **FLAMININUS HONOR**, in Gloss. Ælfrici, biscoplicæ wrtsceipe: id est, Episcopalis dignitas. Jo. de Janua habet *Flamineus*, in *Flamen*.

¶ **FLAMINEÆ**, f. Ædes Ecclesiis proximæ, in quibus olim Clerici habitare solebant. Sic apud Gellium lib. 10. cap. 5. *Flaminia* significat domum Flaminis Dialis. Ita Bollandi Continuator Julii tom. 4. pag. 391. in hæc translationis S. Philastrii verba: *Omnes ostiarii religiosorum locorum et domus proximæ Flamineis testari, si memoria retinent, possunt.*

¶ **FLAMINEATUS**, Sacris ac Episcopalibus vestibus indutus, et mitra caput tectus. Missa vetus ex Cod. Ratoldi Abbatis Corbeiensis apud Menardum: *Cum omni quoque diligentia Episcopus veneretur a suis. Eo autem rationabiliter Flamineato, accedat ordinatim omnis processio.*

¶ **FLAMINEUM**. Will. Malmesbur. lib. 4. Hist. Angl. pag. 127. de quibusdam Monachis: *Nihil pelliceum aut lineum vestiant, nec illud, quod subtiliter textitur laneum, quod nos Flamineum vocamus.* Sed ibi legendum *stamineum*. Vide in hac voce. [Anglis *Flannel*, nostris *Flannelle*, pannus est subtilior notissimus,

qui voce *Flamineum* apte significari potest.] Vide *Flaneta*.

\* **FLAMINGENSES**, Belgæ, Flandri. *Per factum guerrarum regni nostri contra Flamingenses*, in Charta ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Eranc. pag. 146. Vide *Flaminghus*.

¶ **FLAMINGHUS**, FLAMINGUS, Belgæ, Flander, Gall. *Flamand*. Legitur *Flaminghus* apud Murator. tom. 7. col. 703. in libro Bernardi Thesaurarii de Acquisitione Terræ sanctæ; *Flamingus* in Privilegio Leduini Abb. S. Vedasti Atreb. ann. 1036. in ejusd. loci Chartulario V. pag. 243. in Litteris Philippi Pulcri Franc. Regis apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 419. Vide Valesium in Notit. Galliarum voce *Flandria*, [et] Haitaus. Glossar. German. col. 461. supra *Flamingenses*.]

¶ **FLAMININUS**, FLAMINTUM. Vide *Flamines*.

¶ **FLAMITA**, Sacerdotissa, Jo. de Janua. Videtur legendum *Flamina*, ut est in veteri Inscript. 459. 9.

¶ **FLAMMABUNDUS**, Flammeus, apud Martian. Capellam.

¶ **FLAMMARDUS**. Vide *Flambardus*.

¶ **FLAMMEA**, Lancea. Jansson. in Auctario Gloss. Isidori.

\* Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641: *Flammea, virgitas, vel lancea.*

¶ **FLAMMEOLUM**. Vide in *Flamines*.

¶ **FLAMMERIARI**, Flammis aduri, seu ad flammam admoveri: Gallis, *estre Flamboyé*. Raymundus de Agiles pag. 178: *Alii vero diutissime torti, et ignibus adusti Flammeriabantur.* *Flammare*, pro flammis adurere, dixit Tacitus: *Aut crucibus affici, aut Flammandi.*

\* *Flamer* vero, pro Scalpello, vulgo *Flammeite*, alias *Flème* dicto, aperire. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Lanceola, est ferrum subtile, cum qua vena aperitur, Gallice Flème.* Lit. remiss. ann. 1400. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 433: *Survint une apostume ou bosse audit Geffroy, laquelle il fit fendre et Flamer à un barbier.* Vide *Flebotomare*.

¶ **FLAMMESCERE**, Inflammar. *Flammescat igne charitas*, in Hymno Tertii inter Ambrosianos. Occurrit etiam in Appendice de S. Humilitate, Maili tom. 7. pag. 881. Sed activa significatio: *Charitate namque qua Deus eum Flammescit, ardet continuo.*

\* **FLAMMEUM**, Fax, tæda, funale. Comput. MS. *redecimæ* S. Petri Insul. ann. 1421: *Pro duobus Flammis, sive Flambeauis, ponderis iv. lib. emptis ad conducendum collegium, pro libra vj. sol. vj. den. xl. sol. vj. den.* Vide supra *Flambellum*.

¶ **FLAMMEUS**, *Iratus*, in vet. Gloss. MS. apud Goldastum ad S. Valerian.

¶ **FLAMMICOMANS**, Flammante coma præditus. Juvenius in Matthæo cap. 25. de decem virginibus:

Ornatu accinctæ tædarum Flammicomantum.

¶ **FLAMMICOMUS**, Eadem notione, apud Prudent. Psychomach. v. 776.

¶ **FLAMMICROMUS**, Igneus, adurens, apud Fortunatum 1. Carm. 15. in laudem Leontii. [et] *Flammicremus*, apud Forcell.]

¶ **FLAMMIDUS**, Eadem notione qua *Flammeus*, dixit Apuleius de Deo Socrati. φλογώδης. [Idem de Mundo: *Glacialibus Flammida.... confundit.* Et lib. 11. *Metamorph. : Roseo rubore Flammida.*]

¶ **FLAMMIGARE**, φλογίζειν, apud Gellium

lib. 17. cap. 10. et Macrob. lib. 5. Saturn. cap. 17.

\* **FLAMMINEUM**, *Babylonicum*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641. Vide in *Flamines*.

† **FLAMMIPES**, Habens pedes igneos. Juvenus lib. 2. in Matth. 11:

Elias quondam, quem turbine iussa coruscus  
Flammipedum rapuit simulatio quadrijugorum.

† **FLAMMIPOTENS**, Vulcani cognomen, apud Arnobium lib. 3.

† **FLAMMIVOLUS**, Cum flammis volans. Arator in Act. Apost. cap. 18: *Flammivolo sub sole jacet.*

\* **FLAMMIVOMATUS**, Vultus ex interiori flamma efferatus. Vita S. Godegr. tom. 1. Sept. pag. 769. col. 2: *Pacis et oculus porrigens, sed ad modicum Flammivomatu mentis veneni antra recondens. Vide Flammivomus.*

† **FLAMMIVOMUS**, Qui flammam vomit, apud Juvenem in Procemio.

† **FLAMMONIUS**, Flammeus. Charta ann. 984. apud Menersterium inter Probat. Hist. Lugdun. p. rv. col. 2: *Flammonias animi penas sustineat, et in favillis et atomis reductus nusquam compareat.*

\* **FLAMMOSUS**, Ardens. Virgil. Grammat. pag. 117: *Ratio vero superiora et caelestia perillustrans intellectum quodammodo ignitum Flammosumque possidet.*

† **FLAMMULA**, Vexillum in flammæ speciem desinens, cujusmodi est illud, quod Carolo M. porrigit S. Petrus, in Lateranensibus Parietinis apud Nicolaum Alemannum. *Flammeum vexillum*, apud Ammianum lib. 20. pag. 163. S. Fulgentius Homil. 56: *Ante carrucum Imperatoris, qui præcedunt Metatores, Palatini, Protectores, Tribuni, Duces, et Comites, Signa, Dracones, et Vexilla, et Flammulae illæ concordissimæ pannorum diversitate gaudentes, tubæ sonantes, etc.* Anastasius in Stephano IV. PP. pag. 92: *Romanum urbem ingressi sunt, et per muros civitatis cum Flammula ascendebant.* [Instrumentum anni 1382. Histor. Harcur. tom. 3. pag. 921: *Flammula... ex penetralibus Dionysiaci Cænobii deprompta Petro Villerio fortissimo viro tradita.* Et pag. 1117: *Petrus Villarius Flammulam gessit.*] Vox Scriptoribus Byzantinis nota. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 2062: *Σύνθεμα, γνάρισμα, σημεῖον, βάνδον, φάμουλον*, quæ vox hac notione habetur in Leonis Tacitidis cap. 5. § 5. cap. 6. § 2. 18. 25. cap. 12. § 54. 104. 118. apud Nicetam, Codinum, et alios. *Φάμουρον* etiam dixere recentiores Græci. Narratio MS. de Belissario: *Συκονοῦσι τὰ φάμουρα τῶν βασιλέων τότε, μετὰ ἐπιγύτου, ταῦτα δὲ μετὰ τῶν κορδουγιῶν.* Vide Dissertat. nostram de *Auriflamma* ad Joinvillam, [Gallandum Tract. Gall. *des Enseignes de France* pag. 87. et 88.] Gloss. Basilicon, Meursii, Rigaltii, et aliorum. [\* Cangii med. Græc. col. 1681.]

Exstat alter locus tom. 2. Annal. Bened. pag. 332. ex veteri Codice Bibl. Ottobon. depromptus, ubi agitur de Processione Litaniarum majorum in Monasterio Centulensi, sicque legitur: *Hos omnes subsequebantur pueri septem cum totidem Flammulis, seu tædis, inquit Mabillonius: suspicor ego Flammulas etiam hic fuisse vexilla minora a pueris delata, cum consuetudo sit in Litaniis majoribus vexilla deferri, et pueri illi incederent medii inter clerum et plebem, ubi nulla erat ratio facium deferendarum.*

† **FLAMONIUM**. Vide in *Flamines*.

† **FLAMPEDES**, Flandrenses, ni fallor. Hist. Viconiensis Monast. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 303: *Sic Spiritus sancti gratia in vita extitit debriatus (Ægidius Abbas,) ut meruerit pacem inter Ysengrinos et Flaventinus vel Flampedes in partibus Hollandiæ et Zelandiæ et Flandriæ, quam nullus hominum attentare quibat, sive Rex, sive Comes, aut Baro reformare.*

† **FLANGHA**. Codex MS. reddituum Episcopatus Autissiod.: *Duod. Corduain debet Episcopo et Comitibus III. den. et duod. alutz II. den. Flancha de poiz valens ultra XII. den. debet. I. ob.* [\* Germanorum plebi *Flanken* est segmentum majus panis, carnis, etc. ADEL.]

† **FLANCHIA**, [Forte *Fimbria*, Gall. *Frange*.] Vide *Palæctum*.

\* **FLANCHUS**, FLANCUS, Latus, Ital. *Fianco*, Gall. *Flanc*, alias *Flanchet*. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 903: *Duas pelles de Flanchis cooperatas de virde.* Annal. Estens. ad ann. 1409. apud eumd. tom. 18. Script. Ital. col. 1069: *Ense ducto graviter vulneravit Flanchio.* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 42. v: *Dictus talis uno ictu punctum per dictum talem in Flanco sinistro percussus extitit.* Lit. remiss. ann. 1376. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 392: *Icellui Michaut feri ledit Jaquot dudit espit ou bras et de l'espee ou Flanchet.* Icellui Colart en soy vrant et tournant fu attaint ou Flanchet de son ventre d'un petit coustelet, in aliis Lit. ann. 1387. ex Reg. 130. ch. 185. Hinc *Flancar*, Braccarum seu vestis militaris species, qua latera protegentur, in Ordinat. milit. MS. Caroli ducis Burg. ann. 1473: *Les hommes d'armes seront armez, ... habillez ... de curache complete, salade à baviere, barbuze ou armet de gorgent, Flancars et faltes.* Hinc *Se Flanchir*, Lateri manum admoveere, vel latus manu comprimere. Lit. remiss. ann. 1457. in Reg. 188. ch. 286: *Quant le suppliant se sentit frappé dudit cousteau, il se Flanchit en soy retournant devers icellui Visier.*

† **FLANCUS**, Latus, Gall. *Flanc*, Ital. *Fianco*. Occurrit in Actis SS. Aprilis tom. 1. pag. 169. tom. 2. pag. 819. Junii tom. 1. pag. 791. etc.

† **FLANDRENSIS MONETA**. Vide *Moneta Baronum*.

\* **FLANEHA**, f. Panni subtilioris species, Gall. *Flanelle*. Formul. MS. Instr. fol. 92. v: *Antonius fuit confessus .... se habuisse et recepisse a dom. M. ejus sponsa ... nomine dotis ... xxv. libras bonas in... uno pelorco de Flanehis pro vestibus ipsius.* Vide *Flamineum*.

† **FLANQUERIUS**. Vide *Flecarius*.

\* **FLANS**, Monetæ species. Charta ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 929: *Johannes et Bruyaudus Maillard fratres in quadam domo ipsorum inventi fuerunt de nocte eudentes quandam speciem monetæ, quæ vocatur Flans, et quæ erat de lege monetæ ducis Britannæ.* Lit. remiss. ann. 1407. in Reg. 162. ch. 3: *Icelui suppliant presta à Jehan Morel un franc en deniers blancs, appelez Flaons.* Qui denarii a plagulis monetilibus, Flaons etiam nuncupati apud monetarios, distinguendi sunt: hæc quippe plagula monetæ eudendæ exemplar est; illi vero denarii in usu erant. Aliæ Lit. ann. 1376. in Reg. 110. ch. 215: *Jehan de Genes ouvrier de monnoye ... a esté prins et emprisonné ... pour sospeçon d'avoir ouvré Flaons de monnoye, qui n'estoient pas de bon aloy.* Hac ultima notione passim, ubi de monetis, occurrunt.

Vide *Boizard* in Tract. de Monetis et infra *Flato*.

† **FLANSADA**, *Stragulum acupunctum*, Gall. *Courtepointe*, Massiliensib. *Flansade*. Capit. Gener. S. Victoris Massil. ann. 1294: *Omne aurum monetatum et non monetatum, et quævis moneta, libri et breviaria completa, capæ, capelli, et ocreæ, et calcaria, lectus, matalacia, vanoas, Flansadas, etc.* Vide *Flassata*.

\* Massiliensibus *Flansada* est stragulum vel cooperitorium laneum, non acupunctum; idem proinde quod *Flaciata*. Vide infra *Flassada*.

\* **FLANSONES**, FLANSONI, Placentæ species, idem quod *Flantonos*, Gall. *Flans*. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 244. col. 1: *Item in cena, pro vj. duodenis caseorum resencium ad opus Flansonum, solvi iij. grossos ... Item pro media libra sucri pro dictis Flansonibus, iij. grossos et medium ... Item pro faciendo Flansonos, etc.*

† **FLANTONES**, Placentæ species, Gall. *Flans*, Teutonibus *Vlaeyen*. Occurrit in Charta veteri apud Louvetum in Hist. Bellovac. tom. 2. pag. 199. Vide *Flansones*.

† **FLATONES**, Eadem notione. Ordinarius MS. Ecclesiæ Rotomagensis: *Tenantur mittere per suos servitores ad domum Cantoris... hora grandii unum panem magnum, unum galonem boni vini, honestum ferculum piscium, et unum magnum Flatonem de pinguedine lactis, etc.* [Perperam *Flaconem* editum ad calcem Johan. Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 169.] Charta Communiæ Roienis in Picardia: *Si quis gastellos, vel Flatones, vel hujusmodi, quæ villæ noceant, fecerit, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 149: *Præterea percipiet coquinarius ad pascha tria præbendaria frumentis de granario ad Flathones inveniendos.* Habebatur præterea in veteri Charta apud Bollandum 18. Febr. pag. 105. in libro Ord. S. Victoris Parisiensis MS. cap. 25. in Vita S. Bernardi Penitentis n. 25. etc. [Vide *Flaco* 3. et *Flavo*.]

† **FLADONES**, dixit Fortunatus in Vita S. Radegundis cap. 15: *Quæ in mensa sub Fladone segalatum panem et hordaceum manducabat.* Utitur præterea cap. 21. Udalricus 1. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 18: *In illis festis fabæ septis, aut Fladonibus mutantur.* Ita etiam Bernardus mon. a quo hausit, in iisdem Consuet. MSS. cap. 7. 77. [nunc editis in vet. Discipl. Monast. S. Petri de Silva nigra apud Freder. Schannat. Videm. Litter. pag. 164: *Artoceæ aut Fladones in usus comedentium dentur honeste et abundanter.* Germani *Fladen* appellant hujusmodi placentas, Fuxenses *Flauzons*, apud quos conficiuntur e caseo, lacte pinguiori cum ovis. Lemovicensibus *Flauniardes* dicuntur, *Fladones* in Obituario MS. S. Martialis Lemovic. Necrolog. MS. ejusd. Monast.: *V. Idus Aug. obiit dompnus Albertus Abbas, et Prepositus de Vernolio facit plenum convivium cum cepis et Fladonibus, et bonum vinum et multum acquisivit.*]

\* **FLAQUERIA**, Panificium, Gall. *Boulangerie*. Charta Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1241: *Volumus igitur quod Flaqueriæ et forneriæ Barchinonæ, et pondera sive pesam (sic) ferinæ, totum etiam factum ferinarium et flaciarum prædictarum, quibuscumque modis sit, perveniant et spectent in specie bajuli nostri Barchinonæ.* Vide mox

† **FLAQUERIUS**, Pistor, f. a Catalano *Flaka*, Panis. Leges Palatinæ Jacobi II.

Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. xv: *Curam etiam habeat diligentem una cum Flaquerio seu pistore de artocreis seu pastillis et nebulis. Vide Flecarius.*

\* Libert. MSS. Barcin. ann. 1283: *Quilibet civis Barchinonæ potest molere bladum suum ubicumque voluerit, sine impedimento allucij, exceptis farinariis et Flaqueriis, qui debent molere ad molendina regalia. Vide Flanagerius in Flecarius et infra Flequeria.*

\* FLEQUERIUS, Eadem notione. *Exceptis Flequeriis sive pancosseriis, in Libert. Montis-olivi ann. 1312. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 504. art. 35.*

\* FLAQUERIUS PANIS, an ab Hispan. *Flaquecer, Attenuare? Conset. Perp. MSS. cap. 38: Item debent coquere panes Flaquerios pro quatuor denariis.*

† FLARNIS, Species plantæ. Statuta reform. Monast. S. Claudii ann. 1448. pag. 81: *Servitoribus officiarum debet pitanciarius unum panem, et scutiferis unum Flarnem et duos potos vini. Sed f. legendum Flatonem vel Fladonem: quæ videsis in Flantonis.*

FLASCA, FLASCULA, FLASCO, Lagena, vas figulinum aut vitreum vino conservando idoneum, nostris Flascion, Teutonibus Flasche, aut Fläsch.

FLASCA, Isidorus lib. 20. cap. 1. et ex eo Papias: *Flasce, a Græco vocabulo dicitur. Hæ pro vehendis ac recondendis phialis plurimum factæ sunt; inde et nuncupatæ sunt. Postea in usum vini transierunt, manente Græco vocabulo, unde et sumpserunt initium. Ordericus Vitalis lib. 10. pag. 775: Oppidani Flascas prunis ardentibus plenas desuper dimittant. [Freder. Schannat. Vindem. Litter. pag. 9: Flasca una argentea deaurata, cuppa una argentea deaurata, etc.]*

FLASCULA, diminut. a Flasca. Idem Vitalis lib. 4. ex Vita S. Guthlaci cap. 30: *Binas Flasculas celia impletas. Vetus Scriptum de Ecclesia Bremensi, de Carolo M.: Ac Flasculam ejus argenteam deauratam, imaginibus diversis bene reamant. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 223: Flasculas ligneas deauratis barris et cera ligatas vini sub specie, auri tamen plenas... fertur transmisisse.*

† FLASCULUS, Idem. Vita S. Bern. Maii tom. 5. pag. 268. \* : Duos Flasculos vini pro elemosyna transmisit.

FLASCO, Eadem notione. Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Flasco, Buteruc. Cambro-Britannicum Lexicon: Flaced, Lagena, uter. Lexic. Gr. MS. Reg. Cod. 930: Κιτσίσιον, φλασκίον, και ποτηρικόν ποτήριον. Φλασκίον, eadem notione in Vita S. Marci Atheniensis n. 3. Monachus Sangallensis lib. 1. cap. 25: Qui adsumpto prægrandi Flascione, cellarium Bromii vel Ditis illius irumpens, etc. Vita S. Remigii, et Flodoardus lib. 1. Hist. Rem. cap. 15: *Vas, quod vulgo Flascionem vocant, vini a se benedicti plenum dedit. Liber 1. Miraculor. S. Richarii cap. 2: Rogavit suos, ut præparent cuneos et malleos, quatinus in crastino Flasciones et quæcumque essent necessaria, inde fierent. Charta Chilperici Regis, in Actis Episcop. Cenoman. pag. 107: *Solvat in Cæna Domini plenum modium de ovis, et plenos Flasciones paratos de vino optimo. Adde pag. 251. [Translat. S. Glodesindis sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 446: Vasculum, quod in modum Flascionis parvuli (butticulam appellant) vacuum et siccum dependebat.] Occurrit præterea apud S. Gregor. 1. 2. Dial. cap. 18. Ardonem Mon. in Vita S. Benedicti Anianæ Abb. n. 28. Ordericum Vital.***

lib. 6. pag. 599. Odonem Cluniac. 1. 1. de Vita S. Geraldii cap. 29. lib. 2. cap. 21. Paulum Diaconum Emeritensem lib. de vita et miraculis Patrum Emeritensium in S. Renovato, Walafridum Strabum de Vita S. Othmari cap. 8. Joannem a Leidis lib. 1. cap. 27. Florent. Wigorn. pag. 544. Paulum Venetum lib. 1. cap. 59. Thwrocium cap. 88. in Hist. Merovingica pag. 592. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 104. etc.

\* FLASCHETA, Canaliculus. Stat. Montis-reg. pag. 259: *Item quod a tapa illo- rum de S. Blasio usque ad bealeriam Pessii, possit capi pars una dictæ aquæ, ... et ibi unum ghigetum fieri per agentes et habentes possessiones in Flasceta, ubi aqua ipsa duci possit. Flaque, eodem sensu, in Charta ann. 1864. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 112. vº: *Deviens avoir l'aisement et usage de aler et venir à navel, portans quatre muïs et demi de blé, de nostre manoir à le riviere de Some, parmi le Flaque ou plache estant au derriere de nostrredit manoir. Vide supra Flaque et Flascitia.**

† FLASCHETTINUM, ut Flascula. Vita S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 757: *Desuper projecit panem unum cum parvo œnophoro seu Flascettino vini.*

\* FLASCIATA, Coopertorium laneum lecti. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Requisitus quæ pignora fuerunt apportata, dixit quod... duæ Flasciatæ vel tres. Vide Flaciata et mox Flassada.*

FLASCILONES, Vestis species. Monachus Sangall. de Carolo M. lib. 2. cap. 41: *Ita ut nobilioribus quibuscumque vest balthos, aut Flascilones, pretiosaque vestimenta a latissimo Imperio perlata distribui juberet. [2º. Lege et vide Fascilones.]*

† 1. FLASCO, Lagena genus, Gall. Flacon. Vide in Flasca.

\* [Pro valore duorum Flascionum de crystallo et unius navis de argento et auro. (Mandat. camer. apost. an. 1460-63, f. 152.)]

† 2. FLASCO, Species plantæ, Gall. Flan. Nova Gall. Christ. tom. 3. col. 250. ex Instr. ann. 1371: *Convenit... de quinque Florenis pro Flascionibus seu plantis ab ipso debitum in festo Paschæ. Vide Flaco 3.*

† FLASCULA, FLASCULUS. Vide in Flasca.

\* FLASCUS, Lagena, œnophorum, Ital. Flasco, Gall. Flacon. Chron. Domin. de Grav. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 618: *Habens zappam in collo et panem illum in bisaciolis et Flascum vini, quasi iret ad vineas videbatur. Vide Flasca.*

\* FLASSADA, ut supra Flasciata. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Flassada, Provinc. Lodix lanea. Inventar. MS. ann. 1379: Item una Flassada alba. Item una Flassada viridis... Item una Flassada listata modici valoris. Flassade, in Charta ann. 1355. ex Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 153. Flossare et Flossare, in Chartul. Latinac. fol. 241. vº. et 246. vº. Flanchiaux, eadem, ut videtur, acceptance, in Lit. remiss. ann. 1369. ex Reg. 100. ch. 405: *Icellui Parmentier dist que le temps estoit cler et bel pour aler au trépart querir Flanchiaux. Hinc Flassadier, Flassadarum artifex, in Lit. admort. ann. 1471. ex Reg. 197. ch. 159. Inde etiam Flassar, Stragulum equorum, apud Froissart. vol. 4. cap. 77: *N'avoient les plusieurs (des Frisons) quelconques armeures deffensables, sinon leurs vestures, qui estoient de gros bureaux et***

*de gros draps, ainsi que on fait ces Flassars de chevauz.*

\* FLASSANA, Eadem notione, in Mirac. MSS. Urbani PP. V.: *Arsit palea et modicum de mathalacio et de Flassana.*

\* FLASSARGIA, Belgice Flasgaard, Pannus villosus, lodix villosa, Occurrit in chart. ann. 1315. apud Marquard de jure Mercator. pag. 291. Vide Flassata.

FLASSATA, in supellectili rustica recensetur, in Charta ann. 1242. apud Baluzium in Notis ad Concilia Narbonens: *Item 50. inter pullos, gallinas, et capones. Item 4. Flassatas. Item 4. vome-ras. Occitant Flassada coopertorium plecti vocant, quasi Flassata. [Inventarium supellectilis ann. 1342. ex Archivo S. Victoris Massil.: Item in lecto domini Prioris unum matalitium, unam culcitræ, unam Flassatam. Vide Flansada.]*

\* FLASSIATA, Pari significato. Acta MSS. Inquisit. Carcass. ann. 1308. fol. 24. vº: *Viderat ipsa quæ loquitur prædictos hæreticos in domo prædicti infirmi, retro quandam Flassiatam in quadam camera. Vide Flessiata.*

\* FLASTEUM, FLASTUM, Fascis. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 105: *Machina portans secum Flastea accensa. Paulo ante: Lignorum Flastum ardens. Et cap. 115: Equites habent fascinas seu Flastea lignorum pro targonibus et mantelletis, et in medio circuli Flastorum, etc.*

FLATARE, Papiæ, Augere, vel amplum facere. Forte metaphora ducta ab his, qui ignem exsufflando augent. [Arnobio lib. 2. Flatore est frequenter flare: Cantores tuba, tibia calamoque Flatantes.]

\* Alia notione Flatir nostri dixerunt, nempe pro Dejicere, prosternere, vulgo Abatre, jeter par terre, précipiter. Chron. S. Dion. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 335: *Kallemannes... les autres fist Flatir et noier ou flum d'Aigne. Lit. remiss. ann. 1393. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 1295: Comme Symon Masse eust esté pris et détenuz en la prison du roy à Loon, ... pour la soupçon... d'avoir Flatir et jeté par terre un sien enfant, en tela maniere que il en morut. Le Roman d'Alexandre MS. part. 1:*

De cheval l'abat de si très grant air,  
Que le fist à la terre vilainement Flatir.

\* FLATELLE, [Immunditiæ. (Gloss. Placid.)]

† FLATILIS, Flabilis. Prudent. Hamartig. versu 581: *Flatile virus ingerit. Flatilis sonitus, apud Ammianum 30. 4. Arnob. lib. 6. adv. Gentes: Laminarum Flatilium crates, id est fusillum.*

\* FLATO, Plagula monetalis, vulgo Flan et Flacon. Lit. remiss. ann. 1358. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 52: *Nonnullos... Flatones auri et argenti certis dictis monetæ operariis et monetariis ad partem et latenter operandos et monetarios tradiderant. Vide supra Flans.*

FLATONES. Vide Flantonis.

1. FLATOR, Tibicen, in Gloss. Arabico-Lat. qui tubam inflat. [Gloss. Latin. Græc.: *Flat, Flator, φυσῶν, ἀλλοτῆς. Gloss. Cyrilli: Αἰλητής, Flator, Tibicinator, Tibicen. Festus: Flator, Tibicen.]*

† 2. FLATOR, Confator. Vide Flaturarii.

FLATURA, pro Conflatura, χώνευσις. Julius Firmic. lib. 6: *Falsarios facient, aut qui pecunias publicas Flaturarum adulteras artifices imitentur. [Vitruvius lib. 2. cap. 7: In æris Flatura.]*

† FLATURALIS ARTUS, quo spiritus attrahitur. Tertull. lib. de Anima cap.

10: *Quædam spiritu carent, quia Flaturibus artibus structa non sunt.*

**FLATURARIUM**, Fusores, *Fondeurs*, qui metalla fundunt: *Flatores æris, auri, argenti*, in l. 30. D. de Orig. Jur. (1, 2.) *Flaturarius auri et argenti monetar.* in vet. Inscript. ubi *Flaturarius* est monetarius, quomodo et in l. 6. Cod. Th. de Falsa moneta (9, 21.). *Flaturarius sigillarius*, in alia Inscript. qui *sigilla*, seu signa, fundit, conficit. [*Faber Flaturarius sigillarius*, in Inscript. 89. Clasis IX. Reinesii, Statuarius, qui statuas confiat.]

**FLATUS**. Vita S. Alberti Abb. Gambrorensis n. 11: *Invenit unum e famulis reddidisse flatum*, i. extremum spiritum. Baldricus Abbas Burguliensis:

Emisit flatum subito cum sanguine mixtum.

**FLAVA**, Morbus regius, seu *λεπρόσις*, [Gall. *Jaunisse*.] Vita Teliai Episc. Landavensis cap. 3: *Propter pestilentiam, quæ totam fere deleverat gentem, pestis autem illa Flava vocabatur, eo quod flavos et exanguis universos, quos invasit, efficiebat.* Givaldus Cambrensis in Itinerario Cambriæ lib. 2. cap. 1: *Peste quadam, quæ catervatim plebs occubuit, quam Flavam pestem vocabant, quam et Physici Ictericam dicunt passionem, etc.*

† **FLAUDONES**. Vide in Flantones.

† **FLAVELLUM**, pro *Flabellum*, quo arcentur muscæ. Testamentum Everardi Comitis ann. 837. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belg. pag. 21. col. 1: *Flavellum argenteum unum, capsellam eburneam unam, candelabra argentea duo, etc.* Vide *Flabellum*.

† **FLAVENTINI**. Vide *Flampedes*.

**FLAVI**. Ita Franci indigati in aliquot Græcorum Oraculis ob capillorum colorem. Rogerus Hovedenus pag. 650. ait, CPoli, in Porta Aurea, scripta hæc verba: *Quando venit Rex Flavius Occidentalis, tunc ego per me ipsum aperiar, et tunc Latini imperabunt, et dominabuntur in civitate CPoli*, quando scilicet Franci urbem cepere ann. 1204. De quibus etiam, ut et de eadem expeditione, intelligendus Leo Imp. in Oraculo de Restitutione CP. a Leunclavio edito:

Ἄλλὰ σε πύριστατον καὶ ξανθὸν γένος  
Ἦσαν τερφώσει, καὶ τὸ δὸν ἴσσει κράτος.

Anonymus in Paraphrasi oraculorum ejusdem Leonis: *Φέρων τε τὸν πόλεμον, καὶ τὸν ξανθὸν τὰς μηχανάς, etc.* Ita denique apud Pachymerem lib. 1. Hist. cap. 18. Franci dicuntur τὸ ξανθὸν, καὶ ἀρπάγιον γένος, *Flava et bellicosa gens*. Claudianus in Rufinum lib. 2. de Gallis:

Inde truces Flavo comitantur vertice Galli.

Idem de Bello Getico, de Sicambriis:

Agmina quin etiam Flavis objecta Sicambriis.

[Sidonius in Paneg. Aviti:

... Et Flavis in pocula fracta Sicambriis  
Rhene tumens.]

*Flavam etiam Germaniam* vocat Auctor Vitæ sancti Adalberti Episc. Pragensis n. 10. Papias: *Ruteni Flavi, id est, Flandrenses populi*. Sed videtur legendum *rutili*: nam et *rutilatas comas* Livius lib. 38. Gallis tribuit, quos *celsius staturæ pene esse omnes, et rutilos, luminumque torvitate terribiles*, scribit Amianus lib. 15. S. Hieronymus in Vita S. Hilarionis, de quodam Candidato Constantini, gente Franco: *Rutilus coma, et candore corporis indicans provinciam*. [Et de iisdem Francis Mamerinus in Paneg. Maximiani num. 16.

III

*Prohuro crine rutilantes*. Sidonius in Paneg. Majoriani:

... rutili quibus arca cerebri  
Ad frontem coma tracta jacet, etc.

Tacitus de Germanis: *Truces et cœrulei oculi, rutilæ comæ.* *Flavam Britanniam* dixit Archithrenius lib. 5. cap. 4. *Et Flavos Britones* Auctor libri de Disciplina Scholarium cap. 2. Anglos etiam ita appellasse videtur Auctor Carminis de Curia Romana:

Hic partes Siculas, hic te Germania gaudens  
Visitat, hic Flavos, Patre jubente, viros.

[Prudent. Apotheos. v. 495:

Armiger e cuneo puerorum Flavicomantum.]

*Getarum rutilum et Florum*, S. Hieronymus Epist. 7. ad Lætam, e contra *Furvam gentem*, Indos appellavit Juvenalis Sat. 12. Vide *Salmasium* ad Plinium pag. 762. et quæ annotamus in Gloss. med. Græcit. col. 1012. in *Ξαυτοί*.

† **FLAVIALES MILITES**, sic dicti quod a Flavio Vespasiano instituti fuerant et additi Augustalibus. Vegetius lib. 2. cap. 7: *Flaviales tanquam secundi Augustales, a divo Vespasiano sunt legionibus additi.*

\* **FLAVIDUS**, [idem quod flavus, ut *Fel Flavidium*, Cœl. Aurel. 3. Acut. 20. *Flavida* rapacia, *Plin.* 18. 13. 34., ut quidem legit *Harduin.* ex MSS. nam alii *flaccida*.]

**FLAVI** Prænomen, quod Vespasiani et Titi Augustorum fuit, primus, ni fallor, usurpavit Claudius Imperator, atque ex eo Constantius Chlorus et Constantinus M. et qui deinceps hos exceperunt Constantinopolitani Augusti. Neque porro ipsi duntaxat Imperatores, sed Proceres fere omnes, Consules, Præfecti Prætorio, Præsides, et viri clarissimi et Patricii illud sibi adscribere, ut ex Inscriptionibus Gruterianis passim colligitur.

Apud Longobardos vero primus Autharis Rex, ob dignitatem, *Flavius a suis appellatus est, quo prænominem omnes, qui postea fuerunt Longobardorum Reges, feliciter uti sunt, inquit Warnefrid.* lib. 3. de Gest. Langob. cap. 16.

Sed et Gothici Hispaniæ Reges *Flavii* cognomen sibi perinde arrogarunt, quod a Recaredo primo factitatum in Concilio Toletano III. volunt, ut Bivarius ad Pseudo-chronicon Maximi pag. 78. et Chiffletius in Vindiciis Hispan. pag. 350. Hinc *Flavia*, Gothorum Imperium appellatur in veteri Scheda, laudata a Gariello in Magalonensibus Episcopis pag. 3. *Cædat Latium Flavia*, quam vocem ille perperam ad *Flavianam*, seu Sanctægdianam urbem retulit. Vide, quæ observamus in dissertatione de Constantino-politanorum Augustorum nummis.

† **FLAVO**, Species placenta, Gall. *Flan*. Consuetudines MSS. Monasterii Solemniac. *In Inventione S. Crucis sepias et ova farsata; si vero venerit in Rogationibus sepias et Flavones. In Rogationibus ser. II. et III. unicuique unum Flavonem cum tribus allis; et fiunt Flavones de v. ovis et de dimidio caseo et de dimidia parte unius parvi panis.* Vide *Flantones*.

**FLAVOR**, Aurum flavum. Fridegod. in S. Wilfrido cap. 20:

Præterea templum cæsis instaurat arenis,  
Circundans cæsis sinuato fornice cryptis,  
Lenibus obductas pingens Flavovibus sulas.

Et cap. 47:

Ut jubar introit, jubaris seu nectar opimi  
Protulit effavum liquido Flavore libellum  
Hisce characteribus, etc.

† **FLAUSONUS**, ut *Flavo*. Gall. *Flan*. Concessionis factæ Canonicis Tolosanis ann. 1223: *Item petimus, ut in vigilia Ascensionis Domini et Pentecostes dentur nobis Flausoni sufficienter, sicut est consuetum.* Vide *Flantones*. [\* Leg. *Flanus*. Vide supra *Flanzones*.]

**FLAUTA**, Fistula, tibia, Gall. *Flaute*, vel *Fluste*. [La bataille des sept Arts MS.:

Madame musique as clochettes,  
Et li cler plain de chançonetes.  
Portoient giges et vieeles,  
Salterions et Flautoles.]

Vide *Dulciana*.

**FLAUVONESPENY**. Statuta Hospitalis S. Juliani, in Additam. ad Matth. Paris pag. 163: *Habeant... in die Paschæ unum denarium, qui apud eos Flauvonespeny nominatur.* [Denarius est pro *Flantoni*bus exsolutus. Vide *Flantones*.]

† **FLAVUS**, Genus vestis. Gloss. Isid. Ingeniose, inquit Grævius, la Cerda corrigit: *Latus clavus, Genus vestis*. Intelligit tunicam laticlaviam.

† **FLAUZO**, ut *Flausonus*, Gall. *Flan*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53: *Tenetur dare dictus Abbas pro Flauzonibus, artocreis sive pastillis faciendis pastam necessariam de frumento dicto Conventui, etc.* Rursum occurrit paulo post. Vide *Flantones*. [\* Lege *Flanzones*.]

**FLAXA**, vox Saxonica, Lagena, *Flasco*, al. veteriflaxa. Gloss. Ælfrici, cap. de Vasis: *Flaxa*: *Flaxe*. Ugutio habet: *Flacta, Lagena, Faguncula*. [Vide *Firca*.]

**FLAXARE**, Papiæ: *Vigilias circuire*. Edit. *Circumire*. [Idem Papias: *Flaxerit, Affliverit*.]

† **FLAYON FICUUM**, alias Vasconibus mercatoribus, Fiscina ficorum, Gall. *Cabas de figues* apud Rymer. tom. 2. pag. 691. Vide *Fraellum*.

† **FLEANTINESWITE**. Idem quod infra *Flemeneswite*. Vide locum in *Lairvita*.

† **FLEAT** vel *FLEOT*, Valesio in Notitia Gall. est Sinus maris et locus ad sinum positus, a Saxon. *fleot*, Æstuarium, Germ. *Fleet*, Belgis *Vliet*. Vide *Fleta* 2.

\* **FLEBAGIUM**, Levitas, diminutio, monetarii nostris, *Foiblage*. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 163: *Dicti tres magistri valletii operati fuerant pluries in dicta moneta ad partem, et suspecti fuerant de committendo inibi plura Flebagia ad dampnum nostrum, reipublicæ et totius nostri populi.*

† **FLEBOTOMARE**, pro *Flebotomare*, vel *Phlebotomare*, a Græco φλεβοτομεῖν, Vena incisa sanguinem elicere. Barthii Glossarium ex Hist. Palæst. Vide in *Phlebotomum*.

**FLEBILIS**, pro *Debilis, infirmus, imbecillis*, Gallis *Feble*, olim *Fleble*. Hist. Obsidionis Jadrensis lib. 1. cap. 38: *Architectant multos spingardos in gyro civitatis, ubi Flebilioris apparebat virtutis.* [Hinc *Flebilis testis*, pro testis sublestæ fidei, in Legibus Ludovici Imper. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 129. col. 2.]

**FLEVILIS**, ex Gallico, seu potius Picardico, *Fleve*, pro *Feble*; Itali *Fievole* dicunt. Regula Magistri cap. 7. apud Menardum: *Considerantes, in nobis diversa esse vasa Flebilis, etc.* Ubi Editio Parisiensis Holstenii habet *Flebilis*.

**FLEBILITAS**, Debilitas. Alcuinus Epist. 19: *Ingravescente infirmi corporis Flebilitate, etc.* Vide Octav. Ferrarium in Orig. Ital. in *Fievole*.

**FLEBOTOMARE**, [Venam incidere, a Græco φλεβοτομεῖν. Leges Palat. Jacobi

66

II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. XXXII. : *Suis temporibus Flebotomentur* (equi.) Vide *Phlebotomare*.

\* Scalpello aperire. Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 519. : *Et ipsum* (equum) *prout sibi visum fuit ex pedibus ibidem alligavit, pluresque moletas, quas dicebat ipsum equum habere in tibiis, Flebotomavit, Gallice, Effondrit.* Vide supra *Flammerari*.

† **FLEBOTOMARIA**, Locus ad venam secundam destinatus. Vet. Rituale Monasterii Becensis : *Postea* (corpus defuncti) *deferatur in Flebotomariam, et ibi lavetur honestissime.*

† **FLEBOTOMARIUS**, Qui venam incidit. Greg. Mon. Chron. Farf. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 455 : *Flebotomarius multivofus veneno imposito Flebotomo illum interfecit.*

† **FLEBOTOMIA**, φλεβοτομία, Venæ sectio, apud Murator. tom. 7. col. 190.

\* Imo et Licentia, prærogativa, qua *flebotomati* apud canonicos vel monachos gaudebant. Obiit. Rotomag. MS. : *Quilibet canonicus, dummodo fuerit residens per tres menses, potest capere in anno duodecim Flebotomias ; et durat tres dies : sed non valet in festis triplicibus.*

† **FLEBOTOMIZARE**, ut *Flebotomare*. Legitur in *Phlebotomum*.

† **FLEBOTOMUM**, φλεβοτόμιον, Scalpulum, quo vena secatur, supra in *Flebotomarius*, et apud Murator. tom. 6. col. 987. Vide *Phlebotomum*.

\* **FLEBOTOMUS**, Venæ sector. Vita S. Patricii tom. 5. Aug. pag. 218. col. 1. : *Ipsè Flebotomus ferro, cum quo sanguis excussus fuerat, nervum ejus percussit.* Vide *Flebotomarius*.

† **FLEC**, Succida. Jura S. Bertini ex Archivis Ecclesiæ Audomar. : *De bacone 1. ob. de Flec 1. ob. de cartea carniūm...* II. den. Vide *Fliches*.

**FLECARIUS**, **FLECARIA**, **FLANQUERIA**, Panifex, qui vel quæ panes conficit. Hispanis *Panaderos*. Vetus Charta apud *Diago* in Comitibus *Barcinon*. lib. 2. cap. 114 : *Quia pater suus Raimundus Berengarius noviter per violentiam eas imposuerat prædictis Flechariis, etc.* Libertates Regni Majoricarum MSS. : *Flecaria, si vendiderit panem de minus penso, vel ponatur in costello, vel donet 5. solidos.* In Editis apud Joan. Dametum in Hist. Regni *Balearici* pag. 276. est *Flequeria*. [Vide *Flaquerius*.]

**FLANQUERIUS**. Libertates concessæ *Barcinonensibus* a Petro Rege *Aragon*. ann. 1283. MSS. : *Quilibet civis Barcinonensis potest molere bladum suum sine impedimento alicujus, ubicumque voluerit, exceptis fornariis et Flanqueriis, quæ debent molere ad molendina regalia.*

† **FLECHA**, Sagitta, Gall. *Fleche*. Vox factitia, inquit *Nicotus*, a sono quem edit sagitta, cum emittitur ; unde olim dicta *Flic* : Menagius vero deducit a Germano *Flits*, vel ab Hispano *Flecha*, quæ idem significant. Computus anni 1202. apud D. *Brussel* de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXX. : *Stephanus li Flegiers pro faciendis Flechis vi. l.*

\* **FLECHANUS**, Pistor. Vita B. *Oldegar*. tom. 1. Mart. pag. 489. col. 2. : *Pater suus Raimundus Berengarius noviter per violentiam eas (mensuras) imposuerat prædictis Flechanis. Paulo ante Pistorios appellantur. Sed leg. forte Flechariis.* Vide *Flecharius*.

† **FLECHARIUS**, **FLECHERIUS**, **FLECHIARIUS**, Sagittarius, vel qui facit sagittas. Computus apud *Brussel* p. CLVI. :

*Pro harnessio Flechiariorum xxx. s. Pag. CLXVII. : Stephanus Flecharius de c. et XIII. diebus VIII. l. et XI. s. Et pag. CXLVIII. : Pro harnessio Flechiariorum Paciati xxx. s. Pro solvendis gentibus armorum et Flecheris, apud Rymer. tom. 7. pag. 518. col. 2.*

\* **FLECHIA**, a Gallico *Flecha*, Sagitta. Mirac. MSS. Urbani PP. V. : *Miles Navarrus in guerra, quæ vertitur in Albania, percussus cum quadam Flechia venenosa, etc.* Vide *Flecha*.

† **FLECIATA**, Idem quod Occitanis *Flassada*, Coopertorium lecti. Testamentum *Mascaronæ* Comitibus *Ruthen*. ann. 1291. apud *Baluzium* tom. 2. Hist. *Arvern*. pag. 551. : *Donamus ut supra hospitalibus pauperum de Passu et de Altorbraco de Ruthena cuiuslibet semel duos lectos completos almatracis, pulvinaribus et Fleciatis, et linteaminibus, in quibus pauperes dictorum hospitalium jaceant et requiescant.* Vide *Flaciata* et *Flassata*.

\* **FLECIANO**, [Caro crescens in vulneribus. *DIEF*.]

\* **FLECMAGOGUS**, *Purgans fleema*, in Gloss. ad Alex. *Iatrosoph*. MS. lib. 1. *Passion*. cap. 3.

**FLECTA**. Glossarium *Ælfrici* : *Crates, i. Flecta, H y r d e l. Grimlaicus in Regula Solitariorum cap. 85. : Vidit eundem sedentem, et Flectam de palmis facientem.* Idem quod *Plecta*, [Nexus virgularum, palmarum, etc. Sallas *Malaspina* lib. 4. *Rerum Sicul*. n. 6. apud *Baluzium* *Miscell*. tom. 6. pag. 294. : *Volentesque suarum pretiosarum rerum abundantiam... ostendere, de domo in domum in oppositum consistentem jactatis ad modum arcus aut pontis chordis et funibus, vias medias desuper, non lauro vel ramis arboribus, sed caris vestibus et pelibus variis velaverunt, suspensis ad chordas strophæis, Flectis, dextrocheris, periscelibus, arbitris, grammatis, etc.] Vide *Plecta*.*

\* Ornamentum muliebri, in Stat. *Eugub*. apud *Cl. V. Garamp*. in not. ad *Leg. B. Chiara* pag. 59. col. 2. : *Quod nulla mulier... portet aliquam cinturam, schiagiata, vel Flectam, in quo vel qua sit aurum vel argentum, etc.* Glossar. *Gall. Lat.* ex *Cod. reg. 7684. : Flecta, nate de estrain.* Ita et in *Cod. 7692. Flécieri*, apud *Phil. Mouskes*, pro virgulis simul implexis :

De Flécieres et de genieste  
Fist une loge.

Hinc, ni fallor, *Pescher à Flais*, ejusmodi virgulis ita implexis in piscando uti ; unde *Flaitieur*, piscator, qui his utitur, in Charta ann. 1290. ex *Lib. rub. fol. parvo* domus publ. *Abbavil*. fol. 19. v. : *Debas fu... contre les peskeurs à Flais manans à Abbeville de che que... li Flaitieur ne pooient, ne devotent peskier à Flais.* Vide supra *Fessina*.

\* **FLECTINA** vel **FLEGTINA**, *Bulla*, in Gloss. ad Alex. *Iatrosoph*. MS. lib. 1. *Pass*. cap. 85. : *Collirium facit ad Flectinas.*

† **FLEDUM**. Vide *Flet*.

**FLEDWITA**. Vide *Flyhtwita*.

\* **FLEGMA**, *Pituita*, Ital. *Flemma*, *Gall. Flegme*. Vita *Ludov. Pii* cap. 62. tom. 6. *Collect. Histor. Franc.* pag. 123. : *Cum jam senili gravaretur ætate, et Flegmatis abundantia, quæ hieme augmentatur, ultra solitum pulmo ejus gravaretur, etc.* Vide *Fleuma*.

\* **FLEGMEN**, *Ensture de sanc*, in Glossar. *Gall. Lat.* ex *Cod. reg. 7684.* Vide *Fleminum*.

\* **FLEGTINA**. Vide supra *Flectina*.

† **FLEM** et **FLETH**. Voces fori *Anglici*, apud *Th. Blount* in *Nomolex. Anglic.* : *In placito de quo Warranto Abbas de Burgo dicit quod clamat annum et vastum et medium tempus per hæc verba, Flem et Fleth.* Vide *Flemensrede*.

† **FLEMENESFORTE**, i. e. *Catallum fugitivi*, ex *Gloss. MSS.* apud *H. Wanleium* de *Antiqu. litt. Septentr.* pag. 284. Vide *Flemensrede*.

**FLEMENESWITE**, vox *Saxonica*, *Mulcta fugitivorum*, a *fle a m*, fuga, [\*\* immo *fle m a n*, fugitivus.] et *v i t e*, mulcta. [*Flemeneswite, Estre quitta de homme forbain*, in *Vocabulario Angl. Gall.* ex *Chartulario Becensis. Charta Henrici II. Angl. Regis* ex *Archivis* ejusdem *Monasterii* : *Liberas et quietas de syre, et hundret, et placitis, et querelis... et de serdwita, et de hengwita, et de Flemneswita, et de warpeni.* Apud *Fletam* non sine mendo, ut suspicatur *Spelman*. legitur *Flemesfrevie* et *Flemesfreicht*, eadem notione. Non rectius in *Chartophylacio regio Regest.* 92. num. 58. habetur *Flemeneswita*.]

**FLEMENFIRMA**, *Flemenesfrith, Flemenefrith, Flemenefrith, Flemenefrith*, [rectius *Flymenafyrnthe* scriberetur, si fides *Th. Blount* in *Nomolex. Anglic.*] *Fugitivorum* admissio, receptio, [sustentatio :] vox *Saxonica*, formata, ex *fle m a*, vel *fly m a*, fugitivus, profugus, exul, *f y r m ð e*, vel *fe a r m e*, firma, cibus, alimentum. Apud *Sommerum* *fly men a firm ð e*, est fugitivorum admissio. Inter crimina, quorum cognitio ad solum *Regem* spectat, ponitur in *Legibus Henrici I. Regis Angl.* cap. 10. capite vero 12. inter ea, quæ vera emendantur. *Charta Edwardi Regis Anglor.* in *Evidentiis Ecclesiæ Christi Cantuar.* : *Et Flemenefrith super suos homines infra urbes et extra, in tantum et tam pleniter, sicut proprii ministri mei exquirere debent.* Vide *Leges Inæ* cap. 29. et 47. *Leges Athelstani* cap. 2. et *Monasticum Angl.* tom. 2. pag. 193. 192. 286. 827. [*Flemenefrith*, mendose apud *Thomam Madox Formul. Angl.* pag. 89.]

**FLEMENSREDE**, *Jus*, quo *catalla fugitivorum, sive amerciamenta hominum* feudilibus competunt, ut est apud *Bromptonum* pag. 2081. *f l y m e n a*, vel *f l i m e n*, *Saxon.* est fugitivus, *r ð d*, consilium. [\*\* *Facultates*, bona. Vide *Graff. Thes. Ling. Franc.* tom. 2. col. 461. voce *Rât 1.*] *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 12. : *Flemenesreive, vel Flemesrenthe, (est) habere catalla fugitivorum suorum tenentium.*

† **FLEMERE**, *Transitio fluminis* nave furtiva, ut vult *Schilterus* in *Gloss. Teuton.* a *Saxon. fle o h*, fugere, et *me re*, flumen. *Pactus Leg. Sal. tit. 24. Edit.* *Eccardi* : *Si quis extra consilium domini sui navem alienam movere præsumperit, aut cum ea flumen transierit, malb. Flemere, etc.* Ubi *Eccardus* a *Saxon. fleten*, fluere accersit, unde *Flemere*, machinam quæ fluit, hoc est navigium, navem, interpretatur.

† **FLEMINUM**, *Vestis in qua sanguis ambulando in pedes fluit.* *Gloss. Sangerm.* n. 501. *Festus* habet : *Flemina dicuntur, cum ex labore vix sanguis defluit circa talos.* Hanc vocem usurpavit *Plautus* *Epid.* 5. 2. 5.

\* **FLEMMATICUS**, *Phlegmaticus*, *pituitosus*, Ital. *Flemmatico*, in *Processu de B. Pet. de Luxemb.* tom. 1. *Jul.* pag. 599. col. 1.

† **FLEMNESWITA**. Vide *Flemeneswite*.

\* **FLEOLUM**, *Candelarum* manipulus.

Charta ann. 1418. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Item tenetur (capicerius) tradere dominis ipsius ecclesie in festo S. Aviti festivo cuilibet canonico unum Fleolum cere novæ, de quibus debent esse sex in libra duntaxat; et in festo Purificationis B. Mariæ Virginis unum cereolum cere novæ, ponderis unius quarteronii. Ad hæc spectant quæ in eod. Chartul. alibi leguntur : Unum flagellum cere, quorum sex debent facere et ponderare libram cere novæ.*

\* **FLEOMATUS**, ut supra *Flemmaticus*. Instr. ann. 1459. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 291. col. 2 : *Nemausi civitas est agrosa, male et pexime fundata et constructa, quoniam super aquam maritæam, pro tribus hominum qualitatibus, videlicet sanguinosis, merencolicis et Fleomatibus dampnissimam.*

† **FLEQUENA**, Quæ panes conficit, apud Martenium tom. 1. Anecd. col. 968. Sed legendum *Flequeria*. Vide *Flecarius*.

\* **FLEQUERIA**, Quæ panes conficit; proprie, quæ panes extra urbem confectos in foro venum exponit. Charta ann. 1281. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 447 : *Item volumus et mandamus, quod carnifices seu macellarii, Flequeria, et tabernarii, et omnes qui tenent pondera et mensuras, legaliter suis officiis utantur. Leudæ min. Carcass. Mss. : Item de Flequeriis pro septimana, unum panem. Vide supra *Flaqueria*.*

† **FLEQUERIUS**, Pistor. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. xvi : *Pistor sive Flequerius domus nostræ regie panem quo in mensa nostra utemur... per se pistare et alias præparare debeat. Vide *Flecarius*, et *Flaquerius*.*

† **FLETHOMATICUS**, pro *Phlebotomaticus*, cui vena secta est. Viconis Disciplina Farfensis cap. 12 : *Guidon si aliquis jacet vel sedet præter infirmos aut Flethomaticos.*

† **FLESCH-AXE**, Culter lanionius vel popinarius, Gall. *Couperet*. Computus ann. 1425. apud Kennet. in Antiquit. Ambrosden. pag. 575 : *Et in magna secure vocata Flesch-axe, xv. den.*

\* **FLESHMONGERS**, Macellarii, carnifices, ex Anglo-Sax. et Anglico *flæsmangere*, eadem notione. [Keroni apud Schilter. in Gloss. Teuton. *Fleisk*, Caro.] Leges Edwardi Confess. cap. 39 : *Mahecarii... quos vocant Flesgmongers.*

† **FLESSIATA**, Lodix, stragulum, Occitanis *Flassada*. Statutum Capituli Generalis Cœnobii Gellonensis anno circiter 1150. apud Stephanotium tom. 8. Fragm. Hist. MSS. pag. 175 : *Debet etiam deferre et habere pro lecto suo pallassam novam et duas Flessiatas et duo lintamina, etc. Vide *Flassata*.*

**FLET**. Leges Burgorum Scotie. cap. 25. § 2 : *Salvo hoc, quod uxor ejusdem defuncti desponsata, tota vita sua, quandiu erit vidua, interiorem partem domus capitatis, quæ dicitur Flet, tenebit.* In Gloss. Saxon. Somneri, *flett*, *flette*, vel *flet*, est arca, casa, domus, habitatio, *feder-flætte*, sedes paterna, vel patrimonialis. Nescio, an huc pertineat vox *Fledum*, apud Miræum in Diplom. Belg. lib. 1. cap. 81. [Britonibus Armoricis *Flet* est lectulus, grabatus.] Vide *Aquaria*.

† 1. **FLETA**, Species navis minoris, Gallis alias *Flete*. Chartularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 978 : *Et poterunt batelli et Fletæ ditorum Religiosorum libere et pacifice descendere supra terram meam.* Vox, ut videtur ejusdem originationis, ac subsequens. [\* Lit. remiss.

ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 124 : *Lesquelz compaignons alerent d'un commun accord en une Flette en la riviere de Seine. Quiconques mayne Flette, basteau, navure ou nasselle par la riviere de Marne, in Chartul. Latiniac. fol. 242.]*

2. **FLETA**, FLETUM, Æstuarium, fluentum, seu canalis, quem aqua fluens et refluens occupat, a Sax. *fleot*, æstuarium, *fleo t a n*, fluctuare, natare.

**FLETA**. Charta ann. 5. Henrici VIII. apud Spelman. : *Extendit se in longitudine a communi via... usque ad Fletam de Ee versus Austrum.*

**FLETUM**. Charta ann. 1240. apud W. Thorn. in Ch. pag. 1889 : *Item pro bono pacis concessum a Priore et Capitulo antedictis, quod de cætero ad Fletum de Menstre per flumen de Sandwico liber sit accessus per navigium, et recessus, hoc adjecto, quod si in ipso flumine ante dictum Fletam aliqua navis vel negotiandi, seu mercis alias transferendi causa se ibidem exoneraverit, etc. Et mox : In Fletum autem antedicto nihil juris de cætero vindicabunt.*

**FLETA**, Carcer Londoniensis, *The Fleet*, Anglis, et a præterlabente torrente, seu fluviolo, sic nuncupatus. *Gaolæ de Fleete* meminit Statutum 2. Westmonasteriense cap. 12. *Prisonæ de Fleete*, *Fleta* lib. 2. cap. 30. Ab hoc carcere dicitur auctor libri, qui *Fleta* inscribitur, quod ab aliquo e Justitiariis, qui ob crimen repetundarum in eum carcerem coniecti sunt sub Edwardo I. in eo carcere exaratus sit, ut censet Seldenus, [qui hanc in rem Dissertationem edidit quam legere est inter ejusdem Opera edit. Londin. ann. 1726.]

**FLETGEFOTH**, vox Saxonica, in Legib. Henrici I. cap. 81. [\*f. *flet-gefoht*. Vide *Flet*, *Fledwite*, et Grimm. Antiq. Jur. Germ. pag. 319.]

† **FLETHO**, FLETHONUS, FLETONUS, Ferrea vel cuprea telorum atque sagittarum acies. Regestum Computorum *Probus* ann. 1322 : *Pro carellis et Flethonibus emptis et aliis rebus pro munitione castri IV. lib. VI. sol. Ibidem ann. 1334. fol. 190 : Pro faciendis fieri carellas et Fletonos ad opus cavalcatarum LX. flor. auri. Item fol. 139. ann. 1348 : Pro cccc. carellis tam de uno pede, quam de duobus garnitis Flethonibus et empenatis, et pro cc. garrois emflethonatis et empenatis folio cupri. Computum ann. 1348. et 1349. Hist. Dalphin. pag. 583. col. 2 : Pro ccc. Flethonibus carellorum empenatis emptis pro garnisonem castri... LXIII. s. III. d.*

\* **FLETTA**, Piscis genus. Tract. de Pisc. cap. 97. ex Cod. reg. 6838. C : *Hippoglossus, quem Flettam Galli appellant, quod fluitando natet, sic dicitur quod buglossa omnia magnitudine superet.* Saxon. *fleo t a n*, fluctuare, natare.

† **FLETUM**. Vide in *Fleta* 2.

**FLETWITE**, FLITWITE, Mulcta ob rixas et jurgia excitata, ex Saxonico *flit*, contentio, lis, jurgium, rixa, et *vite*, pœna, mulcta. Joann. Brompton. pag. 957. *flitviðe*, i. *ferir par medlæe*. Ranulfus Ciscestrensis lib. 1. Hist. cap. 50 : *Flitwit, est emenda proveniens pro contentione. Fletwita*, tom. 1. Monastici Angl. pag. 192. tom. 2. pag. 827. Quietum igitur esse de *Flitwita*, est liberum esse a solutione mulctarum, ob jurgia impositarum. Vide Rastallum, [Spelmanum.] et infra *Mesleia*.

\* **FLEVAS** EQUITIS, Papiæ dicitur, quodam genus ornamentis equi quod *Flexum* vocant. Sic in Cod. MS. et Editio : alter

MS. habet, *Equitas*. [\* In Glossar. Cod. reg. 7644. ut ex Placido : *Flevas, Equitis quidam genus, etc.* Maius habet tom. 5. pag. 464 : *Fluxus, Equitis quoddam genus ab ornamento equi, quod fluxum vocant.*]

\* **FLEUBOMATUS**, Cui vena incisa est. Obituar. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5191. fol. 53. v° : *Cuilibet capellano et clerico chori ecclesie præsentis in dicta processione unus denarius Turon. et nihil percipient infirmi seu Fleubomati. Vide *Fleubotomare*.*

† **FLEUBOTOMARE**, FLEUBOTOMIA, pro *Flebotomare* et *Flebotomia*, occurrunt in Statutis MSS. Capituli S. Audomari.

**FLEVILIS**. Vide *Flebilis*.

**FLEUMA**, pro *Flegma* : *Flemma*, Italis. Smaragdus in Grammatica MS. : *Alia sono feminina, intellectu neutra, ut Pascha, dogma, schema, Fleuma, malagma, etc.* Warnerius MS. in Caprum Scottum Poetam :

Quo caper hirsutus, vitiorum Fleumate plenus.

Occurrit præterea in Vita S. Rusticuli Abbatis Arelat. cap. 31. Item pro excreatione seu sputo. Formula 14. ex-Baluzianis : *Post talone buccas inflat, in rotore crebrat, et currit in sudore, Fleumas jactat in pudore, etc.* [Spicilegium Fontanellense MS. pag. 153 : *Et si alicui frequens tussis vel Fleuma advenerit, ex pectore aut ex naribus excrescit, ista Picardi nostri Fleume dicunt, pro pituita.*]

† **FLEVOTOMUM**, pro *Phlebotomum*, Sectio venæ, Gallis, *Saignée*. Romualdi II. Archiepisc. Salern. Chronicon, apud Murator. tom. 7. col. 129 : *At vero Grimoldus Longobardorum Rex nono die post Flevotomum brachii, accepto arcu columbum sagittare nisus, ejus brachii vena dirupta est. Vide *Phlebotomum*.*

† **FLEURA**, Eractio, collecta repentino imposita, a *Fleuz* quod Belgis subito sonat. Andreas Presb. Ratisbon. in Chronico Bavarie ad annum 1473 : *Per quæ (gravamina) compulsi imponere Fleuram decimi denarii de omnibus bonis eorum ultra consuetam persolvendam.* [\* Leg. *Steuram*.]

† **FLEUTATOR**, Tibicen, Gallice *Fluteur*, apud Lobinell. Hist. Paris. tom. 3. in Glossario.

\* **FLEVUS**, Vano, in Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide *Flebilis*.

† **FLEXA**, Plexum seu textum, ad instar capillorum mulieris implexorum. Acta SS. Junii tom. 4. pag. 520. ubi de B. Christina : *De extremitatibus virgas fecit, quasi quasdam Flexas, sicut mulieres solent facere de crinibus suis. Vide *Plecta*.*

† **FLEXARE**, Flectere. Ermoldi Nigelli Carmen Elegiacum pro Ludovico Imp. lib. 2. apud Murator. tom. 2. Scriptorum Italicorum part. 2. col. 38 :

Rex tamen ante sagax Flexato poplite adorat.

Usus est Cato de Re Rust. cap. 89. haud ita absimili notione.

\* **FLEXERE**, pro Flectere. Charta ann. 1035. ex Tabul. S. Vict. Massil. : *Pergit de alio fronte usque in area decimaria et usque in via subius crota, et girat super viam usque ad vineam S. Mariæ, et postea Flexit se super perecrum.* Galli dicemus, *Se replie sur*, etc. Vide *Flexare*.

\* **FLEXIBILITER**, *Flechissamment*. *Flechibilitas, flechissableté*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7634.

† 1. **FLEXIO**, Idem quod *Flexura*. Charta ann. 1045. apud D. Chanteloup in Histor.

MS. Montis Major. : *De Fonte ad Orientem per Flexionem usque, etc.*

\* 2. **FLEXIO**, Proclivitas. Vita S. Guberni tom. 4. Aug. pag. 879. col. 2: *Constantis erat in bellis epercendis, ac incensus obscens iterum Flexionibus.*

**FLEXURA**, Κάμψις ὄδος, Amfractus, in Gloss. Græc. Lat. *Flexuræ viarum*, apud Sueton. in Nerone.

**FLEXUS**. Charta ann. 1242. apud Baluzium in Notis ad Concilia Narbon.: *Item... dictus Amalricus amparavit Curiam dicti D. Archiepiscopi, et Flexum, et potum bestiarum, et animalia et omnes res, quæ erant in Curia prædicta. Vide Flevas.*

☞ Nihil hic ad vocem *Flevas*. Est enim *Flevas*, ni fallor, Modus agri, ut colligitur ex Charta Caroli Simplicis Regis Franc. pro Monasterio S. Mariæ Urbionensi: *Jubemus ut cellæ sive aliæ res quæ jam fato Monasterio a Deo timentibus collatae sunt, id est in pago Carcasensi Flexus cum Ecclesia S. Cucufati cum terminis et adjacentiis suis et Ecclesiam S. Genesii in ipso pago cum terminis et adjacentiis suis.*

† **FLICHES**, **FLICHIA**, **FLOCHIA**, Succidia, lardum, pars major carnis porcine salita, Gall. *Fleche*, alias *Fliche*, *Picardis Fliq.* Computus anni 1202. apud D. Brussel tom. 3. de Feudorum usu ad calcem pag. CLXI: *De bacconibus IIIII. II. minus, et XX. Fliches et XXXVI. dolla vini, etc. Ibidem pag. CLXXXVII: Et XLII. bacones, et XX. Flochias, et V. tonellos vini... Pro XLII. bacconibus et XX. Flichis venditis, VII. l. x. s. Le Roman d'Aubrée MS:*

Maintenant la vielle li done  
Plain pot de vin et une michie  
Et une piece d'une Fliche.

Vide *Flec.*

\* *Varie a nostris hæc vox effertur, quæ et præstationis cujusdam appellatio est. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 125. vº: Item pour une redevance, appelée la Fliche, ... x. solz. Charta ann. 1288. ex Bibl. reg.: Deux arpens de terre avec deux quartiers de terre... à la redevance de vj. Flaches, pour annuel cens. Le tiller de bachon, le Flique et le candeille qu'il prenoit et avoit chascun an en ledite abbeye par le raison dudit fief, in alia ann. 1294. ex magn. Chartul. nig. Corb. fol. 58. rº. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 164: Un quartier de Fliche de lart. Fliqque, in Reg. 18. Corb. ad ann. 1511.*

† **FLICHUM**, pro *Frichium*, Incultum. Litteræ Officialis Paris. ann. 1278. in Tabulario Calensi pag. 59: *Recognovit quod omnes terras de censiva dictæ Abbatissæ... moventes et in Flichis existentes exaltare poterit et reducere ad agriculturam. Vide Friscum.*

**FLICTIM**, pro *Efflictim*, apud Diomedem lib. 1. Grammat.

**FLIMA**, *Flyma*, Anglo-Saxon. fugitivus, in Legibus Ethelredi Regis cap. 12.

☞ **FLITA**, *Germ. Ruting. Cultellus barbaricus vel rusticalis eo quod fligat*, in vet. Glossar. Lat. Teut. apud Haltaus. Glossar. Germ. col. 1546. voce *Ruting*. Vide *Fletho*.

**FLITWITE**. Vide *Fletwite*.

**FLOBARIUM**, Ambra, Matthæo Silvano.

† **FLOBOTOMIA**, pro *Flebotomia*, Venæ sectio, Gall. *Saignée*. Charta Petri Abb. S. Crucis de Talemundo ann. 1866. de Aquariatu: *Quoties (harbitonsor) faciet rasuram aut Flobotomiam, etc.*

**FLOCARIA**, [f. Locus ubi flocci lana-

rum præparantur.] Testamentum Will. Dom. Montis-pessulani ann. 1211: *Illud vero, quod statui de Flocaria, et tabula, et molendino, et tincturis, etc. Vide Flasca.*

† 1. **FLOGGA**, Idem quod infra *Flocus*. Capitulum Montis Major. ann. 1288: *Statuentes ne quisquam indumentum vocatum Flocca cum sagittis ad latera... portare deinceps præsumat.*

\* 2. **FLOGGA**, *Floccus*, quem telis aptabant, ut velocius vibrarentur. Charta Phil. comit. Fland. ann. 1163. ex Chartul. 1. Fland. ch. 325. ex Cam. Comput. Insul.: *De pensa Floccorum, si abierit, unum denarium. Vide Flochons et infra Flochia.*

**FLOGGARE**. Jo. de Janua: *Floccus, parva massa lanæ vel nivis, quod leviter flatu impellatur huc et illuc. Hinc Flocco, as, verbum activum, soli Deo conveniens, tunc enim Deus Floccat, cum Floccando ningit.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Floccare, Flocheter comme la noif qui chiet par flociaux, à la laine de la berbis.*] *Floccare*, pro *ningere* dicunt Itali: *Picardi vero nostri Flocquer, de veste, quæ amplior est. Vide Flocus.*

† **FLOCCELLUS**, **FLOCCUM**, **FLOCCUS**. Vide *Flocus*.

\* **FLOCCEIA**, Lodix, stragulum, Gall. *Couverture de lit*. Testam. ann. 1253: *Domui Dei Sancti Spiritus de Pruvino decem solidos, et unam culcitram cum uno coissino et duobus linteaminibus et una Floceia.*

\* **FLOCHIA**, Eadem notione, qua supra *Flocca* 2. Charta official. Autiss. ann. 1338. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 40: *Item cepit... quamdam magnam archam, cum pluribus sagittis et Flochiis. Alia notione, vide in Fliches.*

† **FLOCHIA**. Vide *Fliches*.

† **FLOCHONS**, vox Gallica, nostris olim *Floc*; *Floccus* quem telis aptabant ut velocius vibrarentur. Inventar. ann. 1260: *Item III. et IIII. Flochons ad opus cadrellerum. Vide Flocca 2.*

\* **FLOCKEN**, vox Germanica, *Floccus*. Privil. textor. Berlin. ann. 1295. apud Ludewig. tom. 11. Reliq. Mss. pag. 627: *Item statuiimus et instantissime prohibemus, quod nullus pannos faciat de aliqua falsitate lanæ vel Flocken;... et tota falsitas lanæ, et panni cum Flocken, igni ardentissimo concremetur.*

† **FLOCCUETUS**. Vide *Floquetus*.

† **FLOCTARE**, *Fluitare, Fluctuare, Gall. Flotter*. Locum vide in *Altum flum.*

**FLOCTBABEN**. Andreas Suenonis lib. 5. Legum Scanicarum cap. 18: *Si quis cum Comitibus quinque, et armis quinque, quæ Floct-baben in lingua patria nominantur, alicujus domum violenter confringat, etc.* [Apud Westphal. legitur *Flockvaben*, a *Flok*, Caterna, turba et *Vaaben*, Arma.]

1. **FLOCUS**, **FLOCCUS**, Monachorum vestis, quæ amplas habet manicas, vulgo *Froc*. Ita forte appellata, quod esset *Floccosa*, id est, τριχόδης, uti vocem hanc interpretatur vetus Moschionis Scholiastes: vel quod *flocet*, i. cum ampla sit, huc et illuc levi flatu, instar flocci lanæ impellatur, uti vocem *Floccare*, interpretatur Joannes de Janua. [Catholicon Lat. Gall.: *Floccus, Floichel de laine, Gallice Loquet, id est, Parva massa lanæ, et dicitur a Flo, flas, quod leviter flatu impellatur huc et illuc: Flocculus, Petit Floichel ou Loquet.*] Vetus Diction. Lat. Gall.: *Villosus, Plein de Floches, ou de peau.* [Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Floccus, Burre.*] [Davies in Dictionario Cambro-Brit.

*Ffwoch, Largus, gnarus, liberalis. Fœmin. Ffloch.*] Scitum porro, quid sit *Floccus* apud Latinos. Petrus Cluniac. lib. 1. Ep. 28: *Prævaricamini nobiscum et vos, qui simplici flocco et cuculla contenti esse non vultis. Bulla Gregorii IX. PP. pro Benedictinis: Nec incendant sine cuculla et Flocco.* [Capitul. gener. S. Victoris Massil. ann. 1378: *Quod hostalarius habeat quatuor Floccos et quatuor alamitias vel camallos pro hospitiibus.*] Declarationes Congregat. S. Justinæ ad cap. 55. Regulæ S. Benedicti: *Habeant et cucullam, quæ secundum Clementinam: Ne in agro, vocatur Floccus, et scapularæ, quod habet quasi formam cucullæ.* Concilium Andegavense ann. 1365. cap. 19: *Cucullas vel Floccum honestum et amplum deferant.* [Statut. Reformat. S. Claudii ann. 1448: *Idem Religiosi sine Floccis, aut regularibus cucullis cum puncto regulariter clausis per Monasterium aut Prioratum non incendant, nec ad dominum Abbatem accedant sine predictis Floccis aut regularibus cucullis.* Occurrit alibi non semel.]

**FLOCCUM**, neutro genere. Vita S. Petri Abbat. Cavensis n. 12: *Cum Floccum Domini Abbatis a Capellanis negligenter fuisset repositum.*

**FLOCCATA CUCULLA**, ampla et superfluitate panni redundans. Rainardus Abbas Cisterc. in Institut. cap. 15: *In Ecclesiis nostris non sint Cucullæ deforis Floccatæ.* Joannes Monach. in Vita S. Odonis Abbat. Cluniac. lib. 3. cap. 1: *Relictis namque nativis atque assuetis vestimentis, ceperunt fucatas atque feucas pallioque ornatas circumferre Cucullas, etc. Ubi forte leg. Floccatas.*

**FLOCELLUS**, diminut. a *Floccus*, Minor floccus: sed potissimum ea flocci pars, quæ in caput a parte posteriore revolvitur, ut apud Benedictinos. Goffridus Vindocin. lib. 2. Epist. 7: *Domnus Ernalduus, quem Decanum vestrum dicitis, si sibi secundum iustitiam placuisset, teste Flocello de capite suo, potius in nostra, quam in vestra sorte manere debuisset.*

**FROCUS**, **FROCCUS**, voces deductæ ex *Floccus*, litera mutata. Udalricus lib. 3. Consuetud. Cluniac. cap. 5: *Super caballum ascensurus, prius cappam induit, quam Frocum corrigia præcingat.* Will. Brito lib. 1. Philipp. pag. 108.:

Nil toga ruricola, nil Frocus religioso, etc.

Adde Origines Cisterciensis Ordin. cap. 15. tom. 1. Biblioth. Labbei pag. 645.

**FROCCUS**, in Chronico Andrensi pag. 421. apud Ingulfum pag. 886. 889. tom. 1. Monastici Anglic. pag. 675. in Statutis Cluniacens. Petri Venerab. cap. 29. in Vitis Abbatum S. Albani pag. 24. in Hist. Exordii Ord. Cisterciensis cap. 15. etc. Joan. Fortescutus de Laudibus Regum Angliæ cap. 35. de Rusticis Franciæ suæ ætatis: *Froccis sine collobiis de canabo ad modum panni saccorum teguntur, etc.*

**FROCCI CAPELLATI**. Gauridus Vosiensis lib. 1. cap. 73: *Prisci Cœnobitæ religione florentes nos manzerinos hæredes habuere, qui silentium, et quæque honesta sunt, relinquentes, parvas coronas, strictos sotulares, cucullas clausas, pro Froccis ocreas, pro gandengis Froccos Capellatos absque cuculla... insectamur.* Vide *Haefatenum* lib. 5. Disq. 1. et in verbo *Roccus*.

☞ Verum non monachis tantum sed et feminis *Frocus* indumentum fuit usitatum, ut colligitur ex Miraculis S. Udalrici sæc. 5. Benedict. pag. 466: *Matrona autem a demonio liberata, et sensui sanitatiquæ restituta, tota vesti-*



menta sua quibus eo die induebatur, cum caligis et calceamentis ad sepulcrum S. Udalrici per nuntios misit... Wicfridus ejusdem loci prepositus, qui etiam et custos Ecclesie eo tempore mansit, de Froco ejusdem matronæ dalmaticam fieri fecit. Unde manifestum fit Frocum hunc muliebrem ex panno subtiliori compositum fuisse.

¶ FROCHIA, Species frocci Canonico-rum Lugdunensium. Actus receptionis Johannis Ducis Bituric. in Canonico Lugdun. circa ann. 1393. apud Severt. Hist. Lugdun. pag. 344: *Dux venit cum Frochia et aumucia ad modum Canonico-rum dictæ Ecclesie.*

\* 2. FLOCUS, Apex sericus, Gall. *Houpe*, Provincialibus *Floc*. Stat. universit. Aquens. ann. 1489. pag. 57: *Notandum quod sicut sunt tres gradus, tres Floci ex filo serici debent esse super quolibet bonelo doctorandi et doctoris sui presentantis, videlicet si quis assumat magisterium, portet Flocum album in signum divinitatis theologie;... si in jure canonico, deferat Flocum ex filo serici viridis in signum castitatis et doctrinæ;... si in jure civili, portet Flocum serici rubri in signum veræ justitiæ et sanguinis, media vero parte Flocum coloris violacei. Freloque nostri vocabant ejusmodi ornamenta, quæ vestibus addebantur. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 751: *Le suppliant avoit roigné ou coppé certains Freloques et draps de diverses couleurs, qui estoient aux robes de Loys de Bertain chevalier. Unde Freloquei, lis ornamentis instructus, in aliis Lit. ann. 1421. ex Reg. 171. ch. 513: Un chaperon de brun vert et une coquille Freloquei.**

¶ FLODA, f. Stagnum, vel canal, a Saxonico flod, Inundatio, vel flode. Lacuna, aquæ collectio. Thomas Madox Formul. Angl. pag. 193: *Sciunt presentes et futuri, quod ego Hugo filius Roberti Ligeri dedi et concessi... Roberto filio... gardinum meum in Brumore, et Flodam inter domum Rogeri Bum et domum Willelmi Rufi, tenendum sibi et hæredibus suis, de me, etc.*

\* Floc, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1461. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 513: *Ouquel hostel avoit ung fumier et ung Floc d'eau.*

FLODDUS, Flud, fluctus, ex Anglico Floud. Vide Ebbā.

¶ FLOMER, f. pro Vomer, quo ager cultus significatur. Charta anni 1181. apud Lobinellum tom. 2. Histor. Brit. col. 133: *Testes jurati de verderis, de Flomere, de brueria, de sectis et pratiis idem dixerunt quod ceteri.*

\* FLOMITES, Stricturæ, Gall. *Paillettes* de feu. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Flomites, cum, quæ ex ferro candenti prosiliunt.*

¶ FLONIS, [Fasciculus ceparum vel aliorum, Gall. *Glane*.] Vide Rasum. [Alia notione occurrit in Informat. civitatis Massill. pro passagio transmar. ex Cod. MS. Sangerm.: *Item sarcia de vi. Flones ad longitudinem c. passorum.*] [\* Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 381: *Auzquelz compaignons icelui Grisart donna la moitié d'un oison et des Flones.*]

\* FLOPA. Decret. Frider. II. imper. ann. 1226. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 216: *Et inde ad Flopas Guiricizii de sancto Marco in ripa Samazolæ, et transeundo Samazolam usque ad Pollonetum recto fine. Idem forte quod Floda.*

\* FLOQUERIUS, an Vestium, quæ Floqueti appellabantur, artifex? Lit. ad-

mort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401: *Item in quadam petia terræ campi... confrontante ex una parte cum honore Johannis Vesiani Floquerii. Nisi legendum putes Flaquerius. Vide supra in hac voce.*

¶ FLOQUETUS, inter vestes sacras ministris inferioribus proprias recensetur apud Marten. de Antiqua Ecclesie Disciplina pag. 123. ex Pontificali Arelat.: *Primo ponuntur duo pueri cappis sericis induti cum candelabris et cereis ardentibus. Secundo loco ponitur Subdiaconus indutus alba et Floqueto. Rursum occurrit pag. 277. Sammarthanus noster tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 1123. ex Inventario sacræ supellectilis Ecclesie Dinien-sis: *Capella viridis cum dalmaticis, Floquetis, etc. Et col. 1124: Capella violata, de diaspro diversorum colorum cum Floqueto et dalmatica.**

\* Quænam hæc vestis fuerit non satis video; ejusdem cæterum originis opinor, atque Flocus, cujus diminutivum esse facile crediderim. Inventar. ann. 1218. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 66. col. 1: *Tres baculos pastorales; duodecim Floquetos, et viginti casulas sericas. Aliud ann. 1419. ex Tabul. Montisil.: *Unam capellam albam munitam unius capæ processionalis et de duobus Floquets sine aliqua paratura, cum alba, stola, manipulo, zona, etc.**

¶ FLOQUUS, ut supra Flocus, in Processu de B. Petro Luxemburg. Julii tom. 1. pag. 577.

¶ FLORA, Farina, simlago, Gallis *Farine*, Anglis *Flower*, pro *Farina*, quasi dicatur, inquit Skinnerus in Etymolog. Angl. Flos farinæ, i. e. farina purissima, vel potius quasi dicatur Flos frumenti, i. e. purissima ejus pars glumis et furfure purgata. Hujuscemodi farina *Flour* etiam dicitur in Neustria, Britannia minori, etc. Præceptum Edwardi III. Angliæ Regis de victualibus pro passagio providendis, apud Rymerum tom. 5. pag. 12: *Tot vacua dolia, in quibus dictum frumentum vel Flora inde reponetur. Passim occurrit ibidem, et pag. 97. 488. Idem tom. 4. pag. 683. tom. 6. pag. 316. etc. Vide Flos frumenti.*

\* *Flour* et *Flourée*, nostris. Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 162. Chartoph. reg. ch. 198 bis: *Il acheteroit de la Flourée de voidé et du bresil, etc. Aliæ ann. 1460. in Reg. 192. ch. 8: *Sur laquelle beste avoit environ deux botceaulx de Flour ou farine. Vide Flos frumenti.**

¶ FLORALIS. Gloss. Gr. Lat.: *Ἀνθρως, Floralis.* Ἀνθρως γράμα, *Floralis color.*

¶ FLORALE, Locus consitus floribus. Jo. Sarisber. in Policr. lib. 1. cap. 4: *Illis, ut pascua augeantur, prædia subtrahuntur agricolis sationalia, insitiva colonis, cum pascua armentariis et gregariis, alvearia a Floralibus excluduntur, ipsis quoque apibus via naturali libertate uti permittitur est. [Charta Arnulfi I. Flandriæ Comitum apud Miræum in Codice Donat. piarum pag. 127: *Floralia prati quæ adjacent ipsi portui, illorum cedo potestati. Vide Floridare.*] [\* Ubi per *Floralia prati*, prata ipsa intellige. Haud scio an eodem significatu, in Lib. de Mirab. Romæ apud Montemfalc. Diar. Ital. pag. 291: *Habuit [Pantheon] circa se plateam Tiburtinam xx. pedum cum cloaca, et Florali suo.*]*

\* FLORALIA, Supplicationes solennes, quæ vulgo *Rogationes* nuncupantur, quasi ut notat Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 77. a *Floralibus* Ethnicorum festis ad nos derivatas, quod falsum plane est, appellat Decembr. in

Comment. de Supplicat. Majis ibi laudato: *Proinde eadem Floralia cum pace-madibus et azimis, cum ovorum testis et offerum simulacris ad ejusmodi victus indulgentiam; cum variis olerum et leguminum generibus; cum ampullis quoque pensilibus, aqua, vino, lacte, oleo, melle refertis, decoramus. Vide Rogationes 1.*

¶ FLORARE, Flores creare, vel Floribus spargere, implere, Johanni de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Florare, Faire fleurs, glager de fleurs.*

¶ FLORARIUM, Johanni de Janua, *Locus est ubi flores crescunt, vel ubi imponuntur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Florarium, Lieu flori ou croissant, ou sont mises fleurs.* Chron. Mellic. pag. 808. col. 1: *Ut ex novitiatu veluti ex religiose vitæ Florario virtutum odore bene fragrantis, in nostræ Congregationis Monasteria transferantur. Vide in Floralis.*

¶ FLORATUS, Floribus acu pictis ornatus. *Casulam de purpura Floratam de gindone rubeo cum saffio de auro ante et retro, in Instrumento anni 1377. ex Archivo S. Victoris Massil. Testam. ann. 1415. apud Rymer. tom. 9. pag. 273. col. 1: *Una capa totaliter de auro, cum rosis rubeis et nigris Florata.**

\* FLORELIUM, Liliium, Ital. *Fiordaliso*, Gall. *Fleur de lis*. Annal. Mediol. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 308: *Fermalia duo auri, firmata super duobus Florelis auri, etc.*

¶ FLORENI, Monetæ aureæ Florentinorum, apud quos cudi primum cœpere ann. 1252. titulo 24. ceratiorum, quorum octo unciam conficiebant. In una horum parte insculptus fuit flos lili, unde Monetæ nomen inditum, in altera effictus S. Joannes Baptistæ. Ita Joann. Villaneus lib. 6. cap. 54. et Ricordanus Malaspinus cap. 152. *Florus de Florentia*, in Charta ann. 1350. in Probat. Hist. Turenensis pag. 90. cujus pretium erat tunc temporis 10. solid. Paris. [*Florus de Florentia boni auri*, in Charta anni 1375. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Chr. col. 214. *Flourins de FLOWENCE*, in Litteris Philippi VI. Franc. Reg. ann. 1390. tom. 2. Ordin. pag. 56.] *Denarii Florenti*, Rythmi in obitu Henrici VII. Imp.:

Paulipum quemdam variis  
Corrumpit cum Denariis  
Quampluribus Floris,  
Ut principem piissimum  
Monarcham potestissimum  
Inficiat venenis.

Infra:

Te cœcum cæci muneris  
Præcipitant Floreni.

*Aureum numisma Florentinum*, apud Joannem Hocsemium in Episcopis Leodiensib. cap. 20.

\* Errare Villaneum in anno quo primum cudi cœperunt *Floreni*, docet nos D. Le Blanc in Tract. de Monet. pag. 154. ubi Florenorum mentionem fieri testis est in Charta ann. 1068. *Florin de Florence pour treize souz Par.* in Charta Phil. V. ann. 1319. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 212. Alia ann. 1336. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 103. v. *Computato videlicet Floreno de Florentia pro tresdecim solidis Turon. parvorum. Florence*, pro Florenus, in Charta ann. 1404. ex Reg. 158. ch. 451: *Icellui viconte de Thouars tendra sa dite terre et seignourie de L'ille de Ré d'icellui seigneur roy à foy. et hommage lige, à cause du chasteil de la Rochelle, et au resort et souveraineté acoutumez, à une Florence ou maille d'or, ou la valeur*

*d'icelle, pour tout devoir de rachat ou d'abonny, ou d'autre devoir de fief à muance de vassal.*

Hinc fere monetis aureis cæteris Floreni indita appellatio. In Computo Theaurariorum Franciæ ann. 1316. in Camera Comput. Paris. Florenus æstimatur 14 solidi. Florenus de Florentia 12. sol. Paris. Florenus ad macam 22. sol. Paris. Florenus ad mutonem 14. sol. Paris. [Florenus ad agnum 11. sol. Paris. ann. 1332. Florenus ad cathedram 24. sol. Par. ann. 1347. Florenus ad scutum 36. sol. Paris. ann. 1343. Florenus regalis 28. sol. Paris. ann. 1328. Florenus S. Georgii 20. solidi. Turon. ann. 1346.] Floreni de Florentia, Floreni de agno, et Floreni de mas, seu ad massam, occurrunt etiam apud Will. Thorn. pag. 2037. ubi perperam florenus, pro Florenus interdum scribitur. Floreni Colonienses, apud eundem pag. 2194.

Tradit idem Villaneus lib. 9. cap. 170. Joannem XXII. PP. Florenos aureos cudisse circa annum 1322. similes pondere, lege et forma Florentinis, præterquam quod qua parte effectus erat S. Joannes Baptista, in circulo illius nomen descriptum legebatur, ad latum vero S. Joannis effecta erat mitra Papalis. In partibus autem, ubi lilium erat, circulo, descriptæ erant hæc voces : S. Petrus, S. Paulus. Ex hinc Marchione Monferrateni, Spinolis Genuensibus, et aliquot aliis Italicis Principibus, Florenos perinde aureos Florentinis similes cudere aggressis, sub anathematis pœna id interdixit idem Pontifex mense Decemb. ann. 1324. ut idem Scriptor tradit lib. 9. cap. 279. Floreni vero isti Pontificii, Floreni auri de Camera appellati : quæ nomenclatura occurrit in Charta ann. 1378. in Historia Turenensi pag. 117. et in alia ann. 1485. apud Hemeræum in Augusta Viromand. pag. 335. Hos Robertus Cenalis lib. de Ponder. et Mensur. vocat *Novellos Ducatos Papales seu de Camera. Aureorum de Camera* meminit etiam Leonardus Portius lib. 1. de Ponderib. ac Mensur. pag. mihi 29.

✠ Invaluit quoque in Provincia usus et cursus florenorum Pontificiorum, ad quorum formam alii cusi videntur a Regibus Provinciæ, ut discimus ex pluribus Chartis, unde et cuius pretii fuerint æstimare licet. Charta ann. 1365. in Tabular. civit. Massil. : *Quod Floreni auri boni Florentiæ et Floreni Cameræ domini nostri Papæ, Lucati et Jannini auri boni, fini, et justis ponderis currant et cursum habeant in civitate Massiliæ pro illo valore quo fuerunt afforati, videlicet ad 34. solidos pro quolibet : alias vero pecunias auri nullus cogatur eas recipere nisi sua libera voluntate.* Charta Massil. exarata ann. 1410. inter Schedas Præsid. de Mazaugues : *Pro pagamento Florenorum auri 4000. quorum quilibet in valore pro sexdecim Provincialium solidis computatur.* Alia ann. 1438. apud eundem Præsid. : *Causa arreiragiorum ipsius talliæ in Florenis quadraginta valoris ipsorum quodlibet solidorum Provincialium sexdecim nunc currentis monetæ.* Infra : *Florenos de Rege quinque valoris quilibet ipsorum solidorum sexdecim monetæ Provincialis.*

✠ Pontificiis florenis florenos etiam similes cudendos curarunt Dalphini Principes, cum hoc tamen discrimine. Ex una marca 65. floreni Dalphinales, 64. pontificii cudebantur. Deinde loco mitræ papalis in effigie S. Joannis Bapt. humero dextero insculptus erat Dalphinus, et in circulo alterius partis

pro S. Petrus, S. Paulus, legebatur Guigo Dalphinus. Hæc discimus ex Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 291. et tom. 2. pag. 214. Anno 1334. valebat Florenus Dalphin. 17. sol. ut dicitur ejusdem Hist. tom. 2. pag. 495. anno vero 1339. 38. sol. computato, tunc temporis, Florenus de cugno et pondere Florentia pro 41. sol. dictæ monetæ, tom. 1. pag. 96. Superabant ergo floreni de Florentia florenos Dalphinales, et 50. Flor. de Florentia valebant 52. Fl. Dalphin. tom. 2. pag. 285. Ejusdem tom. pag. 275. legimus, c. Flor. sunt unciæ xxvi. ex quo conficitur, unum florenum fuisse quartam circiter partem unius unciæ.

Sed præsertim id nominis attributum monetis aureis Regum Francorum, quas vulgo Denarios appellabant, addita notarum quarundam, quibus a se invicem distinguebantur, nomenclatura. Hinc, quos denarios ad Agnum, seu ad Mutonem, ad Massam, ad Cathedram, ad Scutum, vocant Statuta Regum nostrorum, Floreni ad Agnum, etc. dicuntur in veteribus Chartis. [Florins à l'Angelot, in Instrumento anni 1342. Chartul. S. Vandreg. tom. 2. pag. 1681. Vide tom. 2. Ordinat. Regum Franc.] De singulis agimus in verbo *Moneta*.

\* FLORENI AD AQUILAM. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1350. in Chartul. 23. Corb. : *Cum judec.... capi fecisset Robertum le Bel.... pro suspitione allocationis Florenorum ad Aquilam, etc.*

FLORENI BLAVII, in Chronico Windesemensi lib. 1. cap. 32 : *Centum Florenos Blavios dicebatur accepisse.*

\* FLORENI DE CAMERA, vulgo *Florins de chambre*, Papales. Lit. remiss. ann. 1460. in Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 86 : *Par le Pape Nicolas, lors president en l'Eglise, fut, parties oyes, dit : mal appelle, et ledit de Bresons condempné en quatre cent Florins de Chambre de despens.* Nihil itaque emendandum est in Mandat. ann. 1405. tom. 9. Ordinat. reg. Franc. pag. 64. Vide supra ad lineam *Tradit idem Villaneus, etc.*

\* FLORENI AD CATUM, seu felem ; *Fleurin au chat*, in Lit. remiss. ann. 1458. ex Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 258.

\* FLORENI GALICANI. Charta ann. 1369. in Chartul. Rich. abb. S. Germ. Prat. fol. 20. r° : *Mediante summa octoginta Florenorum auri Gallicanorum, Frans nuncupatorum.*

\* FLORENI dicti GUILLERMUS, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 84 : *Icelle femme se print à rongner et copper aucunes pieces d'or, comme cliquant, que on dit Florins Guillelmus, et autres pieces d'or aians cours ou pais de Boullenoys.* Vide mox

\* FLORENI HANNONIENSES, etc. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 195 : *Florins de Haynau, appelez Guillelmus, qui avoient cours pour un florin franc de nostre coing et un tiers de franc la piece ; florins de Cambray soubz la fourme de France de nostre coing ; florins de Brabant, appelez doubles moutons, autres appelez nobles d'Angleterre ; florins à l'escu de Flandres ; florins contrefais aus florins appelez Guillelmus de Haynaut ; autres florins, appelez francs à pié, contrefais aus nostres à difference de Waleran et Guido ; florins Guillelmus et Guido, et florins contrefais soubz fourme d'escus à difference de Waleran, et autres florins au mouton de Lincoln.*

\* FLORENI LATI, apud Christ. Schlegel. in Dissert. de Numm. antiq. etc. pag. 28.

\* FLORENI PARVI. Chartul. Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1423. ult. Sept. fol. 202. r° : *La somme de soixante flourins du pays (Lille, Namur, Louvain) que on dit Petis Flourins ; c'est assavoir, trois vies escus d'or de bon pois, pour quatre des petis Flourins dessusdis.*

\* FLORENI nuncupati PIETRES. Idem, ni fallor, qui Parvi. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473 : *Item de oblationibus factis in die Veneris sanctæ,.... una cum tribus Florenis, Gallice Pietres, .... xvj. lib. x. sol. Nisi forte iidem sint atque*

\* FLORENI POSTULATI, in altero ejusd. fabr. Comput. ann. 1460 : *Sex Floreni, nuncupati Postulati, valentes octo libras, duos solidos.* Vide infra *Postulatus*.

\* FLORENI REGALES, qui et de Rege, Typo regio insigniti. Charta ann. 1328. 9. Jan. in Tabul. Carnot. : *Moyennant le prix de 4050. Florins Royaux pour 23. sols Par. chacun florin.* Acta Fil. ad ann. 1437. apud Gassend. in Notif. eccl. Diniens. pag. 70 : *Reditus sacristiæ non excedere 60. Florenos de Rege, seu libras 48. Turon. cum tamen impense faciendæ excedant summam 80. Florenos de Rege, seu libras Turon. 69.* Inventar. Chart. monast. Athanat. ann. 1519. fol. 12. v° : *Instrumentum anni 1486. pensionis annuæ xcv. Florenorum monetæ regiæ, quolibet Floreno valente xvij. albos magnos regio, sive solem, etc.*

† FLORENI RHENENSES, in Ecclesia Coloniensi tom. 8. novæ Gall. Christ. col. 789. et col. 790.

\* Idem RHENANI, apud Christ. Schlegel. in Dissert. de Numm. ant. pag. 69. Obituar. Ms. eccl. Camerac. fol. 54. r° : *Ex quibus anno quolibet recipiuntur decem Floreni Renenses.* Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1473 : *Item in die Paschæ ab eodem dom. duce ex osculo reliquiarum magni altaris, tres Florenos Renenses, vj. lib. vj. sol.* Vide infra *Renensis Aureus*.

\* De Florenis præterea consulendus Tractatus, qui inscriptus est : *Il fiorino d'oro antico illustrato* edit. Florent. ann. 1738. ubi plures exhibentur floreni a Raimundo principe Arausion. Humberto dalph. Archiep. Arelat. et aliis cusi. Hinc etiam emendandus Cangius in

TREVISINI SOLIDI DE FLORE, in Bulla Honorii III. ann. 1220. pro Episcopo Tarracinensi apud Ughellum, [ex Charta ann. 1206. pro monasterio Fossenovæ relata in Bulla Honor. III. ann. 1220. ubi non Trevisini legitur, sed Previsini, forte pro Provisini, ut habet Inscriptio sepulchralis ann. 1331. apud eumd. Ughell. pag. 118.]

† FLORINUS, pro Florenus non semel occurrit in Regest. 87. Chartophylacii regii.

✠ Φλωριν, Græcis nuperis. Raphaël Hieromonachus apud Crusium pag. 131 : *Ὅπου ἔταται αὐτὸ δύο χιλιάδες τὰ φλωρία.* Vide Meursium [et Gloss. med. Græcit. col. 1685.]

FLORENTIA. Lib. 2. Paralipom. cap. 4 : *Candelabra quoque cum lucernis suis, ut lucerent ante oraculum iuxta ritum ex auro purissimo, et Florentia quædam, et lucernas, et forpices, etc.* Ubi auctor Marnotrecti : *Florentia, id est, species quædam liliorum in candelabro, super quibus ponebantur lucernæ.*

\* FLORENTIUS, ut Florentia, species liliorum in candelabro. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Florentius, Cherdenerus.*

\* FLORETI, in Caremon. Rom. Ms.

lib. 1. cap. 2. et 5. ubi editum habet, *Forerii*. Vide in *Fodrum*.

1. **FLORES** diversi coloris, ad instar charismatum Spiritus sancti, desursum immixti in festo Pentecostes. Joan. Episcop. Abrincensis de Offic. Eccl. pag. 58.

2. **FLORES**, Menstrua mulierum. Michaël Scotus de Physionomia cap. 6: *Sciendum est, quod natura ob hoc sibi tribuit purgamentum, quod Flos nominatur in vulgari, et Menstruum in Scriptura. Infra: De Flore mulieris est ut arboris: quoniam fructum non portat, nisi prius florescat.* Nostri *Fleurs* dicunt, non a floribus, sed a *fluore*: ita enim ῥοῦν mulierum vertunt Latini Medici. Papias: *Mena, nigra, vel Jovis filia, quam pagani Deam dixerunt esse, quæ menstruis Fluoribus præesse dicebatur feminis.*

3. **FLORES BEATÆ MARIÆ**, Maculæ scorbuticæ vel eresipelatosæ, Italis, *Rosellia* et *Rosolia*. Lit. remiss. ann. 1862. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 391: *Ex quibus (excessibus) plagæ ejus apostumaverunt, et in ipsis Flores Beatæ Mariæ supervenerunt; propter quod mors fuit subsecuta in personam dicti presbyteri infra quadraginta dies.* Aliæ ann. 1419. in Reg. 171. ch. 13: *Jehannin Houdette feust surprins.... d'une maladie, que on appelle au pays (de Brie) les Fleurs Nostre Dame.* Vide infra *Morbis B. Mariæ*.

\* **FLORETATUS**, Flore ornatus, insignitus. Ordinat. Caroli dalphini ann. 1357. 8. Jun. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. *Vienne fol. 18. r. Ab alia parte sit una crux, cum tribus brachiis Floretatis de flore lilio.*

\* **FLORETUS**, Ital. *Fioretto*, Flosculus. Inventar. ann. 1889. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 361: *Centura una auri facta ad Floretos perlarum.* Vide infra *Florumus*.

1. **FLORETUS**, Joanni de Janua, *Floretum*, est locus ubi flores abundant. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Floretum, Lieu flouri, ou fleurs habundent.*] Eckearodus apud Canisium tom. 5. Antiq. lectionum pag. 785:

Tecum in Floretis liceat mihi ludere lætis.

Sic etiam quidam Liber versibus scriptus, qui editus est Lugduni cum Catione, Theodolo, libro Tobie, et Paraboli Alani ann. 1509. inscribitur. Idem in Proœmio:

Hic liber extractus de pluribus est vocitatus Recte Floretus, quia flos est inde receptus, etc.

Clementis PP. esse dicitur in MS. Codice Bibliothecæ Regiæ 1505.

Idem Liber Lugduni editus cum glossis seu commentariis Johannis Gersonii Cancellarii Parisiensis apud Joh. Fabri ann. 1494. beato Bernardo adscribitur post proœmium his verbis: *Incipit liber nomine Floretus a beato Bernardo Clarevallis metricè accumulatus, etc.* Asservatur autem in Musæo Cl. Jurisperiti D. Maillard, qui nec *Floretum*, nec Glossas Gersonii, inter germana spurviæ utriusque opera ab Editoribus recenseri primus observavit.

De libro, qui sub hoc titulo adscribitur S. Bernardo, consule Biblioth. Script. Cisterc. pag. 41. col. 1. Sunt et alia opuscula eodem nomine ornata, ut puta, *Floretum Philosophicum seu ludus Meudonianus in terminis philosophiæ*, editum Paris. ann. 1649. Quod Floriaco infra Modunum scriptum fuerit, sic appellatum. De his aliisque similibus belle Erasmus in *Anti-barbaro*: *Alius*

*quod somniavit Gemmulam, alius Margaritam appellat; hic Floretum, ille Roseum inscripsit: at in medio, o bone Deus! ut nihil nisi carduos et lolium invenias.*

\* 2. **FLORETUS**, Monetæ Franciæ species, nostris *Fleurette* et *Florette*. Lit. admort. ann. 1375. in Reg. 109. Chartoph. reg. ch. 401: *Quæ venditio fuit facta pro pretio undecim denariorum, vocatorum Floreti, boni ponderis.* Comment. Petri de Fenin in Carol. VI. ad ann. 1421. pag. 495: *Il courroit lors une monnoye, qu'on nommoit Flourettes ou Fleurettes, qui valloit dix huit deniers; mais enfin elles furent remises à deux deniers; puis on les deffendit tout à fait, tellement qu'elles n'eurent plus de cours.* Monstrel. vol. 1. cap. 243: *Fut ordonné que les Florettes: c'est assavoir la monnoye du roy, qui avoit cours pour seize deniers, seroient mises et rabaisées à trois deniers.* Vide in *Moneta*.

\* 3. **FLORETUS**, Panni species ex filo serico crassiori contexta, Gall. *Fleuret*. Stat. pro pannif. Carcass. renovata ann. 1466. in Reg. 201. Chartoph. reg. 121: *Item et quia in dicto burgo fiunt nonnulli panni, nuncupati Floreti, quia sunt seu esse debent meliores et preciosiores aliis pannis communibus sortis dicti burgi, etc.*

1. **FLORIA**, pro *Florenus*. Necrolog. Parthenonis S. Petri de Casis: *Casula de satino Percico, quæ constitit XVIII. Florias.*

2. **FLORIA**, *Stercora liquidiora*, in Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. perperam pro *Floria*. Vide in hac voce.

\* **FLORIANI**, Hæretici a *Florino* quodam nominati, qui dicunt Deum creasse mala. Gloss. Sangerm. num. 501. [ex Isidor. Origin. lib. 8. cap. 5. sect. 50.] Hic Florinus Valentini discipulus impie asserebat Deum auctorem mali, B. Virginem in partu intemeratam mansisse negabat, resurrectionem insuper inficiatus. Hujus Sæctatores *Florianos* appellavit Philastrius. Melius dicerentur *Floriniani*. De his agunt Iren. Euseb. Theodoret. Aug. et alii.

\* **FLORARIUM CORPORIS**, anima dicitur Zenoni Veronensi Episc. Sermone de Lazaro.

\* **FLORIDARE**, *Florere*: unde *Floridantia, Prata, Floridum, Viretum, Tempus florum.* Amalthea Laurentii ex Papiæ.

\* **FLORIPARUS**, Qui parit flores. *Ver Floriparum, Ausonio.*

\* **FLORIRE**, Florescere, Gallis *Fleurir*. S. Bonifacius Moguntin. Epist. 1: *Homo, sicut fœnum dies ejus, et sicut flos agri, sic Floriet.*

\* **FLORISSARE**, Idem, apud Virgil. Grammat. pag. 47.

\* **FLORITARA**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Floredura, Prov. Floritara, pollicitura.*

\* **FLORITIO**. [Florum emissio. Legitur in *Homil. 2. in Cantic.* quam ex Orig. vertit Hieronymus.]

\* **FLORONUS**, Flosculus, ornamentum quod flores imitatur, Gall. *Fleuron*. Inventar. S. Capel. Paris. ann. 1340. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 8: *Item ymago B. Ludovici regis cum osse spatulæ ejusdem, in cuius ymaginis corona unus Floronus et quinque lapides, et in uno alio Florono una smaragdo deficiunt.* Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item quædam ymago B. M. genitricis Dei, et in illa deficiunt a longis temporibus in corona dictæ Genitricis duo Floroni et duo lapilli. Ouquel y deffaut.... un Floron à tout cinq pierres,* in alio Gallico ibid. Annal. Me-

diol. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 807: *Corona una auri cum Floronis sex magnis et totidem parvis.* Vide supra *Floretus*.

\* **FLOSOSUS**. [Floridus. (Vea. Fort. 5.)]

\* **FLORRERIUS**. [Ut FORRERIUS: « Simili modo venerabili viro domino Petro Guell s. d. v. pape Florrerio. (Archiv. Vatic. Thesauraria secreta, an. 1451. f. 60.) »]

\* **FLORULENTIA**, Locus abundans floribus, apud Guibertum lib. 4. de Pign. Sanct. cap. 2. § 2.

\* **FLORUS**, ἀνθρῶς, *Viridis, floridus*, in Supplemento Antiquarii. [Et in Glossis Lat. Gr. *Florus* in Germ. ex Castigat. ad utrumque Glossar.] Alio sensu vide in *Flur*.

\* **FLOS**. Vide *Flores*.

\* **FLOS AURI**, [Nonnullis est electrum, seu aurum argento mixtum; *Flos aureus* vero idem ac *Rosa aurea*; quam] videsis in *Rosa*.

\* **FLOS DELICIARUM**. Instrum. ann. 1423. Hist. Harcur. tom. 3. pag. 761: *Joannes Grey Chevalier defunctus habet castrum et dominium de Tyllie, quæ fuerunt Philippi de Harcourt Chevalier, ac omnia maneria ejusdem Philippi infra Ducatum Normanniæ per homagium ac reddendum unum Florem Deliciarum ad festum S. Johan. Baptistæ. Et tom. 4. pag. 1679: Thomas Dux Exoniæ habet Comitatum de Harcourt ... per homagium ac reddendum Florem Deliciarum apud castrum de Rouen ad festum Nativitatis S. Johannis, et de inveniendo triginta homines ad arma.*

\* **FLOS FRUMENTI**, Farina, vel simi-lago, pollen, Gall. *Fleur de farine*. Charta anni 1349. ex Archivis B. M. de Bononuntio Rotomag.: *Unam pechiam carnis de valore sex denariorum et de Flore Frumenti, et ad Pascha Domini unam gallinam, et decem ova, etc.* Vide *Flora*.

\* **FLOSCA**. Vide *Flosca*.

\* **FLOSCELLUS**. [Diminut. flosculus. Apul. Herb. 49. Ad solis cursum *Floscellis* se vertunt.]

\* **FLOSCULE**. [Floride. Cœl. Aurel. 1. Acut. 6. Corpus *Floscule* vividum, et naturali habitudine plenum.]

\* **FLOSCULUM**, pro *Flosculus*, legitur in Præfatione Taionis Episcopi in suos quinque libros sententiarum, Concil. Hispan. tom. 2. pag. 531.

\* 1. **FLOSCULUS**, Vestis Monachorum propria, vulgo *Froc*. Ordinar. S. Germani a Pratis inter Instrum. Historiæ ejusd. Monast. pag. CXLIII. col. 1: *Quando erit in fine orationis sequentis Evangelium, duo Monachi in Flosculis suis accipient cereos de manibus Conversorum, etc.* Vide *Flocus*.

\* 2. **FLOSCULUS**, in Martyrol. editis; *Fuscus* vel *Fulcolus*, in Mss. ut observat Castellanus in Vocabul. hagiol. Nomen est cujusdam episcopi Aureliani. Gall. *Saint Floc*.

\* **FLOSCUS**, ut *Frocus*, Via publica, ager incultus, præsertim qui urbi adjacent. Charta ann. 1180. ex Chartul. S. Corn. Compend. fol. 127. r. col. 1: *Fimum de curia ecclesiæ et de Floscis villæ alicubi non debet trahere, nisi in culturis ecclesiæ.* Alia Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 6. v. : *Furnus de novo vico ultra parvam portam ante Floscum.* Vide *Fraustum*.

\* **FLOSEGA**, *FLOSCA*. Matth. Silvaticus: *Gebara, Gebaram, i. Flosega molendi.* Infra: *Geravera, id est, Flosca molendini.*

\* **FLOSTULLUS**, Species ornatus, forte sic dicti, quod *flosculus* distingueretur.

[\* Cingulum, zona videtur, quod levi flatu impellitur et fluctuat.] Concilium Senon. ann. 1485. apud Acherium Spicil. tom. 5. pag. 626: *Item quod Religiosi, cuiuscumque Ordinis, status vel praelaturæ existant, a suæ vocationis habitu congruo non recedant, neque foderturas statui suo non congruentes, et maxime minutos verutios, neque zonas de veluto aut Flostullos etiam, nec habitus de serico supra tunicas patenter, neque aliter indecenter, in vilipendium sui status et Ordinis deserant.*

1. **FLOTA**, Piscis species. Tabularium Fisanense fol. 75: *Relaxavit eis Abbas consuetudinem Flotarium et allecium, quæ habebatur de piscatione sua.* Sed ibi legendum videtur *Flotarium*, ut intelligantur pisciculi marini, quos *Flets* vocamus. [\* Videtur esse cortex, lineæ piscatoris ne nimis hamum demittat infixus, ut in chart. ann. 1252. apud Lappenb. Init. Fœder. Hanseat. Document. pag. 62: *De Flotis de korken, quibus communiter piscatur, tam emptor quam venditor debet de marca duos denarios.*]

† 2. **FLOTA**, **FLOTTA**, Navium classis, Anglo-Saxonica vox, testibus Skinnero et Somnero in suis Lexicis. Hac usi sunt omnes fere Occidentales populi. Galli et Germani *Flotte* appellant hanc armatam navium multitudinem, Hispani *Flota*, Itali *Flotta*, Angli *Fleet*, omnes a Latino *Fluctuare*. Vide Spelmani Lexicon ad vocem *Admiralius*, Rymerum tom. 3. pag. 211. etc.

\* *Mettre en flotte*, Contrahere, ut videtur vulgo *Resserver*, in Chartul. Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1421. fol. 146. v. : *Lesquets carpentiers seront tenus... mettre en Flotte unq des pans de laditte grange, lequel est évassé.*

† **FLOTARE**, **Fluctuare**, Gall. *Flotter*. *Navibus in medio Flotantibus grossarum ripariarum*, apud Rymerum tom. 11. pag. 680. col. 1.

**FLOTSON**, Marini juris vocabulum, quod ex naufragio in mari fluctuat, eoque ipso Amiraliorum juris est, ex Saxon. *flō o t t e n*, fluctuare.

† 1. **FLOTTA**, Classis. Vide *Flota* 2.

† 2. **FLOTTA**, Machinæ genus, quam in obsidione Ostendæ reperit Pompeius Targonus Archiducis Austrii Machinarius. Constabat strue lignea valde nexa compactaque, constipata etiam infartaque maris arena: ad cuius latera vacua appendebantur dohiola, ut supernatare posset. Vide Angelum Galluci de Bello Belg. lib. 15. Hæc Carolus de Aquino in Lex. milit.

3. **FLOTTA**, Glaber lib. 1. Hist. cap. 5: *Denique clam egrediens ad prædictam Normannorum gentem, illis tantummodo primitus adhesit, qui assiduo raptui servientes, victum cæteris ministrabant, quos etiam illi (Normanni) communiter Flottam vocant.* Vide Bolandum 24. Martii pag. 526. [et infra *Fluata*.]

**FLOZE**, Ratis. Vita S. Willibaldi, edita a Gretzero pag. 140: *Se conduxerunt in quodam ligno, quod dicitur Floze, transeuntes venerunt in oppidum, etc.*

\* **FLUBETA**, Fibula, ni fallor, Ital. *Fibbia*. Charta ann. 1227. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 903: *Unum guarnimentum de seta, et duas Flubetas auri, et tres anulos, etc.*

† **FLUCTARE**, pro *Fluctuare*, apud S. Paulinum. Vide in *Camelotum*.

\* **FLUCTEUS**, Amorevole, in Glossar. Lat. Ital. MS. id est, Humanus, benignus.

† **FLUCTI**, pro *Fluctus*, in Vita S. Fin-

dani Reclusi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 330: *Per tumidos Fluctos intæreas veteretur ad terras.* Utuntur præterea Veteres aliquot. Vide Nonium cap. 8. Ita et Terent. in Andr. act. 2. sc. 2: *Nil ornati, nil tumulti.*

**FLUCTICULUS**, *Κυμάτιον*, apud Apuleium in Apolog. et Diomed. lib. 1. Artis Grammat.

\* **FLUCTIGER**, [Fluctum ferens, vel fluctuum patiens. Cic. apud Isid. 19. Orig. 1. Tunc se *Fluctigero* tradit mandatque paroni. Al. leg. *Fluctifero*.]

† **FLUCTIVAGARE**, *Fluctuare*, incertum esse, Gall. *Balancer*, *chanceler*. Statuta Canonic. Regul. S. August. apud R. Duellium tom. 1. pag. 97:

Nam dubitans, vel *Fluctivagans* cadit insipienter.

*Fluctivagus*, in Bernkeri Balbuli lib. Sequentiar. apud Bern. *Pez* tom. 1. Anecd. part. 1. col. 37.

1. **FLUCTUS**. Vetus Charta MS: *Guillelmus Comes Hannoniæ tenet de Duce (Brabantis) advocatiam et dominium in Mechlinia, Fluctum atque theloneum, forum seu staphum salis piscium ac animalium.* Videtur esse quod *Flot* et *Flegard* vocant Consuetudines aliquot municipales, Ambianensis vetus art. 74. 104. Bononiæ art. 29. 43. 122. 168. Atrebatensis art. 5. 51. etc. Vide *Fraustum*.

\* *Fluctum aquæ* legitur in eadem Charta ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 88. v. unde manifestum est vim vocis non intellexisse Cangium; quod rursum probat Recognit. feudal. ann. 1312. ibid. fol. 71. v. : *Nous Florens Berthaut, sire de Malines, faisons savoir... que nous tenons... en fief... de M. Jehan due de Lothrike, de Brabant et de Lembourch... l'avoerie et le seigneurie de Malines, le Flot d'aive, les chemins et le marchiet du seil, du poisson et des bestes.* Charta Ricard. ducis Norman. ann. 1026. ex Tabul. capit. Aeriens. : *Concedo Fluctum cum portu et pagum, qui dicitur Saones, cum aquis et portu maris.* Ex quibus per *Fluctum* significari existimo quiddam *fluctu* seu æstu maris advehitur, atque adeo et vectigal, quod a navigiis ea ratione advenientibus exigitur.

2. **FLUCTUS**, *Floccus lanæ*, nostris *Flotte*, spira vel manipulus. Charta ann. 1495. inter Observat. Godefr. ad Carol. VIII. pag. 785: *Commissarii et procuratores post hujusmodi juramentum pro principe nostro, ... cordam campanæ ejusdem ecclesiæ serico vel Flucto involutam, omnes et singuli traserunt et campanam pulsaverunt.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. Chartoph. reg. ch. 272: *Le suppliant a pris en l'hostel de Jehan Venille quatre Flottes de laine.*

† **FLUENTARE**, *Fluere*. Fortunatus in Vita sancti Martini:

Pergis in Augustam, qua Virdo et Licca Fluant.

\* Hinc *Fluet*, Inundatio, in Charta Margar. comit. Fland. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam. Comput. Insul. : *Nous leur devons respondre de kemun feu, de kemun Fluet, de kemun tempiest et de kemune wiere.* *Flouin*, navis velox, apud Mabelais. lib. 4. cap. 22.

\* **FLUETUM**, Panni, forte tenuioris, unde nomen, species. Comput. fabr. S. Petri Insul. MS. ann. 1498: *Item pro jure pallii quondam domini Antonii de Berlettes militis, unam jacquetam de Flueto venditam magistro Johanni du Pont, xxv. lib. v. sol.* Vide supra *Florus* 3.

\* **FLUIBUNDUS**, [Fluidus, diffluens.

*Capell. 1. p. 21. sub fin. Fluibunda luxu puella.*]

\* **FLUIDO**, [Fluidum reddo. Cœl. Aurel. 5. Tarā. 11. Liquore Fluidantur.]

\* **FLUIFACERE**, Gall. *Faire couler*. Terrear. Bellijoc. ann. 1529. fol. 645. v. : *Super jure et facultate sumendi et capiendi aquam rippariæ... pro illam Fluifaciendo a dicta ripparia de Magier usque desuper molendinum baptitorium.*

\* **FLUITARE**, Per fluvium navigare; unde *Fluitatio*, ipsa navigatio. Stat. ann. 1496. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 258: *Ut mercatores navigantes illa (flumina) Fluitare non possent; idcirco ad tollendum errorem et impedimentum circa Fluitationes fluviorum prædictorum, etc.* Et pag. 259: *Ut Gadannum quisque libere atque secure Fluitet.*

1. **FLUMA**, *Flegma*, quod etiamnum Picardi *Flume* dicunt. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 7: *Non audebant in dicta Ecclesia aut cimiterio aliqua vana loqui, nec Fluma, vel salivam in illam terram sanctam expuere vel projicere.*

† 2. **FLUMA**, Lineum tegumen pulvinaris, Gall. *Taye*. Dispositio rei familiaris Cluniac. a D. Petro Abb. Cluniac. apud Baluz. Miscell. tom. 5. pag. 452: *Ea propter Priori Cluniac... cura imposta est ut... flamineas, femoralia, Flumas, hoc est, opertoria pulvinariorum universis fratribus... provideant.*

\* In quibusdam provinciis, *Flaine*, a tela iis cervicalibus conficiendis idonea, quæ *Flaine*, Lugduni *Flene*, appellatur: unde *Fluina* restituendum esse suspicor.

**FLUMARIA**, *Fluvium*, Ital. *Flumara*. Charta Friderici II. Imper. pro Ecclesia Anglonensi apud Ughellum tom. 7. pag. 125: *Et vadit ad stratam... quæ dicitur Strata Franca, et perducit ad Flumariam Argri, et per ipsam Flumariam ducitur ad vallem Cupam.* Adde Rocchum Pirum in Archiep. Messan. pag. 313.

† **FLUMENTUM**, *ῥέμα ποταμοῦ*, i. *Fluentum fluminis*. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. **FLUMETICA**, Regio flumini adjacens, apud Leon. Ost. lib. 2. cap. 1.

**FLUMICELLUS**, *Fluviolus*, Innocentio Agrimensori pag. 283. Ital. *Flumicello*. \* Charta ann. 1210. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 555: *Cum omnibus possessionibus suis infra istas decurrentias, scilicet a flumine Potentino usque ad Flumicellum, quod vadit sub montem Zari, et a Flumicello extenditur in Montemacutum.*

† **FLUMINALIS**, pro *Flamen Dialis*. Vide *Finctus*.

**FLUMINEA**, *Flumen*, apud Innocentium Gromaticum non semel. [*Flumineum mare*, pro *Flumine* intranti in mare, in Vita MS. S. Winwalœi fol. 74.]

\* **FLUMIS**, *Flumen*. Charta ann. 884. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 210: *Eleware feci in proprio territorio meo fundamentum et fabricam illam in loco, ubi dicitur Confluenti, positos inter Flumes Macræ et Aulæ. Flun*, passim apud Continuat. Guill. Tyrri tom. 5. Ampl. Collect. Marten. col. 684. et seqq. Vide *Fluminea*.

† **FLUMUS** *ῥουαλλίς*, in vett. Glossis. Est a Græco *ῥέμας*, Verbascum aut herba, qua pro ellychniis utuntur.

\*\* **FLUR**, Campus patens, agri, distinctus certis arborum, pratorum, etc. ad vicum villamve pertinentium, Germ. hodie *die Flur*. Chart. ann. 1280. in Guden. Cod. Diplom. tom. 1. pag. 778: *In 52. jugeribus, sitis simul in uno Flur.* Vide Hallaus. Glossar. Germ. col. 466.

\*\* **FLORUS**, apud eundem Guden. tom. 3. pag. 7. in chart. ann. 1302: *Vineam...*

sitam in pertinenciis villæ de Anre, in Floro qui Gyvelhde vulgariter appellatur.

† FLUS, Monetae genus. Vocabular. Lat. Sarrac. apud Benhardum de Breydenbach ad calcem Itiner. Hierosol. pag. 250: Ducatus, Ducat; Denarius, Denar; Medinus, Medin; Tremus, Terem; Flus, Gelt. Forte pro Florenus contracte exaratus.

† FLUSCULUS, κόκκος, Granum. Supplem. Antiquarii. An Flusculus? inquit Martinus in Lexico.

\* Gloss. Gr. Lat.: Κόκκος, bacca, granum, ... Flusculus.

† FLUSTRUM, i. Aqua vel unda crispans, et dicitur a Fluo, fluis. Proprie Flustra sunt maris motus sine tempestate fluctuantes; unde quidam: Vastabant in Flustris, ac si diceret, in salo et in crispantibus aquis, in Catholico Joannis de Janua. Gloss. Latino-Gall. Sangerm.: Flustrum, yauë, crispant, flotant, un-doiant. Festus: Flustra dicuntur, cum in mari fluctus non moventur; quam Græci μαλακίαν vocant. Perott.: A Fluo, Flustrum, quod est flatus maris, cum nullis fluctibus agitatur. Utitur Tertull. De Pallio. Vide Decumanus 2. (\* Fluvius. Carmen quod Alcuino tribuit D. Le Beuf tom. 2. Dissert. pag. 424 :

Hinc castella petes currenti nave per undas,  
Donec ad optata pertingas Flustra Musellæ.

Wahter. in Exposit. voc. MS.

Me regat amplustri Sathanæ per Iurida Flustri.

Ubi Flustri inscriptum Legitz, fluvii.]

\* FLUTA, Piscis genus. Vide infra Plota.

\* FLUVIA, [Fluvius: apud vet. Sisenn. apud Non. 3. 100. Inter duas Fluvias. Id ibid. Transgressus Fluviam, quæ, etc.]

\* FLUVIATUS, [Particip. ab inusit. Fluvio, in partes, quasi in Fluvios, divisus. Plin. 16. 89. 76. n. 1. ex Theophr. Hist. plant. l. 5. c. 2. Communia his (larici, et abieti) pinoque, ut quadripartitos venarum cursus, bifidosque habeant, vel omnino simplices. (Theophr. loc. cit.)]

\* FLUIDUS, [Idem ac Fluidus, apud veteres usitatum ab antiquo præterito Fluii verbi Fluo. Lucret. 2. 463. Sed quod amara vides eadem, quæ Fluvida constant. Id. ibid. 485. Nam quod Fluidum est, a levibus atque rotundis Est. Sylaba ult. dum more veterum non eliditur, sed brevis est ob concursum vocalis in voce sequenti.]

† FLUVIOLA, Parvus fluvius, rivus. Testamentum Eddonis Episc. Argentin. ann. XI. regni Pippini apud Ludov. La-guille in Probat. Hist. Alsac. pag. 16. col. 1: Dominus Wigerinus Episc. monasterium in Nigra-Silva... super Fluvio-la Undussa... edificavit.

† FLUVIUS PARADISI. Sic dicitur Nilus apud Jacobum de Vitriaco lib. 3. Histor. Orient. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 288.

† FLOVUS, apud Rymerum tom. 5. pag. 282. species navigii, eadem, ut puto, quæ Nostris Flûta. Vide locum in Fargea.

† FLUTA. Miracula S. Catharinæ Suevicæ in Actis SS. Martii pag. 525: Proposerunt quoddam flumen transire; quorum unus equum suum una cum mercibus magni ponderis introduxit super instrumentum de lignis fabricatum, vulgariter dictum Fluta, et submersus est cum equo et mercibus. Alii dicunt Flotta. Est autem Flotta vel Fluita, ut recte adnotat Henschenius, connexarum trabium compago, Latine Ratis, Nostris

Train. Etymon idem quod superioris vocis Flota 2.

\* Flota, eodem sensu, in Stat. ann. 1318. tom. 1. Ordin. reg. Franc. pag. 672. art. 23.

† FLUXIBILIS, Fluidus. Irenæus lib. 2. cap. 29: Eliquatio cum Fluxibili materia. [\* Leonard. in Speculo lapid. lib. 1. cap. 1: Sed cum mineralia duplicia sint, aliqua Fluxibilia seu liquefactibilia, et aliqua non: dicimus Fluxibilia seu liquefactibilia, etc. Hinc]

\* 1. FLUXIBILITAS, ibidem: Et multoties tale humidum disproportionatur in Fluxibilitate, licet in quantitate sufficiens sit.

\* 2. FLUXIBILITAS, Volubilitas. Lit. remiss. ann. 1354. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 245: Quadam Fluxibilitate linguæ in verba criminosa lubricè prolantur.

† FLUXILIS, ut Fluxibilis. Tertull. adv. Valentin. cap. 24: Fusile et Fluxile liquoris est qualitas.

† FLUXIPEDUS, Ad pedes usque diffuens. Fluxipedæ vestis, Avieno Aratori Phænom. v. 288.

\* FLUXIS, a Gallico Flux, Fluctus, æstus. Charta ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 324: Unum pontem edificare et construere proponit et affectat pro evitando dampna et multa pericula, quæ de die in diem eveniunt in dicto portu, ratione Fluxium aquarum.

\* FLUXOL. Consuet. Perpin. MSS. cap. 38: Item debent coquere panes flaquerios pro quatuor denariis et uno tortello de Fluxol. Forte, de caseo.

† FLUXURA, Cypriano, idem quod aliis Fluxus, Fluxio.

FLUXUS, Inconstantia. Barthii Glossarium ex Guiberti Hist. Palæst.

† FLUXUS ALBUS, Inordinatum sanguinis albi ac saniosi profuvium, quo mulieres interdum laborant, differtque a menstruo earum fluxu. Miracula B. Simonis de Lipnica, Julii tom. 4. pag. 561: Anna... per duos annos Fluxum album supra modum patiebatur.

\* FLUZEBNIKI, Polonica vox, qua aliquis justitiæ officialis designatur. Stat. Casimiri inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 42: Hoc etiam specialiter declaramus quod officiales vel ministeriales, alias Fluzebniki, nullus nisi palatini instituere et eos judicare... habeant potestatem.

† FLYMA. Vide Fluma.

† FOACIA. Vide Focacia.

\* FOACIS, Placentæ species. Charta ann. 1295. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 47. r.: Item sex Foa-ces, quæ valere debent anno quolibet tres bichetos frumenti. Vide infra Foassis.

1. FOAGIUM, FOCAGIUM, Census, qui exigitur a domino feudali pro singulis focus seu domibus subditorum ac tenentium suorum: χαρηνὸν Scriptoris Byzantini, Theophani pag. 411. Cedreno et Scylitzæ pag. 500. 683. Zonara tom. 3. pag. 100. etc. Vetus Charta in Probat. Hist. Guinensis pag. 378: Item pro quolibet Foco hominum de potestate commorantium apud Laval, 3. den. Paris. Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228: Unusquisque de Foco proprio qui uxoratus est, vel uxoratus fuit aliquando, solvet domino 5. solidos, etc. In Consuet. de la Tour de Vesure in Bitur. art. 8. apud Thomasserium, tenentes debent domino quotannis panem 3. obolor. Turon. et 1. obol. Turon. pour le droit de Fouage. Computum Baillivi Bituricensis ann. 1306: De subventionne Focorum pro exercitu Flandriæ anno 1304. a personis nobilibus, et ignobi-

libus exigi ordinata 751. lib. de Comite Nivernensi, de eadem subventionne pro quinto terræ suæ 1600. lib. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 893. vocibus Herd-gelt, etc.]

Quod igitur pro singulis focus quotannis legitur, Focagium nostri appellant, ut est in Charta Alphonsi Comitiss Pictavensis ann. 1269. vel Foagium, vulgo Fouage, [interdum Fournage.] Forma colligendi census, apud Willel. Tyrium lib. 22. cap. 23: Si vero quatuor selecti, qui ad hoc deputati sunt, cognoverint pro certo, quod alicujus substantia non valeat centum Byzantinos, accipiant super eum Foagium, id est, pro foco Byzantium unum, etc. [Fundatio Monasterii Sarmaciæ Ord. Grandimont. ann. 1192. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 646: Immunes... ab omni pedagio et vendæ, teloneo, passagio, Foagio, vinagio, etc.] Charta Communis Rotomag. ann. 1207: Nullus manens infra muros Rotomagi debet Foagium. Chronicon Rotomagense ann. 1227: Ceperat Foagium de Villeta, quæ est in parochia de Louvers, cum illud Foagium ad se pertineret ratione feodi, quod se ipso tenebat, etc. [Charta ann. 1364. in Camer. Comput. Aquisi: Habet ibi Focagia, quando generaliter imponuntur ad rationem de solidis quinque pro quolibet foco.] Tabularium Andegav. Cameræ Comput. Paris. fol. 57: Quod ipse Dominus Comes exigit et habeat unica vice duntaxat in villa Andegavensi Foagium, videlicet a quolibet foco quatuor solidos unica vice solvendo, pauperibus, locisque ac personis privilegiatis duntaxat exceptis. [Index MS. beneficiorum Ecclesiæ Constantiensis fol. 52: Rector percipit quolibet anno in parochia de Villa-Dei Foagium, videlicet a quolibet parrochianorum dicte ville tres denarios.] Apud Guillelmum Guart. ann. 1206. Philippus Augustus, expugnato Normanniæ Ducatu, incolas rogat, an Normannicis, vel Gallicis Legibus uti velint:

Et respondent entre eus, qu'il veulent  
Tel usage com avoir seulent.  
Li Rois lettres leur en delivre.  
Bien le firent à guise d'yyre,  
Car s'il eussent esté sage,  
Il fussent quittes du Fouage,  
Dont li Rois chascun an les plume.

[Litteræ Ludovici X. Franc. Regis pro Normanniis ann. 1314. apud D. de Lauriere tom. 1. Ordin. Reg. pag. 551: Item, quod Foagium non faciendum levari, nisi quatenus in registro Consuetudinis Normanniæ continetur, usu contrario non obstante. Et pag. 588. in aliis ejusdem Regis Litteris ann. 1315. pro iisdem Normanniis: Item, quod redditus nobis debitos pro dicta pecunia non mutanda, qui in dicto Ducatu Monetagium, aliter Focagium nuncupatur, levari non faciemus, aut etiam aequaliter permittemus levari, nisi quatenus in registro Consuetudinis Normanniæ continetur, usu quocumque contrario in premissis non obstante. Sic autem versio Gallica: Que nous ne ferons lever, ne souffrirons les rentes qui nous sont dues pour ladite monnaie non muer, qui en ladite Duchie est appellé Moneage ou Fouage, estre levée en aucune maniere, si n'est comme, etc.]

FOAGIUM quippe maxime obtinuit in Normanniæ Ducatu, in quo solvi a populis solitum fuit singulis triennii, ut vitaretur frequens monetarum mutatio. Vetus Consuetudo Normanniæ cap. 15: Le monneage est un aide de deniers, qui est due au Duc de Normandie de trois ans en trois ans, afin qu'il ne face chan-

ger la monoye, qui court en Normandie. Infra: Tous les autres, fors ceux que nous avons exceptez, qui tiennent feu et lieu, doivent payer le monneage..... et pour ce souloit-il estre appellé Fouage: car ceux le paient principalement, qui tiennent feu et lieu. [\* Codex Legum Normann. part. 1. cap. 15. § 9. apud Ludewig. in Reliq. Manuscript. tom. 7. pag. 183: Propter hoc solet Focagium nuncupari, quod illi illud principaliter persolvebant, qui Focalem residentiam obtinebant.]

\* Viguit hæc consuetudo eamdem ob causam in ballivia Aurelianensi aliisque, de quibus in Charta Phil. Aug. ann. 1183. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 310: Cujuslibet vero anni tertii collectio, erit pro stabilitate monetæ.

¶ In minori quoque Britannia Focagium exigi consuevisse præter cetera nos docet Instrumentum ann. 1392. apud Lobinellum Hist. Brit. col. 763: Cum super aliquibus contentionibus alias motis inter Ducem Britannicæ et Dominum de Clifonio fuisset apunctuatum per Regem, quod super uno subsidio imponendo communiter in patria Britannicæ solveretur eidem domino de Clifonio summa centorum millium francorum de cuneo Domini Regis, et pro hujusmodi solutione facienda fuisset ex assensu Dominorum dictæ patriæ ordinatum levare unum Focagium de viginti et quinque solidis per singulum focum in dicta patria generaliter, juxta Focagia regulariter hæcenus levata..... Cum ergo conquestus esset dictus D. de Clifonio de defectu solutionis, fuit iterum apunctuatum per D. Regem, quod traderentur aliqui hostagii dicto D. de Clifonio, etc. Erat exhibitus numerus focorum tunc contribuentium in communibus Focagiis, qui ascendebant ad summam 69748. focorum. Et pertinebant illis qui tenebant partem dicti D. de Clifonio 20000. foci et plus.

Quomodo autem apud nostros exigebatur Foagium, discere est ex veteri Charta, quam ex Camera Computor. Parisiensi pridem eruiimus, tum etiam ex Regesto Philippi Augusti Herouvaliano fol. 90: De Foagio Normanniæ: Foagium capiendum est in Normannia in tertio anno, ita videlicet quod duo anni præmittuntur sine Foagio, et in tertio anno capitur de unaquaque villa, secundum hoc, quod villa est. Submonentur quatuor homines, vel sex, vel plures, si opus est, et illi submoniti jurant quod fideliter colligent Foagium de quolibet foco 12. denar. Et si in eadem domo manserint quatuor homines, vel plures, vel pauciores, de quibus unusquisque vivat de suo proprio, et habeat de catello 20. solidos et amplius, dat Foagium. Vidua etiam si habeat de mobili 11. solid. aut amplius, dat Foagium: si non habeat 40. solid. non redditur. De Foagio autem quiti sunt omnes Presbyteri, Diaconi, et Milites, et omnes personæ, quæ habent Ecclesias. Molendinarii etiam et Furnarii Episcoporum, et Abbatum, et Baronum, et omnium Militum, qui deserviunt dominis suis per membrum lorice, quiti sunt. Præterea quilibet Episcopus, et Abbas, et Baro habet 7. servientes quocumque volunt quitos de Foagio. Sciendum est, quod duo ex Juratoribus de singulis villis afferent ad Ballivos Regis Foagium, et habebunt in scriptis nomina eorum, de quibus receperunt Foagium, quæ tradent Ballivis cum Foagio, et illi duo habebunt 12. denar. de quitancia de Foagio suo pro illis afferendis. Illi autem colligent Foagium de hominibus Templariorum et

Hospitaliorum, et similiter afferent ad Ballivos Regis, et per manus Ballivorum reddetur ad Scacarium Templariis et Hospital. Sciendum vero, quod hæc terræ quiti sunt de Foagio, scilicet totum feodum Britolii quicumque illud teneat, et Vallis Moritolii usque ad Pecias, Abbas usque ad Doert Herberti, et tota terra de Passais, et Alenconium et Alenconesium usque ad Pissotum Eraudi, et à Plint, et Bons à Plins, et terra ad ea pertinens, et Castrum de Aumenesche in Ballivia de Argenton. In civitate Lexoviensi capiatur gaagium per manum Episcopi Lexoviensis, et extra civitatem ut alibi capiatur. [Apud D. Brussel tom. 1. de Feudorum usu pag. 212. ubi hæc Charta edita est, pro Foagium constanter habetur Focagium.] [\* Hanc chartam emendatorem propono: De foagio Normanniæ: Foagium capiendum est in Normannia in tertio anno, ita videlicet quod duo anni præmittuntur sine foagio, et in tertio anno capitur: tali autem modo accipitur. De unaquaque villa, secundum hoc, quod villa est, submonentur quatuor homines... et habeat de catello 20. solidos aut amplius, quislibet illorum reddit foagium. Vidua etiam, si habeat de mobili 40. solidos aut amplius, dat foagium; si non habeat 40. solidos, non reddit.... Baro habens servientes, etc.] Vide Novam Consuetud. Normanniæ art. 76. 77. 78. 79. 80. in Assisiis Hieros. MSS. cap. 265. dominus dicitur Foager son sief, cum Foagium a tenentibus suis pro aliqua necessitate exigit. [Vide Fumagium.]

\* Quanquam ad regem pertinere hic census, ab ipso tamen privatis hominibus, etiam ad hæreditatem, aliquando concessum reperimus. Inventar. Chart. reg. ann. 1432. fol. 257: Carta domini Philippi regis concessa dicto Ingeranno de Marigny, pro juribus vulgo dictis tiers, dangers et Fouages, ad hæreditatem perpetuam sibi datis a dicto domino rege in omnibus terris, quas dictus Ingerannus de Marigny habebat et possidebat in tota patria Normanniæ. De anno 1313.

\* Gallice hic census Feu, Foée et Fouée dicitur. Lit. ann. 1394. in Reg. 147. Chartoph. reg. ch. 179: Laquelle maison de nostre receveur est chargie envers nous de six deniers Tournois de rente, appelez Feua. Redit. præposit. Ambian. in Reg. 34. bis part. 1. fol. 91. r. col. 2: In consuetudine, quæ dicitur Foée, xl. sol. Reg. donor. Car. Pulc. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. ad ann. 1336. fol. 139. v.: Une custume qu'on appelle la Fouée le Roy. Pactum inter Car. II. Comit. Prov. et capit. S. Salvat. Aquens. ann. 1292. ex schedis Pr. de Mazaugues: In supradictis autem domibus omnibus, ultra dictos census, dictus dominus rex habet omni anno pro Focagiis, minuto et quolibet loco, vij. denarios. Fouyer, Foagium imponere, in Assis. Hierosol. cap. 273: Les homes sont tenus de Fouyer lor sief un desant par cent. Arréfouage vero appellari existimo foagium, quod secundo solvitur, vel foagii reliqua, in Charta ann. 1322. ex Reg. 61. ch. 119: Les tiers et dangiers de bois, fouages, Arréfouages et tous autres droiz, etc. Unde Arrièrefouagier, Hujus census reliqua exigere. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 126. ch. 58: Comme certains commissaires ayent esté ordenez.... en la viconté d'Orbec, pour Arrièrefouagier les collecteurs, qui avoient cuelli les fouages de l'an quatre vingt, etc.

\* FOCAGIUM, FOCAGIUM, Tributum quodvis, quælibet exactio, præcipue vero vectigal, quod ex lignis ad urbem

adductis percipitur, nostris Feuage, Feugage et Fouée. Lit. Alfonsi comit. Pictav. ann. 1269. in Reg. 11. Chartoph. reg. fol. 143. r.: Erigendo et levando Focagium vel subventionem seu auxilium pro subsidio Terræ sanctæ. Charta Phil. Pulc. ann. 1292. pro locatione præposit. Ambian. ex Reg. donor. Car. Pulc. et Phil. VI. in Cam. Comput. Paris. fol. 142. r.: Omne jus nobis competens.... in Focagiis lignorum per terram et aquam. Libert. Salveter. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 695. art. 5: Liberi ab omnibus impositionibus, subsidiis, talliis ac aliis Focagiis, tam regis quam aliis quibuscumque. Charta ann. 1208. e. Chartul. 23. Corb.: Jou ai vendu et escangié.... toutes les justices que j'avoie à Corbye, les cambaiges, les estallages, les issues des vins, les Fouées, etc. Chartul. ejusd. monast. sign. Ezechiel ad ann. 1421. fol. 103. r.: Livre monsieur de Corbie à Colart le Fevre, dit du Coquet, le cauchié, Fouée et issue de la ville de Corbie, avec le cauchié et Fouée de la rue des prés. Charta Margar. comit. ann. 1274. ex Chartul. 1. Fland. ch. 263. in Cam. Comput. Insul.: No Feuage par tiere et par ewe, nos mairies, nos changes, etc. Alia ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 168: Les rentes que le roy avoit à Puchay.... un pain à Noel, Feugages de ses pores, se il les a.... un boissel d'aveine et demi boissel de bernage, dix œufs, un pain à Noel, le Feugage, etc. Vide Focata.

¶ FOCAGIUM DE LECTIS, in Privilegiis Studentibus Gratianopolitanis ann. 1339. concessis illud dicebatur, quod exsolvi debebat pro lectis Dalphino subministrandis, dum veniebat Gratianopolim. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 412. col. 2. sub finem in laudatis Privilegiis: Item statuimus et ordinamus, quod cum cives dictæ civitatis mutent gratis dictis Scolaribus per terminum certum lectas, durante dicto termino non possint nec debeant dicti cives per Nos et Officiales nostros compelli ad tradendum Focagium de lectis pro aduentu nostro et consortis nostræ, nisi tantum pro camera nostra, vel ipsius nostræ consortis, si ibidem nos contingat adesse.

¶ 2. FOAGIUM, Lignatio, Gall. Chaufrage. Charta Hugonis Ducis Burgundicæ ann. 1255. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 105: Habebunt dicti ea quæ proveniunt ad altaria Ecclesiæ Prioratus ejusdem, et de orto dicti Prioris quantum eis competenter necesse fuerit, et pro Foagio ipsorum usuagium in nemoribus et in riparia ad opus similiter eorumdem. Vide Focale 1.

\* Vel juro capiendi lignum calefaciendo furno accomodum, alias Fouée. Charta ann. 1230. ex Chartul. Campan. fol. 355: Concessimus eidem Theobaldo comiti et hæreditibus ejus imperpetuum quicquid juris habebamus in foresta Berroart, retento tantummodo nobis usuario omnis generis pasturarum et Foagio de nemore mortuo pro pastoribus. Reg. 13. Corb. sign. Habacuc ad ann. 1512. fol. 142: Icelluy preneur aura chacun an pour sa Fouée un journal de bos, prins au bos des fossez. Et vero, Fouée est fascis lignorum seu virgeus, vulgo Fagot; bourrée, in Lit. remiss. ann. 1379. ex Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 141: Deux bastons de courte Fouée, ainsi comme seroient deux bastons de costerés. Fouisson, Dumetum, in aliis ann. 1481. ex Reg. 209. ch. 119: Une garenne garnie de bois et de Fouissons. Vide infra Fouagium 3.

† FOALLIA, Anglis *Fewel*, Quidquid alendo igni inservit. Formul. Anglic. Thomæ Madox pag. 901 : *Notum sit quod ego Willelmus dedi Monachis de Brueria duas turbarias.... ad fodendas turbas, quamdiu eis placuerit ibi fodere... et post hoc dabunt mihi duos solidos annuatim, quamdiu ibi Foalliam fodere voluerint.*

\* Vix credam; ibi enim de licentia nigros cespites, quas Turbas vocant, fodendi agitur: Foallia idem ergo fortassis quod fossio, quo sensu Fouaige dixerunt nostri. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 189. Chartoph. reg. ch. 250 : *Plusieurs pionniers ouvrent de leur mestier de pionnage et Fouaige, etc.* Hinc Foueur, fossor, in Stat. ann. 1850. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 367. art. 164.

† FOASSA, ut Focacia, Processus de Vita S. Yvonis, Mail tom. 4. pag. 555 : *Et detulit tres gastellos seu Foassas involutas toallia.*

\* FOASSIS, ut supra Foacis, Placentæ species. Charta ann. 1852. in Chartul. Rich. abb. S. Germ. Prat. fol. 21. v. : *Cum una droitura, quæ valet anno quolibet unum sestarium ordeï, unum caponem et unam Foassem.* Vide Foassa.

† FOBIA, pro Fovia vel potius Fovea, Fossa, si bene coniecto. Charta ann. 1064. inter Collectanea D. le Fournier : *Sicut ascendit rivus..... per illam Fobiam et transit per medium Palliarols usque in Podium.*

\* Acta Mss. Inquisit. Carcass. ann. 1908. fol. 89. r. : *Duxerunt quemdam bequimum ad podium de Alacio versus Muierum, et ibi spoliaverunt eum et projecerunt in quandam foveam seu Fobiam profundissimam, ita quod postea non fuit visus.* Vide infra Fodia.

† 1. FOCA, *Bos marinus*. Piscis est, quasi Boca dicitur. Focax, Vitulus marinus. Papias MS. Virgilius dixit Phoca hoc significatu.

† 2. FOCA, pro Focus. Vide in Camba 3.

\* 3. FOCA, vel FOCHACH, ut Arabes, est potius factus ex ordeo et aliis rebus. Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

FOCACIA, FOCACIUS. Isidorus lib. 20. Orig. cap. 2 : *Subcinericius, cinere coctus et reversatus, ipse est et Focacius.* Ita etiam Papias, Auctor Mamotrecti, et Matt. Silvaticus, Jo. de Janua : *Placenta, i. libum, Focacia.* [Glossar. Lat. Gall. Sangerman. MSS. : *Focius, Pain cuit en cendre.* Saxon. fo ca.] Johannes Vincencius Metulinus in Notis ad Græcismum : *Acrisimus, panis sine fermento, videlicet Focacia.* Italis Focaccia, apud quos proverbium obtinet, *vender pane per Focaccia*, apud Boccacium Nov. 50. et 78. nostris Fouache, Placenta scilicet quæ ad focum, seu ignem familiare coquitur. Ejusmodi panes subcinericiis Fugacias etiamnum a Bulgaris appellari, auctor est Busbequus in Itinere CP. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 55 : *Et duos panes, et duas Focacias, et 4. capones, etc.* Occurrit ibi pluries.

† FOACIA, Charta anni 1211. ex Archivo Prioratus S. Nicolai de Firmitate Anculphi : *Tres minas avenæ, et duos capones, et duas Foacias, et unum panem nigrum.*

† FOGACA, Arvernus, Fougace vel Foasse. Chartularium Camalariense diocesis Anic. : *Ad Pinos est una appendaria quæ reddit tres chapos cum III. Focacis.* Charta anni 1090. in Appendice

ad Marcam Hispan. col. 1185 : *Nos igitur supradicti, Girardus scilicet Abbas et monachi sibi subjecti, non donamus, sed consentimus prefato Remundo in Perduo, Duran, Bossacel gallina I. Fogaça una et migeria I. de vino, et emina una de civada.*

† FOGACIA, Donatio ann. 1138. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 489 : *Fogacias et Parrales vini et gallos et civatam, quem visus est tenuisse pater tuus et tu in Corbessatis.* Occurrit rursus in Statutis Arelat. MSS. art. 58.

FOGATA, Eadem notione. Tabularium S. Remigii Remensis : *Nativitate Domini et Pascha in venerationibus magistrorum Fog. 3. pullos 4. butticulas plenas vino 2. (dat.) Infra : Ex antiqua consuetudine debet..... Fogat. 4. pullos 6. auga 1.*

FOGAZA, in Tabulario Abb. Conchensis in Ruthenis Ch. 97 : *Similiter et in Kalendis 4. denarios, et una gallina, et duas de Fogazas, similiter et opera.*

\* [Legitur in Cart. Conchar. edito a Desjardins, p. 367, an. 1087 : « Dat census unum multonem et unum agnum et unam Fogazam et duos gallos et II sestarios frumenti. »]

FOGASA, FOGACEUS, Idem. Tabular. Eccl. Cadurcensis : *Habet autem Gaudfredus ille de predicto Hugone 2. gallos et 1. gallinam et 3. denarios, et 2. Fogasas, et 1. sesterium vini in tempore messis.* Alibi : *Et per census singulis annis in Nativitate Domini dabat 1. porcum grandem, et 8. panes, et 8. Fogaceos, et 3. capones.*

† FOGASSA, Provincialibus Fougasse, in Charta ann. 1243 : *Census, obliis panum Fogassarum, et hordei, caponum, etc.*

† FOGUACES, Charta ann. 964. in Append. ad Marcam Hispan. col. 884 : *Pernam unam, et Foguaces duas, et sestarium de civada, et exeminam unam de vino, etc.*

† FOUACES, in Charta Curie Cameracensis. ann. 1240 : *Et insuper esset obligata eisdem Ecclesia supradicta in tribus panibus, qui vulgariter dicuntur Fouaces.* Charta Renaldi Militis de Vaudencort ann. 1243 : *Habebat et possidebat tres Fouaces et tres capones.*

† FOUACHA, Charta ann. 1302. e 2. Chartular. S. Quintini in insula pag. 170 : *Item VI. rasos avenæ, XIII. capones, IX. Fouachas; quælibet Fouacha valoris unius mancaudi bladi solubilis.*

FOACIA, Charta ann. 1056. apud Chiffletium in Tornutio pag. 310 : *In ordeis, in avenis, in denariis, in gallis, (et) Fuciiis.* Alia ann. 1229. in Hist. Episc. Cadurcensis. n. 77 : *De quæsta, de leudis, de Fuacis, de saltibus, de aquis, etc.*

† FUGACIA, Disputatio Catholici cum hæretico Paterno inter Anecd. Marten. tom. 5. col. 1754 : *Superponunt (banco seu mensæ ad Cenam Domini præparatæ) unum bonum scyphum de vino puro, et unam Fugaciam azimam. Postmodum ait ille qui præest astantibus, Rogemus, etc.*

FUGATIA, in Charta ann. 1171. apud Puricellum in Ambrosiana Basilica pag. 929.

† FOGASSERIA, Quæ facit Fogassas, Gall. Fouassiere. Limborch. lib. Sentent. Inquis. Tolos. pag. 72 : *Aportaverunt unum pastillum de piscibus pro eisdem, quem Johanna Fogasseria sibi tradidit.*

† FOGATERIUS, Qui Fogatas coquit,

Gall. Fouassier. Idem Limborch. pag. 107 : *Bertrandus Roerii Fogaterius, etc.*

FOCAGIUM. Vide Foagium 1.

1. FOGALE, Annona lignaria, Juliano Chausfage. Statuta Hospitalis S. Juliani in Anglia : *14. soldati æquibus portionibus pro Focali eorum annali... distribuantur.* Vel jus, quod quis habet percipiendi ligna in silvis ad suum focum. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 779 : *Et in eadem haia 10. carratas clavaturæ, et 10. carratas Focalis recipientibus annuatim per visum servientis mei, etc.* Pag. 608 : *Et sunt ibi spinæ crescentes in Lonedon pro Focali, etc.* Hermannus de Lerbecke in Chron. Comit. Schawenburgens. pag. 38 : *Lignis pro coquina deficientibus, vasa mensalia, puta scutellas, et talia, quot quot inveniebantur, in Noviomago pro Focalibus comburitur. Nolebat enim carbones, seu cespites, quibus utuntur, pro Focalibus in festo suo comburi.* Ita usurpatur tom. 1. Monast. Anglican. pag. 815. tom. 2. pag. 204. 291. 813. tom. 3. pag. 91. Lindwodus : *Focalia, quæ colliguntur de stercore animalium, continentur appellatione lignorum, et sic decimari debent.* Vide Prisa.

2. FOGALE, Focile, igniarium, Danti in Inferno cant. 14. et Italis. Ugutio et Jo. de Janua : *Focalem petram vulgus vocat, quæ ferro percussa scintillam emittit.* Alibi : *Igniarium, Focarium,* Glossar. Lat. Gall. : *Focalis, Le Feuleux, comme pierre qui fait feu.* Guigo II. in Statutis Ord. Cartusienis cap. 38. § 5 : *Ad ignem, Focile, esca, lapis ignitus, ligna, securis.*

† 3. FOGALE, Collare. Vita S. Guillelmi Politiensis, April. tom. 2. pag. 469 : *Quos (pueros) candentibus stolis amictos gemmatisque Focalibus distinctos per aera glomerare... conspexit. A Fauces melius legeretur Faucale.* Laurent. in Amalthea : *Focale, Ligaminis genus ad Fauces, veluti fascia collum ambiens.* Item, Ferrum ignitum, quo crispantur crines.

\* 4. FOGALE, Stipes, caudex. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120 : *Focale, Buche.*

\* 5. FOGALE, Cremathra. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692 : *Focale, Cramillie.*

FOCALIA, Papias, A fuce, i. Oraria, Genera vestimentorum. [Oratia in MS. Bituricensi.] Vide Senecam lib. 3. Natural. Quæst. et Quintilian. lib. 11. et horum Interpret.

\*\* FOCALIS RESIDENTIA. Gall. Fêu et lieu. Vide in Foagium.

† FOCALIUM, ut Focale 1. Th. Madox Formul. Anglic. pag. 27 : *Predictus Abbas et Monachi et successores eorum habebunt turbas sufficientes in predicta mora ad Focalium Fratrum.*

† FOCANEA, Cella in Monasteriis, ubi focus communis est, Gall. Chauffoir. Nova Gall. Christ. coll. 1144. ex Instrumento anni 1461 : *Actum in Focanea Monasterii Sistarici.*

\* Locus omnis, ubi focus accenditur. Charta ann. 1286. in Reg. 4. Armor. gener. pag. 7 : *Actum apud Montemolivum in Focanea domini R. Scoferii jurisperiti.* Focanea, in alia ann. 1357. ibid. pag. 13. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Foaria, Prov. fornax, caminus.*

† FOCAPA, FOECAPA, Genus placentæ. Statuta Capituli Tull. ann. 1497. cap. 16. de Festo et Episcopo Innocentium : *Iur ad domum pastorem... ubi... paraverunt Focapam, vinum, poma, nuces.* Statuta MSS. Petri de Longolio Episc. Autisiod. ann. 1456 : *De Festorum observatione. In quo casu carnifices pro carnibus, piscatores pro piscibus, et bolingerios seu*

pitore pro panibus vendendis atque passillis seu Focacis et hujusmodi flendis, dummodo occasione premissorum a Divinis, præcipue ab auditione Missæ suæ parochialis Ecclesiæ non retrahantur, intelligimus excusandos.

\* **FOGARE**, Incendere, igne devastare. Tract. Ms. de Re Milit. et mach. bellic. cap. 42: *Notandum est sicut est oppidum Focatum et ejus intus domus ardens, statim oportet ipsum oppidum bataliari.* Et cap. 114: *Lucerna ambulatoria in mantelato... ardens stat arcta, et cum ea potest Focari portam seu propugnaculum civitatis.*

1. **FOCARIA**, Ancilla, famula quæ focum curat. Culinaria, 1. Regum, Jurisconsultis, apud Petr. de Vineis lib. 5. Epist. 9. etc. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Focaria, Cuisine, ou concubine.*]

Præsertim vero *Focariæ* appellatæ Presbyterorum et Clericorum concubinae. Gerardus de Schueren in Vocabul.: *Focaria, Eyn huere by den hert, Meretrico focu assidens.* Occurrit hac notione in leg. 8. Cod. de Donat. (8, 53.) in Synodo Sodorensi in Insula Manniæ cap. 5. et 6. in Concilio Eborac. apud Hoved. ann. 1195. apud Matth. Paris ann. 1278. Joannem Sarisber. Epist. 27. Rad. de Diceto ann. 1137. Radulfum in Vita S. Richardi Episc. Cicestr. n. 50. in Statutis Ordinis de *Sempringham* pag. 785. in Concilio Nemociensi ann. 1293. cap. 4. in Constit. Petri Episcopi Ruthenensis Legati Apost. ann. 1312. cap. 40. in Concilio Bituricensi ann. 1336. cap. 10. in Synodo Herbipolensi ann. 1287. cap. 5. Rotomagensi ann. 1299. cap. 1. Bajocensi ann. 1300. cap. 37. Placentino ann. 1293. Concilio Parisiensi ann. 1212. cap. 4. Coloniensi ann. 1260. cap. 1. etc. [\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Focaria, Prestresse.* Vide mox *Focarista.*] [\*\* et Haltaus. Glossar. German. col. 1459. voce *Pfaffen-Dirne.*]

A concubinis videntur distingui *Focariæ* in Statutis MSS. Petri Patriarchæ Jerosol. Ord. Præd. ann. 1337: *In primis dolentes referimus quod nonnulli Sacerdotes aut parochiales ecclesiarum rectores jam duserunt in consuetudinem, imo verius damnabilem corruptelam, tenere continue et publice in domo sua vel aliena Focarias, seu etiam concubinas non solum extraneas, sed etiam, quod dictu quoque nefas est, spirituales quodam incestu filias suas spirituales et penitentiales tali contubernio polluunt et profanant.*

2. **FOCARIA**, Annona lignaria, Gall. *Chauffage*. Charta ann. 950. apud D. Calmet. tom. 1. Hist. Lothar. inter Instr. col. 356: *Forestam nihilominus, quæ dicitur Heis, cum integro banno, eidem loco concedimus in omnes usus cum redditibus suis, id est croada et suffusa quas debent solvere quicumque de adjacentibus exinde voluerit Focariam de mortua sylva habere, et plaustra ad aratra sua, stabula etiam facere.* Est etiam *Focaria* tributum quod pro ligno ad focum penditur. Vide in *Focata*.

3. **FOCARIA**, Focus, Gall. *Foyer*, in Inventario anni 1342. ex Archivo S. Victoris Massil.

4. **FOCARIS PETRA**. Isid. Orig. lib. 16. cap. 4: *Est alius Pyrites vulgaris, quem vivum lapidem appellant, qui ferro vel lapide percussus scintillas emittit... hunc vulgus Focarem Petram vocat.* Ital. *Petra da Fuoro*. [\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7634: *Focaris, pierre à fousil.* Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692: *Focaris, pierre pleine de feu.*]

\* **FOCARISTIA**, Presbyter concubiniarius, qui *Focarias* alit et domi detinet. Inventar. bibl. Bened. XIII. ex Bibl. reg. fol. 96: *Sermo magistri Gerardi Magni ad clerum Trevettensem de Focaristiis.* Vide *Focarius* 1.

1. **FOCARIUM**, Focus, Gall. *Foyer*, Joanni de Janua in *Igniarium*. *Focarius, Locus in quo fit ignis.*

2. **FOCARIUM**, Fossa. Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120: *Focarium, fosse.*

1. **FOCARIUS**, **FOCARISTA**, Presbyter Concubiniarius, qui *Focarias* alit et domi detinet, in Concilio Coprinaciensi can. 25.

**FOCARISTA**, in Vita B. Bonifacii Episc. Lausanensis cap. 2: *Semel fecit sermonem Sacerdotibus Focaristis.* Chronic. Windesem. lib. 2. cap. 96: *Quidam Sacerdos Focarista.* Thom. a Kempis in Vita Gerardi Magni cap. 14: *Contra proprietarios Focaristas certavit.*

2. **FOCARIUS**, Qui focum curabat, inter ministros hospitii Reg. Angl. recensetur, in Libro nig. Scaccarii pag. 355: *Focarius in domo semper comedet, et a festo S. Michaelis usque ad Pascha cotidie quatuor denarios ad ignem.* Occurrit apud Ulpian. Dig. lib. 4. tit. 9. lib. 1. § 5. Joan. vero de Janua, *Focarius, Locus est in quo fit ignis.*

3. **FOCARIUS**, ut *Focacia*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Focarius, pain cuit en cendria.*

**FOCATA**, **FOCARIA**, Tributum, quod præstatur pro ligno, quod ad focum faciendum in urbem adducitur: Gallis *Fouée*. Tabularium Monasterii Corbeiensis: *Quicumque adducunt ligna ut vendant, duas quadrigatas debent nobis et Castellano, et reddunt singulis obolus unus. Et si adduxerint materiam, ut vendant, 6. denarios, etc. si autem postquam materiam vendiderint, ligna adducere coeperint, et vendiderint, reddentur eis 6. denarii, et quadrigatam suam solvent, qui redditus Focata dicitur.* In alio ejusdem Monast. Tabulario: *Chest le maniere coment on culle le cauchie à Fouée de Corbie. Primes toutes carettes carguies de bos non taillié doivent 2. deniers de Fouée, etc.* Similia habet Charta Peagiorum Ambiani vernacula, quæ est Philippi Comitissæ Flandr. et Ambiani: *Qui vent le caretée à un cheval à plusieurs carkie de mairien, et de tout bos, doit 1. denier de la Fouée, etc.* Charta ann. 1274. in Tabular. Episcopat. Ambian.: *Il se volioient efforcier de faire paier chaucée ou Fouées à nos homes de catel.* Aliud sonat *Focæ* in Gloss. Lat. Gall.: *Vicissitudinariis, Qui fait Fouées d'autrui.* Id est, qui operas, quæ a singulis focis exiguntur, pro alio præstat.

[Hinc in Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Vicissim, par Foyer, entrechangement. Vicissitudinariis, Qui fait Fouées d'autrui. Vicissitudo, Exercitation de Foyées d'autrui, alternacio.*] Charta anni 1241. in Probat. Hist. Castillon. pag. 55: *Debent etiam ad clausuram castri et ad ejus reparationem subsidium cum aliis de Castellania scilicet per unum diem singulis septimanis operam unius hominis de quolibet Foco, etc.*

**FOCARIA**, Idem quod *Focata*, in Charta apud Meurissium in Episc. Metens. pag. 137: *Quicumque de adjacentibus exinde voluerit Focariam de mortua sylva habere. Tabularium Ecclesiæ Ambian.: Quicumque debet 12. denarios de vinagio, unam Focariam persolvit.* [Et alio in loco: *Homines vero tam de Veterivilla quam de Nova debent Canonis pro Focaria de singulis equis quatuor denarios.*]

\* **FOCATIUM**, Census, qui pro singulis focis seu domibus penditur, idem quod *Foagium* 1. Codex reg. 4189. fol. 10. r.: *Forma litterarum quæ mittitur predictis super Focaticum.* Vide infra *Focularis*.

1. **FOCATIUM VINUM**, Decima vini, quæ a singulis focis præstatur. Charta Othonis Reg. ann. 952. apud D. Calmet. inter Probat. Hist. Lothar. tom. 1. col. 362: *Dedimus... decimam partem vini ex mansis ad nostram kameram pertinentibus, quod vinum Focaticum vocamus.*

2. **FOCATIUS**, εσχαπίος. Gloss. Lat. Gr. Vide *Focacia*.

3. **FOCAX**. Vide *Foca* 1.

4. **FOCAGIUM**. Vide supra in *Foagium* 1.

\* **FOCITATIO**, pro *Oscitatio*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Focitatio, badalh, Provinc.*

1. **FOCHUS**, Lemniscus, minus vexillum, Ital. *Fiocco*, Gall. *Banderolle*. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 366: *Navis una deaurata cum rotis quatuor et Fochis et banneriis et aliis operagiis.*

2. **FOCHUS**, Familia, domus, in Stat. Astæ collat. 4. cap. 1. pag. 16. r. pro *Focus*. Vide in hac voce.

3. **FOCI**. Charta Guidonis Abb. S. Germani Autissiod. ann. 1296. data die *Sabbathi ante Focos*, id est, ut conjecto, ante *brandones*. Transactio ann. 1274. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 107: *Pro his autem sic concordatis nos tenemur pro qualibet vacante præbenda solvere dictis Religiosis... centum et decem solidos Tur. annis singulis, quibus ipsam præbendam vel præbendas vacare contigerit, ad Focos cujuslibet anni.* [\* Necrol. Ms. eccl. Senon.: *Quarto Kal. Augusti, obiit Mathildis comitissa Nivernensis, in cujus anniversario distribuimus decem libras Turon. percipiendas in censa Autissiodorensi in crastino Focorum, antequam fiat hoc anniversarium.* Vide supra *Dies focorum in Dies 7.*] et *Brandones*.

4. **FOCICHALTA**. Pactus Leg. Salicæ tit. 2. § 7. edit. Eccardi: *Si quis scrovam cum porcellis furaverit, malb. Focichalta, in dcc. den. qui factunt sol. xvii. culpabilis judicetur.* Ubi Eccardus legendum censet *Focichalta* vel *Folcchalta*, quo *Mulcta furatæ scrofæ* cum porcellis exprimitur. *Foc* enim ea notione usurpatum a Germanis testatur idem Vir eruditus.

5. **FOCIA**. Vide infra *Foeya*.

\* **FOCILARE**. Vide infra *Foculare* 3.

1. **FOCILE**. *Fridericus II.* lib. 1. de Arte venandi cap. 33: *Huic vero ossi colligantur duo Focilia cruris, quæ sunt in alis; sunt autem duo Focilia cruris, ut si unum pateretur, reliquum remaneat sanum, etc.* Infra: *Hæc autem duo Focilia, quæ nos dicimus constituere crus, quibusdam appellantur Coxa, etc.* Vide *Focale* 2. et *Esca*.

\* *Focile* etiam dicitur *Os brachii*, ita *Focile majus* et *minus*, Cubitus et radius appellantur. *Consule Lexic. medic. Hujus appellationis rationem, videsis apud Th. Hyde de Relig. Persar. pag. 333. Hæc post D. Falconet.*

2. **FOCILE**, *Gallice, Fauniers, ubi ligna desiccantur.* Glossar. Lat. Gall. ann. 1343. ex Cod. reg. 4120.

3. **FOCILLARES**, *Domus*, Papiæ. [Non male in MS. Bituric.: *Foci, lares, Domus dicuntur.*] Vide *Foculare*.

4. **FOCIRE**. Supplementum Antiquarii: *Focio, φοκίρω, Adesco, Allicio.* In Glossis MSS. Sangerman. habetur *Fotio*. Forte melius, *Faucire, a Fauce.*

5. **FOCIS**, Italis *Foce*, Senensibus *Fauci*, ex Lat. *Fauces. Sboccatura della canna*



della gola in bocca, Academicis Cruscanis: Ostium fluvii aut cufjusvis rivuli. Leo Ost. lib. 1. Chr. Casin. cap. 14: *Concessit... portum Trajectensem... necnon et totam piscariam de civitate Lesina, una cum Foca sua.* Ubi quidam Codd. habent *Fauce*. Lib. 3. cap. 58. (al. 59): *Reddit B. Benedicto fluvium Lauri, cum tota piscaria sua, et ipsam Focem S. Benedicti cum tota piscaria, et calatoribus suis, etc.* Sanutus lib. 1. part. 1. cap. 6. ostia Nili Foces pariter non semel vocat. Vide Ughellum tom. 1. Ital. sacr. pag. 68. 186. Sandovallium in Idacio pag. 292. Antonium de Yezep tom. 4. Chron. Ordin. S. Benedicti pag. 47. verso, Anton. Brandaon. tom. 3. Monarch. Lusitan. fol. 294. v. [Concil. Hisp. tom. 3. pag. 175. col. 2.]

† **FOCO**, Caminus, locus ubi ignis accenditur, Massil. *Fougon*, Hispan. *Fogon*, nostris *Fourneau*. Statuta Massil. lib. 1. cap. 35: *Sane in hoc numero placias illas non computent, quæ ab antennis, anchoris, et Focone necessario pluries occupantur.* Vide *Fogus*.

† **FOCOLARE**, pro *Foculare*. Radulfus de Gestis Friderici I. Imper. apud Murator. tom. 6. col. 1189: *Ut unusquisque in anno solveret pro manso sodos tres imperialium, pro jugo boum imperiales XXVI. pro Focolari denarios CXII.* Alibi habet, *Foculare*.

**FOCOSITAS**. Gesta Consulium Andegav. cap. 3. n. 3: *In graves infirmitates cadens, videlicet Focositatem, phthisim, et hydrophthisim, etc.* Idem quod calor vehementis. Italis, *Focosio*, ardens, *Focosamente*, ardentem.

1. **FOCULARE**, Idem quod *Focus*, Locus ubi ignis asservatur vel domus ipsa, Italis *Foculare*, nostris *Foyer*. Gloss. Saxon. *Elfrici: Foculare*, Eor. Quæ vox terram et solum, sonat. Aliud Glossarium Saxon. Cottonianum: *fyregearvunga, Focularia*, Somnero, *Fomes combustibilis*. Lex Longob. lib. 1. tit. 19. § 2. [Roth. 147.]: *Si quis focum super novem pedes a Foculare portaverit, et damnum ex ipso Foco sibi aut alteri factum fuerit, etc.* Adde Edictum Rotharis Regis Longob. tit. 54. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Siciliae cap. 85: *En tel maniere, que por la contumace de l'université por la determination de chascun Focular, demi Augustaire soit baillé à nostre cort.* Charta Urbani II. PP. apud Baronium ann. 1092. n. 14: *Cum iuribus, angariis, pensionibus solutis tam ratione terrarum, quam pro quolibet Foculari ipsorum locorum, etc.* [Occurrit pluries in Gregorii Monachi Chronico Farfensi apud Muratorium tom. 2. part. 2. col. 440. 451. 458. et in Gestis Friderici I. Imperat. apud eund. Murator. tom. 6. col. 1190. etc.] Papias, ex Isidoro: *Foculares, domus dicuntur.* Vide *Focillares*.

† **FOCULARE SE**, Ad focum caleferi, Gallice *Se chauuffer*. Vita B. Ugonis de Lacerta, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1145: *Huic vero erat ædicula tam pauper, tamque angusta, quod ex pennulis juniperi aliorumque humilium arbustorum, collo quidem suo delatis, in ipso ostiolo prope limen Se Foculare.* Supplem. Antiq.: *Foculat*, *ἑστραπέτης*, *Adu-latur*.

† 2. **FOCULARE**, Eadem notione, qua *Focus*, ut videtur, Gall. *Froc*, unde forte melius legeretur *Foculare*. Statuta Synod. Bertrandi de Turre Episcopi Tull. ann. 1359. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 860: *Circa vero abdicationem, castitatem... silentium, cibos et vestimenta, lectoria, Focularia et capucia....*

*sic se Religiosi studeant cooptare, quod, etc.*

\* 3. **FOCULARE**, *Nourrir vel referere. Foculare, idem.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

\* 4. **FOCULARE**, Germ. *Blasbalg, Focher*, Follis, in vocabul. Germ. Latin. ann. 1482. ADEL.

\* **FOCULARIUS**, Qui *focum* seu domum habitat. Constit. Miss. Caroli reg. Sicil.: *Si quidem locus ipse habebit mille vel plures Focularios, centum. Si vero plura quam quingenta usque ad mille habuerit domicilia, quinquaginta.* Codex reg. 4189. fol. 10. v.: *Mandamus quatenus... scyndicum vestrum... mittere debeatis ad solvendum nobis Romanæ ecclesiæ lxxiv. libras... in quibus eidem Romanæ ecclesiæ nomine Faculariorum tenemini.* Leg. *Foculariorum*, ut infra fol. 26. v. Vide *Foculare* 1.

**FOCUS**, Focus, ignis. Capitulare de Villis cap. 27: *Casæ nostræ indesinenter Foca et wactas habeant, ita ut salvæ sint.*

† **FOCUM** et **FOCUS**, Incendium. Chron. Parmense ad ann. 1245. apud Murator. tom. 9. col. 769: *Fuit Focus de S. Salvatore die Sabbati Sancti, ex quo multæ domus fuerunt arse.* Et ad ann. 1282. col. 801: *Et illa eadem nocte alia Foca in civitate Parmæ fuerunt, licet parva; ex quo maximus timor fuit.*

**FOCUS**, Ignis, unde nostrum *Feu*: contra Latinis id dicitur, in quo ignis servatur. *Focum facere*, ignem excitare, apud Anonymum de Re architectonica cap. 3. Flodoardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 17: *Ad ipsum calefacere se cepit ignem: Semper inquietus, est bonus Focus.* Anonymus de Miraculis S. Benedicti cap. 27: *Viderant ignem accendi: vulgus reliquum expergefatum terrificam illam vocem cum horribili ululatu concrepabat: Ad Focum, videlicet, Ad Focum.* [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 605: *Et singuli clamantes ad Focum, ad Focum, ipsam domum volebant comburere.*] Galli dicunt: *Au Feu, au Feu.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 139: *Et in bosco ejusdem villæ, quod necesse eis fuerit domibus et sepibus suis reficiendis, et ad Focum faciendum.* Adde Legem Alemann. tit. 65. § 5. tit. 81. § 1. Legem Bajwar. tit. 3. cap. 4. Legem Longob. lib. 1. tit. 19. § 2. 3. Edictum Rotharis tit. 54. § 5. 6. [Rothar. 147. 148.] [Vide *Foci*.]

\* Lit. ann. 1836. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 320: *Clamando et alta voce dicendo, à Foc, à Foc, etc.* Hinc nostri *Fouyer* appellant certam venandi rationem, quæ cum igne fit. Lit. remiss. ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1218: *Les supplians oyrent sonner une sonnette à Fouyer; parquoy supposèrent que c'estoient gens qui chassoient au Fouyer les perdrix, qui est chose défendue de par nous.*

† **FOCUS**, Ferrum calidum, in Lege Alemann. tit. 65. § 5: *Si manum transpuxerit, ita ut Focus non intret ad coquendum venas vel sanguinem stagnandum, solidum unum et semis componat.*

**FOCUS**, Familia, domus. Sculus Flaccus de Condit. agror.: *Quoniam, ut sepe invenimus sepe uni Foco territoria complurium acceptarum attribuantur.* [Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. f. 72. col. 2: *Sunt ibi Foci inter ingenuiles et lidiles cxxiii. qui solvunt de spelta mod. cxxiii.*] [\* Plura vide apud Guerard. in Indice.] [Regest. 87. Chartophylacii regii: *Isti non faciunt Focos, quia juvenes, et morantur cum eorum parentibus.*] Ita etiam usurpat Scriptores Latini aliquot. Vide *Claudium Expillium* Orat. 81. pag.

371. [\* *Loca ignium sive Foci*, in Charta ann. 1329. tom. 2. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab Hontheim pag. 113. col. 2.] [\* Germ. *Feuerstette*. Vide Haltaus. Glossar. German. voc. *Feuer*, col. 457. et *Herd*, col. 892. *Hospicium ad ignem*, in Inquest. ann. 1257. art. 3. in Registr. *Olim* tom. 1. pag. 10. edit. Beugnot.]

**TENENTES FOCUM et Locum**, *Cubantes et Levantes in justitia N. etc.* In Charta ann. 1291. in Tabulario Ecclesiæ Autisiod. fol. 456: *Tenir feu et lieu*, in vet. Consuetud. Normann. cap. 15. *Tenir Feu, pot, et domicile permanent*, in Consuet. Camerac. tit. 6. art. 2. *Avoir maison, et tenir Feu*, in Consuetud. Burbon. cap. 36. *Focum aut tectum hospiti negare, vel tradere*, in Lege Burgund. tit. 38. § 1. 9. Vide *Focagium*.

**FACERE FOCUM ALICUBI**. Curia Gener. Catalanæ ann. 1291: *Quod aliquis homo qui teneat mansum, vel pernadam, vel bordam, et Faciat Focum inibi, non possit se facere hominem alterius, sine licentia domini sui. Faire feu vif et residence sur une heritage*, in Consuetudine Marchensi art. 144. 145. 164. 175. Plautus Aulularia:

Nam si ignis vivet, tu extinguere extemplo.

Vide *Ignis*.

\* **FOCUS VIVUS**, *Tenere focum vivum, faire feu vif et residence*, in Consuet. Marchensi art. 144. dicitur de iis, qui alicujus domini territorio sedem habent stabilem. Reg. feud. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 24. r.: *Nec idem tenet ab alio aliquid, nec tenetur in aliquo deverio, exceptis duabus concatis terræ, quas tenet ab Amanevo de Moysiaco, sub quibus debet tenere Focum vivum. Focum seu ignem in domibus suis atentes*, in Charta ann. 1254. ex Chartul. Bosonis-vil. Vide *Residentes*. Hinc *focum* extra domum portare usus erat forensis, cum aliquem ex sententia judicis domo deturbabant. Vide supra *Dissagire*.

**FOCOS DIVIDERE** dicuntur, *conditionales*, seu servituti ruralis obnoxii, cum qui prius unum *focum*, seu familiam conficiebant, duos aut plures ex consensu mutuo, vel pacto, conficiunt. Charta Joan. D. Castriwillani ann. 1279. in Tabulario Cluniac.: *Item quidquid juris habebat in hominibus suis, qui Focos suos dividunt.* Consuetudo Marchensis art. 153: *Entre hommes tenans heritages serfs ou mortuables, le chanteau part le villain: c'est à dire, que quand deux ou plusieurs desdits hommes, parens ou autres, qui paravant estoient communs, font pain separé par maniere de declaration de vouloir partir leurs meubles, ils sont tenus et réputez divis et separez quant aux meubles, acquets, noms, detes et actions.* Adde Consuetud. Arvernensem cap. 27. art. 7.

\* **FACERE VIVAM GUERRAM** *desanguine et FOCO*, Phrasis Gallica, *Faire la guerre à feu et à sang*, Ferro et incendio bellum gerere. Charta ann. 1243. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 1571: *Tenantur sub debito juramenti facere vivam guerram de sanguine et Foco omnibus Kasnetis et de predatoribus maris, et specialiter omnibus Jaderinis.*

\* **FOCUS**, Gall. *Foyer*, Medicis, Pars corporis, cui causa morbi insidet. Ant. Lobettus de *Foco putredinis in febribus intermittibus*. Ita D. Falconet.

\* **FOCUSUS**, *Tincto*, in Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **FOD**, **FOT**, **FUD**, **FUTT**, Matrix, vulva, Celtis. Lex Runic. Olai Wormii pag. 37.

Belgis *Fotte*. Ita Schilter. in Gloss. Teuton.

\* **FODAGIUM**, ut supra *Foagium* 1. et *Focagium*. Charta Simon. Montisf. ann. 1212. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 56: *Ab omni exactione, tolta, quæsta, leuda, Fodagio liberi sint et immunes*. Ita quoque legitur in Cod. Bibl. reg. 8407. 2. 2. fol. 24. v.

† **FODDERCORN**, Jus fodrum seu pabulum equorum exigendi, vel ipsa pecuniaria præstatio pro eodem jure. Charta ann. 1281. tom. 1. Monast. Angl. pag. 297: *Necnon reditus qui dicuntur hidagium et Foddercorn, una cum sectis liberorum hominum... in perpetuum Abbatibus (S. Edmundi) designentur*.

\* **FODERA**, Pellitium, quo vestis ornatur, Gall. *Fourrure*, Ital. *Fodera*. Inventar. Ms. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam Foderam de grisitis pro guarnichis. Item quatuor Foderas pro capuciis de afflaturis*. Vide *Foderatura*.

**FODERARE**. Vide *Fodrum*.

† **FODERATURA**. Vide *Foderatura*.

**FODERATUS**, Pellitus, Italis *Foderato*, Gall. *Fourré*. M. Robertus de Sorbona in Serm. de Conscientia: *Supertunicale... strictum sine manicis, de vario Foderatum*. Nicolaus IV. PP. in Epist. apud Odoricum Rainaldum ann. 1278. num. 79: *Referant cappas nigras de segia simplices, vel, si voluerint, Foderatas a cingulo, vel circa ex parte anteriori, fixas interius et apertas*. Cæsarius lib. 8. cap. 59: *Cum esset frigus, et ille se algera simularet, Gerardus cappam suam Foderatam, qua se tegetet iens cubitum, transmisit*. Ericus Upsallensis lib. 1. Hist. Suecicæ: *Illic bestæ nobilium pellium vellere tectæ, sunt in magna multitudine et copia, quarum pelles pro Foderatura aptissimæ*. *Foderatura*, in Concilio Tolet. ann. 1346. [Schramb. in Chron. Mellicensi pag. 359. col. 2: *Oportebit ut non utantur camisea linea, sed lanea tantum, nec bambasio vel joppa, neque pileo Foderato cum pellibus*.] Vide *Furratus*. Vox porro orta, ni fallor, a *fodero*, seu *fodro*: qui enim ad *fodrum*, seu pabulationem proficiscebantur, inde redibant rebus omnibus instructi ac onerati, dicebanturque esse bene *foderati*, *Bien Fourrez*: quod postea traductum est ad pelles, quibus onerantur vestes et instruuntur. Loccenius a Sueco-Germanico *Foder*, ortam vult.

† **FODERMALT**, *Fodrum*, Gallice *Feurre*, *Foarre*, et *Foarre*. Charta Roberti Frisii Comitis Flandriæ pro Ecclesia S. Petri Casletii ann. 1085. apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 1187: *Ita ut villæ ejusdem minister ministerium a Præposito et fratribus teneat, et eorum tantum præceptis obediatur, et totum Foderfalt de Hersela et apud Guermeholt viginti duos fodros et dimidium*.

**FODERUM**. Vide *Fodrum*.

† **FODESORIUM**. Vide *Fossorium*.

† **FODHERA**. Vide *Fodra plumbi*.

\* **FODIA**, FODIATA, Cuniculus, fossa, Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 102: *Fiat caverna subterranea; si fodi potest; quæ Fodia transeat sub flumine civitatem circumdante usque ad montem civitatis*. Reg. episc. Nivern. ann. 1287: *Clausus de granquis et clausus de Robot fodiuntur pro pro vij<sup>xx</sup>*. *Fodiatis*. Vide *Fodia*.

**FODIO**, *Bidens*, in Gloss. Arabico-Lat.

**FODITA**, Fossa, seu vivarium piscium in fossa. Speculum Saxonicum lib. 2. art. 28. § 2: *In piscaturis vero, Foditis, seu stagnis, si quis piscaverit, etc.*

\* **FODITARE**, *Fodere*; *Fodicare* dixit Cicero. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Foyre, Prov. fodere, fossare, Foditare*. Hinc vocis *Fouille* origo, qua Ligonis species designatur, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 159. Chartoph. reg. ch. 310: *Jehannin Hanneon ala férir un cop d'un baston ferré, nommé Fouille de sauge, parmi le corps Jehannin Simonin. Un baston ferré, appellé Fuelles de sauge, in Lit. remiss. ann. 1399. ex Reg. 154. ch. 449. Feuille de sauge, in aliis ann. 1406. ex Reg. 160. ch. 266. Feuille de sauge, in Lit. ann. 1410. ex Reg. 164. ch. 379. quod vocabulo etiam nunc utimur; minus apte tamen, si a *Foditare* vel *Fodere* accersendum est.*

\* **FODITIO**, *Fodina*, Gall. *Mine*. Charta Caroli IV. Imper. ann. 1355. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1349: *Concedimus omnia et singula castra, civitates, loca, ... cum... auri et argenti Foditionibus, silvis, etc.*

\* **FODIUM**, pro *Fodrum*. Vide in hac voce Lit. Caroli IV. imper. ann. 1354. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 1595: *Omnia alia jura, jurisdictiones omnes, titulos, fasces, dignitates, Fodia, regalia, vectigalia, pedagia, thelonea, etc.*

\* **FODO**. [Pro *fodio*, is, dixere veteres. *Festus*. Hinc *effodo*, as, legunt alii apud *Plaut. Capt.* 3. 5. 66. octonos lapides alii effodant. Al. *effodint* pro *effoderint*.]

† **FODORUS**, *Vagina*, Gall. *Fourreau*, Italis *Fodro*. Testam. Ermenegaudi Comit. Urgellensis ann. 1010. in Append. ad Marcam Hispan. col. 978: *Ad sancta Maria in Anicio ipsa mea spada cum auro et ipso Fodoro de auro et rengas cum ipsa fibula de auro*. Vide *Posticium* ubi *Fodorus* pro *Portula* occurrit.

\* **2. FODORUS**, *Fodrum*, Quidquid præbebatur ad victum militum, vel equorum. Præcept. Lothar. I. imper. ann. 838. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 978: *Nec ab eis mansionaticus aut Fodorus penitus accipere vel exigere præsumant*.

† **1. FODRA PLUMBI**, *Massa plumbea*, quæ Gallice dicitur *Navette*, vel *Saumon*; hujus pondus est trecentarum librarum; illius vero centum quinquaginta aut sexaginta. Charta Henrici IV. Regis Angliæ ann. 1409. apud Rymer. tom. 8. pag. 605: *Sciatis... quod concessimus et licentiam dedimus eidem consorti nostræ quod ipsa sex Fodras plumbi... in navibus curare, et Fodras illas versus partes Britannicæ, absque custuma seu subsidio... traducere possit, carissimo filio suo Duci Britannicæ, pro copertura cujusdam mensuagii sui in partibus illis, liberandas*. Idem occurrit in Charta Eduardi IV. Regis Angliæ ann. 1475. apud eundem Rymer. tom. 12. pag. 7. Literæ anni 1405. apud eundem. tom. 8. pag. 393: *Mandamus vobis, quod quatuor Fodheras ad opus carissimi Fratris nostri Regis Portugallicæ infra regnum nostrum Angliæ emptas... absque custuma seu subsidio... duci et caritari permittatis*. Aliæ anni 1443. apud eundem tom. 11. pag. 83: *Ducenas Fodras plumbi*.

† **2. Fodra**, *Vestis duplicata*, Italis *Fodera*. Acta S. Bertrandi tom. 1. Junii pag. 789: *Duabus tunicis, una Fodra, contempta pellicia, etiam cruditate frigoribus perseverante, nivium tempore et pluviarum, addito simplici pallio, corpus suum tegebat*.

\* Idem quod supra *Fodera*. Stat. Placent. lib. 6. fol. 80 v: *Et si fuerit sine Fodra seu desfodratu, ij. sol. et vj. den. De qualibet Fodra seu mantello, etc. in Stat. datiar. Ripen. fol. 4. r.*

† **FODRARIUS**. Vide in *Fodrum*.

**FODRATURA**, Pellitium, quo vestis ornatur, Gallice *Fourrure*, in Concilio Constantiensi ann. 1418. sess. 36. [Statuta Eccl. Andegav. ann. 1423. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 528: *Prohibemus quæque in et sub penis tam a jure quam ab homine... pretiosiores tunicas et vestes seu Foderaturas quam quæ statui suo congruant, habere et deferre*. Vita B. Maris Oigniaccensis tom. 4. Junii pag. 648: *Tunicam laneam albam, cum ejusdem coloris simplici pallio, absque pellium conjunctione vel aliqua Foderatura pro indumento habebat*. Ordinatio Humberti II. de vestimentis ejus hospitiæ tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 315: *Valleti officiorum hospitiæ nostri induantur... de una malacota cum capucio sine Foderatura*.] Vide *Foderatus* et *Foratura*.

† **FODRATUS**, Idem quod *Foderatus*. Ordinatio Humberti II. de vestimentis ejus hospitiæ tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 315: *Induantur Capellani nostri de raubis scutiferorum... de una malacota Fodrata cumri agnello, et mantello duplicis panni... Et corsetum sit Fodratum de sendato*.

\* **FODRIARIUS**, Qui *fodrum* exigit vel tollit. Chartul. S. Sergii ch. 201. apud Menag. in Hist. Sabol. pag. 354: *Gaufredus de Bellomonte, qui mandatum comitis Fodriarii detulit, non ulterius fodrum requirerent de cimiterio S. Martini*. Vide in *Fodrum*.

**FODRIUM**. Vide *Fodrum*.

**FODRUM**, **FODERUM**, **FODRIUM**, [Gall.: *Fourrages*, *Ustencilles*, *Etapes*.] Ita Scriptores inferioris ætatis appellarunt annonam militarem, uti hæc vox definitur in Vita Lud. Pii ann. 796. seu quæ præbebantur ad victum militum, vel equorum, ut stramentum et palea, cui inde apud nos *Feurre* appellatio mansit. [Ordinat. Johannis Franc. Regis ann. 1355. tom. 3. Ordinat. pag. 58: *Nos maîtres d'Ostel pour nous pourront hors bonnes villes, faire prendre... Feurres, se ils les trouvent battuz, et fens (foins) pour la nécessité de nos hostieus pour la journée*. Hinc nata proverbialia: *Un seigneur de paille ou Feurre, mange un vassal d'acier*. *Faire à Dieu gerbe de Feurre*] ex Germanico *Futter*, pabulum equorum, ut quidam volunt. [\* Vide Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 379.] Generatim significat, quod hisce verbis recensetur in Charta Heriberti Viromandorum Comitis ann. 1076. apud Hemeræum: *De crevi et districte præcepti, ne quis amodo successorum meorum sub obtentu Advocacionis vel domini dictam Abbatiam audeat perturbare, non pastum, non annonam, nec etiam stramentum aut paleam de cunctis ejus possessionibus auferre*. Quæ quidem omnia unicum *fodri* nomen comprehendunt: quod pro quavis exactione, atque adeo non pro equorum duntaxat, sed et pro ipsorum militum annonis vel etiam victu, seu, ut tum loquebantur, *procuracionibus* ac prandiis passim usurpari constat. [Capitul. 5. Caroli M. cap. 2: *De negotio super omnia præcipiendum est, ut nullus audeat in nocte negotiare in vasa aurea et argentea, mancipia, gemmas, caballos, animalia, excepto vivanda et Fodro, quod iter agentibus necessaria sunt*.] Diploma Friderici II. Imp. ann. 1213. apud Goldastum in Constit. Imperial.: *De mandato summi Pontificis recipimus procuraciones sive Fodrum ab ipsis*. Charta Umberti Maurianensis Comitis apud Guichenonum in Hist. Sabaud. pag. 27: *Liberum quidem et absolutum a Fodro et omni censura*. Hæc porro restituenda videtur vox apud Gregorium VII. PP.

lib. 9. Epist. 11. de Henrico Imp. : *Quod fieri minime credimus, quoniam nec etiam Fodrum ab his, per quos transitum habet, habere potest. Ubi edit. Focum. Charta Henrici Imp. ann. 1045. in Bullario Casinensi tom. 2. pag. 81 : Ad publicam exacturam, vel aliquem reditum, quæ vocant Fodrum, etc. Otto Frisingensis lib. 2. de Gestis Friderici cap. 12 : Mos enim antiquis ex quo Imperium Romanum ad Francos derivatum est ad nostra usque deductus tempora, ut quotienscumque Reges Italiam ingredi destinaverint, gnaros quoslibet de familiaribus suis præmittant, qui singulas civitates seu oppida peragrando, ea, quæ ad fiscum regalem spectant, quæ ab accolis Fodrum dicuntur, exquirant. Adde cap. 28. et Radevicum lib. 4. cap. 10. Guntherus lib. 8. Ligur. : Id quoque, quod Fodrum vulgari nomine dicunt. Apud Baron. ann. 1159. De Dominicalibus Apostolici non esse Fodrum colligendum, nisi tempore suscipiendæ coronæ. Fodrum tollere, in Charta ann. 1014. tom. 10. Spicileg. pag. 637. [in Decreto Ottonis III. pro Monaster. Farsensi ann. 1001. apud Murator. tom. 2. art. 2. col. 494. et in Gestis Friderici I. auctore Radulpho apud eundem tom. 6. col. 1182. Le Feurrel in Ordin. Gallica anni. 1320. apud D. de Lauriere tom. 2. pag. 579.] La forse, in Charta ann. 1222. apud Perardum in Burgundicis pag. 327. [Hinc Parisiaca platea vulgo dicta, Ruedu Foaerre, alias du Feurre; in Instrumentis vero Latino-Barbaris, Vicus straminum. Cur autem sic dicta fuerit docet Menagius in Etymolog. Gallic. Vide Froyrage et Froyre suis locis.]*

\* Vim vocis accurate explicat Charta ann. 1027. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 54. col. 501 : Dicebat Adalberto dux, quod... ex parte ipsius ducatus Fodrum et angarias, seu publicum servicium in panem et vinum, carnes et annonam, et alias angarias et functiones publicas sibi dare deberent.

FODRUM COMMUNE, quod ab omnibus Imperatori præstatur, in Charta Friderici II. Imp. anni 1220. apud Ughellum tom. 2. pag. 28. Idem et

FODRUM REGALE, in Charta Friderici I. apud eundem Ughellum part. 2. tom. 1. pag. 112 : Fodrum enim Regale, quod nobis inde debetur, exhiberi stauimus. In aña ejusdem Imp. ann. 1164 : Excepto nostro Imperiali Fodro. Alia ejusdem Imp. ann. 1159. in Hist. Bergomensis tom. 3. pag. 461 : Ipsi autem de nullo Fodro alicui respondeant, nisi soli Imperatori, vel ejus certis Legatis. Occurrit hæc vox sæpe apud Scriptores, in Legibus Longob. lib. 3. tit. 8. § 4. [\*\* Conrad. I.] in Chron. Fossænovæ ann. 1186. 1208. 1209. apud Hincmarum in Capitul. Archidiaconis datis cap. 1. et 6. Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 29. in Bullario Casin. tom. 1. pag. 22. apud Hieron. Rubeum in Hist. Ravenn. pag. 355. in Epist. Martini IV. PP. tom. 5. Hist. Franc. pag. 880. apud Ottonem Morenam pag. 24. tom. 5. Ughelli pag. 1105. 1106. 1111. etc.

FODRUM RUSTICALE, in Chron. Astensi apud Murator. tom. 11. col. 148 : Homines prædictarum villarum, sunt homines communitatis Astensis, solvendo Fodrum Rusticale semel in anno.

FODRUM, Idem quod Fodrum. Vita Ludovici Pii ann. 796 : Quibus prudentissime ordinatis, inhiuit a plebeis ulterius annonas militares, quas vulgo Fodrum vocant, dari. Charta Fulconis Comit. Andegav. ann. 1033 : Dedi itaque illi Ecclesiæ (S. Nicolai)... scilicet vicariam, Foderum, omnesque consuetudines, quas

terra reddere solet. Alia Alterius Fulconis ann. 1092 : Foderum omnium terrarum suarum quitum, etc. [Nicolaus de Jamsilla de Gestis Friderici II. apud Murator. tom. 8. col. 575 : Congregata enim magna multitudine armatorum, equitum et peditum, multoque Fodero pro exercitu tam in rebus victui hominum et equorum necessariis, quam etiam in diversis speciebus medicinalibus pro infirmis... ad civitatem Syponi profectus est.]

¶ FORIUM, Eodem significatu. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 72 : Scilicet vicariam et bannum et Forium et theloneum et pasnagium.

FOTRUM, in Charta Caroli Crassi Regis apud Puricellum in Monumentis Ambrosianæ Basilicæ pag. 231. 232.

FODRIUM, Eadem notione. Charta Goffridi Comit. Andegav. pro Ecclesia S. Laudi : Cum omni honore et etiam cum Fodrio meo, et cum vinagiorum vinearum, etc. Alia ejusdem Gaufredi pro Ecclesia S. Nicolai : Perdono... Fodrium quoque ipsum, quod scilicet in talibus relaxationibus alias mihi retinere soleo. Charta Joannis Regis Fr. ann. 1351. pro eodem Monasterio S. Laudi : Cum omni honore, et cum Fodrio meo, et cum vinagio. Tabularium S. Albini Andegav. : Reddit duos sextarios frumenti de frumentario, unum sextarium de Forre, 12. denarios de friscengagio, etc. Vide Galliam Christ. Sammarth. in Episcop. Andegav. n. 45.

¶ FRODUM, pro Fodrum. Tabular. Majoris-monasterii : Prædictus W. et hæredes sui concesserunt Monachis decimam omnium Frodorum de Calvign. stramine ejusdem decimæ et aliarum quas Monachi habent in eadem parochia sibi retento. Occurrit rursus apud Muratorum tom. 1. part. 2. pag. 177. col. 2.

FODERARE, Fodrum exigere. Bulla Benedicti IX. ann. 1033 : Nec mansiones eorum hospitari, vel invadere, vel Foderare præsumat. Est etiam prædari, Fournager, a fodro, Aller au Fournage. Chron. Fossænovæ, ann. 1194 : Campaniam applicavit, et eam totam Foderavit.

FORRARE, Eadem notione. Matthæus Paris ann. 1242 : Quidam de Francis discurrerant, emolumentis victualium intendentes, quod vulgariter Forrari dicitur. Forrari, Knyghtoni ann. 1355. Fournier, apud Wilharduinum, Froissart. 2. vol. cap. 96. Monstrelletum, in Chron. Flan. dria vernac. cap. 17. etc. Aller en Fuerre, vel en Feurre, apud nostros. Le Roman de Garin :

Alés en Fuerre, s'il vost plaist, le matin :

Infra :

En Fuerre en est alés dans Anberis.

Guillelmus Guiart :

Pour ceus grever, qui vont en Feurre.

Idem ann. 1034 :

Par les chans volentiers s'espandent.  
Volentiers d'aler en Feurre,  
L'un tient une espée sans feurre, etc.

Rursus :

Car cil, qui sont en Feurre alé, etc.

FODRARI, qui ad fodrum exigendum, vel tollendum pergunt ; nostris Fourniers. Hincmarus Remensis Opusc. 5 : De coercendis militum rapinis : Et mitte homines secundum consuetudinem prædecessorum vestrorum, qui in longius pergant propter Fodrarios, et curam de pace accipiant. Le Roman de Parise la Duchesse :

Antoine a veu pardevant le Forrier,  
Qu'il amoine vitaille, et d'avoir sort chargiez.

FORIARI, Prædatores militares, apud Thomam Walsinghamum pag. 404. Adalbodus de Gestis. S. Henrici Imp. pag. 440 : Exercitus autem ille æstimabatur 11500. esse virorum : de Theutonibus viæ erant 500, et hi partim per Fodrum divisi, partim ad vias custodiendas transmissi. Le Roman d'Auberi :

Par li pais corroient li Forrier.

Guillelmus Guiart :

Li Fourrier la contrée esprenent,  
Bestail proient et chastiaus prenent.

Idem ann. 1304 :

Et li Fourrier à l'ost retourment,  
Qui pour leur gaing se confortent,  
Li un armeures aportent, etc.

Le Roman de Garin :

Li Fourrier cuerent par le pais.

Alibi :

Li Fourriers viennent, qui gastent le pais.

Adde Chron. Flandr. cap. 17. etc. Ab ejusmodi Fodrariis, seu Fodri exactoribus, appellati apud nos Fourniers, seu mansionarii, qui domos magnatibus in urbibus parant : ex eo, quod Imperator, cum maxime in Italiam pergeret, fodrarios suos præmitteret, qui mansiones et victum militibus, et stramenta equis pararent, quæ omnia ab incolis subministrabantur. Idque Prendre lodgis per Forrées, appellatur in Fortis Beneharn. tit. 1. art. 18.

¶ FORRARI, Epist. Johannis de Montesolio apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1400 : Frumentarios autem quos Forrarios vocant, non de Sacerdotibus aut Confessoribus vel Medicis curare ; sed de his qui possunt vicem rependere sollicitari solent.

FORATORES, Idem qui Fodrarii. Auctor Fletæ lib. 2. cap. 4. § 3. ait, Marescalli forinseci officium esse, singulis noctibus in crepusculo insidias assidere, et in aurora eas levare, et exercitu vigilato, cum Foratoribus vexillo explicato singulis diebus ire in protectionem. Hinc Marescallos ad fodrum dirigere, in Capitulis Caroli C. tit. 12. cap. 13. et tit. 27. Forratores apud Guillelmum de Nangiaco in S. Ludovico ann. 1242.

¶ FORRARI, Eadem notione, in Hist. Fundat. Monaster. Cælestinorum Suesion. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 611 : Quin etiam quod Forrarii vel provisores sui, necne quicumque alii non granum, non vinum, non pullos, aut fœnum, sive quidpiam... capiant.

¶ FORERII, Eodem significatu. Privileg. Johannis Reg. Franc. ann. 1360. tom. 3. Ordin. pag. 479 : Concedimus eisdem (Judæis) quod nulli Magistri hospiciorum nostrorum, municionum nostrorum, equitatores, captores, Forerii, aut alii Officiarii nostri... bona aliqua mobilia dictorum Judeorum vel Judearum, ubicumque existantia capiant.

¶ FORRERIUS, Dignitas etiam in Curia Dalphini Viennensis. Conventiones D. Dalphini cum Agouto de Baucio tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 384 : Sitque unus ex dictis scutiferis Forrerius, et alius Magister escuderie, seu marescalie suæ. Hujus dignitatis munera explicantur in Ordin. Officiorum domus Dalphin. ann. 1340. ibid. pag. 395 : Item, ordinamus unum Magistrum Forrerium ad salariam quindecim florenorum auri per annum, et habeat duos equos, ut supra, etc. Item,

Magister Forrerius supradictus habere in scriptis studeat a Magistro Hospitiū nostri vel thesaurariis, omnia nomina personarum de nostro hospitiū retentiarum, et cum continget, nos ad aliquas partes accedere, nostrum principaliter procuret Hospitiū, quod lectis, et lignis et palleis munit, sicut decet. Item subsequenter designet et eligat alia Hospitiū pro nostris gentibus et familiaribus secundum conditionem, qualitatem et decentiam personarum. Vide Foraria 1.

FORAGARE, Stramine seu foragio instruere. Fleta lib. 2. cap. 86: *Averia brumali tempore... calide beneque custodiantur et Foragantur.*

FORAGINARE, Prædari: Gall. *Fourragier*. Lambertus Ardensis pag. 258: *Eandem villam... Foraginando, deprædando, modum excedendo devastavit.*

FORAGIUM, FORRAGIUM, ex Gallico *Forage*, Stramen, pabulum egorum, *Fodrum*, vel etiam *Farrago*. [Charta Ricardi Episc. Ambian. ann. 1206. ex Tabulario Compend. : *Quicquid sibi competere dicebat in grangia quam habet Compendiensis Ecclesia apud Atin, videlicet paleam, Foragium, hautonem, procurationem, etc. Et in alia ann. 1244. ex eodem Tabul. : Noveritis quod Arnulphus Major de Herces et uxor ejus recognoverunt se vendidisse Abbati et Conventui Compendiensi totum carionem... omnes fabas cum Foragiis dicatorum leguminum sive triturationa sint sive non... retentis sive videlicet dicto Majori ac hæredibus suis aliis vacuis Foragiis frumenti, siliginis, avenæ, ordeis et securioni quæ ad dictam grangiam venient. Tabular. S. Nicolai Andegav. : *Ego Fulco de Candelo Priori de Candelo dedi quamdam consuetudinem quam habebam in terra de Misoteria, scilicet Forragium fœni et avenæ talleiam.*] Nicol. Trivettus in Chr. ann. 1301: *Multos equos perdiderunt propter Foragii defectum.* Eadem habet Thomas Walsingham. pag. 85. Adde Knyghton pag. 2449. et Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 10. [*Forage* apud Th. Blount. in Nomolex. Anglic. : *Et le dit John trovera au dit Nichol herbe et feyn et Forage pour un hakeney et deux vaches.*]*

FORRAGIUM, apud Will. Thorn. in Charta Henrici III. Regis Angliæ sumitur pro *Fodro*, id est, jure exigendi pabulum pro equis. [Vide *Foddercorn*.]

FOURRAGIUM, Stramen triturationum. Charta ann. 1262. ex Chartul. S. Martini Pontisar. : *Aalsia de Tilleio de parochia de Cleri impedimentum faciebat, quominus Religiosi S. Martini Pontisar. stramina et Fourragia garbarum bladi, avenæ, ordeis, fabarum, pisorum, et vechiarum ad alia loca possent transferre.* Instrum. ann. 1303. e Tabul. Corbeiensi: *Ob hoc dictus major et sui prædecessores habuerint et receperint vacua Fourragia.*

FURAGIUM, FURRAGIUM, Idem quod *Foragium*. Charta Henrici IV. Regis Angl. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 22: *Ne Furagium capiatur ubicunque in Comitatu Canciæ ad equos sustentandos in Castello Dover.* [Tabul. Calense pag. 153: *Totam dominationem totamque decimam... possidebit, his exceptis, scilicet tota decima vini cum medietate leguminum, et cum toto Furragio.*] Vide *Farrago*.

Vocis *Fodrum* etymon a Saxonico *fodre*, i. pabulum, alimentum, accersunt Spelmannus et Somnerus: quæ quidem sententia longe videtur vero similior, quam ea, quæ proditur in Judicatio MS. Judicis Papiensis ann. 1378:

*Fodrum secundum etymologiam potest dici Fodrum, id est, foris seu foras datum, ex quo videtur, quod dicti Comites non teneantur solvere Fodrum de eorum bonis, id est, non compellantur dare foras de eorum bonis id, quod ab invito extorqueri consuevit, etc. Vide Oct. Ferrar. in Orig. Ital.*

\* FODRUMBANNUM, FODRYBANNUM, Exactio, quæ publico banno seu edicto indicitur. Stat. Vercell. lib. 3. pag. 49. rº: *Statutum est quod omnia Fodrabanna et condemnationes imposita et facta, et quæ de cætero fient et imponentur per commune Vercellarum... scribi debeant per notarios, etc. Charta Caroli IV. imper. ann. 1358. tom. 1. Cod. Ital. diplom. col. 2125: *Cum redditibus, fructibus, teloniis, pedagiis, Fodrybannis, et aliis attentis.**

\* FODRUS, Vagina, Ital. *Fodro* et *Fodero*, Gall. *Fourreau*. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 856: *Fecit sibi largiri ipsi domino Guilielmo... spatam unam cum Fodro velluti rubei, et fulcimat de argento laureato. Fourre, eodem sensu, in Stat. ann. 1390. inter Consuet. Genoves. Mss. fol. 2. vº: *Item nultz fourbeur ne peut, ne ne doit faire Fourre à espée de bazanne.* Lit. remiss. ann. 1380. in Stat. 118. Chartoph. reg. ch. 100: *Iceland feures demanderent à certains compaignons... se il avoient point trouvé un fourreau d'espée; lesquelz respondirent par maniere de moquerie qu'il n'avoit saint en paradis, se l'en l'appelloit Fourrel, qu'il ne s'en courroucast. Vim convicii non intellego: nisi res turpissima significetur. Vide infra *Forellus* et *Forulus*.**

† FODRUS, Fasciculus paleæ. Vide *Fodermalt*.

† FOECAPA. Vide *Focapa*.

FOECUNDIA, Fœcunditas; in Glossis Arabico-Lat.

FOECUNDIGES, Partes steriles glebæ, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013.

† FOECUNDIS, pro *Fœcundus*. Rhythmicus versus de eversione Monasterii Glonnensis apud Mabill. tom. 2. Annal. Benedict. pag. 753:

Olim plus Rex Carolus  
Magnus ac potentissimus  
Fecit hunc locum devotus  
Pro Beati virtutibus,  
Terris datis Fœcundibus  
Auxit honorem largius.

Ubi pro *Fœcundibus* legendum *Fœcundibus* ex Cod. MS. ejusd. Monasterii.

FOECUNDITAS, Liberorum numerus, in Leg. 105. Cod. Th. de Decurion. (12, 1.) *Fœcunditatis privilegium*, pro jure liberorum, in leg. 8. eod. Cod. de Bonis proscript. (9, 42.)

\* FOEDATIO. [Macula: Sordes. (SYMM.)]

\* FOEDERAMEN, In unum confusio. Virgil. Grammat. pag. 42: *Quidam turpe putantes si utrumque verbum integrum scribant. Foederamen scribendi hoc moderantur modo, dicentes vincinco, et in præterito vicici, etc.*

\* FEDERARE, pro *Foderare*, *Fodrum* exigere. Dipl. Otton. IV. imper. ann. 1209. apud Lamium in Delic. erudit. inter notas ad Chron. imperat. Leon. Urbevet. pag. 209: *Pisani, et qui in eodem dicticru sunt, a nulla persona debeant Foederari, neque hospitari.* Vide in *Fodrum*.

FOEDERATI, generatim dicti et barbaris populis, qui Romanis merebant: unde a *Militibus*, qui proprie Romani sunt, distinguuntur in Novella Valentimiani de Reddito jure armor. *Magister militum Sigisvultus tam militum, quam Foedera-*

*torum tuitionem urbibus ac littoribus non desinet ordinare.* Adde Julianum Antecess. cap. 387. Procop. lib. 1. Vandal. cap. 11. qui præterea *Fœderatorum* meminit cap. 19. et lib. 3. Goth. cap. 31. 38. Harmenopolium lib. 4. tit. 12. etc. Maxime vero Gothi, qui a Constantino M. primum conducti, inde nomen *Fœderatorum* sortiti sunt. Jornandes de Rebus Geticis, de Gothis, pag. 102: *Qui fœdere inito cum Imperatore (Constantino) 40. suorum millia illi in solatia contra gentes varias obtulere, quorum et numerus, et militia usque in præsens in republica nominantur, id est, Fœderati.* Infra: *Militiaque, illa dudum sub Constantino Principe Fœderatorum renovata, et ipsi dicti sunt Fœderati.* Gothorum *Fœderatorum* præterea meminit pag. 112. 115. ut Sidon. lib. 1. Epist. 8. lib. 2. Epist. 13. Procopius lib. 1. Vandal. cap. 11. 19. lib. 4. Goth. cap. 5. Olympiodorum apud Photium pag. 179. Malchus in Eclog. de Legat. Glossæ Basil. et Suidas v. *Φοιδεράτωρ*, etc. His qui præerat, Comes *Fœderatorum* dictus, de qua dignitate, supra egimus.

† FOEDERATICUM, φοιδερατικόν, Stipendium *Fœderatorum* in Novellis Justiniani.

† FOEDERATIO, Fœdus, societas, apud Ludewig. tom. 5. Reliq. MSS. pag. 406. Vox nota Jurisconsultis.

† FOEDERATUS, Pellitius. Statuta Ord. Cisterc. ann. 1427. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1577: *Inhibet generale Capitulum... ne de cetero per villas et loca judicum tam Ecclesiasticorum quam Secularium, sine cucullis vel cappis incendant, quodque birretas postquam vel itinerando tunicas curtas, et Fœderatas atque seissas ante et retro... studeant penitus amovere.* Vide *Foderatus*.

† FOEDIGULA, Genus tormentorum, in Glossis Sangerm. n. 501.

\* FOEDIFRAGUS, [qui fœdera frangit. Cic. 1. Offic. 12. Pœni Fœdifragi, crudelis Annibal.]

\* FOEDIMENTUM, perperam pro *Fœdimentum*. Charta ann. 1273. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 339: *Salvis ei hæresibus et Fœdimentis, quæ ibi habet.* Vide in *Faida*.

† FOEDRIUM, f. Villosa pellis, Gall. *Fourrure*. Ital. *Fodera*. Charta anni 1424. inter Schedas D. le Fournier: *Vasa argentea, jocalia auri et argenti seu perlarum, raubas et Fœdria, etc.*

\* Gremium, ventrale, vestium tegmen potius intelligendum esse me monuit illustr. Pr. de Mazaugues. Vide supra *Faуда*.

FOEDUS, pro *Fœditas*, in leg. 47. D. de Ritu nupt. (23, 2.)

† FOEMELLA, apud Rymerum tom. 2. pag. 308. pro *Femella*: quod vide.

† FOENAGIUM, Vide *Fenagium*.

† FOENATOR, Vide *Fenator*.

† FOENERARIUS, Fenerator. Permutatio ann. 1315. Hist. Dalph. tom. 1. pag. 31. col. 2: *Item volumus et consentimus, quod ipsi liberi... possint habere et tenere Lombardos et Judeos, Fœnerarios et alios, et quod nos et nostri non possimus aliquid petere seu exigere ab eisdem.* Utitur etiam Firmicus. Vide *Usurarius*.

† FOENEUS, Sterilis, desertus. Dicitur de fundo apud Jacobum Gothofredum ad Cod. Theod. tom. 2. pag. 136.

† FOENIGATUS, a Græco φοινίξ, Palma arbor, et color ruber. Dicitur de spadice, equo punice coloris. Vide *Bagus*.

† FOENILE, FOENISCIUM. Vide *Fenile*.

† FOERIUM, Idem videtur quod *Fodrum* supra, Annona quævis. Capitula

Caroli Calvi ann. 857. tit. 24. § 2: *Sanctimoniales, viduas, orphani, et pauperes nullo modo opprimantur; et res illorum, tam in frugibus quam in pratis, necnon etiam in eorum Foerio a nullo per rapinam deprædentur.*

**FOESA.** Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 906: *Sezaginta solidos in Foesa forestæ, et decimam molendinorum ipsius. [An forestæ cæsi, ab Angl. Fell, Gall. Coupe.]* [\* Vide infra Foeya.]

\* **FOESUM**, f. pro *Foefum*, feudum, pluries in Charta Henr. I. reg. Angl. ann. circ. 1130. ubi semel etiam *Foesum*, inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 129. et 130. Vide in *Feudum*.

† **FETA**, Ovis, Gall. *Brebis*, Provincialibus *Fedo*. Charta ann. 1097. in Chartul. Aptensi fol. 34: *Dabo per quadium ipsum vasculum plenum vino puro ad prædictum opus, et Fetas tres et capras duas, etc.* [\* Vide Feta.]

† **FÆTENTES.** Anonymus de Gestis Manfredi et Conradi Regum apud Murator. tom. 8. col. 616: *Factum est itaque, quod dum prælibatus Vicarius prope Schiaccam magnum Siculorum exercitum, congregasset, et illorum potissime, qui vocati in partibus illis vexilla ferebant, appellati vulgari linguositate Fætetes, fidem Regis Caroli profiteri viderentur.*

\* **FÆTIDO**, [fætidium reddo. *Plaut. Merc. 3. 3. 13.* Jejuniatibus plenus animam *Fætidas*. Ita legit *Non. 4. 2.* ubi potius legendum videtur: Jejuniatibus plenus, anima *Fætida*. Alii vero minus recte: Jam plenus ætatis, animaque *Fætida*.]

† **FÆTUNTICETA**, Loca fætida. Hermod. Barbari in 2. de Anima: *Naribus Fætunticeta quibus insuere non obolent.* Lexic. Philos. Goclenii. Vide *Fætutina*.

\*\* **FÆTURATUS**, Gestatus in utero, apud Tertull. adv. Valentin. cap. 25.

**FÆTUTINA**, Fætorum colluvies, apud Apuleium in Apologia: *In Fætutinis et olentibus suis jaceat.* [\* Vide Forcellin.]

\* **FOUARE**, a veteri Gallico, *Fouer*, Quærneo pulvere coria inficere, quod in fossa id fiat, sic dictum: nam, ut supra observavi in voce *Foallia*, *Fouage*, nostris idem quod fossio, et *Foueur*, quod fossor. Arest. ann. 1354. 9. Aug. in vol. 4. arestor. parlam. Paris.: *Quod dicti tagnatores coria, per alios empta, ... tagnare pro justo pretio tenebuntur, coriaque sua bene et utiliter tagnata et Foæata vendere tenebuntur.* Stat. ann. 1370. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 315: *Fust... ordené par arrest yceulx tanneurs estre tenus des lors en avant de vendre leurs cuirs bien et profitablement Fouez; lequels Fouage, etc.* Leg. *Fouage*. Vide infra *Foagium 2.*

\* **FOEYA**, Lignatio, nostris alias *Fouée*, seu lignorum vectura. Libert. Domini-med. ann. 1246. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 698. art. 41: *Quæque carruca debet adducere ad Natale unam Foeyam, et ramniculi arborum debent eis remanere.* In aliis Lit. iis similibus pro Bernardivilla minus bene legitur, *Focia*. Vide supra *Foagium 2.*

† **FOGACA**, FOGAGUS, FOGACIA. Vide *Focacia*.

\* **FOGACGIUM**, ut supra *Foagium 1.* Libert. villæ de Viridi-fol. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 277. art. 3: *Liberi et immunes ab omni præstatione Fogaçgii, subsidii, gabellæ et impositionis cuscumque, etc.*

\* **FOGACIA**, Idem videtur quod *Foagium 1.* Gramen secundum; vel quod mox *Fogeria*, Locus flicæ abundans. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Dixit quod semel vel bis ipse*

*dedit vinum pastoribus hominum de Arelate, ut facerent oves suas jacere in terra sua et in Fogaçias.* Alia notione, vide in *Focacia*.

1. **FOGAGIUM**, Gramen, quod æstate non depascitur, et quod spoliatis jam pratis, hiemali tempore succrescit. *Leges Forestarum Scotie.* cap. 16: *Si gramen, Regis in foresta locatur pro Fogaçio, scilicet a festo O. SS. usque ad festum Petri in Quadragesima, unumquodque animal solvet pro Fogaçio 4. denarios, et unaqueque juvenca 2. denarios.*

† 2. **FOGAGIUM**, ut *Focagium*, Tributum pro focis exactum. *Creatio Magni Consilii Dalphinalis* ann. 1336. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 44: *Primus Consiliarius tam de impositione Fogaçiorum, quam omnibus aliis gestis tempore nostri regiminis usque nunc, de quibus esset rationabiliter restitutio faciendâ... onus habeat. Saisimentum Comitatus Tolosæ apud la Faille tom. 1. Annal. Tolos. pag. 4. Instrum.: Senescallus audiatur... de justitiis et foriscapiis, de intragiis, de acapitibus... et de Fogaçii et de donis. Ordin. Humberti Dalphini inter Ordin. Reg. Franc. tom. 3. pag. 275: *Unum abolum bonæ monetæ censuale, quod Fogaçium communiter nuncupatur et nuncupari consuevit.* Vide *Foagium* et *Fogus*.*

\* **FOGAIGIUM**, ut *Fogaçium 2.* Census ex singulis focis debitus. Libert. de Salvit. ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 386. art. 4: *Habitatores prædicti... a Fogaçio, cabargio, subventionibus et alia exactione quacumque... erunt quitti.* Vide supra *Foagium 1.*

† **FOGAINA**, Culina, a *Focus*, sic dicta. Charta Hugonis de Baucio pro Hospitali Hierusalem ann. 1215: *Actum est hoc in castro de Trencatalia juxta puteum et Fogaçiam.*

\* **FOGANEÆ**, Vide supra *Focaneæ*.

**FOGASA**, *Fogasseria*, *Fogata*, *Fogaterius*, *Fogaza*. Vide *Focacia*.

\* **FOGASCIA**, Placentæ species. Charta ann. 1257. in Reg. S. Ludov. ex Chartoph. reg. fol. 26. vº: *Item duas Fogaçias, quæ valent duos denarios.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Fogassa, Prov. placentæ.*

† **FOGERARE**, Humum rostro fodere; quod de porcis, cum terram rostro versant, dicitur. Charta Droconis de Meloto Locharum Domini ann. 1234. ex Chartulario Bauges.: *Porci dactorum hominum dictum nemus intrare poterunt... vero Fogerare non poterunt.* *Fouger*, in Consuetud. Nivern. tit. 15. art. 6. et 8.

\* **FOGERIA**, Filix, Gall. *Fougere*. Charta ann. 1200. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Usuarium suum habent in omnibus nemoribus meis, videlicet nemus ad ædificia construenda, et mortuum ad arandum, et pascua ad animalia omnia et pecudes, et glandes et Fogeriam.* Vide supra *Feugeria*.

† 1. **FOGIA**, FOGIUS, Præcipitium, vel fossa, gurgis, vorago. Charta Friderici II. Imp. ann. 1229. apud Rochum Pirrum tom. 2. Notitiæ Siciliæ pag. 640: *Et ducere... conductum (aquis) in alias terras in gurgam suam propter Fogiam magni fluminis Lentini.* Synodus Compostel. ann. 1114. can. 15: *Lupos exagitantes persequantur, et eis præcipitia, quod vulgus Fogios vocat, præparent.* [\* Cloaca lacuna. Ital. *Fogna*.]

\* 2. **FOGIA**, Modus, ratio, Ital. *Foggia*. Annal. Mediol. ad ann. 1368. apud Murat. tom. 16. Script. Ital. col. 738: *Præfatus dominus comes cum xxx. militibus*

*et xxx. scutiferis, omnibus ad similem Fogiam, super magnis destrertis, etc.*

\* **FOGLA**, Ital. *Foglia*, nude dicitur *Mori folium*, bombycibus nutriendis idoneum. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 32: *Quicumque emit vallaniam, sive Foglam, aut semen lini, solvat quatuor imperiales de modio, præter illos, quibus remissum est.* Vide infra *Folia 3.*

\* **FOGUACERIA**, Consuet. Perpin. MSS.: *Item possunt habere duas Foguaceries de lena et duas de lari ad vendendos (f. coquendos) panes cum voluerint.* Academ. Hispan.: *Fogata, fuego hecho de lena, que levanta llama.*

† **FOGUGES**, Genus placentæ. Vide in *Focacia*.

† 1. **FOGUS**, pro *Focus*. Charta Bernardi Abb. S. Severi Russitani ann. 1297. apud Stephanotium tom. 1. Antiquit. Benedict. in Vasconia MSS. pag. 684: *Habitatores de S. Severo promittunt et concedunt omnes et singuli, obligando se in perpetuum dare et solvere dicto domino nostro Regi et ejus mandato vi. denarios Turon. annuatim pro Fogaçio de quolibet homine Fogum faciente.* Vide *Foco*.

\* 2. **FOGUS**, *Boulet*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **FOICIA**, pro *Fortia*, Munitio. Charta Bernardi Atonis ann. 1189: *Mito in pignore totum castrum de Lupiano... cum... feodis, fevalibus, Foiciis, munitio-nibus, etc.*

\* **FOILLIATA**, Casa ex foliis et ramis arborum facta, ubi gregum custodes habitant. Libert. villæ de Alavardo ann. 1337: *Item statim quod nullus sit ausus facere Foilliatas nemorum in mandamento Alavardi, absque licentia consulum vel sindicorum.* Unde rami cum foliis, *Feuillios* nuncupantur, in Lit. remiss. ann. 1405. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 35: *Lesquelz compagnons doivent porter et mettre icelles branches et Feuillios de May devant les hostels où demouroient icelles jeunes filles.* Hinc etiam *Feilliee* dicitur ejusmodi ramusculorum congeries. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 124. ch. 347: *Quant ladite fille fu dedenz la maison, ledit Colin la print et la geta sur une Feilliee de fagos qui là estoit.* *Feuville* et *Fuille*, eodem sensu, in Charta ann. 1263. ex Chartul. sign. Decanus S. Petri Insul. fol. 112. vº: *Et si doit (le fourrier) porter... de cascun le paste au four à sen propre cost, et aporter le Fuille de cascun au four, etc.* Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul.: *S'il voet, il puet aporter se Feuville au four.* Ita et *Feillier* usurpatur, in Lit. remiss. ann. 1482. ex Reg. 207. ch. 340: *Ainsi que le suppliant et ses freres s'en alloient porter leur Feuilliers pour pescher en leur eaves mortes.*

\* Neque aliunde accersenda vocis Gallicæ *Feuillars* origo, qua prædones quidam, quod ramusculo foliato caput insignirent, vel quod laterent in silvis, designantur, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. ch. 65: *Lesquels archiers et autres ont esté et sont Feuillars, et tenu toujours le party à nous contraire.* Aliæ ann. 1479. ibid. ch. 315: *Le suppliant voyant que les Feuillars font plusieurs maux et pilleries sur le pais feignant estre de notre ordonnance, etc.* Rursum ch. 702: *Pour dobie des Bourgoignons et Feuillars, etc.* *Foillars*, in Lit. ann. 1478. ex Reg. 205. ch. 476. *Idem Galans de la Feuilliee* nuncupantur. Lit. remiss. ann. 1471. ex Reg. 197. ch. 157: *Les supplians pources gens de labour, pour obvier aux*

entrepris de nos adversaires, se sont mis sus en armes avec autres, que communément on appelloit les Galans de la feuille. Aliæ ann. 1472. ibid. ch. 359: *Lequel de la Vigne esté mal renommé, veu qu'il avoit esté Galant de feuillée.* Vide infra *Gualdus* et *Tuchinus*.

**FOINESUM.** Vide *Fannatio*.

\* **FOINI**, Pelles mustelinæ, a Gall. *Fouinet* mustela. Stat. datiar. Riper. fol. 4. rº: *De qualibet fodra seu mantello lardellorum, zibellorum, Foinorum, etc.*

† **FOIR**, FOIRE, Idem, ut opinor, quod supra *Fodrum*. Chartul. Aurellense fol. 51: *Petrus de Petra Bufferia dedit Deo et S. Johanni bordariam pro anima sua, totum scilicet, id est, expleit, vinata, capons, Foir, et totum servitium.* Tabular. Vosiense fol. 37: *Mansus de la Boarta vinata vi. den. in Martio, et i. popadam, et i. gallinam, et Foire expletum.* Et fol. 45. verso: *Ad Natale x. Foire.* Sæpius occurrit in eod. Tabulario. Vide *Froire*.

\* **FOIRRAGIUM**, Supellex. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 248. col. 1: *Solvi Martina familiari dominæ comitissæ de Tristamera, quia redierat de Montepessulano cum litiij. animalibus mulinis captis in Nemauso, pro portando apud Montepessulanum Foirragium dictæ dominæ comitissæ, quando recesserat de Nemauso cum gentibus suis.* Vide infra *Frodium*.

† **FOISATERA** TERRÆ, Modus agri, jugerum, arpennis, Massiliensibus *Fouche-rée*, nostris *Journel*. Tabular. S. Victoris Massil.: *Dedit duodecim Foisateras terræ quorum pars erit in garratiis.* [\* Vide *Fossoriata*.]

† **FOLA**, Pullus, Saxon. Gloss. Ælfrici: *Poledrus*, Fola. Glossæ Florent. MSS.: *Poledrus, id est, juvenis equus, Folo.* Germani *Fole* dicunt, a *Folgen*, sequi. Vide *Folgare*.

\* **FOLADOYRA**, Vestis, ut videtur, pellicio ornata et munita. Inventar. MS. ann. 1379: *Item duæ Foladoyræ.*

† **FOLAGIUM**, f. Præstatio quæ ex flore farinæ, vulgo *Fole farine*, exigitur. Charta anni. 1299. ex Archivo Majoris-Monasterii: *Cum contentio verteretur super quadam augmentatione Folagii molendinorum, etc.*

\* Molitura, ipsa molendi actio, simul et pensitatio, quam a vassallis exigit dominus pro frumenti molitura in molendinis suis; *Folere* enim dixerunt, pro *Molere*. Vide infra *Foulagium*.

† **FOLARE** FENUM, accumulare, a Gall. *Fouler*, Calcare, quod fenum coacervandum quodammodo calcetur, ut major copia possit in horreo contineri. Polyp-tych. Fiscamn. ann. 1285: *Idem tenet unum bordagium, unde reddit XVIII. denarios, duas gallinas, et XX. ova, et debet Folare fena in tasso.* *Folare* racemos vide infra in *Marchus*.

\* **FOLARE** PANNOS, Eos stipare, polire, dealbare, Gall. *Fouler*. Arest. ann. 1299. in Reg. *Olim* parlam. Paris. fol. 99. vº: *Cum inter textores et fullones Parisienses esset discordia, super eo quod dicti fullones volebant pannos, quos Folabant, portare ad novas polias extra muros Paris. situatas, etc.* Charta Phil. Pulc. ann. 1307. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 509. vº. col. 1: *Medietatem unius molendini ad Folandum pannos, Gallice Fouleræ, etc.* Convent. Saonæ ann. 1526: *Exclusis pannis, qui conducuntur de Janua Saonam pro Folando.* Hinc

\* **FOLEREUS**, Fullonius Gall. *Fouleræz*. Charta Juelii dom. de Meduana ex Tabul. Major. monast.: *Ad petitionem mo-*

nachorum Majoris monasterii dedi..... decem solidos Cenomanensis monetæ annuatim persolvendos,.... de molendinis meis *Folereis*. Molin *folerez*, in Lit. ann. 1378. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 208. Vide *Molendinum fulloniarum* et mox *Folatorium*.

† **FOLARICIUM**, Fullonium, ut puto, Gall. *Moulin à foulon*. Regestum 106. Tabularii Regii Ch. 84: *In aquis et stagnis et molendinis et Folariis et aliis molendinis.*

\* **FOLASELLUM**, f. Filum sericum crassius, Gall. *Filoselle*. Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. vº: *Item de quolibet pense Folasselli, etc.* Vide supra *Firo-sellum*.

\* Aliud vero sonat vox Gallica *Folesuye*, qua scilicet, ducta origine a Lat. *Follis*, ludus significatur, quo pila ludentium manibus hinc inde comploditur. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 132. Chartoph. reg. ch. 275: *Cellui exposant regardoit à jouer à la Folesuye le jour d'une victoire, et fu la pelote jailie hors de la presse, et pour laquelle avoir ledit exposant se baissa, etc.*

\* **FOLATORIUM**, Molendinum fullonium. Constit. Humiliat. apud Cl. V. Garamp. in Dissert. 16. ad Hist. B. Chiare pag. 398: *Qui vadent cum asino vel jumento per terram ad deferendum bladum ad molendinum, vel pannos ad Folatoria.* Vide supra in *Folare*.

\* **FOLCASTRUM**, f. pro *Falcastrum*, inter arma prohibita annumeratur, in Stat. novis crimin. Cuman. cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. vº. Vide supra *Falcastrum*.

† **FOLGCHALTA**, etc. Vide *Focichalta*.

**FOLCLAND**, Terra popularis, quæ jure communi possidetur, vel sine scripto: cui opponitur ea, quæ *Bocland* dicitur. Vox Saxonica, composita ex *folc*, populus, et *land*, terra. Vide *Bocland* in *Liber*.

**FOLCMOTE**. Vide *Folkesmote*.

† **FOLEA**. Vide *Folicellus*.

1. **FOLEIA**. Charta Matthæi de Momorenciaco ann. 1218. apud Duches-nium: *Item de Foleia, quæ erat ante domum Herberti de Latiniaco in terra mea, quam diruerunt, unde peto emendam mihi dari.* Locus forte vel area ante domum, ubi adolescentes joculari ac ludere solent, ex Gallico *Folie*. [Vide *Foleya*.]

\* Locum foliis vel frondibus decorum interpretor, a Gall. *Feuillée* vel *Feuil-lage*; maxime cum *Folleia* legitur in alia Charta ex Chartul. S. Dion. fol. 314. ubi de eadem reg. agit. Vide infra *Folia* 4.

\* 2. **FOLEIA**, nude, Ital. *Foglia*, Mori folium, bombycibus alendis aptum. Stat. datiar. Riper. cap. 12. fol. 5. vº: *De qualibet soma Foleiæ, cosei pensium duodecim, pro introitu solidus unus.* Vide infra *Folia* 3.

\* **FOLEITUM**, f. Molendinum fullonium. Charta ann. 1345. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 230: *Redditus loci prædicti, qui consistunt in pedago, leuda granorum et salis, molendinis, quintalgiis, emolumento masselli, Foleiis, etc.* Vide supra in *Folare* et infra *Follatum*.

**FOLEN**. Fori Oscenses Jacobi I. Regis Aragon. ann. 1247. fol. 6: *Bene potest mittere procuratorem suum loco sui, tali modo, quod ante Justitiam et Bonos homines alios constituat, et mittat illum procuratorem pro se, et in loco suo, dicens ita: Istum Folen constituo procuratorem meum super demanda, quam fecit Folen, aut ego demando illi, etc.* Fol. 4: *Et per*

talem hominem Follen, qui ei erat fiducia per Follen. Et fol. 12: *Ec tunc Justitia nominando adversarium, dicat in hunc modum: Est hic Folen, ut audiat testimonium, etc.* Ubi *Folen* videtur sumi pro ille, cum scilicet viri nomen non designatur. [Vox est Hebraica originis, scil. a *Peloni*, Judæis Hispanis *Fulano* et *Hubano*, Græcis *ὁ δῆνα*, nobis Gallis un *Quidam*, un certain homme, Aliquis, quidam.]

† **FOLERATURA**, Pellitium quo vestis ornatur, Gall. *Fourrure*. Litteræ Caroli V. Franc. Reg. ann. 1367. de forma vestium: *Item quod nulla ipsarum ab inde in antea audeat facere vel ponere, aut fieri vel poni facere in suis mantellis aliquam Foleraturam variorum,.... antiquas tamen Foleraturas quas nunc habent possint aperferare, et de novo Foleraturas variorum minorum, sicut antiquitus fieri solebat, in dictis mantellis eis liceat habere.* Vide *Folatura*.

\* **FOLERATUS**, Rebus omnibus instructus et munitus, idem quod *Foderatus*. Inventar. MS. ann. 1366: *Quod, quando fiet passagium generale pro recuperatione Terræ Sanctæ, ipse rex... iret, aut mittet unum de filiis aut fratribus suis cum iij. hominibus Foleratis, habentes quilibet tres equos.... Habeat centum equites bene Foleratos, etc.* Vide supra *Foirragium*.

\* **FOLERE**, Molere. Vide infra in *Foulagium*.

\* **FOLEREUS**. Vide supra in *Folare pannos*.

† **FOLERIA**, Idem ut videtur, quod mox *Foleya*. [\* Vel potius idem quod supra *Foleia*.] Chartular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 780: *Alius campus... sicut se proportat a Faleria Guillelmi de Genesio usque ad keminum domini Regis.*

\* **FOLESCERE**, *Faire la buse*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide infra *Follis* 3.

\* **FOLEUM**. Charta Lothar. III. imper. ann. 1136. in Append. ad tom. 6. Annal. Bened. pag. 670. col. 2: *Ita ut de ipsis hominibus placitum nullum faciant, seu aliquid publici ab eis exigant, aut Foleum tollant, etc.* Sed legendum prorsus *Fodrum*. Vide in hac voce.

\* **FOLEXELLUS**, Bombycis folliculus, Gall. *Coque de vers à soie*. *Follain*, in Lit. Phil. VI. ann. 1340. ex Reg. B. 2. Cam. Comput. Paris. fol. 125. rº: *Lesquels trahandiers.... commettoient plusieurs inconveniens et mauvaistiez audit mestier de traire ladite soie;... pour ce eussiez fait crier et deffendre de par nous.... que nulle personne quele que elle fut ne baillast, ne faist bailler Follains à traire audits trahandiers de ladite soie.* Leg. municip. Mutin. ann. 1327. lib. 2. rubr. 23. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 895: *Folexelli civitatis et districtus Mutinæ, et cujuslibet alterius loci, de quo conducti fuerint Mutinam vendibiles, tantum in platea communis Mutinæ ad pensam communis vendantur et emantur. Nec extra districtum Mutinæ Folexelli nec seta, nisi fuerit extracta de Folexellis ad molinellum in civitate Mutinæ extrahantur.... Et duo fratres de Penitentia elegantur ad brevia, quorum sit stare in platea et pensare Folexellos.* *Follissellus*, in Reg. MS. ad ann. 1306. ibid. col. 896. Vide *Folcellus*.

† **FOLEYA**, f. Domus voluptaria, Nostris *Maison de plaisance*, a Gallico *Folie*. Littera compromissi inter Comitem Hannoniæ et Comitem S. Pauli: *Actum apud domum Foleyæ.... anno Domini MCCLXXX.* Ibid. col. 1235. in Litteris

Philippi Franc. Regis: *Actum apud domum nostra (nostram) Foleze anno Domini MCCXC.* Vide *Foleia* et *Foleria*.

\* Sic dicta fortasse a follis et frondibus arborum quibus obumbratur. Vide supra *Foleia* 1.

**FOLGARE, FULGARE**, Saxonibus *Folgan*, est sequi: est igitur *Folgare*, sistere se in aliquo contubernio, *friborga*, seu fidejussione, tradere se alicui in clientelam: servire, sequi, sectari. Leges Aluredi cap. 33. [\* 37.]: *Si quis ab una mansione ad aliam transire velit, fiat hoc testimonio Aldermanni, in cujus Comitatu prius Fulgavit.* Leges Adelstani cap. 6. [\* 8.]: *Ne aliquis recipiat hominem alterius sine licentia ipsius, cui prius Folgavit, nec intra marcam, nec extra.*

**FOLGARI**, Clientes, qui alicujus clientelæ vel servitio sese addicunt; famuli, qui focis propriis carent aut sub stipendio et servitii alicujus præstatione possident. Leges Canuti cap. 40. [\* sæcul. 20.]: *Sit heorfaste, sit Folgarius, sit in hundredo.* Leges Henrici I. cap. 8: *Bis in anno convenient in hundredum suum quicumque liberi tam hudefest, (leg. heorfaste, vel hydrdefest) quam Folgarii, ad dinoscendum... si decaniæ plenæ sint, vel qui, quomodo, qua ratione discesserint, vel qui supervenerint, etc.* Bracton. lib. 3. tract. 2. cap. 10: *In francoplegio debet esse omnis, qui terram tenet et domum, qui dicuntur Husfastene, et etiam alii, qui aliis deserviunt, qui dicuntur Folgheres, quia nec debet quis a se repellere serviientem suum, antequam purgatus sit de omni calumnia, unde prius fuit calumniatus.* Quibus in locis *Hudrefest*, et *Husfastene* (quæ voces *patremfamilias* significant) opponuntur *Folgariis*, seu clientibus.

Est etiam *Folgen* apud Alemanos, ut observat Schilterus in Gloss. Teuton. vox juris feudalis, quæ investituram petere, renovare, atque etiam persecutionem rei feudalis significat. Vide Jus Feud. Alem. cap. 16. et 121. [\* et Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 5.] Nec aliunde f. repetenda vox *Forchele*, vel potius, *Folchele*, qua nostri vassallum denotant qui statuto die censum annum domino capitali non persolvit; quam ob rem multæ pecuniariæ obnoxius fit. Charta ann. 1291. inter Ordinat. Reg. Franc. tom. 3. pag. 294: *Se il estoit Forcheles, soizante solz pour l'amende, ou l'eswart du Majeur et de Eskevins devant diz.*

\* **FOLHATURA**. [Forsan *bois en feuilles, planches*: « tenetur prepositus providere de *Folhatura* fustea, scannis, scabellis. (Cart. Magalon. ap. Rev. Soc. Sav. 1873. p. 417. »)]

\* **FOLHETA**, Mensuræ species, Gall. *Feuillette*, Ital. *Foglietta*. Instr. ann. 1493. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 259. col. 2: *Item tres pintas, quælibet de una Folheta.* Vide *Folietta*.

† **FOLHIAGIUM**, Florum fasciculus arte factus, qui flores et folia imitatur. Inventarium Ecclesiæ Anciensis ann. 1444: *Item imago B. Mariæ tenens quoddam Folhiagium rosarium rubearum.*

\* 1. **FOLIA**, Eadem notione qua *Folheta*. Vita S. Bertini. abb. tom. 2. Sept. pag. 588. col. 2: *Est... spatium mensis integrum... quo nec in eo, de quo dicis, vasculo una Folia fuit vini.* In alia, ut observant docti Editores, legitur, *Fiala*.

\* 2. **FOLIA**, Bractea, lamina, Ital. *Fogliã*, Gall. *Feuille*. Lit. official. Senon. ann. 1336. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 22: *Item duæ marchæ Foliarum*

*argenti deaurati in duobus parvis scri-netis.*

\* 3. **FOLIA**, ut supra *Foleia* 2. Charta ann. 1193. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 893: *De modio seminis lini, et valaniæ, et Foliz, dent Bononiensibus duodecim solidos Bononienses vel Ferrarienses. Ceset, Foliz, valaniæ, Gallæ, pilli, etc.* in alia ann. 1281. ibid. col. 902. *Folion*, Malabathrum, vulgo *Feuille d'Inde*, in Chartul. Latiniac. fol. 240. v.º: *Folion, un dentier la livre.* Vide supra *Fogla*.

\* 4. **FOLIA**, idem quod supra *Foleia* 1. Charta ann. 1233. in Chartul. Barbel.: *Folia Joannis Morelli.* Vide *Foliata* 1.

† **FOLIACIA**, Frondes pictæ vel sculptæ. Gall. *Feuillage*. Acta SS. Maii tom. 2. pag. 60. de S. Angelo Carmelita: *Sacras reliquias præctas translaturant in arca argentea, Foliacibus argenteis deauratis in modum crucis ornata.*

† **FOLIAMEN**, Eodem significatu. Acta B. Amedei n. 106. Martii tom. 3. pag. 894: *Ipsa porta ornata est picturis et Foliaminibus.* [\* Ital. *Fogliame*; in Annal. Mediol. ad ann. 1389. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 809: *Qui floretti, brevita et Foliamina sunt ubicumque seminati perlarum, etc.*]

† **FOLIARE, FOLIARI**, Folia emittere, apud Laurentium in Amalthea ex Sidonio.

1. **FOLIATA**, Locus foliis obsitus, Gall. *Feuillée*. Mirac. S. Bertæ Blangiæensis Abbatissæ part. 4. n. 10: *Feretrum in quadam Foliata de ramis arborum ibidem facta deposuerunt.* [\* Vide supra *Foilliata*.]

2. **FOLIATA**, Bernardus Monach. in Consuetudinibus Cluniacensib. MSS. ex Bibl. Sangermanensi cap. 8. de Granatario: *Omni dominica fratribus debet per consuetudinem Foliatas, quæ alio nomine Similæ vocantur, ac in omnibus diebus Quadragesimæ; sed istæ calidæ debent esse.* Et cap. 12: *Vinum deferunt, et per justitias dividunt, panes apponunt, qui si sunt abusti, (sic) [in Edit. adusti] vel si sunt Foliatæ, ad hoc habent cultellos, quibus eos radant et præparent, etc.* Ubi *Foliatæ* videntur esse eæ placentulæ, quas *Gasteaus feuilletex* dicimus.

† **FOLIATUS PANIS**, in Charta anni 1303. ex Tabular. Fiscam. Alia ann. 1273. ibidem: *Item in mense Augusto pro liberationibus debitis ratione hospitii quatuor panes qui nuncupantur Fulées et quatuor galones vini.* Rursum ann. 1283: *Duos panes vocatos Fuilliées.* Vernacula ann. 1311. ibid.: *Chest à savoir deus pains et deus galons de vin que els me devoient et rendoient ou lor certain commandement chescun an d'annel rente, el cens des Fuillies en lor paneterie de lor moustier de la Trinité de Fescamp.* [\* *Foillie*, in Charta ann. 1331. ex Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 267: *Franchissons à toujours le prieur et la prieur d'une rente annuelle, qui est appellée roisseules et Foillies.*] Vide *Follea*.

† **FOLLIATI CALCEI**. Isidorus lib. 19. cap. ult.: *Lingulati (calcei) quos nos Foliatos vocamus.* Papias: *Lingulati, genus calcei, qui Foliati dicuntur.* [Hofmannus in Lexico ad v. *Foliati calcei*, Laxiones interpretatur calceos, qui, cum pes premitur et terræ insisit, infiantur et tumescunt; quum levatur detumescunt: id quod proprie *Follare*, et *Follicare* dicebatur. *Follicans*, in modum foliis inflatus, inquit Salmasius ad Pallium Tertulliani cap. 3. Vide *Follicantes*.]

† **FOLIATIM VENDERE**. Arestum Parlamenti Paris. ann. 1479. in Chartular.

Latiniac.: *Dominium quod afforagium appellatur, ratione cuius juris afforagii supra tabernarios vinum in debitio et Foliatim, Gallice à destail et Feuillée, in prædicta villa vendentes, etc.* A *Folietta*, Mensura vinaria, de qua mox, hæc dicta videntur.

**FOLIATUM, Curvatum**, in Glossar. Pithecan. [et apud Papiam editum et MS.]

† **FOLLIATUS**. Vide *Foliata* 2.

† **FOLIETTA**, Mensura vinaria, Gall. *Feuillette* vel *Fillette*, Italis *Foglietta*. Miracula B. Felicis in Actis SS. Maii tom. 4. pag. 278: *Testatur aliquo die sumptam fuisse e prædicto liquore mensuram vulgo Folieta, adeo ut pluribus vicibus eductus fuerit cadus.* Laurent. in Amalthea: *Folietta, Mensura minima liquidorum, quarta pars bocalis unciar. 13. circiter, ex Cornelio a Lapide.* Parisiis *Feuillette*, vel uti pronunciant, *Feillette* est semimodius, sed apud Lugdunenses est tantum media pars *pintæ*, vulgo *Chopine*, a *Fiala* vel *Phiala* voce deducta.

\* *Fillette* etiam doliolum appellatur nostri. Lit. remiss. ann. 1421. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 454: *Icellui Guillaume dist audit Jehan, s'il vouloit mettre la fiche de lart avec une Fillette de harenec, qu'il avoit emblé à Jaquet Vivien.* Vide infra *Folium* 6.

† **FOLIOLOCA**, Verba compositionis. Papias in MS. Bituric. Editus habet, *Foliolera*. [\* *Fololoca*, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.]

\* 1. **FOLIUM**, Flosculus. Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 52. v.º: *Jactatores argenti ad scutum cum Foliis lilii.* Vide supra *Flordelissium*.

\* 2. **FOLIUM**, Asser, tabula, vulgo *Feuillet*. Comput. MS. fabr. S. Petri In-sul. ann. 1479: *Item Maturino Mortrel scriniario, pro novem Foliis seu asserbibus ligni quercus, etc.*

\* 3. **FOLIUM**, pro Annus, ubi de arboribus sermo est, *Feuille*, eadem acceptione, nostris. Charta ann. 1243. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Non poterunt dicti homines animalia sua immittere, nec aliquid usagium reclamare, donec tertium Folium, post cætionem dicti nemoris, sit transactum; et quandocumque tertium Folium erit transactum, etc.* Alia ann. 1272. in Chartul. Pontiniac. ch. 107: *Dictæ communitates post quartum Folium poterunt mittere animalia sua ad depascendum ibidem.* Hinc emendandæ videntur Libert. Castrivill. ann. 1286. tom. 1. Jur. publ. Franc. D. Bouquet pag. 412: *Il n'y pouvoient, ne devoient envoier lour bêtes en la revenue pour pasture jusqu'à la sisainne Forille.* Leg. *Feuille*.

\* 4. **FOLIUM**, Jus ramos arborum excindendi, ut opinor. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4658: *Hæc est consuetudo Brotonniæ per terram abbatissæ Fiscanensis apud Asiacum: xv. solidos de bronchon, et xv. solidos de Folio, et de unoquoque equo xij. den.* Huc etiam spectare videtur Reg. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1287. fol. 62. ubi de Redit. terræ Brain.: *Item les Faeuilles d'Aoust pour tout l'an, vj. solz, vij. den.* Vide infra *Folliacarium*.

\* 5. **FOLIUM PECUDINEUM**, Membrana, Gall. *Parchemin*. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 127. ex Cod. reg. 4620: *Condemnationes vero damnorum, datorum et aggerum fiendæ in posterum, scribi debeant per notarium dicti officii in Foliis realibus pecudinis.*

\* 6. **FOLIUM VINI**, Semimodius, Gall. *Feuillette*. Stat. colleg. Cornub. ann.

1380. inter Probat. Hist. Paris. tom. 1. pag. 502. col. 1: *Quando consumtum erit vas vini, vel cauda, vel Folium vini, famulus communis ad hoc deputatus reddat computum de quantitate vini, quod erat in vase.* Vide supra *Folietta*.

**FOLIVELLUS**, Computum Thesaurariæ urbis Bononiæ in Italia ex Bibl. Regia: *A Joanne Buvaletti Attolini Not. et Conductore daci Folizellorum pro uno anno incepto die 20. Maii anni præfati 1364. pro pretio in Sa. L. VIII. M. V. C. Bon. solvendarum hoc modo: videlicet omnem quantitatem pecuniæ, quam reciperet ex foleis et Folizellis friscis et siccis, durantiibus friscis dicti anni statim cum reciperet, et residuum pro rata de mense in mensem, etc.* [\* Vide supra *Folizellus*.]

**FOLKESMOTE**, **FOLKEMOTE**, et **FOLKESMOTH**, Conventus, populi, a Saxonico folc, populus, mote et gemote, conventus. Dicitur autem de majori conventu, puta in civitatibus non unius *Wardæ*, seu Curie, sed omnium *Wardarum*, in Comitatus unius hundredi, non omnium hundredorum. Hic, quasi *Shiregemotus*, id est, conventus Comitatus; illic *Burgemotus*, id est, conventus civitatis seu burgi. Leges Edwardi Confess. cap. 35. de Aldermannis: *Cum aliquod vero inopinatum vel dubium, vel malum, contra Regnum vel contra Coronam Domini regis, forte in ballivis subito emerit, debent statim pulsatis campanis, quod Anglice vocant Motbel, convocare omnes et universos, quod Anglice dicunt Folcmete, i. vocatio et congregatio populorum et gentium omnium, quia ibi omnes convenire debent... et ibi providere debent indemnitatibus Coronæ regni per commune consilium, etc.* In ejusmodi etiam conventibus eligebantur Vicecomes et Heretochii. Ibidem: *Item aliud Folkmete esse debet in quolibet Comitatu, scilicet in capite Kal. Octob. ad providendum ibi quis erit Vicecomes, et qui erunt eorum Heretochii, et ad audiendum ibi iuxta eorum præcepta, consilio et assensu Procerum, et judicio Folkesmote.* Hujus vocis mentio præterea occurrit in Legibus Aluredi apud Brompton. cap. 42. Editionis vero Saxonice 34. et in Legib. Henrici I. cap. 2. [Vide *Falmotum*.] [\* Confer Phillips. de Jure Anglosax. § 51.]

**FOLLA**, Fullonica officina, ut conjecto, Gall. *Foulerie*. Extenta jurium Comitatus Sabaudie ann. 1309. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 97. col. 1: *Et solet ibidem esse blancheria telarum, quæ valebat, ut dicitur, triginta libras per annum, vel circa. Item solet et ibidem esse Folla, quæ destructa est.*

\* **FOLLARE**, a Gallico *Fouler*, Calcare uvas. Charta ann. 1255. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 106. r. col. 2: *Quatuor sextaria vini crescentis in eisdem essartis, mensurata ad mensuram ejusdem territorii, pro decima percipienda, cum primo eas (vineas) portare contingerit, a priore prioratus in cupis dictorum hominum, quando Follabunt... Follare in prædicto territorio de Montevrain tenebuntur. Vin de fort foulage, pro Vino bonæ notæ, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 82: *Ice'llui cousin a acoustumé faire taverne et vendre vin de hault pris et de fort Foulages.* Confoler vero est Pedibus terere, in aliis Lit. ann. 1389. ex Reg. 137. ch. 21: *Is menerent par nuit plusieurs beufs en une cheneviere dudit Quillart, et la Confoleurent et gasterent pour la plus grant partie.**

† **FOLLARIS**. Vide in *Follis* 2.

\* **FOLLATUM**, Molendinum fullonica-

rium, idem quod *Folaricium*. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1216. in Chartul. Arremar. ch. 280: *Homines dilecti mei abbatis monasterii Arremarensis de Daudis qui operantur ad Follata mea de Insulis, in eisdem Follatis operantur, sine consuetudine ponenda vel tollenda.* Vide supra *Follethum*.

† **FOLLEA**, Placenta foliacea, Gall. *Gasteau feuilleté*. Usus Culturæ Cenoman.: *In anniversariis Abbatum, ad collationem charitatem de vino, et ad prandium Follæas.* Vide *Foliata* 2.

† **FOLLENTIA**. Vide in *Follis* 3.

† **FOLLERA**, **FOLLERALIS**. Vide in *Follis* 2.

† **FOLLERATURA**, Pellitium. Conc. Dertus. ann. 1429. inter Hispan. tom. 3. pag. 663: *Prælati... exceptis, nullus audeat in vestibus vel capucis Folleraturam portare de vois vel grisit.*

† **FOLLERATUS**, Eadem notione, ibidem: *Neque Folleratus deferat pellium de marchis.* Vide *Folleratura*.

† **FOLERATUS**, Idem quod *Foderatus*. Statuta Ecclesiæ Tutelens. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 794: *Sed et tales et ceteri quicumque Clerici utuntur optegio seu tabardo Folerato usque zonam.* Vide *Foderatus*.

† 1. **FOLLERE**, Follis instar inflari. Vide *Follicantes*.

\* 2. **FOLLERE**, vox Italica, Monetæ species. Greg. *Grimaldi* lib. 5. Hist. leg. et magister. regni Neapol. cap. 156: *Un' antica moneta Romana, Romasina chiamata... picciola detta Follere.* Consule Consuet. Bar. proem. Romuald. archiep. Salern. in Chron. Vide *Folleris* in *Follis* 2.

† **FOLLESCERE**, Eadem notione. Vide locum in *Caliga*. Apud Martinium *Follescere* est Stultum fieri, vel vanum. Vide *Follis* 3.

† **FOLLETUS**. Vide in *Follis* 3.

† **FOLLEX**, θύλακος, χαρίνου ζοκος. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. Hoc est, uter camini. Gloss. alia Gr. Lat.: θύλακος, *Follis*. Recte animadvertit Martinius ex θύλακος, posse *Follex* duci, quia et alias θ. in φ. vel f. transit. θύλακος est scorteus vel pelliceus saccus, aut aliud sacco simile. Comicus θύλακος appellavit Persarum braccas et pellicibus. Casaub. in Athen. lib. 5. 20. Hæc laudatus Martinius.

\* **FOLLIA**, Mulcta, ut videtur, ob desertum vadimonium a iudice imposita; unde *Fallia* legendum suspicarer, nisi centies legeretur, in Notit. vet. ex Reg. Cencilii camer. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 800. et seqq.: *Castrum Rosciani solvit pro fodro xv. libras Lucensium... Et habet ibi curia tertiam partem de bannis, et Follis, et salario... Et habet ibi curia omnia banna, salaria et Follis... Et tertiam partem bannorum et Folliarum, de quibus quantitas est incerta.* Inquisit. ann. 1223. apud eumd. Cencilium Ms. Item dicit quod curia habet in Nursia pro medietate banna, Follis, salaria, etc. Vide supra *Fallita* 2. Alia notione, vide in *Follis* 3.

\* **FOLLIACERIUM**, Ramorum cæcio. Stat. Perus. in Pedemont. pag. 59: *Si quis fecerit Folliacerium in alieno nemore, solvat pro banno solidos quinque, et perdat Folliacerium.* Vide supra *Folium* 4.

**FOLLICANTES**, Vestis grossior, Papiæ. [MS. Bituric. *Follicantes*.] *Caligas Follicantes*, dixit Hieronymus Epist. 22. cap. 14. etc. 12: *Si pes laxa pelle non Folleat.* [Vide *Foliati calcei*.]

† **FOLLICARE**, Follium instar vento

incluso tumere et agitari. Theodulphus lib. 6. Carm. 18:

Follicat ampla, quibus turgent calcea panno,  
Velocique pedi villis inest caliga.

Tertull. de Pallio cap. 3: *Chamæleon Follicans ruminat: de vento cibus est.* Apuleius 9. pag. 222: *Follicantes nares assiduo pulsus tussedinis.* Hoc est, Nares reciproco spiritu agitatae follium instar. Onomast. apud Martinium: *Follico, διασαλακωνίζω*, id est, Delicias facio, mollitie diffuso, temere sumtuosus sum, ut exponit idem Martinium. Salacon quidam Autolici pater mollis et luxui deditus fuit.

\* Proprie est Incedere fractis gressibus, molliter et delicate. Vide Salmas. in not. ad Tertul. pag. 153.

† **FOLLICULUS**. Vide *Follis* 4.

† **FOLLINUS**, *Faber a folle, vel vacuus, etc.* Papias. Vide *Follis* 3.

1. **FOLLIS**, Vasis genus. Stephanus PP. in Ep. ad Pipinum tom. 8. Hist. Franc. pag. 708: *Sed et Beneventani omnes... Ecclesias Dei incendunt... munera sancta, id est Corpus Domini nostri J. C. in suis contaminatis vasibus, quos Folles vocant, miserunt, et cibo carnum copioso saturati, comedebant eadem munera.*

Pro genere muscipulæ sumit Rosweidus in Chronico Windesem. lib. 2. cap. 31: *Pro opere quotidiano instrumentu lignea, palas, et fossoria, Folles et muscipulas fabricando.*

2. **FOLLIS**, Genus monetæ, apud Byzantinos potissimum. [Glossar. Latin. Græc. : Φόλλις, *Æs*. Anonymus Combesianus in Romano Lacapeno num. 44: *Ἐνα ἑκατὸν ἄνθρωπων ἕνα φολέας δεκαπέντε.*] Vetus Gloss. MS. et Papias: *Nummi, Folles dicuntur, a sacculo, quo conduntur.* Glossæ antiquæ MSS.: *Nummi autem idcirco Folles dicuntur a sacculo, quo conduntur, a continente id quod continentur appellatur.* Prius numus Argyrus nuncupabatur, quia quamplurimum ex argento percutebatur. S. Augustinus lib. 22. de Civit. Dei cap. 8: *Et quendam piscem... trecentis Pholibus vendidit.* Evodius Uzalensis Episc. lib. 1. de Miracul. S. Steph. cap. 14: *Insuper etiam acceperunt pecuniam creditam prope 20. millia Folles.* Vide eundem Augustin. lib. 3. contra Crescon. cap. 29. et quæ annotamus in Syntagmate de nummis inferioris Imperii. Vide præterea Baronium ann. 890. n. 42. et seqq. Glossar. mediæ Græcit. in Φόλλα, [et Eccardum ad tit. 1. Legis Sal.]

**FOLLERA**, Follis, qui et *Folleris*, de qua voce mox. Charta ann. 1178. apud Rocchum Pirrum in Archiep. Messan.: *Laici vero 13. facient elemosynas, et 30. vices singulis sabbatis unusquisque singulas ad oleum portabit Folleras.*

**FOLLERALIS**, **FOLLARIS**, Follis æreus, monetæ species. Marcellinus Comes: *Nummis, quos Romani Teruncianos, Græci Follerales vocant, Anastasius Princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit.* Ita editio ann. 1546. et Terentianos, pro *Teruncianos*; at Sirmondi *Follares* præfert, quomodo etiam Falco Beneventanus ann. 1140. de Rogerio Rege Sicil.: *Induxit etiam tres Follares æreos Romesinam unam appretiatos.* Lampridius in Helio-gabalo, *centum Folles æris* dixit; *Folles* enim alii erant ærei, alii argentei. De utrorumque valore quædam annotavit Sirmondus ad S. Augustin. Serm. 40. in Notis.

3. **FOLLIS**, vox vetus Gallica, quam



etiam usurpamus, pro stulto, vel fatuo; Fol enim dicimus: Cambro Britannii et Armorici, Ffol. Ugutio: *Infollare, proprie est buccam inflare; et quia folles inflantur quasi quadam re inani, inde est, quod Follis dicitur stultus, superbus, vanus, inflatus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: Follis, Foa à feurre, ou sot, ou vain.] Joannes Diac. lib. 4. Vitæ S. Gregorii PP. cap. 96: *At ille more Gallico sanctum senem increpitans Follem, ab eo quidem virga leviter percussus est.* Willelmus Abbas Metensis Epist. 3: *Prætereo minas tuas, prætereo quod in ipsa festivitate B. Remigii Follem me verbo rustico appellasti.* Infra: *At certe omnino stupendum fuit, ut qui Follis extiti, ad te veniendo, non sterem Follior sub tua tyrannide remanendo.* Versus scripti ann. 1183. ex Tabulario S. Andreae Viennensis:

Septima Concurrentis tunc corporabatur in ipso  
Ocurau solis, negligit quem currere Follis.  
Quatuor ex senis sapiens sic demeris unum,  
Epactas legis sic concurrisse videbis.

[Oberti Cancellarii Annal. Genuens. lib. 2. apud Murator. 6. col. 303: *Stultos et Folles teneo Pisanos, qui mandant mihi, ut vadam ad eos.* Nostris Folloier, pro stulte agere. Le Roman d'Athis MS.:

Car plus qu'autre homme se desroie  
Ung sages homs quant il Folloie.

[\*\* Ratherius ed. Ballerinor. pag. 314: *Merito ergo Follis latiali rusticitate vocaris, quoniam veritate vacuus.*]

FOLLUS. Chronicon Malleacense et Andegavense ann. 993. de Carolo Simplice: *Hic fuit Follus.* Ann. 919: *Karolus Follus a suis relinquitur.* Ita etiam indigitatur in Chronicon Kemperlegiensi ann. 879. [\*\* Ecbasis vers. 1183:

Excors, Follus eques, abnormis garrulus idem est.]

Joannes de Garlandia in Synonymis:

Inscios, et brutus, simplex, idiotaque, Follus,  
Indoctus, vel insipidus conjungitur istis.

Ubi Interpres hos versus citat:

Per collum Follum debes agnoscere Follum.

Item:

Non opus est Follo suspendere tympana collo.

Ebrardus in Græcismo cap. 9: *Follus quandoque significat fatuum.* Vide Chronicon Guill. de Podio Laurent. cap. 25. et Origines Italicas Menagii.

FOLLETI DEMONES, nostris Eprits follets, Folletti Ital. dæmones aërii, quos lusitare aiunt. Gervasius Tilleberiensis in Otiis Imperial. MSS. decisione 1. de Dæmonibus: *Sunt et alii, quos Folletos vulgus nominat, qui domos simplicium rusticorum inhabitant, et nec aqua, nec rusticismis artantur. Et quia non videntur, ingredientibus lapidibus, lignis, et domesticis supellectile affligunt, quorum verba utique humano more audiuntur, et effigies non comparant.* [\*\* Vide Grimm. Mytholog. Germ. pag. 289.]

FOLLIA, Convitium. Usatici Barcinonenses MSS. cap. 15: *Si quis alicui criminalem Folliam dixerit, et eam illi probare noluerit, vel non potuerit, aduret illi per sacramentum, quod illam Folliam per iram dixit, et non per veritatem.* Etiamnum dicimus vulgo: *Dire ou chanter Folie à quelqu'un.* Hinc Follier, nostris pro Convitiari. Vetus Consuetudo villæ de Perouse ann. 1260. edita a Thomasserio in Consuetud. localib. Bituric. lib. 1. cap. 66: *De Follier ne fait-on droet à la Paerose: mais si mauvas hom ou mauvaise femme Folie prodhom, ou prode-feme, det o mottre au Seigneur ou à son*

Balle, etc. [\*\* Vide Laurier. Gloss. Jur. Gall. voce Folier.] [Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

S'il me rendoient ma seror  
Qu'il tianent en grant deshenor;  
Ne la voudrent rendre mie,  
Ains moi distrent lait et Follie.]

FOLLITIA, et FOLLENTIA, apud Joannem de Janua, Vanitas, superbia, stultitia, a Folleo, inflo. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: Follitia, Follie, vanité, orgueil.] Glossæ Isidor. et Pith.: Follonitia, Vanitas. Italis Follia, est stultitia, vanitas.

\* Follastre et Follieux, eodem intellectu, in Lit. remiss. ann. 1394. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 169: *Icelle Marion, qui est non sensible et ainsi comme toute Follastre, etc.* Aliæ ann. 1375. in Reg. 107. ch. 377: *Icelle suppliante affoiblie de teste et devenue par heures aussi comme Follieuse.* Hinc Foler, Folier et Folloier, pro Stulte et inepte se gerere, desipere. Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 24: *Li François... si Folloierent à la parfin, car il eslurent home noient profitable au roiaume.* Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. ch. 344: *Le pere d'icelui Colin le veoit moult souvant Folier... Derrainement prist en lui aucunes melencolies par sottie et folie.* Bestiar. Ms.:

Si que les ydres aoureront. Si Folerent,

Unde et Folloler, Rem suam stulte effundere, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:

Quant poureté l'ot adolé,  
Et tout le sien et Follolé  
En musardie et despendu.

\* Folier, vel Estre fol de son corps præterea dicunt nostri, cum de meretricis, quæ Femme folieuse nuncupabatur, agendi ratione loquuntur. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. ch. 458: *Lequel Besançon estoit de très détestable vie, et qui ne vivoit que de ce que jeunes femmes Folieuses avoient et gaignoient à un chacun aux champs et ailleurs.* Consuet. Genovef. Mss. fol. 26. rº. ubi de bannis: *L'an de grace 1383. Marote la Flamenge, Mehalot de Gisors furent banies de la terre sur la besche, pour ce que elles estoient Foles de leur cors.* Lit. remiss. ann. 1404. in Reg. 159. ch. 249: *Combien que feu Simon Bradieu fu marié en femme, dont il devoit estre content, néanmoins par ses sollicitations deceptives, il emmena Folier par le pais Hubinette seur de l'exposant.* Hinc Affoler, f. pro Affolier, Cum ejus farina mulieribus liberius vivere. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 110. ch. 263: *Comme icellui Symon eust mené ledit Jehan en plusieurs lieux desordenéz; et aprez... l'avoit icellui Jehan mis hors de Paris à moult grant peine, pour ce qu'il se Affoloit avecques femmes.* Folingier vero, pro Maledicta et convicia dicere, in Poem. Alex. Ms. part. 1:

Ne nques à nul jour nel vit on courroucier,  
Ne franc homs de parole il ne volt Folingier.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: Follia, Prov. Follitia. Nostris Follage, Foleur et Follasse. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 270: *La suppliant se feust acointié par Foleur et jeunesse d'un appellé Jehan le Menistre.* Aliæ ann. 1389. in Reg. 136. ch. 275: *Comme l'exposant par sa Foleur et simplesse... eust emprunté la somme de cinq francs, etc. Follieur, in aliis ann. 1401. ex Reg. 156. ch. 72. Rursum aliæ ann. 1444. in Reg. 176. ch. 353: Lesquelz compai-*

gnons par jeune Folesse alerent pour icelle fillette avoir. Le Roman de Cléomades Ms.:

Que chil qui piert son héritage  
Par lasketé, fait grant Follage.

\* Foulon, si mendum non est, eadem notione, legitur in Lit. remiss. ann. 1474. ex Reg. 204. ch. 90: *Resistant au mauvaiz Foulon, courage et assaux, etc.* Forte pro Foulou. Vide mox Follencia.

4. FOLLIS, FOLLICULUS, SCROTUM. Dittmarus lib. 8. de adultero: *In pontem mercati is ductus per Follem testiculi clavo affigitur. Follieuli testiculorum, in Lege Angliorum tit. 5. § 16.*

\* FOLLISELUS. Vide supra Folecellus. † FOLLITIA, FOLLONTIA, FOLLUS. Vide in Follis 3.

\* 1. FOLLIXELLI VIRIDES, id est naturales, ut sunt ante chrysalidum suffocationem. [Fr.]

\* 2. FOLLIXELLI SICCI, id est insolati, ne papilionex ex iis prodeant. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 191: *Et hiis, quibus conceditur hic redditus, licet habere et recipere iij. bononinos ab emptore et totidem a venditore pro qualibet libra Follixellorum siccorum; et ij. bononinos inter emptorem et venditorem pro qualibet libra Follixellorum viridium.* [Fr.]

\* FOLLO, FOLO, Molendinum fullonium. Testam. Guill. milit. de castro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 1945: *Cum omnibus meis terris, possessionibus, mansis, molendinis, seghis, Follonibus, fictis, etc.* Charta ann. 1149. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 724. col. 1: *Furnos, molendina, hatatoria, Folones, torcularia, etc.* Vide infra Fullonus.

FOLOBS, Sermo, Papiæ.

\* FOLOLOCA. Vide supra Follileca.

† FOLONIA, Ulpiano Fullonica, Gallice Foulerie. Instrum. anni 1230. in Archivo S. Martini Pontisar. : *Item Johanna relicta defuncti Petri Messant legavit Confratriæ Clericorum Pontisarae duos sol. Paris. redditus situatos in Follonia pro essendo in orationibus dictæ Confratriæ.*

\* FOLRAGIUM, Stramen, pabulum equorum. Charta Joan. reg. Franc. ann. 1350. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 321: *Dando etiam certa feuda, vocata regalias, inclavata infra mettas dicti comitatus (Bellifortis) nec non Folragia et avenagia, ... debita infra dictum comitatum.* Alla ejusd. ann. ex Reg. 180. ch. 316: *Et alia jura debita, vocata communiter Folragia seu avenagia... donamus et concedimus. Fourrages et avenages, in Ch. Gall. ann. 1371. ibid. Vide in Fodrum.*

† FOLRARE, Duplicare, Gallis, Doubler, fourrer. Leges Jacobi II. Regis Majoric. tom. 3. Junii pag. LVI: *Quæ vestes ut decet sutæ ac pannis variis sint Folratæ, exceptis vestibus Pentecostes, quæ de sindone sint Folrandæ.* Limborch. Lib. Sent. Inquis. Tolos. pag. 86: *Quosdam sotulares magnos et Folratos intus de panno albo. Concilium Tarracon. ann. 1591. inter Hisp. tom. 4. pag. 612: Canonici Cathedralium Ecclesiarum deferant almucias Folratas ex setino carmesino.* Vide Foderata.

† FOLRATURA, Pellitium. Limborch. lib. Sent. Inquisit. Tolos. pag. 50: *Emit Folraturas pro dictis supertunicali et capucio.* Charta ann. 1252: *A singularis pellipariis unam Folraturam pellium.* Vide Foleratura.

† FOLRERIUS, Metator hospitiorum, Gall. Fourrier. Leges Jacobi II. Regis

Majoric. tom. 3. Junii pag. XXXVIII: Volumus quidem unum aptum et sufficientem hominem in nostra curia deputari, qui Folterius nuncupetur, qui hospitia tam pro nobis quam pro nostris domesticis recipiat et assignet, quotiens ejus officium duxerimus requirendum.

\* **FOLRIUM**, ut *Folragium*. Testam. Ludov. comit. Valent. ann. 1419. ex Cod. reg. 6008. fol. 148. v<sup>o</sup>: *Legamus dictæ dominæ consorti nostræ omnia blada, vina, Folria, garnimenta, utensilia et supellectilia, ac boves aratorios, nostra et nostros, quæ spectabunt et reperientur tempore mortis nostræ in dicto hospicio nostro Granæ, et alibi infra dicta loca Granæ et Capriliiani, et eorum mandamenta et territoria; dicta tamen garnimenta, Folria, utensilia, et supellectilia, quamdiu ipsa domina consors nostra vidue vixerit, ut prædictum est, et a secundis nuptiis abstinerit; de quibus Folrio, garnimento, supellectili et utensilibus fieri volumus... inventarium.*

\* **FOLUNCIA**, *La stulticia*. Glossar. Lat. Ital. Ms. Vide supra *Follitia*.

\* **FOLUS**, *Follis*, Gall. *Soufflet*. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1477: *Item pro reparando parva organa ecclesiæ et in eis faciendis novum clavile et novos Folos, iv. lib. x. sol. Fouæ, eadem acceptione, in Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 425: Il souffloit les Floux dudit feure à alumer la forge. Petit Fox à feure, ex vet. Glossar. S. Germ. Prat. in Glossar. ibid.*

\* **FOLZONUS**, f. pro *Falzonus*, Lanceæ armorum species, inter arma vetita recensetur, in Stat. Vallis-ser. rubr. 44. ex Cod. reg. 4619. fol. 88. r<sup>o</sup>. Vide supra *Falzo*.

† **FOMEN**, *Norristement*. *Fomentum*, *Viande qui norrist*, in Gl. Gall. Sangerm. *Fomen*, *Fomentum*, *Nutrimendum*, *esca quæ fovet*. Joan. de Janua.

\* 1. **FOMENTARE**, *Nutrire*. Vita B. Lidwinæ tom. 2. April. pag. 813. col. 2: *Adhuc modicum tempus, et hydropisis replebit virginem hanc, et ex tunc nullo liquore Fomentabitur vel potu. Vide Fomen.*

\* 2. **FOMENTARE**, *Fomentis recreare, apud medicos*. Alex. Iatrosoph. Ms. lib. 1. Pass. cap. 140: *Quod si te Fomentante cum sacellis, dolores fuerint levigati, etc.*

† **FOMENTATIO**, *perperam pro Foventatio*. Vide in hac voce.

\* **FOMENTUM**, [*Fomentazione, fomento, calefactio, nutritio: a Foveo, quasi sit syncoep. pro Fovimentum*]. Hinc apud medicos *Fomenta* dicuntur applicationes rerum calidarum et humidarum ad partes corporis læsas, medendi gratia. *Cels. 2. 17. a med.*]

† **FOMERE**, *Dolare*, πελεκεῖν, Gl. Lat. Gr. Sangerm.

† **FOMEX**, Acta SS. Julii tom. 2. pag. 509. de S. Willibaldo: *Ille Fomex vel pumex, quem scriptores habere solent, illum videbat de inferno illo ascendentem. Cum sola vox Pumex rem plane explicet, Fomex vel amanuensis inscitia irrepsisse suspicantur.*

† **FOMITATUS**, *Incitatus, accensus*. Charta Edwardo Regi adscripta apud Hickesium Dissert. Epist. pag. 17: *Si autem quod absit, aliquis compiler fraudis, vel cavillator fautoris nævo Fomitatus iniquæ cupidinis hanc cautionem... destituere præsumperit.*

\* **FOMITO**, [*Fomites admoveo*]. (Gloss. Plac.)

\* **FOMORERIUM**, f. pro *Femorarium*, *Locus, ubi fimus congeritur*. Charta admort. Caroli VII. in Reg. Cam. Comput.

Paris. alias Bitur. fol. 153. r<sup>o</sup>: *Item super una locata seu Fomorerio ad fomorios, ... unam gallinam.*

† **FONASGUM**, *dicuntur quædam potio, qua utebantur poetæ cum recitare habebant*. Johannes de Janua. Gl. Lat. Gall. Sangerm.: *Fonassum, Une maniere de pocion qui fait bonne voix.*

\* **FONCEARIUS**, *FONCERIUS*, Ad fundum pertinens, Gall. *Foncier*. Lit. admort. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 372: *Ipsa tamen (domus) acquitata et retenta immediate sub nostra jurisdictione Foncaria, in nostra villa Laudunensi situata*. Charta ann. 1395. ex Tabul. S. Germ. Prat.: *Una cum piccaria et omnimoda justitia alta, media, bassa et Fonceria, cæterisque juribus, etc. Vide Fonseria Justitia.*

\* **FONCIA**, *Locus depressus, vallis*. Charta ann. 1400. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 149: *Item unam condaminam subtus villam confrontatam... cum Foncia Amelii. Fondeiz, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1380. ex Reg. 118. ch. 265: Guillaume de Figny escuier, ... et plusieurs autres s'en alerent es Fondeiz querir les joviaux dudit Guillaume, qui estoit ou pauturage desdiz Fondeiz. Idem quoque sonat vox *Fondaire*, in Declarat. feud. eccl. Camerac. Ms.: *Sept mencauldées de terre ahanables seans vers les Fondaires, qui appartiennent aux grands chartriers de Cambray. Fonteniz, Locus palustris, in Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 2. Vide Fondreda. Fonchiere cavum significare videtur, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 141. ch. 103: Les supplians trouverent dedens la riviere un engin appelé verzeul, pour prendre poisson; ... puis le musserent en Fonchiere emprés laditte riviere.**

† **FONDACEUS**, *Fondacus, Fondechus, Fondicus*. Vide in *Funda*.

† **FONDE**, vox Gallica non ita pridem in usu, hodie *Fronde* dicimus, *Funda*, *machina oppugnatoria, qua jactantur lapides. Inventarium castri Sommerciaci in Occitan. ann. 1260: Item III. Fonde de manganello. Item II. Fonde de trabucheto. Item XXVIII. Fonde manuales. Vide Fundabulum.*

\* Nequaquam recens est vox illa, quippe quæ occurrat apud Joinvil. in S. Ludov. edit. reg. pag. 44. saltem pro nervo *balistæ*, quo sagitta emittitur. *Fondeffe*, pro *Fonde* vel *Fronde*, apud Moutrel. vol. 1. cap. 29.

\* **FONDITUS**, *Fusus*, Gall. *Fondu*. Charta ann. 1362. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 45. r<sup>o</sup>: *Dicta garda ad requestam dicti magistri dictos quartos capere debeat, et fondere, vel fondi facere, et de auro Fondito capere extimationem vel quantitatem unius floreni, etc.*

† **FONDONG**. Vide *Furst*.

\* **FONDORA**, *Fundus*, in Charta ann. 1033. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 16. Vide *Fundora*.

† **FONDREDA**, f. *Gurges, seu vorago cavata concursu torrentium*, Gall. *Fondriere*, Ital. *Fondura*. Litteræ Armandi Vicecomitis de Podemniaco inter Instrum. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 229: *Dono etiam aliam parvam graveriam ad Fondredas, ubi si posse Clericis fuerit, molendinum faciant.* [\* Vide supra in *Foncia*.]

\* **FONG**, *FONGERE*. Charta Anglica ann. 1380. laudata a Spelmano in *Wardpenny: Et reddidit inde per annum 3. sol. 4. den. ad prædictos 4. terminos, et ad festum S. Martini 2. Wardpenny, ... et debet colligere Fongere, sicut idem Ricardus ad Repisac dom. supra prec. opus ob.*

*item... ad fœnum colligere, vel Fong. An filix, herba, quam Fougere dicimus?*

1. **FONS**, Vas in baptisterio, in quod baptizandi descendebant; κολυμβήθρα, et δεξαμενή, Græcis Scriptoribus laudatis in Descript. S. Sophiæ num. 83. *Fons baptisterii, Fons baptismi*, apud Anastas. Bibl. in Vitis PP. pag. 5. 26. *Fons, vel Fontes nude*, pag. 16. 26. 32. etc. S. Ambrosius de Sacramentis: *Venisti ad Fontem, ingressus es*. Sidonius lib. 3. Epist. 12:

Quod frontem cruce, membra Fonte purgant,  
Primus de numero patrum suorum,  
Sacris sacrilegis renuntiavit.

Vetus Urbis Epigramma ad Ecclesiam S. Laurentii in Damaso, ad Fontem, apud Sirmoind. ad eundem Sidonium:

Iste salutare Fons continet inclitus undas,  
Et solet humanam purificare luenam.  
Munia sacra que sint vis acre liquoris?  
Dant regnatricem flumina sancta fidem.  
Ablue Fontes sacro veteris contagia vitæ,  
O nimium felix, vive renatus aqua.  
Hunc Fontem quicumque petit, terrena relinquat,  
Subjicit et pedibus caeca ministeria.

Leo IV. PP. de Cura pastoralis: *Unusquisque Fontes lapideos habeat, et si lapideos habere non possit, vas saltem aliquod ad hoc paratum, in quo nihil aliud fiat, habeat.*

**FONS CONSECRATUS**, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 47. [\*\* Lothar. I. c. 85.] *Quippe benedicitur a Sacerdote eorum aqua, qui baptizandi sunt*. S. Basilius lib. de Spiritu sancto cap. 27: *Εὐλογοῦμεν δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτισματος. Fons consecrari, antequam descendat, qui baptizandus est, dicitur etiam a S. Ambrosio lib. de Iis, qui initiantur cap. 5. Messianus Presb. de Vita S. Caesarii Arelat.: Cum ad benedicendos Fontes procederet, etc. Victor Utic. lib. 2. Persecut. Vandal. pag. 12: *Illa hora, qua benedicent Fontem, ut baptizentur accedentes ad fidem, etc.* Paulinus Epist. 12:*

Dives opum Christo, pauperi, sibi, pulcra Severus  
Culmina sacra Fontibus instituit.

**FONS SANCTUS**, apud Anastasium Bibl. in S. Silvestro PP.: *Fontem Sanctum, ubi baptizatus est Augustus Constantinus*. In S. Hilario: *Item ad sanctum Joannem, intra Sanctum Fontem, lucernam auream, etc.* Tortarius de Translat. S. Mauri Martyris:

Donec Normanni, Fontis gens nescia Sacri,  
His infesta foret.

Meminit præterea *benedictionis Fontium* feria 6. ante Pascha, Gregorius in Libro Sacrament. ubi orationes describuntur. **FONTES** in *remissionem peccatorum sanctificati*, apud Auxilium de Ordinationib. a Formoso PP. factis lib. 1. cap. 28.

† **PER SACRAS FONTES jurare**, in Formula 14. novæ Collect. Baluz.: *Per Deum juro et sacras Fontes, per Sion et Sinai montis, Falsator est ille.*

**DESCENSUS AD FONTEM**, ita inscriptum Carmen, editum a Canisio tom. 5. Antiq. Lect. pag. 745. quo describitur Litaniam, quæ canebatur, dum baptizandi ad Fontes deducebantur:

Mitte sanctum nunc amborum  
Spiritus paracletum  
In hanc plebem, quam recentem  
Fons baptismi parturit.

Sacramentarium Gregorii M. olim datum Ecclesiæ Aretinæ a Joanne Episcopo Aretino, qui vixit sub Carolo Calvo, nunc Ecclesiæ Belvacensis: *Orationes de Pentecosten die sabbati ante Descensum*

*Fontis.* Infra : *Oratio ad Missam in sabato Pentecosten post Ascensum Fontis.*

Porro aquæ vivæ in baptisteriorum fontes infuebant per fistulas, canales, et aquæ ductus, uti colligere est ex his, quæ habent Ennodius Carm. 149. Vita S. Aviti Viennensis Episcopi num. 5. Anastasius Bibl. in Hadriano PP. pag. 118. 117. etc. Eæ interdum per columnas, in medio fontium perforatas, effuebant. Idem Anastasius in S. Hilario pag. 28. de Baptisterio Basilicæ Constantinianæ: *Cum columnis porphyreticis, ragiatis, foratis, aquam fundentes, etc.* Sæpe per figuras animalium verbi gratia cervorum. Idem Anastasius ead. pag. : *Item ad S. Joannem intra sanctum Fontem... cervos argenteos tres, fundentes aquam.* Adde eundem in S. Silvestro pag. 14. Breviarium Vivariense apud Columbium lib. 2. de Episcop. Vivariens. n. 11: *Nihilominus et baptisterium in ista Ecclesia... sub terra vero aquam venientem in ipsam Ecclesiam... deduxit, quæ et per meatus plumbeos in altum respirans, per columnas marmoreas mirabiliter ascendebat, quam etiam æneus cervus in medio stans evomebat.* Interdum per figuram agni. Anastasius in S. Silvestro: *In labro fontis baptisterii agnum ex auro purissimo fundentem aquam, etc.* In Leone III. pag. 134: *Idem Præsul a fundamentis ipsius baptisterium in rotundum ampla largitate construens, in meliorem erexit statum, atque sacrum fontem in medio largiori spatio fundavit,.... et in medio fontis columnam posuit, et super columnam agnum ex argento purissimo, fundentem aquam, etc.* Vide Senator. lib. 8. Epist. 83.

2. FONS, Vas, in quo aqua ad Missæ sacrificium ponitur. Ordo Romanus: *Subdiaconus accipit Fontem de manu Archiparaphonistæ, et defert Archidiacono, et ille ex amula infundit, faciens crucem in calicem.* Occurrunt hæc verba semel ac iterum. Vetus Scheda apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. n. 114: *Offertorium aureum gemmatum cum patina, Fontem aureum cum gemmis, pavonem auro et margaritis distinctum.*

† FONS, Piscina, ubi Sacerdotes lavant manus antequam sacra faciant. Synodus Valent. ann. 1590: *Præcipimus Fontem ad abluendas Sacerdotum manus, qui se ad Missam celebrandam accingunt, preparari, qui vel parietis infixus, vel pensilis aquam præbeat cum linostina palla.*

FONTIUM ADORATIO interdicitur passim legitur in Conciliis, Autisiodor. can. 3. Nannetensi cap. 23. Arelat. II. can. 23. Toletano XII. can. 11. apud Burchard. lib. 1. can. 94. interrog. 42. in Legib. Longob. lib. 2. tit. 38. § 1. [\* Liutpr. 83. (6, 30.)] etc. Hinc *Fonticolæ*, apud Cyprianum in Vita S. Cæsarii Arelat. etc. Vide Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 34. [\* et Grimm. Mythol. German. pag. 326. sqq.]

† FONSACCAR. Vide *Fossinagar.*

† FONSDERA, pro *Fossadera*, ut *Fonsatum* pro *Fossatum*, Præstatio pecuniaria, Exercitus. Vide in utraque voce. Charta Ferrandi Reg. Castellæ ann. 1217. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 521: *Habitatores tamen illarum ab omni Fonsato regio absoluti, pro ipsa absolutione persolvant vobis vestræque ecclesiæ Fonsaderam, omnia jura ad Regem spectantia vobis nihilominus fideliter persolvendo.*

\* FONSALES, ut supra *Foncearius*. *Fonsalis census*, Gall. *Cens foncier*. Vide supra in *Census*.

\* FONSATUS, f. pro *Forratus*, eadem certe notione, Pellitus. Testam. Phil.

episc. Sabin. ann. 1372. ex Cod. reg. 9612. A. F.: *Item mantellum reussetum cum duobus capuciis, uno magno et altero parvo, Fonsatis de minutis variis, uxori Zimulti.* Vide *Furratus*.

† FONSEYUS REDDITUS, Gall. *Rente fonciere*. Vectigal quotannis pendendum fundi domino. Obituarium MS. Ecclesiæ fol. 32. verso: *Tenebitur etiam dictus Capellanus ad Redditus Fonseyo dictarum terrarum domino temporaliter persolvendum.*

† FONSSERIA JUSTITIA, Gall. *Justice Fonciere*, Jurisdiclio minor, inermis. Tabularium S. Odonii Compendiensis: *Ipsos Religiosos jus habere percipiendi in dicta villa de Compendio in eorum terra et Justitia Fonsseria jus foragii, etc.*

† FONSSUS, pro *Fundus*. Chartular. S. Vandreges. tom. 2. pag. 1504: *Totum Fonsum prædictæ hereditatis... tenemur defendere.*

\* FONTA, Fons, Gall. *Fontaine*, alias *Fons*. Charta pro abbat. S. Anton. Paris. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 28: *Quinquaginta quinque libratas... supra quandam domum, sitam in domipolis Parisius, ante Fontam facientem eugnum vici Johannis dicti Begue.* Libert. villæ d'Aigueperse ann. 1374. in Reg. 198. ch. 360: *Item, comme nos devanciers aient donné et octroïé aux habitans de ladite ville le Fons, le abrevoir et les escassadours des chevaulx et des autres bestes, et les conduiz des eaues venant à ladite Fons et abrevoir, etc.*

\* Dominica quarta Quadragesimæ obtinuit in agro Perticensi quidam usus, sub appellatione *Faire ses fontaines*, de quo nihil mihi præsto est, præterquam id quod legitur in Lit. remiss. ann. 1333. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 411: *Comme les supplians feussent alez en la ville d'Escleres pour eulx esbatre et faire leurs Fontaines pour le jour de Dimeanche, que l'en dit Mycaresme, etc.* Aliæ ann. 1426. in Reg. 173. ch. 401: *Le Mercredi devant la mi-quaresme, que on dit au pais (Pertois) le Mercredi devant les Fontaines, etc.* Num, ut apud Romanos in Fontinalibus seu fontium sacris, coronas in fontes conjiciebant et puteos coronabant?

FONTAGIUM. Charta Odonis Archiepisc. Rotomag. M. Jul. ann. 1266. in Tabulario Normanno signato P. ex Camera Computor. Paris.: *Terræ arabiles, vinæ, modiationes vini, prata, nemora, varennæ, Fontagium, redditus in frumento, avena, blado communi, etc.* [\* Legendum suspicor *Fouragium*. Vide in *Fodrum*.]

FONTALIA, Fontes, rivi a fontibus profuentes, in Charta ann. 1180. apud Petrum Mariam Campum in Hist. Eccl. Placentinæ in Regesto 2. part. n. 29: *Item de omnibus surtuminibus et Fontalis, quæ sunt et nascuntur apud clausos de Oltoe, etc.*

† FONTALIS, Capitalis, unde quid quasi a fonte originem habet. Capitulum Generale Cisterc. ann. 1322. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 1509: *Inprimis, quia Parisiensium scholarum honorabilis Universitas... tamquam quoddam virtutis et sapientie Fontale principium, sui luminis radios ubique diffundens mundum illuminat universum, etc.* *Fontalis aqua*, E fonte fluens, in Vita S. Himelini Presbyteri, Martii tom. 2. pag. 47.

\* FONTALITER, Veluti a fonte, in Imitat. Christi. lib. 1. cap. 15. Vide *Fontalis*.

† FONTAMEN, *Ortus aquæ intelligendi sunt*, Papias. Vide *Fontana*.

FONTANA, Fons, *Fontaine*: Italis, *Fontana*.

*tana*. Papias: *Fontamina, sunt Fontanæ*. Joan. de Janua: *Fontana idem est quod fons*. Ad *Fontanas adorare*, in Lege Longob. l. 2. tit. 38. § 1. [\* Liutpr. 83. (6, 30.)] *Fontana aquæ vivæ*, in veteri Charta apud Ughellum tom. 1. pag. 1099. Occurrit præterea apud Innocentium Gromaticum, et in Vita S. Condedi cap. 1. [necnon in Gregorii Monachi Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 612.] *Fontanea scaturigo*. apud Solinum.

\* FONTANERIUS, a Gall. *Fontainier*, Aquilex. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 337. col. 1: *Fontanerio, qui dicebat facere venire et fluere fontem Nemausi per totum annum in majori quantitate quam faciat, etc.* Vide *Fontenarius*.

† FONTANILIS, Fons, ut opinor. Præceptum Caroli C. ann. 869. pro Monasterio Arulensi inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 152. col. 1: *Et super fluvium Fulonicas cella S. Martini cum ipso Fontanile, juxta præfatum Monasterium cella S. Quintini Martyris cum balneis.* *Fontanalis* Vitruvio, et *Fontinalis* Plauto, idem est quod Plinio *Fontanus*, Qui e fonte est, vel spectans fontem.

† FONTANUS, Eadem notione. Scriptura Monasterii S. Vincentii del Pino, inter Concil. Hisp. tom. 3. pag. 168. col. 1: *Et pergit per Toldanos usque ad Panton, et idem ad Castellum, et item per iter Ambaria et per Fontanum, et vadit per illo monte de Linaru.* Conchubranus in Vita S. Moduennæ, Julii tom. 2. pag. 311: *Haurite nunc festinanter aquam de S. Movennæ Fontano, et implete cupas.*

† FONTELLUCCIA, Fonticulus. Vita B. Guidonis de Cortono, Junii tom. 2. pag. 603: *Ipsæ autem recordatus Fontelluccia, unde, cum veniebat Cortonam, solitus erat bibere.*

† FONTENARIUS, Præfectus fontium, Gall. *Fontenier*, in Actis S. Francisci de Paula, April. tom. 1. pag. 149. Vide *Fontenarius*.

† FONTANELLA, Fonticulus, ut arbitrator. Charta Willelmi de Kemmont, ann. 1256. ex Chartulario S. Vandreg. tom. 1. pag. 413: *Concessi Roberto le Telier unam pechiam prati sitam in parrochia de Fontibus... abutantem ex uno bauto ad Fontenellam de Brandeancourt, et ex alio ad Fontenellam dicti Abbatis.*

† FONTICUS. Vide in *Funda*.

\* FONTIGENÆ. [Musæ, Nymphæ, quod circa fontes libenter habitent, vel ex fontibus ortum trahant. *Capell. 6. Carm. 1. O. sacra doctorum prudentia Fontigenarum, et 9. p. 308. Fontigenarum virginum chorus.*]

\* FONTIS-BELLENSIS DOMUS, vulgo *Fontainebleau*, in Epist. Francisci I. reg. Franc. ad Paul. III. PP.

\* FONTIUS. [Fontanus. Pomp. gr. p. 107.]

FOOTEGELD, Pedis redemptio: vox Saxon. ex foote, pes, et geld, mulcta. In Assisa forestæ de *Pickring* 10. Edw. III. quidam se quietum clamavit de *Footegeld*, id est, ut canes infra metas forestæ *inexpeditatos*, custodiret, sine amerciamiento, fine, vel forisfactura: et allocatur ei præterea, quod ita concessum esset alicui majorum ejus.

FOTGELDUM, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 192.

FOTEGLDUM, in tom. 2. pag. 827. Vide *Fapeditare*.

\* FOR, FORA, Tributum, quod ex iis, qui jus habent utendi foresta, *Foragiers* nuncupatis, exigitur. Charta ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 42: *Item*

debet nobis dominus de Compigniaco, ratione Foræ, duodecim denarios Paris. Alia ann. 1390. in Reg. 66. ch. 834: Item dicebant iidem homines præscriptos vicecomites... dictæ universitati dedisse totum jus, quod habebant seu habere poterant vel debebant el For Lautrici et Lautriguesii... et quod eadem universitas sive iidem consules vel sindici auctoritate sua propria possent ponere et remove, ratione dicti For, et ad illud For recipiendum et levandum, forestarios in Lautrico et Lautriguesio. Reg. Feud. comitat. Clarimont. in Cam. Comput. Paris. ex Charta S. Ludov. ann. 1255: Mandons que vous faciez avoir au meieur de Clermont en nostre forest en Haiz une cartee boz,... de tel boz comme li autre Foragier fiesé ont.

\* FORA. Exitus, Gall. Sortie, issue, idem quod *Ezius* supra. Charta ann. 1217. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 39: *Casalia ipsa... concedimus... cum omnibus suis entratis et cum omnibus suis Foris, que in eis ad jus nostrum spectant.* Vide alia notione supra in For.

\* FORAGIUM, Eadem notione, qua supra *Folragium*. Charta Ludov. Junior. ann. 1160. ex Tabul. Columb.: *Dedit præterea idem Hugo Bardulfus Forachium supradictæ villæ, et pedagium, et theloneum.*

† FORACULUM, Τέρερον, i. Terebra. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. et Supplement. Antiquarii. Vide *Taratrum*.

FORADE. Vide *Forathe*.

\* FORADERIUS. Vide supra *Cubatus*.

FORAGARE, FORAGINARE. [\* Nostris *Affourrer*, *Pabulum*, stramen animalibus præbere. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 134: *Lesquelles femmes entendoient à Affourrer et logier leurs vaches et autres bestes en la court et ès estables.* Alia ann. 1406. in Reg. 161. ch. 163: *Lesquels se logerent en un cuignet des bergeries... ouquel ilz furent en attendant que icelle Gilon venist, quant jour seroit, Affourrer icelles brebis.*] Vide in *Fodrum*.

† FORAGERIUS. Vide in *Forum*.

\* FORAGINES. [Extremities cortinarum. DIF.]

1. FORAGIUM, Jus quod domino feudi competit, non pro perforatione dolii vinarii, ex quo vinum prouiditur ad vendendum in popinis, ut quidam volunt; sed pro pretio a domino imposito vino, quod a Tabernariis et Cauponibus distrahitur. Charta Ivonis Abb. S. Dionysii ann. 1169: *Foragium hominum cursim vel in transitu in villa vina vendentium habebit, etc.* Charta ann. 1231. in Tabulario S. Bertini: *Qui vinum vendiderit, dabit de dolio vini sextarium ad Foragium.* Consuetudo Lorriacensis ann. 1187: *Et de vino suo, quod de vineis suis habuerit, Foragium non quoque reddet.* Versus antiqui apud Cousinum lib. 1. Histor. Tornacensis pag. 324:

Tradita Canonici a Rege Foragia vini  
Distribuant illis æqua ratione ministri.

Charta Willelmi Castellani S. Audomari in Chronico Andrensi pag. 527: *De Foragio videlicet totius vini, quod ad usus proprios Ecclesie Andrensis... comparavit.* Aresta ann. 1295. in Regesto Parlamenti B. fol. 107: *Cum ipsi ex dono Regum Francie, ut dicebant, Foragium habeant, in civitate Tornacensi de quolibet dolio vendito certam portionem seu mensuram vini, etc.* Charta ann. 1166. in Tabul. S. Dionysii de Nogeno: *Si aliquis hominum, qui Vicecomiti For-*

gium semel dederit in aliena terra manens, si se ad manendum in territorio S. Sepulcri transulerit, Vicecomes Foragium suum de eodem et ibidem habebit, quamdiu vineas, quas tunc temporis habebat, tenuerit. [Litteræ Roberti Abbatis S. Columbæ Senon. ann. 1231. ex Tabul. Sangerm.: *Habebamus præterea in dicta villa hospites et rotagium, videlicet duos denarios pro unaqueque quadrigata vini, et Foragium, scilicet unum sextarium vini de quolibet dolio, quod venditioni exponebatur.* Charta P. Abbatis Comp. pend. ex Chartul. ejusdem Monast.: *Dedimus etiam atque concessimus prædicto Petro clerico nostro jus integrum, quod habebamus... in dicta domo, videlicet roagia, Foragia, vintragia.*] Philippus Mouskes in Hist. Fr. MS.:

Et s'ent la vouerie ausi,  
Et les Forages leur guerpi,  
De vin, de ceruoise, et de mîs,  
Quel Kil soient noviaus u viés.

Charta Philippi Comitum Flandriæ apud Hemeraum pag. 45. et 168: *Justitiam Laicalem... et teloneum, et Fuer vini.* Infra *Foragium* dicitur. Magnum Tabularium Corbeienae: *Li Abbés fait mettre Fuer es vins con vent à broke, quant mestier est. Forum vini, in Charta Pacis oppidi Faræ ann. 1207. apud Thomasserium in Consuet. Bituric. pag. 437. De foragio et jure foragii agunt Fleta lib. 2. cap. 73. § 9. Hemeræus in Augusta Viromand. pag. 109. 179. 180. 259. Doubletus in Hist. Monast. S. Dionysii pag. 434. 907. Loiselus in Hist. Bellovacensi pag. 274. Raguellus in Juribus Regilis verbo *Forage*, etc. Vide [*Afforagium*], *Forum*, *Pertusagium*.*

FORATAGIA VINI, apud Laurentium de Leodio in Hist. Episcoporum Viridunensium pag. 288. nisi Legendum sit *Foragia*, quod puto. [Vide *Pugillus*.]

\* Eo tamen sensu vocabulum *Foraige* interdum usurpatur certum videtur ex Reg. Corb. 13. sign. *Habacuc* ad ann. 1511. fol. 77. vº: *Et si pateront... les demeurans audit lieu droix de tonnelieu, et Foraige, bouffel, etc.* Ibid. fol. 100. vº: *Les droix de tonnelieu, et Foraige, bouffel, afforage du vin qui sera vendu.* Ubi *Afforage*, Jus significatur, quod pro vini pretio a domino imposito, et *Foraige*, quod pro perforatione dolii vinarii exigitur. Vide *Afforagium* et infra *Foratio*.

\* 2. FORAGIUM, Pabulatio, Gall. *Fourrage*. Gualt. Hemingford. de Gest. Eduardi I. reg. Ang. ad ann. 1297. pag. 125: *In recessu autem eorum in vespertis, cum quibusdam ex nostris a Foragio revertentibus obviasset, insultum fecit in eos ille comes de Levenax.* A verbo *Forer*, Pabulari, apud Villehard. paragr. 207: *Mult grand gent les tenoient si près, que il ne pooient nul marchié avoir, ne Forer se pou non.* Et paragr. 248: *Lor genz alerent Forer un jor.* Unde *Fourragier*, Prædator militaris, in Lit. remiss. ann. 1383. ex Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 166: *Un homme qui sembloit estre pillart, telvacier ou Fourragier et parloit estrange langaige.* *Forer* præterea dixerunt, pro Depopulari, vastare. Stat. ann. 1376. tom. 6. Ordin. reg. Franc. pag. 227. art. 3: *Lesdictes forez... ont esté Forées et grandement endommagées.* Vide *Forrare* et *Foriarii* in *Fodrum*.

\* 3. FORAGIUM, Exactio quævis, vel etiam procuratio, prandium. Charta capit. S. Quint. ann. 1244. in Chartul. Mont. S. Mart. part. 4. fol. 87. rº: *Præterea sciendum est, quod quodcumque aliquis abbas de novo fuerit institutus in ecclesia dicti Montis S. Martini, tenebitur*

dictam domum cum gardino a dictis Johanne, dicto Beduin, et Johanne de Dulleto, aut ab illis qui successerint in eorum præbendas, desponsare et tradere utrique eorum duodecim denarios pro jure desponsationis illius; et mediantibus tantummodo censu et jure desponsationis prædictis, absque omni alia exactione et Foragio, nos et nostri successores tenemur portare garandiam perpetuam de dicta domo et gardino prædicto. Vide in *Fodrum*.

FORAGO, in Glossis Isid: *Trames diversi coloris.* Papiæ: *Nota in textura, significans cujuscumque dieti opus.* [Festus: *Forago, Filum quo textrices diurnum opus distinguunt, a furando dictum, vel ut habet Perottus a forando: quod præstare videtur.*] Ugutio et Joan. de Janua: *Forago, [A foris] dicitur illud filum alterius coloris, quod mulier ponit in capite, vel in fine, vel in latere telæ, ad distinctionem vel ornatum faciendum.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Forago, Lical, listere de drap ou de telle.*] Vide *Farrago*.

1. FORALE, Pars currus, lignum scilicet perforatum, in quo ponuntur *furcalia*. Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Temo, longale, trabale, furcale, Forale.

2. FORALE. Wichbild. Magdeburgense art. 9. § 2: *Idque signum hucusque servatur, ubi civitates vel Foralia noviter fundantur.* Legendum puto, *Fortalitia*, munitiones, castra; nisi *Foralia* sint nundinæ, vel fora publica. [Immo sunt, ut apparet e German. *wo man neu stet baut oder Merkt macht.*]

¶ Certe pro Tributo quod ex *foris* seu nundinis vel *placitis* percipitur, occurrit in Litteris Henrici Episcopi Leodiensis pro Monast. S. Huberti apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 518: *Confirmamus Deo et S. Huberto... legalem donationem præfati alodii, cum familia et omnibus ejus utilitatibus et appenditiis, scilicet terris cultis et incultis, pratis, silvis, aquis, aquarumve decursibus et piscatura, banno, latrone, Foralibus et placitis, absque venatione quam solummodo usibus meis propriis retinui.* Cantatorium MS. ex Abbatia S. Huberti fol. 3: *Cujus omnes justitias, theloneum, bannum, comitatum, latronem, Foralia, vel cujuscumque placiti questum vel querelas ex antiquo more potestativo jure obtinuit.* Apertius vero

† FORALE JUS dicitur in Charta Ottonis II. Imper. pro Ecclesia Leodiensi ann. 983. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 332: *Quicquid videlicet ex coemitione animalium, vel ex omni genere tam vestium quam ferri et metallorum, vel ex reditu navium, vel ex omnium commercio vectigalium, vel ex jure Forali, vel districto judiciali possit provenire.*

\* Tract. pacis ann. P. 1466. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 214: *Spondemus quod nulla telonea, deposita, gabellas, Foralia, sive quascunque alias censurationes... imponemus de novo.*

1. FORALIS, Ager optimus, Papiæ.

2. FORALIS, Forensis. Gregor. M. lib. 4. Epist. 67: *Sicut studii nostri esse concedet a litigiis Foralibus monachos submovere, ut divinis ministeriis pie ac solerter invigilent.* Occurrit rursus Epist. 62.

† FORTALITUS. Vide *Fortalitius*.

1. FORAMEN, Fenestra. Vita S. Boniti Episcopi Arvern. sæc. 3. Bened. part. 1. pag. 94: *Inter nemorosa pomarii sistunt infra biguadrarum claustra gemina munitione, crebrisque arcuum maceriarum Foraminibus manent.*

† 2. **FORAMEN**, Rei cujusvis extraneæ advectio. [Fossio putei, salis fodina.] Stat. ann. 1496. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 265: *Considerantes thesaurum regni nostri communem in zuppis Cracoviensibus continuo decrescere et minui propter salis Foramen et adventicii in regnum nostrum.*

**FORAMINARE**, Perforare. Utitur Sidonio lib. 1. Epist. 5. lib. 3. Epist. 3.

† **FORAMINOSUS**, Foraminibus pertusus, apud Tertull. de Patient. cap. 14.

† **FORAMINULENTUS**, Eadem notione, apud Hermol. in. 2. Poster. Paraph. cap. 14.

**FORANEITAS**, dicitur de Canonico, qui foraneus est, seu qui non facit residentiam. [Statuta Gosvini Episc. Tornacensis ann. 1209. tom. 3. Gall. Christ. inter Instr. col. 50: *Statuimus ut quicumque Foraneus erit ab ecclesia portando oneri dieti et æstus se subtrahens, ei stipendia subsequantur (f. subsecen- tur) ut de toto beneficio quod habet in ecclesia (non) amplius quam viginti solidos in anno Foraneitatis suæ se noverit recepturum; quicumque autem de Foraneis stationarius esse voluerit, oportet ut per 40. dies ante nativitatem B. Joannis Baptistæ certum faciat Capitulum quod suam facturum veniet stationem in festo prædicto, ita quod si postmodum veniens toto anno servierit, tamen Foraneus habeatur et Foraneitatis legem subeat.] Charta Petri Episcopi Meldensis ann. 1245. ex Tabulario Ecclesiæ Meldensis fol. 48: *Privilegius super his dictæ Ecclesiæ concessis... super residentia et Foraneitate præbendarum, et perceptione fructuum earundem taliter duximus ordinandum. Infra: Si vero facta prima residentia Canonicus non habitus pro Foraneo post Kalendas Apriles cesserit, vel decesserit, etc. Quid vero proprie sit Foraneitas, docet vetus Statutum Ecclesiæ Trecentis apud Camusatam pag. 150: *Si absentes Canonici residentiam non fecerint per medietatem unius anni integre, dicti Canonici, qui dictam residentiam non fecerint, tenentur solvere 100. solid. Celerario Ecclesiæ totiens quotiens defecerint in dicta residentia faciendâ. Et si defecerint per unam diem de dicta residentia faciendâ, nihilominus debent solvere dictos 100. solidos. Et vocatur ista servitus, seu hujusmodi redhibitia, Foraneitas. Charta ann. 1217. in Tabulario Ecclesiæ Carnotensis n. 228: *Nihil autem habeat de pane et vino pro annualibus de Foraneitatibus, hoc est, de fructibus præbendarum foraneorum Canonicorum, etc. Vide ibid. Ch. 314. [Tabular. Episcopat. Ambian. ann. 1281. fol. 26.] Hemeræum in Augusta Viromand. ann. 1159. 1230. et Jacobum Petitem post Pœnitentiale Theodori pag. 442. 444.****

\* Dicitur etiam de canonico, qui tempus residentie assignatum non completit. Charta Will. archiep. Senon. ann. 1176. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 51: *Ducimus etiam illud statuendum, ut secundum consuetudinem vestræ matris Senonensis ecclesiæ Foraneitates præbendarum, in ecclesia beati Quiriaci observentur, videlicet ut nullus de substituendis canonicis nisi viginti solidos per annum de præbenda sua recipiat, qui per dimidium annum Pruvini non fecerit mansionem. Charta ann. 1205. in Chartul. S. Petri Insul. sign. Decanus ch. 25: *Si vero citra terminum octo mensium, absque licentia capituli, evagari præsumpserit (canonicus) pro foraneo habeatur, et tantum contentus erit antiqua Forane-**

*tate, quæ videlicet statuta est in hunc modum: quod foraneus habeat xxxvij. raserias frumenti, vj. modios avenæ, xx. capones, argentum de Flandria, et de minutis denariis suis solvet xlviij. sol. ad opus vicariorum. Ubi Foraneitas intelligenda est de retributione foraneo attributa. Vide Foraneus 1. et infra Foraneitas.*

† 1. **FORANEUS**, Canonicus qui non facit residentiam. Acta Visitationis S. Petri Lovaniensis ann. 1230. apud Martenium tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1243: *Volimus quod Canonici vestri universi et singuli residentiam faciant, aut si quis Foraneus fuerit tantum tertiam partem præbendæ suæ percipiat. Occurrit passim. Vide Foraneitas.*

† 2. **FORANEUS**, in Vocabulario Juris utriusque, dicitur, qui forum tenet, vel de foro venit. Galli vocant Marchand Forain, eum qui extra patriam propriam merces suas exportat.

† 3. **FORANEUS**, Exterior. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXVIII: *Contineat videlicet (cordula sigilli) quinque fascias vel vias in longum, quarum tres Foraneæ, scilicet duæ et una media sint coloris crocei, aliæ vero duæ quæ erunt scilicet inter utramque Foraneam et mediam erunt coloris rubei.*

\* 4. **FORANEUS**, Devius; Rue foraine, quæ devia est, vulgo Rue détournée, écartée. Lit. remiss. ann. 1887. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 122: *Le suppliant se latita grant pièce par Paris en rues Foraines et autres. Laquelle rue du plastre est rue Foraine, non faite pour cas de marchandise, in Reg. 152. ch. 21. Charta ann. 1406. ex Bibl. reg.: *Lesquelles deux maisons... sont situées en rue Foraine et aussi comme inhabitée. Vitæ Patrum MSS.:**

Pour la queste fu en grant paine,  
Tant qu'en une rue Foraine  
L'aperchut.

† **FORANEUS DECANUS**, in Concilio Tarracon. ann. 1591. Idem qui Gallis Doien rural, Qui ruri habitat seu extra urbem Episcopalem. Vide Forisdecanus.

† 1. **FORARIA**, FORRERIA, Officium Forerrii, seu Metatoris hospitiorum, in curia Dalphini Vien. Ordin. ann. 1840. de Officiis domus Dalphin. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 392: *Faciat (Magister hospitii) cum thesaurariis ipsis, vel altero ipsorum, inventarium de omnibus ac singulis paramentis... et munitionibus quibuscumque capellæ et cameræ nostrarum, ac panatariæ, botelleriæ, coquinæ, fructuariæ, marescalciæ, et Forariæ, quæ in eis consistunt ad præsens. Ibid. pag. 272: *Pro Forerrio LI. unc. XIV. taren. II. grana. In Onomast. ad calcem tomi I. Actorum SS. Aprilis Foraria dicitur ipsa metatio hospitiorum. Vide Forerrius.**

2. **FORARIA**, FORERIA. Liber Inquisitionum Alfonsi III. Reg. Castil. apud Cordosum in Hagiologio Lusitano: *Dicit, quod Ferdinandus Canellas comparavit tempore D. Regis Sancii, avi istius Regis villam de Pinheiro, et Forariam de Caballacia, etc. Ubi Brandaon. lib. 3. Monarch. Lusitan. cap. 2. ubi idem refertur, vertit, quæ era Foreira a de caballacia. [\*] Vide S. Rosa de Viterbo voce *Direitura*. [Charta XII. circ. sæculi ex Archivo B. M. de Bono-nuntio Rothomag.: *Sciunt præsentis et futuri, quod ego Robertus de Obsaurvilla... donavi Ecclesiæ S. Mariz Becci Foreriam quinque dorlorum prati. Charta ann. 1283. ex eodem Archivo: Charta Roberti de Auber-**

*villa, de Foraria quinque dorlorum prati de Nés. Charta Laurentii Abbat. Centulensis ann. 1180. in Tabulario ejusdem loci: Campus unius sextarii, et una Foraria quarterium seminaturo. Forieres, in Consuet. Hannon. cap. 53. Agri pasce-ndis animalibus destinati; a Fodrum ducta origine.]*

**FORARIUM**, FORDARIUM, [Idem quod Foraria 2.] Monasticum Angl. tom. 2. pag. 279: *Et de dominico suo, Forarium, quod jacet juxta viam apud Northampton. Pag. 1010. Fordarium idem videtur: Apud Hoestrestiam unum Fordarium.*

**FORAS**, Extra, cum accusativo. Decretio Childeberti Regis cap. 4: *Et si fors Ecclesiam capti fuerint, etc. Capitulare ann. 779. cap. 19: Foras marcham nemo mancipium vendat. Adde cap. 20. Occurrit passim.*

\* Hinc nostris Feur et Fuers, eodem significato. Constit. civit. Tull. ann. 1297. in Reg. A. Chartoph. reg. ch. 1: *Et se li citain de la ville de Toul isotent Feur par son de cloche ou de commandement, pour meffaire sur lor ennemis, ou pour rescourre la leur chose, etc. Charta ann. 1320. ex Chartul. priorat. Belleval.: *Nous serons tenu de payer chescun an lou menus deime de nostredite maison tout entierement en clout et Fuers clous. Etre de fors, de extraneo dicitur, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:**

Un archier ot près de l'image,  
Qui grant desroi et grant damage  
Faisoit souvent a chax de Fors....  
De Fors ot un arbalestrier, etc.

Puer, Foras, quasi pro Fuer, in iisd. Mirac. lib. 2:

Et qui vos grans possessions  
Avés por Dieu jetées Puer,  
Aïés grant joie à vostre cuer.

Poema du Riche et du Ladre MS.:

Se veuls avoir à pais ton cuer,  
Ire et hayne jette Puer.

**FORAS-MIXTOS**, Capitulum I. ad Legem Salicam cap. 12. et Lex Longob. lib. 2. tit. 32. § 6. [\*] Carol. M. 25.]: *Ut nec colonus, nec fiscalinus possit alicubi Foras-mixtos traditiones facere. Ubi glossa Interlinearis, Foras-mixtos, i. extra conservos. Cavetur igitur hoc Statuto, ne quis colonus aut fiscalinus donationem vel venditionem alteri faciat, quam conservo, vel potius propinquo. Gloss. antiquæ MSS.: *Propinqui, qui a femina veniunt, consanguinei dicuntur. Propinquus mixto sanguine, post adfinitate jungitur. Vide Notas Steph. Baluzii ad Capitul. tom. 2. pag. 1061. 1184. ubi variantes lectiones descripsit.**

☞ Aliam Lectionem exhibet Codex Guelferbytanus, quam ceteris meliorem genuinamque esse existimat doctissimus Eccardus: *Ut nec colonus, nec fiscalinus possit alicubi Forasmitio traditionis facere. Hæc pro suo more docte explanat vir eruditus, atque hanc vocem compositam censet a Germanica particula For, pro, et verbo Smiten, vel, ut olim pronuntiabant, Mitan, jacere, projicere; unde Forasmitio idem est atque werpfitio vel gurpfitio. Solemne quippe erat Antiquis, cum rei alicujus possessione sese exuebant, in signum traditionis symbolum aliquod projicere. Hac ergo lege, si Eccardo fides, cautum erat ne fiscalini vel coloni aliquam traditionem facerent, ut pote qui nihil proprii possiderent. Verum errat Eccardus: supra enim observavimus fiscalinos alios nude servos fuisse, alios jure liberorum potitos, atque adeo ipsis licitum fuisse mancipia*

et proprias terras alienare, modo tamen conservis fiscalinis. Hinc restituendum *Foras mitium* existimo; ita ut ea lege fiscalinis prohibeatur extra dominium illius cujus erant tenentes traditionem facere. Vocem *Mitium* ea notione accipiendam esse suo loco probabimus. [\* Plura vide in *Mitium*.]

† **FORASLACTUM**. Vide in *Forisfacere*.

**FORASMURANEUS**, *Foras*, seu extra muros, cui opponitur *Intramuraneus*, intra muros, de qua voce infra. Gregorius Turon. lib. 5. cap. 11: *Gavivus autem nuntio Pontifex, nocte sancta Pentecostes vigiliis celebratis, ob baptismum Forasmuraneum egressus est.*

† **FORASTA**, *Silva*, Gallice *Forêt*. Vide *Foresta*.

\* **FORASTANUS**, **FORESTANUS** et **FORASTERIUS**, *Alienigena*. Ital. *Forastiero*. Gall. *Etranger*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 328: *Dicimus etiam quod nullus de comitatu bon. vel districtu, vel Forastanus (Forestanus '59; — Forasterius '60, '63), miles vel nobilis, pedes vel clericus trahat vel veniat in civitatem... et paulo post: Si vero fuerit extra districtum bon. amputetur ei caput.* D. Du Cangi sub vocabulo *Forestanus* subijcit notionem *suburbanus*; sed tamen e locis supra allatis liquet *Forestanum* haberi et vocari tum qui ad comitatum quem qui ad districtum haud pertinet. [Fr.]

† **FORASTERIUS**, *Externus, extraneus*. Ital. *Forestiere*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 30: *Ordinamus perpetuo firmiter observandum quod si aliquis extraneus seu Forasterius, etc. Acta SS. Junii tom. 4. de sanguine S. Joannis Baptistæ: Hæc a religiosis et a fidelibus, tam a Forasteris quam de Modœtia viris qui aderant, quando suprascripta referēbat, relatione audivi.* Occurrit præterea in *Chronic. Modœt.* apud Murator. tom. 12. col. 1136.

1. **FORASTIGUS**, *Extraneus*, *Papiæ Exterior. Pugna Forastice*, in *Epist.* 3. S. Bonifacii Archiepisc. Moguntini. *Presbyter Forasticus*, de quo suo loco. *Forastici homines: servi vel ancillæ Forastice*, in *Polyptycho S. Remigii Remensis*. *Alibi: Servi 11. et ancillæ 13. Forenses scilicet, sive acolæ, debentes lib. 1. sol. 4. viri mansa tenentes, et acolæ, et Forenses sunt 228. debentes anno tertio pro pasto tot porculos.* Ibidem: *De terra Forastica culturæ 4. campi 2. recipientes semine speltæ mod. 320.*

\* *Charta Caroli Simpl. ann. 916. tom. 8. Collect. Histor. Franc. pag. 529: Forastica de cambia una, etc. Id est, foras urbem exstructa. Vide mox Forataneus.*

\* 2. **FORASTIGUS**, *Laiicus*. *Epist. Guid. Noviom. thesaur. ann. circ. 1050. inter instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 865: Et inde non solum inter Forasticos, verum etiam inter ecclesiasticos varix et tumultuosæ dissentiones oriuntur, etc.*

† **FORASTOLLUM**, **FORASTOLUM**, *Pulpitum plicabile, quasi a Foras et Tollo*. *Vetus Cerimoniale MS. B. M. Deauratæ: Et dum est in Ecclesia ipse tendit ad locum, ubi consuetum est dicere Evangelium cotidie in Missis: et ibi inveniet Forastolum preparatum a gentibus sacriste cum panno consueto in festis magnis apponi.* Et infra: *Interim dum ista sunt cantatur in Forastollo ad ordinationem Cantoris, etc. Rursus infra: Ibi debent reperire Forastollum preparatum a gentibus sacriste.* Vide *Forestolum*.

**FORASTUM**. Vide *Foresta*.

**FORATAGIUM**, Vide *Foragium* 1.

\* **FORATANEUS**, *Extraneus, qui foras urbem habitat*. Stat. sabbater. Carcass. ann. 1402. tom. 8. *Ordinat. reg. Franc. pag. 564. art. 18: Quod nullus sutor nec aliter Forataneus, quicumque sit, sit ausus obragium quodcumque sabbateriæ in burgo Carcassonæ portare pro vendendo, nisi illud obragium sit bonum.* Vide infra *Foretanus*.

† **FORATANUS**, *Extraneus*. Gall. *Forain, Etranger*. *Ordinatio Consilii civitatis Arelat. ann. 1268: Super facto bestiarum Foratorum et extraneorum et gardianorum per D. Raimundum de Organo, etc.*

**FORATHE**, vox Saxonica, composita ex *for* pro et a *the*, juramentum. Constitutiones Canuti Regis de foresta cap. 12: *Liberalis autem homo, id est thagen, modo crimen suum non sit intra majora, habeat fidelem hominem, qui possit pro eo jurare juramentum, i. Forathe.* *Vetus Gloss. Saxon. Foroad, perjuratione. Forade scribitur in Legib. Henrici I. Reg. Angl. cap. ult. [\* Vide Aasworen Eed et Antejuramentum.]*

**FORATICUM**, **FORATICUS**, *Vectigal, idem quod Foragium*. *Charta Dagoberti Regis Fr. apud Doubletum pag. 656: Temonaticos, cespitaticos, pulveraticos, Foraticos, mestaticos, etc.* *Formulæ veteres cap. 45. apud Bignon: Nec nullas venditas, nec rodaticus, nec Foraticus, nec pontaticus, etc.* *Alia Caroli Reg. ex Tabul. Molismensi: Et in Vetuero mansum dimidium, et Foraticum de cambia una.* *Alia Berengarii Episc. Virdunensis apud Hugonem Abbatem Flaviniac. ann. 951: Et decimam Foratici nostræ civitatis de vino.* *Adde Aimoinum lib. 5. cap. 10. [\* Foraticum de cambis in Chart. Walter. Comit. Ambian. ann. 985. in Append. Irminon. pag. 340. Est Guerdardo: Jus in vinum et cerevisiam veno posita, competens domino feudi.]*

\* **FORATIO**, *Jus, quod pro perforatione doli vinarii exigitur. Pactum inter episc. et Comit. Genev. ann. 1124. apud Spon. tom. 2. Hist. Genev. pag. 5: Hospitalitatem, placitum generale, Forationes vini, et totum rippale, coroadam et mutationes domorum, si dominus mortuus fuerit, debet ut dominus possidere.* *Adde Homag. ann. 1219. ibid. pag. 50. Eadem rursus occurrunt in Bulla Adr. IV. PP. ann. 1157. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 924. Vide supra Foragium 1.*

**FORATORES**. Vide *Fodrum*.

† **FORATURA**, **FORRATURA**, *Pellitium*. Gall. *Fourrure*. *Charta Eduardi III. Regis Angliæ ann. 1337. apud Rymer. tom. 4. pag. 822: Vasa aurea, sive argentea, coclearia, vestes, anulos, jocalia, utensilia, pannos, Foraturas, etc.* *Acta S. Yvonis tom. 4. Mail pag. 578: Quædam navis in qua erant Foraturæ multæ de variis, perichitata fuit et sub aqua fere per tres dies stetit. Mercatores autem ipsam devoverunt D. Yvoni, quæ elevata fuit, et quod miraculum magnum videtur, Foraturæ illæ in nullo modo madefactæ nec deterioratæ fuerunt.* *Conc. Terrac. IV. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 823: Nec canonici, vel alii clerici de Capitulo Cathedralis Ecclesiæ portant in capucis capparam de choro, quæ nigra esse solent, Foraturam, nisi de varis grisiiis, vel pellibus nigris.* Vide *Fodratura*.

**FORATUS**. Vide *Furratus*.

† **FORBA**, *ὄστια ἐγκύμωνος βοῆς, Mactatio gravidæ bovis*. *Gloss. Lat. Gr. Sangerman. Est pro Forda, quo usi sunt Columella et Ovidius pro Bove prægnante; unde Varroni Fordicidia, Dies quibus boves prægnantes immolabantur.*

\* **FORBAGNIRE**, *In exilium agere, banno seu edicto promulgato; unde Forbagnitio*. Ch. Caroli II. reg. Sicil. ann. 1273: *Mandamus etiam ut quotiens aliquem Forbagniri seu forjudicari contingerit, justitiarius qui eum banniverit vel forjudicaverit, de bannitione seu forjudicatione ejusdem quatuor scripta conficiat, continentia nomen et cognomen, causam et tempus forjudicationis seu Forbagnitionis ejusdem.* Vide *Forisbanire*.

† **FORBANDITORIA NOTITIA**, *Instrumentum quo quis rem aliquam dimittit, atque ab ea foras esse sese declarat.* *Notitia donationis factæ monaster. S. Antonini in Ruthenis a Pipino Rege ann. 767. tom. 1. Hist. novæ Occitan. inter Instr. col. 28: Notitia traditoria atque Forbanditoria peracta a domino Pipino Rege serenissimo Francorum et Aquitanorum, in præsentia atque manu Fedanii Abbatis Ecclesiæ sancti Antonini.*

\* **FORBANIMENTUM**, *Proscriptio. Bannum seu Forbanimentum, in Charta Caroli IV. ann. 1324. ex Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 242.*

**FORBANNIRE**, etc. Vide *Forisbannire*.

**FORBATOR**, *Armorum politor, samarius*. Gallice *Forbisseur*. *Leges Aluredi Regis cap. 23. [\* 19.] apud Bromptonum: Si quis Forbator alicujus arma susceperit ad purgandum, etc. [Oriri videtur a veteri Franco Furben, Mundare, polire.]* Vide *Oct. Ferrarium in Forbire*. [\* Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 680. voce *Forbjn*, et infra *Forbisator*.]

**FORBATUDUS**, dicitur ille, qui ab eo occiditur, quem per vim aggressus erat. *Formulæ vett. cap. 29. apud Bignonium: Hic juro.... quod homo aliquis nomine ille, ita factus, cum armis suis super me venit, et colpus super me misit, et sic mihi Dominus directum dedit, et tales colpus ei dedi, pro quibus ipse mortuus est, et quod feci, super me fecit, et ego hodie ipsum facio infra damnum (Edit. Lindenbrog. habet *fordanno*) et Forbatudum infra noctes 42. sicut lex est et nostra consuetudo, apud tres alcaris, et 12. conlaudantes juraverunt, et linguas eorum legibus direxerunt.* Quibus quidem verbis reus cædis pollicetur, se juratorum duodecima manu, ac probaturum, eum, qui primus sibi manus intulit, jure cæsum, ut qui *foris battiderit*, seu perperam et contra jus primus percussit, [a Germanico *For*, *Ante*, prius, et *Battudus*, *Percussor*, a *Battere*, *Cædere*, *percutere*.] *Forbatudum enim facere, est probare eum haud jure manus iniecisse in alium.* *Formula alia: Et sic est veritas absque ulla fraude vel contudio, et in sua culpa secundum Legem Forbatudum fecit.* In *Lege Ripuar. titul. 77. est de homine Forbatudo*, ubi aggressor interfectus, dicitur de vita *Forfactus*: *Et tunc ante judicem in araho conjuret, quod eum de vita Forfactum interfecisset.* *Decretio Childeberti Regis cap. 4. de raptore: Qui autem edictum nostrum ausus fuerit irrumpere: iudex loci illius solatio collecto ipsum raptorem occidat, et jaceat Forbatudus.* *Aliter de vocis Forbatudus origine censet Somnerus, atque, vocem conflata ex voce Saxonica for, quæ vim negandi habet, et batutus, quæ etymon habet ex baete vel boete, idemque sonat, quod bote, emenda, mulcta, ita ut Forbatudus is sit, cujus mors nullam emendationem aut compositionem admittit.*

\* **FORBEA**. [Omne genus cibi: a voce

Græca allata, quæ a φέρω, pasco. Festus.]

† **FORBENGE**. Vide *Forfang*.

\* **FORBISSATOR**, FORBITOR, FOURBIS-SOR, Armorum politor, samarius, Gall. *Fourbis seur*, alias *Fourbeur*. Arest. parlam. Paris. ann. 1803. in Reg. *Olim* fol. 106. vº: *Cum Forbissatores ensium villæ Parisiensis curiæ nostræ conquesti fuissent, dicentes quod... garnitores forellorum ensium opera... ad officium dictorum Forbissatorum... pertinentia... exercebant, etc.* Aliud ann. 1268. *ibid.* fol. 55. vº: *Uxor cujusdam Forbitoris ensium de Meleduno interfecit maritum suum.* Lib. 1. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 33. rº: *Hugo Forbitor v. solidos tribus terminis de domo juxta domum Radulphi Cauvin.* Arest. parlam. Paris. ann. 1412. in Lib. 1. stat. artif. Paris. fol. 55. vº: *Ad supplicationem magistrorum juratorum eruginatorum seu Fourbissorum ensium villæ nostræ Parisiensis, etc.* Stat. pro vilis. artif. ann. 1330. in Consuet. Genovef. MSS. fol. 2. vº: *Nulz Fourbeurs, ne peut, ne ne doit au jour de feste, que li commun de ville foire, fourbir.* Haud scio an *Fourbis seur*, pro *Fourlasseur*, legendum sit, in Lit. ann. 1469. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 298: *Jehan le Frilleux en son vivant Fourlasseur, demourant en la ville de Rouen, etc.* Vide *Forbatori*

† **FORBORA**, vox Langobardica, Filius unicus. Leges Rotharis apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 26. col. 2: *Si quis dereliquerit filium unum, quod Forboram, et filios naturales unum aut plures, filius legitimus tollat duas portiones de patris substantia, naturales vero tertiam.* Cod. Esten. habet, *Filium legitimum unum.* Idem habet Cod. Cathedralis Mutin. qui addit, *Quod est Furbornet.* [\* Rothar. 154. Vide *Fulboran.*]

† 1. **FORÇA**, quam nunc *Faliscum* appellamus, nunc *Culter* dicitur, alias *Securis*, qua pontifices in sacris utuntur. Papias. Charta ann. 1368. in Tabulario S. Victoris Massil.: *Molendinum cum una Força de ferro ferrata, etc.*

† 2. **FORÇA**, Furca, patibulum, Gall. *Fourches*. Testament. Adelaidis Vicecomitissæ Narbon. ann. 989. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 108: *Campum quem empsi in Aurucione ad ipsas Forças.* Charta ann. 1359. in Chartophylacio regio Regest. 90. n. 486: *Licentia Anthonio des Ongles data, ut possit habere judices et levare Forças pro justitia sua gubernanda.* Vide *Furca*.

† 3. **FORÇA**, Vis, Gall. *Force*. Vide in *Fortia* 2.

\* 4. **FORÇA**, Munitio, arx, vel Carcer. Inquisit. ann. 1268. ex schedis Pr. de Mazaugues: *Requisitus quas justitias vidit exerceri per prædictos dominos; dixit quod quondam Guillelmus Molegeus bajulus dicti castri cepit unum hominem de Borbentana; ... et ipse interfuit captioni dicti hominis, et ipsum vidit intrudi in Força Montis-pavonis.* Force, pro Pago arcibus munito, in Reg. sign. Noster Cam. Comput. Paris. fol. 291. ter vº: *Item il convenroit passer par la Force de plusieurs seigneurs, qui ne sont pas si entiers, ne si loiaus aus Chrestiens comme il deussent.* Vide infra *Fortia* 3.

\* 5. **FORÇA**, Fasciculus, Gall. *Botte*. Charta Guill. episc. Agath. ann. 1173. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 329: *Manso Petri Carbonelli tertium de Cauz, quod est unum modium frumenti et unum modium ordet et seaginta Forças de cepis.* Vide infra *Furcus*.

† **FORCAGIUM**, FORCIAGIUM, *Fortagium*,

*Fortiagium*, *Fortigium*, Voces, si bene conjecto, ejusdem notionis, quæ exactationem significant, forte sic dictam, quod dominis ad arcium, quas *Fortias* vocabant, constructionem munitionemque exsolventur. Charta Andrea de Vitreio apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 212: *Dedi Majori-Monasterio ... decimas omnium meorum reddituum ... præter talliam meam et Forcagium.* Tabularium Ecclesiæ Macloviensis: *Olivarius de Dinanno quitavi Burgensibus S. Maclovi consuetudinem et Forcagium lignorum merinsmentorum, quod ego capere facebam in villa mea de Plancoit.* Histor. Abbatie S. Albini Ord. Cisterc. MS. per Guillelmum Gauthier cap. 6: *Gervasia domina Dinanni exemit Guillelmum filium Radulphi... ab omni exactione et tallia, coustumiis, bocellagio, Forciagio.* Litteræ Johannis Regis Franc. ann. 1354. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 1470: *Retentis insuper in præmissis donatis nobis et successoribus nostris Franciæ Rejibus recognitione et homagio, ac superioritate et resorto, et quod in villis, castris et locis prædictis, et aliis quibuscumque dicti Comitatus, Fortagia et alia quæcumque subsidia indicere poterimus.* Testamentum Gaufridi Tournemine ann. 1264. ex Archiv. S. Albini de Nemore: *Item volo, quod illa Fortagia et auxilia, quæ levavi et posui in parochia de Phudelia... penitus dimittantur.* Litteræ Innocentii IV. PP. pro Monasterio Calensi in Tabulario ejusdem loci: *Ut de iis quæ aliquotiens emere pro vestris utilitatibus vos contigerit, nulli pedagia, winagia, rotatica, traversa, roagia, pesagia, minagia et Fortigia, quæ pro his a secularibus exiguntur, solvere teneamini, auctoritate vobis præsentium indulgemus.* Vide *Foriscapium*. [\* Vide infra *Forchagium*.]

† **FORCIADELIA**. Vide *Fortia* 3.

† **FORCAPIUM**. Vide *Foriscapium*.

† **FORCARE**, Vim inferre, Gall. *Forcer*. MS. Cod. Consuetud. Tolos. fol. 29: *Infra illos terminos ab ipsis dominis suis, vel dominabus, vel aliis pro eis, et illi tales homines, vel feminæ et res, animalia eorum nullatenus capiuntur nec Forcentur.* *Ibid.* sæpius occurrit. Vide *Forciare* in *Fortia* 2.

\* Ital. *Forzare*, Hispan. *Forcejar*. Charta Aldef. reg. Aragon. æra 1165. pro hominibus Tutelæ in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 295: *Et non vos inde laxetis Forcare ad nullum hominem, et qui vos voluerit inde Forcare totos in unum destruite illi suas casas.* *Parforcier*, eodem sensu, in Lit. ann. 1373. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 636: *Estre contrains ou Parforciez en quelque maniere, etc.* *Pourforcier*; unde *Pourforcement*, in Ch. ann. 1288. ex Reg. comitat. Montisfort. Cam. Comput. Paris. fol. 39. vº. *Se Parforcer* vero, pro Eniti, conari, in Lit. remiss. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 400: *Icellui Ravenel... se Parforçoit de battre et emmener les dites bestes.*

† **FORCARIA**, pro *Focaria*, Concubina. Statuta Ecclesiæ Andegav. inter Anecd. Marten. tom. 4. col. 524: *Et impudicitias quoque suas palam exercere non verentur, et plures tam Ecclesiastici quam seculares, singuli singulas in (sic) suas Forcarias in domibus propriis et aliis publicis et honestis locis incameratas tenere et habere non pertimescant.*

\* **FORCATA**. Tributum, quod pro statione in nundinis habenda pensitabatur. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 221: *Et hoc redditum fori preconicari faciat (potestas), et plus offerenti*

*detur; et ille qui acceperit non accipiat pro Forcata ab aliquo forense ultra tres solidos bononiorum:*

Ex hoc loco patet etiam notio vocabuli *Forcatia*, quam dubitanter exhibuit D. Du Cangius. [Fr.]

\* **FORCATA**, Tributum, ut opinor, quod pro statione in nundinis, quæ furcis fulcebiatur, habenda, pensitabatur. Pactum inter Bonon. et Ferrar. ann. 1193. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 449: *De Forcatia stationum, idem facient Bononienses, quod alii Lombardi.*

\* **FORCELLA**, vox Italica, Furcilla, fuscina, Gall. *Fourchette*. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item unam Forcellam ponderis unius uncie.*

† **FORCELLETUM**. Vide *Fortia* 3.

† **FORCEPS**, Fabricæ corruptæ *Forfices* dicuntur. Gl. Isid. quæ sic emendandæ sunt ex Glossis MS. Regii, *Forceps, Fabrici, qui corrupte Forfices dicuntur.* Isid. Orig. 20. 13: *Forfices secundum etymologiam, si a filo dicuntur F ponitur, ut Forfices quæ sunt sartorum: si a pilo per P ut Forpiceps, quæ sunt tonsorum: si ab accipiendo per C. ut Forcipes, eo quod formum capiunt, quæ sunt fabrorum. Formum enim dixerunt antiqui calidum. Festus habet: Forcipes dicuntur, quod his forma, hoc est, calida capiuntur. Hæc ad emendationem Glossarum Isid. cum *Forceps* Latinum sit.*

\* *Forcesces* et *Forcettes*, nostris. Lit. remiss. ann. 1388. in Reg. 135. Chartoph. reg. ch. 113: *Lequel Perrinet meu et temple de convoitise rongna d'une Forcesces quatre desdiz florins.* Aliæ ann. 1394. in Reg. 147. ch. 104: *Icellui curé tira unes Forcettes, ... et d'icelles féri par le visage le suppliant.* Hinc *Fourceller*, *Forcipe* tondere, apud Guignevil. in *Pe-regrinat. humani generis* MS:

Se Fourcellé et tondu estes,  
Si comme fol dessus les testes, etc.

**FORCIPES**, quorum gemino dente componitur ignis in lychnis, inter vasa ac ministeria sacra reponuntur a Durando lib. 1. Ration. cap. 3. n. 29. [*Forcipes* etiam adhibitos reverentiæ causa ad tangendam sacram Eucharistiam, auctor est Macer in Hierolexic. Hinc idem esse quod Græci *λῆβδα* vpcant, Latini *Cochlear* existimat. Vide Gl. med. Græc. in voce *λῆβδ*, et Lat. in *Cochlear*. In Synodo Limensi ann. 1586. *Forceps* dicitur Ferrum ad coquendum panem Eucharisticum.] Vide *Forfej*.

☞ *Forcipes* adhibiti in carnificinis Martyrum, qui triplicis speciei distinguuntur. Consule Baron. in *Notis ad Martyrol.* 26. Junii.

**FORCES** Oris, pro *Rostro* avis, quod forcipis figuram referat, apud Radulfum in *Miraculis* S. Richardi Cicestr. Episc. num. 13. Vita S. Guthlaci Anachoretæ n. 11: *In quo matutinæ volucres avido Forcipe pipant.* [Adde num. 23. et 25.]

† **FORGERIUM**, Feretrum, Gall. *Biere*, *Cercueil*. Litteræ Clementis PP. pro Monasterio S. Johannis Angeriac. ex Chartario ejusd. loci: *Frates Minores Forceria sive arcas parochianorum Ecclesiæ dicti Monasterii apud fratres ipsos eligentium sepulturam, quæ cum corporibus non contigerit subterrari, infirmario dicti Monasterii libere reddant.*

\* **FORCERIUS**, Qui scrinia et capsulas facit et vendit; *Forceter*, in Lib. 1. stat. artif. Paris. ex Cam. Comput. fol. 278. rº. a vulgari *Forcier* et *Forceret*, Ital. *Forziere*, scrinium, arcula, capsula. Li-

bert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item coltellarius, Forcerius, sypherius, cutellarius qui vendunt, duos denarios quolibet anno.* Charta ann. 1282. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 76: *Li senéchaus raporta tantost le seuu amont, et nos le feismes tantost metre en un Forcier et sceller; si que il n'en peust riens sceller sans nos.* Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 132. ch. 19: *Laquelle suppliante print la clef d'un Forcier ou coffre dudit chanoine, etc. Un Forcier ou un escrין où la suppliante cuidast qu'il eust argent, in aliis ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 198. Aliæ ann. 1415. in Reg. 169. ch. 82: *Dedens icelle huiche le suppliant trouva un Forchier qu'il defferma.* Inventar. ann. 1306. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1203: *Un Forceret couvert de soye o menues pieces de reliques.* Vide infra *Forgerium, Forsarius et Forcerius.**

† 1. **FORCHA**, Furca, Gall. *Fourche*, in Chartulario Compensiensi.

\* 2. **FORCHA**, Piscis genus. Tract. MS. de piscibus cap. 105. ex Cod. reg. 6838. C.: *Cornuta a nostris malarmat, a Liguribus malearmata per antiphrasim vocatur; a Romanis forchato et pesce Forcha a duobus cornibus nominatur.*

\* **FORCHAGIUM**, Census, qui a singulis furciis seu domibus exigitur, idem quod *Foagium* 1. *Forchagium* nuncupatum a *Furcia* vel *Furquia*, domus, mansio. Vide in hac voce. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287: *Hic sunt redditus et res pertinentes ad domum de Albignaco. Portus estimatur x libras, pedagiū aquæ, lydæ, portorii (sic) cum Forchagio... Forchagium, in quo prior nichil percipit, est quod quilibet bordelagus existens in villa de Albignaco debet in vigilia Nativitatis Domini duos denarios episcopo, exceptis domibus existentibus in cimiteriis. Quilibet domus existens extra villam debet episcopo duos solidos; et si non requiratur ista costuma in dicta vigilia, non tenentur (eam solvere). Vide Forcagium.*

† **FORCHEAPUM**. Vide *Foriscapium*.

\* **FORCHETTA**. [Gall. *Fourchette*: « Due scutelle deaurate et duo *Forchetta* que d. Archidiaconus dedit D. Pape. (Invent. Calixt. III. an. 1458. in Archiv. Vaticano.) »]

† 1. **FORCHIA**, Idem, si bene conjecto, quod jus mansionis, cum scilicet domini vel eorum missi aliquo divertebant ad justitias faciendas. Charta ann. 1066: *Habeat medietatem leddarum quæ veniunt in civitate sive per terram, sive per aquam, medietatem cordæ et piscationem Atacis, justitias, et balhias et Forchias, et gistos, et albergas, et acptes, etc.* Vide *Furcia* et *Mansio*.

\* Idem forte quod supra *Forchagium*, vel quod *Furca* prima aut tertia acceptio.

\* 2. **FORCHIA**, Furca, Gall. *Fourche*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 515: *De quadam Forchia lignea... præfatum Jouynum solo ictu in capite de supra frontem percussit.* Vide infra *Fourchata*.

\* 3. **FORCHIA**, Bivium, Italis *Forca*, in Terrear. Thossiac. ann. 1400.

\* **FORCHONUS**, **FORCONUS**, Academ. Crusan. *Forcone*, proprie est Tridens, merga. Stat. civil. Cuman. cap. 30. ex Cod. reg. 4622. fol. 132. vº: *Et idem intelligatur pro pallis et Forconis.* Et cap. 96. fol. 155. rº: *Et idem intelligatur pro pallis et Forchonis, et tendioris, et alterius consimilis generis lignorum.* Vide infra *Furculus*.

\* **FORCIA**, Exactio, quæ per vim fit, quodvis tributum, quod contra jus exi-

gitur, idem quod *Foriscapium* et *Tolta* 1. Pactum inter Ursum ducem Venet. et Valpert. Aquil. patriarch. ann. 880. tom. 2. Cod. Ital. diplom. col. 1945: *Populus noster, qui ibi advenerit, nullum gravamen, aut suprapositam, vel Forcias patiatur.* Charta ann. 1093. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 433: *Nullam tollam vel Forciam faciant.* Alia ann. 1231. ibid. col. 445: *Gaudeant et heredes eorum libertate et immunitate perpetua ab omnibus talliis seu quistis, Forcius atque tollis. Garpivit.... alberguas et acptes et dona et omnes Forcias, in Ch. ann. 1123. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 424. Furture, eodem sensu, in Charta ann. 1358. inter Probat. domus de Castel. pag. XIII: *Toutes Furtures, crouez, réansons, debites, demandes, oppression, mortemain, fourmariages, tailles, gros et autres Furtures.* Sed legendum suspicor *Forçures*. Vide infra *Fortia* 5. Hinc*

\* **FORCIARE**, Ejusmodi tributa exigere. Charta Bern. Jordani dom. de Insula ann. 1324. in Reg. 70. Chartoph. reg. ch. 279: *Concedentes vobis plenam et liberam potestatem... ponendi bajulum seu bajulos, collectores seu plicatores redditum, et distringendi ac Forciandi dictos redditus et debitores ipsorum.* Vide in *Fortia* 2.

† **FORCIAGIUM**. Vide *Forcagium*.

† **FORCIPIUM**, Radius brachii. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 396. de S. Alena: *Atque uno spondili seu Forcipio consimili brachii.*

\* **FORCIATUS**, Per vim exactus. Libert. Montisfer. ann. 1291. in Reg. 181. Chartoph. reg. ch. 154: *Item dominus, domina, bajulus, seu aliquis (ex) eis... non habebunt infra dictum mandamentum.... alberghagium, nec tollam, nec talliam, nec questam, nec empcionem, nec aliquod aliud servitium, Forciatam seu Forciatum, etc.*

\* **FORCISTA**. [Signum Consulium. DIF.]

† **FORCONSILIARE**. Vide *Forisconsiliare*.

\* **FORCONUS**. Vide supra *Forchonus*.

**FORDA**. Ordinatio Marisci Ramesiensis pag. 69: *Non liceat alicui de cætero facere dammas, aut Fordas, aut alia impedimenta in aliquibus landeis, watergangiis, fossatis sive aquagiis communibus in marisco prædicto, etc.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 657: *Et tendit usque ad magnam aquam de Ayr, et Fordales ejusdem prati, quæ percutiunt ex una parte super pratum hospitalis, etc.* Saxon. ford est amnis, vadum, trajectus. [Hinc Beda lib. 4. Hist. cap. 28: *Juxta fluvium Alnæ, in loco qui dicitur Ad-twi-forda, quod significat ad duplex vadum.* Inde etiam *Francfurtum* nomen habet, quia vadum est, quo Francorum transitus fuit in Sueviam ad Coloniæ Francorum, quæ Franconia exinde dicta est, ut observat Schilter. in Gloss. Teuton.]

**FORDANNO**. Formula Lindenbrog. 160: *Et quod feci, super me feci, et ego hodie ipsum facio Fordanno, et forbatudo infra noctes 42. sicut lex et consuetudo est.* Editio Bignonii pag. 245. habet hoc loco: *Et quod feci, super me feci, et ego hodie ipsum facio infra damnum et forbatudum infra noctes 42. etc.* Vide, quæ de hac voce commentatur Somnerus in Glossario Saxonico. verbo *Fordoan*, et *Otgilde*, ubi ait Saxonibus *fordoan*, esse *interimere*.

† **FORDARIUM**. Vide *Forarium*.

**FORDRO**. Lex Ripuar. tit. 83. § 4: *Quod si in ipsa hora, quando res intertatur responderit, quod Fordronem suum*

*nesciat, etc.* i. auctorem rei venditæ, vel intertatiæ, [qui etiam tamquam suam postulat et repetit. Belgis *Vorderen*, auctore Junio in Notis ad Willeramum pag. 88. est aliquem voce ciere ac jugi clamore, ut se sistat, urgere. *Fordern* et *Fodern* eadem notione usurpant Germani.]

**FORE**, pro *Esse*. Gregorius Turon. in Vita S. Maurilii Episc. Andeg. MS. cap. 2: *Audiens autem.... in villa quadam... fanum Fore antiquissimum diversis idolorum culturis dedicatum, etc.* Adde cap. 18. Frigedodus in S. Wilfrido cap. 16:

En qui confirmas Christum Fore cunctipotentem.

Ditmarus lib. 2: *In medium prosiliit, et Cunonem per omnia mentitum Fore coram omnibus dixit.* Occurrit passim. Vide Felicem Osium in Notis ad Ottonem Morenam pag. 34.

**FORE-CENSITI** PRESBYTERI. Capitulare Pipini Regis Italiæ, editum a Steph. Baluzio cap. 36. [\* Pertz. ann. 786. cap. 7.] *Ipsi (Monachi) in verbo tantum et veritate promittant, de quibus specialiter Abbas adducunt Domino nostro, deinde advocatis et Vicariis, Centenariis, sive Fore censiti Presbyteri, atque cuncta generalitas populi, etc.* Idem forte qui *Forastici*. Vide *Presbyter Forasticus in Presbyter*.

**FOREFACERE**, **FOREFACTUM**, **FORFAITURA**. Vide infra in *Forisfacere* 1.

† **FOREFENG**. Vide *Forfang*.

† **FOREGIUM**, Idem quod supra *Foragium*, Jus Domino debitum pro impositione pretii vini distrahendi. Charta anni 1238. in Histor. Mediani Monast. pag. 316: *De Foregiis vero jam dictæ villæ, quæ ita vulgo dicuntur, et de gallinis et de denariis et de panibus ultraque pars medietatem sibi ex integro retinebit.*

† **FORELLUS**, Vagina, Gallice *Fourreau* ut reor. Chartularium V. S. Vedasti pag. 268: *Domus Seyberti Scabini feodus est: debet hominum, justitiam et ad cambucam Abbatis Forellum.*

\* *Alias Forel*. Lit. remiss. ann. 1351. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 13: *Qui quidem presbyter iratus... dictum Persil de quodam ense cum Forello, quem tenebat, in capite vulneravit.* Aliæ ann. 1354. in Reg. 83. ch. 10: *Per prænominatos fuerat eidem Reginaldo ensis amotus una cum Forello. Il prit alors son espée, la tira de son Forel, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 133. ch. 149. Vide *Fodrux* et *Forulus*.*

\* **FOREMARITAGIUM**, Præstatio, quæ a servis pro facultate conjuges sibi adscribendi ex libera conditione pensabatur. Charta Joan. ducis Bitur. pro fundat. S. Capel. Bitur. ann. 1405. ex Bibl. reg.: *Cum omnibus... mortallibus, Foremaritagii, prædagiis, vectigalibus et aliis servitutibus, etc.* Vide *Forismaritagium*.

\* **FOREMUNDUS**, Patronus, defensor, tutor. Charta 12. sæc. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 61. col. 1: *Insuper et curtem patris ejus, vel aliam in civitate certa et conventione promissimus per manum Friderici de Inchilingin, Foremundi sui.* Vide *Mundiburdis*.

\* **FORENCIANUS**, Extraneus, advena, peregrinus. Libert. Figiac. ann. 1318. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 663. art. 15: *Dum tamen Forencianus conqueratur de casibus pertinentibus ad consules, etc.* Vide supra *Forataneus*.

† **FORENCISUS**, f. pro *Forinsecus*, Exterus. Cum magna multitudine navigi



in *Forencis insulis Scotiae applicuit*, apud Rymerum tom. 1. pag. 772. Vide *Forinseci*.

**FORENSES**, Extranei, in Hist. Cortusior. lib. 1. cap. 11. et alibi. *Foresti*, Boccaccio. Vide *Forensis* 2.

**FORENSES HOMINES**, qui vulgo *Albani*, seu *Aubains*, Alienigenæ, in veteri Notitia apud Loiselum in Hist. Bellovacensis pag. 248. Vide *Presbyter Forensis*.

\*\* **FORENSES SERVI**. Vide Guerard. Prolegon. in Chartul. S. Petri Carnot. pag. 46.

† **1. FORENSIS**, ut *Feria*, Hebdomadis dies. Diarium belli Hussitici apud Ludewig. tom. 6. Reliq. MSS. pag. 131: *Anno Domini 1415. currente Forensi 4<sup>o</sup>. ante Dominicam Palmarum. quæ erat dies 20. mensis Martii, etc.* Occurrit iterum pag. 127. et 147.

\* **FORENSIS DIES**, Quo forum tenetur. Vide supra in *Dies* 7.

\* **2. FORENSIS**, Hospes, qui foris venit. Acta B. Joan. Firm. tom. 2. Aug. pag. 462. col. 2: *Non comedebat communiter nisi semel in die, . . . nisi aliquando ad sociandum Forenses cum quibus ex caritate comedebat de omnibus, et aliquando bis in die.* Vide *Forenses*. [\*] De *Scolariibus Forensibus* agit Savin. Hist. Jur. Roman. med. temp. tom. 3. cap. 21. § 69.

† **FORENSIS BURGUS**, Gall. *Fauzbourg*, quia foras seu extra civitatem. Chronic. MS. S. Medardi Suession. inter *Valesiana*, ad ann. 1240: *Ipsi vero appropinquantes civitati Carcasonæ a Burgensibus et illis qui manebant in Burgo Forensi, intus nocte per traditionem sunt intromissi: civitatem vero et illos qui intus erant et custodes Regis in crastino observaverunt. . . . Ipsi vero Albigenes ab obsidione recedentes totum Forensium Burgum inclitum Carcasonæ igne combusserunt.*

\*\* **3. FORENSIS**, Tabellio. Vide Marin. Pap. Diplom. num. 75. not. 9. et Savin. Histor. Jur. Rom. med. temp. tom. 1. cap. 5. § 106. not. 5.

\* **4. FORENSIS LEX**, FORENSE JUS, Quod spectat *forum* vel *nundinas*. Chart. Gandersheim. ann. 1188. apud Haltaus. voce *Markt-Recht*, col. 1326: *Si quis. . . in præfatis locis publicas mercaturas exercuerit, ratione mercationis, non ratione personæ Legi Forensi subjacebit, etc.* Chart. Frider. I. Imper. ann. 1181. ibid.: *Mercatores. . . areas vel curtes suas non militibus sed mercatoribus, qui Forensia jura exequantur, vendant.* Vide *Forale* 2.

\*\* **FORENSIS JUSTITIA**. Vide in *Judicium* 3.

\*\* **FORENSE JUDICIUM**. Vide ibidem.

\*\* **FORENSE PLACITUM**. Vide ibidem.

\*\* **FORENSIS MODIUS**, Modius communis mensuræ. Germ. *Markt-Scheffel*. Vide Haltaus. Glossar. Germ. in hac voce col. 1328.

\* **FORENSES VILLÆ**, Rurales. Vide in *Villa*.

† **FORENSITUS**, quasi *Foras situs*, Proscriptus, *bannitus*. Sententia D. Dalphini contra Franciscum de Bardoneschia lata ann. 1334. Hist. Dalph. tom. 2. pag. 258. col. 2: *Et si aliqui Forensiti, unus, duo vel plures ipsum Franciscum ceperint mortuum vel vivum et Curie nostræ reddiderint, ipsis parcimus et bona sua reddimus eisdem ex nunc; et si banniti vel alias in contumacia vel indignatione nostra fuerint, capientes seu capi facientes eundem Franciscum, bannum et contumaciam et nostram gratiam ex*

nunc, prout ex tunc, remittimus et restituimus eisdem bona ipsorum, etc. Vide *Forestare* 1. et *Forissiti*.

\* Pactum inter reg. Rob. comit. Prov. et Phil. de Sabaud. ann. 1325. ex schedis Pr. de *Mazaugues*: *Et idem intelligatur de rebus et godiis bonorum et rerum Forensitorum Ripæ; . . . ita tamen quod dictum capitulum non extendatur ad prodores et rebelles alicujus partis, nec ad rebelles vel Forensitos locorum regionum, qui rebelles et Forensiti a dicta treuga. . . penitus sunt exclusi.* Vide *Forestatio*.

**FORERA**, vox Agrimensorum, apud quos in agrorum distinctionibus pars ea dicitur, quæ latus suum alterius fini, fronti seu capiti opponit. In campis arabilibus sulcos habet transversos sulcis terræ seu quarentenæ impingentis, hoc est, ut vocant, *abuttantis*. Terra *transversalis*, quondam Angl. *an heavod land*, hodie nonnullis *head-land*, quasi dicat *terra capitalis* (quod ad capita aliarum jaceat) nuncupata. Spelman. [Charta ann. 47. Edwardi III. Reg. Angl. apud Th. Blount in *Nomexol*. Anglic.: *Uno capite abuttante super Foreram Rogeri Attecastel*. Charta ann. 1258. apud *Madox Formul*. Anglic. pag. 88: *Quatuor selliones super Osolvistonesty; et duas Foreras super le Grob, etc.*] Vide *Forschet*.

† **FORRERIA**, Eadem notione. Charta ann. 1348. apud Kennett. in *Antiquit. Ambrosden*. pag. 469: *Fuit seisis in manerio domini de una Forreria et iii. . . terræ super Alchestre*.

\* **1. FORERIA**, Cella penaria, Gall. *Grenier, magasin*. Burcard. Argent. de Alex. VI. PP. pag. 42: *Omnia bona prædicti Cusentini privati fuerunt ex mandato papæ asportata de camera sua, et reposita in Foreria papæ. Feurerie*, in Lit. ann. 1384. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 95.

\* **2. FORERIA**, Pabulum, Gall. *Pâture*, alias *Foriere*. Charta ann. 1296. in Chartul. Boni-port: *Item apud Gawray a Petro Cousin quinque solidos super Foreria bubulcorum*. Alia ann. 1245. in Chartul. S. Cornel. Compend. fol. 172. r. col. 1: *Mesires li abès Jehans de Compeigne et tous li couvens de chel lieu meismes m'ont donné et otroié en fief et en homage à moi et à mes oirs une Foriere de pré, qui estoit leur propre*. Rursum alia ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 140: *Chiunc journeus, ou la entour, que de fries, que de Forieres, ke de terres, que de voies*.

† **FORERIUS**. Vide in *Fodrum*.

† **FORIS**, pro *Fori*, leges, consuetudines. *Secundum Fores et consuetudines*, apud Rymerum tom. 3. pag. 224. col. 2. sed alibi, *Secundum Foros et consuetudines*. Vide *Forus* 2.

† **FORIS REGIS**, Curia. Charta Udalrici Episc. August. inter Acta SS. Benedict. sæc. 5. pag. 477: *Huic Irminhardo in exterioribus rebus prudenter conversanti, et dignis meritis suis bonam famam in contiguis partibus et in Regis Foribus promerenti, placuit ut aliquod remedium suæ animæ prepararet*.

† **FORISCHETA**. Vide *Forschet*.

**FORESCUM**, Fori Morlanenses cap. 12: *Item statuo, quod aliquis istius villæ non capiatur pro aliquo Foresco, si fidejussores dare poterit. Ubi videtur legendum Forefacto*.

† **FORESICUM**, pro *Forisfactum*. Litteræ Episcopi Butuntini ad Massilienses 13. Octob. Indict. 3: *Si qua sunt dampna illata per gentes Regis Aragonum aut*

*Foresica. . . procurarent quod fieret es-menda*.

**FORESNI**. Titulus 2. Legis Frisior. *Foresni* inscribitur, seu *Forresni*, ut habet Editio Heroldi: ubi agitur de iis, qui alios exponunt ad occidentum, i. elocant, vel adsciscunt, ex quo Sikama legendum censet *Forreeduisse*, id est, de proditione.

**FORESTA**, FORESTE, FORESTUS, etc. Saltus, silva, nemus: Cambro-Britannis, qui, ut aiunt, priscam linguam Gallicam et Britannicam retinent, *Fforest*, [Germanis *Forst*.] Lindwodo, *Foresta* est, ubi sunt feræ non inclusæ; *Parcus, locus, ubi sunt feræ inclusæ*; Ockamus cap. *Quid Regis Foresta est*: *Foresta est tula ferarum mansio, non quarumlibet, sed silvestrium, non quibuslibet in locis, sed certis, et idoneis, unde Foresta, E mutata in O, quasi Feresta, hoc est, ferarum statio*. Eadem habet liber Niger Scacarii Anglici, cujus auctor creditur Gervasius Tilleberien-sis, apud Spelmanum. Alii, quod *foris stent*, forestas dictas putant. [Vide Menagium in *Dictionario Etymol.* Gallic.]

**FORESTE**. Vita S. Gudilæ Virg. n. 89: *Per circumadjacentem Forestem exturbabat rapidas feras a sedibus suis*. [\*] Fere semper accus. casu *Forestem scribunt*.] Occurrit præterea hæc vox apud Laurentium Leodiensem in *Episcopis Virdun.* pag. 323. in Charta Childerici Regis apud Bolland. 1. Febr. pag. 235. [In Charta Bertradæ ann. 722. inter Probat. Hist. Lotharing. tom. 1. col. 269. in Præcepto Lotharii Regis ann. 861. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 178.] in Charta Caroli Simplicis apud Miræum in *Diplomat. Belg.* lib. 2. cap. 17. [in Charta ann. 1040. apud Mabill. tom. 4. *Annal.* pag. 738.] et alibi passim.

† **FORASTIUM**. Charta Conradi II. Imp. pro Ecclesia Cathedrali Camerac. ann. 1146. apud Miræum tom. 1. *Diplom. Belgic.* pag. 181: *Forastium etiam tendens in longitudine e Sanasionis monte usque ad illum locum, ubi duæ Helpæ cadunt in Sambram*.

**FORASTUM**, et **FORESTUM**, apud Baldricum in Chr. Cameracensi lib. 1. cap. 108. *Ditmarum lib. 3. pag. 27.* in Charta Caroli M. [in Præcepto Othonis I. imper. ann. 945. apud Marten. tom. 1. *Ampliss. Collect.* col. 285. in *Tabular. S. Mauricii de Carnoet*, et *Kemperlegensi*, Miræum tom. 2. *Diplom. Belg.* pag. 1128.] apud Crantzium in *Metrop.* lib. 1. cap. 2. in *Privilegiis Ecclesie Hammaburg.* pag. 186. etc.

**FORESTA**, [in *Edicto Philippi Pulcri* ann. 1302. apud D. de *Lauriere* tom. 2. *Ordinat. Reg.* pag. 455.] apud Perardum in *Burgundicis* pag. 23.

**FORESTUS**, in *Capitulari de Villis* cap. 11. [in Charta ann. 1300. apud Ludewig. tom. 6. pag. 40.] apud *Ditmarum lib. ult.* pag. 110. etc.

**FORASTA**, in *Chartis Alemannicis Guldasti* cap. 31.

† **FORESTIA**. Charta Adæ Dominæ de Firmitate Ansculfi pro Monast. Rodoliensi (*Reuil*) ex Archivo ejusdem: *Et quicquid præfati Monachi pari modo in eisdem locis poterunt juste et legaliter acquirere, sine extirpatione Forestiarum*.

**FORESTE DOMINICUM**, *Silva Regia*, in *Lege Longob.* lib. 1. tit. 22. § 7. [\*] Carol. M. 71.] apud Eginhardum *Epist.* 7. et in Charta Ludovici Pii Imperatoris apud Ughellum tom. 5. pag. 618. *Forestes*, in eadem *Lege Longob.* lib. 3. tit.

5. [¶ Lud. Pii 49.] [in Charta Caroli M. ann. 20. regni ejus.] *Silvæ ad Regem pertinentes*, in Vita S. Richarii, silvæ scilicet majores, quas Principes sibi reservabant, quo in iis, certis anni tempestatibus, venationi indulgerent, quæ aliis prorsus in iis erat interdicta: adeo ut Guntrannus Rex Chundonem Cubicularium Regium, qui bubalum venando in Vosago occiderat, morte mulctarit, ut refert Gregorius Turon. lib. 10. cap. 10. Sed et ipsis Regum filiis in iis venari fas non erat, quod exerte habetur in Capitulis Caroli C. tit. 43. cap. 32. cujus locum hic afferam, quod aliquot forestarum dominicarum nomina et situs prodat: *In quibus ex nostris palatiis filius noster, si necessitas non fuerit, morari, vel in quibus Forestibus venationem exercere non debeat. Carisiacus penitus cum Forestibus excipitur. Silvacus cum toto Laudunensi similiter. Compendium cum Causia similiter. Salmotiicus similiter. In Odraia villa porcos non accipiat: et non ibi cacet, nisi in transeundo. In Attiniaco parum cacet. In Verno porcos accipiat tantum. Arduenna penitus excipitur, nisi in transeundo, et villæ ad servitium nostrum similiter. In Liguria porcos et feramina accipiat. Aristallum cum Foreste penitus excipitur. In Lens, et Wara, et Astenido, et feramina et porcos capere potest. In Rugitusit, in Scadebolt, et in Lawinif, tantummodo in transitu, et sicut minus potest. In Crisiaco similiter. In Lisgo porcos tantum accipiat. Ut Adelmus de Forestibus diligenter sciat, quot porci et feramina in unaquaque a filio nostro caciata fuerint. Adde Capitulare I. Caroli Mag. ann. 802. cap. 39. Atque ut aliquid de forestis istis Regis ibi recensitis adnotem,*

*Carisiacum*, locum hodie *Kiersi sur Oyse* nominari in pago Suessionensi, multis probaturus est propediem vir doctissimus Jo. Mabillonius, ubi celeberrimum extitit regium palatium: et ab eo haud procul *Foreste*, seu silva, in qua *Ludovicum Pium* ex more autumnalem venationem complexisse ann. 820. refert Eginhardus in Annalib.

*Silvacum*, in Laudunensi pago, locum hodie *Selve* dictum, haud procul Fara oppido, ubi est Vedogiensis silva, statuit idem Mabillonius.

Venationis Regum in *Causia* silva, quæ et *Cotia* Scriptoribus passim, ad Compendium, meminerunt Gregorius Turon. lib. 4. cap. 21. Fortunatus in Vita S. Medardi, Gesta Regum Francor. cap. 29. etc. Hodie *Forest de Compiègne* appellatur.

Quæ *Odraia* villa hic appellatur, *Audriaca* dicitur in Annalibus Francorum Bertinianis annis 865. 867. 871. 873. 878. et apud Eginhardum Epist. 52. *Odricum* et *Hodricium*, in Chartis Dagoberti et Caroli M. apud Doubletum pag. 676. 721. statuiturque inter Ambianos et Atrebatos, quam quidem eandem esse cum *Ariaco*, vulgo *Aire*, multis probavit Malbrancus lib. 5. de Morin. cap. 4. 9. 11. 13. 14. 15. 16. lib. 7. cap. 58. cui adjacet ingens silva, quam *Vastlau*, seu vastum saltum vocant.

De *Attiniaco* et *Verno* Palatiis, quibus adjunctæ fuere silvæ regię, quædam adnotamus, ubi de Palatiis regis. *Broili ad Attiniacum Palatium* meminit Capitulare triplex Caroli Mag. ann. 808. cap. 10.

Venationis regię in *Ardenna*, seu *Arduenna* silva crebra mentio est in Annalibus Francorum ann. 802. 804. 813. 819. 822. 823.

*Aristalli*, seu *Heristalli* Palatii mentio pariter non semel occurrit in iisdem Annalibus.

*Lens* etiamnum habetur oppidulum in Atrebatibus.

*Astenidum* videtur esse *Satanacum* in Lotharingia, quod *Astenai* olim, nunc *Stenai* dicitur.

*Crisciacus* etiamnum nomen retinet in Comitatu Pontivi, hodie *Cresci*, cui adjacet ingens ejusdem nominis *Foreste*. *Crisceus villa in Pontio*, apud Fredegarium cap. 96. *Crisciagus*, in Gestis Regum Franc. cap. 45. *Crisciacensis silva* in Vita S. Richarii.

*Aquisgranensis* forestis meminit Charta Caroli M. pro Ecclesia Osnabrugensi ann. 840.

*Vosagi* celeberrimæ silvæ, in qua regię venationes fiebant, mentio est etiam passim apud Scriptoribus, Gregorium Turon. lib. 10. cap. 10. Fortunatum lib. 7. Poem. 4. in Annalib. Franc. ann. 805. 806. 817. 821. 825. etc.

\* *Foresta de Bieria* inter regias annumeratur, in Charta ann. 1317. ex Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 33. r.

Fiebant autem istæ venationes a Principibus nostris cum tota Palatii comitiva. Hinc *Venationes publicæ* vocantur forestæ ipsæ Regię in Chronico Montis-Sereni: *Erat circa locum ipsum Venatio publica Imperatoris*. Sub autemnum ut plurimum fiebant: unde *Venationes autumnales* dicuntur Eginhardo ann. 820. 822. 826. *Venationes ex more, more solito*, solennes, ut loquitur idem Eginhardus ann. 817. 819. 820. *Juxta morem Francorum*, ut auctor Vitæ Ludovici Pii ann. 817. Idem ann. 822: *Quibus dispositis juxta morem Francorum Regum autumnale tempus venationibus insumpsit*.

Ut olim veteribus Gallis, quod testatur Arrianus lib. de Venatione cap. 94. ita fuit venatio Francis omnibus familiare exercitium. Quippe cum venatio artis bellicæ pars ac imago semper habita sit, et, ut ait Aristides Orat. in Mineram, τῆς πολεμικῆς μορίων τέχνης, μάλλον δὲ εἰκόν. Seu, ut Philo Judæus in Vita Moysis: Ἡ μὲν γὰρ τῶν ἀγρίων θήρα στρατηγικὸν καὶ ἔχθρῶν ἔστι γυμνασίου. His artibus futuri Duces olim imbuebantur, inquit Plinius in Paneg. Philippus *Mouskes* in Carolo M.:

Et nules gens en tout le mont  
Si volontiers kacier ne vont,  
Ne en riviere, com François,  
Et ont fet tousjours ançois.

Id pariter de Francis omnibus, et Francorum Principibus testantur Scriptoribus alii. Aimoinus lib. 1. Hist. cap. 21. in Clodoveo: *Ut Moris est Francorum venatus insistere*. Et lib. 2. cap. 37: *Indeque venationis gratia exercendæ, cujus studiosos fore Francos supra meminimus, Cotiam silvam ingressus, etc.* Gesta Dagoberti Regis cap. 2. de ipso Dagoberto: *Cum adolescentiæ ætatem, ut Genti Francorum moris est, venationibus exerceret, etc.* De eodem cap. 23: *Exercitiis viritum (f. virium) et venationibus assidue utens, in omni agilitate corporea strenuus atque incomparabilis erat*. Angradus Monachus in Vita S. Ansberti, de Theodorico Rege: *Venatibus, ut sibi gentilitium erat, indulgens*. Idem de Chlotario prodit Fredegarius Scholast. cap. 42. Eginhardus de Carolo M.: *Assidue exercebatur in equitando ac venando, quod illi gentilitium erat: quia vix ulla in terris natio invenitur, quæ in hac arte Francis possit æquari*. Poeta Saxonius lib. 5:

Hic se venatu, nec non equitando frequenter,  
Fecerat ignarum desidæ penitus.

Alcuinus, sive quis alius auctor Poematis de Carolo M. editi a Canisio:

... Etenim memora inter opaca  
Hic pater assidue Carolus venerabilis heros  
Exercere solet gratos per gramina ludos,  
Atque agitare feras canibus, tremulisque sagittis  
Sternero cornigeram, nigraqus sub arbore turbam.

Sed et filios, quam primum ætas patiebatur, more Francorum equitare, armis, ac venationibus exerceri fecit, ut est apud eundem Eginhardum. Ludovicum Pium venatoris etiam exercitiis vacasse testantur Theganus cap. 19. et auctor Vitæ illius ann. 817.

Ut vero omissis prisceis Regibus ad recentiores transeamus, Ludovicum XI. venationi operam impensius dedisse tradit Monstrelletus 3. vol. pag. 97. Id ipsum scribit Thuanus de Carolo IX. cujus de Venatione liber in omnium manibus versatur. De Ludovico XIII. norunt, qui etiamnum sunt superstites. Fateor tamen Regibus nostris non peculiari fuisse venationis studium, quod ab antiquis etiam Principibus cultum, exemplis aliquot probavit Meursius in Notis ad Lycophronem.

Præ cæteris autem Reges Angliæ Normannicos venationis perinde studiosos extitisse, ex Scriptoribus constat, qui in tantam erupere insaniam, (verbis utor Joannis Sarisber. lib. 1. Policrat. cap. 4.) ut hostes naturæ fierent, conditionis suæ immemores, divini judicii contemptores, dum in vindictam ferarum, imaginem Dei exquisitis suppliciis subjugarent: nec veriti sunt hominem pro bestiola perdere, quem Unigenitus Dei redemit sanguine suo. Quibus quidem verbis utrumque Willemum, Nothum et Rufum, et Henricum I. carpit; ac Nothum quidem, qui ut auctor est Robertus de Monte ann. 1084. et Bromptonus, ei, qui cervum aut aprum cepisset, oculos evellebat, ut qui feras, tanquam earum pater, amaret: Willemum vero Rufum, qui, ut habet Knyghtonius lib. 2. cap. 7. tantam exercuit per forestas duritiam, quod pro dama hominem suspenderet, pro lepore 20. solidis plecteretur, pro cuniculo 10. sol. daret.

Rufi in venatores servitium pluribus etiam exagitat Eadmerus lib. 3. Hist. Novor. pag. 48: *Hac fide in ipso proficiente, ad hoc quoque lapsus est, ut Dei judicio incredulus fieret, injustitæque illud arguens, Deum aut facta hominum ignorare, aut æquitate ea lance nolle pensare, astrueret. Exempli causa 50. circiter viri, quibus adhuc illis diebus, ex antiqua Anglorum ingenuitate, divitiarum vestigia quædam aridæ videbantur, capti sunt, et calumniate, quod cervos Regis ceperint, mactaverint, manducaverint. Negant illi. Unde statim ad judicium rapti, judicantur injectam calumniam examine igniti ferri a se propulsare debere. Statuto itaque die, præfixi poenæ judicii pariter subacti sunt, remota pietate et misericordia. Erat ergo misericordiam videre, etc. Denique Henricus 1. Feras propter venationis delicias plus justo diligens, in publicis animadversionibus cervicibus ab homicidis parum discernebat. Verba sunt Willelmi Neuburgensis lib. 1. cap. 3. et lib. 3. cap. 26. Quo etiam referenda ista ex laudato Joan. Sarisberiensis: *Quæ fere naturæ sunt et de jure occupantium sunt, sibi audent humana temeritas inspiciente Domino vindicare, et idem juris in omnibus ubicunque sunt statuit, ac si claustris sui indagine universa cinxisset; quodque magis mirere, pedicas parare, avibus la-**

quos texere, allicere modis vel fistula, aut quibuscumque insidiis supplantare, ex edicto sæpe fit criminis, et vel proscriptio bonorum mulctatur, vel membrorum punitur salutisque dispendio. Volucres cæli et pisces maris communes esse audieras, sed hæc fisci sunt, quas venatica excigit ubicunque volant. Paulo mitior fuit Henricus II. qui hujusmodi transgressores carcerali custodia sive exilio ad tempus coercuit. At Ricardus I. Henrici II. filius in Assisa de forestis, apud Roger. Hovedenum pag. 784. veteres Leges in usum rursus revocavit, statuitque, ut qui ei de venatione et forestis forisfecissent, et inde essent convicti, plenaria de illis justitia fieret, qualis facta fuerat tempore Henrici avi sui, videlicet ut amitterent oculos et testiculos. Verum postea pœnam hanc sustulit ipse Ricardus. *Hanc enim legem de venatione sublatam*, inquit Matth. Paris ann. 1232. *in hoc temperavit, quod cum apud Reges antecessores ejus, si quilibet in fraude venationis deprehensus fuisset, eruebantur oculi eorum, abscedebantur virilia, manus vel pedes . . . truncabantur. Sed tale iudicium pio Regi Ricardo visum est nimis inhumanum, ut homines ad imaginem Dei creati, pro feris, quæ juxta legem naturalem generaliter omnibus sunt concessæ, de vita vel membris periclitarentur, ut id faciendum feris ac bestiis deterior videretur. Hoc enim solummodo sufficiebat ei, ut quilibet in culpa deprehensus, vel Angliam abjurarent, vel pœnam carceralem subirent, vel pœna punirentur pecuniaria, salvis omnibus vita et membris.* Tandem Edwardus I. in magna Charta Libertatum Angliæ cap. 10. vetuit, ne ullus de cætero vitam vel membra amitteret pro venatione regia, sed gravi mulcta, vel carcere, aut exilio puniretur.

Cum igitur ea laboraret insania Wilhelmus Nothus, terram, ut ait Gualterus Mapæus, vetus Scriptor, apud Camdenum in Britannia, Deo et hominibus abstulit, ut eam dicaret feris et canum lustris, a qua 86. matricæ Ecclesiæ extirpavit, et populum eorum dedit exterminio. Brompton. de Notho: *In silva venationis, quæ nunc nova foresta vocatur, villas et Ecclesiæ plures eradici, gentem extirpari, et a feris habitari fecit.* Et infra, de Rufo: *Ad novam regiam forestam, Anglice Ychene dicitur, quam pater suus Wilhelmus Bastardus hominibus fugatis, desertis villis, et subreptis Ecclesiis, per 30. et eo amplius miliaria in saltus et lustra ferarum redegerat, etc.* Quod alii perperam Rufo adscribunt, de quo ita Knyghtonus: *Fecit forestas in multis locis per medium regni, et inter Southamtonam et Prioratum de Twinam, qui nunc vocatur Christohyrke, prostravit, et exterminavit 22. Ecclesiæ majores, cum villis, Capellis et maneriis atque mansionibus: secundum vero quosdam 52. Ecclesiæ parochiales, et fecit de loco illo forestam novam, quam vocavit suum Novum herbarium, et replevit eam cervis, damis, et aliis feris, parcens illis per 7. annos venatus gratia.* Cui sententiæ, falsæ licet, favent Versiculi Joannes Withi Episcopi Wintoniensis ab Camdeno laudati.

Ut vero in eadem *Nova foresta* Walteri Tirelli sagitta percussus interiori Rufus, narrant Scriptores Anglici omnes. Sed et Brompton. ann. 1100. perinde ut alii, ante Rufum, Ricardum Henrici I. fratrem, a suo Milite, inter venandum, in eadem foresta fossosum scribunt. In qua etiam Henricus, Nothi e filio Roberto nepos, dum feras contentius

insectatur, ramusculis, ut olim Absalom, appensus, animam efflavit. Hæc tristia regalis familiæ fata sic perstringit Joan. Sarisberiensis: *Nostrorum quoque temporum luctuosus instruimus exemplis ab hujusmodi inquietudine temperare, cum proceres nostros inter venandum veris variisque miraculis indignatio divina percussert, bestialemque sæpe invenerint exitum vitæ, qui, dum licuit, bestialiter vixerant. Regibus quoque ipsis manus Domini non pepercit, et in malitiam eorum condignam et gloriosam exercuit ultionem.* Hanc porro forestam Novam Ytene, vel Ychene appellatam fuisse scribunt Simeon Dunelmensis et Brompton. ann. 1100.

Præter novam forestam in Regno Angliæ 68. forestas, præter chaceas 13. et parcos plus minus 781. ut et earum nomina et situs, recenset Spelmanus.

PLENA FORESTA, Jus utendi foresta, et in qualibet illius parte. Regestum Philippi Aug. Herouvalianum fol. 69: *Plures sunt, qui debent 2. denar. pro brenario, et habent herbagium in communi foresta, donando pro unaquaque vacca 1. den. Pro fructibus Plenæ Forestæ donat quisque unam gallinam, sive 2. den. nisi possit affidare, quod fructum non habuit.*

FORESTE, FORESTIS, Vivarium piscium. Charta Childeberti Regis pro Abbatia S. Germani Parisiensis: *Has omnes piscationes, quæ sunt et fieri possunt in utraque parte fluminis, sicut nos tenemus, et nostra Forestis est, tradimus ad ipsum locum, etc.* Charta Caroli C. pro Monasterio S. Dionys. apud Doubletum pag. 789: *Pari etiam voto attribuimus eis Forestam piscationis atque venationis.* Alia ejusdem Regis apud eundem pag. 808: *Pari etiam modo attribuimus illis in ipsa aqua Forestam piscationis.* In alia, pag. 806. *Foresta aquatica* dicitur. Carolus M. in Capitul. ex triplici lege cap. 18: *De Forestis, ut forestarii bene illas defendant, simul custodiant bestias et pisces, etc.* Adde Capit. 2. ann. 813. cap. 19. Charta Caroli C. apud Perardum in Burgundicis: *Silvam ubi possint saginari porci 600. Forestam piscium in aqua a ponte Divionis castris usque ad Roriacum.* Adde Chronicon S. Benigni pag. 412. Charta Zuenteboldi Regis apud Sammarthan. in Abbat. S. Apri: *Concessimus... nostram piscationem scilicet in Foresta nostra super fluvium Mossellæ in unaquaque hebdomada dies duos, etc.* Alia Gaufridi Meldensis Episcopi ann. 1211. in Tabul. Campan.: *Conquerbantur, quod Comitissa volebat facere forestam in aqua de Nongento.*

Forestas vero piscium vivaria appellatione videntur nostri, quod majoribus illis silvis adjuncta essent et vivaria. Capitulare 2. ann. 813. cap. 19. de cura villicorum: *In Forestis mansum regale, et ibi Vivaria cum piscibus, et homines ibi maneant.*

FORESTARE, Silvam in forestam convertere, forestæ adscribere, jus forestæ concedere; *Forestem noviter instituere*, in Capitul. 4. ann. 819. cap. 7. et lib. 4. Capit. cap. 42. 65. Charta Conradi Imp. ann. 1029. in Chronico Episcopi Mindensium pag. 786: *Quandam silvam... Forestarii concessimus, et banni nostri districti circumvallavimus, ea videlicet ratione, ut nemo ulterius in eodem Foresto absque prælibati Episcopi suorumve successorum licentia potestatem habeat venandi, sagittandi, retia aut laqueos ponendi, aut ullo ingenio feras decipiendi, quæ merito sub jure banni continentur.* Alia ejusdem Imperat. ibid.:

*Supplicans, quatenus nos quoddam Forestium sui scilicet juris per Imperiale nostri præceptum Forestarii faceremus, etc. Forestæ noviter institutæ, in Append. 3. Capit. lib. 4. cap. 3: De Forestæ, quam Autharius Comes habere vult, ubi ea prius non fuisse dicitur, ut Missi nostri rei veritatem inquirant, etc.* [2] Charta Zwendib. reg. ann. 895. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 332. col. 2: *Omnem ergo sylvam, quæ est intra supradictos terminos, per bannum nostrum omnibus prohibemus, et ex ea Forestem facimus, atque inde præscriptum (præceptum) scribi jussimus, ut deinceps ullus hominum in ipsa bestiam capere, quacumque venationis arte, absque possessoris ejus licentia præsumat.* [22] Vide Eicchorn. Histor. Jur. Germ. § 199.]

AFFORESTARE, Eadem notione. Charta Forestæ Joannis Regis Angl. apud Matth. Paris: *Omnes bosci, qui fuerunt Afforestati per Regem Ricardum fratrem nostrum... statim desafforestentur, nisi fuerint dominici bosci nostri.* Adde eundem ann. 1225. pag. 228. et in Additam. pag. 100. et Fletam lib. 2. cap. 40. § 2. Charta Afforestata, in veteri Inquesta apud Willel. Dugdale in Antiquit. Warwicensib. pag. 665.

INFORESTARE, Idem quod Afforestare. Matth. Paris ann. 1245: *De regiæ forestæ, vel terræ Inforestatæ occupatione.*

Forestæ vero creandæ ritum ita describit Spelmanus: Constituantur regio diplomate viri aliquot graves et prudentes, qui locum forestæ designatum intuentur, lustrant, et terminis manifestis circumscribunt. Perimpleto hoc, et in Cancellariæ monumentis (de more) inscripto, Rex præconis voce ipsum locum, seu regionem, per totum Comitatum, ubi sita est, forestam edicit, forestæque legibus communitam. Prohibet insuper ut nemo ea turgeat audacia, quod sine majestatis venia aliquam illic exerceat venationem, diciturque jam locus Afforestari, et, ut cæteræ forestæ, in omnibus valere. Magistratus deinceps, officiales et ministros cooptat, quorum munera lex ipsa dicit et consuetudo.

INFEOFARE REX dicitur *Baronem cum libera Foresta*, cui jus forestæ concedit, in Legib. Forest. Scoticar. cap. 21. § 1.

DEAFFORESTARE, Terras de Forestæ jure demere, et in pascua aut culturam redigere. Charta Edwardi I. Regis Angl. tom. 1. Monastici Angl. pag. 939: *Concedimus etiam... quod omnes terræ et tenementa sua, et hominum ac tenentium suorum in maneriis et locis prædictis, tam in bosco, quam in plano existentia, sint Deafforestata extra omnem potestatem Forestariorum Viridariorum, Regardatorum, Agistatorum, et omnium aliorum Ballivorum et ministrorum forestæ nostræ, et quod possint de boscis suis, de maneriis prædictis pro voluntate sua... commodum suum facere, et boscos illos assartare, et in culturam redigere.* Charta alia tom. 2. pag. 176: *Totam hayam nostram de Langewath... quam nobis et successoribus nostris per cartam suam Deafforestavit, etc.* Alia Henrici III. Regis tom. 3. pag. 125: *Ita quod brucilli prædicti cum landis, pratis, et omnibus suis pertinentiis, tam in bosco, quam in plano Deafforestentur, et quieti sint in perpetuum de regardo, vasto, venatione, et de omnibus, quæ ad forestam vel forestarios, vel eorum ministros pertinent, quos quidem brucillos prædictus Episcopus et successores sui assartare, excolere, et fossato sive haia claudere poterunt, etc.* [Charta

apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Sciatis non omnino Deafforestasse forestam de Brewood de omnibus quæ ad forestam et forestarios pertinent. Quare volumus et firmiter præcipimus quod prædicta foresta et homines in illa manentes et hæredes eorum sint Deafforestati in perpetuum.* Willelmus Malbesbur. ann. 1300 : *Item postulerunt, ut Deafforestationes, pro quibus angustiabantur omnes divites plebis, a Rege sæpius concessas, sed hactenus opere non completas, remota ulteriori dilatione fieri juberet decretas.* Vide Gul. Prynneum in Libertat. Angl. tom. 3. pag. 1142. [et Disafforestare.]

REAFFORESTARE, Forestam vastatam et in novalia conversam rursus ad forestam redigere. Exstant apud Goldastum tom. 1. Constit. Imperial. pag. 318. 320. Diplomata aliquot Henrici VII. Imp. ann. 1309. et 1310. quibus facultatem concedit, silvam in agros redactam, in arbores et in silvam, sicut solebat esse primitus, redigendi.

FORESTAGIUM, Jus utendi foresta, [*Jus Forestense*, in chart. ann. 1017. Alsat. Diplom. num. 189. *Jus Forestiæ*, in alia ann. 1196. ibid. num. 360.] vel ipsa præstatio pro jure utendi foresta, seu in ea capiendi rationabile estoverium, ut aiunt Practici, atque in iis Bracton. lib. 4. de Assisa novæ dissaisinæ cap. 41. et tit. de actione dotis cap. 18. scilicet ad ædificandum, arduendum, claudendum, etc. Ugitio : *Lucar, pecunia vel pretium ex luco collectum, quod vulgo dicitur Silvaticum, id est, Forestage, Gallice. Catholicon parvum : Lucar, Fourestage.* Tabularium S. Dionysii de Capella diocesis Bituricæ. Ch. 135 : *Reddant Monachi de unoquoque furno unam eminam avenæ de Forestagio, quamdiu acceperint silvas ad opus furnorum.* Charta Guillelmi Regis Sicil. ann. 1173. apud Ughellum in Archiep. Beneventan. : *Concedimus etiam in dicto Monasterio cedua lignorum absque ullis Forestagis, etc.* [Charta ann. 1114. tom. 2. Gall. Christ. inter Instr. col. 202 : *Ego Bernardus del Burg, et ego Geraldus... forestarii prædicti memoris donamus et concedimus Deo et B. Mariæ et Magistro Geraldo de Salis ejusque successoribus in perpetuum eleemosynam Forestagium et omne aliud ex integro, quod habebamus vel requirere poteramus in nemore quod Delonium vocatur.* Inquisitio de iuribus Dalphin. in loco Visiliæ tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 122 : *Item pro Forestage seu nemore Visiliæ capebat Sescalcus apud Visiliam pro qualibet bestia quæ ibat ad nemus unum denarium in Nativitate Domini, et pro quolibet homine adducente ligna unum obolum, exceptis hiis qui nemus habebant. Item habebat Sescalcus in Forestage Sescalcæ in Nativitate Domini pro quolibet bestia 1. den. pro singulis parvis bovum 1. den.] Charta Alienoræ Reginæ Angl. apud Beslium pag. 598 : *Habebunt in eis (nemoribus) Forestagium et pasnagium, et cætera omnia, quæ antecessores eorum habebant temporibus Comitum Pictavensium, ita quod neque vendent, neque donabunt.* Charta Idæ Comitissæ Bononiensis in Tabul. S. Judoci : *Eidem Ecclesiæ Forestagium condonavi et reddidi de terra B. Judoci inter Cantiam et Asteiam adjacentem, sive sit de ejus feodo, sive de jure possessivo.* Regestum Castri Lidi in Andibus fol. 50 : *De nemoribus Militum et feodalium de foresta ipsi habent exempla sua, tali conditione, ut ipsi non poterunt exemplare, nec vendere, nec dare omne Forestagium. De foresta, sive sit de domo,**

*sive sit de dolio, sive de cuba, sive de mereno vinearum, dominus de Lopelando habet totum Forestagium, scilicet de 12. den. 1. den.* Charta Joannis Comititis Augi : *Do prædictæ Ecclesiæ (S. Michaelis de ulteriori portu) avenam et frumentum de Verleio, quæ pertinet ad Forestagium, etc.* Ubi

FORESTAGIUM videtur usurpari pro alia quavis præstatione. Charta Occitanica ann. 1312. ex 48. Regesto Tabularii Regii num. 29 : *Nec non et medietas quistæ et Forestagii valebant, etc.* Ut in Constitut. Sicul. lib. 1. tit. 59. § 2 : *Doanas, Forestagia, plateatica, passagia, etc.* Charta Herberti Vicecomitis Thoarcensis ann. 1099. apud Sammarth. in Abbat. S. Florentii Salmur. : *Castrum de Nois, Forestagium, pasnaticum, vendam atque pedagium hominum S. Nicolai, etc.* Charta ann. 1247. in Regesto Comit. Tolosæ : *Terras cultas et incultas, boscos et bartas, prata et pascua, taillivos et expletivos, venationes et Forestagia, quercos, etc.* [Testamentum Guillelmi de Marolio ann. 1250. ex Archivo Cameræ Fontis : *Et pro eadem deservienda dedissent viginti octo arpenta terræ suæ apud Meriacum, et circiter quatuor libratas percipiendas in Forestagio et piscatione quadam quam habebam apud Meriacum in Materna. Tabularium Veteris-Villæ : Prædicti Milites in illa terra habere se Forestagium dicebant. Sed Johannes Dolensis Johanni filio Gualterio de Laugan magistro forestario suo donavit 12. den. Andegav. singulis annis reddendos de mangerio suo de Travel in excambio hujus Forestagii. Insuper dimisit ei sciphos et scutellas quæ ipsi reddebant annuatim de Forestagio suo de Tanoart ad curiam suam tenendam in die Nativitatis Domini et Resurrectionis.] Monastic. Anglic. tom. 1. pag. 600 : *Donavi... 3. forgias... liberam et absolutam et quitas, et omne ferrum, quod in eis fabricabitur, ab omni teloneo, et Forestagio, et passagio, et ab omni genere consuetudinum.* In veteri Charta vernacula mentio fit du Forestage, qui se leve à cause du four bannal. Charta ann. 1214. ex Chartul. S. Aviti Aurel. : *Consuetudinem quandam, quæ Forestagium appellatur, annis singulis persolvendam Pithuerense capitulum reclamaret, etc.* Forestage, eadem acceptione, in Ch. ann. 1309. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 347. r. col. 1 : *Les champars des terres et des lins, et les jarbes des Forestages de la ville, prisiez diz livres Parisis... Derechef les tourteaux de Noel du Forestage, cinc solz Parisis.* Charta ann. 1303. in Chartul. Pontiac. pag. 194 : *Laquelle redevance, est appelée chevaige, Forestage ou herbaige, pasturaige ou panaige des bois de Contest.* Alia ann. 1414. in Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 66 : *Pour droit de Forestage à cause de l'usage qu'ilz ont en tous les bois d'usage, un pain de deux deniers et un denier Parisis.**

Ex his omnibus facile colligitur Forestagium præsertim usurpatum fuisse pro Telonio seu pensatione, quæ in forestis exigebatur a forestariis, pro plaustris et equis colonorum, aliorumve, qui per suæ forestæ baillivas, seu limites, onera portabant : ita ut idem sit quod Chemingium. Id iterum firmare licet ex Charta Edwardi I. Reg. Angliæ apud Blount in Nomolex. Anglic. : *Et sint quieti de theloneo et passagio, et de Forestagio, et theloneo aquarum et viarum forestam meam contingentium.*

Quibus vero Forestagium seu jus utendi foresta competeat, iis non modo

licitum erat ligna ad usus suos cædere, sed et pecus suum in foresta pascendum ducere poterant. Jus autem Forestagii personale est, non reale, ut definitum fuit in Camera Comput. Belli-joci ann. 1418. adeo ut destructa domo juri Forestagii obnoxia, jus quoque illud simul extinguatur. Verum si aliæ domus ædificentur, earumque possessores eo jure uti voluerint, integram debent Forestagii præstationem : sed si duæ domus, vel, ut aiunt, duo foci conjungantur, tunc, licet eodem jure utantur, unicum tamen debetur Forestagium.

\* Forestage, eodem sensu, in Reg. 13. Corb. sign. Habacuc ad ann. 1510. fol. 36 : *Pour le Forestage des bos de Guisy et Oresmeaulx... A esté ordonné que Pierre Moitteye... sera commis forestier et garde des bos d'Oresmeaulx.*

FORESTAGIUM, Officium forestarii. Liber niger Scaccarii pag. 215 : *Et ego ipse custodio Forestagium Regis de feodo meo, et debeo ire cum corpore Regis in servicio suo paratus equis et armis, cornu meo in collo meo pendente.*

FORESTARIA, vel FORESTARIUM, Idem quod Forestagium. [Charta Balduini Comititis Flandriæ ann. 1197. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 722 : *Ego vero illam memoris quartam partem in manus meas libere resignatam, tanquam meam propriam ab omni advocacione et villicacione et Forestaria, et quorumlibet hominum incisione liberam et emancipatam, sæpe dictæ Ecclesiæ S. Dionysii in eleemosynam... libere et legitime donavi.* Vita S. Henrici Imper. tom. 3. Julii pag. 759 : *Contulimus ad supradictam Sedem Episcopalem villas cum omnibus pertinentiis videlicet cum pratis, pascuis, campis, forestis, Forestariis, cellariis, censibus, aquis, etc.* Chartul. Capituli Ambian. : *Sciendum etiam quod in parte decimæ Forestarii habent Canonici duos modios, unum frumenti et alium siliginis.] Charta ann. 1264. apud Augustinum du Pas in Stemmat. Armoric. : *Asserebat habere debere in plesseia et laeya, et aliis nemoribus usuagium suum, tam ratione forestariæ seu forestarii, quod idem Guillelmus habebat in foresta et nemoribus nobilibus viri Petri Tornemine, quam pro ratione successioneis Gaufridi dicti Hersard, patris videlicet, ad portandum de lignis ad sua ædificia construenda et reparanda, et ad pascendum porcos suos cæteraque animalia sua in eisdem plesseia et laeya.* [\* Charta S. Ludov. ann. 1248. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 538 : *Præcipio quod defectus dictionum duodecim modiorum, in Forestaria mea de Briodo, singulis annis in festo beati Michaelis, per manus forestariorum meorum dictis monialibus persolvatur. Et volo et præcipio quod quicumque dictam Forestariam tenuerit, etc.]**

FORESTERIA, Eadem notione. Charta præposit. Compend. ann. 1186. in Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 11. r. col. 2 : *Concedimus iterum Foresterias Compendii et Giroldi mesnillii propter ducentas et sexaginta libras ceræ, et totidem gallinas nobis annuatim reddendas. Frosterie, eodem intellectu ; unde Frostier, qui ejusmodi præstationem debet, in Charta Frider. ducis Lothar. ann. 1255. ex Chartul. eccl. Romaric. ch. 33 : *Nous avons ou vaul de Champz trente dous Frostiers restorables, et douze peschours restorables, où nuls ne prent rien maques nous... Ou ban d'Arches avons nous nostre Frosterie, que puet croistre et descroistre.* In alia ann. 1295. ibid. Fourestiers, pro Frostiers.*

FORESTARIA, Præpositura, seu *Balia*, ita appellata in Monasteriis et Ecclesiis Canonicorum, apud Innocent. III. PP. lib. 13. Epist. 55. cui forte forestarum incumbat cura, aut adventitium extraneorum, quos *Forestarios* nuncupabant.

\* Bulla Joan. XXII. PP. qua Phil. regi concedit annalia benef. eccl. ex Reg. A. Cam. Comput. Paris. fol. 100 r°: *Declaramus ut concessum tibi hujusmodi privilegium nullatenus extendatur ad... prioratus, supprioratus, claustrales, Forestarias, cellarias, infirmarias, etc.*

† FORESTARIA CAMERA, apud Franciscanos, præsertim Capucinos, domus accommoda excipiendis fratribus hospitibus, quos *Forestarios* vocant. *Tegula percutitur, cum frater Forestarius recens advenit.* Necrologium Franciscanorum Silvanect. : *Dedit isti Conventui 80. francos pro reparatione loci tam refectorii... quam Cameræ Forestariæ contiguæ.*

\* FORESTARIA CUSTODIA, Officium forestarii. Charta Guill. de Castro-novo ann. 1202. in Reg. forest. comitat. Alencon. etc. ex Cam. Comput. Paris. fol. 65. r°: *Concessi in foresta de Guernoile Forestariam custodiam et clientellam in feodo.*

FORESTALE, Idem quod *Forestagium*. Arestum Paris. 11. April. 1319: *Quod essent ab antiquo in possessione vel quasi quieta et pacifica scindendi, capiendi, et portandi ligna pro usu calefagii, et edificurum dicti Monasterii, necnon dandi et vendendi ea cuiuscunque pro libito suæ voluntatis, ac ibidem venandi, ac fera animalia capiendi soli et in solidum et de feris animalibus ibidem caput et pedes et alia usagia consueta a venatoribus habendi et levandi, et etiam forestandi ibidem, et forestarios habendi et tenendi, et Forestale levandi et exigendi a quibuscumque personis ligna capientibus, seu animalia sua immittentibus in quadam parte nemoris, etc.*

FORESTARIUS qui *Forestas* seu silvas curat, servat: *Forestier*, [vel *Sergent de bois*.] in Consuet. [Meldensi art. 177. Lingon. art. 3.] Montensi cap. 58. Senon. art. 154. Victriac. art. 120. Ducatus Burgund. art. 7. Comit. Burg. art. 58. Nivernensi tit. 17. art. 13. 14. et Britannicæ art. 230. 402. Charta Pipini Regis Franciæ pro Monast. S. Dionysii, apud Doubletum pag. 699: *Necnon et diversa ferarum genera, seu et Forestarios cum ipsorum mansibus in ipsa foreste per diversa loca commanentes.* [Tabularium Savigniac. : *Radulfus Filgeriarum Dominus concessi Monachis Savignei elemosinam quam dedit eis Conanus Dux Britonum in foresta Redonensi, et tanquam primus et princeps Forestariorum eandem donationem confirmavi.* Vide paulo inferius. *Protoforestarius.*] Adde Capitulare de villis cap. 10. *Custos silvarum*, apud Gregorium Turon. lib. 10. cap. 10. et in Legibus Wisig. lib. 8. tit. 5. § 1. *Le Roman de Girard de Vienne MS.*

Tant que il vindrent un pou ains l'esclairer  
A la maison Bernard le Foreter :  
Icil devoit le boschage gaiter.

† FORESTARIUS NUNCIUS. Instrum. ann. 1350. apud D. de Lauriere tom. 2. Ordinat. Reg. pag. 479: *Item, quod dicti Consules possint auro quolibet, seu quovis, creare unum Nuncium Forestarium, seu Bannerium, qui habeat jurare in manibus dictorum Consulium, de bene et fideliter habendo in regimine dicti banni, seu Forestarii, qui etiam executiones ad instantiam et requestam dictorum Consu-*

*lum faciat, et compellendo ad solvendum talliam, seu tallias indicatas, seu indicendas compellat, et forestas, devesias, seu nemora dictæ Universitatis defendat et custodiat.* Vide *Bannerius* in *Bannum* 1.

\*\* EQUITATOR IN FORESTA, in Abbr. Rotul. tom. 1. pag. 43. Edw. III. Heref. rot. 31.

FORESTARI REGII, qui *Custodes regii saltus* dicuntur, apud Flodoardum lib. 1. Hist. Rem. cap. 20. *Custodes saltuum villarumque regiarum*, in Chron. Fontan. cap. 1. Maurontus in Vita S. Richarii cap. 12. appellatur *Silvarum regiarum procurator*; in Chronico Hariulfi lib. 1. cap. 19: *Silvarum ad Regem pertinentium dispositor et custos*; *Regius Forestarius*, apud Almoinum lib. 5. cap. 47. et *Ermentarium* in Vita S. Philiberti cap. 16. [Capitulare de villis cap. 10: *Ut majores nostri, et Forestarii, pole-drarii, cellularii, decani, telonarii et ceteri ministeriales ea faciant, et sogales donent de mansis eorum; pro manuopera vero, etc.*]

FORESTARIUS DE FEODO, Qui *forestariam* feudalem possidet, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 330. in Addit. ad Math. Paris pag. 100. 101. et in Fleta lib. 2. cap. 41. ubi opponitur *Forestarius de non feodo*. *Forestarius capitalis de feodo*, ibid. cui subsunt *Forestarii de feodo*. Regestum Ludovici Ducis Andegav. fol. 99: *Juhel d'Avaugour Chevalier est homme lige du duc d'Anjou à cause d'une Foresterie Faiée sise en la forest de Maienne.* *Forestariorum* vero feodatorum munus hisce exequitur Charta Arnaldi de Hispania Domicelli ann. 1273. in Regesto homagiorum Ducatus Aquitanicæ, pag. 6: *Item dixit et recognovit se tenere in feudum a dicto domino villam et homines de Botujas cum pertinentiis, et Custodiam saltuum, quos saltus dixit quod debet custodire pro dicto Domino Rege: et si invenerit aliquem venantem, qui non debeat venari pro natura sua, scilicet quod sit nobilis, aut jure suo debeat venari, debet ipsum capere, et habere equitaturam suam, si quam habet, et canes, et debet personam reddere in castro Burdegal. et si habeat venationem, primum quarterium debet portare Constabulario, et de gagio tertiam partem.* Charta Joannæ Reginæ Castellæ et Comitissæ Pontivi ann. 1255. ex Tabulario S. Vulfranni Abbativill. pag. 20: *Volumus etiam, quod Custodes forestæ nostræ, quicumque sint, teneantur erga Capitulum juramento præstito apud Cresciacum, quod nemus prædictum Decani et Canonicorum fideliter abservabunt, ita quod de omnibus foresteris et emendis in dicto nemore eventibus... medietatem percipient, sub juramento custodum nemoris sibi super hoc præstito.* In ejusmodi *Forestariorum* abusus pluribus invenitur Petrus Blesensis Epist. 95.

FORESTERII. [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 659: *Parcite mihi, quia sum de sancta Juliana et Foresterius defensalis dominæ Ducissæ.*] Vide *Constitutiones Siculas* lib. 3. tit. 38. § 1.

\* FORESTERIUS MAGISTER, Qui *forestas* curat, Gall. *Maitre des eaux et forets*. Constit. MSS. Caroli reg. Sicil.: *Officiales omnes debent jurare, scilicet justitiarum secreti, ... magistri Foresterii, magistri massarii, etc.*

\* FORESTARIUS, Agrorum custos, Gall. *Messier*. Charta Phil. II. reg. Rom. ann. 1208. tom. 2. Hist. Leod. pag. 389: *Si quis civium terram extra civitatem alii cubi in episcopatu tenet, ... non potest cogi*

*ut fiat ibi villicus, sive Forestarius.* Vide infra *Forestus*.

† FORESTERIUS, Custos horticorum, vinearum, etc. Gall. *Messier*. Statuta villæ Montis-olivi Diocesis Carcasson. ann. 1231. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 968: *Item, quod Consules, ... potestatem habeant custodes villæ et Foresterios horticorum, vinearum, agrorum et aliarum possessionum instituendi.*

† FORESTARIUS. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 23. col. 2: *Martinus colonus S. Germani habet secum infantes 11... et est Forestarius de silva et vinea dominica.* [\*\* Brev. 6. sect. 53.]

† FORESTARIUS. Charta Udonis Episc. Tullens. inter Probat. Hist. Tullens. pag. 80: *Forstarios et custodes ex antiquo possidet in vineis supradicti loci.* Codex MS. Irminonis Abb. Sangerm. fol. 72: *Cum ministerialibus duobus, id est, Forstario et decano qui retinet pro se sol. 1. et denar. 111.* [\*\* Brev. 13. sect. 99.]

FORESTARIUS ad custodiendos campos, in Charta Chrodegangi Episcopi Metensis ann. 765. apud Meurissium pag. 169.

PROTOFORESTARIUS, Dignitas in Anglia, quæ hodie exolevit. Is res forestæ procurabat, cognoscebat de causis ad forestam pertinentibus magna cum auctoritate, et a forestariis aliis rationum exigebat. Idem *Justitarius de foresta*, dicitur Matthæo Westmonasteriensi ann. 1252. et Rogero Hovedeno pag. 784. Erant autem duo simul, quorum hic Cis-Trentanis, ille ultra Trentanum constitutus forestis præfectus erat. *Protoforestarios Angliæ* aliquot recensent Scriptores.

HUGONEM DE NEVILLA, seu *de Novavilla*, Matthæus Westmonast. ann. 1211. et Matth. Paris. ann. 1244. Rog. Hoved. pag. 784.

JOANNEM BISET, qui obiit ann. 1242. idem Westmon. pag. 1242.

JOANNEM DE NOVA-VILLA, Hugonis filium sub Henrico III. qui obiit ann. 1246. idem Westmonast. et Parisius.

GALERIDUM DE LANGLEA, a fluvio Trenta usque ad regnum Scotiæ; et

ROBERTUM PASLEWE, seu *Passelew*, in partibus australibus Angliæ, usque ad eundem fluvium Trenta, quibus successores dati ann. 1253.

ERNOLDUS DE BOSCO Miles, loco Roberti, qui obiit ann. 1255. et

JOANNES DE LEXINGTONA Miles, loco Galfridi Matth. Westmon. pag. 351. 353. 360. Matth. Paris pag. 606.

Exolevit postea *Protoforestariorum* nomen, qui *Justitiarum forestarum*, et *Itinerantes* nude dicti sunt, quorum alter Cis-Trentanis, alter Ultra-Trentanis forestis præfectus est. Rogerus Hovedenus, de Henrico II. Rege Angl. pag. 624: *Eodem anno obiit Thomas filius Bernardi qui post decessum Alani de Neovilla constitutus erat summus Justitiarium omnium Forestarum Angliæ a domino Rege: quo defuncto Dominus Rex divisit forestas suas Angliæ in diversas partes, et unicuique partium præfecit quatuor Justitiarios, videlicet duos Clericos, et duos Milites, et 2. servientes de domo et familia ipsius custodes venationis et viridis super omnes alios forestarios tam Regis, quam Militum et Baronum, et misit eos placitare placita forestæ secundum superscriptam assisam forestæ.* Idem pag. 784: *Per Hugonem de Nevilla summum Justitiarium omnium Forestarum Regis in Anglia. Meminit idem Justitiariorum Forestarum itinerantium.*

† FORESTÆL, FORESTALLUM. Vide *Forestel*.

† **FORESTANUS**, Suburbanus, Italis *Forese*, nostris *Forain*. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1589. apud Murator. tom. 6. col. 481: *Tandem dictus Fulco et Januenses qui secum erant, prævaluerunt in bello, et destruxerunt turrem S. Ampelii, et domos et receptacula Forestanorum Vintimili, et eorum terras destruxerunt et devastarunt.* Vide *Foresterius*.

1. **FORESTARE**, Proscribere, bannire. Conventiones inter Carolum I. Comitem Andegav. et Provincie et Arelatenses ann. 1251. art. 15: *Dominus Comes seu ejus Curia non possit gravare aliquem Arelatensem, vel dampnum inferre in personis vel rebus, etiamsi Forestati fuerint, sive banniti, etc.* [Ogerius lib. 4. Annal. Genuens. ad ann. 1215. apud Murator. tom. 6. col. 409: *In eodem quippe Consulatu Guido Prolexinus et Carbonus Ansaldo Malocelli in Bisamine insullum fecerunt in Herodem de Mari: quare Consules ipsos Forestarunt in publico parlamento.* Et Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1230. ibidem col. 468: *Postea eodem anno x. Decembris Sorleonus Piper et Suzo frater ejus ambo vulnerati fuerunt graviter, et inde culpatus fuit Henrichetus Embronus... et propterea Forestatus fuit et in bannum positus.* Occurrit præterea in Statutis Massil. lib. 5. cap. 6.]

† 2. **FORESTARE**, Silvam in *Forestem* convertere, etc. Vide in *Foresta*.

\* **FORESTARE SE**, Abscedere, foras abire, Gall. *Se retirer*. Stat. Montis-reg. pag. 172: *Statutum est quod si aliquis de dicta civitate Montis-regalis vel jurisdictione, pro aliqua offensa se Forestaverit, etc.*

† 1. **FORESTARIA**, **FORESTARUM**, **FORESTARIUS**, etc. Vide in *Foresta*.

† 2. **FORESTARIA**, vel **FORESTERIA**. Sic homines suburbii et districtus seu territorii alicujus urbis appellantur, quia foras seu extra urbem sunt, in Chr. Parm. ad ann. 1361. apud Murat. tom. 9. col. 842: *Pars illorum de Soardis et aliorum extrinsecorum civitatis Pergami, et D. Galeas filius D. Maphæi Vicecomitis Mediolani cum tota Forestaria sua tam militum quam peditum per fortiam, armata manu... intraverunt Pergamum, et ipsam civitatem ceperunt.* Ibidem col. 851: *Et tota Forestaria civitatis Parmæ equitavit incontinenti Placentiam in succursum dicti D. Alberti Scoti.* Vide *Foresterius*.

\* **FORESTARII** appellati primi Flandriæ principes. De quibus vide *Vredium* et *Buzelin*. tom. 3. Gallo-Fland. cap. 2. pag. 453.

\* **FORESTATIA**, Præstatio pro jure utendi foresta. Charta Scebrandi episc. Lemovic. ex museo D. de Clairambault: *Terras et homines de Forges ab omni exactione... absolvant... in blado et denariis, et omni rerum servitio, præter lo Forestatia, et viginti solidos.*

† **FORESTATIO**, Bannitio, proscriptio. Bartholomæus Scriba lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1259. apud Murator. tom. 6. col. 528: *Et annuens petitioni ipsorum una cum potestate Januæ restituit in integrum omnes forestatos Januæ et districtus omnibus Forestationibus et bannis.* [Stat. crimin. Saonæ cap. 37. pag. 78: *Sententia ipsa contra eum lata banni, Forestationis seu condemnationis, etc.* [Vide *Forestare* 1.]

\* **FORESTATURA**, Annona lignaria, Gall. *Chauffage*. Charta Conradi III. imper. ann. 1141. in Chartul. Romaric. ch. 10: *De medietate Forestaturæ, quæ ad*

*usus sanctimonialium pertinet, nec decima, nec aliqua pars, nec servitium ab aliquo subripiatur.*

\* **FORESTEA**, pro *Foresta*, in Homag. ann. 1344. ex schedis Pr. a Sancto-Vincenio.

**FORESTEL**, **FORSTEL**, **FORSTAL**, Criminos in via perpetrati reus, viæ obstructio, itineris interceptio, a Saxonico *fore*, quod est *præ*, vel *ante*, seu *fare*, *via*, et *stal*, statio, septum; [Thorpio a *Fore*, *ante*, et *stellan*, salire, Assultus.] cujus quidem delicti cognitio ad solum Regem spectat, ut est in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. 12. 85. 59. Eadem Leges Henrici cap. 80: *Si in via regia fiat assultus super aliquem, Forestel est.* Infra: *Forestel est, si quis ex transverso incurrat, vel in viam expectet, et assaliat inimicum suum. Si post eum expectet, vel evocet, ut ille revertatur, in eum non est Forestel.* Foristallis transgressio, videtur id delictum appellari in Curia 4. Burgor. Scotie. § 2. apud Ske-næum pag. 153. At Spelmannus Foristallis pro rescussa avertorum usurpari ait in Statuto Walliæ anno 12. Edw. I. [In MS. Cod. Ecclesiæ Roffensis ad calcem, apud H. Wanleium de Antiqu. litter. Septentr. Forsthal, id est, Resistere, averiis captis, pro namio.] Vide *Foristallum* et alio sensu *Foristallare*. Variæ autem hæc vox scribitur:

**FORESTAL**, in Legibus Henrici I. cap. 10. et in Monast. Angl. tom. 2. pag. 827.

**FORESTÆL**, in iisdem Legibus cap. 55. **FORSTEL**, ibidem cap. 12.

**FORSTAL**, et **FORSTALLES**, ibidem cap. 59. extremo.

**FORESTALLUM**, Cognitio ac jurisdictio de *Forestalli* crimine, quæ alicui conceditur, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 110. 112. 133. et tom. 3. pag. 4.

\* **FORESTELLA**, diminut. a *Foresta*, Parva Silva. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1209. in Chartul. Arremar. ch. 174: *Forestella illa, quæ Guranna vocatur, abbati Arremarensi et priori de Pargis extra partem meam et successorum meorum comitum Campaniæ libera remanebit.* Alia ejusd. ann. 1217. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris.: *Vendidimus duas Forestellas nostras, sitas desuper Columbarium, unumquodque arpentum in pretio l. solidorum ad arpentum de Columbario.*

**FORESTERÆ**, seu emendæ, quæ ex forestis male habitis emergunt. Vide in *Foresta*.

1. **FORESTERIA**, Jus, *albanatus*, nostris, *Droit d'aubeine*, quod dominis in bonis advenarum competit. Italis *Foresteri* sunt advenæ. Charta Guilielmi Regis Siciliæ ann. 1179. apud Ughellum tom. 7. pag. 704: *De platia autem, Foresteria, et bando, sit ita ipsa Ecclesia libera... sicut est, et in qua manet Ecclesia prædicti Episcopi.* Infra: *Donamus et concedimus perpetuo dicte Ecclesiæ totam Foresteriam hominum ipsius Ecclesiæ, quam de eis habere debemus. Concedimus etiam ipsi Ecclesiæ, ut nullus bajulorum seu foresteriorum nostrorum vel hæredum aut successorum nostrorum de hominibus Ecclesiæ pro aliquibus distringendis vel molestandis, se nullatenus intromittat.* Adde pag. 715. Vide *Estrajeria*.

† 2. **FORESTERIA**. Vide *Forestaria* 2.

† 3. **FORESTERIA**, Præstatio pro jure utendi foresta. Vide supra in *Foresta*.

† 1. **FORESTERIUS**, Custos forestæ. Vide *Foresta*.

† 2. **FORESTERIUS**, Suburbanus. Quod etiam dicitur de eo omni quod extra

urbem est, modo tamen in territorio ejus sit. Chron. Parmense ad ann. 1268. apud Murat. tom. 9. col. 783: *Dominus Conradus de Monte-magno de Pistorio, datus a D. Rege Carolo, fuit capitaneus Foresterius civitatis Parmæ.* Ibidem ad ann. 1271. col. 785: *Et per commune Parmæ solvebatur ducentibus blavam Forestariam in Parma ad vendendum XII. imperiales de stara frumenti.* Ibidem ad ann. 1292. col. 823: *Romani præliati fuerunt simul de mense Februarii, et spoliaverunt Ecclesias et loca religiosa et Foresterios.* Ibidem ad ann. 1307. col. 864: *Potestas vero Parmæ cum militia civium et Foresteriorum communis Parmæ equitaverunt eundo in succursum communis Placentiæ.* Interdum tamen pro quovis extero sumitur; *Foresterii et extraneæ personæ*, in Charta ann. 1403. ex Archivo S. Victoris Massil. Vide *Forestanus*.

\* 3. **FORESTERIUS**, Extraneus, peregrinus. Ital. *Forestiere*. Charta ann. 1389. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hodæpor. Charit. et Hippoph. pag. 476: *Ipsa ligna exportantur extra territorium dictorum communium ad partes extrinsecas et Foresterias.* Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 65. ex Cod. reg. 4620: *Ordinamus quod nulla persona magna vel parva, terraria vel Foresteria, cujuscumque sit conditionis, audeat, etc.*

\* **FORESTEUS**, *Forestæ* custos. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Et si volunt, possint custodire sua bestias de herbagiis forestæ; in suis frecis vel in suis gardinis nichil debent jure donare Foresteis.*

\* **FORESTIA**, ut *Forestagium*, Jus utendi foresta. Reg. forest. comitat. Alencon. etc. in Cam. Comput. Paris. fol. 55. r. ex Charta Thomæ comit. Pertic. ann. 1214: *Ad universorum notitiam volumus pervenire nos dedisse et concessisse pro suo servicio Gervasio Calabre et hæredibus suis Forestiam forestæ de Belismo, cum omnibus pertinentiis suis: quæ pertinentiæ sunt tales, quod dicitur Gervasius et ejus hæredes possunt capere viride nemus ad faciendum sua hebergamenta, et mortuum nemus ad calefaciendum, et pasturam suis pecudibus et porcis; arbores vero, quæ ceciderint in foresta prædicta, usque ad quinarium numerum percipient.* Sed nihil impedit quominus de custodia forestæ seu *Guaria* intelligas. Vide supra in *Foresta* et *Guarius* 1.

**FORESTOLIUM**. Aimericus de Peyrato Abbas Moissiacensis in Vita Caroli Magni in Cod. MS. 1343. Bibl. Regiæ fol. 83: *Demum cantores artis musicæ peritissimi in Forestolio librum expleta Offerta tenentes apertum, prædulci... melodia hanc Sequentiam cecinerunt melodisenter in memoriam et laudem defuncti.* Ubi ipsemet Glossator: *Forestolium vero est, in quo cantant in choro Clerici seu Religiosi, quod Pulpitum appellatur.* Ambonem autem dicimus locum, in quo prædicatur, etc. Forte quasi *Foris stallum*, quod a stallis discedant ad analogium cantaturi. Vide *Forastollum* [et *Faldistorium*.]

† **FORESTUM**, pro *Forestacium*, delictum, crimen. Charta ann. 1240. ex Archivo Capituli Audomar.: *Præterea retinet sibi malum quod fit in præsentia sua. Item retinet sibi Forestum dunarum et forterinarum. Item retinet sibi rapinam mortui, id est, troof.* Alia notione sumitur in *Foresta*.

\* **FORESTUS**, Agrorum custos, Gall. *Messier*, a cujus officio immunem esse, privilegio reputabatur. Charta ann. 1178. in Suppl. ad Miræum pag. 671.

col. 2: *Et sciendum quod pars illa (allo-dii) quæ fratribus predictis data est, nec villicum nec Forestum habebat ullum.* Vide supra *Forestarius* in *Foresta*.

\* **FORETANUS**, Extraneus, qui foras urbem habitat. Stat. Pistor. ann. 1107. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 546. art. 60: *Statuimus, ut testas non reddat parabolam alicui Foretano, qui in eum non jurabit habitare Pistorium, ut semper sicut juravit non habitare in civitate Pistoriensi, de habituro nullam parabolam alicui ex Foretano reddat.* Vide supra *Forataneus*.

\* **FORETERETIA**, pro *Fortereta*, ut videtur, Munitio, arx, castrum, Gall. *Forteresse*. Charta Rob. comit. Attrebat. ann. 1248. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 256: *Volumus quod in nova ghitalda, cellaris et pratellis possitis facere ædificia ad utilitatem villæ sive Foreteretæ.* Vide *Forteritia*.

**FORETHOT-FELONIE**. Statuta Roberti II. Regis Scotiæ cap. 3. § 1. cap. 4. § 2: *Ad faciendum cognoscere per assisas, an homicidium fuit perpetratum per murther, seu per Forethot-felonie.* [\* Houard. utroque capite habet *Forethocht*, hodie scribunt *Forethought*, Gall. *Prémédité*, consulto factum, crimen voluntatis. Opponitur in Statutis laudat. Robert. II. homicidio ex calore iracundiæ, videlicet *Chaudmellé*.]

\* **FORETUM**, Terebellum, Gall. *Foret*. Lit. remiss. ann. 1365. in Reg. 98. Chartoph. reg. ch. 347: *Qui supplicans in manu sua tenebat a casu quoddam Foretum, Gallice Barrois, etc. Abarros dici videtur, in aliis ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 391: Pluseurs ferremens, que l'en dit blanche euvre, oustils et habillemens servans, nécessaires et convenables ou mestier de tonnelier, comme sont sies, etc. Abarros et pluseurs autres pieces d'autre blanche euvre.*

**FORFACES**. Charta ann. 1204. de *Interceptionibus Clericorum adversus Do. Regis jurisdictionem*, in nupera Conciliorum Rotomag. Ecclesiæ Edit.: *Clerici non possunt excommunicare de jure propter forfactum servientis sui, neque interdicare terram ejus, priusquam Dominus super hoc fuerit requisitus, vel Ballivus, si Dominus sit Forfaces.* Ubi Editor hanc vocem pro Domino accipi putat, cui jus forisfacturæ competit, quod vix credam. Puto legendum *Forisfactus*.

\* **FORFACTUM**, Per forfactum et sine forfacto, Formula usitata in sacramentis præstandis, id est, per fas et nefas. Juram. an. circ. 985. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 140: *Ipsæ Froterius in contra ipso Isarno, et per Forfactum et sine Forfacto, si comprobare non potuerit ipse Froterius ipso Isarno quod habeat ingeniatum, etc.* Vide in *Forisfacere* 1.

**FORFANG**, **FORFENG**, **FOREFENG**, et **FORFENGEN**, voces ejusdem originis et notionis: a Saxonico *forefang*, vel *fore-feng*, vocabulo composito ex *fore*, ante, et *fang*, captio, prehensio, apprehensio. Est igitur *Forfang*, Spelmano captio obsoniorum, quæ in foris aut mundanis ab aliquo fit, priusquam minister Regis ea cæperit, quæ Regi fuerint necessaria. Fleta lib. 1. cap. 47. § 15: *Forfeng, quietantiam prioris prisæ designat. In hoc enim delinquent burgenses London. cum prisas suas ante prisas Regis faciunt.* Vide Leges Inæ Regis cap. antepenult. et Leges Willelmi Nobi vernaculas cap. 6. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 669. etc. Vide *Prisa*.

¶ **FORBENGE**, Eadem notione, in Charta Henrici I. Reg. Angl. ann. 1123. apud

Th. Blount in *Nomolex. Anglic.*: *Etsint quieti de wardvite, et de ullewe et Forbenge et withfange, etc.*

**FORFANG**, et **FORFANGUM**, in Legibus Adelstani, *Forisfangium*, in Legibus Inæ cap. 59. 76. 79. dicitur esse præventio vel anticipatio, seu certæ pecuniæ quantitas, quæ ei datur, qui rem furto ablatam de manibus latronum excussit, et pro modo valoris datur a rei domino.

\* **FORFANTUS**, pro *Forfactum*, Crimen, delictum. Charta Soldani pro Pisan. apud Lam. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. in *Delic. erudit.* pag. 219: *Et iterum vestras implevimus preces, et Forfantos illorum reliquimus pro amore, quem nostro regno tenetis. Infra: Ut ipse eos vestræ præsentiaæ conducatur cum magnis Forfactis illorum.*

¶ **FORFARACULUM**, *Tenebræ*, Papias in MS. Bituric. Editus habet, *Forforaculum*. [\* Leg. *Forforaculum*, *Ferebellum*, vel *Ferebra*. Vide *Furaculum*.]

\* **FORFATURA**, Multa, vel emenda ob forfactum, seu delictum. Instr. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 13: *Medietas reddituum de placitis, de Forfuraris et scadentis peregrinorum et extraneorum.* Vide in *Forisfacere* 1.

¶ **FORFENG**. Vide *Forfang*. **FORFEX**, **FORPEX**. Gloss. MS. Regium: *Forceps, Fabri, qui corrupte Forfices dicuntur.* Ex quo emendari possunt Glossæ Isidori. Ebrardus Bethuniensis:

Forfice fila, pilum capo Forpice, Forcipe ferrum.

Ita etiam auctor Mamotrecti ad cap. 7. Isaia. Hocce discrimen non observant Gesta Regum Franc. cap. 24: *Illi statim remisissent Arcadium ad Reginam, dicentes: Hic sunt Forfices, et ecce gladius: sic mandant filii tui; si vis eos tondere, aut gladio perimere, etc.* Ubi Gregor. Turon. lib. 3. cap. 18. habet *Forpices*. Concilium Pictavense ann. 1100. cap. 2: *Ut nemo in faciendis coronis (Clericorum) Forpices vel manutergia exigat.* Archithrenius lib. 3. cap. 3:

Forfice tonsa pilos, etc.

Idem lib. 2. cap. 3:

Prodigus in latum, nec castigatus avaro  
Forpice, procedit tunica discursus, etc.

[Papias: *Forpices, Tenaces a pilo: tonsorum enim sunt.* S. Willelmi Constitut. Hirsaug. lib. 1. cap. 2: *Hoc ordine eadem tonsura agitur. Sacerdoti Missam celebraturo adest Armarius cum libro, Magister novitorium cum Forpice et linteo, etc.*] Vide Octav. Ferrarium in *Forbice* [et supra *Forceps*.]

**FORFICES**, vocabulum etiam militare, de instructa acie forcicum instar, apud Gellium lib. 10. cap. 9.

¶ **FORFIGARE**, *Forfice* scindere. Gloss. Lat. Gr.: *Forfico, ψαλίζω*. Vide *Forfex*.

\* **FORFICIA**, ut *Forfex*. Acta MSS. notar. Senens. ad ann. 1284. ex Cod. reg. 4725. fol. 25. r.: *Item (relinquo) unum sarchonem et unum cuscinum hospitali dom. Agnesæ, cum duabus partiis Forficiarum. Tondeur des grands Forghes, in Charta Phil. ducis Burgund. pro Audomar. ann. 1447.*

¶ **FORFICULA**, diminut. *Forficis*. Anonymus in Epistola ad Johan. de Monasterio, apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 1455: *Habui... munera tua videlicet instrumenta scriptoria pro me, et pro conjuge Forficulas, et cultellinum argentæum.*

¶ **FORFORACULUM**. Vide *Forfaraculum*.

\* **FORGA**, Fabrica ferraria, Gall. *Forge*.

Charta ann. 1340. in Reg. 73. Chartoph. reg. ch. 241: *Concedimus Forgam dicti loci (de Portello) quæ potest valere anno quolibet septem quartones bladi frumenti.* Infra, *Forge*. Vide infra *Forgia* 1.

**FORGELDUM**, in Monastico Angl. tom. 1. pag. 372: *Et omnibus geldis, tengeldis, horn geldis, Forgeldis, penigeldis, etc.* Vide *Gildum*.

\* **FORGERIUM**, Scrinium, arca, capsula, nostris alias *Forgeret* et *Forgier*. Lit. remiss. ang. 1366. in Reg. 99. Chartoph. reg. ch. 1: *In domo Sandræ unum Forgerium, in quo erant sexaginta grossi Flandrenses... furtive et malitiose cepit et importavit.* Charta ann. 1340. ex Chartul. 21. Corb. fol. 331. v.: *Lequel argent il nous offry à bailler, tant en or ou argent, blanques maalles et noires, lequel estoit en ung Forgeret.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. ch. 81: *En un autre Forgeret, que la suppliant trouva ouvert, prist une verge d'or ou anel du pris de xx. sols Parisis.* Aliæ ann. 1359. in Reg. 90. ch. 603: *Iceului Jehan avoit prins deux Forgiers, là où il avoit grant quantité de monnoye d'or et d'argent, lettres obligatoires et plusieurs autres biens moebles.* *Coffre ou Forger*, in Charta Caroli V. Reg. Franc. ann. 1365. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 154. ch. 265: *Le suppliant prist en une huiche ou Forger, qu'il trouva et ouvert, vint neuf pieces d'or.* Vide supra *Forcerius*.

1. **FORGIA**, Fabrica ferraria, nostris, *Forge*. Occurrit in Monast. Angl. tom. 1. pag. 508. 600. in Fleta lib. 2. cap. 41. § 8. [in *Anecd. Marten.* tom. 1. col. 1399. et in *Computo anni 1202.* apud D. *Brussel* ad calcem tom. 2. de *Feudorum usu* pag. ccv. etc.]

\* *Officina*. Memor. H. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1418. fol. 112. v.: *Ade-nettus de Mery aurifaber et visitator sanctorum Reliquiarum sacro-sanctæ capellæ regalis Paris. cui Adenetto pro vadiis ordinatum fuit habere et tenere aliiij<sup>m</sup>. Forgiam seu fabricam super magnum pontem Paris. Valletus Forgiæ, in Ch. Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. ejusd. Cam. fol. 473. v. col. 1. *Forge*, Fabrica, opus, in Stat. ann. 1254. ex Reg. sign. Pater fol. 46. r.: *Et si soit la Forge ou l'œuvre de dez deveié partout.**

\* **FORGIA**, Caminus, fornacula. Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 641: *Facto igitur mane præfati inimici correctam parari fecerunt, et in ea Forgiam ardentibus carbonibus paraverunt, et apponentes carnificem, ipsium judicem Martuccio minterum apposuerunt in eam vestibus enudatum.*

\* 2. **FORGIA**, Alia notione ex ipso textu aperta. Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1318. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 280: *Cum nos in domo et grangia dilecti magistri Symonis Mordret clerici nostri, sitis Parisus ultra portam sancti Honorati, quoddam jus et servitium habere-mus ibidem, scilicet hospitandi et recipiendi nostros armigeros, marescallos, fabros et alios familiares, ministros ac officarios, equos, familias et harnesia eorumdem, quorum receptio, nostra Forgia vulgariter vocabatur. Idem quod *Gistum*. Vide in hac voce et mox *Forgium*.*

\* [Priorissa Longifontis dederunt... Audeberto, fabro, *Forgiam* suam, ita scilicet quod quidquid necessarium fuerit ad opera domus de proprio ferro monialium fabricabit, et panem prebende habebit sicut unus de ceteris fratribus (Mus. arch. dep. p. 89. XII. sæc. »)]

\* **FORGINA**, Officina, cella operaria,

Gall. *Boutique*. Charta admort. pro cap. Anic. ann. 1417. in Reg. 170. Chartoph. reg. ch. 60: *Item pro quodam hospicio... cum curtialio Pauli, domo, Forgina et curte invicem contiguas, etc.* Vide supra *Forgia* 1.

\* **FORGIRE**, Fabricam ferrariam instituere vel tenere. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4653: *Talis est usus forestæ Brotonniæ, quod nullus in terra Costumaria potest furnire, neque brachare, neque Forgire, neque domos facere, neque reparare per consuetudinem dictæ forestæ sine assensu domini, vel sui forestarii.* *Forgement*, Fabricatio, in Instr. ann. 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 479. art. 2: *Forgement de fausses monnoyes, etc.*

† **FORGITARE**, Tectum ædificii ita construere, ut circiter duos pedes promineat, ne aquæ et stillicidiis cadentes muro noceant, a vernaculo *Forget*, quod tectum eo modo prominens significat apud Dombenses. Charta Thossiac. ann. 1404: *Debet duodecim de novo servitio pro Forgitando suam grangiam a parte villæ de duobus pedibus cum dimidio, et ipsam levando supra muros villæ, etc.*

\* **FORGIUM**, Eodem intellectu atque supra *Forgia* 2. Charta ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 569: *Pedagia sive leudas, macellos, Forgia, corrogia, albergua, et alias quascumque possessiones et bona... concessimus.*

**FORGORPIRE**, Foris *gurpire*, devestire, possessione exuere. Tabularium Casauriense ann. 2. Imp. Caroli C.: *Sed et ego Fulchradus per festucam me exinde Forgorpivi, et in omnibus me exinde foras exitum feci.* Alibi, nude: *De ipsis rebus per festucam me gurpivi, et in omnibus foras exitum feci.* Vide *Guerpire*.

† 1. **FORIA**, *Latrina, secessus*. Gloss. Isid.: *Foria, Stercora liquidiora*, apud Nonium; unde Gallicum, *Foire*, Stercus liquidum. Juvenal. Sat. 3. Latrinas publicas *Foricas* appellavit. Hinc Grævius conjicit legendum esse *Forica* apud Isidorum. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Forica, Fosse à mettre ordures hors des portes.* Vide Jo. de Janua.

† 2. **FORIA**, Nundinæ. Charta Hervei dom. Virsionis pro castro Luriaci ann. 1213. apud Thomasser. in Biturig. pag. 80: *In nundinis et foris venalibus et pedagiis reddant tales costumæ quales nundinæ vel Foria vel pedagia debent.* Vide *Forum*.

\* Gall. *Foire*. Charta ann. 1215. in Tabul. S. Petri Carnot.: *Foriam etiam S. Michaelis supradictis monachis dedit et habendam concessit liberam et quietam.* Vide supra *Foria* 3.

\* 3. **FORIA**, *Frenum, quod ori imponatur, Fren, Prov. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657.*

**FORIARI**, Vide *Fodrum*.

\* **FORICA**, [Cloaca. DIF.]

† **FORICARIUS**, Digest. Leg. 17. § 5. de usuris, (23, 1.) quibusdam est, Qui *Foricas* eluit; sed rectius aliis, Qui *Foricas* conducit. Vide *Lexicon Martini*. [\* Dirksenio: Conductor loculi vel tabernæ in foro.]

**FORICATUS**, Idem quod *Furratus*, Peltilus. *Fourré*. Vide *Redorsare*.

\* **FORICIA**, Foras abeundi vel se in castrum recipiendi facultas. Reg. *Olim* parlam. Paris. ad ann. 1287. fol. 77: *Quia dominus de Calviniaco miles inventus fuit culpabilis de rapto domicellæ, quam Robertus de Signiaco armiger duxit in uxorem, et quod super hoc Foriciam præbuit et assensum, condemnatus fuit dictus miles.*

1. **FORIGUS**, Sigebertus ann. 1107: *Abbas Cisterii et Fratres ejus non immemores sponsonis suæ, regulam S. Benedicti in loco illo ordinatam unanimiter statuerunt tenere, rejicientes a se, quidquid regulæ refragabatur, Foricos videlicet, et pelliceas, estamina, caputia quoque et femoralia, ... et cætera omnia, quæ puritati regulæ adversabantur.* Legendum forte *Froccos*.

† 2. **FORICUS**, pro *Forinsecus*, Extraneus, habitans extra urbem. Obertus Cancellar. lib. 2. Annal. Genuens. apud Murator. tom. 6. col. 327: *Cogitantes Forici in cives quandoque consurgere, et dominos terrarum jam incipiebant decognoscere.*

**FORIFACERE**, FORIFACTOR, FORIFACTUM. Vide in *Forisfacere*.

\* **FORIFAMILIARE**, Emancipare, nostris, *Forfamilier*. Vide *Forisfamiliare*.

\* **FORIFICIUM**, perperam pro *Forefactum* editum tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 673. art. 16. ut videre est tom. 1. earumd. pag. 308. inter notas.

\* **FORIFRAGIUM**, Idem videtur quod *Forifacium* in Conrad. Archiep. Magdeb. Charta ann. 1226. apud Ludewig. in Reliq. Manusc. tom. 12. pag. 322: *Qui instanti tempore jurisdictionis suæ (Burgravii) et durante, ratione Forifragii alicujus et delicti, majorem pœnam incidereit sex talenta dabit, qui minorem pœnam incidereit talentum tantummodo dabit unum.* Haltausius interpretatur judicii turbationem, Glossar. German. col. 2193. voce *Ding-Stærung*.

\* **FORIJUDICATUS**, Qui per sententiam *forjudicationis* pro damnato habetur. Constit. Feder. reg. Sicil. cap. 108: *Ut nullus regni nostri nobilitum, sive sit comes, baro, miles, burgensis, vel quicumque alius, bannitum vel Forijudicatum a quibuscumque officialibus nostris, in castris, terris, massariis, domibus vel locis aliis receptare vel occultare audeat.* Vide *Forisjudicare*.

**FORIMATRIMONIUM**. Vide *Forismatrimonium*.

† **FORINCATIO**, Amandatio, relegatio, *foras* ejectio. Charta Alphonsi Comit. Augiens. ann. 1270. apud Stephanot. tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 883: *Justitia quæ extenditur ad membrorum mutilationem, deportationem seu Forincationem, vel forbanie, aut signationem, seu ad aliam pœnam minorem, etc.* Vide *Forisbannire*.

† **FORINMENTUM**. Vide in *Furnire*.

**FORINSECI**, Extranei, habitantes extra burgum, in Legibus Burgor. Scoticor. cap. 3. [Aibanati *Forinseci*, in Charta Philippi Aug. ann. 1222. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. 949. Jo. de Janua: *Forinsecus, Extraneus, de foris veniens vel existens*. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Forinsecus, Estains, dehors, forain*. Kennettus in Gloss. ad calcem antiqu. Ambrosden.: *Excepto uno felione Forinseco illius crostæ versus austrum ad faciendam quandam viam.*]

† **FORINSECIUM HOMAGIUM**, Quod ab externis debetur. Charta Thalesiæ dominæ de Marchia ann. 1255. apud Rymer. tom. 1. pag. 569: *Salvis mihi omnibus Forinsecis homagiis, redditibus, etc.*

† **FORINSECIUM MANERIUM**, apud Kennett. in Antiquit. Ambrosden. pag. 354: *Summa reddituum assessorum de manerio Forinseco Banbury, cum molendinis Forinsecis LIV. l. XIV. s. III. d.*

† **FORINSECIUM SERVITIUM**. Vide in *Servitium*.

† **FORINSECUS SERVUS**, in Capitul. de Villis Caroli M. num. 29.

1. **FORIS**, Extra, præpositio cum accusativo. Recapitulatio Legis Salicæ § 3: *Si quis porcellum... Foris domum furaverit.* Occurrit passim.

**FORIS** esse dicuntur Gentiles, quod extra Ecclesiam sint. S. Hieronymus in Prologo in Job: *Helio vero et Balaam typum præferunt Philosophorum, qui Aforis, id est, Extra fidem positi, insidiantur Ecclesiæ Dei.* Idem Epist. 25. ad Paulam cap. 4: *Non debemus exire de templo, id est, de proposito Christiano, non Foras egredi, incredulitati videlicet gentilium commisceri.* Victor lib. 1. de Persecut. Vandal. pag. 12: *Capit per conversationem operum bonorum venerabilis et reverendus haberi, etiam ab eis, qui Foris sunt.* Anastasius in S. Silvestro PP.: *Probatu ex omni parte, etiam et ab his, qui sunt Foris, testimonium habere, bonum, etc.* Constitutio 10. in Append. ad Cod. Theod. ubi de extraneis feminis Clericorum: *Sed hac societate, seu amicitia non penetret, fama contaminat, datque sinistris rumoribus locum alterni seculi adjunctio, cum Foris positos, ac publico jure viventes ad inlecebram crimine trahit obscenæ suspicionis exemplum.* [\* Tertullian. de Præscription. Hæretic. cap. 8: *Nationes vero nunquam penes deum... et Foris semper.*] Commodianus Instr. 24:

Exis inde Foris, iterum tu fana requiris.

Et Instr. 37:

Exis pro Foribus: inde et ad idola vadis.

Vide S. Hieronymum Epist. 22. et Epist. 83. sub finem, S. Augustinum de Vera Relig. cap. 8. lib. 3. contra Parmen. cap. 4. lib. 7. de Bap. contrat. Donatist. cap. 1. lib. 3. cap. 19. et Ep. 170. etc. Sic Græcis οὐ θόραξ, οὐ ἔξω, Gentiles dicuntur non semel apud Gregorium Nyss. in Vita S. Gregorii Thaumaturg. Theoriam in Legat. Psellum de operat. dæmon. etc. Vide S. Ambrosium lib. 1. de Offic. cap. ult.

**FORIS POSITI**, dicebantur excommunicati, quod extra Ecclesiam essent, et ab ea arcerentur; *Extra Ecclesiam constituti*, apud Cyprianum Epist. 55. Idem Epist. 52: *Quisquis jam Episcopus fieri voluerit, Foris fiat necesse est.* Et mox: *Profanus est, alienus est, Foris est.* Adde Epist. 69. 73. etc. Contra, Fideles dicuntur, qui *intus sunt*, i. in Ecclesia, apud S. Augustinum lib. 3. contra Donatist. cap. 10. *Foras exire*, hoc est, ab Ecclesiæ communionem recedere, apud eundem S. August. lib. 2. contra Crescon. cap. 4.

*Foris* præterea esse dicebantur Hæretici. Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 2: *Et illi quidem qui videntur in Ecclesia falsi fratres, qui utinam Foris essent, modo negantibus non resistunt, quinimo et laudantur. Quod ut nos seducerent, fallaciter immiserunt: ut postea nobis ab ipsis, vel ab his, qui Foris sunt, dicatur hæreticis, etc.* S. Hieronymus lib. 3. in Ruffinum cap. ult.: *Quid loquar de hæreticis, qui licet Foris sint, tamen se nominant Christianos?*

\* 2. **FORIS**, Dominium, jus; *Foro*, eadem notione, Academ. Hispan. Proces. ann. 1351. MS. sub Petro III. reg. Aragon.: *Nequeant... concedere aliquod quidaticum, supersedimentum, elongamentum, aut subscriptæ contumaciæ remissionem, vel dilationem præsentis judicii, ... aut alia quæcumque, quæ in proficium, beneplacitum aut Forem aliquem dictarum personarum, vel alicujus seu aliquo-*



rum ex ipsis, possent cedere quovis modo, directe vel etiam indirecte.

\* **FORISARE**, De foro seu pretio rei alicujus pacisci, convenire. Immunit. ecclesiast. ann. 1433. inter Leg. Polon. pag. 97: *De tempore decimæ Forisandæ. Item quicunque dominus villæ, in ipsa villa sua decimam emere voluerit, ante festum beati Jacobi cum domino decimæ Forisare procuret; alioquin dominus decimæ decimam vendet libere, impedimento cessante domini villæ illius.* Vide in *Forum* 1. et *Forizare*.

**FORISBANNIRE**, In exilium agere per *bannum*, seu *banno* et edicto promulgato. Matth. Paris ann. 1245: *Eapulsus a Scotia, Forisbannitus ab Anglia, exheredatus in Hibernia, etc.* Ita in Capitul. Caroli C. tit. 12. cap. 6. 7. tit. 29. cap. 3. tit. 39. cap. 1. in *Vitis Abbatum* S. Albani pag. 70. apud Petrum de Vineis lib. 5. Ep. 107. in Concilio Lambethensi ann. 1261. cap. de Clericis captis, etc. *Forbannir* in Consuet. Andegav. art. 48. Norman. cap. 24. Beneharnensi tit. 16. art. 1. etc. [*Faire Forbanu*, in *Stabilim*. S. Ludovici lib. 1. cap. 81. in exilium mittere.]

† **FORBANISARE**, Eadem notione in Tractatu inter Ludovicum Regem et Petrum Ducem Britanniae ann. 1231. ex Archivis Castris Nannet.

† **FORSBANZARE** et **FORSBANZATIO**, in Codice Legum Norman. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 196.

† **FORSBANNIRE**, in Tabulario B. Mariæ de Bononuncio Rotomag.

**FORBANITUS**, in Lege Salica tit. 51. § 3. in Capit. Caroli C. tit. 12. cap. 6. in Capitul. Carlomanni tit. 1. cap. 3. in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 59. in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 63. [\* Carol. M. 47.] in Capitul. Caroli M. lib. 3. cap. 49. in Constit. Sicul. lib. 2. tit. 3. apud Petrum de Vineis lib. 2. Ep. 56. lib. 3. Ep. 79. lib. 5. Ep. 111. *Forbanni* in Consuet. Norman. cap. 23. 76. 80. 100. 121. etc. *Forabanditz*, in Foris Beneharnensi. *Telonea Forbannita*, vetita, in Lege Longob. lib. 3. tit. 1. § 5. [\* Carol. M. 15.] *Furbannitus*, in Lege Ripuar. tit. 87. Joan. Molinetus au *Chappellet des Dames*:

Mais Fourbennis furent soirs et matins  
Cueurs orgueilleux, que rebouter on doit.

† **FORBANNITUS**, in Lege Ripuar. tit. 87. Hist. Cortusior. lib. 1. apud Murator. tom. 12. col. 785: *Ipse vero cum Antonio de Curterodulo ejus socio fuit de Padua Forbannitus*. Pluries occurrit in Chron. Andr. Danduli ibid. col. 486. et 491.

**FORBANNITIO**, apud Petrum de Vineis, lib. 3. Epist. 48. [et in Regiminibus Paduæ apud Muratorum tom. 8. col. 383.] *Forbannissement*, in Consuetud. Norman. cap. 24.

**FORBANNUM**, Idem quod *Forbannitio*. In *forbannum* mittere. Capitulatio Caroli M. pro partibus Saxoniae cap. 26: *Si quis homo fidejussorem invenire non poterit, res illius in Forbanno mittantur, usquedum fidejussorem præsentet. Si vero super bannum in domum suam intrare præsumpserit, sol. 10... componat.* Adde Capitulare 2. ann. 809. cap. 4. lib. 3. Capit. cap. 50. Capit. Caroli C. tit. 91. cap. 6. tit. 39. cap. 3. In *Forbanno mittere latronem*, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 62. *Faire Forban*, seu *Forisbannitum*, in *Stabilim*. S. Ludov. lib. 1. cap. 31. et lib. 2. *Sentence de Forban*, in Consuetudine Britanniae art. 11. *Droit de Forban*, in veteri Consuet. Perticensi

cap. 4. [Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Trois cent ans XL. et plus  
Avroit mis pere en Forbius,  
Ainc qu'il passast de ceste vie.]

† **FORBANIE**, Eadem significatione, supra in *Forincatio*.] Aliud est autem

**FORIS BANNO**: Is enim dicitur *Foris banno* esse, qui *bannum* suum adimplevit. Capitul. 2. ann. 813. cap. 13: *Sed si bannus et iudicatus fuerit, et banno pe-racto stet in eo interim usquedum Comiti et eo, qui clamorem vel causam ad eum habuit, et tunc sit Foris banno.*

† **FORISBARIUM**, Suburbanum, Gall. *Fauxbourg*, quasi *foras* seu extra *barria* vel muros civitatis. Vide *Barrium*. Litteræ Philippi III. reg. Franc. ann. 1275. tom. 8. Ordin. pag. 60: *Scilicet quod dicta Maria et dictus Artusus vir suus ejus nomine, hæredes seu successores dicta Marie habeant exercitum et cavalgatam in dicto castro Lemovicensi et Forisbariis et omnibus pertinentiis prædictorum..... Homines in castro Lemovicensi, Forisbariis ac pertinentiis comorantes.*

\* *Forbour*, in Lit. ann. 1371. et 1372. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 421. et 481. *Horsborc*, in Instr. ann. 1355. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 169. col. 2: *Item que les maisons des Horsborcs soient abatues, etc.* Quia extra *burgum*. Sic *Hortraire*, pro Extra aliquem locum trahere, abducere, in Lit. remiss. ann. 1450. ex Reg. 184. Chartoph. reg. ch. 46: *Laquelle femme icellui Adam avoit Hor-trait et emmené, etc.*

**FORISCAPIMUM**, **FORCAPIUM**, **EXACTIO**, tributum haud debitum, per vim vel contra jus captum, exactum: *Mala tolta*. Ita usurpat Capitularia Caroli M. lib. 4. cap. 36. et Capitul. 4. ann. 819. cap. 1. quod inscribitur *de Forcapis*. [Codex Irminonis Abb. Sangerman. fol. 32. verso col. 2: *Sunt mansi serviles v. solvunt vini modios x. solvunt pullos cum ovis inter totum GLXXXIII. solvunt Forcapii sol. x.*] [\* Brev. 7. sect. 84. Guerdard est Capitatio personalis externis sive foraticis imposita. Certe non est tributum vel exactio in loco Capitul.] Neque alia videtur notione capienda vox

**FORCHEAPUM** in Legibus Ethelredi Regis cap. 23. [\* Instit. London. cap. 2.]: *Et homines Imperatoris, qui veniebant cum navibus suis, bonarum legum digni habebantur, sicut et nos... Tres porcos vivos licebat eis emere in suas naves: et non licebat eis aliquid Forcheapum facere burhmannis, et dare teloneum suum.* Ubi exerte usurpatur pro quavis exactio. [\* For, Ante, et ce ap, Negotium, venditio, unde *Forceapum*, (ita legit Thorp.) Venditio in navi ipsa, antequam sit exonerata, nam merces nisi in publico emporium adductas ibique expositas extraneis vendere non licebat. Vide *Foristallare*.]

**FORISCAPIMUM**, **LAUDIMIUM**, quod domino pro facultate alienandi feudi conceditur. Usatica MSS. Regni Majoricarum: *Instituitur certam summam super laudimiis seu Foriscapiis, quam nobis et nostris successoribus dare teneantur populatorum presentes et futuri in portione nostra intus civitatem Majoricarum comorantes, pro venditionibus domorum et possessionum.* Curia generalis Catalanæ sub Petro Rege Arag. in villa Cervariæ ann. 1339. MS.: *Super laudimio seu Foriscapio, quod pro revocatione, seu nova acquisitione feudi, solvi debet feudi domino.* Joannes Plantavitiis in Episcopis Lodovensibus pag. 277. sub ann.

1317: *Gerardus de Lodova dat causa permutationis Guillelmo Episcopo unam heminam avenæ censualis percipiendam unoquoque festo S. Genesii super agro quodam.... necnon dominium, laudimium, et Foriscapium.* Charta ann. 1032: *Salvis et retentis nobis et nostris successoribus fatiga, et Foriscapio, et laudimio, quotiens prædictum feudum modo aliquo alienari contigerit.* [Charta ann. 1313. ex Bibl. Colbert. Regest. 56: *Quod vos et vestri successores presentes et futuri possitis testari et ordinare, dare, vendere et alienare quibuscumque volueritis, exceptis militibus, de rebus vestris in futurum ad vestri voluntatem, salvo jure Foriscapii domino Regi competenti, prout in dicto castro solvi Foriscapium est hactenus usitatum.*] Tabularium Hospitalis Montis-Maurilionis in Pictonibus: *Melisendis et filii sui, Guillebandus videlicet et Theobaudus atque Ugo (Domini Tremoliæ) dederunt pauperibus Domus-Dei Montmorlii, et solverunt, et emancipaverunt in perpetuum omnes homines Forchapche de quaque terra venerint stare in terram Eleemosynariæ et pauperum supradictorum, exceptis illis de honore Tremoliæ. Hoc donum concessit Guillelmus Tremoliæ, quando venit Hierusalem.* In eodem Tabul.: *Ego Bernardus Vicecomes Brocie, et uxor mea Pastorella, donamus et concedimus Deo et pauperibus Domus-Dei de Monmorillo.... tot los Forchapches totius terræ et dominationis Mogniaci.* Andreas Boschus *dels Titols de honor de Cathalu-nya* lib. 4. cap. 5. § 3: *Non pagan Foriscapis de permutes, y si de consals morts.* Et infra: *Les Foriscapis y censos en los casos de dauhen pagar, etc.*

\* **FORISCASATIO**, **FORISCASIO**, **EMANCI-PATIO**. Libert. MSS. Barcin. ann. 1233: *De Foriscasione. Item est consuetudo Barchinonæ, quod si filius est foris casatus de voluntate patris cum uxore, et filia cum marito, quod habeantur pro emancipatis. Item quod facta Foriscasione, filius vel filia potest facere testamentum et alios contractus, sine voluntate patris.* Vide *Forifamiliare* et *Foriscasatus*.

**FORISCASATUS**, **EMANCI-PATUS**, extra *casam* positus, in Curia generali Catalanæ, celebrata Perpiniaci sub Petro Rege Aragon. ann. 1351. MS.

† **FORISCCELATUS**, Male et fraudulenter celatus, absconditus, non solutus, cui debebatur. Charta Guidonis Comitis Flandriæ ann. 1237. in Tabulario S. Bartholom. Bethun.: *Item debent habere ibidem dicti Præpositus et Capitulum thelonia, foragia, cambogia, et omnes emendas reddituum Foriscelatorum, metarum absradicatorum sive remutatarum absque mesleia. Ventes Forcelées, in Consuetud. Silvanect. art. 246. nostris Reclées, occultæ.*

\* *Forcheler*, *Fourcheller* et *Fourceller* nostri dixerunt, eodem significatu. Charta ann. 1249. in Chartul. 21. Corb. fol. 99: *Et s'il avenoit cose par aventure que aucuns emblast ou Forchelat le tonlieu au remonter ou au ravalier, le poent arrester le sergant de l'abbé et convent, et leurs commander pour faire loi selonc les us et costumes de Moroeul.* Reg. 13. ejusd. monast. sign. Habacuc ad ann. 1511. fol. 86. v: *Et s'il advenoit qu'il y eust aucuns desdiz droix Fourcheller ou anichillez, il sera tenu de les recouvrer à ses propres coustz, frais et dépens.* Libert. urbis Calesii renovatæ a Mathilde comit. Attrebat. ann. 1304. in Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 365: *Une france vérité doit estre en l'an de toutes choses Fourcellées.* Hinc *Sang Forcelé* dicebatur, cum vulnus ju-

dici celabatur. Videsupra *Celari*. Charta Joan. Attrebat. comit. Augi pro comun. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil. : *Item qui fera plaie à sang,... il payera... le sols Parisis d'amende,... et semblablement, si le sang estoit Forcelé trois jours, il seroit enchu envers nous et envers lesdiz maieur et eschevins en la. sols Parisis d'amende. Neque aliter intelligendæ Lit. ann. 1291. tom. 3. Ordin. reg. Franc. pag. 294. art. 1 : Quatre deniers du sanch, et se il estoit Forcheles, soixante solz pour l'amende ou l'esward du maieur et des eschevins. Hinc Forchele dicitur, qui statuto die census domino non solvit. Vide quæ annotantur a D. Secousse in hunc locum, et repetuntur supra ad vocem *Fol-gare*.*

\* **FORISCETA**, Alienigena, extraneus. Charta ann. 1358. inter Instr. tom. 13. Gall. Christ. col. 406 : *Cum omnimoda jurisdictione Foriscetarum seu alienigenarum, qui non sunt de tota Sabaudia comitatu.*

**FORISCONSILIARE**, **FORCONSILIARE**, **FORCONSILIARE**, Male consulere, malum consilium dare. Vitam vel honorem alteri, aut alterum in vita vel honore *Forconsiliare* dicebatur, qui malo consilio in illius vitam vel honorem machinabatur. Capitularia Caroli C. tit. 8. et Annales Franc. Bertiniani ann. 851 : *Ut nemo suo pari suum regnum, aut suos fideles, vel quod ad salutem et prosperitatem ac honorem regum pertinet, discipiat, aut Forconsiliat.* Capitularia Caroli C. tit. 26 : *Adjutor ero ad regnum illorum continendum, et nec in vita, nec in membris, neque in regno illorum eos Forconsiliabo.* Occurrit ibi non semel, et in Annalib. Franc. Fuldensibus ann. 860. ubi verum consilium opponitur *Forconsiliatio*.

Atque inde, in hominiis, vassalli dominis bona fide consilium daturus esse pollicebantur. Hominium Gullelmi de Petrapertusa, præstitum Simoni Comiti Montisfortis ann. 1217. in Tabulario Carcassonensi fol. 10 : *Vobis, Domine Simon, promisi, quod contra inimicos vestros vobis bona fide dabo consilium, auxilium tenebo et favorem, etc.* Aliud Raymundi Peletii ann. 1220 : *Juro etiam vobis, quod non ero in Consilio vel favore, quod vos amittatis vitam, vel membra, vel vitam, etc.* Vassallus igitur qui contra ejusmodi sacramentum, seu hominum, hostibus domini sese adjuungebat, *Forconsiliare* dicebatur. *Forconseiller* nostri etiam dixere. L'Ordene de Chevalerie d'Hues de Tabarie MS. :

Dame ne doit ne Damoiselle  
Pour nule rien Fourconsillier,  
Mais s'eles ont de lui mestier,  
Aidier leur doit à son pooir.

Robertus Bourronus in Historia MS. Merlini : *Merlin qui moult estoit sages et boin conseil, ne onques ne Forconsilla.* Apud Froissartem 4. vol. cap. 86. perperam editum *Forconseillé* pro *Forconseillé* : *Et remonstra ce propos doucement et sagement au peuple, qui estoit Forconseillé et accueilli de mal faire.* Vide Stabillimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 61.

† **FORIS DECANUS**, Dignitas ecclesiastica, forte Decanus ruralis, *Doyen rural*. Charta S. Illidii Claromont. ann. 1215 : *In crastinum S. Lucie Missa et annua Domini Petri de Crotis quondam Canonici et Foris-decani minoris hujus Ecclesie.* Vide *Decanus*.

\* **FORISDECANATUS**, Dignitas *Forisdecani* in quibusdam ecclesiis et monasteriis ; is forisadan designatur, ad quem

jurisdictio in ecclesias *foraneas* a principali dependentes pertinebat : de Decano rurali minus apte expositum est supra. Bulla Clem. VI. PP. ann. 1342. inter Instr. tom. 2. Gall. Christ. col. 148 : *Propter plurimos in ipsa ecclesia personatus et officia obtinentes, videlicet abbatem, præpositum, decanum, qui dignitates Forisdecianatum, etc. Supplicastis ut de prædictis dignitatibus, personatibus et officiis, abbatiam, Forisdecianatum et præcentoriam, etc.* Stat. Clem. IV. PP. pro eccl. Anic. ann. 1267. apud Marten. tom. 2. Anecd. col. 480 : *Forisdecianus major centum solidos : minor vero Forisdecianus quinquaginta solidos, etc.* *Forisdecani* meminit præterea Charta Petri abb. Gellon. ex Tabul. ejusd. monast.

1. **FORISFACERE**, Ugitioni, est *Offendere, nocere, quasi Facere foris, i. extra rationem.* Ex Glossis Isid. et Pithœi, *Forisfacio, offendo, noceo.* [Forisfacere S. Bernardo Tract. de erroribus Manichæorum, Crimen facere.] [Petr. Except. Leg. Roman. lib. 3. cap. 53 : *Si mando tibi, ut alicui inimico meo furtum facias, vel aliter offendas, antequam Forfacias, paciscor vel transigo cum inimico meo, tu vero post Forfactum facias, quaritur, etc.*] Epicedium Erii Regis Danie, apud Pontanum lib. 7. Rerum Danicarum : *Oro omnes, quibus aliquid Forfeci, ut mihi per suam gratiam indulgeant.* Vox passim obvia *Forisfactus*, qui forisfecit. Leges Edw. Confess. cap. 18 : *Si quisquam Forisfactus poposcerit Regis misericordiam pro Forisfacto suo, etc.* *Forfactus de vita*, in Lege Ripuar. tit. 77. id est, ob malefacta dignus, cui vita adimatur ex Legibus, [vel simpliciter Privatus vita, ut ab Eccardo exponitur in suis ad hanc legem animadversionibus, ubi observat Tilium legere *Forfaictus.*] [*Forisfactus servus*, homo liber, qui ex delicto servus factus est, in legibus Athelstani Regis cap. 3.

† **FOREFACERE**, in Litteris Caroli Johannis Franc. Regis primog. ann. 1253. tom. 3. Ordin. reg. pag. 321 : *Inhibendo... ne predictis Ecclesie vel sic susceptis aut alteri eorumdem in capite vel in membris... vel personis eorumdem et cujuslibet ipsorum, Forefacere audeant vel præsumant.* Vide Lobinelli Gloss. tom. 3. Hist. Paris.

† **FORIFACERE**, Eadem significatione. Litteræ Richardi I. Regis Angl. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 991 : *Si quis ei super hoc in aliquo Forifacere presumpserit, plenariam ei inde justitiam sine dilatione fieri faciat.* Occurrit præterea in Charta ann. 1213. apud Thomasser. in Biturig. pag. 80.

**FORISFACERE FEODUM propter feloniam**, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Ex delicto, forefacto, vel crimine, illud perdere, confiscare. Eadem Leges cap. 43 : *Qui furtum fecerit, qui proditor domini sui fuerit, quicumque ab eo in obviatione hostili, vel bello campali fugerit, vel victus erit, vel feloniam fecerit, terram suam Forisfecit.* [D. Brussel de Feodorum usu tom. 1. pag. 233. ex Regesto magorum dierum Campanie fol. 89 : *Injunctum est dicto Ballivo, ut dictum Miletum Clericum, ut dicitur, extra sacrosancta religiosa capiat et reddat loci Episcopo, pro ipso puniendo super facto perpetrato ; et quod omnem hereditatem dicti Clerici, de qua erat dictus Clericus tenens et possidens tempore multri facti, in manu domini Regis tanquam Forefactam capiat et detineat.*] Eodem sensu *Forfaire son fief, sa justice*, in Consuetudin. Senonensi art. 183. Vitriacensi art.

4. Hannoniensi cap. 77. 85. 86. Camerac. tit. 1. art. 62. in Chronico Flandr. cap. 16. et apud Froissart. 3. vol. cap. 96. *Forfaire son Comté, ses heritages, Forfaire corps et avoir*, in Consuetud. Montensi cap. 12. 22. et in Chronico Flandr. cap. 26. 40. 81. Tabular. Vindocinense Ch. 63 : *Pro qua re accepit Comes Goffredus fevum suum, quod ille Forisfecerat.* *Forefactæ res*, caducæ per delictum, et in fiscum relatæ, in Lege Longob. lib. 3. tit. 33. [Pippin. 32.] [*Forisfacta catalia*, in Codice Legum Normann. cap. 20. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 192. *Forisfactura omnium bonorum*, apud Rymerum tom. 2. pag. 195.] *Chose Forfait*, apud Littletonem sect. 74. *Terres Forfaites*, in Charta Gall. ann. 1266. in Probat. Hist. Guinensis pag. 291. Casus alios, quibus vassallus feudum suum forisfacit, collegit Spelmanus ex libris feudorum, in Verbo *Felo*. Vide *Committere*.

\* **FOREFACERE MEMBRUM**, *Forefactum* seu crimen committere, ob quod quis dignus est, cui membrum amputetur. Charta Guill. ducis Norm. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 191 : *Dictus Henricus le Mareschal et ejus hæredes habeant... eorum et earum qui membra sua Forefacient, et de domibus que cremabuntur, forefacturas. Si Forisfecerit membrum, in Ch. commun. Rotomag. ann. 1204. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 678. art. 9.*

**FORISFACTURA**, Crimen, delictum. Leges Edw. Confess. cap. 32 : *Friborgi causulas tractabant, et secundum Forisfacturas emendationes capiebant.* [Histor. Beccensis MS. pag. 310. in Archivis ejusd. Monasterii : *Hoc ferme tempore (ann. 1110.) fuit concessa Ecclesia S. Philiberti super Rislam Monachus Becc. jure perpetuo obtinenda a Joanne Episcopo Lexoviensi et Capitulo, cum tali privilegio et libertate, ut nunquam cessarent a divino officio pro Forisfactura cujuslibet hominis.*]

† **FORFAITURA**, Eadem notione, in Tabular. S. Victoris Massil. : *Signoretus et uxor ad capiendam Forfaituram quam S. Petro et Saturnino commiserant dant unam vineam in emendationem.* Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1640 : *Ricardus de Harcourt tenet Baroniam S. Salvatoris de domino Rege per servitium quatuor militum : scilicet debebat quinque, quando baronia erat integra, scilicet quantum venit ad Regem ex Forfaitura Johannis de Harcuria.*

† **FORISFACTURA MOBILIS**, Codex Legum Normann. cap. 23. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 196 : *Ad ducem etiam pertinent omnes Forisfacturæ mobiles ; mobiles autem Forisfacturæ sunt catalia eorum seu mobilia, qui per judicium damnati sunt.*

\* **FOREFACTUM**, Exactio haud debita, per vim et contra jus percepta ; quo sensu sæpissime occurrit. Testam. R. Bereng. comit. Prov. ann. 1238 : *Solutis tamen prius debitis nostris, et tortis nostris et Forefactis emendatis de dictis albergis... Item assignamus civitatem Niciæ... et castrum de Albarono et castrum de S. Albano... ut de preventibus dictorum locorum... satisfiat eodem modo... pro tortis et Forefactis emendandis et debitis exsolvendis.* Vide *Foriscaptum*.

**FORISFACTURA**, Mulcta, vel emenda ob forisfactum, seu delictum. *Amende des Forfaitures*, apud Froissart. 1. vol. cap. 116. Leges Edw. Confess. cap. 36 : *Inveniant plegios tales, qui possunt redere Forisfacturam, id est, were suum, nisi possunt disrationari.* Infra : *Reddat*

*Episcopo tres Forisfacturas, etc. Leges Willelmi Nothi: Reddatur de rebus hujus hominis quod calumniatum est, .... et insuper Regi Forisfactura. Ordericus Vitalis lib. 18. pag. 901: Omnes Forisfacturas reis indulsit. [Vide Acta SS. April. tom. 2. pag. 988.]*

† FOREFACTURA, Eodem significatu. Litteræ Philippi Fr. Reg. ann. 1290. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1284: *Emendam vero seu Forefacturam quam petebamus occasione homagii hactenus per eundem nobis non impensis... eidem (Comiti Hannoniæ) remisimus.*

\* [«Releveis feodorum lorice integrorum et partitorum, Forefactoris, gardis et jure patronatus. (Litt. pat. Ludovici sancti de Sylleio, an. 1259. mus. arch. dep. p. 167.)»]

† FOREFACTURA, Eadem notione, in Litteris Philippi Pulcri Reg. Fr. ann. 1307. apud Menester. inter Probat. Hist. Lugdun. pag. 43: *Remittimus et ex causa compositionis quitamus Archiepiscopo.... omnes et singulas commissiones, Forefacturas, emendas, offensas, rebelliones, etc. Forefacture, in Edicto Ludovici X. ann. 1315. ibid. pag. 88: Et fut dit par Arrest que les Forefactures seroient mises à execution et les Santances publiées. Charta Philippi V. Reg. Fr. tom. 3. Hist. Harcur. pag. 104: *Philippe Roy de France otroia à heritage à Adam de Meullent son Panetier, et à son hoir masle tant seulement, pour cause et en remuneration dudit service, une Forefacture, que icelui Adam tenoit avant du don dudit Roy à sa volonté, estimée valoir par an, par enquete sur ce faite environ XXXI. livres Paris, laquelle Forefacture étoit venue au Roy en commis par le delit ou malefice de maître Jean le Mesnager de Courbeil. Forfaire l'amende, in Consuetud. Namurc. art. 97. est multam incurere.**

\* FOREFAITURA, Idem. Litt. Ricardi reg. Angl. tom. 5. Ordinat. reg. Franc. pag. 317: *Prohibemus ne aliquis eos inde disturbet, super Forefacturam decem librarum Turon. Forfait, eadem acceptione, in Charta ann. 1215. tom. 4. earumd. Ordinat. pag. 390.*

FOREFACTURA PLENA, Plena multa, integra, Saxonibus wyta plena, et fulwite. Leges Willelmi Nothi: *Ita quod nullus alit forisfaciat in nullo super Forisfacturam nostram Plenam. Infra: Et ista præcepta et statuta non sint violata super Forisfacturam nostram Plenam. Super Plenaria Forefactura, apud Knighton. lib. 3. cap. 10. pag. 2521.*

† FOREFACTA, ut Forisfactura, Multa. Charta Caroli Regis Fr. ann. 1494. in Chartulario Monasterii Belliloci: *Nec non si burgenses inter se purgare voluerint bellum in ipsa villa... et bellum et omnis Forefacta sit Monachis.*

FOREFACTUM, Delictum, crimen, Forfait nostris, et Consti. Sicul. lib. 1. tit. 42. et alibi passim.

† FORASFACTUM, Charta sub Chuonrado Rege Indict. 6. ex Chartular. Aptensi fol. 23: *Tibi cedo aliquid de hæreditate mea per Forasfactum quod tibi feci, ut cum te finem habeam.*

† FORFACTUM, in Chartulario sancti Audomari, apud Baluz. tom. 7. Miscell. pag. 240. et in Translat. S. Hunegondis sæc. 5. Bened. pag. 223.

† FORFATUM, in Charta anni 1409. inter Schedas Præsidis de Mazaugues: *Pro delictis criminalibus et Forfatis, etc.*

FOREFACTUM, Charta ann. 1122. in Chartulario Aptensi fol. 16: *Nec auferemus tibi vel tuis, nisi pro Forifacito, quod nec esdire, nec emendare possitis*

*aut velitis. Charta Guidonis Comit. Nivern. ann. 1231. tom. 3. Ordinat. Reg. Franc. pag. 117: Quod si forte caperetur, Burgenses possent captum excutere a quocumque capiente sine se mefacere; exceptis pro tribus Forifacis, furto, raptu et homicidio. Occurrit præterea in Chartular. S. Vincentii Cenomansis. et apud Thomasser. in Biturig. pag. 80.*

† FORISFACTUM, in Charta ann. 1197. inter Schedas D. Lancelot: *Liber et quitus recedat, nisi Forisfactum fecerit, et si Forisfactum fecerit, ad iudicium ville antequam recedat illud emendabit.*

† FOREFACTUM REGIUM, in Regem commissum. Charta ann. 1199. inter Instrum. tom. 5. Gall. Christ. col. 295: *Si autem (Ecclesia Niniensis) Principis provincie sive cujuscumque Forefacto regio fuerit imbanita (i. e. ob crimen in Regem commissum interdicta) remotis excommunicatis divinum in Ecclesia permittimus officium celebrari. Vide Imbanire in Bannum 1.*

FOREFACTUM, Ipsa pro forisfacto multa, in Regiam Majest. lib. 1. cap. 18. § 2. Quoniam attach. cap. 74. § 2. et alibi non semel. Epist. 488. tom. 4. Hist. Franc.: *Forefacta villæ nostræ, et tertiam totius redditus nostri sibi vi usurpat. Amende de Forfait, in Usagiis Ambian. MS.: S'aucuns qui n'est mie de quemugne, estrangers ou forains miet, ou navre, ou fourfache home de quemugna, double Amende du Fourfait paiera.*

FOREFACTA MAGNA, Quorum cognitio ad dominum, qui altam justitiam habet, spectat. Charta Odonis Ducis Burgundie ann. 1208. apud Perardum pag. 297: *Omnia namque Magna Forefacta communiter ad Dominum Episcopum et ad me spectant, sicuti multa, homicidia, furta, adulteria violenti concubitus seminarum, falsæ mensuræ, edicti communis, contemptus et fractio, casus in bello campestri, et in judiciis deprehensio. Vide pag. 323. 444.*

FOREFACTUM EXTRA LEGEM, id est, quod non lege seu multa, sed morte luitur. Charta Odonis Dom. Hamensis ann. 1227: *Si quis hominem occiderit infra clausuram villæ Hamensis, vel forte Forefactum fecerit extra legem, statim postquam occisus fuerit homo, vel Forefactum extra legem factum, Dominus Hamensis potest capere mobilia et catela delictoris, etc. Titulus Chartæ concipitur: Du cas hors loy.*

ESSE IN FOREFACTO DOMINI, dicitur is, qui ex delicto in commissum cadit. Tabularium Episcopi Parisiens: *Si maritaverint se extra familiam Episcopi vel Comitum, sine consensu Episcopi, ipsi et res eorum sunt in Forefacto Episcopi.*

† FORIFACTOR, Qui Forifacitum commisit, in Charta ann. 1213. apud Thomasser. in Biturig. pag. 80: *Si Forifactor iudicium expectare noluerit, etc.*

† FORIFACTOR vel delinquens, in Charta ann. 1232. apud Mirasum tom. 2. pag. 1219. col. 2.

2. FORISFACERE, Alia notione. Charta Berengarii et Adelberti Regum Italia, apud Ughellum in Episcopis Vercellensibus: *Legitimum facimus traditionem et corporalem investituram, et ita nos exinde privamus, et Forisfacimus. Id est, exuimus, vestituram et possessionem dimittimus. Charta alia: Et me exinde Foris expuli, warpivi, et absentem feci. Vide Absens.*

FOREFAMILIARE, Aliquem foris familiam ponere, emancipare. Dicitur vero proprie filius Forisfamiliari, cum partem hæreditatis a patre vivente accipit,

eaque contentus est, ita ut amplius petere non possit. Regiam Majestat. lib. 2. cap. 33. § 7. 8: *Potest siquidem filius in vita patris sui Forisfamiliari, si pater quandam partem terræ suæ sibi assignet, et saisinam faciat inde sibi in vita sua, ad petitionem et bonam voluntatem ipsius filii, ita quod de tanta parte terræ sit ei satisfactum. Tunc non poterit hæres ipsius filii, de corpore suo genitus, aliquid amplius petere contra patrum suum de residua parte hæreditatis avi sui, quam partem patris sui. Vide Leges Burgor. Scotior. cap. 124. et 125. § 4. Bracton. lib. 1. cap. 10. § 1. et Skenæum de Verbor. significat.*

\* Sent. arbitr. ann. 1223. ex Chartul. S. Steph. Autiss.: *Cum dictus Nalinus non sit separatus vel Forisfamiliatus a Regnando fratre suo majore Egligny, dicimus quod nec burgensiam potuit percipere apud S. Mauricium, nec per dominum Drochonem potuit aut potest, quando Forisfamiliatus non fuerit, se reclamare, nec dominus Drocho eum retinere. Ubi Forisfamiliatus dicitur is, qui, paterna hæreditate inter fratres divisa, partem sibi competentem accepit; cui usque eo non licet alium sibi ascendere dominum ab eo, quem agnoscebat pater.*

\* FORIFAMILIARE, Idem. Charta Blanchæ comit. Trec. ann. 1218. in Chartul. Campan. Cam. Comput. Paris.: *Donnavi... ecclesie S. Memmii Cathalanensis uxorem Grisi, fratris Henrici Guemart, hominis ejusdem ecclesie, feminam meam de corpore, cum pueris suis, qui tunc non Forisfamiliati erant. Alia ann. 1322. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 228: *Sitost comme il seront Forfamilié de leurs peres et il venront à tenir mariage, etc.**

† FORISFAMILIATUS, Emancipatus. Charta ann. 1251. in Chartulario AB. Sangerman. fol. 227: *Super dicto molendino nichil poterat reclamare (Sanctysma pro sua filia) eo quod dicitur Renoldus erat tempore mortis suæ homo eorumdem Abbatis et Conventus de corpore, ut dicebant, nullos habens hæredes de suo corpore in potestate sua existentes, ut dicebant, et dicta Sanctysma jam erat Forisfamiliata et maritala cum ipso Johanne, quando idem Renoldus decessit. Filie extra proprii domini feudum maritalatæ parentum hæredes esse non poterant. Vide Forisfamiliatum.*

FOREFAMILIARE, Idem quod Forisfamiliare, in Fleta lib. 1. cap. 7. § 5. cap. 27. § 2. lib. 2. cap. 52. § 7.

FOREFANGIUM. Vide Forfang.  
FORIS HABITANS, qui et Forinsecus, extraneus, nostris Forain, in Legibus Burgor. Scotior. cap. 3.

FORISJUDICARE, FORJUDICARE, Rem, aut possessionem quampiam per iudicium vel sententiam abjudicare, auferre; possessione exuere, privare. Breve, apud Bractonum lib. 4. tract. 3. cap. 5. § 2: *Et non permittas quod A. capitalis dominus feodi illius habeat custodiam illius terræ, quia in prædicta curia nostra Forisjudicatus de illa custodia, eo quod terra illa teneri debet de socagio, etc. Ubi Bractonus ipsa voce abjudicatus utitur: Custos Abjudicatus est de Custodia sua, forte propter vastum, etc. Chronicon vernaculum Franciæ MS. incipiens ab anno 1222. desinens in ann. 1293: *Et fut Fourjugié au Roy d'Engleterre toute Gascogne, et toute la terre qu'il avoit ou Royaume de France. Historia Gall. Dovorensis Cenobii tom. 2. Monastici Angl.: Agard feust que cele charte n'avoit nule valor, et ensi fust le Priour et le Chapitre de Canterberi For-**

jugé de leur demande. Adde Leges vernaculas Guillelmi Nothi cap. 39.

FORISJUDICATI dicuntur rei criminis atrocioris, qui in iudicium per bannum publicum citati, non comparent, annoque elapso, omni defensionis aditu per sententiam forjudicationis, ab ipso iudice de novo pronuntiatam excluduntur, et pro damnatis habentur. [Chr. Domini de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 574 : *Tunc præfata Regina responsalibus dicti Comitibus acceptis, eas ordinato Consilio legi jussit, et lectis earumque tenore suscepto, eundem Comitum, consilio sibi dato, Forjudicationis sententia condemnavit.*] Friderici I. Imp. in Const. Sicul. lib. 2. tit. 3 : *Pœnam eorum, qui in contumacia perseverant, dignis stipendiis prosequi cupientes, statuimus, si quis infra annum a die banni edicti numerandum, coram Magistro Justitiario, qui eum bannierat, minime comparuerit, vel etiam successori ejusdem, bonis suis, ut prædictum est, infiscatis, post ipsius anni decursum, eundem Forjudicari debet, nulla omnino licentia postea remanente, se super principali causa criminis defendi. Sed perinde habeatur ac si confessus de crimine, de quo accusatus fuerat, esset per definitivam sententiam condemnatus. Sic Forjudicatus habebitur, prout in aliquibus nostri imperii partibus nuncupantur, quasi foris omnem aditum iudicii constitutus. Interim sibi iudicii limina præcluduntur, quod se contumacem etiam fuisse negare non possit, qui nec per se tempore tanto comparuit, nec per alium prætendentem legitimam causam suæ absentis et probantem exitit accusatus. Nullo sibi appellacionis seu supplicacionis remedio Forjudicatus superesse cognoscat, quoad omnia fere pro mortuo habeatur, et hostis publicus reputetur, sic ut ab omnibus offendatur impune, adeo quod si ipsum occiderit aliquis, nullam proinde calumniam mereatur; sed præmium a gratia nostræ Serenitatis expectet, etc.* Adde lib. 1. tit. 54. § 1. lib. 2. tit. 4. 6. 7. 8. 9. [et Statuta MSS. Caroli I. Regis Siciliae cap. 88. 89. 91. 92. 93. 104.] Huc spectat, quod habet Henricus Knyghton. lib. 2. cap. 4. ann. 1087 : *Quod si more solito latro taliter egerit, et forte fortuito ad Ecclesias vel ad Sacerdotum domas frequenter evasit, oblatione restituta, Forjuget et redeat : et si forte reditum fecerit, nullus eum hospitari præsumat. Ubi lego Forjurg (id est, Forjudicatus) non redeat. Assisii Hierosol. MSS. cap. 195 : *Se un home est ou plusiours ont fait trayson vers le Seigneur, et ils sont Forjugez par esgart, ou connoissance de Court come traitours, à moi semble que eaus et tous les heirs de celui, ou de ceus qui ensi sont Forjugés, sont desheritez dou fié, et de l'heritage qui estoit des Forjugez ains que il fit la trayson, come ceus qui y furent puis néés, etc.* In Charta ann. 1266. in probat. Hist. Guinensis pag. 291. *Terres Forjugées, sunt prædia confiscata. Adde Jacobum Hemricurtium de Bellis Leod. cap. 2. et Pactum Tongr. ann. 1403. in Magno Recordo Leod. pag. 41. 44.**

FORISJURARE, FORJURARE, Ejurare, abjurare rem aliquam, Quitter, abandonner. Forisjurare parentelam, et de ea se tollere, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 88. Adde Consuetud. Hannoniæ cap. 45. [Leges Balduini Flandriæ Comitibus de homicidio ann. 1200. inter Anecd. Marteniana tom. 1. col. 766 : *Si homo hominem interfecerit, et ille homicida aufugerit, ejus amici et proximi eum abjurare et Forjurare debent. Qui vero*

*eum Forjurare noluerit, talis est qualis et homicida, qui aufugerit, quousque eum Forjuraverit. Si quis cum homicida fugerit... infra annum redire potest et Forjuracionem facere... Amici et cognati illius hominis qui occisus fuerit, debent assecurare omnes homines illos, qui homicidam Forjuraverunt.*] Arestum O. SS. ann. 1264. in 1. Regesto Parlam. f. 140 : *Noluerunt facere assecurari, nisi ipsum fratrem suum Clericum Forjuraret. Aliud Arestum Pentec. ann. 1266. fol. 150 : *Determinatum fuit, quod idem Poincardus ponere poterat extra ipsam treugam dictum fratrem suum ex causa de novo superveniente inter ipsum et fratrem suum. Præcepit tamen Curia, quod ipsum fratrem suum Forjuraret, et de se et aliis treugam daret. Provinciam Forisjurare, in Legib. Edwardi Confess. cap. 6. Vilam Forjurare, in Epist. 221. quæ exstat tom. 4. Hist. Francor. [Forisjurare virgatum terræ et quietam clamare de se et de hæredibus suis, apud Thom. Madox Formul. Anglic. pag. 179. Forjurare patriam, in Codice Legum Normann. cap. 24. apud Ludewig. tom. 7. pag. 199.] Forjurer sa Chastellerie, in Stabilim. S. Ludovici lib. 1. cap. 31. Forjurer la terre, in primo Statuto Westmonast. cap. 15. Vetus Charta vernacula post Chronicon W. Thorn. pag. 2205 : *Et hors de Staplegate Forjura la terre le Roi, et porta la crois à la meer. Forjurer le pais, in Consuet. Normann. cap. 23. 24. 80. 82. etc. Petrus de Langtoft vetus Chronographus Rythmicus :***

Thomas de Weylande en banc primes nomé,  
Par agard du court le regne a Forjuré.

Le Roman de Parise la Duchesse MS. :

Fait m'a li Dus mes Sire ma terre Forjurer.

Tabular. Leprosariæ Pontis Audomari : *Forjuraverunt dictam terram coram nobis, ita quod nihil de cætero in ea de jure possint reclamare. Vide Brittonem in Legib. Angl. cap. 3. Consuetud. Hannoniensem. cap. 45. etc. Forjurer ami charnel, apud Petrum de Fontaines in Consilio cap. 13. Willelmus Guiart. ann. 1304 :*

Qui orant par fausse promesse  
Receu Jean de Renesse  
A Seigneur come parjuré,  
Et Poir de Henaut Forjuré.

Le Roman d'Aubery MS. :

Qui Forjuré ont l'enfant Aubery.

Forjurer de franchise ley, apud Britton. pag. 134. v. qui juri stare non possunt, quorum in jure non recipiuntur testimonia. [\*] Vide Halthaus. Glossar. German. voce Ausschweren, col. 182.]

\* Faire fourjur, eodem sensu, in Charta ann. 1398. ex Reg. 144. Chartoph. reg. ch. 258 : *Gillart le Grand fist adjourner à Mons. Colard de Midelay pour faire Fourjur selon l'usage du pais. Fourjurer, quasi in foro jurare, in aliis Lit. ejusd. ann. ibid. ch. 294 : *Il convint que les prochains du lignage d'icellui Guillaume demourans audit pays (de Hainaut) Fourjurassent, selon la loy et coutume dudit pays, qu'ilz ne aideroient, ne conseileroient aucunement en ce fait ledit Guillaume. Aliæ ann. 1411. in Reg. 166. ch. 38 : *L'official de l'évesque d'Angiers commanda au suppliant appariter qu'il citast icellui Blanchart pardevant lui, pour Forjurer et séparer de sa compaignie icelle concubine.***

¶ Qui vero parentelam alicujus ejurabat, cadebat eo ipso jure succedendi in illius bonis, ut colligitur ex

laudatis supra Henrici I. Reg. Angl. Legibus cap. 88 : *Si quis propter faldiam vel causam aliquam de parentela se velit tollere et eam Forisjuraverit, et de societate et hereditate et tota illius ratione se separet.*

FORISMARITAGIUM, appellabant forenses nostri eam præstationem, quæ a servis, seu adscriptis glebæ, exsolvebatur, pro facultate conjuges sibi adscribendi ex libera conditione ac ingenua, ut est in Consuet. Trecensi art. 3. Calvimontensi art. 3. Vitriacensi art. 144. et Meldensi art. 78. Remensi antiqua, etc. vel ex servis alterius domini, ut habent passim veteres Chartæ. Mesmarriage et Formariage, promiscue in Charta Joannis Vicedomini Catalaunensis ann. 1300. in Regesto Philippi Pulcri Reg. Franc. ann. 1299. Ch. 32. ex Tabul. Regio. Atque id quidem, etiam stante Romanorum republica quadantenus obtinuisse, testatur Tertullianus lib. 2. ad Uxorem : *Nonne quique domini et disciplinæ tenacissimi, servis suis Foras nubere interdiciunt ? scilicet ne in lasciviam excedant, officia deserant, dominica extraneis promant, etc.* Vide Gregorium M. lib. 10. Epist. 27. Lege Wisigoth. lib. 3. tit. 2. § 5 : *Quicumque ancillam suam servo alieno sine conscientia domini sui uxorem dedisset, dominus servi ancillam ipsam cum filiis sibi vendicabat. Lege pariter Salica tit. 27. § 6. *servus ancillam alienam sine voluntate domini accipere non poterat. Sed et nec conservam suam, ut est apud Eginhardum Epist. 16. quod et in Jure nostro obtinuit : neque denique liberam, ut est in Ep. 15. Charta Theoderici Abb. S. Maximini Trever. ann. 1065. apud Duchesn. in Probat. Hist. Luxemburg. pag. 29 : *Nusquam nisi inter se villani aut mansionarii nubant, aut uxorem ex familia S. Petri sine nostro consensu accipiant, ita tamen ut alteri Ecclesiæ altera damnium non inferat ; sed per successiones filiorum ac filiarum utrique Ecclesiæ quod suum est, ad ultimum redeat ac remaneat.***

Quod si sine domini consensu cum extraneo, vel extraneo nuptias iniissent, in illius forisfacto erant, ut et eorum bona, id est, in caducum veniebant. Tabularium Episcopi Paris. ex Bibl. Puteana : *Hæc sunt consuetudines istorum hominum : talliam nobis debent. Si maritaverint se extra familiam Episcopi, vel Comitibus, sine consensu Episcopi, ipsi et res eorum sunt in Forisfacto Episcopi, et escheamenta sunt Episcopi, etc. Consuetudo Britannicæ cap. 9. art. 22 : *Es lieux où on a accoustumé de prendre Feurmariage, le Seigneur de la mainmorte prend pour le Feurmariage de la femme mainmorteable les heritages qu'elle a sous lui, et au lieu de sa mainmorte, ou autant vaillant qu'elle emporte en mariage, au choix de la dite femme. Cujus quidem moris memorabile quoddam refertur exemplum a Joanne Hocsemio in Hist. Episcopor. Leodiens. lib. 5. cap. 23. sub ann. 1296.**

Ejusmodi vero conjugia servorum, qui diversos habent dominos, non dirimi, sanxit Additio 3. Capitular. cap. 28. et Concilium Cabilonense II. cap. 30. Aliter tamen statuit Capitulare Ahyn-tonis Episc. Basiliensis cap. 21 : *Ubi vero mancipia non unius, sed diversæ potestatis juncta fuerint, nisi consentientibus utrisque dominis, hujusmodi copulatio rata non erit.*

Enim vero cum dominis haud interdum superessent tot servi adscriptitii, ut inter se nuptias possent inire, coge-

bantur alterius conditionis, vel domini viris seu feminis matrimonia contrahendi facultatem iis impertiri : quæ quidem venia certa ac modica præstatione redimebatur ab adscriptitiis, ita tamen ut eam denegare dominis haud liceret, quod habet diserte Consuetudo Vitriacensis. art. 144. et Remensis Præposituræ, hisce verbis : *Homme de corps ne peut prendre par mariage femme d'autre condition que de la sienne sans le congé de son Seigneur, lequel congé ledit Seigneur ne lui baillera, si bon ne lui semble. Et si ledit homme de corps prend de fait sans le congé du Seigneur femme d'autre condition, que de celle dont il est, il choit pour ledit Formariage envers son dit Seigneur en amende de 60. sols 1. denier. Et ou il demande le congé à son dit Seigneur, posé ores qu'il ne l'ait obtenu, il n'est tenu de la dite amende, et est seulement tenu bailler audit Seigneur le tiers de ses biens tels qu'il les avoit au jour et heure de sondit mariage, et selon la condition qu'il est pour l'indemnité dudit Seigneur.* Tabularium Bellilocense Ch. 95 : *Breve de exemptis, quæ vicarij de Favars habent in terra S. Petri : ... homines vero de terra S. Petri non accipiant mulieres extraneas deforis, dum in ipsa terra invenire poterunt feminam, cum qua jungantur. Similiter et de feminis sit, dum in ipsa Curte inventi fuerint homines, cum quibus jungantur legaliter. Quod si Judeæ aut Vicarij constitutionem hanc transgressi fuerint, pro ullo malo ingenio secundum legem, emendent Abbati, aut Præposito. Ipsa vero lex 60. solidis sit. Et si rusticus fecerit sine consilio ipsorum, legem suam emendet : et ipse homo aut femina in ipsa terra revertatur illic, ubi ipsi elegerint, sine bausia (rausia.)* Charta Communie Meldensis ann. 1179 : *Homines de Communia uxores, cujuscunque potestatis voluerint, ducent, licentia tamen a Dominis requisita. Libertates MSS. villæ S. Desiderii in Campania ann. 1228 : Unusquisque de villa poterit matrimonium contrahere ubicunque voluerit, si feminam libere et absolute acquirere poterit sine aliqua conditione dominorum, vel Procerum regni, vel alterius, qui eam de jure possit reclamare. Aliquis vero vel aliqua de libertate S. Desiderii aliquem vel aliquam de hominibus vel mulieribus terræ Domini S. Desiderii vel feodi sui habere non poterit in matrimonio, nisi de voluntate et assensu domini.*

Ex præallatis patet, mulctam eorum, qui vel quæ invito domino cum alterius domini adscriptitiis nuptias inibant, fuisse 60. solidorum, quod etiam exerte tradit Consuetudo Vitriacensis art. 144. Verum hanc facultatem longe minoris constituisse arguunt, quæ infra observamus de licentia matrimoniorum, et vetus Charta ex Tabulario Corbeiensis lib. 26. Ch. 2 : *N. Dei Gr. Abbas Corbeis et Conventus, universis Dei fidel. sal. Vobis innotescere volumus, quosdam de censu capitali B. Petro naturaliter obnoxios in pago Suessonic, apud villas scilicet Luz et Taisnières, dudum se desub jugo Ecclesie nostræ excussisse, modo vero rationis evidèntia revocatos, tandem errorem suum confitentes S. Petro iterum se reddidisse. Ita videlicet, ut si quis eorum deinceps alienæ potestatis uxori nupsit, a famulo Monachi Vasiacensis submonitus infra dies octo 5. sol. monetæ currentis in patria illa dabit. Quod si octavum diem transierit, jam cum lege eum redere oportebit. Si autem mori eum contigerit, eadem iterum ratio de ipsis soli-*

*dis erit. Actum anno 1154. Episcopatus Dom. Ansculfi Suess. ann. 2. Charta alia apud W. Hedam pag. 287. 1. Edit. : Iterum ne omnimodis sine respectu videatur sancta Dei Ecclesia pro licentia nubendi infra sive extra concedere potestatem, dentur sex denarii, etc. Alia denique Charta ex Tabular. S. Maximini Treverensis : Mancipia quoque trado, et posteriorum, si in eadem villa sederint vel nupsent, tali libertate et servitio perfruuntur, sicut Confessoris Christi inibi manens familia. Si qui vero foris nupsent, vel manserint, vel alias vagati fuerint, unusquisque eorum in festivitate S. Maximini persolvat unam denariatam ceræ pro remedio animæ mee.*

Ex his atque aliis quæ passim occurrunt colligere promptum est non ubique eandem mulctam hac in re definitam fuisse, sed pro dominorum libito variasse. Id iterum firmare licet ex Tabular. Calensi pag. 117 : *Item asseruit quod ipse Johannes duxit in uxorem Petronillam filiam Gilleberti de Doctes feminam de corpore monasterii S. Faronis Meldensis et non de Kala, propter quod idem Johannes finavit cum fratre Richardo procuratore generali ipsius monasterii de Kala... ad VII. lib. et II. sol. Turon. et ad IV. sextarios avenæ bonæ et venalis. Charta Hugonis Abbat. Corbeiens. ann. 1174. ex Tabular. ejusdem Monast. : Quod singuli singulos denarios pro cavagio in festo S. Remigii, pro Forismaritationibus vero x. solidos, pro manu mortua totidem... ipsi cum omni sua posteritate persolvent. Vide in Maritagium.*

Forismaritagium dicitur Licentia matrimoniorum, in Charta ann. 1163. ex Chartul. Campan. fol. 484. col. 1. Quamque autem ratione aliqui ex servis seu adscriptis glebæ matrimonium contraherent, etiam inter ipsos et sub eodem dominio, præstationi erga dominum suum obnoxii erant, cujus conditiones exprimit Charta manumiss. ann. 1392. in Reg. 143. Chartoph. reg. ch. 151 : *Comme laditte suppliant soit nostre serve de tele condition, que elle et autres de sa condition, quant ilz entrent en ordre de mariage, un chascun d'eulz nous doivent treze deniers, et durant le temps de leur mariage chascun an quatre deniers Paris payez au jour de la S. Remy, et au jour de leur trespasement, ou quant on les doit mettre en terre treze deniers : et ou cas que point ne se mettroient en mariage, ilz ne nous doivent aucune servitude. Mesmarriage dicitur eadem præstatio, in Charta ann. 1842. ex Reg. 74. ch. 445 : *Sans paier mainmorte ne Mesmarriage. Et in Lit. ann. 1857. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 369.**

Hæc porro matrimonia cum cæteris contrahendi licentia ac facultas a dominis concedebatur hac conditione, quod liberi, qui ex iis nascerentur, inter ipsos dominos dividerentur, ut est apud Glanvillam lib. 5. cap. 6. Charta Guillelmi Episcopi Paris. ann. 1244. apud Brolium lib. 2. Hist. Paris. : *Notum facimus, quod nos consentimus, quod Odelina filia Radulphi Goudin, de Villaceris (Villarcereaux) femina nostra de corpore contrahat matrimonium cum Bertrando filio quondam Hugonis de Verreries defuncti, homine de corpore Ecclesie S. Germani de Pratis Parisiensis, hoc modo scilicet, quod ex filiis seu filiabus ex eisdem de cætero procreandis medietatem peritus habeamus, reliqua medietate Abbati et Conventui dictæ Ecclesie. Idque obtinuit inter servos regios, et Baronum*

seu Procerum feudaliū. Charta Nobilium Campaniæ ann. 1297. in Regesto Magnorum dierum Trecentium : *Item, que quand li home aus Gentilshomes prennent les femmes le Roy, et li homme aus Gentilshomes muèrent, li Rois vuet avoir touz les hoirs, et ne laisse joir les Gentilshomes de la remenance de leurs homes. Item, nous avons toujours accoustumé à partir au Roy les enfans, qui issent de nos hommes et de nos femmes, qui se mellent par mariage aus hommes et aus femmes le Roy, etc. His addam Diploma aliud, quod habet Tabularium S. Maglorii Paris. Charta 15 : *Ego Ludovicus Dei gratia Rex Francorum et Dux Aquitanorum notitiæ fidelium commendare dignum videtur quamdam conventionem inter piissimum genitorem nostrum Ludovicum Regem Francorum, et venerabilem Gumbaldum S. Maglorii Abbatem dudum habitam, hanc quoque in tertio anno nostræ sublimitatis reverentissimo ejusdem Monasterii Patri Roberto a nobis concessam, et ipsius concessionis pactionem subscriptam, sigilli etiam impressione signatam atque corroboratam. Tempore siquidem supradicti Gumbaldi Abbatis homo quidam ex familia S. Maglorii de villa Karrone, Guoinus nomine, duxit uxorem nomine Sehes ex regali familia procreatam. Quæ res cum Abbati ac Monachis vehementer displiceret, eo quod sui juris homo alterius familiæ sibi conjugem delegasset, et ob hoc plurimum calumniaretur, quod debito sibi procreationis fructu Ecclesia privaretur, ventilata hac calumnia ad aures piissimi genitoris nostri pervenit. Qui nolens Ecclesiam fructu familiæ suæ destitui, sancire studuit, ut amborum conjugum propagatio ex æquo partiretur, et altera regis amplitudini, altera pars sancto Maglorio remaneret in perpetuum possidenda. Ea ergo quæ gloriosus genitor noster sapienti usus consilio pridem concesserat, nos quoque ob utilitatem Ecclesie benigne concedimus. Quod ut perpetuæ stabilitatis obtineat munimentum, sigilli nostri auctoritate et nominis nostri karaktere subterfirmavimus. Actum publice Parisius in Palatio nostro anno Incarnati Verbi 1138. regni vero nostri 3. astantibus in Palatio nostro, quorum nomina subtitulata sunt et signa. S. Radulfi Viroman duorum Comitum et Dapiferi nostri, S. Guillelmi Buticularii, S. Matthiæ Constabularii, S. Matthiæ Camerarii. Data per manum Agrini Cancellarii.**

Interdum etiam in casu Forismaritagii fiebant servorum seu adscriptitorum inter dominos permutationes : ita ut si quæpiam femina adscriptitia alterius domini adscriptitio nupsisset, cum illa legem mariti sequeretur, ac proinde in alterius transiret dominium, vicissim mariti dominus alteram conjugis adscriptitii domino ejusdem probitatis ac notæ restituere tenebatur. Assisæ Hierosolym. MSS. cap. 270 : *Se aucun vilain de qui que ce soit se marie avec vilaine d'autre leu, sans le coumandement dou Seigneur de la vilaine, le Seigneur dou vilain, à qui sera mariée la vilaine estrange, vendra au Seigneur de la vilaine un autre en eschange à la vilaine, de tel aage, par la connoissance de bonnes gens. Et se ils netreuve vilaine, qui la vaille, il li donra le meilleur vilain qu'il aura d'aage de marier : et cil qui sera marié à la vilaine estrange, meurt, le Seigneur dou vilain doit avoir son eschange, se la vilaine torne à son premier Seigneur : et se la vilaine est allée en la terre de l'autre, son Seigneur a pooir de prendre la, etc. Et*

cap. seq. : *Se aucune vilaine vaît de aucun cazal en autre, qui ne soit de son Seigneur, et le Seigneur dou leuë, ou elle sera venuë, n'a pooir de li marier, et se il la marie, il doit donner à son Seigneur une autre vilaine en eschange, à la connoissance de bonnes gens sans failir.* Proferat Brolius lib. 2. Histor. Paris. pag. 281. 2. Edit. Chartam ejusmodi permutationis indicem.

\* Charta Barthol. Trec. episc. ann. 1192. ex Bibl. reg. : *Permissimus fieri matrimonium inter Silvestrum filium Andreæ ad Pedem hominis beati Petri ex una parte, et Arenburgem filiam Terrici hominis nostri, facta commutatione duarum mulierum, quarum una, scilicet Hildeburgis filia prædicti Andreæ hominis beati Petri nostra erit, et altera, scilicet Arenburgis filia memorati Terrici hominis nostri sub justitia et dominio capituli beati Petri in perpetuum permanebit.*

Horum porro adscriptiorum liberos inter se partiebantur domini, ita ut si plures essent numero pari, totidem quisque haberet ; si vero unus remaneret ex numero impari, is communis esset. Ita Lex Wisigoth. lib. 10. tit. 1. § 17. et Consuetudo Burbonensis art. 192. Exstant præterea Chartæ aliæ harum partitionum apud Hubertum in Historia Eccl. S. Aniani Aurelianensis pag. 81. Vide Capitulare 6. Caroli M. ann. 808. cap. 1.

Ex his igitur satis constat, *Forismaritagium*, præcipuum fuisse servitutis glebalis argumentum : unde in ejusmodi servorum manumissionibus, *manus mortua* et *Forismaritagium* in libertatis indultæ notam remittuntur a dominis. Vide Chartam Thomæ Abbatis S. Germani Paris. apud Brolium lib. 2. Antiq. Paris. pag. 279. 2. Edit. et alias ejusdem tenoris apud Gallandum de Franco alodio pag. 85. 86. Doubletum in Hist. Sandionys. Monast. pag. 907. etc. Quibus aliam addo Beatricis Abbatissæ B. Mariæ Suession. pro Communia Vaisiaci ann. 1231 : *Nos quitavimus dictis hominibus totam talliam, quam Ecclesia nostra consuevit accipere super eos, ... item Forismaritagium, hoc excepto, quod quilibet, qui se Forismaritabit, tenebitur Ecclesiæ nostræ solvere ipso die Forismaritavit suæ, vel in crastino, 7. solid. et dimid. monetæ patriæ : quos denarios si dicto die vel in crastino non solveret, teneretur emendare per 7. solid. et dimid. monetæ supradictæ, ad instantiam Majoris nostri et Scabinorum per legem faciendam, et nihilominus Forismaritagium reddere tenentur.*

FORISMATRIMONIUM, Eadem notione, in Charta Engerranni D. Couciaci ann. 1207. pro Libertatibus oppidi Faræ, apud Thomasserium in Consuet. Bituric. pag. 489.

† FORIMATRIMONIUM, in Chartular. S. Quintini in insula pag. 100 : *Redditus quoque nummorum et caponum seu manus mortuæ, necnon Forimatrimitonii, quod vulgo dicitur Forimariages.*

† FORISMARITATIO, in Charta ann. 1174. ex Tabulario Corbeiensi.

\* FORISMARITARE, Ejusmodi matrimonium inire. Charta Petri abb. S. Remig. Rem. ann. 1212. ex Chartul. Campan. fol. 246. v. col. 1 : *Quod si aliqui de hominibus S. Remigii in nova villa ad Fraxinum decesserint, vel se Forismaritaverint, in eadem præpositus de Cortesor non poterit finire mortuam manum nec forismaritagium, nec aliquid inde levare.* Alia ann. 1270. ex Chartul. Latiniac. fol. 124 : *Erant in possessione, cum aliquis extraneus veniebat ad com-*

*morandum in dicta villa, ... ipse efficiatur de domino ipsorum, et tenebatur eisdem ad forismaritagium, quando se Forismaritabant.*

FORISMITTERE, Extra manum suam ponere, alienare, vendere, Mettre hors. Capitulare 3. ann. 819. cap. 11 : *Qui per chartam aut per hantradam ingenuus est, et si ille Foris de eo miserit, tunc ille leodis in dominicum veniat, etc.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 88 : *Nulli liceat Forismittere hæreditatem suam de parentela sua, datione vel emptione.*

FORISNEGARE, Fornoier un meffet en jugement, apud Philippum Bellomaniarium cap. 59.

† FORIS-PAISRATUS, pro *Forispatriatus*, apud D. de Lauriere tom. 1. Ordinat. Regum Fr. pag. 42.

FORISPATRIATUS, Idem quod *Forisbannitus*, vel *Expatriatus*, Gallis *Forspaysé*. Charta Guigonis Comitissæ Forensis pro Libertatibus Villarezii ann. 1253 : *Nisi ille qui requireret, esset Forispatriatus.* [Perperam in Spicilegio Acher. tom. 9. pag. 193. *Forispatriatus*.] Charta Libertatum Antisiodorensis civitatis a Mathilde concessarum : *Quicumque aliquam possessionem per annum et diem pacifice tenuerit, nullus contra eum poterit reclamare, nisi sit advocatus, vel Forispatriatus, etc.* Perperam in MS. *Forispatriatus*. [Statuta Philippi Augusti Regis Franc. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu ad calcem pag. xxix : *Item Clerici non possunt de jure excommunicare aliquem propter forisfactum servientis sui, neque interdicare terram ejus, priusquam dominus fuerit super hoc requisitus, vel domini Ballivius, si dominus fuerit Forspaysiez.* Acherius tom. 6. Spicil. pag. 491. habet, *Forspaysés*.] Assisæ Hierosolymit. cap. 30 : *Enci dit l'on que celui qui requiert l'heritage, est Forspaysé, et il revient, et requiert aucun heritage, que aucun autre ait tenu an et jor, et aucuns gens veullent dire, que l'assise de la tenure ne li grieve, por ce que il estoit Forspaysé, et l'autre l'a tenu, li voiant et oiant et plusiors gens, etc.* Cap. 221 : *Se celui qui est leuë dou Seigneur, meurt, ou Forspaysé, etc.* Charta Libertatum oppidi de Vesdun in Biturigib. ann. 1275 : *Il n'en doit respondre à nesun se il n'est Forpais, ou en bailh, ou fors d'age, etc.* [Des Fontaines in Consilio cap. 17. num. 1 : *Je ne di mi ke li despaisé ont leur aage soient restabli en toutes causes. Et sachez que tous ceux qui sont Forpaisié. Je te distincte, ou il sunt par leur volonté ou il sunt par leur besoingne. Che ne leur profite mie à estre restabli, se il sunt despaisié maugré eux pour leur pourcas, il sunt restabli en tele maniere, ke on ne leur torne à gaingne ne à damage.*]

\* Lit. remiss. ann. 1402. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 434 : *Un serf (cerf) chasié et Forpaisié des bois et forestz, et trouvé en plain pais, etc.*

† FORISSITUS, quasi *Foras* situs, qui habitat extra urbem, vel oppidum, burgumve. Compositio anni 1308. Hist. Dalphin. tom. 2. col. 141 : *Dom. Hugo nomine suo et nomine dictæ D. B. pro se domino de Jacio et Forissitis Gebenmesii suis hominibus, valitoribus et coadjutoribus, etc.* Forle *Forissiti* non solum extra urbem habitantes debent intelligi, sed etiam banniti seu exules, ut supra *Forensiti*. Vide *Forensitus*.

\* Idem quod *Forensitus*, Proscriptus, exul ; Italis, eodem sensu, *Fuoruscito*. Vide supra *Forensitus*, et infra *Foruscitus*.

† FORISTA. Vide in *Forus*.

\* FORISTAGIUM, Jus instituendi custodes agrorum, et percipiendi multas, ob delicta in iis commissa, impositas. Pariag. inter reg. et monast. de Candolio ann. 1306. in Reg. 40. Chartoph. reg. ch. 61 : *Damus per modum pariagii. . . . medietatem videlicet pro indiviso omnium justitiarum altorum et bassarum, nec non Foristagii seu messacgarizæ, etc.* Vide supra *Forestus*.

FORISTALLARE, FORISTALLATOR, FORSTALLATOR, FORSTELLARIUS, et in Domesdei *Foristellarius*, *Forstaller*, Brittoni pag. 33. 77.

FORISTALLATORES, Cowello, Spelmanno, et aliis, sunt illi, qui annonam versus emporium publicum adductam in via intercipiunt, emuntque, priusquam venditioni publicæ exponatur. Iter Camerarii Scotici cap. 19. § 1 : *Primo quod vendunt pisces suos ad littus maris, cum vendere debeant in foro Regis : unde Foristallatores plenarie dici possunt.* Adde cap. 1. Fleta lib. 2. cap. 12. § 28 : *Item de Forstallariis victualibus venalibus mercatum obviantibus, per quos carior fit inde venditio.* [Regest. Priorat. Cokesford. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic. : *Forstal est, si aliquis portaverit halec vel hujusmodi res ad forum, et statim alius venerit et emerit ab ipso illas res, ut carius vendat, Prior habebit emendas ab ipso.*] Id porro interdictum Legibus politicis, ut vocant, passim legitur. Leges Burgorum Scotiorum cap. 78 : *De Forstallatoribus in burgo : Nullus infra burgum habitans, vel extra, sit ausus in die fori exire portas burgi ad emendum aliquam rem, antequam veniat infra portas burgi, et qui super hoc convictus fuerit, dabit 8. sol. ad forisfactum.* Adde Statuta Gildæ Scotiæ cap. 29. ubi ejusmodi *Foristallatores* et *Foristallantes*, *Anticipatores fori* dicuntur. Eorum mentio est præterea in Statutis Wilhelmi Regis Scotiæ cap. 85. et in libro Anglico inscripto, *Justice of peace*, pag. 74. De iisdem etiam ita veteres Consuetudines Bituricensis apud Thomasserium pag. 838 : *Se aucuns boucher va au devant des marchans, qui ameinent chairs vives à vendre à Bourges, et icelui boucher les aille acheter une lieue ou deux, ou demie au devant, pour tenir le peuple en sarre, il est amendable arbitrairement, se il ne laisse venir au marché où l'en a accoustumé de vendre.* Ubi vim vocis *Sarre*, quæ rursum eadem pag. occurrit, non omnino percipio. Vide *Forestel*.

† FORSTALLARIUM, Litteræ anni 1377. apud Rymerum tom. 7. pag. 166. col. 1 : *Falsis et malis consiliis et ordinationibus, Forstallariis, confederationibus, conspirationibus, etc.* Aliæ anni 1549. apud eundem tom. 15. pag. 197. col. 1 : *Ad cognoscendum in regratariis, Forstallariis, et negotiis maritimis quibuscumque.* Vide *Forstarium*.

FORISTALLUM, in Legibus Edmundi Regis editis apud Cullintoniam cap. 6. dicitur *Bromptono Coactio, vel obstitentia in regia strata facta*, quo minus scilicet quis rem suam furto sublatam recipiat, uti est in iisdem Legibus, [a Saxon. fare, via, iter ; et Stæl, furtum.] Interdum sumitur pro ea libertate, qua quis quietus est de amerciamendis de cattallis, arrestatis infra terram suam, et quod habeat placita inde in Curia sua, et de hujusmodi cattallis arrestatis amerciamenda inde provenientia. Ita W. Thorn. ann. 1315. Vide *Forestel*.

\* FORISTARIA, Jus utendi foresta, vel officium forestarii. Stat. scacar. Norman. ad ann. 1220. ex Cod. reg. 4653. A : *Ju-*

dicatum est quod Foristaria, quæ (habet) tocagium suum (l. estocagium) et escoragium in foresta de Bonsmoullins, quæ destructa est modo, de arboribus nihil in ea capiet. Vide supra in Foresta.

† **FORISTUM**, Mulcta vel emenda propter forisfactum, quomodo etiam forte legendum est. Vide in Forisfacere 1. Charta ann. 1203. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 386: *Ecclesiæ siquidem S. Jodoci de supra mare remanet Foristum et omnes emendationes injuriarum in villa beati Jodoci factarum.*

† **FORITANEUS**, Qui foras seu extra urbem habitat, Italis Forinseco, Gall. Forain. Statuta Massill. lib. 5. cap. 33: *Decernimus... quod si contigerit deinceps guerram fieri... et ante tempus initum guerræ prædictæ aliquis, vel aliqui Foritanei tradidissent in depositum seu comandam... annonam, vel bladum seu pecuniam... quod propter illam guerram nihilominus res prædictæ sint salvæ Foritaneis dictis, cum utilius sit civibus Massiliæ res et pecunias Foritaneorum possidere, et cum eisdem lucrum facere quam prædictis rebus carere.* [† Vide supra Forataneus et Foretanus.]

† **FORITANUS**, Eadem notione, occurrit apud Muratorum tom. 6. col. 379. 388. 390. 400. 422. 459. ex variis Scripturibus Ital.

† **FORITER**, Foras, extra, in Hist. Harcur. tom. 4. pag. 1347.

† **FORJUDICARE**, FORJUGARE, etc. Vide Forisjudicare.

† **FORJURARE**, FORJURATIO. Vide Forisjurare.

† **FORIUM**. Vide in Fodrum.

† **FORIZARE**, Fora negotiandi causa frequentare Goldasto. Ita usurpatur in Decretis Alberti Regis Hungariæ: *Nullus mercatorum forensium... ad mercandum seu Forizandum in medium regni... accedat.* Vide Forisare.

† **FORIZATIO**, Commercio, mercatura, Gall. *Negoce, trafic*, apud Marten. tom. 8. Ampliss. Collect. col. 403: *Dico quod indulgentiæ et absolutiones fictæ et venales fundatæ, ut dicitur communiter, super infinitis erogatis in cælis meritis Sanctorum... in lege Domini non sunt fundatæ, et specialiter illæ quæ dantur et conceduntur in erectione Cruciatæ, ad hunc finem ut homines se invicem trucident et occidant, ut patet in erectione per Papam crucis contra Ladislaum Regem Neapolitæ, in qua manifesta Forizatio de his indulgentiis ponebatur... Et hæc Forizatio sparsim currit quasi per totam Ecclesiam talium indulgentiarum, quæ carent fidei Scripturæ fundamento.*

† **FORLACUM**, ut infra Fortia 3. Arx, munitio, Gall. *Fort, Forteresse*. Conventio MSS. inter Ludovicum Regem Siciliae et cives Arelat. ann. 1365: *Nec permittent infra dictam urbem aliquod castrum, seu Forlacum, vel domum fortem, quod defendi possit, etc.*

† **FORLANDUM**, Idem quod Furlongus infra. Monast. Anglic. tom. 2. pag. 832: *Et de duobus Forlandis XVI. denarios, scilicet de Forlando Johannes Wauker, quod jacet ante terram Ecclesiæ, VIII. denarios.*

\* **FORLETUM**, Tributi seu vectigalis species, f. quod ex foris vel ex forefactis percipitur. Charta ann. 1441. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 524: *Factum immunitatem et exemptionem a datius, pedagiis, Forletis et gabellis quibuscumque.* Infra: *Teneantur solvere datia, Forleta, gabellas et pedagia.*

† **FORLONGA**. Vide Furlongus.

1. **FORMA**, Figura, imago. Honorius Augustod. lib. 1. cap. 133: *Usus autem*

*Formas sculpendi a lege cepit, ubi Moyses jussu Domini duos Cherubim ex auro fecit.* Epistola Rodoberti ad Didonem, seu S. Audoenum Archiep. Rotomag. tom. 5. Spicilegii Acheriani: *Et ut vere fatear, finxisse illic mihi videris Sanctitatis tuæ, imoque beatissimi Antistitis Eligii integerrimam Formam, ita ut nihil prorsus defuerit ex cunctis Sancti virtutibus, quod non potentatu verborum per singula investigaveris, etc.* S. Bernardus de Vita et morib. Relig. cap. 11: *Auro tectis reliquiis saginantur oculi, et loculi aperiantur. Ostenditur pulcherrima Forma Sancti, vel Sanctæ alicujus, et eo creditur sanctior, quo coloratior.* Utitur etiam hac notione Rodericus Toletanus in Hist. Arabum cap. 2. et alii.

† **FORMULA**, Imaguncula. Glossæ Basil.: *Φορμύλλα, τύπος*, Adamnanus lib. 1. de Locis sanctis cap. 11: *In quo videlicet linteo 12. Apostolorum Formulæ habentur intextæ.* Et lib. 3. cap. 4: *In Diospoli civitate, cujusdam Martyrii Georgii, in quadam domo, statuta marmorea in columna, contra quam alligatus persecutionis tempore flagellatus est, Formula depicta est. Mox imaginem vocat: Cujus est imago in marmorea columna formata? Infra Toracidam appellat. Utitur ibi semel ac iterum, et cap. 19. Vita S. Gildæ Sapientis cap. 9: *Proprits manibus Formulam fecit fusili opere, etc.**

† 2. **FORMA**, Panis Eucharisticus. Vita S. Godrici tom. 5. Mail pag. 82: *Sæpius inter secreta Missarum Dominum Jesum carne indutum in altari conspexit descendentem ad se... Sic etiam aliquando de Forma sua mirabiliter egressum, conspersum sanguine totum est contuitus.* Vide Formata.

† 3. **FORMA**, Exemplum quod imitandum proponitur. Statuta Canonorum Regular. S. August. apud Raimundum Duellium lib. 1. Miscellan. pag. 88:

Dicte, benedicite, fantur  
Spiritualia de norma, mox quoque Forma.

Vetus Interpres Petri 1. Epist. 5. 3: *Neque ut dominantes in cleris, sed Forma facti gregis ex animo.* Græce τῶν τοῦ γινόμενοι τοῦ ποιητοῦ, et juxta Versionem Syriacam: *Ut sitis illis similitudo pulchra, exemplar bonum.*

4. **FORMA**, Nummus formatus, id est, figura seu Principis characterem donatus: nam formari moneta dicitur apud Lampridium et in leg. 3. Cod. Th. de falsa monet. (9, 21.) et leg. 1. de Expens. Ludor. (15, 9.) Lex 6. Cod. Th. de Indulg. Crimin. (9, 38.) de monetam adulterante: *Qui sacri oris imitator, et divinum vultuum adpetitor, venerabiles Formas sacrilegio eruditus impressit. Diversa Formæ mensura in solidis, in quibus scilicet Imperatoris forma seu imago majore habitu faciei extenditur: aut quæ angustiore expressione concluditur, in leg. 1. eod. Cod. Si quis solidi circulum, etc. (9, 22.) Lampridius in Alexandro Severo: *Formas binarias et ternarias et quaternarias... quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari.* Quintilianus lib. 1. cap. 10: *Utendum plane sermone, ut numo, qui publica Forma est.* Apud Isidorum lib. 16. cap. 17. *metalla dicuntur ad omnem Formam posse deduci.* [Charta Caroli Johan. Franc. Reg. primogen. ann. 1356. tom. 3. Ordin. pag. 106: *Ita et sub tali forma quod dominus noster rex in qualibet marcha argenti, solum lucretur et habeat pro Forma et factura, decem solidos Turonenses vel minus et non ultra.*]*

5. **FORMA**, Phantasma, imago apprens. Liber Miraculorum S. Columbanii cap. 27: *Aspicit ad se venientes duas Formas in specie mulierum tam terribiliter et deformes, etc.*

† 6. **FORMA**, Habitus, ornatus. Chronicon Siciliae ad ann. 1322. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 89: *Forma militaris apparatus est cum spallibus de cindato et manto de cindato. Item ense munito de argento valoris unciarum duarum vel trium ad plus. Item sella freno et calcaribus deauratis precii unciarum duarum ad plus, et cum pari uno vestimentorum cujuscumque coloris præterquam de scarlato et sine infoderatura vayrorum.*

† 7. **FORMA**, Modus seu ratio agendi in negotiis quibusque, nostris Formilitæ. Vetus Poeta apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 541:

Sunt ibi (Romæ) qui norant formare negotia quavis,  
Et sunt qui Formas abbreviare sciunt.

8. **FORMA**, Tabula ærea, quæ agrorum fines ac centuriationes continebat. Hygenus: *Si qua compascua aut silvæ fundis concessa fuerint, quo jure data sint, Formis inseremus, i. tabulis æreis.* Ita ille non semel. Fragmentum Legis Agrariæ a Sigonio et Grutero editum: *Dedit, assignavit, reliquit, inve Formas, tabulasque retulit, etc.* Hinc Forma, pro limite; *Formare*, pro, limitibus dividere. Siculus: *Agrorum, qui ex vicinis populis sumpti sunt, propriæ factæ sunt Formæ.* Aggenus: *Formæ antiquæ fundorum.* Bulla Honorii III. PP. ann. 3: *Totum tenimentum, quod insisit extra Formam, et habet suas fines, tom. 1. Italiae sacræ pag. 823.* Vide leg. 8. D. ad Leg. Jul. peculat. (48, 13.)

9. **FORMA**, Τύπος, vel Epistola, littera formata, cui impressa est forma; seu imago scribentis, in sigillo scilicet. Unde βετοῖ τῶν τοῦ, sacræ Formæ, quæ Sacræ nude postmodum appellatæ. Ulpianus: *Et repeto, ante Formam a divo Marco datam, divum Pium rescripsisse.* Capitolinus in Antonio: *Neque de Provincia, neque ullis actibus quicquam constituit, nisi quod prius ad amicos retulit; atque ex eorum sententia Formas composuit. Oraculi nostri Forma, in leg. 1. Cod. Th. de rei vindicat. (2, 23.)* Editum Constantini et Licinii pro Christianis apud Lactantium lib. de Mortib. Persecut. num. 48: *Ut autem hujus sanctionis benevolentia nostræ Forma ad omnium possit pervenire notitiam, etc.* Lucifer Calaritanus lib. 2. pro S. Athanasio pag. 102: *Si damnassemus innocentem, qui dedissemus Formam ad sanguinem fundendum justorum, etc.* Liberatus Diacon. cap. 11: *Et data Forma de aliquibus causis eorum, libellos obtulit Eusebius Flaviano et omni consilio. S. Cyrillus ex versione Facundi Hermianensis lib. 3. cap. 6: *Hoc autem et nunc, sicuti vestre literæ monstrant, ad Regiam urbem pergentes movent, si quomodo prævaleant persuadere concursu aliquorum, ut per Imperatoriam Formam anathemati subdantur illa, quæ ab eis proferuntur, cum accusatione volentium ea defendere.* Vide eundem Facundum lib. 5. cap. 3. pag. 194. lib. 6. cap. 1. pag. 225. Collationem Legis Mosaicæ pag. 54. etc.*

† **FORMELLA** NICÆNI TRACTATUS, seu Concilii, in Fragmentis S. Hilarii pag. 1. τῶν τοῦ.

† **FORMA** EPISTOLARUM, Tenor, series Epistolarum. Idem Facundus Hermianensis lib. 2. cap. 2: *Et cum Johannes Antiochenus, et cæteri Orientales Episcopi,*

Mopsuestenum Theodorum præconis in eisdem epistolis, quarum Formam se attendisse in suis diffinitionibus Calchedonensis Synodus fatetur, tamquam Apostolicam declarantem doctrinam, ut epistolam B. Leonis acciperet, etc. Infra: Si hæresis crimen est laudasse Theodorum, in illis epistolis prædicatum, quarum se Formam attendisse in suis decretis... prædicta Synodus constituitur, etc. Lupoldus de Bâbenberg de jure regni et Imperii Romani cap. 8: Ex Formis aliquarum literarum, in quibus continebantur decreta electionum quondam Rudolphi, Adolphi, et Alberti Regum Romanorum, quas Formas recolo me vidisse, apparet potius contrarium.

FORMULA, Idem quod Forma, Epistola, Ammianus lib. 14: Ut Formula missa lethali... occideretur.

10. FORMÆ, Certi gradus ac ordines in Scrinii, vel Scholii, verbi gratia, Ducenarii, Primicerii, Mittendarii, etc. Formæ primæ, secundæ, tertiæ, in leg. 7. Cod. Theod. de Palatinis. (6, 30.) Supernumerarii sacri ministerii primæ vel secundæ Formæ, in leg. 2. eod. Cod. de Castrensi (6, 32.) [Breviarium vetus in Parthenone Benedictinarum Pontisarraservatum: In Nativitate Domini summo mane duo Rectores de secunda Forma incipient Missam.] \* Quod hic ex Breviar. Pontisarr. additum est, ad Forma 13. pertinet.]

11. FORMA, Arcus, fornix. Spartianus in Severo: Ejus denique etiam Januæ in Trans-Tiberina regione ad portam nominis sui, quarum Forma intercens statim usum publicum invidit. [Gesta Gaudfredi Episc. Comenianensis apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 379: Fecerunt autem Formam integram quinque vitreas continentem; in quibus ipsi per officia depinguntur.] Hinc

FORMÆ, Ὀλοῖ, in Nov. Justiniani 17. Canales structiles et arcuati, Vitruvius lib. 8. cap. 7. per quos aquæductuum aquæ educuntur. Nam, ut ait idem Vitruvius, et Anonymus de Re Architecton. seu Vitruvii abbreviator antiquus cap. 6: Ductus aquæ quatuor generibus sunt; aut Forma structili, aut fistulis plumbeis, aut tubis vel canalibus ligneis, aut tubis fistilibus. Canales structiles Formæ proprie appellantur, quod subditis formis instruantur, qua ratione Formæ ac Afrorum ex terra parietes dicuntur Plinio lib. 35. cap. 14. Palladius lib. 9. tit. 11: Aqua si per Formam ducetur, solidandus est canalus, ne per rimas possit elabi. Anonymus de Aquæductibus: Nunc nomina aquarum, quæ usibus æternæ Urbis Formarum constructionibus advectæ sunt, indicemus. Vetus Inscriptio apud Mutium Phæbonium lib. 3. Hist. Marsorum pag. 279: Respublica populisque Corfiniensis Formam aquæductæ vetustate corruptam DD. refecit. Sidonius lib. 1. Epist. 5: Inter hæc patuit et Roma conspectui: cuius mihi non solum Formas, verum etiam naumachias videbar optaturus. Senator lib. 3. Epist. 31: Dicitur ergo, commodi cura privati, aquam Formarum, (aquarum Formam,) quam summo deceret studio communiri, ad aquæ molas exercendas vel hortos irrigandos fuisse derivatam. Turpe hoc et miserabile in illa urbe fieri, quod per agros vix deceret assumi. Utuntur passim Scriptores; Lex. I. D. de Legat. 1. (30.) lex. 3. et 6. Cod. de Aquæduct. lib. 11. tit. 48. Frontinus lib. 1. et 2. Antoninus in Itiner. Acta Martyrii S. Stephani PP. apud Baron. ann. 260. n. 3. Symmach. lib. 10. Ep. 33. Gregor. M.

lib. 10. Epist. 22. Ammian. lib. 28. Senator. lib. 3. ep. 31. 58. lib. 7. Epist. 6. lib. 8. Ep. 30: idem in Chronico, Anastas. in Vitis PP. pag. 17. 19. 21. 46. 112. 113. 114. 117. 163. 210. Chron. Casinense lib. 3. cap. 38. Flodoardus de Summis Pontific. in Adriano pag. 583. 596. etc. Erat autem magistratus, cui cura formarum commissa erat, Comes Formarum dictus, de quo supra egimus. Hinc

12. FORMÆ, dictæ quævis fossæ, aquas continentés, Aquarum receptacula, δοξαῖα. Tabularium Casauriense: Cum medietate de uno sedio de molino, cum insula, introitu et exitu suo, et cum aqua levata et pausatâ, et cum Forma in fractando, et in sertando cum omni firmamento, quantum ad ipsum molinum pertinet. Idem Tabular.: Donavimus medietatem de uno molino... in fluvio de Orfente, cum leva et pausa sua, cum Forma et sertura, cum introitu et exitu suo, etc. Alibi pro sertura, est clausura. Rursus in Charta anni 1007: Vendidimus el tradidimus tibi... in ipsa insula unam Formam cavare, et sertora mittere, et aquamprehendere, quantum opportunum fuerit. Quod si ipsa Forma se disturbaverit, aut dilataverit, licentiam habeatis aliam Formam cavare. Alia ann. 1085. ibid.: Id est, unum sedium de Molino... ut habeamus ego Maio licentiam ipsum sedium cavare, et Formas facere, et omnem firmamentum ad ipsum molinum faciendum, [Additamenta ad Chron. Casauriense ad ann. 1047. apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 998: Ipsa supra dicta res per nominatos fines, sicut supra legitur, cum vinea, et pomis, et arboribus suis, et cum molinis, et formis, et pausis, et sediis, et cursibus aquarum, et cum introitu, et exitu illorum... donavimus atque confirmavimus. Vide Salmasium ad Hist. Aug. pag. 491.]

FORMALE, Idem quod Forma, Aquæductus. Bulla Paschalis II. PP. ann. 1102. pro Veliternensi Ecclesia: Ac reflectitur in Pratalina de Formali de Ulmis, descenditque per vallem, etc. Vide Ughellum tom. 1. pag. 61. 84.

FORMENSIA PRÆDIA, Agri, in quibus Formæ, seu aquæductus publici excurrunt: Formenses cespites, in Novella Valentini de Pantapoli. Vetus Charta Cornutianna edita a Suaresio: Cum omni scilicet onere professionis suæ, vel necessitate, quam certum est Formensia Prædia sustinere. [\*] Mabill. legit Formensia.] Infra: Ea lege et conditione, ut cum etiam fructus post obitum meum capere cœperit, ac sibi vindicare; non solum solennem modo agnoscat fiscalium functionem, verum etiam propagationem Formarum, quæ ab omnibus dominis hujusmodi Prædiorum dependi consuevit. Vide Inscript. Salon. apud Sponium tom. 3. Itiner. part. 2. pag. 5.

13. FORMA, Sella, solium canentium in Choro, duplici constans parte, antica, et postica. In postica, sunt sedilia plicatilla, σχάμνα θρονοειδῆ, in Histor. Concilii Florentin. sect. 4. cap. 30. quæ eriguntur, cum canentibus stare incumbit. Sic forte dictæ ejusmodi sedes, quod Formæ seu imagines, opere sculptorio, vel penicillo, adumbratæ in singularum dorsalibus effingerentur; quod etiam in plerisque Ecclesiis nostratibus observatum constat: vel potius quod superne in modum formarum aquæductum arcuatæ sint. Gloss. S. Benedicti, cap. de supellectile; Sella arcuata, ἠθόρος. Consuetudines Cluniacenses lib. 1. cap. 12: Complicantur Formæ, sicut est Consuetudo, in his diebus, in quibus venia non

est petenda. Pars vero illa plicatillis erecta præbens quamdam sediculam, Misericordia appellatur. Vide in hac voce. Formarum pars antica podii vicem præbet, ad quod procumbunt et curvantur, cum venia petenda est. Veteres Consuetudines Floriacenses: Et post singulas incisiones ab unoquoque procumbitur ad Formas, et venia petitur. Consuetud. Cluniac. lib. 1. cap. 29: Procumbitur super Formas ad orationem. [Instrum. ex Regestis Capituli Rotomag. tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1439: Juravit et fuit stallatus per Magistrum Guidonem Rabacherii hujus Ecclesiæ Canonicum tunc in dicto Capitulo præsentem in dicto choro in parte sinistra in bassa Forma.] Curvari super Formas, apud Lanfrancum pro Ord. S. Bened. cap. 1. sect. 3. 4. Formarum istiusmodi mentionem agunt passim, Guigo in Statut. Ord. Cartusiens. cap. 15. § 1. Statuta Antiqua ejusdem Ord. part. 1. cap. 13. § 40. cap. 36. § 30. cap. 3. cap. 2. § 2. Statuta Ordinis de Sempringham pag. 721. Innocentius III. lib. 15. Epist. 114. Cæsius de Miracul. lib. 8. cap. 6. Galbertus in Vita Caroli Comit. Flandr. num. 72. S. Bernardus de Vita et moribus Religiosorum cap. 11. Lanfrancus pro Ordine S. Benedicti cap. 1. sect. 2. 4. et cap. 5. Acta Archiepiscoporum. Rotomagens. pag. 448. Consuetudines Cluniacenses lib. 1. cap. 2. 11. Chronic. Windesheimense lib. 2. cap. 89. etc.

FORMULA, diminut. a Forma. Gregorius Tur. de Glor. Confess. cap. 92: Factum est autem ut quadam vice S. Germanus Parisiæ urbis Episcopus, ad hunc tumultum vigiliis celebraret; haud procul Formulam habens, in qua genua, cum necessitas posceret, deflectebat. Idem lib. 8. Hist. cap. 31: Cumque inter pulendum Formulæ decumberet. Vita S. Eugendi Abb. cap. 3: Post omnium quoque discessum Formulæ, suæ incumbens, oratione diutina pascebatur in spiritu. Adde Vitam S. Lupini Abbatis Jurensis n. 2. Supplex Libellus Monachorum Fuldensium Carolo Mag. porrectus, cap. 5. apud Browerum lib. 3. Antiq. Fuld. cap. 12: Ita ut nec baculum eis pro sustentatione ferre liceat, nec ad inclinatorium, quod nos Formulam dicimus, morando hæres... Quia cæcus et claudus (Monachus) non possunt sine sustentatione baculi bene incedere, nec decrepitus sine Formula genua flectere. Vita B. Stephani Abbatis Obasinensis lib. 1. cap. 16: Quidam ex honoratis novitius dum in Ecclesia librum teneret, et socium, juxta se positum, advocans, quædam ei in ipso libro digito demonstraret, accipiens hoc Vir sanctus in personam noluit vindicare; sed arrepto libro de manu ejus, in conspectu omnium ad Formulam confregit, et ita rediit in locum suum. Infra cap. 18: Sub formula quadam ad orationem prosternitur. [Acta S. Austregisili tom. 5. Maii pag. 229: Flexo genu incubuit Formulæ et obdormivit. Et ecce in visu astiterunt ei duo viri ante altare. Guidonis disciplina Farfensis in vet. Discipl. Monast. pag. 42: Tunc vertantur Formulæ, similiter et omnia signa pulsantur. Adde Vitam S. Radegundis num. 14. sæc. 1. Bened. pag. 330.]

14. FORMA, Longioris sedilis portatilis species, nostris etiamnum Forme appellata a formis monasticis ita dicta. Necrol. Ecclesiæ Carnotensis: Legavit etiam in omnibus domibus Episcopalis Formas, mensas, et hujusmodi utensilia ad usum Episcopatus. [Chartular. Compensiense: Hæc sunt nomina utensilia



de Rumiaco... duo cisti madelini cum pedibus argentis, tres tabule ad comedendum, septem Formæ ad sedendum. Litteræ Johannis Franc. Reg. ann. 1355. tom. 3. Ordin. pag. 58: Nos Maîtres d'Ostel pour nous pourront hors bonnes villes, faire prendre par la justice des lieus, Fourmes, tables, trestiaux, etc.]

† FORMELLA, Scamnum. Instrum. ann. 1405. apud Rymer. tom. 8. pag. 384: Quatuor veteres tabulas, pro camera et aula, cum septem longis Formellis et quatuor curtis Formellis.

\* Nostris, Formete et Fourmette. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 136: Icellui Hartel pour aidier à defendre ledit Thorel, qui l'avoit aidie à defendre, print une Fourmette, et leur geta. Aliæ ann. 1383. in Reg. 124. ch. 113: Icellui Raoulin embrassa ledit Simonnet, et le getta à terre entre une Formete et un lit.

15. FORMA, Calcei modus. Papias: Scalprum, quo corium aptatur, quo fabricantur Formæ sutorum. Utitur Aquilianus ad Legem Aquiliam.

\* Enfourmoir, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1350. ex Reg. 78. Chartoph. reg. ch. 177: Girardin l'Alemant cordonnier prins en son ouvroir l'Enfourmoir d'un housiau, etc. Vide infra Formipedia.

16. FORMA. Isidorus lib. 4. Orig. cap. 8: Impetigo est sicca scabies, proveniens a corpore cum asperitate et rotunditate Formæ, unde vulgus Formam appellat. Ita legit Will. Britto in Vocab. MS. non hanc vulgus sarnam, ut editi libri præferunt. Vide Sarna.

† 17. FORMA, Puls miliacea ex melle, apud Festum.

† 18. FORMA, Caseus. Vide Formaticum.

FORMA CASEI, Caseus ipse. Annal. Placent. ad ann. 1447. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 893: Mirum esset audire quot pernas carnis porcine salsas, quot casei Formas, quot alias supellectiles abduxit. Vide Formaticum.

\* 19. FORMA, Facies, vultus. Libert. villæ de Coynau ann. 1312. in Reg. 150. Chartoph. reg. ch. 113: Si aliquis habitator dictæ villæ... aliquem de pugno vel palma percusserit, et inde sanguinem non effuderit, et Formam non defformaverit, seu dentes non fregerit, etc.

† FORMABILITER, Diserte, expresse, nostris Formellement. Sacramentar. Grimoldi Abbat.: Ita videlicet ut hinc inde Formabiliter usdem positus libellis noverit quisque quæ a B. Gregorio, quæve sint ab aliis edita Patribus.

\* FORMAGATA, Placenta ex caseo. Consuet. Perpignan. MSS. cap. 38: Item debent coquere panatas, et carnes, et cassoles, et pisses, et Formagatas et flatones, et hujusmodi talia sine precio, et sine aliqua parte. Vide Formaticum.

† FORMAGIARIUS, FORMAJADA. [\* Stat. Vercel. lib. 3. pag. 76: Item quod aliqui Formagiarii et alii reverendiores die merchanti ante octavam, nec die Veneris per totam diem, non emant, nec emere faciant pro eis, vel aliis, aut per subriissam personam caseum vel seracium.] Vide in Formaticum et infra Formagerius.

\* FORMAGIUM, Italis, Formaggio, Gall. Fromage, Caseus. Stat. Astæ ubi de Intr. portar. Formagium foresterium grassum, paramensium, . . . pro quolibet rubo lib. ij.

† FORMALE. Vide Forma 12.

FORMALES EPISTOLÆ Latinis sunt, quæ ead. forma omnibus scribuntur, ἐγκύκλιος ἐπιστολαί. [Scriptori litteræ For-

malis decem florenos auri Reginæ. in Charta ann. 1383. ex Tabul. S. Victoris Massil.]

1. FORMALIA VERBA, quæ in Formis, seu sacris τόμοι; ut plurimum scribebantur, cujusmodi sunt: Nostra Serenitas, Pietas, Mansuetudo, etc. de quibus Julianus Constit. 113. § 420. Scholia ad eundem Julianum cap. 63: Auditorium sacrum dicebatur, ubi Formalibus verbis allegebantur.

† 2. FORMALIA, Exempla quæ in alicujus rei argumentum proferuntur. Mulleri Introductio in Hist. Canon. Sand-Hippolit. apud R. Duellium lib. 1. Miscell. pag. 288: Sed idem Velserus monumentis Tegernseensibus deferre videtur, quum Formalia, quod aiunt, repetit in hunc sensum: Erant in partibus Noricorum duo fratres Albertus et Okorius ex patre Burgundi et matre Bavari, etc.

† FORMALIUM, pro Firmaculum, Fibula aurea et gemmata, apud Macros in Hierolex. ex Cæremoniali Episc. lib. 1. cap. 7: Capiat (Episcopus) paramenta, videlicet amictum super rochetum, aut cottam, et super eo, pluviale tempore congruum, sine tamen Formalio. Vide Fibulatorium. [\* Leg. Fermalium. Vide supra in hac voce.]

\* FORMARIA, Mansio, domus; nisi contracte scriptum fuerit pro Formentaria, et intelligas agros frumenti feraces. Vide mox Formentada. Charta Dagob. II. reg. Franc. ann. 684. in Suppl. ad Miræum pag. 283. col. 1: Ipsa villa superius intimata, cum omni integritate et soliditate sua, . . . vel ipsa Formaria seu vinea cum vineatore, etc.

FORMARIUS, Dignitas in Monasteriis, Qui in bonis sit forma, ut loquitur S. Ferreolus in Regula cap. 17. unde nomen, id est, qui cæteris Monachis vitæ suæ ratione præluceat, seu potius qui Monachorum spiritualitati invigilet: Senior, qui aptus sit ad lucrandas animas, qui super Monachos omnino curiose intendat et sollicitus sit, ut in Regula S. Benedicti cap. 58. Pere Spirituel. S. Ferreolus dicto cap.: Nam post ipsum, quem diximus, Præpositum, qui in bonis sit forma, statuimus regularem formare Formarium: ut facilius adjutorio illo subjuncto Abbas, cui nomen Pater est, uberes fructus metat de perfectione dulcium filiorum, etc.

FORMARIA, Eadem dignitas in Monasteriis feminarum, quæ Formarii in virorum. Regula S. Cæsarii ad Virgines cap. 37: Si quis vero germanam suam, vel filiam, aut quamlibet parentem.... videre voluerit, presente Formaria, vel qualibet seniore, ei conloqui non negent. Adde cap. 39. et Regulam S. Donati cap. 4. 12. [Laurent. in Amalthea ex Passeratio: Formaria, Magistra novitiorum.]

\* FORMASTER. [Aliquantum formosus, vel exornatus. Antiqua vox Titinii apud Fest. in Obstrudant.]

† FORMASTRUM, Opus pistorium. Gloss. Isid. Perperam apud Papiam editum Formascor, nec satis bene apud eundem MS.: Formascoro, opere pistorio.

FORMATA, Divina Eucharistia. Ordo Romanus, ubi de benedictione Episcopi: Cum autem venerit ad communicandum, Dominus Pontifex porrigit ei Formatam, atque sacramentum oblationem integram. Ubi perperam Menardus Epistolam formatam hic innui censuit. Miracula sancti Stephani Episc. Cajacensis, seu Calatini, apud Michaellem Monachum in Sanc-

tuario Capuano pag. 185: Cum feria 5. sanctus Domini Confessor divina celebrasset, sanctissimumque Eucharistiæ, tam Clero quam populo, tradidisset Sacramentum, quod de Formata supererat, Ecclesiæ custodi magna tutela servandum tradidit, etc. Synodus Ravennensis ann. 997: In sancta hac Ravennate Ecclesia... dudum consuetudo est valde reprehensibilis orta, ut Subdiaconus Corpus Domini, quod Formatum (leg. Formatum) appellant, tempore consecrationis Episcoporum, ipsis vendant Episcopis, et Chrisma vendant Archipresbyteris parochiæ vestræ: in quibus apparet venditio Filii Dei, et venditio Spiritus sancti, etc. Formatam porro sacram Eucharistiæ appellatam puto, a forma, seu figura, sive Crucis, sive Christi, quæ ei imprimi solet: quod etiam docet Durandus lib. 4. cap. 41: Σφραγίς, sigillum, dicitur in Liturgia S. Chrysostomi. Vide Oblata, [et Forma 2.]

FORMATÆ, Ecclesiasticis Scriptoribus Latinis appellata, Epistolæ, quæ Græcis κρυπτογραφία, quod scilicet Canonibus et Conciliorum Statutis inductæ fuerint. Ita Formata, nomen genericum est, et convenit omnibus fere Epistolis Ecclesiasticis, maxime vero Commendatitiis, Pacificis, Dimissoriis, Communicatoriis, et aliis hujusmodi, quas ad hoc invenere sancti Patres Concilii Nicæni, et auctor est Atticus Patr. CP. ne aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur. Formatas enim dabant Episcopi Clericis in alias dioceses profecturis, seu commendationis, seu dimissionis, seu communionis gratia, uti de singulis, suis locis docemus. Unde in veteri Scheda de Officio et Ordinatione Episcoporum, edita a Steph. Baluzio, ad eos pertinere dicitur earum conscriptio epistolarum, quæ Formatae dicuntur.

De nominis etymo discrepant eruditi, Cujacius, Savaro, et novissime vir doctissimus Philipp. Priorius in Dissert. de Literis Canoniceis, et aliquot alii censuere, ita dictas, quod sub certa ac determinata forma, verbisque solennibus, certis adhibitis præterea notis et signis, concipi solerent. Carolus Labbeus, Schottus, etc. Formatas appellatas scribunt, eo sensu, quo Formales epistolas dixit Suetonius in Domitiano cap. 13. quod haberent talem formam, qualem publica instrumenta et edicta habere solent. Non desunt præterea, qui Formatas dictas volunt a formis, seu litteris, quæ in earum fine apponuntur: nam formas litterarum dixit Quintilianus lib. 1. cap. 1. Sirmundus denique ad Goffridum Vindocin. et ad Sidonium probabili conjectura existimat, Formatas appellatas hasce epistolas, a sigilli forma, qua muniebantur. Quod potissimum eruit ex Glossis Vaticanis, quæ Formatam Epistolam, sigillatam interpretantur: quibus consentiunt Glossæ MSS. ad Canones Conciliorum in Bibl. Regia ad Concil. Carthaginense cap. 23: Formam scriptam, vel sigillatam, [et Glossar. MS. veteri Canonum Collect. præmissum in Bibl. DD. Chauvelin. Regior. sigillorum Custodis: Formata littera, id est, formata aut sigillata ab Episcopo.] Unde Formatam, στετυρωμένην vertit Græcus Interpres Concilii Carthagin. in Codic. Canon. Eccl. Afric. cap. 23. est enim στετυρωθῆναι, Sigillare. Sigillum autem appositum Formatis testantur Concilium II. Cabilonense can. 41. et Ratbodus Trevirensis in Formata sua apud Ivonem. Est porro forma hoc loco idem quod imago, typus, quod in Episcopi, a quo exarabantur et dabantur formatæ, sigil-

lis, illius vel Ecclesiæ Patroni figuræ exprimerentur: qua testantur passim vetustissima Episcoporum vel Ecclesiarum Sigilla. Sic Formata epistola est ea, quæ forma seu imagine scribentis ac sigillo est munita: quemadmodum dici videtur *Lex formata* in leg. 4. Cod. Th. de Privileg. eor. qui in sacro Pal. mil. (6, 35.) lex sacro Principis typo vel sigillo munita, quæ Græcis istius ævi τῆρος passim appellatur. Ita *Sigillum* posterior ætas epistolam sigillo munitam dixit, ut infra docemus. Vide Cujac. ad leg. 62. de Verbor. oblig. [et Mabill. Diplom. lib. 2. cap. 15.]

Ejusmodi *Formatarum* meminerunt passim Scriptores, Sozomen. lib. 7. cap. 17. Atticus Patr. sub finem Concilii Calchedon. Silvester PP. apud Joan. a Bosco Vienna pag. 27. Alexander I. PP. Epist. 3. Vigiliis PP. Ep. 10. ad Aurelian. Episc. Arelat. Concil. Milevit. can. 2. African. can. 40. 73. Carthaginense III. can. 28. Parisiense VI. lib. 1. can. 34. Synodus Romana ann. 826. cap. 25. Concilium Meldense ann. 845. cap. 50. Ravennense ann. 997. can. 3. Rotomagensis ann. 1074. can. 8. Beneventanum ann. 1091. can. 3. Ferrandus Diac. cap. 46. 111. 127. 212. Addit. 4. Ludov. Pii ad Capit. Caroli M. can. 98. Optatus lib. 2. S. Augustin. Epist. 163. Capitula Guileberti Episcopi de Interdictis cap. 1. Ratherius Veron. in Synodica ad Presbyt. pag. 263. Regino in simili Synodica cap. 79. Lanfrancus Epist. 24. Decreta Calomanni Reg. Hungar. lib. 2. cap. 21. Sugerius in Ludovico VI. pag. 312. etc.

De iis porro multa congerunt Franc. Bernardinus Ferrarius lib. 1. de Antiq. Eccles. Ep. cap. 2. et seqq. Baron. ann. 142. n. 6. et seqq. Cujacius ad Nov. 6. Savaro ad Sidon. lib. 6. Epist. 8. lib. 7. Ep. 2. Sirmondus ad eundem Sidon. lib. 6. Ep. 3. Browerus lib. 9. Annal. Trevirens. pag. 543. 1. Edit. Justellus ad Canon. Eccl. universæ, Binius ad Vitam Sixti I. PP. Bignonius ad Formulas veteres, Meurissius in Episcopis Metensib. pag. 289. Priorius et alii. Formulas *Formatarum* plures dedit Sirmondus ad calcem tom. 2. Concil. Gall. pag. 663. et seqq. Habentur etiam nonnullæ in Diurno Romano cap. 3. tit. 10. apud Papiam verbo *Formata*, Ivonem Decreti part. 6. col. 433. 434. 435. Burchard. lib. 2. cap. 227. Gratianum distinct. 73. cap. 1. Souchetum ad Epist. Ivon. 4. Carolum Labbeum ad Synopsin Basilicon pag. 196. Ferrarium lib. 1. cap. 5. pag. 29. Bignonius in Formul. veterib. cap. 12. pag. 219. 1. Edit. Ughellum tom. 5. Ital. Sacr. pag. 1288. Steph. Baluzium post Capitularia Regum Franc. et in Nova Collect. Formul. cap. 39. 40. 41. 43. Philippum Priorium in Dissert. de Literis canonicis, [et Eccardum inter vet. formulas quas ad calcem Leg. Salicæ edit.] Vide *Benevales*.

\* Consule Dissertat. Fr. Domin. Benicini, quam de Literis encyclicis Taurini edidit ann. 1728.

LETTRES FORMÉES, seu *Litteræ formatæ*, Regio vel publico sillo sigillatæ, in Consuetud. Andegav. art. 471. 472. quarum vi juridica decreta executioni mandantur. Statutum pro Monetariis ann. 1354. in Regesto Cameræ Comput. Paris. sign. 123. fol. 98. v. *Item que nul ouvrier ou monnoier ne tienne concubine, et s'il la tient, que l'en lui face Formée, et se après qu'il auroit formé, il renchoit, qu'il paie pour chascune fois*

*qu'il fourniroit, on rencheroit, un marc d'argent, et soit tenu pour infame.*

**FORMATICUM**, **FORMATIGUS**, **FORMATIS**, **Caseus**, sic vulgo *Formage*, vel *Fromage* appellant, quod in forma infarciatur et struatur. Papias: *Caseus, dictus quod careat sero, vulgo Formaticum, Forma: inde fit diminutivum Formula, unde etiam Formella, quæ etiam informationes casei significat, unde et Formaticum dicitur.* [Charta Hilduini Abbat. ann. 832. apud Felibian. in Hist. S. Dionysii pag. 50: *De legumine modia tricenata, de Formatico penciones trecente triginta, de adipe modia triginta quinque.*] Chrodogangus Metensis Episc. in Regula Canonice. cap. 8: *Portionem de Formatico, et cibaria alia accipiant.* Ordo Romanus: *Ova manducant et Formaticum, id est, caseum.* Occurrit præterea in Capitulari de Villis cap. 44. in Charta Lud. Pii apud Mabillon. tom. 5. Vit. SS. Ord. S. Bened. pag. 67. apud Cosmam Pragensem in Chr. Bohem. pag. 5. etc.

**FORMATIGUS**, Hincmarus Remensis in Capitulis Archidiaconis datis cap. 4: *Quando parochias circuitis, nolite graves esse Presbyteris, petentes friskingas, vel pisces, aut Formaticos, aut annonam, etc.* *Formaticos* etiam habet Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 189. *Formatem* Eginhardus Epist. 23.

**FORMELLUS CASEI**, in Charta ann. 1072. apud Joann. Lucium lib. 2. de Regno Dalmat. pag. 102. [Canonibus Hibern. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 7: *Horti oleribus, ovis paucis, Britanico Formello utatur.* [Vide *Formula* 1.]

**FORMELLA, Caseus**, in Gloss. Biblicis MSS. Vide supra, ex Papia. [Hist. Novientensis Monast. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1127: *Totam insulam pervagantes, panes et Formellas casei, vel quidquid ad cibum inventire poterant diripuerunt.* Chartul. Kemperlegiense: *Samam vini et duodecim Formellas vel unum lardi bradonem, pro ea det Monachis.* Vetus Interpres libri 1. Reg. 17. 18: *Et decem Formellas casei has deferes ad Tribunalum.* Septuaginta habent τῷρα-λίδες.]

**FROMAGERIA**, **Locus**, ubi casei, quos *Fromages* dicimus, fiunt vel asservantur, in Statutis antiquis Cartusensib. 3. part. cap. 11. § 26. Vide *Arcella* 1.

† **FROMATIGIUM**, Præstatio casei. Consuetud. MSS. Tolos. ex Bibl. D. Abbatis de Crozat fol. 19: *Nec solvunt albergam, nec linguagium nec Fromatigium, nec ovagium, etc.*

† **FORMAJADA**, Panis cum caseo. Vide *Artotyra*.

† **FORMAGIARIUS**, Italis *Formaggiaro*, Qui caseos vendit. Chron. Astense apud Murator. tom. 11. col. 230: *Tunc quidam Formagiarius nomine Guilielmus de Vayro surgens super tabulam unam, etc.*

\* **FORMATIO**, Genitura. Stat. synod. eccl. Atrebat. xv. sæc. cap. 18. ex Cod. reg. 1610: *Prohibitio . . . ne quis sacerdos propriæ Formationis filios vel filias in domo sua, vel in parochia tenere præsumat, quia ex hoc scandalizatur populus, et eorum peccatum in cleri obprobrium divulgatur.* Vide infra *Fructura*.

\* **FORMATRIX**, Quæ format, conditrix, apud Tertull. de Monogam. cap. 17. et Cl. Mamert. de Statu animæ lib. 1. cap. 26.

**FORMATUM**, inquit Papias, sive *Formatum in Africa et Hispania parietes dicunt de terra formatos, utrimque duabus tabulis.* Eadem habent fere Glossæ Arabico-Lat. ex Isidoro lib. 14. cap. 9. Hispani *Tapias* vocant ejusmodi parie-

tes, [Formaceo Itali.] Vide Plinium lib. 35. cap. 14. et Philandrum ad Vitruv. lib. 2. cap. 8.

\* **FORMATUS**, Firmus, stabilis: *Officium formatum*, quo possessor pro arbitrio privari non potest. Instr. ann. 1451. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 279. col. 1: *Cum locumententia non sit officium Formatum, sed ad libitum constituentis, etc.* Ibidem: *Officiarii regii Formatii.*

† **FORMATUS BACCALAUREUS**, qui præscriptum in Scholis studiorum cursum absolvit, et ad Magisterium in Theologia gradus suscipiendus dispositus; unde et *Dispositus Baccalaureus* appellatur. Charta Eugenii PP. IV. ann. 1443. qua Lovanii in Ecclesia S. Petri Capitulum X. Canonicorum instituit, apud Miræum tom. 2. Diplom. Belgic. pag. 897: *Pro Formatii in Theologia Baccalaureus, sive in illa aut medicina, vel qui per triennium legerunt vel receiverunt post susceptionem magisterii gradus in artibus magistris, sive in utroque vel altero jure Doctoribus, aut cum rigore examinis Licentiatii, in eodem studio legentibus pro tempore, etc.*

1. **FORMELLA**, Ponderis genus apud Anglos, cujus ratio habetur in Statuto de ponderibus, edito anno 51. Henrici III. i. ann. 1267: *La charre (i. carri onus) de plumbo constat ex 30. Formellis: et quælibet Formella continet 6. petras, exceptis 2. libris, et quælibet petra constat ex 12. libris, et quælibet libra constat ex pondere 25. solidorum.* [Informat. MSS. pro passagio transmar.: *Item Formellam ordeï eminam unam pro qualibet bestia.*] Ubi genus est mensuræ.

† 2. **FORMELLA CERÆ**, Circulus cereus, eadem origine qua caseus *Formella* dicitur, quod nempe in forma struatur. Miracula-S. Galli cap. 7. sæc. 2. Bened. pag. 253: *Dum mulier pallulam quam in loco oblatura erat, contexit paravisset, involvit eam Formella ceræ, quam simul oblatum tre cogitabat, et in arca sua inter alia vestimenta reposuit.* Vide *Formaticum*, et *Forma* 8.

3. **FORMELLA**, Ugitio et Auctor Breviliqui: *Formella et Formula, dimin. a forma, et sunt proprie instrumenta alutariorum, quibus formant subalares.* Vide *Forma* 15.

† 4. **FORMELLA**, Vide *Forma* 14.

\* 5. **FORMELLA**, Vide *Formaticum* et *Formula* 1.

\* 6. **FORMELLA**, Alia notione. Vide infra *Forma* 5.

**FORMELLUS**, Vide in *Formaticum*.

† **FORMELUS**, Littera Magni Norwegiæ Regis ad Edwardum I. ann. 1280. apud Rymer. tom. 2. pag. 1075: *Transmittimus vobis ad solatium et recreationem . . . duos nobiles gerofalcones albos, Formelos: et sex greseos etiam Formelos.* Id est *Formatos* et *instructos*, Gallice *Formés*. Sic enim Edwardus ad Castellæ Regem ann. 1283. ibid. pag. 1083: *Mittimus vobis quatuor girofalcones grisos, quorum duo apti sunt et instructi ad grues et heruncellos . . . de albis vero girofalconibus . . . nullum ad presens habemus.*

† **FORMENSIS**, Vide *Forma* 12.

† **FORMENTADA**, Præstatio ex frumento, eadem quæ infra *Frumentagium*. Charta Alienoræ Reginæ Angliæ ann. 1198. apud Stephanonium tom. 1. Antiq. Benedict. in Vasconia MSS. pag. 467: *Istas Ecclesias cum omnibus appenditiis suis in vineis, in villis, in decimis, in pratis . . . cum consuetudine trium modiorum salis, et cum lapoiada et Formentada,*

quas Guillelmus Dux Aquitanie pater noster eis confirmavit, concedimus et confirmamus.

\* Charta ann. 1254. ex Tabul. monast. Bosonis-vil. : *Focum seu ignem in domibus suis alentes debent abbati et monachis dare annuatim Formentadam, seu unum sextarium, vulgo in boisseau, frumenti pulcri et boni.*

\* FORMERII CLERICI. Vide supra in Clerici.

FORMERIUS, Puer oblati vel novitius. Charta ann. 1322. in Maceris Mon. S. Barbara Lugdun. pag. 202 : *Videlicet in festo O. SS. proccum et cucullam, et hoc solummodo sacerdotibus et juvenilibus, et quando tradentur novi tradantur veteres. Pueris vero Formeriis providere et frochis et cucullis, convenientibus et honestis, prout antiquitus est fieri consuetum.* [Et pag. 203 : *Et camistæ puerorum et Formeriorum, de consimili tela de qua fiant femoralia aliis Monachis.*]

† FORMEUS. Vide Formus.

† FORMICA. Rochus le Baillif in Dictionariolo Spagyrico : *Formicæ, Verrucæ sunt apostematæ vulgo Porra appellata.* Oratio de S. Bonaventura in Actis SS. Julii tom. 3. pag. 827 : *Francisca luem sine Formicam in collo patiebatur, cujus ignis sensim in reliquam corporis partem se prorogabat, et teneras puellæ carnes misere urebat.* Arabibus Formica idem est, quod Latinis Ignis sacer, Græcis ἔργη. Vide Farsa.

FORMICÆ SCOTICÆ. Ita per ignominiam et contemptum, et ut pusillos appellabant Angli Boreales vicinos Scotos, quos animitus olim oderunt, the Scotch tikes. Matth. Paris ann. 1174 : *De Formicis Scoticis tot interfectæ referuntur, quod numerum omnem excedere dicebantur.*

† FORMICABILIS. Vide Formicilis.

† FORMICALEON. Vide Formicoleion.

† FORMICALES, Forcipes fabricorum, quod Forma, i. calida de fornace extrahunt. Johan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Formicales, Tenailles à feure.* Festus habet *Formucates*. Vide Formus.

† FORMICALIS, ut mox Formicans. *Formicilis pulsus*, apud Cael. Aurel. Tard. 2. 14. Idem Cael. Acut. 2. 27 : *Pulsus latens aut Formicabilis, vermic Græci μωμυχιζοντα vocant.*

FORMICANS et vermiculus pulsus, Μωμυχιζων, σκαληρικων σφυμυς, inordinatorum pulsuum apud Medicos species, quorum primus dicitur a formica, quod is velut formicæ super digitos, alter quod ut vermis motus sentiatur; uterque mortis indices. Magister Egidius de Corbolio, qui sub Philippo vixit, lib. de Pulsibus :

Sunt gemini pulsus, Formicans, vermiculosus, Æstivus potius in febrilibus, et peraculis, Mortis præcones fidi, resorantque sepulcra. In febre Formicans, pulsus vermiculante verendus, Non redit ad melius, sed vitam morte soporat.

Vide Gorræum, [et supra *Formicilis*. Plinius ipse 7. 51. dixit, *Percussus Formicante venarum.*]

† FORMICAPES, Laurentio in Amalthea, idem ac *Formicales* : quod vide.

\* FORMICARE, Formare. Dudo decan. S. Quint. de ducibus Norman. apud Du Chesn. Hist. Norm. pag. 69 :

Formicare valens informia cuncta poterit, Donaque distribuens neclaris urantici.

FORMICARIUM, Locus formicarum, quod et Formicetum dicitur, Ugutioni. *Formicaio*, Italis.

\* FORMICATIO, Formicæ motus vel

punctio. Mirac. S. Domin. tom. 1. Aug. pag. 655. col. 2 : *Puella flexis genibus salutationem beatæ Virginis frequenter repetens, Formicationes quasdam in brachio sentiebat.* Idem scriptor supra pag. 651. col. 2 : *Quasi graves formicarum puncturas appellat.*

\* FORMICATOR. Mirac. S. Januar. tom. 6. Sept. pag. 889. col. 1 : *Ego vero quasi pauperculus litterarum, ceu Formicator pondus tantorum erigere.* Quæ docti Editores sic emendant ex codice Vaticano ibid. pag. 890. col. 2 : *Ceu formica nititur pondus tantum erigere.*

† FORMIGOLEION ob hoc vocatur, quia est vel formicarum leo, vel certe formica pariter et leo. Est enim animal parvum formicis satis infestum, quod se in pulvere abscondit et formicas frumenta portantes interficit. Proinde autem leo et Formica vocatur; quia aliis animalibus ut formica, formicis autem ut leo est. Gloss. Sangerm. n. 501. [\*\* Ex Isidor. Origin. lib. 12. cap. 3. sect. 10.] Johannes de Janua *Formicaleon* legit et *Formicoleon*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Formicaleon, Une petite beste adverseire au fromi.*

FORMICTA, [f. Placentæ genus ex poline factæ.] [\*\* Vel potius ex caseo. Vide supra *Formagata*.] Monasticum Anglican. tom. 1. pag. 149 : *In Rogationibus ad festum S. Odufi præbendarium (frumenti) ad frixuras. Similiter in Septuagesima, et uno die parasevee ad pulmentum. Ad Formictas vero in adventu Domini debent habere 14. summas contra Natale Domini, contra Quadragesimam tantundem, ... omnes scilicet percipiendas de horreis.* Vide *Formiscare*.

\* FORMIDALIS, Formidabilis. Charta ann. 1366. in Reg. 155. Chartoph. reg. ch. 104 : *Ne quis absque eorum licentia vindemiare audeat, pœnas Formidales super hoc imponendo.*

FORMIDAMINA, Spectra, φιδήτρα, apud Apuleium in Apologia.

FORMIDINES, Illigatæ pennæ, quibus venatores cervos capiunt. Papias. Seneca lib. 2. de Ira cap. 11 : *Nec est mirum, cum maximos ferarum greges linea peninis distincta conterreat, et ad insidias agat, ab ipso effectu dicta Formido.* Horatius in Satyra, de Priapi statua in hortis poni solita :

... Deus inde ego furum aviumque  
Maxima Formido.

Hieronym. adversus Luciferianos cap. 8 : *Quotidie industria rusticana aves sonitu abigit, imaginibus exterrit : hinc flagello crepitat, hinc Formidines tendit.*

☞ Hujus venationis meminit Isaias cap. 24. 17 : *Formido, et fovea, et laqueus super te, qui habitator es terræ. Et erit : qui fugerit a voce Formidinis, cadet in foveam : et qui se explicaverit de fovea, tenetur laqueo.* Adde Jerem. cap. 48. 44. Et quidem in eo maxime posita erat hæc venandi ratio, ut ex una parte funis variarum avium pennis referta extenderetur, quæ a venatoribus agitata feras terret, ut in fugam posita, in præparatis laqueis vel in foveis incidere. Hæc belle descripsit Nemesianus in Cynegetico :

... Quin etiam magnos circumdare saltus  
Quæ possit, volucresque metu concludere prædas,  
Digerat innoxas non una ex alite pinnas :  
Namque ursos, magnosque suos, cervosque fugaces,  
Et vulpes, acresque lupos, ceu fulgura cœli,  
Terrificant, linique vetant transcendere septem.

Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Formido, Paour, espoventemens, ou pavon de sa-jette.*

\* FORMIDOLOSITAS, Formido, pavor, apud Glabr. Rodolph. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 12.

† FORMIDULUS, pro Formidolosus, in Actis SS. April. tom. 2. pag. 307.

FORMIDUS, Joannes de Janua : *Formos, calor vel ignis, unde formus, et Formidus, calidus, Hoc formum calida materia ferri, sicut extrahitur ab igne.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Formidus, Chaux, a Formon quod est calor vel ignis.* Vide *Formus*.]

† FORMIO, Κοφινός, Corbis. Gloss. Lat. Græc. MS. Sangerm. *Formio* Græcis κοφινός a φέρω, quia in eo aliquid fertur. *Formio*, Storea est Ulpiano. Suidas : κοφινός, ψιθάξ.

\* FORMIPEDIA, i. Forma sutorum, in Glossar. Lat. Gall. ann. 1352. ex Cod. reg. 4120. Aliud Gall. Lat. ex Cod. 7684 : *Formipedia, forme à souler.* Vide supra *Forma* 15.

FORMISCARE. Charta Ildefonsi Regis Aragonum ann. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani, (Milhau) in Regesto Ludovici Hutini Reg. Franc. fol. 7 : *In molendinis non ultra pugnadariam (pugillatam) rectam, quam dominus molendini debet habere, de sextario non detur, nec accipiatur ultra libram farinæ de sextario, quocumque sint ibidem molendinarii, vel submolendinarii vel alii nuncii, et propter hoc differant et referant blatum a farina, et Formiscant, et molant molienti, etc.* Vide *Formicta*.

\* Emendandum propono *Tremiscare*, quod est, *Tremello* seu moletrinae bladium infundere, vulgo *Engrenner*; id quippe ad molitoris officium pertinere debuit. Vide *Tremellum*. [\*\* Forte *Formiscant*, Vide *Furnire*.]

† FORMITAS, Legalitas, in Onomastico ad calcem tom. 5. SS. Junii.

FORMITER, Rite, [secundum formam vel legem.] Vita S. Domnoli Episcopi Cenoman. num. 4 : *Et postea cum omnibus ad se pertinentibus ad matrem ipsius civitatis Ecclesiam per eorum charulas legaliter Formiterque ipsi Domino Domnolo Episcopo tradiderunt.* In processu B. Francisci Servitæ : *Pro examinandis testibus Formiter auctoritate Apostolica.* Sed vereor, ne in Vita S. Domnoli legendum sit *Firmiter*.

\* Unde *Formaller* nostri dixerunt, pro Instrumentum cum formulis a lege præscriptis conficere. Sent. scabin. Doncher. ann. 1374. in Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 305 : *Les dépositions des témoins eussions fait escripre, Formaller et courre, etc.*

\* FORMITTERE, Excludere, Gall. *Mettre dehors*. Charta ann. 1270. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 53. r. : *Exceptis tamen et Formissis de presenti venditione hominibus et teneamentis, predictæ dominæ olim datis in maritajium.*

† FORMORTURA, FORMORTURA, Mortui bona jure hæreditario alicui obvenientia, vel etiam domino, si defuncto non sint hæredes legitimi, *Formort*, *Formorture*, vel *Formorture*, in quibusdam Consuetudinibus, ut in Montensis cap. 36. Cameracensis tit. 7. art. 11. Namurcensis art. 86. Charta Eustachii Lai-vol ann. 1229. ex Archivo Corbeiensis : *Ego de consensu Leiardis uxoris meæ et liberorum meorum dictam donationem Ecclesiæ Corbeiensis de dictis sex modis bladii factam, ratam habeo et gratam, et quidquid juris sive in excaantia sive in Formortura, sive quocumque alio modo in dictis sex modis bladi habebam ego vel hæredes mei, vel habere poteram in*

futurum. Charta anni 1217. apud Miræum tom. 2. pag. 1213: *Quæ eis per Formorturam accidere poterant... habemus.* Compositio pacis Margaretam Flandriæ Comitissam inter et Walterum Episcopum Tornacensem atque Balduinum Comminii dominum ann. 1250. ejusdem tom. 1. pag. 1232: *Notandum insuper quod hospites nostri, qui manent in nostra justitia, non possunt transire vel domicilia sua transferre in terras Episcopi, Canonicoꝝ et Ecclesiæ, nisi in casibus subnotatis: videlicet per successionem vel proximitatem successionis; ut pote quando terre vel mansuræ sitæ in dictis terris ad eos devenerunt per Formorturam; item per matrimonium sive maritagium, etc.* Vox fortassis orta ex *Foras*, extra, et *Mori*, quasi diceret, *Hæreditas illius, qui moritur extra hæredis patriam seu in terra alterius domini.*

\* *Formorture*, priori notione, in Charta ann. 1332. ex Chartul. 2. Fland. ch. 588. in Cam. Comput. Insul.: *Comme uns débas et contens aient esté entre Philippe de Aypoelle d'une part, et ses quatre seurs d'autre, pour cause de la Formorture de damoiselle Chaterine leur seureur... Avons dit... que de la Formorture de ladite seureur, les quatre seurs Philippe dessusdit auront douze livres Paris de rente par an.* Altera vero acceptione *Fourmorture*, inter Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex ead. Cam. Comput.: *Si a li quens... Formorture de bastart, ki muert sans hoir de se car, et de se femme espousée; et Formorture del estrajer.* Vide *Manus-mortua* in *Manus*.

† *FORMOS*, Calor. Vide *Formidus*.

† *FORMOSALICANA* ANTIQUA, Species scripturæ. Vide *Scriptura*.

\* *FORMOSARE*. [Ornare, Decorare. *Fort.*]

† *FORMUCALES*. Vide *Formicales*.

1. *FORMULA*, Idem quod *Formacitum*, Caseus. Acta Murensis Monasterii pag. 54: *Consuetudo est, ut omne lac, quod sibi de pecoribus in duabus vicibus provenierit, vel ipsum lac, vel Formulas, quæ inibi fiunt... illi det, etc.* Vide aliis notionibus in *Forma* 1. 9. et 13.

2. *FORMULA PANIS*, [Placenta seu panis tenuissimus ex farina et aqua confectus.] *Fragmentum Historicum de Concilio Aquisgranensi: Indultumque est illis (Canonici), ut magnis solennitatibus plurima habeant fercula, cum Panis Formulis, et phialis pigmenti, propter honorem et nobilitatem Francorum.*

\* 3. *FORMULA*, Nummus *formatus*, id est, figura donatus. *Arest.* ann. 1352. 7. Maii in vol. 2. *arestor. parlam.* Paris.: *Suos merellos pro distributionibus consuetis, capitulum et chorarii fieri facient de plumbo in merellis seu Formulis, sine litteris et sine cruce.* Vide *Forma* 4.

\* 4. *FORMULA*, Pulpitum minus, analogium. *Stat. S. Capel.* Bitur. ann. 1407. ex *Bibl. reg.*: *Psalms cantatis habebit dicere versiculum in medio chori retro Formulam.* Vide in *Forma* 13.

\* 5. *FORMULA*, *diminut. a Forma, decor, Belles, Prov. Formella, idem. Formulus, decorus, speciosus, Bel, Prov. Glosar. Prov. Lat. ex Cod. reg. 7657.*

\* *FORMUM*, *Lo ferro focato*, in *Glossar. Lat. Ital. MS. Aliud Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: Formum, fer chauf, Formus, esbouillissant.* Vide *Formus*.

† *FORMUS*, *Calidus, a Fervo seu Ferreo, inquit Martinius, ut θερμός a θερμός: inde German. Warm, Angl. Warm, et Dan.*

*Varm.* *Isid.* 1. 20. cap. 13: *Formum dixerunt antiqui calidum; et lib. 10: Formidolosus a Formo, id est, sanguine dictus.* Hinc *Papias* in *MS. Bituric.*: *Formeum, Sanguis calidus. Formidolosus a Formo, id est, sanguine. Formum, Calidum, fervens; Formon enim Græce fervor sanguinis.* *Arnob.* lib. 2: *Nec ii Formis erubescerent masculorum calamistris vibrare cæsariem.* Vide *Formicales, Formidus, et Forvus*.

† *FORNACALIA*, *Instrumenta fornacis ad opus aptata.* *Ugutio.* [Gloss. Lat. Gall. *Sangerm.*: *Fornacale, Instrument de fournaise.*] Vide *Festum*.

\* *FORNACIA*, *Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur.* *Charta ann. 1209. ex Tabul. S. Andr. Avenion.*: *Quod in molendino vel furno de Thoson non molat, nec coquat, sine moltura et Fornacia.* Vide *Furnagium*.

† *FORNACIRE*, *Fornacem facere, vel in fornace coquere: hinc fornacitus, in fornace coctus.* *Joan. de Janua.* [Gloss. Lat. Gall. *Sangerm.*: *Fornacire, Enfourner, ou cuire en fournaise.*]

\* *FORNACITA*, ut *Fornacia.* *Libert. Regalismont.* ann. 1340. in *Reg. 72. Charloph. reg. ch. 167: Pro pane coquendo, pro Fornacita et mandatagio, dabitur domino vicesimus quintus panis.*

\* *FORNACIUS*, *Qui in fornace coquit, tegularius, Ital. Fornaciato.* *Ars fornaciorum* inter quatuordecim minores artes annumeratur, in *Stat. ant. Florent.* lib. 5. cap. 19. ex *Cod. reg. 4621.* Vide infra *Fornasarius*.

† *FORNACULA*, *Parva fornax, in Amalthea.*

† *FORNAGIA*, *FORNAGIUM.* Vide *Furnagium*.

† *FORNAMENTUM*, *Id omne quod quis alteri debet furnare seu præbere et suppeditare, suppellex necessaria.* *Charia ann. 1238. ex Archivo Montis S. Michaelis: Abbas de Rothono teneat Preposituras de Rothono, de Balneo, de Brain.... ita quod Fornamenta quæ debent dictæ domus Conventui, tempore debito plenarie faciat.* Vide *Furnire*.

\* Aliud est *Forneman*, vestis nempe seu ornatus species, in *Comput. MS.* ann. 1239: *Pro duobus Fornemanz pro pueris Acon, ponderantibus tres oncias et quinque stellingos, æciiij. sol.* Vide infra *Fornatura*.

\* *FORNARIOLUS*, *Furni minister vel famulus, pistor.* *Stat. Taurin.* ann. 1360. cap. 290. ex *Cod. reg. 4622. A.*: *Liceat massariis molendinarios et Fornariolos percutere et corrigere manu.* Vide infra *Furnairo*.

† *FORNARIUS.* Vide *Furnarius*.

\* 1. *FORNASARIUS*, *FORNASSERIUS*, ut supra *Fornacius.* *Stat. Vercel.* lib. 4. pag. 66. vº: *Teneantur Fornasarii habere modos seu mensuras cuporum et lapidum rectas et legales.* *Stat. Astæ collat.* 7. cap. 6. pag. 24: *Juro dare vel dari facere pro communi illis Fornasariis de Ast, qui hoc anno coquere vulerint et habere fornacem, modulos communis, tam ad cupos quam ad matones faciendos.* *Adde Stat. Mutin.* rubr. 198. pag. 38. rº et *Riper.* cap. 222. fol. 29. vº. *Stat. Montis-reg.* pag. 278: *Quilibet Fornassarius qui non haberet, vel ad aliam mensuram mensuraret aut venderet, etc.* Vide *Fornasarii*.

\* 2. *FORNASARIUS.* [Gall. *Tuilier*: « *Provido viro Francisco Lori de Florentia Fornasario... pro residuo... decem millium planellarum.* » (*Mand. Camer. Apost.* 1464-78, fol. 54, *Arch. Vatic.*)]

\* *FORNASATA*, *Coctio fornacea, Gall. Fournée.* *Stat. Vercel.* lib. 4. pag. 83. rº: *Teneantur fornasarii prædicti de qualibet Fornasata lapidum facere tres montonos, etc.* Vide infra *Fornacarius*.

\* *FORNASELLA*, *FORNAXELLA.* *FORNEXELLA*, *diminutivum vocis Fornax, Italice Fornacella, Gall. Fournéau.* *Stat. Bonon.* ann. 1250-67. tom. II. pag. 229: *Item statuiimus quod nulla fornax, seu Fornasella, (Fornicellus '59; — Fornaxella '60, '67; — Fornexella '64), vel furnicina, vel discoloratorium, ubi discoletur argentum, vel aliud metallum, fiat infra terminos infrascriptos.* [Fr.]

† *FORNASERII*, *Tegularii.* *Jus Vincentin.* lib. 4: *Fornaserii teneantur et cogantur facere tegulas tectorum, etc.* Occurrit in *Statut. Veron.* lib. 3. cap. 187. et alibi. Vide *Fornacius*.

\* *FORNASETA*, *Fornax, fornacula, Ital. Fornacetta.* *Chron. Estense* ad ann. 1309. apud *Murator.* tom. 15. *Script. Ital.* col. 365: *Fecerunt fieri quoddam ædificium lignaminis totum castellatum, et in capite ædificii anteriori fecerunt Fornasetam igne accensam, causa incidendi catenas pontis S. Gregorii.*

\* *FORNASSERIUS.* Vide supra in *Fornasarius*.

\* *FORNATICA*, *Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur, idem quod Fornacium, uti etiam editum inter Probat.* tom. 2. *Hist. Occit.* col. 608. *Charta ann. 1164. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ.* col. 300: *De habitantibus in villa, focum videlicet ibi facientibus et Fornaticam donantibus, nec per me, nec per meos aliquam unquam justitiam habeo.* Vide supra *Fornacia*.

† *FORNATICUM*, [\* *Pretium, quod pistori ipsi exsolvitur in coctionis sumtus et mercedem.* *Stat. Montis-reg.* pag. 270: *Item statutum est, quod quilibet fornarius teneatur coquere sextarium grani et alterius bladi pro denariis sex, pro lignis et pro Fornatico.* Pro præstatione vero quæ domino furni datur,] vide in *Furnaticum*.

\* [« *Dono ergo illia pendariam quæ est vicarialis et medietatem de ausedaz et medietatem de furno, excepto Fornatico de pane monachorum.* » (*Cart. Conchar. Ruthen.* p. 25, an. 1065.)]

\* *FORNATOR* *inter operarios fodinarum salinariarum recensetur, in Stat.* ann. 1451. *inter Leg. Polon.* tom. 1. pag. 169: *Statuiimus quod in quolibet monte debent poni duo Fornatores pro sale querendo, et illud, quod per Fornatorem in omnibus quatuor angulis acquisitum fuerit, debet obserari cum optimis parietibus salis.*

\* *FORNATURA*, *Id quo aliquid ornatur, Gall. Garniture.* *Comput. MS.* ann. 1239: *Pro Fornatura duarum albarum et duarum atolarum juvenis reginæ, iiij. lib.* *Rursum: Pro duabus Fornaturis argenti juvenis reginæ, et pro duobus fermallis auri, et pro quatuor anulis auri, cav. sol.* *Pluries ibi.* Vide supra *Fornamentum*.

† *FORNAX.* *In fornace pro sanitate febris filium ponere, superstitione damnata in veteri Pœnitentiali MS.*

\* *FORNAXARIUS*, ut supra *Fornacius* et *Fornasarius*; unde *Fornaxata*, *coctio fornacea, in Convent. Saonæ ann. 1526: Quod Fornaxarii debeant pro unaquaque Fornaxata, sive cocta laterum seu maltonorum, etc.* *Infra: Fornaxiata.* Vide supra *Fornasata*.

\* *FORNEIA*, *a Gallico Fournée, Coctio furnaria.* *Charta ann. 1209. in Chartul. Arremar. ch. 291: Haymo fornarius de*

Maignant . . . obligavit abbati Rollando et monachis ecclesie Arremarensis, de quinque Fornis, duas Fornias. Arestum ann. 1333. 31. Decemb. in Reg. Olim parlam. Paris. : Si in visitatione panis, dictus panetarius, vel deputati ab eodem inveniunt panes minus sufficientes vel defectivos, tota Fornia erogetur pauperibus. Vide infra Furnia.

† FORNELA, f. Ustrina seu locus in quo ferrum aliave metalla candescunt, liquefiunt et laborantur, Gallice Forge, Fourneau. Scriptura quædam Monasterii S. Vincentii del Pino inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 167. col. 2: Et vadit... usque ad Fornelas, et vadit per illum rivolum, qui dicent Ceroisa.

\* FORNELERIUS, FORNELLERIUS, Idem qui infra Fornilherius. Locus est in Furnarius.

† FORNELLADA, Fornax carbonaria, Gall. Charbonniere, Fourneau de charbonnier. Locus ubi carbo conficitur. Statuta Castellæ Orgini inter Schedas D. le Fournier: Nulla persona audeat facere Fornelladas infra defensiones Lare et Mole. Item quod aliqua persona non audeat seu præsumat scindere roves.... infra dictas defensiones.

† FORNELLERIUS. Vide Furnarius.

FORNELLUM. Charta ann. 1208. apud V. C. Dion. Salvagnium Boissium lib. de Usu feudor. cap. 24: Postea anno Incarnati Verbi 1208. pridie Kal. Januar. in Fornello Archiepiscopi, quod est iuxta Ecclesiam B. Mariæ, ipse Guillelmus... hominum ligium fecit, etc.

☞ Nisi me fallit animus, Fornellum hic alisque locus mox laudandis, Aula est concamerata a fornice sic dicta. Id non obscure innuit vox Camera quæ interdum Fornello subjungitur. Tabul. S. Illidii Claromont. : Actum est hoc anno MCXXII. Febr. II. ante Festum Philippi et Jacobi in Fornello Abbatis. Testes sunt, etc. Sententia Archiep. Vien. ann. 1228. tom. 1. Hist. Daphin. pag. 142: Actum Romanis in camera cum Fornello domus nostræ. Maceris S. Barbaræ Lugdun. tom. 1. pag. 173: Anno Domini MCCLII... in Fornello castri S. Marii Raymondus dominus de Medullione fecit homagium et fidelitatem... Petro Abbati. Charta ann. 1212. ex Archivis S. Victoris Massil. : Actum in camera Fornelli monasterii S. Victoris. Attamen et pro Cubiculo ubi est caminus accipi posse videtur. Et quidem Fornellum pro camini spiraculo usurpatur in Statutis Massil. lib. 3. cap. 1: Quod omnis persona habens furnum in civitate Massiliæ, vel ejus districtu, teneatur et compellatur levare in altum Fornellum sive furnerium furni sui in tantum, ad notitiam et cognitionem prædictorum magistrorum lapidum Massiliæ, ut fumus exiens de furno non possit obesse vicinis habentibus domos prope dictos furnos, nec transeuntibus per vicos, vel per carrerias juxta quas sunt, vel erunt positi dicti furni. Eodem iterum significato occurrit in Statutis Arelat. MSS. tit. 60: Quilibet qui furnum habet, faciat ibi furnellum de lapidibus, et teneatur ipsum et domos ipsius furnerii cooperire de tegulis. Vide Furnellum.

\* FORNELLUS, dimin. a Furnus, Fornacula, catinus, in quo liquatur aurum vel argentum, Ital. Fornello, Gall. Fourneau, creuset, petit four. Vide infra Furniculus. Stat. ann. 1313. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 14. col. 1: Qui custos... erit ad omnes operationes argenti et bilionis; nec aliquis poterit fundere vel ponere in Fornello, nisi dictus custos esset præsens. Tract. MS. de Re milit.

et mach. bellic. cap. 21: Dux exercitus in campis suis semper habere debet equos sive mulos portantes Fornellos ac pistrina, causa quoquendi panisculos, sive panes, carnes, et cum pistrinis molere frumentum ac bladum.

† 1. FORNERIA, Coctura unius operæ, Gall. Fournée. Statuta Arelat. MSS. tit. 59: Furnerii accipiant vigesimam quintam partem pro Forneria et postagia panum quos coquunt. Supra in Flecarius accipitur pro muliere panem faciente et coquente, Gall. Boulanger.

\* 2. FORNERIA, Locus, ubi panis coquitur. Vide supra in Flaqueria.

† FORNERIUM. Vide Furnagium.

† FORNERIUS. Vide Furnarius.

\* FORNESIA, f. pro Forneria, Coctio furnaria, Gall. Fournée. Libert. Vernol. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 641. art. 33: Quilibet Vernolii facit furnum... et de hoc rex habet de quatuor Fornesiis quinque panes. Vide supra Fornia.

FORNEX. Vide Fornicarius.

FORNIA, Fornicatio, Papiæ.

FORNICARI, in sacra Scriptura, sæpe pro Idola adorare, [quod sit spiritalis scortandi modus.] sumitur: [sæpius pro Scortari vel stuprum inferre virgini, apud Scriptores Ecclesiasticos. Sed hæc omnibus nota sunt.] Vide Mamotrectum ad 31. Deuteronom. et alibi.

1. FORNICARIUS, Qui meretricatur, vox Latinis vix cognita, tametsi Fornicariam meretricem vulgo dicant. Glossar. Gr. Lat.: Καταπορευθε, Fornico. Alibi: Πορευθε, Fornicor, scortor. Πορευθε, Fornix, ganeum, lupanarium: πόρνη, Lupanar, scorta, meretrix, fornix. [Aliæ Gloss. apud Martinium: Fornæ, πόρνη, καράρα. Sed de voce dubitat Martinus et de interpretatione; nam et pro meretrice non Fornix, inquit, sed Fornicaria dicitur: nisi ut carcer pro inclusis, ita et Fornix pro impudica alicubi legatur. A fornibus in quibus scorta prostabant, dicta fuisse Fornicarius et Fornicaria, etc. vulgo aiunt; a πόρνη, Meretrix, potius derivari crediderim.] Fragmentum Histor. tom. 1. Hist. Franc. pag. 782: Omni spurcitiæ deditus, Fornicarius, et illusor feminarum.

FORNICARIA, in Gloss. Lat. Gr.: Πόρνη, ἀνδ καράρα, ἡ Ἰσταντα. Lex Longobardor. lib. 1. tit. 16. § 2. [\*] Rother. 198.]: Si quis puellam aut mulierem liberam.... Fornicariam aut strigam clamaverit.

FORNICATIO INTER FEMORA. Pœnitentiale Fulberti Carnotensis Episc.: Si quis fornicatur inter Femora, semel 4. Quadragenis pœniteat.

☞ Notanda omnino est fornicationis pœna quam refert Th. Blount in Nomolex. Anglic. ex Charta ann. 4. Edwardi I. Reg. Angl. [\*] in Abbrev. Placit. pag. 287. rot. 7. in dorso. Sussex.]: Juratores dicunt quod prædictus Simon semper tenuit dictam Matildam ut uxorem suam, et dicunt quod nunquam dictam Matildam, matrem dictæ Agnetæ, desponsavit; sed dicunt quod prædictus Simon aliquo tempore captus fuit per amicos prædictæ Matildæ in camera Fornicando cum ipsa Matilda per quod compellebatur unum de tribus facere, uxorem vel ipsam affidare, vel vitam suam amittere, vel ipsam Matildam retro osculare, ita quod ipse Simon ibidem dedit fidem suam prædictæ Matildæ.... quod ipsam desponsare debuit, sed ipsam nunquam alio modo desponsavit.

\* 2. FORNICARIUS, Ex fornicatione natus, spurius. Charta Phil. comit. Fland. ex Cam. Comput. Insul: Quidquid homo dat filio suo Fornicario sine

conditione, hoc post mortem ejusdem filii devenire potest in parentes matris pueri.

† FORNICATOR, ut Fornicarius, Gall. Fornicateur. Tertull. de Pudicitia cap. 1: Limitem mechis et Fornicatoribus figuris. Passim occurrit apud Scriptores Ecclesiasticos, ut superiores aliæ voces ejusdem originis.

\* FORNICATRIX, Meretrix. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: Fornicatrice, Fornicatrix.

FORNICEPS, pro Fornix, in Rythmis de Verona, tom. 1. Analector. Mabilionii: Foro lato specioso sternuto lapidibus, ubi in quatuor cantus magnus instat Forniceps, plateæ miræ sternutæ desectis lapidibus.

\* FORNILHA, unde Fornilhare et Fornilherius. Vide infra in Fornilia.

FORNICIUM, FORNICATIO, Mulcta stupri. Charta Alfonsi VI. Regis Castellæ æræ 1115. apud Anton. de Yezpe in Chron. S. Benedicti tom. 1: Et illa domus sit absoluta et ingenua ab omni regali fisco, et homicidio, et Fornicatione, etc. Alia æræ 1018. ibid.: Neque pro homicidium, neque pro Fornicio, etc. Aliæ habent stuprum. Charta Alfonsi VI. Regis æræ 1129: Neque in ipsa villa de Cortar ullus Procer et Exactor, neque pro stupro, neque pro adnuba, neque pro fossadera, neque pro aliqua alia calumnia vel negotio... intret.

\* FORNICO. [Camera Gall. Vouër, Cintrer. (Onomast. Lat. Gr.)]

FORNILLA. Regestum Herouvallianum Philippi Aug. fol. 69: Donant... de unaquaque domo unum panem in Natali, pro Fornilla furni.

☞ Ubi Fornilla idem videtur quod Furnagium, Præstatio quæ pro coctione furnaria domino furni penditur. Alia vero notione accipitur in Statutis Massil. lib. 3. cap. 15. nempe pro ligno quod calefaciendo furno necessarium est, ni fallor: ibi enim de saumatis lignorum non mutandis vel rescindendis præcipitur: Decernentes similiter inviolabiliter observandum ut nullus de cætero afferat condorsos aliquos, sed Fornillam tantum, et si quis fornellerius contra hæc ausu temerario venire præsumperit, etc.

\* FORNILHARE, Officium fornilherii præstare et exequi.

\* FORNILHERIUS, Qui fornillam seu lignum calefaciendo furno necessarium colligit et ministrat. Charta ann. 1379. ex Cam. Comput. Aquens.: Item habet ibi dicta curia duos furnos in una domo, in quibus homines dicti loci tenentur facere coquere suum panem, et nullus alius potest ibi facere furnum, et pro fornagio dant de triginta panibus unum panem; dum tamen curia habeat fornerium et Fornilherium, et furnum paratum ad coquendum. Vim vocis enucleatius explicat aliud Instr. ann. 1422. ex ead. Cam.: Attento quod Curia non habet Fornilherium, et quisque habet de se ligna suis panibus necessaria, quod minime facere debet, ni solum de sexaginta unum... levare debere... deficiente Fornilherio, prout deficit... et sic ipsi Fornilhanibus habere debent et consequi dictam medietatem rectam... Bajulus cognovit debere pro jure furnagiæ panis... scilicet dum curia habebit fornerium et Fornilherium et furnum paratum de triginta panibus unum, et dum tantum habebit fornerium et furnum paratum, de sexaginta panibus unum.

\* FORNILLA, FORNILHA, Idem quod Cremium apud Columellam; dicitur de minutioribus lignis et vepretis siccatis calefaciendo furno, unde nomen, accom-

modis, Gall. *Fournille*. Hinc *Fornilla* appellata, Præstatio, quæ pro ejusmodi lignis dabatur, alia a *Furnagio*, quæ pensitabatur domino furni. Vide *Fornilla*. Inquisit. de foresta Breheval. in Reg. 84. bis Chartoph. reg. part. 2. fol. 128. r. : *Fratres de Fresmont ceperunt per diem duas quadrigatas bosci, unam de grosso et unam de Fornilia*. Et fol. 143. v. : *Talemelarii Montis Leherici conqueruntur, quod cum prædictus Guido de Valgrinosa et hæredes ejus soleant quærenere Forniliam ad furnos calefaciendos; nunc hæredes ejusdem Guidonis compellunt ipsos talemerarios ad Forniliam quærendam*. Pactum inter dom. et habitat. Turris Ayguesii ann. 1501. ex schedis Pr. de Mazargues : *Quod ipse dominus et successores... teneantur et debeant providere de furno et fornario suis propriis sumptibus et expensis, et ipsi homines de lignis sive Fornilha pro calefaciendo dictum furnum pro decoquendo panes*. Redit. comitat. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Et doit prendre li fourniers à celui qui quist, d'un vitel un denier pour le Fournille; et s'il voet, il puet aporter se feuville au four*. Charta Petri de Chambliaico ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 87 : *Item le four de Chambay, liquel a chascun an cent charretées de Fournilles prises en la forest de Gonffer*. Vide infra *Fuagium* et *Furnilla*.

† **FORNILLUM**, Gall. *Fournil*, Pars ædis rusticæ in qua est furnus. Chartul. SS. Trinit. Cadom. fol. 62. v. : *Quædam pars Fornilli Thomæ filii Regei est occupata de dominico*. Vide *Furnile*.

**FORNIMENTUM**, **FORNIRE**, etc. Vide *Furnire*.

\* **FORNIRE**, Conficere, perficere, quo sensu utuntur Itali. Pactum inter Carol. VIII. reg. Franc. et Ferd. reg. Castell. ann. 1493. apud Godefr. in Observat. ad Carol. VIII. pag. 667. art. 15 : *Nos prædictus rex et regina Hispaniæ tenebimur et tenemur Fornire seu complere sigillata ipsa, intra tres menses post dictam possessionem traditam. Et nos prædictus Francorum rex... promittimus Fornire seu complere juramentum villarum seu civitatum Tholosæ et Narbonæ, antequam prædicta possessio tradatur*. Vide alla notione in *Furnire*.

\* **FORNITUS**, perperam pro *Fortuitus*, in Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 71 : *Si vero ex Fornito casu et non culpa vel negligentia, etc.*

† **FORNITORES**. Vide *Furnitores*.

**FORNIX**, Arcus, quo sagittæ emittuntur. Usus est Abbo lib. 1. de Bellis Parisiac.

\* **FORNIXELLUS**. Vide *Fornasella*. [FR.]

\* **FORNUM**. Hist. belli Foroju. in Append. ad Monum. eccl. Aquilej. pag. 54. col. 1 : *Habens facem fœni unum, ignis intrans in Furno domus, etc.* Rectius editum a Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1212 : *Ignis intravit in fœno in tecto domus*. Cæterum Italis *Forno* dicitur, pars domus, in qua est furnus.

\* **FOROBORARI**, Venam incidere, scalpello aperire, proprie Foramen facere, ab Italico *Foro*, foramen. Stat. Montis-reg. pag. 268 : *Statutum est quod nullus ferrarius... præsumat... in ipsa parte viæ aliquod animal medicinare seu Foroborari*. Vide supra *Flammeriari*.

\* **FOROFACIUM**, Crimen, delictum, in Charta ann. 1158. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 566. Vide *Fortisfacere* 1.

† **FORONIA**, κλέπτρια, Mulier quæ fura-

tur. Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS. Græcis φῶρ, *Fur* Latinis.

\* **FORONITAS**, ut supra *Foraneitas*, Retributio ex *foraneitate* proveniens. Stat. eccl. S. Wulfr. Abbavil. ann. 1233. ex Lib. rub. ejusd. fol. 13. r. : *Notandum est quod Foronitates omnes canonicorum, tam veterum quam novorum, ad commune veterum canonicorum de cetero convertentur*. Vide *Forotaneus*.

† **FORONOMUS**, pro *Feronymus*, Græc. φερώνυμος, Ferens nomen suum, id est, veritatem nomine significatam : cui vere convenit nomen quod habet : *Abbatem præpositum nomine Christianum, suæ videlicet professionis Foronomum, et in lege Domini, sicut hunc decuit ordinem, adprime eruditum*, apud Leibnit. tom. 1. Scriptor. Brunsvic. pag. 282. [\*\*] et Pertz. tom. 4. Scriptor. pag. 265. in Ruotgeri vita Brunonis cap. 26.] Hieronymus Epist. 48 : *Gratulus tibi et sanctæ atque venerabili sorori tuæ Serenillæ, quæ Pheronimos calcatis fluctibus sæculi, ad Christi tranquillâ pervenit*.

**FOROSTAGIARE** dicitur, qui fidem erga eum, cui in obsidem datus est, fallit. Obses enim Gallis est *Ostago*. Tabularium Vindocinense Charta 63 : *Cum vero Comes Cenomanicus bosiauit Comiti Goffrido, et Forostagiavit obsides suos, perjuravit se Herbrannus de ostagio, sicut alii ostagii, contra Comitem Goffridum, et tenuit se in guerra cum Comite Cenomanico, etc.* Charta 207. fol. 85 : *Comes Goffrido Comiti bosiauit, bellumque intulit, et Herbrannus de obsidatu, in quem missus fuerat contra Goffridum, se perjuravit, et contra illum in guerra illa perstitit, etc.* Vide *Capitulare* 4. ann. 814. cap. 10.

† **FOROTANEUS**, Idem quod *Foritanus* supra. Ordinat. Caroli Reg. Siciliae de Bestiis extraneorum ann. 1278 : *Super factio bestiarum Forotaneorum et extraneorum, et gardianorum... ordinatum est, ut infra sequitur, etc.*

\* **FORPE**, Vestes interpolæ : unde *Forparii*, earum mercatores : *Forperie*, forum ubi venduntur. Vide supra in *Ferperia*. Arest. parlam. Paris. ann. 1303. in Reg. Olim fol. 106 : *Minuti Forparii Forparum portatores, residentiam excessivam facere non poterunt stando, residendo vel morando ante domos et fenestras et stalla Forpariorum*. Infra : *Magistri forparii residentes et charronerii Parisienses, etc.* Pedag. urbis Divion. MSS. med. circ. xiv. sæc. : *Tixerans de draps, beloinches, Forpex, corduannes, etc.*

† **FORPEX**, *Cisailles*. *Forpicula*, *Petite cisaille*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Vide *Forpex*.

\* Constit. Frider. de Pace tenenda ex Cod. reg. 10197. 2. 2. fol. 8. r. : *Si quis quinque solidos valens aut amplius furatus fuerit, laqueo suspendatur; sin minus scopis et Forpice excoriatur et tondeatur*. Barel. serm. de Choreis : *O vanæ mulieres ! deferunt... ab alia (parte) pectorale, ex alia cultros : desunt eis Forpices, ut apparerent fabri equorum*.

**FORPRISSA**, Idem quod *Forcapium*, *Exactio, malatolta*, tributum, quod injuste accipitur, ex Gallico *Forprise*. Will. Thorn. ann. 1285 : *Totum pratium... sine quacumque Forprisa inter excambium pro placea... dedit*.

† **Forprisam** vel *Forprisum* interpretatur Spelmanus id omne quod in donis, cessionibus, assignationibus et hujusmodi excipitur. Exceptio, exceptum, reservatum, a Gall. *For*, extra et *Prise*, captio. Quo etiam sensu in Statut. Exo-

nia *Horseprise* legitur. Idem interdum Spelmano *Forprisa* quod *Forfang* supra. Vide *Blount* in *Nomolex. Anglie*. voce *Forprisum*.

**FORPUGH**, Charta Woldemari Regis Daniæ ann. 1326. apud Pontanum lib. 7. Hist. Dan. pag. 443 : *Nullus Forpugh emat apud litus maris ultra dimidium plaustrum olecium, etc.*

\* **FORQUETA**. [Gallice *Fourchette*; « Manufactura 5. tacearum, 12. cloquearium, 12. *Forquetarum*, unius fontanæ. (Mandat. camer. apostol. an. 1458-60. f. 162.) »]

† **FORQUINA**. Vide *Furcia*.

\* **FORRACHUM**, Stramen, pabulum equorum. Charta ann. 1260. ex Chartul. S. Joan. in Valle : *Confessa fuit dicta Johanna... se et liberos suos nichil habere in dictis tractu, mestivariis et Forrachuis*. Vide supra *Forrachum*.

† **FORRAGIUM**, ut *Forrago*. Locum vide in *Cario*.

\* **FORRAGIUS**, *Forragiorum* exactor, vel custos et administer. Pactum Simon. Montisf. inter et abb. Floriac. ann. 1202. inter Instr. tom. 8. Gall. Christ. col. 525 : *In ipsa autem grançia... soli in messis tempore habitabunt messium custodes, et in hyeme Forragii, et domus ibi sola habitabit custodia*. Vide in *Fodrum*.

† **FORRAGO**, Stramen, palea. Charta ann. 1199. ex Chartul. S. Martini Pontis-sar. : *Petrus de Beoleio Miles in Vulcasino dedit Ecclesiæ S. Martini Pontisars. tertiam Forraginis avenæ et veciæ*. Tabular. Calense pag. 173 : *Dicunt quod tam bladum quam vinum debet offerri ad grançiam suam de Oeni et inde tertiam partem Forraginis ad ipsos pertinere*. Vide *Fodrum*.

**FORRARE**, **FORRERIUS**, etc. Vide *Fodrum*.

\* **FORRARE**, Hisp. *Forrar*, Pannum panno assuere, subsuere, re aliqua aut pellitio munire, ornare. Comput. MS. ann. 1239 : *Pro cendato ad Forrandum unicum pan. sororis domini regis, cc. sol.* Alia notione, vide in *Fodrum*. *Forrar* vero dicitur de cane, qui in alium vel in aliquem incitatur, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 125 : *Le suppliant respondit à icellui de Lafite que voirement il avoit fait Forrar son chenel à ses chiens*.

\* **FORRATURA**, Pellitium, quo vestis ornatur, vel etiam id quo aliquid munitur et farcitur. Lib. pension. S. Vict. Massil. : *Solummodo duas cannas panni albi annuatim sine Forratura cellerarius dare consueverat*. Ibidem : *Postquam non habebant pellicias, vel alias Forraturas*. Stat. Montis-reg. pag. 275 : *Statutum est quod quilibet basterius teneatur facere formam basti asinorum pro denariis quindecim... excepto filo et Forratura*. Vide *Foratura*.

\* **FORRATUS**, Pellitus. Vide *Furratus*.

† **FORRE**, ut *Fodrum*, Vide in *Frisengagium* post *Friscinga*.

\* **FORRELLUS**, Gall. *Fourreau*, Id quo aliquid tegitur et obvolvitur, inter equinos instructus recensetur in Comput. fabr. S. Lazari Eduens. ann. 1295. ex Cod. reg. 5529. B. : *Benedicto borrelario per annum in sellis, borrellis, Forrellis, capistris, et aliis de corio pertinentibus ad equos quadrigæ, quinquaginta solidos*. Vide supra *Forellus*.

† **FORRESNI**. Vide *Foresni*.

\* 1. **FORRUS**, Ital. *Foro*, Foramen, rima. Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 87 : *In extremitate canne sit animella sugens aquam, et super eam sit alia animella Forro in canna adhibita*

augentes aquam cisternæ per cannam plombaam.

\* 2. **FORRUS**, Manumissus, foras servitutum factus. Testam. reg. Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 31 : *Item dimitto eis omnes Sarracenos meos, nondum Forros, nec Christianos.* Et pag. 32 : *Item mando quod per mortem meam Dominicus Suarii sit statim Forrus.*

\* **FORS**, vox Gallica quæ suo vulgari sensu, nempe pro Extra, præter, nunc *Hormis, excepte*, occurrit in Charta ann. 1105. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 367 : *Quod in supradicta quirpitione et donatione non possimus aliquid dare, nec vendere, nec impignorare ad ullum hominem vel feminam, ... Fors ad te Guilhermum Alfarcum.*

† **FORS**, **FORSARE**, **FORSATUS**. Vide in Fortia 2.

**FORSARIUS**. Visitatio Thesaurariæ S. Pauli Londoniensis ann. 1295 : *Et præmissæ 3. Cruces continentur in quodam parvo scrineo consulo de serico, sub sigillo Decani in quodam alio nigro Forsario, in quo quædam alia continentur.* Alibi : *Item in quodam Forsario nigro sigillo... continentur vasculum crystallinum vacuum, et multi lapides in scapsis argenteis, etc.* Ubi *Forsarius*, est cistæ species, quam *Forchier*, vel *Forsier* appellabant nostri. Historia Bertrandi Guesclini cap. 5 : *Puis ala à son Forchier et en tray cent florins qu'il lui donna.* Ubi *Chronicon* ejusd. Herois MS. :

A son contoir vint, cent Florins en osta.

[\* Vide supra *Forcerius* et *Forgerium*.]

\* **FORSATUM**, Fossatum; haud enim infrequens mutatio literæ s in r, et vicissim; nisi hac voce significetur fossatum exsiccatum, quod *Fourseh* dicitur in Sent. arbitr. ann. 1313. ex Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 53 : *Et volons que si il avoient que ledit fossés keist en Fourseh, pour défaut d'iaue, etc.* Catalog. episc. Nem. inter Probat. tom. 1. Hist. ejusd. pag. 10. col. 1 : *Johannes Gasqui, qui reparavit domum Amichlavi, et turres ejusdem altiarum fecit, et destruxit hospitium dicto hospitio contigua, in quorum loco sunt hodie Forsata.* Charta ann. 1299. in Chartul. ecel. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 74. v. : *Confiteor... dictam domum de novo edificatam, et omnes meliorationes, Forsata et fortalitia facta et faciendæ, esse debere de feodo ligio episcopi Lingonensis.* Vide infra *Forsorium*.

† **FORSBANIZARE**, **FORSBANIZATIO**, **FORSBANNIRE**. Vide *Forisbannire*.

\* **FORSCAPIUM**, *Laudimium*, quod domino pro facultate alienandi feudi conceditur; vel Jus in res fortuito inventas intra alicujus dominium, nostris alias *Forescapy* et *Foriscapi*. Pactum ann. 1164. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 601 : *Emptiones et venditiones argenti et Forscapia argentariarum, inventarum infra prædictos terminos, habent simul Raymundus Trencavelli prædictus et Hermengarda vicecomitissa, nisi argentariæ sint vel fuerint in honore monasterii Villæmagne; in illo vero habeat monasterium tertiam partem emptionum et venditionum argenti et Forscapiorum argentariarum.* Lit. reformat. in Occit. ann. 1339. ex Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 223 : *Desquelx hostelz prinist maistre Pierre Bayer la possession et saisine, sanz ce qu'il patast Forscapi, et sans obtenir lausisme, ne licence du souverain.* Ubi *Foriscapi*, priori sensu, intelligendum; altero vero *Forescapy*, in Lit. reformat. ann. 1456. in Reg. 187. ch. 5 : *Ung*

*Forescapy, qui nous estoit escheu montant cent escus d'or.* Vide in *Foriscapium*.

**FORSCHAP**, **FORCHEAPUM**. Vide in *Foriscapium*.

† **FORSCHET**, **FORESGHETA**, *Modus agri apud Anglos, acram cum dimidia continens, a Saxonico for, Ante, et sceat, Portio.* Sic dicitur quod sit prima pars amplioris agri, viam versus sita. Antiquit. Ambrosden. pag. 531. ad ann. 1399. : *In primis una acra et dimidia videlicet Forschet jacet ibidem.* Pag. 532 : *Partim inter Goldwel-Furlong, et partim inter unam Foreschet in Bushhames-Furlong.* Pag. 595 : *Hæc petia terræ Prioris vocatur Heraldspence, et habet unam Forschetam jacentem proxime juxta prædictam meram.* Pag. 537 : *Inter unam Forschetam, quam Hugo Bylendon tenet.* Pag. 538 : *Istæ tres dimidiæ acræ sunt Foreschets, et incipiunt furlong de Long-Cuttesswurd.* Denique ibidem : *Hoc furlong incipit cum una Forescheta.* Vide Kennetti Glossarium ad calcem earumdem Antiquit. et supra *Forera*.

† **FORSCHOKE**, veteribus JC. Anglis idem sonat quod apud hodiernos *Forsken*, hoc est, Derelictum; quod de tementis potissimum dicitur quæ a possessoribus deseruntur. Vide Th. Blount in *Nomolex*. Anglic.

† **FORSIA**. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39. ubi de salariis Sartorum : *Item, de vestibis dominæ sine clamide et tunica listatis per Forsiam cum seta, vel alio modo, per Forsiam VIII. sol.* Vide Fortia 2.

† **FORSITA**, *Munitio*. Statuta Massil. lib. 5. cap. 38 : *Firmiter inhibemus nullo modo Forsita sive munitio, seorsim in Massilia nec in aliqua parte, de qua fortia vel munitione præsumi possit, etc.* Vide Fortia 3.

† **FORSJURARE**. Vide *Forisjurare*.

† **FORSMORTURA**. Vide *Formortura*.

**FORSOCNE**. Vide *Frithoscne*.

\* **FORSORIUM**, *Fossorium*, ligo. Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287 : *Quicumque excolit bladum in dictis parrochiis de bobus, solvit amplius quam ille, qui colit de Forsoriis.* Hinc *Forserre* appellari videtur ejusmodi instrumentorum faber, in Lit. reformat. ann. 1377. ex Reg. 112. Chartoph. reg. ch. 18 : *Gilet le Forserre demourant à la Broce lez Galardon, etc.* Ubi in margine : *Pro Egidio fabri.* Vide supra *Forsatum*.

† **FORSIPAISES**, **FORSPAYSES**. Vide *Forispatriatus*.

**FORSPECEN**. Leges Kanuti Regis cap. 46. apud Brompton. : *Qui in placito seipsam vel hominem suum distortis compellationibus defendere præsumperit, habeat totum hoc Forspecen, i. hoc ei sit penitus interdictum.* Ex Saxon. for specen, in vanum, in cassum, vel frustra dictum.

**FORSTALLUM**, **FORSTEL**, **FORSTAL**. Vide *Forestel*, *Foristallare*.

† **FORSTARIUM**, *Crimen eorum qui annonam versus emporium publicum adductam in via interceptiunt, emuntque, priusquam venditioni publicæ exponatur, ut eam postea carius vendant.* Charta Eduardi VI. Regis Angliæ de officio magni Admiralli, ann. 1547. apud Rymer. tom. 15. pag. 160 : *Et generaliter ad cognoscendum et procedendum in omnibus et singulis aliis causis, litibus, criminibus, delictis, excessis, querelis, injuriis, malefactis, transgressionibus, regratariis, Forestariis et negotiis maritimis quibuscumque.* *Forstallarum*, eadem notione ibidem occurrit. Vide *Foristallare*.

**FORSTHUB**, *Ædes forestariorum* : vox

Germanica. Statutum Caroli IV. Imp. ann. 1358. de forestariis § 2 : *Quilibet etiam forestarius super manso suo forestali, qui vulgariter Forsthub nuncupantur, tenebitur residere, et non plus.*

**FORSTULLA**. Gloss. Gr. Lat. : *Φορ τής, Papula, pusilla, pusculla, Forstulla.* Ita MS. Editum habet, *φορτίς, Papulla, pusilla, pesulla.*

**FORSULA**, *Munitiuncula, Petit fort, Forcellinum.* H. Knyghton ann. 1333 : *Forsulam funditus everterunt.* Utitur non semel.

† **FORTACIA**, ut *Fortalitas*. Judicium ann. 1248. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 1033 : *Castrum Namurcense, et omnes Fortacias ac possessiones eidem castro attinentes, etc.* Infra : *Castrum, Comitatum, Fortatias, et omnia bona, etc.*

† **FORTAGIUM**, *Species exactationis, eadem quæ Forcagium.* Vide in hac voce.

\* **FORTALISSA**, *Munitio*. Confirm. priv. civit. Nem. ann. 1218. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 260 : *Numquam habeant seu faciant stare fortem seu aliquam Fortalissam infra vel supra muros antiquos ejusdem civitatis Nemausi.* Vide Fortia 3.

† **FORTALITAS**, *Munitio*, arx. Charta ann. circ. 1095. tom. 2. Gall. Chr. inter Instrum. col. 230 : *Hujus honoris redditio facta est 3. die quando R. Comes mancipium et Fortalitatem S. Maximini invasit.*

**FORTALITIA**, **FORTALITIUM**, etc. Vide Fortia 3.

\* **FORTALIUM**, [Burgus. DIEF.]

† **FORTARA**, *Virtus, potentia, fortitudo*. Concll. Armenorum ann. 1342. apud Marten. tom. 7. Ampliss. Collect. col. 337 : *Quandoque (Christus) multiplicia signa et virtutes de essentia Dei manifestabat divina, non alius patiebatur imbecillia signa, et ostendebat Fortaram.*

† **FORTARE**, *Fortem reddere, firmare, roborare.* Buschius de Reform. Monast. apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 931 : *Hunc inimicus noster in principio a bono nitebatur avertere, si is qui ejus noverat astutias, eum in bono non Fortasset.*

† **FORTAREZA**, *Arx, munitio*. Vide in Fortia 3.

† **FORTARIA**, pro *Focaria*, *Concubina*. *Fortariæ Clericorum seu concubinae*, apud Leibnit. tom. 2. Scriptor. Brunsvic. pag. 167.

† **FORTARICIA**, **FORTARICIUM**. Vide in Fortia 3.

† **FORTATICUM**, *Species tributi*. Charta Ludovici Imp. apud Doubletum in Hist. Sandionys. pag. 723 : *De portatico, et pontatico... et pulveratico, et Fortatico, et laudatico.* Sed legendum videtur *Fortaticum*. Vide in hac voce.

\* **FORTE**, *Feretrum, tumulus, theca* in qua corpus alicujus sancti asservatur. Sent. major. et jurat. Burdegal. ann. 1307. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 497 : *Cum nostra curia judicavimus et sententiam pronuntiaavimus, ut in talibus semper extitit consuetum, quod si dicti Bertrandus, Dominicus... erant ausi jurare supra Forte sancti Severini Burdegalensis, quod non fecerant vulnera, de quibus Arnaldus Fabri mortuus fuerat; ... quod ipsi erant et esse debebant de vulneribus et morte dicti Arnaldi quitti penitus et etiam absoluti... Qui quidem prædictum judicium acceptando dixerunt, quod præsto erant et parati dictum facere juramentum, ... petentes sibi dari mamesorem seu mamesores ad videndum ejusmodi sacramentum; ... qui retulerunt, ... quod dicti Bertrandus, Dominicus... super Forte prædictum in eo-*

rum *præsentia fecerant hujusmodi sacramentum*. In Aresto ann. 1279. ex Reg. parlam. B. fol. 51. quo frustra tentatum est hocce sacramentum abrogare, ut ex hac sententia patet, legitur: *Cum sacramento quod faciat supra corpus S. Severini, vel alterius sancti vel sanctæ, etc. Vide Forterium et in Juramentum.*

† FORTECIA, FORTEDA. Vide Fortia 3.  
† FORTEGELDS, Species tribut. Vide Carno et Gildum.

† FORTELESIA, FORTELECIA, FORTERESSIA, etc. Vide in Fortia 3.

† FORTENSA, Ostentia, unde et portendere. Gloss. MSS. Sangerman. n. 501. Lege Portentia.

FORTENSES. Ita dicti milites legionis x. Vide Henricum Valesium ad Ammiani lib. 18. extrem.

FORTERA, vox Hispanica vetus, Vas quodpiam significans. Charta Stephanie Reginae, uxoris Garsie Regis Navarrae æræ 1060. apud Sandovallium in Episcopis Pamplionensibus pag. 61. et apud Anton. de Yopez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 7: *De meas Forteras, de vasos, de argenteo quidquid habuero, commendo unam partem ad Senior Eximino Garceiz, alia ad Senior Fortum Lopez, tertia ad Senior Fortum Sancii, ut teneant illas pro fidelitate, et vendant illos vasos vel Forteras Salomonaticas in duplum pro plata, et illas alios illo valente, et toto pretio donent illud ad dona Auria, et illa dispendat illud in opera de sancta Maria pro mea anima, et de meo Seniore.* Alio sensu vide in Fortia 3.

† FORTERINA, Idem videtur quod mox Forteritia. Leges Furnenses in Archivo S. Audomari: *Dominus Comes retinet sibi malum, quod fit in præsentia sua; item retinet sibi forestum (forefactum) dunarum et Forterinarum.*

FORTERITIA, Idem quod Fortalitium, nostris Forteresse. Rigordus ann. 1212: *Comes Boloniæ diruit quandam Forteritiam novam.* [Charta Philippi Comit. Boloniæ ann. 1228. in Chartul. Meld.: *Reciperetur in Forteritia nostra Domni Marini se octavo sine armis ad expensas suas.* Consuetud. Furnenses in Tabul. Audomar.: *Fortericia fieri possunt sec pedum in altitudine et fossata 40. pedum, etc.*] Adde Guillelmum Armoricum ann. 1208. Gesta Ludovici VII. cap. 2. [Chartam ann. 1208. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 784.] etc.

\* FORTESCERE, [h. e. fortem fieri, dictum a Lævio in Aicesti apud Gell. 19. 7., sed ab Ipsio Gellio improbatur.]

† FORTHSTAL. Vide Forestel.

1. FORTIA, FORCIA, Potestas, dominatus. Leges Hen. I. Reg. Angl. cap. 86: *Non est eis imputandum, qui tenuerint viam suam, et recedent ab illis, si per omnia se allegient, quod nec consilium eorum, vel auxilium sit in Forcia ipsa.* Sanutus lib. 3. part. 11. cap. 9: *Redditis que captivis, sive in Fortia essent Soldani, sive ejus filii Conradini.* Et cap. 11: *Et quod nullatenus vel seipsum ponat sub imperatoris Fortia.* Ita Curtiosorum Historia lib. 7. cap. 18. 20. [Regimina Paduæ ad ann. 1317. apud Murator. tom. 8. col. 490: *De mense Augusti accepta fuit civilas Ferrariæ de manibus tyrannorum, qui eam tenebant pro Rege Roberto... et posita fuit in Forcium et dominorum minorum Marchionum Raynaldi et Azii et Obici.* Occurrit eadem notione in Annalibus Genuensibus Bartholomæi Scribæ lib. 6. ad ann. 1242. et ad ann. 1244. etc.] [\* Charta ann. 1313. apud Lamium in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. pag.

222: *Et si quo tempore aliquis ipsorum in imperii Fortiam devenerit, sibi extremum fureis supplicium inferatur.*]

IN FORCIA alicujus esse. Vetus Inquesta, in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano fol. 114: *Et dictus Gasco in illa emenda non percipiebat, excepto quod servientes Domini Regis et servientes ejusdem Gasconis aliquem caperent insimul ad forisfactum in foresta, in Forcia erit ipsi Domino Regi, et Præpositus medietatem emendæ habebit.* Et fol. 118: *Juraverunt... quod ballia Episcopi Aurelianiensis... non durat nisi usque ad pontem Albez, neque Episcopus neque Præpositus ejus habet pristiam extra, neque Forciam.*

2. FORTIA. FORCIA, Violentia, vis, Gall. Forcé. Lex Bajwar. tit. 2. cap. 10. § 1: *Ut patrem suum dehonestare voluerit per consilium malignorum, vel per Fortiam, etc.* Tit. 11. cap. 5: *Si cui Deus Dederit Fortiam et victoriam, Fortiam facere alicui, vim inferre, in Lege Ripuar. tit. 11. § 3. Forcia hostilis, militaris, in Lege Bajw. tit. 2. cap. 5. § 1. Capitulare Saxon. ann. 797. cap. 1: Ut raptum et Fortiam nec incendium infra patriam quis facere audeat.* Lex Longob. lib. 3. tit. 12. § 5. [\* Guido 3.]: *Nemo Comes... aliquid per vim exigat, præter quod constitutum Legibus est: sed neque per suam Fortiam in mansione arimanni se applicet, etc.* Concilium Duziac. primum: *Eam sua factione et quasi per Fortiam et non per justitiam vindicare curavit.* Per Fortiam auferre, invadere, abstrahere, apud Marculfum lib. 1. form. 27. 28. in Chronico Farfensi pag. 656. et apud Philippum Abbat. in Vita S. Amandi num. 71. Vide Capitulare Carolomanni tit. 1. cap. 11. Joannem VIII. PP. Epist. 71. 140. Ottonem Morenam de Gestis Friderici II. apud Baron. ann. 1167. [Anecd. Marten. tom. 1. col. 953. ubi Foreia perperam incuria Librarii, et col. 967. et 968.] etc.

† FORS, Eadem notione, Damnum, injustitia. Testamentum Jacobi Aragon. Reg. ann. 1272. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1141: *Item, volumus et mandamus, quod omnis Fors et injuriæ nostræ, quibus obnoxii tenemur, et veræ apparuerint, restituantur de plano per dictos manusissos... secundum Deum et forum penitentis, illis videlicet quibus dictas injurias fecimus, vel hæredibus eorumdem ipsis manifeste ostendentibus ipsas injurias.* Sed ibi legendum Tors.

† FORSIA, Eodem significatu, in Libello supplici Carolo M. per S. Mauronium Massil. Episc. oblato ex Archivis S. Victoris Massil.

\* Forche, eadem acceptione, in Charta ann. 1296. ex Chartul. 23. Corb.: *Et se en ce faisant aucuns leur fait rescousse ou Forche, ly devant dits religieux ou leurs commans ne porront contreforchie, ainz traïront au maieur et as jurés pour la Forche oster.* Pourforcement, eodem sensu. Charta ann. 1288. ex Tabul. episc. Paris.: *Monseigneur Jehan Grapin de Nulli chevalier afferma et requenut en droit lui de sa bonne volenté, sanz nul Pourforcement, etc.* Hinc Forsage, pro vi puellæ illata ejusque defloratione, in Lit. ann. 1335. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 118: *Comme à la requeste de nostre procureur eust esté amené prisonnier à Paris Guillaume Manigo chevalier, sires de Surgieres, pour la cause d'un Forsage, que Ven disoit que ledit chevalier avoit fait en la personne Philippe Dammelle, laquelle il avoit prise et ravie par li et par ses complices, et desflourée à force*

et contre sa volenté. Unde Enforceur de femmes, in vet. Consuet. Francia.

† FORCIALITER, Per vim, coacte, Gall. par Force. Notitia judicati ann. 850. in Append. ad Marcam Hispan. col. 783: *Tunc ego Leo reclamavi me ante suprascriptos quod Forcialiter ipsa professione Sperandeo hic protulit ad relegendum, et voce de isto Leo Forcialiter eum fecisse.*

† FORCIARE, Vim inferre, Gall. Forcer. Statuta Montis Olivi dioc. Carcasson. ann. 1231. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 967: *Item, quod nullus inhabitans villam prædictam possit vel debeat ab aliquo capi vel Forciari, vel pignori infra terminos jurisdictionis Monasterii. Forcium laborerium, in Contract. datior. Bergom. lib. 2. cap. 88. Galli diceremus, Ouvrages forcés; quod corvatis quæ a subditis et vassallis exiguntur maxime convenit. Vide Forcare.*

FORTIA FRISCA, Spelmano dicitur Vis recenter illata: inde assisa Frisca Fortiæ datur, ubi dissaistus in civitatibus et burgis infra 40. dies queritur. [\* Vide Abbreviat. Placit. pag. 337. 14. Edw. II. Kanc. rot. 150.] Gallis Frés, et Freschement, est recens, recenter. Vide Fraustus.

† FORTIA MAGNA et PARVA, Arvernus, Forca petita et grant, Gall. Grande et petite Force. Nova Gall. Christ. tom. 4. col. 608. Henricus de Vergeio scripto Diplomate ann. 1246. testatur se Hugoni Episcopo Lingonensi reddidisse domum suam de Fontanis, Jurabilem et reddibilem ei ad Magnam Fortiam et ad Parvam . . . ad voluntatem suam faciendam, et de ea sicut placuerit ordinandum. Ballivus vero meus et homines dictæ villæ fidelitatem ei fecerunt et juraverunt sicut domino suo. Ad parvam vim et ad magnam, in Charta ann. 1229. apud Duchesn. in Probat. Hist. Vergiac. pag. 173. Baluzius tom. 2. Hist. Arvern. pag. 260. ex Archivis Ecclesiæ Brivat.: *Conqueritur P. de Serrant Canonicus Brivatensis sindicus seu actor a Willemo de Turre Præposito et Capitulo Ecclesiæ Brivat. constitutus nomine eorumdem . . . de nobili viro Guillelmo Comite filio quondam Delfini, qui injuriatus eisdem super eo quod castra veteris Privatæ et sancti Illidii, quæ a Capitulo Brivatensi tenebat in feodum, et tenet juratiles et rendables ad et sans at, irats et pagas, à petita Força et à grant, et ipsemet hoc totum promissit et juravit et alia vice reddidit, requisitus ad mandatum Capituli Brivatensis supradicti, et requisitus postmodum a Capitulo eodem et mandato ejusdem et pluries, reddere recusavit. Quæ a dominis superioribus inferiores seu vassalli tenebant castra, ea, cum opus erat, ut tempore belli, reddere cogebantur duplici ratione, vel Forcia majori, vel minori. Hæc patentes erant domini superioris litteræ, quibus visis vassallus castrum in feodo tentum tradebat in manus hominum domini feodalis; illa vero cogebantur homines ipsius vassalli, si forte detrectaret castrum reddere, auxilio esse principali domino, omnium bonorum multatione puniendi, si debitam opem recusarent. Vide Feudum reddibile.*

\* Rectius hæc formula in voce Vis 2. exponitur de majori vel minori comitatu, quocum castrum vassalli ingredi proponit dominus principalis. Cui interpretationi rursum favet quod legitur, A grant puissance et à petite, in Pacto inter Carolum VI. reg. Franc. et Brun de Ripeupierre milit. dom. de Guiespar ann.



1386. ex Reg. 129. Chartoph. reg. ch. 164. Vide infra in Vis 2.

3. **FORTIA**, FORCIA, Munitio, Fort, Forteresse. Guillel. de Podio Laurentii cap. 30: *Cum cunctis villis et Fortiis, quæ erant sub ejusdem castris domino, in quibus erant 20. Fortiæ, vel infra, etc.* Adde cap. 20. Charta Oldegarii Episc. Barcinon: *Retinemus omnes decimas... domorum videlicet et villarum, castrorum et Fortiarum, quæ ibi sunt.* Vide Hist. Episcoporum Lodovensis pag. 218. et Garieffum in Episcopis Magalon. pag. 95. 134. 176. 198. [Instrument. ann. 1212. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 834: *Item, nullus in terra Comitibus quæ subest ditioni ac potestati suæ attentet firmare de novo, aut reedificare castrum vel Fortiam quæ diruta sunt, sine assensu Comitibus.* Quod non semel ibidem recurrit. Vide Bartholom. Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1243. et alibi.] [\* Hinc

\* **FORTIA**, pro Carcer. Stat. Montis-reg. pag. 30: *Tenere debeat arrestum in Fortia curiæ præsentis civitatis, donec ipsum computum fecerit.* Stat. crimin. Saonæ cap. 4. pag. 6: *Si vero non impenetratis litteris serenissimi senatus ad defensiones, aliquo modo pervenerint in Fortiis justitiæ, etc.* Vide supra Força 4. **REFORTIUNCULA**, Parva munitio. Thomas Walsinghamus ann. 1317: *Ad Walterum de Seby suæ consortem malitiæ se contulerunt, qui in Refortiuncula sua de Horton latens, vicinis similem injuriam referebat.*

**FORCAIADELLA**, Eadem notione, in Charta Hispan. in Histor. Segoviensi cap. 19. § 9.

**FORTIARE**, Munire, Fortifier. *Castella firmata et Forciata*, in Charta apud Brompton, munitiora facta. [Moret. in Antiquit. Navarræ pag. 593: *Pergat cum eo in unum super ipsos castellos captivos, quos tenet Sanctus Ramirez Forticiæ Regi Sancio Garziæ.*] Hinc

**INFORTIARE**, Charta Raimundi Comitibus Tolosæ in 80. Regesto Archivi Regii Ch. 121: *Ita etiam quod nos nec dictam villam Infortiare poterimus.* Vincentius Belvac. lib. 32. cap. 98. de Damiata: *Erat quoque civitas ipsa... fortissima, multumque, postquam alias capta fuerat, Infortiata.* Charta Ludovici Regis Franciæ ann. 1228. apud Catellum in Comitibus Tolosan. pag. 334: *Sex millia marcharum solvet... ad muniendum, Infortiandum, et custodiendum castrum Narbonense.* In alia ibid. pag. 355: *Speluncæ Infortiata.* Gesta Philippi III. Reg. Franc. pag. 547: *Igitur post dedicationem urbis Gerundensis, Rex Franciæ eandem reparari et Infortiari præcipiens, etc.* Ita hac notione in Charta ann. 1230. in Probat. Hist. Drocens. pag. 259. *Enforceur de femmes*, in veteri Consuetudinario Franciæ. Vide *Infortiare*, etc. suis locis.

**PLACITUM INFORTIARE** est, cum ad illud peragendum plures iudices conveniunt: *Renforcer la Cour.* Leges Henrici I. Regis Angli. cap. 29: *Si justitiam sine iudicio dimittant, (iudices) sed summoneitis terrarum dominis Infortietur Placitum termino competenti, si fuerint, vel non fuerint antea summoniti, etc.* Et cap. 33: *Si quis in curia sua, vel in quibuslibet agendorum locis placitum tractandum habeat, convocet Pares et vicinos suos, ut Infortiatio iudicio gratuita, et, cui contradici non possit, justitiam exhibeat.*

**FORTIFICARE**, Munire. Fortifier, *icy-plyev*, in Onomast. Gr. Lat. Occurrit in Hist. Cortusior. lib. 5. cap. 3. etc. [Chron. Andr. Danduli apud Murator.

tom. 12. col. 487: *Armis et hominibus munierunt, leaverunt pontem, et se Fortificaverunt in Rivoalto.*]

† **FORTIFICATIO**, Munitio, Fortification nostris. Charta ann. 1389. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 185: *Quod cives et habitantes sunt multum onerati ex subsidiis regis quæ subeunt, et ex facto Fortificationis ejusdem civitatis.*

† **FORTIFICARE**, Confirmare, roborare, Fortifier. Chron. Modet. apud Murator. tom. 12. col. 1099: *Ut paventes animos Germanorum Fortificaret de suorum agmine.* Ibid. col. 1131: *Ad accendendum et Fortificandum eos in prælium.*

**FORCELLETUM**, Munitionula, castellum, Petit Fort, Forcelet, in 1. Statuto Westmonasteriensi cap. 17. *Forcelet*, apud Brittonem cap. 20. *Fleta* lib. 1. cap. 20. § 119: *De his, qui fugaverint averia ad castra vel Forcelleta, et ea ibi detinuerint.* Adde lib. 2. cap. 47. § 1. et Knyghtonum ann. 1342. pag. 2581. *Forciletum*, eidem Knyghtono ann. 1342.

† **FORTICULUM**, Eadem notione. Processus de S. Catharina Senensi apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 1265: *Eidem Virgini (Catharinæ) quoddam Forticulum modicum extra civitatem Senarum constitutum pro edificando uno Monasterio tradidit.*

**FORTALITIUM**, Munitio, arx, castrum, nostris, Fort, Forteresse. Wil. de Podio Laurentii cap. 85: *Ut eis Fortalitia tradebantur, et ad eam dabant obsides voluntatem.* Chronicon incerti auctoris, editum a Catello, ann. 1226: *Consules occurrebant, et Regi Fortalitia tradebant.* Elinhamus Prior de Leuton, in Gestis Henrici V. Regis Angli. ann. 5:

Ad Fortalitiæ faci mrique cacumen,  
Hostes portabant dolia, ligna, petras.

Occurrit non semel apud Ericum Upsaliensem in Hist. Suecor. [Charta ann. 1312: *Ponere (vexillum) in turri seu Fortaliti dicti castris. Domus Fortalitiæ*, in Charta Guidonis Abb. ann. 1200. tom. 1. Macer. S. Barbaræ Lugdun.]

**FORTALITIA**, Eadem notione, occurrit passim in Hist. Cortusiorum lib. 1. cap. 15. 18. lib. 5. cap. 3. lib. 7. cap. 18. etc. apud Sanutum lib. 2. part. 2. cap. 6. etc.

† **FORTAREZA**, in Charta ann. circ. 1173. tom. 3. novæ Gall. Christ. inter Instr. col. 1074.

† **FORTARICIA**, Chron. S. Medardi Suession. tom. 2. Spicil. Acher. pag. 791: *Anno 1210. muri et Fortaricia Ecclesiæ S. Medardi facta sunt.* Occurrit etiam apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 498.

† **FORTECIA**, Regimina Paduæ ad ann. 1336. apud Murator. tom. 8. col. 442: *Fecit unam magnam Forteciam et ibi stetit cum toto suo exercitu.* [\* Pactum ann. 1126. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 442: *Hæc duo castella dono vobis cum ipsis suis Forteciis, quæ ibi hodie sunt, et in eorum terminis factæ fuerint.* Fortesle sæpius, pro Forteresse, in Lit. ann. 1361. ex Memor. D. Cam. Comput. Paris. fol. 45. v. et 46. r. Fortresche, in Ch. ann. 1340. ex Chartul. 23. Corb.]

† **FORTEDA**, Sponsalium Adalmodis Comitissæ ann. 1056. in Append. ad Marcam Hispan. col. 1109: *Dono tibi omnia castra et castella et Fortedas quæ in prædicio comitatu sunt vel erunt.* Adde coll. 1153. 1154. 1158. et 1160.

† **FORTELESIA**, in Charta ann. 1239. apud Thomasserum in Biturig. pag. 86.

† **FORTELCIA**, apud Duchesium Hist.

Norman. pag. 1055. D. Brussel de Feud. usu tom. 1. pag. 384. et Murator. tom. 12. ex Chron. Domin. de Gravina col. 568.

† **FORTELLICIUM**, in Charta Caroli Reg. Franc. et Siciliae ann. 1497. et in altera Johanna Reginae Siciliae ex Cod. MS. Bibl. Coislin.

† **FORTELLITIA**, in Actis SS. Maii tom. 5. pag. 378.

\* **FORTERA**, Eadem notione. Charta ann. 1161. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 579: *Ita ut deinceps ipsum castrum, neque Forteram seu Forteras, quæ amodo ibi erunt, vobis non auferamus.*

**FORTERESCIA**, [FORTERESSIA.] [\* Annal. Victor. MSS. ad ann. 1304: *Flandrenses autem astute fecerant quasi munitionem de suis curribus et quadrigis.... Franci plures de Flandrensis occiderunt, et adhuc plures occidissent, nisi fuisset præfecta Forterescia de curribus.*] in Tabul. Fossatense fol. 36. [et in Litteris ann. 1220. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 880: *Theobaldus Comes Campaniæ tradidit mihi castrum Portuense, Forteresciam scilicet et proventus Forteresia*, apud Rymer. tom. 8. pag. 410.]

\* **FORTESA**, FORTEZA, Parl intellectu. Pactum ann. 1111. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 379: *Castrum Appamiarum cum Fortesa, et Fortesas quæ modo ibi sunt, etc.* Forteza, in Homag. ann. 1132. ibid. col. 454.

\* **FORTESIA**, FORTESSIA, Eadem acceptione, in Charta ann. 1124. ibid. col. 427. et in alia ann. 1126. col. 432.

\* **FORTETIA**, Eodem significato. Charta ann. 1231. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hist. Sicul. Bonincont. pag. 152: *Item promiserunt et juraverunt dare castrum Camparenæ et suas Fortetias et munitiones omnes cum garnimentis.*

\* **FORTHEROTIA**, Idem Charta Guillel. dom. Salonis ann. 1231. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 18. v: *Accepti... feodum domus et Fortherotia et fossatorum et pertinentiarum domus domini Bartholomei de Villacomitis.*

† **FORTERIA**, vel **FORTERIUM**, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 1003.

† **FORTIALITIUM**, in Charta ann. 1232. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 32.

† **FORTICIA**, in Annal. Genuens. Bartholomæi Scribæ lib. 6. ad ann. 1229. *Fortitia*, alibi non semel.

† **FORTILICIA**, apud eundem ad ann. 1227. et alibi. *Fortilicium*, ad ann. 1249. in Chron. Andr. Danduli, et apud Rymer. tom. 13. pag. 95. 96. etc. Vide *Fortilecia*, suo loco.

† **FORTILIGATUM**. Litteræ ann. 1523. apud Rymer. tom. 13. pag. 797: *Castra, maneria, Fortiligata, etc.*

**FORTITIUM**, Arx, castrum, Fort. Testamentum S. Fulcranni Episc. Lodovensis: *Et in villa, quam dicunt Fodinas, Ecclesiam, quæ fundata est in honorem S. Mariæ, cum ipsa turre, et cum ipsis Fortitiis, quæ modo sunt, et in antea erunt.*

**FORTITUDO**, Castrum, munitio. Will. de Podio Laurentii cap. 46: *Interceptis subito excubiis illam Fortitudinem occuparunt.* Tabularium Lascurrense, apud Marcam lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 15. n. 1: *Tulit illum honorem de Murel S. Mariæ cum Fortitudine sua, et tenuit eum in vita sua.* Charta ann. 1125. apud Catellum in Comitibus Tolosan. pag. 188: *Excepta medietate civitatis de Avionone, et de castro et Fortitudinibus, quæ ibi*

sunt, vel erunt de territorio, etc. Adde Vitam S. Anselmi Lucensis Episc. n. 71. [Bartholom. Scribam lib. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1227. Bullam Innocentii VI. PP. ann. 1256. apud Ludewig. tom. 6. pag. 16. etc.]

\* Hinc Mittere in fortitudine, pro munitionibus sepere, in Charta ann. 1145. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 511: *Duas itaque villas, Savaha et Pederlas, laudo et concedo supradicto abbati Bernardo, ut mittat illas in fortitudine in loco sibi congruenti, et provideat supradictus abbas et ejus successores, ut non exeat mihi guerra nec successoribus meis.* Vide in Fortia.

† 4. FORTIA, Exercitus, Copiæ, Gall. *Troupes, Forces.* Ottoboni Scribæ Annal. Genuenses lib. 3. ad ann. 1196: *Quum videret se eos minime posse de campo et castris eradicare... retraxit se cum militia sua et Fortia.* Ogerii Panis idem Annales ad ann. 1197: *Cum Pisanis confederaverunt et cum Fortia sua per terram et mare clam, Januensibus ignorantibus, castra Portus-Veneris hostiliter invaserunt, et burgum impugnaverunt.*

\* 5. FORTIA, Tributum, vectigal, quod per vim exigitur. Charta Raim. Trencavel. vicecom. Biter. ann. 1163. ex Chartul. Gemund.: *Concedo... ut ex sale, quod ad proprios usus domus præfati monasterii transportabit, in omni terra mea leoda vobis non requiratur, neque pedaticus vel Fortia, neque omnino alius usaticus.* Vide supra Fortia.

\* 6. FORTIA, Auxiliaris manus, Gall. *Main-forte, secours.* Stat. Cadubr. lib. 3. cap. 63: *Suo posse dando hominibus et communi... ad malefactores capiendos auxilium, favorem et Fortiam efficacem.* Stat. Astæ collat. 1. cap. 1. pag. 7. rº: *Ego potestas Astensis juro... dare Fortiam et virtutem modis omnibus quibus potero, ad jus suum consequendum.*

\* 7. FORTIA, Fabrica ferraria. Gall. *Forge*; si tamen legendum non est *Forge*. Vide in hac voce. Inquisit. ann. 1238. in Access. ad Hist. Cassin. part. 1. pag. 388. col. 1: *Interrogatus a quo tempore accurarius excusat domum suam a præstatione gallinæ; dixit quod ab eo tempore, quo per se incipit exercere artem accurariæ et laborare ad Fortiam seu ad fucinam.*

\* 8. FORTIA, Ditio, Jurisdicatio, Ital. *Giurisdizione*, Gall. *Domaine*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 400: *Ordinamus quod si... aliqua singularis persona, una vel plures tempore alicujus rumoris... veniret vel intraret in Fortiam et districtum comunis bon. etc.... et tom. III. pag. 401: Statuimus et ordinamus quod aliqua terra districtus bonam Comitatus bon. quam Ymole per suam Fortiam aut districtum aliquem vel aliquos venientes tempore rumoris non permittat transire.* [FR.]

† FORTIAGIUM. Vide Forcagium.  
† FORTIALITIUM, FORTICULUM, FORTIFICARE, etc. Vide in Fortia 3.  
† FORTIFFICATIO, Munio, in Libert. villæ de Caslucio ann. 1368. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 287. art. 7.

\* FORTIFICARE, Firmare, roborare, Gall. *Fortifier*; dicitur de dolio vini exportando, quod fortius alligatur et compingitur. Arest. ann. 1372. ex Tabul. S. Joan. Laudun.: *Inhibuerat etiam ne quis in terminis dictæ pacis vasa vinum continentia, quod ibidem vendebatur, absque eorum licentia barrare, aut ad ducendum extra dictam pacem parare seu Fortificare, etc.* Aliis notionibus, vide in Fortia 3.

\* FORTIFICATIO, Iterata et validior vis. Annal. Victor. Mss. ad ann. 1378. ubi de Romanis petentibus ut nemo, nisi Romanus aut Italus, in papam deinde eligeretur: *Sed propter augmentum dictionum clamorum et Fortificationem percussionis ad portam, extimaverunt (Cardinales) ipsius subitam fracturam, et sic mortem jam propinquam ipsis imminere.* Vide alia notione in Fortia 3.

\* FORTIFICATUS, Recreatus, viribus confirmatus. Vita S. Gandol. tom. 5. Sept. pag. 712. col. 1: *Vexatus a dæmone super sepulchrum sancti pernoctavit devoto: et de mane Fortificatus non modicum, cum gaudio reversus est.*

\* FORTIFICIARE, Dicitur de veste, cui alter pannus inter assuitur, ut fortior sit. Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1524: *Pro factura duarum tunicarum de bleu velours, ... ac pro xix. ulnis panni linei rubri ad Fortificandos dictos habitus, vij. lib.*

† FORTIGIUM. Vide Forcagium.  
\* FORTILECIA, Arx, castrum. Charta ann. 1261. in parvo Reg. S. Germ. Prat. fol. 47. rº. col. 1: *Relinquit domum quandam, sitam apud Meledunum, juxta fossata Fortileciæ dictæ villæ.* Vide Fortia 3.

† FORTILICIA, FORTILITIUM, FORTILICATUM. Vide in Fortia 3.

\*\* FORTIM, Virgil. Grammat. pag. 72: *Adverbia, quæ in im syllabam mittuntur... ut caestim, Fortim.*

\* FORTINDA ECCLESIA, Charta inter Privil. Mss. ord. Præmonst.: *Quia occasione juramenti, quod de rebus ecclesiæ non alienandis te asseris præstitisse, in locis tui episcopatus, in quibus populi habitantes oratoris egere videntur, ne præteat novarum ecclesiarum commissio tibi ecclesia destitui videatur, ecclesias Fortindas (sic) erigere, etc. Mendum esse surpicio, sed emendare vix audeo; an Firmarias? in quibus scilicet presbyteri firmarii constituebantur.* Vide supra Firmarius.

FORTIOR, Major, ditior. Capitularia Caroli M. lib. 5. cap. 136. [\*\* 207]: *Comites Fortiores libram de argento aut valentem dent in elemosyna.* Adde Ad. dit. 4. cap. 143. Lex Longob. lib. 3. tit. 12. § 1. [\*\* Carol. M. 121.]: *Sive etiam nonnulli Fortiores vassi Comitum. Fortior bannus, multa major, in Capitul. Saxonum ann. 797. cap. 9. Ita Matth. 20. juxta veterem Versionem: Qui vult inter vos esse Fortior, sit vester ultimus. Vulgata habet major.* [Chronicon. S. Petri Vivi apud Acherium tom. 2. Spicil. pag. 715: *Ut Fortiora quoque et graviora, (negotia) dijudicaret. Fortiores Psalmi, id est, prolixiores in Regula S. Benedicti cap. 18.]*

\* FORTIOSUS, Munio, Gall. *Fort.* Comput. ann. 1363. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 256. col. 2: *Quod facerent bonam vigiliam nocturnam et diurnam, et loca minus Fortiosa in locis fortioribus se vellent reducere, etc.*

\* FORTIS, Munio, propugnaculum. Vide supra Fortialissa.

† FORTIS DOMUS, id est, munio, Gall. *Forteresse*. Charta Ludov. de Villariis Archiep. Lugdun. ann. 1305. Hist. Delph. tom. 1. pag. 21: *Creat et ordinat illustres viros dominum Joannem Dalphini Comitem Vapincensem et dominum Guidonem ejus fratrem, et quemlibet eorum in solidum, custodes et garderos Domus Fortis de Bechevelleyn... quod per se vel familiares suos quoscumque percipient et teneant, ut garderii et custodes ejusdem,*

*Domum Fortem cum omnibus ejus mandamento, territorio, seigneuria, jurisdictione, etc.*

\* Nostris etiam *Maison-forte*, Castrum Fossis vallatum cum dominio.

† FORTEM SE FACERE, Vadem sese præstare, Spondere, Gall. *Se faire Fort de, etc.* Chartular. Eduense ann. 1390: *Dictæ partes transegerunt et conventus habuerunt ad invicem super et de præmissis pro vitandis dissentionibus et litigiis in hunc modum; videlicet dictus Prior pro se manucapere et se Fortem Facere pro dicto Conventu suo, etc.* [\* Vide supra in Facere 16.]

FORTIS MONETA. Vide Moneta.  
\* FORTIS NIVERNENSIS, Monetæ species. Reg. Cam. Comput. in Bibl. reg. asservatum sign. 8406. fol. 147. rº: *Foris de Nevers de Philippe sont à xj. den. ob. d'argent le roy.* Vide in Moneta.

FORTIS POTIO, quæ inebriare potest, ut est apud Egleim in Vita S. Sturmii Abbatis Fuldensis, quomodo dicimus *Vin fort.* Vide Cerevisia.

\* FORTISIA, Munio, propugnaculum, castrum in Homag. ann. 1020. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 147. Vide in Fortia 3.

\* FORTISSIMUS, Durissimus. Vita Rob. reg. tom. 10. Collect. Histor. Franc. pag. 112: *A sancto Septuagesimo usque in Pascha, nulla usus culcita, frequenter eum suscipiebat ad jacendum Fortissima terra.*

FORTITAS, Virilitas, ἀνδρεία, in Gloss. Gr. Lat. Alibi: *Ἐνναότης, Fortitas, strenuitas.*

† FORTITER, Valde, multum, Gall. *Fort, Beaucoup.* Instrum. anni 871. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 555: *Erat terra Fortiter gelata.*

\* Ital. *Forte* et nostris *Forment*, eodem sensu. *De quoy nous deplest Forment*, in Lit. ann. 1371. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 392. *Fortablement* vero, per vim sonat, in Lit. remiss. ann. 1364. ex Reg. 96. Chartoph. reg. ch. 95: *Cellui Thibaut bouta et abati Fortablement a terre ledit Girardin.* Alia ann. 1459. in Reg. 188. ch. 130: *Lesquelz emmenoit Fortablement le bois du suppliant en sa présence contre sa volenté.*

† FORTITIUM. Vide in Fortia 3.  
† 1. FORTITUDO, Copiæ, Gall. *Forces.* Conventio anni 1163. apud Rymerym tom. 1. pag. 23. col. 1: *Et si rex Lod. in Angliam venerit... tam parvam Fortitudinem hominum secum adducet, quam minorem poterit.* Vide alia notione in Fortia 3.

\* 2. FORTITUDO, Auctoritas, potestas. Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. Script. Ital. col. 1078: *Imperator datur balia et Fortitudo faciendi justitiam sanguinis.*

† FORTIVUS, Fortuitus, Qui casu accidit. Epistola Caroli M. apud Mabill. tom. 4. Analect. pag. 813: *Fortitudinem vero, si consilio caret, Fortitudinem esse putandum non est, cum omnia inconsulte gesta Fortiva potius quam fortia soleant nominari.*

1. FORTUNA, Bona. In Lege Salica tit. 47. § 2. *Super Fortunam suam ponere, tit. 52. § 2. A ses perils et Fortune*, id est, sub pœna amissionis bonorum. Ita *Fortunas*, pro facultatibus et bonis usurpant leg. 123. Cod. Th. de Decurion. (12. 1.) leg. 20. de Bonis proscript. (9. 42.) [Eadem notione utitur Cicero alique purioris Latinitatis Scriptores.]

† Fortuna tit. 53. Leg. Sal. mox laudato pro facultatibus et bonis usurpatur, ut cuique legenti obvium erit;

in alio vero pro quavis fortuna sive eventu bono vel malo accipienda hæc vox: adeo ut *super Fortunam suam ponere* idem sit quod Rem suscipere suo periculo, et quidquid boni vel mali evenit, ferre; quo significatu occurrit in Statutis Massil. lib. 3. cap. 5: *Constitutum quod si quis alicui aliquod mutuum fecerit vel faciet portandum in aliquod viagium, ad Fortunam vel riscum ipsius mutantis*, Gall. dicimus, *Aux risques et Fortunes*, etc.

2. **FORTUNA**, Thesaurus inventus: nam, ut ait Lex 63. § 1. D. de Acquir. rer. domin. (41, 1.) et ex ea Bracton. lib. 3. tract. de Corona cap. 2. § 4: *Thesaurus, Fortunæ donum creditur. Thesaurus ducente Fortuna reperire*, in leg. 3. Cod. Th. de Thesaur. (10, 18.) Epist. 561. ex Francicis tom. 4. Hist. Franc.: *Unde mandamus vobis, ut Fortunam, sicut inventa fuit, infra 15. dies nos habere faciatis*. Mox, pecunia sublati dicitur. Tabularium Monasterii Deip. Santon. fol. 25: *Si Santonis fuerit inventum aurum vel argentum, aut Fortuna, Comes habet inde medietatem, et qui invenerit, aliam*. Charta ann. 1080. in Tabular. Vindocin. n. 370: *Vicaria autem et forisfortium omnium emendationes et Fortunæ, nostræ erunt omnes*. Charta ann. 1334. apud Dion. Salvaingum Boissium in Tractatu de Placito dominico pag. 28: *Item jus suum nemorum, si quæ sint, aut inventiantur, et etiam quartam bestiarum ferarum, etc.* [Instr. ann. 990. ex Archivo Montis S. Michaelis: *Conon Britannorum Princeps dedit Deo et S. Michaeli, etc. Sed si aliquis deforis homicidium fecerit super inhabitantes, aut ipsi super alios, sit Comitibus bannum, et raptum, et incendium, et inventa Fortuna, aut Silvicæ bestie captæ.*] Vide tom. 1. Monast. Anglic. pag. 298. Stabilimenta S. Ludovici lib. 1: *Nus n'a Fortune d'or, se il n'est Rois. Et les Fortunes d'argent sont aus Barons, et à ceus qui ont grans Justices en sa terre. Et se il avenoit, que aucuns homs qui out voirie en sa terre, trouvast sous terre aucune trouvaille, elle seroit au vavasor, à qui la voirie de la terre où la trouvaille fu trouvée.* Et infra: *Fortune, si est quant elle est trouvée dedans terre, et terra en est effondrée.* Vide Consuet. Andeg. art. 61. et Cenoman. art. 70. et infra in Sacrobarrā, ubi Spelmanus Fortunam, fortuito occisos interpretatur, nescio quo vade.

3. **FORTUNA**, Maris tempestas. Bernhardus de Breydenbach Itiner. Hierosol. pag. 14: *Nisi forsitan tempestas maris, Fortuna appellata, id faciendum persuaderet*. Bartholom. Scribæ Annal. Genuenses ad ann. 1242: *Continuo valida Fortuna maris, et venti, et pluvie regnare cœperunt per dies viginii et ultra, ita quod de portu Januæ exire nullatenus potuit*. Ibidem: *Quam cito potuit, et maris Fortuna cessavit, vit cum galeis suis in provinciam, ut salem adduceret in Savonam*. Idem ad ann. 1244: *Circa mediam noctem validissima Fortuna maris et temporis fuit in portu Januæ, ita quod multæ naves iverunt in terram, etc.* Eadem notione Fortune usurparunt veteres Galli Scriptores. Guillelmi Archiep. Tyriensis continuata Hist. Belli sacri apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 743: *En cel an (1269.) dut passer le Roi d'Aragon en Surie, et monta sur mer il et ses os, et quant vint au quart jor une Fortune grant le pris et rompi sa nave, et quant il vit ce, si s'en retourna arriere au port... ne oncques puis ne veut monter sur mer par la paor qu'il out de la For-*

tune et por l'amor de sa mie dame Be-rangiere. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. voce Φορτοῦνα, col. 1691. et mox Fortunale.]

4. **FORTUNA**, Sumptus fortuitus, insolitus, Gall. *Dépense extraordinaire*. Lib. pension. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Celleraria etiam prædicta exposita est Fortunis regum, principum ac reginarum ad ipsum monasterium declinantium, ac cardinalium et legatorum et nuntiorum sedis apostolicæ, etc.* Rursum ibid.: *Celleraria etiam exposita est Fortunæ temporis vocationis ipsius monasterii, quo tempore consueverunt consumi; qua propter hoc magnas summas pecuniarum oportuit mutuo suscipere. Fortune, nonnumquam, idem quod Casus adversus, infortunium, damnum sonat. Charta Caroli VI. reg. Franc. ann. 1416. ex Chartul. episc. Carnot.: *Par le fait des guerres et mortalités, qui se sont subve-nues en ladite ville, ils n'ont peu paier icelle rente à nostre amé et féal conseiller l'evesque de Chartres... lequel pour considération desdites Fortunes et mortalités, etc.* Fortune de feu, in Stat. ann. 1363. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 668. *Cas fortunel*, dicitur de eo, quod casu et fortuito accidit. Lit. remiss. ann. 1387. in Reg. 131. Chartoph. reg. 84: *Requerans que comme ledit cas soit Fortunel, et non de fait appensé, etc.* *Pellit demande grace pour ce cas Fortunel avenu en esbatement*, in aliis ann. 1389. ex Reg. 138. ch. 131. *Fortuneusement*, Fortuitu, infeliciter, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 43: *Fortuneusement icelle femme fu atteinte du baston par la teste, etc.**

**FORTUNALE**, Ut Fortuna 3. Miracula B. Simonis Erem. August. April. tom. 2. pag. 827: *Dicta navis ex Fortunali et periculo periculavit et suffocavit in mari.*

\* Vox Italica, Procella, tempus turbulentum. Hinc *Fortunal*, pro *Tempête*, apud Rabelais. lib. 4. cap. 18. Vide mox Fortunosus.

**FORTUNARE**, Periculis obijcere, Gall. *Risquer, hazarder*. Charta ann. 1386. apud Rymer. tom. 7. pag. 451. col. 1: *Nolentes ipsis ligeis nostris, qui corpora sua in tantis periculis pro nostro honore viriliter Fortunarunt, aliquo colore injuriari*. Ibidem pag. 571. col. 1. in Litteris ann. 1388: *Et similiter præfatus Mathæus... se Fortunare voluerit, ratione guerræ et periculorum maris*. Et infra: *Quodque plures gentes... ad transeundum versus villam Calesti se Fortunare non audeant.*

\* **FORTUNATISSIMUS**, Epitheton Philippi Augusti Regis Francorum, in Obi-tuar. Ms. eccl. Ambian. ad 12. Jul.: *Obitus magistri Rogeri de Furnivalle medici regis illustris Franciæ Philippi Fortunatissimi, etc.* Et ad 14. Jul.: *Obitus illustris Francorum regis Philippi Fortunatissimi.*

\* **FORTUNIA**, Thesaurus inventus. Charta Hugon. dom. Bre-carum ann. 1177. in Chartul. Cluniac. ch. 325: *Si homines monachorum aliquam Fortuniam in confinio d'Arc invenerint, inter monachos et homines per medium partietur*. Vide Fortuna 2.

**FORTUNIOSE**, Feliciter. Barthius in Glossario ex Guiberti Hist. palæst.

**FORTUNIOSUS**, Fortunatus, Felix. Idem Barthius ibidem ex eodem fonte.

1. **FORTUNIUM**, Ugutioni, Prosper eventus, et dicitur a fortuna. Eckehardus Junior de Casib. S. Gallis in Proemio: *Operæ pretium putantibus cum infortunis tradere Fortunia*. Infra: *Alii veritati ni-*

hil parcentes, Fortunia et infortunia quomodolibet erant, edixerant. Idem cap. 3: *Multa bonis et malis aut Fortunia prædixit aut infortunia*. Quandoque pro quavis fortuna, bona aut mala. Idem cap. 5: *Nescio, quo loci Fortunio*. Cap. 15: *Ut cæteros relinquamus, et nostra Fortunia tangamus*. [\*] *Sub ipsorum proprio Fortunio... Dunam ascenderent*, in Epist. Johan. Archiep. Rigens. c. ann. 1190. apud Lappenb. Init. Hanseat. pag. 149.]

2. **FORTUNIUM**, Hastiludium, torneamentum. Matth. Paris ann. 1241: *More militari, quoddam hastiludium, quod vulgari-ter Fortunium, imo potius Infortunium appellatur, ad virtutum ceperat et exercuit experimenta*. Et infra: *In contemptum meum ipsi torneamento interfuiti, et sophisticè illud Fortunium appellasti*. Chron. Theokesburiensis Monasterii in Anglia: *Fortunio belli ante fratrem suum decessit.*

\* **FORTUNOSUS**, Tempestuosus, procellosus, Italis, *Fortunosus*. Steph. de Infestura Ms. ubi de Innoc. VIII. PP. ad ann. 1490: *In Urbe nunquam visus fuit aer ita turbidus, ita Fortunosus, sicut fuit ille: nam aliquando pluebat, aliquando ningeat, ventis semper afflantibus cum magno frigore, et cæcitate seu obscuritate*. Vide supra Fortuale.

† **FORVA**, Equa, in Glossario MS. Bituric. Vide *Forba*, quod pro *Forda*, Bos prægnans scriptum fuisse ibi dicitur est.

**FORVENGE**, Quietum esse de *Forvenge*, in Monastico Anglic. tom. 2. pag. 387. Vide *Forfang*.

† **FORIFORMES**. Ode de laudibus Philosophiæ in Catalogo librorum Septentr. H. Walei pag. 184:

Ad mensam Philosophiæ sitientes currite  
Et saporis tripartiti septem rivus bibite  
Uno fonte procedentes non eodem tramite.

...  
Avis septem Foriformes Athenis materiam  
Nacte hoc liquore totam irrigantur Græciam,  
Que redundans infinita fluxit in Esperiam;  
Non tamen sine ductore vel tuto remigio  
Quia navem gubernantes Maro atque Cicerio,  
Centum nautas adsciverunt quisque suo studio.

*Foriformes* videtur esse vox ibrida formata ab augmentativa præpositione for vel fore Saxonica: quæ, inquit Somnerus, exponitur plerumque per præpositiones, Per, Præ, Dis, Ultra, Pro, Ante, etc. atque etiam per superlativum. Hinc Saxonice fore-mærest, Stre-nuissimus. Hoc modo *Foriformes* dicerentur quasi Forma præcellentes, Formosissimæ. Quæ sint istæ *Septem aves* (hic enim *Avis* pro *Aveis*) ignoro, nisi forsitan figurate per eas septem Græciæ Sapientes intelligantur, per quos tota irrigata Græciæ, redundans infinita fluxerit in Hesperiam, id est, Italiam. [\*] *Septem artes*.]

\* **FORULARE**, in Constit. Jacobi reg. Sicil. cap. 45. pro *Foculare*, Domus. Vide in hac voce.

**FORULUS**, Vagina, nostris *Fourreau*. Papias: *Foruli, thecæ vel cistæ librorum, tabularum, vel aliarum rerum, ut spatæ, dictæ, quod deforis tegant*. Gloss. Lat. Gall.: *Forulus, Bourse, Escripitoire, Fourrel*. Willelm. Britto lib. 12. Philipp. pag. 242:

Francorum gladios nimia jam cæde rubeantes  
Vix Foruli agnoscent.

Infra:

... vel absconsi Forulis prægnantibus æris.

Gervasius Dorobern.: *Comites et Barones cereos ferant, et regium gladium in*

*Forulo. Chronicon Casauriense lib. 4: Monachi S. Clementis nituntur illud, ad quod est impossibile, et volunt duos enses in unum Forulum mittere. Feurre, Scriptoribus nostris mediæ ævi. Le Roman de la Maremarastre MS: Se il copa le chief, et puis resna s'espée, et le mit arriere en son Feurre. Infra: Votre fieux a ja l'espée sachie hors dou Fuerre pour vous couper le chief. Will. Guiart. ann. 1297:*

Il gietent les mains aus espées,  
Qu'en l'eure des Feurres estortent,  
Et aus autres bastons qu'ils portent.

Georg. Castellanus in Hist. Jacobi Lalandi cap. 94: *Deux espées, l'une ceinte qui ait le Feure tranché jusques à renges, l'autre attachée en son escu. Occurrit iterum cap. 95. et in Assisiis Hierosol. MSS. cap. 94. et aliis Scriptoribus passim.*

1. **FORUM**, Nundinæ, feriæ, Foires. Charta Lotharii Imperatoris, filii Ludovici Pii, in Tabulario Ecclesiæ Viennensis fol. 4: *Quia Agilmarus venerabilis Archiepiscopus ad nostram accedens Majestatem, retulit, quod in pago Lugdunensi, in villa scilicet, quæ vocatur Pavanianis, super proprium suum, quoddam Forum, publicumque construere et convocare vellet mercatum, deprecans, ut ei illud concederemus, quod inde ad jus publicum exigere poterat. Henricus Aquilonipolis de Lubecanæ Urbis primordiis lib. 1. cap. 5:*

Bis Forum in hebdomada statuit generale, etc.

Leges Burgorum Scotior. cap. 40: *Mercator sive institor, qui habet stallum coopertum in die Fori, vel botham in Foro die Fori, dabit obolum pro consuetudine et custodia sua. Adde Statuta secunda Roberti I. Regis Scotiæ cap. 82. Charta Alan. Episcopi Autissiodorensis: Justitia Episcopi est; Forum et theloneum Episcopi est, quidquid de Foro exit, et justitia de omnibus hominibus, qui venerunt, infractura castri, et rapina, et incendium, Episcopi est. Thwroczius in Bela I. Rege Hungar. cap. 45: Iste enim omnia Fora die Sabbati constituit, pro vendendo et emendo. Etiam usurpant Consuetudines villæ de Regula apud Labbeum tom. 2. Bibl. pag. 744. Innocentius III. PP. lib. 13. Epist. 95. etc. Vide Mercatura.*

**FORUM**, pro pretio rerum venalium, quo scilicet in foris seu nundinis distrahi solent, *Le Prix du marché*: in Statutis Gildæ Scotiæ cap. 22. § 2. in Itinere Camerarii Scot. cap. 7. § 3. et in Statutis Davidis II. Regis Scotiæ cap. 96. § 1. [Litteræ Philippi III. Reg. Franc. tom. 3. Ordin. pag. 61: *Cum omnibus emolumentis inde provenientibus, nec non Foris et pretiis carnium, galinarum et aliarum rerum venalium. Ordin. Caroli Johannis reg. Franc. primogeniti ann. 1356. ibid. pag. 108: Quod victualia eis vendantur et tradantur ad rationabilem Forum juxta temporis qualitatem. Statutum ann. 1320. tom. 2. pag. 579: *Sis vings harena au Feur ou len le vent.*] *Prix et Fueur*, in Consuetud. Pontivensi art. 84. Vide Foragium, Forus 1. Affragium.*

\* Hinc *Fuer*, Pretium seu forum iis indicare, in Charta Joan. Attrebat. comit. Augi pro commun. S. Valer. ann. 1376. ex Tabul. S. Vulfr. Abbavil.: *Item le maire et les eschevins pourront Fuer en la ville au pain, au vin, à chairs et à autres denrées par l'assentement de nostre bailliy, et non autrement.*

† **FORUM BONUM**, Vile pretium, Gall.

*Bon marché. Vita B. Coletæ, Martii tom. 1. pag. 567: Gloriosis Martyribus, qui in regno Dei possident gloriam immensam, contulit altissimus gratiam et Bonum Forum; nam brevissimo tempore tosti.... ad caelos migraverunt. Menoti Sermones fol. 115. vº: Elle n'en aura pas si bon marché: Non habebit tam Bonum Forum. Et fol. 168: O pauperes mundani, qui pro lucrando denario seu liardo venditis animas vestras diabolo. Las! Deus non habuit tam Bonum Forum; quia plus constitit ei.*

† **FORUM HABERE, FACERE, PACISCI**, de pretio convenire, Gall. *Faire marché, convenir du prix. Consuetud. Brageriac. art. 124: Si quis vina sua in domo seu penu alicujus burgensis posuerit, Foro aliquo inter dominum dicti vini et dominum dictæ domus non habito neque facto, dominus dicti vini dabit et solvet pro salario cujuslibet tonelli vini, quatuor solidos, et duos solidos si sit pipa.*

**FORUM**, Merces ipsa, quæ in foro et nundinis venum exponitur. Radevicus lib. 3. cap. 26: *Si mercator Teutonicus civitatem intraverit, et emerit mercatum, et portaverit ad exercitum, et carius vendiderit in exercitu, Camerarius auferet ei omne Forum suum, et verberabit eum, etc.*

† **FORUM**, f. Decima pretii rerum quæ in foro distrahuntur, vel mercium ipsarum quæ venum exponuntur in foro et nundinis. Charta Boleslai Ducis Bohemiæ pro Monasterio Breunoviensi ann. 993. apud Ludewig. tom. 6. pag. 49: *Et in civitate quoque Pragensi donamus decimum Forum, et decimum denarium de judicio, decimum hominem captivum, et triginta animatores eorumque posteritatem.*

**FORUM**, seu *Villa Forensis*, quæ jus nundinarum habet. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 66. § 2: *Non liceat castrium, Forum, seu villam Forensem, nisi unum miliare ab alia distet, construere.*

**FORUM** Eadem notione, et pro facultate manendi in urbe. Charta Odonis Ducis Burgundiæ ann. 1206. apud Perardum pag. 299: *Alienigena quisquam, si in villa manere veniat, nulli domino, donec ipse voluerit, compellitur famulari: et si forefactum incurrat aliquod, amobrum tenetur exequi justitiam Dominorum, donec alicui Domino se commendet, nec eidem liberum villæ Forum conceditur, donec per annum et diem in ea fecerit mansionem; et si tunc demum Forum velit requirere, et annalia villæ ritus executus fuerit, sibi villæ Forum conceditur, in hunc modum, quod Præposito sextarium vini, et Majori sextarium, et duobus villæ vantariis pro rei laudatione et concessione 2. denarios tenetur exhibere, etc.*

2. **FORUM**, pro Commeatu, seu cibariis ad alimoniam exercitus, aut plurimum, vel etiam privati alicujus. Chronicon Reicherspergense pag. 263: *Addidit, si Imperator obsides mitteret, transitum sibi per brachium S. Georgii et Forum concederet. Alibi: Hilari vultu eos excipientes, Forum pro posse suo exercitui ministraverunt. Odo de Diogilo lib. 1. pag. 13: Alemannorum et Hungarorum etiam Reges de Foro et transitu requisivit. Lib. 2. pag. 21: *Quidam ex parte Regis de securitate sui regni juraverunt, et ipsi Forum idoneum, concambium competens... sacramento simili firmaverunt. Ex mox: In hac (terra) pro voto nobis fuerunt Forum et concambium. Gesta Ludovici VII. Reg. Franc. cap. 14: Non est ibi carum Forum rerum venalium, quia satis de bladis et vinis et rebus aliis necessariis per mare**

*navigio advehunt mercatores. Monachus Florentinus de Expugn. Acconensi:*

Ergo postquam inclytus Princeps Romanorum, Intraivit monarchiam Regis Uagorum, Ubertatem omnium dat Rex atque Forum.

Chron. Sicardi Episc. apud Murator. tom. 7. col. 610: *Dedit itaque Soldanus obsides, dedit et Forum et victualia equorum. Radulphus de Gestis Frider. I. Imperat.: Postea inierunt pactum, et dederunt eis bonum Forum, sed porrigebant cum funibus in canistris et paneariis. Vide Fodrum.] Adde Tagenonem Pataviensem, et alios. Le Roman de Vacce MS.:*

De tout le lor rien ne demande,  
Fors le Marchié de la viande.

Hinc *facere bonum Forum*, nostris *Faire bon Marché*, apud Mich. Scotum lib. 4. Mensæ Philos. cap. 16.

† 3. **FORUM BURSÆ, FORUM PER BURSAM**, apud Normannos dicebatur jus, quo consanguinei fundum extraneo venditum recuperare sibi que asserere poterant, numerato convento pretio, antè elapsum venditionis annum. Inquesta per Magistrum Ricardum facta auctoritate Philippi Regis Franc. de jurisdictione Becensis Monasterii: *Matthæus de Brayo habens 60. annos... requisivit utrum vidit dictos Religiosos utentes de placito ensis in altiis casibus, dicit quod sic, videlicet de brevibus, de dote, de maritaggio impedito, de fraragio, de Foro Bursæ et de clamore harou, de sanguine, et plaga. Similia habentur infra, ubi et pro Foro bursæ, legitur etiam Mercatum bursæ. Item inferius: Petrus Fessarde, juratus et requisitus dicit, quod placitavit in curia ditorum Religiosorum... de Foro revocando per Bursam per Robertum de Douvre, a quo Guillelmus de Sur petebat habere Forum per Bursam, et obtinuit dictus Guillelmus contra Robertum antedictum in foro supradicto. Charta ann. 1257. in Chârtular. S. Vandreg. tom. 1. pag. 304: *Cum contentio esset inter me Radulphum le Braisier ex una parte et Richardum Boutevilain de Gliscort ex altera super unam masuram quam emeram a Simone dicto Flori, quam dictus Richardus volebat habere per Bursam. Hanc revocationem per bursam Practici vocant Clameur de Bourse: de qua Consuetud. Andegav. art. 370. 371. Cenoman. art. 380. 381. Blesens. art. 200. ubi, Venir entre la Bourse et les deniers.**

\* Scacar. S. Mich. ann. 1278. in Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 39. rº. col. 2: *Il est accordé par le roy et par son conseil... que quiconques desornavant voudra retraire marchié par bourse en Normandie, sitost comme il sera conneu au lignage, il paiera tantost l'argent; ou ce se non, il n'en sera plus oiz. Vide infra Retractor per bursam.*

† 4. **FORUM VINI**, Jus domino competens pro vino a subditis distrahendo. Charta Ingelranni III. Codiciacensis domini ann. 1207. in Instrum. Hist. Codiciac. pag. 166: *Forum vini quod Castellano debebatur, et stallagia sotulariorum, et segniatam piscatorum, circadam etiam nemorum et aquæ custodiam: hæc omnia eis quitta clamavimus. Vide Foragium et Feraticum.*

5. **FORUM POENITENTIÆ**, quod vulgo *Forum conscientiæ* dicimus. Testamentum Jacobi Regis Aragon. ann. 1272: *Item volumus, quod omnes tortis sive injuriæ nostræ, quibus obnoxii tenemur, et vere apparuerint, restituantur per dictos manumissores nostros... secundum Deum*

et *Forum pœnitentiæ*. Id est, quomodo pœnitenti ea restitutio a Confessario injungeretur. *Forum Pœnitentiale*, in Bulla Innocentii III. Papæ in Tabul. Abbatiae Barbellensis ch. 36.

† **FORUM ANIMÆ**, pro *Forum pœnitentiæ*, legitur apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 247. in Testamento supra laudato Jacobi Regis Aragon.

**FORUM CONFSSIONIS**. Chronicon Andrense pag. 628: *Super quibusdam secretis in Foro Confessionis eo consulto.*

6. **FORUM BASILICÆ**, Atrium, ni fallor, vel *Navis*. Vetus Inscriptio Christiana: *Domino juvante Felix Eps Dei famulus Forum Basilicæ beati Martyris Stephani musico et marmoribus decoravit.*

7. **FORUM FORAGERIUS**. Notitia ann. 1015. apud Loissellum in Hist. Bellovac. pag. 248: *Præterea Episcopus Comiti medietatem Fororum et Forageriorum, ut accipiat in potestate prandium non amplius in toto anno quam unum. Ubi Forum videtur idem quod Fodrum, vel Procuratio.*

\* **FORUNCULUS**, pro Furunculus. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Floyronc, Prov. hulcus, ignatum, Forunculus. Vide Furundum.*

1. **FORUS**, Idem quod *Forum*, Nundinæ, *Mercatum*. Jo. de Janua: *Forus etiam est, ubi res venduntur.* Gloss. Gr. Lat.: *Ἄγορά, ἡ τῶν ὀνίων. Ἄγορά, ὁ φόρος, hic Forus.* [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 1690.] [Litteræ Petri Duc. Borbon. ann. 1345. tom. 3. Ordin. Reg. pag. 155: *Dictis spuris sive bastardis legitimaciones, necnon consulatus de novo, nundinas Forosque, furchas, habentibus omnimodam jurisdictionem concedendo, etc. Vide Forus 3.]*

**FORUS**, Pretium mercis, rei, quæ venum exponitur. Concil. Sussionense ann. 744. cap. 6: *Ut per omnes civitates legitimus Forus et mensura fiat, secundum abundantiam temporis.* Charta Libertatum oppidi S. Palladii in Biturigib. ann. 1279: *Non poterimus ponere vinum dicti banni ad carius Forum, quam fuerit carius vinum, quod venerit in vineis dictæ villæ illo anno, etc.* Hinc nostris Formula: *Faire bon marché.* Lex Vervini ann. 1233. art. 32: *In villa, cum mihi placitum fuerit, Forum statuum, i. pretium.*

2. **FORUS**, seu **FORI**, Lex vel Consuetudo municipalis, Hispanis *Fuero*. Glossæ MSS.: *Fori, edicta regalia.*

Marca lib. 5. Hist. Beneharn. cap. 2. n. 12. *Foros* appellari putat, non tam Consuetudines municipales, quam ipsum jus publicum et privilegia, quibus utuntur civitatum incolæ, cum ea, quæ contractus, successiones, testamenta, et formulas judicarias spectant, *Usaticorum* et *Morum* appellatione videantur donari in veteribus Chartis. Vix est tamen ut in hanc sententiam pedibus eam, cum hæ voces synonymæ sint, ac unum idemque sonent. Proinde *Foros*, Gothice appellatas potius censuerim Consuetudines municipales, quod jura contineant, quibus in *Foris* seu *Judiciis* uti licet. Michael del Molino in Repert. Foror. Arag.: *Fori Aragonum dicuntur Leges, quia Legum dispositionem Fororum vocabulum comprehendit.* Infra: *Fori Aragonum dicuntur Statuta.* Sed et *Forus*, pro *Forum*, seu loco judicario, dictum observat Joannes de Janua. Unde Græcismus:

Causatur, vendique *Forus*, signatque foramen, Inveniesque *Foros*, datæ carina *Foros.*

Charta ann. 1170. ex Tabulario Regio Pampilonensi apud Oyhenartum in No-

titia Vasconiae lib. 1: *Ego Infans Garsia Rex Navarræ dono et concedo vobis omnibus hominibus, qui populatis Villam Vetulam... talem Forum, et tales usaticos, quemadmodum habent homines de Stella et de Ponte Reginæ in omni judicio et Foro, etc.* Concilium Coyacense ann. 1050. cap. 13: *Et confirmo totos illos Foros cunctis habitantibus in Legionem, quos dedit illis Rex Dominus Adefonsus.* Lucas Tudensis æra 1058: *Adelfonsus... repopulavit Legionensem urbem... et dedit bonos Foros et mores.* Idem æra 1065: *Sancius Burgensium Dux dedit bonos Foros et mores in tota Castella.* Et pag. 109: *Obtinuit, ut corrigeret, mores et Foros Legionensis civitatis.* Vetus Charta Hispanica apud Michaellem del Molino in suo Repertorio: *Hæc est carta de Foros et usaticos, etc.* Vide Observantias Regni Aragon. lib. 6. tit. Interrogat. § 11. Alphonus II. Rex Aragon. apud Blancam pag. 594: *Scio, quod in Castella, in Navarra, et in aliis terris, solent venire Jaccam per bonas consuetudines et Fueros ad descendos eos et ad loca sua transferendos.* Alia æra 1158. apud eundem pag. 640: *Dono vobis Fueros bonos, quales mihi demandatis, etc.* [Charta Ranimiri Reg. Navarræ, apud Moret. Antiq. Navar. pag. 498: *Placuit mihi... ut donarem et concederem vobis illos bonos Fueros, quos pater meus Sancius Rex... misit in Jacca. Dono et concedo vobis totos bonos Fueros et tollo malos.*] Vide Baron. ann. 1027. n. 15. *Foros Morlanenses art. 37. Oyhenartum in Notitia Vascon. pag. 85. 208. Bibliothecam Cluniac. pag. 1435. etc.*

\* Charta ann. 1096. tom. 1. Probat. Hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 2: *Damus vobis Foros, ut donetis de domibus vestris in anno duodecim denarios.* Libert. Monterol. ann. 1312. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 604. art. 31: *Quod si quis in adulterio fuerit comprehensus... nudus cum adultera, si ejusdem Fori fuerit, vel qui de Foro domini nostri regis fuerit, currat per villam.* Libert. Navarriæ ann. 1324. in Reg. 62. Chartoph. reg. ch. 266: *Concedentes ut habeant Forum Jaccæ, et in suis causis et judiciis utantur eodem. Fors, eadem acceptione, in Libert. Regul. ann. 1374. tom. 6. eorum. Ordin. pag. 106: Et leux garderon Fors, usages, coutumes, libertez, franchises et privileges.*

**FORISTA**, ut *Legista, Decretista*, qui *Foros* diligenter legit vel commentatus est. Michael del Molino in Repertorio pag. 75. v.: *Dom. Ximinius Petri de Salanova Justitia Aragonum, qui fuit magnus practicus et Forista, et compilavit plures observantias, etc.* Hunc non semel laudat Hieron. Blanca, ut et Vitalem Episcopum Oscensem, quem valde practicum et expertum fuisse in *Foris*, ait idem Molinus pag. 72. et 159.

**CONTRAFORUS**, Hisp. *Contrafueros*, Quod contra *foros* seu *leges* agitur, in *Foris* Aragon. lib. 1. tit. de Adjunctis, et alibi.

ΦΟΡΟΥΣ præterea appellatas Imperatorum imagines, auctor est Isidorus Pelusiota lib. 1. Ep. 397. [\*] Vide Glossar. med. Græcit. col. 1690. voce Φόροι.]

† 3. **FORUS**. Isid. 15. 6: *Locus ubi uva calcatur, dictus quod ibi feriatur uva, vel propter quod ibi teratur pedibus; unde et Calcatorium dicitur. Sed hoc nomen multa significat. Prima species Fori, Locus est in civitate ad exercendas nundinas relictus. Secunda, ubi Magistratus judicare solet. Tertia quam supra diximus, quam Calcatorium nominamus.*

*Quarta, Spatia plana in navibus, de quibus Virgilius Lacatque Foros. Lacus dicitur, quod ibi decurrit frugum liquor.* Hæc etiam fere Johannes de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Forus signifie plusieurs choses. Forus, Pertuis. Forus, Marchés. Forus, Lieu ou l'en foule la vendange. Forus, Lieu ou l'en traite les causes.*

\*\* **FORUS**, Area. Reinard. Vulp. lib. 1. vers. 1069:

Sic ego triticeis paleas extundero granis  
Audieram in patulo tribula mille foro.

\* 4. **FORUS**, adject. Extraneus. Charta ann. 1096. superius laudata: *Homines que (sic) venerint de Fora parte dent portagine, de equum aut de equa vendere, duodecim denarios.*

\* **FORUSCITUS**, Proscriptus, exul. Ital. *Fuoriscito*. Annal. Estens. ad ann. 1402. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 969: *Exercitus domini ducis Mediolani sub capitaneis et ducibus antedictis... aliisque quam pluribus ex Foruscitis Bononiensibus, territorium Bononiæ invasit cum magna potentia. Vide supra Forissitus.*

† **FORVUS**. Papias in MS. Bituric.: *Forvum, Calidum dicitur; unde Fervens et Formosus, f. Fervosus.* Servius in 4. Æneid.: *Forvum antiqui calidum dicebant.* Vide *Formus*.

\* **FORZARIUS**. Forceps, Gall. *Forces*, vel *Pince*. Stat. Vercell. lib. 3. pag. 77. rº: *Item quod si alicui carcerato dicti communis vel carceratis fuerit inventa lima, lima, vel ferramenta, scopelli, Forzarii, etc.* Hinc *Forzeletta*.

\* **FORZELA**. [Gallice *Fourchette*: « Quinque manica Forzellarum, duo sunt de serpentina, tria de calcedonio maculato. (Inv. card. Barbo, ex transcript. Müntz, 1457). »]

\* **FORZELETTA**, diminut. a *Forzarius*, Gall. *Ciseaux* vel *Pincette*. Inventar. ann. 1389. tom. 3. Cod. Ital. diplom. col. 368: *Dux Forzelettæ deauratæ, etc.*

\* **FORZEUM**, Pars caputii, eadem quæ *Foggia* dicitur. Academ. Cruscan. Constit. Arn. de Faugeriis inter Stat. synd. eccl. Sabin. edit. ann. 1737. rubr. 27: *Item statuimus et inviolabiliter observari mandamus, quod quilibet sacerdos sive prælatus diocesis Sabinensis, cum capis... et capuzes sine Forzets, et aliis vestimentis sine collaris incedant.* Vide infra *Foza*.

† **FOS**, Mensuræ genus apud Massilienses. Informationes Civitatis Massiliæ de passagio transmarino in Cod. MS. Sangerm.: *Artimon erit longitudinis L. goarum et mensuræ dictæ Fos L... Arbor vero de medio vult habere duo vela, quorum majus vult habere XLVII. goas per antenam et XLVII. Fos, et pro balinvernica XLVII. goas, et continebunt ista duo vela XXVIII. pecias continentes c. cannas canabici, etc.*

\* **FOSACUM**, f. pro *Fossatum*, Obligatio, qua *fossatis* urbium reficiendis tenentur cives. Charta Henr. reg. Angl. ann. 1128. inter Instr. tom. 11. Gall. Christ. col. 209: *Confirmo ut omnes homines, quos abbas et monachi S. Ebrulfi habent vel habituri sunt... liberi sint et quieti ab omnibus consuetudinibus, et teloneis... muragiis, Fosacis, avenagiis et guardis.* Vide infra *Fossamentum* et *Fossatum* 2.

† **FOSADARE**. Vide *Fossadare*.

† **FOSCA**, an *Fossa*? Privilegium Ferdinandi Gonzalez Comitis Castellæ pro Monasterio Sebastiani de silos inter Concilia Hispan. tom. 3. pag. 175: *Quo-*

*rum termini hæc sunt : de parte Orientis Pennarubia et popo antiquo semper manente, et Fosca angusta, unde venit aqua de Carazo.*

\* Nequaquam Fossa; est enim *Fosca* Academ. Hispan. Nemus seu silva vepribus et dumetis intricata: quod belle convenit Pacto inter clericos et barones Normanniæ habito ann. 1205. in quo *Foscis* legitur etiam ex Reg. 34. bis Chartoph. reg. part. 1. fol. 6. v. ut post Order. Vitalem laudatum a Cangio in v. *Fraustum*, ubi *Froskis*, pro *Foscis*, frustra, ut mihi videtur, legendum proponitur vir eruditissimus. En locum ex Reg. jam laudato: *Item dicimus per sacramentum quod non vidimus tempore Henrici et Ricardi quondam regum Angliæ, quod aliquis redderet decimas de feriis, aut de genestis, aut de Foscis, ubi prius fuerint demomatæ.* Quam ultimam vocem facile est mutare in *Desmontatæ*, ab Hispanico *Desmontar*, Obsistere, runcare. Vide Dictionar. Hispan. ad hanc vocem.

**FOSCUS.** Vide *Fraustum*.

**FOSIA.** Vide *Faicia*, et *Fazenda*.

† **FOSOIRATA, FOSORIATA.** Vide *Fosoriata*.

1. **FOSSA**, Caverna, seu locus in terra defossus, aqua repletus, ubi feminæ furti damnatæ immerguntur. Ita Skenæus ad Regiam Majest. lib. 1. cap. 4. § 2. ubi quædam placita criminalia pertinere dicuntur maxime ad eos, qui habent et tenent curias suas cum sacco et sacca, furca, et Fossa, tollit, etc. Quoniam attachiamenta cap. 77: *Omnnes Barones, qui habent furcam et Fossam de latrocinio, de hominis occisione habeant furcam (al. Curiam).* Gervasius Dorobern. ann. 1187: *Nam et ipsi in omnibus tenementis suis omnem ab antiquo legalem habuere justitiam, videlicet ferrum, Fossam, furcas et similia.* Idem ann. 1195: *Mense Decembri Justitiæ, qui vocantur Errantes, missi per Angliam ab Archiepiscopo Cantuariensi, fuerunt apud Cantuariam, ibique per ministros Regis judicio aquæ mundati sunt, vel perierunt criminosi, qui ad Regiam pertinebant coronam. Qui vero ad Archiepiscopum pertinebant, in Fossa Archiepiscopi apud Westgate salvati sunt. Similiter qui ad Priorem et Conventum, in eadem Fossa salvati sunt.* Charta ann. 1088. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 554: *Ferrum, et Fossam, (leg. Fossam) et furcas, cum aliis libertatibus, etc.* Adde tom. 2. pag. 1035. ubi perperam *foliam* editum. Scribit Spelmanus, apud Scotos in usu fuisse, delinquentes masculos furca suspendere, feminas puteo vel fossa immergere, idque privilegii habere infra dominia sua Barones, quod *fossæ* et *putei* vocant. Ita secundum hunc Scriptorem *fossa* aliud fuerit a *judicio aquæ frigidæ*: qui eo pertinere ait, quod scribit Tacitus de Moribus Germanor.: *Proditores transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles, et corpore infames, cæno ac palude, injecta insuper crate, mergunt.* Vide Skenæum de Verbor. signific. verbo *Fossa*. [\* Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 694. et supra *Defossus*.]

\* Vide infra *Humari* et *Infoditus*. Capitalis cujuscumque criminis hæc erat in feminas poena a legibus statuta; quæ tandiu obtinuit, quandiu pudori fuit eas furca suspendere: cujus supplicii primum exemplum exhibent Lit. remiss. ann. 1414. ex Reg. 168. Chartoph. reg. ch. 45. quæ conceduntur feminæ Lemovici damnatæ à estre et moriri pendue. Alterius meminit Diarium regni

Caroli VII. ad ann. 1448. quæ Parisiis primum suspendio perit.

\* Hinc feminæ proscribebantur sub poena de la besche, vel du pic et de la pele, quia iis instrumentis fossa excavabatur. Vide supra *Becca*. *Enfouer* vero vel *Enfouir* nuda dicebant, pro Fossa immergere. Charta ann. 1293. apud Stephanot. in Antiq. Bened. Pictav. Mss. part. 3. pag. 946: *Ne porrons ge lidis Jofreis, ne mi heir, ne mi successor pendre ne lever forches ne gibet, ne Enfouer.* Charta Phil. VI. ann. 1328. in Reg. donor. ejusd. ex Cam. Comput. Paris. fol. 30. rº: *Item en tous cas là où l'en fait justice, li mounier en la ville (de Baugency) font l'exécution à leur coust, soit pendre, ardoir, boullir, Enfouir, Escorcher et fuster.*

\* Sed et in masculos aliquando animadversam fuisse hanc poenam, docet Charta Ric. reg. Angl. apud Rymer. tom. 1. pag. 65: *Richardus... omnibus hominibus suis Jerosolymam per mare ituris, salutem. Sciatis non de communi proborum virorum consilio fecisse has justitias subscriptas. Qui hominem in navi interfecerit, cum mortuo ligatus projiciatur in mare. Si autem eum ad terram interfecerit, cum mortuo ligatus in terra infodiatur.*

2. **FOSSA**, quomodo *Cul de Fosse* dicimus, Imus carcer. Statuta MSS. Caroli I. Reg. Sicil. cap. 30: *Nos volons et commandons que se aucune fame ait esté convaincue de tele acusation, qu'elle soit mise en une Fosse, et qu'elle n'en isse jamais, etc.*

3. **FOSSA**, Tumulus, sepulcrum. Lex Longob. lib. 1. tit. 9. § 15. [\* Roth. 378.] *Servus ipse super Fossam mortui appendatur.* Epitaph. Bedæ:

Hic sunt in Fossa Bedæ venerablis ossa.

Vide Capitula ad Legem Alamannor. cap. 25.

\* Andegavensibus *Enfeu*, auctore Menagio in Hist. Sabol. pag. 239.

**FOSSARE**, Tumulo mandare. Epitaphium Joannis Episcopi Frisingensis, qui obiit anno 1324. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 169:

Hic est Fossatus, qui bis erat hic cathedratus.

\* *Enfosser*, eodem sensu, in Mirac. Mss. B. M. V. lib. 1:

Che qu'il estoit mors desconfés;  
Fors de Chartres en un fossé,  
Comme un larron l'ont Enfossé.

**FOSSA COECA**, Latrina. Chronicon Casinense l. 4. cap. 16: *Tradidit per scriptum 4. castella Monasterio in territorio Casseolano, duriculam scilicet, Fossam coecam, cameratam, et piretum.* Ubi pro *duriculam*, legendum forte *cuniculum*. [\* Quatuor sunt castellorum nomina propria.] Glossæ MSS.: *Cuniculus, fetidus locus, vel Fossa occulta.* Consuetudo municipalis Lorriacensis ann. 1394. edito a Thomasserio cap. 11. art. 6: *Aucun ne peut et n'est licite de faire chambres aisées, nommées Fosses coies, ou Latrines, ou Fosses de cuisine; pour tenir eau de maison auprès d'un mur mitoiën, etc.* OI νεπι δρους γυραι, apud Artemidor. lib. 2. cap. 24. Vide *Duciculum*.

**FOSSA FINALIS**, vice termini, cui opponitur *propria*. Siculus Flaccus: *Intelligi potest aliquando ex ipsarum Fossarum positione, utrum proprie, an finales sint.* Idem: *Qui proprias faciunt ad excipientes aquas, aliquid soli sui extra Fossam solent relinquere.* Rursum: *Si enim proprias quæ faciunt in terris suis ad sustinendos servandosque agros suos, etc.*

\* In crucis formam excavabantur ejusmodi fossæ, cum ad ecclesiam vel monasterium agri pertinebant, ut colligitur ex Charta Goberti de Asperomonte ann. 1152. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 422: *Ecclesiæ Rengisvallis fratres in futurum prævacentes collatum sibi beneficium certius designantes, Fossas formam crucis habentes in omnibus prædictis terminis diligenter effodere curarunt.* Vide in *Cruæ*, pag. 637.

**FOSSA LAPIDUM**, Lapidicina, in Charta Philippi II. Imp. ann. 1199. in Metropoli Salisburgensi tom. 1. pag. 77: *Et unam Fossam Lapidum in monte Gamanar semper habendam.*

**FOSSAM FACERE**, Vallo urbem aut castrum munire. Charta Conradi Imp. ann. 1081. apud Georg. Pilonum in Hist. Belunensi pag. 70. v.: *Castella et turres ædificare, vel Fossas facere habeat potestatem.* Adde pag. 86.

**FOSSIS, canibus, pulvere, et hamis lupellos comprehendere**, in Capitulari de Villis, cap. 69. *Feras in foveis comprehendere, in Legibus Wisigoth. l. 8. tit. 4. § 23.* Vide Legem 7. § 8. D. Quod vi. (48, 24.) leg. 28. § 1. ad Leg. Aquil. (9, 2.) et Petrum de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. 38.

**FOSSÆ FERRARIÆ, plumbariæ.** Capitulare de Villis cap. 62: *Quid de tornatoribus et sellariis, de ferrariis et scrobis, id est, Fossis ferrariis, vel aliis plumbariis, quid de tributariis, etc.*

† 4. **FOSSA** dicitur Aremoricis Agger qui e terra quam foliendū eruerunt compactus est, apud Lobinell. tom. 2. Hist. Pritann. pag. 252: *Usque dum pervenitur ad ipsum locum, ubi tres Fossæ simul adveniunt. Et tunc vadit Fossa sancti Catuodi quasi ad horam ix.*

**FOSSADARE, Fossam facere, Fodere.** Formula 28. ex Andegavensib.: *Interpellabat aliquo homine, nomen illa, quasi Fossado per terra sua, in loco nuncupante, qui vocatur, ipsa villa, qui aspiciat ad illa, ei Fossadavit.* [Charta Neutoldi Aptensis Episcop. ann. 984. ex Chartular. ejusd. Ecclesiæ fol. 84: *Donat ad ipsum Durantes Presbyterum, ut ipsam terram bene plantare vitis et Fossadare et propagare studeat.*] Occurrit alibi.

† **FOSSADARE**, Eadem notione, in Chartulario Aptensi fol. 42.

**FOSSADEIRA**, [ut infra *Fossadera*.] in Charta Alfonsi Regis Castellæ æra 1218. in Hist. Segoviensi cap. 18. Vide in *Fossatum* 8.

† **FOSSADERA**, Præstatio in belli sumtus, quæ ab iis exsolvebatur qui in exercitum, quem *Fossadum* vocabant, non pergebant. Concil. Vallis-Oletan. ann. 1137. inter Hispanica tom. 3. pag. 347. col. 1: *Et sint excusati de martinega, et de fossado, et de Fossadera et de omnibus servitiis.* Charta Aldefonsi Regis Castellæ æra 1230. apud Stephanotium tom. 4. Fragm. MSS. Hist. pag. 288: *Et sint illi decem excusati ab omni pecto, posta, fossado, Fossadera, pedido, facendera, et ab omni prorsus regio et alio tributo et gravamine in perpetuum, et ab omni regia exactione semper liberi et immunes existant.* Alia ann. 1181. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 494: *Concedo prædictas villas Ecclesiæ gloriosæ Virginis de Rupe Amatoris... nullo mihi jure penitus in eis retento, nec pecta, nec pasta, nec homicidio, nec Fossadera, nec facendera, nec aliqua parte Fossadera, nec facenderæ... Concedo etiam vobis ut habitatores de Fornellos et de Orbanella, si eam populeritis, nunquam pergant in Fossadum, nec in apellidum, et cum Fossaderam*

*persolverent, tota præfatæ Ecclesiæ contingat... et nihil de ipsa Fossadera Rex... vel aliquis alius homo requirat. Vide Fossatum 3. et in Hostis.*

\* **FOSSADILE**, Fossa, quæ vice termini est. Charta S. Maxent. an 13. regni Car. reg. apud Besl. inter Probat. Hist. comit. Pictav. pag. 222: *Cum est circumcinctus ipse alodus per terminibus et Fossadilibus et bodinas fitas. Vide supra in Fossa 3.*

† **FOSSADUA**, pro *Fossadera*, ut coniecto, in Diplomate Adephonsi Regis Hispan. ann. 1094. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 148. Locum lacunis plenum prætermittit.

† **FOSSADUM**, Idem quod *Fossatum* 3. Vide in hac voce et *Fossadera*.

† **FOSSAGIUM**, Pensitatio pro apertura fossæ seu sepulcri. Arestum Parlamenti ann. 1372. tom. 1. Instr. Hist. Paris. pag. 70: *Petebant... manum nostram in rebus contentiosis appositam levare, et emolumenta ac denarios Fossagiorum in dicto cœmeterio sibi (Decano et Canonicis S. Germani Autiss.) restitui. Alia notione vide in Fossatum 2.*

\* **FOSSALARE**, Fodere, fossam cavare. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 64. ex Cod. reg. 4624: *Si aliqua persona clauerit... seu cavaverit vel Fossalaverit aut destruxerit aliquam seu aliquas vias publicas, etc. Vide Fossare 2.*

† **FOSSALE**, ut *Fossatum* 1. Pacta ann. 1299. ratione Prioratus Salientis, Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 90: *Quidquid juris habemus, seu Prior noster Salientis in vintenis, Fossalibus, portis, et aliis fortalicis dicti loci.*

† **FOSSALUM** vel **FOSSALUS**, Eadem notione. Origo belli Hussitici apud Ludew. in Reliq. MSS.: *Diposuit fieri lignea propugnacula, quæ parvulo Fossalo circumfodi mandavit, et muro ex humo et lapidibus circumdari. Valatum sive Fossalum, in Charta anni 1494.*

\* **FOSSAMENTUM**, Obligatio, qua fossatis urbium reficiendis tenentur cives, quæ interdum pecunia redimebatur; unde inter exactiones recensita. Charta Mathild. comit. Nivern. ann. 1226. ex Chartul. Cluniac.: *Concessimus... quicquid juris, usagii, consuetudinis et exactionis in blado, in pecunia, in Fossamentis, in cartamentis, in gallinis, in corveis, in commendis, sive aliis costumis et omnibus aliis habebamus. Vide supra Fossacum et mox Fossatum 2.*

† **1. FOSSARE**, ut *Fossatum* 2. Vide locum in *Mannaria*.

† **2. FOSSARE**, Fodere. *Ad ædificandum et Fossandum*, apud Thomam Madox in Formul. Angl. pag. 245. Vide alia notione in *Fossa* 3.

\* Fossa et vallo cingere, Gall. *Fossée*. Charta Phil. Pulc. ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 128. rº. col. 2: *Quæ quidem decem arpenta potuerunt dicti religiosi (S. Ebrulfi) prior et eorum successores Fossare, fossata facta reparare. Tract. Ms. de Re milit. et mach. bellic. cap. 66: Castellum potest circiter Fossari, et pars fluminis mittatur in fossam. Charta ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 63: *Se le dit lieu estoit fortifié, Fossée et emparé, etc. Fossar une vigne. Eam fossione exercere, ligone proscindere, in Lit. remiss. ann. 1469. ex Reg. 197. ch. 88: Laquelle vigne j'ai podée, Fossée, vinée et gouvernée. Fougier, eodem sensu, in aliis ann. 1459. ex Reg. 188. ch. 56: *Le suppliant print... son foussouer, et en parti de son hostel pour aler houyer ou Fougier en ung mailhol ou vigne nouvellement plantée.***

† **FOSSARETUM**, f. Cœmeterium, ubi sunt Fossæ vel sepulcra. Epitome Constitut. Ecclesiæ Valentinae inter Concilia Hisp. tom. 4. pag. 193: *Si confugientes (ad Ecclesiam) sint Comites, Barones... recipiantur in cameris campanarii; si vero plebeii fuerint, in quadam camera per nos in Fossareto ad hoc deputata.*

† **FOSSARIATA**. Vide *Fossariata*.

\* [*Ego Pontius de Riberia dono illum meum alodum quem habeo in villa que vocatur Lempde, in vicaria sancti Privati, que vocatur Campo-Clauso, hoc est tres Fossariatas de vinea. (Cart. Conchar. Ruthen. p. 284. xi. sæc.)*]

† **FOSSARIUM**. Gloss. Sangerm. MS. n. 501: *Ligones, Fossaria. Vide Fossarium.*

**FOSSARIUS**. Papias: *Vispillio, Fossarius mortuos sepeliens. [Gloss. Isid.: Vespeliones, Fossarii, qui mortuos sepeliunt.]* Apud Christianos primus fuit Clericorum in Ecclesia Fossariorum gradus, qui humanis fidelium corporibus curam impendebant. [S. Hieronymus de Muliere septies icta: *Clerici, quibus id officii erat cruentum linteum cadaver obvolvunt, et fossam humum lapidibus construentes, ex more tumulum parant.]* Incerti Epist. 13. ad Rusticum Narbonens. tom. 9. Operum S. Hieronymi: *Primus in Clericis Fossariorum ordo est, qui in similitudinem Tobie sancti sepelire mortuos admonentur.* Hi perinde ultimi collocantur in ordine Ecclesiastico in Notis Tyronis pag. 99. Κομματα, et Κομωτες appellatur, in Epistola Ignatio adscripta ad Antiochenos, ab Epiphano in Comp. doctr. in Eucholog. Gr. pag. 39. et aliis, quos laudat vir doctissimus Joan. Baptista Cotelierius ad veterum Patrum opera. Hi et

Fossores dicuntur in Actis Proconularibus, quæ recitat Augustin. lib. 3. contra Cresconium cap. 29. et Epist. 241. seu in Actis purgationis Cæciliani. Adde S. Hieronym. in Epitaphio Fabiolæ. Vide *Copiatæ*, et quæ observat Suaresius ad Nilii Ascetica [pag. 670. et 671.] Nescio, an de his fossoribus intelligendas auctor Præfationis ad Libellum precum Marcellini et Faustini: *Tunc Damasus cum perfidis invitaret arenarios, quadrigarios, et Fossores, omnemque Clerum cum securibus, gladiis, et fustibus, et obsedit basilicam hora diei secunda, etc. Supra: Cum omnibus perjuris, et arenariis, quos ingenti corrupti pretio, etc. Incertum etiam, an hoc loco Arenarii, iidem sint qui Fossores; nam Arenaria, cœmeteria vocarunt Christiani. Vide in hac voce.*

† **1. FOSSATA**, ut mox *Fossatum* 1. Charta Caroli IV. Imperat. ann. 1367. qua confirmat privilegia urbis Leucorum inter Probat. Hist. Tullensis pag. xxxvii: *Fossatas, barras, et defendicula factas et facta, erectas et erecta manu tenere, etc. Occurrit eadem notione apud Th. Madox Formul. Anglic. pag. 47.*

† **2. FOSSATA**, Sepulcrum. Miracula B. Simonis de Lipnica inter Acta SS. Julii tom. 4. pag. 532: *Item tres feminæ... ulcere pestilentico validius tortæ, emissio pacto Fossatam Simonis visendi, continuo pristinae restituuntur sanitati. Vide Fossa 3.*

† **FOSSATARIA**, Præstatio quæ aut Ecclesiæ aut domino fit post obitum alicujus, a Fossa, sepulcrum, ducta origine. Concil. Legion. ann. 1012. can. 23: *Clericus vel laicus non det ulli homini rausum, Fossatariam aut maneriam. Synodus Compostell. ann. 1114. can. 8: His qui servilis conditionis jugum sustinent, vel qui quadragesimalia tributa*

*persolvunt, redditus solitos qui Fossataria et Luctuosa nuncupantur, relaxamus, si patrum parentumve suorum hæreditates incolunt. Charta Ferdinandi Regis Hisp. æra 1081. apud Antonium de Yopez in Chronico Ordinis S. Benedicti tom. 6: Tam servus quam ingenuus, seu fiscalis, non faciat aliquot fiscale servitium Regis, non reddat aliquid pro homicidio quod fecerit, non rausum quamvis fecerit, non Fossataria, non sigillum positum in hæreditate. Suspicio Fossatariam tributum esse Luctuosæ Hispanorum, et Anglorum Herioto non multum absimile, quod ab hæredibus exsolvendum fuerit post obitum propinquorum; verum in quo præcise situm fuerit, haud mihi facile divinatu.*

**FOSSATELLUM**, Fossatum minus, in Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum tom. 2. Ital. Sacr. pag. 822. [et in Chronico Farfensi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 537.]

\* **FOSSATELLUS**, Italis, *Fossatello*, Fossa minor, in Instr. ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hoedoepor. Charit. pag. 115. Vide *Fossatellum*.

† **FOSSATERA**, Idem quod *Fossadera*. Vide locum in *Mannaria*.

\* **FOSSATERIUS**, Fossor, qui fossas urbium, vel castrorum curat. Charta ann. 1288. ex Tabul. Auxit.: *Item vult dominus abbas quod sint liberi et immunes a præstatione decimæ personalis, messagerii et Fossaterii, et illi qui se ad scindendum accidentaliter se conducunt. Vide infra Fossator.*

**FOSSATOR**, Qui fossas facit, apud Egilem in Vita S. Sturmii Abbat. Fuldensis n. 20.

**1. FOSSATUM**, Vallum, fossa: sed ea præsertim, quæ circa urbium mœnia circumducitur nostris, *Fossé*. Gloss. Gr. Lat.: *Τάπος, Fossa, sepes, Fossatum.* Papias: *Fossatum dictum, quod multas fossas habeat. Leges Luthiprandi Regis Longob. tit. 31. § 1. [\*\* 46. (5, 17.)]: Si quis Fossatum in terra alterius fecerit, etc. Anastasius Bibl. in S. Silverio PP. pag. 38: Fabricis murorum et reparatione Fossati, circumdedit civitatem Romanam. Albertus Aquensis lib. 4. cap. 30: Vallo immenso, quod dicitur Fossatum. Regula Magistri cap. 15: Non enim secura possunt esse Fossata, ubi intus est hostis. Willelmus Brito lib. 7. Philipp. :*

Aggere congesto Fossata implere studentes.

Petrus de Vineis lib. 2. Epist. 49: *Non est habilis resistentis locus, quem murorum non munit ambitus, aut concavitas Fossatorum. [Chron. Domin. de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 571: Deinde Cidiniolam adveniens, illam Fossatis maximis fecit optime circumdari et bene muniri.]* Vide Vegetium lib. 4. de Re Milit. cap. 16. etc.

† **FOSSATUM DUORUM JACTUUM**, Cujus latera et terra effossa hinc inde veluti aggere muniuntur. Ibi construebantur castella lignea quæ *bretachias* vocabant. Charta ann. 1160. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 1. pag. 382: *Controversia erat... de domo quadam quæ nominatur Savigniacum, partem cujus jam firmaveram, cum Fossato duorum jactu. Hujus vero rei compositio tali pacto terminata est: ita videlicet, quatenus illud quod jam firmatum fuerat cum Fossato duorum jactu, remaneret; reliquum vero, cum uno jactu Fossati tantum et sepe sine briteschia, firmetur.*

† **A Fossatis** quibus castellorum mœnia circumdari ac muniri consue-

verant, *Fossata* dicta a recentioribus interdum ipsa castra observat Valesius in Notitia Galliarum pag. 404. Quod firmatur ex Charta ann. 1112. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 533: *Ad hæc Amelinam, cum filiis suis, et Oldericum de Nos, qui infra ambitum prædicii Fossati vestri morabitur, qui vestri caput, aut de possessione S. Mariæ, aut S. Apri fuerint, liberum usum, aquæ, sylvæ et pabuli cum aliis participabunt.*

**FOSSTUS**, Eadem notione apud Latinum, Myrsontium, et Innocentium Gromaticos, Alexandrum Abbat. Celestinum l. 2. cap. 42. et in Vita S. Baboleni tom. 1. Hist. Franc. pag. 661. Latini et Myrsontius de Limitib. pag. 261: *In sequentibus lineis Fossatos, quos Augusteos appellamus. Infra: In locis montanis terminos posuimus, rotundos, quos Augusteos vocamus, pro hac ratione quod Augustus eos recensuit, et ubi fuerunt, lapides alios constituit, etc.* [Charta Ricardi Coventrensis Episc. apud Thom. Madox Formul. Anglic. pag. 245: *Partem bosci mei Aclæ, per viam quæ tendit Berfordiam, sicut ego et R. Archidiaconus Salopiæ et Clerici nostri præsentis eis assignavimus, et Fossatu clausum, et Bromurst, et terram usque ad Fossatum S. Ceaddæ. Gregor. Monachus in Chronico Farfensi apud Muratorum tom. 2. part. 2. col. 533: *Descendentes in pertinentiam Ophiani ab ipso Fossatu Sculculæ, etc.* Computus ann. 1202. apud D. Brussel tom. 2. de Feudorum usu pag. CXCVI. col. 2. ad calcem: *Pro licis circa Fossatos faciendis, etc.*]*

Inter Nobilium Comitatus Campaniæ privilegia recensetur jus faciendi *fossata*, in Charta ann. 1228. ex Chartular. Meld.: *Hac ratione quod quilibet Gentilis homo habens libera feoda in comitatu Campaniæ potest et debet, quando vult absque contradictione facere vivaria et Fossata in terra sua et retinere de aqua currenti per terram suam, prout est et necessarium.*

**2. FOSSTUM**. Obligatio, qua *Fossatis* urbium reficiendistenerunt cives. Charta Lud. reg. Fr. ann. 1148. in Tabul. S. Dionysii: *Palagium, expeditionem, latronis redditionem, Fossatorum castelli sui relevationem, etc.* Alia ex Tabul. Monast. Longi Pontis in Diocesi Paris.: *Dedit Deo et S. Mariæ de Longoponte consuetudinarium carretum et Fossatum de Ver, quæ pater suus et idem ipse in eadem villa habuerunt.* Charta Ottocari Regis Bohemiæ ann. 1221. in Bohemia Pia pag. 88: *Collectas generales edificationes castrorum, Fossata, ... et omnia alia gravamina.* Charta Communiæ Meduntensis ann. 1150: *Communes necessitates, ut de excubiis, de calenis, de Fossatis faciendis et de omnibus ad villæ munitionem et firmitatem pertinentibus ab omnibus communiter procuraretur.* Charta Communiæ Atrebatensis ann. 1211. § 39: *Qui fossare debent, ad Fossatum veniant sicut debent.* Charta ann. 1230: *Cum nos ad Fossata castri Matriolarum reparanda semel in anno possemus citare homines S. Germani, ... et eos tantummodo per triduum retinere, etc.* Vetus Inquesta in Regesto Philippi Aug. Herouvalliano: *Debet tres menses de custodia, et hospites sui debent Fossata.* Charta Communiæ S. Richardi: *A Fossis, ab excubiis, a tallione liberis.* Operatio vallorum, tom. 1. Monast. Angl. pag. 192. Vide Roverium in Reomao pag. 323. Hinc agri militibus dati cum onere circa curam *Fossati* tuitionemque jimitis servandi, in l. 1. Cod. Th. de

Terris limitan. (7, 15.) Adde Concilium Lateranense ann. 1179. can. 19.

\* A qua obligatio que exempti erant, dicebantur non debere *service de besche, ne de pele*, ut in Libert. Calesii renovatis a Mathilde Comit. Attrebat. ann. 1304. ex Reg. 69. Chartoph. reg. ch. 365: *Li bourgeois de Calais ne doivent nul service à leur seigneur, ne de besche, ne de pele; se ce ne soit encontre la defense de la mer.* Vide supra *Fossamentum*.

**FOSSTAGIUM**, Eadem notione, in Charta Henrici II. Regis Angl. apud Sammarthanos in Archiep. Turonensib.: *Ab omni servitio, et talliagio, pontagio, limneo, passagio, Fossagio, exercitu, etc.* [Similia habes in Anecd. Marten. tom. 1. col. 573. et 647.]

**3. FOSSTUM**, Exercitus, seu potius Castra vallo et fossis circumducta. Quam primum enim exercitus hostium terras ingreditur; fossis eorum castra muniuntur. Gloss. Basil. in Φόσσα: *Ἐξ οὐ καὶ φασσάτων ὄρεται καλεῖν, μετ' ὃ τὸ στρατόπεδον εἰς τὴν τῶν πολεμίων γῆν εἰσελθὼν ἄρκεται ποιεῖν τάφρον, ἧτοι παρεμβολὴν, ἧτοι κλάτρον, τούτῃσι φόσσαν, etc.* Capitulinus: *Castra omnia Fossato circuibat.* Claudianus lib. 2. in Rufinum:

... Adventumque tremens se cogit in unam  
Planitiem, tuncque includit pascua gyro.  
Tum duplici Fossa non exuperabile vallum  
Asperat alternis subdubius, etc.

Prudentius Peristeph.:

Machinis murum ferire, castra Fossis cingere.

Idacius in Fastis: *Ipsa anno profectus est Valens ex urbe ad Fossatum.* Gesta Constanti M.: *Odoacer abiit in Veronam, et fixit Fossatum in campo, etc.* Infra: *Veniens in Pineta, facit Fossatum.* Rursum: *Ingressus in Pineta, in Fossato Patricii Theoderici, etc.* Anastasius Bibl. in Joanne VI.: *Sacerdotes ad Fossatum, in quo in unum convenerant, misit.* In Stephano III.: *Ipsi vero Franci, introentes clusas, cunctum Fossatum Longobardorum, post peractam cædem, abstulerunt, spolia multa auferentes.* Charta Henrici Comitis Portugalliæ, apud Brandaon. tom. 4. Monach. Lusitan. pag. 281. v.: *Et de præda de Fossato non detis nobis plus quam quintam partem, et azagat, et vobis remaneant duas, etc.* Charta Alfonsi Regis Portugalliæ apud eundem lib. 15. cap. 24: *Salvo, quod mihi et successoribus reservo in perpetuum, videlicet collectam monetam, hoste, annuam, appellidum, Fossadam, justitiam, servitium et ajudam.* Idem Rex in Foris Alcaçonensib. eræ 1267: *Et duas partes dos cavaleiros vadant in Fossado, et tertia pars remaneat in villa, et una vice faciant Fossado in anno: et qui non fuerit ad Fossado, pectet pro foro 5. sold. pro Fossadeira, etc. omnes milites, qui fuerint in Fossado, vel in guarina, de cavallos, qui se perdidierint in alagra, vel in lida, etc.* Adde Annales Franc. ann. 801. Annales Bertinian. ann. 862. Aimoinum lib. 4. Hist. Franc. cap. 90. Ruf. Leges milit. et Notas nostras ad Alexiadem pag. 341. Ita φασσάτων usurpant non semel Scriptores Byzantini. Procopius lib. 3. de Ædific.: *Χώρας τις ἔστιν, ὅπερ καλοῦσιν οἱ ἐπιχώριοι Λογγίνου φασσάτων ἐπὶ Λογγίνος ἐν τοῖς ἀνω χρόνοις Ρωμαίων στρατηγὸς στρατεύσας ἐπὶ Ἰζάνους ποτὲ, τῆδε πεποιήται τὸ στρατόπεδον.* Glossæ Basilic.: *Κάστρον, ἧτοι φασσάτων.* Leo in Tact. cap. 11. § 1: *Κυρίως γὰρ τὸ φασσάτων τὸ ἀπικταὸν τοῦ ὅλου στρατοῦ καλεῖται.* Ita Chronicon Alexandr. pag. 914. et Martyrium Bacchi Iunioris pag. 101. Hinc traducta vox ad ipsum exercitum, ut apud eumd. Leonem in Tac-

tic. cap. 4. § 1. Consule Glossaria Rigaltii, Meursii, Fabroti et aliorum. [Adde Glossarium mediæ Græcitatatis, et Lexicon Militare Caroli de Aquino.]

† **4. FOSSTUM**, Canalis latior, in Charta ann. 20. Henrici III. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.: *Ex dono Henrici Regis avi nostri unum Fossatum tam largum, quod naves possint ire et redire a flumine de Withonia usque ad Topholme.*

\* **5. FOSSTUM**, Territorium, ut videtur, certis limitibus quasi *fossato* circumcinctum. Charta Innoc. II. PP. ex Chartul. episc. Paris. fol. 9. v.: *Præterea pactum et conventionem inter te et karissimum filium nostrum Ludovicum regem Francorum illustris memoriæ factam de loco in suburbio Parisius sito qui Campellus nominatur, tibi nichilominus confirmamus, ita videlicet quod tertia pars totius redditus Fossati illius terræ, sive in censu, seu in emptioibus, venditionibus, questibus, aut aliis quibuscumque modis aliquid inde processerit, tibi et successoribus tuis (episcopis Paris.) absque diminutione aliqua persolvatur.* Hæc eadem totidem verbis repetuntur in sequentibus Romanorum pontificum Diplomatumibus.

\* **JUDICIUM IN FOSSTO**. Vide in *Judicium*.

**FOSSTURA**, Fossatum. W. Thorn. ann. 1363: *Rex concessit 250. marcas pro Fossatura et claustrum civitatis.* Vide *Fossura*.

**FOSSE**, [Iter celebrius in Anglia *Fossis*, ut putant, utrinque munitum.] Vide *Erminstreat*.

† **FOSSEIUM**, ut supra *Fossatum* 1. Tabular. Abbatiae Clarimontis: *Ego Andreas dominus Vitrei dedi Abbatæ Clarimontis Robertum Babin habitatorem domus plateæ, quam dedi eis in Fosseio Vitrei, quietam de theloneo, passagio et pontagio, concedentibus Alano et Roberto fratribus meis.* Charta Willelmi de Malconvenant in Chartul. S. Fromondi: *Terra... sicut Fosseia Prioris dividunt.* Chartularium S. Vandregesili tom. 2. pag. 1418. ex Charta ann. 1274: *Ego quietavi et dimisi eisdem Religiosis unum boissellum avenæ annui redditus, quod heredes Ricardi et Johannis mihi reddebant annuatim.... pro Fosseio et pro alneto sito juxta mesmillum, quod tenebant de me.* Occurrit rursus in Tabulario Abbatiae Nioselli.

\* **FOSSELLA**, Italis, *Fossetta*, Fossula. Instr. ann. 1297. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. pag. 115: *Sicut jacet quædam fovea seu Fossella, vel via usque in strata, etc.* Vide supra *Fossatellus*.

† **FOSSEIARIUS**, Fossor. Vide locum in *Foxorada*, post *Fossoriata*.

† **FOSSEIARIA VINEÆ**, in Codice censuali Calomontis, est tantum vineæ, quantum ligone vinitor fodere potest una die. Vide *Fossoriata*.

† **FOSSETUM**, ut *Fossatum* 1. Codex Legum Norman. apud Ludewig. tom. 7. pag. 322: *Ex casu autem eveniunt, ut diruptiones exclusarum, innovationes fossatorum, reparaciones domorum, etc.* Chartular. S. Vandregesili tom. 1. pag. 65: *Concessimus et tradidimus Roberto Fossart et Isabel uxori suæ tenementum illud quod situm est apud Rothomagum supra Fossatum, etc.*

\* **FOSSIATOR**, Fossor, nostris alias *Fossier*, cujus opus *Fossorie* dicebatur. Charta Math. comit. Pontiv. ann. 1241. in 1. Lib. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 6. v.: *Tenementum quod fuit Richardi le*



*parkeminier et Renoldi Fossiatoris in novo vico.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 129: *Un baston ferré, nommé loucet, qui est instrument à fossiers et gens de tel mestier... pour cause de certain ouvrage de fossorie, etc. Jehanin le Crotois, Guyot Jesson, Fossiers et faiseurs de chaussées d'estangs, etc. in aliis ann. 1454. ex Reg. 184. ch. 508. Vide supra Fossaterius,*

**FOSSIDARE**, Fossam facere, fodere, in Charta ann. 1179. Vide *Aspaldare* [et *Fossodare*.]

**1. FOSSINA**, Fuscina, Italis *Fossina*, Instrumentum ad capiendos pisces. Petrus de Crescentiis lib. 10. de Agricult. cap. ult.: *Est autem Fossina ferreum instrumentum, habens multas acutitates, quarum quaelibet habet barbulam ad tenendum, et sunt aliquantum distantes ab invicem, quod piscator habet in capite hastæ lanceæ, vaditque cum eo quiete in navii per aquas, et cum piscem videt, eum fortiter ferit, et inficium tenet, etc.*

\* **2. FOSSINA**. Vide *Fuscina*. [FR.] **FOSSINAGAR**. Lex Longob. lib. 3. tit. 4. § 1. [\* Rothar. 363.]: *Si quis caballos iter facientes de stipula aut de ipsis pasuis, ubi alia pecora pascuntur, movere præsumperit, in octogit caballos componat, quod ipso de arvo campo, quod est Fossinagar, movere præsumperit.* Edit. Heroldi tit. 108. habet *Fonsaccar*. [et Muratorius, *Fossinagar*.] [\* Vide Grafii Thesaur. Ling. Franc. tom. 1. col. 183. voce *Furnacar* (ita ex cod. manuscr. restituit.)]

† **FOSSIS**, pro *Fossa*. Exstant apud Rymerum tom. 4. pag. 776. Litteræ Regis Angliæ ad Antonium de *Fossibus*.

† **FOSSODARE**, Fodere, ligone terram vertere. Chartular. Ecclesiæ Aptensis fol. 84. vº.: *Ut ipse Durante ipsam terram bene plantare vite, et Fossodare et propagare studeat.* Galli dicunt: *Fossoyer la vigne.*

\* **FOSSONATA**. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 364: *Nec non quaterviginti Fossوناتas (sic) vinearum vel circa eidem domui contiguas..... deliberamus.* Sed leg. *Fossoriata*. Vide in hac voce.

**FOSSORES**. Vide *Fossarius*, et *Talparii in Talpa*, [necon et infra *Fossorium*.]

**FOSSORIATA**, Modus vineæ; quantum quis uno die fodere potest. Tabularium Ecclesiæ Gratianopolitanæ sub Hugone Episcopo fol. 53: *Et habet de prato 8. sextariatas in loco, ubi dicitur Pendelupum, et habet 6. Fossoriatas vineæ in clauso Avonis Canonici, qui vocatur Porcils. Necrologium Prioratus S. Roberti Conillionis prope Gratianopolim, 8. Kl. Junii: Pro quo Michael debemus habere anniversarium usque ad 20. sext. scilicet de 8. sextariis frumenti, qui faciunt apud S. Vincentium li Faurot, et de 6. Fossoriatis vineæ ad Lesruma de Balma. Tabularium Eleemosynæ S. Pauli Viennensis: *Et iterum damus ei de nostro alodo, quantumcumque septuaginta homines fodere poterunt in loco, qui dicitur Burguns. Tabular. Prioratus de Domina in Delphinatu Ch. 27: Petrus Humbertus auferit nobis terram,.... ubi plantavit 20. Fossoriatas vineæ, etc.* Alibi: *Contulit unam vineam, quæ continet 2. Fossoriatas.* [Instrum. anni 1342. in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 84: *Item et vineas contiguas Castro Montisfuritt, pertinentes ad dictum Castrum, quæ continent circa 60. Fossoriatas. Et infra: Circa mille et quingentas Fossoriatas vineæ.*]*

† **FOSSOYRIA**, **FOSSOYRIATA**, Eodem significatu. Chartophylacium regium

Regest. 87: *Item circa quatuor Fossoyrias vineæ sitæ in Convenent juxta vineam Anthonii Galerii et fratrum suorum. Item circa duas Fossoyrias vineæ sitæ in loco prædicto. Ibidem: Item tres Fossoyriatas vineæ sitæ loco dicto in Convenent juxta vineam Johannis Darbonis... Item unam Fossoyriatam vineæ sitam in cioso de Quartovenis juxta vineam aliam ipsius Johannis. Pluries ibi occurrit. Fossorée dicitur in pago Burgiacensi et Gesiacensi.*

**FOSSOYRATA**, in Charta ann. 1339. † **FOSSOYRIA**, **FOSSOYRIATA TERRÆ**, Modus agri idem qui modus vineæ. Chartophylacium regium Regest. 87: *Item dimidiatam Fossoyriam terræ sitæ ibidem juxta vineam Guillelmi Espa..... Item circa unam Fossoyriam terræ cum arboribus, etc.* Ibidem: *Item tres partes... cujusdam Fossoyriatæ terræ cum arboribus... Item quatuor Fossoyriatas terræ sitæ in Gorhia d'Aloy. Ibi non semel occurrit.*

**FOXORADA**, Eadem notione. Tabularium sancti Andreae Viennensis: *Ego Acharius istius Congregationis Monachus dono Beato Andreae sanctoque Maximo quinque Foxoradas vineæ mei alodi, et partem terræ mee, quæ videtur soli mihi habere et possidere in villa Cummernaica. Atque iterum concedo quindecim Foxoradas vineæ, quæ sunt sitæ in Parochia B. Petri, etc.* Occurrit ibi non semel. Idem Tabularium: *Donamus vineam, quam octo Fossorarii una die fodere valent.*

**FOSSORIUM**, Ligo. Gloss. Lat. Gall.: *Ligo, Hoë, ou Fossour.* [Gloss. Lat. Gall. Sangern.: *Fossorium dictum, quod foveam faciat, ipsa est scudicia.* Idem: *Ligones, fossoria.* Gloss. Anglo-Sax. Ælfrici: *Fossorium, Costere.* Alibi: *Scudicia, vel Fossorium, spad.* Vide *Vanga*. Ugutio: *Fossorium, ligo, cum quo foditur.* Alibi: *Rastrum, instrumentum rusticorum, vel Fossorium duplex.* Gloss. Arabico-Lat.: *Sotica, dicta eo quod circa Codicem terram aperiat: alii eam Fossorium vocant.* Charta Hervei Comitis Nivern. ann. 1204. in Tabul. Eccl. Antisiod fol. 234: *Quicumque cum Fossorio terram lucratus fuerit, 2. bichetos frumenti annuatim mihi reddet.* Charta Alienoræ Reginae Angl.: *Exarturii pro Fossorio 3. den. dabit.* [Charta Wichardi de Belli-joco inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 279: *Pauperiores vero qui manibus laborant, vel cum Fossoribus suis unde vivunt, reddent medietatem mensuræ.* Ubi *Fossoribus* idem puto quod *Fossoriis*. Charta telonei S. Bertini in Tabular. ejusdem Eccl.: *Carteia Fossoriorum sine ferro 11. den.*] Occurrit apud S. Audoenum in Vita S. Ellgii, auctorem Miracul. S. Mengoldi Mart. n. 1. Petrum Damiani lib. 2. Epist. 14. in Vita S. Joan. Episc. Tragur. pag. 13. apud Ordericum Vital. lib. 10. pag. 794. Leonem Episcopum Atinensem de Translat. S. Marci Mart. Guignonem in Statutis Ordin. Cartusiensis cap. 57. § 4. Rollandinum in Chr. lib. 10. cap. 5. [Radulfum Cadom. in Gestis Tancredi inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 174. Cæsarium lib. 7. Miracul. cap. 39. ubi *Fossorium* de lecto Eremitarum, quia ad instar foveæ formabatur, perperam est interpretatus Macer in Hierolex. ad hanc vocem.] etc. Vetus Carmen vernaculum MS. de inventione S. Crucis:

En sa main le Fossoir à pris,  
Pour commencer le fondement.

Perperam *Sofossorium*, pro *Fossorium*

habetur in Canonib. Hibern. lib. 38. cap. 7.

**FODESORIUM**, in Actis Episcoporum Cenoman. pag. 68: *In vinea sua laborans, et cum Fodesorio suo eam fodiens.*

\* *Varie a nostris Gallice redditur hæc vox. Charta ann. 1360. in Reg. 88. Chartoph. reg. ch. 120: Et avecques ce lesdiz habitans de Corbie eussent effondré, pris Fossierres et autres instrumens à fossier, et fait et fait faire fossez ou fons et demaine d'iceulz religieux.* Lit. remiss. ann. 1409. in Reg. 163. ch. 475: *Iceully Symonnin féry ou poussa feu Thibaut.... d'icellui Foussoir, qui estoit illec pour leur labour.* Aliæ ann. 1469. in Reg. 195. ch. 226: *Lequel Caylar avecques ung Foisson (ou Foissou) qu'il tenoit en sa main, besoignoit audit pré. Ung petit piochon, autrement dit Fosseur,* in Reg. 208. ch. 139. Vide supra *Fessorius*.

† **FOSSORIUS**, Sus, porcus, nisi me fallo, quia terram rostro vertit, *fodit*. Codex MS. Irminonis Abb. Sangerman. fol. 12. col. 2: *Solvunt in pascione denarios IIII.... ad Nativitate Domini Fossorium I. pullos III. ova XV. corvadas, carrop. manop.* Et fol. 16. vº.: *Sunt ex ipsis mansis XXII. qui solvunt ad tertium annum soales XXII. et Fossorios XXX. pullos, CLX.* Ubi *Soales* porcellos interpretor.

† **FOSSOYRATA**, **FOSSOYRIA**, **FOSSOYRIATA**. Vide in *Fossoriata*.

\* **FOSSULIA**, diminut. a *Fossa*. Charta permutat. ann. 1392: *Quandam domum fortem, cum domibus, domiciliis,.... quandam via media et Fossulia dictæ villæ Alavardi.* Vide supra *Fossella*.

† **FOSSUM**, et **REFOSSUM**, *Fossé et Contre-fossé*. Vide *Fossatum* 1. Chron. Moëdoet. apud Murator. tom. 12. col. 1163: *Dicta terra de Modoeitia fuit murata per circuitum, et extra dictam Fossam magnam dictæ terræ factum fuit Fossam et Refossam, et strata levata circumquaque terram.* Vide *Fossa* 1.

**FOSSURA**, *Fossa*. Gloss. Gr. Lat.: *Ἐξαφέρως, Fossura, occatio, bidentatio. Ἐξάφης, τὸ ὄρυγμα, Fossura.*

\* **FOSSUS**, **FOXUS**, pro *Fassus* vel *Fessus*, et *Faxus*, *Fascis*, Gall. *Botte*. Charta Phil. Pulc. ann. 1312. in Reg. 48. Chartoph. reg. ch. 28: *Item quatuordecim Foccos feni pro triginta quinque solidis, computato quolibet Fosso ad duos solidos et sex denarios Turon.* Vide supra *Faxus* et *Fessus*.

**FOSTERLEANN**. Leges Edmundi Regis de Sponsalibus, cap. 2: *Postea sciendum est cui Fosterleann pertineat, vadit hoc brigdunia, et plegit amici sui.* Saxonib. *foster*, est victus, cibarium; *lean*, exhibere. [\* Vide Thorpii Glossar. in hac voce.]

\* **FOSTIAM**, [Pro *hostia*, et *Fostim* pro *hoste*, antiqui dicebant teste *Festo* in *Fedum*.]

**FOSTRE**, *Vernæ ex ancillis nati*, quibus et peculium et familiam habere concessum fuit, in jure prisco Sueonum apud Joannem Stiernhookum, pag. 208. [\* Vide Grimm. Antiquit. Jur. German. pag. 319. num. 34.]

† **FOT**. Vide *Fod*.

**FOTEGELDUM**, **FOTGELDUM**. Vide *Fotegeld*.

† **FOTILITIUM**, perperam pro *Fortilitium*, apud Murator. tom. 12. col. 551. ex Chron. Domin. de Gravina. Vide in *Fortia* 3.

**FOTINELLUM**, Genus ponderis apud Anglos. Vide *Charrus*.

† **FOTIRE**. Vide *Focire*.

**FOTRUM**, *Capsa*, vel instrumentum, in quo scyphi feruntur, apud Cæsarium

Heysterbac. [lib. 9. cap. 29: *Mox ut residens oculos clausit, quidam et assistens Fotrum, (al. fotum) in quali scyphi a convivantibus portari solent argentei, ostendit.*] Nostris Fourreau. Vide Fodrum.

† FOTSA. Vide Filetius.

† FOTUS, Fartus. Miracula S. Martialis Episc. tom. 5. Junii pag. 555: *Manu-follia quæ sub capite auro Fota posuerat.*

† FOUACES, FOUACHA. Vide in Focacia.

1. FOUAGIUM, ut supra Foagium 1. Censuræ pro singulis Focis exactus. Instrumentum ecclesiæ S. Mariæ de Prato Histor. Harcur. tom. 3. pag. 182: *Habeant et teneant bene et in pace, in omni potestate mea ab omni relevo... et omni alia consuetudine, et de omni singulari servitio et opere servili et exactione et Fouagio hominum de manupastu eorum, etc.*

\* 2. FOUAGIUM, Præparatio coriorum, quæ in Fossa quæruo pulvere inficiuntur, unde nomen. Arest. parlam. Paris. ann. 1376. ex Cod. reg. 8312. 5. fol. 53. rº: *Magistris (tannatorum) concesseramus, quatenus visitationem, cognitionem et interpretationem Fouagii coriorum tannatorum, etc.* Aliud ann. 1370. ibid. fol. 65. vº: *Octroyons que les quatre maîtres... ayent... la visitation, congnoissance et interpretation du Fouage desdiz cuirs tannez.* Ubi perperam in Codice scriptum Feuagium et Feuage. Vide supra Foëuare.

\* 3. FOUAGIUM, Lignatio, annona lignaria, seu, ut strictius dicam, jus capiendi lignum calefaciendo furno accommodum; de quo supra in Fornilia. Et quidem Fouagium a chauffagio distinguitur in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 112. vº: *Johannes de Bera Lingonensis diocesis armiger habet... usagium suum pro Fouagio et chauffagio suis... de et super omni nemore.* Aliud ejusd. eccl. ibid. sign. 5189. fol. 24. rº: *Item suum Fouagium in nemore.* Vide supra Foagium 2.

† FOUATRUM, Jus pascendorum animalium in silvis, a Gallico Fourrage, Feurre, vel Fouarre, Pabulum. Chartularium S. Vandregesili tom. 1. pag. 372: *Salva tamen libertate et immunitate, quas ego et prædecessores mei consuevimus habere, videlicet de Fouatro et usagio in nemoribus domini Regis.* Vide Fodrum.

\* FOUAGIUM, Jus pascendi greges animalium in pascuis vel silvis, seu Præstatio ab iis, qui eo jure utuntur, exsoluta. Charta permutat. Inter reg. Franc. et Odon. archiep. Rotomag. ann. 1262. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 278: *Pertinentiæ de Gaillon, des Noes, et de Humesnil et de Douvrent sunt hæc:.... garannæ, Foucagium, etc.* Charta ejusd. Odon. eodem ann. ex Reg. 31. ch. 29: *Terræ arabiles, vineæ, modiationes vini, prata, nemora, garennæ, Foucagium, redditus in frumento, etc.* Haud dubie a veteri Gallico Fouc, grex, vulgo Troupeau. Bellom. Ms. cap. 12: *On dit pas Fouc de vaches, ne Fouc de chevaux: mes on dit bien Fouc de pourchiaus et Fouc de brebis.* Pedag. Peron. in Chartul. 21. Corb. fol. 333: *Item le Foucq d'aves, dont le Foucq vault xxv. awes, et pour le Foucq, iij. deniers.* Idem quod Fouc d'oues, in Fab. lupi et anseris tom. 1. Fabul. pag. 85. Vita J. C. Ms.:

Dès que le pastour est ferus,  
Li Fouc des berbis est vaincus.

Quæ reddunt illud Zachariæ cap. 13. v. 7: *Percute pastorem, et dispergentur oves, Addit, Gregis, Math. Evangel. cap. 26.*

v. 31. Hinc Fouel, Coetus, turba, Gall. *Assemblée, troupe.* Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. ch. 114: *Jehannot de Villomain vit que on menoit ainsi vilainement son frere,.... meu de grant amour charnelle se féri entre ceulz qui le menoient, pour aidier à sondit frere, et féri ou Fouelz ou assemblée, et d'aventure assena à la teste un compaignon.*

\* FOUCHERIA, Filix, a veteri Gallico Fouchiere, pro Fougere. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 191. rº: *Item feodum comitis de Meullento apud Oissel,.... pro Foucheria, c. sol. Lit. Phil. ducis Aurel. ann. 1361. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 357: Ouquel usage peuent prendre... la Fouchiere et les racines d'icelle erachier et fauchier à quelconques ferremens qu'il leur plaira.* Vide supra Feuigeria et Fogeria.

† FOUORA PLUMBI. Vide Fodra 1.

1. FOVEA, Thesaurus in terra inventus. Radevicus lib. 3. de Gestis Friderici cap. 26: *Quicumque Foveam invenerit, libere fruatur ea.*

2. FOVEA, Tumulus. Glossar. Gr. Lat. MS.: *Τάφος, sepulcrum... bustum, Fovea, humus.* Perperam edit. *fovens.* Epitaphium Tassilonis Ducis Bavarie:

Conditur hac Fovea, quem, pie Christus, heu,  
Tassilo Dux primum, post Rex, Monachus sed ad

Idibus in ternis decesserat iste Decembris.

Vide Fossa 3.

IN FOVEAM MITTI. Imus carcer, nostris, *Bassefosse.* Synodicon Raphaelis Archiepisc. Nicosiensis Græci sub ann. 1252. cap. 19: *Et ex hoc contingit, eos (Clericos) capi per milites, in Foveas mitti, et alias tractari turpiter contra Ecclesiasticam libertatem.* [Charta Mathæi Abbat. Sandion. ann. 1285. in Chartular. Domus Dei Pontisar.: *Constructis in ipsa domo Foveis et receptaculis aptis ad prisonarios custodiendos et tenendos.*] Vide Fossa 2.

FOVEA ad capiendos pisces, in veteri Charta Normannica ann. 1050. tom. 13. Spicilegii Acheriani pag. 286.

\* FOVELA. [Idem ac fomentum, recreatio. *Terull. Anim. 7.* Incorporalitas est immunis a pœna, et a Fovela.]

FOVENTATIO. Edictum Philippi Pulcri pro Reformatione Regni ann. 1202. cap. 5. apud Pithœum: *Vivaria insuper et stagna et piscariæ, nisi piscium nutritura et Foventatione servatis, pro captura piscium non graventur, id est, fatibus piscium, pisciculis, Rappoissonnement.* [Perperam Fomentatio, apud Menester. Hist. Lugd. pag. 83. col. 1.] *Silvam Fovere, in Charta Henrici VII. Imp. ann. 1509. apud Goldastum tom. 1. Constit. Imp. pag. 318.*

FOVERARE, pro Foderare, Fourrager, Fodrum auferre. Fleta lib. 2. cap. 41. § 13. de forestis: *Inquiratur... quantum pastura Regis Foverata fuerit, aut deteriorata per animalia, quæ exeunt a domibus illis.*

† FOVERE SILVAM. Vide Foventatio.

\* FOVERE, pro Fodere. Instr. ann. 1400. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 3. pag. 768: *Juxta dictum flumen mandamus quod ponatur et Foveatur unus lapis ad perpetuum rei memoriam.* [\* Foveatur, conservetur.]

\* FOVETUM. Vide supra Favetum.

† FOUGERIA, Filix, Gall. *Fougere.* Charta Libertatis oppidi S. Palladii ex MS. Coislin. num. 522: *Poterimus vendere Fougérias nostræ Forestæ.*

\* FOUHACEA, Paris seu placentæ species, nostris Fouace. Charta ann. 1293.

in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 159. rº: *Duo membra porcina, tres Fouhaceas, etc.* Alia ann. 1319. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 155: *Item triginta panes albos, Gallice Fouaces nuncupatos, etc.* Lit. remiss. ann. 1416. in Reg. 169. ch. 381: *Le suppliant print une pouche, ou il avoit sept pains, appelez Fouasses.* Neque aliud significare videtur Fouaron, in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 167. ch. 5: *Les Fouarons que les compaignons ont acoustumé demander aux nopces.* Hinc Fouassier, qui ejusmodi panes seu placentas facit, in Charta ann. 1443. ex Chartul. Latinic. fol. 199. vº. Vide Focacia.

\* FOULAGIUM, PHOLAGIUM, Gall. *Fouage et Foulage, vox frequens apud Britones, qua Molitura seu ipsa molendi actio, simul et pensitatio, quam a vassallis exigit dominus pro frumentis molitura in molendinis suis, significatur.* Charta Joan. ducis Brit. ann. 1271. ex Bibl. reg.: *Alia nova molendina propriis sumptibus edificare hac prima vice ad sufficientiam milturæ et Pholagii villæ de Kemperelle.... Homines vero communes per communem allocutum ad molendum et pholendum in dictis molendinis compellentur.... Ad sufficientiam milturæ et Foulagii.* Ibidem: *Ad molendum et folendum.* Charta ann. 1284. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 1070: *Hervé de Leon... et les seins emprès lui recegnent et aient perpetuellement tote la mouste et tout le foiege (sic) de tote la terre,.... promettons que nous, ne les noz, nez puissions rens avoir ne reclaimer en la devant dite mouste, ne au devantdit Fouage.* Alia ibid. col. 1119: *Le molin de Pallas, totes les moules et le Fouage des terres, demaines dessusdites, et totes les autres redevances.* Rursum alia ann. 1327. ibid. col. 1347: *Sanz ce que ladite dame, ne nul autre, qui ayet cause de lé, puisse rien prendre ne avoir de mouste ne de Foulage du gentil fé audit Mons. Hervé.* Vide supra Folagium.

† FOULARE, Calcarea uvas, Gallice *Fouler la vendange.* Charta G. Abbatis Sangerman. ann. 1266. in Tabulario hujus Monasterii: *In cuppis ditorum hominum Foulabunt, neque de primo, neque de extremo vino solvent pressoragium.... Solvere tenebuntur in vindemiis dicto Priori et semper Foulare in dicto territorio.*

† FOULERIA, Fullonis officina, Gallice *Foulerie.* Charta anni 1257. in Tabulario S. Martini Pontis: *Domus sita apud Fouleriam de Pontisara.*

\* FOULFACERE, Offendere, nocere, damnum inferre, ut *Fortisfacere* 1. Vide in hac voce. Charta Rich. 1. reg. Angl. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst. col. 115: *Si quis eis (canonicis) vel rebus suis in aliquo Foulfacere præsumperit, id eis sine dilutione emendari faciatis.* Hinc Fouille, Offensa, vituperium, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. Chartoph. reg. ch. 379: *Le suppliant courroussé des parolles qu'icellui Parisot avoit proférées à nostre Fouille, en favorisant.... ceulz qui tenoient party à nous contraire.*

\* FOULLEIA, an Foliorum florumve sparsio in ecclesia, uti in majoribus festis fieri solitum erat; quod pedibus calcantur sic dicta? Vide *Jonchare.* Comput. Ms. ann. 1239: *Pro Fouilleia facta ad Meledunum in Penthecostes per Johannem Pinco, aliz. sol.*

FOUNINARE, Fœtum edere, proprium damarum. Fleta lib. 2. cap. 41. § 33: *Qui fecerint vastum in foresta, .... maxime,*

ubi damæ solebant *Founinare*, et habere defensionem cum *feitibus suis*.

† **FOURARE**, Instruere, pellibus ornare, Gallice *Fourrer*. Statutum Caroli V. Fr. Reg. ann. 1371. de almutiis Canoniorum S. Capellæ Parisiensis: *Tenebuntur habere et deferre... almutias de griso, seu de pellibus grisibus, Fouratas de minutis variis*.

\* **FOURBISSOR**. Vide supra *Forbissator*.

\* **FOURCERIVS**, Qui capsulas et scrinia, *Forciers* nuncupata, facit, vel scrinii seu capsulæ regis custos. Vide supra *Forcerius*. Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 248: *Cum carissimus dominus et germanus noster Ludovicus, quondam dictorum regnorum rex, dum viveret, dilecto Johanni dicto Pimorim, tunc Fourcerio suo, nunc nostro,.... concessisset, etc.* Nisi legendum sit, *Fourterius*. Vide infra in hac voce.

\* **FOURCHATA**, Tridens, merga, nostris alias *Forchat*, *Fourchat*, *Fourchel*, et *Fourchette*, sive ex ligno, sive ex ferro. Arest. parlam. Paris. ann. 1319. ex Reg. Olim fol. 399. v: *Armati Fourchatis, ensibus et aliis generibus armorum, etc.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 160: *Thomas Perrote estant allé en une vigne et ayant trouvé qu'on lui avoit osté un Fourchel, dont il avoit lors à faire, il se transporta pardevers Jaquinot,.... et lui demanda s'il avoit osté ledit Fourchel*. Alia ann. 1414. in Reg. 168. ch. 69: *Lesquelles femmes prindrent trois menus barreaux de fer et une piece, nommée Forchette, ployée en trois; lesquelles barreaux et Fourchette pouvoient peser environ 210. livres de fer*. Un baston nommé *Forchat*, in Lit. remiss. ann. 1416. ex Reg. 169. ch. 123. *Ung baston, appellé Forchat, qui est en maniere d'une forche, in aliis ann. 1461. ex Reg. 198. ch. 11. Fourchier, eadem exceptione, in Lit. remiss. ann. 1388. ex Reg. 135. ch. 112: Iceilui Jaquemin sailli avant en tenant un gros et pesant baston, appellé Fourchier*. Vide supra *Forchia* 2. et *Forchonus*.

\* **FOURGUS**, Furca, quidquid in angulum acutum desinit, nostris *Fourc*. Charta Phil. V. reg. Franc. ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 304: *Usagium frondis seu branchæ et tertii Fourci, in foresta nostra Acatici, pro suo ardere*. Lit. remiss. ann. 138. in Reg. 109: *Laquelle femme moult courroucée en le bout ou Fourc d'un pommier, dont ils estoient assez près, elle le cuida férir dudit coustel en la joue senestre*. *Fourg*, Via in furcas divisa, in Lit. remiss. ann. 1452. ex Reg. 181. ch. 170: *En ung Fourg, et croisée de deux chemins, etc.*

† **FOURMARIAGIVM**, Idem quod *Forismaritagium*. Charta ann. 1236. ex Chartul. Monaster. S. Quintini in Insula pag. 344: *Salvis et retentis eisdem Abbati et Conventui cavagitis, mortua manu, et Fourmariagius hominum suorum*.

† **FOURRAGIVM**. Vide *Fodrum*.

† **FOURRATURA**, Pellitium, Gall. *Fourrure*. Inquisitio MS. pro Canonizatione S. Yvonis: *Cum esset D. Yvo Officialis Episc. Trecorensis, et habuisset ab illo bonas vestes fouratas, ipsarum vestium Fourraturas pauperibus erogavit, ipsas vestes sine Fourraturis portans, et fingens se de illis Fourraturis aliud fecisse*. Inquisitio alia pro Canonizatione Caroli Blesens. ann. 1370. apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. pag. 556: *Et Fourraturam venderet pro necessitatibus pauperum*. Vide *Foratura*.

\* **FOURRERIA**, Cella lignaria, officium in hospitio regio, Gall. *Fourriere*. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 476. v. col. 2: *Jaquetus de Trevis valletus Fourreria Johanne reginae, etc.* Vide supra *Foreria* 1.

\* **FOURRERIUS**, Gall. *Fourrier*, Designator hospitiorum. Charta Phil. Pulc. ann. 1307. in Reg. 44. Chartoph. reg. ch. 4: *Johannem Festuce, burgensem de Moredto, dilectum Fourrerium nostrum, etc.* Alia Phil. V. ann. 1318. in Reg. 56. ch. 321: *Dilecto Johanni, dicto Broudier, Fourrerio nostro servientii placiti spatæ de Turriaco in baillivia Cadomensis, etc.* Vide *Forrerius* in *Fodrum*.

† **FOURURA**, Eadem, ut videtur, notione. Chartular. Latiniac: *Nullus mercator non debet dare fidem ad exitum portæ de rebus quas portat vel mutat, nisi de Fourura et armatura ferri*.

† **FOUSSATUM**, ut *Fossatum* 1. Vide locum in *Bisturris*.

† **FOX**, pro *Faux*, Aditus, strictus ingressus, Gall. *Avenue, Entrée, Passage étroit*. Memoriale Potestatum Regensium ad ann. 1218. de Obsidione Damiatæ: *De paganis vero circa duo millia sunt mortui, et captum fuit unum de lignis Christianorum, quod erat ante Focem Damiatæ*.

† **FOXA**. Vide in *Faicia*.

\* **FOXIA**, eadem notione, qua *Fossa*, *Fossatum*. Vide in his vocibus. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 440: *Statuimus et ordinamus quod ab angulo domini Rolandini domini Cecilie usque ad turrim Carbonensium, et usque de subtu Fowie place majoris debeat seligari, etc.* [FR.]

\* **FOXINA**. Vide *Fuxina*. [FR.]

† **FOXORADA**. Vide *Fossoriata*.

† **FOXSORANUS**, Fossor vineæ, vinitor, Gallice *Vigneron*. Charta anni 1183. inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 191: *De singulis focis Focsororum sex denarios in festo S. Remigii per obedientiarum reddendis et requirendos*.

\* **Melius Focsorarius**, in eadem Charta inter Probat. tom. 1. Hist. Burg. pag. 59. col. 2. Vide supra *Fossare* 2.

\* **FOXUS**, pro *Faucus*, *Fascis*. Vide supra *Fossus*.

† **FOYASSIA**, Placenta quæ ad focum seu ignem familiarem coquitur, nostris *Fouache*. Inter prestationes quæ certis diebus fiebant dominis a vassallis et subditis recensetur in plerisque veteribus Instrumentis. Idem quod *Focacia*. Vide in hac voce. *Chartophylacium regium* Regest. 87: *Item circa aliud dymidium jornale situm versum Marrellum.... pro quibus omnibus debet domino unam mondanam frumentum pro Foyassis*. Ibidem: *Item, tenet a domino ipse Gononus et Johannes Morelli ejus nepos et eorum parerii quaedam nemora et quosdam esartos sitos in costis Montis Alodii usque ad rivum d'Aloy pro quibus et pluribus aliis rebus faciunt domino pro magnis Foyassis et parvis novem curtas frumenti, unum festarium vini et duodecim denarios monetæ currentis*. Occurrit ibi non semel.

\* **FOZA**, vox Italica, Ornatus species, idem fortean quod supra *Flocus* 2. Vide in hac voce. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 581: *Qui capucii sunt parvissimi, cum becho longo quasi usque in terram, ita quod omnes videntur esse in Foza, sic sunt parvi dicti capucii et stricti circum circa apud ipsos; tamen non sunt in Foza*. Barel. serm. 2. in Dom. 1. Quadrag.: *Superbiunt mulieres in vestibus,*

*in novis Fozis et recamaturis*. Vide supra *Forzeum*.

\* **FOZILE**. Charta ann. 1104. apud Besl. inter Probat. Hist. comit. Pictav. pag. 424: *Ibi super sacratissimum corpus reliquimus, cum quodam Fozili huic chartæ inhærenti, omnia quæ injuste reclamabamus*.

† **FRAAGIVM**. Vide *Freagium*.

† **FRABUTATIO**, Prævaricatio, concussio, Gall. *Malversation*. Hist. Cortusior. l. 8. ad ann. 1340. apud Muratorium tom. 12. col. 908: *Eodem mense (Augusto) decapitatur Pregadius de Caradesio, judex et socius Potestatis, propter Frabutaciones quas commiserat in officio*.

† **FRACASSARE**, Rumpere, Evertere, a Gallico *Fracasser*: quod proprie sonat Magna vi et fragore confringere. Bibliotheca vetus Hispana tom. 1. lib. 6. cap. 4. pag. 334. et lib. 2. Laimund. Antiq. Lusitan.: *Celtis enim quidquid patriæ nostræ hac ætate boni evenit, deberi necesse est; illi enim turres Fracassatas, si forte erant, levaverunt*. Itali *Fracassare, Fracasciare*, eadem notione usurpant.

\* **FRACCHINELLUS**, Funis species. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1267: *Item datum pro sex Fracchinellis pro hourdo ligando, viij. sol.*

† **FRACELLI**, **FRACERE**. Papias: *Fracere, Sordere dictum a Fracellis, quæ sunt stillicidia stergulini, Fracelli, Distillidia stergulini, sordium glomusculi*. *Fracere* vel *Fracessere* Nonio est *Tanquam frari et putrefieri vetustate*. Utuntur Varro et Columella, ut et vocabulo *Fraces* Vitruvius Pliniusque, pro reliquis olearum trapeto contusis: quare Turnebus mallet *Frages a Frangendo*, ut *Fragescere* loco *Fracessere*. Hunc consule lib. 28. Adversar. cap. 7. Vide *Fractellum* et *Fratellum*.

\* **FRACHA**, **FRACHIA**, Ruina, apertura, Gall. *Breche*, alias *Fraite*, *Fraitte*, et *Freste*. Stat. ann. 1357. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 195. col. 1: *Item est faciendum quod fiat reparatio foraminum et Frachiarum muri et fundamenti ejusdem a parte extra,.... etiam a parte intra, procedendo a Fracha muri antiqui, etc.* Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 153. col. 2: *In reparando Frachias fossorum extra villam existentium, etc.* Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 21. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 173: *Il chai parmi la Fraite si rudement, etc.* Charta ann. 1325. ex Chartul. 21. Corb.: *Disoit le procureur desdits religieux qu'ils sont en saisine de relever par eulx ou par leurs gens, toutefois que le cas s'y est offert et il leur a pleu, les Frestes et fosses de leur terre de Monchy du lieu ou lieux où veue a esté fete, et de prendre prael oudit lieu où veue a esté fete pour reffaire lesdites fosses ou Fraites*. Lit. remiss. ann. 1399. in Reg. 145. Chartoph. reg. ch. 141: *Iceux Bouliot et exposant virent le potis du jardin dudit Guerart ouvert, cuidans qu'il y eust Frette ou passage pour passer outre, etc.* *Freste*, infra in ch. 216. *Besliar*. MS.:

Car il n'a pertuis, ne Fraite,  
Ne li terres, qui tousjours gaite,  
Ne puet trover par où il past.

Vide *Fractura* 4.

**FRACHENDA**. Testamentum MS. Guilelmi Jordani Comitit Ceritanæ Id. April. ann. 42. Philippi Reg. Francor.: *S. Laurentio dimitto... Frachendam unam, quæ est ante S. Laurentium*. Ibidem: *Et ipsas Frachendas de villa Targasona*.

Idem videtur, quod *Fazenda*. Vide in hac voce.

\* **FRACHIO**, Libertas, jus, privilegium, f. pro *Franchiatio*. Vide infra in hac voce. Lit. J. archiep. Vien. et F. Episc. Gratianop. ex Bibl. reg. : *Notum facimus universis litteras Frachionis de Moirencio non vicatas, non cancellatas, etc.* Vide *Franchisia* 3.

\* **FRACISCERE**. Isidorus Mercator in can. 17. Synodi Ancyranae, ex Codic. Justelli : *Pro his, qui in animalibus, ut animalia Fraciscunt, vel in masculis leprosi efficiuntur.* Ubi Cod. Gr. ἀλογύμειροι habet.

\* **FRACMENTUM**, pro *Fragmentum*, Portio. Charta ann. 1895. inter Instr. tom. 6. Gall. Christ. col. 162 : *Fracmentum canonicarum dabitur pauperibus hospitalis predicti.*

† 1. **FRACTA**, Destructio. Canonizatio S. Ubaldi in Actis SS. Maii tom. 3. pag. 639. ex Dipl. Henrici Imp. ann. 1191 : *Cives Eugubinos ab annuo imperiali absolventes, omnes offensas, quas contra nos vel nostros commiserunt nuncios, eis sincere dimittimus, et nominatam Fractam arcis Eugubini montis, etc.* Marginales notae ad Codicem Vitæ S. Ubaldi habent : *Sed cum arces duæ in summitate montis, quæ pro Imperatore tenebantur, a quibusdam Eugubinis Fractæ fuissent, etc.*

\* 2. **FRACTA**, Sepes, Ital. *Fratia* ; quod ex dejectis seu fractis arborum ramis fiat, sic appellari videtur. Charta ann. 1189. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 208. col. 1 : *Fecerunt Fractas ad capiendum sylvestria animalia, non reddentes dicto monasterio quarterium, sicut mos est... Abbas dicebat et affirmabat quod in silvis dicti monasterii aliquis dominus Civitæ novæ aliquo tempore, sine voluntate ejusdem monasterii, Fractas et mandras non fecit.* Vide infra *Freta* 3.

† **FRACTÆ**, Videtur fuisse species palorum vel tignorum navibus præfixorum ut ad eas accedere non possent oppugnatores: vox, ut suspicor, orta ab Italo *Fratta*, Sepes, quod hujuscemodi *Fractis* naves veluti sepirentur et murerentur. *Fraises* Gallice vocamus Palos ad munitionem urbium humo fixos, hancque Gallicam vocem ejusdem originis existimo. Ogerius Panis l. 6. Annal. Genuens. ad ann. 1207 : *In mense vero Martii armaverunt galeas decem, in quibus iit Nicolaus de Auria dominus et guida, quæ Calarim applicantes invenerunt ibi naves decem Pisanorum et galeas octo bene guarmitas, et omni Fractarum munitione defensas, easque invadendo prederis, balistis atque sagittis præliaverunt, sed propter Fractas super eas ire non potuerunt.*

\* **FRACTALE**. Charta Longobardica apud Baron. ann. 1019. n. 8 : *Incipiente a vado, quod est ab ara Crescentii de arce, et exinde per Fractale usque in pede de monte S. Mariæ.* Idem forte quod *Fractellum*, de qua voce mox.

\* **FRACTARE**, Frangere. Tabul. Casaur. fol. 51. v. : *Cum insula et cum introitu et exitu suo, et cum forma in Fractando et in sertando cum omni firmamento, quantum ad ipsum molinum pertinet.* Stat. Cadubr. lib. 2. cap. 126 : *Ordinamus quod aliquis terrigena vel forensis non sit ausus, nec possit, nec debeat in nemoribus Cadubri ronchare, vel ronchari facere, Fractare, vel Fractari facere, nec lignamen aliquod incidere, etc.* Vide infra *Frapiatus*.

\* **FRACTELLUM**, *Stillicidium stercoris, vel sterquilinum*, Ugutio. [Gloss. Lat.

Gall. Sangerm. : *Fractellum, Degout, agout de chambres privées ou de fiens.* Vide *Fracelli*.

\* **FRACTICIDIUM**, *Vestis diruta*, in vet. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

\* **FRACTICUS**, Incisus, fractus, Gall. *Brisé*. Ostium *fracticum* dicitur de bifori porta. Stat. ord. Cartus. ann. 1261. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 688. col. 2. art. 55 : *Illi qui volunt ostium chori aperire in elevatione, habeant Fracticum ostium, quod aperiatur tantum in elevatione, et postea claudatur.*

\* **FRACILATA VESTIS**, apud Jo. Buschium in Chr. Windesem. lib. 2. cap. 47. 49. dicitur concisa, latissimis rimis et hiantibus, cujusmodi æstivo tempore Galli nostri thoraces gestant, adeo fenestratos et hiantes, ut seminudi fere appareant, vel certe ut Petri Chrysologi verbis utar, *artificiosa nuditate vestiti*. Fissuras istas enormes, in Clericis præsertim, perstringit Bernardus lib. 3. de Consid. cap. 5. quas etiam proscripti Willelmus Episc. Colon. ann. 1360. qui inter alia sic ait : *Monemus universos et singulos Clericos, ne de cætero vestes partitas, virgatas, taliatas, scacatas... deferrant.*

† **FRACILIS**, Fragilis. Translatio S. Augustini Cantuar. Maii tom. 6. pag. 413 : *Sepulcrales ædiculæ cum essent et Fraciles et lateritiz, etc.*

\* **FRACILLUS**, Ugutioni et Joanni de Janua : *Cauda vel fragmentum panniculi ornatus pendens ex interiori parte.* *Fractillus* vestium dicitur villus in capite vel a etiam villosa. Et *Fractillum*, molinellum, in quo piper teritur, quia grana piperis confringit, et est perforatum ab inferiori, et inde Piperetum accipitur pro quodam vase perforato, per quod solent prospicere taxilla, ne fiat ibi fraus. [Festus : *Fratelli, Villi sordidi in tazetis.* Onomast. : *Fratilli, xpoool.* Isid. Glossar. : *Fractillum, ad frangendum piper.* Gloss. Lat. Sangerman. : *Fractillus, Frange, ou poil, ou coton de tapis ou de robe.*] \* In cod. reg. Glossar. 521 : *Fractillus, Pilius decius a panno.*

\* **FRACTIO**, Particula. Stat. eccl. Turon. ann. 1396. cap. 7. ex Cod. reg. 1237 : *Unde vero non est tutum hostiam eligere super pallam, quia posset ibi aliqua Fractio remanere.* Ubi versio Gallica : *Pour ce n'est pas seure chose eslire hostie sur la touaille ; car aulcune Fractio pourroit illec demourer.*

† **FRACTIO VOTORUM**, Violatio, Gall. *Infraction*. Acta Consecrat. Ecclesiæ de Epeia ann. 1186 : *Unum annum et XL. dies omnibus vere penitentibus et confessis de injuncta eis penitentia criminalium, et quartam partem venialium, Fractionem votorum ita ut ad eam redeant, remittunt.* Vide *Factio* 2.

\* **FRACTIOR**, *Difficilior*. Gloss. Isid. et Constantiensis. Legendum censet Grævius, *Fractor, Debilior*. Papias : *Fractus, Debilitatus, laceratus, dissolutus.*

1. **FRACTITIUM**. Jo. de Janua : *Fractitium, quod facile frangi potest.* [\* *Fractitium, Brisabile, legier à frossier.* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. Reg. 7684.]

2. **FRACTITIUM**, Idem quod *Ruptitium*, Ager aratro proscissus. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 873 : *Pratum de Mara, et 3. acras terræ de Fractitio.*

\* **FRACTO**. Leudæ major. Carcass. MSS. : *Item pro cargua corinum bovinum (f. coriorum bovinorum) Fracto, iij. sol.* Turon. Ubi versio Gallica ann. 1544 : *D'une charge de cuirs de boufs pattis, etc.* id est, ni fallor, subactorum ; unde leg. *Fractorum*.

\* **FRACTORA**, Examen trutinæ, Gall. *Aiguille vel Languette*. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 107. ex Cod. reg. 4624 : *Qualibet persona, quæ aliquid alicui ponderabit, debeat... taliter tenere balancas, quod langueta seu Fractora ponderis eorumdem possit libere, sine aliquo impedimento, currere seu ponderare hinc et inde.*

\* **FRACITUM**, Expensum, sumptus, Gall. *Frais*. Charta ann. 1317. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 289 : *Burgensis communis factus eatitit solvendo onera et Fracta dictæ communis.* Vide mox *Frctus* 1.

1. **FRACTURA**, Constantinus Afric. lib. 8. Pantechn. cap. 19 : *Si juncturæ separatio fit in carne, vocari debet plagæ : si putrescat, dicitur vulnera : si in ossibus est, Fractura.*

2. **FRACTURA**, videtur certum genus characteris, ut in littera Flandrica, vulgo *Fracture*. Chronicon Windesem. lib. 2. cap. 42 : *Novis libris conscribendis in bona rotunda textura et Fractura pergameno vel francoeno quotidie insudavit.* Et lib. 2. pag. 63 : *Cui tunc temporis meliorem in Fractura et notatura Monasterium nostrum non habuit.*

† 3. **FRACTURA**, *Damnium quodcumque*. Barthii Glossarium ex Hist. Palæst. Fulcherii Carnot. Charta ann. 1246. apud Thomasserium in Biturig. pag. 87 : *Si vero aliquis eorum erga alium inimicitiam incurrerit, absque castelli vel burgi Fractura, et clamore præposito non facto, concordaverit, etc.*

† 4. **FRACTURA**, Ruina, Gall. *Brèche*. Consilium Communis Massil. : *Dominus Massiliensis Episcopus obtulit se in honorem civitatis velle suis sumptibus reparare Fracturam barii prope turrem del Rostagneto.*

† 5. **FRACTURA**, f. Tractus, territorium, districtus. Charta Henrici Comitæ Campaniæ ann. 1149. ex Tabulario S. Eugendi Jurensis : *Concessi Prioratum S. Eugendi in castro Firmatatis fundatum cum atrio, et in Fractura ejus Capellam de castello cum omnibus decimis absque medietate decimæ, quæ est ultra Albam.* [\* Idem mihi videtur quod mox *Fractus* 1.]

\* **FRACTURÆ NAVIUM**, vulgo *Bris de vaisseaux*, Wrecum. Charta Edgardii filii Malcolmi Reg. Scotor. tom. 1. Monast. Angl. pag. 45 : *Cum omnibus terris, et silvis, et aquis, et teloneis, et Fracturis navium, et omnibus consuetudinibus, quæ pertinent ad predictas mansiones.*

\* 1. **FRACTUS**, ut supra *Fractum*. Charta Inger. Camerac. episc. ann. 1284 : *Intelleximus quod nonnulli laici, tam conjugati, quam non conjugati in fraudem civitatis Cameracensis, et ut tallias, exactiones et Fractus dictæ civitatis vitare possent, simulate se asserunt et fingunt esse famulos seu servientes canonicorum Cameracensis ecclesiæ... Nos volentes, sicut tenemur, circa hoc remedium opportunum adhibere, volumus, ordinamus et declaramus ut nullus prætextu famulatus seu servitii alicujus canonici, tallias, exactiones et Fractus predictos vitare possit, nec ab eis esse immunis ; sed ipsum ad solutionem talliarum, exactionum et Fractuum predictorum dicti præpositus et scabini Cameracenses coherceant.* Charta ann. 1311. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 131 : *In hujusmodi colligenda avena sint duæ quadrigæ, duo quadrigarii, duo adjutores, ad sumptus et Fractus avenæ levatæ.* Nostri *Fraier* et *Fraier* dixerunt pro *Sumptum* facere, pecuniam impendere, simul et

aliquem ad expensas cogere. Charta ann. 1365. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 111. col. 1. : *Il soit ainsi que lesdits habitans... eussent esté grandement domaignié et moult grandement Frayé, etc.* Alia ann. 1369. in Reg. 102. ch. 84 : *Comme lesdiz plaiz et procès fussent taillés à durer lonc temps, parquoy lesdites parties pourroient estre Fraiez et coustengiez et despendre leurs chevances, etc.* Chartul. 28. Corb. ad ann. 1448 : *Afin de plus vexer, travailler et faire Fraier iceula habitans, etc.* Lit. remiss. ann. 1450. in Reg. 185. ch. 69 : *Icellui prestre faisoit citer ses paroissiens, pour les plus Fraittier et dommager.* Alia ann. 1376. in Reg. 109. ch. 416 : *Icellui Pierre poursui nos diz ennemis,.... comme autres de nos genz, où il Fraia et despendi moult du sien, oultre les gaiges qu'il pensoit de nous.* Occurrit præterea in Ordinat. reg. Franc. tom. 6. pag. 484. et tom. 7. pag. 448. Vide supra *Anfractus* 2.

\* 2. **FRACTUS**, Decessio, imminutio, Gall. *Déchet*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1306 : *Pro Fractis monetarum, & lib. Alius ann. 1373 : Item datum pro Fractu monetæ per ipsum, iij. sol.*

\* 3. **FRACTUS**, Concisus. Curia 2. gener. Terracon. sub Jacobo I. reg. Aragon. : *Statuimus quod nos, nec aliquis nobis subditus non portet in vestibus aurum vel argentum,.... nec aliam pellem Fractam vel retortam, etc.* Vide *Fractilata vestis*.

† **FRÆDUM**, pro *Fredum*. Vide in hac voce.

† **FRAELLUM** FIGUUM, Idem quod infra *Frayle*. Fiscina fitorum, Anglis *Frail*. Mandatum Henrici IV. Regis Angl. ann. 1410. apud Rymeyer tom. 8. pag. 634 : *De qualibet centena piperis venalis, duos denarios. De quolibet Fraello ficuum et racemorum venalium, unum obolum.*

\* Nostris alias *Fraiaus* et *Frayel*. Redit. comit. Hannon. ann. 1265. ex Cam. Comput. Insul. : *Fraiaus de fighes, j. den. Lit. remiss. ann. 1370. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 73 : Icellui Drouet prist une piece d'un viez Frayel à figues, qui estoit par la maison,.... le geta audit Aubinet et l'en féri parmi le visage.* Instr. ann. 1350. tom. 2. Ordinat. reg. Franc. pag. 440 : *D'un Frael de garde dessous cent livres, trente sols Parisis, et dessus cent livres, cinquante-un sols Parisis.* Unde *Frael*, de quacumque mercium colligatarum fasce dictum colligitur : sed mihi suspecta est ibi vox de *garde*, f. pro de *quede*. Vide *Frayle*.

**FRÆNARI**, Frænorum confectores, χαλκίνοποι: in Constit. Sicul. lib. 8. tit. 36.

\* **Enfrené**, Freno donatus, in Chron. S. Dion. lib. 3. cap. 18. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 238 : *Leurs chevaux tous enselez et tous Enfrenéz de lorainz doréz, etc.* Hinc fortassis *Chafrenere*, pro Verbis durioribus aliiquem castigare, in Vitis SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 12. v. col. 2 : *Par amor il (S. Etienne) les (Juifs) Chafresnat.*

† **FRAERESCHIA**. Vide *Fraternitas* 6.

† **FRAFUGETUM**, f. pro *Fraxinetum*, Ital. *Frassineto*, Locus fraxinis consitus. Præceptum Childeberti Regis Franc. ann. 528. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 3 : *Inde extenditur terminus ad locum qui appellatur Villa Baltrude, & illa in sinistra parte relicta peragitur per terminos et lapides ficcas per arborum Frafugetum, ubi cruces per arbores quasdam, sed et clavos et lapides subterfigere jussimus.*

**FRAGA**. Charta Alphonsi Imperatoris Hispan. æræ 1162. apud Antonium de Yezep in Chronic. Ord. S. Benedicti tom. 7 : *Et totam ipsam Fragam cum oliveto, usque in illum terminum, ubi intrat Lor in Sile. Ager forte fragis consitus. Fragas enim fraga Hispani vocant.*

† **FRAGÆNA**, FRAGANA. Vide *Fragina*.

† **FRAGEIA**. Chartul. Clun. sub Odilone Ch. 52 : *Ego Humbertus dono in pago Lugdunensi villa Quinsiaco unum mansum qui est in ipsa villa, et unam Frageiam in Monte Canino quam debet Vandebertus juvenis Fulgerio cum infantibus suis. Ubi Frageiam speciem corvatæ fuisse facile crediderim, ni magis arrideat Placentam interpretari ; ita ut idem sit quod Foyassia : quæ Frageia dicta fuerit quasi fragilis, quod facile frangatur.*

† **FRAGES**, FRAGESCERE. Vide *Fracelli*.

† **FRAGETUM**, Locus in quo crescunt fragi. Glossar. vetus Lat. ex Cod. reg. 521.

\* **FRAGIA**, Fimbria, lacinia, Gall. *Frange*. Comput. ann. 1356. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 172. col. 1 : *Eidem pro palmis quatuor de Fragia necessariis dictis penonibus et circumquaque positis, etc.* Vide *Frangia*.

\* **FRAGIARIA**, An mulier, quæ *Fragias* seu fimbrias ecclesiæ ornamentis assuebat, vel ipsa ornamenta seu vestes ecclesiasticas *fragiatas*, id est, laceras reficiebat ? Pactum inter Rob. II. ducem Burg. et capit. eccl. Cabilon. ann. 1290. inter Probat. tom. 2. Hist. Burg. pag. 78. col. 2 : *Concedimus quod mulieres viduæ dicte ecclesiæ, quæ Fragiariæ vocantur, non teneantur de cetero ad solutionem octo denariorum cuiuslibet foco impostorum. Vide mox Fragiatus.* An legendum est *Frugiaria*, quæ ecclesiæ elemosynis fruitur ? Vide *Frugiare*.

† **FRAGIATUS**, Fractus, læsus, debilitatus. Rotharis Leges apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 43. col. 1. [\*\* cap. 333.] : *Jubemus ut ille qui animale suum intricatum, aut forsitan mortuum invenit, det eum apud illum, cujus animalis eum intricavit, et recipiat similem, qualis in illa die fuit, quando Fragiatus est (Frangiatius in Codice Esten.) ab ipso cujus animalis hoc fecit.* Vide *Frugiliatus*.

\* A Lat. *Fractus*, nostri *Frai* dixerunt, pro *Rompu*, *brisé*. Gesta Ludov. Pii cap. 19. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 159 : *Il ne pot passer, pour les pontz, qui estoient Fraiz.* A verbo nimirum *Fraindre*, *Frangere*, rumpere. Bestiar. MS. :

C'est l'aimant, dont je vos cont,  
Si dure pierre n'a ou mont,  
Nule autre pierre ne la Fraint,  
Ne fer, ne fust ne la destraint.

*Fraer*, pro *Perfringere*, in Poem. Rob. Diaboli MS. :

Ses escus, qui bien est clavés,  
Ne fust il mie mieulx Froés,  
Ne ses ielmes mieulx detrenchiés,  
Se il eust esté drechiés  
Sour peulx agus et sor estaces,  
Pour assaier grans colz de hacos.

† **FRAGIDICA**, *Stilus a frango*. Johannes de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fragidica, Greffes.*

**FRAGIDIS**. Constitutio Ludovici II. Imp. ann. 867. in Hist. Ignoti Casin. cap. 6. pag. 101 : *Omnes volumus, ut omnem hostilem apparatus secum deferant... Vestimenta autem habeant ad annum unum,.... Fragidis enim quicumque eundo et redeundo commotionem fecerit, vitæ incurrat periculum.*

\* **FRAGILARE**, *Frangere*, rumpere.

Tract. MS. de Re milit. et mach. bellic. cap. 163 : *Navis habens in malo duas perticas,.... et in plerio runcula sive falce incidere funes caratellis ligatas, ut ruant super navigia tuorum hostium, causa comburendi et Fragilandi.* Vide supra *Fractare*.

† **FRAGILITAS**, Nocturna dormientis pollutio. Bernardi Monachi Ordo Cluniac. part. 1. cap. 18 : *Si tale quid ei contigit in nocte, quod nos verecunde Fragilitatem appellamus, ante confessionem septem Psalmos penitentiales dicit, vel si Psalmos nescit, Orationem Dominicam septies : et postquam fuit confessus, quod si jusserit Sacerdos, eo die non Teatum Evangelii osculatur, nec ad Pacem venit, nec ad offerendam.*

\* Stat. ord. Cartus. in Append. tom. 6. Annal. Bened. pag. 691. col. 2. art. 18 : *Prior non cesset ab officio in festo Reliquiarum ecclesiæ inferioris propter Fragilitatem, sicut nec in festo dedicationis ejusdem.*

**FRAGILITATUS**, Debilitatus, *fragilis factus ; Fresté*, nostris. Leges Rotharis Regis Longob. tit. 105. § 6. [\*\* 333.] : *Animal marcidum aut minuatum,.... fractum vel Fragilitatum, etc.*

\* *Fraire*, eodem intellectu, in Bestiar. MS. :

Quand il les voit devant ses iols  
Malades et Fraires et viols, etc.

Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : *Freol, Prov. debilis, elumbis.*

**FRAGINA**. Gl. Gr. Lat. MS. : Πλαγιάριος, *Plagiarius, Fragina*. Editum, *Fragena*. [Laurent. in Amalthea : *Fraganæ, Plagiarii ingenuorum liberos, aut alienos servos vendentes, aut supprimentes*, ex Lexico Juridico-Canonico.] [\* Vide Casaubon. Epist. 20.]

\* **FRAGITIDA**. [Stilus. DIEF.]

**FRAGIUM**. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 313 : *Concessi eisdem Fragium, focalia, et coopertoria, etc.* Sed legendum videtur *Fagus*. Vide *Fagus*.

\* Jus colligendi fractos arborum ramos, et præstatio, quæ ob id domino forestæ exsolvatur.

¶ Occurrit iterum hæc eadem vox in Charta Ricardi Regis Angliæ tom. 3. Hist. Harcur. pag. 184 : *Præcipimus quod homines prædicti sancti Hospitalis de Hierusalem sint liberi et quieti et de exercitu, et de quietatu (equitatu) et de theloneo, et paagio, et pontagio, et passagio, et vinagio, et Fragio, et de omnibus vendicibus, et de omnibus querelis, placitis, etc.* Forte pro *Fragium* legendum ibi *Foragium*. Vide in hac voce. Apuleio *Fragium* est Ruptura, unde *Crurifragium, Naufragium*.

† **FRAGLAMEN**, Flagrantia, ardor. Frigododus in Vita S. Wilfridi sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 722 :

Octonis etenim his forte quaterque vigenis  
Decubuit horis, pastus Fraglamine mentis,  
Corporis haut escis, aut qualibet arte liquoris.

† **FRAGLARE**, pro *Frangere*. Papias in MS. Bituric. : *Fraglat ad odorem referatur, quasi fracta specie ; Flagrat vero flammam ; quæ flatu fit.*

† **FRAGLIA** S. MARIE, apud Franc. Barbaranum in Vita B. Joannis Episcop. Vincent. in Actis SS. Martii tom. 2. pag. 496. ubi Continuator Bollandi suspicatur intelligendam esse Confraternitatem.

\* **FRAGMENTA**, Cibi reliquæ, Gall. *Restes*. Charta Theob. comit. Trec. ann. 1199. in Chartul. Campan. ex Cam. Comput. Paris. : *Domui Dei Meldensi... con-*

*firmavi... medietatem Fragmentorum domus meæ, et fenam et avenam ad opus unius equi.*

† **FRAGMINARE**, Confringere, in fragmenta comminuere. Vita S. Bernardi Menthonensis, Junii tom. 2. pag. 1077: *Statuam ligabis per collum et Fragminabis.*

**FRAGRANTIA**, Flagrans delictum: vox fori Hispanici. Vide Michaelem del Molino in Repertorio Foror. Aragon. in hac voce.

\* In fragranti crimine deprehensi, in Constit. Jacobi reg. Sicil. cap. 43.

**FRAGRARE**, Olfacere. Vita S. Wunibaldi cap. 22: *Tam magnum et mirandum suavissimum odoris nectar obviam illi, quando aperit januam, veniebat, et per totam Ecclesiam, quasi fumi vapor calidus, conspergebatur. Mox: Tunc ille progrediens foras vidit ibi homines stantes, et indicavit illis, et illi intrantes non potuerunt cognoscere neque Fragrare, nec illis, nisi ipse solus. Forte Flagrare, ut inde accusator nostrum Flairer, ut accersat.*

† Nihil immutandum videtur: præter quam quod enim mediæ ævi Scripturibus frequentissimum est activam significationem verbis neutris assignare, occurrit in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. optime notæ, *Fragrare, Fleirer bon.*

\* **Flairier**, pro Olere, et **Flaireur**, Odor, in Chron. S. Dion. cap. 11. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 147: *Pour ce que il commença si durement à Flairier, que il ne le peussent pas longuement porter, pour la Flaireur qui tout adés croissoit, etc.* Hinc emendanda Vita J. C. MS. ubi *Flaireur*, pro *Flaireur*, de Maria Magdal. loquens:

La grant Plaireur de l'oignement  
Empli la maison et la gent.

*Flair et Fleurier*, eodem sensu. Froisart. vol. 3. cap. 33: *Autant bien les grieve (les chevaux) la Fleurier de la mer, comme elle fait les hommes.* Vita J. C. MS:

La flours gets si grant odour;  
De cel Flair que la flors jeta,  
Qui la pucele en engrossa.

Gloss. biblicæ MSS. anonymi ex Bibl. reg.: *Fragrare, redolere, odorem dare vel odorem emittere.*

† **FRAGRASCERE**, Fragrare, fragrantiam reddere. Petrus Cellensis lib. 5. Epist. 4: *Sententia dubia questionibus ventilata clarescit species aromatica pistillorum tunsione Fragrascit.*

\* **FRAGULA**, Italis, *Fragola*, Fraga. Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: *Item xv. Fragulae de auro et ij. castoncelli pro perlis et unus bottoncellus.*

† **FRAGUMEN**, Fragar, strepitus. Codex Traditionum S. Emmerami apud Pezium tom. 1. Anecd. part. 3. col. 111: *Suum filium tempestuoso Fragumine sæculi renuntiantem... ad servitium S. Emmerami obtulit.*

\* Nostris *Frainte*, eadem acceptione, a verbo *Freindre*, vulgo *Craquer*, Streptum edere. Mirac. S. Ludov. edit. reg. pag. 397: *L'en oit ses os entrehurter ensemble et Freindre et froier l'un à l'autre.* Lit. remiss. ann. 1373. in Reg. 105: Chartoph. reg. ch. 219: *Lors à la Frainte et noise d'eulx, ysi des gens et voisins.* Aliæ ann. 1375. in Reg. 108. ch. 146: *Il oïrent la Frainte des Anglois, qui chevauchioient par le chemin.* Aliæ ann. 1392. in Reg. 143. ch. 5: *Tantost que Jehan de Lorme oy la Frainte et les marches desdiz jeunes gens ouït jardin.* Denique aliæ ann.

1404. in Reg. 159. ch. 183: *Icellui maistre Jehan sans en faire aucune Frainte ou emeute ala tout oultre. Frieute*, eadem notione, in Poem. Rob. Diaboli MS.:

Si que le grant rue trespasse,  
Devant luy li pules amasse,  
De le Frieute qu'il ot à Rome,  
Que demainet femmes et home.  
Par fu si très grant la temoule, etc.

*Enfrainte*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1368. in Reg. 99. ch. 279: *Le suppliant estant en son hostel, où il faisoit son mestier de tisseranderie environ vespres, oy Enfrainte de gens d'armes.*

**FRAGUS**, gr. Joanni de Janua: *Incurvatio genuum, vel ipsum genu, a frango, quia videtur ibi os fractum.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fragus, le ploy du genou, ou le genou.* Isid. Gloss.: *Fragus, Recurvatio poplitis, quæ et suffraginatio.* Idem lib. 11. Orig. cap. 1: *Suffragines, quia subtus franguntur, id est, flectuntur, non supra sicut in brachiis.*]

\* **FRAICHTIA**, Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit. Charta ann. 1311. inter Probat. domus de Chabannes pag. 60: *Ex ratione doni legati, aut alio quoque modo pro ratione Fraichiz.* Vide *Fraternitas* 6.

† **FRAIGINUS**, Fraxinus, Gall. *Fresne*, Ital. *Frassino*. Charta anni 1246. in parvo Chartulario S. Victoris Massil. fol. 188: *Protenditur... de dicta bosina et Fraicino ad claperium quod est intus curiam veterem.*

\* **FRAIRASCA**, **FRAIBESCA**, **FRAIBESCHIA**, etc. Vide *Fraternitas* 6.

† **FRAITERIUS**, qui frangit et vastat. Codex Legum Norman. cap. 9. apud Ludewig. tom. 7. pag. 171: *Quedam tamen sunt animalia, que nullum habent bannovium, sed omni tempore debent custodiri, et ad dampna illorum detineri, ut capre que corrodunt germina vinearum, productiones arborum; et porci qui sata et prata suffodiunt, et omnino omnia animalia Fraiteria et maleficioza, que semper debent custodiri.* Sic *Freindre* a *Frangere* nostri alias dixerunt. Ovidius Gallicus apud Borellum:

Car de la fleche qu'il ot traite,  
Li ot l'eil et la jointe Freite,  
A tant que du cop de la pointe,  
Fu l'eille et l'osiere desjointe.

\* Hinc *Fraitin* et *Fratin*, illius crimen dicitur, in Pacto inter clerum et cives Leod. ann. 1287. tom. 2. Hist. Leod. pag. 408: *Se aucun laye personne, quel qu'il fust, entroit par violence en aucune des englises de Liege, et brisast et rompist ladite eglise, se ce n'estoit pour son corps agarder, ou par comune besongne nécessaire del ville de Liege, et on s'en plendist, et prové fust en vérité, on en iroit avant comme de Fraitin.* Charta ann. 1424. ibid. pag. 444: *Quiconque ferat Fratin, briserat eglise de forche, etc.* *Fracteur* vero, Violator, in Charta ann. 1413. ex Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 262: *Sur peine de forfaiture... corps, biens et estaz, et d'estre privez (punis) comme Fracteurs et violeurs de paiz.*

† **FRAMEA**, a ferrum, quasi ferrea; *Gladius ex utraque parte acutus, idem est et spata et romphea.* Johannes de Janua. Ita Isidor. lib. 10. Orig. cap. 6. aliique Glossographi. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Framea, Glaves agus d'une part et d'autre, espée.* His consentit versio LXX. Interpretum Psalm. 34. quæ ἐκ χειρὸς δουραταί, reddidit *Effunde Frameam.* At, si Tacito fides, *Framea* non gladius, sed hasta fuit, quam ille ubi de Moribus German. sic describit: *Hastas, vel, ipso-*

*rum vocabulo, Frameas gerunt, angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent.* Hinc etiam patet frustra hujus vocis etymon a Latio quæsiisse Glossatores, quam Germanicæ originis esse liquido docet Tacitus. [\*\* *Diverberatum cadaver Frameis reperunt*, in Ademar. Histor. libr. 3. cap. 22. ubi alius cod. *confossum gladiis corpus reppererunt.*]

\* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692:

Framea, vindicta, roguis, ensis, lancea dicta,  
Framea, mors animæ, tot Framea significabit.

† **FRAMENTATUM**, pro *Fragmentatum*. Consuetud. MSS. Monasterii Solemn.: *Ad cenam... Framentata de caseo*; pro quo superius habetur: *Ad cenam... de Framentis casei.*

† **FRANA**, Judex, in veteri jure Frisico art. 46. de uxore alterius raptâ. Siccama in notis ad antiquas Frisiorum leges: *Frane sive, ut Saxones, Frone, apud veteres hominem sapientem, jurisperitum, sive virum præcipuum et proprie judicem vicinarum appellabant, qui res vici sui curabat, delinquentes adprehendebat, inter vicanos de rebus minimis jus dicebat, tum etiam partes ad judicium citabat, ut passim ex veteri jure Frisico probari potest.* Hæc Martinius, quem consule.

† **FRANGALANI**, iidem qui libere tenentes, seu qui liberum tenementum tenent vel possident. Chartul. Monast. SS. Trinitatis Cadomens. f. 53: *De Frangalanis de Hantonja, et de moribus villæ et de reddita.* Et fol. 56: *Unusquisque qui habet feminam debet dare 1. denar. S. Petri, et qui non feminam 1. ob. præter Frangalanos.* Vide *Franchilanos*.

† **FRANGALE FEUDUM**. Vide *Feudum*. 1. **FRANGALIA**, Agri a censu et præstatione immunes. Charta ann. 1247. in Regesto Tolosano Camera Comput. Paris.: *Fontes, rivi, aquæ et piscariæ, quæstæ et albergit, corrogia et adempriva, et servitia, homagia, et Frangalias, emptiones, et pignora, eascasutias et successiones, etc.* [Charta Ricardi filii Regis Angliæ ann. 1289. apud Rymer. tom. 2. pag. 424: *Sciatis me suscepisse in manum et protectionem meam Abbatium Fontis-Vilhelmi... et concessisse... quidquid aliud acquirere poterunt in Frangalibus meis, jus meum eis dedisse, etc.*] Libertates Vicecomitatus Fezenaguei ann. 1294: *Item fuit statutum, quod si res Frangales vendantur, de quibus certus census non solvitur annuatim, et prædictæ res Frangales descenderent, fuissent, extitissent de Militia, vel prædictæ res fuissent, extitissent liberæ seu Frangales ab antiquo, etc.*

\* 2. **FRANGALIA**. [Gall. *Cuissard*: « Rediit ad capellam eamdem, branchialibus, Frangalibus et schineriis armatus. (Burch. Diar. I. 124. an. 1484). »]

\* **FRANGALICIA**, FRANGALICIUM, Libertas, jus, privilegium, immunitas. Charta ann. 1314. in Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 17: *Quittationes, immunitates, privilegia et frangualicias, etc.* Infra: *Frangualicias.* Confirm. libert. civit. Cadom. ann. 1324. in Reg. 62. ch. 288: *Confirmamus ejusdem civitatis usus, consuetudines, libertates, Frangalia et privilegia.* Vide *Franchisia* 8.

\* **FRANGALIS**, A censu et præstatione immunitis. Libert. Petræ assis. ann. 1341. in Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 647: *Item quod habitatores dictæ villæ... possint emere et donationes recipere, vel ad feudum seu in emphyteosim, terras et posses-*

siones quascumque... nisi tamen res essent Francalces, seu de cavalaria, vel militares. Vide in Francalia. Hinc

\* **FRANCALITER TENERE**, Libere et absque censu Reg. homag. Aquit. in Cam. Comput. Paris. sign. JJ. rub. fol. 7. r. : *Præmissa vero tenent Francaliter a dicto domino rege, ratione ducatus Aquitanie*. Charta Phil. V. ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 428 : *Item feoda quæ tenentur nobiliter et Francaliter in dicta villa*.

\* **FRANCARIUM**, Mensura annonaria, nostris *Frainchart*, vulgatus *Franchar*. *Francharte*, in Diction. Trevolt. ubi æstimatur ponderis 38. lib. Obituarius MS. priorat. Belli-campi in dioc. Verdun. 11. Cal. Febr. : *Anniversarium Joannis Gemmanis, qui dedit nobis unum Francarium frumenti super campum de Longchallade*. Charta Egid. abb. S. Mart. Tornac. ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 209 : *Siet rasières et chuinc Franchars, que froment, que soile*. Testam. Cathar. de Barbas ann. 1469. ex Bibl. reg. : *Item donne et legue laditte testatèresse à chacun des quatre covans des quatre ordres mandians, quatre Frainchars de froment pour une foy*. Occurrit rursum infra. Vide infra Francis 1.

† **FRANCIBORDUS**, Anglis *Free-bord*, Liberum septum. Monast. Anglic. tom. 2. fol. 241 : *Et totum boscum quod vocatur Brendewode, cum Francibordo duorum pedum et dimidium per circuitum illius bosci*.

† **FRANCAD**, Ager a censu liber et immunis. Chartarium Auxitanæ Ecclesiæ Ch. 108 : *Dux eræ fuerunt, ambæ erant et adhuc sunt Francadæ S. Mariae... Quoniam ab antiquis temporibus illæ dux eræ et erant et sunt modo Francadæ de S. Maria*. Vide *Francitas*.

\* **FRANCENUM**, Pergamenum ex pelle vitulina confectum, Flandris *Francyn*, nostris *Vellin*. Occurrit in Chron. Windesem. lib. 2. cap. 42. 43. 54. Vide *Fractura* 2.

\* **FRANCESUS**, Italis, *Franzese*, Gallus. *Societati Francesorum de Florentia*, in Chartul. Ravennat.

† **FRANCHAMEN**, Libere, nullius requisito consensu. Statuta Massil. lib. 3. cap. 11 : *Constituimus ut quicumque habeat honorem liberum, honores, vel sessiones, ex quibus in aliquo nemini serviat seu servire debet aliquid, inde, valeat illos, vel illas vendere libere et Franchamen, vel distrahere*.

\* **FRANCHERIA**, Ager a censu et præstatione immunis. Terrear. Castell. in Domb. ann. 1463 : *Juxta quasdam Francherias hermas, etc.* Vide *Francalia*.

† **FRANCHERIUS**, [Municipalibus officiis immunis.] Libertates concessæ Barcinensibus a Petro Rege Aragon. ann. 1283. MSS : *Quilibet habitator Barcinensis, sive sit officialis, sive Francherius, contribuat in servitiis regalibus partem sibi contingentem in eis*.

† **FRANCHESIA**. Vide *Franchire*, et *Franchisia*.

† **FRANCHEZIA**. Vide *Franchisia* 1.

\* **FRANCHIA**, pro *Franchisia*, Libertas, jus, privilegium. Charta ann. 1262. tom. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 378 : *Quod ipsi dictam Franchiam tenebunt firmiter, etc.* Rursum infra occurrit, sed pluries *Franchisia*.

† **FRANCHIARE**. Vide *Franchire*.

† **FRANCHIATURA**. Charta Libert. Bellomont. ex Coaslin. Codice MS : *Non veniemus contra manumissionem, Franchiaturam seu Franchisiam, libertatem, etc.* Vide *Francitas*.

\* **FRANCHIGIA**, Fimbria, lacinia, Gall. *Frang*. Charta ann. 1328. in Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 261 : *Item habuit idem Raimundus per extorsionem a Raimunda Constantina... quandam garlandam auri puri cum Franchiciis*.

† **FRANCHILANUS**. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 442 : *Et unam carucatum terræ apud Hamerwith, cum villanis et Franchilano nomine Hamone, etc.* *Franchland*, est terra Francorum, Saxonibus : ita *Franchilanus* erit libere tenens, cui opponitur tenens in villenagium, seu villanus. *Fraunclein*, dicitur in Chronico vernaculo Trivetti laudato a Spelmanno, paulo ante ann. 1307 : *Thomas Brotherton (filius Eduardi I.) après le mort son pere exposa la fille de un Fraunclein appelée Alice*. Joan. Fortescutus de Laudib. Legum Angliæ cap. 29 : *Quod in ea villula tam parva reperiri non poterit in qua non est Miles, armiger, vel pater familias, qualis ibidem Fraunclein vulgari-ter nuncupatur, etc.*

\* **FRANCHILATIO**, Immunitas. Stat. Vercel. lib. 6. pag. 132. r. : *Item quod loca que facta sunt francha, custodiantur et in statu teneantur ad honorem communis Vercellarum et utilitatem, sicut per cartam Franchilationis est ordinatum. V. Franchimentum*.

† **FRANCHILECHES**, Tenir in Franchileges, Est libere tenere. Instrum. Gallicum ann. 1294. apud Stephanotium tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 969 : *Et tenent à fé et à homage de nostre Seigneur le Roy de France dessus dit, excepté ceux qui ont à plain pois, soit en cens, en rentes, en costumes, en complans, en ter-rages, en Franchileches, en homages, en ventes, en denis*.

† **FRANCHIMENTUM**, Immunitas. Instrum. ann. 1277. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 17 : *Salvo vinteno hominum ipsius castri, quod mihi dederunt pro Franchimento ipsius castri, nisi forte pro clausura ipsius castri, vel alia justa causa et necessaria de voluntate ipsorum hominum dictum vintenum levaretur*.

\* Ital. *Francamento*. Charta ann. 1400. inter Stat. Perus. pag. 23 : *Item de et pro Franchimento burgi Perusie*.

1. **FRANCHIRE**, Ingenuum, *Francum* facere ex servo, manumittere, Gallis *Affranchir*. Gloss. Lat. Gall. : *Manumittere, Franchir*. Charta ann. 1185. apud Guichenonum in Probat. Histor. Bressens. pag. 5 : *Franchio, manu et ore manumitto a consuetudine Legis Salicæ Joannem Pithon de Vico hominem meum, et suos legitime natos, et ad sanum intellectum reduco, ita ut suæ filiz possint sibi succedere : dictumque Joannem et suos natos constituo homines meos francos et liberos ab omni usagio bono vel malo Legis Salicæ, et pro hac manumissione et franchesia habui et recepi 18. libras Viennensium bonorum, etc.* Adde Consuetudines et Libertates Baugiaci apud eundem pag. 63. Charta Theobaldi Comititis Campaniæ 1222. in Tabul. Campan. : *Not. quod ego Joannem de Meldis Monetarium et Margaretam uxorem ejus, Franchivi et liberos esse concessi ad vitam eorum, ita quod singulis annis reddent 50. sol. in mundinis Maii. Per hoc autem volo et concedo, ipsos esse liberos et immunes et quitos, quamdiu vixerint, ab omni tallia, tolta et demanda, et custodia villæ, turris et gabioz, etc.* [Charta Libert. Bellomont. ex Coaslin. Cod. MS : *Manumisimus, Franchivimus... omnes et singulos.*] *Francomatos*, captivos libertate donatos appellabant nostri in Regno Hierosolymitano. Assisiæ Hierol.

MSS. 2. part. cap. 31 : *Et de ceaus, qui s'avouent pour Frangomates, ou Escclafs franchis, ils doivent porter lettres scellées dou Visconte, ou dou Bailli de la contrée, en quoi ils sont, coment ils sont frans, à ce que l'on ne les puisse arrester*.

2. **FRANCHIRE**, est etiam immunitatem a præstationibus et operis concedere. Charta Guidonis Vicecomitis Thoarcensis ann. 1240. ex Tabul. S. Hilarii M. Pictavens. : *Nos Guido Vicec. Thoarc. notificamus universis, quod nos homines B. Hilarii de la Cosderie, et hæredes ipsorum, et tenementa et arbergamenta ipsorum, spectantia ad Ecclesiam memoratam exemimus, et Franchivimus in perpetuum ab omnibus excubiis Castri Thoarcii, et ab omni talliata, propter talliam terrarum nobis debitam de jure in nativitate B. Joan. Bapt. item ab auxilio et quæsta Baillivorum Thoarcii, et a panagio ipsos similiter duximus Franchiendos, etc.* [Charta privilegiorum Marliaci ann. 1308 : *Nos Humbertus Dominus... de Villars, constitemur quod antecessores nostri Franchiaverunt villam de Marliaco*. Litteræ Philippo VI. Franc. Reg. ann. 1328. tom. 2. Ordin. pag. 20 : *Et se il avenoit que nous Enfranchissiens aucuns de ladite ayde, nous voullons que ladite franchise tiengne leu a noz dites bonnes gens de Paris.*] Vide Littletonem sect. 204.

\* *Franchir* vero, Desponsare seu fidem de contrahendo matrimonio dare sonat, in Lit. remiss. ann. 1391. ex Reg. 142. Chartoph. reg. ch. 181 : *Le traitté du mariage du cousin prochain de Jehannin le Begue et d'une femme de la ville de Hangest étant fait, ledit Jehannin fu prié qu'il lui pleust admener ladite femme à l'église pour la plevir et Franchir, ainsi qu'il est accoustumé à faire au lieu. . . . Apres les plevines ou affiances faites, etc.* Ubi fortassis legendum *Franchir*. Vide supra *Francalia*. At *Franchir* una rente, est pensione annua se liberare, eam redimere. Lit. remiss. ann. 1476. in Reg. 195. ch. 1672 : *Michault Potier s'oblige. . . en trente huit solz Tournois par an de rente à héritage, à condition d'icelle rente pouvoir Franchir, toutefois qu'il plairoit audit Potier, ses hoirs, etc.* *Iceelui Potier offry au suppliant les deniers dudit franchissement, etc.*

† **FRANCHISARE**, ut *Franchire* 2. Charta Hervei D. Virsonis pro Luriacens. ann. 1213. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 81 : *Ledas panum reddent illis quibus eas debent. In furnis et molendinis reddent costumes, sicuti solent et debent, de omnibus aliis costumis quitto eos penitus et Franchiso*.

1. **FRANCHISIA**, Prædiuristici species, sic forte appellata, quod *Francorum* et liberorum esset, cujusmodi est apud Anglos *liberum tenementum*, tametsi postmodum censibus et præstationibus obnoxia. Tabularium Prioratus Paredi fol. 62 : *Et omnia, quæ ibi habebat, alodum sive Franchisiam, campos, prata, silvas, etc.* Fol. 63 : *Franchisiam unam, omnemque terram, quæ ad ipsam Franchisiam pertinere videtur, etc.* Fol. 43 : *In villa Mancellis Franchisiam, ubi stat Bernoenus, et omnem terram, quæ ad servitium ejusdem Franchisiz pertinet, cum omni integritate*. Fol. 12 : *Item in ipsa villa unam Franchisiam appellatam Mansum Ales Placis, et reddit 2. sextarios de avena, etc.* In villa *Moncellis* unam *Franchisiam*, quæ vocatur *Ad vnam*, et reddit in censum 2. den. etc. In Consuetudine Herliacensi art. 2. 3. *Tenir Franquesmes*, id est, terras fran-

cas et immunes a censu tenere. *Franchise*, Gallis nostris dicitur jus, quod nobilibus viris potissimum competit: atque ita vox hæc intelligi debet in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 9. 22. *Loi de Franchise*, id est, lex seu jus nobilium, Petro de Fontanis cap. 3. num. 5. 6. in Consuetud. Normanniæ art. 49. et Nivernensi cap. 9. art. 1: *Homme de corps, qui jouit de Franchise par dix ans*, in Consuetud. Catalaunensi art. 18. Vide *Francitas*.

\* Hinc nobiles viri eo titulo compellantur in Poem. Rob. Diaboli MS.:

Mais tant vous pri par vos Françoise  
En gueredon de mon service, etc.

Huc etiam spectant Literæ remiss. ann. 1390. in Reg. 139. Chartoph. reg. ch. 42: *Disant icellui chevalier que ligne noble, cry et armes procedent de par pere, et que le ventre ne peut, ne doit anoblir: mais peut bien acquerre Franchise en aucun cas.*

† *FRANCHESA*, Eadem notione, in Charta ann. 1042. Append. Marcæ Hispan. col. 1084: *Cum ipsos homines et ipsa villa totum ab integro, et ipsas meas Franchesas de Galiner... ipso monasterio de sancta Deo Grata cum suis pertinentiis... sic donamus nos et facimus carnam exvauationis.*

† 2. *FRANCHISIA*, Districtus seu territorium certis privilegiis et iuribus donatum, quo sensu *Franchisia* idem quod aliis *Septena*, *Banleuca*; quod *Andegavis*, *Quinta*; *Tolosanis*, *Dex*; *Genomanis*, *Viaria*. Gall. *Azyle*, *Franchise*, *refuge*. Charta Hervei D. Virsonis pro Lauriacens. ann. 1213. apud Thomasserium Consuetud. Bituric. pag. 81: *Si milites mei cornagium vel aliud donum mihi dederint in bestiis terræ meæ, bestias quæ sunt extra Franchisiam, ex quo mihi erunt, factum fuerit infra Franchisiam, non poterunt garentire, et de hoc potero eos compellere ad sacramentum.* Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 27: *Item, si qui non burgensis alicui burgensis injuriam extra Franchisiam dictæ villæ intulerit, sive in personam, sive in rebus, burgensis injuriam passus Castellano nostro super hoc deferat quæstionem.* Nomasticon Clisterc. ann. 1335: *Inhibetur ne alicui venienti ad Franchisiam in Collegio S. Bernardi provideatur de camera sive de confugio nisi per Provisorem dicti loci.* Vide Hist. Paris. tom. 1. Instr. pag. 172. et 485.

\* Lit. remiss. ann. 1413. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 290: *Pour ce que le suppliant fu hastivement poursuiui de justice, se bouta en Franchise en l'église de la parroisse, où il fu bien un mois.*

† *FRANQUESIA*, Certum territorium a domino subditis suis ad pascenda eorum animalia relictum, cæteris omnibus exclusis. Charta ann. 1490. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Prætextu et occasione certarum confinarum sive Franquesiarum, quas ipsa universitas et homines prætendebant et dicebant habere et a longo tempore citra habuisse in certa parte, seu quantitate territorii.* Infra: *Quod a cætero dicta quantitas, sive pars talium præsertarum confinarum sive Franquesiarum uniri debent alteri terræ gastæ ipsius territorii.* Vide *Communia* 2.

† 3. *FRANCHISIA*, Libertas, jus, privilegium, immunitas, Gall. *Franchise*. Charta R. Berengarii Comit. Provinciæ ann. 1206. apud Pittonem Hist. Aquens. lib. 2. pag. 114: *In recompensationem vestræ fidelitatis... licentiam, Franchisiam*

*et libertatem in terris cultis et incultis quibuscumque et quoruncumque locorum distantium circa civitatem meam Aquensem spatio v. leucarum pascendi... donamus et promittimus dictam Franchisiam et libertatem supra factam per nos et successores nostros firmas tenere.* Charta ann. 1275. ex Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 165: *Tradidit feodaliter et concessi tempore viduitatis meæ... ad finem perpetuum Roberto dicto de Valle nepoti meo quandam masuram terræ... cum omni jure et Franchisiis dictæ masuræ terræ pertinentibus.* Instr. ann. 1290. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1240: *Pronuntiatum fuit per curiæ nostræ judicium, villam de Colchis Ballivæ Matisconensis, et homines ipsius villæ in nostra speciali protectione, guarda, et salvamento remanere debere, eorumque Franchisias et libertates nos observare debere, et facere observari.* Libertates hominum S. Georgii de Esperanchia ann. 1291. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 27: *Quicumque recipietur in burgensem teneatur jurare Franchisiam, et jura nostra et dictæ villæ conservare ubicumque.* Charta ann. 1292. in Schedis Præsidis de Mazaugues: *Et illis usibus, libertatibus et Franchisiis de cætero... gaudeant et gaudere possint... quibus gaudent et potiuntur homines de Aquis.* Arestum Parlamenti ann. 1394. apud Menester. Hist. Lugdun. pag. 75: *Et conservarentur in suis prædictis libertatibus et Franchisiis, etc.* Charta Henrici Regis Angliæ tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1348: *Et super certis libertatibus, Franchisiis, privilegiis, quietanciis, donis, et concessionibus... datis et concessis.* Charta Caroli VII. Regis Franc. pro Academia Cadom. ann. 1452. tom. 6. Spicileg. Acher. pag. 499: *Cum almæ recordationis prædecessoribus nostris Franc. Regibus nonnulla studia generalia magnis et speciosis privilegiis, Franchisiis et libertatibus communita... creata et erecta fuere.* Adde Chartam ann. 1308. apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 781. aliam ann. 1457. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 808. etc.

† *FRANQUERIA*, *FRANQUESTIA*, Eadem notione. Statuta Arelat. MSS. art. 149: *De Franqueria quam dedit Comes Provinciæ.* Art. 150: *De Franquesia quam dedit Comes.* Charta Beatricis comit. ann. 1245. apud Pitton. Hist. Aquens. lib. 3. pag. 155: *Damus, concedimus et approbamus... Franquesiam, immunitatem, libertatem ab omnibus quistis, tuitis, etc. Ab hac Franquesia excipiuntur Judæos.* Has autem Franquesias concedimus militibus et probis hominibus villæ inferioris Archiepiscopalis. Homagium Isnardi de Pontevæ factum Carolo I. Comiti Provinciæ ann. 1250. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Promisit... et eum tenere et custodire in libertatibus et Franquesiis seu honoribus quibus... consueverunt teneri et haberi temporibus retroactis.* Charta ann. 1257. ex iisdem Schedis: *Et promiserunt quod Milites Arearum tenebant in ea Franquesia in qua erunt alii Milites Provinciæ.* Alia ann. 1387. apud eundem Præsidentem: *Quod dignetur... confirmare libertates, Franquesias, immunitates, et statuta, privilegia, et capitula in quibus... fuerunt.* Transactio ann. 1438. ibid.: *Est certa pars Montis in qua... dominus... non debet immittere avere extraneum ad pasquerium juxta libertatem et Franquesiam dicti castri.* Homagium ann. 1430: *Excellentissimus Rex et Comes... confirmavit... omnia privilegia, litteras, libertates, Franquesias, immunitates, statuta et alia jura.* Charta ann.

1501: *Renuntiaverunt omnibus litteris, privilegiis, libertatibus et statutis et Franquesiis quibuscumque.* Antiqua Statuta Avenion. Rubr. 9: *Secundum antiquam Franquesiam civitatis.*

† 4. *FRANCHISIA*, Libertas, manumissio. Petrus Austriæ testamentum legat *Franchisiam et libertatem Elenæ esclavæ suæ*, in Instrumento ann. 1324. *Libertas et Franquesia servitutis*, in altero Instrumento. ann. 1306.

\* 5. *FRANCHISIA*, Præstatio, quæ pro obtinenda Franchisia seu libertate dabatur. Charta Thomæ Abb. S. Germ. Prat. ann. 1255. ex Chartul. AD. ejusd. monast. fol. 86. r. col. 1: *Nos abbas et conventus... de receptis a nobis abbate de Franchisiis nostris omnibus, aliis de dictis Franchisiis receptis in emptione nostri monasterii... jam conversis, etc.*

\* 6. *FRANCHISIA*, Pactum, conventio, lex municipalis. Stat. Montis-reg. pag. 73: *Item statuerunt et ordinauerunt, quod nulla persona, quæ contrafecerit, directe vel indirecte, conventionibus, pactis, Franchisiis et capitulis præsentis civitatis, audeat vel præsumat procurare in curia præsentis civitatis.*

\* 7. *FRANCHISIA*. Libert. de Podioruppis ann. 1369. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 331: *Quod si dictus dominus rex... obstdem generalem mandaverit, aut servientes indicent seu habere vellent pro guerris et Franchisiis prosequendis, etc.* Ubi legendum videtur ut infra *Serviciis*.

\* *FRANCHISIUS*, Legitimus. Charta Rob. vicecom. Cabilon. ex Chartul. S. Marcel. Cabilon.: *Ego Robertus vicecomes Cabilonensis civitate reddidi Deo et S. Marcello... hominem quemdam, Gunterium nomine, qui mihi persolvebat debita et recepta propter se salvandum; et hoc tamen Franchisia voce. Sed aliquando rebellis fuit, etc.* Vide *Vox* 4.

\* *FRANCHITARE*, Italus *Francheggiare*, Immunem reddere, in Stat. Astæ collat. 17. cap. 24. pag. 57. r.

† *FRANCHITAS*, Idem quod *Franchisia* 3. Franc. Tarafa in Hist. Episc. Barcinon.: *Tanta liberalitate hic Rex habitus est, ut homines ecclesiarum et monasteriorum totius dictæ Barcinonensis diocesis... omnino fungerentur Franchitate.* [\* Stat. Vercel. lib. 6. pag. 132. r.: *De Franchitate loci Casalisqualoni. Item quod locus Casalisqualoni sit franchus, sicut locus Tridini, et quantum ad commune et quantum ad dominos.*]

\* *FRANCHIUS*, *Francus*, Immunis a præstationibus et servitiis; quod de terris earumve possessoribus promiscue dicitur. Libert. Brianç. ann. 1348. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 727. art. 11: *Exceptis rebus, quas forsitan Franchias tenerent.* Ibid. art. 12: *Nobilibus tamen et Franchiis, qui venirent ultra dictum numerum ad dictas cavalgatas, etc.* Et pag. 729. art. 19: *Concessit et declaravit, quod quæcumque personæ dictæ baillivæ, modernæ et futuræ, res suas, quas tamen Franchias habent et habebunt, possint quicumque voluerint in emphiteosim vendere, pro libito voluntatis.*

\* *FRANCHUS*, Moneta Francica; nostris, *Franchée*, franchi valor, id est, viginti solidi. Charta ann. 1467. ex Tabul. S. Maur.: *Quod si contigerit evenire penuriam bladi sive cristiam, ... sufficiat prædicto abbati solvere eidem rectori... quatuor Franchos, pro dictis quatuor quarteris frument.* Lit. remiss. ann. 1412. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 62: *Lequel Colin dist à icellui prestre qu'il auroit deux Franchée et plus, pour un*



franc ou deux escus. Aliæ ann. 1413. ibid. ch. 246 : *Le suppliant acheta... seize escus dorez et environ huit Franchées de monnoye blanche.* Vide in *Franci* 1. et *Moneta*.

\* Ejusdem nominis moneta in usu fuit apud Flandros, ut discimus ex Comput. MS. ann. 1385. S. Petri Insul. : *Item pro arris et copia habenda plurimarum scripturarum et processuum ultimæ auditionis factæ Insulis, in causa pendente in curia Remensi, contra dom. episcopum Tornacensem, iiii. Francos, valoris v. lib. viij. Fland. Item pro cambio dictionum Francorum ad francos Franciæ. v. gr. vj. den.*

\* Fuit et *Francus Papalis*, de quo in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 163. Charthoph. reg. ch. 310 : *En laquelle tasse et bourse avoit seize escuz, un Franc du Pape du pris de xiiij. solz.*

1. **FRANGI**, dicti viri potissimum ex nobilitate, ingenui, ipsique proceres. Decreto Childberti Regis cap. 8 : *Ita, ut si Francus fuerit, ad nostram præsentiam dirigatur, et si debitor persona fuerit, in loco pendatur.* Capitulare Compendiense ann. 757. cap. 5 : *Si Francus homo accepit mulierem, et sperat, quod ingenua sit, etc.* Hincmarus Remensis Opusc. 93. cap. 1 : *Et de alia terra, quam Franci homines in eadem villa in suis proprietatibus dederunt.* Hincmarus Laudunensis tom. 2. pag. 335 : *Ipsa resultat, quod Francus esset, et ut liber se defendere vellet et quiet, etc.* Charta Caroli Calvi, apud Sanjulianum in Tornutio pag. 510 : *Neque præsumat horum quisquam ab eorum servis, colonis, seu Francis super eorum terram commanentibus exigere.* Tabularium S. Remigii Remensis : *Anno Incarnationis Domini 861. episcopus autem Domini Hincmari 17. veniens Missus Domni Regis Karoli, nomine Gautselmus, Clericus, in villam Condatum, sitam super fluvium Matronam 8. Kl. Octob. ex præcepto præfati gloriosi Regis, coram testibus multis, Francis videlicet atque colonis, et consignans tradidit ipsam villam Missis Domni Hincmari Adaloldo scilicet, Custodi Ecclesiæ S. Remigii, et Herigaudo, ipsius Advocato.* [Conventio Episcop. Lingon. inter et Landricum Grossum ann. circ. 1076. apud Guerad. post. Irminon. pag. 362 : *Set et servos vel Francos, quoscumque tunc temporis calumpniando requisivi, similiter in toto et in perpetuum... verpivi.*] [Litteræ ann. 1340. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 53 : *Mandamus quatenus visis præsentibus, cum omnibus hominibus equitibus et pedibus... ad diem quindenam festi Nativitatis B. Joannis Bapt. proximam apud S. Marcellinum personaliter interesse velitis et curetis, parati nobiles et Francos vestre castellanæ libere, etc.* Charta Balduini Comitiss Flandriæ ann. 1220. apud Miræum tom. 1. Diplom. Belgic. pag. 292 : *Item si burgensis allodium alicujus in oppido coram Francis hominibus et scabinis invadiaverit, vadimonium suum ibidem, iudicio Scabinorum, obtinebit.*] Ita Francus homo in Formulis veterib. Bignonii cap. 2. 3. *Homines bene Franci Salici* cap. 5. Sic denique passim in Capitulis Caroli M. et Caroli Cal. in Concilio Duziacensi I. pag. 105. etc. *Vetus Notitia ex Pancharta Nigra Turon. ann. 926 : Quam reclamationem per sex fere annos ducentes, propter cupiditatem Francorum hominum, qui eas quoquo modo possidebant, nunquam ad justitiam perducere potuit.* Charta S. Karilei in Actis Episcoporum. Cenoman. pag. 88 : *Ab aliis etiam nobilibus et Fran-*

*cis personis ex rebus eorum ditatus sum.* Alia Charta apud Bestium pag. 247 : *Et nullus nostrorum hæres aut successor, Comes, aut Episcopus, Vicarius aut Centenarius, nec quilibet Francus, et ipsi potestati vicinus, audeat hanc donationem nostram violare, etc.* In Chartis aliquot anni 799. apud Henschenium in Comment. ad Vitam Ludgeri Episcopi § 4. *Ingenuus, nobilis, et Francus, idem sonant.* Exin viri liberi, ingenui et immunes ab oneribus ac præstationibus servilibus dicti promiscue Franci. Turpinus in Hist. Caroli M. cap. 31 : *His a Rege relatis, populi nummos saluberrimæ promissionis devotissime offerebant, et qui libentius reddebat, Francus sancti Dionysii ubique vocabatur, quomodo liber ab omni servitute, Rege præcipiente, erat.* Hinc mos surrexit, ut terra illa, quæ antea vocabatur Gallia, tunc Francia vocaretur, id est, ab omni servitute aliarum gentium libera. Papias : *Liber, Francus homo.* Anonymus de nominibus Germanorum : *Francus, Franciscus, liber, liberius, ἐλεύθερος, per syncopem seu synalephen, a fry, et anck, quasi fryanch; fry Saxonice, frei diptongo Suevica est liber, adjective; Ancke, est adolescens, juvenis, nomen hodie gentile multis familiis, etc.* Capitul. 6. Caroli M. ann. 803. cap. 8 : *De servis, qui Francas feminas accipiunt, etc.* [Capitul. Caroli C. Pistens. ann. 864 : *Notum fieri volumus omnibus Dei et nostris fidelibus quoniam quidam Comites nostri nos consuluerunt de illis Francis hominibus qui censum regium de suo capite, sed et de suis rescellis debebant, qui tempore famis, necessitate cogente, seipsos ad servitium vendiderunt.*] Charta Roberti Regis ann. 1005. in Probat. Hist. Vergiacensis pag. 52. et apud Perardum pag. 170 : *Et cum omnibus consuetudinariis exactionibus, ab iis etiam, qui Francorum nomine censentur, pro debito exigendis.* Alia Ottonis Comitiss ann. 1004. in iisdem Probat. pag. 54 : *Et consuetudines, quas debent ipsi servi et ancillæ, et etiam illi, qui Francos se dicunt desuper potestatem manentes, etc.* Charta Henrici Imp. ann. 1089. in Chronico Mindensi pag. 737 : *Aut homines ipsius Ecclesiæ, Francos, liberos, et Ecclesiasticos, litones, maalmā, vel servos, etc.* Occurrunt eadem verba pag. 739. 740. 741. [Charta Willelmi Northi Regis Angliæ ann. 1080. in Tabul. Cadomens. Monast. : *Item in insula de Gersoi unum molendinum duorum Francorum hominum... in Goisberti villa terram duorum Francorum hominum, pro filia sua facta Monacha.* Horum verborum loco in alia ejusdem Willelmi Charta ibid. habetur : *Cum molendino duobusque Liberis hominibus.* Charta Villæ-novæ in Dumbis ann. 1426 : *Petrus Varmon recognovit se esse justiciabilem D. Ducis Borbonii ad causam castri Villæ-novæ, et promittit se fidelem fore dicto Domino et contribuere in dicto castro, prout faciunt alii homines Franci.*] Fridericus I. Imp. in Actis Adriani IV. PP. apud Baron. ann. 1151 : *Supervenit Francus, vere nomine et re nobilis, eamque (Romam), quæ adhuc in re residua fuit, ingenuitate fortiter eripuit.* Chron. Fossæ-novæ ann. 1192 :

Et nos per Francos facit amodo vivere Francos.

Le Roman de Garin :

Garin mes peres fu Frans hom et gentis.

Philippus Mouskes :

L'enfant de Champagne avoec,  
Et maint Franc baclier iluec.

Vide Perardum pag. 147. Probat. Hist. Turenensis pag. 105. Probat. Hist. Saubaud. pag. 55. [Rymer. tom. 7. pag. 190.] etc. Scribit Butelerius in Summa rurali hominem obnoxii ac servilis conditionis Francum fieri, si ei permittat dominus feudum acquirere intra domini sui fines.

At vero inter homines Francos alii censum de capite debebant atque talliæ erant obnoxii, alii ab ea liberi et immunes erant. Primum docet Edictum Pistense cap. 28 : *Ut illi Franci qui censum de suo capite vel de suis rebus ad partem regiam debent, etc.* Alterum aperte innuunt Consuetudines Marchiæ Dumbarum art. 12 : *Omnis Francus, cujuscumque homo Francus sit, punietur in dominio in quo forefecerit secundum jus et rationem, scilicet illi Franci, qui non debent manum mortuam.*

† FRANCUS, Liber, immunis ab oneribus et præstationibus servilibus. Charta Lud. X. Reg. Franc. ann. 1313. in Bibl. Colbert. Regest. 56 : *Quod omnes universi et singuli homines de Leucata et tu sitis Franchi et liberi a dicta servitute.*

† FRANCUS SERVIENS. Antiquit. Tricassinæ MSS. fol. 195. v. : *Item placet nobis quod tres Franchi Servientes Capituli in suis Ecclesiis Parochialibus Ecclesiastica percipiant, et libere percipiant Sacramenta.*

FRANCUS TENENS, Idem, qui libere tenens, Franc tenant. Assisæ Henr. II. Reg. Angl. apud Clarendon : *Si quis obierit Francus tenens, hæredes ipsius maneant in tali saisina, qualem pater suus habuit, de qua fuit vivus et mortuus, de feodo suo, etc.* Vide *Libere tenens*, in voce *Tenens*. At

FRANCUS, in Historia Abbatissæ Condomensis videtur sumi pro tenente obnoxii conditionis, quique in commercio fuerit. Pag. 463 : *Oliverius Monachus dedit Francum unum in loco, qui dicitur Biraged.* Ibid. : *Dederunt Francum unum in loco, qui dicitur Estoubed.* Pag. 464 : *Dederunt S. Petro Ecclesiam, quæ vocatur Nux sicca, et Francum unum, et alium Francum in loco, qui dicitur Anezag.* Adde pag. 473.

FRANCUS, opponi videtur villano, in quadam Consultatoria, edita post Observantias Regni Aragon. fol. 43 : *Si vir præmoritur supervivente uxore, uxor ingenua, i. Infançonã, vel uxor Franca, i. civitatis, etc.*

\* FRANCI HOMINES S. GEORGI memorantur in Memor. E. Cam. Comput. Paris. ad ann. 1391. fol. 272. r. : *Item à autres personnes, que l'en nomme Frans hommes saint George, desquels la cognoissance en appartient au roy et à ses officiers, et ne payent rien pour ce.*

† FRANCUS et QUITUS, Formula a Gall. Franc et quitte. Epitome Constitut. Eccl. Valentisæ ab ann. 1200. ad ann. 1580. tom. 4. Conc. Hisp. pag. 143 : *Pro distributionibus sibi annuatim solvendis, super decimis de Alzira; illisque auctoritate propria levandis et exigendis, et in dictas distributiones convertendis, Franchis et Quitis, et absque omni onere expensarum percipiendis.*

† FRANCUM FËSTUM, Gall. Franche-Feste, in Charta ann. 1424. dicuntur nundinæ quod mercatores qui ad eas accedunt immunes sint a consuetis exactionibus.

† FRANCUM OLEUM, Purum, legitimum. Statuta Arelat. MSS. art. 103 : *Nullus revenditor olet vendat oleum alicui causa comedendi, nisi Francum.* Eadem

notione *Vinum Francum*, in Charta ann. 1143. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 475. *Vinum sanum et Francum*, in Constit. MSS. Cluniac.

† FRANCI PISCES, II dicuntur quos Dominus loci sibi reservavit. Chartul. Monast. SS. Trinit. Cadomens. fol. 23. verso: *Domina Abbatia debet habere salmones et turrones et alosas et lampreas, et porpedes et omnes Francos Pisces. Franchi Pisces dicuntur in Statutis Massil. lib. 1. cap. 50. recentes, boni, Gall. Frais.*

† FRANCA TERRA dicitur ad discrimen illius quæ in villenagio tenetur. Chartul. S. Vandreg. tom. 1. pag. 171: *Nicolaus vero assensu et permissione nostra permutavit dimidiam acram prædictæ Francæ Terræ a Garnerio de Moncello pro dimidia acra suæ villanæ... tali inter eos inrefragabiliter tenenda conventionione, quod Nicolaus dimidiam acram terræ villanæ liberaliter tenebit. Ibid. tom. 2. pag. 2084: Quamdam compositionem cum Petro homine nostro de Ceus fecimus; pro decima ejusdem terræ de Ceus, quam supradictus Petrus jure hæreditario possidebat, duas acras Terræ Francas, sicuti habebamus, dedimus.*

† FRANCA VILLA, Quæ certis Franchiis seu privilegiis gaudet. Charta ann. 1273. tom. 9. Spicileg. Acher. pag. 259: *Cum Villa Tysiaci ab ipsius fundatione Franca et libera constituta fuerit a Domino Bellijoci qui tunc regnabat, et postea ab ipsius successoribus... libertas dictæ Villæ Tysiaci et franchisia approbata et confirmata fuit. Charta Arnoldi D. de Wesemale apud Baluzium tom. 2. Hist. Arvern. pag. 93: Quod homines terræ nostræ nunquam in terra sua Brabantæ in Francas Villas vel alias ad morandum recipiantur.*

FRANCUS BANCUS. Vide in Bancus.

† FRANCA VASA, Probata. Ordinatio de officiis domus Dalphin. ann. 1340. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 393: *Item præfatus magister Botellerus, sit cum omni solertia diligens bona vina perquirere pro pretio quo poterit meliori, nec obmittat sollicitare frequentius magistrum Hospitii, et thesaurarium ac provisorum, quod opportuno tempore in locis magis convenientibus fiat provisio debita boni vini, quodque vasa ubi vina reponuntur, sint Franca et solida, et ut expedit reparata ad ipsum vinum utiliter conservandum.*

FRANCUS, Moneta Francica, nostris Franc. *Francas Bordallés*, Franci Burdegalesenses, in Consuetud. Solensi, tit. 9. art. 3. [Charta Ecclesiæ Brivatensis ann. 1315: *Unus denarius auri vocatus Franc pro xx. sol. computatus.*] Vide *Franchus* et in *Moneta*.

† 2. FRANCI, Bellicosus, armis et bellica laude commendati; unde nostris *Francorum* nomen. Siebertus Gemblac. initio Chronog.: *Valentinianus Francos Attica lingua appellavit, quod Latina lingua interpretatur feroces. Liber de Castro Ambasia, etc. cap. 4. tom. 10. Spicileg. Acher. pag. 525: Sicambri hæc audientes cæsos Alanos omnino deleverunt. Romani Attica lingua tunc eos Francos, id est, feroces appellaverunt; diuque a tributo liberi viverunt. Chron. MS. Regum Franc. ex Museo D. de Cangé: *Et videns eorum audaciam et fortitudinem vocavit eos Francos, id est, feroces. Ernoldi Nigelli Carmen elegiacum pro Ludov. Imper. lib. 1. vers. 341. apud Murator. tom. 2. part. 2. pag. 26:**

*Arma ferunt semper, bellis est sueta juvenus. Bujulat hæc juvenis, hoc agit arte senex. Namque ipsum nomen Francorum horresco recensens. Francus habet nomen a feritate sua.*

Robertus Guaguinus in Epist. ad Franciscum *Ferrebut* ann. 1468. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1837: *Tradunt enim qui res gestas scribunt, ob eam rem Francos dici, quod sint vel Romano tributo Franci, hoc est, liberi; vel quod verius est, feroces, non ea quidem ferocitate qua furit insolens barbaries, sed animi virtute clarissima, quam amor libertatis ingenuis pectoribus ingenerat. Franci dicti etiam Latini in Hist. Orient. Jacobi de Vitriaco lib. 8. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 275: *Christianorum varæ sunt gentes, et in varias sectas divisæ, quorum primi sunt Franci, qui Latini verius appellantur, homines bellicosus, armis exercitati, capite nudi; et isti pure Catholici sunt. Vide Francia.**

\* Apte omnino Valesius in Notit. Gall. ad hanc vocem, apud Siebertum aliosve, pro Attica lingua, legendum censet, *Hattica*, sive *Chattica* lingua, vel saltem ita ab ipsis scribendum fuisse. Et quidem qua ratione vox *Franci*, ut *Feroces* significet, a Græco accersiri possit non video. Francorum mores suæ ætatis sic prosequitur Ant. de Couleucourt in Chron. MS. abbat. Corb. ad ann. 1529. contin. fol. 96. r. ex Tabul. ejusd. monast.: *Qui sunt hodie Francorum mores, non erit mihi alienum describere. Romanorum liberarum appetentissimi sunt, ac Latinarum æmuli in eodem studiorum genere. Penes magistratus judicia sunt: regis est eos creare. In bellis cataphracto equite utuntur, non amplius sagittariis, ut olim: comitantur bellica tormenta exercitum: curribus vehuntur: magis ordine quam agminibus pugnant, majore ferocia quam arte. Colunt regem incredibili affectu. Mos est Franci cito auxilium promptumque, aut aliquid simile polliceri, facto tamen tardos esse, potius semetipsum quam sua offerre. Multa religio in templis: in religione sanctitas: episcoporum majestas: in clero dignitas et veneratio multa: frequens in cerimoniam cantus, et ob eam rem musicæ studium his propemodum peculiare. In vestitu et calceatu nostra memoria continue variatum. Item est miles Francus ad subitaneos casus audax et promptus et plerumque felix: in diu meditatis minus fervens, et raro bene fortunatus. Quis hodiernos mores depictos non credat? Sed neque prætermittenda sunt quæ de Francia leguntur in Poem. de Cléomades MS.:*

..... Lors s'en ala  
El royaume de France droit,  
Que on adonc Gaulle nommoit,  
Pour apprendre sens et honour,  
Et che qu'il affiert à valour.  
Fu lonc temps en celui pais:  
Car en ches ancens escrips  
Treve-on que lonc temps a esté  
France la flours et la purté  
D'armes, d'onnour, de gentillesse,  
De courtoisie et de noblesse,  
Chou est la touche et l'exampaire  
De chou c'on doit laisser et faire.

† 3. FRANCI, Sic appellabantur ii qui magnos dies seu assisias publicas et generales Parium Franciæ tenebant. Ita D. De Lauriere in notis ad Edictum Philippi VI. ann. 1344. tom. 2. Ordin. Regum Franc. pag. 214. ubi illud e veteri Parlamenti stylo part. 1. cap. 23. § 1. refert: *Ubi quis appellavit ab hominibus alicujus Paris, qui super se habent homines Judicantes in curia dicta Paris, qui dicuntur Franci.*

1. FRANCIA, Gallia, a Francis, qui eam invaserunt, et Romanis abstulerunt, dicta. Primus autem hac appellatione Galliam donasse dicitur Gregorius M. lib. 4. Epist. 31. ad Mauricum Imp. et lib. 6. Epist. 83. quam prioribus eorum sedibus tribuit præ cæteris Nummis Constantini Imperatoris, quem alibi proferimus, in cujus aversa parte FRANCIA legitur.

Longe ante Gregorium M. Galliam nomine Franciæ designavit Eumenius in Panegyrico Constantino filio Constantii dicto: *Quid loquar rursus intimas Franciæ nationes non jam ab his locis, quæ olim Romani invaserunt, sed a propriis ex origine suis sedibus, atque ab ultimis Barbariæ litoribus avulsas, ut in desertis Galliæ regionibus collocatæ, etiam pacem Romani imperii cultu juvenent, et arma dilectu? Infra: Affectisti pena temeritatis Reges ipsos Franciæ, qui per absentiam patris tui pacem violaverant.*

At posterioribus sæculis, et potissimum sub prima et secunda Regum nostrorum stirpe, cum Francorum Imperium et dominatio in exteris regionibus, atque adeo longinquas sese protendisset, Franciæ nomine intellectæ eæ omnes, quæ Francis parebant, aut paruerant. Id vero ab eo manavit, quod Reges harum provinciarum a Francis orti, et a Francia digressi, sese indidem *Francorum*, non autem regionum, quibus imperabant, Reges inscriberent, uti observatum ab Ottone Frising. lib. 6. cap. 17. et Sirmondo ad Capit. Caroli C. tit. 1.

In primis vero Germania hacce appellatione innotuit, quod ea provincia diu Francis nostris paruerit, ut constat ex Eginhardo ann. 820. 823. Hermano Contracto ann. 838. et aliis Rerum Francicarum Scriptoribus: unde etiam nomen Franciæ non inditum. Lexicon MS. Gr. Reg. Cod. 2062: Γερμανία, ὁ Φράγκος. Vetus Scholiastes Juvenal. Stat. 4. de Cættis: *Gentes Germanorum sive Francorum*. Et S. Hieronymus in Vita S. Hilariionis: *Inter Saxones quippe et Alemannos gens ejus non tam lata quam valida, apud Historicos Germania, nunc vero Francia vocatur.*

Cum igitur tam late sese diffudisset Francorum nomen et virtus bellica, et in exteris ac remotas Europæ regiones sese propagasset eorum Imperium, inde factum, ut Græci non modo, sed et Sarraceni, Arabes, et Abyssini Europæanos populos *Francorum* nomine donarint. Monachus Sangall. lib. 1. de Carolo M. cap. 11: *In illo tempore propter excellentiam Caroli, Galli et Aquitani, Edui et Hispani, Alamanni et Bajorii, non parum insignitos se gloriabantur, si vel nomine Francorum servorum censerentur.* Georg. Monachus S. Sabæ apud Eulogium lib. 2. Memorial. cap. 10: *Cæpi cogitationibus visæ æstuaræ, ut aut proprium solum reviserem, aut regna Christianorum, id est, Franciam peterem.* Luithprandus in Legat.: *Residentibus nobis ad mensam,..... ex Francis, quo nomine tam Latinos, quam Teutones comprehendit, iudum habuit.* Id potissimum observatum a Guiberto in Hist. Hieros. lib. 2. cap. 1. Conrado Usperg. in Henrico IV. Vincentio Belvacensi lib. 30. cap. 87. lib. 81. cap. 146. Abulfeda pag. 4. Josepho Barbaro in Itinerario in Persiam pag. 465. Belono lib. 2. Observ. cap. 8. 85. Damiano a Goes tom. 2. Hist. Hisp. Gabriele Sionita ad Geograph. Nub. Clim. 4. part. 1. Abra-

hamo Echellensi in Hist. Arabum cap. 5. etc.

FRANCIA ANTIQUA, Franconia, vetus Francorum sedes, quam *Francorum Regionem* vocat Hieronymus in Chron. ann. 877. *Franciam* supradictus Constantini M. Nummus. Ita porro appellatur ab eodem Hieronymo in Vita Hilarionis, et a Monacho Sangallensi lib. 1. cap. 25. et lib. 2. cap. 16.

✠ Errat Cangius, si fides Schiltero; neque enim Franconia, inquit, *Francia Antiqua* usquam appellata est. Cangio praeivit Erasmus ad Epistolam S. Hieron. 51. qua in re et ipse quoque falsus est. Monet iterum Schilterus Franconiam non Germaniam ipsam esse, sed partem Franciæ Orientalis transrhenanæ, cujus fines indicat Chron. magn. Belg.: *Franconia pars Alemanniæ intra Rhenum et Danubium in qua Bamberg.* Interdum *Francia* nude dicitur. Eckhardus Jun. de Casib. S. Galli cap. 1: *Non dum Suevia in Ducatum erat redacta, sed fisco regio peculiari ter parebat, sicut hodie et Francia. Procurabant ambas Camerae, quos sic vocabant nuncii: Franciam ad Alpes tum Werinhere.* [\* Regnum Francorum pro Germanorum, in chart. Wernher. Argentin. Episc. ann. 1004. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 147: *Pro statu regni Francorum et domini mei Heinrichi dilectione, etc.* Ita *Reges Francorum*, i. e. Germanorum, in chart. ann. 959. ibid. pag. 113.]

FRANCIA GALLICANA, in Chron. Laurisham. pag. 69.

FRANCIA INTERIOR, Gallia ipsa, ad discrimen ulterioris, seu Germanicæ. S. Eulogius Archiep. Toletan. in Epist. ad Willesindum Pampilon. Episc.: *Quos vulgi opinio negotiatorum cohortibus interesse nuper ad ulterioris Franciæ gremio ibidem descenditibus iacitabat. Deinde urbi appropinquans negotiantes quidem reperi, peregrinos autem meos eorum relatione apud Moguntiam nobilissimam Bajoariæ civitatem exulasse cognovi. Et verum fuisse hoc negotiatorum nuncium regredientibus..... ab Interiori Francia fratribus nostris didicimus.*

FRANCIA LATINA, Gallia ipsa, Wipponi de Bello Saxon. pag. 112. Vetus Chronicon apud Lambecium lib. 2. Commentar. de Biblioth. Cæsarea pag. 394: *Hic divisio acta inter Theutones Francos, et Latinos Francos.*

FRANCIA MAGNA, Μεγάλη Φραγκία, Germania, apud Constantinum de Adm. Imp. cap. 26. 29.

FRANCIA MEDIA, quæ inter Austriam et Neustriam interjacet, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. num. 57.

FRANCIA NOVA, Neustria, quæ distinguitur ab Austria. Albericus: *Successit ei in regno filius ejus Clodoveus in Neustria, id est, Nova Francia, per annos 17. vivente adhuc Sigeberto in Austria.* In veteri Notitia præfixa tom. 1. Hist. Franc.: *Senonensium Archiepiscopus, Franciæ Novæ Archiepiscopus nominatur.* Vetus Notitia apud Dominicum: *Civitas Parisius, civitas Aurelianus, ubi deficit Nova Francia.*

FRANCIA OCCIDENTALIS, Gallia, Francia proprie dicta, [et quidem κατ' ἔτος, etiam ante Sigebertum ann. 844.] Occurrit apud Ottonem Frising. lib. 5. cap. 35. lib. 6. cap. 17. Albert. Aq. lib. 8. cap. 6. Asserum de Ælfridi rebus gest. ann. 884. 886. [Pactum Bonnense inter Carolum Simplicem Franciæ, et Henricum Aucupem Germaniæ Reges ann. 921. apud Aubert. Miræum tom. 1. pag. 37: *Anno vero regni Domini et gloriosis-*

*simi Regis Francorum Occidentalium Caroli 29. redintegrante 21..... anno quoque regni Domini et magnificentissimi Regis Francorum Orientalium Henrici 3.]*

FRANCIA ORIENTALIS, dicta Germania, ad discrimen Franciæ Occidentalis, seu Galliæ. Annales Francor. Metenses ann. 688: *Pipinus Orientalium Francorum, quos illi propria lingua Osterlandos vocant, suscepit principatum.* Ubi Osterland idem valet ac Austrasia, seu Austria, de qua voce supra egimus. Unde passim legere est, Reges et Imperatores Germanicos sese subinde *Francorum Reges* aut *Imperatores* inscripsisse, licet non essent de stirpe Regum Francorum orti. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 60. Harigerum Abbat. in Vita sancti Landoldi n. 12. Vitam B. Mathildis Reginæ 2. Crantzium in Metrop. lib. 4. cap. 13. etc.

✠ Qui fuerint Franciæ Orientalis limites discimus ex Gothofredo Viterb. ad ann. 881: *Arnulphus totam Franciam Orientalem, quæ hodie Teutonicum regnum vocatur, id est, Bavariam, Sueviam, Saxoniam, Thuringiam, Frisiam et Lotharingiam rexit: Occidentalem vero Franciam Odo tenuit.* Wippo in Vita Conradi Imper. pag. 490: *E Saxonia Boiariam et Orientalem Franciam pertransiens, ad Alemanniam pervenit.*

FRANCIA ORIENTALIS, Gallia ipsa, respectu Angliæ, apud Asserum de Ælfridi rebus gest. ann. 880.

\* Chron. Mediol. apud Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1021: *Scindum est quod ultra montes fuit duplex Francia. Una dicitur Francia Orientalis, ubi est Magancia caput regni, unde et dicitur Francia Maganciæ. Et hinc natus est Carolus Magnus cum tota sua posteritate. Alia dicitur Francia Occidentalis, ubi est Parisius, quæ quondam dicta fuit Provincia Gaudiana, et postea dicta est Francigena, a Franchis superata. An a Gaudus, nemus, silva, accersenda hæc ultima appellatio? Vide Gaudus.*

FRANCIA ROMANA, Gallia, sic dicta, inquit Albericus ann. 989. *non a Roma, sed a lingua Romana, apud Luithprandum lib. 1. cap. 6. Ottonem Frising. lib. 7. cap. 15. et Albertum Aquens. lib. 1. cap. 9. 17. lib. 3. cap. 30. Gallia Romana, apud Contin. Reginonis ann. 989.*

FRANCIA, seu Gallia secunda, apud Lambertum Tuitiensem in Vita S. Heriberti Archiep. Colon. n. 22. est Francia nostra.

FRANCIA SEQUANORUM, Senonensis provincia, quæ circa Sequanam fluvium limites suos habet, quæ *Francia Senonensis*, in veteri Notitia Galliæ appellatur. Acta Conversionis S. Huberti Comitis tom. 1. Hist. Franc. pag. 678: *Hic, quia prudentis erat ingenii, considerans Ebroinum ad omnem militiam promptissimum, execratus omnes actus illius, Franciam Sequanorum deseruit, et in Austriam apud Pipinum Ducem..... se contulit.*

FRANCIA THEUTONICA, Franconia, apud Lambertum Schafnaburg. pag. 242. [Minus recte, ex contextu enim potius Germania ad Rhenum intelligitur, quam Franconia.]

FRANCIA ULTERIOR. Vide *Francia Interior.*

\*\* TERRA FRANCORUM. Arnulf. Conc. Tribur. ann. 895. ap. Pertz. Leg. tom. 1. pag. 559: *Venit in villam regiam, videlicet Triburiam, in Terra Francorum consistentem.*

\* 2. FRANCIA, f. Prædii rustici spe-

cies, sic appellata, quod *Francorum* et liberorum esset, idem quod *Franchisia* 1. Charta ann. 1069. in Chartul. Major. monast. pro pago Vindocin. ch. 32: *Guismandus pater istius Guismandi tenebat de Otrudo quandam fevum in Francia, hoc est curtem de Hilmarensi.* Nisi regionem ultra Ligerim comparate ad Majus monasterium designatam putes.

\* 3. FRANCIA, pro *Frangia*, Fimbria. Inventar. ann. 1497. tom. 2. Hist. Casin. pag. 599. col. 2: *Pannus pulpiti broccati albi cum Francia aurata.*

† FRANCIGUS AURI vel Argenti. Vide in *Moneta regia.*

† FRANCIGUS PANIS, Placentæ genus. Vide in *Panis* 2.

FRANCIGENÆ, Anglis dicebantur omnes extranei, sive cogniti essent, sive incogniti, nisi Anglos se esse probassent per *Englescheriam*, inquit Bracton. lib. 3. tr. 2. cap. 15. § 2. 4. Vide *Englescheria.*

\* Ita et Italis, quicumque Transmontani, *Francigenæ* appellabantur. Stat. Montis-reg. pag. 317: *Statutum est quod quælibet persona, quæ extraxerit seu extrahi fecerit extra posse civitatis Montis-regalis aliquos pannos laneos coloritos seu telas subtiles de Ultramontanis seu Francigenis, exceptis telis, quæ ducuntur de versus sanctum Johannem de Muriana, etc.*

\* FRANCIGENÆ Germanis Belgisque posteriorum temporum, id est post Carolingos, non tam Franci, quam Francorum posteri vocabantur, ut notandum prorsus monet Joan. Nic. ab Hontheim tom. 1. Hist. Trevir. ad Gloss. Cæsar. Heisterbac. pag. 664. col. 2. ubi legitur: *Francigena enim fuit, qui scripsit librum antiquum, et multa barbara nomina in eo posuit secundum Gallicum.*

\* FRANCIGENÆ, nescio qui capellani nuncupantur in ecclesia Carcassoniensi. Stat. synod. ejusd. eccl. ann. 1270. cap. 11. ex Cod. reg. 1613: *Præcipimus capellanis, et maxime Francigenis, quod habeant ordinarium et breviarium juxta formam ecclesiæ Carcassoniensis.*

† FRANCIGENATUS, Gallus, e *Francis* oriundus. Hist. S. Florentii Salmur. apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 1100:

Ut fuit ereptus Theobaldus Francigenatus Terræ dux et herus post regem nobilis hujus.

\* FRANCIGENUS, Francicus, Gallicus. Donizo in Præfat. ad lib. 2. de vita Mathild. comit.:

Hæc aprices dicitur, scit Teutonicam bene linguam. Hæc loquitur lætam quin Francigenamque loquelam.

Epitaph. Silvest. II. PP. apud Baron. ad ann. 1003:

Primum Gerbertus meruit Francigena sede Rhemensis populi metropolim patriæ.

FRANCIGINI. Statutum Communis Bononiensis apud Ghirardaccum lib. 9. Hist. Bonon. pag. 279: *Quod lutores azardi et bescazariz, et incisores casei in ipsis scalis, et in platea Communis per decem peticas, nec etiam cantatores Francignorum in plateis Communis ad cantandum.... omnino morari non possint, nec debeant, etc.* Forte ii, quos *Chanteurs de Romans*, Franci nostri vocabant.

\*\* FRANCILIS BANNUS, Qualem debet Francus Carol. C. Edict. Carisiac. ann. 861: *Quilibet Francus homo convictus quia bonum denarium, id est merum et bene pensantem, post hunc bannum nos-*

trum egerit, medietatem Francilis Banni componat.

† **FRANCILOGUS**, Sermo Gallicus. [\* Vel qui idiomate Gallico loquitur.] Vita S. Ursuarii tom. 2. Aprilis pag. 562: Infirmus quæ dicitur gîteria Francilogo.

† **FRANCIOSUS**, Francicus. Vita B. Columbæ Reatinæ tom. 5. Maii pag. 361: Morbo Francioso laborabat.

† **FRANCIPLEGIA**. Vide in *Plegius*.

\* 1. **FRANCIS**, Mensura frumentaria, eadem quæ supra *Francarium*. Charta ann. 1345. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 336: *Acquisiuit in ballivia Caturcensi montaneorum Arvernæ octo Frances siliginis, quæ valent tria sestaria et unam eminam . . . Item tres Frances siliginis cum dimidio, quæ valent duos sestarios et tresdecim denarios.* Vide *Franciscus* 1. Hinc

\* 2. **FRANCIS**, Modus agri, in Charta ann. 1196. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 169: *Dimisit prædictus Bernardus dom. Jordano, . . . scilicet in camino sancti Jacobi Frances omnes, pro quo (f. per quos) homines pergunt de Tolosa apud Auxim.*

† **FRANCISARE**, More Francorum se habere, vel lingua eorum loqui. Johan. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Franciscare, Françoier, c'est soy avoir en parler, en maniere de François.*

**FRANCISCA**, **FRANCISCUS**. Papias, Joan. de Janua, et Jacobus de Voragine scribunt, *Franciscas dici signa quædam instar securium, quæ Romæ ante Consules ferebantur, quæ erant in terrorem, in securitatem, et in honorem.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Francisca, Une maniere d'enseigne que l'en souloit porter devant les Consols ou Consules, comme haches.*] Certe Aimoino lib. 1. cap. 12. *Francisca* est spatha seu machæra, vel etiam bipennis, Gallis propria. Hincmarus in Vita S. Remigii: *Acceptit autem Rex Franciscam ejus, quæ vocatur Bipenna, et projecit in terram.* Iisdem fere verbis Gesta Reg. Francor. cap. 10: *Acceptit autem Rex Franciscam ejus, quod est bipennis, et projecit in terram.* Et Floardus lib. 1. Hist. Remens. cap. 18: *Spretisque ipsius armis ejus Franciscam projecit in terram.* Bipennem appellavit paulo ante, ut Greg. Tur. lib. 2. Hist. cap. 27. qui Francis securim propriam fuisse testatur lib. 9. cap. 35.

¶ Ejusmodi securim penes se habuit Borellus, quam *Franciscam* fuisse existimat; eam sic describit in Glossar. Gall.: *Manubrium habet ferreum longitudinis trium circiter pedum, cavum intus, in cuius extremo securicula erat ad nutum mobilis, quæ cuspidem retro munita cassides et scuta perfringere ac perforare poterat quam facillime. Erat præterea in manubrii cavo instrumentum quo milites, dum vacarent, annam suam molere poterant. Verum non una fuit horum armorum species et forma.*

**FRANCISCUS**, Eadem notione. Papias, ex Isidoro lib. 18. cap. 6: *Franciscæ signa sunt, quæ Hispani ab usu Francorum Franciscos vocant, quæ ante Consules ferebantur, quæ Secures dicuntur.* Vide Anastasim Childerici cap. 14.

\*\* **FRANCISCA** NOTA. Ademar. Histor. lib. 2. cap. 8: *Omnes Franciæ cantores dixerunt notam Romanam, quam nunc vocant Notam Franciscam.* Vide in *Nota* 2.

\* **FRANCISCHUS SALIX**, dicitur de salice comata, quæ *plansonus*, non *salix*, appellatur, quandiu comam non habet.

Vide *Plansonus*. Stat. Placent. lib. 5. fol. 65. r°: *Item quicumque destruxerit salices Franciscos et piantonos, et inseminata novella, solvat communi Placentiæ soldos viginti, pro quolibet salice et piantono.*

1. **FRANCISCI**, Franci, Galli, Φραγκίσκοι, Nicetæ in Isaacio et Alexio num. 2. et Pachymeri lib. 3. cap. 8. Utuntur non semel Scriptores, Leo Ostiensis lib. 1. cap. 64. Hariulfus lib. 1. cap. 15. lib. 3. cap. 10. 25. lib. 4. cap. 32. Dudo de Morib. Norman. passim, Nangius in Chr. ann. 1182. [Chron. Parmense ad ann. 1282. apud Murator. tom. 9. col. 802.] etc. *Solidi Francisci*. Vide *Solidus*. *Scara Francisca*, in Annal. Franc. ann. 778. *Francisca lingua*, pro Gallica. Hermoldus Nigellus lib. 1. de Ludovico Pio:

Sen quis Franciscam mavult reserare loquelam,  
Nominis ut possit noscere notitiam.

[\* Germanos hac appellatione designatos apud Hermold. Nigell. auctor est Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1020.] In Epitaphio Gregorii V. PP. in Æde Vaticana:

Usus Francisca, vulgari, et voce Latina,  
Instituit populos eloquio triplici.

Et in Gestis Consulum Andegav. cap. 6. n. 6. *Francisca componere*, apud Otfriedum in Epist. ad Liutbertum Archiep. Mogunt. *Franciscus habitus*, apud Aimoinum lib. 5. cap. 33. *Syndon Francisca*, in Charta ann. 1197. apud Ughellum tom. 7. pag. 1275. *Vestitus patrius, id est, Franciscus*, apud Eginhardum in Vita Caroli M. pag. 102. *Cuspis Franciscus*, miles *Franciscus*, *Franciscus mos*, apud laudatum Hermoldum. Lana Gallica Italici dicitur *Francisca*, teste Polydoro Virgilio lib. 1. Hist. Anglic. Quippe veteres Etrusci *Franciscos* appellabant, quos alii *Francos*. Ita Joan. Villaneus lib. 2. cap. 18. et alibi non semel.

Hanc vero enuntiationem mutuati videntur populi omnes a Longobardis, aut Sclavis, qui gentilitia et appellativa nomina efferebant plerumque in *isc*, quod potissimum solenne est etiamnum Dalmatis. A Sclavis Anglo-Saxones hausserunt eum morem, apud quos *Romanisc* est Romanus: *Lundenisc*, Londoniensis, etc. In veteri Charta apud Perardum in Burgund. pag. 26. et 27. *Saracenicus*, *Longobardiscus*, legitur. Ita *Thraciscus* apud Capitolinum et Jornandem de Rebus Geticis in Maximino: *Spaniscus*, non semel apud Anastasium: *Hunniscus*, apud Vegetium lib. 4. Art. veterin. cap. 6. et Monachum Sangall. lib. 2. in Præfat. *Frigiscus*, apud eundem Veget. *Teutiscus*, *Metiscus*, apud Mon. Sangall. lib. 1. cap. 11. *Sclaviscus*, in Annal. Franc. Fuld. ann. 871. *Græciscus*, apud Gerbertum Epist. 153. *Daciscus*, in Notitia Imper. etc.

2. **FRANCISCI**, Hæretici quidam quorum mentio fit in Constitut. Frederici Imp. contra Patarenos apud Waddingum ann. 1254. n. 16.

† 1. **FRANCISCUS**, Mensura frumentaria. Charta ann. 1143. apud Baluz. Histor. Tutel. col. 475: *In unoquoque ipsorum mansorum quatuor denarios, et unum gallum, et unum Franciscum frumentii, et quatuor sestarios de civada.* Vide Alia notione in *Francisca*. [\* Vide supra *Francarium* et *Francis* 1.]

\* 2. **FRANCISCUS** appellatus primum videtur, quicumque Francos frequentabat, dehinc nomen proprium esse cepit. Sic *Francisci* nomen ter repetitur in

Charta XI. sæculi ex Chartul. Major. monast. ch. 61. Occurrit etiam quidam *Franciscus* absolute nominatus in Chartul. Dunensi, scripto ineunte sæculo XII. teste Mabillonio tom. 5. Annal. Bened. pag. 438. Ita et Fratrum Minorum institutor, qui Joannes Bernardo appellabatur, *Francisci* nomine insignis est; sub cuius titulo, anno post ejus mortem trigesimo secundo, consecratum fuisse altare in ecclesia Corboliensi discimus ex Lit. S. Ludov. ann. 1258. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 466: *In quo (oratorio) etiam duo parva altaria constructa sunt; quorum unum, illud scilicet quod a dextris est, in honore beati Francisci; et aliud a sinistris in honore beati Petri martyris de Ordine Fratrum Prædicatorum, decrevimus construenda.*

**FRANCITAS**. Surita lib. 1. Indic. Arag. æra 882: *Carolus Calvus Francorum Rex Barcinonensibus, sive Hispani, sive Gothi essent, immunitatem libertatemque largitur, qua Franci uti assueverant, permittitque, ut Gothicis legibus jura inter se foraque constituent. Immunitas ea a Francis in Hispania Frankitas dicta. Francorum enim nationem Germanicam Germanis reliquis et Friesis commodiore immunitatis conditione antulerat.* Idem æra 1148: *Ut oppidum coleretur habitareturque, civibus Frankitatis, id est, ingenuitatis ornamenta ab Imperatore præstantur.*

**FRANQUITAS**, Idem quod *Franchisia*, *Salvitas*, *Libertas*, *Salvatio*, *Salvamentum*, etc. Locus scilicet, cuius incolæ jure gaudent immunitatis, cuius tamen ratione prælatio dominis fiebat. Historia Abbatii Condomensis pag. 457: *In isto Cœnobio Sanctimonialis effecta dedit quandam Franquitatem Darsimam, etc.* Pag. 486. et 488. *Francedad* idem sonat, ubi forte *Franchitad* legendum. Vide *Foros Regni Aragon. f. 129. Libertas, Salvitas*, [et *Francedad* suo loco.]

Nescio, an alia notione hanc vocem usurpent Fori Bigorreenses art. 36: *Franchitatem coopertam nemo emat, vel discoperire faciat, ut postea possit emere: quod si fecerit, servitium Comitibus, sicut quilibet, persolvat, aut dimittat.*

† **FRANQUITAS**, Immunitas a quolibet servitio et censu. Charta Berengarii Comit. Barcinon. ann. 1025. in Append. ad Marcam Hisp. col. 1098: *Fecimus omnibus superscriptis et ipsis qui post vos futuri erunt habitatores prædictorum locorum, scilicet qui iurejurando nobis fidelitatem et adiutorium firmaverint et firmaverint, hanc nostræ munificentie retributionem, ut abinceps quidem omnes Franquitates aliæque vestra omnia quæ hodie franca habetis sive habebitis, cum omnipotentis Dei juvamine et nostra confirmatione sine ullius inquietudine teneatis atque possideatis; ita ut nullus nostrorum... franca vestra omnia prædicta, sive illa quæ pertinent ad Franquitatem prædictæ villæ... pertinetit auferre, aut in quocumque divellere sive corrumpere. Pascuata quoque et ligna et aquas et conversiones aquarum, fontes, et exitus atque egressus spatia quæ ad vocem prædictarum Franquitatum pertinent, libere habeatis, et pro iis ullum servitium census nobis aut alicui homini minime faciatis.* Acta B. Raymundi Lulli tom. 5. Junii pag. 651: *Ex alio Instrumento liquet, præfatum Infantem Jacobum... confirmasse et jurasse omnia privilegia, Franquitates, cavallerias, donationes et concessionem habitatoribus Majoricarum datus.*

\* **FRANCIUS**, Francicus. Regnum Fran-

cium, in Charta ann. 1239. ex Chartul. AD. S. Germ. Prat. fol. 103. v. col. 2.

\* **FRANCIZARE**, Parler François, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Francisare*.

**FRANCLAND**, FRANCLING. Vide *Franchilanus*.

\* **FRANCOFORDIENSIS** vel **FRANCOFURTENSIS** MONETA, Cujus typi exhibentur in quodam Chron. sub ann. 1340. Consule Schlegel. in Dissert. de Numm. ant. Gothan. etc. edit. ann. 1717. 4.º pag. 28. et 30.

† **FRANCOLENSIS**, Idem qui *Franchilanus*, seu libere tenens. Liber niger Scaccarii pag. 77: *Super dominium ecclesie sunt feoda trium militum et dimidii, cum tenura Francolensium in villa Cernell*.

\* **FRANCONIA**, Francia Germanica, unde *Franconicus*, etc. Passim.

\* **FRANCUM**, Territorium, cujus incolæ jure gaudent immunitatis. Celebrerrimum est *Francum Brugense*, pro cuius libertatibus extat Charta Phil. comit. Fland. in Cam. Comput. Insul. *Les loys du Franc*, in Ch. ann. 1223. ex ead. Cam. Franc. pro Stabulo porcario, in Lit. remiss. ann. 1390. ex Reg. 140. Chartoph. reg. ch. 19: *Pour un pourcel que le suppliant avoit emblé par nuit . . . en un Franc à porceaulx. Au plus Franc nude, Luci genus, quod Franc du quarreau vulgo dicitur, in aliis Lit. ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 271: Pluseurs compaignons commencerent à jouer au jeu, que on dit au plus Franc.*

† **FRANCUM MESUM**, Agri portio quæ a liberæ conditionis hominibus colitur, vel quæ servilibus obnoxia non est. Charta officialis Paris. ann. 1242. ex Tabul. Sangerm.: *Recognoverunt coram nobis se vendidisse, . . . duo arpenta terræ arabilis sita in uno tenenti quæ dicebant se habere. . . in censiva dictorum Abbat. et Conventus, onerata in duobus denariis Paris. annuatim de Franco meso tantummodo, ut dicebant.* Vide *Mansus*.

\* **FRANCUM-MOLITUM**, Gall. *Francmolu*, Immunitas a pensatione pro frumenti molitura. Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1421. fol. 108. v: *Et doit avoir ledit fermier et ara Francmolu à nos mollins de Corbie.* Vide *Motta* 2.

**FRANCUM PLEGIUM**. Vide *Plegius*.

**FRANC-VINUM**, seu *Francum vinum*, quasi *Franc vin*. Charta Hugonis Ducis Burgundie ann. 1253. apud Perardum pag. 476: *Bannum trullorum, furnorum, vinorum, nemorum, vindemiarum, Francvinis, mercatus, etc.* [Vide in *Franci* 1.]

† **FRANCUS**. Vide *Franci* 1.

† **FRANCUS-RESPECTUS**, Habere teneamentum im *Franco-respectu*, est tenere seu possidere agrum ab omni censu sive præstatione annua liberum et immunem. Chartular. SS. Trinitatis Cadom. fol. 29: *Eduardus tenet 2. virgas et dat inde 7. sol. per annum, et alias 2. virgas in Franco respectu.* Vide *Respectus*.

\* **FRANDEGULUM**, Fundibulum, machina oppugnatoria, qua jactantur lapides. Hist. belli Forojul. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 1206: *Finaliter nostri ferventi animo cum balistreriis nostris, arcubus, mazzafrustis, Frandegulis, lapidibus ipsis taliter infantantes, quod ab inde recedere sunt coacti.* Vide *Fundabulum*.

\* **FRANGA**, a Gallico *Frangere*, Fimbria. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item una stola et unus manipulus, . . . in quibus a longo tempore deficiunt septem Frangæ et plures perlæ.*

Comput. Ms. fabr. S. Petri Insul. ann. 1492: *Item pro annulis cupreis, Frangis rubeis et filo rubro, pro reparando cortinas rubeas, etc.* Vide *Frangia*.

\* **FRANGERE**, nude, pro in culturam redigere. Charta ann. 1056. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Donomus unum mansum, quem Fregit homo, nomine Ansoardus.*

**FRANGÈRE**. Vide in *Juramentum*.

\* **FRANGETA**. [Gallice *petite Frange*: « Pro valore argenti, auri, azurrii, *Frangetæ*, taffatani et aliis rebus per eum positis in una banderia per eum facta cum armis ss. d. n. papæ. (Mandat. Camer. apostol. an. 1458-60, f. 89.) »]

† **FRANGIA**, Vox Italica, Gall. *Frangere*, Fimbria. Occurrit in Translatione S. Antonini, Maii tom. 1. pag. 768. et Inventario Eccl. Aniciensis ann. 1444.

† **FRANGIATUS**. Vide *Fragiatus*.

\* **FRANKITAS**. Vide *Francitas*.

\* **FRANQUALICIA**. Vide supra *Franqualicia*.

\* **FRANQUARE**, Ingenuum, *francum* facere ex servo, manumittere, Ital. *Francare*, Gall. *Affranchir*. Lit. ann. 1360. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 92. r: *Donamus plenam auctoritatem. . . nobilitandi, legitimandi, admortizandi, Franquandi seu servos liberavimus faciendi, etc.* Vide *Franchire*.

† **FRANQUESIA**. Vide *Franchesia* 2. 3. 4.

† **FRANQUILLINUS**, Avis species, de qua Fridericus II. lib. 1. de Venat. cap. 9.

\* Attagen, phasiani species, Ital. *Francolino*, nostris *Francolin*.

\* **FRANQUINTUS**, Libertas, jus, privilegium, immunitas. Charta ann. 1147. inter Probat. tom. 2. Hist. Occit. col. 520: *Insuper confirmo et laudo omnibus hominibus Tolosæ et suburbii manentibus et mansuris, illos bonos mores et Franquintos quos habebant, et quos eis dedi et feci.* Vide in *Francitas*.

\* **FRANQUISITIO**, Immunitas, juris alicujus cessio. Pactum inter prior. eccl. de Fontibus et consul. ejusd. villæ ann. 1310. in Reg. 46. Chartoph. reg. ch. 33: *Præterea fuit actum quod consules. . . acquirere et assignare et associare dicto priori. . . teneantur pro liberatione, quittance et Franquissione decimarum. . . quadraginta libras Caturcenses renduales.*

† **FRANQUITAS**. Vide *Francitas*.

\* **FRANQUITUDO**, Eadem notione atque *Franquintus*. Constit. Jacobi II. reg. Aragon. ann. 1301: *Statusimus quod omnia privilegia, Franquitudines, libertates, constitutiones et consuetudines, et etiam usantias quas habent, etc.*

\* **FRANSIRE**, Frangere, triturare. Stat. datiar. Riper. cap. 9. fol. 17. v: *Quod de cetero credatur dicto cujuslibet personæ eum ejus sacramento de damno, quod dicit sibi fore datum seu factum per molinarium, qui macinasset sibi aliquod granum suum, vel grana, seu Fransisset farrum vel farinam, etc.*

† **FRANTZCHI**, Bernhardus de *Breydenbach* Itiner. Hierosol. pag. 165: *Sunt. . . . in Hierosolymis quidam orthodoxe fidei devoti professores, viri religiosi, qui a ceteris nationibus ibidem, ut sunt, Latini, a Sarracenis vero Frantzchi, (sunt equidem filii et fratres S. Francisci) a nobis autem Fratres Minores. . . appellantur.*

\* **FRANUM**, pro *Frenum*, non semel, in Comput. Ms. ann. 1289.

† **FRANZERE**, pro *Frangere*. Vide *Mollegium*.

\* **FRANZESCUS**. [Mensura: « Manso de golz: III. solidos et III. *Franzescos* de sigile. (Cart. Conchar. Ruthen. pag. 77. ann. 1025.) Occurrit quoque versio occitana: Et el mas dal Poig 1. *Fran-*

*cesq* de sequel et altre de civada id. p. 378. XII. sæc. »]

† **FRAPATURA**, f. pro *Fractura*, *Fractatura*, vel *Fricatura*. Litteræ Caroli V. Fr. Reg. ann. 1367. de Forma vestium: *Item, quod nulla ipsarum (mulierum) audeat portare aliquam Frapaturam in suis capucis, vechis vel caragiis capuciorum, aut manicis vestium suarum, aut in pannis profundis vestium suarum, vel aliis partibus ipsarum vestium.* Vide *Frecta*. [\* Idem quod mox *Frappa*.]

\* **FRAPPA**, vox Italica, Lemnisci, Gall. *Rubans*. Concil. Labbei tom. 12. col. 800: *Hujusmodi familiarium vestes non sint breviores genu, nec diversorum colorum, nec cum scissuris, Frappis vel brodaturis.* *Freppis* apud Marten. tom. 8. Ampl. Collect. col. 244. Unde nostris *Ferpe*. Vide in *Frepate Vestes* et *Fres*. Ab hac forsitan voce, qua superfluum ornamentum significatur, accersendum vocabulum *Frappail*, quo designantur bello inutiles, in Hist. chronol. Caroli VII. pag. 407: *Et seroient chasses dehors tout le demourant du Frappail.*

\* **FRAPPERIA**. Gallice *Friperie*: « Ob hoc dictus episcopus. . . jus. . . quinquallerie, *Frapperie*. . . habuerat. (Cart. N. D. Paris. III. 305. an. 1487.) »]

† **FRAGIUM**, **FRARESCHIA**, **FRARISIA**. Vide *Fraternitas* 6.

\* **FRARESCHIA**, Soror uterina, ut videtur. Reg. *Olim* parlam. Paris. ad ann. 1302. fol. 105: *Cum Johannes de Lay pro se et Frareschia sua, natis de Basilia de Pruvino matre ipsorum, conquestus fuerit, etc.* Alia notione, vide in *Fraternitas* 6.

\* **FRARII HOMINES**, in Chartul. monast. Septem font. *Frarin* in malam partem accipitur, in *Bestiar*. MS.:

Nous sommes ses fils, ses pouchins,  
Qui comme mauvais et Frarins,  
Notre seigneur en vis fêrimes,  
Quant nous par devant lui servimes.

Le Roman de *Garin* :

Que tu n'ès mie ne garçon, ne Frarin.

Pro Calamitoso usurpatur tom. 2. Fabul. pag. 53 :

La bone fame à vous s'atent,  
Qui est moult poure et moult Frarine.

† **FRASCA**, **FRASCHA**, Italica, Foliolum, ramusculus arboris, vigultorum fasciculus, Gall. *Feuille*, *fascine*. Chron. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 766: *Carroctium Bononiensium captum fuit et strabucatum, et projectum fuit in quodam fossato et coopertum de Frascis.* Chron. Domin. de Gravina apud eundem tom. 12. col. 674: *Fecerunt etiam Capitani ipsi. . . ligna plurima seu Frascas incidere, et cum eis et ex eis fossatis adhæreant et fossatos faciant onerare.* Hinc

**FRASCARIUM**, Locus arbutis constitutus: est enim *Frasca* Italica folium, vel ramusculus arboris: unde *frascati*, pro fascibus ramorum. Hinc etiam *Frascaggiare*, nostri *Faire Frasque*, pro illudere, metaphora ducta ab his, qui ramusculis aut bacillis aliis illudunt. Hispani pariter *Frascas*, ramos siccos vocant. Charta ann. 1008. apud Ughellum tom. 2. pag. 137: *Id est, terra arabili vineata cum Frascario super se habente.* Occurrit præterea in alla Grimoaldi Archiep. Pisani tom. 3. pag. 404. et alia tom. 4. pag. 1283. in Chronico Benev. S. Sophiae pag. 665. etc. Vide Oct. Ferrarium in Originibus Italicis.

† **FRASCATA**, Idem quod *Frascarium*. Rolandinus Patav. lib. 6. de Gestis in Marchia Tarvisina cap. 18: *Stabat sub*

*Frascata sive laubia quadam, quæ erat prope ad domum pontis Alivati, ubi quotidie cum multis militibus et burgensibus morabatur.*

\* 2. **FRASCATA**. [Ital. *Frascato*, *berceau de feuilles*: « Illmus, dux Mediolani parari faciet et ordinari in curia domus habitacionis quorundam nobilium in Meda, ubi majestas regis, legatus et dux debebant convenire, unam *Frascatam* satis amplam cum talamo et solio regali in capite. (Diar. Burchardi, ed. Thuasne, 11. 327. an. 1497.) »]

**FRASCETUS**. Rafanus de Caresinis in Chron. MSS. ann. 1379: *Navigantibus nobis absque strepitu et cum ordine magno, imposito etiam Comitibus ut sibloti sive Frasceti stlerent. [Falsceti, apud Murator. tom. 12. col. 450.]* Id est, qui fistula canunt, nostris *sifflets*.

\* **FRASCHEMUM**, Locus arbutis consitus, diminut. a *Frascarium*. Stat. Verceil. lib. 5. pag. 125. v.: *Item quod nemini licitum sit pescare in nemore, altineto, insula, salecare, novelleto, Frascheto, spinetis, etc.*

\* **FRASCHISSA** vel **FRASCHISSUM**, Ansa ferrea, ut videtur, Gall. *Crampon*: Hispan. *Frasqueta* est Ferrea quadra in typographia. Comput. ann. 1773. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 326. col. 1: *Pro faciendo cathedram et banca, et alia quæ erant necessaria in dictis scolis, videlicet tam pro fusta, cayronibus, tam etiam pro calce et arena, clavellis et Franchissis et pro aliis ferrentis, et etiam pro aliis caustis in dictis scolis necessariis.*

\* **FRASCINGA**, ut *Frasinga*. Vide in hac voce. Notit. ann. 851. ex Chartul. Lemov. in Cod. reg. 9612. T: *Molendina, silvas, Frascingas, pullos, operas, et omnia beneficia ex jam dicta villa exigentia, totum quæsiuit jam dictus advocatus Guntramno ad opus matriculariorum S. Stephani altaris pertinentium.*

\* **FRASCUS**, f. pro *Fiascus*, ab Italico *Fiasco* Laguna. œnophorum. Inventar. ann. 1261. ex Tabul. D. Venciæ: *Item duos Frascos de estagno.* Vide supra *Fiascus*.

† **FRASCHA**. Vide *Frasca*.

**FRASENUM**, [vel **FRAZENUM**, f. Ramusculus, ab Italo *Frasca*, quod idem est. Nota vero ratio investendi per *ramum*. Vide *Investitura*.] Vetus Instrumentum ann. 1143. apud Georgium Pilonum in Hist. Bellunensi pag. 76. v.: *Eodem die misit D. Decanum predictæ Ecclesiæ in tenutam, per Frazenum unum.*

† **FRASINGIA**. Vide *Frasinga*.

† **FRASITTO**. Pactus Leg. Salicæ tit. 32. § 13: *Si quis nasum alteri excusserit, malb. Frasitto, MDCCC. denar. qui faciunt sol. XLV. culpabilis judicetur.* Ubi Eccardus legendum suspicatur *Frasicto*, quod proprie partem faciei prominentiorem notat, a *Fra*, vor, Ante, et *Sichte*, *gestichte*, Facies. Sed cum insolens sit apud veteres hæc locutio, pro *Frasitto* legendum potius censet *Nasicti*, vel distinctius *Nase sicto* vel *sichte*, quo verba *Nasum excusserit* redduntur. *Nasnitto* emendandum putat Schilterus et Nas et *Snitt*, *Sneiden*, Nasi abscissio.

† **FRASIUM**, Expensum, ut videtur, Gall. *Frais*, coût. Statuta Reipubl. Genuens. lib. 5. cap. 7: *De deductione facienda in restitutione dotium. Quotiescumque dos veniet restituenda, is per quem fieri debet restituito possit ex summa dotium pro Frasiis in se, ut infra, videlicet, etc. Si vero nunquam fuisset secuta transductio seu habitatio uxoris in domo mariti, vel mariti in domo ux-*

*ris, non possit aliquid retineri pro Frasiis.*

\* **FRASNEA** et **FRASNEIA**, Fraxinetum, Ital. *Frassineto*. Gall. *Fresnaie*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 62. r.: *Calumniatur nobis Frasneciam, quam venderat simulque donaverat sancto Joanni.* Infra fol. 69. v. *Frasnea*. Vide infra *Frassinus*.

† **FRASSA**, f. Mesenterium vitulinum, quod Gallice dicimus *Fraise de veau*. Liber Annivers. et censuum Monasterii Sangerman. fol. 77: *Cum una droittura, quæ valet anno quolibet unum sextarium ordet, unum caponem et unam Frassam.*

† **FRASSELLUS**, Currus species, ni fallor. Charta Philippi Regis Franc. ann. 1331. pro Monachis Bonæ-vallis: *Licet essent et fuissent pro tempus sufficiens in possessione et saisina... recipiendi in pratis Bonæ-vallis mareschaucies in quadregiis et Frassellis usque ad festum B. Johannis.* Vide in *Frasinga*.

\* F. duabus rotis constans; quadrigæ enim opponi videtur: nisi sit *Fasciculus*, Gall. *Botte*, a *Frasca*. Vide in hac voce.

**FRASSETUM**, in Inquisit. apud Lanc. in Comitatu Cornubiæ coram Justitiario Aud. ann. 6. Edw. I. significat a wood, seu ground that is woodie. Ita Edw. Cokus ad Littleton. sect. 1.

† **FRASSINUS**, Fraxinus, species arboris, Gall. *Frêne*. Vide locum in *Jugo*.

\* Nostris, *Fraische* et *Fraise*. Leudæ major. Carcass. Mss.: *Item pro cargua de astis de Fraische, ij. sol.* Turon. Ubi versio Gallica ann. 1544: *Pour charge de piques, javelines et autres hastes de bois Fraise, etc.* Porro hæstæ ex fraxino confici solent. *Frasnel*, Ramusculus fraxineus, in Lit. remiss. ann. 1457. ex Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 1532: *Lequel Arnoul... avoit une happiette en l'une de ses mains, dont il avoit couppe ledit Frasnæl.*

† **FRATALEA**, ut *Fratalia*, in Regiminius Paduæ ad annum 1319.

**FRATALIA**, Confraternitas ex Ital. *Frataria*, in Chronico Paduano ann. 1393. post Rollandinum, semel ac iterum. [Adde Regimina Paduæ apud Murator. tom. 8. col. 385: *Et anno præsentis (1293.) qualibet Fratalia Paduani Communis fecit suum consalonem singulariter, in quo erat picta armatura Communantiz Paduæ et cujuslibet Frataliz.* Quod sæpius ibidem recurrit.]

† **FRATEA**, In malam partem accipitur, nimirum pro societate Conjuratorum. Litteræ Willelmi Abrincensis Episc. ann. 1227. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 943: *Omnes illos, qui ut præmissum est, conjuratores, colligatores, conspiratores fautores, seu Frateas, interpositis juramentis, litteris, sive cartis, seu aliis promissionibus composuerunt... excommunicamus.*

† **FRATELEA**, ut *Fratalia*. Regimina Paduæ ad ann. 1321. col. 463: *Et in vigilia S. Lucie natus est ei filius vocatus Milion, et baptizatus in Ecclesia S. Martini, et Gastaldionis Frateleorum tenuerunt illum ad baptismum.* Acta S. Antonii de Padua tom. 2. Junii pag. 703: *Dominus Episcopus et omnes Ecclesiastici cum potestate et sua curia, et Fratelea populi, accederent ad Ecclesiam S. Antonii.*

\* **FRATELLE DOMINÆ**, Moniales. Acta notar. Senens. ann. 1286. ex Cod. reg. 4725. fol. 82. r.: *Item (relinquo) quinque solidos Fratellis dominabus. Fratello, Italis, Cœnobita vel sodalis.*

† **FRATELLUM**, a *Frango*, *Stillicidium stercoris*, ut *sterguillimum*, unde *Frateres*, *Sordere*, *displacere vel tergere*. Johan. de Janua. Vide *Fracelli* et *Fritellum*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fratellum, i. stillicidium stercoris, vel sterguillini, Degout de chambres privées.*

† **FRATER**, Nomen consanguinitatis vel propinquitatis sive carnalis sive spiritualis. Hinc

**FRATRES**, invicem se appellabant Christiani, quod unius Dei homines, quod consortes ejusdem fidei et spei cohæredes, ut ait Minutius, fraterno inter se more viverent: quod et unum patrem Deum agnoscerent, ut Tertullianus in Apologetico: quod essent cum omnibus, quos sol videt, germanitatis necessitudine copulati, ut Arnobius lib. 4. adversus Gentes: quod denique omnes homines pro fratribus diligerent, ut Lactantius lib. 5. cap. 10. S. Hieronymus adversus Helvidium cap. 8. ait in divinis Scripturis *Frates dici, natura, gente, cognatione, affectu*: affectu quidem *Frates* appellari, etc. qui in duo scinditur in spirituale et in commune. In spirituale, quia omnes Christiani *Frates* vocamur, etc. Neque porro licebat Christianis Gentiles fratrum appellatione donare. Vide Nomenclonem editum a Joan. Bapt. Cotelerio cap. 452.

**FRATRES** se invicem appellabant Reges. Vide Notas nostras ad Alexiadem et *Fraternitas* 7. Sed et Imperatores, qui una Imperium administrabant, ut est apud Lactantium lib. de Mortibus Persecutorum. num. 20.

**FRATRES**, Rectores Provinciarum et Comites appellabant Imperatores. Senator lib. 6. in Formula Rectoris Provincia: *Additur, quod a Principe Frater vocaris, ut nobilitate pretiosi nominis a vilitate criminum tolleretur.* Hinc formula: *Frater amantissime*, de qua Brissonius lib. 3. Formul. pag. 353.

☞ Eodem honoris titulo donati Barones a Ludovico VII. Reg. Franc. in Conventione inter ipsum et Henricum Reg. Angl. apud Duchesne. tom. 4. pag. 494: *Ego Ludovicus Rex Francorum, elegi tres Episcopos, Claremontensem, Nivernensem, Trencensem: et tres Barones, Comitem Theobaldum et Comitem Robertum et Petrum de Curtenei Frates meos.*

**FRATRES**, Episcopus omnes vulgo compellant Summi Pontifices, ut Episcopi vicissim summos Pontifices: quod obtinuisse etiam post ann. 1400. observat vir doctissimus Joan. Launois in Hist. Regii Navarræ Collegii Paris. pag. 540. Sed deceptum volunt quidam eruditi, penes quos est liber MS. ex quo id hauserat, itaque compellari Episcopum ab Episcopo, non vero summum Pontificem.

† **FRATRES**, nude, Cardinales vocantur in Fragm. Vitæ S. Bernardi sæc. 4. Bened. part. 2. pag. 562: *Quid Apostolicus mandaverit, quidve Fratres velint; quid Rex, quid Principes postulerent, quid populus excoptat, multis edisserunt.*

**FRATRES**, dicti Monachi universim, id nominis a primis Christianis mutuati, uti ad Cinnamum docuimus pag. 483. [\*\* Vide Glossar. med. Græcit. col. 22. voce Ἀδελφοί.] Etiam Militares Ordines. Ita **FRATRES DE PALMIS**, apud Ordericum Vitalem lib. 13: *Tunc Rotro Comes Moritonæ cum Francis, et Episcopus Cæsaris-Augustanus, cum Fratribus de Palmis, etc.* De his fratribus vide Marcam in Histor. Beneharn. lib. 5. cap. 21.

**FRATRES S. SEPULCRI**, tom. 8. Spicileg. pag. 368. 381. [in Chron S. Bertini apud Marten. 3. Anecd. col. 596.] et

**FRATERNITAS S. JACOBI**, Compostellensis, apud Sanctum lib. 3. part. 11. cap. 13. [*Frates S. Jacobi de Spata*, in

Chron. S. Bertini apud Martenium loco mox laudato.] *Fratries*, ipsæ fraternitates Militares dictæ in Assisis Hierosol. part. 2. cap. 21. Vide mox *Fratres Militiæ S. Jacobi*.

\* FRATER ADVENIENS, Monachus hospes, advena alterius Monasterii. Eckear- dus Junior de Casib. S. Galli cap. 1: *Et locum hospitis in refectorio haberet dum viveret, ... ut mansione ibi parata, crebro velut Frater Adveniens Abbati non esset onerosus, neque familiæ incommodus.*

\* FRATRES ALEMANNI, Idem qui Hospitalarii Teutonici, ordo militaris ab Alemanno quodam institutus, unde nomen. Testam. Guil. milit. de catro Barco ann. 1319. tom. 3. Cod. Ital. Diplom. col. 1940: *Item relinquo pro anima mea secundum meum destruerium seu equum... Fratribus Alemannis, et alium secundum meliorem relinquo fratribus de Hospitali S. Joannis de ultra mare. Vide Teutonicum Ordo.*

\* FRATRES APOSTOLI. Vide supra Apostoli 6.

\* FRATRES ARMORUM, Qui sub eodem vexillo militabant. Lit. remiss. ann. 1420. in Reg. 171. Chartoph. reg. ch. 237: *Jehan le Cambier, qui Freres d'armes estoit à icellui Cautain, etc. Vide Cangii Dissert. 21. ad Joinvillam.*

\* FRATRES ASINORUM, Idem, qui *Fratres domus S. Maturini Parisius ordinis S. Trinitatis et Captivorum* appellatur, in Lit. Mariæ reginæ Franc. ann. 1294. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 131. r. col. 2. Vide Asinus 2.

FRATER IN BAPTISMATE. Ægidius de Roia ann. 1294: *Quem ventientem detinuit aliquandiu tamquam captivum, postea dimisit eum, et filiam ejus retinuit, (leg. tenuit) factusque est ejus Frater in Baptismate, eumque reginæ suæ associavit, ut esset in ejus obsequio, id est, filiam ejus de fonte baptismatis excepit. Sed videtur legendum pater.*

FRATRES BARBATI. Vide *Barbatus 1.*

FRATRES BARRATI. Vide *Barrati Fratres.*

\* FRATER DE BAS vel de *Bast*, Illegitimus, spurius. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 334: *Jehan, dit Chevalier de Poulainville, Frere de bast à la dame de Gllisy, etc. Vide supra in Bastardus.*

\* FRATRES BEATI. Chron. Anonymi Leob. ad ann. 1205. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 823: *Nova demum concio consurgit Saccorum, Alexandro præside IV. Romanorum, Fratres de matribus surgunt rubricati, signo Crucis pectore namque sunt signati; hii, ut vulgari- ter dicitur, Fratres sunt Beati. Vide Sacci.*

\* FRATRES DE BOLETA. Ital. *Bulletta*, Tessera vel Clavus. Horum mentio fit in Stat. Ferrar. ann. 1288. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 390.

\* FRATER BOURT, Monachus laicus, conversus, qui prædium rusticum colit. Vide supra *Burs 1.*

FRATRES BUBULCI, Conversi Ordinis Cisterc. qui boves curabant et ad arandum ducebant. Regula Conversorum Ordin. cap. 10. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1650: *A festo autem S. Martini usque ad Purificationem totum illud spatium in frugibus excutiendis impendunt Fratres Bubulci.*

\* FRATRES DE CARMINO, An a loco vel a colore vestium sic dicti? an Carmelita, a monte Carmelo? Acta notar. Senens. ann. 1283. ex Cod. reg. 4725. fol. 8. r. *Item xx. solidos Fratribus de Carmino. Item x. solidos Fratribus de saccho.*

FRATRES CLIENTES, Gall. *Freres servans*. Ita dicti apud Hospitalarios, Milites inferioris ordinis, qui nobiles non sunt. Epist. Fulcherii Magistri Templi in Gestis Dei pag. 1182: *Ceciderunt in ore gladii 60. Milites fortissimi, præter Fratres Clientes et Turcopolos.*

\* FRATRES DE COLUMBETA. Vide *Fratres de Spiritu Sancto.*

\* FRATRES DE COMPOREGGIO, in jam laudatis Actis notar. Senens. fol. 8. r. *Item c. solidos Fratribus de Comporeggio. An ab Italico Comporeccio, agrestis, rusticus, silvestris?*

FRATRES CONJURATI, ADJURATI, qui sacramento sibi invicem dato fraternitatem ineunt: *Fratres Adjurati*, apud eundem Dunelmensem pag. 190. 203. Hovedenium pag. 445. Adamum Bre- mensem pag. 159. qui *Conjurati Sodales* dicuntur eidem cap. 247. Joannes VIII. PP. Epist. 207: *Dum Dei proximique dilectione sollicitus doles Capuanos, nobiles scilicet viros, Fratrum Fœdere per jusjurandum inter eos habito, nequirer corrupto, ad veram discordiam et inimicitiam pervenisse. Vide Dissertat. 21. ad Joinvillam.*

FRATRES CONJURATI præterea dicebantur ad reipublicæ tuitionem mutuo adstricti Regum subditi: quomodo *Jurati* nude vocabantur oppidani, qui una eademque lege vivebant. Leges Wil- helmi Nothi cap. 59: *Præcipimus, ut omnes liberi homines totius regni sint Fratres Conjurati ad monarchiam nostram et regnum nostrum contra inimicos pro posse suo defendendum, etc. Adde Leges Edw. cap. 35. [Kennetus Antiquit. Ambrosden. in Gloss. v. Sworn-Brothers: Robertus de Oleo et Rogerus de Iverio Fratres Jurati et per fidem et sacramentum confederati venerunt ad conquestum Angliæ.] Præclare in hanc sententiam Simplicius in Epictetum pag. 65. *Εἰ γὰρ κοινὴ μύθηρ ἡ πόλις, μύθηρ οὖσα καὶ πατρίς, ὄθλον ἔτι κατὰ τοῦτο ἀδελφοὶ πῶς εἶσιν οἱ πόλιται.**

FRATRES CONSCRIPTI, Laici, atque adeo alii in album Fratrum seu Monachorum relati, seu potius eorum fraternitate donati; ut olim *Milites conscripti* dicti, qui in tabulas conferebantur ab eis, qui eos ducturi erant, ut est apud Isidorum lib. 9. cap. 8. vel ut Senatores, *Patres Conscripti* appellati, quod eorum nomina in tabulas aureas contulisset Romulus, ait idem Isidorus cap. seq. Eckear- dus Junior de Casib. S. Galli cap. 1: *Petiit tandem Salomon Junior bene educatus, ut Frater Conscriptus nobis fieri mereretur. Infra: Nos in fraternitatem interdum et laicos recipimus, quibus tamen in laico habitu nequaquam in caastro abutimur. Eodem cap.: Convivia fratribus... facere consuevit. Solebant id ipsum ante etiam quidam alii Fratres Conscripti nostratibus caritatis signum exhibere. Ibid. de Augustensi Episcopo: Me et meos decet ad proximum S. Galli diem viros Dei visitem, frater illorum Conscriptus siam, et quantum mihi copiæ est, caritatem illorum regratier. Idem, de Conrado Imp.: Rex vesperum et noctem cum egisset hilariter, diluculo conventum fratrum petens, omnium votis faventibus fit Frater Conscriptus. Cap. 5. de Canonico Constantiæ: Nam Frater Conscriptus vocis pulcherrimæ gratiam habebat. Cap. 9: Ad recipiendum enim Episcopum cum Evangelio, etiam si Frater Conscriptus non fuerit, æquum esse, ut pariter occurrant omnes, concordant. Cap. 11: Abbas intulit, immo ut Fratres Conscripti sitis volo, quia alia*

vobis dona dare non habemus. Lætis ob hoc omnibus itur in Ecclesiam; recepti manibus Abbatis, singuli in libro vitæ scribuntur. (Adde Chronicon Constantiense pag. 635.) Eo nomine claustrum ingrediendi iis jus erat. Ibidem: *Mittit Abbas Kebonem, qui Episcopos, ut Fratres Conscripti claustrum intrare jam utique suum non dedignarentur, rogaret. Veniunt omnes, et societati fraternæ participandum fore gaudio gaudent, cum laicis interdictum esset. Idem cap. 16: Claustrum autem S. Galli... ab antiqua patrum memoria tantæ venerationis est habitum, ut nemini vel potentissimorum sæculi Canonico- rum vel laicorum introitus, vel etiam introspectus ejus licuerit. Præallatis adde Chartam Simonis Ducis Lotharing. ann. 1176: Quapropter ut ego sim de cætero Frater Conscriptus et particeps omnium beneficiorum Belliprati, habeamque in vita et in morte, quantum unns de filiis istius Ecclesiæ professis, etc. Huc etiam spectant, quæ habet Faustus in Vita S. Mauri Abbat.: Tunc beatum Maurum petiit (Theodebertus Rex) ut Fratres eum recipere dignarentur in societatem, et nomen ejus inter sua scribere nomina. Et Beda in Præfat. ad Vitam S. Cuthberti: Sed et me defuncto pro redemptione animæ meæ, quasi pro familiaris et vernaculi vestri, orare et misas facere, et nomen meum inter vestra scribere dignemini. Nam et tu, sanctissime Antistes, hoc te mihi promississe jam retines, in ejus etiam testimonium futuræ Conscriptio- nis, religioso Fratri vestro Gutfrido Mansionario præcepti, ut in albo vestræ sanctæ Congregationis meum nunc quoque nomen apponeret. [Apud Felibianum Hist. Sandionys. pag. IV. legitur Charta anni 627. qua Theodetrudis sive Theodila propter donationes Monasterio factas postulat ut nomen suum in libro vitæ conscribatur, unde patet hujusce ritus antiquitas.] Traditiones Fuldenses lib. 3. cap. 36: Et in præfatis locis nomina patrum et matrum Fratrumque nostrorum in fraternitate volumus annotari. Tabularium Eccl. S. Laudi ann. 1116: *Eo videlicet tenore, ut Sanctimonialis Pontis Ebraldi Canonici S. Laudi tam præsentis, quam futuros in suo Martyrologio fraternaliter scribant. Vide Hist. Monasterii S. Nicolai Andegav. pag. 59. Orationibus investiri, in libro Ordinis S. Victoris Parisiensis MS. cap. 33: Si aliquis orationibus nostris petierit commendari, finitis clamoribus adducatur, et de ipsi orationibus per librum investiat. Si Episcopus, vel Abbas, vel Religiosus aliquis de orationibus nostris investitur, postquam investitus fuerit, debet Abbas ab eo humiliter quærere, ut ipse similiter de orationibus ipsum et Conventum investiat, et partem beneficii sui fratribus concedat. Quando Abbas aliquem de orationibus investit, debent Fratres assurgere. Si Rex, vel Episcopus, vel Abbas in Capitulum adducitur, Fratres assurgentes omnes ei inclinent, cum ante eos transierit. Liber Usuum Ordin. Cisterciensis cap. 70. de Episcopo: Quod si societatem quæsierit, assurgentibus omnibus, concedatur ei per librum, in quo scilicet nomen ejus scribitur. Vide Investitura.**

FRATRES interdum nude vocantur qui in ejusmodi Fraternitatem seu participationem orationum aliorumque bonorum spiritualium sive Monachorum sive aliarum Ecclesiarum etiam Cathedralium, admissi erant, sive Laici, sive Ecclesiastici. Vetus Martyrolog. Eccl. Cathedr. Aquisiensis: Eodem die (2.

Non. Jan.) *Raymundus Frater noster obiit. Ipso die obiit Guillelmi Martini Frater noster et Vicarius Ecclesie de Rians, qui reliquit. Vide Fratritas 5.*

† FRATRES DE DOMO COMMUNI. Vide *Fratres de Spiritu Sancto.*

FRATER IN CHRISTO, Idem qui *Frater Spiritualis*, de quo mox, qui in fraternitatem et societatem monachicam admissus est. Ordericus lib. 6. pag. 627: *Hic societatem Uticensium expetiit, et Frater in Christo factus fraternitatem optime servavit. Vide His emne Christen.* Alia videtur *Fraternitas in Christo*, apud Ditmarum lib. 6. pag. 67: *Post hæc collecto exercitu pagum, qui Morezni dicitur, juxta Magdaburg jacentem, populatur, et Fraternitatem, quam in Christo cum Parthenopolitanis prius conjunxerat hostili asperitate disruptit. Vide Fratres Spirituales.*

\* FRATRES CONSTELLATI dicti milites ordinis Teutonici, quod stellam rubram supra crucem deferrent. Chron. Anonymi Leob. ad ann. 1215. apud Pez. tom. 1. Script. rer. Austr. col. 805:

Veniunt et alii Fratres Constellati.

Vide *Stellarit.*

† FRATRES CONVERSI. Vide *Conversi.*

† FRATRES DE ROSEA CRUCE, Ineunte seculo XVII. in Germania nati medicinam gratis exercebant; cum vero alchimie animum applicuissent in multa abiere deliramenta; unde Mechliniæ velut perniciosissima magorum societas damnati fuerunt: horum tamen existere quidam non ignobiles patroni. Videtur Naudeum in *Instruct.* de *Fratribus de Rosea Cruce* cap. 4. et Gerassum in *Doctr. Curios.* lib. 1. cap. 15.

† FRATRES CRUCIS. Vide in *Cruz.*

\* FRATRES Ordinis sanctæ Crucis *Parisiensis*, vulgo *Sainte Croix de la Bretonnerie*, in Lit. Mariæ reginæ Franc. ann. 1294. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 280. r. col. 2.

† FRATRES DE ENSE. Horum fit mentio in Computo generali reddituum Regis Franc. ann. 1202. apud D. *Brussel* de *Usu feudorum* tom. 2. pag. 170: *Fratres de Ense pro decima XXX. l. et dim.* Vide *Hofman.* voce *Ensenferi.*

\* FRATRES ERMENII, pro Armeni *Barrelet.* serm. in festo S. Domin.: *Prima (regula) fuit Basilii, sub qua militavit monachi Orientales seu Græci et Fratres Ermenii vulgo dicti; quæ regula est satis dubiosa. Vide Ermini.*

FRATRES EXTERIORES, Monachi laici. Acta Murensis Monast. pag. 36: *Quia autem hic sunt Fratres, qui vocantur Exteriores, de cella S. Blasii, huc venit, ubi primum talis vita laicorum oriri cepit. Et pag. 17: Eo etiam tempore misit huc Exteriores Fratres cum sororibus de qua consuetudine etiam adhuc assunt. Pag. 49: Et duos diurnales, quos cum dedisset Otto Comes, constituit ad lumen in dormitorio Exteriorum Fratrum. Passio S. Thyemonis Archiepiscopi Juvanensis: *Quidam Religiosus ex illis, qui apud Canonicos et Monachos Exteriores Fratres in cappa vocantur, cujus scema ordinis et habitus is etiam Novicæ regioni omnium primus intulisse narratur.* Nescio an iidem sint, quos Ecclesia Græcica *μοναχοί*, vel *ἀδελφοί ἐξωμονίται*, vocat, ad discrimen *ἐσωμονίται*, de quibus Novella Alexii Comneni apud Balsamonem ad VII. Synodum can. 19. et Joannes Antiochenus Patriarch. opusc. de *Charistiarum* num. 14. pag. 183. qui quidem *κοινωνοί*, fuisse innuit, id est, sæculares, scribens in Monasteriis, quæ a laicis*

tenebantur totidem fere esse *κοινωνοί ἀδελφοί ἐσωμονίται* et *ἐξωμονίται*.

FRATRES EXTERNI, Monachi aliorum Monasteriorum, vel Clerici aut Canonici, quibus orationum et suffragiorum societas concessa est, apud Uldalricum lib. 3. *Consuet. Cluniac.* cap. 33.

FRATRES GAUDENTES, appellati in Italia Fratres ordinis Militiæ S. Mariæ Virginis, quorum Ordo institutus primum fuit ab aliquot nobilibus Bononiensibus sub ann. 1261. quibusque regulam præscripsit Urbanus IV. PP. quam in Indice tom. 1. Hist. Bononiensis descripsit Cherubinus Ghirardaccus, qui plura de iis etiam habet lib. 7. ad eundem annum, ubi præterea observat *Fratres Gaudentes* appellatos, quod una cum uxoris et filiis fere in ædibus suis privatim manerent. De iis etiam agunt *Ammiratus* lib. 2. Hist. Florent. sub ann. 1266. [Chron. Parmense ad ann. 1272. apud Murator. tom. 9. col. 786.] ut et Landinus et Velutellus ad hæc *Dantis* in inferno cant. 23:

Frati godenti fummo, è Bolognesi,  
Io Catalano, et costui Loderingo.

Neque alii sunt, de quibus Marsilius Patavinus in *Defensore pacis* part. 2. cap. 8: *Neque adhuc his clausi limitibus, laicos quosdam, quos in Italia Fratres Gaudentes, alibi vero Beginos appellant, etc.* Vide præterea Nicolaum Uptonum lib. 1. de *Militari officio* cap. 3.

Ita etiam quidam appellati ex Minoritis, qui plus justo licentium vivebant. Wiguleus Hondius in *Metropoli Salisburgensi* tom. 2. pag. 348: *Fuere autem hæc Franciscanorum Monasteria olim arctiori regulæ non astricta, Gaudentes vocant, qui etiam bona propria, census et redditus habebant.*

† FRATRES DE GILDA, Qui aliqua fraternitate et sodalitate inter se conjunguntur: *Gilda* enim idem sonat ac fraternitas, sodalitiolum. Charta Wenceslai Ducis Brabantie 1378. apud *Miræum* tom. 2. pag. 1026. et 1027: *Et bonos nostros homines de tribubus Fratrum de Gilda et opificum, qui in prædicto nostro oppido remanserant... Et hi prædicti receptores annue eliguntur et constituentur in hunc modum: scilicet quod communes Fratres de Gilda oppidi qui in dies Gilda coutuntur, nec sunt de patriatua Lovanensi, semper eligunt prædictos receptores ex Fratribus de Gilda cum pluralitate votorum, illorum qui præsentem erunt dum alix fieri electiones. Vide *Gildum.**

\* FRATRES JESUATORUM, qui et Clerici Apostolici, institutore S. Joanne Columbino ann. 1367. *Annal. Placent.* ad ann. 1476. apud Murator. tom. 20. *Script. Ital.* col. 953: *Die 27. Februarii ego Albertus de Ripalta, una cum aliis sociis, ... introduximus Fratres Jesuatorum congregationis in S. Bartholomæo. Et col. 950: Pauperrimi Jesuatorum Fratres. Chron. Guil. Bardini ad ann. 1425. inter *Probat.* tom. 4. Hist. Occit. col. 41: *Deliberatum fuit per viros capitularios, burgensibus non vocatis, quod quidam Fratres, qui venerunt ex Italia et vocabantur Jesuati, sive Clerici Apostolici, viri boni, sancti et docti, reciperentur in Tolosa... Indumenta habebant ex crasso panno laneo albo, cum capuciis ejusdem coloris; et desuper pallium textum ex lana alba et nigra. De Jesuatis plura videtur inter acta SS. tom. 7. Jul. pag. 344. col. 2.**

† FRATRES HUMILIATI. Vide *Humilitati.*

† FRATRES INDIVISI dici videntur qui

simul cohabitant, inter quos hæreditas paterna nondum est divisa. *Capitul. Ludov. II. ann. 867. tit. 4. § 1: De Fratribus Indivisiis... volumus ut si duo fuerint, ambo pergant (in hoste.) Si tres fuerint, unus qui inutilior apparuerit, remaneat; ceteri pergant.*

† FRATRES JURATI. Vide *Fratres Conjurati.*

† FRATRES KALENDARII, Nomen a *Kalendis* sortiti quod modum ordinemque festorum, quæ singulis mensibus celebranda forent, quæ anniversaria recollenda, quæ eleemosynæ distribuendæ, quæ jejunia servanda, et cujuslibet mensis die indicarent. Horum mentio occurrit in *Charta* fundationis Monasterii Ottenbergensis Ord. Cistern. apud Marten. tom. 1. *Ampliss. Collect.* col. 1219: *Hanc est quod cum Ecclesia in Otterbergen collecta ex eleemosynis Fratrum Kalendariorum diversis arctaretur erroribus... Corbeiensis Ecclesia... communicato consilio Fratrum Kalendariorum... illi loco salubriter providere disponebat.* *Consule Paulinum* in *Chron. Monast. Ottenbergensis* initio.

\* FRATRES KALENDARUM, nuncupati Clerici et laici, qui *Hallis* piam inter se societatem inierant, *Kalendis*que maxime congregabantur. *Charta Gunth. Magdeburg. archiep.* ann. 1408. apud *Ludewig.* t. 11. *Reliq. Mss.* pag. 513: *Insuper prædicti Fratres Kalendarum ecclesie beatæ Virginis, nobis in Christo devoti, pro dictæ Fraternitatis suæ approbatione et ratificatione nobis humiliter supplicaverunt, quatenus fraternitates seu Kalendas per ipsos habitas confirmare et approbare dignaremur.* Alia *Joan. itidem archiep.* ann. 1467. *ibid.* pag. 527: *Sane cum dudum quædam fraternitas nonnullorum clericorum et laicorum, in oppido nostro Hallis... sit introducta... dictam fraternitatem Kalendarum infrascriptis modo et forma dudum moderandam, indulgentes videlicet, quod... eam per Kalendas et singulariter per quatuor tempora anni... rite agant et observent.*

\* FRATER IN LEGE, *Gall. Frere en lay* vel *en loy*, Quem lex, non natura, fratrem constituit, uxoris frater, et qui sororem uxoris alterius duxit, vulgo *Beaufrere.* Lit. remiss. ann. 1386. in *Reg. 130. Chartoph. reg. ch. 127: Perrot Menchoin et Perrot Boutet povers jeunes hommes, Freres en lay à cause de leurs femmes.* Alia ann. 1389. in *reg. 135. ch. 171: Erart le Charpentier Frere en lay ou serourge du suppiant, etc.* Rursum alia ann. 1454. ex *Reg. 184. ch. 508: Icellui Guyot obtemperant aux cris de son compaignon et son Frere en lay, ayant espousé sa sœur, etc.* Hist. chronol. Caroli VII. *reg. Franc.* pag. 410: *Charles d'Anjou Frere du roy en lay et son cousin après germain, etc.*

\* FRATRES DE MATRIBUS. Vide supra *Fratres Beati.*

FRATRES MATURI, vel ætate provectiores, vel morum probitate cæteris præcellentes. *Adalardus* in *Statutis antiquis Monasterii Corbeiensis* lib. 1. col. 3: *Si necesse fuerit, deputetur ei talis Frater Maturus, de cujus conscientia omnes securi sint. His Fratribus Maturis opponuntur Juniores, aut minus sapientes vel constantes, cap. seq. Petrus Cluniac. lib. 1. de *Miracul.* cap. 8: *Coetaneorum quippe lasciviam innato pudore abhorrens, Maturis Clericis sive Monachis adharebat.* Adde ejusdem *Statuta Cluniac.* cap. 69. et *Usus antiquos Cisterciensis Ordini.* cap. 81. *Vitæ Abbatum S. Albani* pag. 87: *Maturi et discreti Fratres.* Apud*



Latinos *Matura ætas* dicitur inter juvenilem, quæ adduc æcerba est, et senectutem, quæ jam *σπαρα*. Contra *imaturus*, qui juveniliter agit. Ditmarus lib. ult.: *Ekkhardus juvenis, ac ideo Imaturus*.

¶ FRATRES DE MERCEDE, Gall. *Freres de la Mercy*, sic appellati ob eorum misericordiam in redimendis captivis. Concilium Palentinum ann. 1888. tom. 8. Conc. Hispan. pag. 623: *Qui quidem tertia pars redemptioni predictæ applicata, per Fratres de Mercede et de Trinitate Ordinum exigatur et levetur*.

\* FRATRES MILICIÆ S. JACOBI. Lib. censuum eccl. Rom.: *In episcopatu Concen. domus Fratrum miliciæ S. Jacobi annuatim x. malachinos*. Vide supra *Fraternitas S. Jacobi*. [Constit. Petri I. reg. Aragon. ann. 1198: *Templarii sive Fratres sancti Sepulchri*.]

\* FRATRES MILITIÆ SALOMONIS, idem qui *Templarii*. Charta ann. 1177. ex Chartul. Campan. fol. 164. r.º: *Gaufridus de Monchon concessit Deo et beatæ Mariæ et domni templi Salomonis in elemosinam, etc. Fratres militiæ Salomonis elemosinam libere et quiete possidebunt*.

¶ FRATRES MINORES. Vide *Minores*.

\* FRATRES DE MONTE ANGELORUM. Lib. censuum eccl. Rom.: *In episcopatu Constantiensi, Fratres de Monte Angelorum unam monetam auri*.

\* FRATRES MONTIS beati Ludovici prope Noviomum, in Charta ann. 1316. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 530. v.º. Cartusienensis montis Renaudi hodie vulgo appellatur.

¶ FRATRES DE MONTE-FRIGIDO. Statuta Ord. Cisterc. ann. 1215. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1317: *Petitio Fratrum de Monte-Frigido, ut incorporentur sub magisterio Calatravæ et custodia Abbatis Morimundensis, admittitur*.

¶ FRATRES DE MONTE-RUBEÓ, A loco ubi habitabant denominati, unde Parisios subinde translati in Alborum Mantellorum Monasterium introducti sunt. Hi Ordinis erant S. Guillelmi, de quibus mentio fit in Testamento Theobaldi de Marliaco ann. 1286. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1223.

\* FRATRES ORDINIS MORRONENSIS, aliter *Cœlestinorum*, cujus auctor fuit S. Cælestinus PP. V. ann. 1244. ante pontificatum cognominatus de *Morrone*, in Charta Phil. Pulc. ann. 1304. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 256. v.º. col. 2. *Fratres Ordinis Murronis*, in alia ejusd. reg. ann. 1309. ibid. fol. 305. v.º. col. 1. Vide *Morronensis Ordo*.

¶ FRATRES PASTORES, Conversi Ordinis Cisterc. quibus ovium cura demandata erat. Regula Conversorum Ord. Cisterc. apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 1650: *Fratres Pastores ovium mane exeuntes a grangiis tempore quo non jejulant accipiunt singuli panem in pera sua, et vadunt in pascua ducentes oves*.

FRATER PATRUELS, Gr. *ἐπάδαρος*, qui nostris *Cousin germain*. Constantinus Imp. apud Ammianum lib. 15. de Juliano, quem Cesarem designavit: *Julianum hunc Fratrem meum Patrualem, etc.* Uterque enim filii fueri duorum Fratrum Constantini et Constantii Nobilissimi.

\* FRATRES DE PAUPERE. Vide *Fratricelli*.

\* FRATRES RELIGIOSI PAUPERTATIS, vulgo *Mendians*, in Stat. pro sabbat. Carcass. ann. 1402. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 559. art. 4.

\* FRATRES PLUMBATORUM, Qui Cadaver feretro plumbeo includunt. Cære-

mon. Rom. Ms. ubi de obitu Papæ fol. 29: *Cubicularii autem parent aquam calidam cum herbis odoriferis, et Fratres plumbatores lavent ejus corpus*.

¶ FRATRES DE PENITENTIA JESU CHRISTI. Vide *Fratres de Saccis*, et in *Penitentes*.

¶ FRATRES PONTIS sub finem secundæ stirpis Regum Franc. ad hoc potissimum instituti, ut viatoribus tutelam, hospitium, aliaque necessaria præstarent. Fratres Pontis dicti quod pontes construerent uti facilius et tutius fluvios transire possent viatores. Sic Avienonensem pontem præssidente et architecto S. Benezeto exstruxere ut fusius docetur in ejusdem Sancti Historia Aquis edita ann. 1707. in 16. Horum *Hospitaliorum Pontificum*, seu Factorum Pontium (sic aliquando vocantur) habitus erat vestis alba cum signo pontis et crucis de panno supra pectus, ut loquitur Charta ann. 1471. pro Hospitali Pontis S. Spiritus, ex Schedis D. Lancelot.

¶ FRATRES PRÆDICATORES. Vide *Prædicator*.

FRATRES PYES. Thomas Walsingham. pag. 124: *In quodam cœmeterio, quod fuerat quondam Fratrum, quos Freres Pyes veteres appellabant, qui scilicet partim albo, partim nigro habitu utebantur. Ut porro Picas nostris Agaches, Occitani Agasso dicunt, ita ejusmodi nomenclatura hosce Monachos vocabant. Chronicon Franciæ vernaculum MS. desinens in annum 1322. ad ann. 1273: *En cest an assemble li Papes Greigoires au Concile a Lion sur le Rosne. Là furent abatu pluisseur ordenement par le conseil des Precheurs et des Freres Meneurs, si come li Freres Agachies, et li Freres aus sacs, et tuit li autre qui n'estoient renté: et si fu li privileges aus Bigaunes tolus*.*

FRATRES REMANENTES, in Regula Militum Templariorum cap. 21. 23. 25. 28. 35. 36. 42. 46. 65. generatim dicti *Milites* ejusdem Ordinis.

¶ FRATRES DE SACCIS, Qui et *Saccati* et *Saccitæ*. Vide *Sacci*.

¶ FRATRES DE SANIS. Chronicon Parmense ad ann. 1307. apud Murator. tom. 9. col. 860: *Fratres qui dicuntur Servi B. Mariæ, primo venerunt ad standum in civitate Parmæ, et habuerunt locum et Ecclesiam Fratrum qui dicebantur Fratres de Sanis in porta S. Christinæ*.

\* Legendum suspicor de *Saccis*. Vide *Sacci*.

FRATRES SERVIENTES. Vide supra *Fratres Clientes*, et infra in *Serviens*.

FRATRES SPIRITUALES, idem videntur qui *Maturi*. Regula S. Fructuosi cap. 4: *Quidquid in veste vel cultu est Monachorum, non peculiariter apud unumquemque habendum; sed sub manu unius Fratris Spiritualis in una cella recondendum est, quique cum necessaria poposcerit, petenti cuiquam congrua statura mutatoria tribuat*. Cap. 8. de novitiis senibus: *Et cum forte ab aliquo Fratere Spirituali corriguntur, continuo in iracundiam prosiliunt*. Bernardus Mon. in Consuetud. Cluniac. MSS. cap. 1. de electione Abbatis: *Qui (Episcopus) inquisito ab omni conventu, utrum omnibus electio, placeret, et maxime a Spiritualibus Fratribus, auditaque concordia maxime Spirituum super hoc, etc.* Regula Magistri cap. 56: *Cum Fratres Spirituales sine Laico ambulant, juncti ad se, et cantantes, modice de via slectant genua*. Adde cap. 63. Concilium Tolet. XI. cap. 7: *Quotiescumque quilibet ex subditis corrigendus est, aut publica*

*debet a Sacerdote disciplina curari: si aliter rectoribus placet, duorum vel trium Fratrum Spiritualium testimonio peculiariter adhibitis et modus criminis agnosceatur, et modus penitentiae irrogetur*.

FRATRES SPIRITUALES, appellati præterea Laici, qui *fraternitatem monachicam*, adepti erant. Vide *Fraternitas* 5. Tradit. Fuldens. lib. 3. cap. 40: *Consultentes ergo nobis ex qualitate temporis, et ex eo quod idem Cancellarius Spiritualis Frater noster esset*. Charta ann. 1214. in Probat. Hist. Guinensis pag. 270: *Et tam mihi quam uxori meæ Spiritualem Fraternitatem in Ecclesia sua tanquam uni ex fratribus concesserunt*. Tabular. S. Albini Andegav.: *Gerardus Senescallus quando Frater noster devenit, hoc est, quando in societatem nostram devenit, et beneficium nostræ congregationis recepit, etc.* Vide Oedericum Vital. lib. 5. pag. 585. *Ἰνευματικοὶ* nude, in Nomocanone edito a Joan. Bapt. Cotelerio cap. 79. [Vide Glossar. med. Græcit. col. 23. et 24.]

FRATERNITATES SPIRITUALES, Græcis potissimum dicti, qui sese invicem in *Fratres* adoptabant, seu qui *fraternitatem* sacramento, in Ecclesia coram Sacerdote, sumpta interduo ac divisa Eucharistia, acto firmabant: *ἀδελφοὶ πνευματικοί*, apud Gregorium in Vita S. Basilii Junioris n. 28. et in laudato Nomocan. cap. 190. 422. qui iidem videntur, qui *ἀδελφοποιητοὶ* dicuntur cap. 200. 220. et 227. Quæ dicuntur *Fraternitas*, *πνευματικὴ ἀδελφότης* appellatur apud Constant. in Basilio cap. 10. 53. et Scytilzem pag. 562. 586. quæ *ἀδελφοποίησις* Leoni Grammatico in eodem Basil. pag. 460. *ἀδελφοσύνη*, in laudato Nomocanone cap. 512. dicitur. De ejusmodi fratribus spiritualibus copiose egimus in Dissert. 21. ad Joivillam. Adde Alamannum ad Hist. arcanam cap. 6.

FRATRES SPIRITUALES, dicti quidam Fratres minores, seu Beguini, hæreseos damnati. Vide lib. 1. Miscell. Baluzii pag. 276. et infra *Fratricelli*.

¶ FRATRES DE SPIRITU SANCTO, qui *alicubi de Columbeta* vocantur, eo quod ante pectus portant columbam albam in veste, de Regula S. Augustini, qui per civitatem eleemosynam colligentes, necnon in messibus et vindemiis granum et vinum, et multa alia sibi legata recipientes, præter eleemosynas, quas in Nativitate Domini et Pascha maximas faciunt, toto anno quotidie visitant, et eleemosynis consolantur omnes pauperes, carceratos, pupillos et viduas, et cunctos erubescens mendicare, circumveuntes continue civitatem, certis et publicis pauperibus multa tribuunt ad portam. Hoc idem faciunt Fratres humiliati Tertii Ordinis, qui dicuntur de Domo communi... Cibi autem, quos per civitatem dispergunt quotidie et amplius in Festis principalibus Fratres de Spiritu S. qui nihil præter quotidianas eleemosynas possident, sunt ii, scilicet panis, vinum, farina, pulmenta leguminum et consimilium, carnes recentes et salsæ, coctæ vel crudæ, et alia talia, quæ omnia præter illa, quæ dant ad portam suam, divisa civitate inter se, quotidie deferunt personis illis, quas dixi; portant panes in saccis, vinum in manibus ligneis vasis, reliqua vero in vasis æreis coperculo æreo clausis. Similiter Fratres de Domo communi ultra multas consimiles, quas de collectis et legatis faciunt eleemosynas, dant in Cœna Domini multis pauperibus verecundis. Sic Anonymus Ticinensis de Laudibus Papæ, apud Murator. tom. 11. col. 30.

FRATER AD SUCCURRENDUM. Vide *Monachus ad Succurrendum in Monachi*.

FRATERCULI, Monachi, Italis *Fratercelli*. Vita S. Ricmiri Abbat. n. 2: *Ordinatisque Fraterculis... quos congregaverat, etc. Monachuli dicuntur* n. 5.

\*FRATERE, [Sordere, displicere, tergere (DIEF).]

FRATERIA, Fraternitas, *confratria*, congregatio, Italis *Frataria*. In Charta Riccardi Comitiss Ayelli ann. 1193. apud Ughellum in Archiep. Salernit. Vide *Frareia*.

\* Nostris *Frarie* et *Frarie*, qua voce etiam *Fœdus* significarunt. Lit. ann. 1317. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1351: *Nous Amatri et Jehan dessusdis les Fraries et alliances, en tant comme est de nous et comme à nous en touche, ne approuvons ne ratifions, ains les délaissons en tout*. Lit. remiss. ann. 1377. in Reg. 111. Chartoph. reg. ch. 384: *Gilot Berengier de la Frarie desdiz drappiers... dist à Lochon de la Frarie desdiz tanneurs, etc. Flairie*, eodem sensu, in Testam. ann. 1401. tom. 2. Probat. Hist. Brit. col. 719.

†FRATERNAGIO, Fraternitas, sodalium. Charta Willelmi Abb. S. Albani ann. 1476. apud *Madox* Formul. Anglic. pag. 386: *Recipimus in collegium sive consorcium nostræ spiritualis Fraternalionis*.

\*FRATERNALIS, Fraternus, Ital. *Fraternale*, Gall. *Fraternel*. Charta ann. 1473. ex Schedis Pr. de *Mazaugues*: *Amabili concordia Fraternali, etc. Fratin*, eadem acceptio, in Lit. remiss. ann. 1468. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 201: *Le suppliant, esmeu de couraige Fratin, incontinent faillit en la rue... pour cuder secourir son beaufre*.

\*FRATERNALIS MODIUS, Mensura frumentorum, quæ præstare tenebantur censiti ad præbendas *Fratum canonicorum*, in ecclesia Naumburgensis et aliis. Tabul. Eccl. Naumb.: *Quatuor modii siliginis Fraternalis mensuræ faciunt sex modios Numburgenses*. Chart. Henric. Episc. Naumb. ann. 1321: *De octo mansis, de quolibet duo Modii Fraternalis et duæ parvæ mensuræ et unus pullus*. Vide *Haltaus*. Glossar. German. voce *Brudermas*, col. 190.

1. FRATERNITAS, ipsa Ecclesia dicta, vel certe ipsi fideles, apud Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, Hieronymum, S. Maximum Taurin. homil. 1. de avaritia, etc. in Actis Martyrii SS. Numidarum 30. April. n. 6. 10. in Libello Precum Marcellini et Faustini pag. 68. 87. etc. *Fraternitatis reus*, qui in Ecclesiam peccat, vel in *Frates*, fideles. Concilium Lugdun. I. can. 6: *Quisquis excesserit, aut implere... neglexerit, quasi divinorum mandatorum transgressor, reum se Concilio Fraternitatis futurum esse cognoscat*. Crebro in Conciliis Gallicanis, et in Tolet. II. can. 2. in Lege Aleman. tit. 40. etc.

2. FRATERNITAS, Fratrum, seu Monachorum cœtus. Liberatus Diac. cap. 11: *Quibus euntibus ad se, tale Eutyches reddidit responsum, hoc apud se esse decretum, ut nunquam egrederetur a sua Fraternitate, sed tanquam in sepulchro degeret in Monasterio*. *Fraternitas monacha*, apud Paulinum Epist. 3. extr. *Ἀδελφικόν*, apud Palladium in Hist. Lausiaca, *Ἀδελφότης*, in Vita S. Nili Junioris pag. 126. apud Theodorum Studitam in Vita S. Platonis num. 32. 37. Theosterictum in Vita S. Nicetæ n. 10. 12. 13. 47. etc. Vide *Notas nostras ad Cinnamum* pag. 434.

3. FRATERNITAS, Societas inita inter Monachos variorum Monasteriorum, qua sua sibi invicem bona ita communicabant, ut tanquam fratres alterius Monasterii haberentur, in illud recipere, epularentur in refectorio, precationum, seu ut vocabant, *beneficiorum* omnium essent participes, pro iis, cum e vita migrassent preces funderentur, perinde ac pro Monachis indigenis, etc. [\* Non tantum monachorum sed etiam ecclesiarum cathedralium et conventualium inter se et cum monasteriis hæ societates fuerunt. Vide formulas apud Würdtwein. in Subsid. Diplom. tom. 6. pag. 13. et tom. 10. pag. 9.] Charta fraternitatis, apud Goldastum tom. 2. Rerum Alemann. pag. 184: *Solennique Fraternitate a toto Capitulo recepta, et e contra Maguntino Conventui per fratres nostros transmissa literis hanc confirmationem inscripsi, etc.* Alias ejusmodi fraternitatum et societatum monasticarum Chartas, et exempla proferunt Historia Abbatie Condomensis pag. 498. 499. 500. Roverius in Reomaop pag. 186. 260. 266. 304. Marlotus lib. 3. Hist. Remensis cap. 14. 21. et pag. 648. etc. De eis etiam agunt Hæftenus lib. 8. Disq. Monast. tract. 1. disq. 4. idem Roverius ad Hist. Monast. Reomaensis cap. 141. præterea vir doctissimus Jo. Mabillonius in Præfat. ad tom. 1. Sæculi 3. Benedictini § 100. [et tom. 3. Analect. pag. 485. et seqq.]

Chartam duntaxat singularem, ac antiquam, ad ejusmodi societatum formulam percipiendam hic adscribam ex Tabulario Flaviniacensi: *Anno Verbi incarnati 894. eodemque Serenissimi Odonis regnantis primo et septimo, operante officio caritatis, inita est obnoxius Fraternitas quædam bonisque omnibus, ut credimus, accepta societas inter religiosos viros, Domnum scilicet Gregorium Beatissimi Martini Augustidunensis Cœnobii Abbatem, itemque Principis Apostolorum Petri Girfredum Flaviniacensis Monasterii Prælatum, ex utraque parte inibi Deo famulantibus assensum præbentibus, quam insolubilibus perpetuo conservandam, inque dies singulos firmitatis argumenta capturam, literarum quoque monumentis tradere, utriusque partis constat provisione decretum, ut res salubriter perpetrata, ad postfuturas successiones non relatu solum, verum et scripto transmissa decurrat. Pacti inter eos fœderis hæc ratio est, ut quidquid instantiæ, laboris, studiique salutaris pars quæque pro suis viventibus vel defunctis insumit, id quoque pari devotione pro Fratribus hac sibi devotione devinctis exerceat, absque immutatione, retractatione, interpolatione. Quid sane illud quantumve sit, quod agendum decernitur, ut cuique absque dubietate constat, noverit nos fratres Cœnobii almi Principis Apostolorum in decessu cuiusque Fratrum nostrorum e corpore per 30. dies, vespertinas, nocturnas, et matutinas agendas generaliter celebrare, ita ut tertio, septimo, et tricesimo die ex more id fiat solennius. Missam quoque pro defunctis per dies præfatos cum oblationibus quotidie canimus. Inter hæc etiam animæ pro salute illius duo canuntur ab omnibus Psalteria. Cæterum in his prædictis diebus omni peracto officio Psalmum pro eo canimus 129. flexo genu. Hoc igitur pro recentibus. Primo anni recursu vigiliam et Missam celebramus; exinde reliquis anniversariis Psalmos 12. canimus. In Kalendis omnium mensium pro universis defunctis nostræ Congregationis vigiliam et Missam cum*

*oblatione votorum explemus. Hæc usu robustissimo retinentes, ut pro nostris, ita pro vestris quoque in Reliquum annuente Deo exercere curabimus: hujus vicem officii a vestra caritate instantius repositentes. Utque hæc honesta a Deo, ut credimus, inspirata Fraternitas non præsentibus solum, sed et posteris uberius innotescat, oramus, ut in die festivitatis sacratissimi Martini Confessoris Christi hujus scripti continentia in sacri conventus vestri præsentia per annos singulos recitetur. Demum amnicam dilectionem vestram petimus, ut si quislibet nostrorum vitio suo lapsus abjectusve fuerit, a vobis recipiatur, nec aliorum eat, quousque satisfactione acta, spreto vitio, aut recipiatur, aut certe iudicio vestro, quid agendum sit, decernatur. Hoc etiam de vestris exposcimus. Et ut hæc acta permanent, manibus propriis subterfirmavimus. Giffridus Mon. scripsit. Hildegarius. Gubertus. Gauzarius. Beringarius.*

Præallata Chartæ alteram hic subjicere lubet ex Martyrologio Corbeiensis: *Hæc est societas Ecclesiarum Corbeiensis et Atrebatensis, constituta per Domnos Abbates Rotbertum Corbeensem et Walterum petente utroque Capitulo. Scilicet communio utriusque Capituli et detentio, et in necessariis procuratio cujuslibet Fratris ab Ecclesia sua quolibet modo exturbati usque ad reconciliationem sui Capituli, nisi forte, quod absit, irreperabiliter ab Abbate suo et Capitulo ei ablato habitu ejectus sit. Obeuntes autem Fratres, allato brevi, sicut Fratres ejusdem Ecclesie extra claustrum defuncti solemnne habeant officium, et Septenarium, et Tricenarium, et annotationem in Regula, super hoc addita uniuscujusque Sacerdotis Missa una, et aliorum Fratrum ordinata psalmodia. Pro Abbatibus vero obeuntibus fiet Tricenarius cum singulari debito trium Missarum et ordinatæ psalmodiæ, et præbenda per annum, et Anniversarius eorum cum pulsatione campanarum. Actum ann. 1137. Indict. 15.*

4. FRATERNITAS, Præstationes, quæ fiebant Monasteriis ab iis, qui eorum fraternitatem susceperant, *Fraternitates* dicuntur in Concilio Lateranensi IV. cap. 57. Anastasius IV. PP. Epist. 12. ad Fratres S. Joannis Hierosolymit.: *Decernimus ergo, ut receptores vestrorum Fraternitatum sive collectarum, salvo jure dominorum suorum in B. Petri et nostra protectione consistant, etc.*

5. FRATERNITAS, de Laicis dicitur, qui in participationem orationum, suffragiorum et beneficiorum Monachorum, ab iis admittebantur: qui in *Frates*; vel in *Frates* et *Monachos recipi* dicuntur apud Eckehardum Jun. de Casib. S. Galli cap. 1. pag. 37. Will. Thorn. pag. 1896. in Probat. Hist. Guinens. pag. 278. in Monastico Anglic. tom. 1. pag. 58. 331. etc. Hinc *Monachus* nomine donatur ejusmodi fraternitas in Statutis antiq. Cartusienibus 1. part. cap. 49. § 15: *Statutum est, ut extraneis non detur Monachus, nisi de licentia Capituli.* § 19. *Fraternitas* dicitur. Adde Statuta ejusd. Ord. ann. 1368. part. 1. cap. 4. § 28. 29. 30. 35. et Statuta ann. 1368. cap. 4. § 28. *Fratres Ecclesie in orationibus et elemosynis Monachorum*, in eodem Monastico Angl. pag. 75. et pag. 308: *Et in Capitulum introiens sui Frater et particeps beneficiorum totius Ecclesie.* Pag. 658: *Et ipsi me susceperunt in Fraternitatem suam et participationem omnium beneficiorum universarum domorum suorum.* Adde pag. 657. Vita S. Henrici Imp. cap. 26: *Et Fraternitatem Monachorum susci-*

piens cum maxima humilitate et contritione cordis, orationibus eorum se commendavit. Tabular. S. Albini Andegav. : Girardus Senescallus quando Frater noster devenit, hoc est, quando in Societatem nostram devenit, et beneficium nostræ Congregationis recepit, etc. Charta ann. 1123. apud Puricellum in Basilica Ambrosiana pag. 569 : Excepto, quod determinate et sine fraude et malo ingenio fuerit oblatum ad partem Monasterii, vel ad partem Canonice, vel per conversionem, vel per orationem, id est, suscipiendo aliquem in suis orationibus, aut per testamentum. Fraternalitatem Ecclesie recipere, ibidem pag. 22. 30. 246. 249. 376. apud Doubletum in Historia Sandionys. pag. 856. etc. Vide Ditmarum lib. 6. pag. 81. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 585 : Tunc Hugo Fraternalitatem Monachorum, quam olim in infantia acceperat, renovavit. Infra : Cuncti nempe Milites de Maulia in vita et morte Societatem eorum obnoxie petierunt, et fratres eorum, ut monachili prece demonum cuneo fortius resistere valeant, fideliter effecti sunt. [Charta 12. circiter sæc. e Tabulario S. Petri de Cella-froini in pago Engolism. : Willelmus Amanius Miles receptus est in Fratrem et participem omnium bonorum Ecclesie de Cella-froini tam spiritualium quam corporalium. Vide supra Fratres conscripti.] Ejusmodi vero Fraternalitas in Capitulo per librum a Monachis concedebatur. Statuta Ordinis de Sempringham : Quod si Episcopus vel Abbas Canonicorum regularium, seu Monachorum, vel Rex intraverit Capitulum, assurgentes ei omnes inclinent, cum ante eos transierit. Quod si Societatem quaesierit, assurgentibus omnibus, dicatur Psalmus : Ecce quam bonum, etc. Et sic concedatur ei Fraternalitas, manibus libro appositis, etc. Statuta Ord. Præmonstrat. dist. 1. cap. 5 : Et si Fraternalitatem quaesierit, assurgentibus omnibus concedatur ei per librum. Idem Ordericus Vitalis lib. 12. pag. 840 : In Capitulum venit, Societatem eorum humiliter requisivit et recepit. Steph. Torn. Epist. 233 : Quibus in generali Capitulo concessimus Fraternalitatem plenariam Monasterii nostri, quia aliud non possumus, constituentes vos participes omnium beneficiorum Ecclesie nostræ, tam in vita quam in morte, etc. Præ cæteris rem illustrat Bernardus Mon. in Consuet. Cluniac. MSS. cap. 27. et ex eo Udalricus lib. 8. cap. 33 : Sunt plerique fideles Christi, tam pauperes quam divites, qui cum adducti in Capitulum nostrum venerint, petunt, ut ipsi quoque mereantur habere Fraternalitatem nostram ; annuitur, et cum libro eis datur, ut partem et communionem habeant de omnibus bonis, quæ ullo modo fiunt, vel in orationibus, vel in elemosynis, non solum apud nos, sed etiam in cunctis locis, quæ nostri juris esse videntur. Pro his omnibus quamdiu sunt in hac temporali vita specialiter cantatur per singulas horas Psal. 68. et ea Collecta : Præstende, Domine, famulis, etc. Quoties ad majorem vel ad matutinalem Missam dicitur, pro eis apponitur. Postquam autem obierint, Defunctorum ea Collecta : Omnipotens sempiternus Deus, cui, quando non est in ordine Collectarum prima, illis proprie deputata est, et similiter illæ Matutin. Laudes pro Defunctis, quæ post quamlibet diem 12. lectionum solennem in sequenti nocte absque officio cantantur. Præterea quatuor vices in anno, id est, post primam Dominicam Quadragesimæ, post Natale SS. Apostolorum Petri et Pauli, post festivitatem O. SS. in quibus

specialem commemorationem facimus cum officio, cum Missa, cum septenario, et tricenario, et præbenda eodem modo, quo solet agi pro quolibet absente, qui obierit in aliqua cellarum nostrarum. Quod cum satis manifeste relatum sit in superioribus, (cap. 30. 31.) non est opus secundo referre. Et hoc est quod super additur, quod 12. pauperes reficiuntur : hoc minus agitur, quod non a singulis Sacerdotibus Missa cantatur. Vide Familiaris, Communio et Confraternitas 2.

His addere placet formulam admissionis in ejusmodi societates ex Chartul. Campan. Bibl. Thuan. fol. 299 : Illustri Comitissæ Campanie carissimæ Dominæ nostræ frater A. Prior Cluniacensis et ejusdem loci Conventus æternam in Domino salutem. Cum erga Cluniacensem Ecclesiam dilectionis plurimum innatam vobis pietatem evidenter habere cognoverimus, vobis vices, quas possumus in hoc referre volumus et tenemur. Inde est, quod in recompensatione devotionis vestræ vos in Sororem Cluniacensis Ordinis recepimus, facientes participem et consortem omnium beneficiorum, quæ de cætero fiunt in Ecclesia Cluniacensi, et in omnibus membris ejus, sive pro vivis, sive pro defunctis agantur. Concedimus etiam vobis, quod cum de transitu vestro Cluniacensi Ecclesie per præsentem litteras innotuerit, pro vobis in Ecclesia Cluniacensi solemne officium cum Missis et aliis beneficiis fiat, sicut si in aliquo Monasteriorum nostrorum cum sororibus nostris contingeret obisse. Tricenarium etiam fiet in Conventu nostro pro vobis, et nomen vestrum scribetur in brevibus, quæ per domos congregationis nostræ ex consuetudine tramittuntur, ut ubique in locis nostris pro vobis fiat officium, et consueta beneficia persolvantur. Insuper scribetur in Catalogo defunctorum nomen vestrum in Regula in die anniversarii vestri singulis annis perpetuo recitandum, ut pro vobis fiat officium, et anima vestra absolutio nem et debita beneficia consequatur. Rogamus autem dilectionem vestram et monemus in Domino, ut interim, dum in hac luce fueritis, in qua per donum gratiæ Dei longo tempore vos esse cupimus et oramus, Ecclesiam Cluniacensem et omnia loca ad eam pertinentia, et fratres totius Congregationis, sicut Soror Cluniacensis Ordinis affectuose diligere, et eorum negotia, cum vobis occurrerint, curetis secundum Deum liberaliter promovere. Actum anno Dom. 1205. mense Maio. Vide aliam fraternalitatum formulam apud Ughellum tom. 9. pag. 469. His addo, quod habet Tabularium Monasterii S. Andree Viennensis : Ego Arbertus Miles, filius Wilbodi, et uxor mea nomine Ax, et filius meus Petrus, accepimus Societatem corporis et animæ in Monasterio sancti Andree intra mœnia Viennæ urbis posito, sub præsentia Abbatis Uberti, et ut partem habere possimus in sacris et in omnibus beneficiis, quæ fiunt in Monasterio, et in omnibus membris ejus, et ut inter socios sanctæ Congregationis numerari possimus, donamus prædicto Monasterio et habitatoribus ejus unam vineam nostræ hereditatis, sitam in pago Gratianopolitano, etc. Tabularium Prioratus de Domina in Delphinatu fol. 45 : Et ipsi Monachi dederunt ei societatem Monasterii, ut si ipse Presbyter voluerit venire ad habitum S. Benedicti, pro hac re et pro aliis beneficiis recipiant eum.

[\* Ejusmodi fraternalitatis tanta erat prerogativa, ut et mulieribus claustrum vel septa monasterii ingrediendi et intra illa manendi jus esset ; quod colligi-

tur ex Charta ann. 1213. in Chartul. Buxer. ch. 20 : Si autem ipsos (monachos Buxeris) transire voluerit (Gertrudis), in tali habitu, quali domum ipsorum intraverit, ipsi et cuidam servienti suæ necessaria ministrabunt. Vide Fratres conscripti in Frater.]

¶ Notatu dignissima videtur Charta Johannæ abbatissæ S. Antonii prope Parisios, qua participationem omnium bonorum spiritualium ejusdem monasterii concedit iis omnibus, qui qualemcumque elemosynam largientes, interfuerint dedicationi capellæ de Igniaco diocesis Suession. ex Chartul. Campan. fol. 395. col. 2 : Universis Christi fidelibus ad quos præsentem litteram pervenerint, soror Johanna abbatissa totusque conventus S. Antonii juxta Parisios Cisterciensis ordinis, æternam in domino salutem. Noveritis nos ad preces illustrissimi viri Theobaldi regis Navarræ concessisse omnibus illis, qui ob reverentiam B. Mariæ et B. confessoris Nicholai ad capellam de Igniaco de Jars in episcopatu Suessionensis diocesis (diæ) dedicationis et per octabas, accesserint causa devotionis elemosinam largituri, participationem omnium bonorum, quæ fuerint et de cætero fiunt in domo nostra et etiam specialitatem illam, quam erga familiares ordinis nostri universus ordo habere disoscitur, duoque psalteria ex parte conventus nostri promittimus eisdem nos reddenda. In cujus concessionis testimonium presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini 1260. mense Maio. Ejusdem tenoris sunt Literæ Nicolai prioris Prulliaci ibid. fol. 416. vº : Universis præsentem litteras inspecturis, Frater Nicolaus dictus prior Prulliaci Cisterciensis ordinis salutem in vero salutari. Ad universalitatis vestræ noticiam volumus pervenire, quod nos ad petitionem illustrissimi domini regis Navarræ concedimus omnibus qui fidei ac devotionis gratia vel affectu hac instanti dedicatione basilicæ suæ de Igniaco de Jars ipsam basilicam visitaverint, plenariam participationem omnium bonorum, quæ in nostra ecclesia et in membris ejus cotidie fiunt et de cætero, Domino dante fiunt. Concedimus etiam ipsis fidelibus ad impetrandam suorum veniam delictorum l. missas de Spiritu Sancto et xl. psalteria, nec non et cotidianarum orationum suffragium salutare, cum elemosinis disciplinis, et aliis quibuslibet spiritualibus beneficiis in vita ipsorum pariter et in morte. Datum anno Domini 1260. in octava Ascensionis Domini. Valeant per octo dies supradictæ dedicationis. Vide supra in Absolutio 1.

¶ Neque etiam prætermittenda formula admissionis in fraternalitatem Tertii Ordinis, quam exhibet Notarius Senens. in Actis Mss. ex Cod. reg. 4725. fol. 86. vº : Qui frater Orlandus petitioni dicti Lupi, tam benigne quam misericorditer annuens, . . . prædictum lupum stantem in dicta ecclesia ante altare sancti Thomæ, flexis genibus et manibus junctis in confratrem Tertii Ordinis, secundum formam constitutam ejusdem ordinis, recepit, et omnium orationum, missarum, elemosinarum, jejuniorum, vigiliis (sic) laborum, prædicationes (sic) bonorumque per omnes personas dicti ordinis ubique nunc fierent, et in posterum, cooperante gratia Jesu Christi, fierent, auctoritate magistri generalis dicti ordinis, qua ipse frater Orlandus fungebatur, dictum Lupum participem et consortem constituit atque fecit in vita pariter et post mortem, dummodo ipse Lupus

permaneat in ordine memorato. Hiis peractis, dicitur Lupus statim obedientiam fecit dicto fratri Orlando pro dicto ordine recipienti.

6. **FRATERNITAS, FRATRIAGIUM, FRATERESCHIA**, dicitur Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit, ita ut quod ex bonis paternis ii possident, dicantur possidere ratione *Fratriagii*, eoque ipso a fratre primogenito in clientelam id teneant, eique hominum faciant: ille vero tam pro bonis, quæ ratione primogenitura ipsi obvenierunt, quam pro iis, quæ ab universis bonis paternis aut maternis per *Fratriagium* decisa sunt, fratribusque postnatis obvenierunt, domino capitali hominum exhibeat. Ea est enim fratriagii natura, ut ex Bractono constat lib. 2. de Acquirendo rerum dominio cap. 35. § 1. et Fleta lib. 3. cap. 16. § 6. 7. Hinc intelligendus Nangius in S. Ludovico ann. 1256. ubi ait, *terram de Bovis et de Gornaio a terra de Couciaco per Fraternalitatem partitionem fuisse decisam*: quia nempe prædia ista primitus fuerant Domini Codiciaci, a quo ad filios secundogenitos pervenire, qui ob ea fratri primogenito Domino Codiciaci hominum præstiterunt, ratione *Fraternitatis*, quam *Fratriagium* vocat Arestum ann. 1260. in 1. Reg. parl. f. 113. et aliud ann. 1269. apud Chopinum lib. 2. de Dom. tit. 4. § 8. [ut et vetus Inquesta de iuribus Monasterii B. M. de Bono-nuncio Rotomag. facta per magistrum Ricardum auctoritate Philippi Franc. Regis. *Fraterascam*, Charta ann. 1094. ex Archivo S. Victoris Massil. *Frerescam*, Sententia arbitraris ann. 1234. ex eodem Archivo. *Fraterescam*, Charta ann. 1293. ex parvo Chartulario ejusdem S. Victoris fol. 133. et alia ann. 1063. ex magno Chartul. fol. 91. *Fraterescam seu virilem cum fratribus et sororibus successione*, Statuta Massil. lib. 2. cap. 49. *Fraterescam* non semel, Testamentum ann. 1398. ex Schedis Præsidis de Mazaugues. *Fratereschiam*, Charta ann. 1281. apud Thomasserium in Biturig. pag. 730. *Frateresciam* et *Fraterisciam*, Charta ann. 1218. ibid. pag. 724.] *Fratereschiam*, vetus Charta a nobis laudata in ea, quam de hac re ad Joinvillam institutum Dissertatione, quæ est tertia, [Charta ann. 1273. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 198. Alia ann. 1244. tom. 2. pag. 495. Alia ann. 1334. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 175. etc. *Fratereschiam*, Consuetud. Lemovic. art. 83.] Denique *Fratriagium*, Arestum ann. 1317. Franci nostri vulgo *Frerage*, et *Freresche* vocant ejusmodi partitiones bonorum paternorum, unde *Frerager*, et *Frerescher*, pro partiri inter fratres, [*Freragier*.] et *Frerescheurs*, pro cohæredibus passim usurpant Consuetudines municipales, Andegavensis, Cenomanensis, Pictavensis, et Stabilimenta S. Ludovici lib. 1. cap. 130. 138. 140. In Libertatibus villæ de la Perouse ann. 1260. apud Thomasserium pag. 100. et 101. vox *Freresche* pro quibusvis bonis, vel potius pro *Escaeta* usurpatur. Charta Guill. de veteri Ponte Militis ann. 1265: *Nomine cambiationis seu permutacionis concessimus Roberto de Veteri Ponte Militi Domino Curvavillæ fratri meo.... quidquid juris habebamus in villa Curvavillæ ratione Freragii, in hominibus, in festagio, in haulis, in justitia, et in viaria, etc.* Tabularium Prioratus de Paredo fol. 28: *In istis campis supranominatis totam Fraternalitatem suam, quæ illi ex hæreditario jure debebatur, supradicto loco concessit. Portio Fraternalis* dicitur in Arestis S. Martini

hiem. ann. 1263. fol. 130. 1. Reg. Vide Probat. Hist. Monmorenciacæ pag. 134. Thomasserium in Consuet. localib. Bituric. cap. 36. [et de Lauriere Præfat. tom. 1. Ordin. Reg. pag. xix. ubi recte contendit *Fraternitatem* non fuisse tenuram ut Cangius explicat, sed proprietatis et possessionis titulum, quem ad se invicem habebant cohæredes, inter quos divisa fuerat hæreditas, vocesque *Frerescher* et *Frerachier* veteribus Gallis id unum sonare quod apud nos *Diviser*, *Partager*, *Partiri*, *dividere*.]

\* Charta ann. circ. 1060. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Rostagnus donavit nobis... partem suam, quæ illi pertinet per Fraternalitatem*. Charta ann. 1317. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 85: *Ratione quarum (terrarum) dicti fratres sui fidem et homagium ipsi Guillelmo tanquam suo primogenito, causa Fratriagii et prout Fratriagium de consuetudine patriæ exigebat, facerent immediate*. Vide infra *Fraterischa*.

7. **FRATERNITAS**, Titulus honorarius, quo utebantur Reges, cum ad alios Reges scribebant: fratres enim sese vulgo appellant, uti docuimus ad Alexiadem pag. 274. Luthiprandus in Legat.: *Sed et optimam amicitiam arrhabonam Fraternalitati tuæ nunc Dominus contulit*. Ἀδελφότης, hac notione apud Menandrum Protector. [\*Vide Glossar. med. Græcit. col. 25. a.] Sæpe etiam ipsi Episcopi ac cæteri e Clero. Occurrit passim. [\*Vide in Sorores.]

\* 8. **FRATERNITAS**, Societas, *confratria*, sodalitiolum. Acta notar. Senens. ann. 1283. ex Cod. reg. 4725. fol. 8. vº: *Relinquo c. sol. fratribus Minoribus de Ovili. Item iij. lib. Fraternalitatis de Ovili*. Vide supra *Frateraria*.

\* **FRATERNIZARE**, Fraterno more agere, vivere, Gall. *Fraterniser*. Instr. ann. 1379. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 37. col. 2: *Estis etiam pensionari ambo domini vicecomitis Uceizæ, Fraternalizando ad invicem, et socii, domestici, et familiares reputamini*.

**FRATERNUS**, Filius Fratris, in Glossar. Arabico-Lat. Isid. et Pith. sed legendum videtur *Frateruus*.

\* **FRATHISSIUM**, f. pro *Fractissium*, Fissura, Gall. *Fente*. Inventar. Ms. ann. 1379: *Item una tabula cum Frathissii*. Vide supra *Fractiduum*.

\* **FRATICELLI**. Vide infra *Fratricelli*.

† **FRATICELLUS**, Fraterculus, Ital. *Fraticello*. Miracula B. Angeli Clarenti, tom. 2. Junii pag. 1101: *Vir Deo devotus frater Thomasius, pauper Christi Fraticellus*. Vide *Fratricelli*.

\* **FRATILLARE**. Vide mox *Fratillum*.

\* **FRATILLARIUS**, *Peusier*, vel *Peusier*: non enim mihi asserta est lectio, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Fritellum*.

\* **FRATILLUM**, vel **FRITILLUM**, *Molendinum vel instrumentum, quo molitur piper, vel aliud simile. Fratillare, molere*. Glossar. vet. ex Cod. reg. 521. Aliud Lat. Gall. ex Cod. 7692: *Fratillum, moulin à poivre, vel emouere*. Hinc fortassis *Frouchine*, pro famula coquinaria, cui frangendi sui molendi ministerium incumbit, in Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:

Avoirs fait bien d'un petit page,  
D'une frouchine, d'un rabot,  
Ki n'est pas graindres d'un cabot,  
Un grand segnor, un grand doien.

Vide *Fractillus Fretale* et *Fritellum*.

\* **FRATISCO**. [Dissoluo. DIEF.]

\* **FRATISSA**, pro *Fratrissa*. Vide in hac voce. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg.

7657: *Conhada, Prov. Fratissa, uxor fratris*. Vide *Fratrissa*.

\* **FRATO**, augment. a *Fratre*. *Frater*. Exam. testium ann. 1270. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 125: *Quid dicunt isti prevedones et Fratones, quod Corpus Christi non potest consumi?*

**FRATREIA**, Societas, ex Gr. φρατρία, *Confrerie*. In Synodo Rotomag. ann. 1189. cap. 25. *Frateria* scribitur in nupera Conciliorum Rotomag. Ecclesiæ Editione, ubi ita describitur: *Sunt quidam tam clerici quam laici hujusmodi societatem ineuntes, ut de cætero in quibuslibet causis vel negotiis mutuum sibi præstent auxilium, certam in eos poenam statuentes, qui contra hujusmodi veniunt constitutionem. Et quoniam ejusmodi societates seu Fraterias, etc. Fraterias, in Consuet. Turon. art. 103. 142. Cenoman. art. 41. Senonensis art. 5. 23. Altisiod. art. 6. 10. 48. Turonens. art. 103. 142. [in Litteris ann. 1330. apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1380.] etc.*

1. **FRATRIA**, ut *Fratreia*. Gundemarus Rex Gothorum in Hispania in Decreto, quod exstat in Concilio Toletano: *Ita ut quidam Episcoporum Carthaginensium provincie non reverentiam contra canonicæ auctoritatis sententiam passim ac libere contra Metropolitanæ Ecclesiæ potestatem, per quasdam Fratrias et conspirationes inexploratae vitæ omnes Episcopali officio provehi, etc.* Johan. Sarisburiensis Epist. 186. pag. 330: *Quia ergo Archiepiscopus semel iniquam Fratriam reportaverat, et videbat eum malitia persecutoris et debilitate iudicis imminere nequiores, declinavit iudicium, etc.* Ubi *Fratria* videtur sumi pro sententia, nescio unde deducta notione, nam φρατρία nihil ejusmodi sonat apud Græcos.

2. **FRATRIA**, *Fratris uxor*, in Gloss. antiq. MSS. [ut et apud Festum. Joh. de Janua: *Fratria, Filia vel uxor fratris; vel congregatio*. Hinc in Glossis Sangerman. Lat. Gall.: *Fratria, Fille ou femme de frere, ou Fratrie c'est congregation, confrairie*. Vide *Fratreia*.]

**FRATRIAGIUM**. Vide *Fraternitas* 6.

**FRATRICELLI**, qui et *Frates de paupere vita, Bizochi, et Beguini*, interdum nominantur. Minoritarum secta, qui pura et candida S. Francisci Instituta sectari se jactabant, et a Cælestino V. Pontifice auctoramentum sectæ se accepisse contendebant, cujus auctor fuit Henricus Ceva, damnata non semel a Bonifacio VIII. et Joanne XXII. De hac consule Magn. Chr. Belg. ann. 1299. Odoricum Raynald. ann. 1297. num. 55. 56. 1317. n. 56. 57. 1318. n. 45. 51. 1321. num. 18. 19. 1322. n. 53. 1331. n. 4. 1334. n. 18. et Waddingum ann. 1317. num. 24. et seqq. ann. 1318. n. 21. 1322. n. 66. 1363. num. 4. ann. 1373. n. 1. et seqq. 1430. n. 30. Vide *Bizochi*.

\* Idem *Fraticelli* Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 41. ex Cod. reg. 4621: *In orthodoxa civitate Florentiæ et ejus locis, Christiani nominis inimico procurante Satana, apparuerunt nuperrime certi Fraticelli variis nominibus interdum nuncupati; eorum aliqui apostatae ordinis B. Francisci aliquando Fratres Minores, aliquando Fratres della povera vita, aliquando Pauperes Evangelici, sectatores dampnatae memoræ Michaelis sive Michelini de Cesena, olim generalis Fratrum Minorum hæretici et de hæresi ab Ecclesia dampnati, eorum variis et pravivis doctrinis secularis supplices a recta via divertentes, novas opiniones et errores seminando, et a divinis officis, et a perceptione sacramentorum, et ab eccle-*

*siastica sepultura dissuadendo, oppinio- nes falsas et novas intra populum Christianum pullulare nitentes, inter ceteros errores Papam Johannem XXII. et ceteros, qui post ipsum summi pontifices fuerunt, non erubescens in suarum animarum praedicatione, et secutos cardinales, asserere haereticos, in temerariam praesumptionem audentes se solos sacerdotes, et sacramenta ecclesiastica posse conferre, et quod ad ipsos solos electio papae et totius universalis ecclesiae reformatio spectat; et quod nullus verus papa deinceps dici potest, ipsique soli sunt universalis ecclesiae, aliisque multis erroribus Christiani nominis culmen inficere nituntur.*

† **FRATRIMONIUM**, Bona fraterna, ut *Patrimonium Paterna*, in Glossis. Vide *Cujacium ad librum 2. Instit. Justin.*

\* Charta ann. 1248. in Chartul. S. Dion. pag. 455. col. 1: *Prædictus Philippus miles, ratione hæredum suorum, debet percipere Fratrimeronem Eustachiae uxoris suae in terra prædicta. Vide Fraternitas 6.*

\* **FRATRISCHA**, Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit. Charta ann. 1267. in Reg. S. Ludov. fol. 7. r. ex Chartoph. reg.: *Cum restituti decrevisent Jordano de Cabareto militi... Fratriscam suam in terra plana quam teneamus, quæ quondam fuerat patris sui, quoad possessionem, retenta nobis Fratrisccha, seu portione Petrum Rogerium fratrem ejus contingente, pro faldimento ejus. Vide supra Fraternitas 6.*

† **FRATRISCHA**, Fratrisc uxoris. Isidoro lib. 9. cap. 8. [et Johanni de Janua.] Papias addit, *Fratrisccha vocatur. Gloss. Saxon. Ælfrici: Fratrisccha, brodorvifi, fratris uxoris. Vide Fratria 2.*

† **FRATRUULES**, Duorum fratrum filii, in Gloss. Lat. Gall. Isidoro lib. 9. cap. 6. et Palæmo in Gloss.: *Fratrualis, materteræ filius. [Joan. de Janua: Fratrualis, le, Quod pertinet ad fratrem, vel res fratris, vel Fratrualis, Filius fratris, vel filia fratris, vel fratrus. Fratrueles etiam dicuntur duorum fratrum filii.] Ethelwerdus lib. 4. cap. 3: Successi Fratrualis ejus in regnum. Adde Florent. Wigorn. pag. 605. 629. Cujacium lib. 6. Obser. cap. 17. et Reinhartum Robigium lib. 7. Robigal. cap. 7.*

\* **FRATUVELIS**, Ex fratre nepos, fratris filius, *Fratreur et Frereux*, nostris. Vide supra *Cosinus*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Fratrualis est quasi fuls. Charta Ludov. reg. Rom. ex Cod. reg. 10196. 2. 2. fol. 90. v: Ipsa auctorisamus declarantes ea de nostro ac charissimorum Fratrualium nostrorum Adolphi, Rudolphi et Ruperti comitum palatinorum Renti et ducum Bavaris assensu et beneplacito facta esse. Vide Fratrueles et Fratruius.*

† **FRATRUUS**, Ex fratre nepos, fratris filius, apud Florentium Wigorn. pag. 604. [Jo. de Janua: *Fratruius, Filius fratris; Fratruius, Filia vel uxor fratris.*]

\* **FRAUATERIUM**, Vastum, incultus et eremus ager, idem quod *Fraustum*. Charta ann. 1418. ex Tabul. Auxit.: *Ficti et constituti cum suis paxeris, rippariis, rippacatgis, Frauateriis, aquis, aluviis, aquæductibus et aliis juribus. Vide infra Fraus.*

\* **FRAUCES** [FRAUSTUM] = a Totum et abintegrum donamus, excepto bosco et *Frauces* quæ in ipso sunt. (Cart. Conchar. Ruthen. p. 251, XI sæc. »)]

\* **FRAUDA**, pro *Freda*, in Capitul. de Villis cap. 4.

\* **FRAUDABILITER**, Fraudulenter, *Fraudousement*, in Stat. ann. 1388. tom.

7. Ordinat. reg. Franc. pag. 217. art. 1. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 102. Chartoph. reg. ch. 344: *Dictus bastardus latenter fugerat et de manibus eorum Fraudabiliter evaserat.*

† **FRAUDATUS**, Adulterinus, plenus *Fraudis*. Additiones ad Vitam S. Antonini, Mail tom. 1. pag. 347: *De seipsa dicit qualiter ab eo illuminata fuit circa quamdam artem faciendi notas argentæ super quam Fraudata mixtura argenti vivi, etc.*

\* **FRAUDIGER**, [Fraudes gerens, fraudulentus, *Tertull. Genes. 3. Femina Fraudigeris misere decepta loquelis.*]

\* **FRAUDOLANS**, Fraudator. Annal. Franc. ad ann. 788. tom. 5. Collect. Hist. Franc. pag. 46: *Et ceperunt fideles Bajoarii dicere, quod Tassilo fidem suam salvam non haberet, sed postea Fraudolans appareret, etc. Vide Fraudolentia.*

† **FRAUDOLENTIA**, pro *Fraudulentia*, dixit Nicolaus de Jamsilla de Gestis Frederici II. Imper. apud Murator. tom. 8. col. 502.

\* **FRAUS**, ut supra *Fraustum*. Charta ann. 1295. inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 105: *Primus terminus positus in salva-guarda est in medio loco boguæ d'el Stanter, prout intrat in Fraudem de Camus, et de dicta bogua ascendendo per serram, etc. Fraity, eodem, ni fallor, sensu, in Ch. ann. 1497. ex Cod. Mss. Commer. pag. 206: Et est le haut chemin, qui est entre la crouée de la bergerie d'une part, et les terres et Fraity du Jouchery d'autre part, et est encore ledit Fraity du Jouchery d'icelle chapelle. Ibid. pag. 207: *Deux jours de terre qui sont Fraity, etc. Vide infra Fresceium.**

† **FRAUSTUM**, vel *Frausta Terra*, Vastum, incultus et eremus ager, *Terre in gast. Tabularium Abb. Belliloci in Lemovicib. Ch. 24: Cum vineis, pratis, omnibus indominicatis, seu et aliis mansis cum Fraustis. Ch. 178: Dimitto Fraustos meos de Fonte Asinario S. Petro. Terra Frausta, in Charta Guillelmi I. Comitit Inculismensis pro fundat. Abbat. S. Amantii, in Tabulario ejusdem Monasterii: Terras et vineas, et in alia villa sex, terra Frausta et borderia, Humberti Noca, in ipsa villa, terra, et silva, etc. [Occurrit apud Baluzium in Probat. Hist. Tutelensis col. 329. 349. et 360.]*

† **FROSTA TERRA**, Eadem notione, in Tabulario S. Cypriani Pictavens. fol. 81: *Guido Pictavensium Comes requirebat apud Exsoletiam talem consuetudinem in Terra, quæ populariter Frosta vocatur, qualem in illa, quæ Frosta non erat, judicatum est ergo et definitum ab Adelberto Comite Marchiæ... terram, quæ in Frostum redacta jam esset, liberam debere reverti, et quietam, in dominium Sancti, cujus proprii juris esse dignoscitur. Tabular. Absiense: *Quendam campum Terræ Frosta, etc. Et fol. 71: Et omnes alias consuetudines, quas habebat in terris, quæ circum Frostos sunt. Alio loco: Omnes terras, quas ei pater suus dederat et concesserat circa Frostos. [Charta Philippi Episc. Pictav. ann. 1230. apud Stephanotium tom. 3. Antiquit. Pictav. MSS. pag. 797: In omnino eximento terrarum Frostarum, etc.]**

† **FROSCA TERRA**, Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 327: *Fundata fuit Ecclesiola in situ seu fundo... continente 40. acras terræ Fruscæ, pasturæ, etc. Mox: Quas quidem 40. acras... sine aliquo seculari servitio, sine decimis alicui Ecclesiæ solvendis seu subjectione, quia inanes erant et vacuæ, donavit. Nescio an eadem notione.*

† **FRUSTUM** accipi debeat in Charta *Willelmi Ducis Aquitanis ann. 969. apud Beslium pag. 284: Deprecatus est me, ut aliquid ex fraterno Frusto, quod est ex ratione B. Hilarii pertinens, ex curte Cujon... cuidam Mainardo... sub censu 3. solidorum concederemur. At in Charta ann. 1129. apud Loerium in Chronico Belgico, Frustum terræ videtur dici, quomodo vulgo usurpamus: un morceau de terre.*

Quod vero *Fraustum* et *Frostum* hic dicitur, *Frocus* videtur vocari in Charta *Ludovici Regis Franc. anni 1107. quæ habetur apud Loisellum in Hist. Bellovacensi pag. 265: Frocus etiam, quos Dominus Fulco Episcopus dederat Canonics, et Garinus invadendo eis injuste abstulerat, Ecclesiæ et ipsis reddidi.*

† **FROCUS**, in veteri Charta in Hist. Monast. S. Nicolai Andegav. pag. 89: *Quam (partem terræ)... caluminiabant, atque in ea brandionem posuerant; Frocum enim esse dicebant. Quippe Froc de la ville appellat Charta ann. 1310. pro Comitatu Pontivensi in Regesto Constabulariæ Burdegali fol. 249. agrum incultum, qui urbi vel ædibus adjaceret, quomodo Fros, vel Froc, occurrit in Consuetud. Ambianensi art. 184. S. Audomari art. 13. Tervannensi art. 6. Atebatensi art. 5. Pontivensi art. 104. Tabular. Episcopat. Ambian. ann. 1283. fol. 36: *Item ordinatum est super Frocis et locis omnibus, de quibus controversia erat, etc. Frou, in Consuet. Aurelian. art. 169. Froux, ou Friche, in Consuet. de Menetou art. 10. Tabular. Fossatense ann. 1043. fol. 151: Si autem cultor arpeni defuerit, et arpenus in Frou beati Petri redierit, tutor in eo nihil capiet, usque quo cultor redeat, et arpenum a ministro Abbatis recipiat. [Tabular. S. Richarii ann. 1198: In via ante hostias, quæ vulgo Frocus dicitur, nullam justitiam seu dominium habebit. Via Frocus appellata est, quod juxta viam ædibus præsertim adjacentem fere sit terra inculta et vacua.] *Froux et pasturages, in Consuetud. Arvernensi cap. 28. art. 6. Neque alia, opinor, notione vocem Flos usurpat Guillel. Guiart. in Philippo Audace Rege Franc.:***

François errent tant qu'il viennent  
Es Flos qui lui appartiennent.

Porro a voce *Fros*, deducta alia *Frosser* in Consuetudine Montensi cap. 53. pro in *Fraustis* ædi attinentibus ædicaræ.

Ex his emendanda Charta ann. 1205. post *Ordericum Vitalem* pag. 1060: *Item diximus per sacramentum, quod non vidimus... quod aliquis redderet decimas de feriis, aut de genestis, aut de Foscis, ubi prius fuerant demosmata. Legendum enim puto Foscis, id est, locis incultis, eremis. Sed quid demosmata vox sonet, fateor, mihi ignotum, nisi legendum sit domus dirute. Vide *Friscum*. [† Consule quæ ad hunc locum supra annotavimus in v. Fosca.]*

† **FROUZA**, vel **FROUZUS**, Eadem notione. Tabularium S. Petri Vosiensis fol. 23: *Istas terras supra nominatas cum pratis et silvis et Frouzis, quæ ad ipsam terram pertinent.*

\* **FRAUSUS**, [Particip. activæ significationis ab inusit. *fraudeo*, ut *ausus* ab *audeo*: quifraudem commisit. *Festus*: *Frausus* erit, fraudem commiserit. *Plaut. Asin. 2. 2. 20.*]

\* **FRAUWENRADA** seu **VROWENRADA**, Omnis generis utensilia usui ornatuque muliebri inservientia, appellari so-

lent in jure Saxonico. Vide Acta Lips. ann. 1718. pag. 95.

† 1. **FRAX**, *Ῥραξία οἴνου, Fex vini*, in Supplemento Antiquarii. Gloss. Lat. Gr. : *Frax*, *Ῥραξία*, Latini eadem notione dixerunt *Fraces* in plurali numero.

\* 2. **FRAX**, Piscis genus. Tract. de Piscibus cap. 38. ex Cod. reg. 6898. C. : *Lamia vocatur Baionæ Frax, ... Massiliæ et Niceæ aliquando captæ sunt lamia, in quarum ventriculo homo loricatus inventus est.*

† **FRAXINATA**, ut *Fraxinetum*, apud Johannem de Janua, Locus ubi abundat fraxini. Charta Oliverii Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1285. ex Chartulario ejusdem Monast. pag. 214 : *Fraxinatam nostram propriam de Lupi-saltu sitam inter Fraxinatam dicti Prioris de Lupi saltu et Fraxinatam communem nobis de Anlanvilla et Domino de Gurgitibus.*

† **FRAYNETA**, Eadem notione. Charta ejusdem Oliverii ann. 1307. in laudato mox Chartulario pag. 228 : *Dicebamus quamdã Fraynetam sitam prope fontem de Lupi-saltu... ad nos nomine dicti Prioratus pertinere.*

\* **FRAXINEIA**, Locus fraxinis consitus, ut *Frasnea* et *Fraxinata*. Chartul. S. Joan. Angeriac. fol. 95. r. : *Donavit domum, hortum, Fraxineiam, prata, vineas, etc.*

\* **FRAXINNA**, Idem, ni fallor, quod *Friscinga*. Tabular. S. Victor. Massil. : *In Cujã in territorio sancti Victoris percipiebamus Fraxinnas et oblias.*

† **FRAYLE FICUM**, Fiscina ficorum, Gall. *Cabas*, apud Kennettum in Glossario ad calcem Antiquit. Ambrosden. ubi observat Minshevum a *Fragilis* vocem hanc deducere, Skinnerum vero ab Italico *Fragli*; quod nodos juncti, ex quo fiscina contexitur, significat. Non dubitat Kennettus ipse, quin ejus vocis etymon vernaculum sit patriæ, unde fici fuerunt allatæ. Eadem notione *Freau* de *figues* legitur in Chartul. Gemeticensi tom. 1. pag. 19. Vide *Frællum*.

\* **FRAYRE**, Vide infra *Froyre*.

\* **FRAYREYSIA**, Jus in bona fraterna. Testam. Francon. de Rastello ann. 1345. in Reg. 4. Armorial. gener. pag. 15 : *Item lego, jure institutionis hæredis et Frayreysiæ, Audoniz, Peyronæ et Lauræ sororibus meis, etc.* Vide supra *Fratri-monium*.

† **FRAYSIS**, Fraxinus, Gall. *Fresne*. Invent. anni 1342. ex Archivo S. Victoris Massil. : *Doamen unius vasis de Frayse.*

\* **FRAYSSINEDA**, ut supra *Fraxineia*, a Provinciali *Frays*, fraxinus. Codex censual. S. Vict. Massil. ab ann. 1460. ad 1480 : *Cum terra quæ se tenet cum la Frayssineda versus meridiem.*

\* **FRAZIA**, Impensa, sumptus, Gall. *Frais*. Stat. Genuens. lib. 5. cap. 7. pag. 136 : *Quotiescunque dos venit restituenda, is per quem fieri debet restitutio, possit ex summa dotium pro Fraziis retinere, etc. Si vero nunquam fuisset secuta transductio, seu cohabitatio uxoris in domum mariti, vel mariti in domo uxoris, non possit aliquid retineri pro Fraziis.* Vide *Fractus* 1.

1. **FREA**, Quæ sub alterius tutela seu mundo, vel dominio est, Papias : *Frea, i. mundocida*. Isid. in Gloss. : *Frea, vel mundiana de parente suo relicta*. Jo. de Janua, *Frea, potestas, vel mundia, a parente suo relicta, et dicitur a fremo : hoc mundium dicitur dominium*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frea Puissance*.] [\* Glossar. in Cod. Cavens. Leg. Longob. : *Frea, i. e. puella, quæ in alterius mundium est*.] Lex Longobard. lib. 2.

tit. 2. § 4. [\* Luitpr. 93. (6, 40.)] : *Si quis Fream alienam sine voluntate mundoaldi (i. tutoris) ejus movere de casa, ubi ipsa habitat, præsumperit, etc.* Adde tit. 11. § 4. [\* Luitpr. 120. (6, 67.)] et Leges Luitprandi Regis tit. 93. ubi Boërius : *Frea est mulier, quæ est in mundo Regis vel alterius*. Anglo-Saxonibus, *frea*, est dominus, herus : ex quo *freolæta*, libertus. Vide Loccenium lib. 1. Antiq. Suecic. cap. 3. et Joan. Stiernhookum de Jure Sueonum antiquo pag. 394. [\* Saxonibus *Fri*, mulier. Vide Schmeller. Glossar.]

\* Pro Bonis etiam, quæ ad *Fream* pertinent, legitur in Contractu matrim. ann. 1248. apud Corbinel. inter Probat. Hist. general. domus de Gondi pag. lxxj. : *Quam siquidem Monacum dictus Ghondus pater ejus ipsi Jacopo dimundiavit, et sub ejus mundo et potestate misit, cum omni Frea et anagress, et omni jure mundi, ipsis Jacopo et Monaca altero in alterum per verba de præsenti matrimonialiter consentiendo, cum annuli datione et receptione.*

2. **FREA**, Saxonum Dea, uxor Vodani, qui et ab iis pro Deo cultus est, de qua Paulus Warnefridus de Gestis Longob. lib. 1. cap. 8. Matthæus Westmonaster. Willelm. Malmesbur. pag. 9. Saxo Grammat. lib. 1. et 5. Odericus Vitalis lib. 4. pag. 513. Godefridus Viterb. qui *Feriam* vocat, et Galfridus Monemuthensis lib. 3. cap. 1. Vide Wormium in Fastis Danicis lib. 1. cap. 15. in Monumentis Danicis lib. 1. cap. 4. et Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 27. [\* Grimm. Mythol. German. pag. 91. 96. 191.]

† **FREAIA** dicebatur Dea Ceres antiquis Danis et Sueonibus, qui per *Freiam*, Thor et Attin, seu potius Odin, ut notat Hiccesius jurabant; unde hæc vetus juramenti formula : *Bialpi mier sua Freia, Thor, Ochin almathi as, Ita me Freia, Thorus et Attin maximus adjuvent*. Carolus Lundius in L. Zamolxi cap. 3. apud laudatum Hiccesium Dissert. pag. 40. [\* Hialpi mer sua Freir ok Nierdr ok hinn almathi As, Ita me adjuvent Freir et Nierdr et ille omnipotens Asius, in Landnama Saga pag. 138. Vide Grimm. Antiq. Jur. pag. 50. et de deo Freyr ejusdem Mythol. pag. 135.]

† **FEAGIUM**, **FRAAGIUM**, f. pro *Foagium* vel *Focagium*, de quibus supra. Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. CXCVII : *De Fraagio et tesseractis de Tooni et aliunde VI<sup>m</sup>. et VI<sup>l</sup>.*

\* Non placet hujusce vocis interpretatio, quantumvis subtiliter adinventata et industrie composita, quæ in Libello memoriali ann. 1733. pro domino terræ de Tooni proponitur. Infirmum quippe omnino est argumentum ex pretiis inter se compositis deductum, cum summa vj<sup>m</sup>. et vj<sup>l</sup>. lib. non ex Tooni tantum, sed aliunde etiam collecta dicatur. Maneat ergo proposita in Glossario, licet dubitanter, explicatio, dum aliquid melius succurrat. Haud scio etiam an huc spectet vox *Freasce* ex Charta ann. 1801. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 139. v. col. 2 : *O tout le droit des Freasces droit au molin Colin de la parrie*. Vide *Fraus* et *Frecheyum*.

\* **FRECEA**, *La podesta mondiale*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **FRECENGA**, ut *Friscinga*. Vide in hac voce. Charta Odon. abb. S. Germ. Prat. ann. 1293. in Chartul. thesaur. ejusd. monast. fol. 100. v. : *Pro dicta majoria sexaginta solidos Paris. in perpetuum in festo S. Remigii solveret tenebi-*

*tur annuatim, salvis Frecengis nostris amodo, sicut antea nobis in festo beati Vincentii singulis annis persolvendis.* Unde *Frecenge* et *Frecengée*, Tributum seu præstatio ex *Frecengis*, aliisve etiam rebus. Charta ann. 1301. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 140. r. col. 2 : *Item Frecengée payée à la Lompne le Dimenche avant les roësons, ij. sols, v. den. ob. Item Frecenge à Cren ledit Dimenche, xvij. sols, ij. den.* Vide infra *Frescinga*.

† **FRECENIA**. Vide *Friscinga*.

\* **FRECHYUM**, Charta Caroli IV. reg. Franc. ann. 1323. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 198 : *Quoddam Frecheyum de novo repertum apud Briedevant pro viginti solidis*. An idem quod mox *Frecum*, ager incultus et eremus? Vide *Frescheyum* et *Friscum*.

† **FRECHISSUS**, f. *Cælatus*, ornatus. Inventarium ornamentorum D. Abbatis S. Victoris Massil. ann. 1358. ex Archivo ejusdem Monasterii : *Una navicula argentea pro tenendo thure habens cubesellum argenteum Frechissum in superficie*. Italis *Fregiare* est ornare, unde *Fregio*, *Fregietto*, Ornamentum. Hinc forte *Frechissus* g. mutato in *ch* : quæ fere ut g. Galli pronunciamus. Vide *Fracta*.

**FRECIA**, Papias, de coloribus nativis : *Ut sinopis, rubrica, paritonum, melinum, Frecia, auripigmentum, etc.* Nescio, an huc pertineat Charta Dagoberti Reg. Franc. apud Doubletum pag. 670 : *Et quicquid de Freciis, aut de reliquis exinde fiscus augmentare poterat, ad ipsos pauperes proficiat in augmentis*. [Forte melius in hac Charta legeretur *Frociis*. Vide *Fraustum*.] [\* Haud displiceret *Fredis*. Vide *Fredum*.]

† **FRECIIARE**, Palos, ut videtur, ligno transverso munire, a Gallico *Fraiser*, Palis præcingere. Visitatio Castrorum Dalphinalium ann. 1347. Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 66. col. 2 : *Viderunt etiam burgum de Monte retro castrum, in quo plures pali deficiunt, et non est morenatum seu Freciatum dictum palium, tamen injunxerunt Castellano, ut dictos palos per illos de villa seu mandamento venire, adducere et plantare faciat, et etiam morenare et Freciare, et illud faciat ante portam Castri juxta motam de palicio ibidem existente*. Pag. 67. col. 1. habetur : *Injunxerunt Castellano, ut dictum palicium reficere, replantare, morenare et Refreciare faciat per illos de villa et mandamento, qui hoc facere debent.*

**FRECINNANT** AVES, Cantant. Papias.

**FRECTA**, **FRECTATUS**, **FRICTATUS**, Inventarium ornamentorum Ecclesiæ Eboracensis ann. 1590. in Monastico Angl. tom. 3. pag. 109 : *Una mitra Frectata cum argento et reband... Item mitra de albo serico cum riband de auro*. Visitatio Thesaur. S. Pauli Londonens. ann. 1295. ibid. pag. 814 : *Item sandalia cum caligis breudatis et Frectatis, de armis palatis et undatis*. Rursus pag. 817 : *Cum nodulis Frectatis in extremitatibus de filo auri et argenti*. Pag. 321 : *Capsa operata sameto rubeo, cum Frectis et scutis breudatis, præterquam in tergo, etc.* Pag. 326 : *Unus pannus de viridi campo, cum rosulis inter Frecturas, etc.* Infra : *Inter Frecturas aureas, etc.* Pag. 331 : *Cum casula de panno inaurato super serico, cum avibus aureis in Frecta lineata panno de Ailesham rubeo*. [Charta anni 1388. apud Rymerum tom. 7. pag. 577 : *Unum lectum de panno aureo de rubeo campo, cum foliis aureis operatis in quodam Frecto albo*.]

FRETES nostri sagittæ speciem voca-

bant. Regestum Ludovici Ducis Andegavensis Regis Siciliae fol. 61. in Camera Comput. Parisiens. : *La terre de Boiere doit tous les ans de service deus arcs, deus Fretes ferrées, et deus bousons, deus gelines, et un chapel de roses.* Hinc *Freté* Heraldii nostri in armorum insignibus, ejusmodi sagittas cancellatim positas videntur appellasse. Le Roman de Garin :

Tante hanste Freté, et tant escu croisi,  
Et tant vassal contre terre flati.

i. videre erat tot hastas cancellatim, et scuta in Crucis formam humi jacere. Proinde forte *Frectatus* idem erit ac *Freté*. [\* Vide infra *Frestatus*.]

† **FRECTAGIUM**, Naulum, Gall. *Le Fret*, pretium pro vectura in navi solum. *Frectagium pro eisdem navibus, nec non expensas alias, quæ pro cariagio eorumdem vinorum, etc.* in Litteris anni 1317. apud Rymerum tom. 8. pag. 647. Occurrit rursum tom. 9. pag. 542.

† **FRECTUM**, FRECTURA, FRECTUS. Vide in *Frecta*.

\* **FRECUM**, Ager incultus et eremus, idem quod *Fraustum* et *Friscum*. Charta Phil. V. pro monast. Pissiaci in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 92 : *Item super Precis villa de Vernone pro toto ad Pascha, in lib. ij. sol. Reg. forestæ de Broton. ex Cod. reg. 4659 : Et si volunt, possint custodire suas bestias de herbagis forestæ ; in suis Precis, vel in suis gardinis nichil debent jure donare foresteis. Frec, Pagus, regio, in Pedag. Bapal. ex Chartul. 21. Corb. fol. 359. v. : Chacune carette de conduit iij. den. et j. den. du queval,.... vj. den. de conduit,.... s'il estoit à homme du Frec de Flandres. Supra : Le frec de Vermandois.*

1. **FREDA**, Ornamentum vel umbraculum, quod feretris et capsis Sanctorum superponebatur. [Gl. MSS. ad Regestum Gregorii M. : *Absis est Freda, Operculum ligneum, quod retro altare fit super corpora Sanctorum.*] Monachus Altisiod. ann. 840 : *Hic Sanctorum Martyrum Alexandri et Crisanti pignora ab urbe Roma detulit, quæ in prædicta Ecclesia recondidit, Fredamque cum cancellis benigno studio exornavit.* Gesta consulum Andegav. cap. 3. num. 26 : *Fecit præterea intus (altare) aliam absidam ex oricalco, cupro, et stanno fusilem.... ubi et hanc absidam electrinam posuit, secundamque Fredam desuper auro optimo et lapidibus pretiosis ornatam, etc.* Hist. Episcoporum. Autisiod. cap. 20 : *Fredam vero quæ sacratissimo Corpori est superposita, Rex auro argenteoque mirifice decoravit.* Hericus Monachus de Miraculis S. Germani Autisiod. cap. 27 : *Post genitricis excessum, super adorandam beatissimi Germani memoriam.... regalibus expensis Fredam composuit, quæ auro argenteoque elegantissime decorata, in nostram quoque duravit ætatem.* [Acta MSS. Mali tom. 5. pag. 236. ubi de S. Austregesili : *Circa autem mediæ noctis silentium visum est ei in eadem Ecclesia adesse quasi magnam fremitum ; hinc capsas sanctarum Reliquiarum conculi, hinc Fredam super sancto corpore impositam commoveri.*] Vide *Fredum*.

\* Sed et pro ipsa capsâ seu theca reliquiarum occurrit, in Hist. translât. S. Baudelii inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 4. col. 2 : *Cernebatur ferri geminas sanctorum Fredas, quarum alia habebat merita S. Baudelii martyris, altera vero Pauli et Amantii confessorum.*

† 2. **FREDA**. Chartular. Monaster. SS. Trinit. Cadom. fol. 26. v. : *Caretas avenæ*

3. *unam Fredam, alii frumenti, unam flicam, duos formaticos, etc.* Sed emendatione hæc indigent.

\* 3. **FREDA**, Impensa, sumptus, Gall. *Frais*, in Concord. Universit. Andegav. ann. 1513. teste D. Pocquet. Vide *Fredum*. \* [Ad causas judicario more audiendas, vel *Freda* exigenda. (Diploma Hugonis, ann. 988. mus. arch. dep. p. 37.) »]

\* **FREDARE**, Mulctam exigere : unde et pro Molestare, vexare, nostris *Fredir*. Charta Otton. II. imper. ann. 974. tom. 1. Hist. Trevir. Joann. Nic. ab *Honthaim* pag. 311. col. 1 : *Ut nullus.... per aliqua ingenia ejusdem ecclesiæ homines admallaret et Fredaret.* Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 197. Chartoph. reg. ch. 359 : *Adonc print à renier, malgroyer et despiter Dieu que se icellui Brochart n'ouvroit tost ledit huis, il le Frediroit du corps.* Vide *Fredum*.

\* Vox vero *Fredaine*, a vulgari hodierna acceptione differt, in Lit. remiss. ann. 1420. ex Reg. 171. ch. 274 : *Lequel Jehan dist au suppliant : Que vous faites de nares et de Fredaines pour le port que vous prenez.... de vostre neveu ?.... Pourquoy faites vous tant de Fredaines ?* Ubi idem videtur quod Jactantia, ostentatio, Gall. *Vanfaronnade*.

**FREDIANI**, cum Dendrophoris et aliis, qui gentilitias superstitioni operam dabant, recensentur in leg. 20. Cod. Th. de Paganis, (16, 10) ubi Jacob. Gothofredus conjecturas suas proponit, quas expendere cuivis licet.

**FREDLESS**. Andreas Suenonis lib. 7. Legum Scanicar. cap. 6 : *Obtineat, ut a Juridicis talis sententia proferatur, ut et a reo Rex tres marcas accipiat, et actor non solum æstimationem (rei furatæ) sed duplum pariter æstimationis, et ut ipse reus Communis pacis expers ab omnibus habeatur, quam lingua patria Fredless appellat.* Ex *Fred*, vel *frid*, pax, et *Less*, dimittere, unde nostris *Laisser*.

\* **FREDO**, a Gallico *Fredon*, Tonus vel modus musicus. *Domino succentori pro Fredonibus*, in Comput. MS. vicar. S. Petri Insul. Vide *Frigidoræ*.

1. **FREDUM**, *FREDA*, *FREDUS*, *FRIDUS*, Mulcta, compositio, qua fisco exsoluta, reus pacem a Principe consequitur, vel ob violatam pacem publicam indicta, uti vult Vadianus. Nam *frid*, Germanis idem valet quod pax. Kero Monachus : *Pacem, Fridu*. Conradus Usperg. ann. 1152. de Friderico I. Imp. : *Cum ex nominis sui interpretationis Pacis dives vocaretur.* Idem ann. 1187 : *Quas litteras Alemanni usque in præsens Fridebrief, id est, litteras pacis vocant. Papias : Freda, id est, bannum.* Quo loco bannum est etiam mulcta, compositio. [*Fredum* tamen a banno distinguendum contendit Coccius in Dagoberto pag. 179. Sed auctoritatibus inhærendum existimo quæ utrumque confundunt.] Charta Caroli M. apud Meurissium in Episcopis Mentensib. pag. 185 : *Et ubi Fredum ipsi Agentes, aut reliqui homines memoratæ Ecclesiæ acciperent, Freda ad ipsa loca Sanctorum deberent Christo præsele proficere in augmentum.* Alia Ottonis Imper. apud Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 72 : *Aut mallum tenendi, bannum vel Freda exigendi, etc.* [\* V. Grimm. Antiq. Jur. Germ. p. 656. Eichhorn. Histor. Jur. Germ. § 71.]

¶ Quæ mulcta cum fisco regio persolvebatur *Fredum regale* dicitur in Charta ann. 984. apud Baluz. Hist. Tutel. col. 379 : *Quindecim debitales porcicos in eadem curte, Freda regia quæ Jo-*

*hannes habebat annuatim de manu Regis Francorum in Tutelensi castro.* Non omittendum tamen præter hanc mulctam fisco exsolutam, aliam fuisse compositionem seu mulctam illis persolvendam qui injuriam aut damnum passi fuerant.

*Fredum* fisco persolutum docent Lex Aleman. tit. 3. § 3. tit. 4. Lex Bajwar. tit. 6. § 3. tit. 10. § 4. Lex Frison. tit. 16. Capitularia Caroli M. lib. 3. cap. 30. lib. 5. cap. 185. Additio 4. Ludov. cap. 83. etc. Gregorius Turon. de Mirac. S. Martini cap. 26. ex eo Flodoardus lib. 4. Hist. rem. cap. 50 : *Afirmavit compositionem fisco debitam, quam illi Fredum vocant, a se fuisse reis indultam.*

Interdum tamen *freda* fisco non exsolvebantur, sed iudicibus ipsis, ut est in Lege salica tit. 52. § 4. tit. 55. § 2. in Decreto Chlotarii § 12. etc. [Constitutio Leduini Abb. S. Vedasti apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. pag. 789 : *Qui vadem dederit quinque solidos de lege, dabit triginta denarios de Fredo : et hujus Fredi duæ partes erunt Præpositi ; tertiam vero Partem habebit Major placiti. Si autem lex Abbatis fuerit, totum Fredum Major placiti habebit.*]

¶ Interdum Ecclesiæ, dum in ea facinus in Clericos fuerat admissum. Leges Ludovici Imp. [\* cap. 7.] apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 128. col. 1 : *Sanguinis effusio in Ecclesia facta cum furore, si in Presbytero fuerit, in triplo componatur, duas partes eidem Presbytero, tertiam pro Freda ad Ecclesiam, et insuper bannum nostrum componat. Similiter et de Diacono juxta compositionem in triplo componatur, et bannum nostrum componat. De Subdiaconibus similiter secundum suam compositionem in triplo persolvat. De unoquoque ordine Clericorum secundum suam legem compositionem in triplum faciat, et bannum nostrum persolvat. Similiter et de scitibus sine sanguinis effusione de unoquoque ordine Clericorum secundum suam compositionem cum triplo componatur, et bannum nostrum ; et qui non habet unde ad Ecclesiam persolvat, tradat se in servitio ejusdem Ecclesiæ, usquedum totum debitum persolvat.*

Neque etiam fuit *Fredum* solida compositio a reo exsoluta, sed tantum pars tertia, quæ fisco aut iudici exsolvebatur. Lex Rip. cap. ult. : *Fredum autem non illi iudici tribuat, qui culpam commisit, sed illi, qui solutionem recipit. Tertiam partem coram testibus fisco tribuat, ut pax perpetua stabilisque permaneat.* Quæ verba ultima evincunt *Fredum* datum pro habenda pace. Capitulum Caroli M. lib. 4. cap. 14 : *Triplo componatur, duæ partes eidem Presbytero, tertia pro Fredo ad Ecclesiam, etc.* Adde Capitulum 3. ann. 813. cap. 2. § 4. Decretionem Chlotarii II. Regis cap. 9. etc.

*Freda* de quibuslibet causis, in Ecclesiarum possessionibus exigere vetantur iudices, in privilegiis et immunitatibus a Principibus iis indultis ; ita ut quod ex his fisco sperare potuerit, in Ecclesiarum usus, in luminaria locorum Sanctorum, vel in stipendia Sanctorum Dei convertatur. Quæ verba passim habentur in veteribus Chartis apud Marculfum lib. 1. form. 2. 3. et Beslium in Comitibus Pictavens. pag. 155. 165. Sanguilian. in Hist. Burgund. pag. 242. 274. Doubletum, et alios, Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 37. 62. 72. 76. 106. etc. [Adde Chartam Dagoberti Reg. ann. 632. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 250. Clodovæi II. ann. 638. tom. 1.

Instr. Hist. Paris. pag. 20. col. 2. Decretum Conradi Reg. in Hist. Lugdun. inter Instr. pag. xxii. Miræum tom. 1. pag. 50. 128. et tom. 2. pag. 807. Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 62. 137. 144. et alibi.]

† FREDUM, Eadem notione, in Charta Ludov. Pii inter Instr. Hist. Alsat. pag. 15.

† FRIDUM, Eodem significatu, in Charta Childeberti III. apud Felibian. Hist. Sandion. pag. xvi.

FRIDUM, in Charta Caroli C. inter Instrum. t. 4. nov. Gall. Christ. col. 225.

† FREDUM, pro *Fredum*, in Præcepto ann. 750. inter Instrum. tom. 4. Gall. Christ. col. 263.

† FRETUM, in Historia Mediani Monasterii p. 13. et in Actis SS. Aprilis t. 2. pag. 98.

† FRETUS, Charta Caroli M. ann. 781. pro Monasterio SS. Salvatoris et Julii Brixiens. in Bullario Casin. tom. 2. pag. 19: *Sed sub immunitatis nomine cum omnes Fretos concessos valeant Rectrices ipsius Monasterii quietas vivere et sedere.* Altera ejusdem Caroli M. Charta pro Monasterio Sithiensi apud Mabilionium Diplom. lib. 6. Instrum. 198: *Judicialia potestas ibidem ingredi non presumat quoquam tempore: nisi quod sub emunitatis munere omni tempore cum omnes Fretos vel bannos concessos pars ipsius Monasterii perenniter debeat possidere.*

FREDUM pro quavis exactione videtur interdum usurpari in aliquot Chartis, apud Duchesium in Hist. Monmor. pag. 20. 22. Hemer. de Academ. Paris. pag. 33. Beslium in Episc. Pictav. pag. 33. etc.

Ab hac voce ortum habet, quæ passim et in usu apud Practicos, *Frez, Frez des proces*, pro litium ac causarum sumptibus et impensis. Aresta. anni 1284. in Regesto Parliamenti fol. 70: *Quod pro solventis et aquitandis debitis et Fredis villæ suæ possent talliare, etc.* [Arestum ann. 1538. in Tabul. Calensi: *Examen testium integraliter Fredis et expensis supradictorum appellantium feret, etc.*]

FRIDUS, in Lege Salica Edit. Heroldi tit. 53. § 3. Capitul. Caroli M. de Partib. Saxonie cap. 15: *Undecunqne census aliquis ad fiscum pervenerit, sive in Frido, sive in qualicunqne banno.*

FREDUS, [Charta Dagoberti ann. 635. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 4: *Sibimet omnes Fredos concessos debeat possidere.*] Occurrit præterea in Lege Salica tit. 26. § 9. tit. 55. § 2. in Decreto Chlotarii § 12. in Lege Ripuar. tit. 46. § 1. in Legib. Henrici I. cap. 90. etc.

FREDA, apud Papiam, et in Lege Anglior. tit. 7. § 5. in Lege Frison. tit. 16. 17. tit. 22. § 81. in Charta Caroli Calvi apud Camusatam in Antiq. Tricass. pag. 84. etc.

2. FREDUM, vel FREDA, Alia notione. Charta anni 1065. ex Armario S. Victoris Massil.: *B. Comes Provincia confirmo oblationes prædecessorum meorum, vel quæ Monasterio S. Victoris consecrata sunt, in Monasteriis, cellis, castellis, villis, terris... hortis, Fredis, salinaris... agris, etc.* Sed forte legendum *Frescis*. Vide *Friscum*.

1. FREDUS, *Marrubium*, Papiæ.  
2. FREDUS, Lex Alemann. tit. 106. Edit. Heroldi, (nam hic titulus deest in Lindenbrogiana), *De eo, qui in Fredo infantes læserit: Si quis alterius infantem de medio Fredis læserit, (læserit,) sol. 3. componat.* Vide *Fredum*.

† FREDSTOLL. Vide *Frihostoll*.

† FREFARE. Vide *Fretare*.

\* FREGATA, vox Italica, nostris *Fregate*, Navis exploratoria. Epist. reginæ Joannæ comit. Prov. ad Bertr. de Grasse dom. Barri ann. 1332. ex sched. Pr. de *Mazaugues: Miramur cur tantum tardas, non venis cum Fregata in Provinciam accessurus, ut promissisti; eo quod Fregata nostra de omnibus, ut decet, munita et ad transfretum parata, non expectat aliud nisi, etc.*

\* FREGERE, pro Frangere. Reparatur. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435: *Ponendo in bono statu molam dicti molendini, quæ Fregebatur.* Occurrit rursum infra.

† FREGRESCHIA. Vide in *Fraternitas* 5.

† FREIA. Vide *Frea* 2.

\* FREGSINGARIUM, Tributum seu præstatio ex *Frecengiis*. Charta fundat. S. Petri Abbavil. ann. 1100. inter Instr. tom. 10. Gall. Christ. col. 297: *Octo solidos de Fregsingario apud villam, quæ dicitur Valles, singulis annis tradidi.* Ubi Lib. nig. ejusd. monast. habet fol. 297. v. *Frezengario*, et fol. 346. r. *Fresengario. Fregsengage*, in Charta ann. 1340. ex Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 217: *Item vint livres Parisis de rente par an ou environ deues à la S. Remy, que on appelle Fregsengage.* Vide infra *Fresengia*.

\* FREHTA, Modus agri, seu agri portio, Germ. *Frehte*. Charta ann. 1280: *Ex una parte dimidia Frehta, ex altera parte dimidia Frehta.* In fine hujus Instr. *Summa agrorum horum, etc.* Vide *Freta* 2. [\*<sup>2</sup> Confer Scherz. Glossar. Germ. in hac voce. Alio sensu, scilicet pro corvata in Chart. ann. 865. apud Neurgart. in Alem. num. 430: *Censum inde, id est unius servi Frehtam absque diebus et feminæ operibus singulis annis persolvant.* Jura Mauri-Monast. ann. 1144. in Alsat. Diplom. tom. 1. pag. 229: *Decimam dabit ex suo manso quod tamen Frehtas bene sibi recompensatur, plures enim habet.* Ibid. pag. 230. *Fretis.*]

† FREIDUM. Vide in *Fredum* 1.

† FREIGRAVIUS, Comes liber. Vide *Gogravius*.

† FREITON. Vide *Ferto*.

\* FREJURIUM, Forojulium, Gall. *Fregus*. Charta ann. 1085. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Postea flexit se super perecrum, et donat usque in viam, quæ venit de Frejurio.*

\* FRELBERIA, Idem videtur quod *Fredum* 1. Mulcta, compositio. Charta ann. 1422. inter Instr. tom. 12. Gall. Christ. col. 441: *Quæ omnia supradicta sibi (baillivo) danda, tam pro suo salario quam ex dono, de gratia dominus sibi potest, si voluerit, deputare in patria Vallesii super suis redditibus, vel super Frelberii et bannis commissis.* Et col. 442: *Item, quod dictus baillivus, absque licentia domini, non possit imponere banna, Frelberias vel pœnas.* [\*<sup>2</sup> *Frevel*, Germanis Injuria, delictum leve et mulcta, quæ ob ejusmodi delictum exigitur. ADEL.]

\* FREMEN. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7637: *Bregas, Prov. faus, mandibula, rumen, Fremen.*

FREMEFEDA, in Monastico Angl. tom. 2. pag. 286. Vide *Flemen-Firma*.

† FREMENTER, Cum fremitu, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 250.

† FREMIS. Vide *Fremiticus*.

† FREMISCULLI. Vide *Frenisculi*.

FREMITIGUS, in Notis Tyronis pag. 180. idem qui *Frigoreticus: Epifora. Fremis. Fremiticus. Cardiacus, etc.* Ubi *Fremis* videtur esse horror febris. Vide *Frigoreticus*.

† FREMMUS, *σπονυγή*, Gemitus. Gloss. Lat. Græc. Sangerman. MSS. Laurent. in Amalthea: *Fremus, Fremitus, ex Salmasio.*

\* FREMULA. Stat. Universit. Andegav. ann. 1395. in Reg. 153. Chartoph. reg. ch. 311: *Item dictus claviger in dictis licentiis faciendis debet administrare in dicto palatio Fremulas atque mansas.* Sed legendum *Formulas*. Vide in *Forma* 13.

† FREMUSCULLI. Vide *Frenisculi*.

\* FREN, NIS, *Humor capitis, qui facit hominem freneticum*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Frénaisieux et Frénaisieux, Phreneticus, nostris. Lit. remiss. ann. 1378. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 212: *Icelle Jehanne qui est de long-temps et souventes foiz lunatique, Frénaisieuse et insensible, etc.* Aliæ ann. 1459. in Reg. 188. ch. 209: *Icellui Jacquet, qui par la maladie qu'il avoit eue, estoit fort Frénaisieux et altéré de son entendement, etc.* Hinc *Frénaisieusement, Furiose*, in Lit. remiss. ann. 1361. ex Reg. 92. ch. 30: *Icellui Jehan courust Frénaisieusement sur ledit Guillaume, et se bouta l'espée dudit Guillaume son frere parmi le ventre.**

† FRENAGIUM, pro *Furnagium*, Pretium domino furni solum pro coccione furnaria. Statuta Ecclesiæ Glan-datensis MSS. ann. 1327: *In eorum bonis quæ tenentur sub ipsa præpositura habet in Frenagiis, mauturis, calcaturis, bannis et ceteris aliis prout est assuetum.*

† FRENARIUS, *Χαλνοποιός*, Qui facit frena, in Leg. Neapol. 3. tit. 36: *Sellarios et scutarios, Frenarios atque armarios, candellarios, fabros, etc.* Hæc post Martinium. Vide *Frenarius*.

† FRENDERE, de porcis grunnientibus supra dicitur in *Braulare*. Festo: *Frendere est Frangere, unde est faba Fressa, unde et dentibus dicitur Frenderere*. Isid. 10: *Frendens, quod mirando frangat dentes et comprimat fremens.*

\* FREDESCO. [Idem ac *frendeo*. Not. Tir. p. 153. *Frendet, Frendescit.*]

\* FRENDIS, *Truëe sauvage. Frendus, senglier. Frendero, Gruniere, Gallice.* Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521.

FRENDELSMANNI, appellabantur olim ab Anglis, qui postea *Ullaughe*, seu *utlegati*, vel *exleges*, id est, proscripti exules, in Legibus forestarum Canuti Regis cap. 24. et apud Bracton. l. 3. tr. 2. c. 13. § 1.

FRENDWYTE, in *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 15. significat *acquietantiam prioris prisæ ratione solennitatis convivii*. Vide *Forfang*.

\* FRENECATUS. [Equus. DIEF.]

\* FRENECTUS, dimina. a *Frenum*, Ornamentum muliebri, Ital. *Frenello*. Stat. ann. 1337. apud Cl. V. Garamp. in Ind. ad Hist. B. Chiazæ pag. 506. col. 1: *Quod possit quelibet mulier... Frenectos valoris ad plus 40. solidorum pro quolibet Frenecto, sine pœna deferre.*

FRENELLATUS. *Sanutus* lib. 9. part. 4. cap. 23: *Necessarium est, quod dictæ galeæ sint tali modo et manerie Frenellatæ, quod dum adversus hostes processerint pugnaturæ, de facili stringant se invicem et conjungant.* Adde cap. seq. Vox formata a *Frænnum*, et *Frænare*, unde *frenella* Ital. ferrum, quod equi os stringit, lupatum.

Ab eadem origine *Enfrené* dixerunt nostri de equo qui freno regitur. Le Roman de la guerre de Troyes MS. :



Palefros orent gens et biaux.....  
Ensellés furent gentement,  
Et Enfrenés si richement,  
Que de mil besans monez  
Ne fust li lorains achatez.

† **FRENERIUS**, Qui facit frena, in Catalogo MS. sodalium Confraternitatis B. M. in Ecclesia B. M. Deauratæ Tolos. ann. 1328. institutæ. Vide *Frenarius*.

† **FRENEYR**, Eadem notione apud Arvernos. Charta Bernardi de Turre ann. 1308. apud Baluz. tom. 1. Hist. Arvern. pag. 783 : *Escudeleyr, Freneyr et coleyr et carnifices tres denarios quilibet pro annata.*

\* *Frennier*, in Poem. de Lendito, apud D. Le Beuf t. 8. Hist. dioc. Paris. p. 260.

\* **FRENESTRA**. [Fenestra : « Si vero edificaverint *Frenestras* debent tales facere quod hominum aliquis vix possit emittere capud per eas. » (Arch. dep. Haute-Vienne, ser. D. 753, an. 1228.)]

† **FRENETICARE**, vox Italica, Delirare. Barel. serm. in fer. 5. in Capite jejun. : *Tales Freneticant in morte et perdunt usum rationis in poena suorum criminum.* Vide supra *Fren*.

\* **FRENEUS**, Fraxineus, in Codice censuali S. Vict. Massil. ab ann. 1460. ad 1480. Vide supra *Frasnea*.

† **FRENISGULI**, *Ulcera circa rictum oris, similia, quæ sunt jumentis asperitate frenorum.* Isidor. lib. 4. cap. 8. [Lego cum Glossis Sangerman. *Frenisculi*. Perperam apud Papiam editum *Frenisculi*, et in MS. *Frenisculi*; ubi pro rictum habetur *hiatum*.]

† **FRENOSUM**. Alcuinus Poem. 199 :

Fas idcirco reor comprehendere plectra Maronis,  
Carmibusque sacris navas implere Frenosum.

Locus male sanus.

† **FRENUCULI**. Vide *Frenisculi*.

† **FREOBORGES**. Vide *Friborga*.

† **FREODO**, Vitulus lactens, ex interpretatione Schilteri. Lex Salica tit. 3 : *Si quis vitulum lactantem furaverit, malb. pederu aut Freodo, CXX. denar. etc.* MS. Regium habet : *Podor aut frico.*

† **FREPATÆ** Vestes, Gallis, *Habits trouez, decoupez, fripez*, unde vocabulum. Gaurifridus Vosiensis part. 1. cap. 74 : *Reperit sunt pretiosæ ac variz vestes,.... quas quidam in spherulis et lingulis minutissime Frepatas, picti diaboli formam assumpunt.* [Capitulum Generale MS. S. Victoris Massil. ann. 1218 : *Prohibemus ne scutarii vel trotarii eorum deferant Vestes Frepatas.*] *Trepatas Vestes* habet Jacobus I. Rex Aragonum in Constitutionibus Catalaniz MSS. : *Item statui-mus, quod nos, nec aliquis subditus noster, non portet vestes incisas, listatas vel trepatas, forte quasi terebratas, perforatas.* Vide *Frapatura* et *Frappa*.

Nescio, an inde petendum sit vocis *Fripieri* apud nos etymon, pro vestium interpolatoribus, ita ut ii fuerint, qui vestes detritas, *frepatas*, et laceras venum exponerant : vel potius a *ferpe*, et *ferperie*, licet horum vocabulorum notio non omnino mihi comperta sit. In veteribus Statutis pro *peagiis* Parisiensis civitatis, titulus habetur inscriptus *Ferperie*. Deinde sequuntur hæc verba : *Couvertouers de vair, 4. den. Mantel fourré de vair, 4. den. Chascune penne voire, 3. den. Item tous garnemens fourrez de vair, etc.* Ibi tamen la *Ferperie* distinguitur de la *Pelleterie*. Vocis vero *Ferpe* meminit Guill. *Guart*. ann. 1304 :

Fust tout l'ost du Roi atournes,  
Sus biaux garnemens et sus Ferpes,  
Çà et là de blanches escherpes.

† **FREQUENTANEUS**. Vita S. Deicoli Abb. n. 38 : *Vermes quippe ita sibi a vertice usque ad talos ebulliebant, ut Frequentanei ejus maximum inde putorem tolerarent.* Galli dicimus, *Ceux qui le frequentent.*

1. **FREQUENTARE**, pro *Narrare*, seu *convexo*; dicere, iterare, dixit Vopiscus : *Quod memoria tenet publica, et fides historica Frequentavit.* Item : *Ergo Thersitem et nos bene scimus, et posterit Frequentabunt.* Spartianus in *Æliano* Verò : *Jam illa Frequentantur a nonnullis, quod et accubationes ac mensas de rosis ac liliis fecerit.* Adde leg. 1. Cod. Th. de *Judiciis*. (2. 18.)

† 2. **FREQUENTARE**, *Sæpius tentare*, experiri. Sugerius in *Ludovico VI.* : *Rex autem, ut erat vir militiæ aptus, ulcisci in eum Frequentabat.*

\* 3. **FREQUENTARE**, Solere, consuevisse. Lit. ann. 1363. tom. 4. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 240 : *Notum facimus ad presentiam nostram venisse quamplures mercatores, tam (de) dicta Lingua Occitana, quam aliunde de extra regnum, Frequentantes eorum mercaturas ducere et portare apud Montempessulanum per terram.* Ita et nostris *Avoir fréquence*, In frequenti usu esse. Lit. remiss. ann. 1382. in Reg. 121. *Chartoph. reg. ch. 229* : *Jehan de Hanappes . . . pour l'affection desordonnée qu'il avoit ou contendoit à avoir à ladite Marie de l'accompagner charnelement, eust hante et Fréquence par moult de fois en l'ostel desdiz exposanz, tant de jour comme de nuit.*

† **FREQUENTATUS**, pro *Frequens*, Creber, multus. *Jejunium cum opere manuum Frequentato*, in Vita MS. S. *Wenwalo* fol. 64.

† **FREQUENTIDICUS**, *Mathematicus, Divinus*, in Glossis MSS. Reg. Cod. 1013. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Frequentidicus, Qui dit souvant.*]

\* **FREQUENTIVUS**, *Frequens, assiduus*. Stat. Cadubr. lib. 1. cap. 73 : *Sapientibus et nuntiis Frequentivis et opportunis pro servitio communis Cadubræ, etc.*

\* **FRETAGIUM**, *Hæreditatis inter fratres partitio, nostris Fréragie*; unde *Fréragier*, inter fratres partiri. Lit. ann. 1366. tom. 4. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 689 : *Absque eo quod nos aut successores nostri Franciæ reges ratione Fréragii, partagii, appenagii, dotis, divisionis, transactionis, infeudationis, aut alia quacumque de causa, a dictis domanio immediato et corona futuris temporibus amovere. . . quomodolibet valeamus.* Eadem totidem verbis leguntur in Lit. ann. 1369. tom. 5. earumdem. *Ordinat. pag. 688.* Vide Glossar. Jur. Gall. v. *Frerescheux* et supra *Fraternitas* 6.

† **FRESCA**. Vide *Fraternitas* 6.

† **FRESTER**, Sororis maritus, Gall. *Beau frere*, ut *Filiaster*, *Privignus*, Gall. *Beau fils*. Legat *Frerestri suo*, in Schedis Domini le *Fournier*.

\* Vel uxoris frater; *Fréastre*, eadem acceptione, in Lit. remiss. ann. 1478. ex Reg. 206. *Chartoph. reg. ch. 393* : *Martin de Sienna Fréastre du suppliant, etc.*

† **FRERETUM**, perperam pro *Fretum*, Rivulus, canalis. *Chartophylac. regium Regest.* 87 : *Item unum jornale et dimidium terre situm in pala juxta terram Johannis Darbonis Notarii et Freretum publicum.*

\* Male lectum pro *Frerecum*, in Charta ann. 1359. ex laudato Reg. ch. 282. ubi

etiam restituendum videtur *Freicum*. Vide supra in hac voce.

† **FRES**, Fimbria, limbus, nostris *Fränge*. *Consilium Massil. ann. 1381* : *Nulla mulier aliqua audeat de cetero seu presumat cujuscumque sit conditionis, preminentie vel status portare. . . . ribans sive Fres auri, argenti seu perlarum.* V. *Fresium*.

\* 1. **FRESA**, Faba siliqua exuta, Gall. *Fève fraisée*. *Constit. S. Pauli Narbon. ann. 1127.* inter Instr. tom. 6. Gall. *Christ. col. 33* : *In omnibus quartis feriis pisces vel cicerones cum lardo, aut Fresas cum sagimine, sive cepas pingues et bonas.* Vide *Faba fresca* et *Freza*.

\* 2. **FRESA**, *Fragum*, Gall. *Fraise*. Lit. remiss. ann. 1357. in Reg. 85. *Chartoph. reg. ch. 140* : *Dicti fratres existentes in quodam alneto prope villam de Buqueaus causa spatiandi et ibidem Fresas colligendi.*

\* **FRESACENSIS**. V. infra *Frisacensis*.

\* **FRESAGIA**. Vide infra *Frezagia*.

\* **FRESATURA**, Fimbria, limbus, seu quod ornatus vice vesti assuitur. *Constit. capit. eccl. Barcin. ann. 1423. rubr. 7.* ex Cod. reg. 4332 : *Tradet in sacrario dictæ sedis capam de sericeo vel aureato cum Fresatura et folatura, et aliis ornamentis suæ conditioni competentem.* Vide infra *Fresellus* et *Frisatura*.

\* **FRESATUS**, Fimbria ornatus. Vide infra *Frisare*. Chron. Sublac. apud Murator. tom. 4. *Antiq. Ital. med. ævi col. 1039* : *Leo IV. papa . . . obtulit in monasterio Sublacensi . . . duas cortinas de fundato, quas Fresatas dicimus.* Pro *Corrugatus*, Gall. *Fraisé*, vide in *Gardacortium*.

\* **FRESCEIUM**, **FRESCHIUM**, Ager incultus pascendis animalibus aptus, nostris etiam *Fresche*. Lib. nig. S. Vulfr. *Abbavil. fol. 33. vº* : *Scabini duodecim denarios ad natale pro Fresceis.* Charta ann. 1239. ex Chartul. S. *Carauni* : *æv. arpentia terræ inter costuram de Hatis et Freschium de Mangarel.* Alia ann. 1341. in Reg. 74. *Chartoph. reg. ch. 439* : *Plusieurs terres, prez, pastures, Fresches, gaz, etc.* Ubi infra mendose *Fresche*. Lib. cens. terræ d'Estilly ann. circ. 1430. ex Cod. reg. 9493. fol. 2. rº : *Joignant d'une part au pré Colas Vesnier, . . . et d'autre part à la Fresche au seigneur de Razille, qui est en charcenay, laquelle Fresche, etc.* *Que vignes que Fresches*, in *Recognit. feud. ann. 1366.* Neque aliud videtur *Frestiz*, in *Inventar. Chart. castri de Jaucourt* ex Ch. ann. 1387. fol. 16. vº : *Item à la noe blanche environ trois journels en Frestiz.* Item à la *varranne des biez environ trois journels en Frestiz.* Sed et *Fretil* in Charta ann. 1480. ex Chartul. Buxer. part. 7. ch. 31 : *Item ung Fretil au seurreaul contenant environ la seneure de deux boisseaux.* Vide *Frescherium*, *Frisicum* et infra *Frostium*.

† **FRESCENGA**, etc. Vide *Friscinga*.

† **FRESCHERIUM**, **FRESCHIEUM**, ut infra *Frisicum*, Ager incultus, Gall. *en Friche*. Instrum. anni 1261. e *Chartular. S. Vandregisili tom. 2. pag. 1591* : *Vendidimus et quandam pechiam Frescherii sitam intra terram Roberti Burel ex una parte et Freschieum Odonis, etc.*

† **FRESCHIUM**, Eadem notione, in eodem *Chartulario tom. 2. pag. 1600* : *Decem pechias terre. . . cum omnibus Freschiis et pertinentiis spectantibus.*

† **FRESCHUS**, Ital. *Fresco*, Gallis *Frais*, *Recens. Memoriale Potestatum Regensium* ad ann. 1218. apud Murator. tom. 8. col. 1091 : *De carne Frescha caris-*

tiam magnam habebant. Gall. Viande Fraiche.

† **FRESCIATUS**. Joannes Gorinus in Actis S. Petri Confess. tom. 4. Julii pag. 665 : Quos lapides sic suis lacrymis madefactos in quodam canistro cum quadam tobalia Fresciata super suum caput per civitatem portabat. Vox Fresciata, inquit Bollandi Continuator, videtur oriri ex idiomate Italico, in quo Frigiare significat ornare, ita ut Tobalia Fresciata, ni fallor, hic accipiatur pro Mantili ornato. Num potius ab Italico Frescare, Refrigerare, ita ut Tobalia Fresciata sit quasi Mantile refrigeratum, madefactum?

† **FRESCINGA**. Vide Frisinga.

† **FRESCUS**. Vide Friscum.

† **FRESELLA**, f. Lineus colli amictus corrugatus, quem Gallice vocamus Fraise. Computus anni 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu ad calcem tom. 2. pag. CLXXXIII : Pro serico ad jacendum pueris, et capellis et Fresellis et pro pannis et tuallis et camisiis, quas tunc pueri habuerunt, XLI. s. Hinc, ni fallor, emendandus alter ejusdem computi locus pag. CLVI. ubi legitur : Pro i. langello et pro capellis et pro Ftesell. x. s. Ubi legendum puto Fresell, seu Fresellis. Vide Fresium. [\* Vide mox Fresellus.]

\* **FRESELLUS**, Fimbria, limbus, futilis ornamentum quoddam genus, Gall. Fraisetete. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : Fres, Prov. limbus, soarium, fasciola ambiens extremitatem vestis, filis vel auro contacta assutaque. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. fol. 431. ex Cod. reg. 1245 : Injunximus (monialibus S. Amandi) ne elemosinarias, acuarios, Fresellos, et consimilia operarentur seu facerent. His adde quæ leguntur ad vocem Fresella. Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 58 : Le suppliant print en l'ostel Jehan le Noir es-cuier demourant à Noyon . . . un culot, nommé bourse boutonée de Fraisetes dorées. Vide supra Fresatura et mox Fresatura.

† **FRESENGAGIUM**, etc. Vide in Frisinga.

\* **FRESENGARIUM**. Vide supra Freg-singarium.

**FRESIA**, [Prædii rustici species, ut videtur.] Vetus Charta apud Buzelinum lib. 2. Gallo Flandr. cap. 25 : Et unum hominem de ipsa familia, Rogerum nomine, ut in illo loco, in quo illum constitui, deservire liceat, et illam Fresiam, Helgardam nomine, ubi nunc hospitatur, permanere liceat.

† **FRESIUM**, FREZIUM, Fimbria, Frange. Acta S. Eustadiolæ tom. 2. Junii pag. 133 : Vestimenta quoque sacra fecit et altaria pallis pretiosis, quæ manu propria cum suis puellis opere elegantissimo polivit cum Fresius aureis et procinctoriis. Statuta Massil. lib. 2. cap. 89 : Constitui-mus ut nullus sartor per se, vel per alium accipiat pro corduris de uno vestimento dominæ de colore cum Frezio, et cum penna ultra quatuor sol. Item sine Frezio III. sol. Item de pellissia dominæ cum Frezio II. sol. et VI. den. et sine Frezio II. sol. Occurrit ibi pluries. Vide Fres, et Frisum.

† **FRESSUM**, in Statutis Arelat. MSS. art. 53 : Sartores accipiant pro corduris vestium sine Fresso et neca factarum, etc.

† **FRESUS**, Eadem notione, in Statutis Massil. lib. 2. cap. 38 : Quod non sient in aliquibus vestibis Massiliensis aliqua-

rum meretricum Fresos aliquos aureos vel argenteos.

† **FREZUM**. Instrum. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 568 : Item unam zonam de Frezo aureo super qua seu quo sunt lapides, margaritæ seu perlæ grossæ, etc.

\* **FRESQUERIA**, FRESQUIEYRA, Folia vel herbæ recentes, quibus ornatus vel refrigerationis causa uti solebant. Redit. terræ Calviss. ann. 1304. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 50. col. 2 : Item pro... Fresqueria pro estate, quam faciunt in festo Paschæ, quolibet anno, octo solidos, novem denarios. Charta ann. 1322. ibid. pag. 34. col. 1 : Item percipit in dicto loco dominus Calvissionis pro annuo censu, dum petit, a quolibet habente animal deferens bastum, duas sarrcinatas de gluen et unam de Fresqueria. Comput. ann. 1399. inter Probat. tom. 3. ejusd. Hist. pag. 150. col. 1 : Gascono et ejus socio, qui cum eorum asinis iverunt quæsitum dicta die de Fresqueyera, pro infrescayrando dictam domum comunem, etc. Vide Jonchare.

\* **FRESSINGIA**, ut Frisinga. Charta Caroli regent. ann. 1258. ex Bibl. reg. : Item unum modium bladi et unum modium vini et duas Fressengias, valore xij. sol. et xij. den. . . quæ omnia debet decanus S. Quintini pro pascagio regio. Fressonges, eodem sensu, in Charta ann. 1328. ex Reg. 65. Chartoph. reg. ch. 164 : Item à la Saint Andrieu une costuma, que on appelle Fressonges, environ cinquantesolz par an. A voce Fressin, junior porcus. Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. ch. 250 : Le suppliant et icellui fillastre trouverent une truye avec trois ou quatre pourcaulx, appelez Fressin. Hinc firmatur vocis origo in v. Frisinga ex Ecardo proposita. Vide supra Frecengia et Fregsingarium.

† **FRESSINGA**, FRESSINGA. Vide Frisinga.

† **FRESSUM**, Vide Fresium.

\* **FRESTATUS**, Clathratus, cancellatus, in arte heraldica, Gall. Fretié. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1335. in Reg. I. Chartoph. reg. ch. 7 : Item una tunica de samitto rubeo, Frestata de auro cum rosulis aureis ad perlas. Aliud ann. 1363. ex Bibl. reg. : Item una dalmatica de samicto rubeo, Frestata de auro ad rosetas aureas et perlulas. Quæ sic Gallice redduntur in alio Invent. : Item un dalmatique de samit rouge, Freté d'or et à rosetes d'or et à perles. Vide Frecta et infra Freteletus.

**FRESTRA**, Fenestra, Papiæ.

**FRESUM**. Lex Angliorum tit. 5. § 20 : Qui harpatores . . . percusserit, componat illum quarta parte majori compositione, quam alteri ejusdem conditionis. Aurifices similiter. Feminas Fresum facientes similiter. Ubi videntur eæ esse, quæ canabem in aqua madefactam macerant, subigunt, confringunt : est enim Fresus, fractum, divisum, molitum, a frendeo, ut habet Papias. Vide Varronem lib. 2. cap. 4. Isidorum, etc.

† **FRESUS**. Vide Fresium et Fresum.

\* **FRESUS**. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657 : Pessat, Prov. fractus, Fresus, ruptus. Vide supra Faba fresa.

† 1. **FRETA**, Species mensuræ pro liquidis. Formulæ vet. Alsaticæ art. 22. apud Eccardum ad calcem Legis Salicæ pag. 244 : Duas Fretas de cervisa et sume sex siclos de vino in cellario, etc.

† 2. **FRETA**, Idem videtur quod Fraustum, ager incultus. Chron. Collegiatæ S. Petri apud Georg. Christian. tom. 2. Ber. Mogunt. pag. 464 : Madtildis vidua,

soror Wolffmanni xxiii. curvales. Wolffmannus et frater ejus decem et dimidium. Gezacha tres et dimidium Fretam.

\* 3. **FRETA**, Sepes, idem quod supra Fracta 2. Vide in hac voce. Charta Rob. Comit. Alenc. in Reg. forest. comitat. Alenc. ex Cam. Comput. Paris. fol. 22. r. : Concedo (monachis de Persania) usagium suum ad omnia et singula loca prædicta, . . . ad carbones faciendum propter usum fabricarum ipsorum et ad Fretas similiter faciendum.

**FRETALE**, Vascoquinarium, frictorium, sartago, Fricorium. Apitius lib. 7. cap. 5 : Assatura in colari elixatur, et infunditur in Fretali piper, condimentum, vel liquamen, etc.

\* Quo piper aliudve frangitur, Gall. Egrugeoir, petit moulin. Vide supra Fratillum.

† **FRETARE**, Fricare, Gall. Frotter. Ordinatio anni 1340. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 394. col. 2 : Item ipsos equos Fretari, estriliari, acomari, letteris eis fieri et bene estachari facere cum omni diligentia teneatur per valletos ipsorum.

† **FRETATIO**, Pretium pro conductione navis, Gall. le Fret. Litteræ ann. 1307. apud Rymerum tom. 8. pag. 12 : Expensas quas tam in emptione vinorum et Fretatione navium quam, etc. Vide Fretta 2.

\* **FRETELETUS**, Stemma, ut videtur, vel ornamentum reticulatum seu cancellatum ; item Vas formam rhombi referens, vulgo Losange, Hisp. Fretado, nostris Fretelet, Fretillet et Fritelet. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg. : Caput beati Clementis, in quodam vase argenti deaurati, . . . ornatum lapidibus vitrinis, in quo plures lapides deficiunt, divi est, et etiam duo Freteleti. Ibidem : Item quoddam sanctuarium sanctorum Dominici et Petri martyris ordinis Prædicatorum, in quo deficiunt duo Freteleti. Aliud Gallicum : Le chief S. Clement en un vaisseau . . . aorné de pierres de voirre, ouquel deffaut plusieurs pierres, et y faut deux Frolez. Melius infra : Item, un sanctuaire de S. Dominique et de S. Pierre le Martir Prescheur, et y faut deux Fritelez. Lit. remiss. ann. 1426. in Reg. 173. Chartoph. reg. ch. 474 : Une aiguiere vairée en ung petit Fretelet, qui a le biberon rompu. Lit. ann. 1397. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 187. col. 1 : Un hanap d'or tout plein, poinsonné de rosières, et sur le Fretillet une esme-raude. Vide supra Frestatus.

† **FRETELLA**, Fistulæ species, nostris Fretel et Fretiaux. Le Roman d'Athis MS. :

Sonnent buisines et tabours,  
Grans cors d'arain et mœnel,  
Freteaulx, fageaulx et chalemel.

\* Et Frestal : unde Fresteler, ejusmodi fistula canere. Bestiar. MS. ubi de Cervo :

De son de Frestel s'émervelle,  
Quand il a drechié l'oreille.

Anonymus inter Poem. reg. Navar. tom. 2. pag. 208 :

Fouchier forment Frestele  
Pour s'amieite Aelz.

† **FRETENGIA**. Vide Frisinga.

\* **FRETO**, FRETONUS, Monetæ species, lamina argentea, nostris Fretin et Fretton. Ordinatio Caroli dalph. ann. 1357. 8. Jun. in Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Vienne fol. 18. r. : Possunt esse in Fretone duo fortes et duo debiles, et habeant ab una parte, infra compassum, duos flores lilium et duos pisces dalphini, et in

*circuitu K. primogeniti Francorum regis, et ab alia parte, infra compassum, unam crucem planam, et in circuitu, Dalphinus Viennensis. Alia ann. 1362. ibid. fol. 42. r. : Et non possit esse in Fretone, nisi unus fortis et unus debilis. Reg. B. ejusd. Cam. ad ann. 1330. fol. 6. v. : Que li ouvrier puissent faire demi marc de cizaille, plus du plonc de xx. mars et un Fretone. Inventar. MS. eccl. Camerac. ann. 1371 : Item huit pieces d'argent, autrement Fretin. Lit. remiss. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 267 : Icelle Jehanne par plusieurs fois a vendu et apporté à vendre plusieurs pieces d'argent, appellé Fretin, ... lesquelles pieces de Fretin, etc. Alia ann. 1399. in Reg. 154. ch. 646 : Icelle exposant prinst... une certaine quantité de Fretin d'argent, qui pouoit bien valoir huit solz ou environ. Denique alia ann. 1410. in Reg. 164. ch. 174 : Pluseurs orfaeries, Fretin, aneaulx, cloux d'argent, etc. Vide supra Ferlina et Ferto.*

† FRETOSUS. Vide Fretum.

† 1. FRETТА, pro Frecta. Vide in hac voce.

† 2. FRETТА, Conductio navis onerariae, Gallice le Fret. Item, Fretium quod pro vectura quarumlibet mercium solvitur tum locatori, tum nautis. Præceptum Edwardi I. Reg. Angliæ ann. 1285. apud Rymerum tom. 2. pag. 298 : Navis, in qua mercimonia vel vina fuerint cum toto apparatu, annulus magistri navis in digito suo portatus, victualia nautarum, utensilia... monile, zona et ciphus argenteus magistri navis... erunt quieta de auxilio ad ejectionem maris predictam. Et etiam salva sit nautis Fretta vinorum et aliorum bonorum in navi existentium, quæ talia fuerint. Et magister navis amittat Frettam suam de dolcis seu bonis in mari sic projectis. Et omnia alia bona in navi existientia tam nautarum quam mercatorum, ut vina, etc. exceptis navis utensilibus... et Fretta de bonis quæ salva fuerint, ut predictum est de cætero debent appreciari in auxilium restitutionis bonorum extra navem per hujusmodi tempestatem ejectionum.

† FRETТАRE, Navem conducere. Gallis Freter un navire, apud Rymer. tom. 2. pag. 298. tom. 3. pag. 661. etc.

1. FRETUM, Rivulus canalis, Bras d'eau. Charta S. Bonifacii Archiep. Moguntini apud Browerum lib. 1. Antiq. Fuld. cap. 4 : Et ab ostio ejus sursum, usquequo ipsum flumen dividitur in Freta : inde transit inter media Freta, quæ nasci videntur de flumine Fulda. [\* Form. MSS. Senens. ann. 1414. ex Cod. reg. 4726. fol. 3. r. : Quod ædificium et molendinum, ... cum Fretis, steccatis, goruis, etc.] [Fraitte, eadem notione nostris. Le Roman d'Athis MS. :

Ce est à tart qu'il s'en repente  
De l'escoutie qu'il ot faite  
Quand il passa tout seul la Fraite.

Infra :

Jusqu'à la Fraite le ramaîne, etc.

Ibidem :

Oultre la Fraite tost s'en vet.

Vide alia notione in Fredum 1.

FRETOSUS LOCUS, Fretis imeditus, seu rivulus et canalibus. Isidorus Pagensis Episcopus in Chronic. æra 769 : Montana Vaceorum disecans, et Fretosa et plana percalcans, terras francorum intus expeditat, atque adeo eas penetrando gladio verberat. Ubi Rodericus Toletan. in Hist. Arab. cap. 18 : Fretosa

dissecans, et montana præcalcans Rodanum etiam dissulcavit. Idem Rodericus cap. 16 : Et dum per devia et Fretosa cursitant. Quo loco Schottus, Fruticosa legendum putat. Vide Fraustum.

\* 2. FRETUM, Naulum, Gall. Fret. Arest. ann. 1388. in Chartul. Campan. fol. 331. r. : Dicebant (major et scabini de Rupella) quod ipsi erant in possessione et saisina de qualibet nave... percipiendi tanquam pecuniæ summam, quantam navium conductores habere debebant pro vectura unius dolii vini; quæ pecuniæ perceptio, Fretum seu courretagium appellatur. Contract. matrim. inter Franc. comit. Montisf. et Isabel. reg. Scotiæ sororem ann. 1441. ex Bibl. reg. : Circa autem expensas navigii et solutionem nauti seu Freti navium... conveniret, etc. Vide Fretta 2.

\* 3. FRETUM, Præstatio pro tutela et protectione, idem quod Salvamentum 1. nostris Frestaige, Fretaige et Fretet. Charta Gaufr. Martel. comit. Andegav. ann. circ. 1040. inter Instr. tom. 7. Gall. Christ. col. 223 : Item in eadem villa etiam omnem pro advocacione, quam ibi hucusque habui, solutionem, quæ solet esse modiorum avenæ circiter decem, Deo et S. Genovefæ et clericis ejus remitto et ad talem levaminis modum redigo; cum me in partes illas, aut ad curiam regis, aut ad placita aliqua accedere contingeret, tunc equorum meorum pastui modios avenæ quatuor pro recognitione Freti mei præbeant. Redit. comit. Namurc. ann. 1265. in Reg. Cam. Comput. Insul. sign. Papier velu fol. 6. v. Namur. : Et si a li ciuens le Fretet de le vile, quant il violt, c'on apiele en Haynau coutumes. Libert. Castrivil. ann. 1286. apud D. Bouquet inter Instr. tom. 1. Jur. publ. Franc. pag. 409 : Nous avons retenus pour nos hoirs seignours de Châtiau-Villain nos fourz et nos molins baignaux, notre vente, nos minages et nos pressours, nos Frestaiges, nos cures et nos censses et nos autres rentes, par teil condition, que tuit cil de laditte franchise i useront, auxi comme ils y ont accoustumé à user. Lib. censuum et reddituum castel. Arciac. ad Albam fol. 17. r. : Les Frestaiges du Maignil la Contesse dehus au jour de la Saint Laurent... Les Frestaiges dehus à Saint Navort à la Saint Remi, etc.

† FRETUS, πρεθυσις, Fiducia, persuasio, in Supplemento Antiq. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : Fretus, Sehurs, appoiez, qui use. Vide alia notione in Fredum 1.

† FREVELA, Idem quod Fredum 1. unde corruptam hanc vocem putat Vadianus. Liber MS. reddituum ann. 1300 : Habet etiam dictus Episcopus in utraque curia, in S. videlicet et in V. merum imperium, hoc est, sicut vulgariter dicitur, Dub und Frevele. Frevel, Mulcta, Frevelen, Mulctari, in Libro Salic. Monast. Ebersh. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. col. 486. sqq. et Graff. Thesaur. Ling. Franc. tom. 3. col. 823.]

\* FRETUM, Mulcta, compositio, quæ fisco exsolvebatur, idem quod Fredum. Vide in hac voce. Dipl. Conradi Aug. I. ann. 1027. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 451 : Denique etiam concedimus prædicto monasterio omnes decimas, Frea et judicaria, vel omnem compositionem et exhibitionem publicam ex omnibus manentibus desuper memoratis cellulis et curtibus. Vide etiam Frevela.

\* FRETATURA, Ornamenti genus ex auro vel argento vesti assutum, ut supra Fresellus. Stat. Vercel. lib. 2. pag. 27.

v. : Si autem jocalia legaverit vel promiserit, et Freaturas, vel perlas, vel pannos lineos et laneos, etc. Stat. alia Ital. : Quod nullus dorerius debeat deaurare aliquos florenos argenteos vel Januinos, nisi causa faciendi Freaturas. Vide infra Frisatura.

\* FRESANGARIUM. Vide supra Freg-singarium.

† FRESINGIA. Vide Frisinga.

\* FREYEN, vox Germanica, Liber, ingenuus. Dipl. Caroli IV. imper. ann. 1346. tom. 2. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab Hontheim pag. 167. col. 2 : Etiam si causa et questio hujusmodi liberos et ingenuos, vulgariter dictos Freyen, dictæ Trevirensis ecclesiæ vasallos... respiciat vel contingat.

FREYGRAVIUS, Comes liber. Exstat Charta Ruperti Imp. qua Salentinum Freygravium, seu liberum Comitem in sede Freyheolenor vulgariter nuncupata sita in dominio Zuschen constituit, eumque de dicta sede Freygraviatus investit ann. 1420. Vide Gogravius. [\* Vide Haltaus. Glossar. German. voce Freygrav. col. 506.]

\* FREYNO, Fraxinus, Gall. Frêne. Sent. arbit. ann. 1500 : Item plus pronuntiaverunt, ... dicti arbitri, quod dicti parerit... teneantur et debeant facere unum mantellum nemoris... prope quandam arborem Freymonis, existentis supra rippam Breydam.

\* FREYRËSCHIA, Pars hæreditatis, quæ ad fratres primogeniti pervenit, in Charta ann. 1299. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 522. Vide Fratrenitas 6.

† FREZA, FREZIA, dicitur de ferculo fabaceo, in Transactione ann. 1351. inter Abbatem et Monachos Crassenses ex libro viridi fol. 53 : Omnibus diebus Veneris non jejunalibus dat dictus Dom. Abbas... unam quateriam (quarteriam) fabbarum pro Freziis in Conventu præparandis illa die, excepto tempore in quo inveniuntur fabæ teneres, qui tunc dat de ipsis fabis teneribus ortolanis Monasterio Crassensi dictis diebus Veneris loco prædictarum Frezarum, et etiam aliquibus aliis diebus, dum teneres comeduntur, et in dicto orto Monasterii prædicti inveniuntur. Fabas siliqua nudatas Feves frésées vel dérobées vocamus.

\* FREZAGIA, Minutæ fruges, legumina. Stat. Avellæ ann. 1496. cap. 42. ex Cod. reg. 4624 : Camparii... quousque ipsæ messes sint completæ, et quod blada, et Frezagia seu legumina sint meysonata et recolecta, stent et stare debeant in finibus et per fines Avillianæ... ad custodiendum ipsas messes, et ipsa blada, et Frezagia, et alios fructus.

† FREZATUS, Frezio seu fimbria ornatus. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39 : Item de capa dominæ Frezata v. sol. Rursum ibid. occurrit.

\* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 43. r. : Quemdam mantellum ipsius talis Frezatum seu muneratum certis mezaltheis argenti latenter accepit. Vide supra Frezatura.

† FREZIUM, FREZUM. Vide Fresium.

FRIA. Prima Statuta Roberti I. Regis Scotiæ cap. 12. § 1 : Stagna aut molendina, ... ubi salmunculi, seu smolti vel Friæ cujuscumque generis piscium maris, vel aquæ dulcis ascendunt, vel descendunt. § 2. Ita quod nulla Fria piscium impediatur ascendendo. Apud nos pisces dicuntur Freer vel Fraier, qui pisciculos edunt; Frey, ipsi pisciculi.

\* FRIBERGENSIS MONETÆ occurrit mentio in Charta ann. 1392. apud Schle-

gel. in Dissert. de Nummis antiq. Goth. etc. pag. 59: *Decem saeculæ Fribergerium grossorum.*

† **FRIBNIANUS**, Vide *Favonium*.

† **FRIBOLA**, *Vasa fictilia*, in Glossis Sangerm. MSS. n. 501. Papias habet: *Fribula, Vasa fictilia, quasi fragilia*. Videtur legendum *Frivola*. Vide mox *Fribolum*.

† **FRIBOLUM**, Isidoro lib. 9. Orig. cap. 8. *Est cum eo animo separantur (conjuges), ut rursus ad se invicem revertantur. Nam Fribolum est velut quassæ mentis et effluxæ, nec stabilis. Proprie autem Fribola vocantur fictilia vasa inutilia.* Vide *Fribusculum*.

† **FRIBONA**, Bona libera, in Statut. Erford. ann. 1281. apud Haltaus. voce *Frey*, Glossar. German. col. 495.

**FRIBORGA**, **FRIBORGUS**, **FRIBORG**, **FRIBORHGES**. *Friborga* est fidejussio libera, ingenua, nostris *francum plegium*, a Saxon. *Freo*, id est, liber, et *borh*, genit. casu *borges*, fidejussor, vas: *Friborgus* vero, fidejussor. Est autem *Friborga* idem quod *Decenna*, seu Collegium vel Societas decem primariorum hominum in unaquaque villa, qui singuli invicem fidejussores erant erga Regem de restaurando damno ab eorum quolibet illato. *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 10: *Fricborgh, est laudabilis homo astrarius testimonii, liber vel servus, per quem omnes iuxta ipsum commorantes firmiori pace sustententur sub stabilitate fidejussionis ejus vel alterius per denarium numerum unde, quilibet est quasi plegias alterius, ita quod si unus feloniam fecerit, novem teneantur ipsum ad standum recto presentare.* Hæc etiam pluribus docent Leges Edwardi Confessoris cap. 19: *Præterea est quedam summa et maxima securitas, per quam omnes statu firmissimo sustententur, videlicet, ut unusquisque stabilitat se sub fidejussionis securitate, quam Angli vocant Freoborghes: soli tamen Eboracenses dicunt eandem Tienmannatala quod sonat Latine decem hominum numerum. Hæc securitas hoc modo fiebat, scilicet, quod de omnibus villis totius regni sub decennali fidejussione debebant esse universi: ita quod si unus ex decem forisfecerit, novem ad rectum eum haberent. Quod si aufugeret, daretur lege terminus ei 31. dierum; quæ sitis interim et inventus, ad justitiam Regis adduceretur, ut de suo illico restauraret damnum, quod fecerat, et si ad hoc forisfaceret, de corpore suo justitia fieret. Sed si infra prædictum terminum inveniri non posset, quia in omni Friborgo unus erat capitalis, quem vocabant Friborghes-heofod, (i. fidejussorem primum,) ipse capitalis sumeret duos de melioribus sui Friborgi, et de tribus Friborgis sibi propinquioribus acciperet de unoquoque capitalem, et duos de melioribus unusquisque Friborgi, si posset habere, et ita, se duodecimo existente, purgaret se et Friborgum suum, si facere posset, de forisfacto et fuga supra dicti malefactoris. Quod si facere non posset, ipse cum Friborgo suo damnum restauraret de proprio malefactoris, quamdiu duraret, quo deficiente, de suo et Friborgi sui perficeret, et erga justitiam emendaret, secundum quod legaliter eis judicatum fuisset. Tandem vero sacramentum, quod non potuerunt adimplere per tres Friborgos sibi viciniores, per se ipsos jurarent, sese nullatenus fore culpabiles, et si quando possent eum recuperare, adducerent ad justitiam, aut justitiæ dicerent, ubi esset. Istius institutionis causa et origo habentur cap. seq. Quomodo vero iis casibus in Fribor-*

*gum* procederetur, docent Bracton. lib. 3. tract. 2. qui est de Corona, cap. 10. *Fleta* lib. 1. cap. 27. lib. 2. cap. 52. Adde Skenæum de Verbor. significat. Vide *Decena* 2. *Decanus* 3. *Plegium francum*. [Non plane idem est *Friborga* quod *Decenna*. Vide Philipps. de Jure Anglos. § 31. et not. 266. Lappenb. Histor. Angl. tom. 1. pag. 589. ubi observat vir doctissimus ante Normannorum tempora vocem *Freoborh*, quamvis Anglosaxonicam, non occurrere.]

† **FRIBOTO**, Nuntius publicus, liber et sacratus Judicii, ex Germ. *Freybote*. Officium dicitur *Friboteria*. Vide Haltaus. Glossar. German. col. 502.

† **FRIBRIA**, Luna. Papias.

† **FRIBULA**, Vide *Fribola*.

† **FRIBULUM**, *Lo vaso de terra*. Glossar. Lat. Ital. MS. Vide *Fribolum*.

† **FRIBUSCULUM**, vel ut alii efferunt, *Frigusculum, Fribusculum, Friusculum, Friuolusculum, Jurgium leve*. Dig. lib. 24. tit. 1. leg. 32. § 12: *Quod si divortium non intercesserit, sed Fribusculum, profecto valebit donatio, si Fribusculum quæsit. Notio patet ex libro 23. leg. 31: Quod si non divortium, sed Jurgium fuit, dos ejusdem matrimonii manebit.* Vide *Fribolum*.

† **FRICA**, *Tostæ carnis frustulum*, Gall. *Charbonnée*. Reg. S. Justi in Cam. Comput. Paris. fol. 228. vº: *Ecce partes (firmæ) videlicet apud Hotot Lauverc, una Frica carniū porcinarum, etc.* Vide infra *Frica*.

† **FRICARE**, *Frigere*, Gall. *Frîre, Fricasser*. Menot. Serem. fol. 121. vº: *Nihil amplius erat Fricandum, nec ponendum sub dente; quod ipse sic reddit: Il n'avoit plus que Frîre et que mettre sous la dent.*

† Nostris *Frîre* dixerunt pro *Frémere*, exhorrescere, vulgo *Fremir, frissonner de peur*, ut legitur tom. 1. *Fabul.* pag. 10:

Quant li vilains s'ot clamer mire,  
Treatoz li sans li preient à Frîre.

† **FRICATA**, f. *Sartago*, Gall. *Poêle à frîre*. Inventarium utensilium MS. in Tabul. Compendiensi: *Unum pelvim necessarium ad lavandas manus, et una Fricata (sic) et duos aenos magnos et unum parvum, et unum tripodem, et duos caminos, etc.* [In Chartul. ejusd. monast. Compend. fol. 210. vº. legitur, *Fricatura*.]

† **FRICDOR**. Vide *Frigdor*.

† **FRICBORCH**. Vide *Friborga*.

† **FRICHA**, *Ager incultus et eremus*, Gall. *Friche*. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. 53. Chartoph. reg. ch. 261: *Item quinque arpenta terræ in Fricchia, cum antiqua vinea, etc.* Vide infra *Frischa*.

† **FRICHUM**. Vide *Fricum*.

† **FRICIPEDUS**, f. *Pedum detersio, vel refrigeratio*. Comœd. sine nomine act. 1. sc. 1. ex Cod. reg. 8163: *Ut tibi etiam sompniculandi paremus causas, Fricipedum lenem, parvum ac sonorum stillicidium, etc.*

† **FRIGO**, Cui in Monasteriis *fricare* aut *tergere* quidpiam incumbit. Bernardus Mon. in Consuetudinibus MSS. Cluniacensib. cap. 12. de Hospitario: *Præterea habet proprios famulos, unum majorem cocum, et unum portarium, et unum Friconem, qui tergit calcaria et ocreas, et aportat aquam, et asinarium, et asinum, etc.* [Vide *Freo*.]

† **FRICTEBERO**. Vide *Ferthebero*.

† **FRICTILIS**. [Qui frigitur, apud *Apic.* 4. 2.]

† **FRICTIONES**, ex Gallico *Frictions*, quasi *Frigitiones*, ἔρη τοῦ πεπετοῦ. Gregorius Tur. de Vitis Patrum cap. 6: *Ita sospi-*

*tati est restitutus, ut nec illas, quas vulgo Frictiones vocant, ultra perferret.*

† **FRICTISSA**, *La resina*. Gloss. Lat. Ital. MS.

† **FRIDARIA**. Vide *Frigidaria*.

† **FRIDDUM**. **FRIDEBRIEF**. V. in *Fredum* 1.

† **FRIDECHETA**, in Statutis Mediolan. part. 2. 6. 457.

† **FRIDGILDUM**. Vide *Friithgildum*.

† **FRIDMANNUS**. Vide *Friithmannus*.

† **FRIDSTOLL**. Vide *Friithstoll*.

† **FRIDUS**. Vide *Fredum* 1.

† **FRIESACENSIS**. Vide *Friaacensis*.

† **FRIFRASIGENA**. Lex Salica tit. 70:

*Si quis filiam alienam ad conjugium quæsierit presentibus et puellæ parentibus, et postea se retraxerit, et eam accipere noluerit, malb. Frifrasigena, MMD. denar. etc.* MS. Reg. habet, *Frifastina*. Ubi manifestum est agi de repudio puellæ desponsatæ. Vocis originem a Saxon. *Frien*, Germ. *freyen*, Matrimonium inire, nubere viro, vel ducere uxorem, deducit Eccardus. *Frifra* ergo idem est ac *ad conjugium quæsierit*; *Sige na* vero (sic enim distincte legendum) *traxerit retro*; a *Zihen*, trahere, et *Na*, post, retro.

† **FRIGDARIUM**, *Receptaculum piscium*, in Gl. MSS.

† **FRIGDARE**, **FRIGDESCERE**. V. *Frigdor*.

† **FRIGDOLE**. Vide *Crispellæ*.

† **FRIGDOR**. Glossæ antiquæ MSS.: *Fricdor, Frigus, frigidum*. Gloss. MS. Regium Cod. 1013: *Algor, Frigus, Frigidor*.

Alibi: *Friguidit, Alsit, Frigident, Frigdescunt*. Idem Gloss.: *Rigor, rectitudo, severitas, et stupor Frigidoris, algidum, frigidum*. Papias: *Frigdor, frigus, frigidum, Frigident, frigescent*. Et alibi: *Pepiyscis, Frigidor*. Ex Gr. πεπιδυσις. [Gl. Lat. Gall. Sangerm.: *Frigdere, Avoir froit*.] Brevisloq.: *Frigdor, oris, frigus*.

Vetus Interpres Moschionis apud Jos. Scalig. Epist. 327. *ϕυγδρος, Frigidor*.

Gloss. Longobard. S. Germani Paristen-

sis, ex veteri Galeni Interprete: *Vomitus sit ex Frigore et flegmatum abundantia, etc.* Vetus Interpres Alexandri Iatrosoph. lib. 3. *Passion. Cæterarum vero febrium... nihil ex eis signis habent, quæ sunt horrores, tremores, Frigores, rigores*. Octavianus Horatian. lib. 2. *Re-*

*rum Medic. cap. 16: Item ex calore im-*

*mense, vel ardore, ut est causon,...* *Frig-*

*dore quoque et singultu.* Idem lib. 4. de

resina cum oleo: *Facit autem ad totius*

*corporis Frigidorem, et ad ischiam et po-*

*dagram utilissime prodest.* [Occurrit

apud Richerum lib. 2. cap. 59. et lib. 8.

cap. 14.] Vide *Frigor, Distemperantia*.

† **FRIGDORÆ** et **OCCIDENTANÆ**, Toni

vel modi musici, a Notkero Balbulo

adinventi. Eckehardus Junior de Casib.

S. Galli cap. 4: *Fecerat quidem Petrus*

*ibi jubilos ad Sequentias, quas Metenses*

*vocant: Romanus vero Romane nobis e*

*contra et amone de suo jubilos modula-*

*verat, quos quidem post Notkerus quibus*

*videmus verbis ligabat. Frigidoræ videlicet*

*et Occidentanæ, quas sic nominabant*

*jubilos, his animatus etiam ipse de suo*

*excogitavit. Eadem propemodum habet*

*Eckehardus Minimus de Vita Notkeri*

*Balbuli cap. 9. Jodocus Mezlerus: S.*

*Notkerus vocatus Balbulus, Magni Otto-*

*nepos, natus in Castro Heligow, Ab-*

*bati Grimaldo oblatu est juvenculus, voce*

*balbulus,...* primus adinvenit jubilos seu

*sequentias modulatas, quas ipse ad dis-*

*inctionem Metensium appellabat Frig-*

*idoræ, aut Occidentanæ, quas et inter*

*sacrosancta mysteria toties Ecclesia re-*

*petit. Sed ex his vim aut etymon voca-*

buli vix quis agnoscat. Goldastus ad Eckearдум scribit, *Frigidorarum* originem a Græcis, *Occidentanarum* ab Latinis esse, ipsa nomina fidem facere; *Frigidoramque* appellatam, quod constiterit ex modis, quos *Phrygium* et *Dorium* vocant Græci. Cætera, quæ ibidem de musica recentiorum commentatur, majorem lucem horum vocabulorum etymis non afferunt. In veteri Cod. Bibliothecæ Cæsareæ, scripto ante annos circiter 700. quo continentur Hymni Ecclesiastici varii, apud Petrum Lambecium lib. 2. Commentar. de Bibl. Cæsar. cap. 8. hymnus describitur, qui in sancti Paschatis die decantatur, in quo hæc habentur: *In sancto die Paschæ Frigidola. Laudes Salvatori voce modulæmus supplici, et devotis melodis, etc.* Qua quidem *Frigidolæ* inscriptione innuitur hoc tono Hymnum cani debere: unde cum Hymno, qui canitur in Natali S. Stephani, *Hypodiakonissa*; in Natali S. Joannis Evangelistæ, *Romana*; et denique Hymno de S. Andrea Apostolo, et Hymno de Apostolis, *Aurea*, voces præponantur: prorsus existimo, ita eo ævo appellatos certos musicos tonos ac modos, quibus ii Hymni decantari deberent. [\*] Hymni et tropi inscribuntur aut *romani*, aut *græci, aurei, fiduculi, frigidoli*, aut *occidentanti* pro tonorum diversitate, in codicibus sec. X. qui hodie quoque apud S. Gallum exstant. Vide Pertz. vol. 2. Script. pag. 102. not. 53.]

\* **FRIGEFACTO**, [Frigidum facio. *Plaut.* Pæn. 3. 5. 14. Calidum prandisti prandium hodie, qui os nunc *Frigefactas*?]

† **FRIGELLUS**, pro *Frigilla*, in Medicina Salernit. pag. 176. Edit. 1622. Est autem *Frigilla*, vel *Fringilla* Festo, *Avis dicta, quod frigore cantet et vigeat; unde et Frigutire*. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frigilla, une maniere d'oiseil qui chante par le froit*. Gloss. Lat. Gr. *Frigilla, στίκα*. Gloss. Græc. Lat.: *Στίκος, ὁ στρούθός, Frincillus, Fringillus*. A *στίκεν* per onomatopœian dictam putant. Nos appellamus *Pinson*, Itali *Frangello*. Martialis 9. Epigram. 55:

Nunc sturnos Inopes Fringillarumque querelas.

Quidam legunt *Frigillarum*.

\* **FRIGENS**, [Insaniens. Dief.]

**FRIGEDO**, Frigus. Vetus Interpres Alex. Iatrosoph. lib. 2. Passonum: *Membrana calefacta et temperata Friggedine*. \* *Froidour*, pro *Frais, fraîcheur*, Aura, frigus amœnum, in Vita J. C. MS.:

Sains Phanuius se jut un jour

Enmi la salle à la Froidour

Sour une kiolte de cendal.

**FRIGIDARE**, Frigefacere, *Refrigidir*. *Frigidare ardorem tentationum*, in Vita S. Isidori Episcopi Hispal. num. 18.

**FRIGIDARIA**, FRIDARIA, voces Mathematicorum, [quibus certum quemdam annorum numerum significant, in quo planeta gubernans, ut fingunt, vitam nati, confert ei bonum vel malum.] Joannes Hispalensis in Astrolog.: *Volens ergo scire, de cujus Frigidaria sit quisque annus, demus annis Christi 15. annos: reliquum dividas per 75. quot remanet a divisione, dividas per planetas, a sole incipiens, et in cujus annis invenieris, ipse est dominus*. Ita *Fridaria* passim alibi scribitur: [ad quam vocem vide Lexicon Martini.]

**FRIGIDIARIUM**, ψυχροφάρον. Gloss. Gr. Lat.: *Ψυροφάριον*, in Lat. Gr. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frigidiarium, lieu frest*.] Vide *Frigidarium*.

\* **FRIGIDUS**, Qui tranquillo et sedato

animo est, Gall. *de sang froid*. Lit. remiss. ann. 1350. in Reg. 80. Chartoph. reg. ch. 130: *Vi tormentorum confessus fuit multa crimina et excessus, quæ et quos revera nunquam fecerat, nec ipsa confessus fuit Frigidus*.

† **FRIGINGIA**. Vide *Frisinga*.

**FRIGISCI** EQUI, quos *Chevaux de Frise* dicimus *velocitate et continuatione cursus invicti*, apud Vegetium lib. 3. Art. veterin. cap. 6.

\* **FRIGITARE**, [Frigus deducere. Dief.]

**FRIGITUDO**, Frigida complexio. Constantinus Afric. lib. de Stomachi affect. cap. 5: *Frigitudo vero membra exprimit*.

1. **FRIGIUM**, [Mitra Constantinii Imp. *Frigium candido splendore ejus sacratissimo capiti impositum*. Gloss. Isid. Ornamentum capitis est opere phrygio contextum. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frigium, Mitre d'Evêque que l'en fait en Frige*. Vide *Phrygium*.

\* 2. **FRIGIUM**, *Lo frizo*, in Glossar. Lat. Ital. MS.

**FRIGOR**, *Frigus*. Ugutio, et ex eo Joannes de Janua: *Frigores, Febres, quæ faciunt homines frigere*. Gloss. Lat. Gall.: *Frigores, Froidures de fievres*. Gloss. Lat. MS. Reg.: *Frigor, Timor, vel Algor, Frigus*. Poeta infimi sæculi MS. ex Bibl. Thuana:

Est febris Frigor, hiemis quoque mach... frigus  
A frigo, frigis, seu frigeo, dicis utrumque.

Vita S. Romani Presbyteri MS: *Pariter qui Frigoribus torquebantur, a dæmonibus obsessi, etc.* Vita S. Eparchii, apud Labbeum: *Febrecitantes typo Frigoris, quartanis videlicet et quotidianis febribus afflicti. Typus Frigoris*, in Vita S. Severini Abb. Agaunensis num. 3. Messianus in Vita S. Cæsarii: *Quidam jam totus Frigore quartanæ febris incurrit, atque tremebundus ambulat*. Mox: *Da mihi de pannis S. Cæsarii, propter Frigoræ, quia multos juvant, etc.* Rursum: *Ego hodie febrim patior, et jam totus tremo*. Vide Fortunatum in Vita S. Germani Paris. cap. 20. eumd. in Vita S. Paterni cap. 3. et in Vita S. Radegundis cap. 20. Acta Elevationis S. Agricolaë num. 4. Faustum in Vita S. Severini Abbat. Agaun. cap. 1. Herardum Turon. in Capitul. cap. 3. etc.

**FRIGUS FEBRIUM**, Eadem notione, apud Gregor. Turon. lib. 4. de Vita S. Martini cap. 21. *Frigora*, eisdem de Gloria Confess. cap. 24. 85. et in Vita S. Vodali Benedicti n. 15. *Febrium Frigora*, in Vita S. Genovefæ n. 37. *Rigores Frigorum*, apud Julium Africanum lib. 5. Hist. Apostol. *Frigora et febrium typi*, apud Apul. de Herbis cap. 21.

**FRIGORITIO**, Gregorio Turon. de Glor. Confess. cap. 21.

**FRIGORATIO**, eisdem in Vitis Patr. cap. 8. nisi legendum sit *Frigoritio*.

**FRIGORETICUS MORBUS**, pro ipsa febre, apud Hepidannum in Vita S. Wihoradæ lib. 1. cap. 27.

**FRIGORETICI**, Ipsi febrecitantes, apud Gregor. Turon. lib. 1. de Miracul. cap. 6. 73. 101. lib. 2. cap. 44. 49. de Gloria Confess. cap. 15. 16. 21. 25. lib. 1. de Mirac. S. Mart. cap. 34. 98. etc. de Vitis Patr. cap. 8. etc. lib. 5. Hist. cap. 10. Frodoardum in Hist. Eccl. Rem. lib. 2. cap. 14. lib. 4. cap. 44. Baldricum in Chron. Camerac. lib. 1. cap. 55. in Chron. Lobiensi pag. 591. in Translat. Reliq. S. Rigoberti Archiep. Rem. n. 5. in Actis Elevat. S. Agricolaë num. 4. etc.

Petrus-Maria Campus in Vita B. Conradi Eremitæ cap. 8. scribit, etiamnum a Siculis quartanam febrim *Frigoris* vo-

cabulo appellari. Est autem his locis *Frigor* idem, quod Græcis *βίγος*, *Frigus febrium*: unde ipsa febris eodem donatur nomine, *καταρτατων βίγος*, quartana febris, apud Annam Comnenam lib. 7. pag. 212. *ἐπιβολή βίγος*, frigoris in febre accessio, et *βίγη περιδοκία*, rigores febrium circuitu redeuntes, apud Medicos, *βίγαζόμενοι*, *Frigoretici*, apud Palladium in Hist. Laus. cap. 12. *Horrorum aut Frigus patientes*, apud Alexandrum Iatrosophistam lib. 1. Passion. *Accessiones, quæ cum Rigore fiunt*, apud eundem lib. 2. cap. 77. Celsus lib. 3. cap. 3: *Frigus voco, ubi extremæ partes membrorum inalescunt: horrorem, ubi totum corpus intremis*. Est autem horror in febribus, uti Galenus lib. 2. de Differentiis febrium tradit, inter rigorem et frigus medius, rigore quidem minor, frigore vero major: et tanto quidem major frigore, quanto minor rigore, æqualiter absistens extremis utrisque, et in medio eorum existens. Vide Notas ad Alexiadem pag. 339.

\* **FRIGORENSIS**, Foro Juliensis, Gall. de Frejus. Charta ann. 1081. ex Tabul. S. Vict. Massil.: *Donamus octavam partem, quam habemus in villa Torretas, quæ est in episcopatu Frigorensi*. Vide *Frejurium*.

\* **FRIGOROSITAS**, *Frillouseté*. *Frigorose, frillouusement*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684.

**FRIGOROSUS**, *Plenus frigore*, Johan. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frigorosus, Freilleux, plein de froit*.] *Frigorose regiones*, apud Anonymum de Re architectonica cap. 2.

\* *Frieuleus*, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Aval la vile vit un homme...

Maigre, remis et eskené,

Frieuleus, pale et enfonda, etc.

† **FRIGUCIRE**. Vide *Frigutire*.

† **FRIGUS**. Vide *Frigor*.

† **FRIGUSCULUM**. Vide *Fribusculum*.

**FRIGUTILUS**. Glossæ MSS. Alexandrum Iatrosoph.: *Erpes cancreas, i. granosa desudatio, quam Salernitani Frigutilum dicunt*.

† **FRIGUTIRE**, *Subtiliter agarrrire, vel frigide se ducere*. Johan. Janua. Glossar. Lat. Gall. Sangerm.: *Frigutire, soy demener, ou travailler pour le froit, friller ou frissonner*.

\* **FRIHEMGEREDE**. Diploma Ludov. IV. imper. ann. 1332. tom. 2. Hist. Trevir. Jo. Nic. ab Hontheim pag. 120. col. 2: *Item confirmamus... plenam jurisdictionem in Camperg, et in omnibus et singulis jurisdictionibus, villis et earum hominibus diocesis Trevirensis, ubi homines seu villani iudicium reddere et exequi in causis criminalibus, civilibus et mixtis hactenus consueverunt, quæ jurisdictiones Frihemgerede, vulgariter nuncupantur*. Quæ totidem verbis rursus leguntur in Dipl. Caroli IV. imper. ann. 1346. ibid. pag. 167. col. 1. A. Germ. *Friede, pax, et Gericht, iudicium*; quo nomine appellari solet iudicatio scabinorum, de qua hic agitur. Vide in *Pax*, [\*] et *Haltaus*. Glossar. German. voce *Freyricht*, col. 504.]

**FRILAZIN**, Manumissus, libertus, libertinus; ab Anglo-Saxon. *fre*, vel *freoh*, liber, et *lesan*, dimittere. Gloss. Theotisc. apud Lindenbrogium: *Libertini, Frilaza*. Lex. Bajwar. tit. 7. cap. 10: *Si cum manumissa, quam Frilazin vocant, et maritum habet, concubuerit, etc.* Lex eadem cap. 6. Edit. Heroldi: *De liberis, qui per manum di-*

*missi sunt liberi, quod Frilatze vocant.* Desunt ultima hæc verba in Edit. Lindenbr. Vide Pontanum lib. 6. Orig. Francic. cap. 15. et Cluver. lib. 1. Germ. antiq. cap. 15. et Joan Gryphiantrum de Weichbildis Saxonis cap. 24. [Vide *Friolasia*.]

¶ Hinc, ni fallor, nostri *Fresine* dixerunt pro Manumissa, libertina, Gall. *Affranchie*. Le Roman d'Athis MS. :

..... Alemandino  
Qui n'estoit garce, ne Fresine,  
Mais fille au Duc de noble affaire.

¶ **FRILINGI**, Ingenui, liberi, ex Saxonico fre, liber, et ling, progenies. Nithardus lib. 4. pag. 376: *Saxonica gens omnis in tribus ordinibus divisa consistit. Sunt enim inter illos, qui Edhilingi, sunt qui Frilingi, sunt qui Lazzi illorum lingua dicuntur; Latina vero lingua hi sunt: Nobiles, Ingenui, Serviles.* [\*\* Fere eadem in Vita S. Lebuini apud Pertz. vol. 2. Script. pag. 361.] Vide Cluverium lib. 1. Germ. antiq. cap. 15.

¶ **FRIMANTIA**, quæ *Firmantia*, mulcta pecuniaria, quæ ab iis exigebatur qui *firmantias* seu fideiussiones dederant. Charta Guillelmi dom. Montispessulani ann. 1108: *Hæc autem sunt vicariæ pertinentia, scilicet omnes Firmantiæ et omnia distincta omnium, etc. Hæc omnia vobis dono præter districta et Firmantias Militum Montispessulani et uxorum illorum.* Alia ann. 1189: *Cum feodis, fevalibus, ... tollis, quistis, Firmantiis, justitiis, etc.*

¶ **FRINCILLUS**, FRINGILLA, FRINGILLUS. Vide *Frigellus*.

\* **FRINDIRE**. Vide supra *Baulare*.

\* **FRINGIA**, Fimbria, Gall. *Frangé*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1478: *Pro quadraginta ulnis Fringiarum in duplici filo cortinis altaris chori applicatarum, pro ulna xvij. den.* Vide *Frangia*.

\* **FRINGIONUS**, Genus vestimenti. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641.

¶ **FRINGULARE**, de gabriarum clamore supra dicitur in *Baulare*.

\* **FRINGULIRRE**. Vide supra *Baulare*.

¶ **FRINIGILDUM**, Mulcta viri liberi, ex Sax. Frinan, liber, ingenuus, et geld, mulcta, pensatio. Occurrit in Leg. Henr. I. cap. 76, [\*\* ubi Thorp. legit *Frumgildum*.]

¶ **FRINTINNIRE** dicuntur Cicadæ, in verbo *Baulare*. Aliis *Frintinnire* est Subsillire cum sono vel erigi vel excitari. Vide Martii Lexic. voce *Frigutio*.

¶ **FRINTSCHINGUM**. Vide *Friscinga*.

¶ **FRIOBLITTO**. Lex Salica tit. 20. § 6: *Si vero intra costas, aut in ventrem, ita ut vulnus ad interanea pervenerit, et semper currat, et non sanat, malb. Frioblitto, mmd. denar. etc. A Blitte vel Blutte, Sanguis, et Frio vel fer, ver, particula intensiva. Verbluten etiamnum usurpant Germani, teste Eccardo, cum de sanguine e vulnere incessanter currente loquuntur. Unde *Frioblitto* idem sonat ac semper currat sanguis.*

¶ **FRIOFALD**, Campus liber, undique patens, a Sax. fre, liber, et feld, campus. Lex Salica tit. 44. § 8: *Si quis hominem ingenuum invenerit in quadrivio, ... et eum privat vita, aut occiderit, malb. Friofald, iim. denar. etc.* Vide *Feld*.

¶ **FRIOFALTOVO**. Lex Salica tit. 42 § 4: *Si quis hominem ingenuum plagaverit et vendiderit, et postea in patriam reversus fuerit, malb. Friofaltovo, etc.* Ubi *Faltovo*, Eccardo interprete, idem significat quod *Falthue* Germanis, hoc est, rapi-

nam fecerit; a *Fal* quod maleficium et rapinam denotat.

¶ **FRIOLASIA**, vox ejusdem originis et notionis ac *Frilazin* supra. Lex Salica tit. 15. § 9: *Si quis cum ingenua puella et spontanea voluntate ambarum partium coiverit... malb. Friolasia, mdccc. denar. etc.* MS. Reg. pro *spontanea voluntate* habet *sponsata ambo partes convenerint*: unde Schilterus desponsatam potius quam libertam hic intelligi debere suspicatur. Malim libertam cum Eccardo interpretari quam Germani etiamnum *Freygelassene* vocant.

\* **FRIOZKINGA**, Idem quod *Friscinga*. Vide in hac voce. Charta Henr. III. imper. ann. 1054. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* pag. 398. col. 1: *Eadem vero die abbas ipse advocato servitium dabit duos modios panis, Friezkingas quatuor et unam amam vini.* Vide supra *Fressengia*.

¶ **FRIPIARIUS**, Interpolator, qui vestes vendit interpolas et resarcitas, Gall. *Fripiier*, in Necrologio MS. Confratriæ Clericorum apud Pontisaram. Vide *Frepata vestes*, [\* et supra *Ferperius*.]

\* **FRIPERIA**, Vestes interpolæ, Gall. *Fripperie*. Lit. ann. 1278. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 107: *Cum intellexerimus... quod mulieres et alie pauperes et miserabiles personæ Friperiam et parvos sotularios aliasque minutas mercaturas consueverunt vendere Parisiis, in vico iuxta murum cimierii ecclesie sanctorum Innocentium, etc.* Vide supra *Ferperia*.

\* **FRIQUERIUS**, Qui carnes frixas vendit. Consuet. Carcass. in Reg. I. Charthoph. reg. ch. 3: *Omnes habitatores Carcassonnæ, exceptis macellatoribus et Friqueriis, habent salacium de salino Carcassonnæ ad usum suum.*

\* **FRISACENSIS MONETA**, Quæ Frisaci in Carinthia cudebatur. Liber census eccles. Rom. apud Murator. tom. 5. Antiq. Ital. med. ævi col. 878: *Ecclesia S. Petri quam M. de Hunpert construxit in prædio suo, singulis annis debet solvere domino papæ pro censu xij. denarios Frisacenses.* Charta Volrici Aquilej. patriar. ann. 1176. inter Monum. ejusd. eccl. cap. 63. col. 598: *Quisque (negotiator) pro uno passu de terra nostra quam occupavit, duos denarios Frisacensis monetæ singulis annis... nobis persolvant.* Alia ann. 1180. ibid. cap. 64. col. 621: *Annuatim quinque denarios Frisacenses præfatæ ecclesie (Mosacensi) nomine census persolvant.* Dipl. Frider. II. imper. ann. 1242. ibid. cap. 54. col. 508. pro eccl. Bamberg. : *Apud Villacum novam monetam cudi faciat, quæ Frisacensi monetæ æquipolleat. Marchæ Fresacensium denariorum mentio rursus occurrit in Ch. ann. 1169. et 1191. apud Bern. Pez. tom. 3. Anecd. part. 3. art. ix. et cxiv. Comput. decimis in Italia collectæ pro subsidio T. S. ann. 1278. ex Cod. reg. 5576. fol. 242. vº: *Libræ vij. ij. et sol. ix. Veronensium parvorum, et duæ marchæ Frisacensium novorum argenti de Aquilegia, ... computato mihi per collectores quolibet Frisacensi pro xij. Veronensibus parvis.**

\* **FRISALICUS**, Pari intellectu. Charta Andree reg. Hungar. ann. 1214. inter Probat. tom. 2. Annal. Præmonst. col. 18: *Tertium (l. terram) prædio de Hormeliz adjacentem contulit... pro octoginta tribus marctis et decem et septem ponderibus et duobus Frisalicis emptam.* Alia ejusd. reg. ann. 1233. apud Cencium inter Cens. eccl. Rom.: *Argentum vero quod prædictis ecclesiis persolvetur, erit in bonis Frisalicis.* Hinc pro

**FRIZANTUS**. Historia de Exordio Monasterii S. Joannis de Tarouça in Lusitania: *Dedit illis 70. Morabitos auri, et ipse Rex dedit 70. Frisantos de argento, ut facerent servitialia Ecclesie. An Frisius pannus, vel moneta argentea?* [\* Legendum est procul dubio *Frisalicus*.] [\*\* Pluries occurrit *Frizante* in ant. Chart. Lusit. Vide S. Rosa de Viterbo in hac voce qui Ignorari scribit pondus et valorem hujus nummi.]

\* **FRISARE**, Fimbriis aut alia re ornare. Stat. ann. 1342. inter Monum. eccl. Aquilej. cap. 90. col. 896: *Item quod pannos aarum non possint aliter Frizare vel ornare, nisi cum duplonis aureis vel argenteis, seu seta.* Acta Capit. eccl. Lugdun. ad ann. 1340. fol. 64. rº. col. 1. ex Cam. Comput. Paris.: *Item vestimenta sacerdotalia nigra cum alba Frisata auri, stolis et manipulis.* Vide *Frisatus*.

¶ **FRISATURA**, Idem quod in fra *Frisum*. Concil. Tarracon. ann. 1591. inter Hispanica tom. 4. pag. 522: *Quicumque de cætero præficietur in Episcopum alicujus cathedralis Ecclesie, teneatur facere assignare Ecclesie cathedrali, in qua assumptus fuerit, intra triennium capellam integram de panno serico cum necessariis Frisaturis valentem ad minus trecentos florenos auri.* Vide *Frestum*.

\* Quidquid ornamenti vice vesti assuitur. Constit. Freder. reg. Sicil. cap. 86: *Quod nullus, sive vir sive mulier... cujuscumque ætatis, gradus et conditionis existat, audeat portare in vestibus, quas induerit, aliquam Frisaturam de pernis, auro vel serico, sub pœna unciarum auri sex, exceptis virginibus et mulieribus, quibus hoc permittitur.* Vide *Fresatura* et *Frisium*.

¶ **FRISATUS**, Fimbriis ornatus, Gall. *Orné de Franges*. Chron. Fossæ novæ apud Murator. tom. 7. col. 882: *Dominus Cardinalis obtulit et manibus suis posuit super majus sæpe nominatum altare suum paratum pretiosum, videlicet bonum amicum Frisatum, bonum cingulum Frisatum, et planetam Frisatam cum tali friso, etc.* Italis *Frizare* ornare est. Vide *Frisium*.

¶ **FRISCENGAGIUM**, FRISCHEGA. Vide *Friscinga*.

\* **FRISCHA**, Gall. *Friche*, Ager incultus, ut supra *Frichia*. Charta ann. 1404. in Reg. feud. comitat. Pictav. fol. 63. rº. ex Cam. Comput. Paris.: *Cum hominibus meis, mensionariis et aliis tenantiis meis et sensettis, aquis, collectis, costumis, Frischis, etc.* Vide supra *Frescium* et mox

\* **FRISCHEIA**, Eadem notione. Charta Phil. V. ann. 1818. in Reg. 56. Chartoph. reg. ch. 547: *Quæ omnia nemora sexcentis nonaginta octo acras vel circiter, tam in pleno bosco quam tallicis, quam etiam Frischeis et brueris continere dicuntur.* V. *Frisicum*.

\* **FRISCHIS**. Vide in *Noega*.

¶ **FRISCHIUM**. Ager incultus. V. *Frisicum*.

\* **FRISCHUS**, Recens, Ital. *Fresco*, Gall. *Frais*. Stat. Vercel. lib. 3. pag. 76. rº.: *Item quod caseus et carnes Frischæ sive salatæ vendantur ad pensum.* Hinc *Frec* et *Frique* vocabant nostri quod novum et recens erat. Bertrandus Clericus in Poem. MS. de Girardo Viennensi :

Il ot vestu un Frec ermine cher,  
Et un bliaut qui ot fait entaller.

Poem. Eust. Desch. a D. de S. Palaye laudat. in Comment. de Milit. ant. pag. 194 :

.... La mort à tous s'applique,  
Nulz advocats pour quelconque replique  
Ne scet plaider sans passer ce passage,  
Ne chevalier tant ait hermine Frique.

Ubi tamen *Frec* vel *Frique*, idem esse potest quod *Venustus*, elegans, apte munitus; quo sensu, ut et *Frisque*, apud nostrates passim occurrit de bominibus aliisve rebus dictum. Froissart. vol. 2. cap. 146: *Le gentil et joly duc Wincelins de Boesme, duc de Luxembourg et de Brabant, qui en son temps noble, Frisque, sage, amoureux et armeret avoit esté, etc.* Guiart. ad ann. 1269:

Un chastel bel et fort et Frique,  
Qui siet en l'entré d'Anfrique.

Unde *Frisquemont*, Egregie, lepide, eleganter. Lit. remiss. ann. 1473. in Reg. 195. Chartoph. reg. ch. 906: *Une jeune fille de xv. à xvij ans ou environ, laquelle estoit bien gorgiase et habillée fort Frisquemont, et en maniere mérétricale, etc.* Hist. Caroli VIII. reg. Franc. ad ann. 1495. pag. 176: *Par dessus ledit sayon il avoit un manteau en écharpe Frisquemont interjetté de la couleur que portoient ses pensionnaires.* Ut ut est, vox *Fraicheur*, pro *Initium*, rei alicujus novitas, legitur in Lit. remiss. ann. 1412. ex Reg. 167. ch. 1: *Est advenu que à la Fraicheur d'icelles coureries des gens d'armes et de trait, lors des deniers troubles, etc.* Unde *Cas de flesque* dicitur de Rixa, quæ ex subito impetu, non præcogitato animo fit, in Charta ann. 1398. ex Tabul. eccl. Camerac.: *Excepté toutes-voies cas de Fresque et nouvelle meslée de chaleur repentine et soubdaine, et mouvement de coraige boullant engenré.* A qua voce *Freschement* et *Fricquemont* usurparunt, pro *Statum*, illico, vulgo, à l'instant, d'abord. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 147. ch. 76: *Le suppliant Freschement fu aperçu par les gens dudit escuier saisi de laditte houppelande.* Froissart. vol. 1. cap. 189: *Ces Navarroy rançonnerent ces bourgeois de Tournay et d'autres villes à telles étoffes bien et Fricquemont, etc.* Vide *Frisus*.

**FRISCINGA**, **FRISCINKA**, **FRISKINGA**, **FRISCHENGA**, **FRISGUNGA**, voces in antiquis Chartis, non Alemannicis duntaxat, sed et Gallicis, admodum frequentes, et Germanicæ originis, licet de significatione inter Germanos non constet. Goldastus et Lydius vitulum opponunt, Vadianus et alii *scrofam adultam*: *Nam et nostri* (inquit) *venatores porcum silvestrum anniculum aut adultum Frischling vocant.* Sic etiam Rheni accolæ, inquit Pitheüs. Et certe constat etiamnum apud Occitanos effectam suam seu porcã *Frayse* vocitari. Erant igitur *Friscingæ* non porcelli, (ab his enim distinguuntur lib. 4. capitul. Caroli M. cap. 78. in Synodo Ticin. ann. 855. et in Capitulari tertio Ludovici Pii cap. 10.) sed porcellis majores, nondum tamen justi incrementi; unde pro ætatis et incrementi modo varii erant pretii. In Capitulis Caroli C. tit. 5. cap. 2. *Friscinga* æstimatur 6. denariis, alibi 4. Sic in Alemannicis S. Galli Chartis n. 12. 42. 49. 67. *Frischenga tremissa*, et *tremissalis* dicta est, quæ tremisse valeretur. Charta 60. *Frisgunga, seigit valenti.* Tremissis autem est tertia pars solidi: *seigit*, al. *saga*, quarta pars tremissis, i. denarius unus, ut exponitur in Lege Aleman. tit. 6. § 3. Charta Henrici IV. Imp. in Actis Murensis Monast. pag. 22: *Unum maltrum de frumento, et unum Frintschingum, et unum siclum de vino, etc.* [Perperam *Fruitschingum* editum tom. 5.

Gall. Chr. inter Instr. col. 514.] Adde Joan. a Leydis lib. 5. cap. 26. [\*\* Vide Grimm. Mythol. German. pag. 31. et Graffii Thesaur. Ling. Fr. tom. 3. col. 833.]

Vocis originem a Germanico *Frisch*, recens, accersit Eccardus, ovemque vel porcum anniculum denotare auctor est, Germ. nunc *Frischling*, aut *Froeschling*. Et quidem de porcis uti et de ovibus pariter hæc vox adhibetur. Pro porco juniore occurrit non raro in Breviario Rerum fiscal. Caroli M. pro ove annicula sæpius apud Notkerum in Psalterii Paraphrasi. Nihil ergo est cur de sue effecta *Frescingam* interpretemur, licet rustici Tolosani, teste la Faille Annal. Tolos. tom. 1. pag. 64. porcã vocent *Fraissengue*; Aurelianenses quippe, ut refert Menagius in Etymol. Gall. *Fresangeau* nominant porcum nondum plane adultum, porcello tamen lactente fortiore. Hæc non parum illustrant Informationes de dominio de la Londe 19. vol. des *Prisès et informations du temps des Anglois* fol. xv. vº: *Rentes et Fresenges dirent et apportèrent les dessus nommez que à la seigneurie appartient et deues deux Fresanges ou cinq sols iz pour chacun Fresange, quand il y a panage en ladite forest, et ne virent onques iceles Fresenges payer en espece; mais ont oy dire et tenir aux anciens qu'une Fresenge est une porcel farcy et que de tout temps ceux qui le doivent ont le choix de le payer en espece, ou en ledit argent, etc.*

Vocis origo, aut a Germanico *Frisch*, recens, ut vult Eccardus; aut a Gallico *Frais* sive *Fresche*, eadem notione, accersenda videtur; adeo ut *Friscinga*, sit porcus junior aut porci recentis portio. Et quidem huic interpretationi facile, ni fallor, aptantur loca omnia proposita. Vide supra *Fressengia* et *Frischus*.

Sunt, qui *Friscingas*, pro Pernis accipiunt, unde in veteri Diplomate apud Lindenbrogium, *Friscingæ ovina*, i. ovium coxendices: *Vervecinæ*, apud Browerum lib. 8. Annal. Trevir. pag. 434. 1. Edit ex veteri prædiatorio jure: *Solvit Frisingham porcina, aut denarios 4. vervecinam ad Pascha, aut denarios 12. quo loci Frisingam carnem assam perperam interpretatur idem Browerus. Frisingæ vervecinæ et porcina*, in Vita Aldrici Episcopi Cenoman. [Præceptum Caroli Crassi ann. 884. apud Mabill. Diplom. lib. 6. Instr. 114: *Ad quod (convivium) dentur de rebus fratrum panis modii x. vini modii x. Frisinga purcina v. arietes v. vaca i. bacco i. cum siccamine, porcelli ii. pulli xii. pulcini viii. equus pretii solidorum xxx. etc.*] Sane *frisingam*, vocem esse Germanicam, constat, ex *frisch*, recens et *schincke*, perna. Vide *Spalla*. At Werdelinus a voce Flandrica *Verchens*, et diminutive *Verchochens*, i. porcus adultus, deducit. *Verres seu Frisingæ*, apud Hincmarum Rem. ad Clerum Laud.: *Nec etiam quasi ad receptionem Regis aut Legationum... denarios, vel caballos, aut verres seu Frisingas... accipiat.* Vide Capitulare Tolosanum Caroli C. § 2.

Accipitur etiam hæc vox pro *Friscinga*, seu *Friscingæ* præstatione dominis fieri solita. Charta ann. 1210. in Hist. Guinensi pag. 265: *Scilicet unum operarium ter in hebdomada, dum licet operari, dimidium Frescingam, tres bustellos avenæ.* Adde pag. 94. Charta Willelmi Aquitan. Ducis apud Beslimum pag. 357: *Dono consuetudines... videlicet præposituram et bannum, et ucham, et expallum, et*

*Frisingam, et pullos, et anseres, etc.* Alia Ludovici Fr. Reg. ann. 1144. apud Labbeum tom. 2. Miscellan. pag. 609: *Consuetudines illas, quas habebant in quadam villa S. Dionysii, videlicet talliam de annona, quæ dicitur Mestiva, porcõs sive Frescingas, anseres, gallinas, etc.* Alia Guidonis de Capis ann. 1206: *Ecclesie D. Petri legavit 60. sol. annui redditus,.... videlicet in raditu, qui vocatur Frazanges.*

FRISCINGA, in Capit. 5. ann. 819. cap. 29. lib. 4. Capit. apud 73. et alibi passim.

FRISCHLINGA, apud Hansizium tom. 1. Germaniæ sacræ pag. 246.

FRISKINGA, in Capitulari. Wormat. 829. [\*\* in chart. ann. 716. in Neugart. Aleman. num. 7. in Statut. S. Petri Corb. lib. 2. cap. 10.] etc.

\*\* FRISCKINGA, in chart. Caroli Crassi ann. 882. apud Gud. in Cod. Diplom. tom. 1. pag. 3.

\*\* FRISCHINGA, in chart. ann. 758. apud Neugart. in Cod. Diplom. Alem. num. 23.

\*\* FRISGINGA, in chart. ann. 759. ibid. num. 24.

\*\* FRISKINGUA, in Fiscor. describ. formul. apud Pertz. Leg. tom. 1. pag. 177. lin. 8.

\*\* FRISINGA, in Frag. Polypt. Sithiens. cap. 23. Guerard. pag. 405.

FRISKINGUS, in Charta Henrici Imp. ann. 1075. pro Monasterio Hirsaugiensi apud Trithemium.

FRISKINGUS, in alia Henrici III. ann. 1056. apud Nicol. Zyllesium.

FRISINGA, in Charta Caroli M. apud Doubletum pag. 723. et apud Hariulfum de Miracul. S. Richarii cap. 12.

\*\* FRISKINGA, in Statut. S. Petri Corb. lib. 2. cap. 12.

FRISGENIA, in Chartulario Camalariensi.

FRINGINGIA. VIII. den. pro Fringingia, in eodem Chartulario.

FRISENGIA, Frisingia, ibidem.

FRESCINGIUS, in Charta laudata ann. 1144.

FRESCINGIA, in Epist. 29. Alexandri III. P. ad Petrum Cellensem apud Sirmondum.

FRISGENIA, in Rotulo XII. sæc. de Prioratu S. Pauli de Tartas ex Archiv. Monasterii Casæ-Dei: *Et 11. sol. Pod. pro Fresenia, etc.*

FRISGENIA. Charta anni 1209. apud Thomasserium in Biturig. pag. 714: *Habebam in singulis porcheriis hominum in jam dicta terra manentium unam Frisingiam et singulis ovilibus unum arietem.*

FRISTENGA. Charta Maurilii Rotomag. Archiep.: *Abbas autem Archiepiscopo septem sol. dare debet et Clericis quatuor Frescingas et unum verrem.*

FRESSENGA, in Hist. Guinensi pag. 94.

FRISINGA, in Charta cessionis Majoriæ de Maregniaco ex Tabulario Compendiensi.

FRISTINGA, in Actis SS. Junii tom. 1. pag. 523.

FRIXINGA, apud Marculfum Form. lib. 2.

FRASINGIA. Tabular. Brivatense Ch. 240: *Panes 30. Frasingias 3. donare faciunt.*

FRIXINGIA. Idem Tabul. Ch. 331.

FRINTSCHINGUS, in Charta laudata Henrici IV. Imperatoris.

FRISINGIA, apud Joann. a Leydis lib. 5. cap. 26.

FRISINGUS, in Præcepto Ottonis Reg. ann. 949. [\*\* *Frisingum unum porcimum et duos ovinos*, in chart. ann. 1090. in Cod. Diplom. Gud. tom. 1. pag. 28.]

\* FRUSCHINGA, in chart. ann. 975. ibid. pag. 366.

\* FRISLINGUS, Dipl. Otton. imper. apud Ludewig. tom. 2. Reliq. MSS. pag. 397: *Duos porcellos, duas anseres, decem gallinas, sexque Frislingos et sex carradas annonæ pastui equorum.*

FRISGUNG, et FRESGUNGA. Tradit. Fuldens. lib. 2. trad. 6: *Et ut mihi per singulos annos unum sagum, aut Frisgung, vel aliquid consolationis..... detur. Frisgunga, in Charta Aleman. 60. inter Goldast.*

FRESCENNA, in Tabulario Dervensi: *Frescenna 2. solidos valebat, aut pro ipsa 2. solidi dabuntur. Porro terminus Frescennarum erit a festo S. Martini, usque ad Natale Domini.* [Occurrit rursus tom. 5. Annal. Bened. pag. 641.]

FRISENGAGIUM, et FRESCENGAGIUM, Tributum ex *Friscingis*, atque adeo aliis rebus. Charta fundationis Abbatiae Omnium SS. Andegav. ann. 1049: *In curte S. Dionysii per totam terram Canonicorum perdonat Comes vinagium totum, et frumentagium, et multonagium, Frisenagium, et bidannum ad 15. dies.* Alia Odonis Comitis Corboliensis ann. 1111. apud Doubletum lib. 3. Hist. Sandionys. pag. 845. et Morinum Histor. Vastinensis lib. 2. pag. 457: *Dimisit quasdam consuetudines, quas ibi accipiebant, scilicet Frescengagium et fenatores.* Tabular. S. Mariae de Josaphat in Charta Girardi Valeti de Carnoto ann. 1102. qua eidem Ecclesiae concedit *Jura viariae, et quidquid ad viariam pertinet: Haec sunt autem, quae ad viariam pertinebant, 2. hostelli avenæ, obolus pro pastu, pro Frescengagio una gallina, sanguis, multrum, latro, et quidquid juste vel injuste exigere potest dominus ab hospite sub viaria constituto.* Tabular. S. Albini Andegav.: *Reddit duos sextarios de frumentacio, unum sextarium de forre, 12. denarios de Frisenagio, et 6. denarios de vaccagio.* Charta ann. 1559: *Item, compete et apartient audit Seigneur (de Barbezieux) en ladite Baronie un autre droit appellé le droit de la Pressenge, à cause duquel il a droit de prendre et percevoir par chascun an sur tous et chascuns les manans et habitans demeurans au terroir du Boiscontau, ayans pourceaux et truiés jusques au nombre de trois, les pourceaux de lait exceptez, deux sols tournois, et ceux, qui cachent leurs pourceaux, pour frauder ledit droit, doivent audit Seigneur 60. sols d'amende.* [Frescengage, supra in voce Annelage] *Consuetudo porcorum videtur appellari in Charta Guidonis Comitis Pontivi, apud Hariulfum lib. 4. cap. 22. Decimæ porcorum, in Constitut. Chlotar. Regis, post Concil. Paris. II. Vide Porcellagium et Wartepain.*

† FRISINCATICUM. Eadem notione, apud Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 236.

FRISKINGA, videtur reponi inter vehicula, in Capit. Lud. Pii ann. 821. cap. 2: *Sive carris, sive sagmariis, sive Friskingis, sive aliis vehiculis, etc.*

FRISGULUM. Stephanus Tornacensis Epist. 107. de Canonico Regulari, qui ex claustris evaserat: *Est post greges sodalium suorum vagari incipiens ut insipiens, post modicum ad se reversus, sedato Frisculo, venit plorans, etc.* [Id est, sedato animi horrore. Vide Frigor.]

FRISGUM, Ager incultus, eremus, nondum proscissus. Charta ann. 1237. in Tabulario Abb. Frigidii montis fol. 68: *Contuli quoque dictæ Ecclesiae unam minatam Frisci contigui pratis ejusdem juxta curtillum Verrerie. Monasticum*

Anglic. tom. 2. pag. 56: *Et de communia pasturæ in Friscis et dominicis suis, etc.* Charta Goffredi Comitis Andegavensis ann. 1048. pro fundatione Abbatiae Omnium SS. Andegav. tom. 4. Galliae Christ. pag. 698: *In curte S. Dionysii.... perdonat Comes vacatium totum, et frumentagium, et multos (multones), agnos, Friscum, gagium, et bidannum ad 15. dies, etc.* Sed ut verum fatear, mendum hisce verbis subesse arbitror: quippe in Adversariis meis, ubi hæc Charta habetur, lego: *In curte S. Dionysii per totam terram Canonicorum perdonat Comes vinagium totum, et frumentagium, et multonagium, Friscengagium, et bidannum ad 15. dies.* Vide *Frisengagium.*

FRESCUS. Vetus Charta apud Somnerum in Tractatu de Gavelkind pag. 182: *Reddendo inde nobis 2. marcas argenti... pro omni servitio, nisi quod debet wallare secundum quantitatem illius terræ intus et extra, tam contra salsam, quam contra Frescam, sicut cæteri, et curiam nostram sequi.* *Vignes en Fresche*, in Regesto Ludovici Regis Siciliae pag. 59. *Frisches* apud Escornæum in Durdano pag. 76. *Laisser les gaaignages sept ans en Frichete*, in Stabilimentis S. Ludovici lib. 1. cap. 161. *Friez et savart*, in Consuet. Claromont. art. 120. *Frische, savart, ou ruine*, in Remensi art. 264. Statutum Glocestrense ann. 6. Edw. I. Regis Angl. cap. 4: *Et celui, qui la terre tient issint charge la lesset giser Fresh, etc.* Voces porro nostris notas, *Frés*, pro recens, novus, *Freschement*, pro recenter, *Eau Fresche*, pro aqua recens, ab ejusmodi agris incultis et nondum proscissis, etymon ducere admodum probabile est: unde et *Novalium*, id est, recentium, appellatione etiam donantur. [Vide *Froscus* in *Fraustum*.]

FRICHUM, in Charta ann. 1289. ex Tabul. Fossatensi fol. 97: *In dictis tribus arpentis terræ seu Frichiorum nihil juris sibi retinendo.* [Charta Henrici de S. Suppleto pro Ecclesia B. M. Cameræfontis ann. 1224. ex Archivo ejusdem Ecclesiae: *Recognovit se dedisse prædictæ Ecclesiae in perpetuum elemosynam unam peciam prati... sitam in Frichiis de S. Suppleto.*]

† FRISGHUM. Litteræ Philippi Regis Franc. de contentione inter Præpositum Paris. et D. Simonem de Maciaco datæ apud Meledunum ann. 1276: *Eundo directe pro lineam usque ad ultimum Frichii de minellis... necnon in tribus domibus cum Frichio et vineis continentibus circiter 12. arpenta.* Legitur rursus in Chartulario S. Vandregesili tom. 2. pag. 598.

† FRISCUS, Recens, Gall. *Frais*, Angl. *Fresch*, Germ. *Frisch*. Litteræ anni 1401. apud Rymerum tom. 8. pag. 684: *De qualibet carecta ferente salitos, Friscos sive recentes, duos denarios. De quolibet salmone Frisco vel salito venali unum quadrantem. Friscus et salsus mariscus, apud Madox Formul. Anglic. pag. 397. Vide Friscum.*

\* FRISCA FORTIA. Vide in *Fortia* 2.

\* FRISENDA, Idem quod *Fazenda*, Prædium rusticum, ager. Pactum inter Bern. et Petr. Bermundi fratres ann. 1350. ex Tabul. Flamar. Item (habeat) *Petrus quandam Frisendam, quæ quondam fuit leprosororum leprosariorum de Chonaco, sitam in dicta parrochia inter viam publicam, per quam itur de Plastaco versus Monthiniacum.* Vide *Frachenda*.

† FRISENGAGIUM, FRISENGIA, FRISGUNGA. Vide *Friscinga*.

\* FRISEUM. [Gall. *Drap de Frise* :

« Pro certis margaritis pretiosis ac perlis ad usum et confectionem mitrarum pretiosarum domini nostri pape traditarum, nec non *Friseis aureis*.... pro confectione pluvialis. (Mandat. camer. apostol. arch. Vatic. ann. 1417-21. f. 51.) »]

FRISIA. In Statutis Canonicorum S. Quintini in Viromanduis, apud Heme-ræum *Carpeia cum Frisia*, non semel occurrit: ubi in *carpeia* inesse dicuntur *dimidius porcus, 1. aries, 250. ova cum pipere: in Frisia vero dimidius porcus, 1. aries, 250. ova cum aromatis.* Charta Ottonis Comitis Viromandensis, apud eundem ann. 1025: *Quoniam vero eidem Cœnobio subiacebat alia aqua, cum piscatione in Frisia ab antiquo, idem vir suam aquam tradere disposuit præfatæ S. Mariæ.*

† FRISINGIA. Vide *Friscinga*.

FRISII PANNI, in Statutis Petri Venerab. pro Cluniacensib. cap. 16: *Statutum est, ut nullus fratrum nostrorum pannis, qui dicuntur Galabruni,.... vestiantur, nec iis, qui vocantur Scalfarii, vel Frisii, exceptis Angliis et Angliæ affinis.* An quod crispatis lanei essent, *Draps frisez*: an vero, quod ex Frisia adveherentur? Vide Monachum Sangallensem lib. 1. de Carolo M. cap. 36. [et infra *Frisatus*.]

† FRISINGIA. Vide *Friscinga*.

† FRISIUM, Limbus, fimbria, Gall. *Frange*. Sallas Malaspinae de Rebus Siculis apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 294: *Suspensis ad chordas strophæis, flectis, deastrocheris, periscelidibus, arbitris grammatis, armillis, Frisiis, etc.* [Chron. Modoet. apud Murator. tom. 12. col. 1181: *Item dalmaticam unam, veluti viridis Frisiis, et aliis bene ornata.* Vide *Frisum*.]

\* Quidquid ornatus causa vesti assuitur vel additur. Chron. Placent. ad ann. 1388. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 579: *Et super aliquibus ponuntur Frisia magna et larga auri circumcirca collare gulæ in modum meniferri, quod ponitur canibus circa collum eorum.* Vide supra *Frisatura*.

FRISKINGA. Vide *Friscinga*.

\* FRISO, Idem quod *Francus*, Liber, ingenuus. Lit. Phil. VI. reg. Franc. ad Frisones ann. 1337. in Reg. L. Chartoph. reg. ch. 3: *Cum.... nunc et semper tantquam homines christianissimos intellexerimus vos defensores, et idcirco Frisones, id est Francos, qui apud nos Liberi interpretantur, appellatos, etc.*

FRISOCNE. Vide *Frithsocne*.

† FRISATUS PANNUS, Pannus laneus crispus et intortis villis, Gall. *Frise*. Vita S. Ottonis tom. 1. Julii pag. 420: *Igitur quidquid ex præfata pecunia sustanti et purpureæ, Frissati, fritsali quoque, seu alterius cujuslibet optimi generis vel coloris pannorum coemere poteris, in sarcinas concludes.*

\* FRISENA, Armorum species, interprete Anonymo, qui circa medium sæculum XIV. de hæresi Albigensium scripsit, inter Probat. tom. 3. Hist. Occit.

\* FRISSERIUM, ut mox *Fritella*. Liba ex herbis, farina et oleo. Comput. MS. ann. 1239: *Pro xvij. paellis farri ad Frisseria faciendâ, lxxij. sol.* Vide infra *Frizorium*.

† FRISTINGA. Vide *Friscinga*.

† FRISTOLL. Vide *Frithstoll*.

FRISUM, Fimbria, lacinia, *Frange*, vox formata ex *Phrygium*. Vide in hac voce. Leo Ost. lib. 2. cap. 61: *Tres pannos de altari, unum cum albis, alium.*



cum cruce et Friso. Lib. 3. cap. 31: *Albam quoque a scapulis et capite ac manibus Friso decentissime adornatam, a pedibus vero Frisea nihilominus lista..... circumdatam.* Infra: *Pannum diarodinum Frisatum cum auro.* Cap. 58: *Planetam purpuream cum Friso.* Chronicon. Trudonense lib. 1. pag. 350: *Pallium unum cum Friso et margaritis.* Vide Ughellum tom. 7. pag. 1275. [et Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 290.]

☞ An non dici posset *Frisum* esse a Britanico *Frés*, Laceratio, ut et vox Gallica *Frange* a Latino *Frangere*? *Fimbriæ* enim et *lacinie* sunt quasi lacerati panni. Menagius nostrum *Frange* a *Fimbria* vult derivatum.

**FRISELLA.** Glossæ MSS. ad Alexandrum Iatrosophistam: *Crustulla, i. Fritella quædam in sartagine facta, vel cortex panis.*

\* Vita B. Jacobi Venet. tom. 7. Mail pag. 469. col. 2: *Requisivit ut crespellas ex herbis et farina commixtas, quas vulgo Fritellas vocant, pro ejus prædicatione cum oleo præpararet.*

† **FRI TEL LUM,** *Stillicidium stercoris in sterquilinum.* Gl. Isid. *Fritillus* in ludo aleæ vasculum est infundibuli speciem referens, in quo agitantur tali et unde faciuntur in alveolum: ad hujus vasculi similitudinem quodammodo factus est latrinæ meatus, quo corporis sordes emittuntur; hinc eum meatum potuit Glossator *Fritellum* appellare. Joan. de Janua: *Fritellum, Molinellum, in quo piper teritur, et dicitur a Frango, quod grana piperis vel alia frangit; et est perforatum ab inferiore parte, et inde piper tritum recolligitur. Ponitur etiam pro vase perforato, per quod solent projici tæcili, ne fiat ibi fraus.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fritillum, mortier à espices.* [Vide supra *Fratillum*.]

**FRI THGEAR,** vox Saxon. Somnero: *Pacis annus, Jubilæus, ex frid, pax et gear, annus. Leges Presbyterorum Northumbrensiu cap. 43: Si supersitiosus ille conventus, qui Frithgear dicitur, habitus fuerit in terra alicujus circa lapidem, arborem, fontem, etc.* Rabanus Maurus Poëm. 10. alludens ad nomen *Frideric*, cui inscriptum est:

Fœdas cum villis tandem tua ut ultio scindat,  
Et Christi pactum firmet ubique pie.  
Nam dedit hoc nomen dudum tibi cura parentum,  
Baptismum quando sorte tua iuleras.

**FRI THGILDUM,** Collegium, Sodalitium, ex Saxon. *frið*, pax, et *gildan*, solve-re: quod qui ejusmodi societates ineunt, collatitiam stipem in commune ad sua negotia conferant. Vide Præfat. ad *Leges Adelstani* et cap. 14. et *Congildones* in *Gildum*, [\*\* supra *Friborga*.]

**FRI THMANNUS.** Glossar. Saxon. sub *Edw. III.* exaratum: *Fridmannus, pacis homo, ex Saxonico frið, pax, et man, homo.* Qua voce intelliguntur, qui ex aliquo sodalitia sunt, quod *frið*, *gyld* vocabant. In *Legibus Ethelredi* de Pace, cap. 3. *Friþman*, et *Friþimannus*, habentur pro Regio subdito, et vassallo.

† **FRI THMOTE,** Jurisdictionis species apud Anglos, a Saxon. *frið*, pax, et *mote*, concilium. *Blount* in *Nomolexico* Anglic.: *Per Frithmote Jo. Stanley Ar. clamat capere annuatim de villa de Olton* ..... X. sol. quos Comites Cestrie ante confectionem Cartæ prædictæ solebant capere.

**FRI THSOCNE,** Tuendæ pacis jurisdictio, a Sax. *frið*, pax, et *socne*, libertas, *Franchesia*, jurisdictio. Jo. Brompton: *Frithsoken, i. tutatio in jurisdic-*

*tione, hoc est, seurté en defens.* *Fleta* lib. 1. cap. 47. § 11: *Frithsokne, vel Forsokne, libertatem habendi visum franci plegii denotat.* Sed legendum *Frisocne* monet *Spelmanus*.

**FRI THSTOLL,** *fritstoll*, Asylum, Sanctuarium, refugium, ex Saxon. *frid*, pax, et *stol*, sedes, cathedra: *stov*, locus. In *Chartis immunitatum ecclesiæ S. Petri Eboracensis*, confirmatis anno 5. Henrici VII. exponitur *Cathedra quietudinis vel pacis*, ut et apud Ricardum Hagulstadensem de Statu Ecclesiæ Hagulstad. cap. 14: *Quod si aliquis vesano spiritu agitur diabolo ausu quemquam capere præsumperit in cathedra lapidea juxta altare, quam Angli vocant Fristoll, id est, Cathedram quietudinis vel pacis, vel etiam ad feretrum sanctarum reliquiarum, quod est post altare, hujus tam flagitiosi sacrilegii emendatio sub nullo judicio erit, etc.* Eadem habentur in *Monastico Anglic.* tom. 3. pag. 135. et apud Gul. Prynneum in *Libertatib. Eccles.* Angl. tom. 3. pag. 1102.

Erant hujusmodi cathedræ complures in Anglia, præter Eboracensem istam et Hagulstadensem: Beveriaci autem celeberrima, quæ priscorum Regum benignitate, asylum nacta privilegium, tali honestabatur inscriptione: *Hæc sedes lapidea Freedstoll dicitur, i. pacis cathedra, ad quam reus fugiendo perveniens, omnimodam habet securitatem.* Occurrit *Fritstol* pro refugio, in quadam versione *Psalmi 17. Frithstow*, pro asylo, in Præfatione *Legum Aluredi*, et significat præterea palatium, quod Regiæ asyli jure gaudent.

† **FRI TILLA,** *Cibus, Friteau.* *Vocabul. Sussannæ.* Vide *Fritticula*.

\* **FRI TILLARE, FRITILLUM.** Vide supra *Fratillum*.

† **FRI TILLUS.** *Milo* in *Vita S. Amandi* *Episc. Februarii* tom. 1. pag. 883:

Quis docuit puerum, quis sensus, quæso, suasit  
Hebræico sonitu ignotos proferre *Fritillos*?  
Quis pedagogus eum hac jussit voce boare,  
Quem vagulus adhuc puerili ætate tenebat?

Ubi *Fritillus* idem videtur quod *Sonus*. *Papiræ, Fritillum* est *Sistrum vel tuba, quo vocantur ad ludum.* *MS. Bituric.* *Habet, Fritillus, etc.* Vide *Fritellum*.

† **FRI TILLUM.** Vide *Fritellum*.

\* **FRI TINNIRE** dicitur *nauca cicada*, in *Carm.* de *Philomela* ad *calcem* *Cod. reg.* 6816. [\*\* Occurrit in *Reinard. Vulp.* lib. 3. vers. 355.]

**FRI TORGA,** *Pacis securitas.* *Vox Saxonica.*

**FRI TSALUM,** *Genus panni,* apud *Andr. Monach.* lib. 1. *Vitæ Ottonis Episcopi Bamberg.* cap. 45. Vide in *Frissatus Pannus*.

† **FRI TSCHINGUM,** *Mensuræ species.* Vide locum in *Maltra*.

**FRI TIGULA,** *Ganem, aut popina,* in *veteri Glossario.* Quare ita vocetur, ignorare se fatetur *Jos. Scalig. Epist.* 205. [Vide *Fritilla*.]

† **FRI VIUSCULUM, FRUNSCULUM.** Vide *Fribusculum*.

**FRIVOLA,** *Σκευάρια εὐτελῆ πάνυ,* in *Gloss.* *Gr. Lat.* [Apud *Festum*, *Frivola sunt proprie vasa scilicet quassa; unde dicta Verba Frivola, quæ minus sunt fide digna.* Sed et apud *Juvenalem Satyr.* 5:

Et ne te teneam, Romanorum omnia Regum  
Frivola.

Utuntur quoque *Seneca, Sueton.* et alii recentiores. Vide *Pandect.* in *L. Solutum* de *pign. action.* (fr. 11. § 5. lib. 13. tit. 7.) et superius *Fribula*.]

\* **FRIVOLIS MONETA,** *Debilis, non justi*

*ponderis.* *Charta ann. 1309.* in *Armor. gener. part. 2. pag. v: Vendidit... quandam peciam terræ, sitam in territorio Montilii... pretio centum librarum Turo-nensium Frivolis monetæ.*

\* **FRIVOLUS,** Eadem acceptione. *Charta ann. 1314.* in *Reg. 50. Chartoph. reg. ch. 99: Placentia vendidit quatuor domos... pretio vj. xxviij. Turon. argenti grossorum, tunc valentium centum libras Frivolæ monetæ tunc currentis. Frivoleux, Infirmus, futillis, in *Lit. ann. 1372.* tom. 5. *Ordinat. reg. Franc.* pag. 471.*

\* **FRIVOLOGIA,** *Sermo, disquisitio de rebus frivolis et futilibus.* *Epist. 3. Hugon. Metelli ad Innoc. II. PP.* tom. 2. *Monum. sacræ antiq. pag. 331: Si quis hoc plenius cognoscere desiderat, theologiam illius (Abailardi) immo Frivologiam legat.*

\* **FRIVOLUM, Viseure, in *Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg.* 7692.**

\* **FRIVOLUS.** Vide supra in *Frivolis*.

† **FRIVOLUSCULUM.** Vide *Fribusculum*.

† **FRIVUSCHINGUM.** Vide in *Friscinga*.

† **FRIXA, i. Carbonella, Charbonnée.** *Gloss. Lat. Gall. Sangerm.* *Hinc Gall. Fricandæu. Fricanderis,* in *Consuetud. Nivern.* cap. 13. art. 5. *Placentæ delicatioris genus.*

\* *Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg.* 7684: *Frixæ, Charbonnée.* Vide supra *Frica*.

† **FRIXATURA, FRIXURA,** *Actio frigendi et ipsum quod frigitur,* *Joanni de Janua. Glossar. Lat. Gall. Sangerman: Frixatura, Frixure, fritture.* Vide *Frixura*.

\* *Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg.* 7657: *Frechilha, Prov. Frixatura.*

\* **FRIXERIUS, Moneta,** quæ *Frisaci* in *Carinthia* cudebatur, cujus meminit *Bern. de Rubeis* in *Monum. eccl. Aquilej.* cap. 54. col. 508. ubi de ejusdem denariis. Vide supra *Friacensis Moneta*.

**FRIXIATUS,** pro *Frigiatus*, seu *Phrygio* vel *limbo ornatus.* *Charta ann. 1228.* in *Hist. Eccles. Placentinæ* lib. 17. pag. 198: *Pluviale rubeum, et dalmaticam rubeam Friciatam, et camisium Friciatum cum stola, etc.* Vide *Phrygium*.

† **FRIXINGA.** Vide *Friscinga*.

\* **FRIXIUM,** *Limbus seu ornatus ex opere Phrygio; unde nomen.* *Inventar. MS. thes. Sedis Apost. ann. 1295: Item unam mitram cum Frixio et caudis contextis de perlis... Item tres mitras ad circulum cum Frixio ad aurum traccitium. Item..... duo Frixia pro chirothecis de platis auri... Item unum Frixium laboratum super zamito rubeo ad imagines integras de auro filato cum tobalea de Alamania.* Vide *Phrygium*.

† **FRIXIUS PANIS.** Vide in *Panis*.

**FRIXONES,** *Albertinus Mussatus* lib. 6. de *Gestis Henrici VII. rubr.* 11: *Avium quoque genus ignotum per Longobardorum agros visum, deprehensumque, plumæ cineritiæ, cum rubris maculis, et crista in vertice, magnitudinis harum, quas Frixones Patavini vocant.*

☞ Frustra, inquit *Murator.* tom. 10. col. 676. quæremus de avibus ignotis. Verum quid si *Fridericus ipse*, cujus tempore visæ sunt, prodat eas nobis? Ille lib. 1. cap. 23. de arte venandi hæc habet: *Et sicut sunt quædam aves aquaticæ habentes rostrum rubeum, crura et pedes, dictæ Anates de Faraone, quæ sunt variæ ex albo, nigro et rubeo; habent enim inter nares quoddam tenue carneum rubeum elevatum ad modum cristæ.*

1. **FRIXORIUM, Patella,** vel *ferrum, super quo quid coquitur,* *Ugutioni.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Frixorium,*

*Frixoir, c'est paele à friture faire.*] Papias: *Cremium, Frixorium, a cremando, vel quod est aridum.* Macrobius de differ. et societ. Græci Latinique verbi: *Friigo vero, frixi, a tertia, unde fricium, Frixorium, id est, calefactorium.* M. Robertus de Sorbona in Serm. ad Theologos de Conscientia: *Tantum torquet justum iniquitas aliena, quantum recedit a sua: peccata enim proximorum, Frixoria sunt justorum.* [Vita Gregorii VII. Papæ apud Murator. tom. 3. pag. 319. col. 2: *Adhæc zelotes Dei alto gemitu suspirans et Frixorium cordis sui super illis qui corrupti erant dedignativo gestu significans ait ad corruptorem: Credis o Episcopo, etc.* Chron. Cremon. apud eundem Murator. tom. 7. col. 635: *Eodem tempore Imp. Fedrichus in odium Cremonensium Cremam rædificavit, non solum Cremonensium gentium, sed aliarum etiam Frixorium Longobardiarum.* Hæc metaphorice; verum absque tropo vocem eandem usurpat Boncompagnus de Obsidione Anconæ cap. XI. etc. *Frixorii* usos fuisse Paganos ad torquendos Christi Martyres discimus ex Actis S. Cononis Maii tom. 7. pag. 7: *Domitianus dixit: Succendite Frixorium, et mittite eos ibidem.* Vide *Frixura Zeli.*]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Frixorium, paele à frire. Fressouoir et Frieul, nostris, eadem acceptione.* Lit. remiss. ann. 1440. in Reg. 176. Chartoph. reg. ch. 2: *Lesquelz compaignons garnis de bassins, Fressouoirs et cors, commanderent à sonner lesdiz cors et frapper sur lesdiz bassins et Fressouoirs, et faire charivari. Ung Frieul, un pot d'estain, etc. in aliis ann. 1461. ex Reg. 189. ch. 521.*

† 2. **FRIXORIUM**, Species monetæ, cuius valor ignoratur, sed in qua suspirantur formam frixorii seu sartaginis fuisse impressam. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 795. de B. Bertrando: *Imaginem ceream ad formam hominis, trium librarum et valoris quadraginta Frixoriorum poneret et offerret.*

† 1. **FRIXUM**, Sagitta, jaculum, Ital. *Frezza*, apud Macros fratres in Hiero-lexico.

† 2. **FRIXUM**, Idem quod *Frisum*. Synodus Pergami ann. 1131. apud Murator. t. 9. col. 547: *Tonsuram et habitum deferant clericales ordini suo et statui competentes, vestes virgatas seu de catubriato, de medietate, vel listatas, vel Fricis aut maspillis argenteis... minime deferentes. Theca auro Frixo adornata, apud Baluzium tom. 5. Miscell. pag. 344. Arca Frixo auro decorata, in Actis SS. Maii tom. 2. pag. 60.*

**FRIXURA**, Consuetudines Eoveshamensis Monasterii in Anglia: *Præterea percipiet coquinarius tria præbendaria frumenti de granario ad flathones inveniendos: similiter in Rogationibus ad festum S. Oulfi unum præbendarium ad Frixuras.* [Ordinatio pro mensis Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 313. col. 1: *Item volumus, quod serviat nobis in dicta die Veneris de uno intrameysio, videlicet de pastillis de Lotharingia cum aliquibus aliis Frixuris, hoc est, Frixis, Gall. Friture.*]

† **FRIXURA ZELI**, Æstus, fervor. Vita S. Hildulfi Abb. tom. 3. Julii pag. 229: *Adeoque Frixura sancti zeli circa monasticam perfectionem excussit cor ejus, ut terrori et exemplo minoribus, venerationi vero et amori fuerit majoribus.* Vide *Frixorium*.

† **FRIZIUM**, Fimbria, Frange. Vita S. Raynerii tom. 3. Junii pag. 450: *Tunc illa aspiciens Frizium, quod erat in taxel-*

*lis mantelli sui, recognovit suum esse mantellum.* Vide *Frocius*.

† **FRO**, pro *Frocus*, Jus viariæ, ut videtur. Arestum Parlamenti Paris. ann. 1331. ex Archivis Monasterii Bonævallis: *Habendi aubenagia et bona bastardorum, habendique jurisdictionem du Fro, de latrone, traditorum et de fractura domorum sive de die sive de nocte.* Erit f. qui pro Fro pro Furto scriptum malit.

\* Chartul. eccl. Carnot.: *Jura ipsius... in possessionibus, censivis, domibus, feodis, retrofeodis,...* *Frocis, justitiis, jurisdictionibus, etc.* Fro, eadem notione, legitur in Charta ann. 1314. ex Chartul. S. Mart. Pontisar. fol. 56: *Disoit (le maire de Pontoise) ledit lieu estre Fro de ville et à eux... appartenir la justice appartenant à voierie. Certaines maisons, qui sont sur le Froc de la ville, in Arest. ann. 1360. ex Chartul. 23. Corb. Vide *Fraustum*.*

**FROBERGA**, Ensis, gladius. Le Roman de Garin de Loherans:

Buegues li Dus desor un drap se sist,  
Il vest l'aubert, lace l'aume gentil,  
Bien fu armé, nul home si ne vit,  
Froberge pant à la selle d'or fin,  
Ceinte à une autre, qui de Colougne vint.

Infra:

El cors li bonte Froberge au pont d'or fin.

Alibi:

Et Bietrix li ceint le branc forbi,  
Ce fu Froberge la bele au pont d'or fin.

Idem Poëta:

Trest Froberge la bele au pont d'or fin.

† **FROGARIUS**, Viarius curator, præfectus, Gall. *Voyer*, alias *Froqueurs*. Arestum Parlamenti anni 1304. in Tabulario S. Richarii: *Super quibusdam injuriis per dictam villam Frocario dicti Monasterii suum officium exercenti.* Hujus est viarium curam habere, invigilare ne quis in urbe ædificium ruina aliove casu lapsum suscitaret absque licentia, fenestram vel portam novam faciat, etc. *Seigneur Froquier*, dicitur ibidem. Vide *Frocus* post *Fraustum*, et *Viarius* suo loco.

\* Unde nostris *Froquier*. Reg. Olim parlam. Paris. ad ann. 1315. fol. 135: *Icelles religieuses disoient que li habitans de la ville ne pouvoient édifier, faire, refaire... esdiz fro sans prendre congé au Froquier de ladite église.* Vide *Fro*.

† 1. **FROGGUS**, **FROCHIA**, **FROCUS**, Vestis monastica. Vide *Flocus*.

† 2. **FROGGUS**, **FROCUS**, Terra inculta. Vide in *Fraustum*.

\* **FRODAGIARIUS**. Vide mox *Frodagium*.

\* **FRODAGIUM**, Pabulum equorum: unde *Frodagarius*, qui illud exigit. Chartul. S. Sergii Andegav. inter Probat. Hist. Sabol. pag. 354: *Postmodum vero Frodagarii comitis requirebant Frodagium de cimiterio cujusdam ecclesie de Bellovalle... Comes... Frodagario... mandavit ut de cimiterio S. Martini de Bellovalle, hoc est Ais, non requiret ulterius fodrum.* Vide supra *Fodrum*.

\* **FRODATUS**, Pellitus, Gall. *Fourré*. Chron. Estense ad ann. 1385. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 512: *Die viii. Octobris quoddam bravium veluti rubei, Frodatum de vario cum tribus frixis, apportatum fuit, etc.* Vide *Foderatus*.

\* **FRODIUM**, Supellex, quidquid in re domestica necessarium est. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 337. col. 2: *Solverunt... duobus viris, qui illa nocte custodierunt char-*

*riotum oneratum in carreria publica Frodiis et bonis dictorum quinquag mecatiorum, etc.* Vide supra *Foirragium* et infra *Froyre*.

† **FRODMORTELL**, Charta Adelstani Regis Angliæ in Monast. Anglic. tom. 1. pag. 173: *Et concedo eis curiam suam de omnibus querelis, et judicium suum pro Frodmortell, et quod homines sint credendi per suum ya, et per suum na.* Vox confecta forte ex Saxonico, *freo, liber, et mo r d æ d, homicidium, mortuum*, id est, judicium de homicidio viri liberi.

† **FRODUM**. Vide *Fodrum*.

\* **FRODUS**, Ager incultus, qui urbi vel castro adjacet. Charta ann. 1278. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 132: *In primis dicimus, quod locus, qui dicitur Pantodia, et mons Ylicis, cum portu et piscatione sua, et Curatia, et castrum de Trebiano, cum Frodo et pertinentiis suis, pertinent ad jus episcopi et episcopatus.* Vide supra *Fro*.

† **FROEDUM**, pro *Fredum*, Mulcta vel exactio in iudiciis, legitur in Maceris Insulæ Barbaræ tom. 1. pag. 50. Vide *Fredum* 1.

† **FROIADURA**, Gall. *Doubleure*. Statuta Massil. lib. 2. cap. 42: *Nemo au-deat... facere nisi tantummodo duplices vestes, et illas laneas, et nullatenus sericas, nisi forte in Froiadura pallii.* Vide *Foderatura*.

† **FROIARATUS**, *Foiradura* ornatus, ibid. cap. 39: *Item, de gardacors, vel sobrecol Froiarato cum penna, vel serico, etc.* Occurrit ibi non semel. Vide *Foderatus*.

† **FROIARE**, Idem quod *Froiadura*, ibidem: *Item, de mantello panescum frezio, vel veta, vel profilo cum sendado, vel cum penna, vel cum Froire 11. sol.* Pluries ibi occurrit. Vide *Fres*.

\* **FROISSARE**, Plagis contundere, a Gallico *Froisser, meurtrir*. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 225: *Qui supplicans inde recessit, vultu suo, mediantibus dictis ictibus, Froissato.*

† **FROMAGERIA**. Vide *Formaticum*.

\* **FROMAGERIUS**, Qui caseos vendit, nostris alias *Fourmagier*. Lit. remiss. ann. 1408. in Reg. 163. Chartoph. reg. ch. 76: *Cum Guillelmus Voleius Fromagerius... caseos suos in platea loci de Laurano venderet, etc.* Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 253. r.: *Fourmagiers... paieront... pour la somme de fromages ij. den.* Vide supra *Formagiarius*.

\* **FROMAGERIUS**, adject. in Chartul. eccl. Lingon. ex Cod. reg. 5188. fol. 208. r. Ch. ann. 1263: *Juxta parvam grangiam Fromageriam.* Sed legendum, *Fromentariam*. Vide *Fromentum*.

\* **FROMAGINUM**, Præstatio ex caseis, quæ sæpius pecunia redimebatur. Charta Petri de Autolio senesc. Carcass. ann. 1256. in Reg. 30. Chartoph. reg. ch. 490: *De Fromagino et caulagio, quinque solidos.* Assis. comit. Fuxa in Reg. S. Ludov. fol. 112: *Item Fromaginum, tres solidos.* Charta ann. 1318. in Reg. 56. ch. 511: *Item pro Fromagine et ovino debitis antea domino regi, x. solidos.* Redit. castri Mont. mirab. ann. 1320. in Reg. 61. ch. 358: *Item in corrogis et Fromaginis, quæ faciunt homines ditorum locorum, xiv. sol. x. den.* Turon. Charta ann. 1340. in Reg. 72. ch. 178: *Item octavam partem pro indiviso ovini et Fromagini dictæ villæ, quæ extimatur valere quatuor solidos, quatuor denarios Turon. annui redditus.*

\* **FROMATGEUM**, Eadem notione. Charta ann. 1266. ex Archiv. reg. Tolos.:

*Noverint quod cum religiosus vir dom. Hüberty, prior domus sive monasterii de Casciano Biterrensis diocesis, conquereundo assereret... servicia infrascripta fuisse hominibus dictæ villæ imposita indebite et injuste, videlicet quidagium, gallinagium, palhea, oveda, Fromatgea, etc. Vide Fromatgium in Formaticum.*

\* **FRONINATUS**, Fractus, ruptus, Procces. crimin. contra habitat. Venciæ ann. 1488. ex Tabul. Venc.: *Invenierunt tectum fere Froninatum et dirruptum.*

† **FRONTEIA**, Pollenta frumentaria, Gallice *Fromentée, Bouillie*. Transactio inter Abbatem et Monachos Crassenses ann. 1351. ex libro viridi fol. 53: *Singulis diebus Dominicis Quadragesimæ dat D. Abbas Conventui... unam quarteriam frumenti boni et pulchri, quod frumentum decoquitur tunc in olla coquina Conventus supradicti, et fit de eo cibus qui dicitur Fromenteia.*

**FROMENTUM**, pro *Fruentum*, quo modo *Froment* dicimus, in Formulis Baluzianis 11. 12.

† **FRON.** Vide *Sacrale opus.*

**FRONCHUSE**. Vetus Charta Germanica in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 319: *Census eorum prædiorum subter notatur. Mittelsten solvit 14. modios siliginis... sex pullos, duos anseres, porcum saginatum, Fronchuse 62. halbfrisch. vel 16. den.*

† **FRONCHUSTE**, Eadem notione, Pondus publicum, *Fron* quippe publicum sonat. Acta Murensis Monast. pag. 38: *In festivitate S. Andree dabit etiam duos porcicos, qui tres solidos Fronchuste appendant, qui solidi novem solidos monetæ de Thurego habent.*

\*\* **FRONCHUST.** Chart. ann. 1175. apud Graff. in Thesaur. Ling. Franc. tom. 4. col. 517: *De redditibus episcopi solvitur frumentum statuto jure in festo S. Michaelis accipiendum publica exactione, quod vocatur Fronchust.*

† **FRONCIATUS**, Rugatus, sinuatus, Gall. *Froncé*, in Statutis Diocesis Ebroic. ann. 1576. ad calcem libri Johannis Abrinc. de Offic. Eccl. pag. 22: *Nec etiam indusia laciniata et sinuosa seu camisias, quas dicimus Fronciatas. Vide Fronssatus.*

† **FRONCIGA**, Sinus, Gall. *Fronceure*. Capitulum gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1378: *Statuimus quod nullus portet vestes inhonestas, scilicet oppellandas, vel cocardias, Froncigas aut cum esclari, cum manicis largis, ultra modum, etc. Vide Fronsitura.*

\* **FRONCINA**, Pergamenum ex pelle vitulina, forte quod *Fronciatum* seu rugatum sit, ita appellatum; nisi legendum putes *Francina*. Vide *Francenum*. Inventar. ann. 1324. inter Probat. Hist. Autiss. pag. 297. col. 2: *Item, Decretales partim in Francina et partim in pergameno caprino cum apparatu ordinario. Pluries ibi occurrit.*

\* Hinc vocem *Fracon* in Vita S. Isabellæ, cujus editor significationem ab eruditiss. Gallis frustra se quævisse declarat. tom. 6. Aug. pag. 800. col. 2. accersere et explicare aggressus est quidam in Mercur. Franc. mens. April. ann. 1747. pag. 55. ubi flagellum de *Fracon*, quo, virgarum communium loco, corpus suum cruciabat S. Isabella, ex *Froncina* seu pergameno confectum opinatur. Quam longe vero a genuina vocis notione aberraverit ille, probavit alter in eod. Mercur. mens. Jun. tom. 2. pag. 82. ex Diction. de *Lemery*, in quo *Fracon* vel *Fragon*, Normannis inferioribus etiam nunc *Fraijon*, est Brus-

cus, vulgo *Le petit houx*, ex quo flagellum compositum, virgis communibus multo asperius fuisse facile conjicitur; quod loco ex vita S. Isabellæ allato apprimè convenit. *Fregon* dicitur apud Guignevil. in Peregrinat. humani gener. MS.:

Il y croissoit houx et Fregons,  
Bos espineus plains d'aguilions.

\* **FRONDA**, Funda, Gall. *Fronde*, Ital. *Fromba*. Stat. crimin. Saonæ cap. 27. pag. 54: *Statuerunt quod pueri... Frondis ad jacendum lapides quomodolibet non utantur; et si cum Frondis vel lapidibus, etc. Vide Fundabulum.*

1. **FRONDARE**, *Purgare, putare*, Papiæ. *Fronde* avellere. *Fron dator*, putator, eidem. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fron dare, Feuilletter, faire feuillu. Fron dator, Effeuilleur, cueilleur de feuilles, ou qui chante par feuille, ou un oiseau qui fait son nit de feuille.*]

\* 2. **FRONDARE**, *Fronde* sculpere. Lit. remiss. ann. 1348. in Reg. 125. Chartoph. reg. ch. 301: *Johannes Socherii Anicio rediit visurus patrem suum, credens per eum in arte vel usu frondis seu Frondandi in aurificio edoceri; sed quia dictus pater suus ei dictam artem vel usum Frondandi docere noluit, etc.*

\* **FRONDE**, vox Germanica, Jumentorum vel plastrorum præstatio. Charta ann. 1367. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Hontheim* col. 1: *Ad reficiendum vero prædictum molendinum in ædificiis et tecto, quociens opus erit, præfatus dominus noster et nos tenebimur communiter; sed vecturas et angarias, dictas Fronde, ad hoc necessarias, nos Cuno archiepiscopus supradictus procurabimus. Vide Angaria.*

\* **FRONDERE**, *Branchir, avoir branches. Frondatu, branchu*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide *Fron dare* 2.

**FRONDEVOLA**. Vide *Fundabulum*.

\* **FRONDICO**, [idem ac frondesco. Agnoscit hujusmodi verbum *Eutythes gramm.* p. 2161. *Putsch.*, sed nullam assert Latini scriptoris auctoritatem.]

**FRONDOSITAS**, *Abundantia frondium*, Ugutioni. [Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fron dositas, abondance de branches.*]

† **FRONNEZZE**, Rete publicum, communis, in lib. Sal. Monast. Ebersheim. cap. *Judicium piscandi*, apud Schilter. in Glossar. Teuton.

\* *Fronchigne* et *Fonchine*, Instrumentum piscatorium, in Lit. remiss. ann. 1454. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 210: *Ung baston emmanché de fer, nommé Fonchigne, de quoy on pesche. Infra: Fonchine.*

† **FRONHOF**, Curia publica. Liber reddituum Episc. A. apud eundem Schilter. *Item habet ibidem Curiam publicam, quæ dicitur Fronhof, solventem singulis annis xxxvi. quartalia siliginis. Vox ejusdem originis ac Fronchuse. Vide in hac voce, [\*\*] et Haltungs Glossar. German. eadem voce col. 540.]*

**FRONIMUS**, ex Græco, φρόνιμος, Prudens. Papias: *Fronymus, sapiens, nomen: bene ergo Fronestatus, sapientissimus*. Gloss. Ælfrici: *Fronimus, vis, i. sapiens, prudens.*

\* **FRONITRIX**, Coriarii uxor. Vide infra *Frunitor*.

† **FRONCHUSTE**. Vide *Fronchuse*.

**FRONOMEN**, [Publicæ mensuræ species, a *Fron* publicus.] Acta Murensis Monasterii pag. 38: *Hombarius autem, qui plenum habet mansum, debet singulis annis dare 4. maltra de spelta, et sex de*

*avena, talis mensuræ, quæ ad hoc constituta est, quæ vocatur Fronomen.*

**FRONS**. AD **FRONTEM**, Gall. *De front*, Junctis lateribus. Stat. ann. 1358. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 232. col. 2: *Ordinetur quod... gentes armorum equitum possint libere per corsseriam prædictam, saltem quatuor eques ad Frontem, equitare et discurrere.*

† **FRONS FESTA**, arbor maialis. *Fron dem festam figere*, Gall. *Planter le May*, apud Guillelm. de *Jaligni* in Histor. Caroli VIII. ad ann. 1489. Edit. Gothofridi pag. 77. Vide *Frontes*.

† **FRONSATA VESTIS**, Sinuata. Concil. Paris. celebratum ann. 1346. cap. 2. tom. 2. Hist. Meld. inter Instr. pag. 222: *Utentes palam (beneficiati et monachi) per viam incedendo vestibus Fronsis, nimium fissis, etc. Occurrit etiam apud Marten. tom. 4. Anecd. col. 377. 480. 1075. 1642. et alibi. Vide Fronssatus infra.*

† **FRONSITURA**, Sinus, ruga, Gall. *Phi, Fronceure*. Capitul. gener. MS. S. Victoris Massil. ann. 1506: *Vestes... sine riveto, plicaturis seu Fronsituris, etc. Vide Froncica.*

† **FRONSITUS**, ut mox *Fronssatus*, in Concil. Tarraconens. ann. 1591.

**FRONSSATUS**, Rugatus, sinuatus, a rugis frontis, Gall. *Fronsé*: in Concilio Senonensi ann. 1346. cap. 2. [*Fronce* nostri pro ruga, Gall. *Ride* usurpant. Le Roman d'*Athis* MS.:

Le front fist hault, plain et pollit,  
Fronce n'y ot grant ne petit.]

\* Et *Fronche*. Le Roman de la Rose Ms.:

Tous estoit ja ses vis fletris,  
Qui fu jadis souet et plains,  
Or estoit tout de Fronches plains.

Bestiar. Ms. ubi de Crocodilo:

De sa couane seulement  
Soloit on faire un ongement  
Les vielles femmes s'en oignoient;  
Par tel ongement s'estendoient  
Les Fronces dou vis et dou front,  
Et plusieurs encore le font;  
Mais puis que la sueur lor vient,  
Sachiés que nul preu ne lor tient.

Quæ in Bestiario Latino cap. 22. sic exprimuntur: *Stercus ejus (crocodili) sit unguentum, unde vetulæ et rugosæ meretrices facies suas perungunt, fumentque pulchræ, donec sudor defluens lavet.*

**FRONTALE**, Προμετώπιον, in Gloss. Gr. Lat. MS. Edit. Προμετώπιδιον, Gloss. Lat. MS. Reg.: *Mitra, vitia, Regalis corona, Frontalis, seu Amictus*. [Gloss. Græc. Lat.: Κεφαλόδεσμος, *Frontale, capitale*.] Vox Livio lib. 37. usurpata. [\*\*] Vide Glossar. med. Græcit. in Κεφαλαρία et Κεφαλόδεσμον col. 641. 642.]

**FRONTALE**, et **FRONTALIS**, Lindwodo est *Apparatus, pendens in fronte altaris, qui apparatus alias dicitur Palla*. Durandus lib. 1. Ration. cap. 3. n. 32. *Frons altaris aurifrisio ornatur, etc.* Chronic. Gemblacense pag. 528: *Fecit tabulam argenteam, ... Frontale quoque ad altare S. Exuperii Martyris. Provinciale Ecclesiæ Cantuar. lib. 3. tit. 27: Frontale ad magnum altare, cum tribus tuellis, etc.* Charta Cinduasinthi Regis Gothorum in Hispania, æræ 683. apud Anton. de Yepes in Chronico Ordinis S. Benedicti: *Offerimus vasa altaris, calicem argenteum et pateram, Crucem argenteam similiter deauratam: vestimenta altaris omnia ad plenum, sive Frontalia, sive principalia, etc.* Alia Ordonii Regis æræ 960. apud eundem tom. 3: *Vestimenta altaris, Frontales, pallas, velos principales, qui*

*inter vestibulum et altare dependent, etc.* Alia Sisanandi Episcopi Iriensis æræ 952. apud eundem tom. 4: *Ministeria Ecclesiæ, id est, calicem argenteum, Crucem argenteam, signos, Frontales, pallas, vellos, et alios duos calices, etc.* Charta Aldegastri, filii Sylonis, Regis Ovetensis, ann. 781. apud Sandovallium: *Et una cruce de argento, et duas de ligno, et quatuor Frontales de serico, et duas campanas de ferro, etc.* Alia Ferdinandi Magni Regis æræ 1101. apud eundem Yepex tom. 6: *In prædicto loco ornamenta altariorum, id est, Frontale ex auro puro, opere digno, cum lapidibus, smaragdus, safiris, et omni genere pretiosis et olivitreis: alios similiter tres Frontales argenteos singulis altaribus, etc.* Alia ejusdem Regis: *Frontales tres auro fusos.* Charta æræ 1111. apud eundem Yepex tom. 6: *Item ministeria, Frontale argenteo et exaurato, et retrofrontale argenteo pensante solidos quingentos.* Ibidem: *Frontale Grecisco, casulla, Grecisca una, etc.* Charta Ferdinandi Imper. Hispaniæ æræ 1191. apud eundem tom. 7: *Tres Frontales, duos de ciclaton: infulas 3. unam de ciclaton, etc.* Visitatio Thesauriarum S. Pauli Londinensis ann. 1295: *Unum Frontale de nigro sameto, cum barris et vineis de aurifrigio bono, ad majus altare. Item aliud Frontale strictum, cum pluribus diversis scutis: et in medio breudantur imagines Crucifixi, Mariæ et Joannis, ... ad idem altare.* Alibi: *Item Tabula Frontalis et superfrontalis bene depicta, ... pannus Frontalis de Baudokino, et pannus superfrontalis de rubeo cendato cum turrilibus et leopardis deauratis.* [Testam. ann. 1344. in Tabular. S. Victoris Massil.: *Ornatus altaris, ut Frontale de opere Anglicano quod habeo eidem ecclesiæ tribuatur.* Adde tom. 4. Monarchiæ Lusitanæ pag. 260. etc.]

† FRONTALUM. Leges Palatinæ Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. LXXII: *Hoc idem esse in nostra capella præcipimus; necnon tuabolæ et cuzini et Frontalium et alia, de quibus in Ecclesia copiose haberi nostræ intentionis est.*

† FRONTALLUM, Eadem notione. Charitularium S. Vincentii Cenoman. fol. 43: *Hunc censum emit Gaufridus Cellerarius de argento, quod remanserat de Frontallo S. Domnoli ad opus Ecclesiæ perpetually remanendum.*

† FRONTELLA. Frontellam altam et Frontellam bassam de velvet rubeas cum foliis aureis broderatas Abbatissæ S. Dionysii tradidisse dicitur Henricus V. Rex Angliæ ann. 1425. apud Rymer tom. 10. pag. 346.

FRONTELLUM, vel FRONTELLUS, ex Gall. *Fronteau*. Synodus Exoniensis ann. 1287. cap. 12: *Frontellum ad quodlibet altare.* Statuta Walteri Archiep. Eborac. ann. 1250. et Synodus Mertonensis ann. 1300. cap. 4: *Frontale ad magnum altare.* [Inventarium Ecclesiæ Noviom. ann. 1419: *Item unum paramentum altaris, videlicet Frontellum et dossellum de bougueranno albo et nigro.*]

† FRONTALE, Pars anterior cujusvis rei. Gesta Episcopi. Cenoman. apud Mabill. tom. 3. Analect. pag. 391: *Isti anuli appositi sunt de mandato ipsius Episcopi ad Frontale capæ beatissimi Juliani.*

FRONTARIA, FRONTERIA, Gall. *Frontiere*, Regni aut Provinciæ cujuslibet limites. Lucas Tudensis æra 1273: *Catholici viri strenui de Frontaria Maurosum, etc.* Charta Raimundi D. Alesti ann. 1217. in 30. Regesto Tabularii Regii Ch. 20: *Et vos haberetis guerram in*

*Frontaria nostra, etc.* Occurrit præterea in Testam. Ranimiri Regis Aragon. æræ 1099. apud Innocentium III. in Epist. edita a Catello in Comit. Tolosan. pag. 258. Petrum de Vineis lib. 2. Epist. 58. [Acherium Spicil. tom. 10. pag. 244. Marten. tom. 2. Anecd. col. 1393. D. Secousse tom. 3. Ordinat. pag. 210. et 296. Menester. Hist. Lugd. pag. 135.] etc. Vox Agrimensorum recentiorum, quibus *Frons* agri ea pars dicitur, quæ obversatur agro alteri. Jacobus I. Rex Aragon. in Foris Osceæ ann. 1247. fol. 31: *Et adhuc debet cum suis expensis mundare ipsum publicum meatum, ut aquæ inde transire valeant libere, quantum Frontaria, sive afrontatio suarum domorum tenuerit.* [Charta Aldefonsi Reg. Castellæ ann. 1181. apud Baluz. Histor. Tutel. col. 493: *Cum ingressibus et egressibus, cum terminis et Frontariis, etc.*]

FRONTERAM TENERE dicitur Princeps, qui castra sua in finibus principatus contra hostes suos locat, tenet, et iis sese opponit. Charta Aldefonsi Regis Aragon. apud Martinezum in Hist. Pinnatensi lib. 5. cap. 24: *Quod fecit mihi cum suis Abbas S. Joannis apud Monregal, quando ibi tenebamus Fronteram, etc.* Speculum Historiale MS. Joannis Abbat. Laudun. scriptum ann. 1388. lib. 11. cap. 5: *Puis il lui commanda, qu'il prinist deus cens hommes, et allast à S. Omer, et illec Tenist la Frontiere contre les Flamens.*

† FRONTERIA, id quod Justiniano lib. 2. Institut. tit. 1. § 22: *Modus latitudinis cujuscumque fundi, quæ prope ripam est.* Statuta Arelat. MSS. art. 162: *Si aliquis habet Fronteriam in riparia Arelatis, ubicumque sit, et voluerit eam plantare, levatarii illius territorii teneantur, etc.* Et art. 188: *Omnia impedimenta via (viarum) quæ sunt a capite pontis Rodani usque ad portum civitatis removeantur, et quod quisque dimittit tertiam partem Fronterie, pro justa a capite pontis usque ad dictum portum civitatis. Divisio bonorum terræ vicecomitalis Massil. inter DD. Roncelinum, Ugonem de Baucio et Giraudum Ademari ann. 1212: *Habet coguina staris ejusdem castri, quæ erat Vicecomitum Massiliæ, et retrocurtis et medietas turris ejusdem staris, et Fronteria turris ex parte Ecclesiæ, et superior fascia majoris condamine, quæ est juxta faciam rotundam riali in medio... sala et omnes domus quæ sunt juxta prædictam salam, et totam Fronteriam sicut extenditur usque ad barium, quod claudit meta.* Statuta Massil. lib. 2. cap. 1. § 14: *Creditor possit accipere quamcumque partem in re illa voluerit in tantum quantum res illa extenditur in profundum, usque ad satisfactionem sui debiti tantum, dum tamen totam Fronteriam rei non accipiat, nisi Fronteriam contingentem partem quam sibi dari petierit, et dum tamen illud accipiat ab uno latere.* Vide Fronterium 1.*

† FRONTATUS. Charta ann. 1321. tom. 2. Instr. Hist. Paris. pag. 528: *Defunctus Mathæus de Londres, tempore quo vivebat, tenebat quamdam domum sitam Parisius super ripperia portus S. Landetrici, tenentem ex una parte de long ad domum Lamberti le Buschier, et ex alia ad domum dictorum conjugum, contiguam seu Frontatam in se ad vicum de Glatignevo. Id est, habentem a Fronte, Gallice *Posée de front*, vel *faisant face*.*

† FRONTERIA, Ornamentum muliebree. Charta ann. 1473. in Tabular. S. Victoris Massil.: *Unam Fronteriam perlarum.* Statutum Universitat. Massil. ann.

1381: *Quod nulli mulier aliqua audeat de cetero... portare coronas, garlandellum, Fronteriam, neque capellum auri, argenti seu perlarum.* Vide Frontaria.

\* Quod frontem decoraret sic dictum, nostris, *Fronteau, Frontel et Frontiere*, Contract. matrim. ann. 1353. apud Salern.: *Fronteriam unam magnam de auro, perlis et aliis lapidibus pretiosis, pro uncis quadraginta.* Formulæ MSS. ex Cod. reg. 7657. fol. 48. rº: *In una Fronteria perlarum, uno anulo auri cum perlis.* Inventar. ann. 1393. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 170. col. 2: *Un Fronteau d'or a blanches violettes, ou il y a deux balays.* Contract. matrim. ann. 1383. in Reg. 126. Chartoph. reg. ch. 109: *Item doit ledit Regnaud liurer à ladite Marguerite pour ledit mariage une bonne robe longue d'escallate bien fourée, un bon chaperon selon la robe, une pelisse de gris ensuivant, une bonne sainture, une bourse, un coustel, un espinglier, un chappel, un offroy, un Frontel. Un petit Frontel de perles, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 159. ch. 213. Aliæ ann. 1460. in Reg. 190. ch. 88: *Une Frontiere à espousée garnie de perles.* Hinc *Frontelet* dicitur fascia, qua utuntur moniales, in Stat. Mss. monial. congregat. Casalis Bened.: *Par dessus leurs couvrecheffs un voile noir avec Frontelet et barbettes.**

\* 1. FRONTERIUM, Pars agri, quæ obversatur flumini, vel agro alteri. Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 104. ex Cod. reg. 4659: *Nullus de riparia Duranciæ vel Rodani truncum, vel ræstegam, vel ligna audeat arripere vel levare, nisi ille cujus in riparia Fronteria fuerint applicata.* Hinc *Frontoyer*, Litus radere, vulgo *Cotoyer*. Froissart. vol. 2. cap. 169: *Les Anglois avoient sur la mer jusques à six vingt vaisseaux chargés de pourveances, qui les suivoient Frontoyant Angleterre.* Vide Fronteria in Frontaria.

\* 2. FRONTERIUM, Pannus, quo frons seu pars anterior altaris ornatur, nostris *Frontier*. Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1363. ex Bibl. reg.: *Item Fronterium cum dorserio antiquum pro altari revestiarum... Item unum aliud Fronterium album antiquum cum dorserio ad lilia. Item unum aliud Fronterium rubeum cum dorserio de broderia ad ymagines.* Aliud Gallicum ibid.: *Item un Frontier et dossier anciens pour l'autel du revestiaire... Item un autre Frontier et dossier rouges a ymages de broderie.* Inventar. jocal. ann. 1403. inter Probat. tom. 3. Hist. Burg. pag. 217. col. 2: *Un cothidian de chapelle garni de hazuble à un orfroi de brodeure à Apostres, de Frontier, dossier, etc.* Vide Frontale.

† FRONTES, Agrimensoribus dicuntur campi parallelogrammi latera breviora; longiora vero nude laterum nomine donantur. Charta anni 1092. in Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 232: *Est autem inter consortes de uno latere flumen, quod nominatur Lupus, et de alio latere rivus Malvani, et de retro Fronte mare magnum et de alio Fronte mons.* Observandum vero, ubi de fluminibus sermo fit, regionem a qua defluunt tergo dici, Frontem quo fluunt.

\* FRONTERIUM, Ejusdem originis ac Fronterium 2. pro lecti ornamento. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus unum alium lectum parvum, ... cum suo arcalecto positum coralli, et cum suo supercelo telæ munito, Frontherium filii lini.*

† FRONTECIPIUM, Principium. Miracula S. Bertini sæc. 3. Bened. part. 1.

pag. 192: *Martyres Fuscianus et Victorius in Frontipico Christianitatis incolarum terræ primariam feruntur ibi construxisse Ecclesiam.*

† **FRONTINERE**, Janus Laurenberg. in Supplem. Antiquarii: *Frontinet, πρὸντινῆρα, Alas movet, volaturit.*

1. **FRONTISPICIUM**, Frontis hominis inspectio. [Johannes de Janua addit: *Unde et anterior pars Ecclesiæ Frontispicium dicitur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frontispicium, Frontiere, la partie devant de l'Eglise.*] Will. Malmesburien-sis lib. 1. de Gest. Pontif. pag. 205: *Quod ille statim vivacitate sensus intellexisset, quantæ prudentiæ Lanfrancus esset ex dignitate Frontispicii et facie.*

\* Fastigium. Chronic. Mutin. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 604: *Apparuit quædam crux rubea longitudine unius cubiti supra Frontispicium ecclesiæ beati Francisci de Assisio in aere, etc.*

2. **FRONTISPICIUM**, Idem quod *Frontale*. Inscriptio *Frontalis*, apud Anton. de Yopez, in Chronico Ord. S. Benedicti tom. 6. pag. 125: *Nos Sancius Rex, Garcia Regis filius, una cum Blanca conjugæ dilectissima, hoc aureum altaris Frontispicium intereratæ Virgini Mariæ offerimus, etc.* *Frontal* vertit idem Yopez. Vide *Frontale*.

† **FRONTO**, *πρὸντος*, Qui magna fronte est. Martinius ex Onomastico: in quo *Frontosus, εὐπρὸντος*, eadem notione.

† **FRONTOSE**, Impudenter, arroganter. Vita S. Catharinæ Senensis, tom. 3. April. pag. 953: *Apud Prælatos Ordinis Frontose denunciare.*

\* Hinc nostris *Frontueusement*, eadem acceptione. Chron. S. Dion. lib. 1. cap. 11. tom. 5. Collect. Histor. Franc. pag. 244: *Moult folement et moult Frontueusement il demanda ceste chose. Faire Front*, Contra aliquem stare, niti, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 80: *Le suppliant prist icellui sous-sergent par le nez entre les deux doigts prochains du poussier de sa main destre, en lui disant: Je te fays front.* Italis, *Fronteggiare*, eodem sensu.

**FRONTOSUS**, Impudens. Chronicon Mauriniacense lib. 1: *Ex vehiculo, quod vulgo Birotum dicitur, circumferri per Belsiam ad petendam annonam pie Frontosus non erubuit.* [*Frontosa quædam mulier*, in Vita S. Lidwinæ.] Ita *Frons* pro impudentia, audacia, in l. ult. Cod. de Episcopis. Judic. et alibi. Vide *Fronto*.

\* **FRONTUOSUS**, Qui a grant front, in Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. et in altero Lat. Gall. ex Cod. 7692. Vide *Fronto*.

† **FRONUM**, Charta anni 1237. ex Archivo Arelat.: *Poterunt Arelatenses extrahere Frona et castaneas.*

\* **FRONZIA**, Funda, Gall. *Fronde*. Stat. Vercel. lib. 4. pag. 71. vº: *Item quod nullus major decem annis trahat per civitatem cum Fronziis vel cazafusto.* Vide supra *Fronde*.

**FRORISTEUM**, Tabular. Claromari-cense in Hist. Guinensi pag. 126. [et apud Miræum tom. 1. pag. 192.]: *Ipsi etiam, quæ fodienda sunt, opportuno tempore fodiant, ne per eorum incuriam aliis damnum eveniat. Quod si contigerit,...* 5. *solidos pro Froristeo restituent.* Sed legendum videtur *Forisfacto*. Vide pag. 134.

\* **FROSARIUS**, Viarius curator, a Gallico *Fros*, via publica, idem quod supra *Frocarius*. Arest. ann. 1368. 17. Maii in vol. 5. arestor. parlam. Paris.: *Et licet minores clamores antiquitus ad Frosarios jure præventionis una cum dicto episcopo (Albiensi) communes pertinerent, dicti*

*tamen Frosarii a dicto episcopo tenebant quidquid habebant in civitate Albii.* Vide in *Fraustum*.

**FROSGUS**, [FROSTUS, FROUZUS, vel FROUZA.] Vide *Fraustum*.

\* **FROSENGA**, *La casa de peregrini.* Glossar. Lat. Ital. Ms.

† **FROSSA**, haud scio an mendum sit pro *Trossa*, falcis; saltem ea notione videtur accipi in Statutis Massil. lib. 5. cap. 19. § 7: *Item, quicumque furabitur vites de nocte, vel de die de aliena,...* solvat pro banno pro qualibet *Frossa* x. sol. et pro quolibet *fazio* v. solid.

\* Libert. loci Simpodii ann. 1399. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 96. art. 33: *De una saumata ollarum, de una Frossa, unum Turonensem, de qualibet prædictarum.* Vide mox *Froza*.

\* **FROSTIUM**, Ager incultus et eremus, idem quod *Fraustum*, nostris *Frouste, Froustis* et *Frouz*. Charta Joan. ducis Brit. ann. 1252. ex Bibl. reg.: *Dedimus... abbatiæ nostræ de Præcibus quoddam Frostium nostrum, situm in parochia de Guarranda,...* ad plantandum ibi de novo vineas. Rursus occurrit infra. Assignat. dotalit. Joan. reginæ Franc. ann. 1319. in Reg. 60. Chartoph. reg. ch. 69: *Item de Frouz de Longavilla, sexdecim libras.* Charta ann. 1405. in Reg. feud. comitat. Pictav. ex Cam. Comput. Paris. fol. 23. vº: *Item tiens à mon domaine les Froustis, qui jadis fut harbergement, courtillages et appartenances, appellé la Papotiere.* Alia ann. 1423. ibid. fol. 73. rº: *Item une vigne,...* laquelle est apresent *Frouste*. Vide supra *Fresceium*.

\* Hinc *Affrester*, ad *frostium* terminari, in Lit. admort. ann. 1464. ex Reg. 199. Chartoph. reg. ch. 424: *Trois leveures d'un festre de maison neuve couverte de tuille, seant audit Froyes en la rue de la grant taverne,...* *Affrestant de son long selon ladite rue.*

† **FROTARE**, a Gallico *Frotter*, Fricare. Chronic. Cornelii Zaniffiet apud Marten. tom. 5. Ampliss. Collect. col. 132: *Femorale suum immundum sive alium quempiam pannum feculentum ac pulveribus sordidatum super vultum et genas supradictæ imaginis quotidie Frotabat, et irrisorie pertrahebat.*

\* **FROTEZIA**, Arx, castrum, munitio. Homag. ann. circ. 1020. inter Prohat. tom. 2. Hist. Occit. col. 174: *De ipso castello qui dicitur d'Urban, neque de ipsas Froteziyas, quæ ibi sunt aut inantea erunt.* Vide supra *Fortecia*.

\* **FROTTA**, vox Italica, Turba, agmen, acies. Annal. Estenses ad ann. 1409. apud Murator. tom. 18. Script. Ital. col. 1081: *Crescebant et aliæ Frottæ similiter adventantes, etc.* Haud scio an inde *Frona*, Grex, Gall. *Troupeau*, in Charta Ludov. comit. Nivern. ann. 1304. ex Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 346: *Item se uns Fronx ou uns pars d'ouailles trespasse per eschappée, et est pris en autrui meffait, il sera en amende de deux soulz.* Sed legendum prorsus *Fouc*. Vide supra *Foucagium*.

\* **FROURERIUS**, FROURESIVS, pro *Fourrierus*, Gall. *Fourrier*, qui regi vel magnatibus domos in urbibus parat. Comput. ann. 1362. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 250. col. 2: *Pro adventu domini nostri regis, domini consules una cum Frouresio regio... accesserant per villam, accipiendo a singularibus villæ lectos pro provisione domini nostri regis et gentium suarum.* Infra *Frourierus*. Vide in *Fodrum*.

\* **FROYRERIUS**, Eadem notione, in Comput. ann. 1380. ibid. tom. 3. pag. 31.

col. 1: *Solvi Raynaudo de Ros, Froyrerio domini senescalli, etc.*

\* **FROXARE**, Fraudare, Ital. *Frodare*, Chron. Petri Azar. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 340: *Habebat iste Castellanus tres filios, nempe duos grandiores et unum parvum, omnes mercaturam bladorum in Bononia exercentes, quæ blada mittere sperabant Cumas, ut credo, sicut Froxando millies transmiserant.*

\* **FROYERARE**, Munire, roborare. Consil. Massil. ann. 1328. ex Tabul. ejusd. urbis: *Item quod turris juxta portale portæ Gallicæ dupletur et Froyeretur da quatuor palmis.*

† **FROYRAGE**, Pabulum, Gall. *Fourrage*. Informationes civitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerm.: *Exportabit quodlibet vyssertum xxv. equos cum toto suo Froyrage.* Vide *Fodrum*.

† **FROYRE**, Eadem notione, sed latiori, ut supra vox *Fodrum*. Donatio anni 1317. Hist. Dalphin. tom. 2. pag. 167. col. 1: *Item fuit actum quod ipse D. Dalphinus teneatur et debeat emere Froyre et aisinis domorum et fortalitorum locorum prædictorum de Medullione, de Buzo... quod et quæ nunc sunt in domibus et fortalitiis, et de ipsorum pretio ipsi D. Raymundo... solvere... et soluto ipsius Froyre seu ipsarum aysinarum pretio, nihilominus idem D. Raymundus ad vitam naturalem ipsius, et quantum fuerit in humanis, ipsorum omnium usumfructum habeat, sicut habet nunc in illis quæ habet, ita tamen quod ea vel aliqua ipsorum idem D. Raymundus non possit, nec debeat alienare, vel ad partes alias quovis modo, occasione vel causa transferre quod in ipsis domibus et fortalitiis, ut propria dicti D. Dalphini, debeant remanere.*

\* Testam Ludov. comit. Valent. ann. 1345. ex Cod. reg. 6008. fol. 97. rº: *Item legamus eidem consorti nostræ totum Froyre nostri hospitii et totam vesselam nostram argenteam ad vitam suam; et post ejus mortem, volumus quod dictum Froyre ad dictum hæredem nostrum revertatur, et dicta vaissella hospitali pauperum Christi de Bivio erogetur.* Vide supra *Frodium*.

\* **FROYRERIUS**. Vide supra in *Frouerius*.

\* **FROZA**, ut supra *Frossa*, Fascis. Libert. Granat. dioc. Tolos. ann. 1291. t. 4. Ordin. reg. Franc. pag. 23. art. 27: *De pelle vulpis, de una saumata ollarum, de una Froza, etc.*

\* **FRUA**, Fructus, census, redditus, Gall. *Fruit*, *revenu*, Ital. *Frutto*. Stat. castri Redaldi lib. 1. pag. 20. vº: *De redditu et Frua dictæ terræ non aratæ, ut prædicitur, recipiat, et solum habeat medietatem ejus quod habuisset, si bene aravisset; residuum vero ad dominum terræ perveniat.* Vide infra *Fructuarium* 2.

† **FRUAGIUM**. Bulla Alexandri III. Papæ inter Instrum. tom. 4. novæ Gall. Christ. col. 190: *Decimam Fruagii de Parson et tertiam partem ejusdem nemoris cum terris et justitia, etc.* Haud sine probabilitate suspicantur Editores legendum esse *Finagium*; *Fruagium* tamen idem esse posset quod infra *Fructuagium*.

\* **FRUALITAS**, [Actus fruendi, gaudia (conjugalia) (Inscr. Afric. ed. Renier, n. 3958.)]

\* **FRUATIO**, Fruitio, usus fructus, Gall. *Jouissance*, Ital. *Fruizione*. Charta emphyt. ann. 903. apud Murator. tom. 3. Antiq. Ital. med. ævi col. 144: *Proprie-*

tates seu donationes eidem venerandæ ecclesiæ vestræ dare atque persolvere debeamus pro Fruatione et fructificatione ipsis suprascriptis per omnique Indictione pensi nomine auri obtimi solidos septem in festivitate S. Vitalis tantum, ut dictum est, pensio persolvatur, sine aliqua tardietate vel mora. Vide infra Frudiare.

\* FRUCHA, Annona fructuaria, quivis fructus. Comput. ann. 1479. inter Probat. tom. 3. Hist. Nem. pag. 338. col. 1 : Pro quodam prandio facto et præparato in domo comuni... exposuerunt tam in carnibus, pane et vino, ac Frucha, aj. sol. vi. den. Vide Frucheria.

† FRUCHARIA, Massiliensibus Frucherie, Locus ubi fructus venduntur. Charta ann. 1469 : In cariera Fruchariz.

\* Gall. Fruiterie. Comput. ann. 1351. inter Probat. tom. 2. Hist. Nem. pag. 142. col. 2 : Qui (consules) subito dimisso consilio recesserunt, pro timore magni incendii positi in hospicio quartoni Fruchariz Nemausi.

† FRUCHERIA, Annona fructuaria, quivis fructus, nostris Fruitage. Litteræ Petri Infantis Arag. ad Senescallum Provinciam ann. 1332 : Quadam vice ceperunt quedam coria, Frucherias et alias res et merces. In quadam Recensione jurium dominicorum idiomate Provinciali scripta e MS. D. Brunet habetur : Item cascuna Fruchiera fresca l. d. Nostris Fruitiere, Pomaria quæ fructus vendit.

\* FRUCHERIUS, FRUCHERIA, Qui et quæ fructus vendit, Gall. Fruilier et Fruitiere, Ital. Fruttaiolo. Lit. Phil. VI. reg. Franc. ann. 1343. tom. 6. Ordinatio. pag. 276 : Lite pendente... inter syndicum capitulariorum Tholoxæ... et quosdam Frucherios et Frucherias, etc.

1. FRUCTA, pro Fruita, id est, adepta. Papias.

2. FRUCTA, Usus fructus. [\* Vel forte idem quod mox Fructera.] [\* Fructus. Confer Fructum.] Chrodegangus in Regula Canonico. Metensium cap. 32 : Et ipsi Clerici de ipsis rebus, quas in precariis habent, ... minuendi, aut vendendi, aut commutandi potestatem non habeant, excepto, ut diximus, de illa Fructa, vel quod ibidem laborare potuerint, viventes faciant quod voluerint.

FRUCTA. In Capitulari Sicardi Principis Benevantis ann. 836. 24. caput est de Fructa : sed cum textus in MS. absit, haud facile est divinare, quid hoc verbum sonet.

† FRUCTATUM, pro Frutetum, Locus abundans fructibus. Collectio antiqua Canonum pœnit. apud Acherium Spicil. tom. 11. pag. 70 : Ne seges boni agricolæ zizaniorum mixta horrentibus Fructatis sordescat.

\* FRUCTERA, Prædium rusticum fructiferis arboribus consitum, vel unde fruges et fructus colliguntur. Chartul. S. Vict. Massil. : Dant S. Victori et abbat. Isarno unam Fructeram de ovis in illis territoriis, absque censu et servitio. Ibid. pag. 162 : Isoardus vicecomes Gapiensis dat S. Victori et S. Genesio pascum et patuum et unam Fructeram de ovis in territorio de Dromone et Castroforti.

† FRUCTERIUS, ut infra Fructuarius, in Legibus Palatinis Jacobi II. Regis Majoric. inter Acta SS. Junii tom. 3. pag. xxxvii.

\* FRUCTETUM, Locus abundans fructibus, frutetum. Charta apud Meichelbec. tom. 2. Hist. Frising. pag. 38 :

Pascuas, venationes, umecta seu et Fructeta, etc. Vide Fructatum.

\* FRUCTETUS, Eodem intellectu, apud eumd. ibid. pag. 87 : Tradidi cum uno Fructetu de genere arboris, unde nascuntur milas.

† FRUCTIBILIS TERRA, Frugifera, quæ fert fructum. Charta foundationis Bassacensis Abbatiz ann. 1002. inter Instr. tom. 2. novæ Gall. Christ. col. 472 : Ex altera autem parte (existunt) virgulta et horti, et vinea, et Terra Fructibilis usibus humanis satis apta.

† FRUCTIBULUM, pro Fundibulum. Vide in Biblia 1.

\*\* FRUCTICELLUS, Fructus qualicumque. Liber de Memoria B. Emmerami apud Pertz. Script. tom. 4. pag. 555 : Assimilantur arboribus, etsi necdum fructum, tamen folia habentibus, in quibus spes est Fructicelli, etc.

\* FRUCTICOSUS, perperam pro Fruticosus. Chronic. Sithiense tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 78 : Quem locum a tempore Augusti desertum ipse Fruticosus sentibus purgaverat. Vide supra Fructetum.

† FRUCTIFICABILIS AGER, Idem qui frugifer, in Actis SS. Maii tom. 3. pag. 22.

\* FRUCTIFICATIO, Fructio. Vide supra Fruatio. [\* Alio sensu apud Tertullian. Vide Forcellinum.]

† FRUCTUAGIUM, Idem quod Frucheria. Codex Legum Norman. lib. 2. cap. 29. § 14. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 322 : Similiter de pasnagiis, faisanciis et servicis, que non annuatim, sed ex casu sive gratia eveniunt. Ex gratia ut pasnagia et cetera Fructuagia, que ex Dei gratia non singulis annis, sed aliquando ad humani sustentamentum generis effunduntur.

\* Nostris Fruitage. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 116. Chartoph. reg. ch. 97 : Icelle Jehanne s'entremettoit de vendre harens, Fruitages et porées. Aliæ ann. 1337. in Reg. 132. ch. 171 : Laquelle femme leur donnoit des noix et autres menues choses et Fruitages. Adde Ordinatio. reg. Franc. tom. 4. pag. 391. art. 7.

1. FRUCTUARIA, Vectigal ex fructibus. Testamentum Petri Comititis Sabaudiz ann. 1268 : Brennariam vero, Fructuariam et paleam, cum consuevimus percipere in Comitatu Sabaudiz, totaliter quitamus. [Vide Fructuarius.]

\* 2. FRUCTUARIA, Officium in domibus regis, cui fructus, imo et candelarum et ceræ cura incumbit, vulgo Fruiterie. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 476. r. col. 2 : Ryolandus Brito valletus Fructuarie Johannæ reginæ. Vide Fructuarius 1.

\* 3. FRUCTUARIA, Quæ fructus vendit. Johanna du Celier Fructuaria regis, in Memor. C. Cam. Comput. Paris. fol. 170. r. Vide supra Frucherius.

† 1. FRUCTUARIUM, Pomarium, locus consitus arboribus frugiferis. Donatio facta Monasterio Moisiacensi ann. 7. Theodorici Regis Fr. apud Mabillon. tom. 1. Annal. Benedict. pag. 686 : Dono... curtes nostras indomincatas cum Ecclesiis aut solaris, et viveriis, et Fructuario, piscatoriis, etc.

\* 2. FRUCTUARIUM, Fructus, redditus, census. Charta Rich. archiep. Bitur. in Chartul. S. Ursini Bitur. : Necessè est nobis ex ipsis ecclesiis sic tractare, ut clerici Domino servientes ex Fructuariis ipsarum possint vivere, et Dominum nostrum in perpetuo collaudare. Fruitage, eodem sensu, in Pacto inter abbat. de Fonten. et Gaufr. de Charni ann. 1343.

ex Reg. 79. Chartoph. reg. ch. 59 : Item des Fruitages des terres appartenant à nous religieux... ledit chevalier, ne les aians cause de lui, ne pourront reclamer aucun droit. Vide supra Frua.

1. FRUCTUARIUS, Officium in Domibus regis : cui fructus, atque adeo candelarum et ceræ cura incumbit, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Regis ann. 1261. vulgo le Fruitier. [Liber niger Scaccarii pag. 351 : Fructuarius in domo comedet, et iii. den. hominibus suis.] Officium ipsum Fructuaria dicitur. Valet de la Fruiterie, in Chron. Flandr. cap. 72. [Vide Hist. Dalph. tom. 2. pag. 394. ubi fusius de Officio Fructuariz, et supra in hac voce. Apud Jurisc. Fructuarius est qui percipit fructus, non ut fundi dominus, sed tanquam usufructuarius ; atque hac notione sumitur in Digesto et in Chartis non semel.]

\* [Significat quoque Fruitier ut in Cart. N. D. Paris. III. 62. an. 1238 : « Super domo defuncti Richardi Fructuarii centum solidos. »]

\* 2. FRUCTUARIUS, Qui usufructuario jure fruitur, nostris Fruittuaire. Instr. ann. 1400. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Hodoepor. part. 2. pag. 485 : Durante tempore ipsarum locationum invitis et seu irrequisitis Fructuariis construxerunt certas capannas. Et fol. 486 : De primo dicendum est, quod sicut Fructuarius novum ædificium in fundo fructuario, invito proprietario, construere non potest, etc. Charta ann. 1387. in Reg. Joan. ducis Bitur. ex Cam. Comput. Paris. fol. 153. v. : Après ladite demission, ledit Mons. le duc de Berry entrera et sera receuz en foy et hommage, possession et saisine de l'usufruit et viage d'icelles terres pour joir et user des fruiz, proufiz et emolumens d'icelle sa vie durant, tout aussi plainement en toutes noblesses et prerogatives, comme s'il estoit plain seigneur et propriétaire desdites terres, nonobstant que par la coustume, viager et Fruittuaire n'en deust pas si plainement user.

\*\* 3. FRUCTUARIUS, Qui merces in navem imponit. Passim in Legib. maritim.

FRUCTUATIONES PUBLICÆ, Publici proventus, tributa, in Charta Conradi Imp. ann. 1029. pro Ecclesia Amonensi apud Ughellum.

FRUCTUM, pro Fructus. Capitulare de Villis cap. 20 : Unusquisque iudex Fructa semper abundanter faciat omni anno ad curtem venire. [Supplem. Antiquarii : Fructum hoc, καρπός, Fructus.]

† FRUCTUOSITAS, Utilitas, apud Baluzium tom. 6. Miscell. pag. 343.

FRUCTUOSUS, Regula cujusdam Patris cap. 22. tom. 2. Regularum antiq. pag. 170 : Fratibus, quibus habitatio in sterili terra, id est absque pane, et sunt in montanis, et Fructuosus, modicum lactis permittimus. Ubi forte leg. Frustuosus, vel sane Infructuosus. Vide Fravatum.

\* FRUCTURA, Procreatio. Stat. Mant. lib. 1. cap. 119. ex Cod. reg. 4620 : Qui quidem guaragnum talem et equum de persona, forma et membrorum proportionem, de viribus et sufficientia opportuna examinent diligenter, ... et quemcumque diligenter examinatum ad Fructuram et prolis procreationem commodum esse crederint, in guaragnum admittere debeant. Vide supra Formatio.

\*\* FRUCTUS, Pretium pro onere navi imposito, Germ. Frucht, olim German. infer. Frucht. Chart. ann. 1361. apud Lappenb. Origin. Hanseat. pag. 491 :

*Nec nautæ Fructus, nec naucleris precium debent solvi.* Vide *Fretta* 2.

\* **FRUCTUS BIENNALES.** Vide *Biennium*.

\* **FRUDIARE,** Frui, fructus percipere, Ital. *Fruiere*, unde *Frudium*, fructus, reditus. Charta ann. 1005. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 183: *Concessimus... illud habendum, dominandum, possidendum, et omnia de ipso Frudio faciendum quæ volueritis.* Alia ann. 1085. ibid. col. 994: *Cunctam supra dictam nostram concessionem prædictus dominus Adalferus abbas ejusque successores habeant et possideant, et Frudient, et de ipsis Frudiis faciant omnia quæ voluerint.* [\*\* Alia ann. 1043. apud de Blasio Series Princip. Salernit. pag. 76: *Diebus vitæ tuæ præfatam ecclesiam S. Angeli tenere debeas, et dominare, et possidere, et frudiare, etc.* Vide supra *Fruatio* et *Fruigare*.]

\*\* **FRUITARE.** Chart. ann. 957. apud Neugart. in Cod. Dipl. Alemann. num. 740. tom. 1. pag. 600: *Donamus... omnem proprietatem nostram... cum omnibus, quæ ibi merito Fruitare debemus, ad monasterium S. Galli, etc.*

\* Hinc *Afruitter*, pro *Uti*, in Reg. actor. capitul. eccl. Camerac. sign. O. ad ann. 1485: *Adfin que les manans et habitans en la dicte cité (de Cambrai) aussi les fréquentans en ycelle se puissent mieulx et plus aysiément Afruitter, appointier et concorder en leurs affaires et marchandises.*

† 1. **FRUGALITAS,** Ubertas, fertilitas, Gall. *Fertilité.* Acta Episcoporum Tullensium inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1011: *Inter innumera tantæ persecutionis damna, quæ sedulo perferabat, (venerabilis Pibo) curtem Tullensis Ecclesie juri debitam Bercheim nomine, honore quondam et Frugalitate opinatissimam, quam per fideles Regis amiserat, multis ante vitæ suæ terminum Ecclesie restituit per quinquennium.*

\* 2. **FRUGALITAS,** Inopia, penuria. Willibaldus in Vita S. Bonifacii Mart. apud Mabillon. in Actis SS. Benedict. sæc. 3. part. 2. pag. 18: *Magnam primitus mundi hujus penuriam ac Frugalitatem sustinuit, magnisque tribulationum angustiis coartatus, verbi Dei semina propagavit.*

\* Quæ fuerit mensurarum etiam regiarum frugalitas, docet non Stat. Ms. Jacobi I. reg. Aragon. ann. 1234: *Statuimus quod nos, nec alius subditus noster, non comedamus in die nisi de duobus carnibus semel, et de una iterum possit fieri assatura, si alix assaturæ, ut hædi et porcelli, defuerint; et de istis duobus carnibus non possint preparari, nisi in uno modo de una: verum salsæ vel sacre (l. fartæ) vel venanticæ in istis duobus carnibus minime computentur.*

**FRUGESTRUM.** Vita S. Lupi Archiepisc. Lugdun.: *Quoniam auditus est in Frugestris, inventus est in campis silvæ, etc.* Campus frugibus ferendis idoneus.

**FRUGIARE,** Frui, in Charta Rogerii Ducis Calabriae, apud Ughellum tom. 7. pag. 400.

\* **FRUGIDEMIATOR,** [Messor. DIF.]

\* **FRUGIDEMIUM,** [Mensis; spica calam. DIF.]

**FRUGIFERATIO,** *Κάρπουα*, in Glossis MSS.

\*\* **FRUITARE.** Vide *Frudiare*.

† **FRUITERIUS,** ut supra *Fructuarius*, in Histor. Dalph. tom. 2. pag. 405.

**FRUITIS,** Vas aquarium, pro parvioribus. Glossæ antiquæ.

\* **FRUITOSUS,** Fructuosus, utilis, Ital. *Fruituoso.* Charta ann. 1329. in Reg. 66.

Chartoph. reg. ch. 307: *Ad censam perpetuam tradidimus... quondam ruetam foraneam, nemini, nec domino regi, nec aliter Fruitosam, sed totaliter inutilem.*

\* **FRUMARE,** Fodere. Chron. Norberg. ad ann. 1428. apud Oefelium tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 328. col. 1: *Præceptum fuit omnibus... labore... in fossato, vulgo graben, et quicumque pro se fodere vel Frumare non voluit aut non potuit, alium pro se disponere cogebatur.*

† **FRUMEN,** Monstrum, portentum, et pax, in Gloss. Lat. Gr. Sangerm. MSS. et in Supplemento Antiquarii ex Donato. *Frumen* dicitur tractus gulæ, qua cibus in alvum demittitur; Servio autem *Eminens* sub mento gutturis pars; *Laryngem* vocant Græci: *Latini et Celsus Fauces.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Frumen, l'entrée de gueule.* Vide *Isid.* lib. 20. cap. 2. Jo. de Janua.

\* Glossar. Cassin. ann. circ. 700: *Frumen, pars gulæ, unde frumenta et fruges, a frumendo, hoc est vescendo.* Nostris, *Frume*, vulgatus *Frime*, Species. Mirac. B. M. V. Mss. lib. 1:

Et jasoit ce qu'il li unuit,  
N'en fait amblant, ciers, ne Frums,  
De son dos fait pour Dieu englume.

**FRUMENTAGIUM,** Præstationis agrariæ species, primitus ex *frumento*, deinde etiam ex ipsis vineis: *Droit de Fromentage*, de quo jure quædam attingit Raguellus. Charta foundationis Monasterii Omnium SS. in urbe Andegav. ann. 1049: *In curte S. Dionysii perdonat Comes totum, et Frumentagium, et mullonagium.* Consuetudines municipales de *Boisdecen* in *Pictonibus*: *Sciendum vero est, quod tales sunt (assentiones), quod domini ipsius terræ debent percipere in ipsa Frumentagium, quem Mestivam feudalem vocant.* Charta ex Tabulario S. Albini Andegav.: *Reddit 2. sextarios de Frumentario, unum sextarium de forre, 12. denarios de friscengagio, etc.* Tabularium Absiense ann. 1223: *Viginti sextaria frumenti annuatim reddenda de Frumentagio meo, quod Radulfus de Bello-monta Dom. Bercoii olim dederat, etc.* Et fol. 78: *Dedi et concessi eisdem Monachis annuatim sex sextarios Frumenti de Frumentagio meo, quod habebam apud Aursevallem.* In Regesto de Rebus Ludovici Regis Siciliae, Ducis Andegav. fol. 51. in Camera Comput. Paris.: *Item un clous de vignes, appellé le Fromentage, ou Domaine du Seigneur.* Fol. 112: *Jean du Baillail lige de certains Fromentages, que il tient de la Baronie de Mayenne.* Charta Joannis Ducis Britanniae ann. 1316. in Regesto Ludovici Hutini n. 80: *Tant en rentes, que deniers, Fromentages, avenages, gelinages, etc.* Vide *Mestiva*.

\* **FRUMENTALE,** Frumentum. Charta ann. 1228. in Chartul. Thenol. ex Cod. reg. 5649. fol. 54. r.: *Hanc vineam dicti Clarembaldus et Hersendis ab instanti natali Domini in annum debent extirpare, et plantare fideliter Frumentale.*

† **FRUMENTARE,** Frumenta colligere, pabulari, Gall. *Fourrager.* Helmodus lib. 1. Chron. Slavorum cap. 87: *Perusserunt quosdam de castris, qui ecierant ad Frumentandum.* Recurrit infra cap. 92. Radulfus Cadomensis in Gestis Tancredi apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 149: *Equos, gens nostra nil tale veriti, longe miserant Frumentatum.* Et col. 173: *Frumentatum utrobique missi, annonam simul inveniunt et pugnam.*

\* **FRUMENTARIA,** Chi colie frumento. Glossar. Lat. Ital. Ms. *Fourmenterie*, pro Foro frumentario, in Charta ann. 1375. ex Reg. 107. Chartoph. reg. ch. 375: *Item sur la maison seant devant la Fourmenterie, ... ix. solz.*

**FRUMENTARII,** Quorum munus paucis declarat Aurel. Victor. Schotti in Diocletiano: *Ac remoto pestilenti Frumentariorum genere, quorum nunc Agentes rerum simillimi sunt, cui, cum ad explorandum annuntiandumque, qui forte in provinciis motus existerent, instituti viderentur, compositis nefarie criminationibus, injecto passim metu, præcipue remotissimo cuique, cuncta fæde diripiebant.* De his agunt multis Baronius ann. 261. n. 17. 18. 19. 20. [Casaubonus] et Salmasius ad Spartianum [in Hadriano. Vide in *Fodrum*.]

\* **FRUMENTATICUS,** Frumentarius, nostris alias *Fourmental.* Charta Nivel. Suession. episc. ann. 1190. ex Tabul. S. Crisp. in cavea: *Tertia pars straminis Frumentatici totius decimæ. Sis chens de fuer Fourmental, in Ch. ann. 1257. ex Chartul. S. Cornet. Compend. fol. 182. r. Ibid. 212. r.: Item præpositus habet in grangia de Doulencourt vj. chens de Fourmentas pro hospitio suo, et unum centum de vescia.* Aliud vero est vinum *frumentaticum*, Gall. *Vin fourmental*, quo scilicet designatur vinum ex præstatione seu censu debitum. Belloman. Ms. cap. 27: *Droit pris de vins de rentes selonc le coutume, si doit estre prisiez en trois manieres de vins: che est assavoir vin Fourmental, vins de moreillons et vin de gros noirs. Le vin Fourmental à le mesure de Clermont, si doit estre prisiez chascun mui xij. sous de rente; et le vin de moreillon chascun mui ix. sous de rente chascun an; et le vin de gros noirs ou goués, chascun mui vj. sous de rente.* Charta ann. 1326. in Reg. 64. Chartoph. reg. ch. 450: *Item chascun jour une quarte de vin, ... c'est assavoir une pinte de vin Froumenteit, et l'autre marchand.* Sic autem appellatum videtur, quod *Frumentagium* dicebant Præstationis agrariæ speciem ex vineis, ut ex agris præstitam. Vide *Frumentagium*.

\* **FRUMENTOSUS,** Frumentarius. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus quinze conguas micture Frumentose.*

\* **FRUMENTUM.** Quodnam granum ea voce in veteribus Chartis certo significetur, quanquam rem omnibus gratissimam utilissimamque definiendo facturum me existimem, pronuntiare tamen non ausim; sed quod mihi probabilius videtur, re attente perpensa, proponam. *Frumenti* itaque vocabulo sæpe sæpius designatum opinor triticum purum, nec aliis granis mixtum; quo sensu etiam nunc *Froment* dicimus. Hujus sententiæ vadem habeo *Arestum* parlam. Paris. ann. 1276. ex Reg. 2. *Olim fol. 32. r.: Baillyvo ad sui defensionem dicente, quod Frumentum ad dictam granchiam non veniebat; sed de meliori blado, quod ad dictam granchiam et ad dictum molendinum veniret, dictos decem modios paratus erat solvere, nec ad alium bladum solvendum tenebatur... Pronuntiatum fuit quod dictus capellanus Frumentum habere debebat vel valorem; etiamsi ad dictam granchiam et molendinum non veniret Frumentum.* Unde colligitur infirmum omnino esse, quod opponi potest, argumentum, præstationem nempe ex frumento nonnumquam exigi, ubi frumentum non crescit, atque adeo de quolibet grano tunc esse intelli-

gendum: minime quidem; eo enim casu aut aliunde habebatur frumentum, aut præstatio pecunia redimebatur. Dubiam nihilominus aliquando fuisse hujus vocis significationem, probant Instrumenta, quæ scrupulosius frumenti genus expriment. In exemplum sit Tabul. eccl. Noviom.: *Fru-mentum tale, quale fertur ad molendum, ab hoc censu hordeum et avena excluduntur.* Vide in *Bladum*.

**FRUMENTUM ÆNEUM**, in l. un. Cod. Th. de Frumento Carthag. (14. 25.) ad quem consulendus omnino Jac. Gothofredus.

† **FRUMENTUM PARATUM**, Expurgatum, purum. Capitul. 5. Caroli M. ann. 806. art. 19: *Modium unum de Frumento parato contra denarios sex.*

† **FRUMENTUS**, pro *Fruentum*. Instrum. anni 1297. ex Archivo Troncheti: *Controversia quæ vertebatur inter Abbatem et Conventum B. M. de Troncheto et Joannem Marie Armigerum, super decimam Frumentum crescentium in parochia, etc.*

† **FRUMERE**, Vesci. Papias in MS. Bituric.: *Fruges a Frumendo, id est, vescendo; nam Frumen dicitur summa pars gulæ.* Ibidem, *Fructus a Frumendo, id est, vescendo.* Editus habet, a *Fruendo*. [\* Vide supra *Fruen*.]

† **FRUMGYLD**, vox Saxonica, Prima capituli æstimationis pensio, solutio, in Leg. Edmundi Reg. Angl. cap. ult.

\* **FRUMITARE**, [Fodere. DIF.]

\* **FRUMITOR**, [Fossor. DIF.]

† **FRUMSTOL**, vox ejusdem originis, Sedes primaria, in Leg. Inæ Reg. cap. 38. Vide *Frithstoll*.

\* **FRUNDELLUS**, f. Ager recens cultus. Necrol. Ms. eccl. Nivern.: *Obiit Jaonna de Nivernis, quæ dedit... vineam de Clusa in Frundellis montis Tapini, videlicet sex arpenta.* Vide *Frustrura*.

\* **FRUNIARE**, FRUNIRE, Coria subigere, quærneo pulvere ea præparare. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Frunire, Tanner, Frumium, Tan à tanner cuir.* Aliud Lat. Gall. ex Cod. 521: *Frunium, Ten, Gallice. Inde Frumare, Tenner.* Vide *Fruenium*.

† **FRUNIRE**. Vide *Fruenium*.

**FRUNISCAT**. Charta Alemanaica Goldastina 85: *Hunc cartola escripsi, et in testimonio subscripti cartola donationis Audemari Apatis Fruniscat con cratia Dei et S. Petri.* Alia apud Vadianum pag. 66. sic clauditur: *Ego Wolfuinus fui inter ubi chartula facta est, in testimonio subscripti chartula donationis. Audomaro Abbatis Fruniscat cum gratia Dei et S. Petri.* Vide conjecturam ejusdem Vadiani super hac voce.

\* Vox Latinorum antiquissima, ut observat Murator. tom. 2. Antiq. Ital. med. ævi col. 1090. repudiata a Romanis elegantioribus, sed servata a vulgo in provinciis; quæ idem sonat atque *Fruatur*. Hinc *Frunitus*, pro *Fruitus*, in Inscript. apud Fabret. cap. 3. pag. 237. de duobus filiis immaturo fato sublatis: *ETATE SUA NON SUNT FRUNITI.* Alia apud Gruter. pag. 1049. num. 6: *IN SOMNUM PACIS FEMINA APRONIA NATA IIII. ANNORUM, QUÆ NIHIL FRUNITA.*

\* **FRUNISCOR**, [idem quod *fruo*, verbum est antiquum, et pæne ohsoletum. *Plaut. Rud.* 4. 3. 73.]

\* **FRUNITOR**, Coriarius. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Frunitor, Tanneur.* Chron. Joan. Whethamst. pag. 355: *Subtraxit se (rex) ad exiguum cujusdam Frunitoris domunculam, ibique permansit cum suis.* Twingeri Vocabul. Germ. Lat.

Ms.: *Gerwer, cerdo, vel Frunitor, Gerwerin, Fronitrix.* Vide *Fruenium* et *Fruniare*. Hinc

\* **FRUNITORIUM**, Coriarii officina. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 521: *Frunitorium, Tennerie, molin à ten.* A

\* **FRUNITUM** vel **FRUNITUS**, *Ten*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Fruenium*.

**FRUNIUM**. Auctor Mamotrecti ad cap. 23. Ecclesiastici: *Infrunitæ, i. corruptæ et putrefactæ, quasi sine Frunio, quod est pulvis de corticibus arborum contritis, quo cerdones coria apparant ad usum debitum.* Inde *Frunio, is, ire, i. Frunium conficere.* [\* Vide Guerdar. Chartul. S. Petri Carnot. Proleg. pag. 60. not. 5.]

† **FRUONES**. Vide in *Feudum*.

† **FRURIASIS**, *Pediculorum multitudo, aliquando in capillis, aliquando toto corpore.* Papias in MS. Bituric. Forte legendum *Pruriasis*, a prurigne, quæ pediculorum morsibus excitatur.

† **FRÛS**, *Canatorium aut turris, scolatorium, eidem Papiæ Bituricensi.*

**FRUSCA TERRA**. Vide *Fraustum*.

† **FRUSCELLUM**, *Flocculum.* Papias MS. Forte legendum *Frustulum*.

**FRUSSURA**, Terra de novo proscissa, *Ruptitium, Ruptura, novale, etc.* *Terre froissée, rompue.* Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 394: *Dictam autem nonam garbam dabimus, ego et hæredes mei in perpetuum, tam in Frustruris, quæ de novo fiunt, et in Frussuris, quæ de cætero fiunt, quam in aliis terris domini mei prius cultis, etc.* *Frustrura domus, efferatio domus, apud Gervasium Dorobern.* ann. 1195: *Rectatus de latrociniis et Frustrura domorum. Fruisser la paix, pacem infringere, in Legibus Normannicis Willel. Nothi cap. 3. Vide Ruptitium in Rumpere.*

\* 1. **FRUSTA**, vox Italica, Lorum, scutica. Stat. crimin. Saonæ cap. 29. pag. 57: *Si autem aliquis verba aliqua injuriosa, inhonesta vel minatoria protulerit contra aliquem ex ipsis magistratibus, ... puniatur a libris decem usque in centum, et possit etiam bannari per annum, vel ad Frustam poni arbitrio judicare debentis.* Vide mox *Frustrare*.

† 2. **FRUSTA** vel **FRUSTRA TERRÆ**, Idem quod infra *Frustrum terræ*. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 25: *Duas Frustas Terræ, scil. ad Formas: una est ex una parte vie, altera de alia; una Frustra ad Runcerium, una Frustra ad Quadratos, etc.*

\* **FRUSTANEUS**, pro *Fustaneus*, in Stat. Saluciar. collat. 4. cap. 121. Vide *Fustanum*.

**FRUSTARE**, ex Italico *Frustrare*, Flagellare, flagris cædere. Leges Luitprandi Regis Longob. tit. 110. § 2. [\* 141. (6. 88.)]: *Comprehendat ipsas mulieres, et faciat eas decalvare, et Frustrare per vicos vicinantes ipsius loci, etc.* Ubi legendum *Frustrare*, quo modo etiam legitur in Statutis Venetis lib. 6. cap. 77. 78. At Lex Longob. lib. 1. tit. 17. § 5. habet *Frustrare*. [\* Al. *Fustare*.] [Chron. Dominici de Gravina apud Murator. tom. 12. col. 567: *Præfatum autem dominum Raymundum nudatis vestibibus Frustrari mandavit usque ad forum S. Eligii de Neapoli.*] Vide *Fustis*.

\* Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 135. ex Cod. reg. 4622. A: *Qui dampnum et emendam solvere non poterit, Frustratur et expellatur de civitate.* Occurrit præterea in Stat. crimin. Saonæ cap. 17. pag. 20. Vide supra *Frustra* 1.

**FRUSTARI**, apud Interpretem S. Irenæi

lib. 3. cap. 15. 24. pro *Rejicere*. Vide Billium lib. 2. Observat. sacr. cap. 5.

\* **FRUSTATIO**, pro Frustratio, in Stat. Pallavic. lib. 1. cap. 11. pag. 13.

\* **FRUSTERI**, In Frusta abire. Form. Mss. ex Cod. reg. 7657. fol. 35. r°: *Nec dictus barberius potuit eum (hominem mortuum) inspicere, sive palpare, nec cognoscere si erat vulneratus, quia totum dstringebatur atque Frustrabatur propter putrefactionem ipsius.*

**FRUSTITES**, in Actis B. Ægidii Minoritæ n. 10. qui in alio MS. *Dispensator* appellatur, forte quod *Dispensatoris* sit, cibos in frusta scindere.

† **FRUSTRA TERRÆ**. Vide *Frustra*.

\* **FRUSTRARE**, Radere, frustatim decerpere. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Frustrare, racluter. Frustrum, clut.* Hinc *Frustrer*, pro *Diripere*, exspoliare, apud Froissart. vol. 2. cap. 75: *Ilz entre-rent en l'église de S. Thomas, et y firent mout de desrois, et pillerent, et Frustrerent la chambre de l'archevesque... Quand ilz eurent Frustré l'abbaye de S. Vincent, etc.* Pluries ibi. Vide alia notione in *Frustrare*.

**FRUSTRARIUM**, in vanum, in Gloss. Regio MS. Cod. 1197.

\* **FRUSTRATORIS**, Ital. *Frustratori*, Flagellatores, qui pietatis ergo se se flagris publice cædunt. Stat. ant. Florent. lib. 3. cap. 42. ex Cod. reg. 4621: *Aliquam congregationem Frustratorum seu battitorum, quæ in civitate Florentiæ vulgariter appellatur la Compagnia de battitori, omnemque aliam talem congregationem fieri prohibemus.* Vide *Frustrare*.

\* **FRUSTRATORIA**, Exceptio, libellus, quo quis judicium detrectat. Parliag. inter Phil. Pulc. et episc. Mimat. ann. 1306. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 157. col. 2: *Nec dicti bailivius et judeæ tenebuntur a suis processibus desistere, nec recipere appellationis formulas, seu Frustratorias, etc.*

† **FRUSTRATORIE**, Eadem notione, frustra, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 722.

† **FRUSTRATORIUS**, Frustrationi obnoxius, apud Rymer. tom. 3. pag. 383. Gallici Practici vocem *Frustratoire* usurpant eadem notione. *Frustratus, Decevez, evacuez,* in Gloss. Lat. Gall. Sanguinem.

† **FRUSTRUM**, pro *Frustrum* dixit Rolandinus Patavinus de Factis in Marchia Tarvisina, apud Murator. tom. 8. col. 250. Vide *Frustrum terræ*.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Pessa, Prov. Frustrum.* Vide alia notione supra in *Frustrare*.

† **FRUSTUM**, Brandenburgensibus quarta pars talenti. Diplomatarium Ludovici Ducis Brandenburgici num. 17. apud Ludewig. tom. 7. Reliq. MSS. pag. 12: *Ecclesiæ Halberstatensis Episcopi (donavimus) sex Frusta reddituum sita in villa Estheren, quatuor Frusta, scilicet in curia Hennengi, etc.* Num. 20: *Contulimus justo pheedii titulo Elisabeth honesti Militis Johan. de Buch filie triginta Frusta reddituum, etc.* Ibid. n. 84: *Octo Frusta annuorum reddituum, in quorum quatuor Frusta, videlicet unum thalentum denariorum Brandenburg. super agrum qui vulgariter Morgenlant dicitur... sita sunt.* Et n. 106: *Necnon duodecim Frusta denariorum censualium in villa Belkowe sitos.* Rursus memorantur in Litteris Friderici Brandenburgensis Episc. laudati tom. Ludewigiani pag. 489. et seq. [\* Vide Lappen. Origin. Hanseat. in Indice sub hac voce et Neugart. Cod. Diplom. Alem. tom. 2. pag.



285. not. 6. ad chart. ann. 1271. ubi pro mensura frumenti accipitur.]

**FRUSTUM TERRÆ.** Domesdei apud Spelman. et Edw. Cokum: *In Insula habet Rex unum Frustum Terræ, unde exeunt sex vomeres.* Charta Rainoldi Archiepisc. Remensis ann. 1129. apud Loricium in Chron. Belg.: *Et apud Curerias tres curtitiones, et apud Roveroi unum curtitionem, et sex Frusta terræ, et apud Noiellam, unum Frustum terræ.* *Frustum terræ*, in Domesdei particulam significare, ait Edw. Cokus, quo modo dicimus, *un morceau de terre.* At Spelmanus legendum censet, non *frustum*, sed *frustrum*; idemque sonare ac agrum nondum proscissum, quo modo *terras frustra* appellari supra observavimus. [Reipsa *Frustum terræ* legitur in Chartulario S. Vandregisili, tom. 2. pag. 1615. *Frustum vineæ*, in Chartular. S. Vincentii Cenoman. fol. 82.]

\* **FRUTECTA**, Ramus, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

**FRUTECTUM**, pro *Frutetum*, vel *Fruticetum*, Locus fruticibus consitus. Hierem. 11: *Et combusta sunt Fructea ejus.* [Glossar. Lat. Gall. Sangerman.: *Fructetum, lieu ou croissent buissons et espines.*]

\* **FRUCTUS**, Fructifer, Gall. *Fruittier*. Chartul. magn. S. Vict. Massil.: *Et ipsi dederunt de bona voluntate ipsas vineas, cum terra et arboribus Fructectis seu infructectis.*

† **FRUTILLUS**. Vide *Fritillum*.

† **FRUVIGOR**. Chartularium S. Vandregisili tom. 1. pag. 125: *Omnibus hoc visuris Officialis Rothomag. salutem in Domino. Noveritis quod in nostra presentia constitutus Martinus le Gay Clericus de parrochia de Calido-becco... recognovit se debere Petro de Quemino Fruvicori civi Rothomagensi quater viginti libr. turon. Videtur esse mercator vel artifex: at quisnam? Forte melius legeretur *Frunicori* a *Frunium*, de quo supra, et *Corium*, tumque *Frunicor*, dici posset sutor, cerdo vel infector coriorum. [\* Leg. *Frunitor*. Vide in hac voce.]*

\* **FRUXEL**, Melior pluma, plumula, ut videtur. Gall. *Duvet*. Testam. reg. Mafaldæ ann. 1256. tom. 1. Probat. hist. geneal. domus reg. Portugal. pag. 31: *Item mando meam culcitam majorem mei lecti et pulvinar de Fruxel.* Nisi forsitan legendum sit de *Bruxel*, atque intelligas de panno, qui Bruxellis texebatur. Vide supra *Bruxellensis*.

**FRYDIUS**. Charta Caroli IV. Imp. ann. 1377. in Chronico Mindensi: *In iudicium seculare, et specialiter ad iudicium quod dicitur Frydius... trahere præsumpsit, etc.* [\* Leg. *Fryding*.]

**FRIGIUM**. Vide *Phrygium*.

**FRYGRAVIATUS**, Libera sedes: feudi Germanici species, cujus formula erectionis habetur apud Goldastum tom. 2. Constit. Imperial. pag. 349. [\* Spectant hæc iudicia *occulta* vel *Fehmica*. Vide Haltaus. Glossar. Germ. voce *Freygrav, Freygrafschaft, etc.*]

\* **FRYGRAVIUS**, Germanis, idem qui apud nostros *Paciaris*, *Ædilis*, scabinus, qui pacem inter cives tuetur. [\* Comes liber vel *Fehmicus*.] Charta ann. 1367. tom. 2. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab *Honthelm* pag. 241. col. 2: *Mandantes... omnibus et singulis officialis, Frygraviis, scabinis liberis, etc.* Paulo ante: *In quibusdam juribus specialibus, videlicet privata et occulta jurisdictione, quæ vulgariter Frygrafschaft seu stillegericht.* Vide *Frygraviatus*.

† **FRYTHBORGH**, a Sax. *frið*, pax,

et borge, fidejussor. Recordum Pasch. ann. 6. Henrici IV. Reg. Angl. apud Th. Blount in Nomolex. Anglic.: *Et sint quieti de Frythborgh, et de blodewite, fithwyte et ferdwyte, etc.*

† **FRYTTYNG ROTÆ.** Conthus, ut videtur, Gall. *Jante*, Lignum vel ferrum quo rotæ vincuntur. Kennettus in Antiquit. Ambrosden. ad ann. 1425. pag. 574: *In solutis pro Frytting v. rotarum hoc anno VII. den. et in uno axe empto cum axatione unius carectæ VIII. den.*

† **FTESELL**. Vide *Fresella*.

**FUACA**. Vide *Focagium*.

**FUACIA**. Vide *Focacia*.

\* **FUAGIUM**, Jus colligendi *Fualium*, seu miniora ligna et vepreta siccata ad furnum calefaciendum, vel ad ignem conficiendum. Charta ann. 1202. in Chartul. Buxer. part. 18. ch. 5: *Prædictis quoque monachis usugium in nemoribus suis ad faciendos passellos ad omnes vineas, quas ibidem possidebant, et Fuagium ad opus domus, si ibi fuerit edificata, dedit.* Vide supra *Affuagium*.

Hinc *Fouel*, nunc *Fouaille*, dicitur *Esca*, quæ ex apro canibus porrigitur, quod ad ejusmodi ignem fiat; unde *Fouailler*, hanc escam præbere, seu præparare. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118: *Chartoph. reg. ch. 27: Comme Pierre de Crequi chevalier eust pris à chiens un sangler,.... et l'eust fait apporter à Crequi en la taverne,.... pour faire le droit qui appartenoit à faire aux chiens en tel cas;.... et depuis eust fait le Fouel dudit sangler, et fait corner et huer et lessié aller lesdiz chiens pour venir au Fouel pour avoir leurs droiz.* Aliæ ejusd. ann. in Reg. 117. ch. 94: *Lequel pourcel le suppliant tua; et ce fait, Fouaillerent ledit pourcel comme se il feust sauvage, et prindrent chair ce que ilz voldrent.* Inde, ni fallor, *Fouane*, *Virga*, vulgo *Houssine, baguete*, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 137: *Bernard ayant appelé Sansonnet vilain coucou, et donné d'une petite Fouane, et getté à la tête, etc.* Vide mox *Fualium*.

\* **Fuelles**, in Vit. SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 6. v. col. 2: *Li prévos fist apporter Fuelles embrasées.* Vide supra *Fornilia*.

**FUALIUM**, Vepreta siccata ad ignem conficiendum, nostris *Fouailles*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 23: *Præterea concessi eis habere omnia averia sua in parco meo de Stanffede, et 20. porcos quietos de pascuagio, et Fualium ad panem suum et ad cibos coquendos, per visum et liberationem servientium et Parcariorum meorum, quod aportabunt.* Et pag. 154: *Et in bosco, quod opus habent prædicti Canonici ad emendationem domorum et sepium,.... et quod opus est ad Fualium suum, et pannagium porcorum suorum per omnia quietum.*

**FUARIUM**, *Fodrum*, palea, *Fouerre, Fourage*. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 275: *Cum tota alia terra sua, et toto servitio suo, et cum libertate faldæ et pasturæ, et Fuarii.... in omnibus locis, quæ ad prædictum Petrum pertinuerunt.* Vide *Fodrum*.

\* **FUAX, AGIS**, *Che sa tenere e celare le cose*. Glossar. Lat. Ital. Ms.

† 1. **FUCA**. Acta SS. Maii tom. 1. pag. 253. ubi de Translatione corporis S. Athanasii Venetias: *Dein ipsa vela fecit versus portum, notabilis spatio foris extra Fucam.* Pars est sinus Veneti, quam hodie la *Fose* appellant, sic, dicta ut conjicit Papebrochius, a Teutonico *Fuke*, seu *Fuyke*, quod nassam seu rete verri-

culum significat. Sed integram eruditi Scriptoris notam vide, si vacat.

\* 2. **FUCA**, Piscis genus. Tract. Ms. de Pisc. cap. 81. ex Cod. reg. 6838. C.: *Fuca vel phuca a nostris mole, Hispanis molere, Romanis phico, Venetis lepo nominatur.* Vide mox *Fucaycus*.

\* **FUCATE**. [Cum *fuco*. *Auson.* in prosa post *Edyll. 3. ad Hesper. fil. Fucatus* concinnata carmina.]

\* **FUCAYCUS**, *PHOCAIGUS*, Purpureus, a vituli marini, qui *Phoca*, humore, ut post Jovardum notant docti Editores ad Translat. SS. xij. Fratrum tom. 1. Sept. pag. 143. col. 2: *Aurea insuper pulcerrima vasa, lapides pretiosos, et vestes purpureas Fucayco pectine deauratas tribuit affluenter.* Vita metrica eorundem SS. ibid. pag. 155. col. 1:

..... Offert  
Aurum, gemmarum species, telasque pavitas  
Pectine Phocaico, etc.

\* **FUCHACH**. Vide supra *Foca 3.*

\* **FUCILHA**, Palus, sublicium, Gall. *Pieu, pilosis*. Reparat. factæ in senescal. Carcass. ann. 1435: *Pro octo peciis fustium vocatis Fucilhas, et longitudine sex cannarum ad faciendum pontem.... Item pro serrando dictas Fucilhas viij. et phures alias pecias fustium, iij. lib. v. sol.*

\* **FUCILIS**. [Falsa: dicta quasi *fucata*. *Festus*.]

† **FUCINA FERRI**, seu *Officina ferri fundendi*, in Actis SS. Maii tom. 1. pag. 325.

\* **Vox Italica**, *Officina*. Locus est supra in *Fortia 7.*

† **FUCO**, Deceptor, qui aliis fucum facit, Gall. *Mogueur*. Gloss. apud Martinium in Lexico: *Fuco, ἐγώμοχος*, vel potius *ἐγώμοχος*, qui in aliis Glossis est *Adulator*, *ambitiosus*, *ἐγώμοχος*, *Adulatio*, *ἐγώμοχος*, *Ancillor*, *adfecto*, *adulor*. Hesych.: *Ἐγώμοχος, ἀπαίρων*, Illusor.

\* **FUCONERIUS**. Vide *Lazana*.

\* 1. **FUCUS secundum librum antiquum est species herbæ, de qua lana tingitur: infucata vestis.** Glossar. medic. Simon. Januens. ex Cod. reg. 6959.

\* 2. **FUCUS**, Fax, tæda, f. pro *Focus*. Testam. Giraudi de Villanova ann. 1481: *Ordinavit in sua sepultura haberi duodecim Fucos cereæ honestos.*

† **FUD**. Vide *Fod*.

† **FUDBURGER**, Argentorati vocantur cives teste Schiltero in Glossar. Teuton. ex Cod. Statut. MS. qui jus civitatis per nuptias acquirunt. [\* Vide *Pfalburgere*.] [\* *Fud* vel *Faud*, hodie *Varg*. *Advocatus*.]

**FUDIBULUM**. Vide *Fundabulum*.

† **FUDITUS**, pro *Fusus*, a verbo *Fundere*, Dissipare, fugare, pellere. Charta H. Abbatis Grandis-silvæ ann. 1228. inter *Anecd. Marten.* tom. 1. col. 944: *Item omnes illi qui nati sunt de terra illa, qui Fuditi fuerunt pro Ecclesia et pro domino Rege Francorum et Comitibus Montisfortis et adherentibus eis, vel propria voluntate recesserunt ab eadem terra, nisi sint hæretici, integre restituantur in statum pristinum.*

† **FUEDHALH**, *FUEDAILH*, ut supra *Flabellum*, quo muscæ abiguntur in sacris præsertim liturgiis. Instrumentum ann. 1377. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Item tres coysones pro tenendo missale; item unum Fuedalh coopertum de veluto rubeo pro defendendo muscis. Duo Fuedailh sive flabella, in altero ejusd. Archivi Instrumento.*

\* **FUELHA**, *Asser*, tabula tenuis, Gall. *Feuillet*. Leudæ min. Mss. Carcass.:

Item de Fuelha de saumata, unum obolum.

¶ **FUER VINI.** Vide in *Foragium* 1.

¶ **FUERNA,** Piscaria, locus in quo piscatur. Charta ann. 1312. in Reg. 49. Chartoph. reg. ch. 78: *Item quod erant ... in possessione habendi Fuernam sive piscariam in dicto loco de la Beane, constructam de lignis sive stipitibus in duobus lateribus, et in fundo de pabulis ligneis; et supra dictam Fuernam erant tabulae ad transeundum desuper.* Infra: *Furna.* Pactum inter Alfons. comit. Pictav. et episc. capitulumque Xanton. ann. 1313. ex Bibl. reg. cot. 15: *Quittant hidem episcopos et capitulum nobis... quicquid juris... habebant in dicto ponte Xantonensi et insuper edificatis, remanentibus prefatis episcopo et capitulo tantummodo parva Fuerna et tribus molendinis.* Charta ann. 1320. in Reg. 59. ch. 575: *Accipere possit et valeat (Vivianus de la Ramata miles) in et super iuribus regis Fuernæ pontis Xantonensis supplementum assignationis; ... quæ quidem iura regia dictæ Fuernæ, etc.* Rursum *Fuerna* occurrit infra, ubi etiam *Furna* ter legitur.

¶ **FUERUS,** Consuetudo municipalis. Vide *Forus* 2.

¶ **FUETA.** Quantum uno die homo laborare aut fodere potest, idem quod *Jornale*, nostris *Fuete*; at unde ducta vocis origine, nescio; nisi sit a verbo *Fodare*, unde nostris *Fouait*, fossio, *Foueur*, fossor, et *Fuelle*, ligonis species. Vide supra *Foallia* et *Foditare*. Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 459: *Desqueles pieces, l'une siet de lez Mathiet Monteron... contenant la Fuete à trois hommes, ..... l'autre.... contenant environ la Fuete à dix hommes, ..... l'autre contenant la Fuete à un homme.... Item une vigne.... contenant la Fuete à deux hommes.* Alia ann. 1340. in Reg. 72. ch. 560: *Une piece de vigne en mont Marsen contenant vint Fuetes ou environ ... Item un autre piece de vigne en val Mourrey.... contenant quatorze Fuetes ou environ.*

1. **FUGA,** Gall. *Chasse*, vel *Chace*, Venatio, jus venationis, quia venando fugantur feræ. Charta Alani Comitis Pentevriæ ann. 1211. apud Augustin. *du Pas: Retenta mihi ferarum Fuga, et accipitrum captura.* Charta ann. 1270. in Tabular. Abbat. Pontinac.: *Præterea dictus Miles sibi et hæredibus suis retinuit Fugam sive chaciæ in dicto nemore.* Charta Guillelmi V. Aquitanicæ Ducis: *Volui etiam et concessi Fugam cum avibus et canibus, et garennam ad cuniculos in suis terris.* Gesta Guillelmi Majoris Episcopi Andegav. cap. 29: *De venatione et Fuga ferarum nemoris de Bouchatot.*

**FUGARE,** Venari, Gallis *Chasser*. Papias: *Fugare, insequi, expellere.* Radevicus lib. 3. cap. 26: *Si quis per canes leporarios feram Fugaverit, non erit necessario sua, sed erit occupantis.* Charta Henrici I. Regis Angl. in Tabulario Fiscanensi f. 8: *Prohibeo, ne quis sine ejus licentia mea Fuget, vel leporem, vel aliam bestiam capiat super 10. libr. forisfacturæ.* Petr. de Vineis lib. 2. Epist. 53: *Dum herba crescit, equus moritur: dum Fugans canis mingit, fugiens lepus evasit.* [Chartular. Gemetic. tom. 3. pag. 23: *Ne quis in ea Fuget vel leporem capiat sine licentia.* Charta Ph. Comitis Bolon. ann. 1232. ex Archivo Cameræfontis: *Concedimus prædictis Abbati et Conventui et eorum servientibus ab eisdem missis, facultatem et potestatem omnimodam ve-*

*nandi seu Fugandi, cum canibus, avibus, furonibus, rethiis et alio quoquo modo.] Fugare et Refugare animalia in chacia, tom. 2. Monast. Anglic. pag. 292. Vide Fletam lib. 1. cap. 20. § 69. lib. 2. cap. 41. § 23. Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 219. 507. 551. 583. tom. 2. pag. 994. tom. 3. pag. 122. 161. W. Dugdalum in Antiquit. Warwicensis Provincicæ pag. 665. [Madox Formul. Anglic. pag. 384.] etc.*

**FUGARE AVERIA,** Animalia ad pasturam abigere, *Chasser les bestiaux aux champs.* Monasticum Anglic. tom. 1. pag. 777: *Ac homines et tenentes eorum habeant in perpetuum liberos et sufficientes introitus et exitus, ad se et ad omni-modam Averia sua Fuganda, et carragia sua facienda, etc.* Vide *Chacea*.

¶ **FUGARE DISTRICCIONES,** Capere pignora donec debitum solvatur. Charta data ann. 3. Henrici V. Regis Angl. apud Madox Formul. Anglic. pag. 142: *Et si contingat dictas centum libras a retro existere ad aliquem terminum prædictum, quo solvi debeat, in parte seu in toto, quod tunc bene liceat prædicto Comiti, executoribus et assignatis suis, distringere in prædictis maneriis... et Districciones sic factas Fugare et retinere, quousque plenarie fuerit sibi satisfactum.*

**FUGACES BESTIÆ.** Auctor Queroli: *Multum se aliqui laudant, qui vel pugnaces feras vel Fugaces Bestias, aut vestigiis insequuntur, aut cubilibus deprehendunt, aut casu opprimunt.*

**FUGATIO,** Idem quod *Fuga*. Charta Henrici Reg. Angl. pro Londinensibus: *Et cives habeant Fugaciones suas ad fugandum, sicut melius et plenius habuerunt antecessores eorum.* [Charta Philippi Fr. Reg. ann. 1207. in Tabulario Sangerm.: *Eidem Ecclesiæ confirmamus præterea quitationem illam, quam Petrus Miles de Samesio... fecit dicto Abbati Hugoni coram genitore nostro de jure Fugationis, venationis et haiz.* Rursus mentio est de *Jure Fugationis, venationis et haiz*, in Charta Hugonis Abb. in eodem Tabulario.]

\*2. **FUGA.** ESSE IN FUGA DOMINI, Dicitur de subdito seu vassallo, quem dominus fugientem persequitur, ut illum domino superiori sistat. Charta Hugon. comit. Regit. ann. 1218. in Chartul. Campan. ex Cod. reg. 5993. fol. 69. vº: *Ego ad dictum et arbitrium ipsius comitis saisivem feodum hominis mei, qui extiterat in auxilium Erardi vel coadjutorum suorum; ... et ille homo meus esset in Fuga mea, ita quod, si possem, bona fide ego eum caperem et tenerem, nec ipsum liberarem, nisi per voluntatem comitissæ.* Vide infra *Fugare* 1.

\*3. **FUGA,** Refugium, azylum. Vita S. Glodesind. tom. 6. Jul. pag. 204. col. 1: *Ad urbem Mettensium in ecclesiam sancti protomartyris Stephani profugit, et confessionem, ubi ejusdem martyris ac ceterorum innumerabilium sanctorum reliquæ conditæ erant, collocavit pro Fuga, non pro commisso scelere, sed ne scelus committeret.* Nostris *Se Fuir*, in aliquem locum confugere, vulgo *se refugier*, Pactum inter Carol. comit. et capitul. Carnot. ann. 1306: *Jurevront les chanoines... que nul malfaitteur, qui se Fuiroit esdites mesons, ne recevront à garantie. Fuitter vero In fugam conjicere, apud Christ. Pisan. in Carolo V. part. 2. cap. 24. tom. 3. Dissert. D. Le Beuf pag. 206: *Si furis Thomas de Grançon et jusques à quatrevingts autres groz prisonniers, et le surplus mors et Fuites.* Unde emendan-*

us Marten. tom. 5. Ampl. Collect. col. 598. ubi *Fuce*, pro *Fuite*, fuga. *Fuir*, eadem acceptione, in Poem. de Cléomades Ms.:

Les Fuirs, no les encauchiers,  
Les retours, no les raljers, etc.

\*4. **FUGA,** vulgo *Fuye*, Columbarii genus, Locus in quem columbi confugiunt, unde nomen. Arest. parlam. Paris. ann. 1586. ex Tabul. de Chissé: *Hospitium dicti Aigremont totum in circuitu clausum, unam Fugam in medio curtis, etc.* In Instr. ann. 1598. ibid.: *Le logis dudit Aigremont fermé à l'entour, une Fuye au meillieu de la court.*

**FUGACES,** Fugitivi servi, qui a dominorum servitio se subducunt, in leg. 8. Cod. Th. de Jurisdic. (2, 1.) qui *Refugæ dominorum* dicuntur apud Gregor. Turon. de Miracul. S. Martini cap. 58: *Fuga lapsi*, in Charta ann. 885. in Tabular. Bellilocensi in Lemovicib. n. 176: *Cum mancipiis supra manentibus ses Fuga lapsis.* Præterea in Lege Ripuar. tit. 30. § 2. tit. 72. § 2. in lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 22. tit. 36. § 5. lib. 3. tit. 12. § 1. [\*\* Liutpr. 91. (6, 38.) Grimoald. 3. Carol. M. 121.] Capitul. Car. M. lib. 3. tit. 26. Adde Annales Franc. Fuld. ann. 801. etc. Salvianus lib. 4. de Gubernat. Dei: *Illorum fugam non tam debemus ad eos referre, qui fugiunt, quam ad eos, qui fugere compellunt. Vim patiuntur infelicissimi, famulari optant, et fugere coguntur: discedere a servitio dominorum suorum nolunt, et conservorum suorum crudelitate non permittuntur ut serviant, etc.*

**FUGACES ALTERIUS RETINERE** non licebat, ut testatur Gregorius Turon. lib. 6. Hist. cap. 31. et ex eo Floardus lib. 2. cap. 2. nec eis *panem dare*, ut est in Lege Burgund. tit. 6. § 9. 10. aut *viam ostendere*, in Lege Wisig. lib. 9. tit. 1. § 7. aut *capillum facere*, in Lege Burg. tit. 6. § 4. Wisigoth. lib. 9. § 5.

Interdum tamen ex privilegio, Ecclesiis maxime concessio, licebat fugitivos recipere; [unde eos vi abstrahere sub pœna multæ pecuniariæ 80. sol. prohibetur, in leg. Alaman. cap. 3. § 4.] Exemplum prodit Ingulphus pag. 869.

Auris abscissione mulctatos *Fugaces* servos tradit Gregorius Turon. lib. 5. cap. 48. et ex eo Aimoinus lib. 3. Hist. Franc. cap. 43.

**FUGITIVI,** apud Practicos nostros et Anglicos dicuntur *tenentes in villenagium*, qui in aliorum dominia transeunt, inconsultis dominis: qui cum consuetudinem revertendi habere desiderint, incipiunt esse *Fugitivi ad similitudinem cervorum domesticorum, vel si chevagio sint obnoxii, illud solvere desiderint.* Ita Bracton. lib. 1. tit. 1. § 3. et Fleta lib. 1. cap. 7. § 7. *Fugitivi Dei*, id est Ecclesiæ tenentes, in Legib. Henrici I. cap. 11.

**SECTA FUGITIVI,** dicitur de domino, qui fugacem sequitur, id est, requirit, ut est in Lege Burg. tit. 6. § 2. Ad hoc autem, ut *Fugitivi* dominium servet dominus, debet illum statim persequi, et infra annum clameum suum apponere, quo facto non currit tempus contra dominum, cum res per clameum appositum efficiatur litigiosa. Si vero dominus negligens fuerit in prosequendo et in clameo apponendo qualitercumque, si *Fugitivus* revertatur post annum, non erit domino licitum, nec tutum, manum apponere, etc. Bracton. lib. 1. tit. 1. cap. 10. § 3. Fleta lib. 1. cap. 7. § 7. lib. 4. cap. 11. § 23. Ad sectam fugitivorum pertinent, quæ habet Con-

suet. Cātalaun. art. 18: *Si tels hommes ou femmes de corps s'estoient retirez furtivement, sont reputez serfs Fugitifs, et n'ont par ledit temps acquies franchise.* Ejusmodi fugitivorum sequelam seu persecutionem, suite vel Poursuite vocant Consuetudines municipales, Bituricensis tit. 1. art. 1. Solensis art. 1. Nivernensis tit. 8. art. 6. Burbonensis art. 189. 197. 303. Trecensis art. 3. 6. Calvimont. art. 3. Vitriacensis art. 145. Arvernensis cap. 27. art. 2. 9. Marchensis art. 147. etc. Donationes factæ Eccl. Salisb. cap. 13: *Placitum est habitum et quæsitio Ibungii Fabri, qualiter Socco eum conquisierit in serum.*

RECEPTIO FUGITIVI, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 23.

De servis *Fugacibus*, seu fugitivis, plura habent Lex Burgund. tit. 6. Lex Wisigoth. lib. 9. tit. 1. Lex Longob. lib. 1. tit. 25. Leges Luitprandi Regis tit. 63. [\* 87. (6, 34.)] Capitulare Sicardi Princip. Benevent. ann. 836. cap. 6. Capitulare Radelchisi Princip. Benev. cap. 13. 14. Ennodius lib. 3. Ep. 16. 19. Metellus in Quirinalibus pag. 136. Aimoinus l. 4. de Miracul. S. Benedicti, cap. 11. Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 827. Vadianus pag. 84. etc.

1. **FUGACIA**, Ruris portio cervis et feris addicta, nullo sepimento, nec forestæ legibus, sed tamen suis privilegiis communita, *Chacea*. Charta Mathildis I. Imperatricis, qua Milonem de Gloucestria Comitem Herefordiæ constituit: *Præcipio, quod hæc omnia supradicta teneat de me, ... libere et quiete, in bosco et plano, in forestis et Fugaciis, in pratis et pasturis, etc.* Spelmanus.

2. **FUGACIA**, FUGATIA, Placentæ genus. Vide *Focacia*.

\* **FUGACITAS**, [Idem ac fuga. Gloss. *Philoz.*]

\* **FUGAGIUM**, f. pro *Fogagium*, Census ex singulis focis. Pactum inter eccl. Rom. et episc. Tricestr. ex Cod. reg. 5956. A. fol. 73. r.º: *Si pro dictis cavalcatis seu alterius subsidii seu subventionis, tayllie, questæ et Fugagii levaretur aliqua pecunia ad hominibus dictæ villæ (S. Pauli) quod illa pecunia sit communis.*

\* 1. **FUGARE**, Fugientem persequi. Charta ann. 1347. apud Lamium in Delle. erudit. inter not. ad Hodoepor. Charit. part. 1. pag. 66: *Malefactores, qui malefictum committerent in territorio S. Miniatis juxta confinia territorii communis Florentini per duo millaria vel infra, ipso die commissi maleficti liceat persequi, Fugare et capere in territorio et super territorio dicti communis Florentini libere, licite et impune; ... quæ persecutio, Fugatio et captio fieri possint infra territorium supradictum.* Vide supra *Fuga* 2.

\* 2. **FUGARE**, In fugam seu exilium conjicere, proscribere, bannire. Charta Odon. ducis Burg. et Blanchæ comit. Trec. ann. 1217. in Chartul. Campan. ex Cod. reg. 5993. fol. 109. v.º: *Juravimus inter nos vicissim... quod si aliquis hominum nostrorum aliquam injuriam, vel aliquod forisfactum fecerit... ille nostrum, cujus homo erit, ante alios tenetur per prædictum juramentum ipsum destruere et Fugare de terra, donec ad merceiam illius venerit.* Alia ann. 1347. jamjam laudata ibid. pag. 65: *Quod omnes et singuli rectores dictæ civitatis Florentinæ... teneantur ad requisitionem faciendam per litteras dactorum duodecim defensorum populi et communis S. Miniatis hujusmodi condemnatos repellere ac Fugare, et eos, et eorum quemlibet repellere et*

*Fugari facere de civitate Florentiæ, et ejus comitatu et districtu, sub pœna librarum ducentarum semper pro quolibet exbannito.*

\* 3. **FUGARE**, Venari. Vide in *Fuga* 1.

\* 1. **FUGATIO**, Venatio, jus venationis. Vide in *Fuga* 1.

\* 2. **FUGATIO**, Persecutio. Vide supra *Fugare* 1.

**FUGATORES CARUGARUM**, quorum ars est, ut boves æque sciant conjunctos fugare, ipsos non percutiendo, pungendo seu gravando, ut est in *Fleta* lib. 2. cap. 78. § 1.

**FUGELLA**. Abbo lib. 2. de Bellis Parisiac. pag. 513. lib. 2. vers. 22:

Inde sopor repetit cives, miserosque Fugella.

[Idem apud Duchesium Histor. Norman. pag. 38. col. 2. lib. 1. vers. 166:

Erubere tamen posthac veluti lupus auidax  
Nil rapiens prædæ, repetitque quidem nemus altum,  
Subtilisque nimis secum retulere Fugellam.

Ubi *Fugella* vocis *Fugæ* videtur esse diminutivum.]

**FUGILLUS**, Gall. *Fuzil*. [Videtur esse ab Hispano *Fuego*, Ignis, quod primum a *Focus*.] Ugutio et Jo. de Janua: *Fugillus*, Ferrum, quo extrahitur ignis de petra. Unde *Fugillare*, ignem de petra *Fugillo* extrahere, et *Fugillator*. Et hinc per figuram *Fugillatores* ducuntur *umbrae demonum, qui ignem ferunt*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fugillus*, *Fuisil*, *fer à faire feu*. *Fugillare*, *Fuisiller*, *c'est faire feu de pierre par fusil, ou faire fuisil*. *Fugillator*, *Faiseur de Fuisilz*, ou qui trait feu de pierre par fuisil.]

\* **Tudicula igniaria**, nostris *Foisil* et *Fovesil*. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Foylh*. Prov. *Fugillus*. Aliud Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fugillus*, *fovesil*. *Fugillare*, *faire feu de fovesil*. Munit. castr. dom. reg.: *Foisil et chalous ad faciendum novum ignem, si opus fuerit*.

**FUGINARE**, *Adulando impedire, ludum dare, decipere*, in Gloss. Arabico-Lat. Glossæ antiquæ MSS.: *Fuginat, adulando impedit, laudari decipit*. Isidori, *laudando habent*.

\* *Fouger*, eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1453. ex Reg. 182. Chartoph. reg. ch. 43: *Lesquelz religieuz telement Fougerent et deceurent icelle jeune femme, qu'elle conversoit et se maintenoit avec eula.*

\* **FUGITARIUS**, Fugitivus, nostris alias *Futif*. Lit. remiss. ann. 1383. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 124: *Fecit procesus contra eum, tanquam absentem et Fugitarium*. Aliæ ann. 1389. in Reg. 188. ch. 71: *Et se mit en immunité et franchise en l'église du sépulcre à Paris, de laquelle il est yssus et s'est rendu absent et Futif*. *Forfuyance* vero, pro Præstatione, quæ domino a servis seu tenentibus in *villanagium* exsolvebatur, pro facultate in alterius dominium transeundi. Charta manumiss. ann. 1474. in Reg. 195. ch. 1111: *Les seigneurs et dames de Maroilles ont affranchiz les habitans dudit lieu de toutes mainmortes, Forfuyances et formariages*. Vide in *Fugaces*.

**FUGATIO**, pro *Fuga*. Henr. Knyghton. ann. 1357: *Condonavit omnes felonias, evasiones et Fugitiones*.

**FUGITIVARIUS**, *Fugitivus*, δραπέτης, in Glossar. Gr. Lat. MS. Editum: δραπέτης, *Fugitivus*, δραπέτης, *Fugitivarius*.

**FUGITIVOSUS**, Φευκτός, in Gloss. Gr. Lat. Alibi: Φυγός, *Fugitivus, exulaticius, Fugitivosus*.

† **FUGITIVUS**. Vide *Fugaces*.

\* **FUGITOR**. [Qui fugit. *Plaut. Trin. 3. 2. 97*. Credo, acrem fugitorem fore.]

**FUIAGIUM**, [Jus excidendi lignum in nemore ad focum suum.] Vide *Affuagium*. [\* Vide supra *Fuagium* et *Fualium*.]

**FUISTALLUM**. Charta Edw. III. Reg. Angl. tom. 2. Monast. Angl. pag. 89: *Et de tribus mensuris terræ in Wigornia, et de decem junctis salis in Wickie, cum duabus salinis et Fuiistallo*. Nos *Fustailles* dicimus vinaria dolia.

**FUIT**, pro *Fuit*. Vetus Inscriptio: *Sex. Truttedito, Sex. f. pol. Maximiano. Fuit ad superos menses 7. etc.* Gesta purificationis Felicis: *Ad Numidas Fuiti? respondit: Non, Domine. Sit, qui probet. Alianus Proconsul dixit: Nec in Mauritania? respondit: Negotiaro illo Fui*. [Capitolinus in Marco: *Athenis Fuit, pro iuit*.] Ita hodie nos Franci, *il a esté, pro il est allé*. Capitul. 3. ann. 803. cap. 14: *De Episcopis, Abbatibus, Comitibus, qui ad placitum nostrum non Fuerunt*. Paulus Diaconus Emeritensis de Gestis Episcop. Emeritens. in S. Fidele cap. 8: *Ite et percutite eum, quia jussio Domini adimplenda est. Qui cum Fuisent, nec intrare potuissent, etc. At ubi tertio Fuerunt, permittente Deo ingressi sunt*. Hispani dicerent, *aqueillos fueron*, pro *iverunt*. Galli, *ont esté*. Obitus S. Abbatis Nuncti apud Bivarium: *Cumque Fuisent, et vidissent eum veste sordidam, etc.* Ditmarus lib. 7. pag. 88: *Imperator a nobis discessit, et proximos Rogationum dies in Capungum Fuit, quo ipse curtem suam de civitate Casulam dicitra transtulit*. Vide *Felicem Osium* ad Ottonem Morenam pag. 49.

**FULBORAN**, German. *Echt und Wolgeboren*. Lex Longob. lib. 2. tit. 14. § 2. [\* Rothar. 154.]: *Si quis dereliquerit filium legitimum unum, quod est Fulboran, et filios naturales unum aut plures, etc.* Editio Heroldi tit. 58. habet *Fulbor*. [Forboram editum apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 26. et apud Schilterum in Gloss. Teuton. ubi filius legitimus, unicus, exponitur. Vide *Forbora*.]

† **FULCA**, pro *Furca*, Patibulum, in Charta anni 1325. ex Archivio S. Florentii. [\* *Fulca* ex frequenti mutatione r in l, pro *Furca*, quater legitur in Charta Phil. VI. ann. 1342. ex Reg. 74. Chartoph. reg. ch. 279. Vide *Fulcha*.]

**FULCARIUS**, Idem qui *Falconarius*, Aucupii et Falconum præfectus, in Mirac. S. Thomæ Aquin.

**FULCREAL**. Vide *Fulfrea*.

\* **FULCHA**, pro *Furca*, Patibulum, in Charta ann. 1353. ex Reg. 83. Chartoph. reg. ch. 239. Vide *Fulca*.

† **FULCHRUM**, Lectus. Epistola Innocentii III. PP. ad Helenensem Episc. inter Concil. Hispan. tom. 3. pag. 470: *In Fulchris autem, nisi eos ad id infirmitas coegerit, non cubabunt*, (hæc erat pollicitatio quorundam penitentium) *et a festo SS. Omnium usque ad Nativitatem Dominicam jejunantes, in qualibet sexta feria... a piscibus abstinebunt, etc.* Fulcrum proprie est id quo lectus fulcitur et sustentetur: qua notione Suetonius dixit *Fulcrum Lecti*; de lecto igitur integro per synecdochen dicitur, ut apud ipsum Juvenalem:

Sacri genium contemnere Fulcri.

Vide Isid. Orig. lib. 19. cap. 26. et infra *Fulcralia*, *Fulcra*, *Fulcrum* et *Fultum*.

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fulcrum*, *Pié du lit*, et aussi signifie la souveraine partie du lit.

**FULCIATORIUM**, Baculus, quo quis

fulcitur. Vita S. Deicoli Abb. num. 14: Fulciatorum, quo utebatur, ... donavit.

\* **FULCIMENTUM**, Quidquid ad usum mulieris pertinet, in Leg. municipal. Pistor. lib. 2. rubr. 93: *De corvedis dandis et Fulcimentis mulierum.*

† **FULCIRE**, Supplere, Gall. *Remplacer*. Ardo in Vita S. Benedicti Anian. sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 214: *Numerus equorum imminutus a Rege Fulcitur. Sed et post unius mensis spatium amissi reducuntur equi; sicque divinitus actum est, ut quia de amissis non doluit, duplicatum susciperet lucrum.*

\* *Fulsir*, pro firmare, stabilire, in Lit. remiss. ann. 1427. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 81: *La suppliantie frequentoit souvent avec un nommé Simon tisserant de toilles, qui estoit homme marié, faignant de le vouloir embesoingner de son mestier; et une fois entre les autres, elle ala en l'ostel dudit Simon pour Fulsir son fait, soubz ombre du mestier dudit Simon.*

\* **FULCITA**, Cingulum, quo ensis fulcitur. Chron. Bergom. ad ann. 1386. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 856: *Fecit sibi largiri ipsi domino Guilielmo... spatam unam cum fodro velluti rubei, et Fulcitam de argentum laureato.*

† **FULCITUS**, Ornatus, intextus. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fulcitus, Fulciz, garniz*. Testamentum Enguerandi dom. de Cuctaco ann. 1397. apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 602: *Item volumus quod per ordinationem Executorum nostrorum fiat in eodem monasterio una nobilis crux de argento, ... et quatuor ornamenta ad celebrandum, quorum tria communibus diebus servient, et quartum Fulcitur pro diacono, subdiacono, et presbytero pro festis solemnibus.*

\* *Instructus*, Gall. *Fourni*. Chron. Extense ad ann. 1290. apud Murator. tom. 15. Script. Ital. col. 342: *Omnes isti... Fulciti de omnibus eis necessariis iverunt ultra mare ad civitatem Acri. Vide supra Foleratus.*

† **FULGO**, Teloneum Monast. S. Bertini: *Item cartea de cumbis Fulconum 11. den.*

\* **FULCOLUS**, Vide supra *Flosculus*.

† **FULGRALIA**, Lecti ornamenta, in Gloss. Isidori. [Vide *Fulchrum*.]

† **FULGRARI**, Fulcra lecto facere, lectum fulcris præparare, Ugutioni, est enim fulcrum pes lecti.

† **FULCREAL**, Vide *Fulfrea*.

† **FULCUS**, In Chartis ann. 1301. 1450. etc. urbs, quæ vulgo *Monstier ou Faut Yonne*, dicitur *Monsterialium in Fulco Yonæ*: ubi scilicet Igauna fluvius bifurcus fit et in duos canales dividitur. [Consulendus Valesius in Notitia Galliarumpag. 343. Vide *Branca* 2.]

\* **FULDIO**, Sedes seu sella brachii conclusa, forte pro *Faldao*. Vide in hac voce. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1180. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 871: *Archiepiscopus sedet in Fuldione, excepto in prædictis solemnitatibus, quando sedet in tribunali, cum presbyteris, et diaconis majoris ordinis.*

\* **FULEX**, pro Fulix. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Folquer, Prov. fulica, Fulex.*

† **FULFREA**, FULFREAL, FULFREAR, Liber, ingenuus. Papias MS: *Fulfreal, i. liber, sed non extraneus*. Perperam *Fulcreal* in Edit. Veneta. Aliud Gloss. apud Lindenbrogium: *Fulfrea, sive ingenua, sive libera*, Germ. *Fulfren*; [\* Glossar. Longob. in Cod. Roman.: *Fulfreal*, in Cod. Cavensi: *Fulfreal*, qui per sacerdotes circa altare liberi sunt. Vide Grimm. Ant. Jur. pag. 393.] in Lege Longob.

*Mulier libera Fulfreal*, lib. 1. tit. 25. § 6, lib. 2. tit. 12. § 1. [\* Rothar. 262. 217.] *Simul vadant liberi et absoluti Fulfreales*. lib. 1. tit. 32. § 5. [\* Liutpr. 170. (6, 87.)] *Homo qui Fulfreal factus est*, lib. 2. tit. 14. § 17. [\* Rothar. 228.] *Qui Fulfreal et a se extraneum, id est, amund facere voluerit*, lib. 2. tit. 34. § 1. [\* Rothar. 225.] *Fulfreal*, in Legibus Rotharis Regis tit. 88. § 1. 91. § 1. 6. 7. 10. tit. 101. § 6. [\* 217. 225. 226. 228. 262.] alibi pag. 211. [\* Liutpr. 9. (2, 3.)]

† **FULGARE**, Vide *Folgare*.  
† **FULGEDO**, Fulgor, splendor, in Chron. Wormat. apud Ludewig. tom. 2. reliq. MSS. pag. 134.

\* **FULGENTER**, [Fulgendo, Plin. 10. 20. 22. Gemmantis pavo expandit colores, adverso sole maxime, quia sic fulgentius radiant.]

† **FULGERIA**, Filix, *Fougere*. Charta Guillelmi Comitis Moretonii ann. 1105: *Et pasnagium in foresta, et herbam, et Fulgeriam, et juncos ad falcandum, etc.* [Charta apud Baluz. Hist. Tutel. pag. 496: *Hæc quoque dimissurus... gnestos cum Fulgeria, etc.* Nostris olim *Fugere*, nunc *Fougere*. Le Roman de la Rose MS: ]

Voir no fust mie Fugero,  
Ni fugere ne fust pas voirre.]

† **FULGETRA**, Esloides, *Espart, Esclare*, in Gloss. Lat. Gall. Sangerm. Guillel. Armoricus de Gestis Philippi Aug. Reg. Franc. apud Duchesn. tom. 5. pag. 92: *In vigilia Assumptionis B. Mariæ... dum vigilia celebraretur, facta sunt tonitrua, fulgura et Fulgetræ quales antea non fuerunt*. Utitur Plinius.

\* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Ethauss, Prov. Fulgetra, fulgur*. Nostris alias *Esclistre* et *Escarit*. Sermo de S. Agnete ex Cod. S. Vict. Paris. fol. 34. r. col. 2: *Maintenant fu granz crolles de terre, Esclistre et foudres vindrent et chairt en tant que plusieurs des païens furent mort*. Chron. S. Dion. lib. 2. cap. 14. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 193: *En celle partie ou l'ost le roi Clothaires estoit logiés, ne venta point, ne n'i chai yaue, ne nuz signes d'Espart, ne de tonnoirre. Espartissement, in Addit. ad Monstrel. ad ann. 1469. fol. 31. v. Unde *Espartir*, Fulgurare. Lit. remiss. ann. 1394. in Reg. 146. Chartoph. reg. ch. 202: *Le suppliant veant grant et horrible horage de temps... en plouvant, greslant, tonnant, ventant et Espartissant, tellement que à peins ne pouoit homme cognoistre l'autre, etc.* Effoudre, eodem sensu, et inde *Effoudrer*. Vitæ SS. Mss. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 365. r. col. 1: *Tantost commença à toner et à Effoudrer si durement, que toute la terre en crolloit... Uns Effoudres feri si durement la mere del enfant, etc.**

\* **FULGIDITAS**, [Claritas. DIEF.]

\* **FULGIO**, Fulgio. Glossar. Lat. Ital. Ms.: *Fulgio, la nigrezza del foco.*

† **FULGIT**, Nutrit, splendet, eminet. Glossæ Antiq.

\*\* **FULGOREUS**, *Fulgorea flamma*, apud Vergil. Grammat. pag. 127.

† **FULGORUS**, Splendidus, Ugutioni.

† **FULGRETIDO**, Fulgor, splendor, quasi *Fulgoritudo*, fulgoritas. Vita S. Boniti Episcopi Claromont. n. 17: *Sanctorum allaria nitent: centra hinc indeque geminata connectunt columnæ priscorum sculptæ Fulgretidine, emergunt more elatæ mire cameræ, etc.* Sarius exponit columnæ prisco sculptæ more sese subrigunt. Codices MSS. apud Mabillonium tom. 3. SS. Ord. S. Benedicti præferunt *Fulgretine*, et *Fulgretinæ*. An igitur sic

dispungendum: *Centra hinc indeque geminata connectunt columnæ priscorum sculptæ Fulgretidine, emergunt more elatæ mire cameræ*. An vero: *Fulgretinæ emergunt more elatæ mire cameræ*. An denique: *Emergunt more elatæ miræ cameræ*. Ut elata sit Græcum ἐλάτη, abies, cujus instar cameræ sese attollunt.

† **FULGURANDOSE**, Splendide, Gall. *Avec éclat*. Miracula S. Eadmundi Angl. Regis, apud Marten. tom. 6. Ampliss. Collect. col. 833: *Egreditur... in modum viri admodum venerabilis Fulgurandose obeunte cælestis claritatis fulgure, etc.*

† **FULGURATORES**, Rustici aruspices, in Gloss. Isid. Vide Nonium cap. 1. num. 319.

† Legendum cum Grævio, *Etrusci aruspices*. Etruscis quippe Roma acceptam referebat suam aruspicum disciplinam. Aruspices *Fulguratores* adjunguntur a Cicerone de Divin. 2. 58. Cato de moribus Claudii Neronis: *Aruspicum Fulguratorem si quis adducat, etc.* Vide Juvenal. Sat. 6. 585. et ibi Interpretes.

\* **FULGURIUM**, κεραυνόβλιον ἡμερινόν. Gloss. Lat. Gr. ubi Castigat. leg. *Fulgurdium*. Casaubon. ad Sueton. in Aug. cap. 29. et Delrius ad Senec. Trag. pag. 393.

† **FULGUS**, Rufus, Rubeus. *Fulgo tegmine, flava pelle*, in Gloss. MS. Reg. Cod. 1013. Papias: *Fulgus, rufus, flavus*.

† **FULHETA**, Mensura vinaria, Gall. *Feuillette*. Statuta Avenion. Rubr. 27. art. 1: *Statuimus quod quicumque vinum vendere voluerit minutatum, teneatur habere minutiores mensuras legales et signo curiæ signatas, vulgo pichetiam et Fulhetam*. Vide *Folietta*.

\* **FULIDUS**, pro Fulgidus, ni fallor. Charta ann. 996. apud Murator. in Antiq. Estens. pag. 187: *Ac cum eo (Ottone rege) tam residentibus quamque adstantibus, Fulidaque nobilitatis pollentibus viris bonæ hopinionis, ac laudabilis fama, etc.*

\* **FULIGO**, pro Uligo, in Mirac. S. Florent. tom. 7. Sept. pag. 426. col. 2.

† **FULINA**, Culina; *Fulinarius, Culinari*, in Gloss. Isid. a fuligine, qua culinæ inficiuntur. Joan. de Janua: *Fulina, coquina, quasi fuliginosa, unde Fulinarius, coquus: Fulinare, coquinare, in fulina coquere*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fulina, Cuisine. Fulinarius, Cuisinier. Fulinare, Cuisiner*.

† **FULINARIUS**, *Coquus*, apud Ugutionem. **FULL**, [Species mensuræ.] Vide *Pes forestæ*.

\* **FULLARE**, Dicitur de pannis, qui densantur, desquamantur et poliuntur. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fullare, fouler*. Charta Phil. Pulc. ann. 1306. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 498. v. col. 2: *Duo molendina nostra de Ruglis, videlicet unum ad bladum, et aliud ad Fullandum*. Vide supra *Folare*.

\* **FULLARIA**, Molendinum fullonarum. Reg. S. Justi ex Cam. Comput. Paris. fol. 215. r.: *Ecce partes (firmæ) videlicet pasua super maras, pasua ante maras et Fullaria super magna prata*.

† **FULLATORIUM**, Idem quod mox *Fullencium*. Locum vide in *Baptalerium* post *Batatorium*.

\* Charta Guill. episc. Catalaun. et comit. Pertic. ann. 1220. apud Egid. Bry in Hist. comit. Pertic. lib. 3. pag. 225: *Molendina nostra, tam bladum molentia, quam Fullatoria, etc.*

† **FULLENCIUM**, Molendinum fullonarum, *Moulin pour fouller les draps*, quod inferiori justitiario competet, ratione cujus fullonagium exigere potest, ut est

in Consuetudine Andegav. art. 21. et Genomanensi art. 12. Gloss. Gr. Lat. : *Napetov, Fullonium*. Charta ann. 1208. in Chart. Campan. Thuano fol. 187 : *Et in manu nostra teneremus cum tali banno et justitia, quali Comitissa et hæredes Campaniæ ea tenebant, tam molendina quam Fullencia, usque dum haberemus sumptus facturæ, et necessarias molendinorum expensas*. Vide Ughellum tom. 2. Ital. sacræ pag. 14.

† FULLERICIUM MOLENDINUM, Eadem notione, in Computo anni 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu ad calcem tom. 2. pag. CXLVII.

† FULLERICUM MOLENDINUM, Eodem significato, in *Sclusagium* post vocem *Exclusa*.

† FULLONARIUM MOLENDINUM, Idem, in Chartulario S. Vandregisili tom. 2. pag. 1759.

\* FULLONIA, Ars fullonica. Charta Phil. V. ann. 1317. in Reg. sign. *Pater Cam. Comput. Paris. fol. 131. rº. col. 2: Dabimus vobis... subrogationem plenissimam causarum etiam quarumcumque singularium personarum, quæ ratione texturæ, tincturæ, Fulloniæ... moveri seu agitari contigerint*.

† FULLONIA PANNORUM, Ipsa actio qua panni poliuntur et dealbantur. *Molendinum pro Fullonia pannorum*, apud Johannem de Monsteriali tom. 2. Ampliss. Collect. Marten. col. 1391.

† FULLONIUM, ut *Fullencium*, in Charta ann. 1171. novæ Gall. Christ. tom. 4. col. 21.

† FULLONUS, Eadem significatione, supra in *Baptitorium* post *Batatorium*. [\* Charta ann. 1250. ex Chartul. Campan. fol. 387 : *Quod ab aliquo vel ab aliquibus qui ad molendina nostra vel Fullonos nostros ibunt vel venient, ratione pedagii exigi aliquid non poterit nec debet*. Vide supra *Follo*.]

\* FULLUM, Pari significatione. Chron. Bergom. ad ann. 1408. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 943 : *Combuserunt Fulla et molendina existantia in prato sancti Alexandri*. Vide *Fullus*.

† FULLUS, Eodem intellectu. Mantissa adjecta ad Chronicon Monachi Patavini ad ann. 1389. apud Murator. tom. 8. col. 789 : *Quo anno facti fuerunt Fulli omnium SS. et laboreræ pannorum lanæ et papyri chartarum*. Occurrit etiam in Hist. Cortusiorum lib. 8.

FULMEN, Fulcimentum editum jaculi, in Gloss. antiq. [Pro *Editum jaculi* lege *Admiculum*. Gloss. Sangerm. num. 501 : *Fulmentum, admiculum, Fulcimentum*.]

\* FULMENTA, [Solea, quæ calceo suppingitur. *Lucil.* apud Non. 3. 98. *Fulmentas* clavis æneis subducere. *Plaut. Trin.* 3. 2. 94. *Fulmentas* jubeam suppingi soccis.]

† FULMINARE EXCOMMUNICATIONEM, Gall. *Fulminer une Excommunication*, est Excommunicationem in aliquem latam promulgare. Vox fori hodierni quæ occurrit apud Rymerum tom. 18. pag. 505. Lobinellum tom. 2. Hist. Britan. col. 1009.

† FULMINATIO APOSTOLICORUM, Eadem notione, apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 81.

\* FULMINATUS, Fulmine tactus. Chron. Noriberg. ad ann. 1400. apud Oefellum tom. 1. Script. rer. Boicar. pag. 327. col. 2 : *In die S. Laurentii Fulminatium fuit baptisterium in ecclesia S. Laurentii et destructum*. Interdum nostris *Foudroter*, pro *Perterrere*, territare, vulgo *Epowanter*, in Lit. remiss. ann.

1429. ex Reg. 174. Chartoph. reg. ch. 293 : *Lesquelz deux mastins se eslaissier et coururent à iceulz moutons, et les Foudroierent et separerent*.

† FULNARIUS, pro *Furnarius*, ut conjecto, Pistor. Charta ann. 1200. ex Archivio Monasterii S. Georgii Redon. : *Stephana S. Georgii Abbatissa conquesta Constantiæ domine suæ domini Conani filie, quod Fulnarius suus liber erat ab omni talleia et accommodatione et exercitu et equitatu*.

† FULSARIUM, Anastasius Bibl. in Epitome Chronicorum Casin. apud Murator. tom. 2. pag. 368. col. 2 : *Sicardus Princeps obtulit Patri Benedicto civadum, qui Martoranus vocatur, cum ripis et aquis, Fulsariis et piscationibus et omnibus intra se possitis*. An legendum *Fulariis* vel *Fulloniis*, aliudve simile, quod Fullonis officinam significet ? Saltem hunc intellectum patitur in allato loco vox *Fulsarium*, quæ videtur corrupta.

\* Vel *Fulsaria*, Idem videtur quod *Fuerna*. Vide supra in hac voce.

\* FULSCINA, *La forfina ad piscandum*, in Doctrin. Alex. de Villa-Dei edit. ann. 1484. pro *Fuscina*.

FULSIT, *Ferit, vel percussit : fulgere enim ferre est, unde quoque Fulmen dictum est*. Glossæ antiquæ.

FULTI, *Vasa aquarum parvissima, Papiæ*.

† 1. FULTRUM, *Ornamentum quod supponitur lecto, vel pes lecti vel ejus sponda. Etiam ponitur pro lecto*. Hæc Calepinus et Martinus ex Dictionariis semibarbaris. Legendum *Fulcrum*. Vide *Fulcrum*.

\* 2. FULTRUM, pro *Feltrum*. Vide in hac voce. Constit. monast. S. Petri-mont. tom. 2. Monum. sacr. Antiq. pag. 427 : *Sufficere credimus claustrali canonico in anno duo paria sotularium, e quibus alii dentur in festivitate omnium sanctorum de Fulro, et bene ampli*.

† FULTUM, pro *Fulcrum*, Lectus. Thomas Monachus Eliensis in Vita S. Etheldredæ tom. 4. Junii pag. 521. et inter Acta SS. Benedict. sæc. 2. pag. 772 : *Matrona... ita erat contracta... ut nulla ratione... a fulro valerit surgere*. Vide *Fulcrum*.

FULVIDA, *Rubea*, in Gloss. antiq.

FULVIDUS, *Impetosus*. Ita Glossæ antiquæ.

FUMA, *Rheda minor*, apud Papiam MS. Editus perperam *fama* præfert. [Vide *Funa*.]

\* FUMADO, Piscis genus. Tract. MS. de Pisc. cap. 51. ex Cod. reg. 6888. C. : *Raia levis ab Hispanis dicitur liuda, a cute lævi et pellucida : sunt qui rasam vocant, a glabra cute : nostri non a cutis levitate, sed a colore, Fumat et Fumado appellant*.

† FUMAGIUM, Lignum ad fumum seu focum necessarium. Charta ann. 5. Edwardi IV. Reg. Angl. apud Tb. Blount in Nomolex. Anglic. : *Et sint quieti de Fumagio et maremo cariendo, etc*. Vide *Fumus*.

FUMAGIUM, Idem forte quod *Foagium*, *ϰατὰ φύσιν*, Joan. Zonaræ, Scylitzæ, et aliis, [Census pro singulis focis exactus, *Fumage* apud Gallandum.] Charta Radulphi Abbatis S. Melani ann. 1123. apud Augustin. *du Pas* in Stemmate Pentevriensi pag. 12 : *Donavit... pro animæ suæ redemptione 20. solidos de Fumagio Minguenpensi pro singulos annos*. [Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Feudorum usu tom. 2. ad calcem pag. CLXXXIII : *Item Fr' Ham' pro censu Compendii IX. l. XII. s. et pro Fumagio Com-*

*pendii c. s. Charta anni 1219. ex Archivio S. Jacuti : Guido de Argenton dominus Placoidi. Cum contentio verteretur inter Abbatem et Conventum S. Jacuti et me super avenagio, gallinagio, Fumagio, etc. in territorio de Plancoit. Chartularium SS. Trinit. Cadom. fol. 21 : In Carpichet habemus XII. vilanos et dimidium ; quisque eorum reddit... xx. ova ad Pascha, II. denarios de Fumagio, de unoquoque porcorum suorum I. denarium. Et fol. 61 : Debent I. acram araturæ et herciaturæ et precarias et XII. Andegavenses de leignagio, et II. denarios de Fumagio, etc.]*

\* Illud nempe a *Fumario* seu camino ; hoc a *foco* nuncupatum. *Fumage*, nostris. Pactum inter Rob. comit. Droc. advocatum monast. S. Valer. et relig. ejusd. ann. 1321. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 290 : *Disons que les avoueries, li Fumaige, etc*.

FUMALE, Eadem notione. Statuta Regni Poloniæ, apud Chopinum post libros de Domanio art. 3 : *Fumalia, scilicet duo grossi, usualis monetæ... de quolibet manso vel forte localis vel possessis singulis annis in signum summi domini coronæ regni Poloniæ exsolvantur*. Adde articulos seqq. [Vide *Fumantaria* et *Fumus*.]

\* In eorumd. Stat. collectione a Prilusio facta pag. 443. legitur : *Fumalia Kmetones* (servilis conditionis homines) *tantum solvunt*. [\* Intellige *Pullos Fumales*, quorum præstatio servilis conditionis indicium existimatur. Vide Haltaus. Glossar. Germ. col. 1508. voce *Rauch-Huhn*, et Grimm. antiq. Jur. Germ. pag. 374.]

† 1. FUMANS, Domus, familia. Acta SS. Junii tom. 3. pag. 936. ubi de B. Michelina : *Scilicet unus homo pro qualibet decima Fumantium cujuslibet universitatis*. In Italia familiæ censentur per focos, maxime in pagis et vicis.

\* Ital. *Fumante*. Charta ann. 1169. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 168 : *Et facere dare in perpetuum promiserunt sex Lucenses pro Fumante, qui parium boum habuerit*. Alia ann. 1303. tom. 4. Cod. Ital. diplom. col. 63 : *Frant extima hominum in territorio Medicinæ et ejus curiæ, et etiam Fumantes ; quæ extima et Fumantes ponantur in libro Fumantium et in libro extimorum, ubi sunt descripta nomina aliorum Fumantium et extimorum comitatus Bononiæ*.

\* 2. FUMANS, Census, qui a singulis *Fumantibus* seu domibus vel familiis debetur. Charta ann. 1228. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 335 : *Cum omni jure, dominio, albergariis, Fumantibus, patronantiis, et cum omnibus aliis ad nos et curiam de jure, seu de usantiis pertinentibus*. Vide *Fumantaria*.

† FUMANTERIA, Census a fumo dictus, quod per singulos focos seu domos exigeretur. Constitutio Eugenii IV. PP. in Bullario Casin. pag. 315 : *Cum alias, per nostras certi tenoris litteras, redditus et proventus Fumantiarum in provinciis nostris Marchiæ Anconitanæ, Massæ, Trabariæ, etc. reparatiis et fabricæ Ecclesiarum... deputaverimus... vobis... proventus hujusmodi Fumantiarum... colligendi, levandi, exigendi... concedimus facultatem*. Ibidem pag. 316. in altera ejusdem Pontificis Constitutione expresse dicuntur *Fumentariæ* exigi et levari pro quolibet et a singulo foco, sæpiusque memorantur in laudato tomo, ut pag. 325. 326. 327. 328. 342. et 343. Vide *Foagium* 1. et *Fumagium*.

† FUMARE, *Incoquare* seu *Scurram*

agere, in antiquis Glossis, teste Grævio ad Glossar. Isidori. Vide *Scurra*, Salmasio ad Tertullianum de Pallio, *Scurra qui Fumat*, Is est qui fumos vendit.

**FUMARIA**, Chronicon Abbatiae Trudon. lib. 10. cap. 470: *Deinde domus infirmorum habens Fumariam, sive forariam, Capellulam, Lobiam, Cameram dispensatoriam, etc.* Ubi nescio, an non legendum *Focariam*, ita ut *Fumaria* locus fuerit, in quo focus fit, ou l'on fait du feu. Nam

**FUMARIUM**, est *Domus fumi*, Papiæ: *Caminus, per quem exit fumus*, Joanni de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fumarium, Cheminée.*] Gloss. Gr. Lat.: *Καπνοδοχείον, Fumarium.* Glossæ Lat. Græc. MSS. S. Germani Paris.: *Fumarium, καπνία.* [\*Vide Glossar. med. Græc. voce *Καπνοδόγιος*, et Forcellinum.] Marcellus Emp. cap. 23. pag. 168: *Sublatam inde Fumarium suspendet.*

\* Vita S. Berth. tom. 6. Jul. pag. 482. col. 2: *Et ecce per Fumarium, id est caminum, hostis humani generis, quasi in modum suis, deorsum se præcipitavit.*

† **FUMARIOLUM**, Angustior caminus. Pacianus in Parænesi ad pœnitentiam inter Concil. Hisp. tom. 2. pag. 97: *Vim ejus, (inferni) et de presentibus estimate, cujus Fumariola quædam maximos montes subterraneis ignibus decoquunt.* [\*Vide Forcellinum.]

**FUMATICUM**, *Καπνικόν*, Idem quod *Foagium* 1. Charta Cuonradi Regis Burgundiae ann. 972. in Tabulario Ecclesiae Viennensis fol. 14: *Non teloneum in aquis, vel terris, nec redhibitionem de pascuis, nec silvaticum, nec Fumaticum, nec pulveraticum... exigere audeat.* Eadem habentur in Charta Friderici II. Imp. apud Jo. a Bosco in Vienna pag. 90. [Charta ann. 1132. apud Lobinel. tom. 2. Hist. Brit. col. 236: *Monasterium de antecessoribus nostris ita honorabiliter in beneficium tenere visus est, ut nec Comes, nec ullus ex Vicariis ejusdem regionis, nec alia prorsus aliqua persona præter ipsum habere visa sit ullam dominationem in hominibus ipsius parrochiae distringendis, nec annonaticum, nec friscingaticum, nec Fumaticum, nec vaccaticum, nec ullam redhibitionem, nec vel ipsum bannum.*] Rotulus Comput. Manerii de Harwe in Anglia: *Quilibet domum habens, de qua fumus exit.* Vide Gloss. med. Græc. in *Καπνικόν*.

\* **FUMERIUS**, ut *Fumarium*. Stat. Montis-reg. pag. 271: *Item statutum est, quod dom. vicarius teneatur facere quod omnes furni, seu ædificia in quibus sunt, debeant cooperiri per illos fornarios, qui eos tenent, de copis, tegulis, ... et facere Fumerium, qui vadat desuper totum per unum rasum.* Hinc *Fumery* dicitur pars domus, ubi est caminus seu furnus, vulgo *Fournil*. Lit. remiss. ann. 1379. in Reg. 114. Chartoph. reg. ch. 349: *Icellui Regnavit, qui c'estoit muciez en un certain lieu dudit hostel, appellé le Fumery, etc.*

† **FUMIGABUNDUS**, *Fumans*. Interpres Libri Sapientie 10. 7. *Descendente igne in pentapolim: quibus in testimonium nequitiae Fumigabunda constat terra deserta.*

**FUMIGATORIUM**, *Thuribulum, incensorium*. Chron. Casin. lib. 3. cap. ult.: *Fumigatorium Græcum aliud cum nigello.* † **FUMIGER**, ut apud Virgilium *Fumifer*. Occurrit tom. 2. Itinerarii Litter. Marten. pag. 232.

† **FUMIGIUM**, Idem quod Plinio Suffit, apud Theod. Priscian. lib. 1. cap. 12. et lib. 3. cap. 5.

**FUMILARE**, Anonymus Barenensis in

Ch. ann. 1048: *Et venerunt super Bari ad Fumilandum Imperatorem*. Perperam Edit.: *sumilandum*. An. 1080: *Ipse Dux (Robertus) fecit fine cum Bari, ... et Fumilare fecit ibi Michael. Imp.* hoc est, Imperatorem proclamavit. Ex Græco εὐφημεῖν, ut videtur. Cedrenus: *Εὐφημησαν οὖν τὰ μέρη, Ἀναστασίας Αὐγούστης πολλά τὰ ἔτη*. Corripus lib. 2. vers. 167:

Laudibus innumeris Regnantium nomina tollunt, etc.

Passim in Historia Byzantina.

\* **FUMLO**. Vide *Humlo*.

† **FUMOSITAS**, *Fumus spissior*. Translatio B. Edmundi Cantuar. Archiep. inter Anecd. Marten. tom. 3. col. 1862: *Cum sopori membra dedisset, et grossioris Fumositatis nebula quæ solet phantastica representare somnia, in fumos tenues resoluta, etc.*

1. **FUMUS**, *Focus*. Ericus Upsaliensis lib. 5. Hist. Suecicæ pag. 148: *Imposuit unam marcã de quolibet Fumo, vel furno solvendã, ut verbis utar famã relicte.* Pag. 159: *Post annuum tributum immensas pecuniarum summas solvendã imponens, videlicet Rumpstat, et de quolibet Fumo unam marcã.*

\* Ita et nostris *Fumée*, pro *Excandescencia*, ira; unde *Fumeux*, iracundus, et *Fumer*, irasci, stomachari. Lit. remiss. ann. 1447. in Reg. 179. Chartoph. reg. ch. 161: *Icelle Guillemete, qui estoit femme testue et Fumeuse... et quant lui montoit en sa Fumée, etc.* Aliæ ann. 1460. in Reg. 192. ch. 45: *Le suppliant de ce se Fuma et courroussa. Fumiere*, pro *Fumée*, fumus, in Mirac. B. M. V. MSS. lib. 1:

Et s'en isoist si grant Fumiere,  
Li jors en perdoit sa lumiere.

\* 2. **FUMUS**, *Fimus*, Gall. *Fumier*. Lit. remiss. ann. 1854. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 570: *Cum Arnaldus Yabelli pedissecæ ejus... dixisset: Eamus colligere Fumos, qui sunt in isto vico; dicta pedissequa respondit: Non faciemus, quia dicti Fumi non sunt vestri.* Pluries ibi. Hinc *Fumiere*, *Fimetum*, locus ubi reponitur *finus*, in Bestiario MS:

Jamais de la basse Fumiere  
N'istrons pour nulo destinée,  
Se nous en ceste matinée,  
Ou en la nuit ne nous armons.

**FUNA**, *Redde minore*. Ita Glossæ antiquæ. [Melius apud Papiam editum et MS.: *Funa, Redha minor*. Sic puto legendum, licet D. Cangius ex alio MS. superius legat *Fungia*.]

**FUNALIA**, *Lignalia, Funalia, in modum funalium candelæ intortæ*. Glossæ antiquæ. [\*Vide Isidor. Origin. lib. 19. cap. 4. sect. 1. et lib. 20. cap. 10. sect. 5.] [Notum est *Funalia* Latinis fuisse faces ex funibus contortis cera vel pice circumdatas.]

† **FUNALIUM**, *ἐλλόγιον*. Supplem. Antiquarii. [\*Et in Glossar. Lat. Gr.]

**FUNAMBULI**, dicti ironice quidam ignavi, qui ex obsessa urbe funibus et mœnibus demissi fugæ se dabant. Ordericus Vital. lib. 9. pag. 739: *Funibus per murum demissi sunt, unde ad suam diuturnam ignominiam furtivi Funambuli vocati sunt.* Adde lib. 11. pag. 805. *De Funambulis, qui σχοινοβάται, res nota.* Vide Epistolam Guithonis Militis in Ad-ditamentis ad Matth. Paris. pag. 108. [Hinc corrigendus est locus tom. 4. Hist. Harcur. pag. 1405. ubi sic habetur: *Imprimis erubescerat improperia quæ sibi fiebant derisoria, quod Funandulus per murum exierat de Antiochia.* Leg. *Funambulus*.]

† **FUNARIUS**, *Equus extra jugum fune*

illigatus, idem qui Græcis *σπαραφόρος*, juxta Isidorum lib. 18. Orig. cap. 35. Valentinianus etiam, uti narrat Sext. Aurel. Victor, *Funarius appellatus est, eo quod venalium funem portantique milites nequiverint extorquere.*

† **FUNGARE**, *Doliolum, cadus*, Gall. *Cague*. Polyptych. Fiscam. ann. 1235: *Robertus Viron tenet unum villanagium et reddit... servitia omnia sicut Nicolaus Sanson, et Funcare unum mille allectorum.* Vide *Fungare*.

\* **FUNGHA**, Charta ann. 1296. apud Charvet. Hist. Vien. pag. 669: *A fluvio Rodani usque ad cochias seu cacumen S. Salvatoris, in quibus cochiis seu cacumine sunt Funchæ, quibus dividitur diocesis Viennensis et Aniciensis.* Sed leg. forsitan *Furchæ*.

\* **FUNCIO**, *Luso de alcuna cosa*. Glossar. Lat. Ital. MS.

\* **FUNCTA**, *χρέεα, funera*. Cujac. in Castigat. ad utrumque Glossar.

**FUNCTIO**, *Excusatio tributorum*, in Glossis antiquis MSS. Gloss. Lat. Gr.: *Functionio, λειτουργία, τέλεμα. Functionium, λειτουργιών, εἰσφορῶν.* Aliud Gloss.: *Functionio, ἡ συντέλεια. Tributariæ Functiones*, apud Salvanum lib. 5. de Provident. pag. 30. 1. Edit. Senatorem lib. 5. Epist. 14. etc. *Functiones publicæ* apud eundem Senator. lib. 5. Epist. 39. in Lege Wisigoth. lib. 5. tit. 4. § 19. [in Capitul. Pippini Reg. cap. 23. et in Capitul. Ludovici Pii. ann. 821. cap. 4.] Hinc crebra in Chartis Francicis formula: *Nec ad freda exactanda, nec ulla Functiones requirandas ingredi audeat.*

**FUNCTIONES**, *Λειτουργίαι*, in Gloss. Curialia munera, onera, passim in Cod. Theod. et Justin.

† **FUNCTIONES REGALES**, Eadem notione, lib. 1. Capitul. n. 114: *Hoc ideo quia audivimus aliquos ex illis non tam causa devotionis hoc fecisse quam pro exercitu seu alia Functione Regali fugienda.* Occurrit rursus lib. 6. Capitul. n. 281. *Onus curiale* vocat S. Ambrosius lib. 2. adversus Symmachum. Adde Concil. 1. Aurelian. cap. 4.

\* **FUNCTIONALIS**, *Tributo obnoxius*. Libert. Brianc. ann. 1343. tom. 8. Ordinat. reg. Franc. pag. 211: *Res Functionales tributorum asitare possunt, liberatas vel pensionales, cum sic sit athenus usitatum.* Vide *Functionio*.

\* **FUNCTORIUM**, i. *Transitorium, Chose transitoire*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684. Vide in *Fundabulum*.

\* **FUNCULUS CORALORUM**, f. pro *Funaculus*, restis: qua voce sertum precatorium designare videtur Bareleta serm. in fer. 4. hebd. 1. Quadrag.: *Submurrant orationem Dominicam cum coralorum Funculo in manu.*

1. **FUNDA**, *Bursa, crumena, Italis*. S. Bonaventura in Vita S. Francisci cap. 7: *Fecit ut appareret... in via crumena magna pecuniis intumescens, quam usitato vocabulo illius regionis homines, (Apuli) Fundam appellant.* Hoc sensu accepisse Macrobius 2. Saturn. cap. 4. opinantur viri docti: *Cumque accessisset ad sellam, demissa in pauperem Fundam manu paucos denarios protulit, quos Principi daret.* At Cujacius *fundum* in MSS. legi observat. Gloss. Lat. Græc.: *Ventralis, κοιλίδεσμος*. Est autem *ventralis*, vel *ventrale*, non modo tegumentum ventris, sed et sacculus pecuniæ ad usum quotidianum necessariæ gestandæ accommodatus, et sub ventrem appensus, apud Ulpianum leg. 6. De Bonis damnator. Vide Waddingum in Anna-lib. Minor. ann. 1222. num. 25.

Proprie vero *Fundam* appellarunt recentiores locum publicum, in quem conveniunt Mercatores de rebus suis et commerciis invicem acturi, quod in eo deponatur communis eorum thesaurus vel pecunia ad eadem commercia, atque adeo merces ipsæ. Ejusmodi sunt *Bursæ* Antuerpiensis, Amstelodamensis, et similes. Pacta inter Venetos et Principes seu Barones Regni Hierosol. ann. 1123. apud Will. Tyrium lib. 12. cap. 25: *Unde ipse Rex Hierusalem, et nos omnes, Duci Veneticorum de Funda Tyri, ex parte Regis, in Pesto Apostolorum Petri et Pauli, 300, in unoquoque anno Byzantios Saracenos, ex debili conditione persolvere debemus.* Charta Amalrici Regis Hieros. apud Ughellum tom. 3. pag. 474: *Molendinum et balnea juxta Fundum mercatorum.* [Charta Balduini Reg. Hierosol. ann. 1184: *Libertatem dedit in porta, Funda, cathena, pondere et mensura, ut possent emere, vendere, et intrare et exire per totum regnum Jerosolymitanum.* Ibid.: *Decem bisantios de assisia Odonis de S. Amando ad Fundam Acon annuatim recipiendos.*] Ita *Fundam* legendum in Diplomate Conradi Imp. ann. 1147. (non 1187. ut editum) pro Pisanis, apud Ughellum tom. 3. pag. 488. 489. pro *Fundum*. Sic etiam apud Joinvillam in S. Ludovico pag. 62. pro *la soulede*, restituendum monuimus *la Fonde*, quam ait fuisse quamdam mercatoriarum officinarum seriem: *Ils bouterent le feu par tous les endroits de la Soulede, là où toutes leurs marchandises et leur avoir de pris estoient.*

\* Nostris *Fonte*, eadem notione. Joinvill. in S. Ludov. edit. reg. pag. 35: *Il bouterent le feu en la Fonde, là où toutes les marchandise estoient et tout l'avoire de poiz.* Versio Gallica Guil. Tyr. ibid. in Glossar.: *En la Fonde de Tyr, se la cité estoit conquise, otroierent au duc et au commun de Venise à tousjours, à rendre trois cens besans Sarrazinois le jour de la feste de S. Pierre et S. Pol.* Vide mox *Fundacagium*.

FUNDICUS, Eadem notione, et eadem origine: Itali etiamnum *Fundaco* vocant, quod anteriores *Fundam*, vel nostri *Fonde*. Dom. de Breves in Itinerario Turcico pag. 34: *Les Fondics sont magasins, où se serrent les marchandises, qui sont apportées des Indes et de Perse par la voie d'Alep, les marchands y logent aussi.* Michael del Molino in Repertorio Foror. Aragon. in v. *Feria*: *Sicut apud Christianos dicitur el Mercado, et apud Saracenos el Alfondiga, etc.* Unde vox videtur Arabica. Chron. Casin. lib. 3. cap. 57: *Fundicum in Amalfi cum pertinentiis suis.* Adde lib. 4. cap. 10. Gervasius Tilleberiensis in Otis Imperial. MSS. decisione 3: *Majuma Gazæ Emporium, id est, locus negotiationis, qui Fundicus vulgo nominatur.* Statutum Honorii IV. PP. pro Regno Neapolit. ann. 1285. apud Odoricum Rayn. hoc ann. num. 39: *Liceat culibet... frumentum et alia blada, necnon et legumina, de propriis terris, massariis atque redditibus habita sine jure exituræ, Fundici, seu dohanæ in loco, in quo victualia recipiantur... deferre.* Diploma Roberti Regis Neap. ann. 1321. apud Waddingum: *Item domus, seu apothecæ, quæ videntur esse duo Fundici... in civitate Neapolit.* [Sancia Regina Jerusalem et Siciliae ann. 1325: *Universis de Consilio Massiliæ. Veridica insinuatione accepimus, quod in Alexandria est quædam domus, quæ vocatur Fundicus Massiliensium.* Passim occurrit eadem vox in Chartis Massil. et

apud Murator. tom. 6. col. 265. 492. 472. 596. etc.] Vide Rocchum Pirrum in Notitia Eccl. Sicil. tom. 1. pag. 143. et Ughellum tom. 4. pag. 1165.

FONTICUS, Eodem significatu. Bernard. de Breydenbach in Itinerario T. S. ubi de Alexandria: *Est autem Fonticus domus grandis, in qua negotiatores et merces eorum conservantur, ubi et forum rerum venalium habent.* [Vita B. Henrici Baucens. Junii tom. 2. pag. 374: *Adeo multiplicavit copia pauperum et infirmorum, quod circum circa plateam dictæ Ecclesiæ de domo et sub Fontico et juxta palatium Episcopatus... ipsi Pauperes et debiles morabantur.*]

† FONDICUS, Caffarus lib. 1. Annal. Genuens. ad ann. 1162. apud Murator. tom. 6. col. 280: *Pisani... armata manu causa deprædandi ad Fondicum Januensium venerunt... Pisani autem invadentes eorum Fundicum, pecuniam, quam ibi invenerunt, valentem triginta milia perperorum ceperunt.*

† FONDECHUS. Chronicon Parmense ad ann. 1304. apud Murator. tom. 9. col. 850: *In quo prælio civitas Florentiæ... combusta fuit... cum omnibus Fondechis et mercatoribus et drapperis, etc.*

† FUNDICUM. Regimina Paduæ ad ann. 1301. apud Murator. tom. 8. col. 427: *Et factum fuit Fundicum bladi.*

† FUNDACEUS, Species currus, ut videtur, sic dicti quod eo veherentur merces in *Fundacum*. Chronic. Parmense apud Murator. tom. 9. col. 772: *Multi fuerunt capti, qui veniebant privati in plaustris fœni et palearum et in vegetibus aut in Fundaceis.*

ALFUNDICUS, Taberna, officina mercatoria. Charta Ximenæ Diaz, uxoris Roderici Diaz, cognominati el Cid, æræ 1101. Apud Anton. de Yopez in Chron. Ord. S. Benedicti tom. 7: *De molendinis, et valneis, de tendis vel tabernis, de Alfundicis vel de domibus, de furnis, etc.*

FUNDICUS, Præstatio pro mercibus, quæ in *Fundicos* invehantur. Charta ann. 1251. apud Ughellum tom. 7. pag. 1340: *Libere vendant et emant sine Fundico et datio.* [Occurrit etiam in Constitut. Siculis lib. 1. tit. 89.]

† FUNDICARE, *Fundicum* seu præstationem pro mercibus solvere. Constitut. Siculæ lib. 1. tit. 89: *De officio magistrorum Fundicariorum... Fundicare seu dohanare compellant.* In novis Statutis: *Fundicari seu dohanari mandavimus.*

FUNDICARIUS, Præfectus officinis, in Constitut. Neap. lib. 1. tit. 84. et 87. apud Anonymum de Gestis Friderici II. Imp. pag. 877. [et Murator. tom. 8. col. 609.]

† FUNDEGARIUS, Eadem notione, in Statutis Massil. lib. 1. cap. 18. § 2: *Et quod vinum aliquorum non Massiliensium non facient, vel permittent vendi vel mitti in dictis fundicis quandiu erit ibi vinum Massiliensium ad vendendum, et quod non conducent vel conduci permittent, aut alias qualitercumque haberi sustinebunt botigas aliquas extraneis scilicet, non Massiliensibus aliquibus sine voluntate expressa, habita licentia dicti Fundegarii fundici supradicti.* Occurrit ibidem non semel.

FUNDACUS, Eadem notione, qua *Funicus*. Ricardus de S. Germano in Chronic. ann. 1232: *Statera erit in Fundacis, et nihil recipietur pro ea.* [Apud Murator. tom. 7. col. 130. habetur *Fundicis*.] Occurrit præterea in Diplomate Boemundi I. Principis Antiocheni apud Franciscum Nigrum in Cruciatâ pag. 99. in Charta Caroli I. Regis Siciliae ann. 1177.

et in alia marchionis Montisferrati apud Ughellum tom. 7. pag. 807. tom. 3. pag. 487. *Fundaco* etiam habet Joannes Villaneus lib. 12. cap. 20. ex quibus emendanda Chronica Pisana Ughelliana ann. 1163: *Magnum Fundatum cum turri et porta ferrea ex tunc inceptum fuit.* Ann. 1166: *Et Fundatum in cubilia Pisis habere concessit.* Ann. 1268: *Fundatum etiam Pisanum ad portum destruxit.* Ubi pro *Fundatum*, legendum *Fundacum*.

2. FUNDA, Genus piscatorii retis, quod in fundum mittatur, apud Papiam.

\* FUNDABILIS, Fundatus, stabilis. Pasch. Radd. in vita S. Adalh. inter acta SS. Bened. sæc. 4. part. 1. art. 32: *Erant igitur quinque unius viri semine propagati: quorum trium imperator augustus familiari usus consilio, una secum Fundabili quadratura Francorum imperium satis admodum dispositum regebat.*

FUNDABULUM, Funda, fundibulum, machina oppugnatoria, qua jactantur lapides, *Fondesse*, veteri interpreti Ægidii de Roma de Regimine Princip. Monstrelleto 1. vol. cap. 29. 143. et Anonymo in Diario obsidionis Aurelian. pag. 6. Papias: *Funda, Fundabula.*

FUNDIBULUM, *Trajectorium*, in Gloss. Isid. et Pith. ubi perperam *Fundibulum* habetur. [Fuctorium, Jo. de Janua, *Transitoire*, in Gl. Lat. Gall. Sangerm.] Augustinus in Psalm. 54: *Sed fert Fundibulum, fert securim, etc.* Cap. 2. ann. 813. cap. 10: *Secures, taretros, Fundibulas, etc.* Albertus Aqu. lib. 7. cap. 2: *In sagittis, et Fundibulis, et mangenellis, etc.* Adde Hegeisippum lib. 5. cap. 44. Lucam Tudensem in Chronico pag. 62. etc.

FUNDIBALUS, Papias: *Fundibalis, Funda, emittens transsectorium.* Ex Isidor. lib. 18. cap. 10. [Supplem. Antiquarii: *Fundibali, ὑβὲλαοι, Funditores.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fundibulum, Engin a gittier pierres en guerre.*] Lucas Tudensis æræ 773: *Al-caman illico Fundibalis, sagittarius, et vibrantibus jacula, portam speluncæ ferire cepit.* Vita S. Eligii lib. 2. cap. 12: *Vade, inquit, in illam quæ juxta Cetimum sita est rupem, illic inter vepres reperies ligatum funda, et absconsam, quod quaris; solutoque eo accipe quod tuum est, et absque ulla injuria, absque verbo etiam gravi redde homini tibi designato, ex quo ligatus tenetur Fundibalus.*

FUNDIBULARIE et *Petroritæ, mangonelli, etc.* apud Joannem Monach. in Hist. Gaufridi Ducis Norman. lib. 1. pag. 93. Sugerius de Vita Ludov. Grossi cap. 17: *Machinas impugnatorias, mangunnella, et Fundibularia inchoat instrumenta.*

FUNDIBULARIL, Qui fundibula utuntur in bellis, apud Baldricum Dolensem lib. 1. Hist. Hierosol. pag. 95. Ugutio: *Fundibalus, cum funda jaciens, et emittens. Dicitur quoque Fundibularius in eodem sensu.*

† FUNDIBALARII. Epistola B. Regine Legionis et Galaciæ ann. 1212. de victoria de Saracenis reportata, inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 827: *Verumtamen sagittarii nostri et Fundibularii non parum eo die ostenderunt audaciæ et virtutis: ita ut necesse esset amoveri tentorium Ammiramomelini a loco, in quo fixum fuerat, usque ad tres sagittæ jactus.*

† FUNDIBALATOR, apud Vegetium lib. 3. de Re milit. cap. 14. aliter legi in MSS. annotat Stevechius; hunc consule.

† FUNDIBALISTA, apud Bartium in Glossario ex Bartholphi Histor. Palæst.

Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fundibalista, Gitteur à fonde.*

**FUNDIBLA**, pro *Fundibula*. Hist. MS. Excidii Acconis ann. 1191: *Calculo Fundiblae graviter in corpore lædebantur.* Monstrelletus 1. vol. cap. 29: *Et aussi en autres lieux furent faits plusieurs Fondesles, bricolles, et eschelles.*

**FRONDEVOLA**, Eadem notione, nam fundas, *Frondes* vulgo etiam dicimus. Charta ann. 1190. in Regesto Comitatus Tolosæ f. 87: *Tunc supradicti affectatores pro se et cæteris affectatoribus urbis Tolosæ et suburbii recognoverunt Dom. Comiti, vel suis Bajulis dare 4. sol. Tolos. pro unoquoque corio bovis, quod eis allatum fuerit de bobus suarum bovariarum: et recognoverunt, quod debent dare totos corios, qui fuerint opus Comiti vel probis hominibus Tolosæ urbis et suburbii in faciendis petrariis et Frondevolis, etc.*

**FUNDIBULARE, FUNDIBLARE**, E fundibula lapides emittere. Eadem Hist. MS. Excidii Acconis ann. 1191: *Fundibulabant machinæ.* Ibidem: *Alii lapides Fundibulabant.*

\* **FUNDACAGIUM, FUNDACATUM**, Præstatio pro mercibus, quæ in *fundacum* invehebantur. Privil. a Conrado II. reg. Sicil. Pisanis concessa ann. 1269. apud Lam. in Delic. erudit. inter not. ad Chron. imper. Leon. Urbev. pag. 273: *Nullam aliam diricturam seu teloneum, vel palliarum, scariam, vel Fundacagium, seu scaticum, seu exactionem quamcumque aliam, quocumque nomine appelletur.* Ibid. pag. 274: *Nullus alius dirictus, aut pedagium, aut teloneum, sive pro ripa, Fundacatu, dohana, sive mensuris, etc.* Vide supra in *Funda* 1. Hinc

\* **FUNDACARIUS**, Qui *fundacum* seu vectigal pro mercibus exigit. Charta ann. 1272. ex Cod. MS. Bibl. cardin. Brancacii: *Karolus, etc. Dohaneris et Fundacariis civitatis nostræ Neapolis fidelibus nostris, etc. Cum religiosus vir frater Thomas de Aquino legere habeat in hac civitate, fidelitati vestræ committimus quatenus procuratori dicti ordinis quolibet mense, quamdiu idem frater noster Thomas ibidem legerit, unciam auri unam quolibet mense solvere et exhibere curetis.*

† **FUNDALIA BONA**, Gall. *Biens en Fonds*, Fundi, prædia, res immobiles. Pactum matrimonii ann. 1365. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1490: *Tantum quantitatem monetæ seu pecuniæ, quantum verisimiliter sit ac esse debeat, et esse censeatur sufficiens et opportuna pro emendis Bonis Fundalibus supradictis.*

\* **FUNDALIS DOMINUS**, Fundi dominus, Gall. *Seigneur foncier*. Charta ann. 1341. in Reg. 72. Chartoph. reg. ch. 369: *Supplicavit dominis Fundalibus dictionum locorum, ut de ipsis venditis ipsum emptorem investiant.* Alia ann. 1477. pro prior. de Mauzan. in Lemov.: *Recognoverunt... se tenere a prædicto domino priore præsentem... tanquam a domino Fundali et directo, etc.* Vide supra *Foncaerius*.

\* **FUNDALIS REDDITUS**, Qui ex fundo assignato penditur, Gall. *Rente foncière*. Charta ann. 1498: *De quibus cedunt redditus annui et Fundales viginti denariorum plebanis ibidem.*

\* **FUNDALITAS**, Dominium, jus in fundum. Charta ann. 1457. in Reg. 3. Armor. gener. part. 1: *Qui mansus est et movet de feodo seu Fundalitate dictionum nobilitum Johannis Chati et Margaritæ Chata.* Alia ann. 1490. ibid.: *Cum omni Fundalitate, dominio directo et jurisdictione, etc. Fondation*, pro *Redditus* ex fundis perceptus, in Lit. ann. 1391. tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 448: *Comme*

*toutes leurs chevances et Fondation soient sur les revenus de leurs vignes et autres labourages, etc.*

† **FUNDAMEN**, Fundus. Charta ann. 883. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 308: *Nempe postquam divæ recordationis prædecessor meus Crodegangus Archiepiscopus, jam dictum monasterium novo Fundamine instruxit.* Vide *Fundamentum* 1.

† **FUNDAMENTALITER**, Funditus, a fundamentis. Vita venerabilis Mariæ de Malliaco n. 32. Martii tom. 3. pag. 743: *Capellam B. Virginis... ruinæ extremæ propinquam integre renovavit Fundamentaliter.* Sidonius lib. 3. Epist. 8. *Fundamentaliter eruere.*

1. **FUNDAMENTUM**, Charta Benedicti PP. apud Ughellum, tom. 1. Ital. sacr. pag. 117: *Item concedimus et confirmamus Fundamentum in integrum, qui vocatur Avion, et montem Jordani, etc.* [Idem esse quod Fundus, manifestius docet Charta Blanchæ Trecentis Comitissæ ann. 1212. inter Anecd. Marten. tom. 1. col. 830: *Qui vendit domum cum Fundamento, domino dat quatuor denarios et emtor quatuor, et duos villico pro cyrotecis; et qui sine Fundamento vendit, nihil dat.* Vide *Fundamen*.]

† **FUNDAMENTUM**, Area in scutis gentilitiis, Gallis *Champ*. Meisterlini Hist. Rerum Noriberg. apud Ludewig. tom. 8. Reliq. MSS. pag. 53: *Arma erant clypeus albus in Fundamento per totum, habens tres interliciones rubeos.*

† **FUNDAMENTUM**, Eadem notione qua mox *Fundare* 1. De proprio fundo reditu assignatio domui sacræ, Gall. *Fondation*. Index MS. Beneficiorum Ecclesiæ Constantiensis fol. 8: *Capellanus habet curam leprosorum sex... de Fundamento domini de Rumilleyo.*

1. **FUNDARE**, Ex proprio fundo Ecclesiam, Monasterium construere, dotare, *Fonder*: vox usitatissima hac notione. Ebrardus Bethuniensis in Græcismo cap. 19:

Fundas Ecclesiam, fundis laticem, bene dico.

Concilium Agathense cap. 27: *Monasterium vero novum, nisi Episcopo permittente aut probante, incipere aut Fundare nemo præsumat.* Concilium Bracarense ann. 572. cap. 5: *Placuit, ut quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi invitantur, non quasi ex debito munus aliquod a Fundatore requirant, etc.* Vide *Initiare*.

† Haud abs re fuerit hic observare, non eos solum Ecclesiæ vel Monasterii dici *Fundatores*, qui primum Ecclesiam aut Monasterium exstruunt dotantve ex proprio fundo; sed etiam illos qui instaurant vel augeant maxime. Hujus rei plura suppetunt in veteribus tabulis argumenta. Vide *Mabilionium* in Actis SS. Ordin. S. Benedicti sæc. 3. part. 1. pag. 404. et sæc. 4. part. 1. pag. 209. Eodem præterea donati titulo Monasteriorum Advocati, qui eorum jura et possessiones tutabantur. *Fundatores* denique nuncupatos qui prædia Monasteriorum jure clientali tenebant, monet Kennetius in Gloss. ad calcem Antiquit. Ambrosden.: *Edmundum Rede et hæredes suos in Fundatorem dictæ domus suscepimus ac admisimus de jure sibi adquisito ex præfato lineali descensu.*

\* Unde Gallicum *Fondateur* et *Fondatrice*, alias *Fondeur* et *Fonderesse*. Chron. S. Dion. lib. 5. cap. 17. tom. 3. Collect. Histor. Franc. pag. 298. ubi de Dagoberto rege: *Devoz enrichissierres et Fonderes d'abaies.* Charta Joan. ducis Alenc. 1444. ex Tabul. Cartus. B. M. de Parco:

*Nos prédécesseurs princes et seigneurs.... ayans singulière dévotion... à l'église de N. D. du parc en Charnie, dont ils ont esté Fondeurs, etc.* Alia Philippæ comit. Gelriæ ann. 1277. in Lib. 2. nig. S. Vulfr. Abbavil. fol. 64. vº: *Lekele capelerie devant dite je nome come Fonderesse.* Epith. in prior. B. M. d'Hannemont: *Cy gist demoiselle Perennelle de Gyri, Fonderesse de cette église, qui trépassa le Samedi après la S. Marc l'an 1325.*

† **FUNDARE**, Demergere, Gall. *Enfoncer*. Ital. *Affondare*. Chronicon Parmense ad annum 1287. apud Murator. tom. 9. col. 812: *Gateæ armatæ captæ fuerunt XLIII. et Fundatæ fuerunt in mari v. illæ vero quæ evaserunt per fugam fuerunt IV. Itali pro Affondato etiam dicunt *Fondato*, Gall. *Enfoncé*, Demersus.*

\* Vel etiam Subsidiere, Gall. *Enfoncer*, alias *Défondre* et *Enfeucher*. Vitæ SS. MSS. ex Cod. 28. S. Vict. Paris. fol. 311. rº. col. 1: *Et en les aigues Défondre.* Lit. remiss. ann. 1410. in Reg. 165. Chartoph. reg. ch. 355: *Icellui Flobert Enfeucha d'un piêt ou chey dedens un fumier.* Acta B. Amad. tom. 2. Aug. pag. 590. col. 1: *Pater... super nives quasi volando pergebat;... consocius vero suus, usque ad genua in et per nives pergens Fundabat.* Vide supra *Effrondare*.

\* **FUNDARE**, vox forensis, Constituere, Gall. *Fonder*. Arest. ann. 1288. in Reg. Olim parlam. Paris. fol. 80: *Si comes Barri velit se Fundare et se facere partem, siet ei jus, aliter non audietur.* Stat. ann. 1344. tom. 8. Ordin. reg. Franc. pag. 352. art. 11: *Quod Fundatio judicio in personis comparencium, et facta fide legitima per creditorem, etc.*

\* **FUNDARE PRECES**, pro *Fundere*. Charta Renati reg. ann. 1476. ex schedis Pr. a S. Vinc.: *Ut orantes et Deo preces Fundantes pro nobis et prædecessoribus nostris, etc.*

**FUNDARIUS**, Rusticus, qui fundos colit. Ugutioni. Joan. de Janua habet *Fundanus*, [ut et Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fundanus, Cultiveur de fons si comme labourneur.* Chron. Farfense Gregorii Monachi apud Murator. tom. 2. part. 2. col. 401: *In valle Tubæ terram modiorum XVII. cum Fundario concessit Suiderado.*]

**FUNDATA**. Vide *Exfundare* et *Fundora*. \* **FUNDATARIUS**, Qui fundos colit et tenet, idem qui *Fundarius*. Charta ann. 1324. in Reg. 71. Chartoph. reg. ch. 109: *Dedit in mandatis hominibus et pagensibus de Albiaco, et omnibus aliis tenenciariis seu Fundariis dicti Johannis, ut eidem magistro Guillelmo... respondeant et obediant.*

\* **FUNDATIO**, Liquatio, Gall. *Fonte*. Comput. MS. fabr. S. Petri Insul. ann. 1400: *Receptum de cera liquefacta. Primo pro prima Fundatione facta in Quadragesima, 140. lib. ceræ.*

† **FUNDATITIE LITTERÆ**, Quæ spectant Ecclesiæ vel Monasterii exstructionem aut redditus eis attributos, in Actis SS. Junii tom. 5. pag. 529. ubi de B. Hemma vidua: *E majori Chartusia missis fratribus, prout Litteræ Fundatitiae attestantur.*

**FUNDATOR**, Fusor, *Fondeur*, Fleta lib. 1. cap. 20. § 132: *De Fundatoribus, qui retonsuram, vel platas ejusdem affinaverint.*

† **FUNDATORIUS**, Pertinens ad Ecclesiæ *Fundatorem*. Litteræ anni 1360. apud Rymerum tom. 15. pag. 566: *Alium vobis eligendi in Episcopum et Pastorem licen-*



tiam nostram Fundatoriam vobis concedere dignemur.

**FUNDATUM.** Vide *Funda* 1.

1. **FUNDATUS.** Cæsarius Heisterb. lib. 6, cap. 5: Adeo enim in puerilibus Fundatus erat, ut, sicut ex eo audivi juvenis, scholas regeret, pueros ipsos erudiret, etc. id est, literis instructus, quomodo *Fondé* etiam nos dicimus. [Le Roman de la guerre de Troyes MS. :

Punctus un vassal moult senez,  
Des letres sage et Fondex.]

2. **FUNDATUS.** Testamentum Heccardi Comitis Augustod. apud Perardum pag. 26: *Uno palio de Fundato, uno drapo cum sirico, etc.* Chronicon Fontanell. cap. 16: *Pallia Fundata sex.* Infra: *De vestimentis vero Ecclesiasticis largitus est pallia, quæ dicuntur Fundata, tria.* Anastasius in Vitis PP. pag. 109: *De pulliis Tyriis atque Fundatis fecit vela num. 65.* Idem pag. 122: *Vela holoserica majora sigillata habentia periclysim et Crucem de blattin seu Fundato, num. 15.* Adde pag. 128. 130. 139. 140. 152.

\* Vide Salmas. in epist. quæ est inter editas ex Bibl. Gudiana 139. ubi vestis de *Fundato*, dicitur Vestis, eo opere facta et aurata, quo reticula fiebant, quibus capita feminarum ornabantur. *Funda* enim est capitis muliebris ornamentum. Vide *Funda* 2.

Bulengero *Fundatus*, est auro textus, acu pictus: qui idem esse opinatur, quod nos *Estoffe à fond d'or* vulgo dicimus: *Drappo di Fundo d'oro*, Dominico Magrio. Sed cum hæc vox tribuatur etiam vasis argenteis et aureis, non video, quomodo de acupictili usurpari possit. *Calix Fundatus argenteus*, apud eundem Anastasium pag. 109. *Calix major Fundatus*, pag. 126. 131. *Gabata aurea Fundata*, pag. 122. Chron. Casinense lib. 1. cap. 28: *Item duo argentea vasa ponderis librarum 30. et Fundatos duplices 8.* Item *vasa duo argentea anaglyphica inaurata, etc.* Vide *Exfundare* et *Profundus*.

Aliud videtur *Fonds de cuve*, in Computo Stephani de la Fontaine Argentarii Regis ann. 1351. cap. des Pennes, ubi est vestis species: *Pour fourrer une cotte hardie et Fons de cuve, qu'il ot en compagnie avec M. le Dauphin à ladite feste, pour la cotte une fourrure de menu ver, tenant manches et tout.* 290. *ventres, le chaperon* 100. et *le Fons de cuve* 603. Alibi: *Pour le Corps du Roy, un Fons de cuve d'un marbre, doublé d'un autre marbre, fait à Avignon, quant mondit Seigneur y estoit.* Continuator Nangii. ann. 1378. de Rege Carolo V: *Et estoit vestu d'une cotte hardie d'escarlata vermeille, et d'un manteau à Fons de cuve fourré.*

\* **FUNDECUS**, ut *Fundicus* in *Funda* 1. Vide ibi. Charta ann. 1329. in Reg. 66. Chartoph. reg. ch. 273: *Item femagum de Fundecis, etc.*

† **FUNDEGARIUS.** Vide in *Funda* 1.

† **FUNDENDA.** Quævis machina oppugnatoria qua lapides aliæ *fundi* seu emitti possunt. Litteræ anni 1319. apud Rymerum tom. 3. pag. 790: *Et alii hujusmodi maliitias inherentes, balistas et arcus, et aliiis nocivis Fundendis per civitatem predictam deferunt.*

\* **FUNDERA.** Fundus. Charta ann. 772. apud Murator. tom. 1. Antiq. Ital. med. ævi col. 151: *In monasterio Domini Brixæ, id est in Funderas seu casaliis, qui rejace trans Mucia.* Vide *Fundora*.

\* **FUNDERE FOSSATA.** Illa cumulare. Charta ann. 1288. inter Probat. tom. 1.

Hist. Nem. pag. 105. col. 2: *Requisivit... quod fossata, quæ sunt in civitate Ne-mausi, inter dictam civitatem et castrum harenarum, non Funderent neque aplanarent, licet dicerent se habere mandatum a domino rege de dictis fossatis Fundendis et aplanandis.*

† **FUNDIBALATOR**, **FUNDIBALISTA**, **FUNDIBALUS**, **FUNDIBLA**, etc. Vide in *Fundabulum*.

\* **FUNDIBILIS.** Dicitur de telis aliisve instrumentis bellicis, quæ instar grandinis ruunt. Mirac. S. Bert. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 120: *Ignita utensilia et frusta candentis ferri, more grandinis Fundibilis, in eos jacentes, sagittarum quoque imbres in eos plueri non intermittentes, etc.*

\* **FUNDIBULA**, dimin. a *Funda*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692: *Fundibula, eslingue. Fundibularius, eslingour.*

\* **FUNDIBULUM.** Glossar. Lat. Gall. ann. 1348. ex Cod. reg. 4120: *Fundibula sunt quedam parvæ machinæ cum funda in baculo dependente, Gallice Gibet.* Vide *Fundabulum*.

\* **FUNDICERIUS.** Ad fundum pertinet. *Justitia fundiceria*, Jurisdictio minor, inermis, Gall. *Justice fonciere.* Charta Caroli VI. pro monialibus de Monte S. M. ord. Cartus. ann. 1381. in Reg. 119. Chartoph. reg. ch. 438: *Alta tamen ejus (feudi) justitia penes dictam nostram consanguineam, ac bassa seu Fundiceria penes ipsas religiosas perpetuo remanent.* Vide supra *Foncearius*.

† **FUNDIGUS**, **FUNDICARE**, etc. Vide *Funda* 1.

† **FUNDINAVIS.** Species tributii forte a navigantibus exsoluti. Constit. Innoc. VIII. PP. ann. 1488. in Bullario Carmel. pag. 401: *Mandamus quatenus eundem Gratianum (Carmelitarum Procuratorem) cum comitiva, absque alicujus dacti, pedagogii, passagii, telonii, Fundinavis, vel gabellæ, aut alterius cujuscumque indicii vel indicendi oneris exactione, ire, stare et redire pro nostra et apostolicæ Sedis reverentia permittatis.* Diploma Caroli VII. Regis Franc. ann. 1450. concessum Arnoldo Duci Romani cupienti, apud Acherium tom. 7. Spicil. pag. 305: *Non inferentes eisdem molestiam occasione solutionis vectigalis, telonet, pedagogii, dacti, navii, Fundinavis, aut cujusvis alterius tributii.* Litteræ anni 1401. apud Rymerum tom. 8. pag. 234: *Sine solutione alicujus dacti, pedagogii, Fundinavis, gabelli, tributii, impositionis, aut alicujus alterius exactionis seu demandæ, etc.* Similis recurrit locus apud eundem Rymer. tom. 12. pag. 283. Modo *Fundinavis* una voce, modo *Fundi navis* divisivis vocibus legitur.

\* **FUNDIS**, pro *Fundus*. Charta ann. 1406: *Cum omnibus et singulis ipsius mansi sive villagii et tengudæ supradictæ introitibus, exitibus, Fundibus, passagiis, etc.*

\* **FUNDIT**, pro *Fudit*, in Charta ann. 1332. ex Reg. 68. Chartoph. reg. ch. 2: *Item quod dictus Raymundus Fundit seu fundi fecit, etc.*

† **FUNDITER**, pro *Funditus*. Omnino, prorsus, in Actis SS. Julii tom. 2. pag. 350.

\* **FUNDORA.** Fundus. Pactum Arichis Principis Beneventani cum iudice Neapolitanorum, apud Camillum Peregrinum pag. 319: *Alia vero omnia Fundora, Fundata, sive exfundatas, homines et terras, quibus solidi non sunt dati, dividimus per medium. Mox: Et ipsi homines, qui ipsos solidos habent, tertiam partem*

*securiter possideant. Et fundora vel terras, quæ in partes Langobardorum venerint in sortem, nullo modo ipsi homines possint infiduciare vel vendere.* Infra: *Exceptuamus ex his omnia Fundora de Liburias, qui pertinet ad ipsum principatum Capuanum, fundata et exfundata, homines et terras.* Pactum a Gregorio Duce Neapolis initum ann. 911: *Ut terras, servos, ancillas, seu Fundora per concessionem habetis vos et homines vestri in Liburias.*

Ita passim observare est in Chartis Longobardicis nomina masculini generis in plurali numero, in ora, efferri, in nominativo et accusativo. In Tabular. Casauriensis ann. 954. ubi scriptum: *In locum, qui nominatur ad Lacora*, supra inferuntur hæc verba, i. ad *Lacos*. Ibidem *poiora*, pro *poio*. *Fundus* nuda apud Anastasium in S. Silvestro pag. 12. etc.

† **FUNDOTENUS**, *Funditus*, a *fundo*, seu *fundamento*. *Necrologium Laurehamense* apud Fredericum Schannat. Vindem. Litter. pag. 38: *Hic Ecclesiam in Oppenheim et Monasterium in Abrinesbere Fundotenus erectit.*

\* **FUNDRELLUS.** Reg. episcopat. Nivern. ann. 1287: *Domino episcopo remanent... sex hastæ cum Fundrellis.*

† **FUNDULUS**, *Parvus fundus*; item, *Fundulus*, parvus piscis qui *fundo* adhæret. Johannes de Janua. Angelus Rumpferus lib. 1. Histor. Formbacensis Monaster. apud Bernard. Pez tom. 1. Anecd. part. 3. col. 484: *Rasorio etiam nonnunquam vere et æstate pro capiendis Fundulis et aliis minutioribus pisciculis (utimur).* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Fundulus, Un petit poisson qui se tient et aherit au fons gravier, Goujon.* [\* Germ. Gründling. ADEL.]

\* **FUNDUM**, Pars capitis aversa, Gall. *Le derriere de la tête.* Inventar. S. Capellæ Paris. ann. 1376. ex Bibl. reg.: *Item caput S. Blasii repositum in factione episcopi mitrati argenti deaurati, lapidibus ornatum, situatumque super unum Gallice entablement de cupro, in quo sunt quatuor parvi Angeloti de cupro: et similiter est Fundum dicti capitis de cupro deaurato.* Aliud Gallic.: *Et est assavoir que le Fons dudit chief est assavoir de cuivre.*

\* **FUNDURA**, Italis, *Fondura*, Convalis. Charta ann. 857. apud Ughell. tom. 1. Ital. sacr. edit. 1717. col. 753: *Cum vallibus, collibus, montibus ac planiciis Fundura, etc.*

1. **FUNDUS**, *Fortuna*. Ita Glossæ antiquæ.

2. **FUNDUS**, Gariopontus lib. 2. cap. 23: *Vas stomachi, quod recte Fundum nominamus.*

\* 3. **FUNDUS**, Pars agri inferior. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus unam petiam prati, ... confrontatam ab una parte cum terra et planta dom. Joannis de Condomina, ... et ex alia parte, videlicet per Fundum, cum vinea Joannis de Salaberto.* Utuntur etiam pro ima cujusvis rei parte. Guido de Vigev. MS. de Modo expugn. T. S. cap. 2: *Et in medio ipsius baltriche, in ipsiis Fundis, fiat unum foramen rotundum, ut pertica possit intrare baltriscam: et in capite perticæ ponantur duæ ruellæ, cum quibus trahatur baltrisca, cum duabus cordis ligatis ad Fundos baltriscæ.*

\* 4. **FUNDUS**, *Recessus*, Gall. *Enfoncement*. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Et infra dictum hospitium et in socio, sive Fundo ejusdem hospitii, videlicet unam cubam magnam pro buliendo sive reponendo vindemiam.*

¶ **FUNDUS NAVIS.** Vide *Fundinavis*.  
**FUNEBRITAS,** Exequiæ, Gallis *Funeraillies*. Baldricus lib. 1. Chr. Camerac. cap. 86: *Hujus Funebritatis interfuit Hadulfus Noviomensis Episcopus, qui eum in Monasterio S. Dei Genitricis... sepelevit.*

¶ **FUNELERIO S.** Restio, Gallis *Cordier*, Qui facit funes, in Catalogo Sodalium Confraternitatis in Ecclesia B. M. Deauratæ Tolos. ann. 1328.

\* **FUNERA.** [Servius ad illud 9. *Æn.* 486. *nec te tua funera mater Produxi*: Apud majores funeras dicebant eas, ad quas funus pertinent, ut sororem, matrem: nam præficæ sunt planctus principes, non doloris. *Funeras* autem dicebant, quasi *funereas*. Hæc *Serv.* Huc trahunt alii illud *Ennii* apud *Cic.* *Senect.* 20. *Nemo me lacrimis decoret, neque funera fletum Faxit.* Ita enim leg. *Scalig.* et alii. Quæ si vera est lectio, aptius hoc loco præficam intelligeres: quam tamen *Serv.* distinguit a *funera*. Verum hæc omnia incerta sunt, aut obsoleta.]

1. **FUNERALIA.** Funus ipsum, exequiæ, Gallis *Funeraillies*, in Synodo Nugarolensi ann. 1302. col. 9. apud Radulfum in *Miracul.* S. Richardi Episcopi Ciestrensis n. 14. [et apud Marten. tom. 1. Anecd. col. 1633.] *Funerale obsequium*, in Actis S. Forannani Abbatis Walcidorensis n. 23.

Sic præterea legata ob pias causas, maxime ea, quæ fiunt Ecclesiis propter sepulturam, vocat Joannes XXII. PP. tom. 2. Epist. 1107: *Et licet præfati fratres (Minores) de Funeralibus, quæ ratione corporum defunctorum sibi delegatis seu relictis, canonicam portionem dictis parochialibus rectoribus... solvere curavissent. Et infra: Alioquin quoslibet dictorum Fratrum detentorum Funeralium, seu relictorum, fecit in usdem Ecclesiis excommunicatos publice nunciari.*

¶ *Funeralia* etiam dicuntur ea omnia quæ ad pompam funebrem spectant, ut ceræ, etc. Charta ann. 1308. tom. 5. Historiæ Paris. pag. 613: *Votimus quod dicto Curato assignentur omnia Funeralia Magistrorum et scholarium inibi decedentium, si sepeliatur ibidem, et aliorum quos ibidem contingerit sepeliri, Funeralia intelligentes, quæ cum funere deferuntur.*

\* Obtinuit aliquando usus, ut quis suarum exequiarum testis et actor, vivus existeret. Hujusce moris exemplum illiusque ab ecclesia damnationem profert Chron. Guil. Bardiini inter Probat. tom. 4. Hist. Occit. col. 22: *Die Mercurii 22. Aprilis 1327. D. d'Escalquencis, unus de consulibus civitatis Tolosæ, voluit vivus tumulari, et sibi viventi, tanquam mortuo, exequias fieri in ecclesia fratrum Prædicatorum; quod factum fuit cum magna et funebri pompa, omnibus viris capitularibus præsentibus: et ipso d'Escalquencis posito in feretro et decumbente, more defunctorum adornato, manibus junctis, et quadraginta intertorcinis ardentibus illuminato, missa alta de mortuis celebrata, et omnibus ceremoniis, quæ in hujusmodi funeribus adhiberi solent peractis, feretrum cum corpore fuit apportatum tanquam sepulturæ demandandum, et prope majus altare depositum. Et hic fuit terminus hujus officii funeralis, et inde cum collegis suis domum repetiit, et ibi prandio funebri donati sunt. Dum hæc gerebantur, absens erat dom. archiepiscopus, qui reversus, et de præmissis plene informatus, convocavit synodum suorum suffraganeorum, et om-*

*nium abbatum suæ provinciæ, qui conveniunt Tolosam in palatio archiepiscopali, die octava mensis Junii: ubi, per tres dies sequentes, quæstione solemniter agitata, an justum et rationi consentaneum esset æquias et funera vivi, tanquam defuncti, celebrare: definitum fuit plane anticipationem funebrem nullo jure niti, nec ecclesiastico nec seculari, ab ecclesia tanquam superstitionem teneri: injungendo omnibus ecclesiasticis, tam regularibus quam secularibus, ne impostum talia præsumant, sub pœna excommunicationis. Alia hujus moris exempla, videsis infra in *Leprosi et Mortuus*.*

\* 2. **FUNERALIA.** Jus illud dicitur, quod ecclesiæ seu illius rectori debetur, cum quis decedit; quanti fuerit et qua ratione reformatum, discimus ex *Arest. parlam. Paris.* ann. 1416. 8. Aug. in *Bibl. S. Germ. Prat.*: *Dicebant insuper prædicti defensores, quod... principaliter ut curati ecclesiarum parochialium, de quo vivere habent antiquitus per bonos patres, quod dicti curati tertiam partem bonorum mobilium omnium illorum, qui in parochiis ipsorum decederent, debitis primitus solutis, reciperent, introductum fuerat; quod jus in dicta patria sepultura seu Funeralia vocabatur, et modo prædicto ab antiquo in prædicta patria usitatum fuerat... dictique usus et consuetudines percipiendi dictas sepulturas in partibus Andegavensi, Turoniæ, Normaniæ et Britanniæ observabantur, et antiquitus in dicta patria Britanniæ dictum jus sepulture usque ad tertiam partem bonorum mobilium decedentium locum habebat; postmodum per accordum et compositionem inter gentes ecclesiasticas ex una parte, et habitantes dictæ patriæ Britanniæ ex altera, ordinatum fuerat quod dictæ gentes ecclesiasticæ nonam partem dictorum bonorum mobilium decedentium, loco dictæ tertie partis perciperent et haberent. Præterea secundum sacros canones, dicti usus et consuetudines non contra bonos mores, nec peccatum mortale inducentes erant, ac in favorem ecclesiæ et pro salute animarum introducti, ut dicti curati et ceteræ gentes ecclesiasticæ ad rogandum pro defunctis multo plus astringerentur, rationabilesque, concessibiles et præscriptibiles reputari debebant... Post præstationem dictorum sacramentorum et corpore inhumato dicti defensores, maxime curati, ex consuetudine notoria et præscripta causam petendi dictam tertiam partem bonorum mobilium defunctorum habebant, dictique curati a nobilibus dictæ patriæ, qui dictas sepulturas non solvebant, meliorem eorum lectum, pannis et coopertura munitum habere consueverant. Insuper dicebant dicti defensores, quod per totam Christianitatem curati post administrationem sacramentorum aliquod commodum temporale recipere consueverant; quæ consuetudo secundum sacros canones servari debebat... Præfata curia nostra per modum provisionis et quousque aliter fuerit ordinatum, per suum judicium ordinavit et ordinat, quod hæredes, vel executores, seu causam habentes defunctorum in dictis diocesi et comitatu Cenomaniæ habitantium seu commorantium, pro dicto jure Funeralium seu sepulturarum decimam partem bonorum mobilium ex decessu prædictorum defunctorum relictorum, vel ipsius decimæ partis æstimationem, debitis dictorum defunctorum tempore mortis et aliis funeralibus deductis, dent pro ipsa decima parte, seu ejus æstimatione, hæredes vel executores, seu causam habentes defunctorum bur-*

*gensium, practicantium, mercatorum, mechanicorum, estallum seu operatorum habentium, et aliorum habitantium in dictis diocesi et comitatu Cenomaniensi caput hospitii facientium, focum et locum tenentium ac uxorum, etiam non focum tenentium et aliarum gentium status in aliquo statu seu artificio, causa adiscendi, servientium in dictis diocesi et comitatu Cenomaniensi cxxx. sol. Turon. summam pro dicto jure Funeralium seu sepulturarum: nec non hæredes vel executores, seu causam habentes defunctorum laboratorum vitam eorum ad dietas seu journatas pro majori parte temporis, ac etiam famulorum et ancillarum salaria lucrantium in dictis diocesi et comitatu commorantium vij. sol. vij. den. Turon. summam pro dicto jure Funeralium seu sepulturarum... solvere tenebuntur. Vide *Mortuarium* 1.*

\* **FUNERALIS LIBELLUS,** In quo scilicet, quæ ad funera spectant, continentur. *Constit. Carmelit. Mss. part. 1. rubr. 19: Habeantur libelli Funerales, in quibus officium Extremæ-unctionis et ministracionis Eucharistiæ, et sepulturarum exequiæ conscribantur.*

¶ **FUNERANTIUM JUS,** Quod competit Parochis ratione funerum, in Statutis Nicolai Episc. Andegav. ann. 1266. apud Acher. tom. 11. Spicil. pag. 211.

\* **FUNERARE,** Sepelire, cadaver humo mandare, Gall. *Enterrer.* *Arest. parlam. Paris.* an. 1354. 23. Jun. in vol. 4. *arrestor.*: *Quod in villa Parisiensi ad curatos parochialium ecclesiarum omnium, vel majoris partis earum, spectat concedere hujusmodi licentias Funerandi infra ecclesias eorundem. Vide *Funestare* et *Funus*.*

**FUNERARIUM,** Funerum curatores. *Gloss. Gr. Lat.*: *Ἐπιταφιαὶ κληρία, Funerarios, Jul. Firmicus lib. 3. cap. 6: Lapidarios facient, polinctores, aut Funerarios, vel quibus sepulcrorum cura mandatur. Cap. 11: Aut polinctores et Funerarios, mortuorum cadaverum custodes, aut sepulcrorum faciet janitores.*

¶ **FUNERARIUM.** Funus, exequiæ. *Epitome Constitutionum Ecclesiæ Valentiniæ inter Concilia Hisp. tom. 4. pag. 199: In omnibus Funerariis generalibus, vulgo Cors general nuncupatis armarierus sedis accipiat sex cereos magnos de melioribus, qui reperientur in dictis Funerariis.*

\* **FUNERATIO.** [Funus. *Capell. 6. p. 224.* Indi *Funeraciones* negligunt. Alii perperam leg. *fenaraciones*: nam, ut ait *Mela* 3. 7. Indis cæsorum parentum visceribus epulari fas et maxime pium est; et ubi senectus, aut morbus incessit, procul a ceteris abeunt, mortemque in solitudine nihil anxii expectant.]

¶ **FUNERATOR,** Curator funeris. *Gloss. Lat. Gr. Sangerman. MSS.: Funerator, Κηδευτής νεκροῦ.*

**FUNERATUS,** Funus perfectum, vel sepultus, in *Gl. Reg. Cod.* 1013.

\* **FUNEROSUS,** Mortiferus. *Epist. Eulog. presbyt. Cordub. ann. 851. tom. 7. Collect. Histor. Franc. pag. 581: Stipata prædonibus via, et Funeroso quondam Wilhelmi tota Gothia perturbata erat incursum.*

¶ **FUNESCERE,** Lugere, πενεθην, in *Gloss. Lat. Gr. Sangermann. MSS. et in Supplemento Antiquarii. [Adde ex Castigat. in utrumque *Glossar. Cod. Germ. Funestare.* Vide in hac voce.]*

**FUNESTARE,** Humo mandare, vel cum exequiis funus deducere. [Papias *MS.: Bustare, sepelire, Funestare.* Jo. de Janna: *Funestare, Funere inquinare et*

*simpliciter inquinare.* Gl. Lat. Gall. Sanger. : *Funestare, Ordoier*; *conchier de obsequie.* Salvianus lib. 3. ad Eccl. Cathol. : *Et mirum est, quod hoc ipsum sinis, ut te non jam Funestato aliquid de tuo habeat, jam exportato atque tumulto.*

† **FUNESTATIO** INTROITUS, apud Guibertum lib. 3. de Vita sua cap. 3. idem est quod Funestus introitus.

\* **FUNESTRA.** [Fenestra: « Coustumam Funestrarum in terra S. Pauli. (Cart. N. D. Paris. III. 280. an. 1280.) Eo innuitur jus habendi fenestras in publicum apertas, ubi res venales exponantur. »]

† **FUNGARE.** Idem quod supra *Fungare.* Polyptych. Fiscamm. MS. ann. 1235: *Et debet corveias caruce et aratri, furnum reficere, granciam mondare, et debet Fungare dimidium miliarum allectum.*

† **FUNGERE,** pro *Fungi* supra legitur in *Abbaconites* circa medium, et alibi non semel.

\* **FUNGI,** nude, pro mori, *Fungi vita vel Diem fungi,* eodem sensu, non semel occurrit apud Scriptores. Vita S. Arnulfi tom. 3. Aug. pag. 233. col. 2: *Interea Fungitur abbas Rainaldus, et instigante spiritu ambitionis, Pontius quidam pseudo-monachus . . . nomen et sedem abbatis adipiscitur.*

† **FUNGIBILES** RES, dicuntur apud Jurisconsultos, quarum una fungi potest vice alterius, ut eæ sunt quæ constant numero, pondere et mensura.

† **FUNGIRE,** pro *Fungi*, apud Felibian. Hist. Sandionys. pag. xvj.

1. **FUNGUS,** Papyrus, ellychnium, *Mesche.* Lib. 2. Miraculor. S. Bertini cap. 14: *Contigit . . . magnam domum ex immortuo cerei Fungo succensam ardere.*

\* 2. **FUNGUS,** Boulet, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

**FUNICULUS.** Charta ann. 1141. apud Guichenonem in Probat. Hist. Bressensis: *In eadem Mornia est Funiculus, hoc est, divisio quædam, quam Fasciam vocant in qua miles quidam . . . habebat terræ tertiam partem, etc.* [Mensura unius Funiculi terræ, apud Miræum tom. 2. pag. 1141. edit. 1723.] Vide *Faicia.*

**FUNICULUS POPULI,** [Series, Gall. *File, suite.*] Anonymus de Miracul. S. Ursuari per Flandr. n. 12: *Tribus diebus non cessavit Funiculus populi euntium et redeuntium.*

\* **FUNIFEX,** Funarius, Gall. *Cordier.* Necrol. MS. S. Aureliæ ad 13. Cal. Oct.: *Iuxta Petrum dictum Herbs Funificem ex una, etc.* Haud scio an huc spectet vox *Funne*, pro Loco scilicet, ubi funes conficiuntur, in Lit. remiss. ann. 1409. ex Reg. 164. Chartoph. reg. ch. 57: *Ilz pescherent environ cinquantes enguilles qu'ilz mirent dedans une centine, qui estoit estachée audit chalan, et icelle emmenerent jusques aux Funnes près de la porte de la foulerie dudit Bloys.*

† 1. **FUNIS.** Liberi homines quandoque in obsequium et servitum Monasteriorum perpetuo debebant se, *Fune* signi seu campanæ cervici circumposito: cuius rei exemplum supra relatum est in *Capitaticum* post *Capitale* b.

\* 2. **FUNIS.** Mensura longitudinis, Germ. olim *Reep.* Chart. Novogorod. sec. XIII. ap. Lappenberg. Init. Hanseat. pag. 43: *Item per Funem S. Petri debet hospes mensurare bona sua.*

† **FUNLO,** si bene lego ex Codice Irminonis Abb. Sangerman. f. 70. col. 1. ubi sic habetur: *Autlemarus servus . . . solvit ad hostem multonem I. . . axiculos L. dovas VI. circulos III. de Funlone sestaria. II.*

*faculas VII. Ibid. fol. verso col. 2: Adadugdis colonus. . . solvit ad hostem multones II. . . dovas VI. circulos VI. de Funlone sestaria III. faculas XII. Videtur esse species farris, sed quænam illa sit, non est facile divinatu. Vide Humlo.*

\* **FUNSALES** CENSUS, Ad fundum assignatus, Gall. *Cens foncier,* in Charta Phil. Pulc. ann. 1303. ex Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 225. r. col. 1. Vide supra in *Census.*

† **FUNT,** *Libra.* Kero cap. 39. Gloss. vett.: *Pondus, Funt.* Gloss. Anglo-Sax.: *Pondus vel pondo, gwyht vel Funt.* *Libra, pondo, Phund,* marca, talentum, ut synonyma promiscue usurpata. *Libera phund* secundum vetustas Chartas continuit XII. uncias. Hæc post Schilterum, quem videsis.

\* **FUNTHOMCZOL,** Vestigialis species apud Polonos. Pax Brestensis ann. 1436. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 134: *Item data sive exactio Funthomczol, etc.* *Funthczol,* in Lit. ann. 1454. ibid. pag. 175.

† **FUNTURA,** *Fusura,* Gallice *Fonte.* Liber niger Scaccarii: *Facias diligenter inquiri, quæ fuerint pondera primæ Funturæ, et quæ pondera secundæ Funturæ.*

\* Alias *Fonture.* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 68: *Le suppliant . . . avisa que en ladite église avoit du demourant de la Fonture de deux cloches, certaine quantité de métal, etc.* Cavum vero, vulgo *Creux, enfoncement,* significat, in Chartul. Corb. sign. *Ezechiel* ad ann. 1415. fol. 5. v. : *Les maisons, granges et estables . . . seront tenus de retenir bien et souffisamment de pel, de vergue, de torque, de couverture sans Fonture, ne emmensissure.* Vide supra *Foncia.*

1. **FUNUS,** Cadaver. Gesta de Nomine Acaci, et Liberatus Diac. cap. 15: *Occiditur, laniatur, ejicitur, et Funus ejus incenditur.* Cap. 20: *Mox Theodosium persecuti sunt, et expulerunt, ne colligeret Funus Timothei.* Liber Pontificalis in Sabiniano PP.: *Quo defuncto, Funus ejus ejectionem per portam S. Joannis.* [Charta Humberti Dalph. Viennens. ann. 1348. tom. 3. Ordinat. Regis Franc. pag. 273: *Hæredes et bonorum possessores et alii defunctorum successores antequam Funus tradatur ecclesiasticæ sepulturæ, dant et præstant cautiones idoneas.*] Versus scripti in æreis januis Monasterii Casauriensis:

Ecce pater patriæ magnam tibi confero munus,  
Clementis corpus, tu sacrum suscipe Funus.

Gloss. Græc. Lat.: *Ἐφορα, τὸ πένθος, Funus.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Funus, Corps humain mort, ou obsequie de corps.*] Nota vox et Latinis hoc sensu.

**FUNUS IMAGINARIUM,** Tumulus sine cadavere. i. *inane sepulcrum.* Gloss. Isid.

\* 2. **FUNUS,** Pugna, prælium; *Locus funeris,* Gall. *Le champ de bataille.* Chron. Asser. Menev. ad ann. 860. ex Cod. reg. 6236: *Pagani passim trucidantur, et cum diu resistere non possent, muliebriter fugam arripiunt; et Christiani loco Funeris dominati sunt.* Rursum occurrit ad ann. 871.

\* **FUNUSCULUM,** diminut. a *Funus.* Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Coars, Prov. corpus, funus, Funuscolum, cadaver.*

**FUOZARUS.** Glossæ Isonis Magistri ad Prudentium: *Calce mera, pede puro, vel nudo. Barfussig, pararo Fuzaro.* [Fuozi, Vestigia, in Gloss. Mons. a voce Fuozi, Pes. Vide Schilterum in *Fuaz.*]

**FUR,** *Furis apprehensio.* Charta Ethelredi Reg. Angl. pro Monasterio S. Albani: *Quia omnimodis cuncta illius Monasterii possessio nullis est obnoxia fiscis, scilicet nec expeditionis, nec pontis et arcis ædificamine, nec juris regalis fragmine, nec Furis apprehensione, etc.* [Notaanda vocis origo quam tradit Wolfhardus in Mirac. S. Walpurgis sæc. 3. Bened. part. 2. pag. 298: *Fures qui a Furvo, id est nigro traxere etymologiam priscam.*] Vide *Escapium.*

† **FURA,** Viverra. Gall. *Furet.* Charta ann. 1233. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Præcepimus ne aliquis eorum de cætero intromittat . . . in dicta sylva Furam vel Furon, vel pannelos vel canes solutos.* Vide *Furo* 2.

**FURABULA,** *Tenebræ,* in Gloss. Isid. Addit Ugutio, quia furantur nobis visum, et discretionem rerum. [Grævius ait legendum ex Festo: *Furum, Atrum, Tenebræ.* Inanis igitur Ugutionis ratio. Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Furabula, Tenebres. Vide Fur.*]

\* **FURAGITER.** [More furum. Cic. *Vatin.* 5. Cumque omnium domos, apothecas, naves *Furacissime* scrutarere.]

**FURACULUM,** *Tenebræ, Furaculum, Tenebræ.* Gloss. Isid. et Pithœan. Papias vero MS. *Furfuraculum, Terebellum:* ubi Editio Veneta perperam habet *Terebellum.* [Quidam præferunt, *Foraculum, Terebra.* Constantiensis Episc. habet: *Foracula, Terebra.* Aliis non displicet *Furfuraculum,* vel *Furfuraculum:* qui sic dictum putant terebellum, quod scobem faciat furfuri similem. Vide *Salmasium* in Solin. pag. 774. ubi vocem *Furfuraculum* tribuit Arnobio.]

**FURAGIUM.** Vide *Fodrum.*

† **FURAMANNUS.** Vide *Faramanni.*

† **FURARE,** pro *Furari,* in Leg. Ripuar. tit. 42. § 1. tit. 72. § 1. in Leg. Alamann. tit. 7. § 1. et alibi passim.

† **FURARI** passive sumtum, Spoliari. Fr. Marianus in Vita B. Johannis Bonvisii, Mail tom. 5. pag. 111: *Si boni observatores fuissemus, placeret nobis Furari, quia ille qui adhæret Deo, de rebus transitorius non curat.* *Furare,* pro *Furari,* dixit Plautus, et post ipsum Scriptores mediæ ætatis non pauci.

\* *Furer,* eodem sensu, in Lit. remiss. ann. 1389. ex Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 108: *Loys de Bugny capitaine de certaines gens d'armes tenoit une forteresse en Auvergne, couroit par le pays, prenoit bestail et les gens, et les faisoit réformer et Furer.* Leg. forte *Rançonner* et *finer.* Vide *Finare.*

\* **FURASIUM,** perperam pro *Furagium* vel *Foragium.* Vide in *Fodrum.* Bulla Innoc. IV. PP. inter Probat. tom. 1. Annal. Præmonst.: *Nulli pedagia, vina, telonea, Furasia, roagia . . . solvere teneamini.*

\* **FURATIO,** Furtum. Lit. remiss. ann. 1361. in Reg. 91. Chartoph. reg. ch. 231: *Propter suspicionem Furationis . . . certorum escharsonum et ceptolorum captorum in vineis vicinorum ipsius Madole, et in suis delatorum, etc.*

\* **FURATOR,** *FURATORES,* Officium in hospicio regio, cui viverrarum cura incumbit, nostris *Fuireteur.* Matric. officiar. reg. Franc. an. 1231. apud Ludwig. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 4: *Duo avicularii et duo Furatores, xiiij. lib. Et pag. 6. Furatorii et aucupes, l. sol. Ordinat. hospit. reg. an. 1317. in Reg. sign. Croix Cam. Comput. Paris. fol. 80. r. : Item le Fuireteur mengera à court et aura hors et ens xvij. den. de gages par jour, ses fuiret et ses filez poiez. Fuireteur*

de conins, in alia an. 1386. ex Memor. E. ejusd. Cam. fol. 100. v°. Vide infra *Furelarius* et *Furetus*.

\* **FURATRINA.** [Furandi actus, furturn. *Apul. 6. Met. Furatrina* facili, et 10. Et pulcherrime mihi *Furatrina* procedebat artificium, et 8. *ibid.* *Furatrina* conjugalis, h. e. adulterium.]

**FURBANNITUS.** Vide *Forisbannire*.

**FURBATTERE.** Vide *Forbatudus*.

\* **FURBIRE.** Detergere, polire, Gall. *Fourbir.* Consuet. monast. S. Crucis Burdegal. ante ann. 1305. Mss.: *Refectorarius . . . debet tenere . . . taceas bene mundas et Furbitas.* Hinc

\* **FURBISOR.** Armorum politor, samarius, Gall. *Fourbisseur.* Reg. 54. Chartoph. reg. fol. 40. v°. ad an. 1317: *Colinus, dictus li Petiz, retentus est in Furbisorem domini regis ad vadia consueta.* Vide supra *Forbissator*.

† **FURBORNET.** Vide *Forbora*.

1. **FURCA.** Jus erigendi patibulum intra feudi fines, et in eo reos suspendendi, quod majoribus Justitiariis maxime competit. Arestum 16. Maii ann. 1320: *Item in possessione vel quasi erigendi Furcas justitias, et palos justitios, ac tenendi erectos in dicto termino de Majano, et suspendendi homines in dictis Furchis, et in palis tenendi membra hominum condemnatorum mutilata.* Observantia Regni Aragon. lib. 6. tit. de Privileg. Militum § 10: *In Reglam Majestatem lib. 1. cap. 4. § 2. Placita criminalia dicuntur pertinere ad curiam Baronum, Comitum, Episcoporum, Abbatum et aliorum libere tenentium, qui curias suas habent, cum socco et sacca, furca, et toil, et theme, etc.* Monasticum Angl. tom. 1. pag. 718: *Et quod habeant incarcerationem et incarcerationum evasionem, et furcas seu patibulum super terram suam.* Tom. 2. pag. 71: *Concedo etiam quod habeant Furchas ad prædictam justitiam tenendam, etc.* Et pag. 524: *Cum judicio ignis et aquæ, duelli et Furcarum.* Charta ann. 1360. apud Guichenonum in Bellicensib.: *Infra quos confines ipse Dominus Episcopus . . . possit erigi facere Furcas, et erectas tenere, et omnia alia instrumenta, ubi et quoties voluerit, ad sententias criminales exequendas, ipsasque Furcas seu patibulum possit semel et pluries erigere, erectas tenere, etc.* Regestum Parlamenti, incipiens ann. 1316: *Philippus Dei G. Rex Franc. etc. Deodatum Vicecomitem de Cahngnaco consideratione sanctissimi Patris in Domino I. divina providentia summi Pontificis, cujus idem Deodatus familiaris extitit, benigno prosequi favore volentes eidem, etc. quod infra castrum de Cahngnaco, et castrum de S. Cirico Furcas exigere valeat, etc.* Actum apud S. Germanum in Laia 1317. mense Maio. In Stabilimentis S. Ludovici lib. 2. cap. 35. dicitur, vavassorem non posse lever justice ne Forches.

In veteri Franciæ Consuetudine, *celuy qui a haute Justice, a puissance de trainer et de ardoir, et peut avoir gibe à trois pilliers, ou plus, s'il veut.* Toutesfois plusieurs hauts Justiciers n'ont fors des Fourches, . . . et dient aucuns que la difference entre les Fourches d'un haut Justicier les liens sont par dehors, et patez par enbas: mais des Fourches d'un moiien Justicier, les liens sont par dedens, et non patez. At Consuetudines municipales discrimen statuunt inter furcas ejus, qui merum, et illius, qui mixtum imperium

habet, in columnarum numero, quas *Pilliers* vocant. Nam Comitum et Baronum furcis sex columnas adscribit Turonensis art. 74. quatuor Perticensis art. 2. Blesensis art. 13. 16. Pictavensis art. 1. Inculismensis art. 2. 3. Rupelensis art. 1. etc. Cæterorum vero, qui merum imperium habent, nulla alia dignitate insigniti, furcæ tribus tantum columnis constant, ut est in Consuet. Autisiod. art. 2. Perticensi art. 4. et Pictavensi art. 3. Vide Brittonum pag. 76. v.

De furcis illius, qui mediam seu Vicecomitalem jurisdictionem habet, ita eadem vetus Consuetudo Franciæ: *Celui qui a moiienne Justice, a puissance de pendre sans trainer, et ne peut avoir que Fourches à deux pilliers, dont les liens sont dedens.* Ita etiam in Consuetudine Blesensi art. 24. Belloquercensi art. 1. Atrebatensi art. 35. Consule prætereæ Raguellum. *Pendre as Fourches,* in Statutis MSS. Caroli 1. Reg. Sicil. cap. 15.

¶ Verum id non ex feudi jure, sed a regis beneficio habuisse justitios quoscumque probare videntur Charta Phil. Pulc. ann. 1309. in Reg. 13. Chartoph. reg. ch. 43: *Merum et mixtum imperium, altam et bassam jurisdictionem habentes, per gentes et ministros eorum exercere suspendium in arboribus, vel aliter quam in Furchis patentibus consueverunt; in Furchis patentibus possint licite autoritate nostræ præsentis gratiosæ concessionis erigere, et in eas, casu se offerente, justitiæ suspendium exercere.* Et alia Phil. V. ann. 1319. in Reg. 59. ch. 32: *Bertrando de Mederio et aliis condominis suis castri de Mederio. . . . concedimus, quod cum ipsi malefactores captos in dicto castro seu ejus pertinentiis justitiam seu suspendi facere, præterquam in arboribus, non possint, quod ipsi in loco quo voluerint, in eorum tamen alia jurisdictione infra metas pertinentiarum dicti castri, Furcas erigere valeant, in quibus malefactores et delinquentes justitiam et suspendi facere possint de cetero.* Rursum alia Joan. reg. ann. 1356. in Reg. 84. ch. 720: *Johanni de Tintre concedimus per presentes, ut in loco prædicto et aliis omnibus locis et terris suis, in quibus (habet) altam jurisdictionem et mediam. . . . Furcas patibulares integras et perfectas, ac collitrogium seu pilloricum erigere possit.* Denique Lit. Caroli V. ann. 1377. in Reg. 111. ch. 324: *ICelui de Chevreuse puisse . . . faire drezier signe de justice à deux pilliers en lieu convenable et faire tout ce qui à hault justicier appartient et peut appartenir.* Vide infra *Pertica* 7.

**FURCALE FEUDUM.** Vide *Feudum*.

2. **FURCA.** Jus capiendi furcas in forestis dominorum feudalium. [¶ Id est, lignum bifidum seu in *furcam* desinens, domibus aliisque usibus aptum. Vide supra *Fourcus*.] Regestum Normanniæ sign. P. in Camera Comput. Paris.: *Coustumagii de Romagio habent mortuum boscum de costuma, et residua carpentariorum, cum testis capellorum, et duas Furcas, et unum festum ad hospitandum per liberationem, etc.* Quisque autem dat pro duabus Furcis et pro le feste quatuordecim denar. Turon. [Chartul. Gemmetic. tom. 1. pag. 15: *Avons droit de prendre en ladite forest (de Brothome) un Fourc à choix au terme de Noel, coustume et bois pour ardoir, pasturages et pennages francs.*]

3. **FURCA ET RASTRUM.** Jus, quod domino competit in quosdam tenentes,

qui cum *furca*, vel *rastrum* illius fœnum colligere tenentur. Historia Episcoporum Autisiodorensium cap. 58: *Remisit etiam Furcam et Rastrum, et consuetudines ejusmodi, quæ eis erant multi oneris.* [Charta Manassis Episcopi Lingon. ann. 1182. tom. 4. Gall. Christ. inter Instrum. col. 192: *Salvis corvea et falce et Furca et aliis consuetudinibus quas Ecclesiæ S. Benigni præfati homines debent.* Charta ann. 1198. in Tabular. S. Urbani: *Corvedas ter in anno sine occatione, Furcam e Rastellum in brois habebit dominus Hugo.* Alia ann. 1261. in Histor. Mediani Monast. pag. 327: *Hominis dictæ villæ. . . . Furcam et falcem et saciam et carruchas et vecturas annonæ et feni et omnes alias consuetudines quas mihi debebant ratione dictarum croadatum et brolii, persolvent Ecclesiæ memoratæ.* Instr. ejusdem circ. sæculi lib. 1. de primordiis Monast. Calmosiacensis apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1197: *Est regula, in festo S. Remigii duos nummos debet, etiam suo tempore croatam, brullium et Furcam.*]

4. **FURCA PUTEI.** Trabs supra puteum erecta, cui tollonus innititur ad hauriendam aquam, in Lege Longob. lib. 1. tit. 9. § 24. [¶ Liutpr. 136. (6. 83.) Jura Abbat. de Melloch sec. XII. in Hœfer. Diar. Diplom. tom. 2. pag. 123: *Ex nostra etiam procuracione, quando opus fuerit, deportabitur Furca et desuper dependens lignum, quod vocatur sveingel ad puteum salis in Wich. . . . De predicta Furca solvuntur suo tempore 5. solidi et 4. sectarii vini.*]

5. **FURCA, ET FURCULA PECTORIS.** Vide *Furcula*.

\* **FURCAFERA,** a Gallico *Fourcheferre*, Furca ferro armata, merga: inter arma etiam recensetur; a nostris pro variis locis varie appellata. Tabul. Fossat.: *Illi vero qui habebant decem libras et amplius, haberent galerum sive capellum ferreum, ense, Furcham ferream et cultellum.* Lit. remiss. an. 1354. in Reg. 82. Chartoph. reg. ch. 262: *De quodam instrumento ferreo, quod dicitur Furcafera, ipsum solo ictu percussit.* Aliæ an. 1358. in Reg. 86. ch. 277: *De quodam baculo ferrato, vulgari vocato Fourcheferre, eundem Petrum percussit.* Aliæ an. 1382. in Reg. 120. ch. 320: *Le cuidant ferir parmi le corps d'une Fourquefere qu'il avoit, etc.* *Fourcheferres*, in aliis an. 1374. ex Reg. 105. ch. 504. Lit. remiss. an. 1410. in Reg. 164. ch. 239: *Un baston ferré, nommé Fourquefille.* Rursum in aliis an. 1463. ex Reg. 199. ch. 263. Vide infra *Fuscina*.

**FURCALIA,** dicuntur quatuor ligna, quæ tenent scalas. Ita Interpres Joannis de Garlandia in Synonymis:

Temo, longale, trabale, Furcale, forale.

**FURCANTES,** Qui furcis utuntur, apud Thwrocium in Chr. Hungar. pag. 59.

† 1. **FURCARE,** Furca vertere, in Magno Custumario Monast. de Bello, apud Spelmannum: *Et debet falcare, spargere, vertere, cumulare, cariare in manerium domini, et ad tassam Furcare unam acram prati de prato domini.*

† **FURCARE CARECTAM,** Currum fœno cum Furca onerare. Computus ann. 1407. apud Kennett. Antiquit. Ambrosden. pag. 550: *Allocantur eidem pro Richardo Plumbario Furcante carectam per XII. dies, III. s. et pro Johanne Bowdon Furcante carectam, etc.*

2. **FURCARE,** vox fori Anglici, cum vir et uxor in jus vocantur et uterque *essonium* proponit: tum enim illud *furcari*,

(Gall. *Fourcher*.) dicitur, id est, duplex sit, etc. Radulfus de Hengham in Magna cap. 9: *Caveant vir et mulier implacitati, quod semper in Essonio alterius alter compareat, quamdiu Furcare possint, et cum ultra non possint, concurrant eorum essonia in suis locis. Alter autem illorum tantum unum essonium de malo lecti habere potest. Hæc autem omnia dico de pluribus participibus, ubi terra impertita est, seu tenementum, videlicet de Furcatione essonii, et de defaltis provenientibus, etc.*

† **FURCATA**, Idem quod *Perdiceta* seu *Perticheta*, Machina jaculatoria, quæ speciem *Furcæ* refert. Sanutus lib. 2. part. 4. cap. 6: *In prora vero cujuslibet galearum fieri possent aliqua bellica instrumenta, ut consulerent exercitatus in talibus et docti, pertichetas sive Furcatas a puppe usque ad proram circa latera cujuslibet ordinando.*

† **FURCATIO**. Vide *Furcare* 2.

† **FURCATURA**, a Gall. *Fourchure*, Divisio. *Furcatus*, *Forcatus*, *Bifurcus*, *Fourchu*. Charta ann. 1461: *Si reperiantur arbor aliqua in dicta foresta Furcata, quod tamen non valet ad edificandum, poterunt in rem minorem partem dictæ Furcaturæ capere.* Charta ann. 1473. ex Schedis Præsidis de Mazaugues: *Respicientes versus vallonum Forcatum.* Le Roman de la guerre de Troyes MS.:

Et mult ot large Forcheure,  
Si fu de mult belle stature.

\* **FURCATUS**. FERA PEDIS FURCATI, Animal cujus unguis divaricant, Gall. *Pied fourchu*. Inventar. Chart. reg. ann. 1482. fol. 79: *Littera Johannis de Belaviller de dono juris venandi omnes feras pedis Furcati, cum justitia annexa juri prædicto in garenna.*

† **FURCELLÆ**. Vide *Furcilla*.

† **FURCENSIS MONETA**. Vide *Furcia*.

† **FURCEPS**, Ignarus. Papias.

† **FURCHA**. Vide *Furca* 1.

**FURCHETUM**, Idem quod *Furcula*, de qua voce mox. Vetus Charta apud W. Dugdalu in Antiquitatibus Warwicensis Provinciæ pag. 664: *Concessit eidem Comiti et hæredibus suis duos damos idoneos quolibet anno de prædicto parco,..... scilicet de utroque damo quatuor membra, et capud, corio, et Forcheto, etc.*

**FURCIA**, **FURQUIA**, **FURCENSIS MONETA**. Observat Marca in Hist. Beneharn. lib. 4. cap. 16. § 8. in monetis Vicecomitum Beneharnensium Morlansibus, hæc verba fuisse descripta: *HONOR FURCIÆ MORLANI, easque monetas, Furcenses in veteribus Chartis appellari, a Furcia, seu Furquia, Palatio veterum Vicecomitum Beneharnensium ita nuncupato. Certe Furquia videtur idem sonare quod domus, vel mansio, in Tabulario Lascarrensi ann. 1025. apud eundem Marcam lib. 6. cap. 13. n. 2: Præterea Raimundus Garsisæ vel ejus successor debet stare justitiæ Domino Gastoni et suis clamantibus pro castro de Navalhes apud Lascurim, vel apud Pau, vel apud Forquinam Morlan.* Charta anni 1208. in Regesto Carcasson. pag. 19: *In mansionibus et Furquitis, quarum proprietates pertinebat ad Monasterium Crasæ. Proinde hæc verba: Honor Furciæ Morlani, nihil aliud volunt, quam Feudum domus Morlanensis.*

**FURCILLA**, [Βούλιμος, Magna fames, in Glossis Lat. Græc. Sangerman. MSS. Aliæ] Gloss. Gr. Lat.: Βούλιμος, ὁ μέγας λοιμός, *Furcilla*. Vide *Furcula*.

† **FURCILLÆ**, Dictæ eo quod iis fru-

menta cillentur, id est, moventur. Isid. lib. 20. Orig. cap. 14. Papias habet *Furcella*.

**FURCILLARE**, *Suspendere, vel concutere. Affurcillare, junctæ, vel ad aliquid suspendere, vel concutere.* Jo. de Janua. [Festo, *Furcilles, sunt Furcilla, quibus homines suspenduntur.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm.: *Furcillare, Pendre ou branler.*]

\* **FURCILLES**. [Sive *Furcilla*, quibus homines suspendebant. Fest. ubi Scalig. putat, illa verba, quibus homines suspendebant esse inutile additamentum Pauli. Dacerius credit, vocem addendam, quibus homines onera suspendebant: vel Festum loqui de patibulis. Hinc etiam doceri nos, et *Furcilles, et Furcillæ* dici, ut caules, et caulæ. Putat enim legendum *Furcilla, non Furcilla.*]

† **FURCINA**, f. pro *Fuscina*. Acta S. Franciscæ Romanæ tom. 2. Martii pag. 167: *Cum certis ferreis instrumentis ad modum Furcinarum.*

\* Haud scio an idem sit *Forsselle*, in Lit. remiss. ann. 1374. ex Reg. 105. Chartoph. reg. ch. 401: *Icele Marion portoit dans son giron deux petis pos de terre et deux Forsselles. Nisi legas Forsettes, forceps, Gall. Ciseaux.* Vide supra *Forceps*.

\* 1. **FURGO**, Ager, qui in *furcam* dividitur aliumque includit; nostris *Fourc*, quiddam hujus est formæ. Charta ann. 1069. ex magn. Chartul. S. Vict. Masil.: *Adjungimus huic dono aliud donum, totum cimiterium et terram illam, quæ est juxta ecclesiam, quam duo fossata designant, usque ad Furcones Andreæ aurificis.* Charta ann. 1320. in Reg. 59. Chartoph. reg. ch. 861. ubi de agris agitur: *Premierement en Fourques, une mine, doux vergues, trois quars. . . . Item en Fourques, une mine, xx. vergues et viij. piés. Depuis le potis M. de Folleville en amont dusquez au Fourcq de l'iaue, qui s'en va à la Nœufuille, in Chartul. Corb. sign. Ezechiel ad ann. 1418.*

\* 2. **FURGO**, Furca. Chartar. Norman. ex Cod. reg. 4653. A. fol. 86: *Debent pro furnilla et Furconibus unum denarium ad Natale.* Vide mox *Furculus*.

† **FURCOSUS**, Furcam referens, in Furcam desinens. Apul. lib. de Virt. Herb. pag. 197: *Leontopodium nascitur sæpe cum tritico thyrisc bipalmis Furcosis.*

**FURCULA**, Pars pectoris, ubi venæ, quæ ab hepate proficiuntur, in furculas dividuntur, ubi pectoris est spatiositas, inquit Constantinus lib. 3. Commun. loc. med. cap. 19. Vide eundem lib. 2. cap. 6. 12. et lib. 5. de Morbor. curat. cap. 2. [\*\* Reinard. Vulp. lib. 3. vers. 611:

Tunc caper oblongum variumque trifurculat amen,  
Concinat bifidum Furcula quæque melos.]

*Fourcelle*, Joinvillæ. Le Roman de la Violette:

Et dist li Sire de Naisi,  
Que ele fu trovie ensi,  
Que encore tenoit le cotel,  
Quis mains avoit sous le Fourcal.

[Le Roman d'Athis MS.

Si la (lance) retrait de la bouelle  
Lui espandant sur la Fourcelle.

Ibidem:

La bonne brogne desclavella,  
Ung cop la fiert sous la Fourcelle.]

† [\* Lit. remiss. ann. 1397. in Reg. 152. Chartoph. reg. ch. 135: *Après ce que ledit Gieffroy fu cheü à terre, ledit Re-*

gnault le bati de ses piés plusieurs cops contre la ventre et Fourcelle.]

**FORCELLA DEL PETTO**, Cresconio: *Forcata*, Danti in Infern. cant. 14. Ita *Furca* et *Furcula pectoris*, in avibus, apud Fridericum II. Imp. lib. 1. de Venat. cap. 40. lib. 2. cap. 24. Arverni *furcelle*, pro collo dicunt. [Vide *Furcilla*.]

\* **FURCULUS**, Tridens, merga. Stat. Mantuæ lib. 1. cap. 126. ex Cod. reg. 4620: *Nec aliqua persona debeat dimittere aliquem remum vel Furculum, nec aliquod aliud, per quod possit navigari dicta navis. Fourquier, eodem sensu, in Lit. remiss. an. 1406. ex Reg. 160. Chartoph. reg. ch. 355. unde diminutivum *Fourquillon*, in aliis Lit. an. 1474. ex Reg. 195. ch. 1203. Vide supra *Forchonus*.*

\* **FURCUS**, Occit. *Fourc*, Fasciculus, Gall. *Botte*. Leudæ min. Carcass. Mss.: *Item de saumata ceparum, unum Furcum; et de homine onerato, medium Furcum. . . . Item de saumata alium, unum Furcum; et de homine onerato, medium Furcum.* Vide supra *Forca* 5.

\* **FURDA**, Ornamenta peccatorum, vel fulcimenta. Glossar. vet. ex Cod. reg. 7641. Ubi mendose peccatorum.

**FURECTUS**, Viverra, nostris, *Furet*: apud Fridericum II. lib. 1. de Venat. cap. 1. [Vide *Furectus* et *Furo* 2.]

**FURELLUS**, Vagina, ex Gall. *Fourreau*. Regula Templariorum cap. 38: *Tegmen autem in clypeis, et hastis, et Furelli in lanceis non habeantur.*

† **FURENDELLUS**, Quarta pars, a Saxon. feorð, Quartus et dæl, pars, portio. *Furendellus prati*, apud Kennettum Antiquit. Ambrosden. pag. 339. Vide *Ferlingus*.

\* **FURETA**, inter arma prohibita recensetur, in Stat. crimin. Cuman. cap. 138. ex Cod. reg. 4622. fol. 92. vº: *Genera armorum prohibita. . . . daga, cutella, Fureta, penatum, etc.* Pugionis species videtur.

**FURETARIUS**. Officium in Coquina regia, in Ordinatione Hospitii S. Ludovici Reg. Franc. ann. 1261. [Haud scio an de *Furetariis* intelligendus Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu feud. tom. 2. pag. clxxi.]

\* Idem qui supra *Furator*. Charta Phil. Pulc. ann. 1304. in Lib. rub. Cam. Comput. Paris. fol. 475. vº. col. 1: *Gileto Furetario obtentu servicii ab eodem inclitæ recordationis Johannæ consorti nostræ carissimæ quondam impensi, etc.*

\* **FURETIUS**, Retis species seu instrumentum piscandi, Gall. *Furet*. Charta ann. 1157. ex Chartul. Miciac.: *Piscationem per totam aquam, . . . quolibet modo piscationis in eadem aqua, quo placuerit eis loco, duarum nazarum, vel unius Furetii continuam piscationem et naviculam propriam ad eadem ingenia levanda.*

† **FURETUS**, ut supra *Furectus*, Viverra, Gall. *Furet*. Pro IV. *Furetis ad capiendum cuniculos xx. den. gr.* in Hist. Dolphin. tom. 2. pag. 307. Alterum locum vide in *Filacium* 2.

\* Stat. Astæ collat. 11. cap. 63. pag. 32. vº: *Si quis invenerit aliquem absolto, quod possit ei auferre Furetum et cuniculos, si quos habuerit. Hinc, ni fallor, Furiller, pro Indagare, curiosus inspicere. Lit. remiss. ann. 1398. in Reg. 154. Chartoph. reg. ch. 126: *Aucuns siens serviteurs lui avoient rapporté que ilz l'avoient veu (icelle Jehannete) Furiller et aler entour ledit comptouoir. Fironer* vero est Latenter et insidiosè agere, in*

Gest. Ludov. Pii cap. 16. tom. 6. Collect. Histor. Franc. pag. 152: *Li traiteur s'en aloient cherchant et Furonant à chascun pour esmouvoir les cuers de ses barons contre lui.* Ubi Astron. cap. 43. ibid. pag. 110. habet: *quasi per quosdam cuniculos sollicitare, etc.*

\* **FURFANIA**, **FURFANIUS**. An officii seu artificii nomen, in vet. Inscript. apud Gudium CCXV. 6: **L. FURFANIO L. LIB. PHILOSTORGO..... FURFANIA L. L. OLYMPUSA FECIT.**

**FURFART**, Telonei species, forte idem quod *Jus transitum, passagium*: nam Germanis id vocis transitum sonat. Charta Leopoldi Ducis Austriæ ann. 1198. in Metropoli Salisburgensi tom. 3. pag. 18: *Præfatus Ecclesiæ ac fratribus donavit, ut bona ipsorum ubique apud thelonea sive mutas suas absque vectigali, et eo, quod dicitur Furfart, et penitus absque omni juris persolutione libere tam per terram quam per aquam ducebantur.* Occurrit rursum infra, et pag. 27. 29.

\* Vocis interpretationem asserit Charta Berth. Patav. episc. ann. 1253. apud Pez. tom. 6. Anecd. part. 2. pag. 101. col. 1: *Vobis ergo præcipiendum mandamus, ne ab ipsorum navibus dictos sales deferentibus, neque telonium neque mutam, nec de transitu quod Furfarth appellatur, neque ullius juris nomine quidquam exigatis.*

† **FURFURACULUM**. Vide *Furaculum*.

**FURFURAGIUM**, [Furfur ad alendos canes.] Vide *Brenaticum*.

† **FURFURATIVUS PANIS**. Vide in *Panis*.

\* **FURFURES**. Statuta MSS. Monialium S. Salvatoris Massil. ann. 1400: *Non teneant canes, aucas, Furfures, etc.* Vide *Furfurio*.

† **FURFURIO**, Avis species, apud Isidorum lib. 12. Orig. cap. 7. de avibus, *vocatus quod prius farre in farinam redacto pasceretur.*

† **FURFURUCULUM**, ut legit Martinius, pro quo alii habent *Furfuraculum, Terebellum*. Vide *Furaculum*.

\* **FURGO**, **FURGONUS**, Contus furnarius, Gall. *Fourgon*, alias *Furgon*. Lit. remiss. ann. 1352. in Reg. 81. Chartoph. reg. ch. 505: *De quodam baculo, qui Furgo furni vulgariter nuncupatur, eam solo ictu percussit.* Aliæ ann. 1380. in Reg. 116. ch. 224: *Præfatus Jacotus cum quodam magno et longo baculo seu pertica, vocata Furgono furni, insecutus fuit dictum Stephanum.* Rursum aliæ ann. 1461. in Reg. 192. ch. 36: *Un baston nommé au pais (Caen) rabot de four..... Ung baston appellé Furgon de four, etc.* *Fregon*, pro *Furgon*, ter legitur in aliis Lit. ann. 1392. ex Reg. 143. ch. 63. *Furger*, Pertica quasi *Furgone* uti. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 125. ch. 140: *Lequel Guillaume Furgoit ou boutoit d'une grant perche, qui tenoit à l'endroit du lieu ouquel estoient lesdiz pigons.* *Furger* ses ongles, Ungues purgare vel subsecare, in aliis Lit. ann. 1390. ex Reg. 140. ch. 144: *Robert d'Estouteville chevalier, seigneur de Valemont, lui esbaient et Furgent ses ongles d'un petit coustel, etc.*

\* **FURIA**, Vis, violentia, actum furiosum. Charta ann. 1319. in Reg. 61. Chartoph. reg. ch. 117: *Item quod idem Petrus Amati consul Gerlotum filium suum captum pro Furiis per eum commissis, in carceribus regis de Limoso, timens eum suspendi, de dictis carceribus auctoritate propria extraxit.*

† **FURIARIA**, Furor, furia. Acta Marty-

rii SS. Maximiani et Isaaci, apud Mabil. tom. 4. Analect. pag. 120: *Repetebant iterum Furiariam defatigati tortores, quorum jam lassæ faciebant solo crudelitas fortiora.*

† **FURIATUS**, In furiam actus, in Vita S. Leonis Lucæ Abb. Martii tom. 1. pag. 101.

† **FURIBUM**, Species lecticæ ad portandos ægrotos accommodæ. Appendix ad Agnelli librum Pontif. apud Murator. tom. 2. pag. 196. col. 1: *Quando ad eum venit, non pedibus, neque Furibo venit, in quo deportantur ægroti, nec sedere poterat, nec ambulare, sed in lectulo jacens a sedecim hominibus vice (supple alterna) portatus est.*

\* **FURIGUS**, Viverra, Gall. *Furet*; vel *Sorex*. Vide *Furix*. Dialog. creatur. dial. 107: *Quidam Furicus venit ad flumen, et non audebat ultra natare. Hunc videns rana, volens eum decipere, dicit: Bene venias, frater et amice, quia valde bene natare scio. Credens hoc Furicus permisit se ligari cum filo ad pedem ranæ: cumque natasset in fluctibus, rana submergebatur se et Furicum necabat.* Ex Esopo laudatur hæc fabula, quam legisse me non memini.

† **FURIELLA**, f. vocabulum fictum maleque exaratum a Græco *φύλλα*, Procella. Acta SS. Justinæ et Cypriani Mart. apud Marten. tom. 3. Anecd. col. 1627: *Ergo Crucifixus major te est? Dicit illi diabolus: Etiam major est omnibus, quia pro ipsum miseratus Deus mundo. Quæcumque autem gerimus hic et errare facimus homines, ibi Furiella est aerea, et stimuli ignei, et insiduntur in eis, et colliduntur sive angeli transgressores sive homines, et omnes qui deseruerunt Deum, et sic cum furca ignis efferuntur ante tribunal Crucifisci.*

† **FURIGILDUM**, Mulcta furti nomine soluta. Vox hybrida, composita ex Latino *fur*, et Sax. *g y l d*, mulcta. In Legibus Ethelredi Regis, quas *Institutiones* vocant cap. 1. et in ejusdem Legibus editis apud Venetionum cap. 7. admittuntur ad testimonia, qui nunquam *Furigidum reddiderunt*, i. qui de furto aut latrocinio nunquam accusati fuerunt.

\* **FURIRE**, Furere. Glossar. Provinc. Lat. ex Cod. reg. 7657: *Dessennar, Prov. enare, delirare, Furire*. Nostris, *Furiosité*, Furor, insania. Lit. remiss. ann. 1380. in Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 18: *Pour sa folie et Furiosité fu mené a S. Titavert (leg. Hildevert) a Gournay par son pere et aucuns de ses amis.* *Furiosité*, ex frequenti mutatione *s* in *r* et vicissim, bis legitur in aliis Lit. ann. 1411. ex Reg. 165. ch. 419: *Comme le suppliant soit par foiz furieux et insensible... lui estant ou entrant en saditte Furiosité, etc.* *Furibundeux*, a Lat. *Furibundus*, in Lit. remiss. ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 192: *Iceillu Denisot meu de mauvaie volenté, comme homme Furibundeux, donna audit du Chesne du potng sur le visaige.*

† **FURIX**, Anonymus de Natura rerum, cap. de falconibus secundum Aquilam, etc.: *Si Fastidium habuerit, Furices vivas ei dari facias.* Sed videtur legendum *sorices*.

† **FURLEGAN**. Vide mox in *Furlongus*.

† **FURLONGUS**, **FURLONGIA**, **FORLONGA**, Ager, campus, continens complures acras, quæ seriatim adjacentes, pariter incipiunt, et pariter desinunt, sulcique longitudine concluduntur. Tabularium Prioratus Dunstapulens. apud Spelmanum: *In eodem prato et Furlongo Prior*

*et Ric. filius Gileberti partiuntur.* *Monasticum Anglic. tom. 2. pag. 283: Viginti (acrae) in uno campo, ex quibus quinguae acrae sunt in Furlungia, quæ descendit in rivolum ultra spinam, et 5. in Furlungia ultra vallem, quæ vertitur apud Rugweiam,..... et 4. acrae et dimidium in Rusfurlunga..... et in altero campo 20. acras, scilicet in Helefurlunga, etc.* Rursum pag. 144: *Concedo... piscarium... ad longitudinem unius Forlongæ.* [Charta apud Th. Blount, in *Nomolex. Anglic.*: *Dedit Thomæ Croft et Francisco Lovel Arn. unum Forlongum terræ arabilis continentem per estimationem quatuor acras.*] Vide *Librum Anglic. Justice of peace* pag. 146. v. [et *Formular. Anglic. Thomæ Madox* pag. 299.]

**FURLONGUS**, eidem Spelmanno, est *stadium*, *quarentena*, vox formata, ex *Furrow-longe*, hoc est, quod longitudine sulci determinatur. Sulcum autem a *Furrow*, agricolæ Anglici dicunt, id quod uno progressu aratum describit, antequam regrediatur, et continet plerumque 40. perticas, hoc est, octavam partem milliarii Anglici. Cowellus *Furlongum* dici annotat, quasi *ferlingum*, seu *ferlingatam terræ*: sed hanc sententiam improbat idem Spelmannus.

Apud nostros, *Forlonge*, vel *Forlongne*, *Forlonger*, venatoriæ artis sunt vocabula, dicunturque de cane, qui feram eminus, vel ex longinquo insequitur. Sed et *Fourlongner* pro eo, quod *Furligner* dicimus, dixit Philippus Mouskes:

Le Comte Estæe de Boulongne,  
Ki del parage ne Fourlongne.

[*Furlegan*, Adultera, apud Schilter. in *Glossar. Teutonico*. Vide *Farlegani*.]

† **FURMA**, et **FURMELLI**, Morbus equinus, *inter juncturam pedis et pedem, super coronam, prope in pastura, et accidit ex percussione mala in aliquo duro loco, etc.* Petrus de Crescentiis lib. 9. cap. 49. ubi vetus ejus Interpretis Gallicus *Furine* vertit.

\* Forte leg. *Furina*, cum *Furine* Gall. dicitur.

† **FURMATICUM**. Vide *Furnaticum*.

† **FURMENASSIUM**, apud Viarienses idem quod *Frumentagium*, de quo supra, Præstatio scilicet agraria ex frumento, Gall. *Fromentage*. Denominatio Nobilis Bertrandi de Marcio ann. 1528. in *Inventario Piquet* num. 18. cap. 41. de Vouta fol. 36: *Item percipit cum Anthonia Atgeri de Frumenasso in frumento unam carteriam.*

\* **FURMENTUM**, pro *Fruementum*. Stat. Astæ collat. 7. cap. 17. pag. 25. vº: *Teneatur potestas sine tenore facere jurare omnes piores et pistorisas de Ast et burgis coherentibus civitati, quod non immiscebunt legumina neque siliginem... cum Furmento.*

\* **FURMINENTUM**, pro *Furnimentum*, Quidquid instruendæ navi necessarium est. Testam. Caroli comit. Prov. ann. 1481: *Item dom. noster rex legavit dom. de Lestrage navem, appellatam Sainte Marthe, cum suis Furminentis, rebus, etc.* *Item dom. de Rieux navem, appellatam S. Michel, cum suis Furminentis.* Vide in *Furnire*. *Fourmont*, Instrumentum quoddam ferreum, in Lit. remiss. ann. 1404. ex Reg. 158. Chartoph. reg. ch. 361: *Lesquelz deux couples de fer le suppliant à un hostil, dit Fourmont, il leva ou arracha.*

\* **FURNA**. Vide supra *Fuerna*.

\* **FURNACAR**. Vide *Fossinagar*.

\* **FURNACIA**, Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur Gall.

*Fournage.* Pariag. inter Phil. Pulc. et abbat. S. Andr. Avenion. ann. 1292. inter Probat. tom. 1. Hist. Nem. pag. 116. col. 2: *Item quod furnus et furni sint communes, ... excepto quod panis, qui decoquatur ad opus monasterii, non teneatur dare Furnacham. Furnatam ibi habet Reg. 93. Chartoph. reg. ch. 133. Furnatum ex eadem Charta editum tom. 7. Ordin. reg. Franc. pag. 614. art. 18. Vide mox Furnagium.*

**FURNAGIUM,** Præstatio pro coctione furnaria, quæ domino furni datur a Sectatoribus ob furni usum. *Fournage* in Consuet. Andegav. art. 81. Tabularium Vindocinense Charta 310: *Si ipse vel sui deinceps panem in eo furnili coquere velent. Furnagium totum, sicut alii homines extranei quilibet integre et sine ulla redderent contradictione.* [Charta ann. 1186. tom. 2. Hist. Lotharing. col. cccxcv: *Contulit duos furnos bannaes in parte sua jam dicti oppidi, eo tenore, ut ipse Simon et successores ejus idem persolvant, sicut vulgo dicitur Furnagium, quod cæteri homines solvere ex consuetudine solent. Sub rationabilibus Furnagio et moltura, in Litteris Philippi III. Reg. Franc. ann. 1275. tom. 3. Ordin. pag. 63. Furnus cum secta customaria, apud Kenett. in Glossar. ad calcem Antiquit. Ambrosden.] Charta Guigonis Comitissis Forensis pro Libertatibus Villaresii ann. 1253. *Coquentes dabunt pro bicheto siliginis unum obolus pro Furnagio, etc.* Charta Libertatum oppidi de la Perouse, ann. 1260. apud Thomasserium: *Dera li per l'usage des molins de la vile de Fornage un denier de sextier.* Adde Innocent. III. lib. 14. Epist. 60. Fletam lib. 2. cap. 10. Roverium in Reoma pag. 221. Probat. Hist. Castillon. pag. 53. Chartam Thomæ Abb. S. Germani apud Brolium lib. 2. Hist. Paris. etc.*

☞ Aliud est quod menu *Fournage*, dicitur in Terragio ann. 1522. apud de Lauriere, in Gloss. Juris Gall.: *Le menu Fournage est dehu chacun an au terme de feste saint Martin d'hiver, par ceux qui sont de la franchise dudit Bussi, c'est à savoir qu'une chacune personne payant le menu Fournage est de ladite franchise de Bussi... Et est assavoir que une seule personne agée de sept ans et au-dessus demeurant es lieux cy apres écrits, estant de ladite franchise, doit six deniers Paris, et sont cy apres declarez et nommez les personnes et villages residens es lieux qui doivent ledit menu Fournage. Idem omnino videtur quod Foagium, Census, præstatio quæ a singulis furnis seu focis exigitur.*

¶ **FURNAGIA,** Idem quod *Furnagium.* Charta Bermundi Abbat. S. Andreae ann. 1203. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *In clibano castri sive burgi debent coqui panes Prioris Ecclesie sine Furnagia, dato tamen prandio Fornerio, et in festivitibus annualibus Prior debet reficere Fornarium.*

\* Stat. Avenion. ann. 1243. cap. 52. ex Cod. reg. 4659: *De Furnagia... Non mandetur pastari, nisi quantum commode possit capere furnus... Si vero frumentum minus viij. sol. Mang. valere contigerit, curia suo bono arbitrio possit augere Furnagiam... Omnes domini furnorum conquirebantur de modica Furnagia sibi statuta, et dicebant se non posse salvare in furnis. Testam. Guil. VII. dom. Montispessul. ann. 1172. inter Probat. tom. 3. Hist. Occit. col. 127: *Injungo hæredi meo dom. Montispessuli, ut faciat molere in molendinis de Palude, sine omni moltura et Fornage, totum bladum monasterii**

*Francarum-vallium. Fournage,* in Ch. ann. 1290. in Lib. rub. fol. parvo Abbat. vil. fol. 20. v. Vide infra *Furnire* 2. *Fornaiges* præterea appellabant interdum panem et alia, quæ in furno coquebantur. Stat. pro pistor. Attrebat. ann. 1355. tom. 5. Ordin. reg. Franc. pag. 510. art. 12: *Puet li maires... voir le pain et les Fornaiges... et puet commander as fourniers qu'il entamechent leurs Fornaiges, pour voir dedans s'ils sont de loyal waagnage;... et puet li maires faire des Fornaiges ensi jugiez, en telle maniere qu'il fait autres denrées, qui li sont jugiés.* Vide *Furnagium.*

¶ **FORNAGIA,** Eodem significato, in Statutis Arelat. art. 80: *Et castellani teneantur ibi tenere quatuor canes mastinos ad custodiendum dictum castrum; et ob hoc habeant Fornagiam furni.*

¶ **FORNAGIUM,** Eadem notione. Fundatio Monast. Parci de Rotomago Ordinis Grandimont. ann. 1192. in Anecd. Marten. tom. 1. col. 649: *Sint liberi et immunes per totam terram nostram... absque vinda, telonio, passagio, foagio, vinagio, pondere, mensura, excubiis, exercitu, equitatu, rivagio, fossagio, muragio, pasnagio, molinagio, Fornagio, etc.* Charta ann. 1266. in Tabular. Eccles. Massil.: *Retentis, jure coquendi panem sine Fornagio, et molendini bladum suæ familie sine moltura.* Notitia Ecclesie Diniensis per Gassendum pag. 83. ex Instrumento anni 1320: *Bona, proveniunt... Præposituræ consistunt... in Fornagis furnorum, etc.* Occurrit in Epistola anni 1148. apud Marten. tom. 1. Collect. Ampliss. col. 272. in Consuetud. Tolos. Rubrica de terminis seu limitibus messagie, in Charta Guidonis Abb. Insulæ Barbariæ ann. 1200. in Maceriis ejusdem Monasterii, etc.

**FURNAGIUM,** Pretium, quod pistori ipsi exsolvitur in coctionis sumtus et mercedem. Assisa panis et cervisie sub Henrico III. Rege Angl.: *Et tunc potest pistor de quolibet quarterio frumenti lucrare 4. denarios et furfur, et duos panes ad Furnagium.* [Jura Canonorum Ecclesie Ambian. in villa de Camons, ex Archivio ejusdem Eccl.: *In furno ejusdem villæ furnarius debet instituire unum portitorem pastarum, et homines villæ alium, qui duos panes ponderis decem librarum debent habere, et furnarius pro Furnagio unum panem parum majorem illis quos cocerit.*]

¶ **FURNAIRO,** **FURNARIUS,** **FURNORUM POSTERIUS.** Statuta Massil. lib. 1. cap. 41: *Faciunt jurare... Furnarios et Furnairones et Posterios Furnorum, quod omnem panem coquent vel coqui facient bene et bona fide.* Per *Furnarios,* Pistores intelligo, Præcipuos pistoris ministros per *Furnairones,* Gall. *Mitrons,* et Tyrunculos pistoris per *Posterios Furnorum.*

\* Rectius certe dictum fuisset, per *Furnarium* intelligendum esse eum, cui maxime cura furni *bannalis* incumbit; per *Furnaironem* furni ministrum, qui lignum furno calefaciendo necessarium colligit et ministrat, ut videre est supra in *Fornilherius,* idem qui *Furnairon* nuncupatur in Libert. villæ d'Aigueperse ann. 1374. ex Reg. 193. Chartoph. reg. ch. 360: *Item que les habitans... puissent cuire es fours de ladite ville... et se les fourniers ou Fournirons... empiroit ou afoleit le pain... lesdis fourniers ou Fournirons seront tenuz de l'amender.* Denique per *Furnorum posterios,* vel potius *porteros,* designatos illos, qui panem coquendum et coctum portant, furnumque custodiunt. Vide *Porterius.*

¶ 1. **FURNARE,** Panes in furnum immittere, Gall. *Enfourner.* Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Furnare, Fournier, cuire en four.* Processus de B. Petro de Luxemburgo in Actis SS. Julii tom. 1. pag. 604: *Qui non poterat se juvare de brachio videlicet in pastando et in Furnando.* Vide *Furniare.*

\* 2. **FURNARE,** Parare furnum. Glossar. Lat. vetus ex Cod. reg. 521.

¶ **FURNARIUM,** Furnus ad dominum pertinens, quo uti debent subditi, Gall. *Four bannal;* vel id quod præstatur pro coctione panis in hocce furno. Chartularium S. Vincentii Cenoman. fol. 180: *Concessimus videlicet Ecclesiam S. Langist... cum terris, silvis, aquis, pratis, Furnariis et cum omnibus consuetudinibus.* Vide *Furnagium* et *Furnaticum.*

**FURNARIUS,** Pistor: *Qui custodit furnum,* Joanni de Janua. [Gloss. Græco-Latinæ apud Martinium: *Furnarius, ἰπνοκαύστης.*] *Φουρνάρης* in Corona pretiosa; *Fournier,* in Consuetudine Marchensi art. 316. et Baionensi tit. 22. art. 1. Tabularium S. Germani Præsentis: *Omnes homines de dicto burgo S. Germani bannarii ad furnum nostrum, seu furna nostra, dum tamen furnum et Furnarium competentes habeamus, per bannum coquere, et furnagia, prout hactenus consueverunt, nobis solvere tenebantur.* Utitur etiam Matth. Paris pag. 145. [cum aliis non paucis. Vide *Furnerius.*]

\* Distinguendus omnino est pistor a *furnario,* quamvis uterque idem officium præstet, et circa idem artificium versetur: pistor panes vendendos coquit, *furnarius* furnum dominicum curat ad coquendos panes illorum, qui eo furno uti debent, nec panes venum exponit, nisi alia sit loci consuetudo vel lex; pistor artis panificæ magisterium adipisci tenetur, quod *furnario* nequaquam necessarium est.

¶ **FORNARIUS,** Eadem notione. Codex Legum Norman. cap. 15. apud Ludewig. tom. 7. pag. 181: *Omnes etiam illi qui habent in membro lorice prepositum vel Fornarium vel molendinarium: dum tamen furnum vel molendinum Baronum habeant.* Charta ann. 946. apud Miræum tom. 1. pag. 259. edit. 1723: *Mansus indominitatus, ad quem aspiciunt mansi triginta, cambæ septem, Fornarii duo.* Et paulo post: *Mansum indominitatum, ad quem aspiciunt mansi triginta unus, cambæ duæ, Fornarius unus.* Haud scio an hic idem sit, quod infra *Furnile.*

¶ **FORNERIUS,** Idem, in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 28. col. 1. *Fornerius qui furnos nostros tenebit, etc.* apud Thomasserium in Biturig. pag. 226. D. de Lauriere tom. 1. Ordin. Regum Franc. pag. 532. et alibi non semel.

¶ **FORNELERIUS,** **FORNELLERIUS,** diminut. a *Fornerius,* Puer pistoris. Statuta Arelat. MSS. art. 80: *Commune habeat in dicto castro 111. guachas, et unum fornerium, et unum Fornelerium, et unum porterium.* Statuta Massil. lib. 3. cap. 15: *Si quis Fornellerius contra hæc ausus temerario venire, etc.*

**FURNATA,** Coctio furnaria, vulgo *Fournée,* occurrit in Vitis Abbatum S. Albani f. 63. [et in Processu de Vita S. Yvonis, tom. 4. Maii pag. 534.]

**FURNATICUM,** **FORNATICUM,** Idem quod *Furnagium.* Tabularium Conchense in Ruthenis Ch. 24: *Et medietatem de furno excepto Fornatico de pane Monachorum, etc.* Bulla Honorii III. PP. apud Ughellum in Episc. Interamn.: *Habeat Episcopus unum panem boni frumenti de his, quos habuerit cibaniarius pro For-*

natico. Vetus Charta in Hist. Episcop. Lodovensium pag. 106: *Retenta medietate firmantiarum, justitiarum, sextarallicorum, Furnaticorum, et omnium aliorum jurium excogitandorum.* Adde pag. 363. Alia Idefonsi Reg. Aragon. ann. 1187. pro Libertatibus villæ Amiliani in Regesto Lud. Hutini Reg. Franc. fol. 7: *Similiter ultra justum Fornaticum, scilicet ultra de duobus sextariis tres obolos.* Charta Aigliberti Episcopi Cenoman.: *Omnes decimas de supradictis villulis, tam de annonis, quam de agrario, vinum, fenum, omnium pecudium, seu Furniatico, vel undecunqve decimas redebetur.* Male *Furnaticum* editum in Actis Episcop. Cenoman. pag. 200.

\* **FURNATIO**, Coctio furnaria, Gall. *Fournée*. Charta Jac. abb. S. Bertini ex Tabul. ejusd. monast.: *De furno, qui debet tenere quatuor moncaldos, ad minus solvet in qualibet Furnatione panem unum.* Vide infra *Furneia*.

\* **FURNEDO**, Fuligo. Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 680, col. 1: *Interim sacer diaconus lacrymis et precibus Domini misericordiam precabatur, ut, sicut erat in hoc fonte baptismatis gentililitatis Furnedinem mundaturus; ita lepræ etiam maculas ad laudem suam et gloriam abstergere dignaretur.*

\* **FURNELA**, Coctio furnaria, Gall. *Fournée*, panes ipsi in furno cocti; *Fournages*, nostris, eadem notione, supra in *Furnagia*. Charta ann. 1230. ex Tabul. eccl. Camerac.: *De integra Furneia debent solvi duo panes;... et de dimidia Furneia vel minus, solvetur ad debitam rationem secundum estimationem præmissam.* Arest. parlam. ann. 1406. in Lib. 1. stat. artific. Paris. ex Cam. Comput. fol. 14. r.: *Furneam panis ponderis minus justè vel decentis confiscare poterat.* Vide supra *Forneia*.

† **FURNELLUM**, Idem quod *Fornellum*. Vide in hac voce. Charta Hugonis Abb. ann. 1215. in Chartulario S. Illidii Claromont.: *Actum in Fornello novo Abbat. Alia anni 1213. ibidem: Actum in primo Furnello Abbatis.* Ibidem: *In Furnello veteri.* Rursum occurrit in Hist. Dalphin. tom. 1. pag. 61.

† **FURNELLUS**, Melchior de Redern in Diario obsidionis Varadin. apud Ludewig. tom. 6. pag. 328: *Nocte sequente ex Hungarorum excubantium negligentia furnos seu specus, in quo pulveres ad subbruenda mænia reponi solent, quos Furnellos vocant, hostes construere et fabricare ceperunt.* Milites nostri *Fourneaux*, vocant hujusmodi cuniculos.

**FURNERIUS**, ut supra *Furnarius*, [Pistor, Gall. *Fournier*.] [\* Vel potius, Qui furnum dominicum curat. Vide supra *Furnarius*.] [Consuetudo Brageriac. art. 181: *Furnerit nihil amodo accipiet de pasta et farina.* Occurrit in Statutis Arelat. MSS. art. 154. in Catalogo Sodaliæ Confratriæ Nativitatis B. M. ann. 1328. institutæ in eccl. B. M. Deauratæ Tolos. et] in Charta ann. 1231. inter Probat. Hist. Castil. p. 53.

**FORNERIA**. Vide *Fleccarius*.

† **FURNERIUS**, in Monasteriis etiam dictus est Monachus, qui furno præerat et pistori: *Sic Fr. B. de Monte-acuto Furnerius, Fr. Julianus Cellerarius, etc.* subscribunt Sententiam arbitralem ann. 1292. inter Abbatem et Consules de Gimonte. Regula Hyree-vallis tom. 2. Histor. Lotharing. ann. circ. 1043: *Furnerius mane prandeat quod ei cellarius ministrabit, et ad panem tornandam clerici adjuvabunt, cum eis licebit.*

\* **FURNERUS**, Eodem intellectu. Charta

Airardi comit. Brenens. ann. 1177. ex Chartul. S. Lupi Trec.: *Abbas vel ministri ejus eidem furno pro sua voluntate Furnerium utilem provideat et ponat.*

**FURNESIUM**, Fornax, ex Gallico *Fournaise*. Occurrit semel ac iterum apud W. Thorn.

\* **FURNETUM**, Coctio furnaria, Gall. *Fournée*. Libert. Vernol. ann. 1365. tom. 4. Ordinat. reg. Franc. pag. 644. art. 10: *Dominus autem rex habebit de quolibet Furneto, de quolibet panifice, quinque pucabinas; et in dimidia furnata, unum denarium.* Vide supra *Furnatio*.

\* **FURNEUS**, **FURNUS**, f. Fimus, stercus, lætamen, stipula vel fenum, ab Italico *Fieno*: unde legendum fortean *Fienus*, pro *Furnus*. Stat. Taurin. ann. 1360. cap. 154. ex Cod. reg. 4622. A: *Item statuerunt quod si aliquis habuerit et tenuerit per directum suæ domus Furnum seu Furneam ultra tres dies, quod ipse sit in bampno solidorum decem, et hoc si ipsum Furnum infra tertium diem, postquam ibi eum posuerit, non abstulerit.* Vide mox *Furnilia*.

**FURNIAMENTUM**, Coctio furnaria, Gallis *Fournée*. Lambertus Ardensis pag. 161. cap. *Quare furnagia dantur Ardæ: Pollicitus est et compromisit de quolibet oppidi furno ad quodlibet Furniamentum ad procurandum ursum et pascendum panem unum ursario se daturum.* Adde pag. 147.

**FURNIARE**, In furnum immittere, *Enfournar*. [\* Vel potius Panem coquere, ut infra *Furnire* 2. Vide ibi.] Matthæus Paris ann. 1258: *Et invenimus eidem conventui domos competentes et necessarias ad brasiandum et Furniandum.* Vide *Furnare*.

\* **FURNICULUS**, Fornacula, vel Catillus, in quo liquatur aurum vel argentum, Gall. *Fourneau, creuset*. Vide supra *Fornellus*. Stat. crimin. Saonæ cap. 50. pag. 104. ubi de monetis: *Eodem genere penne quicumque adficiatur in cuius habitatione... Furniculi ad conflandum, aut quid aliud instrumentum ad hæc aptum inventum fuerit.* Uhi Stat. Genuens. lib. 2. cap. 81. habent, *Furnili*.

**FURNILE**, Pars ædis rusticæ, in qua est furnus, vulgo *Fournil*: vox Belgis frequens pro ipsa æde rustica. Vetus Charta in Hist. Monasterii S. Nicolai Andeg. pag. 41: *Dedi etiam eis unum Furnile solum et quitum.* Alia ibidem pag. 48: *Furnile unum in suburbio juxta greviam situm.* Tabularium Vindocinense Ch. 108: *In suburbio mansionem unam, et Furnile unum.* Tabular. Monast. S. Andreae Viennensis: *Hoc est Furnile cum mansionibus, et quidquid ibi visus sum tenere, etc.* Vide *Furnillum*.

\* **FURNILIA**, Stipula. Charta W. Marmere milit. ann. 1226. ex Tabul. Fossat.: *Concessi insuper eis Furniliam calmorum terræ meæ, qui non erunt in prohibitione.* Vide mox *Furnilla*.

† **FURNILIUS**, Eadem notione. Privilegium Roberti Regis Franc. ann. 1022. pro Miciacensi Monasterio, apud Mabill. tom. 4. Annal. Benedict. pag. 707. col. 1: *Possident... in burgo Dunensi furnulum unum in alodo... et in burgo S. Aniani dimidium Furnilium in mansuforma, qui reddidit censum denarios IV.*

† **FURNILLA**, ut superius *Furnata*, Coctio furnaria. Gall. *Fournée*, vel id quod pistori datur pro coctione furnaria. Charta Roberti Ambian. Episc. ann. 1316. pro Communia de Morolio: *Duos furnos in dicta villa et territorio pro coqui faciendo tartas, pastillos et flacones,*

*aut alias res... Furnarii dictorum furnorum panes pro reddito et pro Furnilla poterunt retinere.*

\* Nequaquam; hac enim voce significantur Ligna minutiora et vepreta siccata calefaciendo furno accommodata, ut observatum est supra ad v. *Fornilia*; quod rursum probatur ex Charta Odon. episc. Paris. ann. 1199. in Chartul. ejusd. episc. fol. 51: *Episcopus de suo faciet furnum in villa (S. Clodoaldi) et ponet ibi furnerium suum, qui furnum calefaciet de Furnilla, quam quærent homines.* Vide supra in *Furco* 2.

† **FURNILLUM**, ut *Furnile*, Gall. *Fournil*, Camera vel domus, ubi furnus est. Pactum matrimonii ann. 1086. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 519: *Ego Herbertus duco uxorem nomine Godeheldem et do ei in dotalio... duo arpenna vinearum et sex modios vini de vineis Herberti Sigleni et... unum Furnillum et unum burgensem nomine Amiot.* Charta ann. 1094. ex Archivo Majoris Monasterii: *Dederunt S. Martino medietatem offerendarum capellæ suæ, et decimum panem Furnilli sui.*

\* **FURNIOLUS**, **FURNOLUS**, Laterna aucupatoria. Ital. *Fruvuolo*, et *Fruvno*, Gall. *Lanterne pour la chasse à la fouée*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 240: *Ordinamus quod aliquis non debeat capere quailas cum quailatorio a pasca resurrectionis usque ad festum sancti Michaelis, aliquo tempore possit capere ad scutum vermiliun, vel Furniolum (Furnolum '64).* — Parva atque elegans statua Musei bononiensis representat avium venatorem, qui incurvatus lente digreditur cum parva lucerna, quam tenet in sinistra manu, ac in dextera palam vimineam ad avem percutiendam primo volatu. [Fr.]

\* **FURNIPENDIUM**, Cremaster, simul et locus ubi suspenditur, caminus. Inventar. ann. 1476. ex Tabul. Flamar.: *Item plus quoddam Furnipendium sive carmaltherium ferri.* Ibid.: *Item plus in Furnipendio sive chimineya duos canes ferri ponderis unius quintallis, quasi novos.*

1. **FURNIRE**, Præbere, instruere, *Fournir*, se *fournir* de quelque chose, apud Sanutum lib. 1. part. 1. cap. 2: *Cum in Cypro tanta quantitas zuchari nascatur, quod Christiani poterunt competenter Furniri.* Nata vox apud nostros videtur a *Furnis*, cum cocturis suis plene instructi sunt, ita ut nihil in eos immitti possit. Vide in *Hospitarius*, et Oct. Ferrarium in *Fornire*.

\* Charta ann. 1203. in Chartul. S. Sulpit. Bituric.: *Prior de Acheriis... tenebitur Furnire duos cereos ad illuminandam ecclesiam.* Hinc *Fournemens* dicitur Præstatio, quam quis quolibet anno præbere debet, in Charta ann. 1247. ex Lib. albo episc. Carnot.: *Quinque solidi et duo denarii annui redditus, pro reddito qui dicitur Fournemens. Fornesture, Supellex necessaria; sive ad victum sive ad vestitum spectans, in Vita J. C. MS. ubi Discipulos alloquitur:*

Quant par le mont vos envoiai,....  
Failli vous onques Fornesture,  
Ne besoingnable vestoure ?

† **FURNITUS LECTUS**, Gallice *Lit garni*. Statuta Collegii Bonicurtii ann. 1357. tom. 1. Instr. Histor. Paris. pag. 443: *Provideat (scholaris) sibi de lecto Furnito, videlicet culcitra, pulvinari, duobus paribus pannorum lineorum et copertura.* Fundatio Collegii Bajoc. ann. 1308. ibid.



pag. 616: *Legamus eis octo lectos Furnitos de iis quos habemus Parisiis.*

† FURNIRE, Eadem notione, in Chartul. S. Vandregesili tom. 1. pag. 361. et tom. 2. pag. 1395. et apud Murator. tom. 10. col. 1114. et 1138.

† FURNITUS, Instructus, Gall. *Fourni, muni, garni.* Notitia Ecclesiae Agrigentinae in Sicilia sacra Rocchi Pirri pag. 293: *Tenetur thesaurariae S. Gerlandi unam cappam de diaspro auri samito vel tartarisco aureo de sindone foderatam, et alias de aurifrisio Fornitam conferre. Turris Fornita omnibus necessariis ad praedium, in Annal. Genuens. Jacobi Auriæ lib. 10. ad ann. 1290.*

FORNIMENTUM, Supellex necessaria, vox Gallica. Tabularium Abb. Conchenensis in Ruthenis Ch. 446: *Et cum infans intraverit Monasterium, habeat totum Fornimentum suum, et unam bonam mulam, cum alio dono causamento suo, quod facere voluerit.* [Charta anni 1389. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Pro provisione et Fornimento gabellæ. Codicillus ann. 1481: Duas suas legat trimeses novas nondum completas cum suis Fornimentis. Gallice diceremus, Avec tous ses agrez. Informationes Civitatis Massil. de passagio transmarino in MS. Sangerman.: Item decostabit navis cum suo Fornimento et apparatu et cordis quinque millia lib. Turon. parvorum. Fornimentum arborum navis, ibidem.]*

† FORINIMENTUM, pro Fornimentum. Testamentum Guillelmi ann. 1211. apud Acherium tom. 9. Spicil. pag. 157: *De aliis Clericis Ecclesiae Castellæ et de eorum Forinimento fiat, sicut statutum fuit tempore consecrationis Ecclesiae de Castello.*

† FURNIMENTUM, Eadem notione. Procuratio de matrimonio inter Carolum filium Bernabovis et filiam Joannis Comitissæ Armaniensis ann. 1382. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1519: *Item ad conveniendum cum præfata domina seu legitima persona, necnon cum præfato domino genitore suo . . . de quantitate et qualitate dotis ac jocalium et Furnimentorum eidem viro suo dandum, etc.*

FRUNIEL, pro Furniri, perperam scribitur in Epistola Guillelmi de Carnoto Magistri Templi ad Honorium III. PP. apud Hieron. Rubeum in Histor. Ravenat. lib. 6: *Est et aliud incommodum videlicet super equitaturis adeo grave, quod equi nullo modo possunt venales reperiri. Quocirca universis Cruce signatis ac signandis bona fide consulatis, quatenus de prædictis se studeant Furniri, etc.*

\* 2. FURNIRE, Panem coquere in furno, nostris *Fornier* et *Fournier*. Reg. visitat. Odon. archiep. Rotomag. ex Cod. reg. 1245. fol. 394: *Non datur ibi (apud S. Georgium) elemosina, nisi decima pars panum, quos Furniunt in domo. Reg. forest. de Broton. ex Cod. reg. 4638: Talis est usus forestæ Brotonis, quod nullus in terra costumaria potest Furnire, neque brachare, . . . sine assensu domini vel sui forestarii. Charta ann. 1290. in Lib. rub. fol. parvo Abavil. fol. 20. v: Debas fust mus. . . d'endroit les symeniæ, quant il sont quit et Fournié es fours seigneur Huon du Pont; . . . Jehans Lukes disoit. . . que nus ne pooit Fournier symeniæ, fors que à sen four, se n'estoit par sen congié. Lit. remiss. ann. 1384. in Reg. 124. Chartoph. reg. ch. 294: *Comme ledit Denisot fust venuz en la maison de Lorent le Cat le jeune, fournier de la paroisse de la**

*Cauchié de Eu, pour son pain aprester et Fournier, etc. Stat. pro villa Pruvim. ann. 1319. in Reg. 56. ch. 599: Le bolengier pourra acheter le blé, . . . le fera moultre, cuire et Fornier selonc ce qu'il li semblera que bon soit.*

\* FURNISARE, Eodem intellectu. Charta ann. 1310. in Reg. 47. Chartoph. reg. ch. 42: *Item super quadraginta tribus masuris ejusdem villæ (de Hembecuria) nobis debetur pro quolibet unus panis in valore unius denarii Paris. ad nativitatem Domini annuatim; et qui non Furnisiant, debent unum Parisiensem pro pane. Vide supra Furniare.*

FURNITORES, Italics *Fornitori*, qui executorum testamentariorum vices explent, cum ii mortui sunt, aut munus illud recusarunt. Statuta Venetor. lib. 6. cap. 17. 18: *Commissarii alicujus defuncti, seu tutores, et Furnitores illorum. Cap. 21: Procuratores S. Marci sint. . . tutores pupillorum. . . insuper Furnitores omnium testamentorum. [Fornitores, in Chron. Andreae Danduli apud Murator. tom. 12. col. 378.]*

\* FURNULIA, ut supra *Furnilla*. Locus est in *Furnulus* 1.

\* FURNULLUS, Aedes rustica. Charta fundat. prior. S. Nazar. tom. 1. Probat. Hist. Brit. col. 453: *Donavit. . . Furnulum in burgo, etc. Vide Furnulus 1.*

1. FURNULUS, FURNILIA, [ut supra *Furnile*, Gall. *Furnil.*] Tabularium S. Crucis Talemondensis. fol. 3: *Contuli et 4. molendina, 2. cum stagnis suis de dulci aqua, et 2. de mari molentia, et unum Furnulum in ipso castello, . . . ad coquinum, ad Furnuliam, ad cameram Abbatissæ, etc. [Vide *Furnilius*.]*

\* 2. FURNULUS, ut supra *Furniculus*. Vide in hac voce.

† 1. FURNUS, Cuniculus aptus ad mœnia igneo pulvere evertenda, Gall. *Fourneau*. Vide *Furnellus*.

† FURNUS INDOMINICATUS, Qui proprietario jure possidetur, in Charta ann. 1065. tom. 1. Hist. Lotharing. col. 459. Vide *Indominicatus* in *Dominicum* 3.

FURNUS SACER. Vide *Pachym.* lib. 7. cap. 28. extremo.

\* 2. FURNUS, Alia notione. Vide supra *Furneus*.

1. FURO, pro *Fur*, Ital. *Furo*. Marculus lib. 2. form. 22. de servo: *Non Furo, non fugitivus, neque cadivo, etc.* Capitulare Sicardi Principis Beneventani cap. 11: *De Furone vero et homicida ita stetit, ut si. . . furtum in sua patria facere præsumperit. Ita non semel in Legibus Luitprandi Reg. Longob. tit. 57. § 1. [§ 80. (6, 27.)] Rothar. tit. 94. § 1. tit. 101. § 21. [§ 235. 271.] Occurrit etiam in veteribus aliis Legibus apud Baluzium in Notis ad Capitular. pag. 1000. 1017.*

2. FURO, Viverra, nostris *Furon*, vel *Furet*, quoddam animal, inquit Jo. de Janua, et dicitur a *furvus*: *tenebrosos enim et occultos cuniculos effodit, et ejicit prædam, quam invenit.* [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Furo, Furron, une beste qui prent conilz ès terriers.* Statuta Arelat. art. 81: *Nullus teneat vel deferat retia vel pannellos vel Furonem. . . nisi habuerit venationem propriam.* Aiter locus exstat in *Fugare* post *Fuga*. Vide *Fura*.] Pseudo-Ovidius lib. 1. de Vetula:

Nunc ad cuniculum foveæ munimine tutum  
Mittere Furonem, qui dente laccasit ipsam,  
Donec in insidiis prætasens retoliorum.  
Se stimulat agat, mala cautus ab obsidione.

\* Alias *Fuiron*. Reg. Cam. Comput. Paris. sign. Bel fol. 33. rº: *Le roy Philippe l'an 1315: donna audit Guillebaut*

*la chasse de toutes bestes à piez clos, à Fuirons, fil, veis et levriers, etc.* Reg. 34. Chartoph. reg. ch. 54: *Item que nuls ne puist tenir Fuiron, ne versois, s'il n'est gentia hons, ou se il n'a garenne.* Vide supra *Furicus*.

\* FURQUA, Furca. Lit. remiss. ann. 1396. in Reg. 151. Chartoph. reg. ch. 33: *Cum quadam Furqua fustea. . . percussit uno ictu satis levi super spatulis dictum Guillelmum. Ita Fourque, pro Fourche, dicunt Picardi.*

FURQUA. Vide *Furcia*.

† 1. FURRA, Villosa pellis, Gall. *Furure*. Testamentum Johannæ Benstede ann. 1445. apud Thom. Madox Formul. Angl. pag. 454: *Item do et lego Willelmo Bastard. . . meam mantellam penulatam cum Furris ejusdem. Vide Furrum.*

\* 2. FURRA, Mirac. S. Hyacinth. tom. 3. pag. 373. col. 1: *Mulier quædam a cane læsa in pedis parte, quæ Furra dicitur, etc. Sed procul dubio legendum Sura, quæ est posterior tibiæ pars carnosus, ut monent docti Editores.*

† FURRAGIUM. Vide *Fodrum*.

FURRATUS, FORRATUS, Pellitus, ex Gall. *Fourré*. Matth. Paris pag. 302: *Capa choratis pellibus variis Furrata.* Statuta Ordinis de Sempringham: *Mitras lineas nigras et Forratis de agrinis pellibus.* [Computus ann. 1202. apud D. Brussel de Usu Feudorum tom. 2. pag. CLVI: *Pro roba de camelino Furata de ver ad Omnium SS. VIII. l. Et pag. CLVII: Pro roba, de viridi Forato de celdal, octo dies ante Magdalenam LX. sol.* Charta ann. 1360. inter Instr. Capellæ S. Yvonis Paris.: *Item Humberto bedello mantellum suum meliorem Furratum de nigris agniculis cum capucio duplicato.*] Utuntur Fleta lib. 2. cap. 79. § 3. Cantipratanus, Jacobus de Vitriaco lib. 1. Vitæ B. Virgin. Concilium Londinense ann. 1342. cap. 2. [Concil. Senonense ann. 1346. can. 2.] etc. Vide *Foderatus*.

FORATUS, in Statutis Ord. de Sempringham pag. 718.

† FURRERA, ut *Furrura*. Charta Ricardi II. Reg. Angliæ ann. 1382. apud Rymer. tom. 7. pag. 356: *Aliud indumentum absque manicis foderatum cum bayro; unam Furreram de bayro pro una supertunica.*

† FURRUM, Idem videtur quod *Fodrum*, a Gallico *Ferre*. Chartular. S. Vedasti Atrebat. pag. 264: *Hospitalarius ibidem debet . . . fascem de Furro et duos fasces de liegne. Vide Fodrum.*

FURRURA, FURURA, Pellitium, Gall. *Furrure*. Monasticum Angl. tom. 2. pag. 646: *Longum tabardum, capucium, cum Furrura ad supertunicam et capuciam.* Statuta Hospitalis S. Juliani in Additam. ad Matth. Paris pag. 162: *Uti Furruris, dummodo de pellibus sint ovium vel agnorum, minime prohibemus.* [Computus ann. 202. apud D. Brussel de Usu Feudorum tom. 2. pag. CLXXXIII: *Et pro Furura varii minuti ad capam de camelino, ad S. Andream, c. s. Non semel ibidem occurrit.]*

† FURRURATURA, ut *Furrura*. Charta ann. 1361. apud Rymer. tom. 6. pag. 317: *Tam circa facturam et Furruraturam robarum et aliorum pannorum.*

FURRURIA, Eadem notione. Matth. Paris. ann. 1248: *Cum penulis et Furruris de pellibus variis cisiorum.*

\* FURSITI, Hæretici inter Valdenses sectarios recensiti a Frider. in Constit. contra Hæreticos ex Cod. reg. 10197. 2. col. 9. rº.

FURST et FONDONG. Leges Henrici I. cap. 46: *De quibuscumque implacitetur*

aliquis, *Furst et Fondong habeat*, id est, inducias, tempus consilium sumendi, a fyrst, tempus, spatium, induciae. Vide Glossar. Saxon. Somneri verbo fyrst, et supra *Consilium*.

**FURSWIROTOS.** Lex Bajwar. tit. 17. § 2: *Injuste territorium meum alteri firmasti, id est, Furswirotos, ipsum mihi debes reddere, etc.* Ita Editio Lindenbrogii. Tiliiana *Farswirotos*. [Baluzii *Faswirotos*.] Heroldi *Farwesofu*. Codices alii MSS. *Furswirotos, Farsweritos, Curswirotos*. Vox formata ex Germanico *Furswæren*, pejerare : Angli *Forsweare* dicunt.

**FURTARE**, pro *Furari*. Coronatio Henrici Regis Portugalliae apud Brandaon. lib. 3. cap. 13: *Si Furtaverint de alienis, si blasphemaverint ad Jesum Christum, etc.* Occurrit præterea non semel in Foris Alcaconensib. æræ 1268. apud eumd. Brandaon. tom. 5. pag. 307. v.

\* *Judic. ann. 1507. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 87. col. 1: De dicto panno sic sibi Furtato sive furato, etc.*

**FURTH CUMMAND BORG.** Quoniam Attachiam. cap. 17: *Cujus titulus est, de plegio Furth cummand borg, et de plegio de stando juri.* Vide § 1.

**FURTO**, pro *Furtim*. Gloss. Gr. Lat. : *Ἀθέρα, Clam, clandestino, clandestino, Furto.* Ita in *Furto*, in Leg. Longob. lib. 2. tit. 30. cap. 2. [\* Carol. M. 73.]: *Ut nemo audeat in Furto mancipia emere, etc.* Ubi Glossa interlinearis, *id est, absconse.* Glossæ antiquæ MSS. : *Furto, adulterio.* Qua sane notione furtum videtur usurpari in Capitulari Aquisgranensi ann. 789. cap. 66. et in Appendice 2. Capitul. cap. 38: *Item et Furta, et injusta conubia, necnon et falsa testimonia, sicut sæpe rogavimus, prohibete diligenter, etc.*

**FURTUM HABENS IN MANIBUS.** Vide *Manus rubra*.

\* **FURTUMA.** Bulla Leonis IX. PP. ann. 1051. ex Tabul. S. Deodati: *Si inventio pecuniaria facta fuerat, quæ vulgo Furtuma dicitur, etc.* Legendum, ni fallor, *Fortunia*. Vide in hac voce.

**FURTUOSUS:** *Plenus furto, qui sæpe committit furtum, vel qui pugnat, ubi merces certa paratur.* Ugutio, Jo. de Janua. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman. : *Furtuosus, qui fait souvant larrecin.*]

**FURTUSUS**, pro *Furtum*, in Leg. Salica tit. 10. Edit. Heroldi, et in Legib. Luitprandi Regis Longob. tit. 37. § 1. [\* 56. (6, 8.)] Utitur etiam vetus Interpres Juvenalis Sat. 8. v. 112: *Putes, inquit, has civitates Furtus non esse accusaturas, etc.*

\* *Nostris Furt.* Lit. remiss. ann. 1401. in Reg. 156. Chartoph. reg. ch. 342: *Iceillui Hutin emmena furtivement ledit cheval, et le mist en l'ostel de Jean de Scure chevalier, qui dudid Furt ne savoit riens. Iceillui Jehan... disoit que en faisant ledit Furt, il n'avoit fait point de bris, in aliis ann. 1413. ex Reg. 167. ch. 179.*

**FURVANA**, *viridissima, foliis perseverans.* Gloss. Longob. S. Germani Paris.

**FURUNDUM**, *Vulnus*, inquit Papias, *quod nascitur, Latine Furunculus, tumor in acutum surgens, ita dicitur, quod ferveat, unde Græce ἀφραξ* dicitur. Ita etiam Ugutio. [Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Furunculus, larroncel ou furron.*] Caper de verbis dubiis: *Fervunculum, a fervore, non Furvunculum.*

\* **FURZATURA**, Sinus, Gall. *Froncure* vel *Froncis*, unde *Furzatus*, sinuatus, rugatus. Stat. MSS. S. Petri Insul. ann. 1388: *Item prohibemus... ne quis canonicus... portet tunicas suas Furzatas usque ad lumbum, nec etiam ad collum, quod appareat Furzatura ab extra.* In recen-

tioribus statutis ejusdem ecclesie loco *Furzatas*, legitur *Fronciatas*. Vide in hac voce.

† **FUSA**, Stamen fuso involutum, Gall. *Fusée*. Restitutio quarumdam villarum facta Stabulensi Monasterio ann. 905. Apud Marten. tom. 2. Ampliss. Collect. col. 37: *Et annis persolverent singulis unius mansi ænium, videlicet III. porcos et LX. Fusas lini ad jam sæpe dictum Monasterium.*

\* **FUSALE**, Stamen fuso involutum, Gall. *Fusée*. Ordo eccl. Ambros. Mediol. ann. circ. 1130. apud Murator. tom. 4. Antiq. Ital. med. ævi col. 906: *In vigilia natalis Domini quatuor cicendelarii debent suscipere de camera archiepiscopi quatuor Fusalia lini, de quibus duo minores cicendelarii debent facere duas lampadas.* Vide mox *Fusata*.

**FUSARE**, Fusum trahere. Theodoricus Thuringus l. de S. Elizabeth Regina Hungariae cap. 6: *Nunquid hactenus visum est filiam Regis lanam Fusare?*

**FUSARIA.** Epistola Gaufridi de Meduana, tom. 2. Spicilegii Acheriani pag. 507: *Dedit etiam... decimam Fusariae mææ, atque plateæ propriæ... et decimam omnium molendinorum meorum.* [Acherius suspicatur legendum *Silvæ*. Retinendum puto *Fusaria*, hocque nomine significari Officinam fundendis metallis, Gallice *Fonderia*. Vide *Fusarius* l.]

1. **FUSARIUS**, Joan. de Janua, *qui facit fusos.* [Gl. Lat. Gall. Sangerm. : *Fusarius, Fuselier.*] Vide Statuta antiqua Corbeiensis Monasterii lib. 1. cap. 1. [ubi Acherius *Fusarios, Fusores*, Gall. *Fondeurs*, interpretatur.]

\* Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fusarius, faiseur de fuseaux. Fuscina, fusus, pars telli lignea, in Lit. remiss. ann. 1330. ex Reg. 118. Chartoph. reg. ch. 170: Iceillui Jehan pour sa simplese prent six ou sept d'iceulle viretons, et en brisa les Fuscinoux, et emporta les fers. Hinc *Fusée*, appellata fustis species longa et tenuis. Lit. remiss. ann. 1331. in Reg. 125. ch. 260: *Getta ledit curé un baston ferré, appellé Fusée, après lesdiz exposans. Le suppliant reféry iceillui Girardin d'un baston, nommé Fusée, in aliis ann. 1408. ex Reg. 163. ch. 176.**

2. **FUSARIUS.** Papias: *Fusarius, et sanguineus, arbores.* [Sanguinariis arbor in Amalthea.]

\* **FUSATA**, ut supra *Fusale*, nostris *Entrefusée*. Lit. remiss. ann. 1356. in Reg. 84. Chartoph. reg. ch. 66: *Perroutus Flamingi portans secum duo linteamina, duas Fusatas sili, etc.* Aliæ ann. 1408. in Reg. 162. ch. 356: *Une paire de draps à lit, quatre entrefusées de fle, etc.* Vide *Fusa*.

\* **FUSATORIA.** Charta Ferdin. reg. Castel. inter Acta SS. tom. 6. Jul. pag. 56. col. 2: *Non sernant nec Fusatoria, nec vigilia in civitate, nec in castello; sed sint honorati et liberi, etc.* Ubi restituendum opinor, *Non faciunt nec facenderam, nec, etc.* ut exallatis ibidem Chartis colligi potest. Vide supra *Facendera*.

1. **FUSCA.** Anastasius Bibl. in Hist. Eccles. pag. 132: *Ipse vero Basilium.... decollavit et capita eorum Fusca condita per spatharios Imperatori transmisit.* Ubi Theophanes pag. 344. ex Cod. Barber. : *Καὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν φυσκιάσας.* Alii Codd. habent *φασκιάσας*, et *φουρκιάσας*. Φοσκῆν Moschopolus ait esse, quod Græci φυσκην vocant. At cum Græci ita appellent vesicam aut intestinum, aliud hoc loco sonat. Phæmon Cynosophii cap. 7. ait, *φοσκῆν* esse ἄρος καὶ ὄσος θερμὸν. Unde conficitur *φοσκῆν* appellasse recentiores,

quod Latini *Poscam*, et *Puscam*, id est, δέξερρον. Quod firmat Paulus Diac. lib. 21. Miscellæ pag. 852. qui habet hoc loco: *Capita eorum Fusca condita.* Vide *Posca*. \* 2. **FUSCA**, pro *Fusta*, in Charta Phil. V. ann. 1320. ex Reg. 58. Chartoph. reg. fol. 58. r. : *Donamus una cum Fusca sive merrenno, etc.* Vide *Fusta*.

† **FUSCANETUM.** Bullarium Fontanell. MS. : *Ad Fuscanetum emendum v. solid.* Legendum videtur *Fustanetum*, eadem notione, qua *Fustanum* infra.

**FUSCANUS.** Fuscus colore, vel subfuscus. Vett. Schedæ Thuanæ: *Hoc est casula Fuscana renelana 1. sagia Fusca 1. caligas albas 4. etc.*

\* **FUSCARI.** Acta S. Gauger. tom. 2. Aug. pag. 674. col. 2: *Domini nolens vel ad modicum servi sui orationem cujuscumque incuria, vel labentis baculi strepitu Fuscari, immo cujus esset meriti, hominibus manifestum fieri, angelicis, ut credo, manibus, ac si radicibus terræ figeretur, baculus ipse immobilis stetit.* Id est, turbari, vel eventu minus decoro quasi vilescere apud homines, ut notant docti Editores.

\* **FUSCATIO.** [Actus fuscandi. Gloss. *Philox.*]

† **FUSCEDO.** Fuscus color generatim; specialius Crusta panis semustulata, apud Guidonem Discipl. Farfensis cap. 19.

**FUSCELLUM.** Hariulfus lib. 3. cap. 3: *Candelabra auro argentoque parata 6. ventaculum deauratum 1. Fuscellum deauratum 1. scyphus de argento 1. etc.* [Idem videtur quod *Fuscina*, quæ inter ministeria sacra interdum recensetur.]

**FUSCI**, Mauri, Mauritanis incolæ, nostris *les Noirs*, vel *Negres*. Chronicon Novalicense lib. 6. pag. 639: *Eodem tempore, quo Fusci morabantur in castro Frascenedello, etc.*

**FUSCINA**, Papias: *Fuscina, unde pisces perforantur, tridens, creacra.* [Jo. de Janua: *Fuscina, Instrumentum ferreum et tridens, quo utuntur gladiatores ad se capiendum, piscatores ad pisces capiendos, coqui, etc.* Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Fuscina, Havel, crochet.*] Habetur inter ministeria sacra in Histor. Episcop. Autisiod. cap. 20. pag. 423.

\* *Nostris Foyne, Foynne, et Fuyne* eodem sensu, simul et merga, harpago, quo ad capiendos pisces utuntur. Lit. remiss. ann. 1374. in Reg. 106. Chartoph. reg. ch. 241: *Iceillui Colart féri ledit Pierre d'une Fuyne ou fourche à charger gerbes.* Aliæ ann. 1390. in Reg. 139. ch. 4: *Pillet la Fourmes tenant un Foyne, autrement ditte fourchefiere, en sa main etc.* Aliæ ann. 1397. in Reg. 151. ch. 278: *Iceillui exposant tenant une Foyne à oster fiens, etc.* Aliæ ann. 1423. in Reg. 172. ch. 316: *Une Foyne de fer à deux fourgons, appellée Boutchache, etc.* Rursum aliæ ann. 1447. in Reg. 176. ch. 510: *Un baston, nommé Foynne, dont on a accoustumé de tuer poissons en eau. Ung baston, lequell baston on nomme Foynne, pour chasser aux loutres, in aliis ann. 1471. ex Reg. 195. ch. 612. Hinc diminutivum Foinette et Foynnette. Lit. remiss. ann. 1423. in Reg. 174. ch. 215: *Une Foinette à chargier gerbes de blé.* Aliæ ann. 1443. ex Reg. 176. ch. 303: *Ung nommé Charloteau demourant à Clavy avoit une Foynette en sa main, etc.* Unde injuriæ causa *Foyneaulx*, pastores gregumve custodes appellabantur; quasi ad stabulum fimo purgandum destinati. Lit. remiss. ann. 1472. in Reg. 195. ch. 703: *Iceillui Marin dist au suppliant et autres pastours plu-**

siens injures, et entre autres choses les appella Foyneault. Vide supra Furcafera.

\* **FUSCINAM** inter ministeria sacra haberi monet Cangius, quam minus apte inter sacra ornamenta amandat Georg. Rhodig. cap. 26. De Liturg. Rom. Pontif. ut efficitur ex loco ab ipsomet laudato in Chron. S. Trudon. tom. 2. Spicil. Acher. edit. ann. 1728. pag. 601. col. 1.: *Fuscinulas aureas parvas de auro pensas denariorum quinq; ; cultellum auro paratum, etc.* [Occurrit eodem sensu *Fuscinula*, Gall. *Fourche*, in Carmine de Reinard. Vulpe, lib. 3. vers. 2218: *Fuscinulas Satanæ porto.*]

\* **FUSCITAS**. [Fuscus color. Apul. de mundo ad fin. Ab omni Fuscitate liberum cælum.]

\* **FUSCOTORIUM**, *Fusteina*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692. Vide *Fustanum*.

\* **FUSCULUS**. Vide supra *Flosculus*.

\* **FUSELA**, **FUSELLA**, **FUSUS**. Guido de Vige. MS. de Modo expugn. T. S. cap. 12: *Et in isto ferro ponantur circumquaque Fuselæ, sic quod adæquentur cum dentibus rotæ arboris, in isto ferro de subtu Fuselis ponantur quatuor anuli per quadrans, ut rota jacens possit teneri recta... Sit adæquata (rota) ab una parte cum rota carri, taliter quod dentes ipsius rotæ intrent Fusillas. Vide *Fusulus*.*

\* **FUSELLUS**, *Parvus fusus*, Joan. de Janna: *Fuseau*. [Legitur in Processu de Vita S. Yvonis inter Acta SS. Maii tom. 4. pag. 575.]

\* **FUSEUS**, *Bourdon*, in Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7692.

† **FUSILE**, Os brachii a carpo ad cubitum, Gallice *Focile*. Acta B. Thomassi, tom. 3. Martii pag. 604: *Duo ossa quæ dicuntur Fusilia brachiorum.*

\* **FUSILLUS**, *Tudicula igniaria*, Gall. *Fusil*. Glossar. Lat. Gall. ex Cod. reg. 7679: *Fusillus, fousesil*. Vide supra *Fugillus*.

\* **FUSIM**. [Fundendo. (Onomast. Lat. Gr.)]

\* **FUSINA**, *Officina*, Ital. *Fucina*. Stat. Montis-reg. pag. 267: *Statutum est quod quilibet ferrarius et cauderarius cooperiat in directo suæ Fusinæ quatuor canteratas*. Hinc forte *Fisinier*, dicitur Faber ferrarius, in Libert. urbis Trec. ann. 1470. ex Reg. 196. Chartoph. reg. ch. 186: *Fisiniers ou maîtres de fer, etc.*

1. **FUSIO**, *Inlatio publica*, tributii pen-sitatio. Gloss. Lat. Gr.: *Fusio ὄλιμος, εἰσφορά, δημόσιον*. Sic lego, pro δημόσιον, est enim δημόσιον, tributum. Rursum: *Fusiones, εἰσφορά, σωτέλαια*. Vox Jurisconsultorum.

\* 2. **FUSIO**, *Fusura*. Arnouldus in Ro-sar. MS. cap. 4: *Fusionem dat metallicam*.

\* **FUSIS**. [Palus. DIF.]

† **FUSITERA**, *Animal in India, quod flustus haustos fistulis eructuat, ita ut naves mergat*. Papias. Idem est quod Plinio *Physeter*. Gr. φυσήτης, nostris *Physetere* vel *Souffleur*. De quodam *Physetere* monstroso hæc habet *Rabelais* in *Pantagruell* lib. 4. cap. 33: *Pantagruel de loin aperçut un grand et monstrueux Physetere, venant droit vers nous, bruyant, ronflant, enflé, élevé plus haut que les hunes des navis, et jettant eaux de la gueule devant soy comme si ce fut une grosse riviere, etc.*

\* **FUSOLUS MOLENDINI**, apud Petrum de Crescentiis lib. 5. extremo, ex Italico *Fusolo*, Gallice *Arbre de moulin*.

\* **FUSOLUS**, **FUXOLUS**, **FUXULUS**, *Cardo*, vel ingenium ad machinas movendas, quibus lanea textilia solidantur. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. III. pag. 422: *Bonacursius de Surizina po-*

*testas bon., dominus Rainerius de Scana-bicis, dominus Bartolomeus domini maii procuratores Communis bon.... locaverunt ad affictum qualcherias de Beveraria domino Guidoni de Tencarariis Fusolum longum campane de Beveraria versus sero; buvialello domini Cabrietiis grugni Fuxulum (Fuxolum '62) curtum dicte cam-pane. [FR.]*

† **FUSOR**, Qui fundit metalla, Gall. *Fondeur*, apud Palladium 1. 17. Guillel-mum Monachum in Vita Sugerii, etc.

\* **FUSORIUM**, *Ugutioni, in quo quid infunditur*. Gloss. Gr. Lat.: Ἰποχυτήριον, *Fusorium*. Ἐχυτήριον, ἔχυτήριον, *effusorium, Fusorium*. [Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fusorium, Vaissel à mettre liqueur.*]

\* Glossæ Biblicæ MSS. anonymi ex Bibl. reg.: *Fusorium dicitur in quo ali-quid funditur vel cum quo funditur. Fusorium, item dicitur opus, quod per fusuram fit*. Glossar. Gall. Lat. ex Cod. reg. 7684: *Fusorium, le lieu, ou vessel, où autre chose est fondue.*

† **FUSSICULA**, *Præstationis species*. Charta Guillelmi Abb. Floriac. ann. 1296: *Burgenses de castellione remanebunt et erunt quitti et immunes... de agrentio, de Fussiculis sive troisis poccoorum (por-corum) de cornuagio, charruagio, etc.* Vide *Trossa* 2.

\* **FUSSINA**, ut supra *Fusina*, *Officina*. Charta ann. 1400. inter Stat. Perus. pag. 23: *Item de et pro fictis hortorum et Fusinarum, etc.* Aliud sonat vox Gallica *Fusse*, *Alapam nempe*, in Lit. remiss. ann. 1461. ex Reg. 192. Chartoph. reg. ch. 36: *Cellui Richart lui avoit donné une Fusse en la joye (joue).*

† **FUSSORIUS**, ut supra *Fossorium*, *Ligo*. Statuta Corbeiensia apud Acherium tom. 4. Spicil. pag. 11: *Et unusquisque habeat ad hortum excolendum sive ad alias necessitates explendas Fusorios VI. besos II. secures II. etc.* \* Vide supra *Fessorius*.

1. **FUSTA**, *Lignum, materia lignea, materiamen*, Gall. *Fust*, *Merrien*, ex Lat. *Fustis*. Charta Raimundi Comitiss Tolosæ ann. 1181. apud Catellum in Comitib. Tolosan. pag. 215: *Nullus homo vel femina emat Fustam in illo die, in quo fuerit delata, vel revendat: in qua Fusta intelligimus arcas, vel vasa sive vinaria, vel alta, et circulos et latas, et scama et lectos, et omnem aliam Fustam, quæ necessaria fuerit ad ædificia et bastimenta, quæ deferuntur cum manibus, etc.* Testamentum Guill. D. Montispessullani ann. 1211: *Item Domina mater mea, vel ille, qui meos usus et aisiamenta accipiet, emendet illam Fustam, quam habui de Ecclesia de Pruneto, etc.* Adde foundationem Monasterii B. Mariæ de Silva regali ann. 1194. tom. 3. Spicilegii Acheriani pag. 169. Vide *Exarcia*. *Fustage*, in Consuetud. Solensi tit. 13. art. 1: *Cascun pot joyr deu Fustage desus-deits heremps per bastir et per lo caufage*. A fuste seu ligno dicta navis species, quam vulgo *Fuste* dicimus, φοδστιν Malaxus in Hist. Patr. CP. et Chronicon Veneto-Byzantinum pag. 205. nam et naves nude *Ligna* vocantur.

† **FUSTA**, *Provincialibus Fusto*, *Trabs*, Gall. *Poutre*. Charta ann. 1233. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Ut quoties Fusta necessaria fuerit... ad edificandum vel reficiendum domos suas, vel portalia, vel clausuras, vel pontes, etc.* Alia ann. 1272. inter Consuetud. Privileg. Tolos. e Bibl. D. Abbat. de Crozat: *Faciatis fieri per magistris et carpentarios vestros et fusterios vobis subditos Fustas bonas et pulcras et de legitimis peциellis (paiellis).*

Ibidem: *Nullus fusteriorum Tholosæ sit ausus emere aliquas fustas seu trabes,.... donec ipsa Fusta fuerit a paiellatoribus per nos constitutus fideliter paiellata*. Computus ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalph. pag. 159: *Ut Fustam apud Seys-sellum emerent, et ipsam charreari face-rent usque apud Lugdunum.*

\* Nostris *Fuste* et *Fustage*; eadem ac-ceptione. Lit. remiss. ann. 1371. in Reg. 101. Chartoph. reg. ch. 140: *Que ledit capitaine, ne ses dites gens ne puissent ou leur loise emporter aucuns Fustages, utenciles, pierres et autres biens estant oudit prieuré. Une Fuste ou piece de bois, in aliis ann. 1418. ex Reg. 170. ch. 232. Hinc *Affutaige* et *Effutaige* nuncupabant id, quod a quovis conductio officie ab ejusdem artis magistris vel sodalibus, pro novo illius adventu exigebatur. Stat. ann. 1468. in Reg. 197. ch. 7: *Item que les compaignons qui voudront ouvrir des-soubz maistres, seront tenuz de poier ausdiz maistres douze deniers pour leur Affutaige*. Lit. remiss. ann. 1471. in Reg. 195. ch. 549: *Lesquelz compaignons conclurent aler veoir ung autre charpentier... pour lui demander son Effutaige, comme ilz disoient entre la coustume entre les charpentiers de par de li, quant ilz changent atelier nouvel. Ejusdem origi-nis vox *Effustament*, *Materiatio*, vulgo *Charpente*, in Charta ann. 1385. ex Reg. 127. ch. 242: *A peine voyoit l'en à célé-brer et faire le divin service en aucunes des chappelles et oratoires d'icelle église (des SS. Innocens) par les Effustumens des édifices des maisons*. Vide infra *Fustamentum*.**

\* 2. **FUSTA**, *Tributum, quod pro fustis seu lignis exsolvitur*. Charta ann. 1345. in Reg. 75. Chartoph. reg. ch. 280: *Red-ditus loci prædicti, qui consistunt in peda-go,.... crida, incantu, Fusta, cepis, cendibus, et aliis redditibus minutis*.

\* 3. **FUSTA**, *vox Italica, Myoparo*, li-burnica, Gall. *Fuste*. Annal. Placent. ad ann. 1480. apud Murator. tom. 20. Script. Ital. col. 962: *Dum magnus Subassi Turcharum dux... ad Vallonam Turcharum cum præda Christianorum progrediretur cum galeis quinque, Fustis duodecim, etc.* *Fustereau*, dimin. a *fuste*, *navicula, cymba*, in Lit. remiss. ann. 1459. ex Reg. 188. Chartoph. reg. ch. 201: *Lesuppliant et icelui Toulefoy entrèrent ensemble en certain vaisseau ou Fustereau, etc.* Vide *Fustis* 1.

† **FUSTAILLIA**, *De vasis cujuslibet materiæ dictum videtur*, a Gall. *Fustaille*, quod tamen non nisi de dolis solet usur-pari. Instrum. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 86: *De quolibet vendente eodem modo paganum panem, pelletteriam, merceriam, ferrum, acerum seu calibem, picoleriam, caseos, coria, fabricaturam auri, cyphos et aliam Fustailliam et consimilia... capitur unus denarius.*

\* Unde *Fustallerie*, *merx doliaria*, et *Fustailier*, *doliorum artifex*. Lit. remiss. ann. 1403. in Reg. 157. Chartoph. reg. ch. 349: *Cellui suppliant et son frere alerent en la compaignie de leur mere à la feste de Condé sur l'Escaud mener pour vendre plusieurs denrées de Fustail-lerie, et aussi un leur voisin Fustailier... qui menoit vendre plusieurs Fustailles*. *Fustalle*, pro *Vase ligneo ad mensæ usum, ni fallor, in Pedag.* ex Reg. sign. Pater Cam. Comput. Paris. fol. 253. vº: *Pour chascune bale de Fustalle, quele que elle soit, vj. den.*

† **FUSTAINUS**, ut *Fustanum* infra. Vide locum in *Celendra*.

† **FUSTAIRIA**, *Locus Biterris ubi habi-*

tabant vel operabantur fabri lignarii. Testam. Rogerii Vicecom. Biter. ann. 1193. apud Baluz. tom. 2. Hist. Arvern. pag. 501: *Et dono eis licentiam faciendi furnum in casali quod habent in Fustaria Biterris absque omni exactione mei et meorum.* Ubi Stephanotius in Fragma. Hist. MSS. tom. 10. pag. 170. legit, *Fustaria.*

\* **FUSTAMENTUM**, Materia lignea. Comput. ann. 1488. inter Probat. tom. 4. Hist. Nem. pag. 45. col. 1: *Solverunt magistro Gonino Hondrati fusterio, pro fustis, postibus et aliis suis Fustamentis, ac suis laboribus traditis et factis pro reparatione dictæ turris, etc.* Vide supra *Fusta* 1.

† **FUSTANA**, ut mox *Fustanum*. Invent. Eccl. Noviom. ann. 1419: *Coopertura boucassini operata ad modum Fustanæ.*

\* Nostris, *Fustaine*, eodem sensu. Chartul. S. Sulpit. Bitur. fol. 19. r: *Adelais uxor Stephani vicarii partem terræ S. Sulpitii, quæ est apud Besciacum, quam pater suus injuste possederat, domno Rainaldo abbati dimisit; et abbas in testimonio hujus doni dedit Adelai mulieri Fustaneum.* Chron. Bergom. apud Murator. tom. 16. Script. Ital. col. 1004: *Qui Bonasolus... voluit occidere dictum dom. Zininum de Suardis super ejus porta, non habentem in dorso tunc, nisi unum Fustanum, sine interula et camisa.* Lit. remiss. ann. 1458. in Reg. 187. Chartoph. reg. ch. 309: *Pierre Baille osta à icelle femme une sainture d'argent, certaines petites pieces de toile et son Fustaine.* Vide in *Fustanum*.

† **FUSTANIUM**, Eadem notione. Laudes Papiæ apud Murator. tom. 11. col. 22: *Super fluvio Vernabulæ habent fullores habitacula plura, quæ dicuntur candida, in quibus... panni de bombyce, qui fiunt ibi, et dicuntur Fustania, candidantur.* Occurrit rursus ibidem col. 43.

† **FUSTANIUM**, **FUSTANNITUM**, Vestis ex *Fustanio* confecta. Statuta Massil. lib. 2. cap. 39: *Item, de Fustanio domine XII. den... Item, de Fustanio simplici VIII. den.* Statuta Arelat. MSS. art. 53: *Et pro Fustannitis hominum VIII. den.*

\* **FUSTANIUS** PANNUS, Ex gossipio contextus. Charta Henr. comit. Trec. ann. 1160. in Chartul. Arremar. ch. 241: *Ut mercatores, qui ibi Fustanios pannos et alias merces vendere voluerint ibi, etc.*

**FUSTANUM**, Panni ex gossipio confecti species: Xylinum: *Fustani*, Occitanis, nostris *Fustaine*. Occurrit apud Andr. Monach. lib. 1. Vita S. Ottonis Episc. Bamberg. cap. 45. Vide *Fustana*, *Fustanium*, *Fustanius*, suis locis.

**FUSTIA**, **FUSTIAN**, **FUSTIANUM**. Visitatio Thesauriæ S. Pauli Londinensis ann. 1295: *Casula de Fustia cuius totus apparatus de Fustian... Item unum vestimentum cum apparatu de pal sufficienti, et casula de Fustian.* *Fustianum*, ibidem, et in Fleta lib. 2. cap. 12. § 8.

**FUSTINUS**. Concilium Arelatense ann. 1260. cap. 11: *Cum sella alba vel Fustina sive phaleris equitent.*

**FUSTANIUM**. Statuta Massiliensia MSS. ann. 1276: *Fustanium multiebre... Fustanium duplex.*

**FUSTANEUM**. Ordericus Vital. lib. 5. pag. 591: *Et Odelinæ conjugii ejus unum Fustaneum... dedit.* Infra pag. 594: *Et Odoni filio ejus unum Fustaneum.* Relatio de Ordine Cisterciensi tom. 1. Monast. Anglic. pag. 700: *Neque casulas nisi de Fustaneo, vel lino, sine pallio aureo, vel argenteo.* Vide Orig. Gallic. et Ital. Menagii, et Possinum tom. 1. Hist.

Pachymer. pag. 414. ubi de vocis origine.

† **FUSTANEA** TELA, in MS. Nobiliacensi apud Stephanot. tom. 3. Antiq. Pictav. MSS. pag. 653.

† **FUSTANEUS** PANNUS, in Actis SS. Aprilis tom. 2. pag. 497.

† **FUSTANETUM**, in Chartular. S. Vandreg. tom. 2. pag. 2077.

† **FUSTANIA**, in Annal. Benedict. tom. 5. pag. 677.

† **FUSTANICUS**. Charta Landrici de Praiaci ann. 1118: *Inde habuit Landricus equam cum pullo suo et... filius ejus equum unum et alii duos Fustanicos.*

† **FUSTEIN**, in Actis SS. Mail tom. 1. pag. 774: *Item unam casulam de Fustein.*

† **FUSTONYUM** Computus ann. 1336. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 326: *Jam prædictam informationem dicti bayllivi habetur, quod dictus D. Raymondus fecit munitionem in dicto castro de armis et rebus infrascriptis, quæ existimatæ sunt valere pretium infrascriptum, videlicet XI. paria de platis coopertis de Fustonyo, valentes in summa... xx. s. VII. den.*

**FUSTARE**. [\* Nostris, *Fuster*, virgis cædere. Lib. rub. fol. parvo domus publ. Abbavil. ad ann. 1331. fol. 50. r: *Marote Duflos... pour souppechon de larrechin fust Fusté à le banlieue.* Ibid. ad ann. 1336. fol. 84. r: *Regniers Esquifars fu menés à le banlieue pour lui Fuster et banir, et li à venu, li maïres le Fusta et bani.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 138. Chartoph. reg. ch. 69: *La mere d'Agnes crià à la mort, combien que paravant elle eust vendue sadiite fille, dont elle fu pour ce Fustée et punie à Senz.* Pro Prædari diripere, apud Monstrel. 1. vol. cap. 19: *Si allerent Fuster aucuns méchans villaiges du pais, et bouierent le feu en aucuns lieux.* Vide in *Fustis*. *Affustre* vero est *Fustem* alicui obvertere. Lit. remiss. ann. 1415. in Reg. 168. ch. 419: *Le petit homme prist le cheval d'icelui Alain par la bride, et Affusta son plançon à la poitrine dudit Alain.*] Vide *Fustis*.

\* *Fut à Fut*, in Arest. Parlam. Paris. ann. 1306. ex Reg. Olim: *Mensura communis, quæ vulgo vocatur Fut à Fut.*

† **FUSTARIA** ARS, Lignaria, Gallice *Menuiserie*. Charta ann. 1490. ex Schedis Præsid. de Mazaugues: *Exercere artem Fustariæ.*

\* Proce. ann. 1372. ex Tabul. Massil.: *Dixit ipse loquens, cum operaretur suo officio Fustariæ, cum sit lignifaber seu fusterius, etc.*

† **FUSTEJARE**, Lignum, materiam ligneam ad ædificandum cædere. Charta ann. 1497: *Sunt in possessione antiquissima... de eodem territorio disponere et ordinare, tam in dando quibuscumque exteris quibus voluerint terram gastam pro eyssartejando, Fustejando, rusquejando, etc.* Ibidem: *In antiquissima et vera possessione pastorgandi, eyssartandi, leignerandi, Fustejandi, etc.*

† **FUSTERARE**, Eadem notione. Charta ann. 1289: *Videlicet jus... laborandi, et Fusterandi, et lenhairrandi, pascendi, etc.*

**FUSTERARE**. Vide *Tasca*.

\* **FUSTERIA**, Locus, ubi *fustæ* seu ligna venum exponuntur, vulgo *La place au bois*, alias *Fusterie*. Stat. Avenion. lib. 1. rub. 14. art. 5. pag. 45: *Item in medio magnæ Fusteriæ ante viam, qua itur ad viam, vulgo dictam les Crotes.* Lit. remiss. ann. 1389. in Reg. 137. Chartoph. reg. ch. 52: *Berthelemy David habitant de la ville d'Avignon estant en une*

*taverne, assise en la grant Fusterie de ladite ville, etc.*

† **FUSTERIUS**, Faber lignarius. Provincialibus *Fustié*, Beneharn. *Fusté*. Occurrit in Charta ann. 1272. in Concilio Biterr. ann. 1310. cap. 16. in veteri Catalogo MS. B. M. Deauratæ. Vide in *Fusta*. \* Nostris, *Fustier*. Lit. remiss. ann. 1414. in Reg. 167. Chartoph. reg. ch. 384: *Un fustier ou charpentier, appellé Micheau Valdum, etc. Jehan Garin Fustier de la ville de Thoulouse, etc.* in aliis ann. 1458. ex Reg. 188. ch. 61.

\* **FUSTETUS**, Cotinus coriaria. Gall. *Fustet*; *Fusteil*, in Stat. infector. Rotomag. ann. 1359. tom. 7. Ordinat. reg. Franc. pag. 117. art. 4. Leudæ major. Carcass. MSS.: *Item pro cargua de Fusteto, 18. den.* Ubi versio Gallica ann. 1544: *D'une charge de Fustet, etc.*

† **FUSTEUS**, Ligneus. Acta SS. tom. 5. Junii pag. 343. ubi de S. Irenæo: *Quod caput infra quamdam capsam Fusteam argento tectam posuimus.* Instr. ann. 1347. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 568: *Quæ omnia et singula, res seu jocalia prædicta pro pignore data, dictus dom. Dalphinus posuit et consignavit in quadam parva capsâ Fustea.* Charta Geraldii Abb. S. Johannis Angeriac. ann. 1385: *Sedente eodem dom. Abbate super quadam bancum Fusteum.*

\* Unde *Charette fustive*, ex ligno duntaxat, in Lit. remiss. ann. 1385. ex Reg. 128. Chartoph. reg. ch. 155: *Une charette fustive sans ferreure chargée d'avoine, etc.*

**FUSTIA**, **FUSTIANUM**. Vide *Fustanum*.

\* **FUSTIARIUS**, [qui fuste verberat. Gloss. Philox. Inscript. apud Fabrett. p. 529. n. 382. *Fustiario* supplicio se novērit esse subdendum.]

**FUSTIBALUS**, Machinæ bellicæ species. Fulco lib. 2. Viæ Hierosol. pag. 893:

Aggeribus, plateis, onagris, Fustibalisque Assultus ineunt, cunctis utensilibusque.

Ubi forte legendum *Fundibalisque*. Vide in hac voce.

¶ Nihil hic immutandum suadet Vegetius qui lib. 3. de Re milit. cap. 14. sic *Fustibalum* describit: *Fustibalus, fustis est longus pedibus quatuor, cui per medium ligatur funda de corio: et utraque manu impulsus prope ad instar onagri dirigit saxa.* Hinc

† **FUSTIBALATOR**, in MSS. ejusdem Vegetii, ut observat Stewechius, pro eo qui *fustibalo* utitur. Editus habet *Fundibulator*. Vide in *Fundibulum*.

\* **FUSTIGO**, [Fuste percussio. Gloss. Philox.]

† **FUSTINUS**, Vide in *Fustanum*.

1. **FUSTIS**, *φάσδος, ἐν ἡρώπομεν*, in Gloss. Gr. Lat. Isidorus lib. 5. cap. 27. et lib. 20. cap. 13. et ex eo Papias: *Fustessunt, quibus juvenes pro criminibus feriuntur, dicti, quod præfici in fossis stent, quos Palos rusticis vocant. Fustibus verberari, cædi, coerceri, in leg. 1. D. de Off. Præf. Præt. (1. 11.) leg. 3. et ult. de Off. Præf. Vigil. (1. 15.) leg. 5. Cod. Theod. de Episc. (16. 2.) leg. 21. 54. 57. de Hæret. (16. 5.) leg. 15. de Accusat. (9. 1.) leg. 80. 85. de Decur. (12. 1.) Concil. Matiscon. II. can. I: *Si rusticus aut servus, gravioribus Fustium ictibus verberabitur.* Edictum Pistense Caroli Calvi cap. 15: *Ut servi pro hoc convicti, non cum grossa Fuste, sed nudi cum virgis vapulent.* Infra: *Et disciplinam sustinentes in corpore suo debiliores non fiant.* Speculum Saxonicum lib. 3. art. 16: *Quando judicis præco pro eo, quod ipsum in suo jure ne-**

glecit, multam præstat, mensuram Regis dat pro multâ, quæ in triginta duobus virgæ quercinæ cubitum bipartitum continentis verberibus noscitur comprehensa. Adde Legem Burgund. tit. 4. Andreas Suenonis lib. 5. Legem Scanicarum cap. 24: *Fustis autem appellatio virgam et baculum, hastam, securim, malleum, clavam, et vaginatum gladium comprehendit.*

FUSTARE, Fustibus cædere. *Frustare* Danti et Bocacio. Gloss. Gr. Lat.: *Ἐυλοχῶν, ὃ ἐστὶ τὸ πῶν ἔλασθαι, Defusto, Fustuo.* Ita in MS. pro *Fustigo*, uti præfert Editio H. Stephani. *Fustare* porro occurrit in Lege Alemannor. cap. 12. 13. 14. et in Lege Longob. lib. 1. tit. 17. § 5. [\*\* Luitpr. 141. (6, 88.)] ubi *Fustigare* habet Lex Burgund. tit. 4. et aliis locis, *Ῥοπαλῆν*, apud Harmenopol. lib. 1. tit. 7. § 20. Vide *Frustare*.

FUSTUARIA POENA, id Edicto Theoderici cap. 4. *Fustuarium supplicium*, in Lege Burgund. tit. 70. in i. un. Cod. Th. de Ædific. publ. (Novell. Maior. 4, 4.)

FUSTUARIUS, *Ἐυλοχῶς, ὃ τὸ πῶν ἔλασθαι*, in Gloss. Græco-Lat.

In pœnis publicis moderatam *ἔυλοχίαν*, seu fustigationem, leviorē fuisse flagellatione quidam colligunt ex leg. 7. 10. 28. et seqq. D. de Pœnis (48, 19). Contra Cujacium in Paratit. ad. tit. Cod. de Emendat. servor. (9, 14.) Vide Guiljelmum Vorstium ad Rabi Maimonidem de fundamentis Legis pag. 76. 77. P. Pithœum ad Collat. Legis Mosaicæ tit. 11. et supra in *Baculare*.

FUSTIS, Arbor justæ magnitudinis. Lex Salica tit. 27. § 28. Edit. Heroldi: *Si quis arborem post annum quam fuerit signata, priserit, etc.* Ubi ad marginem ex MS. alio: *Si quis in silva Fustem signaverit, et non capulaverit, etc.* Monachus Centulensis lib. 1. Miraculor. S. Richarii num. 2: *Quadam autem die dum rura illius circuiret, super jam dictam fagum venit: quam dum enormem esse intuitus esset, jussit incidi, et quia apta esset ad ministerium foci indicavit. Cui sui servi professi sunt in minime hoc audere perpeti, eo quod paterna traditione didicissent illum esse sacratum Fustem, etc.* [Computus gabellæ S. Simphoriani pro D. Comite Sabaudie ann. 1321. tom. 2. Hist. Dalphin. pag. 160: *Cum viginti tribus hominibus qui assidue secum fuerunt per triginta dies per diversa loca ad querendum, emendum et charreandum usque Rhodanum et inrazellandum dictam Fustem super aquam.* Miracula S. Angilberti sæc. 4. Bened. part. 1. pag. 139: *Conscondens cujusdam magnæ arboris Fustem, etc.* Occurrit non semel in Charta Tolos. ann. 1272. superius laudata; et in alia ann. 1423. apud Stephanotium in Antiquit. Occitan. part. 1. pag. 389.] Manet etiamnum vocis vestigium: silvas enim, in quibus sunt proceræ arbores, *Bois de haute fustaie* dicimus.

FUSTIS LECTORUM, Sponda, Gall. *Bois de lit, Lecti compages lignea.* Guldonis Discipl. Parfens. cap. 47: *Hos versus conscriptos habet camerarius in Fuste Lectorum, sive in plumatis ipsorum in dormitorio Fratrum:*

Lectulus en Fratrum venientium cernitur isthic  
Sternia Lectorum cernuntur florida Fratrum.

PER FUSTEM investire. Vide *Investitura*.

PER FUSTEM ET WANTONEM, Formula in bannis et confiscationibus adhibita; unde liquet non in investituris et

traditionibus tantum usurpatam fuisse. Vetus Formula inter Leges Ludovici Imper. apud Murator. tom. 1. part. 2. pag. 130. col. 1: *Domne Comes, sic dico: per istum Fustem et istum Wantonem mitto omnes res de Martino in bannum.* Ibid. col. 2: *Per istum Fustem et istum wantum tollo omnes res ejus de banno.* [\*\* Vide Grimm. Antiq. Jur. German. pag. 183.]

FUSTE AD FUSTEM, Formula qua in chartis utebantur ut mensuram cumulatam et radio præcisam significarent. Charta ann. 1222. ex Tabul. Corbeiensi: *Concesserunt quatuor modios frumenti de territorio de Tunes in grangia sua... ad mensuram ejusdem villæ Fuste ad Fustem mensuratos.* Alia ann. 1224. ex eodem Tabul.: *Noverint... quod ego Hugo de Foilliaco miles homo legius Ecclesiæ Corbeiensis tenerem de eadem Ecclesia cum alio feodo meo septem modios et septem sextarios frumenti Fuste ad Fustem ad mensuram Corbeiensem.*

CUM SCUTO ET FUSTE SE DEFENDERE, in Lege Longob. lib. 1. tit. 25. § 76. lib. 2. tit. 55. § 29. [\*\* Ludov. P. 23. Lothar. I. 31.] Vide *Campio, Duellum*.

FUSTES AD SEPULCRA PONERE, Superstitionis paganicæ species, apud Conradum Uspersensem ann. 1124.

FUSTES ALNINOS super caput frangere, in Lege Salica tit. 36. [\*\* signo quis parentibus nuntium remittebat.]

FUSTES, Naves ita appellatæ. Bernardus de Breydenbach in Itin. T. S.: *Vidimus Fustes et grippas cum navibus armatis applicare in portum.* Vide *Fusta* 3.

\* 2. FUSTIS, Sceptrum. Hist. reg. Franc. tom. 9. Collect. Histor. Franc. pag. 41: *Richildis... veniens attulit ei (Ludovico)... regium vestimentum et coronam et Fustem sive sceptrum ex auro et gemmis.* Vide *Baculus* 2.

FUSTONYUM. Vide *Fustanum*.

FUSTUARIUS. Vide *Fustis*.

FUSTUM, Vox generica quæ lignum, vel trabem significat, Gall. *Pièce de bois.* Charta ann. 1209. apud Marten. tom. 1. Ampliss. Collect. col. 1091: *Tunc nos faciemus destruerre ipsum bastimentum quod super Ecclesia de Aristot noviter est ædificatum, de Fusto videlicet et petra, et ut magis sit firmum, etc.* Instrum. ann. 1309. tom. 1. Hist. Dalphin. pag. 98: *Item quodlibet Fustum quod vocatur Timons, vel antenna debet 5. sol. Item Fustum quod vocatur Panna debet XII. den... Item unum Fustum quod vocatur Rondellum.* Charta ann. 1329. ex Archivo S. Victoris Massil.: *Quatuor cruces de cupro et aliam de Fusto.*

\* 1. FUSUM, ut supra *Fusale*, fusus. Gloss. Cæsar. Heisterbac. in Reg. Prum. tom. 1. Hist. Trevir. Joan. Nic. ab Hontheim pag. 679. col. 1: *Lini Fusa (id est, spille) sexaginta, quæ libram unam habebunt in pondere.*

\* 2. FUSUM, Virgula ferrea, ut interpretantur docti Editores ad Acta S. France tom. 3. Apr. pag. 391. col. 2: *Parvulus iste... oculum unum sibi proprium de Fuso uno vulneraverat.* Qua notione semel iterumque occurrit, iidem testibus, tom. 3. Mart. ad Mirac. S. Ambros. Senens. num. 58. At vero nihil hic video, cur de fuso ligneo non intelligatur.

FUSUM LAPIDEUM, f. Crusta gypsea. Acta SS. Junii tom. 1. pag. 105. ubi de S. Symeone recluso: *Dehinc Fustum quid Lapidem coloris jecoris superficiem tumuli tegens, amoto illo, rursus, ut moris est sepulcrorum, conspicitur cooperitorium.*

FUSUS, Mulier, vel muliebris sexus, cui *Fusus*, ut viro *gladius* et *arma*, competit. In Lege Angliorum et Werinor. *Hæreditas ad Fusum a lancea transire dicitur*, quæ ad filias transit. *Tomber en quenouille*, nostris. Speculum Saxonicum lib. 3. art. 15. § 3: *Qui expeditorias res, hoc est, arma bellica, postulet, agnatus ex parte gladii esse debet: ad utensilia vero, seu geradam, cognatus, id est, ex parte Fusi, seu mulieris, duntaxat admittitur.* *Hoir de quenouille*, in Consuetud. de la Rouë d'Indre, in Blesensi pago art. 7. filia patris hæres. Viget Proverbium apud Italos: *Far d'uno lancia un Fuso*, quod est *redurre una cosa grande à tanta estremita che non servi à niente*, apud Academicos Cruscanos. Vide Achmetem Onirocrit. cap. 249. extr. et infra in *Gladius*.

FUSUS ARGENTEUS mulierum sepulcris appensus. Ditmarus lib. 2. pag. 25. de filia Ottonis Magni Imp. Conradi Franconiæ Ducis uxore: *In Ecclesia Christi Martyris Albani in Moguntia flebiliter est sepulta, cujus Fusum argenteum in ejus memoria ibidem est suspensum.* Ita olim Tanaquilla, Tarquini præci uxori, statuum posuere Romani, lanam, fusum et colum tenentem, in probitatis ac virtutis muliebris argumentum, ut testantur Festus, Plinius lib. 8. cap. 48. et Plutarchus Probl. 30. Quippe, ut ait Fulgentius lib. 2. Mythol.: *Laborem manuum et operationem libidinosa mulier non diligit.* Sane cum *fusus*, feminarum *gladius*, vel certe *scutum* dicatur, quo scilicet contra desidiā sese tuentur, admodum vero simile est, inde proflixisse, ut earum insignia in *fusis* describantur, vulgo *lozengis* dictis; quod, ut censet Scaliger ad Varonem, lauri foliorum speciem referant, quasi *laurengis*; quorum figura eadem est, quæ fusorum. Sed et feminarum sigilla cerea, Diplomatum appensa, fere semper ea forma ac figura conspiciuntur, in quibus effinguntur dextra aviculam, vel lilium, aut quid simile, tenentes, depictis ad lævam armorum insignibus.

FUSUS. Reg. lib. 2. cap. 3: *Et leprosus, et tenens Fusum, etc.* Ubi auctor Mamotrecti: *Fusus est instrumentum flandi. Fusum quidam dicunt in loco isto breve ventilabrum de foliis palmarum, quod volvitur instar Fusi; vel instrumentum ligneum cum duobus vel tribus tabellis, quas concutit leprosus querendo panem.* Græca editio, *ἠρατὸν σκυτάλην*, id est baculum, quo gressus suos dirigat. Nam Aquila hoc loco *τρυφός* habet. [Mamotrecto consentit Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerman.: *Fusus, Fusel à filer.*]

\* FUTARE, [Arguere Confundere. DIEF.]

FUTHWITA. Leges Henrici I. Regis Angl. cap. ult.: *Si autem retineatur, vel dividatur, vel implegiatur ibi, blodwita et Futhwita poterit aggregari.* Sed legendum *Fythwita*, quæ vox forisfactura pugnae exponitur in veteri Gloss. Saxon. V. *Fyhtwita*.

\* FUTICES. Tabul. Major. monast.: *Concessi... terram, quæ est inter capitium ecclesiæ et terram ipsorum monachorum, ab eo, inquam, loco ubi Futices, id est, vulgariter haya, vinearum monachorum continuatur.* Idem quod Sepes, sepimentum ex virgultis confectum. Vide *Haga*.

\* FUTIO, [A quo effutio, agnoscitur a Priscian. 4. p. 631. Putsch. sed nullo firmatur auctore.]

FUTIS, Vas in templo ubi reponenda-

*tur quod de sacramento restabat.* Jo. de Janua. Gloss. Lat. Gall. Sangerm. : *Futis, Une maniere de vaisseau de temple, large dessus et estroit par dessous. Futum, apud Varronem.*

\* **FUTO**, [*Festus: Futare, arguere est: unde et confutare. Sed Cato hoc pro sepius fuisse posuit.*]

† **FUTRUM**. Vide *Fellrum*.

\* **FUTRUS**, Vagina, Gall. *Fourreau*. Translat. S. Wencesl. tom. 7. Sept. pag. 809. col. 1 : *Gladius beati Wenceslai cum Futro, etc.* Vide supra *Fodrus*.

† **FUTT**. Vide *Fod*.

† **FUTUARE**, Verbum satis commune per quod jactura humani generis restauratur : scilicet, *Coire*, Johan. de Janua.

\* **FUTUM**, [Vas aquarium, quo in trichinio allatam aquam infundebant.]

\* **FUTURA**, Sectura, in vet. Glossar. ex Cod. reg. 7641.

\* **FUTURALES MONACHI**, Novitii, qui vota nondum emisserunt, apud *La Mure*

Hist. Lugdun. pag. 296.

† **FUTURARE**, Differre. Achithrenius lib. 1. cap. 2 :

... Hodiernos erastinat actus,  
Et quod præteritum nunquam facit usque Futurat.

† **FUX**, pro *Faux*, Ostium fluminis, Gall. *Embouchure*, in Annal. Genuens. ann. 1204. 1214. 1242.

\* **FUXINA**, **FOXINA**, **FOSSINA**, a voce italica *Fucina*, Officina ad metalla conflanda, Gall. *Forge*. Stat. Bonon. ann. 1250-67. tom. II. pag. 229 : *Quod fornax, vel fornellus, vel Fuxina (Fozina '60; — Fossina '50), vel discolatorium argenti, vel metalli fiat infra terminos infrascriptos.* [FR.]

**FUXOLANA**, Vitis species, de qua Petrus de Crescentiis lib. 4. cap. 4.

† **FUXOLIUM**, Gabellæ chartula, interprete Macro in Hierolex. vel ipsum sigillum quod Chartis appenditur. Bulla Eugenii IV. PP. ann. 1436. tom. 2. Bullar. Casin. pag. 321 : *Aliis quibuscumque redditibus, seu bonis, ac mensurationum, gabellationum, bullarum et Fuxolii... estimamus.* Vide *Bolleta*.

**FUXOLUS**. Vide *Fusolus*. [FR.]

**FUXULUS**. Vide *Fusolus*. [FR.]

\* **FYEDUM**, pro *Fredum*. Vide in hac voce. Charta Ludov. reg. Germ. ann. 889. inter Probat. Hist. monast. S. Emmer. Ratisbon. col. 90 : *Ad fidei-jussores tollendos seu Fyeda exigenda, etc.*

† **FYHTWITA**, Amerciamentum pro conflictu : *Melleta*, Ranulfo Cicestrensi lib. 1. Hist. cap. 50. Brompton. : *Fyhtwite, emenda, proveniens ex contentione.* [Fyzwyte, Amerciamentum pro pugna, in Glossariolo ad calcem Codicis MS. de quo Wanleius pag. 234. Regest. Priorat. Cokesford. apud Th. Blount. in Nomolex. Anglic. : *Fithwite, i. si pugnaverint et percusserint se, quamvis sanguinem non extraxerint, Prior habebit inde amerciamenta.* Ibid. : *Fitwite, i. Quod Prior teneat placita in curia sua de contentionibus et conviciis hominum suorum et habeat inde amerciamenta.*] Aliis, mulcta ob commissam pugnam in perturbationem Pacis, quæ in exercitu Regis 10. solidorum erat. MS. Codex : *Fightwitha, id est, Forisfactura pugnae.* Vox Saxonica, conflata ex *fyht*, pugna, et *vite*, mulcta. Leges Edmundi cap. 3 : *Et nolo, ut aliqua Fihwita vel mambota condonetur.* Leges Canuti cap. 32. apud Bromptonum. : *In Denelaga habet rex Fyhtwitam, i. forisfactum pugnae, et Fyrhtwite, i. forisfactum expeditionis.* Leges Henrici I. Regis Angl. cap. 80 : *Si homicida dividietur ibi, vel cravetur, Fithwylam recipiat.* Alii Codd. habent *Fitwytam*, et *Fithwtam*. [Fietwita, in Charta Henrici II. Regis Angl. ex Archivo Beccensi.] Vide *Fictwita*. et *Fletwite*.

† **FYLACTERIUM**, Theca, in qua reconduuntur Sanctorum Reliquiæ. Hist. Beccensis MS. pag. 56. num. 12. ex Archivo ejusdem Monasterii : *S. Presul Maurilius... dedit venerabili Herluino Abbati duos capillos B. Virginis Dei genitricis Mariæ, qui anno 1134. cum aliis reliquiis inventi sunt in Fylacterio gemmis ornato.* V. *Phylacterium*.

† **FYLARGIRIA**, Græc. φιλαργυρία, Amor pecuniæ. Litanis SS. in MS. S. Martia-

lis Lemov. circa sæculum x. exarata : *A spiritu Fylargiriæ, libera nos, Domine.* Vide *Filargia*.

\* **FYLLINGH**, Testes processus legitimi, interprete Ludewigo ad Leges Daniæ lib. 3. tom. 12. Reliq. Mss. pag. 168 : *Et in tercio placito debent per duos Fyllingh moneri ad stocke neffend.* Ibid. pag. 171. : *Item non debent veridici discernere, ad monitionem illorum Fyllingh, qui ipsos ad discernendum invocant sine consensu executoris causæ; et talium Fyllingh quilibet solvat bondoni tres marcas, et regi tantum.*

\* **FYMPORTUS** vel *Fymport*, in antiquissima Consuet. Brit. art. 130. et 131. Consule Argentr. in Consuet. reform. art. 153. pag. 526. edit. 1608. et Hevin. in Arest. parlam. Brit. Frayn. tom. 2. pag. 33. inter Addit. V. *Finem facere in Finis 1.*

\* **FYNAITUM**, Finis, terminus, limes. Charta ann. 1181. tom. 1. Hist. Cassin. pag. 244. col. 1 : *Cum esset controversia... de tenimentis et Fynaitis casalium S. Petri Vallisurdæ, etc.* Vide supra *Finium 2.*

**FYRDERINGA**, in Legibus Henrici I. Regis Angl. cap. 10. inter crimina, quorum cognitio ad solum Regem spectat, recensetur : ubi Spelmannus legit *Fyrderinga*, atque, forte *thesaurum inventum* significare. Sed potius videtur esse hoc loco *Fyrderinga*, expeditio, seu expeditionis ad summonitionem non initæ delictum, ex Saxon. *fyrderung*, i. expeditionis apparatus, est enim *fyr*d, et *fyr*de, exercitus.

† **FYREBOTE**. Vide *Firebote*.

\* **FYRKEN**, Vectigalis seu exactionis species apud Polonos. Pax Brestensis ann. 1436. inter Leg. Polon. tom. 1. pag. 121 : *Aliæ autem omnes et singulæ exactiones, quibuscumque vocitantur nominibus, a mercatoribus... et specialiter exactio quædam dicta lobegal et Fyrken, nullatenus de cætero exigatur.* Ibid. pag. 134. *Lobegalth et Firken.* Vide infra *Lobegel*.

† **FYRTHUNGA**. Vide *Firthunga*.

† **FYRTHWITE**, **FYZWITE**. V. *Fyhtwita*.